849. G. 2
Doppio

Digitized by Google

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II
8
49 G
M2
ROMA

Digitized by Google

8-13-G-2
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

Digitized by Google

R. P.

DIDACI

DE CELADA

IN IVDITH

COMMENTARII.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. DIDACI
DE CELADA
MONTELADENSIS,
E SOCIETATE IESV,
THEOLOGIÆ QVONDAM PROFESSORIS,
Nunc in Collegio Complutenſi ſacrarum Litterarum interpretis;

IVDITH ILLVSTRIS
PERPETVO COMMENTARIO
LITTERALI ET MORALI.

CVM TRACTATV APPENDICE DE IVDITH FIGVRATA,
in quo Virginis Deiparæ laudes in Iudithâ adumbratæ prædicantur.

Cum quinque Indicibus. I. *Paragraphorum moralium.* II. *Quo eruditur Superior Politico-Chriſtianus.* III. *Ad Conciones copioſiſſimo.* IV. *Locorum S.Scripturæ.* V. *Rerum & Verborum.*

EDITIO VLTIMA A MENDIS EXPVRGATA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD,
PETRI BORDE, ET GVILL. BARBIER.

M. DC. LXIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆSTANTISSIMO, ET LITTERATISSIMO VIRO DOM. DOCTORI PETRO DE CELADA SYLVA, COMPLVTENSIS MAGISTRALIS

Ecclesiæ Canonico, & in Eadem Academia Primario Theologiæ Professori meritissimo, Fratri meo charissimo, & optimo.

DIDACVS DE CELADA DESTINO, CONSECROQVE.

FREQVENTER me admones, & rogas, vt aliquid ex meis ſuper Iudithâ ſcriptis, ad te mittam. Quòd admones, gratias ago: quòd rogas, queror. Admoneri enim debeo, vt antequàm publicentur Lucubrantiunculæ noſtræ, ſciam, quid in eis tuum Plinius in epiſt. conſultiſſimum iudicium probet, aut improbet: Rogari autem non debeo, vt faciam, quod mihi non facere, foret turpiſſimum: ſiquidem in lucem proferrem eloquium ſine tua lima captiuum, in hoc æuo præſertim, quòd planè bellaturit in re litterariâ. Scilicet iubes (iubet enim qui rogat, cùm poſſet imperare,) quod ego iam ipſe vltrò deſtinaueram. Addidiſti ergo calcaria ſponte currenti: pariterque, & tibi veniam recuſandi laboris, & mihi exigendi verecundiam ſuſtuliſti. Nam neque me timidè vti decet eo, quod oblatum eſt; neque te grauari, quòd depopoſciſti. Petiturus ſum enim, vt rurſus vaces lectioni huius Commentarij, quem Auditoribus meis toto biennio dictaui. Memini quidem te olim quædam lægiſſe, ſed ſaltuatim; aliqua adnotaſſe, ſed generaliter: exigebas enim, vt ipſa autographa ſtatim remitterem ad te, antequàm à me abſoluerentur, ſicut erant recentia; etſi rudia, etſi adhuc ſimillima naſcentibus. Vnde neceſſe fuit, vt à te tunc æſtimarentur, vt inchoara, non effecta; vt cœpta, non abſoluta, & quæ extremam Auctoris manum expectarent in ſcrinio tuo. Poteris fortaſſe noſtra ſcripta magis probare, & laudare, quantò nunc illa tardiùs, cautiúſque; ſeed meipſum magis amabis, magíſque laudabis, quantò tunc celeriùs, & incautiùs miſi. Quia non me puduit adhuc rudi ſoloce amictum, videri à cultiſſimo Viro. Ideò nunc te rogo, quandoquidem Opus hoc manumitto, vt illud quâ beneuolentiâ ſoles omnia mea, libenter & perhumaniter excipias: nec tantùm vniuerſitati eius, vt olim, attendas; verùm etiam particulas, quâ ſoles limâ perſequaris. (O perſecutionem quolibet blandimento gratiorem!) Erit enim & poſt emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere. Quinimò fortaſſe hanc ipſam cunctationem noſtram (quam ſæpè exprobras) in alterutram ſententiam emendationis ratio deducet: quæ aut indignum emendatione opus, dum ſæpiùs retractas inueniet; aut dignum, dum id ipſum experitur, efficiet. Vellem, vt Clemens Alex. 2. Strom. multa vtriuſque cogitatio Opus noſtrum præeat, vt abſque pœnitentia euadat: eſt enim pœnitentia (vt quidam ex vetuſtiſſimis auctoribus ſcitè dixit,) *tarda cogi-*

tatio. Malo te tunc Censorem, quàm Aduocatum: imò seuerior tua censura ex Censore Aduocatum efficiet. Cogeris enim semper tueri quod semel approbaueris. Non exambio suffragium, quod gratia sanguinis conciliat, sed quod rigidæ veritatis Censoria seueritas ferre solet ignoto. Optima enim sunt cæcè oculata suffragia Æstimo iudicia, non numero. Scis enim optimè, non tibi tantoperè considerandum esse, quid Auctoris blandiatur auribus, quàm quid semper sis probaturus, & ipse, & pius eruditorum cœtus, non excultorum sciolus grex, qui ex solo dictionis acumine, non ex rerum pietate, metitur scriptorum merita. Vices Amici, vices Fratris geres, si remoueas ab oculis, quidquid linguas noueris formidare, & quidquid inanem ingenij gloriolam ciere potest. Neque enim hic seculari ambitioni, sed piæ eruditioni, & communi vtilitati seruitur. Meministi enim quantò tutiùs honestatis fructus in conscientia, quàm in fama reponatur. Sequi Plinius. enim gloria, non appeti debet. Hi autem qui scripta sua aliorum plausibus adornant. non ideò prædicari, quia fecerint, sed vt alij prædicarent, fecisse creduntur. Homines verò naturaliter calumniatores, cùm rem destruere non possunt, iactationem eius arrodunt. Ita, si silenda feceris, factum ipsum; si laudanda, quòd non sileas ipse, culpatur. Imò iure culpauit nemo, quòd non sileat, qui de tuo consultissimo iudicio loquitur.

Diu cunctando procrastinabam publicationem huius Opellæ rudis, & incomptæ, vt Tu Prior, vt ætate, ita & ingenio, & eruditione, ederes Scholas Theologicas, quas eruditi expectant, qui te alteram ipsissimam nostri M. Vazquij mentem occlamant. Nam si schedulas adhuc infectas tam auidè lectitant subtilioris Theologiæ alumni, quid non speres à Commentariis sumptuosiùs elaboratis? Vt omnes tibi viuant, viue omnibus. Ne inuideris hanc faculam Academiæ Complutensi, Mihi hoc decus, Tibi hanc gloriam: quam scio, non amas, sed times: tanta enim tibi est in prædicando verecundia quanta gloria ex facto. Verùm hæc tua Sapientia, non dico apud bonos, sed apud mediocriter malos, infularum loco est. Neque existimandum, quòd eruditi hominis silentium defendat eum ab ambitione, quam videtur aucupari, qui publicat scripta sua. Nam meo quidem iudicio, aut vterque culpandus est, aut neuter: quoniam si alter, vterque etiam ad gloriam pari cupiditate diuerso itinere contendit: alter dum videtur ambire sui nominis celebritatem, alter eum mauult videre contempsisse. Est enim & sua ambitio in ambitionis contemptu: ipse etiam contemptus contemnendus est à sapientibus. Ergo amandato negotiorum tumultu, redde te tibi, redde mihi, redde eruditis omnibus: & modò enitere, vt tibi ipsis tanti, quanti videberis, si tibi fueris. Sed vereor ne cui de te, plus quàm tibi credas. Nolo te iustissimis laudibus onerare, & si verè possem, ne simul me ipsum dissimulanter laudare videar; sed me erigere dulcissimis spebus eandem tibi rependendi gratiam, non pari officio Tu enim me legis, vt emendes; ego te legam, vt minùs habeam, quod in me emendari possit.

Profectò Liber hic tot nominibus Tuus, sese vltrò destinat tibi. Tuus est, quia à te subtilioris iudicij tui limâ emendatus prodit: Tuus, quia non pauca è penu tui ingenij mutuauit: Tuus, quia ad sumptuum expensas largus numerator existis: denique Tuus, quia meus. Porrò si non tam mea sunt, quæ mea, quàm quæ tua; æquum est (quandoquidem omnia abdicauit spontaneæ votum paupertatis,) vt hoc vnum, quod sudor, & industria fecit meum, debitas reciprocet vices; sitque iure tuum, quod à labore meum. Accipe ergo hoc munusculum re exile, voto magnum. Scio enim te libenter recipere ea dona, quæ danti vtiliora sunt, quàm accipienti.

Censura

Digitized by Google

Censura Sapientissimi & illustrissimi Domini, Domini Ioannis Sancty Duque, Electi Episcopi Caracensis, & in florentissima Academia Complutensi Sacrorum Voluminum Interpretis primary.

FELICI sorte, & singulari priuilegio (sic faustum, sic gloriosum duxi) commissum mihi est à Domino Licentiato, D. Ferdinando de Ballesteros & Saauedra, Curiæ huius Archiepiscopalis generali Vicario, ius Censoris *in Commentarios super Iuditha Historiâ*, luculenter elaboratos à R. P. DIDACO CELADA, in nobilissimo Complutensi Collegio Societatis IESV, Sacrarum Litterarum Interprete. Et quem iura præscripsere Censorem, tam absoluti Operis merita imparem Laudatorem fecerunt. Vix enim æstimari poterit quàm ambitiosa laudum materia in erudito hoc Volumine ædificet Auctoris elogium. Fluit stylus sententiosè facilis; plura significat quàm dicit. Sensum Litteralem exponit copiosâ & diuite breuitate, aureâ & doctâ felicitate, nec parcè, nec prodigè. Mores ad omnem probitatem instruit ingeniosâ acuminum pietate, & vtilitate subtili, (neque enim Virtus renunciauit ingenio.) Sic omnia iucunda sunt ad gratiam, sic robusta ad victoriam, vt nil vltrà desiderari possit ad archetypam morum Magistri ideam: ad quæ nulla non reserauit vtriusque eruditionis archiua. Nihil grande, nihil doctum retroactis seculis excogitatum est, quod ad hos Commentarios & ornandos & armandos non aduocet. Nullus est Paragraphus, qui integram non spiret Blibliothecam. Et sic excurrit in amœniora, vt non diffugiat sentes, quibus insueuit Schola. Vir planè Biblicâ litteraturâ eruditissimus, sic in re Theologica versatissimus. Vnde seriò censeo, Opus esse dignissimum, quod diu à multis exoptatam lucem videat, ad sui Auctoris gloriam, ad suæ familiæ ornamentum, & publicam omnium vtilitatem. Compluti, 4. Kalendas Iulias Anno Domini 1635.

Doctor IOANNES SANCTIVS DVQVE.

Approbatio P. Fratis Michaelis Guerrero, Sacræ Theologiæ Lectoris iubilati, & Conuentus Sanctæ Mariæ de Victoria Correctoris.

HOs in Iudith Commentarios argutè elaboratos à R. P. DIDACO DE CELADA, in Complutensi Collegio Societatis IESV, Sacrarum Litterarum Interprete, iubente Regio Senatu, attentè pariter & iucundè perlegi. Quorum lectio sic grata mihi fuit, vt me ad alia munera non otiosum inueniret, sed faceret. Rerum maiestas, Thesium moralium copiosa subtilitas, dictionis sententiosa elegantia, ita blandiebatur, vt legendo procederem longiùs, vt iustæ magnitudinis liber, breuis mihi visus sit. Tantâ dulcedine me tenuit & traxit. Quid ingenij iste habuit? quid eruditionis? quid acuminis? quid facundiæ? quid animi? Dixissem vberiùs, si Panegyristam, vt vellem, agerem, non Censorem. Igitur seriò reor, non solùm nihil inueniri contra nostræ Fidei sinceritatem, & morum integritatem; sed rem fidei exquisitis sanctorum Patrum testimoniis, & Scholastico robore solidè firmare: prauos mores mirâ subtilitate perpetuò lacessere; bonos eximiè fouere, felicis ingenij venâ, fertili ad omnem pietatem. Quare Opus dignissimum censeo, quod & typis mandetur, & in omnium oculis magno pietatis, & eruditionis incremento versetur. Erit enim rei Biblicæ diues Thesaurus, Concionum sacrarum iuge conceptaculum, Christianæ politiæ eruditio, vitiorum expugnatio, & virtutis asylum. Datum Matriti, in Minimitano Conuentu Sanctæ Mariæ de Victoria, die 11. mensis Augusti, 1635.

Fr. MICHAEL GVERRERO.

Facultas

Facultas R.P. Præpositi Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Toletana.

EGo Ferdinandus de Valdes Prouincialis Societatis Iesv, in Prouincia Toletana, potestate ad hoc mihi factâ à Reuerendo admodum Patre nostro Mutio Vitelleschi eiusdem Societatis Præposito Generali, Facultatem facio, vt Tomus inscriptus, *Iudith Illustris perpetuo Commentario Literali, & Morali, cum Tractatu Appendice de Iudith figuratâ*, à P. Didaco de Celada, in nostro Collegio Complutensi Sacrarum Litterarum Interprete, conscriptus, & eiusdem Societatis grauium, doctorúmque hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras, manu nostrâ subscriptas, & sigillo nostro munitas, dedimus. Toleti, die 18. Iulij anno Domini 1639.

Ferdinandvs de Valdes.

Approbationes Doctorum.

NOs infrà scripti, in Sacræ Theologiæ Facultate Magistri. Fidem facimus perlegisse R. P. Didaci de Celada Commentaria in Iudith, nihilque in eis Fidei Orthodoxæ contrarium reperisse. Lugduni, die 15. Nouembris, 1636.

Fr. Bernardvs Molliasson, Ordinis S. Francisci.

Fr. Stephanvs Molin, Carmelita.

IOANNES CLAVDIVS DE-VILLE, in Sacra Theologia Magister, & Custos Sanctæ Crucis, in hac Lugdunensi Diœcesi, in Librorum censuram incumbere iussus; Fidem facimus nos hæc Commentaria in Iudith. R.P. Didaci de Celada, è Societate Iesv, euoluisse, omniáque in eis Sanctæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ Fidei Sacris Documentis conformia comperisse. Lugdini, 20. Nouembris, 1636.

DE-VILLE

Facultas R. P. Præpositi Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Lugdunensi.

EGo Claudius Boncellus Societatis Iesv, in Prouincia Lugdunensi Præpositus Prouincialis, iuxta Priuilegium eidem Societati à regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij 1593. Henrico IV. 20. Decembris, 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante 14. Februarij, 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne Libros ab hominibus nostræ Societatis compositos, absque Superiorum eius permissione excudant: Permitto Iacobo & Petro Prost fratribus Lugdunensibus Bibliopolis, vt R. P. Didaci de Celada Commentaria in Iudith, excudere, ac libere diuendere possint. Datum Lugduni, 27. Ianuarij, 1637.

Clavdivs Boncellvs.

SERIES,

SERIES PARAGRAPHORVM MORALIVM.

Littera C, *Caput Iuditha denotat*: n, *numerum marginalem*: T, *Tractatum Appendicem*: §. *Paragraphum*: p, *Paginam*.

Prologus, & Idea operis.

CAPVT I.

EXPLICANTVR quæ ad Tituli notitiam ſpectant. C.1.n.1. p.9

Celebrantur S.Hieronymi laudes, præſertim debitæ ob huius libri Iudith tranſlationem. C.1.n.8. p.10

Nominis Conſilium inſtituendum eſſet pro re nominis:nam perſonæ magnæ exigua affe-ctant nomina; exiguæ verò nomen grandius & auguſtius ambiunt.C.1.n.34. p.14

Superior,qui eſt animarum medicus, ne Medicorum in re curationis hæreſes æmuletur. C.1.n.41. p.15

Qui per ſolam gratiam vult placere, deuenuſtat beneuolentiæ artem : obiurgationibus & aſperitatibus mulceat bonus Præſul. C.1. n.49. p.17

Humana ſuperbia ſceptrum impotenter exambit. C.1.n.54. p.18

Principatus non ſubleuat Principem, ſed grauat: eminentia dignitatis,ſublimitate deprimit,non attollit. C.1. n.60. p.20

Rex beneuolè concilians ſubditos, illos vltrò ſubiugat; & ſic ſponte eunt ipſi quò rapiantur. C.1.n.66. p.21

Homo ad faſtigium honoris euectus, non eſt ipſemet qui erat priuatus. C.1.n.71. p.22

Gubernator qui ad ſuum placitum multa nouat in Republicâ, ſubditis quaſi facit præuaricandi ius. C.1.n.76. p.23

Vir verè Magnus vel ab operibus ſuis præclarè geſtis Minor euadit. C.1.n.83. p.24

Homo muneribus ſupra merita auctus, ipſâ ſublimitate decreſcit, & dignitatis ſplendore infelix eſt. C.1.n.89. p.26

Oportet modulari ſublimitates, ne quis in faſtigio minor ſit. C.1.n.94. p.27

Voluptuoſæ res procul ſpectatæ alliciunt, guſtatæ faſtidium pariunt; quod in vino deliciarum hieroglyphico comprobatur. C.1. n.103. p.29

Vſque adeò inops gaudij eſt ipſa poſſeſſio voluptatis humanæ, vt ſpe voluptatis, potiùs quàm ipſâ poſſeſſione deliciemur. C.1. n.107. p.30

Voluptas non poſſeſſa ſuſpiratur, poſſeſſa faſtiditur,& ſupplicij loco datur.C.1.n.112.p.32

Secura poſſeſſio mundialis boni faſtidioſa & inſipida eſt,niſi condiatur aliquali ſpe ipſius boni amittendi. C.1.n.116. p.33

Vel rei poſſeſſæ ambitio ſic eſt moleſta & ærumnoſa, vt protoparētes infelicitaret,& ex Angelis Diabolos faceret. C.1.n.119. p.34

Regi aut Superiori acerbior morte pœna eſt, illum à munere deponere, vt vitam priuatam deinceps agat. C.1.n.129. p.37

Acerbiſſima pœna eſt ab imperio deponi,imperare adſuetum. C.1.n.132. p.38

Principatus depoſitio mors eſt, quâ mulctatur Dæmon : hæc inter acerbiores Chriſti Dei iniurias quodammodò computanda eſt.C.1. n.136. p.40

Magnates nemini lucere permittunt: ab aliorum extinctione ſua lumina accendi exiſtimant. C.1.n.141. p.41

Humana ambitio de alterius exiguitate creſcere ſatagit. C.1.n.144. p.42

Iuramentum ſæpe non ſancit fidem iurantis, ſed minuit quodammodò; & augurium eſt rem iuratam non adimplendi. C.1.n.152. p.44

Eximia quorumdam excellentia vel ſuum probrum vertit in gloriam; honorat vitia,virtutem honeſtat C.1.n.157. p.46

Vſqueadeò vitium virtutis ſpecie fucatum & mentitum eſt, vt religioſi quique homines vel à virtute quaſi ſcandalum timeant? C.1. n.161. p.47

Inimicorum dilectio, adulatio eſt perfectionis diuinæ? C.1.n.164. p.48

Largior beneuolentia erga inimicos blandimentum est Christianæ gloriæ, & Euangelij vigor.C.1.n.170. p.50
Aduersarium quò magis inimicum, eò magis diligere & benefacere, Christianæ pietatis est meta.C.1.n.176. p.52
Homo qui ab astutia est multiplex, ferè homo integer non est.C.1.n.181. p.53
Summa sapientia est aliquando per affectatam insipientiam sapienter stultescere. C.1. n.186. p.54

CAPVT II.

Scelus est, quòd Præfectus præfecturæ potētiâ vlciscatur proprias iniurias.C.2 n.5. p.57
A morâ consultior prudentia est:nam sententia extemporalis & subita, imprudens habetur & incauta.C.2.n.8. p.58
Vehementer propensus est homo ad euulganda secreta.C.2.n.12. p.59
Non Princeps passiuus,sed actiuus, verè princeps est. Sit regius familiaris instar sanguinis,qui in se mortuus,vitam & vigorem det viuenti.C.2.n.16. p.60
Negotiatorum auara sagacitas tam subtilis est in re lucri, vt diuinæ perspicaciæ sit æmula. C.2.n.24. p.62
Sub guloso Præfecto iustitia periclitatur:nam esculenta munera dabunt merita flagitioso reo:nec tuta erit innocentia, quam palatum iudicis damnat.C.2.n.27. p.63
Vnius hominis summa potestas,ius est propinquorum eius ad præfecturas.C.2.n.31. p.65
Vel à seipso secundum esse, inglorium cuique est:nomen Primi ambitur ab omnibus. C.2. n.35. p.66
Reo inaudito, nec Dæmones ipsos damnat Deus.C.2.n.38. p.67
Qui non per suos gradus, sed festinato cursu ad fastigium dignitatum ascenddit, festinus descendet celeri casu.C.2.n.44. p.68
Iudex pauper, proditor solet esse iustitiæ; diues & potens integrius iura tractat. C.2. n.46. p.69
Qui in terra degens,spe cœlos inhabitat, coloniam in cœlum misit, cuius ius habet in terris.C.2.n.61. p.73
Qui aliena vsurpauit, rarò, aut nunquam reddet: qui restituere promittit, planè non restituit.C.2.n.66. p.75
Adeò desides sumus ad vera animi bona, vt qui alati sumus ad vitæ huius commoda, expectemus pigri, quòd cœleste regnum veniat ad nos.C.2.n.71. p.76
Timor Dei liberâ quadam velut necessitate arcet à peccatis; & metus humanos frustrans, hominem asserit in beatam immortalitatem.C.2.n.75. p.77

CAPVT III.

Præfectus qui non valet magnates cohibere, iure perdit dominium in paruulos. C.3. n.3. p.80
Holoferniana præfectura, præda est, & proscriptio populorum.C.3.n.7. p.81
Diuites hiant ad bona pauperū.C.3.n.10.p.82
Diabolus non tantùm rei donandæ, sed vel spei ingerendæ auarus est.C.3.n.12. p.83
Sub bono principe nunquam fiunt malè tributariæ res sacræ, nec reculæ pauperum: exactorúmque auara rapacitas retunditur. C.3.n.16. p.84
Olim & nunc nihil ferè eminet, quod muneribus meritum non mercatur. C.3.n.29. p.88.
Violenti principes pro iniuria illatâ, benefici vocari volunt à subditis,qui laudatione coactâ periculum silentij redimunt. C.3. n.33. p.89
Malus Dæmon mauult haberi innocentiæ reus,quàm ingratitudinis.C.3.n.37. p.90
Humana laus & gloria,aliorum vilitate & ignominiâ fulcitur.C.3.n.39. p.91
Grandius beneficium est, quod quibusdam datum,negatur aliis: à carentia aliorum crescit magnitudo doni.C.3.n.42. p.92
Tantâ superbiâ turgent humani principes, vt diuinitatem se posse largiri, fastuosè præsumant.C.3.n.47. p.93

CAPVT IV.

Publicat infamia quasi ius quoddam est ad delinquendum.C.4.n.3. p.95.
Superior ne degrauet pauperculos & inualidos: nam paucorum euectio, horum euersio est.C.4.n.5. p.96
Legum paucitas est anticipata venia inobedientiæ.C.4.n 12. p.98
Oratio ad Patrem, exoratio est, imò & exactio est.C.4.n.18. p.99
Sumptuosa & indecens vestis Clericorum, & ordinem deuenustat, & latentem luxuriam publicat.C.4.n.27. p.102
Vel rudis infantium balbuties, erudita oratio est: quæ nesciens orare scit impetrare. C.4. n.33. p.103
Dei sacratissimum templum, quia flagitiosorum sacrum asylum est, impunè euertitur à barbaris,C.4.n.38. p.104
Orandus est Deus eâ fiduciâ, ac si nobis egeret.C.4.n.40. p.105
Coniugibus vna sit caro, vnus spiritus, eadem mens,ipsissima respiratio. Sit vterque coniux vnus in duitate personarum, & duo in vnitate coniugij,C.4.n.45. p.106

Vxoria

Digitized by Google

Vxoria vita ærumnosa est : prægrauis subiectio, pauperior inopia, suspicax cautela, maritalis exactio, census nuptiarum sunt. C.4.n.50. p.107
Maritorum gladiatoria vita est : nuptiarum deliciæ ænigmaticæ,& Eucharisticæ dicuntur. C.4.n.55. p.109
An sit matrimonium libidinis venia, & concupiscentiæ expiatio ? an verò sit aliquo modo stupri affine,& fomes ad lasciuiam? C.4.n.61. p.111
An obscœna hominũ luxuries Christũ Deum quodammodò dehonestet? C.4.n.65. p.112
Nonnullis beatitudinis instar est vita peramplis negotiis, & negotiosis occupationibus obsessa. C.4.n.69. p.112
Strenuus Superior adest subditis præsenti absentiâ. C.4.n.75. p.114
Superior dũ per se lustrat prouinciã sibi subiectam,Magni nomen,& rem Magni, eiusmodi lustratione mercatur. C.3.n.79. p.115
Oratio supplex omnipotentia est, omnia quæ petit,potens. C.4.n.86. p.117
In re orationis voluntas petentis videtur esse voluntas concedentis.C.4.n.91. p.118
Oratio vsque eò ambitiosè audet, vt Deum sibi obsequentem fore piè præsumat. C.4. n.95. p.119
Supplex orationis omnipotentia vel nolentem Deum,quasi cogit ad donandum quod supplicat? C.4.n.98. p.120
Vis orationis,& munificentiæ diuinæ largitas, spem conuertit in fidem? C.4.n.104. p.121
Tanta est Dei munificẽtia,vt preces importuno tẽpore factas exaudiat. C.4.n.106. p.122

CAPVT V.

Astutia & dolus in re belli,victoriam dehonestat : planè vincitur qui sic vincit. C.5. n.5. p.125
Ira alter vitiorum,fomes est,& intestinus Dæmon:quam vsque adeò detestatur Deus, vt iram armet in iram.C.5.n.8. p.126
Qui vltrò se ingerit Principum, aut Superiorum conspectui aut lateri, Reproborum, aut Satanæ æmulus est.C.5.n.15. p.127
Quicquid à lingua, ferè suspectum falsitatis est.C.5.n.18. p.128
Dignus, etsi pes sit,coronatur; indigni caput calceatur. C.5.n.21. p.129
Absentia admiramur & adoramus; præsentia contemnimus vsque ad vilipendium. C.5. n.33. p.132
Cæca hominum iudicia opus non à seipso æstimat,sed ab auctore C.5.n36. p.133
Lapsus non est prophetia vlterioris lapsus: sed sæpè cautela non cadendi.C.5.n.40. p.134
Viro spirituali celatur meta,vt ad Deum contendat cursum.C.5.n.43. p.134
Faciliùs toleratur extrema pœna, quàm dubia, & diuturnâ expectatione imminens. C.5.n.46. p.135
Diuturna miseria,seu captiuitas,seu commoda habet : hinc cœlestis beatitudo appellatur captiuitas.C.5.n.52. p.137
Leue malum præsertim repetitum,non leuiter ferit C.5.n.56. p.138
Reprehenditur & euigoratur virtus eius, qui ad ampliora munera non promouetur. C.5. n.60. p.139
Vita solitaria asylum est à vitiis, fomes virtutum,& gloriæ locus.C.5.n.63. p.140

Eucharistia elogia, ibi,n.69. p.142

Meritum dignè sumentis Eucharistiam, Eucharistiæ corona est C.5.n.70. p.142
Quàm venusta,& Dei oculis grata sit Eucharistici sacramẽti pulchritudo. C.5.n.74.p.143
Christus,quia est Patris Dei primogenitus,alimentorum nomine suis fratribus impertit Eucharistiam : quæ sacramentũ sacramẽtorũ sententiosissimè dicitur.C.5. n.77. p.144
In Eucharistiæ munere non tantùm summum bonum donatur, sed quasi condonatur homini gratitudinis obligatio:indéque homo debitum Dei amplificat,vnde homo videbatur non esse soluendo.C.5.n.81. p.145
Eucharistiæ acceptæ tanta est volúptas, vt exundet in corpus;animus autem lætitiâ beatitudinis æmulâ fruitur, dum sacram synaxim dignè frequentat.C.5.n.87. p.147
Opulentiores Dei gazæ Eucharistiâ censentur, quas Christus de salario redemptoris vbertim expendit.C.5.n.91. p.148
Eucharistica hostia, Solis clypeus est, Martyrum vigor,& Christianorum asylum. C.5. n.96. p.149
Eucharistia indignè accipientibus venenum est, laqueus est ad mortem, & gehenna ad cruciatum : non quia malum quid accipit, sed quia bonum malè accipit. C.5. n.101. p.150
Crux est cupiditatum insectatio, inferorum debellatio, cœlorum patefactio, consummatio virtutum, passionis forma, Eucharistiæ decus, Christi Dei augustissima gloria C.5.n.107. p.152
Peccatum census est, cuius causâ, redituum nomine innumeras pensitamus ærumnas, C.5.n.121. p.155
Pœnitentia peccatorem reformat in Ioannem Baptistam, transformat in Deiparam, & albis gloriæ vestibus induit, C.5 n.124. p.156
Sanctior sæpè euadit peccator à pœnitentia, quæ pia peccatorum præsumptio dicitur. C.5.n.127. p.157

Digitized by Google

Pœnitentia nummus est, quo emitur cœlum; ne ergo sit scalptus, vel adulter, vel detritus nimio vsu. Sit pœnitentia ærumnosa, vt Martyrium, & Passio Christi;& piè æmuletur audaciam delicti.C.5 n.133. p.158

An ipsa beneficij acceptio instar gratitudinis sit;C.5 n.138. p.159

Num Deus dum res humanas iudicat vtatur pespicaciæ suæ notitiis?C.5.n.33. p.161

Vsque adeò temeraria est humana malitia, vt Dei perspicaciam latere præsumat. C.5. n.146. p.162

Discipulus indisciplinatus dehonestat Magistri disciplinam.C.5.n.149. p.163

Regum curia, vt regni, sic & vitiorum metropolis est.C.5.n.152. p.163

Qui in disputationibus contumelias iactat in aduersarios,se ab illis victum publicat. C.5. n.158. p.165

CAPVT VI.

Defensio crimen dum excusat, sæpe exaggeratius accusat;silentium iniuriarum felicior defensio est.C.6.n.4. p.168

Reus qui verosimilem habet delicti excusationem,non censetur habere delictum apud homines.C.6.n.10. p.169

Regis indignatio, nuncius, vel angelus mortis est.C.6 n.15. p.171

Testis corrumpi solet ab amore; ab odio, ab ingenio.C.6.n.19. p.172

Homo perturbati animi, seu corporis affectibus agitatus,omninò sileat, ne corporis harmonia perdatur.C.6.n.27. p.174

Muta patientia est pia iniuriarum vindicta. C.6.n.31. p.175

Probrosa alioqui vincula veridicos ostendunt Prophetas: aut Martem inueniunt, aut faciunt.C.6.n.35. p.176

Munficus Deus vel Dæmoni oranti annuit: & ab aliqua orationis improbitate occasionem sumit ad donandum.C.6.n.46. p.179

Redundantia diuinæ misericordiæ supplere videtur opera ad extrà aliorum attributorum.C.6.n.49. p.180

An culpa nimiæ benignitatis, re ipsâ sæpe sit honesta?C.6.n.54. p.181

Vsque adeò munifica est diuina misericordia, vt etsi exhausta esset tot tantisque largitionibus, piè præsumendum de illa sit,nos impetraturos quæ petimus.C.6.n.57 p.182

An oratio nostra faustum augurium Deo sit; C.6.n.60. p.183

Hominum malitia vltra proprias vires impotenter audet.C.6.n.64. p.184

Homo insipiens, rudis, & fatuus arrogantiùs superbit, ob ventosissimam ambitionis phantasiam.C.6.n.69. p.185

Viro probo ferè non est consolanda iniuria, sed insultanda; cui gratulandum est de calamitate.C.6.n.74. p.187

Pia hominis miseratio, patienti sæpe est grauior miseriæ exaggeratio.C.6.n.77. p.188

Non gratus beneficij acceptor sæpe implet largientis munera.C.6.n.81. p.189

Humana appetentia, sicut auidiùs percipit aliena bona,sic iucundiùs delectatur de bonis raptis.C.6.n.84. p.190

Superiori ieiuno facilè obediunt populi, qui obsequia recusant superiori bene pranso, & meliùs cœnato.C.6.n.87. p.191

Eleemosyna ingenium est amplificandi censum.C.6.n.92. p.192

Crebra mutatio,quæ vitium videtur humanæ naturæ,solatium miseriarum est, & beatum molestiarum leuamen.C.6.n.98. p.194

Sacrosanctum Dei templum ne fiat occasio libidinis, & licentia luxuriæ: ne ibi oculi,verba,nutus scortentur impiè. C.6.n.102. p.195

Feminarum garrulitas in templis taxatur. C.6. n.107. p.196

CAPVT VII.

Quàm arcti & molesti sunt ambitionis gressus. C.7.n.4 p.199

Multorum oratio piâ ambitione impetrare præsumit, quod Sanctorum proceres non impetrarunt.C.7.n.9. p.200

Sycophantica delatio perniciosa semper fuit; vera & pia olim & nunc sancta est.C.7.n.15. p.202

Acerbior calamitas aliquando calumnia est delicti perpetrandi, calamitate ipsâ ad vitium sæpè instigante imbecillos. C.7.n.23. p.204

Sciat Præfectus se non tam homines regere, quàm feras: sciat etiam quod nocti etiam designatur suus Præsul.C.7.n.26. p.205

Innata libido subditos stimulat ad obmurmurandum de Superiore.Nullum leue vitium, imò nec virtus immunis est à subditorum linguis C.7.n.30. p.206

Præfectorum odium sæpè præfecturæ laus est. Boni præsulis ingressus sit pacificus, non molestus exitus.C.7.n.35. p.207

Tanti æstimat Deus hominum salutem, vt hominum salus *omnia* Christo esse dicantur. C.7.n.41 p.208

Aliquibus ab ægritudine corporis, animus quoque ægrit; aliis infirmitas vigor virtutum e st.C.7.n.44. p.209

Salus, ægritudinis est præsagium, aut inchoatio; sicut & vita,repetita mors est.C.7.n.49. p.210

Lac rymæ

Lacrymæ sunt auspicium vitæ,pietatis adeps, conscientiæ euaporatio,mortis ablutio, gehennæ extinctio, oculorum baptismus; atque oratio sine supplicatione impetrans. C.7.n.57. p.212

Lacrymæ etsi in terram sponte cadunt,in cœlum relabi piè ambiunt.C.7.n.63. p.214

Homo erudiat proprias virtutes à corporis scholâ, & iniquitatis propriæ magisterio. C.7.n.69. p.215

Maiora hominũ delicta ex occasione nobilitãt augustiora Dei attributa.C.7.n.72. p.216

Hominum grauiora peccata, opulentiores sunt Dei thesauri?C.7.n.77. p.218

Alterius crimẽ,mei criminis excusatio est;quæ vel ex proco lenonẽ faciet. C.7.n.80. p.219

An Deus si immunificus foret, *Nemo hominibus* esset?C.7.n.83. p.220

Tantus est diuinæ Iustitiæ rigor,vt expectatione terrere iustos dicatur: & Deum ipsum per quàm maturè faciat quasi confugere ad suæ Misericordiæ asylum?C.7.n.86. p.226

Qui pios & iustos persequitur, sacrilegij ferè reus est, & suspectus atheismi. C.7. n.90. p.222

Dum homines castigat Deus, se videtur abscondere, quasi ipsum suæ iustitiæ bonum erubescat.C.7.n.94. p.223

Iudex sit pertinaciter flectinescius in exequẽdo sententiam benè consultam, & legitimè decretam.C.7.n.99. p.224

Principandi pericula valde exaggerantur.C.7. n.101. p.225

CAPVT VIII.

Christianorum mysteria adeò excelsa sunt, vt præ magnitudinis sublimitate aliquibus fabulæ viderentur.C.8.n.6. p.228

Theatralis voluptas est delictorum schola, arx libidinis, Veneris sacrarium, Consilium, seu consistorium impudicitiæ.C.8.n.9 p.229

Vidualis castitas præ difficultate, rursus ferè Virgo,& Martyr dicitur.C.8.n.13. p.231

Maiorum vetus olim pietas sanctius propagat naturalem posterorum virtutem?C.8. n.16. p.232

Non vetusta maiornm stemmata, sed recens cuiusque virtus generosam cudit nobilitatem.C.8.n.19. p.233

Multiplicatur census administratus per Domini sui manus: serui administratores censum dissipant.C.8.n.24. p.234

In vitâ Religiosâ nomina ærumnarum sunt,re ærumnarum vacua.C.8.n. 31. p.237

Virtus Christiana, pia tyrannis est, reddens Christianum vitæ exulem, viuum Martyrem,& cadauer viuum.C.8.n.35. p.238

Monachorum vita quam peccare nesciens, ferè alterius speciei homines facit. Orbis est supplementum, Ecclesiæ complementum, Euangelium viuum, & planè in ærumnis æmulatur felicia Beatorum gaudia.C.8.n.38 p.239

Amor grata tyrannis est,libera seruitus, dulce martyrium, viua mors, & infernalis gehennæ felix æmulatio.C.8.n.44. p.241

Religiosi quique ad cœlum euntes per viam quæ Christus est,caueant diligenter ne eundo Christum conculcent.C.8.n.49. p.242

Virtus non contenta angustiis suæ durationis æternitatem æmulatur. Vnde dicitur, carere tempore.C.8.n.52. p.243

Nimietatem non patitur mediocritas moralis virtutis, quæ ab excessu degenerat in vitium.C.8.n.57. p.244

An excelsæ hominum sanctitati quodammodò Deus inuideat?C.8.n.61. p.246

Natura humana in Iudith gratiam æmulatur. C.8.n.64. p.247

Inopiæ malo vel Christus Deus sub Diabolo esurit, & sub Samaritana sitit. C.8. num.68. p.248

Bona opinio apud homines, valde iuuat ad virtutem, cohibétque humanam licentiam ad delinquendum.C.8.n.72. p.249

Bonus Gubernator non palam detrahit delinquentibus, sed corrigit delicta. Diuersissima res est,Detractio,& Reprehensio. C.8.n.49. p.251

Bonus præpositus sibi soli sciat subditorum defectus.C.8.n.82. p.252

Improbitas inurbanè vsurpat præstantiorem locum; virtus negligit has ambitionis nugas.C.8.n.88. p.254

Bonus Iudex solerter vitet acceptionem personarum: nesciat reum, vt sinceriùs sciat reatum.C.8.n.91. p.254

Diuina patientia, seuerior rigor est; ita verò patientior indulgentia.C.8.n.96. p.256

Suâ sibi patientiâ quasi detrahit Deus, & honore miserendi, contumeliam dissimulandi repræsentat.C.8.n.99. p.257

Nimia benignitas impunita relinquens hominum peccata, licentia foret delinquendi, & libido peccandi.C.8.n.102. p.258

Diuinus rigor quasi complementum est diuinæ misericordiæ.C.8.n.106. p.259

Suspensæ expectationis molestiæ exaggerantur.C.8.n.110. p.260

Tribulatio seu persecutio, arbitrium est cœlestium opum congerendarum. C.8.n.115 p.262

Patientia virtutum perfectio est, redemptio gratiæ,& donatrix gloriæ.C.8.n.118. p.263

Frequẽs consuetudo peccãdi, à fide paulatim auertit. Vnde impudens peccator, Semichristianus olim habebatur.c.8.n.123. p.264

Detractor voluptate murmurandi conuiuatur, luxuriatur, & aliquo modo beatur. C.8.n.127. p.265

Maledicentia bestiarum scholis eruditur, Passioni Christi, & feralibus gehennæ cruciamentis præ acerbitate quodammodò comparatur. C.8.n.131. p.266

Detractionis vitium punitur luxuriæ incommodis; & per ministerium serpentis Seraphim: patitúrque idololatriæ supplicium. C.8.n.135. p.267

Alieni defectus qui immurmurantur, adeò certi hominibus videntur, ac si Euangelium essent. C.8.n.139. p.269

In ærumnis oportet mentem diuertere à cogitationibus animum excruciantibus, & eam applicare ad sensus dolorem mitigantes. C.8.n.145. p.271

Nõ re, sed opinione laboramus, & à nobis instigamur ad angores, & culpas. c.8.n.149. p.272

Qui obmurmurando aliquem culpat, plus ipse à sua maledicentia culpatur, deuenustatur, reprehenditur. C.8.n.154. p.274

Deus imperat voce simili humano superiori. C.8.n.157. p.275

Non reputatur vulgò beneficium, quod præstatur inuitis; grande donum est quod à volente volenti datur. C.8.n.16. p.276

Ex mutuâ super quauis re consentione maris & feminæ; ex sepulcrali attactu quodammodò præcauetur proritamentum ad luxum. C.8.n.163. p.277

Christi à feminis sibi superuacanea cautela, necessaria nobis eruditio sit. C.8.n.167. p.278

Curiositas tabes virtutum dicitur, adulterij cupido, infidelitatis rea, & damnatio serpentis Diaboli. C.8.n.171. p.279

Suspicio, inquisitio, seu iudicium de crimine, præpropera damnatio est, & irreuocabilis sententia. C.8.n.174. p.280

Diuisio in Ecclesiâ, quædam quasi hæresis est; in beatitudine est infelicitas; & in ipso Deo perfectio non est, quod distinctionem inducit. C.8.n.178. p.281

Pax, & animorum consensio, Trinitatis imitatio est. C.8.n.181. p.282

CAPVT IX.

Hypocrita infidelitatis candidatus est: desperationi quasi obnoxius, & æmulus proditoris Iudæ. C.9.n.9. p.285

Bona pietatis opera, propter inanem gloriam in publico facta, quodammodò blasphemiæ sunt. C.9.n.13. p.286

Homo quia inanis gloriolæ obnoxius est; vel à seipso celet bonum opus: opus bonum quod cautè ambit latere, piè ambitur à Deo. C.9.n.17. p.287

Beata horrentis cilicij spinositas, delicta expũgit, regiam dignitatem recuperat, innocentiam quasi resculpit: & piam Christo inuidiam sollicitare ambit. C.9.n.24. p.289

Cinis concupiscentias sistit, fertilemque facit humani cordis agellum, & cæcas naturalis rationis litteras excitat. C.9.n.31. p.291

Humanæ preces à ieiunio, à sacco, à cinere fiunt ambitiosè potentes. C.9.n.37. p.292

Vicaria intercessio apud humanos principes, frigida solet esse, & infœcunda impetrationis. C.9.n.41. p.293

Illustrior nobilitas immunis non est, sed vectigalis, & stipendiaria. C.9.n.58. p.297

Non solùm pietas humanæ virtutis, sed etiam impietas vitij, occasio est pietati diuinæ ad miserendum. C.9.n.61. p.298

Iudices modulẽtur sententias ad supremi iudicis consultissimũ iudicium. C.9.n.65. p.299

Virginitas carnem habet angelificatam, vitiorum redemptio est, corona gratiæ, & splendor libidinis. C.9.n.72. p.301

Sæpè acerbiùs suffunditur sanguis verecũdiæ, seu confusionis tormento, quàm effunditur effusionis cruciamento. C.9.n.74. p.302

Zelus prætextu virtutis, proprias iniurias vlciscens, spiritualis nequitia sæpè est. C.9.n.83, p.305

Impiè sæuit quisquis prætextu pietatis sæuit. C.9.n.90. p.306

Iudex proprias iniurias puniens, seuerissimè rigidus est. Inde exaggeratur finalis iudicij rigor. C.9.n.94. p.307

Secretum dandi beneficium lenocinatur munificentiæ largitoris: donúmque exaggerat ad liberalitatem, dum abscondit ad gratiam. C.2.n.112. p.311

Bonorum temporalium neglectus, oratio est ad illa impetranda. C.9.n.129. p.316

Oculorum vaga licentia fomes est ad libidines, & passiua scortatio. C.9.n.141. p.319

Oculorum nutibus aliquem traducere clancularià irrisione, vrbanum detractionis genus est. C.9.n.152. p.322

Hominis voce linguatus est malus dæmon ad qatrandum flagitiosiora scelera. C.9.n.156. p.323

Castitas quæ sibi nimis suspecta, & meticulosa est, desciscit à generositate perfectioris pudicitiæ. C.9.n.167. p.326

Crescit meritum cum munere; vilitas officij sistit ambitionem merendi. C.9.n.172. p.327

Humilitas gratiæ amplificatio est, consummatio virtutum, & æmula beatæ gloriæ. C.9.n.178. p.329

Humana necessitas & miseria instar orationis est, indigentiâ impetrans id quo indiget. C.9.n.182. p.330

Christus Deus elogium Incarnationis quodammodò debere videtur orationis merito

rito.C.9.n.188. p.332
Oratio ad Deum, laxamentum est ab angoribus & ærumniis humanis.C.9.n.192. p.333
Christi Dei quasi parcitas in terris, munificè negotiari videtur liberalitatem in cœlis.C.9. n.195. p.334
Oratio non tantùm piè præsumit rem postulatam; sed etiam appendices exambit gratias.C.9.n.201. p.336
Vel adumbratæ, vel somniatæ preces piè acceptantur à Deo ad nomen orationis, & rem impetrationis.C.9.n.205. p.337
Dignitatis solitudo ambitur ab omnibus; qui æqualis fit magno, non parùm illi de magnitudine detrahit.C.9.n.210. p.338
Sanctorum proceres piè ambiunt lucere Deo, non mundo; vni Christo viuere, non sibi. C.9.n.214. p.339

CAPVT X.

Fucata pigmentis facies, est libidinis incentiuum,& adulterij meditatio. C.10.n.13.p.344
Politior ornatus, exculta libido est, fidei languor,& luxuriæ vigor.C.10.n. 20. p.346
Inops vsque adeò suâ paupertate diues est,vt in angustiori inopiâ posset pro Deo opulētus quasi fideiussor existere,c.10.n.44.p.352
Esto bene infelix in hac vitâ, ne sis malè infelix in futurâ.C.10.n.48. p.353
Voluptas non est prouocanda, sed patienda, resistendo vincimus,scuto coronamur.C.10. n.56. p.356
Hominum patrocinium infidum est;solitarius procerum fauore destitutus, leuat se super se; sicut hedera quæ à diuortio parietis arbor fit.C.10.n.59. p.357
Vitiorum insolentia fit nobis schola sanctitatis,& virtutis disciplina.C.10.n.62 p.358
Praua consuetudo est quædam prauitatis lex, delinquendi fomes, & seruitus magno empta. C.18.n.44. p.361
Libido est crudelitatis illex; & crudelitas appendix libidinis.C.10.n.80. p.362
Mente potiùs amandum est, quàm voluntate, quò defæcatior & purior sit noster amor. C.10.n.84. p.363
Hominis ambitiosum obsequium plus honoris exhibet Iudicij,quàm Numini.C.10.n.92 p.366

CAPVT XI.

Constantia humana, quæ non feritur aduersis, nec ad graue periculum expallescit, à constantia in constantiam degenerat.C.11. n.4. p.368
Timor tacitè prodit, quem prudens securitas timendum facit.C.11.n.8. p.369
Veritas tanquam subornata recusatur; inhonestæ constupratur,atrociter feritur: & viuit, imperat,& virgo est.C.11.n.16. p.371
Minùs nobis mentitur, qui mentitur sæpiùs. C.11.n.21 p.372
Lingua beneloqua est summum humanæ cōuersationis Sacramentum.C.11.n.32. p.474
Adulatio irrisio quædam est, & quodammodò gentilismus.C.11.n.35. p.375
Adulator vsqueadeò mendax est,vt vel ipsam veritatem quam aliquando prædicat, mentiatur.C.11.n.38. p.376
Humanus fastus similitudinem ad alium recusat; omnes ambiunt exemplarem gloriam.C.11.n.42 p.377
Humana tenuitas alios offuscare satagit, vt magis fulgeat.C.11.n.46. p.378
Ambitio vitium felix est, & confine virtuti, virtutisque officia vtcunque substituens. C.11.n.51. p.379
Officiosa insipientia dum feliciter præfecturas negotiatur, eisdem planè insidiatur ruditatis ingenio.C.11.n.55. p.380
Feliciter stultus ad prælationem eligitur.C.11. n.61. p.382
Acerbius torquet pati titulo damnationis, quàm sæuiora tormenta hîc tolerare. C.11. n.65. p.382
Peccatum ipsum sui pœna est; & conscientia, acerbior punitio.C.11.n.68. p.384
Pauperior inopia à peccato est. c.11.n.72.p.385
Infamiæ natales à peccato sunt. C.11. n.78. p.386
A peccato hominis infirmitas, & inualetudo. C.11.n.81. p.387
Peccatum est mortis pignus.C.11.n.85. p.388
Impius peccando inferni lacum sibi apperit & effodit.C.11.n.89. p.389
Homo facilius credit rebus specie tenus falsis, quàm meracissimæ veritati.C.11.n.102. p.393
Leges quæ flectuntur pro rerum circunstantiis,non sunt impunitas delinquendi,sed sapiens increpandi vigor.C.11.n.126. p.394
Leges ferreæ, & flectinesciæ Hebræorum populo congruunt; Christiani populi blandiores leges sunt,& quæ cedere sciunt. C.11. n.130. p.395
Obedientia fit fidei æmula.C.11.n.132. p.396
Qui diuinis consiliis obtemperat, eiusmodi obsequiis quasi adulatur Deo. C.11. n.136 p.397
Aulicorum mores ad rem virtutis sæpè feminei sunt, ad crimina viriles.C.11.n.145. p.399
Improborum conuictus eadem vitia sensim affricat,& allinit.C.11.n.151. p.401
Malum exemplum adeò spectatores sui instigat ad delinquendum, vt vel Deo quasi cauendum foret, nisi incapax esset vitij. C.11. n.156. p.402

Occasiones peccandi studiosè vitandæ sunt. C.11.n.161. p.404
Cognitio malitiæ,fomes est ad malum: potentia peccandi, sæpe alea est ad delinquendum: timeat homo occasiones, vt funambulus casum.C.11.n.165. p.405
Potentia ad delinquendum sæpe fit meta delicti, præsertim si ad malitiam prona sit. C.11.n.171. p.407
Pulchræ feminæ causa non est tota rea; nam quam damnat fœdum crimen,visa pulchritudo absoluit.C.11.n.177. p.408
Vis amoris mutuat intellectui perspicaciam ad videndum nimis in re dilectâ.C.1.n.180 p 409
Non tantùm studio omnis Litteraturæ, sed etiam pretio, & negotiatione Sapientis nomen acquiritur.C.11.n.184. p.411
Ille habetur sapiens apud aliquos principes, qui ad eorum placitum iura dispensat, & approbat quod illis lubet.C,11.n.186. p.411
Rusticana simplicitas,& felix insipientia,sæpe aptior est ad rem virtutis, quàm exquisita doctorum sapientia.C.11.n.191. p.413
Castitas, adtestantis adstruit fidem, quam destruit testimonium luxuriantis.C.11.n.195 p.414
Castitas humanam fidē pudicitiæ laude mercatur.C.11.n199. p.415
Impius dum bonum verè laudat,illud egregiè deuenustat.C.11.n.203. p.417
Sub præsidio potentioris impunè delinquitur: nunquam ferè rea est malitia habentis patronum; nec secura est innocentia non habentis tutorem.C.11.n.209. p.418
Beneuolentia superioris clypeus est, & corona subditi familiarissimi.C.11.n.212. p.418
Gloria & opulentia potentissimum quemque exarmant: timor potentiæ appendix est. C.11.n.216. p.419
Qualis debeat esse Interpres Biblicus, seu Doctor Theologus, sapientiâ, moribus, eloquio C.11.n.220. p.421
De qualitate Doctoris,& merito doctrinæ non est agendum apud vulgus,sed seorsim apud peritos.C.11.n.221. p.422
Quilibet Doctor, quamuis eximius, similem habet.C.11.n 223. p.422
Quicunque Doctor etsi sanctissimus, & doctissimus,est homo.C.11.n.228. p.424
Sermo rusticanus & incongruus sapientem dedecet.C.11.n.235. p.426
Sermo nimis artificiosè cultus in concionatore,garrulitas est, & Euangelij contumelia. C.11.n.238. p.427
Sit sapientis sermo limatus & comptus. C.11. n.242. p.429
Sit sapientis sermo instar lucis clarus & nitidus.C.11.n.245. p.430
Sensus electus & sublimis, est causa & portio elocutionis electæ.C.11.n.248. p.431
Sapiens non potatur eloquentiæ poculentâ suauitate. nec cibatur sapientiæ esculento vigore, sed corporeo; frugali tamen cibo. C.11.n.235. p.432
Bonus Doctor de thesauro suo profert sapientiam.C.11.n.259. p.334
*Vtra præstantior interpretatio, recens, an senior, an ex sene recentior?*C.11.n.263. p.435
Dantur antiquitatis laudes, & nouitatis vitia. C.11.n.264. p.436
Nouitatis elogia,& vetustatis vituperatio.C.11 n.273. p.438
Præfertur vetus opinio recenter compta, innouata,aucta.C.11.n.227. p.439
Homo Litteratus, scientiæ animal est, doctrinæ reus, & sapientiæ martyr. C.11. n.280. p.440
Concionator agere debet dominâ, & imperiali voce, non seruili & ancillante procerum nutui.C.11.n.286. p.442
Procul ab Euangelica concione verba effeminata,& meritricia.C.11.n.290. p.443
Verbum Dei nummus argenteus] dicitur; & quia breuior elocutio pretiosior est, & quia aliquando prædicator concionibus velut nummis auarissimè negotiatur. C.11. n.292. p.444
Inanis gloriæ ambitio, seu ambitionis fastus, est vitium agnatum sapientis studiosis. c.11. n.297. p.44
Probitas prædicatoris, meritum & laus est Euangelij; improbitas autem, dedecus & contumelia.C.11.n.303. p.447
Sermo Euangelici præconis, audientium vitam fouet & alit, gratiam auget & amplificat; vitam tribuit audientibus quasi Eucharisticam,& beatam.C.11.n.308. p.448

CAPVT XII.

Munificentior liberalitas sibi auarè detrahit, quò aliis liberaliùs impendat.C.12.n.5.p.451
Verus amor non tam constare videtur affectibus,quàm muneribus.C.12.n.11. p.454
Circunspecta nostri custodia sæpè non fit ob suspicionem malj,sed ob æstimationem boni. C.12.n.15. p.455
Apud Reges:*Habe vt habeas*.C.12.n.18. p.456
Qui cœlestē beatitudinem impensius anhelat, valedicit terrenæ felicitati, & vltrò se destinat acerbioribus vitæ molestiis. C.12.n.21. p.457
Pauperi nihil vnquam deest: diuitibus multa bona tribuit Deus, vt bonorum penuriam experiantur.C.12.n.26. p.458
Diuina prouidentia est nobis panarium, & ærarium indeficiens: melius sibi prouidet pendula spes de diuina prouidentia, quàm ipsa

ipsa rerum temporalium possessio. C,12. n.31. p.459
Quàm acerbè audiatur à subdito rei petitæ negatio. C.12.n.34. p.461
Baptismus est, conscientiæ ad Deum interrogatio: & inde censentur baptismi elogia. C.12.n.46. p.464
Otium, eruditio vitiorum est,& intestinus dæmon: otiosus ferè custodiri non potest,ferè desperare potest. C.12.n.52. p.465
Homo est sæuior sui ipsius hostis. C.12. n.55. p.466
Totus ferè operis labor à coactione est: non videtur laborare qui sponte laborat,sed qui inuictus & coactus. C.12.n.58. p.467
Superior sibi beneuolè indulgens,peracerbus est in subditos.C.12.n.65. p.469
Sint Virginis aures crudæ & acerbæ ad Veneris vocabula: ne in casto corpore scortetur auditus. C.12.n.74. p.471
Homo verè pius etiam in senili ætate;ætatem restaurat iuuentutis.C.12.n.81. p.474
Capitis pretio emenda corona non est. C.12. n.88. p.475
Humana malitia alienam vitiositatem procurat ad solatium seu excusationem propriæ. C.12.n.91. p.476
Lasciuia,cadauer rationis est,stultè ingeniosa. C.12.n.95. p.477
Luxuria cordolium est,pestis viuax, peruersus baptismus, & crimen læsæ maiestatis diuinæ.C.12.n.98. p.478
Adsitne gratiæ diuinæ astutia serpentis,& aliqua quasi Satanæ sagacitas, sed ad bonum. C,12.n.101. p.479
Homo quia ex igneis moribus materiatus est, timeat à scintilla verbi inhonesti.C.12.n.104 p.480
Consimilis affectus est, lasciua libido gloriationis, & ambitiosa cupiditas fornicationis. C.12.n.107. p.481
Sicut gula quasi resculpit originale delictū, sic ieiunium quodammodò restaurat innocentiæ statum; & in cœlestem virginem Naturam velut reformat.C.12.n.110. p.482

CAPVT XIII.

A gula obbrutescit homo, & valedicit Deo. C.13.n.8. p.486
Periti principis est præcepta subditis imponere.& munia destinare iuxta cuiusque ingenium.C.13.n.12. p.487
Qui alicuius opera curiosè scrutatur,illa egregiè culpat.C.13.n.17. 488
Diuinæ gratiæ humana necessitas adstruitur. C.13.n.22. p.489
In peruersis quibusdā hominibus videtur gratia quasi violenta.Vnde Deus apta ingenia ad munera sæpè eligit,ne gratia resistat: & cœleste verbum patiatur aborsum.C.13.n.27 p.491
Sine spe torpet humanitas tota: Spes,fidei, & virtum gloria est: quæ benè audax naturæ impossibilia piè intentat, & religiosè præsumit.C.13.n.31. p.492
Diuina clementia piè ambit, ne misericordia Humana præcurrat Diuinæ c.19.n.36.p.494
Propositum,quod in animū irruit, & exteriùs inchoatum est opere,adeò homines instigat ne cessent,vt plura absurda deuorēt, ne videātur ab incepto desistere. c.13.n.40.p.495
Pium desiderium præmaturè gaudere dicitur operis priuilegio.C.13.n.45. p.496
Pium pij operis desiderium, quasi opus reputat Deus.C.13.n.49. p.497
Sit homo in re virtutis piè velut temerarius: & præsidio diuinæ gratiæ potēs,homini impossibilia audacter intentet.C.13.n.53.p.498
Grande malom est inimicitias agere etiam cum hoste, à quo nihil mali timeri potest. C.13.n.58. p.499
Pœnam adulterat iudex,qui vnicum delictum multipliciter repetitâ pœnâ multat. C.13. n.62. p.500
Victoria,quæ est felicitatum humanarum maxima, timenda est in ærumnosa molestia. C.13.n.73. p.503
Superioris propinquus sanguine aut familiaritate,sæpè impunè delinquit;qui verò hominem non habet adiutorem, imbecillus est.C.13.n.77. p.504
Non bona suspicio leuiter concepta, graue famæ detrimentum est, & veluti præpropera damnatio.C.13.n.82. p.506
Neque oculis credimus de virtute aliena. Dubitatio de alieno bono illud indubiè probat.C.13.n.89. p.507
Qui alios temerè iudicat,iure arbiter machinarius habendus est.C.13.n.93. p.508
Detractio, artificium est publicandæ, & amplificandæ laudis.C.13.n.100. p.510
Amor Dei erga homines,humanam transcendit cogitationem.C.13.n.103. p.511
Laus ab ore proprio ænigma est:imò in Euangelio, & in Christo de falsitate suspecta foret apud homiñes.C.13.n.108. p.512
Tutelaris Angelus diuina officia, & Paraclyti munus obit erga suos clientes. C.13.n.111. p.513
Vel leuis impudicitiæ suspicio, grauis damnatio est.C.13.n.123. p.517
Res periculis plena luxuria est:vel leuis occasio suspecta est,etiam quibus est impossibile à castitate desciscere.C.13.n.128. p.518
Caro humana adeò periculosa res est, vt ingenij diuini cura meritò appelletur. C.13. n.134. p.520
Periculosum est Religioso vel solùm respicere relictum

relictum feculi ftatum.C.13.n.137. p.521
Præfectorum cognatio fæpe impunè delinquit: fanctius meretur, promouetur facilius; feliciùs præeft.C.13.n.145. p.523
Valde punitur qui puniri poteft: fit pœna definitio culpæ.C.13.n.150. p.525
Ambitio corrumpit merita candidati: honoris fuga, aut meritum inuenit, aut facit.C.13.n.155. p.527
Felicior profperitas adeò infelix, & ærumnofa, & criminofa eft, vt confolãdus effet profper de feliciori fortuna.C.13.n.160. p.528
Felicior æmuli fortuna inuidum infauftè infortunat, & miferè infelicitat. C.13. n.164. p.529
Diffimulata laus, eft vrbana laudatio, & laudandi ingenium: quifquis hominem coram laudat, tacitè culpat laudibus. C.13. n.173. p.531

CAPVT XIV.

Lux flos eft, virtutis fructum fpondens; figillum eft fe rebus imprimens: interpres Verbi eft illud dilucide commentans. In numero facta non eft, ne numerum conflet cum cæteris creaturis.C.14.n.5. p.555
Magnanimus Princeps erga eos debet effe munificentior & gratior, qui fidelius & fortius aduerfus ipfum depugnauerunt. C.14. n.15. p.537
Audacia cogitationis humanæ affequi non valet cogitando munificentiam, quâ diuina largitas remunerat vel exigua hominum merita. C.13.n.21. p.539
Ipfa fæuioris procellæ atrocitas nonnunquam ducit in portum profpero errore, & cæca felicitate.C.14.n.27. p.541
Euangelij laus eft, non deuenuftari prædicatione Iudæi & fundari vel dubiâ hæfitatione prædicantium.C.14.n.29. p.541
Pauper inualidus delictis obnoxius eft: potentia diuitis, quafi ius quoddam eft ad delinquendum.C.14.n.38. p.544
Verba funt imbecillitas faciendi; linguæ arroganter grandi loquentia defectus manuum eft.C.14.n.42. p.545
Prælium tacitè dehoneftat vincentem. Sine pugna vincere, faftigium victoriæ eft, & victoria Virgo.C.14.n.48. p.546
Detractor auribus videt, quæ in aliis notat vitia.C.14.n.51. p.547
Libido guftata, quædam libera neceffitas eft, & quafi prophetia vlterioris delicti. C.14.n.54. p.548
Refcindere peccandi confuetudinem diu inolitam, naturæ miraculum eft, gratiæ faftus, & pignus gloriæ.C.14.n.58. p.549
Culpata criminibus confcientia docet alienam confcientiam culpare temerariè. C.14. n.63. p.551
Apud homines nemo fatis innocens eft, de quo, an fit innocens, quæritur: ipfa delicti inquifitio, præpropera damnatio eft. C.14. n.67. p.552
Amico fimulato nullus infeftior hoftis. C.14. n.72. p.553
Bonum exemplum animata lex eft, & velut prophetia imitationis, & maturum Euangelium.C.14.n.77. p.555
Proborum conuerfatio virtutes fpirat, imprimit, exprimit.C.14.n.80. p.556
Res eft periculis plena inimicitias agere cum feminaicuius furor, terror eft Diaboli. C.14. n.84. p.557
Dedecus & infirmitas eft potentioris, fi cum imbecilliori certamen ineat.C.14.n.88.p.558
Diuinior Dei vis per contraria, & fecum repugnantia media, præftat quos intendit effectus.C.14.n.93. p.559
Timor calamitatem multiplicat, & exaggerat; actualis perpeffio fæpe eam minuit. C.14. n.99. p.561
Metus veretur omnia, imaginatur omnia, quæ exacerbare poffunt: malum anceps & dubium, fiue fomniatum, ab imaginatione timoris acerbius angit.C.14.n.104. p.562
Parua opera in re virtutis, magnam virtutem exigunt: qui maiora vicit, fæpe minoribus vincitur.C.14.n.119. p.563

CAPVT XV.

Ratio victrix eft etiam contra potentiffimos quofque hoftes.C.15.n.4. p.566
Recta ratio facies animi eft, confcientiæ frænum, diffolutio paffionum, fomes fanctitatis, & quædam libera quafi neceffitas ad virtutem.C.15.n.8. p.567
Quem commendat probitas, difcordia damnat, inuitiat, infamat.C.15.n.13. p.568
Bonus præfectus æquè erit beneuolus in omnes; imò & æmulus præfecturæ ftellarum, fe totum exhibeat fingulis.C.15.n.17. p.569
Præfectus in æquilibrio fit; & vt peritus funambulus in neutram partem inclinet.C.15.n.23. p.570
Probrum, fi putaueris, facies; & improbum efficies, fi improbum æftimaueris.C.15.n.28 p.571
Cautionalis præpofiti fufpicio, fæpè interceffio eft ad delinquendum.C.15.n.32. p.572
Homo vfq; adeò æftimat pecunias, vt eas quafi gratiam, & gloriam reputet.C.15.n.36.p.573
Tam auidè homo pecunias appetit, vt cœleftis beatitudo fub pecuniæ nomine illi proponatur.C.15.n.39. p.574
Fugax eft & incerta nummorum poffeffio, vnde beatitudo, quæ de fe æterna eft, dena-

rij nomine ſignificata, dicitur *donarius diurnus*.C.15.n.44. p.575
Auara opulentia, peccandi fomes eſt, licentia delinquendi, interni viaticum, & quaſi gehennæ reatus. C.15.n.49. p.576
Res furto poſſeſſæ inultum poſſeſſorem furtiuè fugiunt. C.15.n.53. p.578
Mundialis gloria opibus comparatur, diuitiis conſtat. C.15.n.58. p.579
Qui ſemel cadere incipit, non ſolet ſiſti vſque ad profundioris loci intimiſſimam ruinam. C.15.n.64. p.580
Etſi virtus non patitur ætates, ſenior ſapientiũ ætas præferri ſolet iuniori: alioqui hic vaneſcit, ille ſordeſcit. C.15.n.74. p.583
Homo ignobilis ad faſtigium honoris euectus, inſolentiùs ſuperbit; ſecus nobilis meritorũ conſcius, facilè ſe demittit. C.15.n.80. p.585
Opportuna laudatio aut prophetia eſt meriti, aut merita cudit: optimumque ſæpe inuenit, aut facit. C.15.n.84. p.586
Procul eſto à religioſo Sacerdote mulierum etiam piarum frequens viſitatio; ne familiaritas inſidietur pudicitiæ. C.15.n.92. p.588
Sacerdotium, ſacrarium eſt Chriſtianæ religionis, & opificialis Dei omnipotentiæ æmulum. C.15.n.97. p.590
Ambitioſus opum faſtus Sacerdotem dedecet; auguſtior apparatus in Præſule ſit pompæ meritorum. C.15.n.103. p.592
Chriſtiana ſanctitas non renunciauit comitati: vrbanitas Apoſtolica, Angelica, & diuina laudatur. C.15.n.107. p.593
Eximia virtus publicari non ambit, ſed nec timet: lucis examen approbatio eſt præclarioris operis. C.15.n.113. p.594
Beatorum merita ſunt ornamenta beatitudinis. C.15.n.117. p.596
Caſtitas flos virtutum eſt: & reliquæ virtutes ſpiritualis quædam caſtitas. C.15.n.123.p.597
Humanus faſtus Reſtitutionis ignobile nomẽ cupit celare honorifico donationis titulo. C.15.n.126. p.598
Merita accipientis beneficium, minuunt largitoris munificentiam. C.15.n.131. p.599
Superior nimis æquus, iniquus eſt: attentè modulatur fauores, & principatum inæqualitate amplificabit. C.15.n.136. p.601

CAPVT XVI.

Eccleſiaſticus cantus mentem tranquillat ad pietatem, Dæmones excantat piâ victoriâ & religioſo trophæo. C.16.n.9. p.605
Animus exaſperatus, & mœſtus, fomes eſt ad vitia, & audacior criminum libido. C.16.n.13. p.607
Temperata iucunditas, conſtantia virtutum eſt, & pius vigor aduerſus virtutum hoſtes. C.16.n.17. p.608
Qui officioſiſſimæ gratiæ obtemperat, totam Dei gratiam redimit; animum triumphis coronat, reſculpit Dei imaginem, & Euchariſtiæ, ſeu beatitudinis menſâ quaſi ſaginatur. C.16 n.22. p.609
Pulchritudo character iuſtitiæ habetur, Salomonis robur: & Chriſtus fortis dicitur, vt pulchra facies. C.16.n.29. p.611
Funeſta iuſtorum calamitas præ gloriæ felicitate æmulatur beatas cælitum gloriæ. C.16. n.37. p.614
Tantùm in re virtutis vera & mera lætitia eſt. C.16.n.42. p.615
Ærumnoſus merendi labor lenocinatur futuræ felicitati. C.16.n.46. p.616
In acerbiori calamitate deliciatur Iuſtus lætitiâ beatitudinis æmulâ C.16 n.53. p.618
Laboris moleſtia centrum hominis eſt, eſt libido patiendi, & quædam beatitudinis æmulatio. C.16.n.58. p.620
Calceorum ſumptuoſior ornatus ad gratiam. C.16.n.61. p.620
Reprehendentis nimia ſeueritas, non emendat, ſed irritat ſubditum, illúmque armat aduerſus Præpoſitum. C.16.n.66. p.622
Sub bono principe principalium flagitiis perennat rigor; nec opprimit pauperculos, & inualidos. C.16.n.70. p.623
Vſque adeò temeraria eſt humana malitia, vt perversè diuinam bonitatem æmulari præſumat. C.16.n.75. p.624
Seueritas poſtremi iudicij expenditur. C.16 n.90. p.628
Chriſti iudicantis irata facies ſententiam fulminat damnatis: qui mitiorem æſtimant gehennam, quàm videre iratum Chriſti vultum. C.16.n.98. p.630
Expenduntur feraliſſima gehennæ cruciamenta. C.16.n.100. p.631
Generosè quis implet, quod liberaliter promiſit. C.16.n.118. p.636
Munerum ingenium inſtar miraculi eſt ad permouendas hominum voluntates. C.16. n.124. p.637
Cœleſtis Beatitudinis felicitas adeò excellit, vt præ magnitudine æmuletur humanas infelicitates. C.16.n.128. p.639
Supernæ Beatitudinis elogia adhuc prædicantur. C.16.n.134. p.641
Sic vilis eſt apud homines cœlorum gloria, vt Beatitudinis drachmam habeant inter ſtercora. C.16.n.140. p.642
Voluntaria hominum dona diuinæ pietati adulantur. C.16.n.145. p.643
Diuitiæ reiectæ merita ſunt, & ipſæ abundantius recuperatæ ſunt opulentum præmium ipſius abdicationis. C.16.n.151. p.645
Immodica triſtitia eſt inteſtinus dæmon, delictorum fomes, & cruciatus gehennæ affinis. C.16.n.155. p.646

Digitized by Google

Nonnullis honorum gloria lenocinium est ad virtutem; & ærumnosa miseria fit peccandi libido. C.16.n.160. p.647
Ambitionis fomes vitium est humanæ naturæ: suspecta virtus est, quæ dignitates non recusat. C.16.n.166. p.649
Secularis prosperitas aliquãdo iuuat ad virtutẽ, estque sanctitatis custos. C.16.n.170. p.651
Non benè præcauentur delicta auferendo obuias occasiones, sine quibus hominum vita vix transigi potest. C.16.n.173. p.651
Singularitas in re sanctitatis, destruit quod adstruit. C.16.n.175. p.652
Sterilitas reatus naturæ est, vigoris inopia, deformitas humanitatis, præmatura mors. Sed præstat sterilem esse ventre, quàm mente. C.16.n.181. p.653
Mortis memoria immortales facit, vicarias Dei vices substituit: asylum est humanarũ calamitatum: vnde oportet Christianos esse riuales pulchræ mortis. C.16.n.189. p.655
Difficultas facinoris metitur gloriæ felicitatem: malè dulcis est voluptas humana, quam aliqua difficultas non condit, & mellit. C.16,n.198. p.658
Bonus vir sic gratus est, vt fermè ingratus esse non possit. C.16,n.205. p.660
Sanctorum reliquiæ sunt virtutis Sanctorum Compendium, & humanarum calamitatum asylum. C.16.n.211. p.661

Tractatus Appendix de Iudith figurata, in quo Virginis Deiparæ laudes in Iudithâ adumbratæ, prædicantur.

PROLOGVS. T.n.1. p.667
A Mariæ illustri nobilitate generosè nobilitatur Christus Deus. T.n.3. p.668
An sicut Maria nullam vnquam habuit propensionem ad peccatum, aliquem habuerit fomitem ad virtutem? T.n.7. p.669
Maria etsi in re nummariâ paupercula fuit, opulentissima est gratiæ censu. T.n.13. p.670
Inter præcipua Mariæ elogia censetur, neminem locutum fuisse de illa verbum malum. T.n.19. p.671
Mariæ diuina maternitas sequela fuit humilitatis humanæ. T.n.25. p.673
Oratio ad Mariam exoratio est: nam vectigalis dicitur humanis precibus. T.n.31. p.674
Maria pro humanis causis curialissima negotiatrix est apud Deum. T.n.36. p.675
Præuiâ diuinæ essentiæ visione elui debet humana ruditas ad Mariam digno obsequio tractandam. T.n.41. p.677
Mariæ venustas est suorum clientum mutua concordia. T.n.45. p.678
Mariâ imperiali supplicatione, aut supplici imperio filium Deum orat. T.n.46. p.679
Misericordia Christi, soboles Mariæ est, quam cũ indole generosè expressit. T.n.53. p.679
Mariæ facies, lucis flores arcanè spargit spectatoribus. T.n.57. p.680
Eximia Mariæ pulchritudo fuit castitatis illex, & concupiscentiæ stupor. T.n.60. p.681
Maria sedulò peccatoribus auxiliatur, vt in se resculpat iterum diuinæ maternitatis elogium. T.n.65. p.683
Maria gymnasium est diuinioris sapientiæ, & forma seu venustas Christianæ disciplinæ. T.n.70. p.684
Maria est lingua fidei, & Christianæ religionis assertio. T.n.75. p.685
Quid Mariæ debeant augustiora Christianæ religionis Sacramenta? T.n.79. p.686
Quam operam B. Virgo contulerit ad Eucharistiæ institutionẽ: & an reliquiæ Deiparæ in Eucharistiæ pane adorentur? T.n.85. p.688
Maria est serpentis Dæmonis serpens femina, Tartarorum pauor, & Dæmonum arcanior gehenna. T.n.91. p.689
Figurata Iudith populi sui vindex, vindicatur ab Originali delicto, & illius contrahendi reatu. T.n.96. p.691
Christus censetur ex Virgine: & inde adstruitur puritas immaculatæ Conceptionis. T.n.106. p.694
Mariæ munifica charitas partem gloriæ suæ reputat, leuare mortalium ærumnas. T.n.111. p.695
Maria promptuarium est salutis, & armarium humanæ vitæ. T.n.116. p.696
Immensitas Marianæ beneficentiæ sic adest singulis, sicut adest omnibus superimaginariâ liberalitate. T.n.120. p.697
Immensitas Marianæ gloriæ, glorias vbertim exundat mundo, cœlis, Deo. T.n.125. p.698
Quisquis seriò gaudere exambit, discat in Maria lætari. T.n.129. p.699
Mariani pudoris splendor Angelicam reuerberat dignitatem, & diuinæ puritatis æmulator existit. T.n.134. p.701
Sicut Maria in patientẽ filium quodammodò trãsformatur: ita glorificato cum noua quasi gloria sese conformauit. T.n.138. p.702
Quisquis sine Mariæ ductu ad cælum ire præsumit, non it, sed errat. T.n.141. p.703
Maria suorum clientum secunda fortuna est. T.n.146. p.704
Apostolus ad Romanos 5.v.15. Virginem Deiparam à primordialis delicti labe, iuxta literæ rigorem emaculat. Tractat.num.150. p.705

PROLOGVS

PROLOGVS, ET IDEA OPERIS.

1. S. Paulin. epist. 27.

PRÆCLARA cuiuſpiam vox eſt: *Nunc verè ſapiens, verè diſertus, qui mundo huic ſtultus, & mutus eſt.* Quaſi muta infantia (ſæpè imperitiæ, & ſtultitiæ rea) ſit ambitionis ingenium in re litterariâ, & quâ homo taciturnitatis merito mercari præſumit arcanę ſapientiæ famâ: indéque haberi ambit, *nō tā lingua quā vita eruditus.* Verū in hoc etiā ſcriptorięti æuo, habere non iuuat, quod habere non prodeſt. *Citra profectum enim proficit, quiſquis alteri, cùm poteſt. Sciētia distributa ſuſcipit incrementum, & auarū dedignatur poſſeſſorē: niſi publicetur, labitur.* Benè auarus ſcientiæ eſt, qui illius cōmunicādæ magis prodigus eſt: Procul ſit à religioſa mente profanū illud:

Eruditus vita potiùs quā lingua. Idem ep. 55. Hildeber. epiſt. 1. *Benè ſapientiæ auarus eſt, qui illam prodigè communicat.* Perſius ſatyra 1.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Quia ſæpè *nec ipſa monimenta aliud quàm cadauerum tabula.* Itaque *proxima eſt veniæ cauſa, quæ non eſt tota rea: virtus, quæ cū delicto ad iudiciū venit, interuenit.* Excuſet pius affectus, ſi quid leuiter deliquit calamus minùs cautus. Supra humanum faſtigium eſt, nuſquam offendere. Non eſt animus *ſtylo culpa, & reatus ipſius atramēto,* (vel ad audacię excuſationem, vel ad eruditionis oſtentationem) hîc referre quàm diu, quámque ſedulò ſudarim lectitans ſacrorum voluminum, & ſanctorum Patrū ſcripta, vt inde impetrem piæ temeritatis veniam. Nam *Phariſæus cùm iuſtitias tuas computat, ructai.* Neque etiam affectatæ demiſſionis peruerſâ ambitione inſidiabor humilitati, dum clanculùm humilitas ſuperbiam procurat: quia *nihil inuenio, quod ſit fabricata humilitate ſuperbius.* Taceat linguæ garrulitas, quod viuiùs res ipſa loquetur. Porrò liber, index animi eſt, & abſtruſæ mentis linguatus interpres; *Ego in paginis ſpeculum puto eſſe conſciētiæ.* Perbellè cunctanti Caſſiodoro publicare ſui ingenij monimenta, ita reſcribit quiſpiam: *Celas) vt ita dixerim) ſpeculum mentis tuæ, vbi te omnis ætas ventura poſſit inſpicere. Contingit enim diſſimilem filium plerumque generari. Oratio diſpar moribus vix poteſt inueniri. Eſt ergo iſta valde certior arbitrij proles Nam quod de arcano pectore gignitur auctoris ſui, poſteritas veracius æſtimat.* Itaque librum hunc oculis luſtrās, & quaſi fidele ſpeculum conſule; ille veraciùs aſpectibus loquitur, quàm blanda inloquitur amicorum aſſentatio, vltra meritā audax,

Tertul. de reſur. carn. cap. 57. Hildebert epiſt. 15.

2. S. Chryſol. ſerm. 123. *Excuſatio eſt ſtylus culpa. Quiſquis bonum ſibi imputat, illud ructat.* Idem ibidē. *Fabricata humilitas ſuperba eſt.* Ennodius lib. 6. epiſt. 1. Idem lib. 5. epiſt. 10. Caſſiod in proœm variarum.

3. *Liber eſt mētis ſpeculum. Qui placuit omnibus.* Horat. ep. ad Mæcenat.

pueri ludentes, Rex eris, aiunt.

aut ſuſurrat auribus aliquis ſubmurmurantis rumuſculus.

Auriculas aſini quis non habet?

Quis vnquàm dixit multa, quibus omnes arrideant vel quæ quadrent in omnes?

——vt calceus olim

Si pede maior erit, ſubuertet; ſi minor vret.

Iamas ſupo nadie tomar iuſtamente medida, ni al ingenio, ni al guſto.

Perſius ſatyra 1. Horat. epiſt. 6. lib. 1. ad Num.

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus.

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Pulchrè dictum: *Tot venena quot ingenia; tot pernicies, quot ſpecies; tot dolores, quot colores. Et tamen nos omnium violentia geſtus de cauda nocere.*

Perſius ſatyra 5. Tertul. Scorp. c. 1.

§ I.

De commento litterali.

OPeræpretium eſt in hoc veſtibulo, breui exponere rationem inſtituti mei. Nempe quare Iudithæ librum interpretandum ſelegerim; de commento litterali, & commentariorum ſtylo: mox in ſeq. §. de theſibus ad informandos mores. Iuditham inclytam ſæculis heroïnam, commentandam, & prædicandam vt ſeligerem, dicendi vota præcucurrerunt arbitrio dicentis: quia *nunquam pauper vena timetur ingenij, vbi diues eſt cauſa dicendi. Quis mendicam narrationem æſtimet, quam vota locupletant? Sæpe infacundiæ dotibus pauper inuenitur vena prædicantis, & è diuerſo theſaurus cordis irradicat in egeſtate verborum. Diem laudare quis abnuat? Attollere Solis radios quis metuat in qualibet nocte ſermonum?* Nempè ea eſt Iudithæ ſanctitas tanta nobis proponit exempla virtutum, vt vel ipſius prædicandæ non ita ſtudioſo vbertim ſuggerat copiam dicendi ad inſtituendos populorum mores. In vna Iuditha inuenient Virgines pudicitiæ exemplar Viduæ, fermè obſtinationem continentiæ, virginitatis æmulam. (Nam *vidua eſt rurſus virgo per temperantiam*, dixit quidam hyperbolicè.) Religioſi mirentur religioſæ vitæ normam pręmaturè Chriſtianam: Doctores, ſublimioris ſapientiæ Academiam; Confeſſores, aſperioris pœnitentiæ calamitates beatas; Martyres, Martyrem viuam, cadauer ſpirans, fœminam in natali vrbe *vitæ exulem*, & in tanta cenſus opulentia, prædiuitem *penuriâ mundi*; Perfecti; conſultioris politiæ prudentiam; Heroës illuſtrem Heroïnam, pia temeritate felicem: & omnes ſexus, conditiones, ætates, omnium planè virtutum metam: *Quæ tota ſupra fœminam, exemplum eſt virtutis, & inſtrumentum. Viuunt vitæ bonæ beni ſæculi reliquiæ: per quam & ſexus reſpirat ad gloriam*

4. *Iuditha diues eſt laudum vena.* Ennodius in natal. Laur. Med.

Iuditha eſt omnium virtutum promptuarium. Clem. Alex. 7. Strom.

5. Tertul. de reſur. carn. c. 8. *Iuditha elogium.* Hildeb. epiſt. 26.

riam, & genus elabentem retinet dignitatem. Enimverò Iuditha non tantùm fuit Gratiarum manibus facta fœmina, sed virtutum moribus conflata ad omnes sanctitates. Quippe de qua quæremus inferiùs (quis affirmare audeat?) *virtúsne fuerit natura?*

Clem. Alex. 5. Strom.

6. *Quare Iuditha liber exponatur.*

Dein, cùm Iuditha fuerit Deiparæ Virginis illustrior typus, præbebit occasionem diu illam c'ptanti, vt de Iudith figurata, de Maria, inquam, aliqua opportunè congeram, digeram, exaggerem. Quod præsto ad finem operis, nempè, post omnem Iudithæ historiam explicatam: ne ad singula capita, & versiculos, in quibus Iuditha Mariam adumbrat attexẽs Marianas laudes, (cum plura alia necesse sit interseri ad litteram, & ad mores) intercidatur tractandorum series; & dum saltuatim agitur, præcipui tractatus perdatur lepor, & gratia. Ad hæc, ideo elegi commentandam hanc Iudithę historiam? quia cùm mens mihi diu foret, paulò fusiùs expatiari in re morali, eum malui Sacræ paginæ librum commentari, qui non multum chartæ (etsi temporis, & industriæ) insumeret in commentario litterali. Suus cuique genius est, & naturæ igniculus, vigor est disciplinarum, & sapientiæ compendium.

7.

Vnde peritus lector non expectabit in meo super libro Iudith commentario, Maldonatos, aut Toletos in Euangelia, nec Pererios in Genesim, neque copiosissimos quosque à materia libri exponendi, & ab eruditione Commentatorum. Hi enim, vt pote toti ad litteram, selegere materiam, in qua plus posuerunt industriæ in deliberando quid negligerent; quàm quid eligerent. Nam suppetebant vbertim præter interpretes in omnia Biblia, plures translationes è diuersis fontibus, plura Patrum commentaria, plures Commentatores ex priscis, & nuperrimis, non paucos ex his, qui cum hæreticis controuersias tractant; & quibus munus fuit ad populum copiosè concionari. Et ita P. Maldonatus, qui augustè tractat Euangelia, augustè admodum versat Prophetas. Et Cardinalis Toletus, qui iusto volumine duodecim Lucæ capita explicuit, totam ad Romanos epistolam exiguo libello absoluit. Scilicet materia diuersa non eandem expetit, nec pariter Commentatoris industriam. Et sanè nescit nemo, qui aliquid scit in re Biblicâ, quàm sit Iudithæ historia infœcunda Commentatorum. Nam cum aliqui ex vetustis auctoribus eam inter Hagiographa reiecerint cum Hebræis, reiecerunt illius cõmentandę laborem. Imò Sancti Patres vix huius historiæ meminerunt, nisi vt probarent, vel improbarẽt eam in catalogo Orthodoxo Scripturarum esse, aut non esse reponendam. S. Hieronymus præter translationem huius libri, alicubi tantùm aliquem versiculum exposuit, etsi Iuditham laudat in Epistolis ad Furiam, & Eustochium. S. Ambrosius in libro de viduis prope medium, nonnihil dixit de Iuditha. S. Augustinus tom. 10. in Appendice serm 66. & 67. laudes Iudithæ versat eleganter; licèt stylus non Augustinum, sed Ambrosium, aut Maximum sapiat. Chromatius in cap. 6. Matthæi aliquot lineas scribit super Iuditha; scribit & Chrysostom. homil. 9. ex variis in Matthæum. S. Fulgentius in 2. epist quæ est ad Gallam de statu viduali, Ferrandus Carthaginẽsis in regula 1. paucula libant. Prudentius in Psychomachia, pugnâ 2. sex versibus Iudithæ facinus modulatè canit. Zonaras in huius historiæ narratione Iuditham non omittit. Apud Tertullianum, Alexandrinum Clementem, Origenem, Athanasium, Paulinum, Hildebertum, aliquod de Iuditha verbulum (potiùs mentionem diceres) inuenire licet; quam rarò inuenies in aliis ex priscis Ecclesiæ Patribus: è quorum guttis rigatur potiùs, quàm extinguitur Iudithæ interpretandæ sitis.

Iuditha historia est Commentatoribus infœcunda.

8. *Quinam ex Patrib. Iuditha mentionem faciant.*

S. Hier.

S. Ambros.

S. August.

S. Maxim. Chromat. S. Chrysost.

S. Fulgentius Ferrandus. Carthag. Prudentius.

Zonaras. Clem Alex. Origenes.

S. Athanas. S. Paulin. Hildebert.

Prætereà sicut liber Iudith sterilescit à veterum Commentariis; sic etiam & translationibus infœcundus est. E Chaldaïca origine translatus & à S. Hieronymo, vt testatur ipse in epistol. 111. Dein Munsterus in præf. in Hebraïcum Tobiam, asserit, librum Iudith Hebraïcè scriptum, Constantinopoli reperiri. Sed neque extat Hieronymi Chald-ï-um exemplar, neque Hebraïcum Munsteri ad nos commeauit. Masius super Iosuè, in dedicatoria Epistola ad Philippum Hispaniarum Regem maximum, testatur apud se habere sy-ia-am libri Iudith versionem? sed prædiuitis gazæ auarus possessor, nemini communicauit. Planè liber Iudith præter Latinam Vulgatæ scriptionem, Græcè scriptus inuenitur, an opera Septuaginta Interpretum, an alicuius incogniti Auctoris, adhuc sub lite est apud Sacrę eruditionis peritos. Sub nomine LXX. Interpretum extat apud Cratandrum, (vt alios omittam) Latinè scriptus, extat in Sixtianis Bibliis. In Bibliis Complutensibus, & Regiis habetur Græcè, & Latinè scriptus exiguo verborum discrimine. Vatablus paulò aliter vertit ex Græco textu, sed penè eodem sensu. Biblia Gotthica apud Marianæ schedulas nondum typis excusas, aliquid addunt, aut detrahunt de Hierony-niana editione Lucifer Calaritanus (cui nescio, an etiam post pœnitentiam, tutò te credas) breuicula notat. Notæ etiam Romanorum in Bibliis Sixtianis, aliqua non contemnenda subiiciunt; sed quantula hoc, quæ (præter Græcum textum) sedecim lineis plenè exarantur, ad explicanda libri Iudith sedecim omninò capita? Si vna nobis suppeterent Chaldaï-a, aut Hebraï-a exemplaria è sanctæ linguæ mysteriorum grauidis radicibus, fœcundum fecissem Iudithæ librum ad vberes expositiones: quas non exambio nunc, sed detrecto ob nuper præfatam rationem.

9. *Liber Iudith translationibus infœcundus.*

S. Hieron. Munsterus.

Masius.

Cratandrus. Biblia Sixti.

Complut. Regia.

Vatablus. Biblia Gothica. P. Mariana.

Lucifer Calaritanus. Romanorũ notæ.

Liber Iudith Expositoribus sterilis.

10.

Venio ad expositiones huius libri Bellator olim septem libros super Iuditha scripsit, posteà Gerardus Lorichius, & Iacobus Ziglerus Landanus, & Cornelius Magnanus, quorum Commentarios nõ vidit hæc ætas. Georgius Ederus in sua Oeconomia Biblica: Franciscus Fenardentius homilias quasdam ad hunc libru͂ medidit. Petrus Comestor in historiæ huius narratione perstringit aliqua. Rabanus Maurus allegoricam expositionem dedit, & tropologicam Berthorius Pictauiensis lib. 16. sed ieiunè satis. Animus nũc est condere, quod *allegoria nubilo careat.* Ex iis verò, qui totum Bibliorum corpus exposuerunt, exigua accenditur facula ad lucem huius libri. Strabus magistrum suum Rabanum imitatur in Allegoriis, dum Glossam ordinariam texit. Anselmus Laudunensis mysticos sensus aucupatur in glossa interlineari, pariter & Hugo Carensis. Quin & hi tres Doctores pauca admodum, & incisim tradunt. Lyranus sensum litteralem de more venatur, sed præstrictim agit super Iudithæ historia: nec multa scripserat R. Samuel Iarrius Paulus Burgensis tacuit ad hunc librum, quia nihil habuit, quod notaret aduersùs Lyranum; & ideo siluit etiã Toringius in apologiâ apologiæ. Dionysius Richel. ferè Lyranum sequitur: cùm nihil scripserit S. Hieronymus super Iudithæ historia. Isidori Clarij Brixiensis hic cessauerunt

Bellator. Lorichius. Ziglerus. Magnanus. Ederus. Fenardent. Comestor.

Rabanus. Berthor.

Tertul. de resurrecam. c. 28.

Strabus.

Anselmus. Laud.

Hugo Carens. Lyranus.

Samuel Iarrius. Paul Burgẽ. Toring. Dionys. Richel. Isidor. Clar.

Digitized by Google

uerunt notulæ, cessauerunt & Rabinorum. Vatablus (si opus illud Vatabli est, post tot notas benè notas, ab hæreticis suppositas) nulla scholia subiecit suæ versioni: Gratulor Roberto Stephano quòd in notulis ad librum Iudith nihil suppositiuum ex Caluino, aut Musculo propinarit imperitis. Malo nullam quàm virulentam commentationem. Nesciebat venenatos hæreticorum libros, qui olim dixit: *Nullum esse librum tam malũ, qui non aliqua parte prodesset.* Xantes Pagninus, & suus Dauid Kimchius nihil offerunt ad Iudithæ commentarium, cùm reliqua Biblia ferè exponant. Noster Mariana, vir nostro æuo magnus, & meliore dignus, cùm omnem Sacram Scripturam illustraret, nec verbulũ de Iuditha fecit. Paucula substituit P. Petrus Lamselius quem nuper prematura mors eripuit eruditis: Pauciora de more scripsit P. Emmanuel Sa. P. Iacobus Tirinus fusiùs explicat pauculos versus. Pauciores P. Gordonus; Steuchus, Haræus, & Menochius multa stringũt breui. P. Iacobus Salianus ad omnem eruditionem factus homo, ad annum mundi 3346. (vtinam hîc felici supputatione, quam infrà reiicio) aliqua egregiè notat, sed cursim, vt Annalium exigit excursus. P. Nicolaus Serarius ad miraculum vsque eruditus, aliquot quæstiunculis omnigena eruditione refertis, multa Iudithæ loca explicat, sed plura omittit. P. Gaspar. Sanctius, sanctitati factus, Bibliis enutritus, luculentum edidit commentarium, sed perbreuem, nec perpetuum. Bartholomæus Tortoletus Iuditham vindicem heroïco pangit carmine; sed quod Poëtæ res est, poëticas admiscẽs fabellas, interturbat historicam narrationẽ. Demum M. Martinus Alnix Augustinianus lucubratiũculam scripsit super Iudith, quæ lucem non sperat: autographa videre licuit Compluti: nihil excerpsisse permissum. Et non nemo in Academia Salmanticensi expositionem parturit.

Vatablus. Robert. Stephan. Plin. lib. 3. Epist. Xantes Pagnin. Dau Kimch. P. Mariana. P. Pet. Lãsel. P. Eman. Sa. P. Tirinus. P. Gordon. P. Salianus. P. Serarius. P. Sanctius. Tortolet. M. Aluiz. Salmantic.

11\. *Succinctus erit littera commentarius, & quare.*

In tanta ergo paupertate translationum, & interpretum breuitate, quis à me expectat diuites cõmentarios? qui si expeti iure possent, non elegissem hunc librum commentandum: ne totus in littera explicanda, expeditiùs non possem ad mores euagari. Neque adducar vt faciam, quod multi, qui videntur copiosi, fecêre: nimirum quidquid notatu dignum putauerint, aut sciuerint, id in vnum Cõmentarium, quasi in penum condiderint, stipauerintque. Quod nemo mediocriter eruditus nõ potest facere, vel ad lectoris nauseam. Vnde cùm in capite 5 huius libri Achior seriatim referat Holoferni stirpem Hebreæ gentis, eius res gestas, & illustriora portenta, quibus Deus suum populum nobilitauit: facilè foret ibi inserere plura ex libro Geneseos, Exodi, & Numerorum; plura è libro Iosuë, & Iudicum, nec pauca ex libris Regum, & Paralipomenis. Ea tamen ibi opportuna æcphrasi enodo, digitum intendens (ne me *digito destinare* videar, si secus faxim) ad loca, vbi ex professo traduntur, ne meos commentarios infarciam alienâ eruditione. Neque enim intendo loca onerare, sed explicare: exsatiare cupio locum, non replere: non quantum locus capit, sed quantum satis est ad loci expositionem, adducere conatus sum. Qui quod satis est dicit, ibi omnia dicit: quia cætera superuacua sunt; superuacua autem semper inutiliter redundant. Quis non fastidiat *longa disticha*? Profectò meus commentarius litteralis duplo excedit (mole, non eruditione) quæstiunculas Serarij, & Sanctij commentarios, etsi omnis illorum industria desudet tantùm in litterali expositione. Ais, benè est, fidem facio dictis. Sed quare vnus tantũ Iudithæ liber in toto hoc volumine explicatur? *Qui interrogas, fidem denegas, quam fateris.* Proculdubio qui morales sensus amat, vel in vno Bibliorum capite vberem substernet materiam ad plura volumina exsatianda: nam *si singula Scripturæ verba si libris singulis mandarentur, nec sic mysteria, quæ in ipsis sunt audientibus peruenirent.*

Tertul. lib. de pallio c. 4. Martialis. *Qui interrogat, fidẽ designare videtur.*

R. P. Dicac. de Celada, in Iudith.

Chrysolog. serm. 62. Idem serm. 64.

12\. *De stylo huius operis.*

De stylo, seu genere dictionis nihil hîc dico, de quo tracto copiosè ad caput 11. §. 49. &c. §. 60. &c. vbi plura non importuna reperies ad hanc rẽ. Nusquàm exambio concinnatos sermones, aut phalerata verba, neque dictionem, quæ spiret flores, & vernet amœnitatibus facundiæ; sed neque valdè castigo calamum; quem vltrò permitto rebus; & ita sermonem eligo, qui viuaciùs mentem meam exprimat. *Multi enim excogitant quidem optimè, sed malè interprete sermone destituuntur:* aut quia verba ambitiosiùs comuntur, aut quia rusticana deuenustant rerum elegantiam. *Hei, Hei, cur non res ipsa inter homines educunt vocem?* Si quando sermo paulò comptior euadit, non est dictionis vitium, sed aliquis fortè rerum vigor, qui euitandus non est imbecillitate verborum: rebus imputa, quod ructat lingua. De rebus autem mox velitabor. Profectò animus non est iis scribere, *qui adeò Latini sermonis ignari sunt vt vix alia vocabula intelligat, quàm quæ vulgò in scholis trita sunt, vel quæ in Officio Ecclesiastico quotidie legũt, si tamen illa citra Mamotrectum aut Calepinum intelligunt*; quantò minùs Tertullianum, Arnobium, Zenonem, Ambrosium, Sidonium, Pacianum, Hildebertum, Ennodium, Saluianum, & his similes, qui limâ cultioris styli Christianos mores quotidie adpietatem erudiunt. Non enim omnes clamosis vociferationibus exciuntur, vt belluæ; sed plures *vigorem prædicationis politicæ, & litterarum curiam requirunt.* Num orbabo meos commentarios politicâ, & curiali eruditione, & pia venustate indecoratos dimittam, & amictos rudi tantùm soloce propter imperitorum minas? Dabo operam aliquãdo, vt comptis etiam verbis mores legentium comam, & adornem. *Emendo pietatem ornatu.* Quin & thesium moralium titulos sæpe præscribo limatulos, & comptulos; quippe qui plerumque sunt ipsissima verba Sanctorum, aut veterum Patrum, qui in corpore paragraphi subscribuntur. Quæ ideò eisdem verbis exscribo, tum ne eorum lepor extenuetur, tum vt qui epigraphem notet, simul denotet sanctorum Patrum sententias: quod nemo faciet nisi benè Hæreticus, aut malè Catholicus.

Philo Heb. de migrat. Abrahæ. Euripid. in Hyppolyto, apud Stob. P. Rio in proloquio ad Pharum. S. Zeno serm. de Isaia. Philo de migrat. Abr.

---

§. II.

De thesibus ad mores.

13\. Veniamus iam ad theses morales; moralissimas admodũ velles, succulentas magis magisque accõmodatas ad informãdos vulgi mores, & quæ non tam subtilitatem, quàm vtilitatem negotientur. Nam *lenitas omnis altipetax est, & sursum versùs vigore subtilitatis effertur.* Verùm ego meæ tenuitatis benè conscius, nunquam studui declinare exsuccæ subtilitatis syrtes, sed imperitæ ruditatis scopulos? Profectò *est etiam pietas ingeniosa.* Etsi *intellectus sæpè in rebus innumeris delirij conreus est*, tamen virtus non renuntiauit ingenio. Deus

S. Paulin. ep. 10. *Pietas etiam est ingeniosa.* Cassiod. lib. 5. epist. 5. Philo de confus. ling.

Non sunt omnia expetenda ex vno libro. S. Zeno ser. 3. de Abrahā.

enim *Spiritus Sanctissimus acuminatos constituit viros Apostolos*, ait S. Zeno, Ser. de Circunc. Et quidem iure spero, quod hæ theses morales non facient vulgus hominum indeuotum, quarum vel spes diu dilata fecit esse deuotos. *Ecce prima deuotio libenter expectare, quod serò datur.* Enim verò, (vt sincerius dicā quod res est) plura moralissimè tracto, omnes ferè attollens virtutes, omnia fermè vitia deprimens, Dei timorem à mortis memoria, à iudicij rigore, à gehennæ cruciatu sæpius incutiens. Sed esto non essent admodum morales; dicere tibi possem, quòd non vendito verbi Dei Præconibus, omnia, quibus indigent ad suas conciones prorsus concinnandas: sicut in taberna vna nō prostant venialia omnia ad instruendum conuiuium: *Hoc est separatim calida, separatim frigida, separatim sales, separatim cibos suis vsibus deputare.* Non reiectaneus erit propola, qui tantummodo aut saltem, aut condimenta diuendit? *omnes mihi litteræ, spiritualia condimenta sunt*, sint & cæteris. Quod si sterilitatis me arguis, sume hinc salem ad condiendos mores, & ad pietatis vbertatem Paradoxum putabis; sed Eliseus *aquas sterilitate laborantes, sale curauit.* Non exambio vt omnis tua concio ab hoc vno libro materiata sit. Expetis deuotissimas meditationes, quæ lachrymas cieant?

S. Chrysol. serm. 166.

S. Paulin. epist. 21.

S. Isid. Pelus. lib. 1. epist. 16

14. Adi pios libellos, qui affatim hodie suppetunt. Desideras terriculamenta petita ex rigoribus diuinæ vindictæ? Amas è pulpitis incutere mortis pauorem aut buccinare iudicij postremi terrores, aut fulgurare minas æterni ignis, aut fulminare totam inferni gehennam? satis id expromptū est in aliorum libris, quorum ea mens, & pius labor. Accipe à Iudithæ historia virtutum virtutes, & vitiorum vitia; horum vituperationem, illarum panegyrim pacatam, & comptam; non asperantem animos terroribus, sed demulcentem piis sanctitatum illecebris. Quod si id non probat Concionatorum vulgus, saltem id fortè adprobabit comptior Ecclesiastes. Qui si adhuc improbet, dicam illud Philosophi disertissimi, *Quæ ego scio, non probat populus; quæ probat populus, ego nescio.* Est hæc alicuius *ingenij valetudo*, quod languet ad quædam, ad alia eualet: neque omnia omnes possunt: neque imbecillius est, qui omnia non potest: neque inutilis, qui ad omnia proficuus non est. At (vt opinor) solers Cōcionator perexiguo labore hæc omnia digeret vel ad vulgi imperiti mores concinnandos. Desudet eius industria, & *Dei verbo remige*, sedeat & ipse ad transtra pietatis, & vnà remiget cum remige verbo. Puto qui omnes moralissimas theses ab vno Bibliorum Commentario exigit, exigit etiam & latera ad vigorem, & vocem ad tonandum, & corporis habitum ad leporem, & promptuarium memoriæ ad recitandum. Magna magnò constent necesse est: non inertia, sed solertia res laudis est: suum est cuiuscumque quod gratiam mereatur humanam. Heu *non ad rationem, sed ad similitudinem viuimus!*

Non omnia scribenda ad palatū vulgi.

Senec. ep. 29. Ennod in oratione ad Synod. Roman.

Paulin. epist. 21.

Virtus audacius culpā sæpè laudatur. Senec. de vita beat. c. 1.

15. Præterea *oratio diues frænis peritia continetur:* ergo frænanda est ingenij licentia, ne effrænis hyperbolicè malitia inuitiet, aut virtutem exaggeratiùs dilaudet. O pias à charitate culpas! *Hoc ei plus debes, quia dilectionis tua nimietate peccauit.* Pia profectò *expostulandi causa est, quod te multa dilectio vsque ad mendacij peccatum trahit, onera nostra iniustis laudibus cumulans; arguam te in charitatem de charitate.* Scilicet malitia culpat, quod honestat charitatis audacia in virtutum laudibus prædicandis. *In præconiis, adulationis suspicione polluatur affectio, & amore currat in vitium.* Sic enim augusta est res virtutis, vt pietatis honestet audaciam, & exaggeratione virtutis piam quasi temeritatem in laudibus faciat felicem, dum non transilit prudentiæ & veritatis metam, sed quæ sublimissimè de virtute concepit, generosè parturiit ad laudem. Nam Euangelista Ioannes *coactus est ab omnibus penè Asiæ Episcopis de diuinitate Saluatoris altiùs scribere, & ad ipsum Dei verbum, non tam audaci quàm felici temeritate prorumpere.* Idem censeo cùm audaciori exaggeratione vitia culpantur. *Nunquam satis cum vitiis litigauimus, quæ oro, prosequere sine modo, sine fine; nam illis quoque nec modus, nec finis est.* Nihilominus cùm valdè audet exaggeratio, ea semper iugulatur consuetis voculis, *quasi, ferè, tanquam*, & similibus, ne quid hyperbolicè dictum excidat incautè:

Ennod. lib. 1. epist. 8. Saluian lib. 5 de guber. Dei. S. Paulin. epist. 2.

Ennod lib. 1. epist. 10.

S. Hieron. in prologo ad Matth.

Senec. ep. 52.

Crimina sunt cautis ista timenda viris.

Ouid lib. 2. de arte amandi.

Sciens quia *non ex quibus alius dixit de me, sed ex quibus ipse loquutus sum, sententiam Iudex feret.* Et quidem quoniam *sola in litteris meū officij verba prætendo sensum è sapientum corde degenerem, pudore inertiæ confusus occulto.* Vnde ne quod incautum verbum offenderet quempiam, supernumerarios censores adsciui, quibus lituræ arbitrium feci: non *spongiam Marcionis* obtuli, sed optionem resecandi luxuriam sermonis: *dans venustatem falce domitrice, & luxuriam infœcundam ferro fructificante compescens*, Nempe eruditis ius integrum ad id feci, postquam ego præuio censu rigidus mei fui.

S. Chrysost. in c. 12. Matt.

Auctor priùs se emendet. Tertul. lib. 5. contra Marc. c. 4. Ennod in 1 natali. Laur. Mēdio.

Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi
Displicet auctori: prima hæc est vltio, quod se
Iudice nemo nocens absoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnam.

Iuuenalis satyra 13.

Cæterùm si aliquando menti sanctorum Patrum (non verbis) aliquid adiicitur vltra illorum mentem, certè sensum illum capiūt verba; & fortassis non renuit eorum mens. Nimirùm non semel exopto de meæ noctis tenebris lucem facere eorum diei, dum radiis cum caligine vicem reciprocantibus, obscurior nox fulgores fœneratur diei: *Nam dies, & nox paulatim crescentes, quod amittunt recipiunt, & quod recipiunt tribuunt ad eandem mensuram bis in anno conuertentes. Namque dies ordine, & circulo suo de noctis temporibus mutuatur: & rursus nox recipit quod largita est. Dúmque vicissim, & retribuunt, & accipiunt, & orbe quodam, quod paulatim amiserant decrescentes, sensim crescentes recipiunt, Creatoris Dei interpretantur sapientiam.* Scilicet nox dum aliquid diei detrahit, quod aliquando ei restituit ad lucis vsuram, & diem illustrat, & diuiniorem sapientiam bellè interpretatur. Quid si non suam sed falsam mentem menti Sanctorum ingeris aliquando? Nusquam id criminis (quod sciam) sciens admitto. Sed sicubi foret, fortè augustum esset cum Cassiodoro, *gloriosam facere falsitatem.*

16. *Quid non fuerit dici ad venustatem.*

Theophi. Alex epist. 1. Paschali.

Cassiod. lib. 6. epist. 15.

Quæret aliquis, quare his quæ nouè dicuntur 17.
ad mores, tam sollicitè quæratur patronus ex Bibliis, ex Cōciliis, ex Patribus, aut saltem ex vetustissimis auctoribus? Frustra scribit, qui aliena, non propria scribit. Imo hæc est præcipua scriptoris, laus æmula sapientiæ Angelorum. Ioannes Baptista *ideo Angelus nuncupatus est à Propheta dicente: Ecce ego mitto Angelum meum: Angeli enim virtus est nihil proprium dicere.* Omnia ex propriis dicere studui, & nihil. Sit inuentio noua, & ab antiquis patronis redoleat vetustatem. *Decreta ergo nostra*

Nouitas vetustatem sapiat ad auctoritatem. S. Chrysost. homil. 5 in Ioannem.

Cassiod. lib. 8 var. epist. 13.

prisco

Idem lib 7. epist. 1. Ennod lib. 2. epist. 2

priscorum resonent instituta: quę tantam suauitatem laudis inueniunt, quantum saporem vetustatis assumunt. Sic fiet vt antiqua in nitorem pristinum continuata, & noua simili antiquitate producam. Nimirùm *Propheticis oculis sublimitas scripturis præstet obsequium, & ad fidem veterum sanctionum militet nouellis excessibus.* Idem in Panegyr. Idem in Synod Rom. *Eius purpura*, vestiatur mea dictio, & *annorum suffragium* thesium nouitas exambiat. *Multùm quidem annosa hic laborat infantia*; sed ad gloriam nouellæ vetustatis.

18\. Basil Seleuc. orat. 13. *Sapientia cur aquis comparetur.*

De scripturarum studio sic censet quispiam sanctitate, & ingenio illustris. *Qui puteorum fontes expurgant, eos quandò perscrutantur altiùs, tantò puriores efficiunt, & aquarum prouentu ditiores. Nam agitando dilatatur aquarum gurges, quas parturiebat scaturigines, parit. Diuina Scripturæ fons istiusmodi est. Si quis enim cœlestes in eo venas orationis vt fodicare velit, ac pertundere, videbit quasi cellam gratiæ promptuariam latiùs nudatam.* Sapiẽter quidem Scripturarum sapientia aquis comparatur. Sic vellem vt foret mea (heu quantula!) de Scripturis scientia, sicut aqua, scilicet pura, limpida, clara, & quæ sic emundet vitiorum inolitas sordes, vt non habeat quid in ea emundetur. *O aqua, quæ Sacramentum Christi esse meruisti, quæ lauas omnia, nec lauaris!*

S. Ambros. in cap 21. Luc.

19\. *Sapiens non bellaturit.* Cassiod lib. 1. epist 1. Emissen homil. 1 de natiuit. Cassiod. l. 3. Epist. 1.

Enim verò cùm pax sit *bonarum artium decora mater*, solerter studui pacatè semper singula versare themata, vitiáque insectari, non homines: nisi me vnũ, quẽ tacitè dictis meis vnicè reprehẽdo. *Sicut sermo quem loqueris, & à te exit, & tecum est, & nouo, & stupendo genere & transit, & remanet, transfunditur, nec elabitur. Ergo fugiat doctrina delictum. Ædificatus libris locum non relinquit iniuriæ*; tametsi hæc ætas censorio fastu clàm bellaturit: at calamus mitis, & inoffensus non timet, sed amat *felicitatem periculi sui: quia de periculo inuenit salutem, qui mortem emit sumptuosè. Cessat enim nautarum in tranquillitate peritia: nec nomen præstat artifici nisi fuerit vis magna periculi.* Nam facinus de periculis metitur gloriam. Vnde *post liuidorum latratuum scyllas enauigatas, sufficientis gloriæ anchora sedet: Ionas enim deuoratus est à bellua maris, in cuius aluo naufragium digerebatur.*

S. Paulin. epist. 34. & 26. & 31. *Sapiens naufragia digeris.* Sid. lib ep. 1. Tertul. de resurrecam. cap. 8.

20\. *Sanctorum Patrum spicilegium.* Sidonius lib. 7. epist. 3.

Verùm cùm tot hodie suppetant subtilissimæ lucubrationes ad Concionatorum promptuariam eruditionem temeritatis & impudentiæ damnabitur, qui vel audeat æmulari eorum acumina, & de iam penè exhaustis veterum auctorum scriptis aliquid noui dare in publicum in tanta moralium thesium vbertate. *Hac enim fronte possemus fluminibus aquas syluis ligna transmittere. Hac enim temeritate Apellẽ penicillo, cœlo Phidiam, malleo Polycletum muneraremur.* Sed fuit quando aliqua audacia felix. *Misce stultitiam consiliis breuem.* Et Ruth paupercula laudatum fecit vile alioqui spicilegium *Beatus ille, qui potest colligere, quæ etiam doctis supersunt.* Et quidem etsi *quotidie, dicendo, verba vulnerunt nodis.* (Ecquis non nauseet ad abũdantiam?) tamen ita scripturit hæc ætas, *vt maximum dicendi premium videatur, vt diceret.* At nemo nisi inanis gloriæ vile mancipium, non respuit has venenosissimas gloriæ nugas Nempè aptè scripsisse non præmium, sed meritum sit, quod sedulò cupit diuiniorem Dei gloriam, cui hæ lucubratiunculæ vltrò destinantur.

Horat. lib 4. ode 12. Ambros in c. 9 Lucæ. August 1. tract. in Ioãnem.

R.P. Didac. de Celada in Iudith.

§. IIII.

Præproperè satisfit Litteronibus

Siste a lhuc paululùm in hoc limine, Lector. Nõ appello illum candidum, ad quem procœmiabamur olim, sed praue scio'um alloquor, & malè acutum. In ipsâ Operis fronte, Operis præfigo defensionem, vt qui censet antequam legat, ante librum, prælegat censuræ defensionem & vna cum antidoto combibat rationem instituti mei. In ipso faucium meatu intercludere festino infestas voces: neque admodum seriò agam cum iis qui quasi per locum calumniantur. *Liceat mihi* (ait Nazianzenus) *ridiculè de re ridicula loqui.* Cuius rationem sententiosè reddit Tertullianus. *Ostendam,* inquit, *sed non imprimam vulnera: si & videbitur alicubi, materiis ipsis satisfiet. Multa sunt sic digna reuinci, ne grauitate adorentur. Congruit veritati ridere, quia lætans: de æmulis suis ludere, quia secura est.* 21.

Nazianz orat 1. Theolog. Tertul. aduersus. Valent. c. 6.

22\. Lipsius. in Politica. *Laudatio quorundam vituperatio est.* Salust.

Multa displicent, ais, non abnuo: *Nam ego me labi, & errare non posse solum fateor, sed debere.* Hyperbolicè dixit Lipsius. Verùm aliqui sunt, quibus displicere aliqua laus est & bene placere, probrum: fortè ab aliquorum displicentiâ suffragium esset optandum, iuxta illud Salustianum: *Æqua laus est & à probis probari, & ab improbis improbari Ex quo fit,* (ait Stromatæus) *vt multorum laudatio nihil differat à maledicto. Nihil enim æmulum mali, non bonum: si vt & boni æmulum, nihil non malum,* inquit Tertullianus. Quicquid peccatum aut erratum est, non remediatur censoria Litteronum seueritate. A medicina non semel morbi recrudescunt, non curantur. Bellè dictum; *Vt olim vitiis, sic nunc remediis laboratur.* Lãguores aliqui à medico sunt, non à natura. Pulchrè Nazianzenus: *Quodammodo ex alienis affectibus æstimamus.* Nempe, vt quis benè, aut malè affi itur circa rem, aut personam sic benè, aut malè de re aut persona censere solet. Saltem scitè illud dictum puta:

6\. Strom. Tertullian. lib aduers. Marcion. c. 11. *Remedia be die morbi sũt.* Lipsius in Tacit. Nazianz. Orat. de se ipso &c. Plutarch. in Solone. Saluian ad Eccles. lib. 4.

Omnibus in magnis difficile est, placeas.

Magnum appello hoc opus, non ab Auctore (procul à me factus, qui tantillus sum tantæ rei,) sed argumenti præstantia: Bibliorum arcana pando, & exegetikõs ad litteram illustrandam, & parenetikõs ad componendos mores. Caue ne in te dixerit Saluianus: *Penè omnis sermo diuinus habet æmulos suos. Nam quicquid pulchrum est sequitur Momus.*

Saluian. ad Eccles. lib. 4.

Æmuli hoc scripturit. Callias apud Clement. 6. Strom. Nazianz. orat. 1. Theolog.

Ambitiosè audes, (inquis) præsertim in hoc æuo luxuriante eiusmodi litteraturâ. *Cum insanientibus oportet furere*, scribit Callias. Quid? scripturio ego cum scripturienti sæculo. *Sunt enim,* (Nazianzeni sunt verba,) *quibus non aures dumtaxat, sed etiam & lingua, vsque adeò manus vt video, pruriant.* Fateor mens scripturit, prurit manus ad condendos libros, quæ huius æui aut felicitas est aut calamitas, aut vtrunque Sed frequenti satellitio comitatus incedo.

Et volucres multa veniunt sub lumine Solis. 23.

Canit Philemon. Non quæro pompam operi meo: dicam tamen audaciusculè: Recentiores, qui planè ex librorum *omnium deflorationis*, floridos, & pulchros edidere libros, nec me tenent, nec me terrent quominùs audeam. Scilicet ignauus est, quem eximia aliorum gloria exanimat;

Philemon. apud 7. Strom.

Digitized by Google

Exigua magnitudo est de alterius exiguitate. Tertul. 4. adu. Marc. cap 5. Ennod. lib. 9 epig. 3. Hildeb. epist. 55.

cui non ingerit igniculos ad virtutem. Aliena laus calcar addit torpenti, cæspitanti; non frænos currenti. Non sum is, qui faciam nomen magnum de aliorum tenuitate: *Infirma commendatio est, quæ de alterius destructione fulcitur*, ait Tertullianus Non ego procerus, quia alius pusillus est? Satis grandis ero, si inter grandes iusta statura mihi fit. *Sufficit*, inquit Ennodius, *bonorum cupidis, si plures vincere, vt potissimus comparentur.* Emineant licèt alij, & supra doctorum senatum attollant humeros: assurgentes non deprimam conuitiando, (quod vitium huius sæculi est,) potiùs laudando sustollam: *Quippe nemo felix, nemo miser ex alieno est; suum est hominis, quicquid hominem vel beatum facit, vel miserum*, ait Hildebertus. Profectò si à magnitudine aliorum decrescere metuis, vel à magnitudine decresces tua: *Magnus Pompeius, & solo theatro suo minor*: excipe à Tertulliano hoc documentum, quod alibi latiùs expendo.

Tertul. de Spect. c 10.

24. Molitis improbum laborem; & inanem, inquies; nam si antiqua dixeris, fortè erunt succulenta, saltem auctorata, sed frustrà labor: transcriptor eris, non scriptor. Si autem noua adinuenias sagaci mente, & locuplete thesauris vtriúsque eruditionis; quantumuis eximia illa sint: (fortè erunt aliqua; nam rude alioqui ingenium elimat labor: *Velu & poteris*, ait Stromatæus,) tamen si recentia sint, erunt de nouitate insolentia, de ausu temeraria, de temeritate odiosa; tandem de nouitate Nouator audies, de vetustate Veterator: hinc Scylla attrahit, hinc Charybdis sorbet, vtrinque hiat naufragium. O quam risi, cùm subaudio hoc vaticinium! Culpant nimirum inuidiosi homines, quod gnarus quisque dabit ad laudem. Centones ab antiquitate non consuo, hoc farrago esset, *& arena sine calce*, vt garrit ille Caligula. Noua molior, sed quæ in reuerenda vetustate recens reperi. Quod si quæ ex proprio ingenio nuper recentaui, iis vt pupillis tutores adscisco ex Bibliis, ex Conciliis, Patribus. Sæpiùs sponte annuunt ipsi, saltem inuitè non renuunt: hæc gloria ipsorum est, non iniuria: illorum auctoritatis approbatio est, non opprobatio. Ab vmbrâ Sanctorum remedium facio nouitatis vitio: Sat gloriæ patrum est, vel occultâ vmbrâ patrocinari, ne sola sit Petri laus, vel vmbra mederi. Sequax hedera sylua textili, innexa, innixa præaltis vlmis, lambit, & ambit earum culmina, quarum robur & decus, eò publicat magis, quò celat ambitione frondium; *Et vulnus vitem in altum tollens, eam docet esse fertilem*, dixit Aexandrinus Clemens. Sic meum opus recens, exile, caducum, sustentatur occultè Sanctorum sublimitatibus. Arbustiua vitis tenella, & humilis, alto tibicine dissimulanter fulta, ad summa quæque ambitiosè fastigiatur. Non arrogo mihi laudem, sed eam restituto suis dominis. Sic enim stylum temperaui, vt inuentio tota, & dictio à nobis sit, sententiæ autem, ossa, & medullæ ex Scripturis, & Patribus: ita vt verè possim vsupare illud cuiuspiam eruditi: *Omnia nostra sunt, & nihil.* Nihil nostrum est: quia verè dixit Nazianzenus: *Non est eius, qui demessuit, spica, sed eius, qui sementem fecit.* Verùm cùm omnia aliena sint, omnia mea sunt. *Quid enim prohibet* (ait Seneca) *alienis vti ex parte, quæ nostra sunt?* Has lucubrationes, quâ alienas, id est, Sanctorum Patrum, *Publicis conspectibus exhibendas decreui,*

Strom 1. Strom.

Erasmus in adagiis.

Scriptoris omnia quæ scribit, sua sint, & nihil.

Clemens. Alex 6 Strom.

Lipsius. in Politic. Nazianz. Orat 2. in Iulia. Seneca lib 1. de ira c 6. Hildelb. epist. 55. Chrysol. serm. 10.

virtus inuidiam prostereret, si ea possent inuiderem Hildeberti hæc vox est disertissima. Attestatur Chrysologus. *Nobis vixerunt veteres, viuamus nos futuris.*

Ergo non rectè (adhuc me arguis,) nec ex Scriptorum mente citas; sed aliam mentem verbis Auctorum inseris: Aliquis es ex his, qui dicuntur (ait Nazianzenus.) *Litteram deprædantes, ac Scripturæ sensum suffurantes.* Dicam verè quod sentio, & quod res est, cũ seriò depugno exegetico commentario, litteræ rigorem trado, emedullatur genuina sententia. At cùm parænecticè ad mores velitor, adeò rigidus non sum, nec res parænetica id exigit, quæ non tam religiosa, aut scrupulosa est, ac exegetica: illiùs vigor acumen est, & mentita veritas. Consule augustiores & sanctiores Ecclesiastes, qui olim, & nunc sic luserunt. 25.

Nazianz. Orat. 4. Theolog.

Alia calumnia in stylum est Breui multa stringis compendiosè, & *numeris* (vt aiunt) *loqueris?* Oedipo opus est, qui ænigma soluat, aiunt. Dictionem laxas, vt multo sermone te dilucidè explices? Quàm morosus hic est Laconismus perplacet. Stylum negligis, vt mentem tuam liberiùs promas? Insuauis est, & inamœnus, (sunt qui solùm florida verba, & amœnitates spirantia æstimant.) Profectò *Periculosè delicatus est, quisquis nisi eum venustas verborum demulceat, doctrinæ praiudicat salutari*, ait Turonensis. Hæc calumnia leuicula est. Non floret mea dictio, nec sententiarum maiestate scintillat oratio, nec ordine commendatur, aut arte: non trutino voces, sed sensus. Eligo sermonem aut vulgarem, aut nitidum, qui viuaciùs publicet mentem meam: *Verbis non vltra quam ad intellectum satis est, vtor*, quod præscribit Seneca. Si tenes, bene est; sint aliter? Dicam tibi quod Gladiatoribus: *Repete.* Nõ sufficit. Habes multa Hispana lingua bellè scripta, illa adi: Mihi crede, capiti tuo consule: *Non enim omnium est eruditio.* 16.

Stylus omnis pater calũnia.

Hildeld. epist. 64.

Seneca lib. 1. de Senec. c. 3.

Thyrsigeri multi, pauci sunt re quoque Bacchi. Sapientes tantùm propino, mero, ac vero sapientiæ poculo, vulgus imperitum. *Nam calices, qui à multis sumuntur auribus hoc est ansis, aures quidem amittunt: præterea autem ipsi etiam excidentes franguntur*, inquit Clemens Alexand. Periclitatur enim sapientia, quam facilè capit imperitum vulgus.

Naz Orat 4. in Iulian.

Clem Alex. 2. Strom.

Ex hac inopia aut naturæ, aut eruditionis enasci solitat aliquorũ tædium in sententias ex Ethnicorum libris depromptas; nauseant ad verba Gentilium. In quos sic inuehitur Saluianus: *Tam imbecilla sunt iudicia huius temporis, & penè iam nulla, vt hi, qui legunt non tam considerent, quid legant, quàm cuius legant.* Si sapienter dixit Socrates, si disertè Plato, si acutè Aristoteles, si prudenter Cato, si viriliter Seneca, si scitè Plutarchus frui liceat ad instruendam mentem, vel ad comparandos mores. Præstat, (luculenter ait Paulinus,) *quasi quædam de hostilibus armis spolia cepisse.* Et Petrus Damianus satis diserte de disertissimo Elenchadio, inquit: *Thesaurum, quem Gentilitati surripuit, sancta dispensator Ecclesia, fideliter erogauit.* Quæ sorduerat diu in luto margarita, detersa scintillat, & regum adornat coronas; nec stercus adulterauit gemmam: sententiosissimè pangit Orpheus apud Nazianzenum. 27.

Gentilium sapientia deseruiat diuinæ.

Salui. ad Eccles. lib. 1.

Paulinus epist. 35. P Damian. serm. 35.

Nazianz. Orat. 1. in Iulian

Iupiter, ô Diuorum maxime, stercore tecte. 28.

Quanta aliorum calumnia est, bone Deus! quod

Digitized by Google

quod sincerè, & communiter dictum est, in vnum, aut alterum conferunt. Hæc thesis, inquiunt, in Seium fabricata est, fulminata est; illa in Titium militat, aut contra me tota. O callidos vates, & malè acutos! prauam tuam mentem menti affigis meæ: non sumis è me sensum, sed aliò adfers; saniter dicta, insanè torques. Ab hoc malo vnicum est remedium, vota, & preces, quæ auertant pestem hanc malitiosam. Communiter loquor, sic vt à me dicta, candide excipe: ne conscientiæ tuæ vitium vaferrimè prodas: *Nullum dens meus, nisi de se tetigit confidentem: dum vitia incessimus, verum ira manifestat*, dixit Ennodius Et Beda. *Quam misera conscientia, quæ audito Dei verbo, sibi contumeliam fieri putat: & commemorata pœna perfidorum, se semper intelligit esse damnatam!* Nec minùs luculenter Hildebertus: *Libri mei sermo offendit plurimos, dum vnusquisque in se intelligens, quod dicebatur, non quasi monitorum libenter audit, sed quasi criminatorem sui operis aduersatus est; verùm quid profuit armasse exercitum relamantium, & vulnus conscientiæ dolore monstrasse; liber manet, homines perierunt.*

Ira rem manifestat.

Ennodius l. 2 epist 11 Beda ad Lucæ 11.

Hildebert. epist. 79.

29. *Nulla est subtilitas sine difficultate.*

Viges, in hoc dictionis genere parænetico, ad acumina composito, crebræ insunt hyperbolæ, quæ sapientium aures offendunt, & animos. Dum rem ad laudem exaggeras; laudis fidem minuis. Quæ thesis ex repugnantia fidem non adimit sibi! Quis Sanctorum hodiè laudatus, aut semideus; aut quodammodò Deo augustior, non dicitur? hæc acumina crescendo, sicut bullæ, euanescunt. Propterea dixit Tertullianus: *Cauendum à subtiloquentia.* quidquid hodie Concionator tractat, aut ex pugnantia, sibi non constat: aut semierror est, aut mendacium, aut nihilum. Eleganter Horatius de ampullato Poëta.

Aut dum vitat humum, nubes, & inania captat.

Inania dicit, qui grandiora veris prædicat. Nazianzenus de Rhetoribus, qui exaggeratiùs dilaudabant magnos viros, sic inquit: *Quorum ea est ratio, vt quod in ipsis maximè speciosum & illustre est, fide careat; quod autem creditur, probrum, & contumelia sit.* Has tragœdias excitant homines sua opinione diserti, suæ sapientiæ amentes sine riuali. Quid nesciunt illud Senecæ: *Nulla est sine difficultate subtilitas.* Quod enim esse potest acumen in re vulgari, scita, & facili? Dele hyperbolas in sanctis Patribus, dele in sacra pagina, & multam lituram facies, acriori censura dignam. Frequens exaggeratio irritat iure sapientis animum; rara, & tempestiua mulcet. Altè concepisti animo? animosè mentem tuam prodes. Audet temeritas, sed per præcipitia; audet & Pietas, sed per sublimitates. Pulchrè Hesiodus: *per ardua virtus, quasi per errorem.*

Tertul 5. aduersus Marc c. 19.

Horat de arte Poëtica.

Nazianz. Orat. pro Basil.

Seneca epist. 59.

Hesiod.

30. Adhuc sophisticaris: saltem hæc subtilia themata non informant mores ad probitatem, potiùs deliniunt ad voluptatem; eiusmodi acumina blandiuntur ingenio, & subornant vitia, non damnant. *Contra affectus impetu, non subtilitatem pugnandum*, docet Seneca. Nam subtilitatibus non expugnantur peccatorum mores, sed pascuntur disertorum animi. A Concionatore hodie flagrat vitium: eodem animo ad sacram concionem itur, & ad profanitates theatrorum. Infelix Respublica, opplorat Nazianzenus, *Vt quæ sicut circos & theatra, ita diuina mysteria pro ludo habeat.* Ita quidem: eheu! ab imis præcordiis doleo, & gemo: vitiorum antidotus facta est proritamentum ad luxum. At hæc obiurgatio specie tenus regionem præfert: & ob pietatem meretur veniam: nam vt eleganter Hildebertus: *Proxima est venia causa non tota rea: Virtus quæ cum delicto ad iudicium venit, interuenit.* Obiectum verè vitium est, sed vnius Concionatoris, qui verbum Dei impudenter adulterans, non prætendit prolem, sed voluptuosum fastum, & gloriam sui. Verùm quid prohibet benè materiatam esse Concionem, & simul benè pungentem audientium animos? Quando rationis acumen obfuit, quo minùs infigeretur animis virtutis aculeus? Beda explicans illud Lucæ 10. *Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis,* sic scribit: *Vnde sapientibus, non insipientes, & hebetes, sed paruulos, id est, humiles opposuit; vt probaret, se tumorem damnasse, non acumen.* Quis nisi hebes damnabit acumen? Verùm esto Christiana sapientia acuta non sit; obtusa non est, nec tepanda. Acris ratio & acuta, citiùs pungit animum, hebes obtundit. Limatus stylus, polita & sublimis ratio, comis dictio, venusta concionis symmetria, allectat animos, & detriumphat vitia; quæ non prosternuntur clamosis vociferationibus, sed honestissimis piæ rationis illecebris & sanctissimis orationis præstigiis. Sublime argumentum semper vincit, & errones peccatorum animos iuuncat, & raptat ad virtutem. Accipiter mónstrata præda, ad aucupium iam expeditus, & liber, statim ad sublimiora obliquè velat, & reuolat: insciens erit qui existimet ab ardea fugere, dum sublimat se celeri penna; mox enim generosè præcipitat in prædam, eò impetu maiori, quò eualauerat altiùs: (rem medius fidiùs tetigi.) *Securitas capiendæ prædæ, sublimior volatus est.*

Seneca de Breu. vitæ, cap. 10.

Subtilitas in concionatore defenditur.

Nazianz Orat. de seipso, &c.

Hildebert. epist 15.

Beda in Lucæ 10 v. 21.

31. Ad hæc argutatur alius: Saltem istiusmodi acumina vel æuo hebetantur, imò vix perdurant vna die; vt flores, qui è papillis erumpentes salutaturi Solem, à meridiano marcent, & simul cadunt cum Sole: quo oriente risère prata florida, occidentem defloratione lugent. Breuissimum florum æuum est. Sic istiusmodi libri, citò florent, deflorescunt. Scitè Plato *Pleraque scriptorum cum Adonis hortis comparabat; qui subitò, & die vno nati, celerrimè pereunt.* Ita res est profectò, & dum soliciti Concionatores, apum more,

——Veniunt que, obeunt que vicissim;
Et varios strepitant gemmantes murmure campos.

Florido succos legunt, & relegunt, & exsuccum, & cadauerosum librum dimittunt ad futiles propolarum vsus. Duplex huic morbo adest medicina; altera, quòd litteram quàm accuratè tracto: literæ autem vigor sempiternat in æuum. Quin etiam in ipsis thesibus ad mores fabricatis, plura alta loca non impari attentione elaboro ad vsus Biblici interpretis; quod vellem cum Poëta verè dicere,

——Nec scombros metuentia carmina, nec thus.

Nec Hercules valet ad iugulandam hanc hydram à vulnere, à nece vitas mutuantem. Vix charta sufficit, nec satisfacitur. *Cautè æmulis, securè filiis, credentibus confidenter, constanter incredulis, eloqui non valemus*, ait Chrysologus. Maledicentiæ ager fertilis est, & prouentus vber. Alium liuor vellicat: (exiguus Inuidiæ fomes in

Breue æuum est concionatorij acuminis.

Plato apud Stob. in eth. eclog.

S Chrysol. serm. 1. 2.

hac pagella est. (Alium suus genius instigat, & non bona indoles; prauum estimat, quidquid suum non est. Ille à maledicentia diserti nomen expectat: hic de alterius exiguitate, crescere satagit: quin communis maledicendi libido est. Noctuæ videre nequeunt lumé, dū respiciūt: vulgus hominum cæcutit ad aliorum fulgores: scilicet offenditur suspiciens nitidum Solem aut orientem, aut crescentem; mallet cadentem:

Senec. *Vt esse Phœbi dulcius lumen solet*
Iam iam cadentis.

Cum perito & culto lectore, res est, non cum rusticano: nam vt edixit eleganter Ennodius:

Ennod. l. 3. epist. 14. *Sibi debet illatas iniurias de eloquio rusticante, qui prouocat imperitum.*

32. Adhuc conuitiaris; non semel me abuti verbis Scripturæ & patrum, dum æquiuocè vocabulis vtor. Idem obiice, mi homo, Nathan Prophetæ, quem *Prophetam æquiuocum.* Petrus Damianus indigitat. Saltem, inquis, ad confirmandas theses futile argumentum est silentium Scripturæ. Quid enim solidè potest adstrui supra inanitatem silentij? Verba vocalia sunt, silentium mutum est. Insanit ergo qui silentium audit, & subtiliter expendit. Ergo futilis expensio est: Cur his verbis id dicitur, & non aliis? Cur id omisit? Cur disertè id non expressit Scriptura? Hoc enim est silentium linguatum efficere. Quasi Aristoteles non dixerit, auditum versari circa vocem, & silentium.

Concionatori licet vti verbis æquiuocè. P. Damian. serm 73.

Argutè Basilius Seleucus: *Cælum productum est, cum vox anteuerteret nulla: lux vero cum producebatur, Deus voce præiuit. Discamus & Scripturam dum tacet, audire; & dum loquitur, erudiri.*

Aristot. Seleuc. *Scriptura cum tacet, loquitur.*

33. Denique ne morosus sim, arroganter dicere ad litteriones possem cum Laio: *Quorum admones, latuit me nihil penitus.* Quorsùm hæc omnia? Sibi enim occultè insidiatur, imò palàm sui proditor est, cùm defensionem anteuertit præmatura defensio. Verùm *nolite putare* (ait Christus Deus) *quoniam veni soluere legem, aut prophetas.* Nimirùm *priùs quam incurrat calumniam, calumnia satisfacit*, notat inibi S. Chrysostomus. Et quidem in æuo literalissimo, nemo neque disertus, neque ineruditus, suspectus sit clanculariæ obmurmurationis. *Disertus est? tantò magis ne inuideris: nam qui inuidet, minor est. Denique siue plus, siue minus, siue idem præstas, lauda inferiorem, vel superiorem, vel parem. Superiorem, quia nisi laudatus ille est, non potes ipse laudari: Inferiorem, aut parem; quia pertinet ad tuam gloriam quammaximum videri, quem præcedis, vel exæquas.*

Clem. Alex. 2. Strom.
Matth 5. v. 7.
S Chryso. *Quare disertus neminem culpat.*
Plin. lib. 6. epist.

LIBER

Digitized by Google

LIBER IVDITH.

§. I.

Explicantur quæ ad tituli notitiam spectant.

1. Cassiod. Titu'i epitheta.

LIBRORVM *titulum*, appellat Cassiodorus in proœmio variarum: *Operis indicem, causarum præconem, totius orationis breuissimam vocem.* Vnde explicatio huius tituli, breuissima erit vox eorum, quæ prænoscéda sunt ante libri exactam expositionem: Neque enim operæpretium duxi, diffluere longis prolegomenis; sed quæ necessariò prælibanda sunt, breui dare, reseruatis quibusdam disputationibus ad sua quæque capita, & proprias sedes; ne si scabrosa, & molesta omnia hîc adaggerarem, exaggerarem lectoris tædium in ipso operis limine. Et quidem Tertull. lib. 4. adu. Marc. c. 2. sic habet: *Marcion Euangelio suo* (Lucæ inquam) *nullam scribit auctorem. Et possem hic iam gradum figere, non agnoscendum contendens opus, quod non erigat frontem, quod nullam constantiam præferat, nullā fidem repromittat de plenitudine tituli, & professione debita auctoris.* At noster liber Iudith gaudet *plenitudine tituli, & professione debita auctoris, & fidem repromittit*, diuinam quidem. Singula probo, & sat prolusum erit.

Tertull.

2. *Titulus librorum unde sumatur in Bibliis.*

Non raro prima libri vox titulum dat libro sacro, vt in Pentateucho legitur. Præterea à libri auctore inscribi solet, vt apparet in Prophetarum libris. Denique à materia titulari librum in more est sacris, & profanis scriptoribus. Sic liber Iudith à materia nomen habet, vt notauit S. Hieronymus epistol. 140. & S. Isidor. lib. 6. orig. c. 2. Agitur enim à capite 8. de præclaro præclaræ Heroïnæ facinore, quo fugatis Assyriorum phalangibus, & iugulato Holopherne, suam gentem gloriosissimè asseruit. Quod huius operis argumentum est. Iudith autem, si ad nominis interpretationem attendamus, idem sonat ac *Iudæa*, vt docet S. Isidorus lib. 1. origin. cap. 8. id est, *confitens*; seu *laudans* Dominum: non eò quòd Iudæa sit, hoc est, ex tribu Iudę, (vt patebit ex dicendis ad cap. 8.) quod nec verosimile est, quicquid dicat P. Sanctius proleg. 1. sed ex Hebræa radice *iadah*, id est, *laudare, gratias agere, confiteri*: sicut *Iudas* dicitur laudans, & confitens, vt P. Serario placet. Proleg. 1.

S Hieron. S Isidor. S. Isidor. Sanctius. Serarius.

3. Rugerius. *Quis auctor libri Iudith.*

Cæterùm auctor huius libri inuestigandus est: Rugerius cap. 20. de lib. canon. ait, quempiam eius ætatis auctorem fuisse; & cur non posterioris ætatis, vt plures Bibliorum libri? nimirum gratię agendæ Rugerio sunt, quòd non dixerit, aliquem anterioris ætatis auctorem fuisse huius historiæ, prophetiæ instinctu dictatæ. P. Sanctius Proleg. 1. ait incertum esse ecquis huius libri auctor sit: allegat pro se S. Isidorum lib. illo 6 cap. 2. cuius hæc sunt verba; *Iudith, Tobias, siue Machabæorum libri quibus auctoribus scripti sint, minimè constat.* id est, liquidò non constat, vt res certa, & indubia. Verosimile autem est auctorem huius historiæ fuisse Ioachimum, qui tunc Summus erat Pontifex. Ita communiter Hebræi apud Sixtum Senensem lib. 8. Biblioth. hæres. 11. quibus ipse subscripsit; adde Patrem Bellarm. lib. de Script. Eccles. in Iudith. P. Serar. Proleg. 1. & Annianum Phil. lib. 1. Chronog. & quidem Iosephus lib. 1. contra Apio. tradit curam rerum scribendarum traditam Sacerdotibus: & cùm tunc temporis Summus Sacerdos fuerit Ioachimus, efficaciter colligitur, ab ipso scriptam hāc historiam. Nec moueat quemquam quòd dicitur cap. 16. v. 31. huius victoriæ festum diem *coli à Iudæis ab illo tempore vsque in præsentem diem.* Tum quia fortassis vsque ad illa tempora, superuixit Pontifex: tum quia similes additiunculæ in aliis Sacræ paginæ libris, postmodum auctæ, passim reperiuntur. 1. Reg. 9. v. 1. & alibi sæpè.

Sanctius. S. Isidor. Sixtus. Bellarm. Serar. Philo. Iosephus. Iudith. 1. Reg. 9. v. 9.

4. Munst. *Qua lingua scriptus sit liber Iudith.*

Indubium est quin Ioachimus Pontifex, & ipse quidem Hebręus, Hebraicè scripserit: sed Hebraica exemplaria non extant. Nam etsi Munsterus Præfat. in Tobiam asserit Constantinopoli haberi Hebraica exēplaria huius libri; at hucvsque nusquam comparent. Et S. Hieronymus Chaldæis exemplaribus vsus est, vt docet epist. 111. Syriaco etiam idiomate extare hunc librum, tradit Masius Præfat. ad Iosue. Græcè scriptus hic liber reperitur; an Lxx. Interpretū operâ affirmat P. Serarius in Proleg. Biblicis. Dubitat iure Senens. lib. 1. & P. Sāctius Proleg. 2. Noster Salmeron in quadā epist. ad Tuccium tom. 16. existimat Græcum Iudith approbatum à Nicæna Synodo; an verò fuerit Lxx. Interpretum, an illum, quem habemus, non definit.

S. Hieron. Masius. Serarius. Sixtus. Sanctius. Salmeron.

6. *Liber Iudith est authenticus.* Concil.

Certa fide tenendum est hanc Iudithæ historiam esse authenticam, & inter cæteras Scripturas Canonicas computandam. Ita definitur in Concilio Nicæno, nam etsi in eiusmodi Concilio nunc non extet præfata definitio, ideò est, quia eiusmodi Concilium non extat integrum, sed collectanea quædam fragmenta, vt legenti cōstabit: & quidem id definitum esse à Patribus Nicæni Concilij, satis locuples testis est S. Hieronymus epistola 111. qui & Bibliorum thesaurus est, & Conciliorum promtuarium. Dein Concil. Carthag. III. cap. 47. Concil. Florent. & tandem Trident. sess. 4. ex Patribus. Præter S. Hieronymum suprà, & S. August. lib. 2. de doctrina Christiana, c. 2 id docent innumeri,

S. Hieron. Concilium Carthag. Florent. Trident. S. Hieron. S. August.

Serar. meri, quos seriatim recenset P. Seratius hic proleg. 4. & in Tobia proleg. 5. qui super hac re omnino Tirinus. legendus est: & P. Tirinus ibid item Bellarm. lib. 1. Bellarm. de verbo Dei. cap. 10. & Gretf. tom. 1. in defens. Gretf. Bellarm. qui hæreticorum phalangas catervatim irruentes, passim fundant, prosternunt, trucidant. Pamel. Legatur Pamelius ad Tertull. cap. 17. de Monog. num. 117.

7. Hebræi hunc librum non censebant in canone Scripturarum, sed inter Hagiographa; quorum auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minùs idonea indicatur; in qua opinione Hieronym. aliquando fuit S. Hieronymus supra, S. Athanasius Athanas. in Synopsi, Ruffinus in Symbolo. At Ruffini au- Ruffin. ctoritatem nihili facio. Concilij Nicæni definitionem super hac re, sicut aliquando latuit S. Hieronymum, potuit latere Athanasium. Nollem, vt Dionys. Carthus. in proœmio ad Tobiam, hunc librum à canone Scripturarum reiecisset, & inter Hagiographa computasset; nam virum doctissimũ non debuerunt latere tot Conciliorum, Pontificum, & Patrum oracula. Viuebat verò Carthusianus anno 1470. Hæreticos, quos alij hic; ego ad cap. 8. refuto. Quo anno acciderit hæc historia tracto ad cap. 1. vers. 5. Item quis hic Arphaxad. & quis Nabuchodonosor, eodem cap. & vers. Præmonendus est seuerus lector in hoc limine, ne Catonio supercilio censeat theses morales, vt inutiles, & paleares; & litteram tantùm, vt frumentum æstimet. Audiat Hugonem Card. ad illud. Matth. 3. vers. 12. *Cuius ventilabrum in manu sua, & permũdabit aream suam. Area (inquit) Scriptura est, in qua Gedeon (litteratus scilicet) excutiebat triticum. Ventilabrum, studium: triticum moralis, vel mysticus sensus; palea, littera.* Ergo palearus homo est, & doctorum ludibrium, qui morales theses, quasi paleas reiiciat ab area Domini.

Sensus moralis triticũ est, litteralis velut palea fere. Matth. 3

---

§. II.

Celebrantur S. Hieronymi laudes, præsertim debita ob huius libri Iudith translationem.

8. MAgnus vir Hieronymus, & in exponendis sacris Scripturis planè Doctor maximus: Biblijs factus, natus scientiis, formatus ad omnes sanctitate: in omni litteratura clarus; præclarior vitæ sanctimonia, scientiis innutritus, sapientiæ alumnus, specula diuinitatis, Scripturarum arx, fomes eruditionis, hæresum excidium, Bibliorum arbiter, Theologiæ fautor, index veritatis, blandimentum sapientiæ, intelligentiæ meta, sapientium inuidia & (quod pluris facio) hæreticorum odium implacabile. Cæterùm etsi omnia S. Hieronymi opera eructent Diuinam sapientiam, & eruditionẽ; (qua pollebat vir litteratissimus) tamen hæc in librum Iudithæ lucubratiuncula (vt ipse appellat) augustius quid spirat, & diuinius; & æmulus planè extitit sacri cuiuspiam Scriptoris. Quod de omnibus eius translationibus affirmat Pater Salmeron, aiens: *Peculiari Spiritus sancti ductu, & assistentia Hebraas litteras Latinas reddidisse.* Et multis id probat. Et nuncupatim super hoc libro ipse S. Hieronymus de se ipso sic scribit in Prologo Galeato ad librum Iudith: *Operi huic vnam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transferens, multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui: sola ea quæ intelligentia integram in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi.* Sanè Hieron. vt hunc librum Latinum faceret, multa peregrina exẽplaria legit, & expẽdit, & secum diligenter contulit: & quod vitiosum, & adulterinum iudicabat, amputauit; & quod legitimum, & aptum retinuit. Et adeò sapienter se gessit in hoc iudicio, vt eidem subscripserit vniuersalis Ecclesia in Concilio Florentino, & nuper in Tridentino. Et quod S. Hieronymus, vt vitiosum reprobauit; Ecclesia non admittit; & quod approbauit Hieronymus, Ecclesia approbat, & adorat; & fidelibus tanquam scripturam authenticam, credendam proponit. Vnde à Iona Aurelianensi lib. de Cul. dicitur sanctus Hieronymus, *veritatis fidelissimus assertor.* O solertem Hieronimi industriam! ô iudicium penè diuinum! Quod Hieronymus censet aut expungendum, aut retinendum ex Scripturis, Ecclesia similiter censet. Hæc laus planè æmulatur Scriptores sacros. Tanta est vnius Hieronymi auctoritas in Ecclesia! Vnde *lingua fidei* potest appellari, quo sumptuoso elegio sublimauit sanctum Petrum Petrus Damianus profectò non tam de Eusebio Neocæsariensi, quàm de Hieronymo dixit sanctus Basilius: *Mortuus est vir, omnium lucidissime eos, quos iuxta se habebat, omnibus simili humanis bonis excellẽs, fulcimentum patriæ, Ecclesiæ decus, columna & firmamentum veritatis, robur eius, quæ in Christum est, fidei.* Animosè pariter ac verè.

S. Hieronymus Dei ductu vertit Scripturas. Salm. to. 1. proleg. 3. 9. Hieron.

Conc. Flor. Tridẽt. 10. Aurelian. *S. Hieronymus est assertor veritatis, & fere lingua fidei.* Damian. serm. 16. Basil. ep. 16.

Et quidem iure optimo: nam & ipse Hieronymus in Prologo in Euang. ad Damasum Papam de sua translatione noui Testamenti, sic scribit: *Nouum opus me facere cogis ex vetere, vt post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam.* Audis S. Hieronymum iussu Sanctissimi Papæ Damasi constitui, & esse Scripturarum *arbitrium*? Eximia profectò laus, & quæ hominem superat! Porrò iudex arbiter apud Iurisconsultos dicitur, qui non arctatur ad iuris regulas & apices, sed ex propria industria, & prudentia in lite decernit. Legatur Tolosanus in Syntagm. Iuris, præcipuè cap. 39. Ergo Hieronymus, qui *Scripturarum arbiter est*, iure potest antiquorum exemplarium *varietatem vitiosissimam amputare*, & eligere, quod ab omnibus credi debeat: & Hieronymi arbitrium cœlitùs instinctum, penè Ecclesiæ census, & sensus erit in transcribendis Scripturis. Quod de se dixit Nazianzenus Orat. apolog. ad Patrem, aptius nunc dicat Hieronymus: *Organum diuinum ipse sum, instrumentum ratione præditum, quod à præclaro artifice, hoc est, à Spiritu sancto concinnatur atque pulsatur.* Et quidem S Gregorij elogium, laus est Hieronymi; quia vt scribit Ennodius in natali Laurent. Mediol. *Hieronymus noster nisi præceptorem suum Gregorium diceret, illo melior censeretur: sed illi applicãda sunt bona nominati, à quo sumpsisse videntur originem.* Hieronymus itaque organum est Spiritus sancti, & benè concinnum, neque ab humanarum passionum distemperie vnquam non consonum, per quod Scripturas dictat Ecclesiæ, & diuina mysteria. Et planè organum ratione præditũm; nam eius sapiens iudicium Scripturas recudit: *sedet enim arbiter Scripturarum.*

Hieronymus est Scripturarum arbiter. Tolosan. 11. Nazianz. *Hieronymus est diuinum organum.* Ennod.

Cæterùm Sulpit. Seuer. dialog. 1. de virtutibus Monach. ait S. Hieronym. *Non solum Latinis, atque Græcis, sed & Hebrais etiam litteris institutus est; vt se illi in omni scientia nemo audeat comparare.* Pende hæc postrema verba, in quibus latet augustior Hieronymi laus. Litteratis hominibus cognata superbia

11. Sulpit. *Nemo audet Hieronymo comparari.*

ſuperbia eſt : nam *ſcientia inflat*;& ita ſcientiâ ſua turgent, & arroganter efferuntur,& ſe ſcire putant multò plus , quàm ſciunt;audentiùs enim præſumit arrogantia , & neſcio quam cum cœleſtibus comparationem de ſe meditatur. Ait ergo Seuerus;nemo tam ſibi blanditur , nemo de ſe tam audenter præſumit , vt æquare poſſit ſuperbiendo Hieronymi ſapientiam. Plus re ipsâ ſapit Hieronymus, quàm de ſe præſumit Sciolus, cuius arrogantiſſima ſuperbia non audet cum Hieronymo

13\. Clem Alex. *Hieronym. mens Chriſti dicitur.*

comparari Et ſanè niſi Clemens Alex Hieronymo præuixiſſet toto vno ſæculo, planè exiſtimarem ſ. libro Stromat.eum appellaſſe *Sancti Spiritus diſcipulum, qui à Deo ſuppeditatur, qui eſt mens Chriſti.* Quid exaggeratius?quid accõmodatius de Hieronymo dici potuit?Nam quis præſumat eſſe Chriſti mentem·Vincit humanam præſumptionẽ vera laus Hieronymi : nam *mens Chriſti eſt*,qui verè dicitur *arbiter Scripturarum* ; nempe Noui Teſtamenti,de cuius tranſlatione agebat cum Damaſo Papa.

Fallor , ſi in vnum Hieronymum non aptiùs quadrat egregium illud encomium , quo Hugo Card.laudat Bibliorum interpretum, illum appellans politorem,ſeu elegantiam Scripturarum

Hugo Geneſ. *Hieronym. politio eſt Scriptura.*

Verſans Hugo illud Geneſ.1.v.2. *Terra autem erat inanis, & vacua*,alij ſcribunt,*inuiſibilis, incompoſita, inutilis*;hanc tropologiam meditatur:*Terra* inquit,*id eſt,vetus Teſtamentum,erat inanis,& vacua ab ornatu, quem habuit per Chriſtum , & expoſitores;*

14\. *Interpret bonus, politio eſt Scriptura.*

Nimis videtur audax Hugo,dum ſentit,Biblia,abſque litteratiſſimo interprete (ſcilicet abſq; Hieronymo,qui Princeps interpretum eſt)fore non abſimilia terræ,cùm adhuc rudis erat in prima ſui cõditione:apparebátque *vacua*,id eſt,abſque metallis pretioſis:*inanis*, id eſt,carens fructibus opimis , & herbaceo cultu,& florum gemmis:*inutilis* animantibus : & ita erat *incompoſita*, id eſt, incompta,*inuiſibilis* , id eſt, nec dum apta , vt videretur tunc quæ mox metallis diues,fructibus autumnans,floribus vernans , gratiſſimum hominibus ſpectaculum obiecit.Itaque ex mente Hugonis. Scriptura ſine Hieronymo non abſimilis eſt terræ incomptæ abſque vlla politionis elegantia. At cum tranſla-

Prou.15.v.2. 15.

tione,& commento Hieronymi,compta eſt,& elegans;nam *lingua Sapientium ornat ſcientiam* Vnde Hieronymus dici poſſe videtur : Politor Bibliorum,ornatus diuinæ Sapientiæ elegantia Scripturarum, diuini Verbi decus, Sacræ paginæ politio, & pulcherrimum Bibliorum complementum.Huc procul dubio alluſit S. Chryſologus ſerm. 132.cùm agens de commendatione , ſeu ſenſu Scripturarũ, ſtatim deflexit calamum ad terram incomptam,vt erat in prima mundi molitione:*Si perfecta omnia,*

Chryſol.

(inquit)*ſi robuſta proferret natura , ingenium deficeret,ars periret,aurum abſconderetur in terra , gemma occultaretur in lapide:vtraque tamen inuenit,purgat, diſtinguit,elimat opifex diſciplina*:& ſtatim ſubdit: *Hinc eſt , quòd ſenſus* (Scripturæ) *in littera latet, occultatur diuinũ in humano ſermone myſterium.* Attento animo aduerte ad illa verba:*elimat opifex diſciplina* , quod ad ſimilitudinem Scripturarum adducit Itaq; Hieronymus, vtpote princeps Bibliorum interpres,quali lima eſt Scripturarum,politio Bibliorum , & Sacræ paginæ decor,& elegantia.

16\. *Hieronymi tranſlatio in quo poſſet excellere Scriptores canonicos* Caſſiod.

Et neſcias an Biblia illuſtriora ſint,ſcripta ſacri Scriptoris calamo an exſcripta S. Hieronymi præclara tranſlatione;venuſtioráne ſtylo Prophetæ,an ſcriptione Hieronymi ? Ambitioſior hæc laus à Caſſiodoro ſit,epiſt.45.Tranſcripſerat Boëtius Seuerinus neſcio quos libros ſcriptos Græco idiomate , & eleganter Latinos fecerat : cui ſic ſcribit Theodoricus Rex : *Quaſcumque diſciplinas,vel artes facunda Græcia per ſingulos viros edidit,te nunc vno auctore,patrio ſermone Roma ſuſcepit; quos tantâ verborum luculentia reddidiſti claros , tanta lingua proprietate conſpicuos,vt potuiſſent & illi* (.i.proprij auctores) *opus tuum præferre ſi vtrumque didiciſſent:* Scilicet,ſic Hieronymus , *Sedens Scripturarum arbiter*,tranſcripſit legẽ,hiſtorias,prophetias , Euangelia,ea facundia,& proprietate linguæ,ea intelligentia,& penè diuina ſapientia:vt ſi ipſimet Scriptores ſacri proprios libros à Hieronymo trãſlatos conſpexiſſent,vix decernerent,quinam forent præferendi;an ipſorum Autographi, an à Hieronymo tranſlati : Audebit aliquis dicere , auctores ſacros *Opus Hieronymi præferre , ſi vtrumque didiciſſent ?* 17.

Æqua eſt veritas in vtriſque, ſed potuit Hieronymus præcellere verborum proprietate & dictionis elegantia. Planè piè ſuperba laus Hieronymi eſt, æmulum extitiſſe cuiuſvis Scriptoris canonici, immò omnium quod ſcientiæ miraculum habendum eſt:*Tibi debet quicumque Scriptorum maximus, quod eum dote elocutionis amplificas*,inquit Ennodius lib. 9.epiſt. 11 Et quidem Spiritu ſancto inſtinctum,

Vergerius.

ſacros libros tranſtuliſſe,nuper aſſerebant cum eruditiſſimo P.Salmeron. Scitè quidem dixit Vergerius Iuſtinopolitanus : Hieronymus fuit *Eloquentiâ ſtupor ; doctrinâ miraculum.*

18\. *Hieronymus cenſus Scriptura,& prꝗmaturè cœlicola.* Tertul. Machab.

Et ſanè Hieronymus Scripturæ natus,totus fuit in Scripturis:eius verba Scripturas ſpirabant, eius vita Scripturas ſapiebat:eius opes erant Scripturæ. *Cẽſus Scripturarum*,ait Tert. adu.Iud.c.10.Eius voluptas ſacræ Litteræ, vt diceret cum Machab.1.l.12 v.9.*habentes ſolatio ſanctos libros*,Et quidem adhuc inter mortales verſans, neſcias vbi magis habitabat Hieronymus,an in Bethleem iuxta præſepe Dominicum,an in cœlis ; nam de illo ait Mant.9.lib.Faſt.

Et fieret viuus cœli de ciuibus vnus.

Mant. Auguſt.

Perplacet S. Auguſt. lib.1.contra Pelag.cap.7.inquiens:*Hieronymus in Litteris ſacris vſque ad decrepitam vixit ætatem* : nec ſolùm mente habitabat in Scripturis,ſed etiam ipſo corpore,ne quid Hieronymi non eſſet in Bibliis. Neque enim tantùm eius mens,ſed & corpus, & opera, ſacras Litteras

19\. *In Hieronymi moribus Scriptura erant impreſſa* Hug.Card.

ſpirabant. Adeò enim diuinis Litteris imbutus erat Hieronymus , vt ſanctiſſima eius vita dici poſſit Scriptura ſacra, & Euangelium. Quod de S Matthæo aduertit Hugo in expoſit. argum. Hieron. *Non ſolum ſermone,ſed & vita correctione Euangelium prædicauit*. Quaſi dicat : eius prædicatio , & vita. quaſi Euangelium eſt. Ac ſi Euangelium non modò in chartis ſed etiam in actionibus Hieronymi,impreſſum eſſet. Quod eleganter dixit Ennodius de ſuo Epiphanio Ticinenſi : *Ne crederetur Scripturarum diuinarum tramitem verborum tantummodo celeritate tranſuolaſſe,pingebat actibus ſuis paginam , quam legiſſet.Si Propheta fuiſſet in manibus, prophetantem videres codice amiſſo lectorem : Si Teſtamentum veteris recenſuiſſet volumina, Moyſi dignus æmulator incedebat;ſi Apoſtolicum lac,&c. Poſtremò quod libri docuiſſent , vita ſignabatur.* Quid illuſtrius ? Ecce tibi , Hieronymus. qui non tantùm emortuo calamo pingebat ſacras litteras , ſed

Ennod.

felici ore eructabat, & vita exprimebat. Actiones Hieronymi pro charta ſunt Spiritus ſancto;in quibus non æneis typis,& ligneo prælo cudebat tuam legem,cœleſtes Prophetias,& ipſum Euangelium. Hieronymi opera characteres ſunt Scripturarum, Deo artifice impreſſi, & auguſtiori quidem formâ nempè viuis litteris.

Paulò

20. *Hieronym. Scriptura impreſſus.*

Tertull.

Parùm eſt in mente, & operibus Hieronymi impreſſas eſſe ſacras Scripturas; ipſemet Hieronymus impreſſus eſt in ſacris Litteris. Non iam de Eunucho Reginæ Candacis, eò quòd Prophetas lectitabat, ſed de noſtro Hieronymo, dixit Tertull. lib. de Bapt cap. 18. *Scriptura diuina impreſſus.* Scilicet totus Hieronymus in ſacris Bibliis impreſſus, & expreſſus reperitur. Pentateuchum legis? Hieronymus eſt viua lex, & Patriarcha Chriſtianorum: Hiſtorias ſacras? ipſe eſt ex omnium exemplorum defloratione conſtructus; Si Prophetas? ipſe eſt auſpicium veritatis: Si libros Sapientiales? ipſe eſt ſpirans ſapientia: Si Euangelia? etiam eius vita & mores ſunt Euangelium: & totus Hieronymus *Scriptura diuina impreſſus eſt.* Enim verò qui legit Hieronymi libros, ſacras Scripturas legat neceſſe eſt: Et qui ſacras Scripturas legit, Hieronymi vitam in eis impreſſam legit. Vſque adeò ſublimes virtutes habuit Hieronymus! Magnificè dixit Vergerius Iuſtinopolitanus: Hieronymi *virtutes tantùm penè à communibus diſtant, quantùm fermè virtus à vitio.* Quid exaggeratiùs? Pudet hanc amplificare ſententiam. Et lubet hîc gradum ſiſtere, ne forte præ eximio ſtudio in Hieronymum, aut calamus nimis audeat in eius elogiis, aut liber, euadat, tranſgreſſus paragraphi metas. Et quidem Hieronymus *non poteſt digne humano ore laudari*, ait Iuſtinopol. Ablegandúne, hic Hieronymus à primis Academiæ? vnà ablegabitur Sapientia ſacra, & claudetur Scripturarum oſtium; quia deerit Oſtiarius. Ioan. 10. v. 9 *Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit, &c.* S. Chryſoſtomus ibi homil. 58 *Oſtium autem Scripturas vocauit.* Quis ergo eſt Oſtiarius Scripturarum? S August. tractat. 46. ait eſſe Chriſtum Dominum. Theoph. docet eſſe Spiritum ſanctum. S. Chryſoſt. ſuprà, inquit: *Nihil prohibet Oſtiarium vocare Moyſem, ille enim eſt, cui eloquia Domini credita ſunt.* Porrò ſi ratio Chryſoſtomi quid probat, conuincit etiam Hieronymum eſſe Bibliorum Oſtiarium: nam ille quoque eſt, *cui eloquia Domini credita ſunt*: ſi quidem Hieronymus eſt *Scripturarum arbiter*, & *Fidei lingua*. Sciat Hieronymum, qui ſacras Litteras ſcire cupit: *Huic Oſtiarius aperit, & paſcua inueniet.*

21. Iuſtinop. *Quam excellan Hieronymi virtutes.*

Iuſtinop.

Hieron. eſt Oſtiarius Scripturarum. Ioan Chryſoſt. Auguſtin. Theoph. Chryſoſt.

CAPVT PRIMVM.

Vers. 1.

ARPHAXAD itaque, Rex Medorum, ſubiugauerat multas gentes imperio ſuo, & ipſe ædificauit ciuitatem potentiſſimam, quam appellauit Ecbátanis. 2. Ex lapidibus quadratis & ſectis: fecit muros eius in latitudinem cubitorum ſeptuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta, turres verò eius poſuit in altitudinem cubitorum centum. 3. Per quadrum verò earum, latus vtrumque vicenorum pedum ſpatio tendebatur, poſuítque portas eius in altitudinem turrium. 4. Et gloriabatur quaſi potens in potentia exercitus ſui, & in gloria quadrigarum ſuarum. 5. Anno igitur duodecimo regni ſui; Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum. 6. In campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratem, & Tigrin, & Iadaſon, in campo Erioch regis Elicorum. 7. Tunc exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor, & cor eius eleuatum eſt: & miſit ad omnes, qui habitabant in Cilicia, & Damaſo, & Libano. 8. Et ad gentes quæ ſunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Eſdrelon. 9. Et ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumen Iordanem vſque ad Ieruſalem, & omnem terram Ieſſe quouſque perueniatur ad terminos Æthiopiæ. 10. Ad hos omnes miſit nuncios Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum. 11. Qui omnes vno animo contradixerunt, & remiſerunt eos vacuos, & ſine honore abiecerunt. 12. Tunc indignatus Nabuchodonoſor rex aduersùs omnem terram illam, iurauit per thronum & regnum ſuum, quòd defenderet ſe de omnibus regionibus his.

§. III.

Commentarius litteræ.

Verſ. 1. Arphaxad itaque, Rex Medorum, ſubiugauerat multas gentes imperio ſuo: & ipſe ædificauit ciuitatem potentiſſimam, quam appellauit Ecbátanis.

Vers. I. Septuaginta. 22.

SEPTVAGINTA Interpretes ſic ſcribunt: *Anno duodecimo regni Nabuchodonoſor, qui regnauit ſuper Aſſyrios in Niniue ciuitate magna, in diebus Arphaxad, qui regnauit ſuper Medos in Ecbatanis, & ædificauit ſuper Ecbatana.* τὸ *ſuper Aſſyrios*: abeſt à multis codicibus Biblia regia ferè non diſcrepant ab hac ſcriptione. Xantes Pagninus pro *Arphaxad* ſcribit *Arpachſad*, in cæteris conſentit niſi quòd poſt τὸ *Ecbatanis*, punctum ſcribit, & ita mutat ſenſum. Nempe: *Et ipſe ædificauit ciuitatem potentiſſimam, quam appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis, & ſectis fecit muros eius.* Vnde vulgatus interpres aſſerit Ecbatanam ædificatam eſſe ex lapidibus quadratis, & ſectis; Pagninus verò muros Ecbatanæ ex eiuſmodi lapidibus quadratis, & ſectis, aſſerit conſtructos, non Ecbatanam. Pagnino conſentit Gloſſa, Hugo Carthuſ. Robertus Stephanus, & antiqua Biblia. At nunc correctiora poſt Ecbatana, comma appingũt, non punctum, & ita ſenſum mutant. Vatablus, *Cùm Arphaxad (perdomitis*

Bibl Reg. Xant Pagn.

Gloſſa. Hugo Carthuſ. Rob Steph. Vatablus.

23. (perdomitis gentibus) regnum Medorum teneret Ecbatanis. Et omittit quod Arphaxadus ædificauerit Ecbatanam; muris autem eam circundedisse tradit vers. sequenti. Isidorus Clar. eodem modo transfert, nisi quod voculam *Itaque*, omisit. Biblia Gotthica (quibus vsus noster Mariana) in nullo discrepant. Hæc Biblia desumpta sunt ex Bibliis Toletani templi maximi, & descripta ante sexcentos quinquaginta annos, quæ ego accepi à P. Petro Fernandio Mudarra, nostræ Societatis Prouinciali, qui egregiam operam eidem Marianæ contulit ad Scholia in totam Scripturam.

Isidor. Bibl. Goth. vbi inuenta. Mudar.

24. *Arphaxad.* Quis fuerit hic Arphaxadus, qui Rex Medorum dicitur, habes infrà §. 12. nã cù in statuatur, quis ille Assyrius Nabuchodonosor pugnans contra Arphaxadum, expeditiùs tradetur, quis sit hic Arphaxadus debellatus Nabuchodonosoris potentia. Nec leui coniectura dicetur ibi Præfectum quempiam esse ab Artaxerxe, seu Nabuchodonosore constitutum Mediæ prouinciæ, dum ipse occupatus erat in Græcorũ expeditione. Profligato autem Nabuchodonosore apud Græciam, Arphaxadum concepisse spẽ regnandi, & in dominum suum perfide rebellasse. Vnde dicitur subiugasse multas gentes, nimirum eas Mediç prouincias, quæ adhuc Nabuchodonosorianas partes agebant. Etsi Carthusianus seriò affirmet multas gẽtes, quas Arphaxadus subiugauerat, esse finitimas prouincias, quas Mediç regno subiecit; at verosimilior est præfata coniectura, quæ etiam P. Sanctio perplacet.

Quid Arphaxadus, & Nabuchodonosor. Carthus. Sanct.

25. Rogas de nomine Arphaxad? Aio cum Serario & Tirino hîc, nomen esse non proprium, sed cõmune dignitatis: Omnes enim Medorum Reges ab Arbace primo Rege Medorũ vocati sunt Arbacæ, seu Arbacadi, & inde Arpacadi. Sicut Albanorum Reges, Syluij à Syluio Ascanij filio, Æneæ nepote: à Iulio, & Octauio reliqui Romanorum Imperatores, Cæsares, & Augusti dicti, cognominatique sũt. Latinis Regibus à Murano, qui in Latio regnauit, Murani cognomẽ inditum ferunt. Dein Reges Parthorũ Arsaces ab Arsace Scytha, strenuo Parthorum Rege. Sic Reges Ægypti primùm Pharaones, mox Ptolomæi à Ptolomæo Lago, è gregario milite, insigni Ægyptiorum Imperatore. Plura qui volet super hac re, legat Alexandrum ab Alex. c. 2. lib. 1. Aduertit hic Arphaxadum ex infimo loco ad regni fastigium euectum, grandius nomen inflasse, quàm reliqui, qui suo iure, & regio sanguine Medis imperarũt. Vnde non Arpacadus, vt cæteri, sed Arphaxadus dicitur. & sanè facilis est trãsitus à *P.* in *Ph.* quod nescit nemo, qui aliquid scit. Sic Trophæum, vel Tropæum, Pharisæi, vel Parisæi, passim promiscuo vocabulo scribimus.

Serar. Tirinus. *Arphaxad nomen erat proprium dignitatis.* Alexand.

26. *Itaque.* Aptè ne inchoatur Iudithæ historia ab hac voce *Itaque*, quæ copulatiua est apud Latinos? Benè obseruat P. Ribera de Oseæ 9. vers. 9. & alibi non semel, & Bellarm. parte 4. Grammat. Hebrææ, *Et*, *Atque*, *Autem*, & similes voculas sæpe redundare, qui Idiotismus est Hebrææ linguæ. His annumeranda est vox. *Itaque.* Hæc est facilis, & genuina explicatio. Placet aliam quoque proponere: nam certum est ex Iosepho lib. 1. in Appionem, in more positum fuisse apud Orientales, vt viri diligerentur, qui communia gesta mandarent posteris, scripta in historiis, qui mos inde manauit ad Romanos, vt ex Suetonio, Tullio, Plinio, aduertit Serarius hic quæst. 1. Hinc fieri potuit, vt ex annalibus, seu diariis, in quibus suo ordine scriptæ erãt seriatim historiæ, sic depromerentur ad conflandum aliquem librum ex Sacris Bibliis, vt retineretur vocula copulatiua, quæ fortè concatenabat hanc Iudithæ narrationem cum alia præcedenti, quæ anno, vel mense proximo apud Hebræos acciderat, & sic dicitur in principio huius libri: *Arphaxad itaque, &c.* Isidorus Clarius hanc voculam *Itaque* omisit, vt nuper notabam. Sixtus Senes. libr. 1. Biblioth. sic scribit: *Arphaxat quoque.*

Ribera. Bellarm. *Vocula Itaque ad ornatum scribitur ex idiotismo linguæ.* Ioseph. Suet. Tullius. Plinius. Serar. Isidor. Senens.

27. *Ædificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis.* Arphaxadne ędificauit vrbem Ecbatanam? Diodorus libr. 2. ante Babylonem structam esse Ecbatanam tradit: nam mox vt Semiramis Babylonẽ construxit, anno ab orbe condito 1908. (vt habet Bellar. in sua Chronologia) dicitur in Ecbatanis magna palatia excitasse. Verùm Herodotus libr. 1. affirmat Deiocem Medorum Regem (Ecbatana Mediç metropolis est) Ecbatanam ædificasse. Deioces (quem Deioclem appellat Hugo) regnabat anno 3300. secũdùm Bellarminum suprà. Canus libr. 11. cap. 16. Diodorũ, & Herodotum falsitatis arguit, quia in hoc libro Iudithæ v. 1. dicitur Ecbatanam conditam ab Arphaxado, anno 3500. ergo perperam dicitur olim ædificata à Semiramide, vel à Deioce. Plinius lib. 6. c. 14. scribit: *Ecbatanam caput Mediæ, Seleucus Rex condidit.* Seleucus antẽ florebat anno 3670. Propter hanc nobilium historiographorum discrepantiam, aduersam Sacro Iudithæ textui, ouãt, triumphant hæretici, quasi falsitatis conuicerint Scripturam Sacram. Stultescunt tamen hi Scioli dum nimis scire prætendunt. Nã quod ab aliquo amplificatum, aut restauratũ, aut magna ex parte auctũ est, denuò ædificari dicitur: planè cœcutit, qui hæc non videt. Genes. 10. vers. 10. loquens de Nemrot ait textus sacer; *Fuit autem principium regni eius Babylon.* Et post 2200. annos. Danielis 4. v. 27. gloriatur Nabuchodonosor se ędificasse Babylonem, aiens: *Nonne hæc est Babylon magna, quã ego ædificaui in domum regni?* Scilicet quia hortos pensiles, & alia magnifica opera extruxit. Dein Genesis 47. vers. 11. Ramesses fit mẽtio, & postea Exhodi 1. dicitur ædificata à filiis Israël. Huic expositioni fauent Septuaginta Interpretes, qui nõ aiunt Arphaxadum ædificasse Ecbatanam, sed *Ædificasse super Ecbatanis.* Alij *in Ecbatanis.* Cæterùm quia Hæretici nihili faciunt diuina, adducam ex litteris humanioribus, quæ ipsi pluris æstimant. Virgil. 8. Æneid. ait:

Diodor. *Quis Ecbatana ædificauerit.* Bellarm. Herodot.

28. Hugo. Bellarm. Canus. Plin. *Ædificare dicitur, qui denuò restaurat.* Gen. Daniel.

29. Genes. Exhod. Virgil.

Tunc Rex Euander Romanæ conditor arcis.

Et tamen qui Romam tunc exiguam Romulus mirè amplificauit, dicitur Romulus Romanæ cõditor arcis, non illi Euander Arcadum Rex. Sic Arphaxadus iure dicitur ædificasse Ecbatanam; quam nouis ædificiis, & mœniis reconcinnauit, & amplificauit. Sic dixit Iuuenalis Satyr. 16.

—— Altera fiet Cras domus, atque eadem.

Et Horatius in Carm. sæcul.

—— Aliúsque & idem Nasceris.

Iuuenal. Horat.

30. Ergo si eadem domus fit altera, Ecbatana restaurata, & magnificè aucta, eadem est, & altera, & ita Arphaxadus rectè dicitur ædificasse Ecbatanam, tametsi olim extructa sit. Ita Glossa, Hugo, Carthus. Sanct. Tirinus, Serarius hic q. 7. Adde quòd si ex eo falsitatis insimulatur hæc historia Iudithę, quia nõ cõsentit cũ profanis historiographis, etiam profani historiographi mendacij conuincũtur, quia sibi non constant: nam Diodorus, Herodotus,

Glossa. Hugo. Carthusian. Sanctius. Tirinus. Serar.

dotus,& Plinius diuersissima tẽpora,& conditores referunt. Nisi velint Hæretici hanc historiam esse mendacem quia mendacio aduersatur: sic obbrutescit hæresis? At hæc narratio non aduersatur præfatis historiographis profanis, vt liquidò constat ex dictis.

31 Præterea Arphaxadus dicitur ædificasse Ecbatanam vrbem potentissimam. Quid? Rex Arphaxadus erat architectus? Carthusianus ait fuisse, antequam regnũ inuaderet, vnum è populo, & fortè architectonica erat instructus. Imò olim, & nunc Reges alicui ex his similibus disciplinis dãt operam. Sic Esther. 1. v. 5. Assuerus Rex dicitur propria manu hortum, & nemus seuisse. Et quidem Philippus secundus Hispaniarum Rex, architectonicæ peritum fuisse constat ex superba Schorialis, vt vocant, substructione, quã impensis fabricauit, & arte adiuuit egregiè. At necesse non est id affirmare: nam quod per administros operatur quis, ipse dicitur operari, etsi ignarus sit eiusmodi operis faciendi. Matth. 13. v. 27. aiunt serui ad Patremfamilias: *Nonne bonum semen seminasti in agro tuo?* Ad quæ verba, sic ait S. Chrysolog.
32 ser. 97. *Seminasti, non seminauimus. Nos quod per te facimus, tibi semper nostro assignamus auctori.* Vnde non tam seminant aratores, quàm Paterfamiliàs; & ita non tam ædificãt architecti, quàm Arphaxadus. Ad rem Mamertinus Paneg. 1. *Vestra hæc Imperator, vestra laus est. A vobis proficiscitur id quod per alios administratur.*

Carth. — *Esther.* — *Rex quod facit per ministros, per se dicitur facere.* — *Matth.* — *Chrysol.* — *Mamert.*

Ais, esto, dicitur Arphaxadus ædificasse hanc vrbem, quia illam amplificauit; at quo pacto dicetur appellasse Ecbatanam, si iam olim extructa fuerat hæc vrbs, & Ecbatana vocabatur? Nemo quem viderim Expositorum hanc difficultatem attingit. Ego quidem existimo hanc vrbem olim fuisse extructam nõ tamen appellatam fuisse Ecbatanam, quovsque eam sic appellauit Arphaxadus, sed anteà per anticipationem Ecbatanã
33 nominari. Nimirùm Diodorus, Herodotus, Plinius, &c. aiunt vrbem, quæ sua ætate appellabatur Ecbatana, quondam ædificatam esse aut à Semiramide, aut à Deioce, aut à Seleuco: quod frequens etiam est in Scripturis Sacris. Sic terra Gessen per anticipationem dicitur Ramesses Genes. 47. v. 11. antequam ibi essent filij Israël, & tamen constat multis post annis vrbem Ramesses ædificatam fuisse ab Israëlitis. Exhod. 1. v. 11. Legi potest ibi Abulensis, & Pererius. Plura exempla similia suppetunt ex lib. Iosue. quæ omitto ne chartam impleam vulgari eruditione.

Gen. — *Exhod.* — *Abulens.* — *Perer.*

§. IV.

Nominũ Consilium instituendum esset pro re nominis: nam personæ magnæ exigua affectant nomina; exiguæ verò nomen grandius, & augustius ambiunt.

34 Commendatus est Probus apud Vopiscum, quòd *adolescens esset, ac vir sui nominis.* Planè multi sunt, quibus suum nomẽ, suum non est: affectant pulchrã nomenclaturã in fœdis moribus: fallunt rẽ nominũ mendacio, & videmus magna nomina in re admodum parua. Et quidem nomen index rei est, & eius definitio: sæpè enim res à nomine æstimatur. Ergo ne quis *recuset nomen* (verba sunt Tertull. lib. 4. contra Marc. cap. 14.) *tanquam indicem suspectum.* Magno indicio opus est nominum imponendorum: quærendus est alter Adamus, indita diuinitùs sapiẽtia præmaturè eruditus felici innocentiæ statu incorruptus. Genesis 2. vers. 19. *Formatis igitur Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius.* Super qua re Basilius Seleuc. orat. 2. sic inducit Deum loquẽtem cum Adamo. *Esto Adam nominum artifex, quando rerum esse nõ potes: formentur à me, nominentur à te, quæ procreata: me cognoscant artificẽ naturæ lege, te Dominũ intelligant appellationis nomine: inde nomẽ quibus ego essentiam.* Ecce partitur Deus cum Adamo creationis opus. Ipse res condit, rerum nomina condit Adamus, qui exploratissimas habebat rerum naturas. Rectè Philo lib. de Agricul. *Qui res velut per anatomiam considerant, facilè assequuntur appellationes earum proprias.* Anotomica notitia, quæ medullitùs rem inspicit, ad imponenda nomina opus est ex sententia Philonis.

Vopisc. Vir sui nominis. — *Nomen recusatur.* — *Tertul. l. 4. contr. Marc. c. 4.* — *Gen. 2.* — *Seleu. orat.* — *Adam est nominum artifex, & Dominus.* — *Philo lib. de Agricul.* — *Nomina imponenda per anotomiam.*

Ast ab originali delicto deprauata est gẽs hominum; inde etiam nominum corruptela: iam nemo Adam extat peritus imponendi sua cuique nomina. Quid ergo faciendum ad nomina faciẽda Sententiosè inquit Septimius, *Consilium nominis* (alias *Concilium*) scilicet est in Regum curia Senatus seu Consilium deputatum ad prouidendum grauioribus causis. Vt puta Consiliũ rei bellicæ, rei nummariæ, rei politicæ, &c. quia in his rebus adeò graues occurrunt difficultates, vt consiliosis Senatoribus opus sit ad decernendũ sapienter. Sic ad nomina, seu cognomina imponenda, conseruanda, detrahenda, moderanda. *Consilium nominis* instituendum foret: quia tot tãtæque nominum insolentiæ apparẽt in re nominis, vt cõsultissimo senatu ad id opus sit. Planè à nomine multæ virtutes sunt, & flagitia multa. Denotare licet nominum mendacia, nominum superstitiones, libidines, otia, auguria, & præsertim superbas ambitiones: *Quanti nequam serui Regum nominibus insultant, Alexandri, Darij, & Holofernis?* ait Tertull. lib. 1. adu. Marc. c. 7. Et Dæmon (ait S. Hilar. can. 3 in Matth.) Adamum, & Euam *Diuini nominis ambitione corruperat.* Scilicet hodie ex infima plebe nati homines illustria nomina Mendosiorum, aut Gusmanorum ambitiosè vsurpant, & cognomina, quæ seruitio mercati sunt, fastuosè venditant vt agnata hæreditario sanguine. Itẽ ab amicitia, à familiaritate, ab obsequio, & ab adulatione, appellationes *transnominantur.* Quin & Rupertus lib. 1. in Ioan. *Nominis adulteriũ* agnouit. Bellè quidem: nam alienum nomen, meritũ præstantia, & integritate mercandum, impudẽter sibi vsurpant, vsurpando constuprant, & furtiuo adulterio polluunt. Basilius Seleu. orat. 9. explicas illud Matth. 8. v. 9. Centurioni dictum. *Non inueni tantam fidem in Israel.* Sic Israëlis nomen accusat. *Nomen, quo tu appellaris, Dei cogniti argumentum est, vt ampliùs incredulitatẽ tuã patefaciat. Cur igitur appellatione, cuius virtute cares, contumeliam irrogas? quid gestas cognomen, quod persona probro sit factis appellationem impugnas, & calumnia nomen tuum afficis.* Enimverò tot, tantaque flagitia in nominibus agnouit Saluianus libr. 3. & 4. de Gubern. vt plures homines nominis reos esse fecerit, inquiens. *Per nomen rei sumus.* & alibi: *Magis damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat: reatus impij est pium nomen.* Itaque nomẽ reatus est, & rei nominis sæpè sumus. O malè pereant

Septim. Consilium nominis ad prouidendum rei nominis. — *Serui insultãt Regum nominibus.* — *Tertul. l. 1. adu. Marc. c. 7* — 36. *Hilar. can 3. in Matth.* — *Nominis ambitio.* — *Ruper l. 1 in Ioann.* — *Nominis adulterium.* — *Seleu. ora. 9. Matth.* — *Saluian. l. 3 & 4 de Guber.* — *Nominis reus.*

Mors nominis. Tertull. l. de resurr. carnis c. 4.

pereant flagitia nominum, aut nominum virtutes in hominibus flagitiosis, & benè luant vocabuli culpam! Acutè Tertullianus lib. de resurrect. Carn cap. 4. Carnem carnisque nomen sic culpat, & castigat: *Post totum ignobilitatis elogium caducæ carnis in originem terram, & cadaueris nomen, & de isto quoque nomine peritura in nullum inde iam nomen, in omnis iam vocabuli mortem.* Porrò si nomen delictum est, sit etiam & supplicium nominis, & appellationis cadauer, & vocabuli mors.

37\. *Nomen auspicium est rei, & Sacramentum.* Cassiod. Tertull. lib. 3. adu. Mar. c. 16. *Fides nominum.* Tertull de carn. Christi c. 12.

Neque modò nominis delicta sunt, sed etiam virtus in nomine est & non exigua vocabulorum laus, quæ valde rem venustat, imò honestat. Nam *nomen auspicium* rei est, inquit Cassiodorus lib. 5. epist. 3. Faustè rem auspicatur, qui pulchro nomine præsagit euentum. Quia *Nominis Sacramentū*, quasi gratiam tribuit rei benè, & prosperè gerendæ. Et ea certitudine gratiam suam operatur, vt animosè dixerit Septimius, quod *Fides nominum salus est proprietatum.* & quidem nomen quasi quadam fides est rei, & naturalis prophetia euentus futuri. Ergo pulchrum, & illustre nomen: omen erit faustum, & quasi iam possessa felicitas. Opportunè dictum: *Nominis census.* Nam census apud Romanos, facultates omnes, & honores significat, quæ à Censore per lustra notabantur. Vnde *census nominis* denotat omnes opes, & honores in Nomine inueniri. Basilius Seleucus orat. 19. hominem comparat metallo, nomen verò imagni, qua numisma procuditur: *Potestatem facit Deus Adamo nomina procudendi*: Planè præcipua laus monetæ ab impressione est, qua taxatur illius valor. Nummus non excussus prælo nummus non est, sed rudis, & informis massa; sic res sine nomine; à nomine enim est cēsura honoris, & opum census. Hinc ambitio nominum, hinc humana superbia affectat grandia, & augusta nomina; quia à nomine res cēsetur. Sed valde *nominum consilio* opus est, quod consultò dispenset nomina. Nam impunè quis furatur cognomen, quod à meritis faciendum sibi foret. Nemo enim iā Traiani æmulatur modestiā, de qua in sua Panegyri Plinius: *Nomen illud, quod alij primo statim principatus die, Imperatoris, & Cæsaris receperunt, tu vsque eò distulisti, donec tu quoque beneficiorum tuorum parcissimus æstimator, iam te mereri fatereris.* Verùm iam audacia, & rapina possidet grādia nomina; nō merita, nō virtus. Vnde tot inflantur nomina sine re: sicut ampullæ in aqua. Disertè Theodoricus Rex apud Cassiod. lib. 8. epist. 10 suo Felici, inquit: *Sumpsisti nomen ex meritis, custodi, vt semper lateris veritate vocabuli. Nam cùm omnis appellatio ad declarandas res videatur imposita, nimis absurdum est, portare nomen alienum, & aliud dici, quàm possit in moribus inueniri.*

Nominis census. Tertull apolog c. 13. *Homo vt moneta, nomine cuditur.* Basil. Seleu. orat. 16.

Nomen merendum. Plin.

Cassiod. l. 8. ep. 10.

38\. *Homo grandiora nomina ambit.* Chryso'. serm. 56. *Phantasia nominu.* Tertul adu. Mar. lib. 3. c. 15. Ennod in Panegyr. *Non augustum nomen sed res augusti nominis ambienda.*

Præterea vsque eò tumescit humana superbia, vt non modò augustiora, sed numerosiora & grādius quid sonantia nomina sibi faciat. S. Chrysologus serm. 56. *Reges triumphorum suorum titulis nuncupantur, & sub ellarum gentium nominibus conquirunt numerosissima cognomenta.* Nempe homines superbia inflati, inflant nomina vt non tantùm homo, sed nomen turgeat. *Nominis phantasma affectant* seu phantasias grandioris, inflatioris, & augustioris vocabuli. Disertè Ennodius in Panegyr. adulatus Theodorico, quasi repudiauerit nomina pomposæ iactantiæ, sic fatus. *Quid frustrà maiores nostri Diuos, & Pontifices vocarunt, quibus sceptra collata sunt. Singulare est* (Theodorico) *actibus implere Sanctissimum, & veneranda nomina non habere. Rex meus, vt Diuus vitam agat ex fructu conscientia, nec requirat pomposa vocabula nuda iactantia, in cuius moribus veritati militant blandimenta maiorum.*

39\. *Paulus nomē exiguum affectat.* Ad Rom. Caiet.

Profectò scitū est sanctissimos quosque viros, & re magnos, exigua affectasse nomina. Magnus Paulus ad omnia summa factus vir, vilitatem nominis exambiuit. Ad Rom. 1. v. 1. *Paulus seruus* IESV CHRISTI: super quibus verbis, sic fatur Caietanus: *Vndecumque nominatus fuerit Paulus, constat, quod regio nomine (scilicet Saul, seu Saulus) vti noluit sed nomine humili. Paulus enim diminutiuum est à parum, secundùm Grammaticam. Inde siquidem paulum, paululum, pauxillum.* Ecce virum magnum, paruum nomen affectantem Dein, Deus ipse solus summè bonus, summè magnus, exiguitatem nominis non exhorruit: ait enim Tertullianus lib. 1. aduers. Marc. c. 7. *Tenuabit ad hæc de nomine Dei, vt passiue, & in alios quoque permisso.* Dei nomen inueniatur passim: Passiuum nomen affectat Deus? Planè vel nomine ipso patitur, qui passiuum habet nomen. O magnitudinem exiguitate nominis decoratam! ô humanam exiguitatem magnitudine nominis superbientem!

Tertul. l. 1. aduers Marc. c 7. *Dei nomen passiuum, & aliis communicatum.*

40\. *Exiguo Chamæleonti nomen grandius.* Tertul. de pallio. c. 3. Iudith. v 5.

Est aliqua bestiola de valdè exiguis animalculis, cui nec succus corpori, nam pellicula viuit, hebes, tarda, vix se à terra suspendēs, ieiuna sēper, & indefessa, quippe huic de vento cibus. Et licet sic *De mediocribus oppidò* (verba sunt Tertull. de Pallio cap. 3.) *sed nomen grande. Chamæleontem qui audierit, haud ante gnarus, iam timebit aliquid amplius cum leone: at cùm offenderis apud vineam, ferme sub pampino totum, videbis illicò audaciam, & Graciam nominis.* Aduertis minutum quoddam animalculum, cui à vento cibus, nimirùm ventosissimum; pomposum ambiisse nomen: perexiguam bestiolam, Chamæleontem nominabis? Ecce alterum chamæleontem, nempe Arphaxadum; is seruus erat Nabuchodonosoris, & infidus, quippe rebellauit in dominum; & quidem anonymus; eius enim ignoratur nomen. Hic vbi Mediæ sceptrum tyrannice inuasit, immeritò sibi vsurpauit illustre, Arpacadum, nomen; nam Arpacadus Mediæ monarchiam fundauit. Et quasi parùm foret Arpacadum nominari; quo superbiam ampliaret suam, nomen augustiùs, & grandiùs sonans affectauit, & vocari voluit, Arphaxadus, pinguiori sono, & pomposiori vocabulo, proferendum ambabus buccis. O ventosissimam omnium ambitionem! ô quam eget hæc etiam ætas *nominis consilio*! ô vtinam institueretur censor nominum, *ne fallacia appellationis* (quam vocat Basil. Seleuc. orat. 27.) facinora simulet, virtutes mentiatur. Itaque nominis fallacia refutat rē nominis: & *Nausea nominis inaccrescit*, ait Tertull. in Scorp. c. 1. Scilicet homo vitiis ignobilis nauseat, vt euomat illustre nomen. ô grande dedecus! *Nam perpetua fruitur laude; cui est honor in nomine*, inquit Cassiodorus lib. 10. epist. 7.

Nominis nausea. Basil. Selen. Tertul. in Scorp c 1.

Cassiod lib. 10 ep 7.

---

§. V.

Superior, qui est animarum medicus, ne Medicorum, in re curationis, hæreses æmuletur.

41\. Isai. *Medicina regia est.*

BOnorum disciplinarum opportunissima, Medicina est. Bona ars, immò illustris, & præ nobilitate superba. Regia facultas; sic ille alius apud Isaiā dicebat c. 3. v. 7. *Non sū medicus, nolite me constituere Regem.* Quid enim augustius, quam arte & industria naturam componere, vires effœtas re-

stituere, salutes facere fugientem animum reuocare, & cadauerascentem hominem denuò in hominem refingere; & facere, vt ferè de non homine, homo reualescat, & iterum homo fiat? vitam & salutes impertiri solius Dei negotium est: quod cum Medico communicauit natura, Clem. Alex. 4. Strom. sic voce Empedoclis canit.

Emped. Clem.

Et medici in seclis, qui hominũ terrestribus insunt,
Hinc existunt Dij: sunt quorum maximi honores.

Medicina superba, & diuinitatis aemula. Tertull.

Tanta est huius artis praestantia, vt arrogantiae notetur à Tertulliano lib. de Anima c. 2. *Medicinam inspexi sororem philosophiae. Sed viderit vtriusque praestantiae ambitio.* Et sane videtur ausus arroganter ambitiosus, cadentem hominem, de lecti sepulchro attollere, valetudines redonare, vitam reddere, & arte sua facere, vt propè rediuiuus homo vitam redordiatur. Haec, inquam, humanum excedit fastigium, & similem Deo reddit Medicũ. Et inuidiam fecit Ioui aduersus Æsculapium, medicinae arte nobilem. Quod eleganter edocet Septimius c. 14. Apolog. *Æsculapium auaritiae merito, quia medicinã nocenter exercebat,* (hoc praetexit nomine culpam) *fulmine vindicatam. Malus Iupiter, (si fulmen illius est) impius in nepotem, inuidus in artificem.* Expende τὸ *inuidus in artificem* salutis. Quasi dicat; Apud Iouem Deorum maximum inuidiosa fuit medicina Æsculapij; quia eius ars Diuinae munificentiae, & omnipotentiae aemula, valetudinem, & vitam mortalibus largiebatur. *Malus,* inquam, *Iupiter inuidus.* Quasi adeò excellat medica ars, vt Ioui inuidiam faciat, & fulminet medicum Æsculapium suae artis pręstantia de diuinitate cũ ipso decertantem: & quod negotium erat solius Dei, arroganter praesumat homo sibi vsurpare ab ingenio Medicinae.

Septim. *Iupiter inuidus medicae artis Æsculapij.*

42\. Iudith. v. 1. Illustre Medici nomen, hic Dynasta, Arphaxad inquam, vsurpauit sibi: nam vbi armis potitus est Medico regno, fecit sibi nomen Arphaxadi quod *sanans* interpretatur, affectans & regem esse, & medicum Medici regni: non tam regens, quam curans subiectos populos. *Scimus enim* (ait Theodocadus Rex apud Cassiodorum) *pro remedio nos datos esse cunctorum, non despicimus sanare subiectos.* Verùm hic medicus Rex regnũ curauit, vt curant aliqui imperiti medici. Ne ergò medicorum imperitiam aemuletur Rex, aut quiuis Superior; subijciã hîc medicorũ vitia, quibus laborãt Superiores: ne à medicina aegrotet infirmus, sicut à curatione regis Arphaxadi Media aegrotauit. De medicis suae aetatis sic ait S. Naz. Orat. in S. Baptisma. *Quandiu latus tuum non cingit imperitus medicus, horas tibi largiens, quarum ius, & potestatem non habet: capitisque nutu salutem, velut lautem mercedem angẽs, aut deploratum morbum esse significat.* Sic aliqui Praefecti, suspensos, & pendulos esse cupiunt subditos ab eorum nutu, quo auctoritatem augustiorem, & largiora munera sibi faciant, quasi à sua ipsorum sententia dependeat populorum salus, & vita; & non à legibus, à ratione, à iure. Ad haec, inquit Basilius Seleu. orat. 35. de Christo peritissimo hominum medico; *Non visus est curatione, cuius initia supplicia sunt: non spe mercedis contra morbos armatus.* Porrò curatione, supplicia quaedam sunt, quibus aeger dignè luit culpam accersiti medici imperiti: qui non tam armatur Æsculapij pharetra contra aegritudines, quam contra aegrotos. Caueat ab hoc vitio Superior, qui, vt ait Plin. epist. lib. 1. debet *insectari vitia, non homines.* Addit Tertull. Apolog. 22. *Benefici planè circa curas valetudinum: laedunt enim primò, dein remedia praecipiunt ad miraculum noua, siue cõtraria: post quae desinunt laedere, & curasse creduntur.* Et lib. de Anima. c. 46. *Eadem industria etiam per beneficia fallentes medicinarum, quae magis laedunt iuuando.*

Cassiodor. l. 10. epist. 17. *Superior est subditorum medicus.*

Naz. *Superior ambitiosus, vt à suo nutu pendeat subditus, vt aegrotus à medico.*

Basil. Seleu. *Superior, qui medicus est, non optimè curet suppliciis, sed remediis.*

Plin. Tertull.

S. Nazianzeni Scholiastes explicans illa verba orat. pro Basilio, vbi de diuitibus inquit: *Famem negotiantur,* pauperum inquam: id est, inquit, *annonae penuriam negotiantur*; ad quod aduocat illud Plinianum: *Animam negotiari,* quod dicitur de sicario, qui pretio accepto caedes patrat (Hispanè *Vandolero*) qui animam negotiari dicitur, *& Medicus negotiari corpora.* Nempè sicut Sicarius ob pactam pecuniam armatur in hominem, eiúsque animam negotiatur: sic medicus *spe mercedis, corpus negotiatur* aegroti. Luculenter Clem. 6. Strom. *Scribit Diphilus: cum apparuerit mors eorum, vt Medicus.* Caueat princeps ne corpus, & animam subditorum negotietur, vt imperitus medicus, sectans in gubernatione legem, seu aphorismum quem dictat aemulatio, aut inuidia, aut odiũ: quod in re politica, sicut in re medica, haeresis est. 43.

Naz. Plin. *Ne Superior negotietur animam: vel medicus corpus aegroti.* Clem. Alex. Diphilus *Medicus vt mors.*

Iob. 13. v. 4. ait Iobus ad amicos: *Prius vos ostendam fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatũ.* Quid significat Iobus cùm amicos suos, nomine tenus amicos, re autẽ inimicos, vocat cultores peruersorum dogmatum? Num erroris, aut haeresis notat? Septuaginta interpretes & Symmachus sic exponũt locũ: *Vos estis medici iniusti, & curatores malorum omnes.* Quasi idem sit cultores peruersorum dogmatum, ac medici. Audiendus est Clem. Alex. 7. Strom. sic inquiens: *Num ergo quisquam aegrotans, & vt curetur opus habens, non admittit Medicum propter eas, quae sunt in medicina haereses?* Ecce quaedam opiniones Medicorum, haereses appellantur, non in Fide, sed in medicina; nõ cõtra disciplinã Christi, sed contra Hippocratis, & Galeni dogmata, quibus aut negligentia, aut imperitia, aut odio impune armantur, & morbos augent, praetextu salutis. Caueat ergo Superior ne populos regat negligentia, aut imperitia, aut aemulatione, aut odio, ne incurrat in has medicinae haereses, in quas incurrit, qui ex proprio cerebro dogmatizat in re politica. 44. Iob.

Cuius haeresis sape fit reus Medicus. Symm. *Superior cuius haeresis fiat reus.* Clem. Alex.

Strenuus praesul, & animarum medicus S. Basil. egregiè curauit subiectos sibi populos: sed videamus quibus pharmacis sanabat subditos S. Naz. Orat. de eius laudibus. *Eos qui ab ipso dissidebant emollit; ac sublimis, & excelsae medicinae varietatibus curat.* Ratio Superioris, curatio est inferioris: hoc remedium omnibus subditorum morbis medetur. Nulla est salubrior medicina, quàm ratio. Praefectus qui Ratione curat, sanat; qui sine ratione curat, sed impetu, aut inuidia, aut odio agitur, infirmat, non sanat. Probatissimũ pharmacũ Ratio est, hac vna curantur omnium subditorum morbi. Sed propria ratio suspecta cuique sit, ne sit in medicina haeresis. Consulat multos, & errabit in paucis. 45.

Superior ratione curet. Naz.

Christus Deus nobile Medici nomen sibi fecit, Matth. 9. v. 12. *Non est opus valentibus Medico, sed male habentibus.* Et *Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.* Luc. 6. v. 19. Id personant passim Scripturae, vt pudor sit loca referre nemini non nota, vbi Christus dicitur Medicus humanarum aegritudinum; praesertim peccati, qui lethalis morbus est, & tanto Medico indiget, tanti morbi curatorẽ. Æstuet licet in anima irarum feruor, licet ardeat auaritiae, & inuidiae febris, etsi luxuriae flamma imas depascatur medullas, & gehẽnali incẽdio totus deflagret homo, peritus animarũ sanator CHRISTVS IESVS, leuis attactus, & vel vnius 46. Matth.

Luc. *CHRISTVS est eximius medicus, & aegrotae animae incantator.*

ratio

Clem. Alex.

rationalis verbuli pharmaco sistit ægritudines, & remedia, & sanitates facit immedicabili morbo. Pulchrè Clemens Alexandrinus lib. 1 Pædag. cap. 2. sic fatur. *Verùm peonium solus est humanarum ægritudinum Pæonius medicus, & sanctus ægrotæ animæ incantator.* Poetatur Homerus lib. 5. Illiad. Pœonium medicæ artis peritissimum fuisse, qui Plutonem curauit ab Hercule grauiter vulneratum. Dicitur ergo Christus (qui Dei sapientia est) Pœonius medicus, id est, medicus adeò peritus sanandi arte, & ratione medédi, vt infernali populo, gehennalibus incendiis deflagrátí & æternùm morienti, tantorum pharmaco meritorum, mederi valeat: & ita Plutonem ipsum cum Dœmoniaca gente perfectè curare. Dicā luculentius. Christus Pœonius est medicus, id est, arrogantem superbiam, intestinam inuidiam, quę sunt Dœmonum vitia: imò gehennale lasciuiæ incēdium, & cæteras animi pestes, & corporis cōtagia, vno rationali verbo curat. Nonne Christus est Pœonius medicus, qui medicari posset Plutoni, & inferorum morbis? & quidem vno verbo. *Tantum dic verbo, & sanabitur puer meus:* nobilis Centurio dicebat, Matth. 8. v. 8 nonne hęc incantamenti species est, exteriori verbo intimas animæ ægritudines sanare? *Et ægrotæ animæ incātator* dicitur. Porrò incantationis genus est, sic curare, & diuinæ Sapientiæ rationale miraculum.

Homer.

Math.

47\. *Superior ne nimis scrutetur delicta.*

Denique caueat Præfectus, qui animarum Medicus est, ne nimium perscrutans morum, & naturæ morbos, perdat ægroti naturam, & mores. Audiendus est Tertullianus lib. de Anima, cap. 10. *Herophilus ille medicus, aut Lanius, aut qui sexcentos exsecuit, vt naturam scrutaretur: qui hominem fodit, vt nosset: nescio an omnia interna eius liquidò explorauit, ipsa morte mutante, quæ vixerant.* O quoties delicti perscrutatio, vnica est subditi ægritudo! qui sæpè ægrotat à medicina, non à morbo. Ergo Superior sit bonus medicus, & curet rationis remediis, non sæuitiæ cauteriis, non negligentiæ oscitantis desidia.

Tertull. *Medicus laniena scrutatur naturam.*

48\. Math. Imperf.

Matthæi 8 v. 2. Leprosus quispiam accessit ad cœlestem Medicum, aiens: *Domine si vis, potes me mundare.* Ad quæ verba ita fatur Imperfectus homil. 21. in Matthæum. *Non illum petebat quasi hominem artificem, sed adorabat quasi Deum. Spirituali medico, spiritualem offerebat mercedem. Nam omnes medici pecuniis, iste autem sola oratione placatur.* Nempe ideò pecuniæ, & alia munera offeruntur medico, non vt alium pro industria & labore muneres, sed vt illum pacatum seu *placatum* habeas, ne crudeliter sæuiat; & non medicinam, sed lanienam exerceat: non tam à medico quærimus sanitatem, quam placidam mortem: aut saltem ne sæuiat morbus a remediis: quasi mitissima remedia nō sint aptiora ad faciendam sanitatem. Basilius Seleu. Orat. 30 ita fatur. *Periti medici sūc plus de arte ... admirationis, non cum ferro, & igni in belli modum vim mali domant; sed cum lenibus pharmacis affectæ parti adulantes, ægrum scitè persanant.* Scilicet peritus Præsul, vt bonus medicus, blandiori vtatur medicamento, & sic peritiam medicæ artis ostentabit, & sæpius persanabit ægrotum ... natura ... dum sæuit in naturæ morbum. Aliud est esse medicum, aliud esse lanium. Philo lib. 2. legis Allegor. *Considera*, inquit, *cogitationem medici: vacuabo ægrotum, nutriā, remediis curabo, vstaque; secabo vram cauteribus. Sed sæpe natura & absque his sanauit, & cum his interemit, vt medici cogitationes nihil aliud quam*

Medicus & Superior muneribus placandi sunt.

Superior adulatur subdito male affecto Basil. Seleu.

Philo. *Medicina ænigmatica remedia.*

somnia sint, inuenta plena obscuritatis, & ænigmatum. Ecce tibi inhumana remedia ænigma dicuntur: quia sicut ænigma nihil minus est, quā quod magis videtur; sic sæua remedia, in quibus videtur esse peritior ars, & certior spes saluti nocent, & mortem adsciscunt. O mortifera quorumdam remedia! Ergo superior affectæ parti aduletur, vt eā curet, non in eam desæuiat, vt lanio. *Non cum ferro, & igne in belli modum vim mali domet.* Cui concinit S. Chrysologus serm. 33. aiens. *Post certamina desperata medicorum:* ac si ægrotus certamen ineat cum medico, tāquam cum hoste. Sicut Medorum regnum suo cum principe Arphaxad, cui à medicina nomen.

Medicus non domat morbum in belli modum.

Chrysol.

§. VI.

Qui per solam gratiam vult placere, deuenustat beneuolentiæ artem: obiurgationibus, & asperitatibus mulceat bonus Præsul.

LOngum & molestum foret seriatim recensere singula, in quibus Præfectus debet esse similis medico: aliqua tetigi præcedenti §. nunc vnicam medicinæ proprietatem dabo, quæ necesse est, vt in Superiore reperiatur; nimirùm, quod sic curet temperare molestias disciplinæ, & animaduersionis, & obiurgationis &c vt etsi de se mordeāt, & exacerbent, tamen nō irritent subditum sed mulceant. Quod de medicina aduertit Tertull. adu. Gnost. c. 5. aiens: *Et est planè quasi sæuitia medicina de scalpello, de cauterio, de sinapis incendio: non tamen secari, inuri, morderíque idcircò malum, quia dolores vtiles adfert. Horrorem operis fructus excusat: vlulans denique ille, & gemens, & mugiens inter manus medici, postmodum easdem mercede cumulabit, & artifices optimas prædicabit.* Audis Medicum amaritudine pharmaci, incisione venę, & cæteris medicinæ tormentis, ægrotum demereri, & cruciatibus beneuolum sibi facere; Sic Præsul in subditos animaduertendo, eosdem obiurgando, & puniendo conciliare sibi debet, & arctiori charitatis vinculo deuincire. Et sanè iucunditas, illex est humanæ naturæ iniucunditas auersatrix hominum est. Verùm bonus Superior ea arte insuauia condiat, vt asperis rebus non exasperet, sed alliciat animos; hoc ingenium regendi est, & gubernatoris eminentia. Perbellè Seneca ep. 64. *Vt in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat, & sunt quadam poma suauiter aspera:* Sic periti Superioris amara castigatio, siue reprehensio mulceat dulcedine charitatis: & à beneuolentia erit suauiter acris: & ita faciet *obiurgationem laudatione gratiorem*, vt inquit S. Nazian. Orat. de Pace. 49.

Medici vtili sæuitia merentur. Tertull.

Superiori licet, vt medico, sanitatis quadam & grata sæuitia.

Seneca.

Nazianz.

Cant. 1. vers. 3. *Trahe me post te, curremus, &c.* vi trahitur, & vltrò currit? Tractio violentiam arguit; cursus spontaneam actionem importat. Ergo hæc verba non apte sibi cohærent. S. Bern. ser. 21. in Cant. *Tunc trahimur, quando tentationibus, & tribulationibus exercemur.* Arcanum hoc est Diuinæ Sapientiæ, & cœlestis gubernationis elogium vt homines ærumnis tracti, nihilominus sponte ipsi eant, & vltrò currant. Nam voluptate, & dulcedine ad se trahere, quoduis creatum bonum potest; at asperitatibus contumeliis, & ærumnis cœlestis prouidentiæ laus est, & Diuinę gubernationis encomium. Dixit Dominus ad Abraham: *egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni, &c.* Gen. 12. v. 1. Cur quæso non

50\. Cant. *Tribulationibus allicimur.* Bern.

Meta celatur vt commendat cursum. Genes.

Basil. Seleu. indicat Deus Abrahamo, quonam iturus est? Respondet Basil. Seleu orat. *Metam celat, vt cursum contendat.* Profectò solutio hæc intricatior est, quam dubiũ: plus hæreo in dubij solutione quam in dubio. Nam quomodo vt velociùs currat Abrahamus, illi non manifestat Deus cursus metam, seu peregrinationis terminum? Immò qui nescit quò vadit, quomodo potest cursum contendere quò ignoret? errabit palabundus cœco itinere.

Laboribus allicit Deus. Potiùs cursum contendere posset, si metam sciret. At Deus metam celat, vt cursum contendat Abrahamus. Enim verò Deus ex igne Chaldæorum educit Abrahamum, & ducit in promissionis terram, terram inquam, lacte, & melle manantem, & orbis delicias: ad quam regionem deducens Abrahamum, vt contendat cursum, eam celat, vtpotè deliciis plenã, & paradisiacæ amœnitatis æmulam.

51\. *Superior non placeat per solam gratiã.* Et quidem Abrahamo ad mactandum vnicum filium Isaacum, secreti pandit arcanum, nec celat acerbam stragem trucidandi filij, vt velociùs pergat; & amœnitatem terræ promissionis celat, vt cursum contendat. *Trahe me, curremus.* Nam Abrahamum non territant dura quæque, sed alliciunt currit: tractus, & fortè cunctaretur deliciis terræ promissionis allectus. Hoc est ingenium diuinæ gubernationis, asperitatibus gratiam conciliare.

Concil. Roman. Ennod. Luculenter Ennodius epist ad Laur. Mediol. quæ habetur in Concil. Rom. sub Symmacho. *Dignus patre amor est, quem censura conciliat: deuenustat institutoris genium, qui per solam gratiam vult placere.*

Reprehensione ingenium sit placendi. Quasi dicat: Quiuis è populo etsi indisertus, & inciuilis, gratiam iniit beneficiis, & obsequiis. Quis hominum hominẽ nondeuinciat charitate numerum, & gratia obsequij? At deuenustatur beneuolentiæ genius & ars captandi amicitias, si per solam gratiam placeatur. Qui verò censura conciliat amorem, & suppliciis beneuolẽtiam; & ærumnis gratiã, & duris non exasperat, sed mulcet; ille beneuolentiæ conciliandæ fastigium tenet: hæc augustior gubernandi ars est, & Deo digna.

52\. Oseæ. Oseæ 11. v. 4. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Et addit Propheta: *Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum.* Hoc est, Non tantùm iucunda præstabo populo meo Israël, sed etiam iniucunda amœnabo & sarcinæ illis leues erunt, & gratæ; & contumeliis eosdem demerebor.

Alapis beneuolentiam conciliat Deus. Nam verba illa: *Ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum*, sic interpretantur Septuaginta interpretes: *Ero illi quasi dans alapas.* Vinculis charitatis demerendum Israëlem dicit, & beneuolè alleuandum iugum, & hoc est alapis eos cedere, & opprobriis impetere? Colaphis, & cõtumeliis afficit, & id erit, alleuare iugum, & vinculis beneuolentiæ trahere? Quis alapis conciliatur? aut asperitatibus beneuolentiam iniit?

Nazian. *Reprehensio gratiam iniit.* Audiendus est Nazian. in orat. in laud. patris sui: *Ac proinde ipsi (res mira, atque humanis sensibus aliena) contingebat, non vt solùm obiurgator esset, sed vt solus iis etiam, quibus succensebat, & amori, & admirationi esset. Illius enim asperitas etiam ipsa propter vtilitatem suauis est.* Ergo bonus Princeps alapis sibi beneuolè vinci populos, & asperitatibus mulcet, & obiurgationibus promeretur. Quæ summa laus gubernatoris est.

53\. Ioann. Ioannis 4. v. 39. Christus Samaritanæ meretriculæ Euangelium prædicat, illa statim Euangelij præco facta, Christum annunciat Samaritanis. *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcumque feci.*

Samaritani credunt Christo, quia prædicatur à muliere ab ipso reprehensa. Potiùs foret ridenda, quam credenda meretrix Euangelium prædicans. Planè videntur Samaritani imprudenter credidisse tanta mysteria, quæ humanum captum excedunt, propter testimonium vnius fœminæ, & quidem meretriciæ; nam dehonestatur veritas putido putidi scorti ore: & incredibile videtur ipsum Euangelium, tunc vnius meretriculæ testimonio fultum.

Chrysost. Bellè S. Chrysostomus homil. 33. respondet. *Considerabant enim quod nequaquam mulier gratanter cum admirata esset, qui eius delicta redargueret, nisi magnus quis esset, & excelens.* Nẽpe dictitabat mulier Samaritis, Christũ dixisse illi omnia, quę commiserat adultera, & eius luxum reprehendisse; & nihilominus aduertebant eam beneuolentissimè affectã ad Christum, ipsiúsque laudes effusè prædicare. Inde prudenter ratiocinati sunt, Christum esse illustrissimum prophetam; siquidem conuitiis promeritus est fœminam illam, & obiurgationibus eam beneuolè conciliauit. Nam blãditiis placere, vulgare est; at contumeliis gratiam captare, singulare est, & laus Deo digna. *Dignus Patre amor est, quem censura conciliat; deuenustat institutoris genium, qui per solã gratiam vult placere.*

Basil. Seleu. Ergo superior, vt bonus Medicus asperis ineat gratiam, & *affecta patri adulcetur*, vt nuper notabam ex Basilio orat. 30.

---

§. VII.

Humana superbia sceptrum impotenter exambit.

Hominum commune votum est, ambitio regnandi. Omnium affectus naturaliter candidati sunt regiæ potestatis: & vbi affulget regnãdi spes, per certissima pericula regnum inuaditur. Inde nulla Regis absentia tuta est; & regnãdi audax præsumptio illex est cuiusuis temerarij facinoris. 54\.

Omitto exempla, quæ thesim probent, (obuia sunt in historiis) & adduco tantum, quæ rem locupletent.

Fortassis Adamus peccauit ob appetitum regnandi. Protoparens noster Adamus in felicissimo primæ innocentiæ statu creatus est Dominus paradisi, Rector piscium maris, & volucrum aëris constitutus. Itaque Præfectus terræ, nempe paradisi: & aëris, id est, volucrum; & maris, scilicet piscium, effectus; quid tam latæ præfecturæ potuit optare, nisi subditos? nam mundus tunc tam inops hominum erat, quàm dives opum. Quid tam benè compositam naturam, & meliùs instructam mentem turbare potuit? Quid tunc desideria Adami trahere valuit ac impietatem?

Hieronymus. Egregiè inquit S. Hieronymus ad cap. 1. Marci. *Lepra nostra peccatum primi hominis est, quæ à capite cœpit; quoniam regna mundi desiderauit.* Innuere videtur Hieronymus suggestionem illam serpentis, Geneseos 3. v. 5. *Eritis sicut Dii*, instigationem esse ad regni appetentiam. Genes.

55\. Itaque qui ditatur erat orbis diuitiis, & deliciis, & elementorum principatu, & sapientum disciplinis, ob regni ambitionẽ deliquit, & regnãdi desiderio pulsatus superbiendo corruit. Et quæ possidebat regna, vsque adeò immoderatè habere appetiit, vt ob flagrantissimum desiderium deliquerit. Neque enim sat Adami ambitioni videbatur, frui possesso Orbe, nisi illud amplius desideraret possidere: quasi non esset satis regnum possessione, & fruitione amplecti, nisi etiamsi ambitioso desiderio illud amplecteretur. Ex aliqua ergo regnandi

appe

appetentia, delictum originale fuisse videtur ex mente Hieronymi; nam auiditas regnandi, desiderium scientiæ boni, & mali est: (non enim bona tantùm, sed etiã mala experiuntur Reges: de quo alias,) illud autem notum sit, auiditatem aliquam regnandi, fuisse primum, & Originale, seu originans Orbis delictum. Huic Adami delicto affine est illud, quo primus Angelus degenerauit in Dæmonẽ. Isaiæ 14 v. 13. *Qui dicebat in corde suo: in cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo soliũ meum.* Quæ verba de Angelo apostata interpretantur Tertull. Origen. Euseb. S. Athanas. S. Ambros. S. Thomas, & alij: quia affectauit regnũ Dei solium. Hoc primi Angeli crimen consimile est Adami peccato, similique expensione illustrari potest ad rem præsentem.

Diaboli delictum fuit ambitio regnandi. Isaiæ 14.

Tertull. 5. adu. Marc c. 11. & 17. Orig lib 1. Periarch c 5. Euseb. de Præpar. lib 4. c. 9. Athanas. de Pass. & Cru. Ambros. in Ps 18. ser. 1. S Th 1 p. q. 63. art 3.

56. Veterator Satã, Angelica perspicacia præditus, & diabolica arte callidus, primò adoritur Christum, illum instigando vafertimè ad ciborum delicias, dein ad ambitionis fastum; sed semel, & iterum repulsam passus, secum versutè consultat, (ne re infecta indecorus discedat) quo vel maximè tentamento Christum Deum impellat ad delictum, Matth. 4. v. 8. *Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Superbissimus est dœmon in hac tentatione, an audacissimus? Suspicatur Satan Christum esse Deum, & præsumit se ab illo adorandum? Astutissime Dœmonum, quid te erexit in hanc temeritatem, vt vel leui suspicione existimares Christum semel & iterum victorem, te nihilominus adoraturum? Sanè scit versutus Dœmõ tam impotenter ferri hominum mentes in regnandi desiderium, vt vel Christum, cui pro adoratione pollicitus erat *regna mundi*, præsumpserit attrahere ad delictum spe regnãdi; vnde audacter præsumit dicens: Hæc *omnia* regna *tibi dabo, si cadens adoraueris me*, & credidit se vel Christo factum periculum, ob regni ambitiosum desiderium hominibus ingenitum. Pulchrè S. Ambrosius hæc diaboli verba expendens, ait: *Habet ambitio suum periculum.* Non quòd existimauerit sapientissimus Doctor eiusmodi ambitionis in Christo fore periculum, sed vt publicaret, quàm de se periculosa sit ambitio regnandi, cùm benè perspicax, & malè astutus Dœmon sibi persuaserit, ab ambitione regnandi, pertrahẽdum Christum ad infame delictum dœmonis adorãdi.

Matth. *Spe regnandi præsumit Satan Christum euertere.*

Ambros.

57. Audierant Philippenses Christum Deum, cùm cœlorum esset Rex, in terras descendisse amore mortalium, & tametsi multa creditu difficillima occurrũt in fide mysterij incarnationis, illud præsertim arduum creditu visum fuit genti bono ingenio præditæ; nempe impudenter egisse Christum Regem deserendo ad tẽpus cœlestia regna, absque metu, ne alius Cœlitum ambiret sceptrũ, & absente proprio Rege per vim regnum occuparet. Qua de re sic scribit S. Pelusiota lib. 1. epist. 139. *Addubitant an Dei filius relictis cœli sedibus, nec vllam regni, atque imperij commutationem veritus, ad nos veniens carnem suscepisset.* Quasi dicant Philippenses naturali prudẽtia, & ingenio instructissimi: possibile non esse, quòd Cœlites ipsi tam pacatis sint moribus, vt nacti occasionem absentiæ Regis, non erigãtur in spẽ regnandi, sceptrũque iure, vel iniuria inuaserint. Porrò tam impotens regnãdi ambitio hominibus à natura inest, vt vix credant eruditi homines, tutam esse apud Beatos in cœlo, Regis Christi tẽporalẽ absentiã. Fallor, nisi Dau id, inducit in læto Christi Dei ad

Verẽtur Philippenses ne absente Rege Christo, cœlum inuadãt Angeli.

Isidor. Pelusiota.

Ludicra inuasio regni cœlestis ab Angelis.

58. cœlos triumpho, festiuam quandam, & ludicram cœlitum rebellionẽ, cùm Psal. 23. v. 8. introducit aliquam Angelorum turbã claudentem cœli portas triumphanti Christo, & aliam huic repugnãtem, dicendo: *Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Et Principes qui rebellantium personam agunt respondent, *Quis est iste Rex gloriæ?* Num suum ignorant Regem Angelorum proceres? Probè illum pernoscebant, ait Theodoretus in cate. Barbar. sed eum agnouisse dissimulãt. Vnde Cœlites; qui adhuc pro Christo Rege stabãt, rursus ingeminant: *Attollite portas principes vestras, & introibit Rex gloriæ.* Et qui rebellasse in Regem velut simulabant, iterum respondent, *Quis est iste Rex gloriæ.* Iam eum nescimus propter eius absẽtiam, Regis absentis periclitatur imperium. Rursus alij occlamant, & acclamant Regem Christũ, dicentes: *Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.* Didymus in cate. *Dominus virtutum.* Idest, Dominus Sabaoth, seu Dominus exercituum, seu *Dominus omnipotens*, & de Christo Rege locum intelligit. Quasi dicant Angeli, qui partes agunt Christi: Cedite, ô Principes, cedite regno, pãdantur vltrò portæ vero Regi: nam ipse est Rex gloriæ: quòd si adhuc resistendo pertinaces estis, scitote eum esse Dominum exercituum, & bellicosum tota omnipotentia. Ecce ludicram rebellionem, festiuè opportunam ex eo quod hominibus accidere solitas; scilicet absente Rege inuadi regnum. Vnde etiam Philippẽses cauent, ne *Christus Rex relictis cœli sedibus, vllam regni commutationem vereretur.* Tam auidè inhiant regnũ homines, vt verosimilem rebellionem repræsentent Angeli: & Philippenses metuant, ne vel ipsi Beati spe regnandi sceptra Christi inuadant.

Psal 23.

Theodoret. Barbar.

Didym.

59. Euangelista Ioannes auspicatus est suũ Euangelium à Diuinitate Verbi, sic intonãs c. 1. v. 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Addit v. 2. *Hoc,* (nempe verbum) *erat in principio apud Deum.* Quærunt interpretes, quam ob causam notauerit Ioannes, verbum, qui Deus est, nunquam à Deo Patre discessisse, sed æternũ apud ipsum fuisse. Theophylactus satis opportunè præfata verba commentans, sic inquit: *Ille Deus verbum nunquam separatus est à Deo Patre. Quia enim dixerat, Deus erat verbum; ne quis diabolica illusione turbet quosdam, dicens. Ergo quia verbum Deus est, aliquando insurget contra Patrem, vt Gentiles fabulantur, & segregans se ab eo, aduersarius erit; propterea dixit, quod licet Deus sit verbum, nihilominus cum Deo Patre est, vt ab eo nunquam separatus.* Longiuscule, sed planè luculenter! Quid enim exaggeratiùs dici potest, quàm diuinum Verbũ perpetuò fuisse ad Patrem, ne quis suspicaretur ipsum Verbũ rebellasse aduersus Patrem Deum, & cœleste regnum se inuasurũ, si abesset à Patre Rege? Vsquè eò ab hominibus expetitur corona, vt ex Theophylacti mente necessarium duxerit Euangelista, Dei Verbum ab huius calũniæ specie vindicare, innuendo rebellare non posse in Patrem Regẽ, qui nunquam ab eo abesset, quasi fortè abesset à Patre Rege, periculum foret auidè inuadendi regnum (nam ex diuinitatis absentia Deus non esset) Itaque Verbum, quia nunquam abest à Patre Rege, Patris non potest inuadere imperium. Valde hæc Theophylacti animaduersio rẽ adauget, & ostendit innatam hominibus ambitionem regnandi, qua captus Arphaxadus hîc v. 1. absente

Ioann *Verbum dicitur esse apud Deum, ne quis præsumat rebellasse in Deum.* Theoph.

Iudith.

 Rege

Rege Nabuchodonosore, cuius nomine Mediæ Satrapiam gerebat, regnum inuasit, vt erat auidus regnandi obtinuit, vt erat peritus bellandi.

---

§. VIII.

Principatus non subleuat principem, sed grauat: eminentia dignitatis sublimitate deprimit, non attollit.

60\. Seneca. *Homo timet bona, expectat mala.*

PLura sunt quę foris nitent, intrinsecùs misera sunt: mundialia bona in spe placent, in possessione faciunt sui fastidium. Sapienter Seneca lib. de Vita beata, cap. 2. *Quicquid optaui, inimicorum execrationem puto: quicquid timui, quantò leuius fuit, quàm quod concupiui.* Profectò leue est, quod timemus, graue quod optamus. Dignitatũ ambitio omnium desideria tenet, & verè grauia onera exoptant homines: nam omnes subiecti populi super Principis humeros incumbunt: regiminis gloria non est hominis leuamen, sed grauamen, quod premat vel Athlantis humeros. O quàtæ, & quàm graues res incumbunt super humeros boni gubernatoris! Et quidem ipsa dignitas onerosa

Matth. est. Matth. 8. v. 9. dixit Centurio: *Ego homo sum sub potestate constitutus.* S. Augustinus serm. 6. de

S. Augustin. *Princeps baiulus est potestatis.* Verb. Domini: *Ego homo sub potestate iubendi.* Quia potẽs sub potestate est, & Rex regendi potestatem portat humeris, & sustẽtat dignitatem, sub qua (non super quam) constitutus est. Hinc

61\. Numer. Moyses Num. 11. v. 11. inquit ad Deum: *Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum? Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi.* Audis Moysen non eleuari, & attolli principatu: sed deprimi, & opprimi? Subditorum baiulus est,

Principatus est splendida seruitus. etsi in solij fastigio super omnes emineat. Parum fuit dixisse Regem Antigonum insolescẽti filio: *An ignoras, ô fili, regnum nostrum non esse aliud, nisi splendidam seruitutem?* Quia Rex non tam est splendidus seruus, destinatus ad portandum humeris onus populorum, quàm iumentum ad ferẽdas sarcinas. Porrò Alphonso Arragonum regi

Potestas clitellis comparatur. in cœna importuniùs quidam senex instabat, Rex nihilo commotior, dixit: *Asinos tantum Regibus beatiores esse: illis enim dum comedunt clitellas auferunt agasones, mihi verò senex iste cœnanti imponit.* Ita refert P. Cornelius ad cap. 11. Numer.

Cornel.

62\. 4. Reg. *Princeps est currus, & auriga.* 4. Reg. 2. v. 12. Eliæ in cœlum per turbinem eunti, dixit Elisæus: *Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius.* O rusticanam vocem, imò vel homine rustico indignam! Quis enim tam hebes est, & trũcus, qui nesciat res esse diuersissimas aurigam, & currum? Currus enim onera portat; auriga verò regit iumenta currum vehentia: auriga, currus non est, sed ipsius currus rector. Quando currus ipse aurigandi habuit peritiam? Aptè ad

Drogon. rẽ Drogon. de Sacrament. Domin. Passionis: *Pater mi, pater mi! ô vox affectuosa! Currus Israel, & auriga eius. Portas, & regis; sustinens, & gubernans.* Scilicet bonus gubernator auriga est subiecti populi, & simul currus. Currus est, quia subditos vehit, & supra se portat: auriga, quia eos regit, & regimine vehit, eos supra se portãdo. Nimirum vehendo regit, & regendo vehit. Fac vt benè vehas subditos, vt eos non malè regas.

Mirabilis fuit prouidentia, & exactissima gubernatio, qua Deus Hebræam gentem eduxit ex 63.
Ægypto, & rexit per inuia, & auia deserti. Et quod
mirere magis, eos ductauit per columnam aut *Rex sit velut columna fulciens subditos.*
ignis, aut nubis. Exhodi 13. v. 21. *Dominus autem* Exhod.
præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in
columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt O ig.
dux esset itineris vtroque tempore. Siue hæc columna significet Christum, vt placet Origeni homil. 5. in Exhod. aut Spiritum Sanctum, vt idem inibi insinuat: saltem vulgò interpretes existimant ab assistente Angelo columnam moueri. Quid columnæ cum regimine populi? cur columna destinatur ad regimen? Nonne præstaret in aliã aptiorem figuram conformare corpus illud, quod ductabat populum? Columna incumbentem molem tolerantissimè diu sustentat, fulcrum ædificij est, onus sustinet, quod innititur basi. O ineptum regiminis symbolum! imò perquàm aptum. Nam columnæ munus est sustentare ædificij molem; sic Regis officium est sustinere regnum. Hinc Rex Græcè dicitur Βασιλεύς, quasi Βάσις, *Basis*, & Hebraïcè *Adonaï*, idest, fulcrum populi. Vnde peropportunè Deus per columnę speciem rexit Hebræam gentem, significans rectorem debere esse subiecti populi columnam, & basim, sustentãtem subditorum molem: ne sublimitatis gloria attollatur, sed fastigij onere deprimatur.

64\. Ad Hebr. *Verbum diuinum portat omnia, omnia regens.* Ad Hebræos 1. v. 3. agens Paulus de Dei Filio, sic ait: *Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ.* Quid est verbum æternum omnia portare verbo virtutis suæ? Vox Græca φέρων, *portare* significat atque etiam regere, vt passim aduertunt cõmentatores Theophylactus (omitto S. Chrysostomum, Theodoretum, S. Thomam, & alios ex antiquis Patribus) sic locum explicat: *Filius verbo gestat omnia, idest, gubernat.* Nimirùm ipsissima res est portare, & gubernare. Ille benè gubernat, qui subditos benè portat: peritia regendi, est constãtia patiendi. Vnde Princeps Hebraïcè dicitur *Nasi*, quasi dicas, portitor, siue baiulus, qui scilicet populi onera leuat, & portat.

Chrysost. Theodor. S. Thom. Theoph.

65\. Isaiæ. Isaiæ 9. v. 6. de Christo principe dicitur: *Cuius imperium super humerum eius.* Quæ verba sic tractat Tertullianus lib. 3. aduers. Marcionem, cap. 9: *Quis omnino Regum insigne potestatis suæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut manu sceptrum, aut aliquam propriæ vestis notam? Sed solus nouus Rex nouorum æuorum Christus Iesus, nouæ gloriæ, & potestatem, & sublimitatem suam humero extulit.* Nempe Christi Regis humeri regio insigni decorantur, quia super humeros onera populorum portauit, tanquam baiulus humanorum onerum. Et ita bonus Rex nõ est subiecti populi onus, sed oneris leuamen: populos portet humeris, non portetur humeris populorum. Sciat officium boni Principis esse subditos subleuare, non degrauare. Iugum, & onus portet ipse, non imponat iugum miseris subditis; velut hic improbus Arphaxadus Mediæ princeps, qui hîc vers. 1. *Subiugauit multas gentes imperio suo.* Sit princeps, currus, & auriga, non iugum, & onus; sit leuamen, non grauamen. Suis humeris præferat, vt Christus, principatus insigne, non capite coronam, aut manu sceptrum, aut corpore purpuram. Humeris portet regale iugum, quæ est bonis Regis nota.

Tertul. *Christus suum regnum humeris portat.*

Crux est noua Christi gloria.

Iudith.

§. IX.

Digitized by Google

§. IX.

Rex beneuolè concilians subditos, illos vltrò subiugat, & sic sponte eunt ipsi quo raptantur.

66. Hug. Card.

HVgo Cardin. in epit. ad hunc librum Iudith; illud quod dicitur de Rege Arphaxado, *subiugauerat multas gentes imperio suo*, interpretatur, *Conciliauit*, quod beneuolentiam indicat, & spontaneam subiectionem. Bruta sub iugo seruiunt, & camo, & virga ab aurigatore coguntur ire, quò volunt. Homo liber, & ingenuus sponte sæpiùs trahendus est, non violenter cogendus sub iugo. Imò tunc subiugatur, cùm conciliatur; nam beneuola conciliatio, subiugatio est. Si inuitus obedire cogitur, resilit, & violenti regiminis impatiens, iugum excutit. Blanditiis cogendus est, & beneuolentia subiugandus vt sic obediat: nam Superior cùm subditum beneuolè conciliat, tunc astutè ad spontaneum iugum cogit. Sic subditus it spõte, quò beneuolè raptatur: Sapienter cogẽdus est, vt ipse vltrò eat Hæc esto regẽdi ars. Nazianz. orat. 1. *Præfectus non per vim coerceat, sed persuasione alliciat: nam quod necessitate extorquetur, præterquàm quod tyrannicum est, & improbandum, ne firmum quidẽ ac stabile est. Quicquid enim violenter cogitur non [secus] ac planta per vim manibus inflexa, atque distracta, simul vt missum factum est, rursùs ad se redire consueuit.* Ita sponte agendi subditi sunt.

Subditi sponte cogendi sunt.

Nazianzen.

67. Prouerb. Glossa.

Prouerb. 21. v. 1. *Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini.* Nomine *Regis* quilibet homo intelligitur, quod aduertit Glossa: quia non tantùm Rex, sed & homo quilibet in manu Domini est. Dicitur autem homo Rex, quia Dominus, & Rex est sui arbitrij. Nõ est facile intellectu in quonam comparatio teneat. Intendit Sapiens explicare quomodo Deus in manu sua habeat corda hominũ, id vt declaret, inquit; sic habet Deus in manu sua hominum corda, sicut habentur diuisiones aquarum. Quænam istæ diuisiones aquarum, ad quem modum Dominus corda hominum regit? Pulchrè P. Mariana recẽs auctor, eruditione antiquus; sic inquit: *Sicut diuisiones aquarum, &c. Metaphora ab iis qui rigant, qui paruulos deducunt quo volunt; sic Deus corda Regum.* Solent ij qui hortos rigant artificio antliæ, aut aliis machinis aquas è cisterna haurire. Tunc è lacuna aquis plena, non deportatur aqua in cantharis ad arbores irrigãdas, planè inanis esset opera, & quę immensùm fatigaret hortulanũ vehentem brachiis; & perpaucas rigaret arbores nimio labore. Verũ stagnantes in lacuna aquę deducendæ sũt per sulcos ad arbores, quibus ministranda irrigatio est; sic aqua ipsa spõte it facilis, & quasi mente prædita esset, currit sapienter, scilicet docente sulco ad arborem irrigãdam. Inde simili decursu aliò meat, & inde aliò, & ita spectante, non laborante agricola, pometum rigatur totum, nullo labore. Sic Gubernator suam prouinciam (ait Sapiens) regat, vt rigãt ij qui riuulos ducunt ad irrigandos hortos: qui si vi, cantharis scilicet subcollatis, ad arbores deportent aquas, & fatigantur maximè, & nihil aut parum operis faciunt exiguo arborum operæpretio. Ita si vi deducãt subditos, nihil operis, inuitis, & reluctãtibus illis, vtile fit: ducat placidè aquæ riuulos è lacuna, dirigat per sulcos: ibunt sponte aquæ, & totũ facilè rigabunt hortum, magno prouẽtu. Ergò superior subditos regat, vt rigat is, qui riuulos deducit ad rigationem: *Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini.*

BIBLIOTECA ROMA

Mariana. *Sicut hortulanus ducit aquas quò ipsa sponte eunt: sic gubernet Superior.*

Apparuit 3. Reg. 3. v. 5. Deus Salomoni, & dixit; *Postula quod vis, vt dem tibi.* Scitum est sapiẽtiam ad gubernandum petiisse: Nam post preces, ait illi Dominus: *Quia postulasti verbum hoc, & nõ petisti tibi dies multos, nec diuitias, sed sapientiã ad discernendum iudicium, &c.* Sed velim, vt intento animo aduertas, quibus verbis Salomon postulauit sapientiam ad gubernandum, v. 9. *Dabis seruo tuo cor docile, vt populũ tuũ iudicare possit.* Hebraïcè, *cor audiens*; LXX. *Cor sapiens.* Bone Deus quàm distant istiusmodi verba, imò & sensus? Idemne est *cor audiens*, & docile, ac *cor sapiens*? minimè Sanè cor docile habilitatem importat ad sapientiam; cor audiens, discipulum audientem magistrum in sapientiæ scholis: Ergo cor docile, & audiens, cor sapiens non est. Fateor, argumẽto conuincor in re scholastica; at non ita in re morali, seu in gubernationis œconomia. In hac enim ille politicis disciplinis instructior est, ille pręstat in arte gubernãdi, & cæteris sapiẽtior est, cui est *cor audiens*, & *cor docile*, nõ cui inest ferreũ ingeniũ, & pertinax ratio, sed qui adeò est placido, & docili ingenio, vt aut subditorũ passioni dissimulãs cedat, aut rationi quæ sẽper dominari debet, obtẽperet, & facilis se aliò flectat prout res exigit. 68.

3 Regum. *Sapientia Salomonis est docilitas.*

Deus Opt. & Max. natura Dominus est. Sed obserua quando primum titulum *Domini* adeptus est in Sacris Scripturis. Nimirùm, cùm in prima rerum conditione aquas moderabatur. Nam tunc Spiritui sancto, vt domino *subiectas* fuisse aquas, docet Tertull. lib. de Bapt. cap. 4. Quomodo illas regebat? *Spiritus Domini ferebatur super aquas* (sic olim legebatur.) Putasne expediens erat, vt Spiritus Sãctus cùm Domini, & Rectoris nomine potitur, ab aquis, idest, à subditis sponte ferri, quò fluitantes tunc aquæ, aut fluunt, aut refluunt? Amens erit Superior, qui à fluctuantis (vt aquæ) populi voluntate facilis feratur. Imò sapiens, & gubernandi arte peritissimus, qui sic cedit. Audi Hugonem ibi, *Spiritus Domini ferebatur*, &c. *Sapientia* Dei *ostenditur, vbi dicit ferebatur*: Expressiùs Alcuinus: *Ferebatur super aquas Regentis more.* Idest, tunc vel maximè Rector vniuersitatis rerum, & gubernandi sapientiã ostẽtat, & gloriosum *Domini* nomen iure auspicatur, cùm ab aquis sibi subiectis fertur sponte, & illis sapienter cedit, *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* 69.

Tertul. Gen. 1. v. 2. *Deus tunc dicitur Dominus cùm sapienter cedit.*

Hugo Card.

Alcuin.

Iob. 40. v. 10. *Ecce Behemoth, quem feci tecum* (Et mox) *ipse est principium viarum* Dei. Quisnam hic Behemoth, qui principium est viarum Dei? Communiter interpretes nomine Behemoth, Angelum apostatam intelligũt, de quo fusè Pineda ibidem. Sed valdè sudant hìc commentatores in explicando, quonammodo primus Angelus cœli refuga, sit *principium viarum* Domini, cũ per viam Domini nõ incesserit, sed à via Domini homines auertat, aberrare eos faciẽs à recte calle veritatis, Eugubinus, Titelmannus, quos allegat. & sequitur Pererius Genes. 1. v. 4. per Behemoth, secũdùm sensum litteralem significari existimãt, animal omnium terrestrium mole corporis maximum, & robore valentissimum; ipsũ, inquam Elephantem. Verùm quam ob causam elephas dicatur *principium viarum* Dei, adhuc facile non est. Quo enim pacto elephas potest esse initium, seu auspicium viarum Domini? Omitto plu- 70.

Iob.

Pined.

Eugub. Titelman.

Superior docilem habebit, vel elephantem, si blanditiis illum regat.

ra,

Digitized by Google

Pierius. ra, vt pulchram rationem Peterij citiùs adducam. *Etenim videtur elephas inter animalia præcipuũ, ac principale Dei opus, vt quo non sit aliud vel mole maius, vel robore valentius, vel docilitate præstãtius.* Nempe elephas, animal mole grande, & grãdius robore, *docilitate præstat*, idest, facile regitur non minis, nõ vi, quibus atrociter irritatur, sed blãditiis, & beneuolentia (quod ita notum est, vt pudeat auctores allegare) vnde perbellè dicitur, *Initium viarum Domini*, hoc est, præcipuũ, quo Deus gubernat homines, & ducit per vias salutis. Hoc est enim initium, seu auspicium regẽdi, nimirum docilitate subditorum vti, non vi præfecturæ. Sic Præfectus etsi impar potẽtia, & viribus, facilè reget vel valentissimum elephãtem: quem si cogere vellet ad iugum, lora rumpẽs atrociter ferociret in dominum. Ergo subditorum docilitate vtatur peritus Rector, & sic hominem indomitum, docilitate reget, non vi; sic per viam Dei homines diriget. Nam beneuolentia Superioris, dum illos *conciliat*, planè *subiugat*. Hanc notam debes Hugoni hîc, quem initio §. allegaui, qui τὸ *subiugauerat*, moralissimè explicat, *conciliauerat*: nam qui perhumaniter conciliat subditos, illos ad nutum subiugat. Sic Christi iugum suaue dicitur.

Elephas cur dicatur initium viarum Domini.

Iudith. Hugo.

---

§. X.

Homo ad fastigium honoris euectus, non est ipsemet qui erat priuatus.

71. ETsi homo semper sit homo; non tamen in quavis fortuna idem homo est. Mutat homo cum honore formam; neque in prospera fortuna eundem illum inuenies. Non enim qui priuatus fuerat, ille idẽ est qui ad honores ascendit. Alius est, quamvis perseueret in eadẽ natura. Honores mutant mores, imò & personam. Alia persona mox est sub eodem nomine. Iam non miror, si amici illi quondam Iobi, eum non cognoscebãt. *Et non cognouerunt eum*, Iob. 2. v. 12. Cognoscebant Iobum opulentum, & principem; non cognoscebant inopem, & calamitosũ hominẽ. Non enim est idemmet qui fuerat Rex, & qui ærũnosus, & pauper est: alius est quem felicitas euehit, & quem fortuna deprimit. Hinc agnoscitur energia verborũ Pauli ad Ephes. 4. v. 10. qui de Christo Deo sic sapienter scripsit: *Qui ascẽdit, ipse est, & qui descendit, &c.* Quis quæso, dubitauit vnquã eundemmet Dei Filiũ, qui ad terras inglorius, & abiectus descendit, eundemmet esse, atque illum, qui triumphali pompa in cœlos conscẽdit? Num aliam naturam gestauit in terris humilis, & alterã gloriosus in cœlis? Aliúsne homo inter latrones patibulatus, & alius in dextera Patris sublimatus? Quid opus fuit, vt Doctor Ecclesiæ Paulus nos instrueret, docendo eũdem esse Christum in terris humilem, & abiectum, & in cœlis principem, & gloriosum? *Qui ascendit, ipse est, qui descendit.*

72. Benè ad rem videtur alludere Lyranus inibi. *Idẽ est in persona*, & in terra humilis, & in cœlo sublimis. Nõ mutauit cum honore personã: *ipsemet* est gloriosus, qui erat abiectus. Quod singulare est, nec facilè in terris videas. Christus dũ in hoc mũdo ageret, humanus erat, mitis, accessu facilis, misericors, hominum amator, &c. Non deposuit hoc ingenium, quia ad cœlestem triumphum euectus est, & in dextera Patris sublimis: *Qui ascendit, ipse est, qui descẽdit.* Hoc idẽ vt apud Romanos insolẽs, miratur Plinius in suo Traiano: *Vt reuersus Imperator, qui priuatus exieras, agnoscis, cognosceris. Eosdem, eundem te putas.* Eundẽ Traianũ inuenio, & priuatum, & Imperatorem. Idem ipse agnoscitur ab omnibus. Fortuna, imò virtus ex priuato homine Imperatorem fecit Traianũ, non transformauit in Imperatorẽ. Ipse est Imperator, qui fuerat priuatus. Magna laus præsertim in Gentilismo, vbi honos, & gloria pro numine fuit, magna, inquã, laus, & rara in Christianismo, vbi abiectio, & humilitas pro honoribus habẽda forent. Nec modò in homine, sed in brutis animantibus, arrogantes hi spiritus reperiuntur, vt cum elegantiori habitu, mutasse formam videantur.

Iob. Honor facit alterum ipsum.

Ad Ephes.

Christus idem est in cœlo, & in terra.

Lyran.

Traianus idẽ est Imperator & priuatus. Plinius.

73. Superbior volucrum Pauo est, quem sic describit Nazianz. orat. 2. Theologiæ: *Cur arrogans ille, & Medicus pauo elegantiam, gloriamque adeo affectet, vt quoties aliquem propiùs accedentem viderit, aut etiam fœminis, vt aiunt, sese ostentare voluerit; (neque enim pulchritudinis suæ ignarus est) protinùs elata ceruice, pennisque in orbem concinnatis, atque oculis illis auro quodã, gemmãtique fulgore in acernum contractis, corporis sui elegantiam, amasiis suis cum fastidioso incessu, velut in theatro spectandam proponat?* Hæc auis contractis plumis priuata auis est, cùm verò explicat totam plumarum ambitionem, & inauratior fulget variegata veste, & naturali corona arroganter superbit, alia planè videtur à seipsa. De qua sic Tertullianus de Pallio c. 3. *Nunquam ipsa, semper alia, etsi semper ipsa quando alia.* Eleganter quidem. Quasi dicat. Nunquã Pauus eadem auis est, rarò videtur ipsa, quæ naturaliter est, cùm scilicet contractis plumis naturali forma versatur nullo elegantiæ lenocinio; (rarò sic oculis apparet Pauo) *Nunquam ipsa.* Nã vbi spectatores videt, illicò expandit versicolorum plumarum pompam, pomparicè incedit, & arroganter totam explicans venustatem. Tunc ait Tertullianus. Non est *ipsa*, sed *semper alia*. Ab angustiori siquidem venustate mutatur vel rudis auis, nec manet ipsa, quæ incompta priùs fuerat. *Etsi semper ipsa quando alia.* Idest: Quando magis alia à seipsa apparet, illa ipsa auis est, quæ fuerat priùs incompta, & inuenusta. Nec mutauit naturam Pauo. Vel aliter: Nunquam magis ipsa, idest, incompta, & inuenusta, quàm quãdo alia sibi videtur præ arrogantia pulchritudinis. Nam cum honore mutare mores, probrum est. Nunquam homo magis humilis est, quàm cùm ob honorem adeptum superbus est, nec manet ipse, qui anteà erat. Rectè Tertullianus: *Etsi semper ipsa quando alia.* Idest, nunquam magis *ipsa*, hoc est, incompta & humilis, quàm cùm alia, hoc est, quãdo sic ob speciem mutatur, & superbit. Hoc est brutorum ingenium, vt cum fortuna formam mutent, nec ipsa sint, quæ fuerant anteà in viliori habitu.

Nazianzen. Pauo superbia.

Tertull.

Pauo semper ipse, quando alius.

74. Paulinus epistola 27. scribens suo Apro, sic fatur: *Vbi nunc tu ille es aliquando terribilis, vel pro tribunalibus aduocatus, vel in tribunalibus iudex? Tunc veriùs, vt nunc de te mentitus es* (& post pauca) *Quis daret mihi, vt in cõspectu tuo, colloquioque requiescerem, videns te, non te.* Quid accommodatius? scilicet Aper idem non erat Præfectura fulgens, & cucullo sordens, ipse alius erat: ipse, quia idem homo; alius, quia iam priuatus, non erat illemet, qui quõdam Præfectus. Ergo alius ipse est, & verè dicit illi Paulinus; Cupio videre *te, non te.* Profectò castigãdus est fastus in prosperiori fortuna, vt ipse sit homo in honoris fastigio, qui fuerat priuatus. Eleganter Ennodius lib. 4. epist. 7. *Tã-*

Superior in dignitate, alius homo est.

Ennod

tum

Digitized by Google

tium circa me crescat gratia, quantum vobis inuicta sunt fastigia dignitatum: nec amicitiam, quam fouit mediocritas, videatur abiurasse potentia. Nam qui fastum in sublimitate castigat, docet se meruisse, quod adeptus est. Non Præfecturæ fastus, sed naturæ defectus est dignitate mutari: & proculdubio gloriæ suæ detrahit, quantùm se gloriosiorem ostentat: *Statum quem Iam* (verba sunt Hildebert. epist. 56.) *natura hominis parauit, quo semper eumdem ad vtrumque se præstaret euentum: illum deponere, & pro habitu variari fortunarum, non natura, sed naturæ defectus est.*

Hildeb.

75. Ad Rom.7. v.4. sic Paulus Romanis loquitur: *Vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit,* &c. Christúsne *alter* in resurrectionis gloria? Fortè à gloria resurrectionis mutatus est Christus in personam alteram? Nonne ipse est qui ascendit, & qui descendit? Ergo & qui mortuus est, & resurrexit. Opportunè Chrysol. serm. 111. *Vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit. Alterius. Alter ipse effectus est, cùm nostram corruptionem, & incorruptionem mutauit, & mortalitatem immortalitatis traxit ad gloriam.* Nimirum Christus in tantæ gloriæ fastigio, *alter* erat, sed alter ipse. A sublimitate mutatur in alterum; (Quid mirum, erat enim verè homo) sed à magnanimitate perseuerat ipse; ipse, inquam, qui erat passibilis; nempe, nunc gloriosus etiã est alloquio, facilis, comis, humanus, &c. Lucæ 24. vers. 39. Christus iam sublimis resurrectionis gloria, inquit discipulis, *Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum.* Super quibus verbis, sic Cyrillus apud Caten. *Non alius est, qui videtur, sed ille idem, quem viderant in ligno mortuum* Itaque Christus Deus tantæ gloriæ fastigio sublimis, ille ipse est, qui priuatum agebat hominem, Arphaxadus quidam fuit olim è plebe; inuasit regnum: nec sceptrum mutauit illum in alium hominem; nam etiam cùm recens fulget in regni solio, consultò dicitur *ipse*, qui erat priuatus. *Arphaxad itaque Rex Medorum, subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse,* &c. Gentilis homo exemplum esto Christianis.

Ad Rom. *Christus post resurrectionis gloriam est alter ipse.* S.Chrysol.

Luca. S. Cyril.

---

§. XI.

Gubernator, qui ad suum placitum multa nouat in Republica, subditis quasi facit præuaricandi ius.

76. AGnatum nouitiis Gubernatoribus vitiũ est, omnia variare, donec ad suum arbitrium res publicas componant. Hunc deponunt ab officio, illum munere augent; quasdam leges nimis religiosè obseruant, alias consultò negligunt; quin & de suo cerebro aliquas sanctiones condunt, quo nihil inconcussum est, sed omnia à non bona politia nutant. Illud ius tantummodò sanctum stat, quod à nuperi Præfecti consilio nuper sanctum est, quod eius arbitrio arridet. Hinc subiecti populi tumultus excitantur, qui nouarum sanctionum onera detrectant; hinc antiquarum legum mors, hinc quorumdam præceptorum vigor, aliorum languor. Quasi lex obliget, non qua lex, sed quia ad placitum gubernatoris est: ô regiminis euersores! præstat vt antiqua politia obseruetur, quam vt nouitia contemptui, & violationi exponatur. Antiqua obsolescit disciplina, dum nouella & improbata mandatur. Consultissimè Cassiodorus lib. 11. epist. 2. sublimiori præfectura fungens, sic fatur: *Nec extraordinaria quæsiuimus, qui cuncta geri legibus optabamus.* Quasi qui extraordinaria exigit, negligat ordinaria: & dum noua imponit onera, deponi præcipiat antiqua. Non est cuiuslibet capitis leges condere, oculatior, immò & præsaga prudentia in Legislatore requiritur. Vnus fuit Solon, Lycurgus vnus, pauci admodum sunt Vlpiani, & Papiniani. Sylua legum receptaculum est ferarum, non subiecti populi ciuilitas. Hinc clancularíæ sanctiones, quas placitum cuiuslibet Gubernatoris sancit. Ciuilissimè inquit Tertullianus Apologetici 4. *Suspecta lex est, quæ probari se non vult: improba autem si non probata dominatur.* Bona lex publicationem non timet, sed ambit: quæ verò absque sufficienti publicatione dominatur, improba fit ob tyrannidem. Ergo publicata legislatorum lex, lex esto, non nuperrima sanctio priuati Gubernatoris, ad egregiũ eius placitum obligans. Sententiosè appellauit ipse Tertullianus eodem c.4. Senatores Romæ, *Tutores legum*: (locus aliàs expendendus:) Nempe si Gubernator tutor est legum, ergo lex pupilla est. Obuiũ est in iure, quòd pupillus voluntatem non habet, nec iudiciũ, nec prudentiam, nec bonorum suorum vsum: quæ omnia penes tutorem sunt. Porrò tutoris iudicium, & voluntas; voluntas, & iudicium pupilli reputatur. Ergo priuatus Gubernator aptè dicitur *Tutor legum*: quasi lex prudentia, & iudicio & voluntate careat: & Gubernatoris voluntas, quæcumque illa sit, debet haberi pro voluntate, & iudicio pupillæ legis. Hinc quædam leges languent, aliæ vigent, plures ingeruntur de nouo: antiquæ exauctoratæ sordent, nouitiæ vix obtinent obligandi vim: populus tumultuat, legum multitudine obrutus, rerum euariatione fastidiosus; qui cum pluribus obligetur, minùs sibi videtur obligari.

Superior ne multa nouet.

Lex clancularia suspecta est.

77. Tertul.

Tertul. *Superior est tutor legum.*

Lex pupilla.

Hebræus populus innumeris legibus premebatur, addiderunt Scribæ & Pharisæi plures sanctiones quas paulò ante aduentum Christi, edito volumine publicarunt, vt tradit Maldonatus ad cap. 15. v. 2. Matthæi qui ad cap. 5. v. 18. eiusdem Euangelistæ eruditè aduertit, Scribas, & Pharisæos non tam queri solitos de Christo, & Discipulis, quòd soluant legem Moysis, quàm eorum traditiones, & nuperrimas sanctiones: *Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? non enim lauant manus suas cum panem manducant.* Matth. 15. v. 2. & alibi sæpè Vides Scribas, & Pharisæos solicitiores de obseruatione suarum traditionum, aut commentorum, quàm de obseruantia Mosaïcæ legis? Hæc nouitiarum legum frequentia causa fuit frequentioris violationis. Matthæi 16. v. 16. Cùm quispiam virtutis studiosus, vt commentatur S. Chrysostomus ibi, homil. 64. dixisset Saluatori. *Quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* Et respondisset illi IESVS: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata* Respondens qui interrogauerat, *Dicit illi: Quæ?* O fatuam, ne dicam impiam responsionẽ! Quæ mandata sint obseruanda interrogas? Quis nõ irreligiosus, & incultus nescit, omnia mãdata obseruanda esse, vt quis ingrediatur ad vitam? Nam si in vno offendat, factus est omnium reus. Num licet aliquod mandatum violare? omnia omninò obseruanda sunt. Nescio quomodo de hoc homine dixerit S. Chrysostomus, est verè virtutis studiosum, qui tam tyro est in re virtutis, vt nesciat, an omnia mandata debeat obseruare, vt vitam æternam assequatur? Verum vbi tanta legum confusio erat; aliæ antiquæ à Moyse traditæ,

78. Maldon. *Multitudo legum valde impedit obseruationem earum.*

Matth.

Matth.

Chrysost. *Traditiones seniorum etsi futiles, plus obseruabant Hebræi.*

79.

& ita

Digitized by Google

& ita necessario seruandæ; aliæ recentes, quæ præcepta hominum dicuntur, quædam clanculariæ, & suspectæ, nonnullæ inanissimis traditionibus introductæ. Meritò hic religiosus vir consultè dubitat, quænam obseruandæ sint, supponens se omnes obseruare non posse, nec debere. Vnde dixit Saluatori, *Quæ*? quæ, inquam, præcepta obseruare debeo, vt consequar æternam vitam? Num legalia, quæ sanxit Moyses? an recẽtes sanctiones? Traditiones Pharisæorum, an nupera legis commenta? Quid placet tibi ô Domine, vt obseruem? sciens tunc ad placitum Præpositi esse demonstrare legem, quæ obseruari maximè debet. Ergo præstat, vt bonus Gubernator non multa moueat, & variet, & nouis sanctionibus antiquam obliteret politiam, vt ex suo cerebro nuperrima condat: sic ipse antiquæ politiæ vigor erit, non recentis nouellitatis auctor. Nam qui secus faxit, non euariator, sed præuaricator est.

80. Summus rerum omnium Conditor, & Gubernator Deus in prima rerum conditione dicitur primò creasse cœlum, & terram, mox lucem, abyssum, &c. Adhuc sedulus operi suo Deus, ex luce primo die creata, astra accendit; ex abysso cœlos; è terra animantia; ex aquis pisces, & volucres. Terram nunc vestit herbarum ambitione, nunc alluit fluminum decursibus; nunc firmamentum fundat inter aquas superas, & inferas: iam cœlum vestitur lucis florida veste, iam sub nubilo sordet. O insignem rerum, non tam creationem, quàm euariationem! Num mundi respublica perfecta est, tot mutationibus acta? Genes. I. v. I. *Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat; & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat.* Planè hic locus minimè videtur sibi cohærere. Nam si Deus die septimo compleuit opus suum, perfecitque cœlum, & terram & reliqua opera, quæ totis sex diebus ediderat, quomodo dicitur quieuisse die septimo? Quies enim cessationem dicit; operis perfectio, & consummatio, operationem, & vltimam artificis manum importat.

Mundi opificium cessatione perficitur. Genes.

81. Nisi fortè opifex otiando operatur, aut operando otiatur: quod si ita est, etiam totis sex diebus, quæ præcesserunt, requieuit Deus. Claudius Marius Victorius lib. I. Sacri poëmatis in Gen. ita pangit:

Claud. Mar. Vict.

Sic cessare Deus, sic otia sumere nouit:
Cessando consummat opus, quodcumque creârat.

Præfectus ne sit negotiosus nouator.

Scilicet Deus summus rerũ auctor, & gubernator, non habuit consummatam, & perfectam rempublicam rerum, cùm sedulo incumbebat in opus, omnia mutando, variando singula, sed *cessando consummat opus.* Dum cessat, nouam rempublicam perficit; dum cessat, consummat opus; quod non consummatur seu perficitur mutatione, sed cessatione. Ciuilior quidem prudentia cessatione constat, negotiosum est otium, quod consummat opus. Inquietus Gubernator imperfectam habet rempublicam quietus verò, & nouarum rerum minimè studiosus, rempublicam cessando perficit, otiãdo cõsummat. Sit Dei magisterium eruditio Præfectorum, ne vbi primum aut regni, aut vrbis capiunt gubernaculum, omnia susque deque fiant (vt aiunt) vt nihil in eodem statu permaneat.

82. Iudith. I. v. I. Arphaxad Nabuchodonosoris Satrapa, absente apud Græcos Rege rebellauit in Nabuchodonosorem, & regnum Mediæ inuasit fortiter, & feliciter obtinuit. Ergo Arphaxadus iam Rex *ædificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis.* Ardua planè difficultas, quæ valde fatigat commentatores, quo pacto dicatur Arphaxadus ædificasse Ecbatanam, quam iam diu extruxerat Semiramis, & restaurauit, & ampliauit Seleucus? (Legantur quæ nuper dicebam in litterali commentatione §. 3) Verùm vt opinor, ideò Arphaxadus nouus Rex dicitur Ecbatanam nuper ædificasse, quia etsi olim structa, & regni caput, & regia vrbs erat, tamen illam Arphaxadus nouus Rex non mutauit. Non enim variauit reipublicæ leges, nec euertit gentis consuetudines, nec aliam vrbem in regni sedem elegit, nec arcem diruit, vt in alio loco aliam erigeret, nec muros antiquos euertit, vt ampliorem, aut angustiorem ambitum vrbi faceret. Sed quæ vetustate squalebant, & iniuria bellorum semidiruta erant, reconcinnauit. Inde sacer historiographus dixit, nouum Regem Arphaxadum ædificasse Ecbatanam, quasi illud dicatur de nouo ædificasse, quod de nouo non destruxit. Vsque adeò volupe, & procliue est nouo Principi omnia ad suum placitum disponere, & innouare, vt illud dicatur facere, quod olim factum, & hodie iure faciendum fieri permittit. Sic nouitij Præfecti politia nouellitatibus studet. Caueat bonus Gubernator ab hac euersione reipublicæ. Obseruentur vetusti ritus, quibus assuetæ sunt subditorum ceruices, ne dum noua onera imponit, impatiens populus iugum excutiat. Discenda est ab Arphaxado hæc necessaria politia.

Iudith

Nouus Rex ædificare de nouò dicitur, quod non diruit.

§. XI.

Vt verè Magnus, vel ab operibus suis præclare gestis, Minor euadit.

Nescio qua ingenita cupidine ad honoratiorem, & subliminiorem locum anhelant homines, & inter magnates versari ambiunt. Quorum desiderium coërcet Salomon Prouerb. 25. v. 6. sic inquiens: *In loco Magnorum ne steteris.* Sed cur id vetuerit Salomon compertum non est apud expositores. Et quidem nemo est inter Magnos locũ habere desiderans, qui id non cupiat, vt ipse inter Magnos versans, verè Magnus appareat. Et tamen oppositum illi accidit; nam ex consortio Magnorum minor euadit. Genes. I. v. 16. *Fecitque Deus duo luminaria magna*, nempe Solem, & Lunam, verè magna immensa magnitudinis mole, sed attende quid emolumenti Magnum luminare Lunę ex contubernio Solis mutuauerit? subiũgitur quidem mox: *Luminare maius, vt præesset diei; & luminare minus, vt præesset nocti.* Ecce Luna, quæ paulò antea luminare magnum appellatur, modò *luminare minus* ex consortio Solis nominatur. Quod aduertit Rupertus ibi, lib. I. c. 24. *Ad alterutrum comparatione facta, luminare maius Sol, luminare minus Luna*: locata fuit Luna in gradu, & loco Magnorum, & quæ de se *luminare magnum* erat, euadit *luminare minus.* Ergo si Magnus esse vis, *in loco Magnorum ne steteris*: nam ex consortio Magni, minor euades.

83. *A consortio Magni minoratur homo.* Prou.

Genes.

Luna à consortio Solis minoratur. Rupert.

Pompeius planè factus vir ad omnia summa, domi, militiæque inclytus, Magni nomen sibi fecit; itaque solus Pompeius tunc Magnus audiebat apud Romanos. Hic adeò superbo structuræ genere theatrum ædificauit, vt à sui theatri magnitudine Magni nomen amiserit. *Pompeius Magnus, & solo theatro suo minor*, dixit Tertull. lib. de spect. c. 10 Pompeius verè Magnus, impar fuit suo theatro;

84. *Pompeius à suo theatro minoratur* Tertull.

Timendum est vel à propria magnitudine.

tro, quod ita magnum euasit, vt nihil deinceps Magnum Romæ haberetur, nisi theatrum Pompeianum. Nonne hoc theatrum opus Pompeij erat? erat quidem: sed vel à suo opere cauendum cuique est, ne magni nomen vsurpet, spreto operis auctore, vt accidit Pompeio, qui iam non Magnus, sed Minor, à suo theatro habetur. *Pompeius Magnus solo theatro suo Minor.*

85. *Alexander Magnus sola gloria sua Minor.*

Nec solùm à suis operibus cauendum cuique est, ne Magni nomen vsurpent; sed etiam à propria gloria, quam ex re benè gesta acquirit; ne tanta, tanque magna sit gloria, vt illius comparatione, Minor ipse habeatur. Alexãder Macedo, re, & nomine Magnus, ad miraculum Orbis natus vir; in scientiis benè instructus, robore vegetus, felicitate inclytus, subacto orbe auctus victoriis, maior erat cũctis, & verè Magnus sed minor sua gloria. Audi Tertullianum de Pallio c. 4. *Habes ex illo fomite* (inanis gloriæ) *aduantem Magnũ Regem, sola gloria minorem.* Magnus erat Alexander, & cæteris Maior; sed tam sublimis fuit gloria, quàm præclara eius facinora ipsi pepererunt, vt suæ gloriæ comparatione, non Alexander Magnus, maior cunctis, sed Minor sua gloria iure nominetur: *Magnum Regem sola gloria minorem.* Satis ad rem.

Fomes inanis gloria. — Tertul. — *Ambitio superbiendo minores* — Ecclef.

Eccl 7. v. 1. *Quid necesse est homini maiora se quærere?* Quasi dicat; eo desiderio homo ambit magna munera, aut nomen Magni, vt non sponte, & libere, sed quasi necessariò agat *quod necesse est.* Verùm animaduertat, quòd etsi magna quærat, *quærit maiora se*: & à munere, à quo Magni nomen quærit, Minoris nomen inuenit, cùm quærat maiora se. Sic Luna alioqui Magna, à consortio Solis eua lit Minor. Sic Pompeius à suo theatro minoratur, sic Alexander à sua gloria decrescit Ergo Arphaxad infrà, v. 3. *Quasi potens*, & in hoc cap. v. 1. dicitur *ædificasse ciuitatem potentissimam.* Ipse *quasi potens* appellatur; & opera eius *potentissima* dicuntur. Ecce Arphaxadum, quia *maiora se quæsiuit*, sola gloria sua minorem. Rex planè magnus, & sola vrbe sua minor. Peregregiè inquit Cassiodorus lib. 10. epist. 11. *Caue ne maior esse videatur felicitas tua moribus tuis.*

Iudith. — Cassiod.

---

§. XIII.

Commentarius litteræ.

Vers. 2. Ex lapidibus quadratis & sectis: fecit muros eius in latitudinem cubitorum septuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta, turres verò eius posuit in altitudinem centum.

3. Per quadrum verò earum, latus vtrumque vicenorum pedum spatio tendebatur, posuítque portas eius in altitudinem turrium.

VERS. 2. Septuaginta. 86.

Varij loci versiones

SEPTVAGINTA interpretes, sic hũc v. 2. scribunt. *Et in circuitu muros, ex lapidibus sectis in latitudine, cubitorũ triũ; & longitudine, cubitorũ sex: & fecit altitudinem muri cubitorũ septuaginta, & latitudinem eius cubitorum quinquaginta: & turres eius statuit super portas illius cubitorum; & latitudinẽ eius fundauit in cubitis sexaginta.* Lapides dicuntur esse latitudine cubitorũ triũ, & lõgitudine cubitorũ sex; non muri: quibus ampliorẽ dant mensuram. Τὸ *In circuitu* deest in multis codicibus. In cuius locum scribunt Biblia regia *Circumcirca* Cætera ferè non discrepant. Biblia Gothica, & Isid. Clar. consentiunt in omnibus vulgatæ. Pagninus, *Ex lapidibus quadratis, & sectis fecit muros eius in altitudine cubitorum septuaginta, & in latitudine triginta: turres verò eius posuit in altitudine cubitorum centum.* Vatabl. *Et lapidibus ternos cubitos latis, longi'que senos cubitos, cæsimque deformatis, murum altitudine cubitorum septuaginta, quinquaginta verò cubitorum latitudinẽ*, (alias triginta, vt aduertit in scholiis,) *Ecbatana circumdedisset: turres item in portis ipsis centenorum cubitorum, ad sexagenos cubitos latitudinis*,) aliàs vicenos pedes) *fundatas extruxisset singulas, ad facilem exitum potentissimis copiis suis, ordinibúsque peditum præbendum, patentes extulisset ad septuagenorum cubitorum altitudinem.* Variatio mensurarum impedit, & confundit sensum. Glossa scribit muros structos esse *in altitudine cubitorum septuaginta, & in latitudine cubitorum triginta.* Ita quoque Hugo Carthus. Robertus Stephan. Vnde expedita illis est murorum proportio, quæ satis difficilis est in vulgato. Quomodo enim deformes non erunt muri alti triginta cubitos, & lati septuaginta, vt tradit vulgatus. Nonne monstrosa est hæc proportio? immò improportio videtur disparata. Difficultatem soluit Herodotus lib. 1. sic scribens: Mœnia construxit Deioces, (Arphaxad instaurauit) ampla simul, & valida. Ea nunc Ecbatana vocantur, in quibus mœnia mœnibus in orbem inclusa sunt: Est verò ita murus extructus, vt vnius ambitus, vel circulus sit alterius solis pinnis altior & ad hoc adiuuat ipsa loci natura, cùm collis sit. Hoc verò maiore etiam arte industriáque elaboratum, quòd sint septem ambitus inter se contigui. In eorum autem postremo insunt regiæ domus, & thesauri. Qui per ista est murus maximus est, magnitudine adæquans, plus minus, Athenarũ muri ambitum. Primi autem pinnæ sunt albæ; secundi nigræ: tertij purpureæ: quarti cæruleæ: quinti sandaracinæ. Sicque circulorũ omnium pinnæ seu propugnacula coloribus eleganter variegata, & florum instar picturata sunt, Duo verò vltimi pinnas habent, alter quidem argentatas, auratas alter. Hæc Herodotus. Pulchrè sanè descripta est vrbs pulchra: Itaque cùm septẽ muri sibi cõtigui, & inuicem inclusi perhibeantur; in tantam latitudinem mœnia porriguntur, & quasi de vno muro Scriptura loquitur. Vnde dicitur: *Fecit muros eius in latitudinem cubitorum septuaginta*; quæ latitudo multiplicatione murorum dilatata, non est deformis altitudini triginta cubitorum. *Cubitus* vulgaris accipiẽdus est hîc, id est, à medio pectore ad cubitum, scilicet quarta pars vlnæ, seu staturæ hominis (lege Marianum, de Ponder. & mens. & P. Tirinum tom. 1.) non est cubitus geometricus, qui tantùm valet, ac sex nostri cubiti. Cubitus vero sacer ordinario cubito addit contractiorem palmum, Prado ex Ezech. 43. vers. 13. Sanct. 3. Reg 6 v. 2. Tirinus supra.

Bibl. Reg. Goth. Isidor. Pagnin. — Vatabl. — Glossa. — Hugo. — Carthus. Robert. — *Deformésne Ecbatana muri?* — Herodot.

87. *Elegans descriptio Ecbatana.*

Cubitus quæ mensura. — Mariana. Tirinus. Prado. Sanct. Tirinus.

Ex lapidibus quadratis, ad fortitudinem, nam quæ quadrato, aut tessellato opere fiunt, valida sunt. Vnde adagiali metaphora dicitur, *homo quadratus* apud Arist. lib. 3. Rhetor quia hæc figura in quamcumque partem voluatur, sui similis est, S. August. tom. 6. lib. 12. contra Faust. c. 14. *De lignis quadratis Noe arca fabricatur. Quadratum enim quacumque verteris, firmiter stat. Et sectis.* Id est, politis ad pulchritudinem. Scilicet opus diuturnum,

Quadrata figura. — Arist. — Augustin.

Carthag. num, & venustum. Ex hoc loco probat Carthagena de cult. de deuot. lib. 18. homil vltima. §. 3. quadratam figuram apud antiquos hominem iustum portendisse Adducitque Arist. suprà. S. Thomam lib. 9. Metaph. lec. 8. & Peri lib. 36. de quadrato.

Arist. S. Thom. Peri.

Vers. 3.

88. *Per quadrum verò, &c.* Id est: Turres quæ altæ erant centum cubitos, in quadrum structæ erant. Sic vulgò turres figura quadrata esse solent. Verùm si in quadrum structæ turres sunt, quodnam vtrumque latus? Immo quatuor habere latera necesse est. Respondeo, turres quadratas esse; at cùm in altitudinem centum cubitorum erectæ fuerint, tantæ celsitudinis proportione seruata, latæ erant. Vnde extrinsecus vltra muros, & intrinsecùs versùs vrbē, viginti pedum spatio porrigebantur. Et ita aptè dicitur: Per quadrum latus vtrumque turrium vicenorum pedum spatio tendi intrinsecùs versùs vrbem Hanc expositionem loci planè difficilis, insinuat Hugo, & Carthus. Superba profectò superbi Regis structura. Benè addit P. Sà quòd si vtrumque latus tendebatur intrinsecùs vicenos pedes, omnia latera eodem modo extendi: nam duobus duo alia respondent; sed extrinsecus.

Hugo. Carthus. Sà.

Pes, qua mensura.

Pes hic mensura est, & ex pedis naturalis mēsura sumitur: & cum digitis comparatus sedecim digitos continet. Non aduertit ad hunc locum Mariana, cùm inquit: *Pedem in significatione mensuræ in diuinis libris sumi, non inuenio.* Portas verò erexit Arphaxades in altitudinem turrium, id est, centum cubitos altas; & (si credimus Græco textui) latas quinquaginta cubitos; nimirum, vt ordines equitum, & peditum, & pompaticè, & expeditè ad bella proficiscerentur. At amplæ nimis hę portæ sunt, vereor ne facilis pareat hostibus aditus: patuit quidem, mox.

Marian.

§. XIV.

Homo muneribus supra merita auctus, ipsa sublimitate decrescit, & dignitatis splendore infelix est.

89. Gloria malorum tam infida est, quam ipsi. Nō benè actum est cum honore quem obtinuit non bonus possessor: Vnde respuit immeritum possessorem: ipsúmque sublimitate ipsa deprimit, decore deturpat, & dignitate ipsa dehonestat: nam dignitatis fastigium sublimes optat viros, & principatus splendor demonstrat indigni principis tenuitatem, & insufficientiam. Dum priuatus inter turbas latebat, à sua mediocritate occultabatur: at erectus ad fastigium, cum impar sit muneri, dignitas eum prodit, & honor dedecorat non merentem, virtúsque officij culpat malum possessorem. *Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie principis: positum stultum in dignitate sublimi,* Eccl. 10. v. 5. Vatab. *In summo fastigio.* Malum est dignitati, quæ contemnitur propter Præsulis stultitiam, malum reipublicæ, quæ imperitè regitur, malum ipsi Præsuli in fastigio dignitatis collocato; sic enim omnibus suam publicat insufficientiam. Dedecoratur honore qui ob sui tenuitatem, honorem vertit in dedecus, & qui priuatus, in honore erat, in honore, contumeliosus sibi est. Sordet honoratus qui fulgebat priuatus Perbelle Philo lib. de Plant. Noē *Gloria insipiētis malitiam reddit illustriorem.* Vnde vita priuata pro ornamento illi erat. Erant quōdam cœli rudes, & infecti in prima rerum molitione, nulla ornatus elegantia, nulla ordinis venustate conspicui. *Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum.* Genes. 2. v. 1. 90.

Indignus dignitate dedecoratur.

Eccl. Vatab.

Philo.

Genes.

Sciscitantur interpretes, quodnam sit hoc ornamentum, quo cœli, & terra nunc decorata sunt? & vt alios omittam, Hugo Card. sic locum commentatur: *Perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum.* Id est, *Creati sunt, distincti sunt,* & mox, *Ornatus communiter accipitur ad ornatum; & ad distinctionem,* Itaque distinctio cœli, & terræ, qua cœlum occupat sublimem locum, & terra infimum, ornatus cœli, & terræ dicitur à Moyse. Vereor ne Hugo fallatur, nam etsi ornamentum sit cœli, tam nobilis, & sublimis locus; at terræ ornamentum, tam infimus locus non est Porrò terra postremissimum locum obtinet, & abiectissimū; proculcatur ab hominibus, pessumdatur à bestiis, proscinditur sulcis, inuaditur procellarum iniuriis; & tam abiectus locus dicetur terræ ornamentum? imò dedecus, & squalor videtur. Sed re vera ornamētum est, & dedecus singulare, nec minùs ornatur summum cœlum sedis sublimitate; quam terra abiectissimo, & infimo omnium loco. Magisque dedecoraretur terra, si in sublimi collocaretur; quia supra naturæ suæ meritum sublimata esset. Vnde non tantùm non dehonestatur terra loci infimi vilitate, sed etiā venustatur, ornatur, nobilitatur. Et cui infimus locus est ornamentum, supremus esset dedecus, & ignominia. Præclarè Nazianz orat. 1. de quibusdam Episcopis nō meritis, sed fauoribus ad pontificias infulas erectis, sic fatur: *Aliorum me pudeat, qui cum plebeis hominibus nihilo meliores sint, atque vtinam non etiam multò peiores, &c. Qui etiam eos quibus præstant numero iam propemodum superant, pietate miseri, dignitatis splendore infelices.* Expende hæc vltima verba Nam qui dignitate indigni sūt, sublimitate humiliantur, honore dedecorantur, *splendore* caligāt, & muneris prosperitate *infelices* sunt, ipsaque felicitate infelicitantur. *Sic esse cœpisti, turpis, opulentia; fide, pauper; latior, corpore, angustior, mente; eademque, vt ita dixerim, in te maior, & in te minor: nouoque, & pene inaudito genere crescens simul, & decrescens,* inquit Saluia. ad Eccles. lib. 1.

Hugo.

Terra ornamentum est locus infimissimus.

Dignitatis splendor est infelix non merenti.

Nazianz.

Crescendo decrescit indignus.

Saluian.

Itaque indignus dignitatis splēdore infelix est, 91.
& terra ornatur infimi loci vilitate, & quæ sublimitate sedis infamaretur, à sede abiectissima decoratur. 1. Reg. 5. v. 4. Arca Dei collocata in tēplo Dagonis Idoli philistinorum, ad præsentiā Arcæ Dei, cecidit semel Dagon, & restitutus est loco suo, iterū *Inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram Arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen: porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* Iure quærit Hugo inibi, *Si inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra,* quomodo *Dagon remanserat in loco suo*? Locus idoli Dagon erat ara maxima; ergo si Dagon iacebat in terra super limen, nō manebat in loco suo. Oblitúsne est sui sacer historiographus, & dum idolum ingloriè iacet in terra, ait gloriosè eminere in ara maxima templi? Dum abiectissimè in limine templi iacet, quomodo dicitur esse in augustiori sede? Fortè humillimum est Dagonis idolum, & summam abiectionem, pro summa gloria reputat, anteuertens Euangelij scholam Profectò consultissimè inanime Idolum, id est, læuigatum lignum, siue metallum fusum, dum humi iacet, vt 92.
decet rem vilem, in loco suo, hoc est, in ara sublimiori dicitur esse: quasi puderet vastum truncum diuinos

Indignus infimo loco sublimatur.

1. Reg.

Hugo.

Dagon videtur esse in altari, dum in limine proculcatur.

Digitized by Google

diuinos honores accipere, & numinis subire personam, cui impar est. Vnde Idolum, quod indecorè erat in ara (quia supra merita honoratum, quia insufficiens diuino muneri obeundo,) in loco suo, id est, supra sublimem aram dicitur esse, dum in terram abiectissimè iacet: nam decus rei vilissimæ vilissimus locus est & einsdem dedecus, sublimior sedes. Belle inquit Chrysologus ser. 5. de homine idololatra sub persona filij prodigi; qui vt ait Lucæ 15. v. 8. *Peccaui in cælum dum in cælo Solem, Lunam, sidera Deos esse blasphemat, & hæc eadem profanat adorando.* Audis inanes Gentilitatis Deos blasphemari, & profanari adoratione? Audi etiam contemptu honorari Oseæ 10. v. 5. *Vaccas Bethauen (id est, vitulum) coluerunt habitatores Samariæ: quia lugebit super eum populus eius: & ædítui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quæ migrauit ab eo.* Certum est hic agi à Propheta de Samariæ vastatione, & templorum ruina, & idoli depositione Legatur P. Ribera ibi: & tamen Idoli depositionem explicat, dicens: *Et æditui eius* (hoc est, Sacerdotes, vel cultores) *super eum exultauerunt in gloria eius.* Gloriáne erit Idoli, numinis depositio? Planè gloria, & singulare decus ligni, aut metalli est ab immerito fastigio deponi, & meritum sibi locum occupare. Ergo cùm Idolum adoratione blasphemetur, & profanetur, vt ait Chrysologus, depositio ab immerita sublimitate erit eius gloria. Vnde quando Dagon iacet in terra, dicitur esse in sublimi loco suo: & dum conculcatur, honoratur, sicut cùm adoratur blasphematur.

Idolum quia est indignum adoratione, ipsa adoratione profanatur. S. Chrysol. Lucæ. Oseæ. Ribera. *Gloria Idoli est eius depositio.*

93. Adhuc propositum thema ab Idolorum cultu probo. Psalm. 113. v. 8. Postquam plura de Idolis Gentium dixit regius Vates, sic canit: *Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.* Diráne execratio est, an beneuola benedictio in eos, qui Idola colunt? Profectò Idolum gloriosè regnat, in sublimi loco collocatur diuini honores illi tribuuntur, opima dona destinantur: omnes illud orant, & adorant, omnes ab illius nutu, vel renutu pendent: nihil in Gentilismo æquè augustū est, ac idolum: Et tamen Dauid inuehens in sibi infensissimos Idololatras, inquit: *Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis?* Num Idololatris optat Dauid, vt ipsi, sicut Idola magnificè munerentur? vt colantur, & adorentur Idolorum instar? hócne dirum odium, an blandior beneuolentia? Vno verbo rem totam edisserit Tertullianus lib de Idol. c. 4. sic locum scribens: *Tales fiant, qui faciunt ea,* &c. Quid, quæso, est Idolum, nisi res minimè sufficiens ad sublime quod obit, munus? quid est, nisi signra à metalli massa: aut statua ascia, & runcino ad humanum, siue pecuinum vultum efformata? &, vt semel dicam, res vilis in sublimi munere collocata. Ergo dura execratio est, dum dicitur; *Tales fiant*, qui faciunt Idola. & qui confidunt in illis, nempe Idolorum cultores. Quasi dicat Dauid: Id vnum malū Idololatris opto in pœnam idololatriæ; videlicet, vt etiam ipsi, sicut Idola ipsa, euehantur supra merita: ascendant honorum fastigia absque sufficientia: quia ipse honor immeritus ipsos dedecorabit: sublimitas enim ipsa, culpabit insufficientem, & officij splendor publicabit Præsulis tenuitatem: nam indignus à dignitate proditur. *Nec plus aliquid humiliat potissimas, quam obtenta sublimitas*, ait Ennodius lib. 9. epist. 35.

Psalm. *Votum immeriti honoris execratio est.* Tertul. Ennodius.

§. XV.

Oportet modulari sublimitates, ne quis in fastigio minor sit.

NOn capit vna pagina vbertatem materiæ præcedentis §. nam res quò maior, eò amplior est; quò nobilior, eò grādior, & numerosior: & sanè honor non meritus, iniuria est, & dignitatis ius refutat immeritum possessorem, qui in sublimitate minor est, & fastigio decrescit. Multis deprædicat Propheta Ezechiel arcem Tyri, à pulchritudine, à robore, à præsidiario milite, & addit cap. 27. v. 11. *Sed & pygmæi, qui erant in turribus tuis pharetras suas suspenderunt*, &c Pro pygmæis quidam apud S Hieronymum hîc vertunt, *Custodes*, alij *Bellatores* scribunt. Nec leuis quæstio est apud commentatores, quinam sint hi pygmæi. Mitto Plinianam fabellam de gente cubitali; tum quia eiusmodi pygmæorum plebecula nullibi terrarum visa est, tum quia vrbs Tyrus non esset satis tuta pygmæorum præsidio: nam cōfinis est Chaldææ, & Assyriæ genti potentissimæ, robustis Idumæis, pugnacissimis tunc Hebræis Cur ergo arcis Tyriæ muralis bellator pygmæus dicitur; Rem ibi percalluit noster doctissimus Prado, sic locum commentans: *Dicuntur turrium custodes pygmei; quia præ altitudine turrium, hominibus infra stantibus, deficiente visu, non homines videbantur, sed pygmæi, id est, staturæ cubitalis.* Nimirùm tam immanis, ac superba est Tyriæ arcis altitudo, vt præsidiarij milites, tametsi robusti, ac proceri (quod valentia finitimæ gentis expetit) præ altitudine turrium, non apparent homines iusta statura, sed pygmæi Nam nimia alti spatij sublimitas detrahit de statura hominis, illūque minorat. Videas hominem, qui personam priuatam agens videbatur vir bonus benè moratus, sapiens, habilis ad summa quæque: ipse in sublimi sede positus, videtur valde pusillus, & ineptus ad munera: quasi sublimitas sufferetur hominis eminentiam. Hiccine ille? ita sanè. Sed vel homo magnus in sublimiori sede positus, pusillus est, pygmæus est. Non crescit titulo magno, & illustri, sed decrescit, sublimitate minoratur Non est crescendum vltra modū, ne ab incremento minor sis, aut ferè nemo. Audiendus est Saluianus lib. 4. de Gubern. Dei, sic aiens: *Nomen sine actu, & officio suo nihil est. Quid est aliud principatus sine meritorum sublimitate, quàm hominis titulus sine homine?* Pondera τὸ *Nominis titulus sine homine*, id est, Qui vltra modum, & supra meritum sublimis, & caret digno tantæ sublimitatis actu, solùm retinet officij titulum, sed absque homine. Non tantùm pusillus homo est, sed nec homo est, quia nemo est Est enim titulus sine re, munus absque persona, principatus sine homine.

94. Ezech. *Pygmæus videtur homo in sublimi.* Hieron. Plin. Prado. 95. *Honor immeritus est titulus sine homine.* Saluian.

96. Matth. 3. vers. 13. Venit IESVS à Galilæa in Iordanem, vt baptizaretur à Ioanne: qui prohibebat eum, dicens: Ego à te baptizari debeo, & tu venis ad me? Respondens autem IESVS, dixit Ioanni, *Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Profectò explicatu difficile est, quomodo si Christus baptizatur à Ioanne, & Ioannes baptizet Christum, vterque baptizando impleant omnem iustitiam. Quænam hæc Iustitia, quam ambo adimplebunt August. *Quid est impleatur omnis iustitia? Impleatur omnis humilitas: Propterea*

Matth. August. tract 4 in Ioan.

Digitized by Google

Venit Ioannes Baptizans, vt Domini humilitas demonstraretur. Adhuc post Augustini commentum impeditus est locus. Nam si Iustitiæ nomine intelligatur humilitas, solus Christus accedendo ad Baptismum Ioannis, humilitatem exercuit, & impleuit omnem humilitatem. Quippe quasi profitetur se peccatorem, (quæ vilior deiectio, in homine præsertim verè Deo?) At Ioannes Christum Deum baptizans, longè abest, vt impleat omnem humilitatem, quia tunc vel maximè ad summum excellentiæ fastigium euectus est; nam baptizando Christum Dominum quodammodò se maiorem Christo exhibet; quantò sublimius est baptizare, quàm baptizari. Planè nō apparet humilitas Ioannis in hoc munere baptizandi, & tamen tāta eius humilitas dicitur eminere in hoc opere baptizandi, vt non dicatur minor, quam humilitas Christi baptizati. Nam eadem vocula *Nos*, & eodem tenore verborum vtraque prędicatur; inquiēs Christus de se, & de Ioanne: *Sic decet nos implere omnem humilitatem.* Verùm enim verò, Christus Deus humiliatus est abiiciendo se ad pedes Ioannis, & se profitendo quasi peccatorē; quę abiectior humilitas est. Ioannes verò in munere baptizandi Christum, quodammodò exercet dignitatem supra ipsum, quem baptizat; & planè augustissimam dignitatem, quam dedecere purum hominem alicui fortè videbitur. Itaque vterque, Christus scilicet, & Ioannes, summum humilitatis gradum implent: Christus Deus demissus infra hominem; Ioannes homo, euectus quodammodò supra Deū. Humiliatio est Ioannis, supra Deum quodammodò extolli, (quod humanum excedit captum:) in qua sublimitate clarius apparet humanæ vilitatis exiguitas, & improportio: sicut Christi Dei humiliatio est demitti infra hominem, quod omnem superat abiectionem. Christus *semetipsum exinaniuit* formam serui accipiens, & Baptismi habitu inuentus vt homo quasi peccator: Ioannes etiam Baptista à muneris sublimitate exinanitus est; Congruè ergo vtriusque humilitas, scilicet Christi, & Ioannis, consimilibus, immò iisdem verbis explicatur: *Sic decet nos implere omnem iustitiam, id est, humilitatem*, vt commentatur Augustinus.

Supra merita auctus humiliatur, vt Ioannes, Christum baptizans.

97.

98. Iob. c.21 v.16.

Verba faciens Iobus de hominibus, quibus fortuna arridet, quósque supra merita iniquè felicitauit, & euexit, sic ait: *Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit à me.* Tygurina sic scribit: *Certe felicitatem suam non operibus suis adepti sunt.* Quasi dicat; Qui rerum felicitatem, & munerum sublimitatem, non ab egregiis operibus suis consequuti sunt, sed fauore, & negotiatione, supra merita istiusmodi homines procul sint à me: *Quomodo vitamus eos qui damnati sunt ab Ecclesia, & anathemate percussi*, ait Sanctius hunc locum commentans. Itaque inquit Iobus: Quisquis immeritò felix est, immeritos adeptus honores, hic non modò non decoratur honore, nec prosperatur sublimitate, sed vsque adeò deuenustatur principatu, vt quasi eo culpetur, vitādus sit, vt homo Ecclesiastica censura damnatus, & *anathemate percussus* Ecclesiastica censura contumaces ferit, vt rebelles damnat, putrida membra secat; ne contaminent corpus reliquum; communione fidelium priuat, ne conuersatione culpent contubernales: nec *Vale* ei dicere licet, nec Christiana miseratione fouendus est, damnatio ad æternam gehēnam illi indicitur, qui Ecclesiasticæ censuræ anathematis reus est. O diram infelicitatem; quæ tmadurum supplicium subit! Hæc pœna est eius, qui sublimem sedem non adeptus est suis operibus; qui supra merita eligitur, non tam eligitur quàm damnatur ad fastigium, vnde emineat eius insufficientia; nec iudex efficitur, sed reus, dignitatis splendore infelix, culmine depressus, fastigio humilis, splendore obscurus, & dignitate indignus.

Tygur.

Honoribus auctus supra merita, velut excommunicatus habendus, & vitandus.

Sanct.

Anathema dicitur honor non meritus.

Præclarè Tertullianus inquit: *Deum modulari sublimitatem*; id est, culmina dignitatum instar citharæ oportet modulari. Quàm attentus est citharædus dum citharæ harmoniam modulatur, & & temperat ad concentum, ne chordas aut remisse laxans, aut nimium contendens, omnem musicæ harmoniam confundat. Itaque nulla chorda nimis attollendas est. Sic oportet vt Princeps, citharædi ad instar, *moduletur sublimitatem*; Quia si plus æquo indignum sublimat, non benè sonat, sed malè dissonat. Nec sublimitate eum honorat, sed magis publicat eius dissonantiam. Arphaxadus exercitu, & virtute potens, Mediam prouinciam debellat, & Mediæ potitur imperio: at sublimis regni immeriti solio, qui priuatam personam gerēs potens erat; modo in regia sede collocatus, dicitur, *Quasi potens*, Nēpe sublimitate decrescens, dignitatis splendore infelix: nā qui dignitate minor est, ipsa sublimitate minoratur. Consultissimè ergo Arphaxadus hic v.2. vrbis muros construit latitudine septuaginta cubitorum, & altitudine tantummodò cubitorum triginta, ne si nimis alti essent muri, eius præsidiarij milites etsi robusti, & proceri, viderentur pygmæi, vt Tyrij milites. nam locus sublimis homines minorat, & ex gigantibus pygmæos facit. Sic cauterem dico ambitioni.

99. Tertul. de Bapt. c.8

Oportet modulari sublimitatem.

Iudith.

§. XVI.

Commentarius litteræ.

Vers. 4. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum.

GRÆCÆ exscriptiones omittunt hunc versiculum. Gothica Biblia paulò aliter scribunt: *exultabat quasi potēs.* Vatabl. *Itaque quasi confirmatus exercitu sui potentia, magnificentiáque quadrigarum suarum, gloriaretur.* Pagninus, & Isidorus omnino cōsentiunt vulgatæ Glossa. Hugo, Carthus. voculam illam, *Quasi*, in rigorosa significatione videntur accipere. Et sanè res temporariæ non verè bona sunt, sed quasi bona, & bonorum vmbræ. De præmiis Olympici certaminis discrimine, & labore partis, sic ait Basil. Seleu. Orat. 27. *In omnibus præmium corona de frondibus, dedecoris argumentum, donum ridiculatium, & fallacia appellationis. Corona, cæterùm infructuosa, pro fructu pœnas profert: ac totus ille conflictus propter vmbram foliorū suscitatur.* Non verè bonum, sed quasi bonum est, vmbra boni, ridicularius honos, & fugax voluptas. *Voluptates, & delicias tanquam caducum, & breuem florem relinque vento, & igni*, ait Clem. Alex. in Adhort. ad Gentes. Philo lib. 2. Allegor. *Sanitas, sensuum integritas, opes, si contingant, gloria; liceat hæc quoque abusiuè bona dicere.* Quod abusiuè & ridicularè bonum est, non verè bonum est, sed quasi bonum. Sanctius asserit, ita intelligendum locum, ac si particula *Quasi* non apponeretur. Et benè quidem:

100. Vatabl.

Pagnin. Isidor. Glossa. Hugo. Carthus.

Seleuc.

Corona frondea, donum est ridicularium.

Bona temporaria abusiue bona sunt.

Clem. Philo.

Sanctius

Digitized by Google

August. Ambroſ. Chryſoſt.

dem: nam vox. *Quaſi* à diminuente ſignificatione deponitur ſæpè in Sacra Scriptura. S. Auguſtinus in Pſal. 115. S. Ambroſ. ep. 47. S. Chryſoſtomus ad 1. Ioan cui ancillatur Theophylactus, & Euthym. aduertunt voces iſtas, *quaſi, ſicut, tāquam*, non ſemper ſignificare ſimilitudinem, ſed aliquando veritatem.

Vocula, Quaſi, explicatur.

Sic de Rege vulgò dicimus: *regerit Quaſi Rex.* & de paupere: *Quaſi pauper parcè viuit*, &c.

Ioann.

Vnde Ioann. 1. v. 14. dicitur. *Gloriam quaſi vnigeniti à Patre*: non ad ſimilitudinem vnigeniti, ſed veri vnigeniti.

101. Ergo ſenſus eſt: Arphaxadus debellatis multis prouinciis, imperium ſuum auxerat, ædificauerat regiam vrbem Ecbatanam, & egregiè munierat aduerſus hoſtiles impetus; plures falcatos currus, & veteranorum copias exultans numerabat.

Medorum ſuperbia.

Vnde ſi quid humanum potens eſt, potens etiam Arphaxadus habendus erat, ſcilicet Rex Medus Medico faſtu gloriabatur: nam ſuperbia proprium Medorum vitium eſt.

Semac.

Semaccata in epiſt. *Pauus Medica auis, Medorum etiam ſuperbiam velut hereditario iure adepta: immensùm ob pulchritudinem ſuperbit.* Tumeſcit Medus rex faſtu hæreditario.

Fortuna inconſtantia.

Proh! mox aduerſa fortuna detumeſcet. *Nemo confidat nimium ſecundis rebus. Anima enim depreſſio, cor elatum eſt*, ait Zeno Veron in Pſal. 13. & Baſil. Seleu Orat. 13. de Angelo ob ſuperbiam apoſtata, ait: *Ad naturam talem euectus dignitate excidit, per mentis altitudinem de dignitatis altitudine deturbatus.*

Zeno. *Gloria inanis.* Baſil Seleu. Auguſtin.

S. Auguſtinus Tract. 3. in Ioan. *Non diſtas à pecore niſi intellectu, noli aliunde gloriari.* Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Herod.

Prudenter Xerxi Artabanus inquit apud Herod. lib. 7. *Amat Deus truncare, quæ eminent omnia.* Cauſam quæris? *Neminem enim ſinit magni quidpiam de ſe ipſo ſentire præter ſe ipſum*, De inconſtantia felicitatis legendus eſt S. Naz. orat. ad Nazianzenos.

Nazianz.

102. Armetur Sapiens contra incertæ fortunæ certos caſus, ne glorietur quaſi potens, mox impotēs, & calamitoſus! Benè Hildeb. epiſt. 56.

Hildelb. *Inconſtantia fortunæ.*

Sapiens aduersùs eam, quam dicitis fortunam nunquam imparatus, nunquam inermis inuenitur, ſecum habet, quò præcaueat inſidias, quò iacula fruſtretur inimici, extra ſe nullum pugnæ quærit apparatum. In omni caſu ſe ipſo tutus eſt, pectus eius pharetra fertilis, & armamentarium copioſum, ſemper ſagittis exuberat, ſemper abundat munimentis, hauriri non poteſt, cùm tela promere non deſiſtat, quibus ille munitus vniuerſa fortunæ miſſilia contemnit: obſequente pariter, & perſequente ſuperior: quippe nihil eſt vnde non triumphet animi triumphator Addit Hildebertus. *Docet hæc vti ſubmiſſe proſperis, aduerſis inſultanter; biformes euentus, vniformi conſtantia ſuperare.*

Zeno. Veron.

Nam vt inquit Zeno ſerm. in Euang. Lucæ: *Similis namque, eiuſdémque ignauiæ eſt, in aduerſis humilem, ac miſerabilem fieri, in proſperis inſolenter efferri.* Adhuc Hildebertus erudit nos felicitates fortunæ contemnere, ne gloriemur proſperitatibus.

Bona temporaria pennata & vana.

Aſſignantur, inquit, *dignitates; aſſcitur vxor cui nihil deeſt ad gratiam coniugij, in ſobole ſuam oſculatur imaginem, in cellariis clauſa eſt totius anni fœcunditas: in loculis opes Craſſi; quocumque circumiectat oculos nihil non ſuum intuetur. Caterùm hæc aliena eſſe, fuga ipſorum denunciat. Bona vaga, bona pennata ſunt hæc omnia. Eorum eſſe, eſt nunquam eſſe diutiùs. O inſani! quibus celebre eſt ſollicitos eſſe, ne deſit materia ſollicitudinis, ne cauſa tormentorum.*

Hildeb.

Et epiſt. 80. *Vitrea eſt enim fortuna, quæ ſic ſplendet, vt facile frangi poſſit: ſtabilis enim, & inconcuſſa veritatis aſſertio.* Legatur epiſt. 31. Bellè Seneca de Breuit. vitæ c. 4. *Nam vt nihil extra laceſſat, aut quatiat, in ſe ipſam Fortuna ruit.*

Seneca.

Verè potentiſſimus quiſque dicitur *quaſi potens*, quaſi felix: nam fallax eſt, fugax eſt huius vitæ proſperitas, & vix tenetur, cùm elabitur: *nam in ſe ipſam fortuna ruit.*

---

§. XVII.

Voluptuoſæ res procul ſpectatæ alliciunt; guſtatæ faſtidium pariunt. Quod in vino deliciarum hieroglyphico, comprobatur.

103. Cant. c. 1. v. 1.

OSculetur me oſculo oris ſui; quia meliora ſunt vbera tua vino, ait Sponſa. Audacter Sponſa, & præter virginalem pudorem dixiſſe videri poterat, expetere ſponſi oſcula: id notat P. Sanctius ad Cant. 1. v. 4

Sanct.

Et cauſalis illa, *Quia meliora ſunt vbera tua vino*, difficilis mihi eſt: Quorſum hîc vini mentio? Oſculetur me Sponſus, quia præ vino illum diligo, & in deliciis habeo? Præſertim cùm & initium ſit Libri, & Sponſa auſpicium loquendi faciat ab his verbis. Super qua dubitatione multa multi, quæ prudens omitto. Ego verò exiſtimo Sponſam hîc non expetere oſculum amatorium, ſed oſculum, quo examinetur feriò, & comprobetur liquidò eius illibata puritas, vtpotè voluptatum, & libidinum expers, ex quo digna inueniatur Sponſa tanti Sponſi. Quaſi dicat; oſculo oris ſui experiatur meus Sponſus, an vel primis labris libauerim libidinum, & voluptatum Vina.

Clem. Pædag. c. 2. *Vinum eſt fomes.*

Vinum autem (quia fomes eſt ad cupidines *Bacchicum fomitem* dixit Clemens & apud Ægyptios voluptatis fuit hieroglyphycū (guſtare olim nefas erat matronis. *Cùm mulieres* (verba ſunt Tertull.) *vſque adeò vino abſtinerent, vt matronam ob reſignatos cellæ vinariæ loculos, ſuis inedia necarint. Sub Romulo verò quæ vinum attigerat, impune à Mecenio marito trucidata eſt. Idcircò, & oſcula propinquis offerre neceſſitas erat, vt ſpiritu indicarentur.* Idem tradit Plutarch. & Plin.

Tertul. Apolog. 6

Fœminæ quā abſtinerant à vino.

Plutarch. Probl. Rom. c. 6 Plin l. 4. c. 13

Vides fœminas oſculo examinari, an vel modicè guſtauerint vinum? Quaſi dicat ſponſa: Ego ſponſi mei propinquis non offero oſcula, quibus examinent, an guſtauerim vina, quæ irritamenta ſunt libidinum: tantùm id volo licere meo ſponſo. Accedat ergo propiùs, & oſculo probet: *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

104. Cant.

Hic expeditus eſt loci huius ſenſus: ſcilicet Sponſus oſculo probet, an vinum guſtauerim, & experimento diſcet, me nec libaſſe: quia plus delicior in ſponſi mei amore, quam in vini potatione. *Oſculetur me oſculo oris ſui; quia meliora ſunt vbera tua* (id eſt, deliciæ) *vino* optimo. Vexent hunc locum alij; ego his quieſco. At ſtatim occurrit non leuis obiectio: Nam mox v. 4. inquit: *Introduxit me Rex in cellaria ſua, exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum.*

Cant.

Nec ſemel introducta eſt ſponſa in cellam vinariam, ſed iterum cap. 2. v. 4. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.* Plura hîc difficultatem faceſſunt. Primùm, quorſum *Rex* nominatur ſponſus introducens ſponſam in cellam vinariam? nam apotheca plenis plena doliis, ruſticani agricolæ cenſus eſt, non Regis.

Voluptatis poſſeſſio in tædium vertitur.

Dein ſi vinum deguſtandum à ſponſa erat, præſtaret rancido Phalerno implere poculum, & offerri ſponſæ. Imò à ſo-

bria sponsa vinum omninò vel libandum non erat; à qua potatione tantùm aberat, vt respirationem à vini crapula immunem, osculo indicari, ab ipso sponso expetiuerit, inquiens: *Osculetur me osculo oris sui*: tam ægrè ferret sponsus, vt eius sponsa indulgeret eiusmodi potationi. Porrò si vina gustare fas non est sponsæ, quare inducitur in vinorum regiam apothecam? Vis scire quare? Vt Sponsa vini potationes plus recuset, in tanta scilicet vinorum abundantia. Ingenij plenum est hoc ab sponso commentum, vt sit fortè sponsa aliqua tenebatur appetentia vini, id est, voluptatum, introgressa in cellam vinariam, voluptatis vino propiùs viso, & odorato, fastidiat vina. Nam *Abundantia in se ipsa contumeliosa est*. Sit hæc Tertulliani sententia commentatio huius loci, & difficultatis egregia solutio. Aptius ad rem, Boëtius inquit: *Quid de corporeis voluptatibus loquar, quarum plena est satietas pœnitentia*? Et Clem. Alex. *Mel quidem cùm sit dulcissimum, bilem generat: quemadmodum quod bonum est*, (id est delectabile huius sæculi) *contemptum*. Quippe voluptatis vinum, quod non gustatum auidè inuitat ad sui potationem, cùm abundanter offertur reserata vinorum apotheca, fastiditur auidiùs. Voluptas dulcis est spei, possessioni fastidium est.

Tertul. de Habit. mul. cap. 7. Boët. 3. de consolat. Pros. 7. Clem. Alex. 1. Pæd. c. 9.

105. Voluptuosè vixerat Rex Salomon, sese totum dederat libidinibus, potationibus, voluptatibus: Tandem resipuit, & in lib. Ecclesiastes pœnitentiam agens inducitur. Et inter alia pia opera, quæ constanter vouet Deo, vt pro delictis satisfaciat suis, hæc vox animosior auditur, Eccles. 2. v. 3. *Cogitaui in corde meo abstinere à vino carnem meam*. Pium sanè votum, & pluris faciendum à sene iam effœto, deliciis enutrito, nimia venere, & senio confecto, quin & assueto largis vinorum compotationibus. Ab hac die, ait Salomon, generosa Palæstinorum vina non gustabo, etsi grandæuus iam & senex. Nimirum in senectute peccaui, vt vegetus iuuenis; vt vegetus iuuenis in senectute macerabor. Abstinentia à vino satisfaciam, quod incontinentia deliqui: *Cogitaui in corde meo abstinere à vino carnem meam*. Pium valdè propositum! Sed vellem scire, an illud impleuerit Salomon? Attentum te cupio ad ea, quæ mox subiungit: *Ædificaui mihi domos, & plantaui vineas*. Egregiè profectò! Nunc apud se statuebat *abstinere à vino*, & mox rurale extruit palatium ad pomarias, & nemorarias delicias; & *vineas plantat*, ad generosiora vina exprimenda? Hoccine propositum? Votum fuit, an somnium fugax? Tam citò excidit tibi, ô Salomon, tam bona mens? Fortasse vt vinum non bibas, vineas tibi plantas generosa vite consitas? ô inconstantiam hominis ad peccandum assueti! Immò constat Salomon in proposito; nam ab hoc libro Ecclesiastis pœnitentia Salomonis adstruitur. Et sanè, quia vouet, & præcupit *abstinere à vino*, vites serit generosas, & *vineas plantat*. Vini seu deliciarum fastidium ex deliciosi vini abundantia captans, *siquidem eadem vina posteriori vsu depretiantur*, ait Tertullianus. Madeant, inquit Salomon, torcularia vinis, ne ego deliciosa vina auidè sitiam. A copia vini, vinum ego contemnam. Nam cupitum vinū extrinsecus, & oculorum tenus, illecebra appetitus est; at verò si ad manum adsit, & largiter propinetur, statim vilescit, & fastidium parit. Deuter. 32. v. 32. de vinea & vinis deliciarū à deliciosis peccatoribus gustatis, sic aptè ad rem inquit Moyses: *De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrha: vua eorum vua fellis, & botri amarissimi*. Sodomorum fruges, & poma procul spectata, & pulchra sunt, & mellita; at gustui, vuæ, & poma fellita sunt; specie tenus speciosa, at contracta cinerescunt. Quod eleganter scripsit Hegesippus: *Spectes illic ad speciem poma viridantia, formatos vuarum racemos, vt edendi generent spectantibus cupiditatem; si carpas, fatiscunt, & resoluuntur in cinerem, fumúmque excitant, quasi adhuc ardeant*. Ergo sapienter Salomon, vt vina deliciosa fastidiat, plantat vineas voluptuosas, nam voluptas humana desideriis obiecta, illex est appetitus; cæterùm possessione vbertim obtenta, vel vsque ad nauseam fastiditur.

Vineas plātat Salomon ne bibat vinum.

Nauseamus ad voluptates vbertim possessas.

Tertul. de Anim. c. 17.

Deut.

Hegesipp. lib. 4. c. 13.

106. Dubitabit quispiam, cur Deus Diuitem auarum Lucæ cap. 12. v. 17. tot cumularit diuitiis: nonne præstaret, vt alii eas largiretur Deus, quem sciret non improbè vsurum tanto bonorum thesauro: largéque erogaturum in pauperes? Auarúsne videatur Deus in pauperes, vt sit liberalis in diuitem? pauperibus defraudat Deus, quicquid huic diuiti tribuit. Immò ideò effuse tribuit, vt tot diuitiis opulentus, eas fastidiat, & elargiatur egenis. Pulchrè Zeno de hac re sic fatur: *Aduentitiis diuitiis cumulat, si fortè ipsum nimietate ipsa satiatum ad sensum, & intelligentiam humanitatis adduceret; animámque eius per abundantiæ nimietatem suaderet aliquid de indigentibus cogitare*. Ab opum abundantia prætendit Deus extorquere liberalitatem hominis auarissimi: thesaurum cumulat, vt diuitias contemnat: nam abundantia contumeliosa est in se. Hîc vers. 4. *Gloriatur & exultat Arphaxad, quasi potens*: nam mundana gloria, exultatio, potentia, voluptas, &c veræ deliciæ non sunt, sed ad similitudinem voluptatis; non possessæ desiderium mouent, & fallunt, possessæ, verè deliciæ non sunt, sed quasi deliciæ, quasi honor, quasi voluptas, quasi potentia. (*Non verè*, vt interpretatur Glossa interlinearis,) cum non possessæ desiderium moueant, abundanter possessæ fastidium sui faciant: quod si non faciant, sed delectent, statim elabuntur; vt accidit Arphaxado.

Luc.

Amplas diuitias, & delitias tribuit Deus diuitibus, vt illas fastidiant.

Zeno Veronensis Serm. de Euang. ser. in Lucam.

Iudith.

Glossa.

§. XVIII.

Vsque adeò inops gaudij est ipsa possessio voluptatis humanæ, vt spe Voluptatis, potius quàm ipsa possessione delectemur.

107. ADeò voluptatis est indiga humana voluptas, vt speciem voluptatis tantùm præ se ferat: non veris bonis sed ficititiis, & apparētibus, tanquam quibusdam præstigiis nos decipere intendit malus Dæmon. Fucata bona, & personata gaudia, quæ voluptates mentiantur, proponit hominibus; & cùm ipsi pueriliter delusi, manum porrigunt, vt optatis fruantur, voluptate diu optata & quæsita frustrantur; itaque allicimur non à sincera voluptate, sed à voluptatis apparētia, seu spe. Omnis humana voluptas apparentia seu spes voluptatis est, substantia voluptatis non est: *Adūbratum hūc honorem contempseris*, monet prudēter Isidorus. Porrò *adumbrare* est picturam delineare, seu quod effigiandum est, à pictore phrygionéve, quibusdam lineamentis, & coloribus exprimere. Ergo humana felicitas, vmbra quædam, seu effigies prosperitatis est; non vera prosperitas, sed picta, & quæ nunquam re vera percipitur. Egregiè Tertullianus expendit: *Vt mundi ipsius species trāsferatur*

Honor adumbratus. Pelus. lib. 1. epist. 15. *Voluptas est vt aulæi picturata figura.*

Tert. Apolog. 48.

feratur æquè temporalis, quæ illi dispositioni æternitatis, aulæi vice oppansa est. Videas in aulæis, & peristromatibus arguta phrygionis manu pictis, textili opera, conuiuam iamiam captantem lautas dapes, aut generosa pocula, quibus auidus inhiat: neque vnquam captat, neque in os infert, sed perpetuò famescit, & sitit hiante gutture. Videas ducem re benè gesta fugare hostilem exercitum, & iam victorem gladium condi in hostis latera; At nunquam hostes profligat, nec victoria potitur, quia *adumbrata* felicitas est, & voluptas arte in aulæis depicta. Desideria, & manum ad expectatam voluptatem emittit, sed nunquam apprehendere datur, potiri semper negatur. Totum humanæ voluptatis negotium, desiderij est, spei est; manus, & possessionis nunquam est.

108. Ad tit c.2.v.11. *Voluptas cur appelletur desiderium.* Luculenter hac in re Paulus ad Titum. *Apparuit gratia Dei, & saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, &c.* Profectò magnum documentum, & dignum tanto doctore! nimirum diuinum Verbum, quod est Dei sapientia, *erudit* omnes homines, idest, *tanquam pueros rudes formant*, quod sonat Græca vox παιδεύουσα quæ scribitur *erudiens.* Quæ hæc tam recondita, & sapiens eruditio, seu doctrina, ad quam vel sapientissimi Apostolorum, & Doctorum tanquam pueri sunt, & rudes infantes? *Vt abnegemus sæcularia desideria.* Hæccine tam abstrusa sapientia? quid notius vel tyronibus Christianorum, quàm quòd mundana, seu sæcularia desideria abneganda sint? At non est adeò vulgare sæcularia bona, seu mundanas voluptates esse, & vocari *desideria* voluptatū, non voluptatum possessiones, quasi in ipsa voluptatis possessione, seu peccandi deliciis, nihil sit voluptatis, sed omnis voluntas peccati in desiderio peccandi sit, non in possessione optatæ voluptatis, seu patratione peccati. Quod insinuasse videtur mihi S. Thomas ibi lect. 3 sic inquiens; *Per sæcularia desideria intelliguntur res sæculares, & omnia peccata.* Itaque desiderij nomine res desiderata intelligitur, quasi nihil voluptatis in re possessa sit, nisi ipsius desiderium, & ita res desiderata desiderium nuncupatur.

S. Thom.

109. Ad tit c.2.v.11. *Beatitudo spei nomine appellatur.* Pergit Paulus, & adhuc his grandiora loquens, subiungit: *Sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo, expectantes beatā spem* Nomine spei, obiectū spei intelligitur cōmuniter ab interpretibus, nempe Beatitudo, (hæc hypallage est, quæ actum substituit pro obiecto.) Verùm quid causæ est cur ipsam beatitudinem, quæ est bonorum omniū possessio, appelletur spei nomine? Caietanus hunc locum commentans, ad hæc verba se sistit, & præ rei sublimitate exclamans, ait: *Eruditio ista verè est salutifera, nec frustra erudit:* idest, ne nos inaduertenter prætereat recondita hæc eruditio: nec inaduertentia hominum frustretur tam salutiferum, & necessarium documentum, ad fugienda delicta, & contēnendas sæculares voluptates. Planè eruditio præclara est, beatitudinem ipsam; quæ est summi boni possessio, appellari spem, quæ est rei nō possessæ desideriū. Porrò si de substantia beatitudinis est quòd sit actualis possessio, cur spes dicitur? Spésne possidet? possessio sperat? Negat beatitudinem qui eam spem nominat. Imò qui Beatitudinē appellat spem, illam egregiè explicat hominibus, apud quos longa experientia notū est, bona mundialia in spe posita, arridere animo, & valde placere homini: At possessa statim fastidiri, & cupidinem in tædium verti. Sapienter ergo Paulus loquens hominibus, verba temperauit ad eorum saporem, & gustum, & vt magni æstiment delicias beatitudinis, illam non appellat hic possessionem, sed spem: *Expectantes beatam spem.* Nā possessio, teste Ennodio *est malignus propriæ felicitatis interpres.* Vnde Beatitudinem non appellat summi boni possessionem, sed spem: nam res sperata magni æstimatur; possessa fastiditur ab hominibus. Vt ergo non vilipendat homo beatitudinem, illam appellat hic spem non possessionem. Hanc huius Paulini loci expositionem debes Clem. Alex. vbi sic ait: *Cùm Apostolus spem nouisset duplicem, vnam quidem, quæ expectatur, alteram verò, quæ est accepta.* Itaque spes, quæ est possessione accepta, spes dicitur, ne à possessionis nomine deuenustetur apud homines, apud quos tam vilis est possessio voluptatis, vt vel summæ beatitudinis iucunditas, quò sui amorem faciat, appellanda sit spes: etsi eius essentia in possessione sit & actuali summi boni fruitione. Idem adtestatur P. Damian. inquiens: *Beati de sua stabilitate certi perennibus gaudiis immerguntur, expectantes beatam spem.*

Caiet.

Possessio fastiditur, spei delectat in bonis mundanis.

Ennod. l.6. epist. 10.

Clem. l.2. Strom.

P. Dam. ser. 11.

110. *Salus possessa adhuc sperāda est quare?* Matth. Locupletabo hanc Paulini loci expositionem ex illo Matth. 9. v. 20 vbi mulier illa, quæ sanguinis fluxum diu patiebatur, plena fide animosa dicebat secum; si tetigero vel orā vestimenti IESV, mox sanabor: tetigit & statim sanitatem recipit. Tunc ait illi Saluator: *Confide filia, fides tua te saluam fecit* Certum est attactu vestimētorum Christi hanc fœminam curatam esse: quod disertè docet Marcus cap. 5. v. 24. & Lucas 8. v. 42 & expressè id asserit Christus aiens: *Ego sentio virtutem de me exiisse.* Quare ergo dicens mulier, *Fides tua te saluam fecit*, denuò postulat, vt habeat fidem, aiens: *Confide filia* Super quonam confidere debet? Num mulier speret salutem, quam iam possidet? Confidentia boni futuri negotium est, non boni præsētis, & adepti. Ergo hæc verba non sibi cohærere videntur, *Confide filia, fides tua te saluam fecit.* Verùm bona hæc fœmina magni æstimabat sanitatis bonum, pro quo adipiscendo impenderat medicis censum prædiuitem, & ingenti illius desiderio tenebatur. Cùm autem optatum sanitatis bonum adepta est, non dicitur fœminæ, vt bonum salutis possideat, sed vt illud speret, ne bonum salutis iā possessum vilipendat. Porrò spes bonum proponit iucundum, & amabile: quod à possessione vilescit: nam apud homines experientia notum est, non tam iucundum bonum esse in possessione, ac erat in spe. Vnde ne vilis sit salus obtenta, non dixit Christus fœminæ: *Fides tua te saluam fecit;* fruere possessione salutis; sed *confide filia*; obtentionem, confidentiam appellans, & possessionem nuncupans spem: vt sic fœmina bonum obtentæ salutis magnificauit, nec illud depretiet vocabulo possessionis, quæ solet spes humanas frustrare, & ita speranda proponitur obtenta salus; & beatitudo, quæ essentialiter est possessio, spes nominatur. Cùm Matthæus, sicut *Apostolus spem nouisset duplicem, vnam quidem, quæ expectatur, alteram verò quæ est accepta*, vt dicebat Clem. Alex. suprà.

Marc. Lucas.

Clem.

111. 1. Pæd. c. 13. *Voluptas definitur elatio animi, & quare?* Huic meæ cogitationi applaudit Clemens Alex. sic describens voluptatem, *voluptas est elatio animæ.* Perbellè dicitur voluptas, arrogantia hominis, elatio mētis, Superbia animi. Nam sicut instigante Superbia gloriatur homo; & sibi gloriantur plaudit, & elatus turget inani gloriæ tumore, quasi se extendens ad seipso maiora: sic Adamus ad Diuinam scientiam, sic Angelus apostata ad di-

Digitized by Google

uinitatem intumuit arroganter: ita animus voluptate superbit, dum præproperè, necdu n scilicet possessa voluptate, sed illius spe concepta, beatur; & gaudet; ad Rom.12.vers.12. (Ad Rom.) *Spe gaudentes*, & spes, quæ nondum cucurrit, nec peruenit ad possessionem, se protelat, & extendit ad possessioné, voluptatis; quod singulare spei est, dicente Psalmographo Psal.4.vers.10. (Psal.) *singulariter in spe constituisti me*. Rectè ergo voluptas dicitur elatio, seu superbia; nam cùm non valeat animum delectare adhuc possessa; procul spectata, & nondum possessa delectare præsumit, & beare spe, seu desiderio sui. Ergo pulchrè definitur: *Voluptas, elatio animæ*. (Iudith.) Et Arphaxadus hic vers. 4. à possessione honoris, & voluptatis, non potens, & felix; sed quasi felix, & potens (*non vere*, vt commentatur Glossa interlinearis) nominatur. (Glossa.)

---

§. XIX.

Voluptas non possessa suspiratur; possessa fastiditur, & supplicij loco datur.

112. Creata bona specie tenus bona sunt; re ipsa non placent. Voluptas spe affulgens, sui amorem facit in nobis, possessa verò, tædium, & odiū: Absentia quæque ambimus, adepta fadidimus. Futile bonum est, quod ex superficie placet: intrinsecùs displicet. Aut bonum non est, quod de absentia commendatur; aut nos boni non sumus qui ad contractum nostrum bona deprauamus. Honorem, voluptatem, prosperitatem, quæ omnium vota tenent, ad quæ suspirant omnes, si diu desiderata possessione obtineantur, statim vel pendun tur, & quod non possessum, foret præmium, semel possessum supplicij loco habetur. (*Auidius desiderata fastidimus.*) Voluptates lacrymas pariunt, votis mercantur homines suspiria. 2.Reg c.13.v.1. (2.Reg.) *Factum est, vt sororem speciosissimam vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid, & deperiret eam valde, itavt propter amorem eius, ægrotaret*. Sic amantes, aut amentes insaniunt! Tandem æstu, & vi potitus est Amnon diu desideratis amoribus; aucta voluptate à difficultatibus: nam vltronea, & facilia contemnimus; ardua exaggerant delicias, & tamen blandior voluptas in tædium versa est, & cupido in odium transiit: *Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita vt maius esset odium quo oderat eam, amore quo antea dilexerat*. Amnonis votum in tædium versum est: nauseat ad suas delicias, offenditur voluptate cupita, & amor vincitur sui odio. Et quod antè optarat in præmium, iam horret vt supplicium. (*Amor boni mundialis in odium vertitur.*) Et qui amore languebat, iam præ odio languet, & periculosiùs ægrotat. Vsque eo futilis est natura mundani gaudij, quippe quod ab absentia æstimatur; à possessione vilipenditur, ob hoc vnum quod possidetur. Et sanè causam peruestigant commentatores, cur Amnonis eximius amor degenerauerit in odium, & nulla sufficiens assignatur, nisi natura creati boni, & prosperioris voluptatis; quæ dum non habetur, totis præcordiorum votis suspiratur; possessa auidius fastiditur. Perbellè, S. Zeno Veron. (Zeno ser. de Patient.) *Libido corrumpit, aut corrumpitur: inicit amorem, paulò post odium factura de amore*.

113. Ad quam veritatem comprobandam locupletem testem habeo Moysen inquam, Numer. 11. v.18. (Numer.) Hebræa gens longa proauorum serie nobilis, & ingenua, diuitiis, & nobilitate arroganter superba, durè premebatur Ægyptiaca seruitute; in luto, & lateribus despicabili famulatu seruiebat Ægyptiis. Contumeliis afficiebantur impunè, vapulabant Hebræi, vt vilissima mancipia, & nihil non probrosum, & superbum tolerabant à gente nequam, & barbara. Gemebant sub infami, & calamitosa seruitute, & viri ingenui totis votis inhiabant libertatem: toto orationis nisu, & calamitatis durissimè lingua: Quorum clamores, & suspiria exaudiens pius Dominus, ducatu Moysis ipsos honorificentissimè in optatam, & nobilem libertatem asseruit. Quid desiderabilius potuit Hebræis accidere, quàm excussisse durissimam Ægypti seruitutem, & frui ingenua libertate? Sed vix libertate potiti sunt, cùm exosam habuere felicē libertatem, & optabāt molestam seruitutem. Quis hoc crederet de gente non omninò ignaua, & stolida, nisi Deus ipse id testaretur, his expressissimis verbis, Numer.11.vers.18. (Numer.) *Ego*, inquit (Deus) *audiui vos dicere: Benè nobis erat in Ægypto?* ô nequam, & prodigiosum ingenium hominum! Iam cupit populus Hebræus duram seruitutem, & detrectat libertatem. Quid calamitosiùs quàm seruitus Ægyptiaca? Quid optabiliùs, quàm cupita libertas? Sed caret populus molesta seruitute, & possidet gratam libertatem, & ideò libertas, quā possidet, molesta illi est, & seruitus, qua caret, grata esse cœpit, & offenditur dulci libertate, quam habet, & desiderat molestam seruitutem, qua caret. Quasi sola carentia, bonitas sit, & possessio sit exosa malitia; Suspirat summis votis malum, quod non possidet, & detestatur fastidioso odio bonum, quod possidet. Sic Amnon, qui interpretatur *Verax*, verè censuit de feliciori voluptate: Scilicet voluptuosam pulcherrimæ Thamaris venustatem non possessam ardentissimè cupiuit: possessam verò ardentiùs fastidiuit. Quasi præsentia, aut possessio boni, illud deprauet, quod absentia commēdabat. Ergo absentia est bonitas mundanæ felicitatis: præsentia, fastidium. Genes.3.vers.6. (Genes.) *Et vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum*. Scilicet, ait Basil. Seleuc. (Seleuc orat.) *Eorum, quæ non erat experta gustum mirabatur*. Nam experientia terreni boni, eiúsque possessio, deprauatio ipsius est, & molestior pœna.

114. Callidus ille, & nequam serpens decipiens Adamum, totum culpauit hominum genus, tunc Deo charissimum, delicti reatu præcurrente hominum natiuitatem. Appellatus serpens ad Dei tribunal, tanto reatu dignam pœnam à Deo audit. Et diuina iustitia ostentans iras terribiles, fulgurat sententiam tantæ audaciæ, & malitiæ meritissimam. Nec parum erit si Deus adinueniat cruciatum quo plectat Dœmonem, iam olim damnatissimum & in quem seuerissimè animaduerterat. Mulctatus est pœna damni, æterno gehennæ incendio, impatientia rabida, & aliis durissimis cruciatibus, quos Iustitia diuina adinuenit: quæ excogitanda pœna est quæ illi infligi possit, qua augeatur Dœmonis damnatissimi cruciatus? Necesse est, vt diuina Iustitia extendat ingeniosè vires suæ omnipotentię, & nouum supplicium machinetur nouo scelere dignum, quod vel augeat: vel exuperet anteà inflictos cruciatus. Expende Diuinæ sentētiæ consultissima verba, Genes.3 v.14. (Genes.) *Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc: super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*. Quantula est hæc pœna ad tantum reatum! Pœnáne est Serpentis, quòd repat, an natura? imò pœna illi foret ardua quòd rectus, & arduus staret, & cuspidatæ caudæ niteretur. Ad hæc: quòd terram

erram,aut terrena comedat,deliciæ Serpēti sūt, non cruciatus Nam colubri fames non expletur phaſianis;bellaria Attica,lautas dapes,& opipara conuiuia non eſurit Serpens;ſed glebas. Iſaiæ c. 65.v.25.*Serpentis puluis, panis eius.*Hæc lingere eius voluptas eſt, alia reſpuit , & faſtidit. Ergo quod natura illi eſt,& deliciæ in ſuppliciū datur ſerpēti. Hocne inuentū ſeuerioris iuſtitię? Siccine punit totius naturæ deprauatorē colubrum?Profectò mitior hæc pœna excuſat culpam non caſtigat. Ad allegorias confugerem,vt litteræ difficultatem declinarem,niſi legiſſem S. Auguſtinum dixiſſe: *Hoc vere eſt dictum ſerpenti.*Et ad ſerpentis voluptatem aptat verba S. Ambroſius aiens: *Vt ſcias quia ſerpens typus eſt delectationis,damnationem eius adverte: Super pectus tuum gradieris,& terram comedes.* Cæterùm S. Chryſoſt. explicans hanc Dei in colubrum ſententiam , ſenſum ſatis ingenioſum , & ad rem præſentem aptum excogitauit,ſic ſcribens:*Super pectus tuum gradieris,& terram linges.Super terram repas,eaque alaricatus adeò ne liceat tibi poſthac ſuſp cere,ſed ſemper in hoc maneas ſtatu.* Nota hæc vltima verba, in quibus tota vis ſententiæ Dei , & Chryſoſtomi ſita eſt: *Terram comedes , id eſt,ſemper in hoc maneas ſtatu.* Quaſi dicat: Terra tibi eſt delicatus , & delicioſus cibus,quem auidiſſimè expetis , & quò delicioſiſſimè paſceris.Has terrenas delicias tibi diu durantes voluptatius illis fruens: *Semper in hoc maneas ſtatu.* Et hæc ſeuerior punitio eſt. Nam voluptas,quæ ſperata arridet,& abſens allicit,& ſuſpiratur,præſens & diu poſſeſſa,vſque adeò faſtidioſè reſpuitur,vt durioris ſupplicij loco cenſeatur?Nec Diuina ſeueritas tanto Dæmonis flagitio irritata , pœnam acerbiorem inflixit,quàm durantem voluptatem , & diuturniores delicias. Iam non miror filios Iſraël tædêre ſuſpiratæ libertatis præſentis iam & poſſeſſæ ; & ſuſpirare exoſam ſeruitutem , qua carebant : nam honos libertatis,& voluptas ventris,aut gulæ,ſpe, bona ſunt,poſſeſſione ſupplicium.

Iſaiæ.

Auguſtin. l. 11. de Geneſ ad litt c. 36 tom. 3 Lib. 1 at ad c. 5

Chryſ hom. 17

Voluptas diu durans,acerbior pœna eſt.

Supplicium damnati eſt diuturnior quaſi voluptas.

115. Superbiſſimus ille Angelus,faſtu turgens,Diuinitatis faſtigium æmulatus,ex Angelo euaſit in Dæmonem.Verùm quærere oportet,quodnā fuerit eius delictum Iſaiæ 14.v.13. *In cœlum conſcendam , ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum.* At nemo eſt tā malè Theologus, qui neſciat ex S.Thoma,& Scholaſticis, imò ex Sanctis Patribus, Angelum apoſtatam in cœlo creatū fuiſſe, ibique vſque ad inſaniam ſuperbiiſſe. Quænam fuit eius ſuperbia? *In cœlum conſcendam*, inquit. Nunquid in cœlo non erat?quomodo Angelus tunc diſertiſſimus & ſapientiſſimus,anhelat id , quod poſſidet?In cœlo eſt,& in cœlum conſcendere tā vehementer ſuſpirat?Quis non omninò truncus, aut amens tam vehementer tam ſtultè,tam impiè,deſideraret obtinere,quod habet?Porrò deſiderium non occupatur in re,quam poſſidet ; hoc fruitionis negotium eſt, ſed de bono abſenti negotioſum eſt,& ſollicitum.Ergo Angelus exiſtēs in cœlo ſanè magis,quàm arrogāter cœlum inhiat.Profectò cœlum quærit Angelus , quia in cœlo eſſe non ſequitur in cœleſti Beatitudine;nam hoc ſummæ felicitatis priuilegium eſt,quod poſſeſſio illius faſtidium nō faciat ſui:)Creata enim bona,quæ in ſpe fulgent,in poſſeſſione ſordent. Poſſidet Angelus cœlum , & quia illud poſſidet, illud cœlum eſſe vix cēſet,& cœlum cēſet,quòd non poſſidet.Et quod ſpei , aut deſiderio proponitur vt cœlum,quia eſt abſens appetitur ; cùm poſſeſſione habetur,non habetur vt cœlum.Tātū enim diſtat res deſiderata à re poſſeſſa,vt quæ deſiderio apparet cœlum, poſſeſſione cœlum nō appareat.Scilicet mentitur ſpes poſſeſſionem:ſic Angelus in cœlo exiſtens ait : *In cœlum conſcendam.* Vnde honor poſſeſſus , quaſi honor eſt , & poſſeſſa iucunditas , quaſi voluptas eſt. Et valdè potens, *Quaſi potens,non verè potens* dicitur,vt ait Gloſſa ibi.nam bona mundialia poſſeſſa ſpē mētiuntur,& poſſeſſorem fallunt:ſic fefellerunt Arphaxadum hic,v.4. Planè etſi alicuius aſſentatoris diſerta vox eſt: *Adhuc præſentia tua fruimur,& iam reditum deſideramus*: verba ſunt Mamertini. Tam citò naſcat ad præſentiam diu optatam,vt præſentis Imperatoris reditum deſideret,vel adulator Panegyriſta!

Iſaiæ.

S.Thom.

Cœlum poſſeſſum (non beatitudo) faſtiditur, & deſideratur poſſidendum.

Angelus apoſtata deſiderat,quod poſſidet.

Gloſſa.

Iudith.

Mamert in priori Panegyr ad Max. Aug.

---

§. XX.

Secura poſſeſſio mundialis boni,faſtidioſa,& iniucunda eſt,niſi condiatur aliquali ſpe ipſius boni amittendi.

MVndiale bonum ambitioſum eſt in ſpe; in poſſeſſione vile,& ſordidum , citò faſtidimus,quò diu deſiderauimus.Scilicet hæc natura mortaliū eſt,quæ hinc ad dubias ſpes, & nauſeat ad eaſdem rei ſecuram poſſeſſionem. Porrò diuturnitas poſſeſſionis nimis detrahit terrenis bonis,illáque deuenuſtat; nam ſecuritas poſſidendi faſtidioſa eſt,periculum enim amittendi optatum bonum, illecebra voluptatis eſt , & poſſeſſionis gratia Paradoxon videtur,& experientiſſima veritas eſt,ſiquidem ſecuritas poſſidendi lenocinatur faſtidio , & ſuſpenſa expectatio , & anceps timor fruitionis amittendæ tacitè adblandiuntur voluptati. 116.

Creauit Deus protoparentem Adamum ſtatu innocentiæ perfectum,condecorauit originali gratia , ſublimauit creaturarum principatu , ditauit Orbis opibus, beauit paradiſo , felicitauit vxoris delicijs,& perennaturam vitam illi donauit, qua morti non obnoxius, pacata fruitione his omnibus perdiù potiretur. Verùm in diuturniſſimæ vitæ veſtibulo,mortis tabula legitur, nā Adamo tunc immortalo,ait Deus,Geneſ.2.v.17.*In quocumque die comederis ex eo morte morieris.* Necdum vita fruitur Adamus, & auditur repetita mortis vox?Cur viuendi gratia mortis nomine , & metu Deus deuenuſtauit ? Quis pacatè , & beatè fruatur vita quantumuis felici , & paradiſiaca, ſciens illi impendere mortis minas?Moriendi timor corrumpet gratiam felicioris vitæ.Imò metum mortis ſuggeſſit Deus Adamo , vt felicior vita frueretur , quia ſi ſecurus eſſet viuendi perdiù,fortè faſtidiret vitam tædio terreni boni poſſeſſi abſque amiſſionis periculo. Quod acutiſſimè notauit Claudius Marius Victor ſic pangens,

Voluptatis poſſeſſio dulcior eſt ab ſpe illius amittendi.

Geneſ.

—— Namque inde perire
Poſſe datum eſt cunctis,vt viuere dulcius eſſet.

Nēpe poſſibilitas pereundi,voluptas viuendi eſt. Sciat Adamus ſe mori poſſe,vt inde vitā magis æſtimet,gratiuſque delicietur in vita. Hæc enim natura eſt bonorū mundialiū,vt ſecuritas diuturnæ poſſeſſionis ſic appetitum exſatiet,vt faſtidiū ſui creet.Homo vicibus gaudet,& alternāta bona gratiora ſunt,timor amittendi , eſt arbitrium placendi,dulcius ſapit vita(quæ principatum inter terrena bona obtinet)cui timor mortis blanditur ad gratiam Hiſpanè dices, *Algun recelo de perder*

Claud Mar. Victor. in Poem. ad lib. 1. Sacri poëma in Geneſ.

Digitized by Google

perder el bien, no zozobra la possession, antes lisonjea al gusto, quitando el tedio que causa la possession larga de bienes de la tierra. Hinc vt gratior esset sapor vitæ paradisiacæ, conditur aliquali mortis metu, ne nauseet ad diuturnam vitam, qui citò emori potest.

117. Iob. Iob, 28. v. 17. postquam rebus pretiosioribus præfertur Sapientia, nempe tinctis Indiæ coloribus, lapidi Sardonyco, Sapphiro, &c. subiungit hæc verba: *Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum.* *Quare vitrũ præferatur auro, & gemmis.* Statim animum pulsat difficultas, quæ industriã fatigauit interpretum. Vnus S. Gregorius pro Gregor. millibus ferè succumbit difficultati, cur scilicet vitrum inter gemmas, & metalla pretiosissima collocetur, illisque præferatur, sic fatus l. 18. Moral. cap. 21. *Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum. Et cùm sicut vouimus, vitrum longè atque dissimiliter auro sit vilius, cur post auri nomen, metalli vtique pretiosi, pro immensa laude, vitrum quoq; dixit sapientia non adæquari? Ipsa ergo littera difficultate compellimur, vt ad sententias horum verborum mysticas vigilemus.* *Periculum amittendi voluptatem mundialem adulatur gustui.* Et quidem vix rimari datur, cur Iobus inter summi pretij gemmas, & metalla, vitro fragili tribuat æstimationis principatũ. Quid vitro cum principe materia argenti, & auri, & adamantis? Esto, æmuletur vitrum venustatem auri, & vnionum mat in soliditate, & diuturnitate vincitur: breue enim est vitri æuum, leni spiritus sufflatione tumescit, & fingitur, & leui attactus iniuria læditur, & frangitur. Vnde ergo olim vitro tantæ æstimationis census fuit? Arguitè Clemens Alex. *Curiosa*, inquit, *ac superflua tornatorũ in vitro vana gloria ad frangendum propter artem paratior, quæ simul docet, & timere, & bibere*, &c. Ex fragilitate, inquam, vitri, eius pretia exaggeratur. Nam cùm vitrum transparentiam crystalli æmuletur, & cum auro, & gemmis certet de nitoris gratia, omnia fragilitate vincit: siquidem, & materiæ natura, & ingenio artis, ad frangẽdum, paratior ex crater ex vitro figuratus, *docétque simul timere, & bibere.* Hispanè vulgò dicimus, *Es golosina beuer en copa penada.* Conscientia enim fragilitatis, census est pretiositatis, nec tã quis bibit in vitro vetustum phalernum, quàm gratum timorem fractionis: potator non fatuè satiat appetitum bibendi, quin potum admisceat titillatione blãditiis periculi: nec minùs deliciatur in cautela fragilis nitoris, quàm in potu vetusti liquoris. Non satis sapiunt deliciæ, quas aliqualis amissionis timor nõ cõdit, & mellit. Tædium mouet, non voluptatem, quod securissimè placet, quia quod diu placuit, displicet: nauseamus enim ad diuturnè possessa: aliquis amissionis metus, titillatio concupiscentiæ est, & ingenium placendi, ex opposito auxilians.

Clem. Alex. l. 2. Pædag. c. 3.

118. Prouerb. Diuina Sapientia sic fatur Prouerb. 8. vers. 30. *Delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* *Deliciæ Dei dicuntur, esse cum hominibus, quia homini natura fugax est.* Scilicet diuina sapientia ludit in creatis rebus, & cum ipsis agens, delectationem aliquam capit, & cũ hominibus deliciæ Dei sunt. Et cur non tam deliciatur Deus cùm illum laudant astra matutina? iucundior enim esset cõuersatio cum pulcherrimis, & purissimis astris ad nutum obedientibus, & tacitè ipsius laudes modulantibus. Saltem Angelorum cultum, & disertum ingenium opportunius esset ad conuersandum cum Deo. Vnde congruentius, & suauius cum Angelis deliciaretur Deus: cum Angelis, inquam, quorum natura immateriata est, mens disertior, ingenium sublimius, merita beata, gratia locupletior, & inde gratior conuersatio? Quã ob causam terrenus homo singulariter dicitur esse deliciæ Dei? quid tam suaue est in humanis moribus sæpè incõditis, barbaris, brutis? Profectò homo de se liber est, in arbitrij potestate tunc habet meriti, aut demeriti optionem. Sic gratus Deo est, vt possit ei esse offensus: fugitiua est natura hominis, & gratior est præda, quã aucupatus es, quàm illa, quæ in foro præstat: magis enim sapit lepus fugitans venantis industriã (etsi magnis impensis venatio constet) quã qui absque discrimine omnibus venalis proponitur: fugacitas prædæ, cupediæ sunt venatoris: ars, qua industrie præda fugit venatorem, suauius adulatur palato capientis, aliquale periculum amittendi, commendat voluptatem possidendi, nam apud homines securissima possessio exsatiat, & voluptatem in fastidium vertit, tædet non saporis, quem nullus metus condit. Hinc more humano dicitur perplacere Deo conuersatio cum homine, hinc consuetudo cum mortalibus Deo gratior dicitur, *& deliciæ meæ esse cum filiis hominũ.* Deliciatur enim Deus in possessione fugacis arbitrij, & lubricæ voluntatis, volaticum homini est gaudium securæ possessionis creati boni, quia citò in tædium desciscit; diuturnior est voluptas mundialis rei, de cuius possessionis diuturnitate nonnihil timetur, quasi timor amissionis amplificet gratiam possessionis, nam securitas voluptati insidiatur. Quod videre licet hic, v. 4. in Arphaxado, qui arce munitissima in Ecbatanis extructa, & imperio Medorum validiùs firmato ædificatione mœnium, reconcinnatione murorũ, præsidiarij militis numeroso exercitu; cùm obfirmata magis videbatur eius potentia, & regni gloria securior, tunc dicitur, *quasi potens*, quasi felix, quasi gloriosus; non verè potens, solidè felix, & securè gloriosus: Scilicet quia securitas potentiæ, imminutio fuit gratiæ principandi, minùs placet quod securè possidetur, periculum amittendi videtur ingenium placendi. Vt vnius cœlestis beatitudinis sit summa laus, iucundissimæ possessionis sempiternans, & secura fruitio. Iudith.

§. XXI.

Vel rei possessa ambitio, sic est molesta, & ærumnosa, vt vel protoparentes infelicitaret, & ex Angelis diabolos faceret.

Molesta res est ambitio, laborum, & ærumnarum plena, & quæ multa tẽporis iactura, & commoditatum impensis emit dubium, & volaticum honorem. Est & ambitio, solicitudinum non mediocris materia. Ad maiorum occursum decrescit, vt crescat, æquales velut maiores suspicit, vt maior illis fiat; minoribus officiosiùs adulatur, vt ita omnes subornet, & omnibus maior fiat. Patriæ extorris, magnis impensis curiam frequentat: curiales diuitans, se & suos depauperat, deliciarum exul, vanissimis spebus frustrà deliciatur, imò torquetur exspectatione. Nec possessione bonorũ suorum fruitur, vt fruatur expectatione honorũ, quos vel ad tempus, vel ratò, vel nunquã assequetur, certáque possessione anxiè mercatur incertam spẽ. Et (vt semel dicam) studium honoris respirare non finit ambitiosum. Antiquus ille, & callidus serpẽs inuidens homini delicias Paradisi, & insidiãs innocẽtiæ felicitati, 119.

Genes. *Ambitio vel rei possessio, molestissima est.*

vafer

vafertimè adoritur hominem? Genesis cap. 3. v. 5. sic fatus: *Eritis sicut Dij*, idest, Sicut Deus, vt proceres interpretum ex Hebræa radice commentátur: ô stultam suggestionem, & ignorationis plenam! Nonne homo sicut Deus creatus est, Deo similis, & Dei imago? Genesis 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, & statim v. 27. *Ad imaginem Dei creauit illũ*. Ergo Adamus est similitudo, & imago Dei. Quid igitur dæmon illi suggerit, vt ambiat esse sicut Deus, qui imago, & similitudo Dei est? Fatuè ambiat quis, quod securè possidet, & naturaliter habet: Nã ambitio negotium est honoris absẽtis, nõ studium possessæ sublimitatis. Nisi forte quis ambiat, quod ita habet, vt non possit illud non possidere. Non multùm negotij facesset hæc ambitio. Verùm enimverò hæc Dæmonis instigatio, exaggeratio est molestiarum ambitionis. Nimirùm astutus Dæmon vel dignitatis possessæ suggerit ambitum, vt ita infeliciter hominem in statu innocentiæ felicissimũ. Porrò vsqueadeò molesta, & ærumnarum plena est ambitio, vt etiam ambitio rei non possidendæ, sed iam possessæ, infelicitas sit. Sic enim ambitio homines agitat, angit, & vexat, vt vel ambitus rei obtentæ, sit calamitas intolerabilis. Vndè malus, & astutus Dæmon homini felicitatem inuidens, suggerit studium ambitionis, vt sic illum infeliciter, deprauet, depauperet, dedecoret, & omnigena calamitate diuexet. Nam studium honoris non tam ambitio dignitatis est, quàm calamitatis.

Genes.

120. Isaiæ 14. v. 12. *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo, in cœlum conscendam.* Concors interpretum, & Theologorum sententia est (vt aliàs probabam) Angelos apostatas in cœlo fuisse creatos. Ergo si in cœlo sunt cùm superbè delinquunt, quo pacto ambiunt cœlum conscendere? In cœlo sunt, & ambiunt esse in cœlo? ô stultam ambitionem, & intellectu Angelico non dignam! Quis ambiat præeminentiã, quam possidet? quis procuret possidere quod habet? Profectò ambitio res est honoris non possessi, & appetentia non obtentæ dignitatis. Aut Angelus nescit, quod possidet, aut ignorat, quod ambit; palam stultescit quando superba spe extimulatur ad ambitionem rei possessæ. Verũ sic infelicitatur Angelus vel rei possessæ ambitione, vt superba ambitio ex Angelo dæmonem fecerit, mirabili metamorphosi, non naturæ, sed pœnæ. Nempe Angelus, qui ante ambitionẽ rei suæ, felix erat, vbi vanissimo ambitu ventosissimè superbiit sic deprauatus est, vt degenerauerit in dæmonem, & dæmonis calamitates subierit. Quasi ambitio fuerit diabolorũ matrix, & dæmonum origo, & feralium cruciamentorum seminarium. Sic angit, sic infelicitat, sic torquet ambitio, vt vel ambitus possidendi rem iam possessam, tot gehennalibus pœnis addixerit dæmonem! Et qui in cœlo est, dum ambit in cœlo esse, obnoxius sit pœnarũ diaboli. Ita multiplicat pœnas ambitio! quæ arbitrium est molestiarum, & laborum ingenium.

Isaiæ. Ambit diabolus habere quod possidet.

121. Insignis est Tertulliani locus (alioqui expendendus) ex Apologetici cap. 42. vbi sic scribit *Non emo capiti coronam.* Frigidè ita scribitur. Perplacet aliquorum scriptio apud Pameliũ ibidem: *Non emo capite coronam.* Planè emphatica, & plena acuminis sententia: vt Tertullianus ingeniosè cohibeat ambitionis studium. Quasi dicat: Stultè quis dabit caput in coronæ pretium, & capite coronam mercabitur: nã sic, quis vsus erit rei coëmptæ tanto pretio? Porrò corona non est ornamentum, aut pedis, aut manus, aut scapulæ; sed vnius capitis. Ergo si quis dat caput in coronæ pretium, magno emet coronam sibi inutilem, & nulli vsui futuram. Itaque hoc modo Tertullianus interdicit superbis ambitum: eos adhortãs, vt non sic ambiant honorum munera, deliciarum voluptatem, opum superbiam, vt dent caput, seu vitam, vt coëmant hæc bona. Nam sine capite, aut vita nihil prosunt hæc bona. Non sic insaniat ambitio, vt coronæ basim impendat pro corona: vt vitam donet pro re ambita. Habebit fortè coronam, quam ambit, sed capite truncatus, & vita priuatus. Vnde inutile bonum ambit; imò molestum bonum, quod hominẽ capite, & vita priuat. Et ita ambitio pœna capitis est, & priuatio vitæ, & ambitiosus viuum cadauer erit; viuum ad labores, mortuum ad honores: siquidem *emit capite coronam.* Arphaxadus hic Mediæ Satrapa, rebellauerat aduersùs Nabuchodonosorẽ dominum suum, vsurpauerat Medorum regnum sibi creditum: præmunitam extruit Ecbatanæ arcem, ambitione possidendi regnum, quod possidebat. Vnde ambitiosus Arphaxadus non dicitur hic, v. 4. verè felix, gloriosus, & potens; sed *quasi potens*, quasi gloriosus, quasi felix. Ambit enim quod habet. Et ita vel ab eiusmodi ambitione angitur, cruciatur, infelicitatur. Nã ambitus rei etiam possessæ, infelicitas est, pœna est, calamitas est.

Tertul.

Pamel.

Ambitiosus non amittatur basis rei ambitæ.

Corona non est emenda capite.

Iudith.

§. XXII.

Quo tempore acciderit hæc historia, & quis hic Nabuchodonosor?

Vers. 5. Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor Rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum

Vers. 6. In campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratem, & Tigrin, & Iadason, in campo Erioch Regis Elicorum.

SCABROSA planè res decernere quo tempore hæc Historia acciderit, sed necessariò tractanda; quia ex illa pendet, quis hic Nabuchodonosor, & quis ille Arphaxad: Non ero pugnax contra Reinecium, & VVittaherum, & eiusdem fæcis; homines, planè hæreticos, & quos expugnauit valenter Bellarm. lib. 1. de Verbo Dei, cap. 12. & Gretseros in eius loci defensione. Serarius hic proleg. 1. & quæst. 2. & 3. Pacatè cum nostratibus velitabor. In duas classes partior sententias. Prior seriò affirmat ante captiuitatem Babyloniecam accidisse. Ita Canus de loc Theolog. lib. 11. cap. 6. Carion in Monarchia secunda, Salmer. tom. 16. epistol ad Tuccium, Bellarmin. Gretſ. & Serar. vbi supra, Pererius l. . in Daniel, Gordon. in Chronolog. ad annum 3507. Salian. Genebrard. in Chronico, Ioan. Benedictus, & apud ipsum Ziglerus: etsi varij sint in assignando tempore: Christoph. à Castro in Osee 2. v. 10. Bonfrerius, & Tirinus.

Vers 5. 122.

Bellarm. Gretſ. Serarius. Ante captiuitatem accidisse hanc Historiam. Canus. Carion. Salmero. Bellarm. Gretserus. Serar. Pererius. Gordo. Salianus. Genebr. Benedictus. Zigler. Bonfrerius. Tirinus.

Posterior

Eusebius. S. Augustin. Chronic. Alexand. Sulpic. Zonar. Raban. Glycas. Otho. Suidas. Driedo. Pseudoph. Hugo. Dionys. Ribera. Medina. Sanctius. Tottolet.

Posterior sententia, cui assentior, post captiuitatem contigisse decernit. Ita Eusebius in Chronica ad ann. mundi 4674. S. August. de Ciuit. lib. 18. cap. 26. lib. de sex Ætatibus, & Chronic. Alexand. vbi traditur, vt communis Hebræorum, Seuerus Sulpit. Zonatas, Rabá, Glycas, par. 2. Annal. Otho Frixi. lib. 2. c. 15. Suidas verbo Holophernes. Driedo lib. 1. de Scripturis, cap. 2. part. 2. Pseudophilus apud Canum suprà Hugo, & Dionys. hic Ribera in cap. 1. Nahum. Medina de recta in Deum fide, lib. 6. c. 15. Sanctius hic proleg. & nouissimè Barthol. Tortoletus lib. 5. Iudithæ vindiciis.

123. *Post captiuitatem Babylonicam accidisse, hanc Historiam probatur.*

Adstruitur hæc sententia primò; quia in hac Historia, nulla fit Regis mentio in bello administrando, at res bellica semper Regum negotium est. Cur ergo bellum hoc periculosissimum gereretur à Pontifice maximo Heliachimo, si tunc temporis Iudaïcum imperium penes reges esset? Respondent quidam aduersariorum, tunc regem esse Manassen, qui postquam restitutus fuit regno, vacauit impensè religioni, & ideò rem belli commisit Pontifici maximo, viro industrio. Non assentior: neque enim Manasses deses fuit, sed vir acri ingenio. Et quidem postquam regno restitutus est, circumcinxit Hierosolymam muris, aut potiùs muros reconcinnauit, vt habetur 2. Paral. 33. v. 14. *Post hæc ædificauit murum extra ciuitatem Dauid, ad Occidentem Gihon in conualle ab introitu portæ piscium per circuitum vsque ad Ophel, & exaltauit illum vehementer, constituitque Principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis.* Qui vacans orationi, & pœnitentiæ istiusmodi rē bellicam absque hoste curabat, ad præsentiam Holophernis, deses torperet? Imò quid aliud præstitit Pontifex quàm reædificare murorum ruinas, & adhortari populos ad defensionē? Respondet Tirinus, Regem Manassem fortè tūc temporis ægrotare. Sed quis non videat hanc coniecturam non benè valere? (2. Paral.)

Iudith. *Secunda ratio.*

Secundò, quia Heliachim, qui hîc, cap. 15. v. 9. dicitur Ioacim, tunc erat Sacerdos maximus, hic autem Ioacim soluta captiuitate Sacerdotio fungebatur: Porrò hic Ioacim filius fuit Iesv filij Iosedech: vt constat ex libr. 2. Esdræ c. 12. v. 10. vbi dicitur *Iosue* (idem est ac Iesvs) *genuit Ioachim, & Ioachim genuit Eliasib.* Hic autem Ioachim templum extruxit vna cum Zorobabele, vt cōstat ex Eccli. cap. 49. v. 14. *Quomodo amplificabimus Zorobabelem, &c. & Iesvm filium Iosedech, qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino?* At templum reædificatum est anno sexto Darij, vt constat ex libr. 1. Esdræ c. 6. v. 15. quo tempore nōdum Sacerdotio fungebatur Ioacim, quia superstes erat eius pater Iesvs. Hoc argumentum debes Sanctio, quod latiùs tractat proleg. 3. Quo planè cōuincitur post solutam captiuitatem Ioacim Sacerdotio fungi. (2. Esdr. — Eccli. — 1. Esdr. — Sanctius.)

124. Iudith. *Tertium argumentum.*

Tertiò, nam hîc, cap. 5. dicuntur Israëlitæ ante hoc bellum, fusi multis præliis, & iterum *possidere Ierusalem*, & in Græco habetur, templum euersum. At ante captiuitatem non amiserunt possessionem Ierusalem, nec templum dirutum fuit: ergo hæc Historia non potuit accidisse ante captiuitatem Babylonicam.

Iudith. *Quartum fundamentum.*

Quartò, quia in hoc lib. c. 16. v. 30. dicitur: *In omni spatio vitæ eius*, (Iudith.) *non fuit, qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis.* Iuditha verò formosissima erat tunc temporis, & *puella* dicitur hîc, c. 12. v. 12. & vixit *Centū quinque annos*, cap. 16. v. 28. demus illi ætatis triginta annos cùm iuit ad Holophernem: vsque ad centum quinque, restant septuaginta quinque; adde; *post mortem eius annos multos*, & conflabitur proculdubiò centenarius numerus, quo potitus fuit Israël altissima pace. Num tempore Ioacim Regis Iuda, hæc pacatissima à bello trāquillitas? qui debellatus est, & in captiuitatem actus; imò neque à Iosia Rege vsque ad captiuitatem, hæc annorū spatia fluxerunt. Recurrunt ad Manassis tempus, nec tunc multos annos à bello immunes transegerunt Israëlitæ. Et mihi robustioris argumenti instar est, in eas angustias redactum sapientissimum Serarium in c. 6. vt non vereatur fateri Iudithā, cùm descendit ad Holophernem, stupētibus Assyriis eius pulchritudinem, & cùm puella audiebat, annosam vetulā fuisse, & tunc agere quadragesimum quintum ætatis annum; & quidem vltra trecentos annos post ætatem Dauid, qua ætate octogenarius, senio confectus habebatur. Plura, qui volet legat Bellarm. Grets. Serarium, & Sanctium. De quo agemus ad cap. 8. v. 7. (Serar. — Bellarm. Gretser. Serarius. Sanctius.)

125. *Nabuchodonosor hic, est Artaxerxes.*

Ergo hæc Historia accidit sub Nabuchodonosore aliàs Artaxerxe, qui fuit successor Istaspis ante Artaxerxem Longimanū, qui imperauit annis vno, & viginti, ad annū à mundi natalitiis 3500. In hoc imperium incidit Sacerdotium Eliachim, quod mirè congruit narrationi huius libri. Hic Nabuchodonosor fuit ille potentissimus Regum, qui infeliciter bellum intulit Græcis: ventosissimus, quippe qui in hoc libro, non modò Deum, sed vnicum Deum haberi ambiuit, stolidissimus vt qui ob tempestatem obortam, tecenta Hellespōto verbera infligi iussit, & in pelagus par cōpedum dimitti, & stigmata ponto inuri. De quo plura Herodotus, Iustinus, Diodorus, Orosius. (Herodot. Iustinus. Diodor. Orosius.)

Respondetur primæ obiectioni.

Contra hāc nostram sententiam nonnulla obstant: quæ iam expedio Primum: Rex iste appellatur Nabuchodonosor; at Nabuchodonosoris nomen non est proprium nomen Regum Assyriæ; aut Persidis, sed alicuius Regis Babyloniæ: at cōstat eiusmodi Regem imperasse Persis, & Assyriis in Niniue. Verùm hoc telum contra aduersarios retorqueo. Neque enim Nabuchodonosoris nomen in Scripturis auditum est ante captiuitatem Babylonicā; ergo ante captiuitatem nō erat Nabuchodonosor. Porrò Nabuchodonosoris nomen proprium erat Chaldæorum Regum, (quod aduertit Sanct. Proleg. 5. n. 15. nam sicut Persarum Reges Xerxes vocabantur, sic Chaldæorum, Nabuchodonosores; sic Reges Ægypti Pharaones, & mille alia suppetūt exempla, quæ adduxi in hoc c. § 3. ad quod nisi aduertas, offendes passim in intellectu Sacrorū librorum. (Et cùm Rex hic imperaret non solùm Persis, & Assyriis, sed etiam Chaldæis, rectè vocatur Nabuchodonosor. Nota Chaldæorum Reges, quorū metropolis erat Babylon, appellari Nabuchodonosores ab antiquo Nabonassare. Lege Iosephum Scaligerum lib. 5. de emend. temp. (Sanctius. — Ioseph Scal.)

126. Iudith. *Fit satis obiectioni secundæ.*

Secundò obiicis, ante hunc annum 3500. iam erat euersa Niniue; ergò Nabuchodonosor non potuit regnare in Niniue; & tamen dicitur; *Qui regnabat in Niniue ciuitate magna.* Vrbs autem euersa hostili impetu, nec regni caput, nec Regis sedes esse potuit. Non nego iam diu Niniuem euersam, vt cōstat ex libro Tobiæ Sed euersa dicitur, quia ab hostibus capta fuit, & magnam iacturam passa in ædificiis, à maiestate pristina decidit, & iam subacta tributū pendere coacta fuit Babyloniis, quibus ipsa imperare, & tributa, & leges

ges imponere solebat. Certè hæc iactura restaurari potuit longo tempore: nam vsque ad hæc tempora centum septuaginta anni effluxêre ab eius euersione, & vt erat superba quondam vrbs, eligi potuit in sedem Regis, & regni caput Sic Babylon, sic Ierosolyma, sic Roma, vrbes euersæ ad amplitudinem pristinam restaurate, Magnæ sæpè audierunt, & superbè floruerunt.

Tertiò non parum incommodare videtur huic nostræ opinioni, quia hoc tempore, quod assignamus post captiuitatem, nullus iam erat medorum Rex; quomodo ergo Arphaxad Mediæ Rex dicitur, quocum pugnauit Nabuchodonosor? Verum grauis & benè fundata est Sanctij coniectura, Arphaxadum hunc Præfectum fuisse Medorum Satrapam: qui cum a luertisset Dominum suum Nabuchodonosorem aduersa fortuna a ïuersus Græcos pugnasse, & malè concisum, eius exercitum fugatum, & auctoritatem imminutam; in spem regni elatum, in Nabuchodonosorem rebellasse, & Mediam, quam proregis nomine moderabatur, in regnum assumpsisse. Quod fecerat olim primus ille Medorum Rex Arbactos contra Sardanapalum, & Artabanus contra hunc met Artoxerxem, seu Nabuchodonosorem, de quo Iustinus lib. 3. Nam re infeliciter gesta apud Græcos cœpit suis contemptui esse Nabuchodonosor. Contra hunc Arphaxadum, qui regnum Mediæ sibi vsurpat Regis nomine, valido exercitu comparato, pugnauit Nabuchodonosor, anno duodecimo regni sui, postquam refecit vires, quæ imminutæ valde erant ab Græcorum expeditione.

Sanct.

Quis Arphaxadus?

Iustin

117. Veri. 5. *Niniue ciuitate magna.* Niniue iure appellatur *ciuitas magna*, sic dicitur Ionæ 4. vers. 3. *Niniue erat ciuitas magna, itinere trium dierum,* sic alibi sæpè. De qua sic Diodorus lib. 2. In Syriam copias ducens Ninus, opportunum locum ad vrbis magnæ constructionem delegit. Cùm enim quam ante ipsum alius vllus, illustriora gessisset, talem studebat magnitudine vrbem cōdere, vt non modò earum, quæ tunc in toto terrarum orbe essent, foret maxima, sed etiam vt eorum, qui posteà futuri erant, alius nullus, etiamsi adniteretur, superare posset. Ipse verò copias vndique, rerú eque propriarum apparatum congregans, super Euphratem fluuium, vrbem condidit benè muratam. Figuram ipsius constituens altera parte longiorem. Habet verò vrbs longiorem laterum, 150. stadiorum, breuiorem verò 90. Ideóque cùm totus vrbis ambitus ex 480. stadiis constaret, spe ille sua frustratus non est. Tantam enim vrbem, nemo posteà ædificauit, neque quoad ambitus magnitudinem, neque quoad ipsam muri magnificentiam. Habebat in altitudine muros pedes centum, in latitudine ternos vna currus poterant equi trahere. Omnes verò turres numero erant mille, & quingétæ. Altitudinem verò eæ habebant pedum ducentorum. Benè ergò *Magna* dicta est. Cùm eius ambitus 20. leucas Hispanicas omninò habeat. Basil Seleuc. Orat. 11. *Orbis instar* appellauit Niniuem. Aduertit Serarius hic, cap. 1. quæst 6. cùm Ionæ 1. & 3. dicitur Magna, Hebraïcè non simpliciter Magna, sed Magna Deo, id est, in conspectu Dei, seu verè Magna. Quod enim tale in conspectu Dei dicitur, verè tale est

Ionæ.

Diod.

Niniue superba magnitudo.

Basil. Seleu
Serar.
Ionas.

118. Textus Græcus apud Serar. q. 10 sic habet (à quo non discrepant Septuag. Bibl. Reg. Vatablus etsi verbis dissentiant.) *In bello suo roboratus est Nabuchodonosor, & omnem Arphaxadi potentiam & omnem equitatum eius, & omnes currus eius euertit: & ipsius vrbium Dominus factus est: & Ecbatana vsque peruenit, & potitus est eius turribus, plateásque vastauit, & ipsius ornatum ad eius opprobrium redegit: & cepit Arphaxadum in montibus Ragau, & iaculis eum suis confixit, ei quoque prorsus perdidit, & exterminauit vsque in diem illum.* Aduerte omnes versiones è textu Græco habere non *anno duodecimo Nabuchodonosor,* sed *anno septimo, & decimo.* Mendosè quidem, vt alij numeri apud ipsos. Ex his commentari possumus verbum illud. *obtinuit eum,* Carthusian *vicit,* interpretatur, nempe cepit Arphaxadum, iaculis à se, vel à suis potiùs confixum. An victum Arphaxadum statim neci dederit, an maius sui dedecus seruarit viuum ad ignominiosiores, & ærumnosiores ipsa morte calamitates, quis decernat? Audeat quis dicere viuum seruasse Arphaxadum, nam historia Scholast. in Iudith. narrat hunc Nabuchodonosorem noluisse in lectica vehi, nisi subcollantibus Regibus Tametsi apud Græcos codices iaculis confixus dicitur, forte extinctus non fuit.

Bibl. regia
Vatabl.

An Nabuchodonosor occiderit victū Arphaxadū?

Carthus.

Hist. Schol.

In campo magno, qui appellatur Ragau. Designatur locus aptus vbi duo potentissimi exercitus dimicarent: *In campo magno Ragau.* in Græco habetur, *in finibus,* aliàs *in montibus Ragau,* & indicantur montes, & planities Ragarum; quæ Rages appellatur Tobiæ 5. vers. 8. vbi Raphaël Angelus, sic Tobiæ *Respondit: Noui viam in regionem Medorum, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages ciuitate Medorū, quæ posita est in monte Ecbatanis.* Ecce Rages, seu Ragau dicitur Medorum ciuitas non longè ab Ecbatanis. Quæ verba Tobiæ, v. 8. sic habentur in Hebræo textu: *Est iter duorum dierū ab Ecbatanis vsque ad Rages: & Rages quidē est in montanis, Ecbatanis autem in planitie campi.* Satis ad rem. Cæterùm Ragau, seu Rages locatur iuxta Euphratem, & Tygrin, & Iadason; quia non valde distant. Duo primi fluuij, vt nobiles sunt, ita & omnibus noti; non sic Iadason. *In campo Erjoch Regis Elicerum,* quidam legunt ex Græco textu *Regis Elymorum;* & sic erit repetitio, & explicatio præcedentis sententiæ; cùm Ragau ad Elymaidem spectet, vt tradit Strabo lib. 15. & 16 & Ptolom. c. 5. lib. 6. Non reiicio cuiuspiā suspicionē, qui existimat *Erjoch* non esse nomen propriū loci, sed appellatiuum ex Hebræo retentum, vt alia multa; nam *Arjoch* Hebræis longum & extentum significat: & ita in campo Arjoch, idem erit, quod in campo longo seu extento.

Vers. 6.

Tob.

Strob.
Ptolo.

Ecce venustissima vrbs Ecbatana, arce & muris munitissima, vastata est, & solo æquata, & ad parietinas redacta:

Mors etiam saxis, nominibúsque venit.

Similem vrbium ruinam in quodam Græciæ tractu prospiciens ille quicumque apud Tullium lib. 4. epist. lamentabatur, quòd *vno loco tot oppidorum cadauera proiecta iacerent.*

---

§. XXIII

Regi aut Superior acerbiori morte pœna est, illum à munere deponere, vt vitam priuatam deinceps agat.

119. MInarum plena vox est, Sap. 6 v. 6. in regulos, & Superiores. *Horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt*

Sap.

sunt, &c. *Potentes potenter tormenta patiuntur.* Dura superioribus, & horrenda ingruunt supplicia; magnitudo pœnæ magnitudinem exæquabit potestatis, & honoris. Placet peruestigare, quænam sint hæc horrenda tormenta, quæ potentes potenter patientur. Ego in ea sum sententia, vt existimem, nihil durius, nihil horrendum magis accidere posse superiori in hac vita, quam vt deponatur ab officio, & culmine dignitatis. Nam assuetus erat imperitare aliis, quod dulce est, & plenum fastus; insuetus obedire hominibus, & alium omninò hominem supra caput suum habere. Omnes illi ridebant, adulabantur, plaudebant, & opima quæque offerebant illi, vt potè quo egebant omnes. Multus populus illi semper aderat impiger ad eius nutus, frequens ad comitatum, frequentior ad supplicandum vel rem liberalitatis, vel negotium iustitiæ. Ecce subitò hic met à culmine præfecturæ deturbatus, pro adulationibus, accusationes audit, obedientia succedit imperio; & frequenti apparitorum comitatui, iners solitudo. Audi Iobum cap. 20. v. 27. in re eadem sic loquentem: *Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.* Id est, omnes in Superiorem à præfectura depositum conspirabunt; cui si fortè homines parcant, vt cœli ipsi (vt nobiles: ita & pij) testimonium dicent contra ipsum; imò & terra, etsi pientissima mater, consurget aduersùs eum. Addit Iobus: *Relictus affligetur in tabernaculo suo.* Quasi dicat. Ille qui quondam populorum cateruis comitatus arroganter incedebat, cui frequens populus semper aderat, *relictus in tabernaculo suo affligitur* acerbè. Ecce durum & horrendum supplicium, vel ex hac parte prorsus intolerabile, & præ exilio, proscriptione, & nece extimescendum Præpositis, nempe depositio à munere.

Superior munere functus solus relinquitur.

150. Huius veritatis sit locuples testis Moyses, Israëliticæ gentis Præfectus, & pius, & sapiens, sed imperari diu assuetus. Num. 11. v. 14. Tolerando defessus erat Moses illiberalem populum, & pernicacem; ad delicias, & murmurationes pronum, sic Deum alloquitur: *Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi: sin aliter tibi videtur, obsecro, vt interficias me.* Quasi dicat: Res intolerabilis mihi est Israëliticum populum regere; aut elige alios, qui me in gubernando iuuent, & supræfecti mei sint: sin aliter decernis, obsecro, interfice me. Vnum è duobus mihi concedendum est, aut præbe mihi supræfectos, qui me in præfectura adiuuent, aut concede mihi, vt moriar. Sed obsecro, disertissimè Moses, non benè disiungis; nam aliud membrum superest, alia via planior reliqua est. Ais: gubernando defessus sum, aut concede mihi subpræfectos, qui me adiuuent, aut interfice me. Non restat alia via, qua exonereris? restat sanè, & quidem planissima; scilicet vt alius è primoribus populi in locum tui eligatur; induciæ tibi à labore concedentur, & vt priuatus viuens gubernationis depones onus, & à strepitu fori, & militiæ attenus, tibi soli vacabis ... otio. Cur inquis: concede mihi subpræpositos, aut interfice me? & non ais, aut subroga alium in mei locum, qui populum regat? Apage, præstat mori, quam hominem imperare assuetum, priuatam viam agere. *Non affligar relictus in tabernaculo meo*: quæ afflictionum, & ærumnarum est maxima, & præ morte (quæ vno ictu ferit) expauenda, vtpotè miseriarum origo, & mater acerba: ô quot Præfectos peremit hæc Regum vox, *Idos à descansar!* Requies dicitur, & metus labor est, & ærumna mortem adsciscens. Ioann. 12. vers. 31. *Nunc princeps huius mundi eiicitur foras.* Nunc ait Christus, diabolus eiicietur è mundo: Quò ibit è mundo expulsus? Nullibi erit, qui in mundo locum non habet. *Dæmones sunt mundi Rectores tenebrarum harum.* Rectoris munus illi adimitur, & sic extra mundum exterminatur. Ita Sanct. Thomas. *Eiicit diabolum de mundo ipsum ab eius potestate eripiendo.* Diabolum de mundo eiicit, auferens ab eo potestatem, seu præfecturam in homines. Sic dicimus Hispanè de homine ærumnis oppresso: *No le cabe el mundo.* Qui à præfectura deiicitur, in mundo locum non habet, extra mundum exulat.

Num.

Superior præ morte timet à munere deponi.

Depositus à principatu extra mundum eiicitur.

Ioann.

S. Thom. serm. in Domi. 1. Quadrag.

151. Hinc viuaciùs apparet vis illorum verborum, quæ Iob. 36. vers. 12. habentur. *Prudentia eius* (id est Dei) *percussit superbum.* Et quidem Iustitia Dei solet castigare. Quod si supplicium sit peracerbum, ab ira diuina dicitur proficisci; si verò leue, & citra facinus, à Misericordia. At speciatim à Prudentia Dei supplicium infligi insitatum videtur. Fateor, sed valde ad rem, quam verso dicitur superbia Præfecti puniri à Diuina Prudentia. Nam iustitia & ira apud homines fulminant supplicia ardore potentiæ, & iracundiæ. At Prudentia non adeò præceps est, sed cunctanter agit cũ Potente, & illum à fastigij altitudine, & potentia deponit, & è priuatione fastigij dilatat suppliciũ, & punit acerbiùs. Quæ pœna tam grauis visa est Iobo sapientissimo, vt ne temere, & præcipitanter à Deo inflicta videretur, monendos nos voluit, à Prudentia profectum fuisse supplicium eiusmodi. *Quia iudicium durissimum his qui præsũt fiet*, id est, *iudicium pertinax*, & *sapiens.* Sic scribit Ceruantes inibi. Supplicium *pertinax*; quia sæpè non punitur nece, sed ipsa vita agenda deinceps priuatè; *sapiens* supplicium; quia Deus prudentia, & arte istiusmodi pœnam adinuenit, qua & diuturnius, & acerbiùs castigetur. Sic Nabuchodonosor ira percitus in Arphaxadum infidum, & rebellem seruum, eum fortè non trucidauit, sed à culmine regni deturbatum, ad priuatam, & miseram vitam compulit; sic dicitur: *& obtinuit eum*, nec dicitur, peremit. Vnde prudentissimis, *& potentissimis, & in altum sublatis hominibus excidere voces videbis, quibus otium* (à munere) *optent; laudent, omnibus bonis suis præferant. Cupiunt interim ex illo fastigio suo, si tutò liceat, descendere. Nam vt nihil extra lacessat, aut quatiat, in se ipsa fortuna ruit.* Verba sunt Senecæ. Nimirùm hæ voces excidunt, sed nunquam sponte dignitas excidit.

Iob.

Acerbissima est pœna Præfectum deponere.

Ceruant.

Non est credendus Superior aiens se præcupere à munere deponi.

Seneca de Breuit. vitæ cap. 4.

---

§. XXIV.

Acerbissima pœna est, ab imperio deponi imperare assuetum.

152. Si ambitionis via, lapsus est, eius terminus præcipitium erit, & ruina: quisquis in fastigio dignitatis eminet, imminet casuro similis. O insane quid ambis malefidam sublimitatem! Quod Fortuna potest dare, & eripere potest. Malo non dederit: ne possit eripere quod dedit. Nam si eripere potest, & eripiet ab agnata inconstantia alternãdi vices. Fortuna enim malo suo in peruersum solers est: ambit præcipitare, quos sublimauit ambitio.

Periculo

Periculosiùs cadit, qui è sublimi fastigio cadit. Heu, quàm ægrè ferunt homines cadere à dignitatis throno! Mortis instar est, quies vitæ priuatæ, ei qui assuetus erat negotiis principandi. Dũ præfectus culpat dignitatem, à qua præest, sæpè non sibi, sed aliis viuere cogitur, occupatus rerũ alienarum negotioso tumultu. At cùm præesse desiit; tabescit, dũ non viuendo aliis, nec sibi viuere potest, qui ambitione viuebat. Itaque depositus viuit mortem, vt cadauer viuum, & cùm priuatus est, se esse nõ putat. Gen. 1. v. 6. *Dixitque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.* Ardua in primis quæstio est, quo pacto verè dicatur à Moyse, *Firmamentum* factũ fuisse in secunda die, cùm fabricatum sit die prima: *In principio creauit Deus cœlum, & terrã.* Quomodo nunc dicitur factum cœlum, cùm iam factum sit? Planè actum agit, qui iam conditum cœlum denuò condit. Subtiliter hanc difficultatem versans Lyranus, ita scribit, expendens illud, *Fiat firmamentum. Istud fieri non intelligitur secundum formam substantialem, sed intelligitur secũdum aliquam qualitatem ipsius firmamenti: Dicit Rabbi Salomon Hebræus, quod est soliditas. Alii autem dicunt, quod ista qualitas est quadam virtus ad influendum super elementa, ad ipsorum conseruationem, & gubernationem* Nempe cœlum, quod elementis, & mixtis supernè præsidet, non dicitur factum esse dum fit, sed cùm virtutem accipit ad gubernandum. Quandiu erat sine virtute ad gubernandum, verè existebat, cœlúmque erat. At quasi antè non esset, tunc dicitur denuò fieri, cùm denuò accipit potestatem ad regendum, & vim ad *gubernandum.* Ac si ante hanc potestatem verè & *solidè* non esset cœlum, sed cœli vmbra, aut cadauer cœli: videtur enim cœlũ, nomen, & substantiam fœnerari à Gubernandi potestate. Quippe olim productum, tunc dicitur fieri, cùm sublimatur principandi potestate. Audis accidentariam gubernandi vim, dici nomen, & substantiam rei? Sic torpescit ac penè desinit esse, dum destinata gubernatione tantisper fraudatur, ô ingenitam vel rei inanimatæ ambitionem.

Gœnes. — *Cùm præficitur cœlum tunc effici dicitur.* — Lyra. — R. Salom.

133\. Fugiẽs Herodis iras puerulus IESVS, exulabat in Ægypto, Herode vita infeliciter functo, felix paratur reditus in patrium solum. Mathæi 2. vers. 19. *Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel.* (Aduerte ad Angeli rationem) *Defuncti sũt enim qui quærebant animam pueri.* Vnus Herodes æmulationis obsequio, crudelissimè infantem IESVM quærebat ad necem, vnus itẽ Herodes mortuus est, quomodo verè dicere potuit Euãgelista, *defuncti sunt, qui quærebant animam pueri?* Fortè Herodes vnus plures erat? Quis pluralitatem in vnitatẽ cogat? Facilius vnitas indiuiduã singularitatem scindet, quàm pluralitas stringatur in vnitatem. Quo igitur pacto, quia Herodes defunctus est, *defuncti sunt qui quærebant animam pueri?* Proceres recentiorum putant esse syllepsim, qua dum de vno loquimur, vtimur numero plurium. Facilè parabilis solutio ad plura Bibliorum dubia. Hugo Cardinal. acutè rem meditatus est, his verbis, *Scribæ, & Pharisæi mortem pueri cum Herode meditabantur. Vnde Scribæ mortui sunt quoad potestatem.* Mortuo inquam, Herode Rege, Scribæ, & Pharisæi Regis familiares, deposuêre potestatem, qua principabantur populo, & persequebantur puerum IESVM. Ergo quia Scribæ, mortuo Herode, dominari desierunt, ideo mortui dicuntur: *Nam qui mortui sunt quoad potestatem,* mortui dicuntur ab Euangelista, aiente: *defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri*: Quia qui potestate functus est, vita functus videtur, etsi viuat adhuc. Quasi Præfecti vita sit dominandi potestas, quæ si expirauit, & ipse quoque expirasse dicitur.

Matth. — *Depositus à sublimitate, defunctus dicitur.* — Mald. — Hugo Card.

134\. Hinc oboritur lux aliqua celebri loco ex libr. 1. Reg cap. 15. vers. 32. vbi Saül iubente Domino mittitur vastare Amalecitas; at ille deuictum regem Agag non peremit, sed eundem à regno depositum vita donauit. Confestim affuit propheta Samuel, & remotis arbitris secretò expostulat cum Saüle: mox iubet vt adducatur Agag: *Et oblatus est ei Agag pinguissimus, & tremens. Et dixit Agag: Siccine separat amara mors?* Ferè conuenit inter expositores τὸ *tremens*, non esse tremorem à metu: iam enim desæuierat belli furor, & vita donatus fuerat à rege Saüle. Neque quispiam nouerat quod Samuel tacitus decreuerat. Vnde Vatablus, & Mariana non vertunt ex Hebræo, *pinguissimus, & tremens*, sed *Agag deliciarum*, nec dissentit Caietanus, & reliqui Hebraïzãtes. Dicitur autem *tremere* à nimia pinguedine, & teneritudine facta ex regalibus deliciis, quibus nimis assuetus erat. Quorsum ergo *Agag deliciarum*, idest, deliciis affluens, (magnificè enim eum tractabat Saül) dixit tunc, *Siccine separat amara mors?* Planè nullus sermo illo vsq; de morte, habitus fuerat (vt liquet ex textu) & de morte quæritur? Verùm etsi vita donatus fuerat à Saüle, tamen regno spoliatus fuit; vnde inter mortuos computatur. Nam vt bellè dixit Hugo nuper allegatus, *mortuus fuit quoad potestatem*: mortuus autem quoad potestatem, iam subiit amaram mortem, depositus enim à regni fastigio, est cadauer viuũ: cadauer, quia amarior morte est ei vita priuata; viuum autem, quia acerbè fert viuere eiusmodi mortem. Sic calamitosum est Principi vel præfecto imperitare assueto, priuatè agere, nulli imperare, alterius imperio subiici, vt mortuus dicatur à defunctione muneris. Vnde fortè in sententia Serarij, Bellarmini, & Gretseri, asserentium hanc historiam contigisse sub rege [illegible] se, nulla Regis fit mẽtio; sed Ioachimi Sacerdotis, & Oziæ Præfecti Bethuliæ. Defunctus enim censebatur Manasses adhuc viuens, quia semel à regni solio depositus fuerat, & compulsus priuatam agere vitam.

Agag Rex depositus, vt mortuus habetur. — 1. Reg. — Vatabl. — Mariana. — Caietan. — Serar. — Bellarm. — Gretf. — [illegible] — Iudith.

135\. Sub persona Regis Babylonis, graui sarcasmo irridet Lucifero Isaias c. 14. v. 12. *Quomodo,* inquit, *cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in terram,* &c. Plura, ipsáq; grauissima supplicia passus fuit refuga Angelus dum ventosissimè superbit in Deum, expoliatus fuit gratia, & iure ad cœlestem gloriam, damnatus fuit feralibus gehennæ incendiis, &c. & tamẽ Propheta cætera intermittẽs supplicia, cecidisse è cœlo dixit, & cœlesti solio, seu principatu priuari commemorat. Nũ reliquæ pœnæ dolorem non faciunt? Lucæ 1. v. 51. *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potẽtes de sede.* In quosnã fecit Deus hanc grandiorem potentiã, in qua omnipotentiæ suæ brachium potenter extendit? Cũ [illegible] dicam cum Theophylacto ibidem. *Angeli superbi fuere primi dispersi, & detracti, ex sedibus. Deposuit potentes de sede, Potentes,* idest, Angelos ait Theophylactus: *de sede,* idest, de throno, ait P. Maldonatus. En pergrãde, & peracerbũ, suppliciũ quod inter ferales Diabolorum pœnas hic maximè recẽsetur, videlic. *depositos* à sede, seu throno: *Deposuit*

Isaiæ. — *Inter gehennæ pœnas censetur depositio à throno.* — Lucæ. — Theophyl. — Maldon.

potentes de sede: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer? ô quàm intolerabile supplicium est, à sede deponi! siquidem dũ Deus fecit potentiam in brachio suæ omnipotentiæ, inter tot peracerba Dœmonũ cruciamenta, hoc etiam, refertur, vt omnibus innotescat, quàm durè puniatur throni depositione, qui tam superbè deliquit deitatis ambitione.

§. XXV.

Principatus depositio mors est, qua mulctatur Dæmon: hac inter acerbiores Christi Dei iniurias quadammodo computanda est.

136. QVàm paucorum vota explet Fortuna! sęper ferè fatua, pendula, dubia, fallax: si quem ad honorum fastigia sublimauit, lubricè fundat eius imperium, & periculum cadendi inquietat sublimitates. Vide an maiori in mœrore, cũ destituerẽtur honoribus, Præfecti fuerint, quàm hilaritudine cùm fruerẽtur cõmoda publici muneris incõmodãt priuatæ vitæ solitudinem: At securior extra sceptra semita est. Sed quis post depositum vltrò magistratum, placidè diu vixit? Bellè Seneca de Breuit. vitæ c. 20. *Turpis ille, qui viuendo lassus, citiùs quàm laborando, inter ipsa officia collapsus est.* Præstat ambitioso, mori in principatu, quàm viuere priuatè, & assueti gubernare *senectutem ipsã nullo alio nomine grauẽ iudicant, quã quòd illos seponit.* Adeóne iuuat imperando mori? Suspirat quis officium sponte depositũ, & delicias ærumnosi laboris inter otia cupit. *Turrianus*, inquit Senec. *fuit exactæ diligentiæ senex, qui post annum nonagesimũ, cùm vacationem Procurationis à Cæsare vltrò accepisset componi se in lecto, & velut exanimem à circumstante familia plangi iussit. Lugebat domus otiũ domini senis, nec finiuit antè tristitiam, quàm labor illi suus restitutus est.* Si tam grauiter tulit hic vacationem à Magistratu, quàm vltrò expetiuit, quã atrocius fertur ab inuito, & reluctante? Turpe illi videtur priuatam agere vitã, qui publice viuebat; & cui adulabantur cæteri, cogitur ad adulationẽ cæterorum. Iam præteritur inglorius, quem reliqui gloriosè stipabãt: otio laborat, qui labore deliciebatur: deploratur viuus, qui honoribus mortuus est. Nisi fortè muneris depositio acerbior morte pœna est. Scio Dœmonẽ dici à Paulo *Rectorem tenebrarũ harum*: ab eminentiori malitia sublimatum ad mundi præfecturã. Cæterùm ob instigationem protoparentum ad originale delictũ sententiam tanti flagitij à Deo audit, Gen. 3. v. 14. *Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ*: Quid est, *Terram comedes?* num alio cibo pascitur serpens? Dein, quæ est vita Dœmonis? nã per totum vitæ tempus hac pœna mulctatur. Ingeniosè ad rem præsẽtem Eucherius hîc, sic inquit: *Omnibus diebus vitæ tuæ, idest, omni tempore, quo agis hanc potestatem ante illam vltimam pœnam iudicij.* Itaque ex mente Eucherij vita Dœmonis est tẽpus, quo agit potestatẽ sui Rectoratus, & mores eius erit, cùm deponet muneris præfecturæ. Scilicet post diem iudicij retrudetur Diabolus in tenebricosũ Inferorum ergastulum, vbi deflagrabit gehennæ immani incendio, æterna mulctabitur morte. Et tamẽ dũ adhuc munus Rectoris obit, viuere perhibetur; & cùm à munere deponitur, planè dicitur mori. At mors sũma infelicitatum habetur, & calamitatum summa. Ac si dicat Eucherius: Cùm Dœmon Rectorem agit, etsi atrocissimis mãcipatus cruciamentis, tamẽ adhuc viuere, & respirare dicitur; cùm autem ab officio seponitur, tunc emori existimatur: nam muneris depositio, interitus est Rectoris. Etsi totam patiatur gehennam, adhuc dum imperat, viuit; viuere desiisse dicitur, cùm desiit imperare, quasi imperium eludat tormenta, & fallat pœnas.

Quàm graue sit magistratum illum deponere. Seneca.

Seneca supr.

Genes.

Rector viuit quandiu imperat.

Eucher.

137. Inter reliquas Iobi calamitates illa vel in primis deploranda est, quod deposuit regni diadema & purpuram cum nuditate commutauit: Prænaturè quodammodo æmulatus Christi Dei humilitatem, qua cùm esset à Diuinitate summus Rex, serui accepit formã. Super quo sic ait elegãter S. Zeno: *Hic ego patientiam Iobi memorare non audeo, ne quam Deus inter homines deputatus, patiatur iniuriam. Idonea laus enim non est etiam principatum ademis peræquatio.* Quasi dicat; cum Iobum paulò anteà Regem contemplor in calamitate priuatum hominem; mentem diuerto à Christo Rege, qui quasi relicta purpura, & sceptro, ac si foret priuatus homo, cõuersatus est inter mortales. Hãc planè magnã *passus est iniuriam*, & ferè nulla laude compensandam; quia illi cum cæteris hominibus peræquatio, quasi ademit principatum, ô quot iniurias tulit Christus Deus! Infans nascitur Dei Verbum, vagit fasciatus, puer circumciditur, baptizatur vt peccator, lapidari tentatur, habetur Samaritanus, damnatur vt omnium scelerum reus, & inter tot ignominias præcipuè admiratur Zeno quandam quasi depositionem principatus, & peræquationem cum vulgo ad priuate viuendum? Hanc Christo iniuriosam humiliationem, & ignominiosum dedecus nemo ante Zenonem aduertit, nemo post Zenonem æquè laudauit.

Grandis fuit humiliatio Christi, quasi à principatu deponi. Zeno Veron. ser. de Iob.

138. Hîc nõ omittam grauissimum Nazianzeni super hac re iudicium. Cogitur à pietate exuere Constantinopolitanas infulas, & in secessum ire, vbi priuatã vitã ageret. Et oratione elegãtissima, quam habuit ad 150. Episcopos, vale dicit vrbi, & Orbi; demum ac si vale diceret etiam cœlo, & cœlitibus; vltrò relinquens Archiepiscopale munus, sic animose scribit: *Vale Trinitas meditatio mea, & decus meum.* Vltrò è cathedra Constãtinopolitana deponitur, rediens ad vitã priuatam, & quasi abalienaretur à Trinitate, illi vale dicit; nec tantùm existimat deseri ab hominibus, sed etiã ferè a cœlicolis? Imò procul esse à Deo censet, & quodammodò vale dicit Trinitati; ac si qui omisit principatũ, despicabilis esset omnibus; nec deinceps in honore futurus apud homines, neque apud cœlites, imò neque apud Deum? *Vale Trinitas*, inquit. Pulchra profectò exaggeratio! sed exaggeratio. Tam ærumnosam sibi vitam spondet priuatam, qui præfecturam publicam vltrò deponit. Quid sublimius? Sæuit ergo Nabuchodonosor in Arphaxadum, dum enim in prælio vincens, regno priuauit, nec ad mortem fortassis compulit, sed ad vitam priuatam: quæ grauior morte pœna est, regnare assueto.

A dignitate depositus, vale dicit Deo.

Nazianz.

Iudith.

XXVI.

Digitized by Google

§. XXVI.

Commentarius litter.

Vers. 7. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes, qui habitabant in in Cilicia, & Damasco, & Libano.

Vers. 8. Et ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon.

Vers. 9. Et ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumen Iordanem, vsque ad Ierusalem, & omnem terram Iesse, quovsque perueniatur ad terminos Æthiopiæ.

Vers. 10. Ad hos omnes misit nuncios Nabuchodonosor rex Assyriorum.

Vers. 11. Qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos & sine honore abiecerunt.

VERS. 7. 139. TUNC *exaltatum est regnum, &c* Humanum cor succumbit felicitatibus, nec est ferre tantæ victoriæ prosperitatem; elatione superbit Nabuchodonosor, applaudēte iā sibi & Fortuna, & adulatorum grege. Vix possunt mortales magnam felicitatem cōcoquere. Eleganter hūc versiculum explicat Steph. Valēti. lib. 1. de Bello sacro ad c. 1. Thren. *Prosperitate insolescens*, ait Philo lib. de Cherub. Et quidē accretione Medici regni, *regnum Nabuchodonosoris exaltatum est*, & amplum valdè effectum. *Tunc misit ad omnes, qui habitabant in Cilicia.* Situ notissima prouincia Cilicia est. *Et Damasco*, quod caput erat Syriæ, & regia sedes. *Et Libano*: fat nota regio à syluis cedrorum feracibus. Hic mons celebris est in Arabia ad Orientē terræ promissionis, vltra Iordanem, qui ibi vocatur Galaad: teste Ierem. 22. v. 6. Inde procurrens ad Aquilonem, vocatur Hermon ab inhospitalitate ficto vocabulo. Hunc montem à mediterraneo mari ad Arabiam vsque protendi affirmat Strabo. Plura qui volēt de hoc monte legat Guebaram in c. 1. Abacuc n. 517. qui ibi explicat hunc versiculum.

Felicitas insolentis. Stephan. Valen. Philo. Libanus, mons. Ierem. Strabo. Guebara.

VERS. 8. *Carmelo*, Eliæ secessu in primis nobili. Et *Cedar*, Cedar filius fuit Ismaëlis natu secūdus, Gen. 25. v. 13. Nunc Cedar Arabia est, vt docet S. Hieronym. in Ezech. 27. sic, nominata à nigredine: nam *Kadarr*, nigrescere sonat Hebraïcè, *inhabitātes Galilæam*, Vtramque scilicet superiorem & inferiorem, vbi campus Esdrelon latè iacet: de quo campo lege Brocardum, & Iosephum lib. 14. antiquit. c. 7. & alibi sæpè.

Gen. Hieron. Brocard. Ioseph

VERS. 9. 140. *In Samaria.* Et si vrbs Samaria, quæ Regum Israël metropolis fuit pareret Nabuchodonosori; tamen Samaria nomen est prouinciæ. Et satis est verosimile imò certū plures Israëlitas ex captiuitate profugos nō parua neque ignobilia oppida, in Samaria possidere quod aduertit Lyranus. *Terram Iesse.* Terræ Iesse nomine non intelligo Bethlehemiticam regionē, à Iesse Dauidis patres nominatam; neq; tunc adeò nobilis erat prouincia, quę proprio nuncuparetur nomine: sed terram Iesse, id est, extremam Arabiæ partem, quæ ægypto cōfinis est, imò & Ægypti prouincia reputatur. Genes. 46. v. 34. & Exod. 8. v. 26. Filiorum Israël,

Lyran. Iesse est extrema Arabia pars. Genes. Exhod

dum in Ægypto morarentur, habitatione celebris.

Nuncij dicuntur missi, & quid negotij, aut mandati ad hos omnes deferrent nūcij non dicitur: Verùm vel ipso silentio monstratur superbum Regem tributa: & subiectionem postulasse. Formam verborum mutuare possumus ex c. 2. v. 2. vbi in Græco sic dixit Nabuchodonosor Holopherni, quem ducem mittit debellaturum easomnes gentes: *Annunciabis eis parare terram, & aquā*; qui solemnis Persarum ritus fuit. Nam reges Persarum, si cui prouincię vellent Persici imperij imponere iugum per Fecialem annūciabant priùs, vt deferrent terram, & aquam; quod erat deditionis indicium. Similes nuncios miserat eius pater ad Lacedæmonios & Athenienses, terram, & aquam postulantes; quam legationem ventosissimam adeò ægrè tulerunt, vt alium in barathrum præcipitarint, alium in puteum demerserint, vt indè ferrent ad Dominum suum terram & aquam. Quod tradit Herodotus lib. 7.

VERS. 10. Iudith. Græcus. Quid sit terrā & aquam parare. Herod.

VERS. 11. Textus Græcus plura affert vrbium, & prouinciarum nomina, quæ scire nihil attinet, & impediūt historiam in amœna eruditione Illud autem scire oportet, eiusmodi legatos imperiosè postulātes tot regnorum subiectionem, malè acceptos. Nam omnes *contradixerunt vno animo*, in Græcis *tanquam vir vnus*, vel *aequalis*. Alij: *Quasi virum vnum despicerent*: id est virum solum. Despicitur enim solus: væ soli. *Et miserunt eos vacuos*, hoc est, *infecto negotio*: sic commentantur Interlin. & Hugo. *Aut sine muneribus, & tributis*, vt exponit Lyra. Sic vacui, & indecori ad Dominum suum remittūtur legati. Ecce causam Nabuchodonosorianæ indignationis, & occasionem tot bellorum. Aduerte τὸ *vno animo* prouerbiali fortuna dici: de quo legi potest noster Martinus del Rio, tom. 1. Adagio 153. vbi versat hunc Iudithæ locum.

Interlin. Hugo. Lyran. Rio.

§. XXVII.

Magnates nemini lucere permittunt; ab aliorū extinctione sua lumina accēdi existimāt.

CReata Magnitudo nescio quo sui fato, ab aliorū exiguitate sublimitatē fœnerat; floret vnus, quia squalent alij, quoniam hic crescit, decrescunt alij. Fastigium vnius minorat reliquos, quod vitium humanæ sublimitatis est. Oseë 7. v. 10. *Et humiliabitur superbia Israël* (superbiam pro celsitudine in Bibliis non semel accipi, testis est Rupertus,) Ad quæ verba sic ait S. Hieronym. ibi: *Pro superbia, septuaginta Interpretes more suo iniuriam transtulerunt.* Et benè quidem; vnius enim sublimior honos, iniuria est cæterorum: nam fastigium alicuius reliquos dehonestat. Gen. 19 v. 17. Angelus educebat Lot de Sodomis, ne turpi deflagraret incendio Sodomorum, & quidem deducebat illum in excelsum montem non procul à Sodomis, vt ibi incolumis seruaretur. Renuit Lot, inquiens: *Quaeso, Domine mi, nec possum in monte saluari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar.* Deducit te Angelus Domini in montem hūc vt te incolumem ab incendio reddat, & tu ais, non posse te ibi saluari? aut non credas Angelo ignes Sodomis minitanti, aut crede Angelo te in mōte saluatum iri, attestanti. Audi Lyranum: *Nec possū in monte saluari: in monte, id est, propè Abraham, qui tunc manebat in monte: timebat enim Lot secundum expositiones Hebræorum, ne si veniret iuxta Abraham, qui erat Sanctus, eius imperfectio magis*

141. Superbia vnius, est aliorum iniuria. Oseë. Rupertus, super Zach. c. 11. Hieronym. Genes. Sanctus eximinus tacitè deturpat perfectionem aliorum vir. Lyran.

D 3 appa

appareret, & à Deo puniretur: qui tamen de Sodomis saluabatur in quorum comparatione iustus erat. Simile habetur, Reg. 3. cap. 17. vers. 18. de muliere Sareptana, qua dixit ad Eliam: Ingressus es ad me, vt memorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum. Hæc Lyranus. Sanctus erat Lot, & tamē sibi cauet à præstantiori Abrahami sāctimonia; ne ab ea, vt potē præcellenti dehonestetur: nam etiam sublimior sanctitas minorat aliorum sanctitatem, quo ipsa emineat, & excelsior adsurgat. Immò cōdemnat. Lucæ 11. v. 31. *Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos.* Num gentilis fœmina iudex erit in die iudicij? Nonne hæc est singularis Apostolorum laus? Quomodo hæc princeps fœmina iudicabit, & condēnabit Hebræā gētem? Beda. *Non vtique potestate iudicij, sed comparatione facti melioris.* Eximium Sapiētiæ studium huius fœminæ, condemnatio est desidiæ Hebræorum: & gens Hebræa dicitur negligentiæ rea, quia regina Austri diligēter sapientiā quæsiuit. Huius virtus damnatio Iudæorum est. *Non sententia potestate, sed comparatione exemplo*, inquit S. Hieronymus ibi.

3. Reg.

Lucæ. *Eximiat sanctitas damnat remissas.*

Beda.

S. Hieron.

142. *Sol vt luceat, astra obscurat.*

Sol magnum profectò luminare, astrorū Rex, lucis natalitia præclara, à quo totius census claritatis: Quis certet de splendore cum Sole, à quo fœnus totius lucis? & tamen sollicitè insidiatur astrorum splendoribus, vt ibi primùm Sol oritur, cætera interextinguat lumina. *Sole exorto, tot stellæ quæ apparebant, non obscurantur solùm, sed euanescunt etiam præ splendore diffuso.* Verba sunt Philonis. Immò neque exiguæ candelæ flāmulam inextinctam permittit. Iob. 25. v. 5. *Ecce Luna etiam non splendet; & Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius*, id est, *Solis*: (sic Astunica, & quidam Hebraïzantes) vides Lunam à Sole spoliari aureo iubare? vides Lunam à Sole nudari luce, & obumbrari; imò ab obscuritate, & offuscatione immundas reddi? Isne solis fulgor, cætera illustrās? quomodo infuscet, & obscuret aliquid? Verùm ea est natura Præclarioris, vt minus claros obtenebret sua luce. Blanditur Traiano præclaro Principi Panegyrista, illustriorē astris commentans: & sic fatur, *Tu tamen Maior omnibus quidem eras, sed sine vllius diminutione Maior.* Hęc maxima Traiani gloria est, & qua superat cœlorum astra, vt ad magnitudinem eius nemo decrescat. Hæc laus diuinam laudem æmulatur; nam Deus solus Magnus est, absque vllius diminutione.

Phil. De Mundi opificio. Iob Astunica. Hebraizantes.

Plin.

143. Iudith.

Deus est magnus absque alterius diminutione.

Redeo ad eundem Iobi locum, quem non ex Hebraïzantium sententia, sed ex communi nobiliorum interpretum consensu interpretor: *Ecce Luna etiam non splendet, & Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius*, id est, Dei. Quærunt commentatores cur Luna, & Stellæ dicantur offuscari à Diuinis summi Solis (Dei inquam) splendoribus; & tamen Sol non dicatur obscurari in conspectu eius? Nam Deus non audet decertare cum Sole de splendore; num non obtenebraretur, & sorderet Phœbus ante diuinum Diuini Solis iubar? Immò squaleret sordidus, vt Luna, & Stellæ ad præsentiam Diuinioris lucis. Cur ergò Lunam, & Stellas in conspectu Dei infuscari prædicat, nulla Solis mētione facta? Pulchrè S. Thom. in commentario huius loci, tractās difficultatem: *Vbi cōsiderandum, inquit, quòd de Sole mentionem non facit, quia non apparet sensibiliter, quod ad præsentiam maioris luminis, lumen eius obtenebretur. Sed Luna, & Stellæ etiam ad præsentiam corporalis Solis obtenebrantur.* Quasi dicat: Luna, & Stellæ, & exiliora quæque lumina ad maioris luminis exortum apparent deficere, & obscurari; vndè, quid mirum si à conspectu augustioris lucis obtenebrentur? at Solis fulgores à nullo creato lumine offuscātur, & ita neque à diuiniori Deitatis lumine infuscabuntur. Neque enim increatum iubar est, sicut creatus splēdor, qui obscurat minores luces. Hæc est natura, vel potiùs probrum creati luminis, extinguere alienas luces, vt accendat suas. Diuinus verò Sol generosè permittit etiā ipso exorto, reliquas splendescere luces, nisi ab alio lumine validiore extinguantur: Nec Solem hunc obscurari: *quia non apparet sensibiliter, quod ad præsentiam maioris luminis, lumen eius obtenebretur.*

S. Thom.

Inter homines nemo hanc numinis prærogatiuā æmulatur, nemóque reperitur Traianus, *sine vllius diminutione maior.* Et quidem Nabuchodonosor *erat rex magnus*: deuicto Arphaxado, *exaltatum est regnum eius, & cor eius eleuatum est*, & statim hic, v. 7. mittit nuncios ad alios reges, vt deponāt regalia insignia, & ipsi subiiciantur; quo ipse efficiatur maior, cæteros minorans; quasi magnitudo illius de aliorum exiguitate fulciretur. Iudith.

---

§. XXVIII.

Humana ambitio de alterius exiguitate crescere satagit.

SVbdola hominis calliditas est, alios deuenustare, vt ipse conspicuus appareat, fulcire se aliena infirmitate, & alios deprimere, vt ipse magnus videatur. Hoc vitium inest hominibus conantibus magna: qui apparatum meritorum faciunt ex alienis demeritis, & quò alij magis à virtute discedunt, ipsi magis accedere præsumunt: ac si alienum vitium sit propria virtus, exiguitas aliena, sit sua magnitudo. Sic subornat eiusmodi homines sublimitatis ambitio cœca, fatua, contumeliosa O probrosum arbitrium crescendi! quasi alieni luminis extinctio sua lumina accēdat. Matthæi 17. v. 5. Thaboris summo vertice præsentibus vtriusque testamenti summatibus, explicat Christus Deus summos gloriæ fulgores, Solis æmulos de claritate. Statim oppā litur nubes lucida. Profectò à corpore lucido quid nisi accretio lucis expectetur? Attende ad Euangelistæ verba, *Ecce nubes lucida obumbrauit eos.* Ænigmati similis videtur sentētia Quando lucidum corpus vmbram efficit: Hæc opaci corporis ignominia est, non lucidi. Argutè Hugo: *Ex luciditate obumbratur*: Quasi vitium sit lucidioris luminis, lucendo obūbrare; obūbrare, vt magis luceat. Nescit enim fulgere mundialis lux, nisi alios obtenebrando. *Luce à costas de agenas deslucimentos. Ecce nubes lucida obūbrauit eos.* Disertè panegyrista Plin. *Est hæc natura sideribus, vt parua, & exilia validiorum exortus obscuret.* Nempè vel ipsa siderea lux ambit lucere extinctione aliarum: alias obscurat, vt ipsa præfulgeat: & luciditate obumbrat.

144. *Lux cæteras obscurat luces vt ipsa præniteat.*

Superbia nescit lucere sine alterius extinctione. Matth.

Hugo.

Inuidia, vt luceat extinguit cæt a lumina. Plin. in panegyri ad Traianum.

Egregia Traiani laus est, quam deprædicabat Consul Plinius, sic illum alloquens. Tu tamen maior omnibus quidem eras, sed sine vllius diminutione maior. Magnitudinis moles non bene fundatur in alterius diminutione: nam aliena tenuitas neminem potest sublimare: *Extrema quippe miseria est, non propriis viribus, sed aliorum imbecillitate niti*, ait Nazianzenus Orat. 2. de Pace. Infirmus est qui vel firmitate aliena nititur, quātò magis qui alterius fulcitur infirmitate: Infirmus est cui infirmitas aliena pro robore est. Exigua,

145.

Inuidia ambit rebus ab aliena imbecillitate.

Nazianz.

gua,& maligna lux est,quæ vt ipsa niteat, opus habet extinguere alia lumina. Christi Dei, non Traiani elogium est,absque vmbra lucere. Zeno Veron.serm.2.de Natiuit.Mariæ: *Christus totum sua luce resplendens, corpus sine vmbra gestabat.* Scilicet Christus Deus sic propriis fulgoribus prænitebat,vt neminẽ vmbra obscuraret,quò ipse lucidiùs fulgeret. Quia solus Christus sine alicuius diminutione erat magnus,absque vllius detrimento maior,sine vllius obtenebratione lucidus. Eius enim nobilitas nõ nitebatur alieno dedecore:eius gloria nõ fundabatur aliena infamia, eius claritas non fulgebat aliena obscuritate: *Sua luce resplendens,corpus sine vmbra gestabat.* Hinc aliqui sanctitatis proceres in Ecclesia sic effulsere sine vmbra,sine aliorum detrimẽto,aut consumptione. Tertullianus, *Ecclesia exuritur de figura rubi.* Nempe sicut Moysi, igni diuinus apparuit in rubo, qui eximiè splendens rubum non absumebat,(de quo agetur cap.3.§.12.)sic aliqui sanctitate illustres,fulgẽt in Ecclesia,neminem obscurando,neminem consumendo. Quod diuinioris virtutis priuilegium est,& solius Dei elogiũ: nam agnatum est homini cum alterius detrimẽto lucere: Hispanè, *Lucir à costa agena.*

Zeno. *Christus solus sine vmbra lucet.*

Tertullian in Scorp. adu. Gnost. cap.1. *Ignis diuinus ardet in rubo Mosaico, quin non cõsumit.*

146. Redeant iterum Thaboris gloriæ: Matthæi 17. v.5. Trãsfiguratur Christus Deus in sublimi Thaboris vertice:vbi gloriæ dotes ostentat. Apparet sub augusto siderei luminis solio,candicant vestes candore niueo, fulget facies ad inuidiam Solis, splendor Patris prænitet, & beatitudinis gloria emicat in sacro corpore. Adstant spectatores, primores Prophetarum, Apostolorum proceres, qui tantam gloriam oculis cernant, & suo tempore Orbi publicent. Sed vereor ne rudiores adhuc discipuli,videntes beatos corporis fulgores,merè Deum existiment Christum,non verè hominem, & à beata gloria fulgentissimũ corpus censeant esse scintillam siderum. Valdè probat Christus tanta gloria latentem diuinitatem;sed timeo ne corpus,aut phãtasticum,aut sidereum,aut portio diuinitatis credatur licentia humanæ tenuitatis: (quod mox priuilegio hæretico multis licuit.) Omnia Thaboris acta diuina sunt, diuinitatem ostentant,deitatem spirant,& veram humanitatẽ videntur denegare. Sed quod tanta gloria quasi negare videtur,humanior affectus fatetur palàm. Et mirificè Euangelista præcauet hanc suspicionem. Nam cùm dixisset(nuper expẽdebam aliter hũc locũ,) *Resplenduit facies eius sicut Sol.* Addit, *Et ecce nubes lucida obumbrabit eos.* Nimirum,vbi primùm dixit fulsisse Christi faciem,toto beatitudinis iubare,sicut Sol;aduertit statim oppansũ esse Soli velum opacũ nubis,quo obscuratus est, & prohibitus,ne clarescceret tota fulgorũ ambitione. Nempe solares radios vetat Christus,cùm ipse Solis instar fulget, quò magis ipse præfulgeat. Præclarum sidus extinguit, cùm faciem suam accendit nitidioribus radiis:obscuritas Solis pompa

Matth. *Christus dum splendet in Thabore, Solẽ obnubilat quo probibetur verè homo.*

147. fit Christi fulgorum. Quæ humana affectio est, maximè homini cognata,& agnata. Quemadmodum enim Christus Deus inter diuiniora mira, illa inter [illegible] humanæ infirmitatis indicia, vt puta timorẽ,fletũ,esuriem,&c.quò se probet hominem,vt sæpe aduertũt Ambrosius in Lucã. & Hilarius in Matthæum: sic notat Euangelista, quod inter gloriæ fulgores affectauit Christus Solem obscurare, dũ ipse augustioris gloriæ fulgoribus præniteret. Vnde quanto *resplenduit facies eius sicut Sol*, Solem obscurat: *Et ecce nubes lucida obumbrauit*, vt ex humana affectione, vel leuis noxę experte securè hominẽ probaret. Quasi proprius hominis character sit de aliorum obscuritate clarescere,de aliena exiguitate crescere. Et solius diuinitatis laus sit grandescere absque alicuius diminutione,& fulgere sine alieno detrimento,vt aliàs probabo ex igne rubi,quem vidit Moyses incombustũ,etsi fulgẽtẽ. Aduerte ideò à Zenone dici,lucidum corpus Christi sine vmbra resplenduisse: quia nullum hominem obscurauit vnquam,vt ipse fulgeret,quod foret ambitionis vitium. At Solem creaturam inanem ad breue tempus obscurauit,vt in diuiniori gloria,se verè hominem probaret:quia hæc affectio valdè humana est, & quam Christus exercere potuit sine vllius,vel leuissimæ noxæ suspicione. Super hac eadem materia agendum etiam est,ad c.3.n.39.

Naturalis hominis effectio est alios obscurare, vt præfulgeat. Ambros. Hilarius.

---

§. XXIX.

Commentarius litteræ.

Vers.12. Tunc indignatus Nabuchodonosor Rex aduersùs omnem terram illam iurauit per thronum, & regnum suum quòd defenderet se de omnibus regionibus his.

148. SVperbissimus homo elatus gloria victoriæ,iniuriam reputauit,tot liberos,& nobiles populos recusasse imperij sui iugum,quorum subiiciẽdorum gloriam imperiosè affectabat. Vnde in irã actus, *iurat per thronum, & regnum suum.* Putat Sanctius per thronum iurare, quia regio throno aliquid diuinum inesse putabat. Non assentior: tùm quia id non probat de throno, sed de hasta, sceptro,dextera,& armis:tum quia etiam per regnum iurat,regnum autem non colitur,vt numẽ. Est planè vetus iuramentum Regum per thronum per sceptrũ,per regnum, vt tradit Herodotus lib.4.nempè per rem nõ diuinam(vt dicebat Sanctius) sed charissimam:Sic vir valdè vxorius, aut filiorum amans,iurare solet per vxorem, aut liberos,&c.Sic Rex per thronum,& regnum iurat,quia nil æquè charum Regi est ac regnũ.Scio tamen Nazianzenum sic scripsisse: *Pulcherrima quæque eorum,quæ oculis obuersantur, Deos sibi proponentes.* (Et mox) *Nonnulli etiam Principatum, atque imperium colentes.* Num Principatus numen est? Fortè thronus hic, aureus ille thronus erat, à Cyri tempore magno in pretio habitus; quasi fatale foret,vt qui in illo sederet,Dominus esset Orbis,de quo Philostrat.lib.2. in Themist.

Sanct.

Iurant Reges per regnum suum.

Herodot.

Nazianzen.

Philostrat.

149. Iratus Nabuchodonosor. *Iurauit vt defenderet se.* Hærẽt vulgò interpretes,quomodo Rex nulla iniuria,nullis armis lacessitus,dicat, *defensurum se de omnibus regionibus his.* Nunquid defensio reperitur absque impetu prouocantis?Ego quidem existimo verbum *defendere* significare irruere,impetum facere, etiam sine respectu ad iniuriam priùs factam. Sic dixit Ennius in Achil. *Serua ciues,defende hostes. Defende*, idest,irrue in hostes. Ita Nonnius Latij sermonis custos. Quod eruditè tradit Iustus Lipsius tom.1.lib.2.Varia.lect.c.21. & eruditè id probat ex Cicerone,ex Cæsare, ex Propertio,quorum loca ibi videri possunt. Sicut *vlcisci* significat etiam impetum facere, etsi non fiat ad vindictam iniuriæ illatæ. Sic Iudith.cap.8. v.16.cùm reuocaret Bethulienses,ne vltrò se dederent Holopherni sæuissimo hosti,ita ait: *Et nos*

Defendere significat irruere.

Ennius.

Nonnius. Lipsius. Cicer. Cæsar. Propert.

Iudith.

Digitized by Google

ergo ne vlciscamur nos, pro his, quæ patimur. Sic explicat illum locum Gueuara in Abacuc. 1. n. 141. Sic Malchus impetum faciens in Christum Dominum, etsi nullam vlcisceretur sui iniuriā, vltor dicitur à Tertulliano libr. de Patient. c. 3. qui hæc de Christo Petrum increpante, scribit: *Nec vnius discentis gladium in vltorem probauit. Patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Vnde sicut *vlcisci* sumitur absolutè pro irruere, sic & *defendere* significat inuadere.

(Gueuara. Tertul.)

150. Dein verbum *Defendere* significat *Vlcisci*, ita Sà, & Benedic. Fernādius, Gen. 3. sect. 15. & egregiè id notauit noster Salmeron, tom. 1 Prol. 15. Regula 28 hunc locum Iudithæ explicās; & noster etiam August. Quiros à 1 c. 32. Deut. n. 156. hunc Iudithæ versiculum cursim commentans: vbi seriò asserit certū esse illud ad Romanos 12. v. 19. *Non vos defendentes*, non esse, iniuriā arcere sed vlcisci. Nam verbum Græcum ἐκδικοῦντες significat vindicantes, ita Chrysost. Vnde Tertullianus legit: *Non vos vindicantes* Et Vulgatus interpres præfatum verbum Græcum solet efferre *vindicātes* Luc. 18. v. 3. Apoc. 16. v. 10. c. 19. v. 2. Itē Psal. 8. v. 3. vbi Vulgatus habet: *Vt destruas inimicum, & vltorem*, Psalterium Romanum, quod sequitur August. inibi, & Paulinus epist. 2. legit, *Vt destruas inimicum, & defensorem.* Tertullianus lib. 2. contra Marc. c. 18. illud ad Rom. 12. *Mihi vindicta, & ego retribuam*, sic scribit, *Mihi defensam, & ego defendam.* Legatur Cornelius in præfatum locum Pauli, qui ex hoc Iudithæ loco adstruit illam Pauli loci expositionem, quam ab vtraque eruditione locupletat. Adde Benedictum Fernandium, Gen. 3. sect. 15. & Barradam lib. 9. cap. 15. de Cant. Moysi.

(Emman. Sà. Fernand. Salmeron. Quiros. *Defendere significat vlcisci.* Ad Rom. Chrysostom. Tertul. Luc. Apocalyps. Psal. Augustin. Paulin. Tertul. Ad Rom. Corn. Fernand. Barrad.)

Scilicet superbissimus Rex insanit furiosus ardore vindictæ, quia offensum se existimabat, eò quòd prædicti populi eius imperium nihili fecissent, eiúsque legationem contempsissent. A qua iniuria se defensurum iurat. Vnde iurat se defendere ab iniuria sibi illata, negligendo eius legationem. Ita noster Iacobus Salianus tom. 4. hîc n. 3. Quæ est interpretatio Hugonis, aientis hîc: *Dicis tamē quòd defenderet se de omnibus, quasi omnes vellent pugnare contra ipsum: quia superbus, & timidus putat contra se pugnare, quos videt sibi non obedire. Sicut Prælatus cupidus putat sibi auferri, quod à subditis sibi videt negari.*

(Salian. Hugo.)

151. Denique Lyra affirmat, quòd Nabuchodonosor *minus dicendo plus significat. Quod defenderet se de, &c. id est, inuaderet omnes regiones illas, & est quedam figura, quæ Liptote vocatur.* Et aptè quidē: nam vir strenuus parcè loquitur, vt largè operetur: linguæ detrahit, quod addit ad manus. Nisi fortè vltio adeò indecorum vitium est viro principi, vt illud celet *defensionis* honesto vocabulo. Vnde ait Titus Bostrēsis ad illud Luc. 9. v. 55. *Et conuersus increpauit, &c. Dominus autem in eos non commouetur, quia non habet vltionis studium perfecta virtus; nec vlla fit iracundia, vbi plenitudo est charitatis. Procul à magnanimis cupiditas vltionis.* Vel iniuriæ occasionem prætexit Rex, vt honestiori titulo bellū gerat aduersus regiones illas: ô Regum iniquam probitatem! Acutè aduertit Baeza tom. 4 lib. 16. c. 20. §. 4. Regem Nabuchodonosorem, etsi deuicto Arphaxado alta pace floreret iurasse, *Quod defenderet se*: quia nunquam maior debet esse cura Regibus se defendendi, quàm vbi vndique floret tranquillitas, quod probat ex Ennodio in Panegyrico.

(Lyran. Titus Bostr. Luca. *Magnanimus non se vlciscitur.* Baeza.)

Addit Græcus textus, quòd deuicto Arphaxado statim Nabuchodonosor *reuersus est ipse cum ipsis* (scilicet suis copiis Niniuem) *& omnis qui ad eum se aggregauerat exercitus, virorum bellatorum multitudo ingens admodum, & erat illic otians, epulisque vacans tam ipse, quàm eius exercitus, ad dies centum, & viginti.*

(Græcus.)

Consultò omitto versiones huius versiculi: quia aliqui Græci codices illum omittunt, cæteri nihil notatu dignum adducunt.

§. XXX.

Iuramentum sæpè non sancit fidem iurantis, sed minuit quodammodo, & velut augurium est rem iuratam non adimplendi.

152. IVsiurandum fit ad augmentum fidei, eam tamen sæpè non auget, sed minuit: suspecta est apud multos auctoritas, quæ nititur iuramentorum fulcris. Pulchrè Clem. Alexand. *Qui est semel fidelis, quemadmodum seipsum infidelem prabuerit, vt etiam opus habeat iureiurando, & non ita vitam gesserit, vt ea sit firmum, ac definitum iusiurandum?* Et mox: *Oportet enim eum habere vitā fide dignā, vt ne postuletur quidem ab eo iuramentum.* Parùm fidelis sibi videtur, qui suam fidem iuramento adstruit. Vitæ probitas pro iuramento sit, quæ si desit, ipse se iurando publicat infidelem: iuramento non roboratur, sed deuenustatur multoties iurantis auctoritas. Probitas dicentis, auctoritas sit iuramenti, & verba sapientis pro iuramento sint. Aptè Philo: *Ipsa Dei verba iuramenta sunt: Quòd effectu non caret quidquid ille dixerit, quod iuramēti est proprium. Vnde consequitur omnes Dei sermones esse iuramenta per effectus suos confirmata* Et ita Tertull. Apolog. cap. 46. discriminans auctoritatē vitiosi Philosophi, & Christiani, Philosophū appellat *veritatis interpolatorem*; Christianum verò, *integratorem*: quasi vita Christiani integritas sit veritatis. Ergo vitæ integritas, habetur integritas veritatis, & vicem obtinet iuramenti. Timet non credi homo qui iurat, vt credatur, suspectus est sibi falsitatis, qui se nisi iuramento non existimet credi. Quis credat ei, qui se credi non putat? & se putando infidelem, planè fide indignum facit. Profectò vltroneum iuramentum apud viros sapientes, & disertos fidem non facit. Scitè Chrysost. *Qui mentiri non dubitat, nec periurare timet, qui enim mentitur, veritatem in corde suo transgreditur: qui autem periurat in verbis suis transit Deū. Quid ergo interest, inter Deum transire, & veritatem transgredi, cùm & ipsa veritas sit Deus?* Vnde qui simplicis, & synceræ affirmationi non credit, non credet assertioni iuratæ: nam qui virginem veritatem nō veretur violare, & constuprare, nec Deum turpi periurio dehonestare verebitur. Qui vt credaris iuras, ne iures, vt credaris: nam iuramentum iurantis auctoritatem velut fascinat, & debilitat, & quasi augurium est falsitatis, & sæpè lepidum periurij argumentum; nam ferè qui iurat, peierat: saltem nemo peierat, nisi qui iurat.

(Clem. Alex. 7. Stromat. *Vita hominis sit pro fide iuramenti; nam vir bonus est veritatis integrator.* Philo lib. 2. Allegor. *Simplex verbum sit pro iuramento.* Tertul. *Philosophus est veritatis interpolator.* Chrysost. hom. 11. in Matth. *Qui mentitur quasi periurus est.*)

153. Matthæi 5. vers. 33. toto diuinitatis imperio ait Christus Deus, *Non periurabis.* Quid est periurare, nisi falsum iurare? Non est valdè difficile hoc præceptum, quod olim sanctum erat, Exhod. 20. Deut. 5. Sed plus imperat Christus, quàm imperare videtur. Anast. Nyssen. sic ait: *Non periurabis, dictum est enim non iurandum esse omninò.* Quasi idem sit non peierare, & omninò non iurare, tanquam si idem foret iurare, ac peierare, saltem iuramentum

(Matth. *Periurium affine est iuramento.* Exhod. Deut. Anast. Nyssen. q. 1 cap. 4.)

Digitized by Google

Chrysost.

ramentum origo periurij est, vt inquit Chrysost. suprà, aiens : *Nisi iuramentum interdicatur, non possunt amputari periuria: ex iuramento enim periurium generatur* ; siquidem periurij natale iuramentum est, & iuramentum hominum valde affine est periurio, iurantem quasi pelliciens ad mendacium periurij.

154. *Quare dicatur Euangelium esse periurij semen.*

Inter cæteras Scripturas Sacras, Principem auctoritatem obtinent Euangelia : nam in cæteris Scripturis loquebatur Deus per Prophetas, aut Apostolos; in Euãgelio sæpiùs per se ipsum: vnde etsi summa veritas in reliquis Bibliorum libris eluceat, quandam illustriorem auctoritatem sibi iure vendicant Euangelia. Hinc factum est quòd si quis olim iurabat, manu tãgeret Euangelia sãcta, & sic emittebat iuramentum per Euangelia. Ergo Chrysost. hom. 1 .in Matth. acerbe reprehendit Sacerdotes, eò quòd sic iurantibus, Euangelia porrigerent : Ita fatus, *Audite vos Clerici, qui iurantibus Euangelia sancta porrigitis ; quomodo potestis ab illo iuramento esse securi, qui semen periurij datis ?* Semen periurij appellat Euangelia sancta? Quid refert, quod super Euangeliis, & per Euãgelia iuretur, vt tam irreuerẽti vocabulo detenuistentur ? Potiò Euangelia erant iuramenti Sanctitas, & auctoritas ; non falsitatis occasio, & periurij semen. Quomodo enim meracior Euangelij veritas potest esse semel falsi periurij ; nisi forte veritas potest esse falsa. Verùm enim verò magnus Doctor Chrysostomus quasi idem reputat esse instrumentum iurationis, & periurij semen. Vnde cauet ne ipsum Euangelium, quod est summa veritas, & iuramenti sanctitas, fiat (ob nuncupata super illud iuramenta) falsitatis quasi occasio, & periurij semen. Et ita ait, *Euangelia sancta porrigitis, semen periurij datis.* Opportuna planè hyperbole.

Chrysost.

155. Ad Galat. *Quod iuramento affirmat Paulus specie tenus verum quibusdam videtur.* Ad Galat.

Apostolus Paulus Christi os, & lingua Spiritus sancti, scribens ad Galatas, narrationem verissimam, & fide dignam attestatur iureiurando, inquiens, c. 1 v. 10. *Quæ autẽ scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior.* Quid opus est, vt tantus Apostolus iuret, vt credatur? Deus per illum loquitur, & cupit fidem sibi facere iuramento? Num à iuramento sperat maiorem fidem audientium? Audiamus, quid est quod Paulus iuramento confirmat, vt faciliùs, & abundantiùs credatur, cap. 2. vers. 11 sic ait : *Cùm autem venisset Cephas Antiochiam : in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.* Nũ certiorem fidem assecutus est Paulus iurans? Quis dubitet Paulum vera dixisse iurando, qui simpliciter rem asserendo, auctoritatem habet sacri Scriptoris; Et tamen cùm omnes Catholici fide diuina credant omnibus, quæ Paulus scripsit, & nemo benè Christianus dubitare possit; tamen cùm S. Hieronymus omnia, quæ simpliciter scripsit Apostolus, sincerissimè credat : id vnum, ad quod affirmandum iurauit Paulus, non ita vt verba sonant, accipi ; nec adduci potuit, vt sibi persuaderet. vere fuisse Petrum reprehensibilem: non quòd dubitaret Hieronymus de Pauli auctoritate. (quod absit) sed quia non ita simpliciter, vt personat Textus, intellexit Pauli verba. Quod aduertit Augustinus sic contra eum arguens: *cùm præmisisset Galatis dicens; Quæ autem scribo vobis: ecce coram Deo, quia non mentior ; non tamen veraciter scribebat, sed nescio qua dispensatoria simulatione fallebat, vidisse se Petrum, & Barnabam non rectè ad Euangelij veritatem ingredientes, ac Petro in faciem restitisse, &c.* Non quòd hæc diceret Hieronymus, sed quia argumenti vi quasi cogeretur ad ea dicenda, supposito, quòd non sibi persuaderet, Petrum verè fuisse de illo delicto reprehensibilem. Profectò animaduersione, imò & admiratione dignissimum est, cætera omnia, quæ Paulus absque iuramento scripsit, sincerissimè accipi à sanctis Patribus, & Catholicis Doctoribus id verò quod affirmauit iuramento, etsi non in suspicionem falsitatis, saltẽ in tantam controuersiam deductum fuisse inter tantos Ecclesiæ proceres, vt veritatem apparentẽ verbis Pauli tribuant Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus. Baron. quos sequuntur innumeri Interpretes ad eũ locum epistolæ ad Galatas asserentes, Petrum nõ fuisse verè reprehensibilem, sed apparẽter, & specie tenus. Quis non admiretur, quod simpliciter narrare videtur Apostolus, non ita simpliciter accipi ? Et quod iuramento obfirmat, specie tenus verum dici, eo sensu, quo loquuntur allegati interpretes? Quid exaggeratius ?

S. August. epist. 19 ad Hieronym. c. 2. *An Petrus verè, aut tãtum apparenter fuerit reprehensibilis.*

Hieronym. Chrysost. Theoph. Baronius.

156. Psalm. *Homo auersatur impletionem rei iuratæ.* Hieronym.

Psalmographus Psal. 113. v. 11. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, &c.* Sat erat dixisse Deum iurasse, quid opus est addidisse, quòd iurauit veritatem ? Numquid potuit Deus iurasse falsum? Nihilominus addit Dauid: *& non frustrabitur eum.* Et sanè id videtur supernaneè positum : quid enim necesse est dicere, Deum non frustraturũ re iurata eum, cui iurauit? Hieronymus viuaciùs rem expressit: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non auertetur ab ea.* Hispanè. *No tendra auersion al complimiento de lo que iuro.* Quasi ipsa iuratio auersionem facere soleat rei iuratæ, ne iurans illam adimpleat. Quod disertè dicitur Psal. 109. vers. 4. *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum.* Num potest Deum rei iuratæ pœnitere? Auersabitur Deus iuramentum, & re iurata frustrabitur eum, cui iurauit Dominus? Profectò etsi non iurasset Deus, quia summa veritas est, mentiri nequit. Planè mendacio reluctatur diuina natura, & Dei veracitas: nõ esset Deus, si mentiri posset, & non implesse iuramentũ: imò iurat Deus, quod sua ipsius maximè interest, nempe nobilitate Dauidis genus, de quo ipse nasciturus erat: & dare magnũ Sacerdotium, quod Christo suo datum fuit. Ita planè. Quorsum ergò, quia Deus semel iurasse dicitur, statim additur, iurasse veritatem, nec frustraturum esse eum, cui iurauit, re iurata; eum pœnitere iuramenti ? nec auersaturum esse impletionem rei iuratæ; nisi quia iuramentum solet sequi apud homines auersio à re iurata, & quoddam quasi pœnitentiæ genus, quod inclinat ad pœnitendum, & auertendum à re iurata ; & quidam velut fomes mouens ad oppositum, & apud homines est prognosticon rei nõ faciendæ. Itaque inquit Dauid: (loquẽs de Deo more humano(Deus veritas est, & ita mẽtiri nequit: Deus verax & bonus est, & sic peierare nõ potest, Dei maximè interest, quod iuramento promisit, & ita valde allicitur ad impletionem iuramenti. Nihilominus scitè addit, Deũ non pœnitere iuramenti præstiti, quantũvis iuramentum soleat inclinare ad oppositum: quod hominum vitium est, nõ Dei, & inter diuinitatis elogia planè recensetur, quod Deus nõ auersetur rem iuratã, nec iuramẽti pœniteat, etsi apud homines iuramentũ signum sæpè sit rei nõ faciendæ, & augurium non præstandi rẽ iuratam, & quasi conatus ad oppositum, seu fomes mendacij. Iurat hîc v. 12. toto animo Nabuchodonosor se defendere, & confestim propositum defensionis lãguescit Nam c. 2 v. 12. Magnates Assyriæ cõsuluit (vt videtur) paratus sequi consultiorem sententiã. Ex quo apparet post

Psalm.

Judith.

impletum

Digitized by Google

iuramentum nutasse propositum. Quod tandem impletum non fuit, sed occiso Holo, herne, irritum fuit votû, & iuramentum Regis, scilicet quodammodò iuramentum fascinauit iuramenti impletionem. Iurauit vt faceret, nec fecit, quod iurauit. Fac vt non iures, qui quod iuras, non facis. probitas vitæ sanctius iuramentum est, & securitas adimplendi rem iuratam.

---

§. XXXI.

Eximia quorumdam excellentia vel suum probrum vertit in gloriam; honorat vitia, virtutem honestat.

157. *Crimina in aliquibus, vt virtutes habentur.*

SIc commendauit quosdam aut Fortunæ fauor, aut virtutis præstâtia, vt nihil non conspicuû in ipsis appareat. Virtus in quibusdam præstâtior videtur, eadem in aliis vitium redolet. Quin & illa ipsa vitia, quæ in aliis reprehendimus, in quibusdam honoramus. Adeò magni facimus personam, de qua magnum quid mente concepimus, vt vel vitia cêseamus virtutes. (Iudith.) Auctus fuerat Nabuchodonosor amplitudine imperij, felicitate victoriç: donatiuis, & côgiariis captauerat gratiam optimatum, & populi, ita magnificè æstimabatur ab hominibus, vt ipsius muliebris ira, & impotentis vindictæ infame desiderium, iusta *defensio* quę necessaria Regibus virtus est habeatur. Nempe improba, & sæuissima vltio inculpata *defensio* nominatur. (*Cato sobriè ebrius habetur.*) Cato ille Romanæ virtutis gloria, sic æstimatus est, non tantùm à plebe admirante virtutû insolentes apparentias, sed etiam à viris probatissimis, vt dixerit Seneca lib. 1 de Tranquill. vitæ: (Seneca.) *Catoni ebrietas obiecta est; at faciliùs efficiet, quisquis obiecerit, hoc crimen honestum, quàm turpem Catonem* Hæc, hæc inquam, fuit astutia Gentium vitiosos finxisse Deos, quò sua vitia honestarent. (Nazianz.) Naziâzenus Orat. in sancta Lum. *Sed etiam quòd Deo vitiorum patronos effinxerimus, vt peccatum non modò crimine careat, sed præclarum etiam ac diuinum censeatur.* Sic in aliquibus: *Desipuisse, prudentia est: & infirmitas, virtus*, ait Chrysologus serm. 62. (Chrysol. Paulin. Saluian. *In nobilibus crimina non reputantur esse crimina.*) Sic aliorsum dixit Paulinus epist. 1. *Vitiorum virtus.* Sic de magnis viris inquit Saluian. lib. 4. de Gubern. Dei: *Quid est in quo non seruilibus vitiis etiam nobiles polluuntur: nisi fortè ideò, quia illa, quæ in seruis peccata veniunt, ipsi quasi licita committunt?* Quasi licitè delinqui possit à summatibus.

158. Ioannis 20. v. 25. Apparet Christus Discipulis ad euidentiam resurrectionis, deest Thomas, cui attestantur cæteri vidisse oculis Christum viuentem; nec Thomas tanto discipulorum testimonio adduci potuit, vt crederet huic mysterio, aiens: (Ioann.) *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, non credam.* Iterum apparet discipulis Iesvs, vt Thomam ab infidelitate reuocaret, & ait illi: *Infer digitum tuum huc & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Audis Christi Dei ore, Thomam dici infidelem, & pertinacem Apostolorum testimonio? Audi etiam Chrysologum loquentem de incredulitate Thomæ: (Chrysol. ser. 83.) *Certe Prophetia magis, quam cunctatio fuit.* Quis ambigat incredulû fuisse Thomam, dicente Christo Domino, *Noli esse incredulus?* & tamen Rauênas præsul tanti æstimabat illustrem Thomæ sanctitatem, vt perfidiam propè crediderit esse virtutem, & infidelitatê prophetiam dixerit; prophetia autem aliqua portio fidei est. Quasi faciliùs existimauerit Chrysologus, *crimê honestum, quam turpem* Apostolum; & infidelitatem esse quodammodò prophetiam, quam Thomam infidelem.

Matthæi 17. v. 23 vbi venit Iesvs Capharnaû, accedunt exactores, vt didrachma soluerentur à Christo, Christus mittit Petrum piscatum, aiens: 159. Matth.
Vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens da eis pro me, & te Et aduertit Euangelista, quod in illa hora accesserût discipuli ad Iesum dicentes: *Quis putas maior est in regno cælorum?* (*Tanta est aliquorum excellentia, vt vel tributa pendere materia inuidia sit.*) Quid abiectius apud homines, quam vectigalia pendere? quod signum ignobilitatis est, & infamiæ nota: nam tributarium caput ignobile est: sicut à tributo immune, ingenuum, & nobile. Et quidem Saluator pro se, & pro Petro iubet tributum solui, se & Petrum profitens, tributarios, & tamen cæteri discipuli inuident Petro, quod tributum pendit: siquidem in illa hora exorta est quæstio: Quis eorum videretur esse maior, vt eleganter notauit Chrysostomus, inquiens: (Chrysost. hom 29 in Matth.) *Da illis pro me, & te. Vidisti honoris excellentiam?* & statim subiungit, *Humanum quid passi sunt discipuli, quod Euangelista quoque significat, dicens: in illa hora, quando scilicet cæteris omnibus Petrum prætulit.* Audis inuidiæ causam? Fecit Petrum vectigalem; & quasi id esset illustris quædam præcellentia, inuidentiam mouet discipulorum. (*Singularitas inuidetur.*) Immunitas à tributo, solet esse plebi materia inuidiæ: at quis aliquem inuidit, quòd vectigalis sit, & obnoxius tributo? quando ignobilitas res fuit inuidiæ? Inuidentne quòd solus Petrus vectigalis factus sit inter reliquos Apostolos? & cui non inuident, quod vocatus sit ad Thaboris glorias, (quia & Iacobus & Ioannes vocati etiam sunt) inuident tributa pendenti, quia solus ille, & nemo alius constituitur à Christo vectigalis, vt vel nota infamiæ habeatur honoris excellentia, si singularis sit, nec aliis communicata. Sic enim æstimare solent homines singularitatem, vt rem probri æstiment de singularitate rê honoris, & excellentiæ. Nisi velis illustrius esse vectigalê esse cû Christo, quàm à tributo immunê cum Regibus, & Dynastis. (*Tanta est Petri excellentia, vt illi inuideant vectigalem esse.*) Verùm aptior dubij solutio est; quòd Petrus târa æstimatione præcellebat, vt vel ipsâ infamiæ notâ honestauerit Et quod vilissimum habetur apud homines, nempe vectigalem esse, & obnoxium tributis, id in Petro honoris excellentiam reputant: & illi inuident ignominiam tributi expensi: quæ est expositio Chrysost. verbis suprà scriptis. Faciliùs enim crederent discipuli, vectigal pendendû probrum esse illustre, quàm in Petro esse aliquid nô illustre: probrosi aliàs Petri defectus, virtutes forent aliorum, & dignę quę inuidia honorarentur. (Nazianz.) Perbellè ad rem Nazianz. de suo Basilio, sic ait: *Tanta enim Basilij virtus, gloriaque præstantia fuit, vt multa etiam ex paruis illius virtutibus, atq; adeò ex corporis defectibus ab aliis ad gloriam, nominisque claritudinem parandam excogitata sint.*

Parùm est paruos corporis defectus, & ignobilitatis notas decorari ab amplitudine personæ; nisi etiam virtus ipsa honoraretur. 160. *Dauid est virtutis honos.* Seleuc.
Animosè inquit Basilius Seleuc Orat. 14. de Dauide inter Hebręę gentis proceres sublimissimo, & ad miraculû vsque sanctissimo; *Atque virtutem discamus, & hic* (nempe in Dauide) *honoratam, & in cælo coronatam.* Scilicet non tantùm virtus honestat Dauidem, sed Dauid illustrat virtutem, quæ in Dauide honoratior est, mutuante gloriam à Dauidis persona: cuius ea est præstantia, vt vel ipsam virtutem

tem

tem honestet, commendet, illustret. Denarrat Cassiodorus Theodohadum Gotthorum Regem, quandam fœminam regia cognatione illustrem, dedisse in vxorem Patricio Maximo Excô'uli, & post nuptias, non admodum sublimem illi præfecturam dedisse. Cuius rei causam ad Senatum his verbis: *Nulla dignitas minor est, cùm benè geritur: quando reuerentiam plerumque actio videtur accipere de claritate personæ. Hæ autem tunc sunt gradibus distinctæ, cùm diuersis fuerint attributa.* Actio ne ex claritate personæ taxanda est; an ex actione persona?

Cassiod. l. 10. epist. 12.

Minerua etsi constuprata parit, virgo habetur.

Res delicata pudicitia est, & vel rumore virginitas dehonestatur. Nam non bonum hominum ingenium, quod à superficie censurã vibrat, omnia interpretatur in peius, facilè vel suspicionibus deuenustat fœminarum decus; & tamen tam altè infixa manebat in litteratissimi, & sapiêtissimi seculi hominibus, Mineruæ castitas, & illustre virginitatis decus, vt dixerit S. Nazianzenus: *Rursus Minerua virgo est, & Draconem parit.* Porrò si non modò venereæ res, & lasciui amplexus, sed & nõ bona fama, seu tenues vulgi rumusculi dehonestât teneram virginitatis gloriam quomodo fieri potest, vt apud homines alioqui disertos, postquam Minerua Draconis grauida, Draconem peperit, *rursus virgo sit?* Pende τὸ *rursus virgo*, id est, post naturalis partionis dedecus, iterum virgo est. Nónne virginitas stupro violatur, & prophanatur partu fœminæ integritas? At tanta in æstimatione Mineruæ castitas apud ethnicos fuit, vt semel stuprata conceptu, & rursus partu violata, adhuc tanquam virgo celebraretur. Vnde stuprũ partu comprobatum, in Minerua inhonestum nõ videtur, sed potiùs castum, & virgineum. Partus enim, qui aliarum mulierum stupra probat, probauit virginitatem Mineruæ. Felix Mineruæ scelus, quod in Minerua decus est, virtus est, laus est; quod in aliis fœminis execrabile stuprũ, & inexpiabile adulterium est. Faciliùs enim credent homines stuprum esse elogium castæ virginitatis, quam crederêt Mineruam constupratam, & adulteram: *Occurrit tot scelerum felicium turba,* dixit Seneca. Felix planè fuit Mineruæ scelus. Sed tanta est quorundam felicitas, tantam probitatis opinionem apud homines nacti sunt, vt quasi honestent crimen, & à crimine ipso veluti cohonestentur.

Naz. Orat. 2. in Iul. Cæsarem.

Scelus aliquod felix.

Senec. lib. 1. de Tranq. vitæ, cap. 15.

---

§. XXXII.

Vsque adeò vitium virtutũ specie fucatum, & mentitum est, vt religiosi quiq; homines vel à virtute quasi scandalum timeant.

161. QVæ verè virtus est, sancta, & sincera est, absque mixtura vitij, & nequitiæ lenocinio. At eò deuenit hominum ingeniosa malitia, vt amictu virtutis vitia conuestierint. Virtutis fuco teguntur vitia: specie tenus apparet Virtus, sed notha probitas est, & adulterina sanctitas; deludit oculos, mentitur virtutem, personatam probitatẽ repræsentat, & mera nequitia est. Ex quo factum esse videmus, & dolemus, vt homines timorati, ac pij, non minus sæpè à veris vitiis, quàm à virtute (ne fortè viciata sit, & nomine tenus virtus) sibi caueant; quam non semel experti sunt degenerẽ, & notham mẽtito virtutis nomine, & apparẽtia. Vnde virtus quæ illex est ad sãctitatem, facta est scandalum ad vitia. Matth. 5. v. 29. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te, & si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te, &c.* Acutè aduertit S. Laurentius Nouar. dexteram manum, aut oculum non posse hominem scandalizare; nam scandalum negotium oculi, & manus sinistræ est, *Quia omne quod bonum est, dextrum dicitur, dextera suos retinet probatos; sinistra suos atque reprobatos.* Ergo improbitas sinistræ scandalizat; non probitas dextræ. Nisi in eam aut imbecillitatem, aut amentiã quis deuenerit, vt non ab opere malo, sed à bono; non à vitiis, sed à virtutibus patiatur scandalum, quod insolens erit, & temerarium. Sed proh dolor, ita res habet! dexteris etiam scandalizamur, ait S. Laurentius; mentita probitas, & specie tenus sanctitas, nos propellit ad verum vitium. Dextera opera, & quæ virtutes præ se ferunt, iam cauendæ sunt ob scandalum, potiùs quàm sinistra, & prauа. Nam sinistra, & vitiosa opera, probus quisque, vt videt, detestatur, & fugit. At dextera opera, & à fuco apparenter pia, & religiosa, quis caueat? concinnata ad pietatem malitia, flagitiosior est.

Hypocrisis facit, vt timendum sit à virtute.

Matth.

Laur. Nou. homil. de Pœnit.

Dextera opera timenda.

Iniustitias manus vestræ concinnant, Psalm. 57. v. 3. Idest, vitium mendacio, & fuco politum faciliùs allicit, & decipit incautos. *Concinnant,* alij scribunt, *librant;* alij *ad regulam dirigunt,* hoc est, ad *lingulam bilancium.* Quasi dicat regius Psaltes: Adeò concinnatum est vitium, tam verè mentitũ est virtutis fuco, vt ad rationis *regulam* planè *directum,* & ad *bilancium linguam* benè *libratum* esse videatur. Astuta iniquitas concinnat vitia in speciem virtutis, & sic *concinnat iniustitias, calumniam, & violentias,* (sic alij vertunt.) Quis nisi simplex, & incautus virtuti iam credat? virtuti fidat? conscius sæpè sub virtutis specie concinnatũ vitium delitescere. Caue tibi à dexteris, caue ab his virtutibus, ne te fallat concinna virtutis species. Sic cauet sibi pia Sponsa, Cant. 5. v. 2. Spõsus ad ianuam aderat intempesta nocte: *Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea; quia caput meũ plenũ est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Vocẽ diuini sponsi, vt audiuit sponsa, indubiè agnouit; iã aduenit, quẽ auidè expectabat sponsa. I velox, curre quàm citissimè, & aperi. Audi sponsam: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Inquinare pedes contractis sordibus timet sponsa eundo ad diuinũ sponsum, præsertim cũ eat pietatis, & amoris passibus? Quid times sanctissima sponsa? Vereris ne sordes contrahas eundo ad diuinũ sponsum, aperiendo ianuam sponso, ruendo in sponsi diuinos amplexus? Imò ab eiusmodi beneuolentia sordes, si quas habes, extergentur, & mundior fulgebis. Quid tibi à virtute caues? I citò, aperi ianuam sponso tuo, quia totum hoc negotiũ virtutis est, sanctitatis est: *O admirabile Sacramentum!* (exclamat S. Augustinus) *ô grande mysterium! Ergone timet inquinare pedes, veniendo ad eum, qui lauit suorum discipulorum pedes? Timet certè, quia per terram venit ad eum.* Et paulò infrà, *Inquinare pedes suos timet, cùm placere hominibus subrepente amore humanæ laudis affectat.* Non latebat sanctissimam, & disertissimam sponsam, diuino sponso aperire ianuã, esse eximium virtutis opus ex se. Quid ergo à virtute timet? Planè timet à virtute, quæ in terra peragitur: *Timet certè, quia per terram venit ad eum,* ait Augustinus: timétne quid vitij *subrepserit* virtuti. Timet quia scit dexteris, & piis operibus esse timendum: siquidem vitia concinnantur in virtutes. Sic Nabuchodonosor idololatriam

162.

Psal.

Hypocrisis est iniustitia concinnata.

Cant.

Sponsa timet virtutem sequi, ne inquinetur.

Augustin. Tract. 47. in Ioan.

triam superstitiosiorem, & impiissimam vltionem pulchro *Defensionis* nomine honestat: *Vt defenderet se*: nimirum concinnatur iniquitas æquitatis prætextu, & crudelis vindicta honesto defensionis vocabulo commendatur. Iam licet timere à defensione aliàs licita, & publica virtute, & viris principibus necessaria. Timendúmne à virtute est?

163. Ad Romanos 8. v. 35. *Quis nos separabit à charitate Christi?* &c. Et statim subdit Apostolus. *Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, &c. poterit nos separare à charitate Dei.* Arrogantèr, an fortitèr dixit hæc Paulus? Angeline separent Paulum à charitate Christi? & quidem de bonis Angelis hîc agi, ferè conuenit inter expositores: *Altitudo*, quæ est sublimissimæ beatitudinis gloria, (vt commentatur Theodorus) diuelles Paulum ab amore Dei? Addit Paulus: *Neque virtutes*. Quæ sunt hæ virtutes? Tertullianus: *Neque Virtus* legit, (legatur inibi Pamelius) *Virtúsne* separet Paulum à charitate Christi? an coniũgat, & arctiùs conglutinet? Ludicra videtur hæc protitatio, & planè ridicula. Lacessit enim Apostolus non inimica vitia, sed auxiliares virtutes. Sed heu! vsque adeò vitium tegitur specie virtutis, vt valde timeat Paulus vel à virtute ipsa, ne fortè fucata sit, non vera, & solida: quasi plus nocere possit personata ab hypocrisi virtus, quàm merum vitium. Timeat Christianus ab humilitate, ne ab illa honores captet; timeat à ieiunio ne ab illo ambiat religiosum nomen: timeat à *Defensione*, ne impiè proprias iniurias vlciscatur, pio defensionis vocabulo. Caue à veris vitiis, caue à non vera virtute. Quin & ab aliqua castitate timet Tertullianus sic aiens de nonnullis fœminis Cereri dedicatis: *O continentiam gehennæ Sacerdotem! nam inuenit quomodo homines, etiam boni sectationibus perderet, & nihil apud Diabolum refert alios luxuria alios continentia occidere.* Continentia vigor est virtutis, & quasdam animas occidit? Timendúmne est à castitate! ô pericula vel in ipsarum virtutum sanctitatibus! Caue sollicitè, ne sancta nõ sanctè tractes.

Ad Rom. *A qua virtute timet Paulus?* Caietan.

Theod.

Tertul. in Scorp. cap. 11. Pamel.

Tertul. l. 1 ad vxorem c. 6. *Aliqua castitas est gehennæ Sacerdos.*

---

§. XXXIII.

Inimicorum dilectio, adulatio est perfectionis diuinæ?

164. SI quæ sublimior virtus est in Christianismo, Dilectio inimicorum est: bonæ, & magnanimæ naturæ indicium, diuinioris gratiæ argumentum, & augustioris sanctitatis elogium. Porrò homo propensione quadam naturæ præceps ruit in vltionem iniuriarum, quam cohibet Christus Dominus, Matthæi 5. v. 44. inquiens: *Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: vt sitis filii patris vestri, qui in cœlis est.* Satis non erat amore prosequi inimicos: Addit, munerare eos effusa beneficentia. Et quia angustus census est homini ad benefaciendum, Deum orare pro illis, vt non tantùm humana potẽtia, sed tota Dei omnipotentia, orationibus humanis permissa, munificus sit homo erga hominẽ inimicum. Quid tam arduum? quid tam sublime potest vltrà ambire humana virtus? Superabundantia quædam sanctitatis hæc est, & veluti effusa pietas. Quod eleganter dixit Tertullianus: *Scite præceptum esse nobis ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis Deum orare.* Quodammodo excessus virtutis est, & benignitatis redundantia, singularis Euangelij laus, & quæ humanum fastigium superat; probitatis enim mensuram quasi excedens, supereffluit & effusè redundat; quippe quam non capiat humanus captus: vnde aptè *redundantia benignitatis* nominatur, quia effluit in hostes.

Matth.

Amor inimicorum est redundantia benignitatis.

Tertul. Apol. c. 31.

Præfatis Matthæi verbis hortatur Christus fideles, vt diligant inimicos amore, opere, & oratione. Et addit: *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Interpretes huius loci impensè conãtur inuestigare vim huius vocis *Filij*, vt tautologiam declinent. Mitto plures commentationes, & nostri Maldonati expositionem præfero, sic scribentis. Illud magis probo, vt Hebraïsmus sit, quo qui alteri similis est, eius filius esse dicitur. Sicut Hispani sua lingua solent dicere: *videtur illum genuisse*: id est, adeò similis est, vt eius filius esse videatur. Vnde perinde est; *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est*, ac dicere: diligat Christianus aduersarios suos, vt sit imago, & similitudo Dei. Quid enim tam gloriosum erit homini, quàm parcendo inimicis in se exprimere diuinam imaginem? Verùm dubitabit fortè aliquis, an in condonatione iniuriarum, & inimicorum dilectione, homo imitetur Deum, an Deus imitetur hominẽ? An in perfectione hac homo exprimat Dei imaginem, an Deus quodammodò dicatur exprimere hominis perfectionem? Matthæi 6. v. 12. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Super quibus verbis vulgare est illud Nysseni, *Vt Deus nostra facta imitetur*: idest, homo proponitur Deo, vt ipse Deus imitamento quodammodò exprimat hanc perfectionem humanam diligendi inimicos. Nam (nisi ego fallor) homo inimicos diligẽdo plus facere videtur aliquo modo, quàm Deus: Quia Deus diligendo inimicum, illum, facit amicum: Tanta est vis diuini amoris! At humanus amor eam vim non habet; & ita amat aduersarium, diligit inimicum, benefacit malefacienti sibi, & persequẽtem fouet, & calumniantem, beneuolus est, & beneficus erga hostem infensissimum, & in se criminosissimum. Ergo plus quasi facere videtur homo inimicos diligens, quàm Deus: magísque arduũ videtur, hominem aduersarium amare, quàm Deum offendentem se diligere. Quid ergo mirum si homo quasi imitandus proponatur Deo hac in re ex Nysseni sententia: *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, vt Deus nostra facta quasi imitetur. Ergo cũ inquit Christus Dominus, *Diligite inimicos vestros*, &c. *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est*, non tam commendare videtur hominem diligentem inimicos, appellatione filij Dei, quàm quodammodo commendare, & prædicare Deũ, appellatione Patris eiusmodi filiorum. Nec enim perfectio huius indulgentiæ erga inimicos tam illustris rudi nostro intelligendi modo, apparet in Deo, (ob prædictã rationem) quàm in homine. Enimverò idcircò hæc omnia, & longiusculè, & audaciusculè dixi, (etsi olim ab illustri aliquo Cõcionatore, & acutè excogitata, & elegãter euulgata sint) vt eluceat quod non omisit acumen Tertullianus, sic elegãtissimè inquiens: *Quid adulantius* (Deo scilicet) *quam iniurias non exequi?* Porrò scitum est ex S. Thoma quòd adulatio est laudatio suprà modum: sic immodica laus, & excedens personæ merita, adulatio dicitur, nã exaggeratio laudis, adulatio est. Ergo ad rem. Quid erga Deum adulantius dici, aut fieri potest, quàm hominem offensum,

165. Matth.

Maldonat.

Homo inimicis parcens, quasi exemplar proponitur Deo.

Matth.

Nyssen.

Deo adulatur qui parcit inimicis?

P. Floren.

Tertul. lib. 1. adu. Marc. c. 17.

S. Thom. 2. 2 q. 115.

ſum, ſuum diligere inimicum, hoſti benefacere, & iniurias non exequi? Nam homo inimicis parcendo, filius Dei nominatur: *Vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cœlis eſt*; ac ſi homo in hac virtute,& præclaro attributo, Dei imago ſit,& ipſum imitetur,& exprimat,vt tantæ perfectionis exemplar: cùm potiùs eximior huius virtutis ardüitas in homine eſſe videatur velut in exemplari, quod imitetur quodammodò Deus; ſiquidem monente Chriſto, dicimus: *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*,vt Deus noſtra facta imitetur.Nõne hac in re adulabimur Deo appellatione filiorum,exprimentium imaginem patrium;cùm potius Deus veluti imitetur hanc humanam perfectionem? Ergo *quid adulatio, quam iniurias non exequi*? Et quid illuſtrius pro hac re?

166. Vnde S. Zeno Veronenſis altè animaduertens, quàm homo ſublimetur in perfectionis faſtigio, occaſione infenſioris inimici, non contentus illũ diligere, eidem benefacere, & pro eodem orare; addit,gratias illi agẽdas fore pro iniuria: ſic fatur ſer. 1. in Pſalm. 130. *Inuerſus gratus efficit*. Vbi gratos non eſſe iubet pro inuerſo officio,ſeu accepta iniuria. Quod inſolens videtur; imò repugnans gratiarum actioni:Nam grati debemus eſſe beneficiis; iniuriis verò grati eſſe non poſſumus; quia iniuriæ beneficia non ſunt, beneficia autem tantummodò ſunt gratitudinis materia. Verùm enimverò vulgaris gratitudinis materia beneficiũ eſt; maleficium autem, diuinioris gratitudinis materies eſto:vtpotè,quæ occaſio nobis eſt aſcendendi ad faſtigium virtutis, quæ diuinam perfectionem æmuletur, vel quod Diuina perfectio imitari videatur.

Zeno. Grati ſumus inimicis.

167. S. Cyrillus allegatus in catena,expendens illud Luc. 6. *Ab eo,qui aufert tibi veſtimentum,etiam tunicam noli prohibere*,ſic ait: *Decet enim eũ,qui pius eſt,obliuiſci malorum,vt & eis,quibus charos amicos innamus, perſequentibus conferamus.* O eminentiam Chriſtianæ pietatis, quæ ſic reformat naturam,vt hominem reddat æquè beneuolum in amicos,& in hoſtes! Inteſtina odia excitat iniuria, munificum amorem gignit amicitia multis beneficiis obligata, & tamen Chriſtiana pietas impetum naturæ refutans, ſi hominem reformat, vt cogat naturale odium vertere in amicitiam, & ſæuas iras in blandam beneuolentiam & eadem proſequi beneuolentia iniuriæ malum,& beneuolentiæ bonum. Et quidem *quo magis proximum diligas, diligere iuberis inimicum, & extraneum; exaggeratio eſt debita bonitatis, exacti indebita.* Verba ſunt Tertuliani.

Cyrill. Homo ſit æquè beneuolus in inimicos, ac in amicos.

Tertull. 1. adu. Marcionem, c. 23.

168. Cæterùm iniurias non perſequi,in priuato homine laus eſt,in Principe neceſſitas, cui pro amplitudine poteſtatis abũdantior exigitur pietatis virtus; & qui ob iniurias condonatas dignus eſt præclaræ laudis; ob vindictam: reus eſt probroſæ infamiæ. Negata eſt vindicta ei, in cuius arbitrio ſita eſt licentia iuris; ne iure iniuriam vindicet contra Chriſtianum ius,Beda ad illud Luc. 6. v. 28 *Benedicite maledicentibus vobis*, ſic ſcribit, *Ferè cuncti contra hoc mandatum procedimus, & præſertim potentes,vel Principes,non ſolùm ſi paſſi fuerint contumelias; ſed & praſtita non fuerit eis reuerentia, aduerſarios reputantes quicumque eos minùs reueriti ſunt, quam ſe reputauerint dignos. Eſt autem magna infamia Principum eſſe promptum ad vindictam.* Ergo Princeps vlciſcens proprias iniurias, ex Iudice ſit reus;& ob vltionem deponitur à principatu, & imperialis vindictæ cauſam dicit, qui ob condonatam iniuriam, Principis meretur laudem. Opportunè Petrus Damian. *Poteſtati cedit in gloriam, iniurias vlciſci nolle, cùm poſſit.* Glorioſe detriumphat naturam, qui cùm poſſit impunè ſe vindicare, parcit inimico,hæc eſt laus noſtræ religionis, & Chriſtianiſmi faſtus; imò Deitatis decus.

Principum virtus eſt inimicis parcere.

Beda. Luc. 6.

Damian. ſerm. 44.

169. *Dixit Dominus Domino meo; ſede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum* Pſalm. 109. verſ. 1. Hæc verba Chriſto Domino dici, vulgò docent interpretes, quod eleganter probat Ambroſius contra Arium, Sabellium, & Photinum. Et quidem Deus Pater ait Chriſto ſuo, quòd ſedeat ad eius dexteram: ſeſſio autem ad dexteram apud homines potiorem locum importat, quod aduertit Lorinus inibi contra Nebriſſenſem Nam priorem locum tribuit Pater Deus ſuo Diuino Verbo incarnato? Videamus quandiu verbum potiatur tam illuſtri ſede, *Donec ponam*, (inquit ad Chriſtum Pater Deus) *inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*: ideſt, Sed ad dexteram meam, quæ potior ſedes videtur apud homines, donec te ſuperſedente ab vltione propria,ego te vindicem ab inimicis tuis, illos ponens ſub ſcabello pedum tuorum. (Dicam clariùs) dum tu, ô fili, tamerſi potes, non vindicas tuas iniurias, nec vlciſceris te de inimicis tuis,ego tibi concedo dexteram meam,quæ potior ſedes habetur apud homines.Quia non te vindicas,potieris loco illuſtriori, ſaltem communi exiſtimatione hominum. (Scio voculam *Donec*, non eſſe excluſiuam futuri temporis:vnde Chriſtus ſempiternabit in Patris dextera(Tanta enim dignitas accreſcit Chriſto omittenti vltionem inimicorum ſuorũ, vt (ſi fieri poſſit,)ſedem Patre Deo potiorem obtineret; at quia auguſtior ſedes eſſe nequit, ſaltem in hominum exiſtimatione auguſtiorem tunc obtinebit: *Sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Religioſè ſuperbit homo, qui cùm poſſit, non vlciſcitur proprias iniurias. Acutè Bernard. ſic ad rem inquit: *De cætero nulli vel inimiciſſimo homini negari quantulumcumque affectum, charitas ſanè in hac parte ambitioſa, permittit.* Audis charitatem, quæ inimiciſſimo parcit,dici ambitioſam? Valde audet Bernardus,ſed piè audet pro dilectione inimicorum,pro eo, qui cum poſſit, non ſe vindicat. Porrò ambitio eſt appetitus honoris ſupra merita. Multum meretur dilectio inimicorum, ſed multum aſſequitur: ſupra humanum faſtigium ſe attollit, parùm hoc eſt præ ambitioni tantæ charitatis; ſedere affectat à dextris Patris, donec ipſa iniuriarum oblita, alii faciendam vltionem permittit, nec ſe, cùm poſſit, vlciſcitur; charitas ſanè in hac parte piè ambitioſa eſt, ſedere ad dexteram Dei præſumit, & in Chriſto obtinet, quod affectat. *Quid ergo adulantius, quam iniurias non exequi?* Aſtutè ergo Nabuchodonoſor, cùm concupiſceret ſe vlciſci ob iniurias illatas eius legatis, vel à vocabulo vltionis abſtinet, & hîc verſ. 12. *defenſionem* appellat,ne vindictæ nomen eius dedecoret gloriam,quam vt adaugeat; quaſi iniurias condonaſſet,ſe arma ad *defenſionem*, ne vel vindictæ vocabulo dehoneſtetur.

Pſalm.

Ambr. in poſter. Apolog. Dauid. c. 4.

Lorin. in Quinquageſ. c. 29.

Chriſtus ſedere dicitur à dextris, donec pater illum vlciſcatur.

Inimicorum dilectio eſt Charitas piè ambitioſa.

Bernard. ſer. 50. in Cant.

Iudith.

* *
*

Digitized by Google

§ XXXIV.

Largior beneuolentia erga inimicos, blandimentum est Christianæ gloriæ, & Euangelij vigor.

170. Seneca ep. 51. NEmo difficulter ad naturam reducitur, nisi qui ab illa defecit. Etiam post belluinas iras, & pecuinos mores, adhuc homo es. Offensus & iratus; homo tamen. Ergo propter iniuriam, humanitas deponenda non est. Vix dediscitur virtus: quia virtus secundum naturam est; feritas vitij, contra naturā. Esto pertinaciter humanus, qui non potes non esse homo. Odium & ardor vindictæ ab alieno tibi adueniūt, humanitas in te feliciter hæreat, ne desciscas in naturam ferinam, & inhumanam. Deponere iram oportet, ne videamur deposuisse naturam cum humanitate Mōstri adinstar est homo inhumanus, & ad sæuitias vindictæ ardens. Esto Christianè homo, qui Christianus homo es: neque enim Christianismus renunciauit humanitati; quin nobilior humanitas à Christianismo est. Porrò augustum quid est, vltionem non exequi: *nam* (verba sunt August.) *gloriosum est iniurias oblivisci*. Hinc Christianæ virtutis summates summopere condebant, non modò vicem pro malis non rependere, iniusta æqualitate; sed pro virili inimicis gloriosè benefacere, pia ambitione tantæ gloriæ. Matthæi cap. 10. v. 14. Christus Deus Apostolos dimittit ad Euangelium prædicandum, potestate miraculorum illis abundè concessa: mox mandat vt iis qui perhumaniter illos exceperint, affatim benefaciant è miraculorum potestate ipsis concredita. Sin autem cōtumeliosè, & iniuriè vos receperint: *Excutite puluerem de pedibus vestrū*: Quid est pulnerem excutiendū de pedibus? Varia varij; quæ prudens omitto, vt citiùs dem singularē S. Hilarij interpretationem huic rei accommodatissimam. *Excutite puluerem, &c. Existenti enim in loco, cum loco videtur esse communio, Totum ergo quod est illius domus excusso puluere pedum relinquitur*: (diligenter excipe quæ subiicit) *nihilque sanitatis de insistentium Apostolorum vestigiis mutuetur.* Quasi dicat: Si herus cuiuspiam familiæ vos cōtumeliosè expulerit, & inhumanè tractauerit hostili animo, cōfestim excutite puluerem calceamentorū, hoc est, delete vestrorum pedum vestigia ingratæ, inimicæ domui impressa. Vereor enim ne vel ipsa vestigia vestrum, vestrum inquā, qui in cœlesti mea schola beneuolentissimam, etiā erga hostes, humanitatem didicistis, miraculosè sanitates faciant in domo vobis inimica & offēsa. *Nihil sanitatis de insistentium Apostolorū vestigiis mutuetur.* Si quidem vsque adeò propensos vos video ad benefaciendum inimicis, vt vel à vestigiis vestris miracula præcaueam, quibus exaggeretis Christianā beneficentiam in hostes. In hostili familia non maneat vestigiū vestri, ne in domo inimica simul maneat promptuarium beneuolentię, miraculorum officina, & exprompteæ salutis perēne remedium. Nec si dilateris miraculorum gloriosam munificentiam in hostes, vt dilatari nunc patiamini Euangelij gratiam.

August. serm. 6. de verb. Dom. *Præcauetur ne vestigia hominis offensi, miraculosè sint benefica erga inimicos.* Matth.

Hilar. ibi.

171. *Christus tūc Ioannem laudat, cū Ioannes videtur dubitare de Christo.* Matthæi 11. v. 7. Ioannes è vinculis mittit discipulos suos, vt interrogarent IESVM, an ipse esset Messias. Non adducar vt credam, Ioannem Baptistā ab vtero fidelē, dubitasse de Diuinitate Christi; At specie tenus addubitasse videtur, saltē turbæ adstantes Christo, id sibi serio persuaserunt, vt notāt vulgò interpretes eius loci Et quidem animaduersione dignum est, quòd tunc, scilicet cum Ioannes dubitasse videtur, tunc inquam, *Cœpit IESVS dicere ad turbas de Ioāne. Quid existis in desertū videre? arundinem vento agitatam?* &c. Nimirùm quando Ioannes saltem apparenter videbatur in turbarum opinione deuenustasse Christū vel ipsa dubitatione, tunc Christus leuitatis excusat Ioannem, & eius encomiastes fit: quod eleganter aduertit Chrysostomus, aiens: *Vide quia remouet à Ioanne leuitatem, de qua turbæ dubitabant, dicens, arundinem vento agitatam.* Nempè cùm turbæ submurmurarent, Ioannem inconstantiæ accusantes, quia cùm olim illustre de Christo testimoniū perhibuisset, nunc dubitasse videbatur; tunc Christus maximè excusat Ioannē, & eius eximias laudes præclarius deprædicat. Scilicet quando Ioannes in Iordane, & non semel alibi, Christum mirificè commendauit, tunc mutus fuit Christus ad eius laudes; at cùm illum ex turbarum sententia, dubietate dehonestasse videtur, tunc vel maximè linguatus cœpit IESVS dicere ad turbas de Ioanne, illū suprà humanum fastigium euehens, veris laudibus rependens apparētes iniurias, *ad redundant iam Christianæ benignitatis*, quæ eò largiùs effertur in laudes, quò probrosiùs videtur lacessita contumeliis.

Matth. Chrysost. homil. 38. in Matth.

172. Matthæus c. 26. v. 69 refert, Petrum à Pontificis Ancilla interrogatum, vel affirmatum discipulum Christi; semel & iterum Magistrū abnegasse, magno Christi probo. Illustris ille Scripturarum interpres Rabanus Maurus expendēs hunc Matthęi locum, ita fatur. *Quid sibi vult quod prima Petrum prodit Ancilla, cùm viri magis illum potuerint recognoscere? Nisi quod iste sexus peccare in nece Domini videretur, vt eius Passione redimeretur.* Scilicet non tantùm sæui carnifices, & diri tortores viriliter, (etsi inhumaniter,) sæuiunt aduersùs Christū in eius Passione; sed etiam fœmineus sexus suo modo etsi muliebriter, exaggerat Dominicæ Passionis ærūnas, vt ita etiam muliebris sexus Christi Passione redimatur. Quid ais Doctorum sapientissime? Num necesse fuit vt fœminarum sexus adiuuet ad Passionis acerbitatem, vt sic Passionis fructum ab illa mutuetur? Forte Christi Passio non erat operatio Theandrica & Dei virilis, quæ de se posset non tantùm vtrúmque sexū, sed & infinita peccata, & mundos redimere? Imò fœmineum sexum iuuasse ad Passionem pro virili, (ad lædendū enim vel fœmina virilis est) potiùs nocere videtur ad fœminarū redemptionem, quia Redemptorem offēdit. Altè profectò meditatur Rubanus Christi munificentiā in hostes. Neq; enim litteratissimus vir negare potuit fœmineum sexum, etsi non sæuiisset aduersùs Christum in eius Passione, tamen non ideo fore exortem à tanta redemptione. Sed signate intendit digitum ad rem præsentē. Quasi dicat; vsque adeò munificus est Christus Deus in hostes, & carnifices suos, vt eò cumulatiùs eos muneret gratia, quò inhumaniùs desęuiunt ad pœnā: non merito delicti, sed Redēptoris beneficentia. Vnde ne fœmineus sexus exors sit huius vberrimę largitatis, permittitur delinquere in Passione Redēptoris, vt vberiùs cumuletur gratia redemptionis: sit mihi in Passione iniuriosior, vt ego sim illi in redemptione gratiosior: quasi malitia sæuientium in Christum esset illi fomes ad gratiam, & incentiuum copiosiùs miserendi. Ergo fœmineus *sexus peccare in nece Domini videtur, vt eius Passione redimeretur.* Quid exaggeratius?

Matth. Raban. *Vtiùs non est Passio Christi tortoribus?*

173. Regius vates Psal. 40. induens personā Christi, agit

agit præsaga mente de sævitia carnificum in Passione,& de perfida Iudæ proditione,aiẽs v.8. *Adversum me susurrabãt omnes inimici mei: adversùm me cogitabant mala mihi. Etenim homo pacis meæ magnificavit super me supplantationem.* Verùm cùm Christus se prævidisset exagitatum usque ad mortem,& in sepulcro cadaveralcẽtem,sic orat Patrẽ Deum: *Tu autem Domine miserere mei;& resuscita me,& retribuam eis.*

Psalm.

Quã ob causam Christus magnæ misericordiæ nomine resurrectionem suam postulat; *ut retribuam eis*,inquit,id est,persecutoribus vicem reddã:nempe ut sequi tortores pœnas luãt tanti flagitij in me commissi. Ita vulgò interpretes:quibus assentiebam,quousque publicè exponens Davidicos psalmos,cùm arduũ mihi videretur Christum, qui pacatissimus fuit in hostes,& benevolentiam erga eosdem maximè commẽdasset discipulis,sic,hiare ad ultionem;novã & luculentam commentationem ex Didymo tradidi. Sic fatur Didymus apud Barbarum Achilerensem in catena: *Resuscita me, ut retribuam eis retributionem,quæ illis ornamento,& utilitati futura sit.* Cõmentario plane luculẽta,& arguto Didymi ingenio digna. Quasi dicat Christus:ô Pater,etsi plures supperẽt causæ,eæque potentissimæ,ut à te impetrem resurrectionem præcocem mei corporis. Nã à me resuscitato rei Christianæ œconomia digerẽda est, & Evangelij veritas roboranda superest. Dein,dedecet, ut Dei corpus à delicto immunẽ, deitate delibutum scateat horrore vermiũ,& pædore corruptionis. Nihil horum nunc adduco,ut à te impetrem mei corporis resurrectionem; quam maximè expeto,ut copiosiùs benefaciam inimicis meis. *Resuscita me,& retribuam eis:Retributionem, quæ illis ornamento,& utilitati futura sit.* Scilicet ipsi me persecuti sunt nõ tantùm mente & consiliis, sed etiam toto corporis adnixu; parum ergo erit,ut meo corpore in sepulcro iacente & emortuo;animo solummodò & mente illis benefaciam. *Resuscita me*; ut animo pariter ac corpore illis benefaciã.Totus ergo offẽsus sũ,non satis erit,nisi totus ego illis rependam beneficentiam gratæ pro offensionis malitia. Ne corpus meũ sit exors ab hac gloria. Neque enim corpus tam expetit gratiam resurrectionis,ut eius præniteat dotibus; quàm ut pia benefaciendi ambitione illustretur angusta gloria largioris munificentiæ in hostes. *Resuscita me, & retribuam eis,&c.*

Christus expetit resurrectionem suã ut etiam corpore benefaciat inimicis.

Didym.
Barbar.
Achil.

174. Priscus ille Iosephus Patriarcharũ nitor,& hostilis benevolentiæ gloria, ideali charitate exemplar sui,præmaturè Christianus perfectione amãdi inimicos; & cum diro carcere diu detineretur innoxius,Geneseos 40.v.15.precatur pincernarum Principem de se benè meritum ob somnij faustam interpretationem,ut suggerat Pharaoni liberationem ab ærumnoso carcere: *Quia furto sublatus sũ de terra Hebræorum,& hic innocens in lacum missus sum.* Hæc verba sic expẽdit Basilius Seleu.Orat.8. *Quæ lingua pro dignitate eam laudet orationem, qui et eorum quoque humanitate cum inimicis usus esti Non invidentia recordatus, nõ fraternam incusãs crudelitatem, non venditionem recensens,non mortem meditatam exprobrans,non mulieris immoderatũ amorem, non suam temperantiam, non illius importunitatem.* Miraculi ad instar est pacatè commemorare implicata odia adversùs se exhibita, quibus immeritò anxiè nimis affligebatur. Porrò ipsa iniuriæ commemoratio,incentivum solet esse vindictæ,& fomes furoris: saltem muliebriter furit dictis,qui nequit factis:Placidè enim de iniuria loqui, dissimulando offendentis malitiam, præcox

Genes.
Basil.
Seleu.

Charitas erga inimicos,dicitur Evangelij conservatio.

Evãgelij adulatio est. Audiendus est idem Seleucus Præsul in eadem Oratione de eodem Iosepho à fratribus benè vincto, & malè captivo, sic inquiens. Iosephus *invidiam,venditionem,belluinámque immanitatem, h[?]manitate [?]quus ulcisci[?]ur, terriculamentis luduntur, minas quasi in scena consequitur,iras histrionice repræsentat.* Et post pauca, subdit verba pereleganter excogitata: *Vidisti divinis præceptionibus inhærentem, osores amantem, novi Testamenti Conservationem enunciantem?* Expende hæc postrema verba animadversione dignissima. Nimirùm Iosephus præmaturè obedit Evangelicis præceptionibus, quarum præcoqua obedientia non tantùm adulatio est Evangelij,sed etiam conservatio, *Novi testamenti conservationem*, Profũdè quidem: Quasi ille,qui osores amat,& ab amore benefacit; conservet,& suffulciat Evangelium:scilicet qui inimicos diligit fulcrum est Evãgelij, & Evangelicæ perfectionis columna & firmamentum, Quasi tota Evangelicæ perfectionis moles nutet ruitura,nisi fulciatur hostilis benevolentiæ fulcris.Nam redundãtia fraternæ charitatis in hostes argumentum est divinæ veritatis, fulcimentum disciplinæ Christianæ,& vinda Evãgelij conservatio; inconcussa enim manet fides nostra, si nõ labefactetur machinis hostilitatis. Esto benè pius in hostes,ut nõ sis malè impius in Evangeliũ.

Seleu.

175. Scilicet virtutis proceres blandam in adversarios charitatem didicerunt à Christo, Christus à Deo Patre,in quo augustior eminet benevolẽtia in hostes, ut in exemplari archetypo sanctitatis. Matth.6. v.44. *Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos, &c. ut sitis Filij Patris vestri,qui in cœlis est.* Valdè sudat interpretum industria,ut vitet tautologiam,seu nugacem rei eiusdem repetitionẽ. Quo enim pacto fideles,amore erga inimicos efficere poterũt, ut sint Filij cœlestis Patris?Nam si Deus pater noster est,frustra laboramus, quò hostilitatis deposito animo efficiamur Filij eius, qui iã erat noster Pater. Nisi fortè possit homo conari,ut sit Filius sui patris:sic enim esse aliquando Pater absque Filio,quod monstrũ esset in philosophia. Scio S. Chrysologum cum emedullaret verba illa filij Prodigi, Lucæ 15. v. 18. *Surgam,& ibo ad patrem meum*,quem diu luxuriando offenderat,ita fatum: *Ego perdidi quod erat filij; ille quod patris est, non amisit.* Scilicet hoc naturale miraculum divinæ benevolentiæ est, ut etsi homo Deo offẽsus,& inimicus,amiserit illustrem divinæ filiationis titulum; non propterea Deus amiserit blandum patris nomẽ. Unde Deus erga homines sibi infensos & inimicos erit planè pater,tametsi inimici homines ob delictorum offensam amiserint nomen filij. Profectò videor mihi rem tetigisse. Nempe nomen patris thesaurus pietatis,& promptuarium benevolẽtiæ est. Unde ut Deus ostẽtet mortalibus cumulatiorem benevolentiam in homines propter crimina invisos & inimicos, publicat se esse patrem quãvis ipsi non sint filij,quò clarius intimet blandiorem benevolentiam, & largiorem munificẽtiam in filios alienos,idest, non filios; sed adversarios & inimicos. Siquidem nomen patris piè pertinacem amorem sonat,& munificentiæ officinam:hanc ergo Deus largissimè exprimit in hostes, ac si verè essent filij:cùm hostes habeat filiorum loco.Ecce quomodo potest quivis satagere, ut ex Dei inimico fiat filius Dei,iam olim patris,nã etsi homo perdiderit,quæ erant filij,Deus non amisit quæ erant patris,ad ostentationem divinioris benevolentiæ erga inimicos,quod est augustę sãctitatis elogium.

Matth.

Deus pater dicitur etiam non filiorum.

Lucæ
Chrysol.
serm.

§. XXXV.

Aduersarium, quò magis inimicum, eò magis diligere, eique benefacere, Christianæ pietatis est meta.

176. Plinius lib. 1 epist. Bonus vir nō prouocat inimicitias, sed neque timet. Secū viuit, & se contentus, omnia quæ foris aguntur, quasi aliena reputat Sic virtuti viruit, sic gloriæ æternum superuiuet. Fateor, si quis inulta patitur, inertem se esse audit; at si vlciscitur, insolentem videri necesse est. Malo operosam parcendi inertiam, quàm insolentiam vindictæ. Operosam inertiam appello silentium neglectæ iniuriæ: nam ad inertem dissimulationem iniurię, virtutum concurrat tota cohors, & negotiosa & operosa virtutis industria, necesse est. Hæc otiatio iners, negotium est sanctitatis, & pietatis meta. Huic insidiatur natura, vltrò festinans malum malo arcere; sed huic adulatur diuinior gratia, viuens ad gloriam æternitatis Quid enim tam generosū in gratia quàm gratia rependere iniurias, & malitiam remetiri bonitate? Præcurrit humanis votis inimicorū amor, & se extendit quò humana vota pertingere nō possunt, nisi supernaturaliori auxilio generosè eleuata ad angusta virtutis facinora.

177. David Regum Optimus, bonitate indolis, & gratiæ moribus cōstructus, sed tamen homo; multa passus est à filij Absalon insolentia; qui iuuenili ardore, regia nobilitate, superba opulentia, & Regis conniuentia insolescens, & fratrem Amnonem infidè trucidauit: & mox in patrem Dauidem perfidè rebellat, occupat vi Ierusalem, expugnat Regiam, palàm constuprat patris concubinas, ipsúmque patrem cogit in turpem fugam, & ambitione prœmaturè regnandi, insidiatur vitæ Dauidis. O temerarium & impium filium, planè natum ad iniuriam, & ruinam optimi parentis! Tandem 2. Reg. 18. v. 5. cum Absalom pugnaci & numerosa manu armatus, opprimere patrem Dauidem maturaret, occurrit obuiam pro Dauid validus exercitus, duce Ioab, cui, & reliquis militibus exeuntibus per vrbis portam ad prælium, sic seriò mandat rex Dauid: *Seruate mihi puerum Absalom.* Nimirum Dauid versabatur in certo periculo amittendi regnum, & simul vitam, (quæ meta est felicitatis humanæ) & Absalonem iuratum hostem, qui tantum nefas impiè moliebatur, seruandum anxiè mandat. Proficiscitur Dauidis exercitus ad perdendum Absalonem perfidæ rebellionis auctorem, & piè iubet, vt illum seruet? Fortè auxilium Absaloni mittit, dum mittit exercitum pro se, & contra illum? ô eximiam in hostē infensissimum beneuolentiam! *Seruate mihi*, inquit, *puerum Absalom.* Emedullare oportet verba ad propalandā eximiam Dauidis charitatem erga Absalonem hostili animo nimis inimicum. Quid est *seruate mihi puerum Absalom*? Septuaginta interpretes legunt, *Parcite.* Quasi dicat. Parcite vos, quos non læsit, siquidem ego parco: ne geratis hostilem animum aduersùs non vestrum, sed meum hostem: estote sic benè affecti erga proximum, vt ego erga infestissimum hostem, qui me exoptat regno pellere, & orbare vita, qua sua cōstat. Hebraïcè, *Leniter mihi in puerum: Absalom* Idest (ait Vatablus) *in meam gratiam. Quasi dicat: leniter mea causa incurrite in illum: nolite sæuire in illum, sed parcite illi.* Nempe mihi blanditur, qui leniter agit cum meo aduersario: mihi imputo exhibitam largiorem munificentiam erga illum. At viuacius rem expressit vulgatus interpres: *Seruate*, inquit, *mihi puerum Absalom.* Nam vt aduertit S. Hieronymus in cap. 3. Isaiæ, & cap. 10. Ecclesiæ; Pueri nomine significatur, homo insipiens, & malignus, quin & Diabolus ipse. Ait itaque Dauid? Absalom stultè, & malignè agit contra me, Diabolus est mihi ab hostili & pertinaci animo, quo aduersus me desæuit: *Seruate* ergo *mihi* stultè malignum, & malignè Diabolum Absalonem; *mihi* inquam, *seruate*; quia cùm totus mihi diabolicè malignus sit, totum mihi seruādum expeto, totum mihi exambio. Diu totus viuat mihi, qui totis viribus vitæ meę insidiatur, & mihi malignus est, mihi Diabolus est. *Seruate mihi puerum Absalom.* Mihi diu viuat, quia mea morte præsumit feliciter viuere. Sic est affectus erga inimicos Dauid, præmaturè Christianus!

2. Reg. *David pius est erga Absalonem dæmonem.* Septuag. Hebr. Vatab. Hieron.

178. *Qui iuuit inimicum augetur beneficijs à Theoderico.* Cassiod. lib. 1. variar. epist. 16. Theodoricus Rex magnus, vt erat regiis virtutibus inclytus, (vtinam fide non degener,) sic generosus fuit regali munificentia in hostes aduersùs se pugnacissimos. Cassiodorus recenset, Venantium nuper inimicissimum, summis honoribus à Rege sublimatum, quia hostilem animum aduersùs se gessit: *Vnde* (ait) *sic factum est, vt ei libenter daremus præmium, qui nostrum fideliter iuuit inimicum: quia casu patrocinante contrario, tantò nobis reddebatur acceptus, quantò tunc cognosci poterat indeuotus.* Recognosce generosū Theodorici animum erga hostes, cui tantò erat acceptus inimicus, quantò illi fuerat aduersatus: quasi iniuria ab inimico accepta, ius sit ad extorquendam beneuolentiam: Quæ est redundantia pietatis Christianæ.

Lucæ. *Diues epulo à Lazaro, quē offenderat, refrigerari mauult.* Lucæ 16. v. 24. totis gehennæ tormentis excruciatur in inferno diues ille Epulo, aduersùs Lazarum durus & inhumanus. E gehennæ caligine suspicit splendidas Lazari gloria: & ita alloquitur Abrahamum, qui glorioso sinu fouebat nuper ærumnosum mendicum: *Et ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma:* ô stolidissime hominum, cur Lazarum ad tui miserendum expetis, in quem durus & inhumanus dudum fuisti? Num vnus tantum Lazarum erat in cœlesti Abrahæ sinu? quemcumque selige: tantùm non elige Lazarum, quem offendisti. Attende diligens ad Caietani expensionem in commentario huius loci: *Petit Lazarum mitti ad sui refrigerationem, cui meminit se tam inhumanum fuisse.* Non ex impedito intellectu, sed ex magna virtutis & gloriæ (etsi sera) æstimatione, hæc verba protulit, hic diues damnatus. Videlicet censet hominem virtute illustrem, & Deo plenum, dum magis sit offensus, fore aptiorem ad præstandam vberiorem gratiam inimico. Fortè hic diues vidit in sinu Abrahæ plures beatos, quos aut nunquam nouerat, aut quibus sæpè benefecerat: at quasi magnum quid exposcit ab Abrahamo, vt mittat Lazarum sibi offensum: *Pater Abraham*, inquit, *miserere mei, & mitte Lazarum, &c.* Quia ab homine virtutibus insigni, munificentiorem sperat gratiā; quò vberiùs illum offenderat: *Tantóque nobis redderetur acceptus, quantò tunc cognosci poterat indeuotus*, aiebat de se regalis Theoderici regis munificentia. Nec minorem clemētiam verè sibi sperat à cœlite Lazaro damnatus diues, quam de se iactat generositas Theodorici. Plus speratur ab eo, qui plus læditur, ô exaggerationem virtutis Christianæ, quæ sic exuberat etiam in hostes! Planè opera

Caiet.

præcur

Digitized by Google

præcurrunt votis charitatis : nam quò hominum vota vix attingunt, pertingunt amoris opera, vt iam oſtendo.

179. Matth. Matthæi 21. v. 34. inducitur homo paterfamiliâs, (id eſt, Deus ſub perſona, & munere hominis) qui plantauit electam vineam; ſæpè obuallauit; & apotheca, & torculari ornauit, locauitque agricolis. *Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum, dicens: Verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt heres, venite occidamus eum*, &c.

Deus, quò magis offenſus, eò ſolet eſſe beneficentior.

Aduertis hîc qualiter per ſingulos offenſæ gradus, creſcat & pietas huius patrisfamilias? tantòque magis redditur agricolis acceptus, quantò agricolæ cognoſci poterant iniurioſi. Quod egregiè notauit auctor operis imperfecti ſic fatus. *Ecce quamuis amicus alicuius fuerit homo, ſi ſemel ab illo fuerit paſſus iniuriam, quamuis nunquam frangitur eius affectus, ſi iterum paſſus fuerit, tunc iam magis minuitur: & ſi tertium, amplius non minuitur amicitia eius, certè tamen non additur. Dei autem miſer cordia, quantò magis à Iudæis offendebatur tantò amplius adiiciebatur in eis.* Quid inſolentius? quaſi iniuria ſit Deo occaſio, & homini pio incitamentum ad benefaciendum : vt quò creſcit offenſæ acerbitas, eo magis amplificetur offenſi pietas, & offendentis inſolentia extorqueat beneficentiæ incrementum, quaſi iniuria ſit aliquis arcanus miſericordiæ fomes.

Imperf. Chriſ. hom. 40. in Matth.

180. *Nec iniuſta religio Dauidem vltorem fecit.*

1. Regum 24. v. 5. Rex Saül inuidiæ furore, cauillatorum arte, & regni potentia perſequitur immeritò Dauidem, multis, ipſiſque maximis beneficiis de ſe benè meritum. Fugit Dauid ſæuas Saülis iras, & per auia deſerti, & inter montis Engaddi crepidines, fermè humanis veſtigiis inacceſſas, diu palabundus vagatur. Nec ibi tutus à irato hoſte, Saül enim ſtipatus electa & pugnaciſſima manu montem ſcandere incentat. In montis aſcenſu ſpelunca offertur, in quam intrat Saül, vt aluum purget. In ſpeluncæ abditiori receſſu latebat Dauid cum ſuis. Euge, aiunt Dauidis ſatellites, adeſt tibi, ô Dauid, opportuniſſima occaſio, ſternimus in Saülem & ita liberabis animam tuam, & noſtram, ſoſpitabis nos, & immeritas vlciſceris iniurias. *Et dixerunt ſerui Dauid ad eum: Ecce dies, de qua locutus eſt Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis.* Verùm Dauid nō modò abſtinuit à nece Saülis, ſed *confregit viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos, vt conſurgerent in Saül.*

1. Reg.

Profectò totum hoc caput miniſterium eſt ad mitigandos immites inimicorum animos; at ex præfatis verbis id maximè elucet in Dauide, viro pientiſſimo: nam quò religioſior erat erga Deum, eo difficilius fuit parcere Saüli. Aduerte ad verba, quæ ſerui ipſius Dauid ſuggerunt, vt illum ad cædem inimici Saülis inflamment : *Ecce dies de qua locutus eſt Deus ad te : Ego tradam tibi inimicum tuum.* Ad quæ ſic fatur ſententioſè Baſilius Seleu. *Neque verò Dei commemoratio Prophetam ad cædem faciendam excitauit.*

Baſil. Seleu orat. 16.

Nempe id vnum poterat extimulare Dauidem inimicorum amiciſſimum, vt irrueret in Saülem infenſum ; ſi religio foret, & Dei declarata voluntas, vt illum trucidaret. Vnde cùm eius ſerui probè ſcirent quā erat obſequentiſſimus Dei iuſſis, religionem iniiciunt vindictæ, quaſi à Deo imperatæ : *Ecce dies, de qua locutus eſt Dominus ad te: Ego tradā tibi inimicum tuum.* Ecce tibi in corde Dauidis pulchra virtutis pugna: pietas certat cum religione. Religio erat obſequi diuinæ voluntati, Dauidi intimatæ, ſpiritu (vt videbatur) prophetico: Pietas exigebat, vt infenſiſſimo parceret inimico. Quid faciat Dauid, qui obſequentiſſimus Deo eſt, & piiſſimus erga inimicos? Si nō ſe vindicat, videtur delinquere in Deū, ſi iniurias vlciſcitur, videbitur ſæuire in hoſtem, nec condonare iniuriam. Quid eliget & mitiſſimus, & religioſiſſimus vir? ô exaggerationē charitatis erga inimicos! Mauult Dauid videri minùs religioſus in Deum, quàm eſſe minùs pius in hoſtes: *Neque verò Dei commemoratio Prophetam ad cædem faciendam excitauit.* Cedat tantiſper religio erga Deum pietati in hoſtes offenſiſſimos. Sic enim erat affectus ad beneuolentiam erga inimicos, vt ſibi perſuadere non potuerit, ferè expreſſam prophetiam ſibi vltionem intimare. Vtcunque prophetiam interpretatur, vt parcat hoſti, bonus ſemper interpres eximiæ charitatis erga inimicos: ô generoſam pietatis hyperbolen, quæ opere præcurrit Euangelio. Imò Dauid præproperè fuit Euangelicæ diſciplinæ typus, & meta amoris erga inimicos. Hinc Nabuchodonoſor *defenſionis* vocabulo vltionem diſſimulat. Iudith. 2. 12.

---

§. XXXVI.

Homo qui ob aſtutiam eſt multiplex, ferè homo integer non eſt.

181. Homo verè varius cū ſit, multiplex reuera eſt: varius pro occaſione, verſipellis pro negotiatione, penitus ſimulandæ veritatis, peritior fucandæ falſitatis ſpecie veri: nihil in illo ſincerum, nihil ferè non adulteratum vel à natura, vel ab arte. Nunquam eſt ipſe, ſemper eſt alius, tametſi nunquam eſt magis ipſe, quàm cùm eſt alius. Sibi impar eſt, ſibique non ſimilis, etſi nūquam magis ſimilis ſit ſibi, quàm cùm eſt diſſimilis. Vicibus tēperatus videtur, & mutationibus concretus. Vnde multiplex eſt, & alius ipſe; atque inde quanquam homo ſenſibus pateat, intelligibilis eſt, & incomprehenſibilis. Quærit S. Zeno Veron. quam ob cauſam homo dicatur factus ad imaginem, & ſimilitudinem Dei? plures rationes adduxi explicans Hexaëmeron, & fortè quam ſubiicio, eruditus præferet. *Videamus*, inquit, *quid ſit quod Deus ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram? Et, fecit, inquit, Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem Dei. Et in alio loco dicit : Ego ſum qui ſum, & non demutor. Cùm hoc ita ſit, homo quemadmodum Dei imaginem portat? cuius vultus omni conuerſioni ſubiectus momentis omnibus commutatur, labore, ætate, languore, gaudio, triſtitudine; nunc macie deformis, nunc enormis pinguedine : vſque adeo incertus, vt idem in duobus per orbem terrarum non poſſit inueniri* [illegible]*. Igitur in Deum cùm hæc non incidant, Dei imaginem nō habemus? Abſit. Habemus plane : & quidem manifeſta ex eo ipſo, quod non eſt portantibus nota. Incomprehenſibilis enim Dei imago inuiſibilis ſit, neceſſe eſt.* Multa verba, ſed nullum omittendum quibus elegāter exprimit Zeno, in quo ſita ſit imago Dei in homine. Nimirum cùm homo tam varius ſit, pro occaſionum, & ætatum, & temporum viciſſitudine; cùm tam *incertus* ſit, pro ingenii ſui verſutia, & adnata duplicitate, ipſe planè incomprehēſibilis, incomprehēſibilem Dei naturam (etſi peruersè) repræſentat. Nempe Deus à perfectione diuina

Zeno. de Genesi ſer. 4. *Homo dicitur imago Dei, quia incomprehenſibilis eſt.* Gen. 1. v. 26.

Digitized by Google

nina incomprehensibilis est; homo ab imperfectione humana vix comprehendi potest. Ecce vtrumque incomprehensibilem, etsi diuersissimè. Porrò quis hominem penetret, tot varietatibus alium, tot mutationibus diuersum, tot cauillis incertum? Quæ ergo imago similior incomprehensibili Deo potuit effingi, quàm homo tam crebrò alius à se, sibi dissimilis, cæteris diuersus, incertus cunctis, omnibus incomprehensibilis?

182. Cæterùm Deus caliginibus tegebat loca in quibus olim hominibus apparuit: sic montem Sinaï nebula obscurauit; & templum Salomonis caligine obtenebrauit, vt Diuinitas tenebris occultaretur: ope enim tenebrarum absconditur Deus, *Qui posuit tenebras latibulum suum*. Psalm. 17. v. 12. At hominis cor vsque adeo occultum est, vt vel tenebræ ipsæ occultentur in eius præcordiis. Iob. c. 19. vers. 16. *Omnes tenebræ, absconditæ sunt in occultis eius. Eius*: idest, hominis nequam, & versuti. Qui latere cupit, tenebras quærit; nullum enim est occultius latibulum, quam tenebræ, quarum ope, & beneficio latibulum est. Verùm si tenebræ ipsæ latere cuperent, secretius & occultius seipsis latibulum quærerent: nimirùm recessus humani cordis, quod tenebrarum latibulum esset: *Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius*. Nam quis peruestiget humani pectoris Mæandros, & inuestigales astutiæ ambages? Ridet ore, & corde furit: blanditur vultu, & pectore sæuas alit iras. Non est ipse, sed alius semper, varius, & incertus: mentitur se, vel ipsa veritate fallat. Et qui incomprehensibilis est, peruersè similis est Deo, & vnus cùm sit, multiplex est: non benè imitans incomprehensibilem Dei naturam. Pulchrè S. Zeno Veronensis, sic fatur de incomprehensibili hominis duplicitate: *Bilinguem esse hominem, & duplici mente, de inuidia noscitur. In profundo namque cordis odium tegit, in labiorum vero superficie coloratam dulcedinem profert, secundum obtectos marinis fluctibus scopulos, qui exigua aquæ resparsione cooperti, ignorantibus & incautis improuisa naufragia moliuntur*. Planè eleganter.

Psalm.

Iob. Cor hominis est tenebrarũ latibulum.

Zeno Veron. serm. de liuore.

183. Enimverò in primis vnus homo, homo vnus est: nugatoria videtur repetitio, quasi omnino replicet idem quod dictum fuerat: Et tamen vt non vulgare Elcanæ elogium dicitur, 1. Reg. cap. 1. v. 1. *Fuit vir vnus de Ramathaim, &c.* Quasi magna laus sit vnius hominis, quod sit vnus homo, & nõ multiplex. Accinit Alexand. Clem. *Mysticè apud nos quoque dictum est illud Pythagoræũ: oportet quoque hominẽ fieri vnum*. Nam vt egregiè Tertullianus lib. de Anim. c. 9. de homine astuto ait: *Hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter vnus*. Idest, vnus homo ob malitiam, est vnus interior, alius exterior, ecce vnus homo sunt duo homines. Addit, *Dupliciter vnus*. Quasi dicat: si quando accidat vt hic duplex homo, vnus appareat, & sui similis; attentiùs cauenda duplicitas est; nam *dupliciter vnus est*: Simulat se vnum, & simplicem, vt certiùs securiùs fallat; sed reuerà, *dupliciter vnus est* Astutior versutia simulat simplicitatẽ, & vnitatem sui; at hæc vnitas hominem, & eius malitiam multiplicat: *nam est dupliciter vnus*, non simpliciter, & candidè.

1. Reg.

Clem. Alexand. 4. Strom. Homo astutus, est dupliciter vnus. Tertull.

184. Imò, quòd mirere magis, à peruersitate malitiæ; etsi duplex sit, dimidiatus homo est. Iob. 1. v. 1. *Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex*. Ex Hebraïca origine quidam scribunt, *Erat vir ille integer*. Itaque vir *simplex*, idem est, ac integer, quasi vir duplex, seu versutus homo integer non sit, sed defectiuus, & dimidiatus. Porrò ænigmati simile est, quòd homo simplex, integer homo sit; & homo duplex aut multiplex, integer non sit: ac si additio rei, rem ipsam minuat, & ablatio substantiæ, substantiam augeat: à simplicitate sit homo integer, & completè homo, & à multiplicitate sit mutilus, & dimidiatus. Verùm homo vnus, & corde duplex, integer homo non est, quia nõ satis homo est, sed quid monstro simile, & poëtica, vel dialectica Chimæra. Deficit enim à substantia hominis, & desciscit à rationali natura, qui vafritie, & mendaci versutia se malitiosè multiplicat; & ab incremento decrescit: à multiplicatione dimidiatus?

Iob. Pineda Homo astutus & multiplex, homo integer non est.

185. Vnde duplicitas, & versutia est contumelia naturæ, & dedecus humanitatis. Fuge eiusmodi mõstra naturæ probrosa, hominibus infensa, Deo cõtumeliosa. Nam in dedecus redundat Creatoris, tam enormem creaturam (etsi vitia suo degenerẽ) effinxisse. Sic interpretor locum Iobi, cap. 15. v. 5. vbi ita scribitur, *Docuit iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium*. Mariana sic vertit posterius hemistichium: *Et eligis linguam astutorum*. Tandem si idem sit, *lingua astutorum* & *lingua blasphemantium*. Astutiáne, & duplicitas, blasphemia dicitur? Quid commune habet duplicitas cum blasphemia? Porrò astutia & duplicitas, adulterata verba sunt, mẽtitus vultus, infida opera, & cor aliud. Blasphemia verò est temerarium verbum aduersùs diuinitatem; aut fortè, Opera, verborum vice, Deo contumeliosa. Ergo astutia non est blasphemia. Est, est planè. Nã vt rectè ait Basilius Seleu. *Operum peruersitate in Deum contumeliosi sumus* Tantæ malitiæ *peruersitas* contumelia est Dei. Monstrum est, *vnum* esse, & simul non *integrum*, & multiplex; & contumelia est factoris, & blasphemia in Deum, eiusmodi monstrum. Ergo homo duplex, seu astutus, blasphemus, & sacrilegus nuncupatur. O quàm astutus & multiplex est Nabuchodonosor! In hoc vers. 12. intentat bellum, *vt defenderet se*. Et cap. 2. vers. 3. *Vt omnem terram suo subiugaret imperio*. Et cap. 3. vers. 13. *vt ipse solus diceretur Deus*. At sanè homo integer non est, qui tam multiplex est: quia præ superba stoliditate deficit Nabuchodonosori rationalis vigor, de quo legi potest Herodotus lib. 7. nec satis homo est qui sacrilegè præsumit esse Deus, vt ait Tertullianus. Vnde præ astutia Nabuchodonosor multiplex homo est, & homo integer non est: sacrilegus, & blasphemus in Deum est, qui diuinos honores vsurpare præsumit, cùm stolidissimus sit, & propè desciscens à ratione hominibus agnata.

Lingua astuta dicitur blasphemare. Iob.

Marian.

Basil. Seleu orat. 2.

Iudith.

Herodot.

Tertul. in Apolog.

§. XXXVII.

Summa Sapientia est, aliquando per affectatum insipienter Sapienter stultescere.

196. Sapiens non est, qui suam sapientiam venditat; & ambitiosus sapientiæ alumnus est, qui nunquam inscitiam simulat, aut scientiam dissimulat. Disertissimus quisque, non semel sapienter desipit, & sagaciori politia se scire dissimulat pro negotij occasione; sapienter tunc ignorare videtur, quod tunc palam sapere ignorantia foret. Nam etsi sapiens conscius omnium sit, tamen nõ semper expendit se conscium ostẽtare. O quàm buccinabant suam sapientiam amici illi Iob! subtilissimis discursibus argutabantur; nullámque omittebant

Disertus scire dissimulat.

tebant opportunitatem, in qua suam non ostentarent eruditionem. Et tamen Iob non minùs ciuilis, quàm patiens, cap. 30 v. 8. illos appellat *filios stultorum*, idest valde stultos. Num cùm amici sapientiores apparent, tunc magis stultescunt? Audiamus eundem Iobum de seipso loquentem in hoc eodem cap. vers. 29 cùm plura dissimulabat scire, sic inquit: *Frater fui Draconum, & socius struthionum.* Quam ob rem socius struthionum dicitur Iob? S. Hieronymus: *Fatuus factus sum, & insipiens, sicut struthio, aius stultissima.* Quasi dicat: Ne arbitremini me sapientiam ostentare, cùm argutias vestras callidas, & malitiosas eludo; cùm multa taceo, & plura dissimulo, *Fatuus factus sum, & insipiens* apud vos; at re ipsa magis sapiens: nam hæc affectata ignorantia, diserta sapientia est, & qui sic magis desipit, sapit magis.

Iob.

Iob.

Hieronym.

187. Diu, multumque mirabar, vt Salomon ad miraculum vsque sapiens, & in senectute ipsa, vel ab experientia doctior, dixerit Ecclesiastis 1. vers. 17. *Dedi cor meum, vt scirem prudentiam, atque doctrinam, erroréque, & stultitiam.* Culmen doctrinæ assecutus fuerat Salomon, & qui iuuenis, sapientia eminebat, iam senex, & meliorem frugem vitæ secutus, in hoc libro Ecclesiastes, stultitiam ediscere studet? Planè non bonæ litteraturæ in senectute se mancipat. Quid Salomoni opus est stultitiam ediscere? cùm dicente Augustino: stultitia cœcitas quædam sit. Num ignorantiam denuò discet, qui summè sapiens est? Ita quidem; at hæc stultitia, summa sapientia est. Quid enim sapientiùs, quàm affectata insipientia rei notitiam aliquando dissimulare, & sapienter nescire? Hanc ediscit Salomon in senectute; & qui tunc nihil sciendum non scit, discit nescire quod scit: & ab hac disertissima insipientia sapientior esse prætendit. Vnde Salomon senex litteratissimus, & sapientissimus, incipit insipientiam, & stultitiam discere, aiens: *Dedi cor meũ, vt scirem prudentiam, atque doctrinam, erroréque, & stultitiam.* Nam sicut apud Augustinum: *Frustrà nonnulli acutè obtusi sunt*; ita alij non frustrà, sed consultissimè acutè obtusi sunt, & disertissimè insipientes. Ergo discenda est hæc stultitia cum Salomone, qui illustriorem sapientiam ab hac stultitia commendat.

Ecclef. *Stultitia aliqua discenda est à sapientissimo.*

August. l. 3. de liber. arbitr. c. 34.

S. August. l. 8. de Gen. ad litt. c. 15.

188. Prouerb. 30. vers. 1. inquit Salomon: *Verba Congregantis, filij vomentis.* Quæ verba dicit Salomon, quando de scientia Sanctorum tractaturus erat, ait Card. Caietanus. Cur Salomon, cùm augustiorem huius libri sapientiam commendare voluit, ait; *Verba congregantis, filij vomentis?* Quid est verba congregantis? Caietanus legit *collecti: hoc est, collecti in semetipsum*: Nempè verba Salomonis attentissimi, & abstratissimi ab aliis negotiis, vt sic abstrusiorem proferat sapientiam. At, quam ob causam, cùm illustriorem profert sapientiam, inquit, *filij vomentis?* Scio germanam loci expositionem, quam interpretes vulgò tradunt, & vtor expositione Hugonis ibi: *Filius vomentis, idest, filius David, qui saliua quodam indecoro vomitu stultitiam simulauit coram Achis Rege Geth*, 1. Reg. 21. v. 13. Luculenter quidem ad rem præsentem. Profectò cùm se colligit sapientissimus Salomon, abstrusiorem scientiam Sanctorum tractaturus, se filium Dauidis profitetur, non Dauidis sapienter Psalmographi, & perspicaciter Prophetæ, aut consultissimè Regis, vel peritissimè Ducis, sed sapientissimè, & disertissimè stulti; quando videlicet saliuæ quodam inhonesto vomitu stultitiam simulauit. Vnde mox, versu immediatè sequenti, inquit: *Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum.* Nempe sapientissimus ab hac sapienti stultitia. Parum erat Salomoni iam seni didicisse hanc stultitiam, nisi etiam à parentibus insitam, & hæreditario sanguinis iure sibi innatam, & enutritam diceret. Et ita cùm nobiliorem sapientiam ostentat, filium sapienter stulti patris, & disertissimè insipientis se appellat, aiens: *Verba congregantis, filij vomentis.* Audi Paulum peropportunè ad hanc rem 1. Corinth. 3. vers. 18. *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat vt sit sapiens.* Neque enim ingenij acumen, & subtilis discursus efficit sapientiæ primates, sed stulta sapientia, & prudens dissimulatio, & coërcitio foràs erumpẽtis notitiæ: nam qui sic stultus fit, verè sapiens est. Nempe qui dissimulãter multa prætèrit, multa tacitus vorat: qui pro occasione rationem coërcet prudentiori ratione, callidam calumniatoris versutiam benè callens, quasi ignorãs sapienter dissimulat, & disertè nescit. Hæc stultitia, summa sapientia est, & cui sapientissimus Salomon dudum instructissimus, iam senex studet, & sibi à parentibus innatam gloriatur. Nam *Desipuisse prudentia est*, ait Chrysologus.

Prou.

Caiet. *Salomonis laudatior sapientia est, disertissimè desipere.*

Hugo.

1. Reg.

1. Cor.

Chrysolog. ser. 62.

189. Præcepit Deus Abrahamo, vt se, & suæ familiæ masculos circumcideret, Genes. 17. v. 12. *Tam vernaculus quàm emptitius circumcidetur.* Sed superest sciendum quisnam sit vernaculus, & quis emptitius in Abrahami domo? Respondeo verbis scelectissimis disertissimi Ambrosij: *Vernaculi sunt motus naturales; pretio empti, ratione acquisiti*: quasi dicat; Non tantùm castigandi, & reprimendi sunt in homine motus naturales, scilicet passionum insultus, & improbæ appetentiæ, quæ sunt motus naturales, & vernaculi, vtpotè domi nati, & enutriti, sed etiam motus à ratione oriundi, & qui videntur rationi conformes, cohibendi sunt, & circumcidendi. Vellem hanc mysticam Ambrosij commentationem reiicere, nisi illam suspicerem, vtpotè tanti Doctoris. Ratio est cohibenda? circumcidenda ratio est? quid? sequemur appetitum, non rationem. Quem sequemur ducem, si rationem non sequimur? Sed multa dissimulanda sunt, & per stultam sapientiam prudenter omittenda, & disertè negligenda. Hanc stultã sapientiam sapientissimus Salomon, quando magis sapit, ediscere satagit, cùm seriò tradit cor suum ad sciendam hanc stultitiam sapientem. Hanc admiror in Nabuchodonosore, qui valde iratus, vers. 12. in has prouincias sibi valde iniurias, iniuriam dissimulans, quasi tranquillo, & pacato esset animo, vltionem dissimulat, simulat defensionem, sapienter stultescit, vt strenuè se vindicet. O quàm sapit, cùm videtur desipere!

Genes.

Ambros. l. 2. de Abraham c. 11. *Ratio circumcidenda, & cohibenda est aliquando.*

Iudith.

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

Vers. 1. ANNO tertiodecimo Nabuchodonosor Regis, vigesima, & secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor Regis Assyriorum, vt defenderet se. 2. Vocauitque omnes maiores natu, omnesque Duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui: 3. Dixitque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio 4. Quod dictum cùm placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor Rex Holofernem principem militiæ suæ, 5. Et dixit ei: Egredere aduersus omne regnum Occidentis, & contra eos præcipuè, qui contempserunt imperium meum. 6. Non parcet oculus tuus vlli regno, omnémque vrbem munitam subiugabis mihi. 7. Tunc Holofernes vocauit Duces, & Magistratus virtutis Assyriorum, & dinumerauit viros in expeditionem, sicut præcepit ei Rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equitum sagittariorum duodecim millia. 8. Omnémque expeditionem suam fecit praeire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerent copiosè, boum quoque armenta, gregésque ouium, quorum non erat numerus. 9. Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit. 10. Aurum verò, & argentum, de domo Regis assumpsit multum nimis. 11. Et profectus est ipse, & omnis exercitus, cum quadrigis, & equitibus, & sagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ, sicut locustæ. 12. Cúmque pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistra Ciliciæ, ascendítque omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem. 13. Effregit autem ciuitatem opinatissimam Melothi, prædauítque omnes filios Tharsis, & filios Ismaël, qui erant contra faciem deserti, & ad austrum terræ Cellon. 14. Et transiuit Euphratem, & venit in Mesopotamiam: & fregit omnes ciuitates excelsas, quæ erant ibi, à torrente Mambre vsquequò perueniatur ad mare: 15. Et occupauit terminos eius, à Cilicia vsque ad fines Iapheth, qui sunt ad austrum. 16. Abduxítque omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletationem eorum, omnésque resistentes sibi occidit in ore gladij. 17. Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnésque arbores, & vineas fecit incidi. 18. Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

§. I.

Commentarius litteræ.

Vers. 1. Anno tertiodecimo Nabuchodonosor Regis, vigesima & secunda, die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor Regis Assyriorum, vt defenderet se.

Vers. 2. Vocauítque omnes maiores natu, omnésque Duces, ac bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui.

Vers. 3. Dixitque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio.

Vers. 1. LXX. SEPTVAGINTA seniores sic locũ efferunt: *Et in anno octauo decimo, secũda & vigesima primi mensis; Factũ est verbum in domo Nabuchodonosor Regis Assyriorum, vlcisci omnẽ terrã, sicut locutus erat.* Consentiunt Biblia Regia LXX. Interpretibus, sicut Gotthica, Pagninus, & Clarius Vulgatæ: Vatablus sic extulit posteriorem partem huius versiculi: *Habitus est sermo de supplicio ab omni terra, vt locutus fuerat, expetendo.* Aduertere hîc oportet, quod semel notaui ex interpretum consensu, supputationes annorum, militum, &c. in reliquis translationibus mendosas esse, quæ nec sibi, nec Vulgatæ consentiunt.

Bibl Reg. Gotthic. Pagnin. Clarius. Vatablus.

Quis mensis primus: Chaldæi, Assyrij, & Orientales reliqui, annum auspicantur ab Autumno, quod in confesso est apud vtriusque eruditionis proceres. Quis opponatur pacatissimo consensui Doctiorum? At penè certum mihi est, hîc Mensem primum non esse Autumnalem, quem nos Septembrem vocamus, & Tisri, siue Hyperberetæum Orientales nominant. Ratio est, quia Holophernianæ victoriæ, quæ hîc recensentur, celerrimè sunt peractæ, vt constat ex hoc cap. 2. à versiculo 14. hybernáque nusquam habuerunt. Fuit ergo apud Assyrios duplex auspicium anni, sicut apud Hebræos; alterum ab Autumno, à Vere alterum. Vel certè hæc Historia ab Hebræo auctore scripta, Hebræum Initium anni recenset; quod non tantùm Tisri, seu September fuit, sed etiam Nisan, seu Martius, (& aliquando Aprilis,) cui noua æquinoctij verni Luna initium dabat. Conuenit inter Commentatores acta in hoc Cap. mense Aprili, quod notauit Salianus hîc. Itaque verisimile est, anno proximè præcedenti mense Octobri, aut Nouembri debellatum fuisse Arphaxadum tota hyeme epulatum, & otiatum in Niniue, & missos 1.

Mensis primus, quis sit apud Orientales.

Salianus.

missos legatos,& mox appetente verè profectum ad bellum. Vnde *duodecimo anno* imperij Nabuchodonosor prostratus est Arphaxadus, & *tertio decimo* (non decimo octauo) profectus est Holophernes. *Factum est verbum*, *&c.* Sumitur verbum pro re seu sententia, vt sæpiùs solet in Scriptura,
1.Reg. 1.Regum 3.vers.11. *Ego facio verbum in Israel*, &
2.Reg. 2.Reg.1.v.6. *Eo quod fecisti verbum istud*, & alibi: *Vt defenderet se*, explicatum est ad cap.1.vers.12. §.29. Et textus Græcus ait, *Vlcisci*. Nimirùm consentit suprà dictis.

3. VERS. 2. Septuagint. Vatabl. Septuaginta 2. *Et conuocauit omnes ministros suos, & omnes magnates suos, & posuit cum eis mysterium consilij sui.* Gotthica, & Regia, &c. nihil notatu dignum scribunt. Vatab. *Cùmque conuocasset omnes obnoxios sibi, proceresque suos omnes, arcanaque consilij sui contulisset cum ipsis.* Consultores numerantur *Omnes maiores natu.* Prudentia cana est, & senum sapientia commendatur. Morosus erit qui id non probet, truncus qui id nō sciat. Nunquid senes omnes asciti sunt in consilium? Minimè; sed quotquot ob prudentiam vocati sūt, senes erant, sicut nec *bellatores omnes* in consilium vocantur: tum quia innumeri erant in toto exercitu, nec solent consuli gregarij milites: tum etiam quia quid arcanum, quod mysterium esset in promiscua multitudine? Eliguntur peritiores omnes ex ducibus, & bellatoribus.
Sanctius. *Ebrij consultores ad Persas.* Verosimilis est coniectura Sanctij, istiusmodi consultores secundum Persarum morem, postquam sese vino ingurgitarunt, dum adhuc temulenti essent, dicere sententiam. Porrò oculatior prudentia periculis attenta est, nunquā neque animosiùs audet præpedita attentione periculi. Ergo vini generositas, animositas consilij est. O barbaricam temeritatem! Quid
Consultorum secretum dicitur Mysterium. non malè consulat homo benè ebrius? *Mysterium consilij* dicitur; idest, secretum, seu arcanum sui pectoris, aut consilij: Aut mysterium consilij; id est, arcanum, quod secretò tegendum est à consiliariis. Nam quod consulitur est arcana taciturnitate obuelandum muta prudentia: *Secretis patrocinantibus scelus peragit*, ait Saluianus lib.1. de Gu-
Saluian. bernat Dei. Quòd autem secretum dicatur myste-
Iustin. rium, eruditè tractat noster Iustinianus in cap.11. epist ad Romanos, vbi hunc Iudithæ versum versat egregiè, & ex vtraque eruditione ditat. Sat esto, illò intendere digitum. Addo quòd silentium exigens, benè dixit, *Mysterium consilij sui*: siquidem præclarè inquit Tertullianus Apolog. cap.7. *Cùm omnibus mysteriis silentij fides debeatur.* Datur profectò fides silentij, & mysterium taciturnitatis.

4. VERS. 3. Vatabl. Regia. *Dixitque cogitationem suam in eo esse, &c.* Vatablus sic scribit locum: *Cùmque omnem terræ malitiam, ore suo repetitam exposuisset: Et consummauit omne malum terræ de ore suo.* Biblia Regia: *Et conuocauit omnem malitiam terræ ab ore suo.* Cætera vix, aut nec vix quidem discrepant. Consultè dixit Rex, ad consultores suos, *Cogitationem suam in eo esse, &c.* τὸ *in eo*, intellige obiectiuè, non subiectiuè. Idest, hoc vnum intendo, id vnum exambio: in eo negotio mens Nabuchodonosoris versabatur, *Vt omnem terram suo subiugaret imperio.* Deponit iustæ *defensionis* laruam, quam assumpserat, & palàm ambitio proditur, & immensa regnandi cupido, quæ vetus causa bellandi est. Dices, quam ob causam Nabuchodonosor secretum mutum exigit à suis consultoribus, cùm tractetur res statim euulganda, nempe de toto orbe sibi subiicien-do? Imò ideò Nabuchodonosor exigit secretum, quia intendit totum orbem sibi subiugare: ne vniuersæ nationes communiter conspirarent, & eum simul vndique bello petentibus, qui singulis potentior erat, omnibus par esse non posset, iactatur ergo in vulgus, velle Regem *defendere se*, & in secreto consilij dicit, se velle totum orbem subiicere suo imperio. Quod egregiè aduertit Salianus Salian. tomo 4. anno mundi 3346.

---

§. II.

Scelus est, quòd Præfectus præfecturæ potentia vlciscatur proprias iniurias.

MAgna Præfectorum in subditos potestas est; 5. *Ignoratio meritum est ad præfecturam.*
sed non à natura, quæ omnes homines æquales genuit, similibus parentibus, eadem arte, eadem officina, & de eadem materia formatos. E Psalm.
cœlo omnis præfectura est, diuina quædam vis, & Iansen.
quidam cœlestis vigor: (licam luculentiùs) Humana Præfectura est diuina potentia hominis arbitrio permissa, ad regendos populos subiectos, Psalm.70.v.15. *Quia non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini*, Iansenius, *potentias Domini, Prælationem* interpretatur. (Heu, dolendum maximè litterarum ignorationem, & scientiā ambitionis, esse meritum ad Prælationem!) Ergo ex mente Iansenij, Prælatio *potentia* est Domini, & Dei omnipotentia Prælato commissa. Porrò quid tam indecorum, ac turpe, quàm Dei potētiam Superiori permissam ad vindictam malorum, & laudem bonorum, conuertere in instrumentum, quo se vlciscatur? Dei vindicet iniurias, non proprium dolorem consoletur. Et quidem propriam imbecillitatem fatetur Præfectus, qui præfecturæ potestate se vindicat; nam tacitè fatetur, se imparē viribus esse; quippe qui adiumento adsciscat Præfecturæ potentiam: non solus cum solo pugnat, & vindicat sed propriæ ignauiæ conscius, adiutorem quærit ad vincendum. Vnde eiusmodi vltio, probrum est, non gloria; non depellit iniuriam, sed exaggerat. Quin & potentia Dei ad iustitiæ vsum *Princeps ne se vindicet præfecturæ potentia.*
tradita, planè abutitur, eamque dedecore afficit. Degenerare videtur diuina omnipotētia Principi tradita, ad degeneres vsus, & Deo indignos conuersa: *Erue animam meam ab impio, frameam* (id est, gladium omnipotentiæ) *tuam ab inimicis manus tuæ* Psalm.16.v.13. locus ad id pulcher, & sola Psalm.
verborum collocatione difficilis. Quem S. Hierony- Hieronym.
nus in eiusdem Psalmi commentatione, sic exponit: *Erue animam meam ab impio Principe, & oro gladium tuum manus tuæ, erue ab inimicis.* Et videtur Psalmus meditatus, & modulatus quando Dauid fugiebat potentiam Regis Saül, potentiam inquam, Dei, per Samuelem Saüli Regi datam. Quasi dicat Dauid Deo: Domine, erue animam meam de manu Principis Saül: adeò enim regia potentia à te ipsi tradita, insequitur me, vt in animam vsque desæuiat: *Erue animam meam ab impio Principe.* Nec me tantùm erue: *Erue etiam, gladium tuum manus tuæ*: idest, gladium, qui in manu tua debet esse, scilicet gladium potētiæ tuæ; erue, inquam, illum ab inimicis, idest, ab impio, & inimico Principe. Nimirùm dedecus est tuæ potentiæ, vt ea quasi proprio gladio vtatur impius princeps ad vlciscendum proprias iniurias; obsecro, ne degeneret gladius potentiæ tuæ, arreptus manu scelesti principis vindicantis proprias iniurias, aut iniuriarū, quas de me cōcepit, suspiciones. *Oro gladiū tuum manus tuæ, erue ab impio*, & inimico *Principe*, ne mihi iniurium, tibi cōtumeliosus sit.

Occurrit

Occurrit obuiam Abigaïl Dauidi armato in Nabal, & iam iam penè irruenti, deprecatur Dauidem non solùm venustate oris, (quæ victrix eloquentia est) sed sermonibus perquàm venustis sistit ruentem in cœdes, & direptiones. Inter alias rationes, quibus eum cohibuit: hæc singularis est, & expensione dignissima: *Quia prælia Domini, Domine mi, tu præliaris.* 1. Reg. 25. v. 28. Imò quia Dauid præliatur prælia Domini, irasci etiam debet in Nabal inurbanum, & rusticum, qui ipsi Dauidi prælianti prælia Domini, noluit præbere obuios quosque cibos ad alimentum sui, & satellitum oppressorum fame in defectu. Sicne tractandus homo, qui præliatur prælia Domini? Hæc (bona pace disertissimæ Abigaïlis) ratio potiùs exacerbabit Dauidis animum, quàm sedabit: nam Duci exercitus Dei extremè indigenti non succurrisse, sed acerbè cibos negasse grauior iniuria est, & execrabilis noxa. Hæc verba Dauidem irritabunt, non placabunt. Dauidem armat hæc ratio, nõ exarmat. At Dauid statim pacatè egit, & ait ad Abigaïl: *Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodiè, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me.* Benè appellatur benedictum eloquium Abigaïlis, & quidem efficacissimum, si penitiùs inspiciatur, ad sedandum Dauidis animum, ipsúmque exarmandum: scilicet *Prælia Domini tu præliaris.* Quasi dicat Abigaïl. Tu, & satellites, quibus stipatis, armati estis ad præliandum prælia Domini: prælia ergo Domini præliari debes eiusmodi exercitu, non autem vlcisci proprias iniurias: Fateor, inurbanè, & rusticè te contempsit stultus Nabal; sed Dei exercitu, seu manu puniendus non est, ne Dei manum, quæ ad præliãda prælia Domini, tibi data est, tu conuertas in vltionem propriæ iniuriæ: & potentia Dei te vlciscaris. Quod & probrũ tui erit, & Dei dedecus: siquidem degenerem reddes Dei potentiam versam in vltionem proprij doloris tui. Hac ratione exarmatus Dauid, statim cessauit: cessent & Præfecti proprias iniurias vindicare potentia præfecturæ.

1. Reg. — *David nequit se vlcisci præfectura potentia.*

7\. Moyse moram faciente in monte, gens Hebræa conflauit vitulum aureum, & pro numine coluit. Accensus ira Moyses in tam nefandum nefas, dixit Leuitis, Exhod. 32. v. 27. *Ponat vir gladium super femur suum: & occidat, vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.* Nunquid tantùm fratres, amici, & proximi Leuitarum peccauerunt? imò & plures alij. Cur ergo speciatim armat Deus Leuitas in fratres, & amicos tantummodò, quasi amici, & propinqui essent delicti rei, cæteri autẽ immunes à delicto? Porrò si in quosuis diuino gladio, & potentia armarentur Leuitæ, fortassis, honestam occasionem nacti, vindictam sumerent de proprijs inimicis, quasi zelo Dei; & propinquis parcerent, & amicis indulgerẽt. Cõsultissimè ergo dixit Moyses, ne quis gladio, & zelo Dei proprias iniurias vindicaret: *Occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum.* Nec zelo Dei cæteros zelet; negligat reliquos, in quos procul dubiò pronè deseuiret. Ideò enim id aduertit Moyses, ait Rupert. *Vt non indiscretè cæsi, sed cum iudicio fuerint puniti.* Nam si Moyses non moneret, vt in propinquos, & amicos fieret punitio, liberum foret Leuitis proprios hostes ferire, *indiscretè, & sine iudicio* fieret vindicta, quia prætextu pij zeli vindicarent proprias iniurias, & inhumanam vindictam pro zelo insidiosè occultarent. Iuxta illud Isaiæ cap. 59. v. 17. *Indutus est vestimentis vltionis, opertus est quasi pallio zeli.* Sic non bonus Princeps Nabuchodonosor imperij potentia vlciscitur proprias iniurias, & quidẽ prætextu virtutis id facere ostẽtat hîc. v. 1. aiens: *Factum est verbum in domo Nabuchodonosor Regis Assyriorum, vt defenderet se.*

Exhod. — *Zelo, seu gladio Dei non sunt vindicanda propria iniuria.* — *Rupert. l. 4. in Exhod.* — *Isaiæ.* — *Iudith.*

§. III.

A mora consultior prudentia est: nam sententia extemporalis, & subita, imprudens habetur, & illicita.

9\. Dissertè dixit Cassiodorus: *Omnia subita probantur incauta:* Porrò incautè audet, qui subitò operatur: nam audacia procul est à consilio: *Animus enim non potest esse in audaciam pronus, qui diuersa fuerit cura sollicitus:* siquidem subita audacia non tantùm non admittit boni consilij sua sclam, sed etiam respuit leuem cogitationem suadentem ad oppositum. Vnde temeritas omnis subita est; vel potiùs subita omnia temeraria sunt, & ex eo quod repentè fit, insolentia, & temeritas facinoris valdè exaggeratur. Hebræa gens tunc nobilis, valdè oppressa Ægyptiaca seruitute, innumeris portentis asseritur in libertatem ingenuam. Verùm cùm Hebræi ob recens expertam munificam Dei beneuolentiam, debuissent esse grati, & religiosi; tunc vel maximè deliquerunt execrando Idololatriæ crimine; informem auri Vitulum pro numine adorantes. Barbarum hoc & immane flagitium referens Dauid Psal. 105. v. 13. sic illud taxat: *Citò fecerunt, obliti sunt operum eius, &c.* Egregia planè delicti amplificatio. Non enim satis ponderasset tam infame, & execrabile flagitium, si illud notaret ignobilis ingratitudinis, scilicet post tot accepta beneficia: neque si expenderet brutam ignorantiam, qua belluæ inanimatæ diuinos honores tribuerunt: neque proderet idololatriæ cæcam superstitionem, qua creaturam è genu adorabant. (Omitto plura, quæ immane hoc delictum egregiè fœdant,) sed vt omnia execranda epitheta, vno verbo complecteretur Dauid, ait: *Citò fecerunt: Resoluie on se presto.* Quo vno verbo quicquid flagitiosum, quicquid immane, & execrabile fuit in vituli adoratione eleganter expressit. Ecce tibi quàm incautum, quàm imprudens, & flagitiosum est, quod derepentè fit, ergo consilium cunctetur sententiam, ne subita sententia incautum consilium damnet: Mora comit prudentiam, & elaborat consilium. Sic magni viri à prudentia vel à sanctitate, diuturna attentione cõmendauerunt, quæ cœpêre consiliaine quod commendaretur à peritia, à subita determinatione damnaretur.

Cassiod. lib. 4 epist. 7. Subita incauta sunt. — *Psalm. Repentè nihil facundè.*

9\. Reiecit Dominus Saülem ne regnaret in Israël, & elegit sibi Dauidem ad regnum, in cuius electione quasi mora deliberationum à Deo fuerit, dicitur 1. Reg. 16. v. 6. priùs reliquos Isaï filios seriatim accersitos à Samuele, & tandem vnctum Dauidem in Regem. Super qua historia Basilius Seleucus: *Prouidi in filijs Isai mihi Regem. O Sapientiam immo tilem! ô arcanam miraculi editionem!* Quodnam hîc delitescit arcanum? quænam consultissima Dei prudentia hîc elucet? It Samuel clanculùm electurus Dauidem, vt electionem nesciret Saul; nónne præstaret, vt statim occurreret eligendus Dauid, ne fratrum cæterorum abnutu panderetur secretum? Planè in hac Dauidis electione nõ apparet arcana aliqua Dei prudẽtia, quam Basilius deprædicat: Sed iam Seleucus digitum intendit ad mysterium, aiens: *Filium tegit non clarè dixit, vngatur mihi Rex Dauid* (vis causam scire? audi pulcherri

1 Regum. Prudentia consilij à mora commendatur. Basil. Seleuc. Orat. 14.

chertimam,) *ne extemporalis Regis proclamatio, dignitatis euadat imminutio, néve gloriam adulteret regnantis notitia.* Pende illud: *ne ex tēporalis Regis proclamatio,&c.* scilicet, vt Dei prudens consultū, consilij mora commendetur,& regis electio Deo digna habeatur. Ne si *extemporalis*,& subita appareat, determinationem dehonestet, & adulteret apud homines. Veretur Basilius ne Dauidis opportuna electio deperdat, quia subita, quod habet, quia diuina? & satagit Deus consultissimam electionem à mora honestare? *O sapientiam immortalem!* ô arcanam Dei prudentiam, & consultissima decreta! Vel diuinum Senatusconsultum curat Deus à mora quasi consultationis commendare, ne à subita,& extemporali electione deuenustetur apud homines diuina prudentia, cui infinita scientia pro mora est,& perspicacia pro diuturnitate consilij.

10. Dei liberalitas vsque adeò excedit humanum captum, vt ne cuipiam videatur inconsulta, cùm immeritos, & offensos homines velut effusè munerat, dixerit Eusebius Emissenus: *Beneficia Dei nostri cùm magna, atque mirifica sint, tamen nec noua probantur esse, nec subita.* Scilicet sapienter precauet Deus, ne homines, quibus *subita omnia probantur incauta*, censeant munificentiam excessisse prudentiæ limites: inde mora commendat munificentiæ consilium: inde ferè totos sex dies cunctatur,& hominis egregiam formationē,& creaturarum postremum fecit;& demùm specie tenus consulit de illius opificio, ne nouus probetur, aut subitus. Vnde Nabuchodonosor sicut diu, multúmque consultauit Græcum expeditionem, vt scribit Herodotus lib,7. sic etiam & hanc Orientalem, vt habetur hic, v. 2. A consultatione facinus excusat,& commendat egregiè.

Euseb. hom. 2. de Pascha.

11. Cæterùm hic addere iuuat, quòd cùm apud homines maximè commendetur amor à temeritate, aut ab aliis accidentibus, quæ illum vt minùs prudentem, sicut deuenustant ad vitium, sic ad augmentum exaggerant: Ita diuinus Amor hanc assecutus est apud homines laudem. Et ne quid quoad nos, minùs habeat Amor diuinus, quàm humanus, repentinus dicitur, Actor. 2. v. 2. *Factus est repentè de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis*: nam etsi prudentissimus sit, quippe diuinus, hac tamen egebat apud homines cōmendatione: quia apud nos amor repentinus, temerarius,& insanus, in laude esse solet, à vitio eminentiam, & quasi perfectionem mutuans: sic perfectio diuini Amoris, quasi subitus esset, commendatur,& amor vitij expers, à vitij specie exaggerationis nobilitatem acquirit: (apud homines inquam, qui res diuinas taxant humano censu) sicut consilium à mora, & consultationis diuturnitate commendatur. Huc spectasse videtur Arnoldus Carnotensis ita fatus de ineffabili Christi Dei amore, quo nuper improbissimum latronem, subitò fecit diuinioris paradisi beatum incolam: *Christus*, inquit, *non pro latrone Patrem rogat; sed potestatiuè (immerito donatò reatibus) repentè flagitiosum sanctificat.* Nota subitam,& inopinatam gratiam, quò apud homines, dantis amor illustrior appareat, æmulatione mundialis amoris: *Cœlestis enim vt crescat beneficij genus, subitum facit esse quod tribuit.* Acutè dixit Ennodius, *Factus est repentè de cœlo,* &c.

Amor diuinus dicitur subditus, ad exaggerationem.

Actor.

Arnoldus Carnot. in Tractat. de laud. Mariæ.

Ennod. lib. 6. epist. 31.

§. IV.

Vehementer propensus est homo ad euulganda secreta.

COmmune vitium est naturæ humanæ, pruritus publicādi secretum. Videas homines alioqui disertos,& prudentes, quadam animi nausea laborare, donec euomant in obuias aures secretum suæ fidei commissum. Discruciatur animus secreti conscius, scripturit manus,& parturit lingua, quoadvsque in lucem edat, quod silentij latebris occultandum foret: *Mysterium consilij sui*, appellat sacer textus hîc, v. 1. (vt Hugo interpretatur) *Secretum*, quod Nabuchodonosor, commisit suis: Quasi dicat, Profanat sacrum silentij ius quieuulgat secretum sibi creditum;& secreti proditor est, & reus sacrilegij. Enimverò nescio quo pruritu titillatur humana lingua ad publicandum secretum sibi commissum, vt nimis arduum sit homini non reserare animum: *Quare tacens consumor?* aiebat Iobus, cap. 13. v. 19. dum ipse se cohibebat, ne quod nouerat, publicaret. Ierem. 20. v. 9. *Neque loquar vltrà in nomine Domini, & factus est in corde meo, quasi ignis æstuans, clausúsque in ossibus meis.* Æstuabat secretum, & flammæ ad instar violento impetu conabatur erumpere,& conscientiam euaporare per ora. Et Isaiæ cap. 24. v. 16. vbi Vulgatus inquit: *Secretum meum mihi, secretum meum mihi: væ mihi.* Hebræus textus scribit, *Macies mihi, macies mihi*: Scilicet tabescit animus ob secretum commissum, nisi illud per linguam euomat, vsqueadeò homo est impatiens secreti! Lucæ 8. v. 51. vt Christus puellam illam exsuscitaret; *Non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, &c.* Num cauet à cæteris Apostolis ne euulgent secretum? Nec Apostolis credi potest secretum? Theophylactus ad hæc verba, sic scribit, *Cæterùm ex Discipulis tantùm intrare secum permisit Ioannem, Iacobum, & Petrum, vt Discipulorum præcipuos, & taciturnos. Nolebat enim hoc miraculum ante tempus reuelari multis.* Interpres, Theophylacti apud Sāctum Thomam in Catena, non ait, *Taciturnos*, sed in locum huius vocis, subrogauit, *Potentes occultare secretum:* Quasi cæteri Apostoli tunc forent impotes occultandi secretū. Concinit sibi idem Theophylactus ad illud Lucæ 9. v. 28. *Assumpsit Petrum, &c. Assumit hos velut magis taciturnos, & silere valentes.* Aduerte quòd non omnes Apostoli tunc valebant secretum celare. Quid? Secretum vel ab Apostolis cauendum foret?

12.

Iudith.

Hugo.

Prurit lingua euulgare secretum.

Iob.

Ierem.

Isaiæ.

Lucæ.

Theophyl.

S. Thomæ.

Theophyl. ad Lucæ.

13. Neque tantùm cauendum est à quocunque ne diuulget commissum sibi secretum, sed etiam homo debet secum cautè agere, ne ipse sui conscius se prodat, & secretum suum publicet. Disertè Seneca ita scribit: *Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: cùm placuerit fieri, toto illum pectore admitte: tam audacter cum illo loquere, quàm tecum.* (At ne secreti prodigus videatur Seneca, notanda sunt, quæ subiungit verba.) *Tu verò ita viue, vt nihil tibi committas.* Dixerat paulò antè: *Si aliquem amicum existimas, cui non tantumdem credis, quantùm tibi, vehementer erras.* Errat enim qui vero amico non credit secretum, quod credit sibi. At ita cautè debet quis agere, vt nec sibi ipsi committat secretum vllum. Disertissimus quisque vel sibi suspectus sit, ne seipsum prodat,& arcana cordis reserādo, proditor sui existat. Iob. 9. v. 20. *Si iustificare*

Seneca ep. 3. Caueat homo ne suum sibi secretum committat.

Iob.

Digitized by Google

iustificare me voluero, os meum condemnabit me. S. Thom. S. Thomas ibi: *Os meum condemnabilem me reddet.* Quasi dicat Iobus: Tam propensus est homo ad euulganda pectoris sui arcana, tam impotens retinendi secreti, adhuc in rebus propriis; vt etiamsi impensè studeat, ream conscientiam dissimulatione celare, ipsemet seipsum prodet, & sua delicta euulgabit. Vnde nec sibi debet homo credere, quod celatum esse cupit. Sapienter ergo admonet Seneca: *Tu quidem ita viue, vt nihil tibi committas: nam os tuum condemnabit te.*

14. Describitur Deus in Apocalypsi in præclaro Diuinitatis solio; throno, & maiestate sublimis, cui adstabant Angeli, & Seniores illi reuerendissimi, cœlestis curiæ proceres. Et c. 8. v. 1. *Cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo, quasi media hora.* Apoc. *Nisi homo obmutescat ferè euulgat secretum.* Aperit Deus sigillum beatis Angelis, & senioribus, idest, reserat abstrusa mysteria, reuelátque futurum statum Ecclesiæ; & vbi primùm aperitur sigillum, statim Angelis, & Senioribus silentium imponitur. Quid, quæso, necesse fuit indicere silentium, & mutos facere Angelos post reseratum sigillum? S. Thom. S. Thomas ibi, sic locum exponit: *Tropologicè silentium secundum* S. Greg. *B. Gregorium, intelligitur secretum.* Non sufficiebat Sanctis Angelis, & Beatis Senioribus nosse, volũtatem Dei esse, vt mysteria, apertione sigilli nota, nemini reserarent? Quam ob rem silentium ipsis beatis indicitur? Publicaréntne Angeli occultanda mysteria, quæ ipsis reuelauit Deus, apertione sigilli? Ab Angelis cauet Deus, ne euulgent, quæ illis speciatim reuelant? Scilicet seriò præcauet Deus, ne quidquam omninò loquantur, quibus mysterium secretò, celandum, commissum est? Quasi difficile sit secretum, vbi non est omnimodum, & mutum silentium? (Non tàm Beatorum cautela est, quàm eruditio nostra:) Vnde vbi primùm norunt secretum, sigilli apertione notum, statim diuina iussione obmutescunt; Vsque adeò procliue est hominibus publicare secreta cordis!

15. Prouerb. Prouerb. 25. v. 2. *Gloria Dei est celare verbum.* *Singularis Dei gloria est, quòd cùm sint tres personæ celatur secretum.* *Tò verbum*, vt alibi sæpè in sacris litteris, accipitur pro re, seu mysterio. Inquit ergo Salomon: Absconsa mysteria celare; nec secreta, seu sacramenta, quæ noscit Deus, reserare; *Gloria Dei est*, idest, inter præcipua Deitatis elogia, recensendum. Sic Greg. hom. 6 supr. Ezech. locum hunc commẽtatus est Gregorius. Eius verba à Salazario nostro emaculata, sic habent: *Gloria* Salazar. *Dei est celare verbum: quia honor est* Dei, *secreta sua abscondere.* Hoc est, singulariter gloriosus est Deus, & augustiori gloria dignus, quia secreta sua valet abscondere. Id enim amplitudinem diuinæ naturæ egregiè deprædicat, quòd diuinitatis arcana secreta non publicat. Zeno ser. 2. de æterna generat. Zeno sic Deo fatur, *Erat ante omnia manens vnus & idem, æternaliter ex semetipso, in semetipsum Deus, secreti sui solus conscius.* Hæc excelsa gloria, & sublimior Dei honos est, quòd cùm sit trinus in personis, tamen celat secretum, etsi tribus communicatum. Nam licèt tres Diuinæ personæ sciant altissima secreta, tamẽ nulla persona arcana pandit quæ pandenda non sunt & secretum, quod notum est tribus personis, altè celatur. Hæc laus singularis Dei est, & inter cætera Dei elogia, sublimior, & augustior apud homines; apud quos tam arduum est seruare secretum. O nimis vera vox: *Nihil occultum, quod non reueletur, nec absconditum quod non sciatur.* Sic dictutit humana lingua, quod secretò noscit!

§. V.

Non Princeps passiuus, sed actiuus, verè Princeps est. Sit Regius Familiaris instar sanguinis, qui in se mortuus, vitam & vigorem det viuenti.

MAlo nullum bonum, quam vanum. *Quid prodest esse, quod esse non prodest?* ait Tertullianus. 16. Tertul. lib. de pudicit. c. 1. *Rex non debet esse passiuus.* Profectò Regia potestas non est sola dignitas sed officium; nec Regis honos vacuus est munere, sed plenus officio regendi. Otium & desidia Regem deponunt à solio: quid prodest esse, quod esse nulli prodest? Principatus sine regendi munere, est titulus hominis absque homine. Adsit Regi disertus, & consiliosus Familiaris, qui super negotiis disserat, & prudenter suadeat; non qui consilium imperet, (quod monstrosum planè esset), sed qui proponat consilium eligendum à Principe: nam si Princeps obedit, Princeps fit subditus, & subditus peruersè principatur: eritque Rex passiuus, sui Consiliarij imperia priùs patiens ipse, quàm subiectus populus. At Rex sic passiuus, non est Rex, sed Regis vmbra, cùm nec Deus sic passiuus, verè Deus esset. Quærunt interpretes quo pacto verè dictum sit Exhod. 7. vers. 1. Moysi verè homini, *Constitui te Deum Pharaonis?* Et respondet Philo: Exhod. Philo lib. *Quòd deter. potiori insidiari soleat.* *Dicitur in Sacris Libris; Do te Deum Pharaoni: patiente, qui dicitur, non agente. Is autem qui verè est, actiuus necessariò, non passiuus intelligitur.* Nam cui *Moyses fuit passiuus Deus.* dono datur Deitatis munus, seu officium, Deus nõ est, siquidem Deus qui verè est actiuus necessariò, non passiuus est. Ergo qui verè est Princeps, actiuus necessariò, non passiuus est. Princeps, qui tantùm patitur consilia consiliosi Familiaris, nec postquàm ea audierit iterum ipse deliberat, & actiuè ipse decernit, & imperat, quod sibi expedire videtur, Rex passiuus est. Verùm nihil passiuum generosum est; imò omne passiuum fœmininum est, vacuumque nomen Principis portat. Quispiam male Christianus, & benè hæreticus, ausus est dicere, Christum Deum, quæ fecit in mundo mãgnalia, aut in verbis doctrinæ, aut in re miraculorum; operatum fuisse ministerio alicuius Angeli. Contra hunc errorem sic arguit Tertullianus: *Cur* Tertul. lib. de Carne Christi. *ergo descendit ad id, quod per Angelum erat expediturus? Si per Angelum, quid & ipse? Si per se, quid, & Angelus?* Nempe vel ipsemet Christus supernacaneus fuit in mundo, frustráque Deus homo factus venit ad opus redemptionis, si illud per alium operatus est. Ad negotium merendi, & ad munus redimẽdi, mundus egebat Christo Deo; quæ munia si non per se, sed per alium præstitit, quid opus fuit Christo? *Malo nullum opus, quàm vanum; quid prodest esse, quod esse non prodest?* Igitur Rex ipse, inquirat de negotiis, consulat consultissimos quosque, & expensis singulorum sententiis, ipse deliberet; & exequi mandet, quod maturè consuluit, ne sit in alterius arbitrio sententia Principis: Sic populis, & sibi consulet, quod præclarè dixit Plutarchus Traiano, in politica ad ipsum: *Tu* Plutarch. *vero quæuis rectissimè feres; si non recesseris à te ipso.* A se recedit, qui re à se indeliberata, aliorum sententiæ accedit, & sic nihil rectum à se geritur. Acto. 2. v. 3. apparuerunt Apostolis *Dispertitæ lin-* Actor. *guæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum.* Supra caput Apostolici Præsulis tantùm sit Spiritus Sanct. lingua.

17. Nolo Principem nimis fidentem suo iudicio, quasi

Digitized by Google

quasi nihil sit rectum, nisi quod suo ipsius arbitrio statuitur; Nam Ioannis 5. v: 30. ait Christus Dominus: *Iudicium meum iustum est: quia non quæro voluntatem meam*: Id est, voluntatem humanitatis præcise: Super quibus verbis sic ait Maldonatus: *vna enim res maxime omnium errandi causa est, quod suam quisque sequatur voluntatem, pessimum plerumque consiliarium*. Sed non ideò rectæ rationi regiminis congruit, vt regius Consiliarius ampliorem exerceat potestatem, quam ipse Princeps. Ioannis 10. v. 18. ait Christus Dominus *Potestatem habeo*: nimirum declarans peramplam potestatem, qua fungitur in terris. Ad quæ verba sic ait Theophylactus: (non translatus ab Oecolampadio, sed quo vsus est S. Thomas:) *Potestatem habeo: Vt nec minor, aut subditus Patri reputetur, sed eiusdem potestatis, & Consilij*. Scilicet Christus, vt amplam suam potestatem publicet; non est contentus dicere, se habere eandem cum Patre naturam, se dixit se esse Consiliarium Patris; loquitur enim more humano: quippe apud homines, Consiliarij non minorem potestatem aliquando sibi arrogant, quam ipse Princeps. S. Bernardus sic fatur ad rem præsentem: *Tales ministros aut elegisti, aut admisisti. Non de omnibus dico: nam sunt, quos non elegisti, sed ipsi te: at potestatem non habent, nisi quam tu eis aut tribueris, aut permiseris.*

Ioann. Familiaris regius magnā habet potestatem. Mald. — Ioann. — Theophyl. S. Thom. — Bern. 5. de Consid ad Eugen.

18\. Nabuchodonosor hic v. 2. *Vocauit omnes maiores natu, omnésque duces, ac bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui: dixitque, cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugare imperio.* Expende Regem dixisse regni proceribus, *Cogitationem suam in eo esse*: Quid oppus fuit addere *in eo esse*; Cogitatio Nabuchodonosoris potest esse in alio? Quando cuiusque cogitatio non est in eo: Lucæ 12. v. 17. *Et cogitabat intra se, Quasi posset extra se, qui ipsam cogitare*, ait Chrysologus. Quare ergo dicitur cogitationem Nabuchodonosoris in eo esse, cum sua cogitatio in alio esse non possit? (litteralis sensus datus est num. 4. hic liceat ad mores velitari:) Scilicet siue ea cogitatio à Rege ipso orta sit, siue regius Familiaris eam cogitationem suggesserit Regi; at Rex ipse rem ipsam consulit; de ea, vt de cogitatione propria, deliberat, eam vt cogitationem propriam exequitur. Porrò bonus Superior, sponte admittat familiarem suum super quauis re admonentem, consiliantem, suadentem, audiat, non obediat, nec oscitanter patiatur rem exequi absque suo ipsius Regis imperio. Et licèt non sit cogitatio sua, videatur tamē *in eo esse* Ecclesiastici 33. v. 31. *Si est tibi seruus fidelis*, (aliàs *sensatus*) *sit tibi quasi anima tua, quoniam in sanguine animæ comparasti illum*! Hìc Sapiens monet Regem, vt si inuenerit seruum, seu familiarem fidelem, & sensatum, habeat illum, vt propriam animā. Quid Rex erit instar corporis, & regius Familiaris ad instar animæ: Melior Regis portio erit Familiaris? Planè non benè agitur hìc cum Rege. Imò benè & optimè, nam anima viuit, sentit, intelligit, amat, & membrorum functiones peragit, adiuuat, & perficit, at ita occultè hæc peragit anima; vt omnia opera fiant & oriri videantur ab homine, homo suffragia consiliariorum petit, homo ore imperat, manu edictum subscribit, lingua, aut scripto munera dest nat singulis ministris. Et quod anima clanculum iubet, homo extrinsecus operatur, & perficit. Ergo sensatus seruus sit anima, Rex sit saltem. Viuus homo. Additur satis ad rem.

Iudith. Regis consilium in eo sit. — Luc. — Chrysost. serm. 104. — Eccli. Regis familiaris sit velut anima Principis.

19\. *In sanguine enim animæ comparasti illum*, id est, seruum sensatum, & fidelem, & dignum Regis familiaritate: Locus plane ab interpretationibus valdè difficilis: Quid est Regem comparasse einsmodi seruum sensatum in sanguine animæ? Cornelius Iansenius sic locum hunc interpretatur, *In sanguine animæ comparasti illum, id est, Comparasti eum tibi loco sanguinis*: Scilicet regius Familiaris sit Regi loco sanguinis, sanguis enim totus datus est à natura, vt nutriat, & incrementet viuens, nec se nutrit, & incrementat sanguis: sic regius Familiaris instar sanguinis, non debet se nutrire, & augere, sed Regem. Porrò magnum sanguinis incrementum, morbus hominis est, non salus, nam sępè ægrotat homo à magno sanguinis incremento, & sanguis qui in moderato augmento vita & salus est hominis, dum nimis excrescit, mors est hominis, & suffocatio viuentis. Ad hæc; sanguis, cum ipse vita careat, & humor sit emortuus, vitæ pabulum est, & viuendi materiam suppeditat, nutriens corpus, & subministrans vitales, & animales spiritus, ad functiones viuaciores: Sic Familiaris regius (aut cuiuiuis Superioris) sit quasi sanguis vita carens, nec gubernationis vitales actiones ipse subeat; occulta suasione, & clancularia politia vigorem prudētiæ subministret Regi, quo ipse Rex politiæ vita viuat, & munera viuentis obeat, nempe ipse Rex consulat, decernat, imperet: quę munia politicæ vitæ sunt. Secus peruersè gerentur omnia. Ergo si Rex inuenit seruum sensatum, sit illi loco sanguinis emortui, sed qui Regis vitam alat, nutriat, & incrementet. Quid elegantius pro hac re?

Regius Familiaris sit velut sanguis. Iansen.

---

§. VI.

Commentarius litteræ.

Vers. 4. Quod dictum cùm placuisset omnibus; vocauit Nabuchodonosor Rex Holofernem principem militiæ suæ.

Vers. 5 Et dixit ei: Egredere aduersus omne regnum Occidentis, & contra eos præcipuè, qui contempserunt imperium meum.

Vers. 6. Non parcet oculus tuus vlli regno; omnémque vrbem munitam subiugabis mihi.

Biblia Regia sic locum efferunt: *Et ipsi decreuerunt exterminare omnem carnem, qui non secuti sunt verbum oris eius, & factum est, vt consummauit consilium suum, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiæ sua, secundum existētem post ipsam.* Cęteræ versiones, aut huic, aut vulgatæ re consentiunt, exiguo verborum discrimine. VERS. 4. 20.

Plane temeraria audacia est, intendere totum Orbem subingare, & tamen audacissimum, & periculosissimum Regis animum omnes Consiliarij approbant, applaudúntque Principis temeritati, nullúsque inter tot consultores Cato adfuit, qui vel mutire auderet contra Regis sententiam. Sic est inconsulta, consulta aulicorum adulatio! Annuunt ad vnum omnes, siue vt applaudant Regis placito; aut quia ab Orbis expeditione expectabant ipsi Consiliarij ampliores honores,, ac diuitias, vt suspicatur Carthusianus. Suspectus est consultor, qui lucrum suo suffragio suspicatur illi obuentum. Cupiditas oculata ad lucrum, cæca est

Carthus. Xerxis consiliarij.

Senec.

ad ſententiam. Itaque omnes Conſiliarij annuunt huic expeditioni: quod fecere etiam, cum Græciæ intentauit bellum: de quo Seneca lib. . de benef. c. 31. *Cùm bellum Græciæ indiceret Xerxes, animum tumentem, oblitúmque quàm caducis confideret, nemo non impulit. Alius aiebat, non laturos nuncium belli, & ad primam aduentus famam terga verſuros. Alius, nihil eſſe dubij, quin illa mole non vinci ſolùm Græcia, ſed obrui poſſet; magis verendum, ne vacuas deſertaſque vrbes inuenirent, & profugis hoſtibus vaſtæ ſolitudines relinquerentur, non habituris vbi tantas vires exercere poſſent. Alius, illi vix rerum naturam ſufficere, anguſta eſſe claſſibus maria, militi caſtra explicandis equeſtribus copiis campeſtria, vix patere cœlum ſatis ad emittenda omni manu tela.* Hæc illi ad Xerxem quondam, eadem ipſi nunc.

21. Re non benè conſulta, & malè decreta, vocat Rex principem militiæ ſuæ, qui exercitu regendo præſit; nam ipſemet Rex ad regni ſui cuſtodiam manere decernit, ne alius Arphaxad rebellet in ipſum, & dum aliena regna ſibi parare affectat, propria deperdat. *Princeps militiæ* Holophernes hic dicitur: qui appellatur *Rex* à Tertulliano 1. lib. adu. Marc. c. 7. & ab Auguſtino ſerm. 66. in appendice; & Archiſatrapa dicitur à Zonara: & *ſecundus a Rege* dicitur in Græco textu. Olim enim viri vald è potētes, Regis vocabulo inſigniros nouimus. Sic Iobi amici reges indigitantur Tobiæ 2. Et Ioſephus, *Sceptriger* dicitur à Philone Biblico in Græcis, lib. 9. de Præp. Euang. Vulgatior hæc eruditio quam vt in ea immorer. Suſpicantur Sanctius & Tirinus, *Holofernis* nomen eſſe Perſicum; quia apud Perſas alia ſunt eiuſdē notæ, ac terminationis nomina, qualia ſunt *Artaphernes Tiſaphernes, Intaphernes*: aliquidque magnum ſignificare *Phernes*, aut *Pharnes*, quia ſemper in viris principibus reperiuntur. Suſpecta eſt eiuſmodi coniectura: nam in aliis prouinciis ſimilia nomina audiuntur. Siquidem Stephanus Niger lib. de nimio luxu, narrat Cappadociæ Regē *Holophernem* dici, & Appianus in Syria, Cappadociæ Regis fratrem inducit *Holophernem*. Et magnus Strabonis auunculus, apud Serarium *Meaphernes* appellatur. Ergo in aliis prouinciis præter Præſidem, eadem, & ſimilia nomina audiuntur. Apud Herodotum lib. 7. leges multa iſtiuſmodi nomina. Fateor veroſimilius eſſe Holophernem fuiſſe Perſam: quod ex Cedreno, & Sulpicio tradit Salianus hîc; quod patet ex cap. 13. v. 8. vbi pro Pugione Græcus tranſtulit, *Acinacem*, qui eſt gladius Perſicus. Et ex cap. 16. v. 12. Quod innuit S. Ambr. lib. de officiis, c. 16. Cachinnis irridetur Franciſcus Mairon ab Eraſmo, in præfat. ad lib. de Ciuitate Dei, quia dixit hunc Holophernem fuiſſe filium Aſſueri, & Eſtheris: quia ſaltem, ait Serarius hîc, q. 1. eſſet filius ante matrem natus. Quæ ratio efficax foret ſecundum eius, computationem, quam reieci ad cap. 1. v. 5. Verùm hallucinatur Mairon abſque fundamento.

Tertul. Aug. Zonar. Tobiæ. Philo. Sanctius. Holophernes quis? Steph. Nig. Appian. Serar. Herodot. Salian. Iudith. Ambr. Eraſm. Serar.

VERS. 5. 22. *Et dixit ei: Egredere, &c.* Septuaginta interpretes, quibus ferè conſentiunt reliquæ è Græco textu verſiones longiuſculè verſiculum ſcribunt, ſed omninò ſcribenda eſt eorum exſcriptio, quippe quæ animum Nabuchodonoſoris prodit. Acerſito Holopherne, *dixit ad eum: Hæc dicit Rex magnus dominus vniuerſæ terræ*: Ecce *tu egredieris à facie mea, & ſumes tecum viros confidentes in fortitudine ſua, peditum ad millia centum viginti, &c. multitudinem equorum cum aſcenſoribus mille duodecim, & egredieris in occurſum omni terræ ad Occidentem, quoniam non obedierunt verbo oris mei: & annuntiabis eis parare terram, & aquam quoniam egrediar in furore meo ſuper eos: & operiam omnem faciem terræ in pedibus virtutis meæ: & dabo illos in direptionem eis, &c. Tu verò egreſſus præoccupabis mihi omnem terminum eorum: & dedent ſe tibi, & conſeruabis mihi eos in diem argutionis eorum.*

Nabuchodonoſoris arrogantia.

Cæterùm Nabuchodonoſor mādat Holopherni, vt debellet Occiduas prouincias reſpectu Aſſyriæ, præſertim eos populos qui repulſis & malè acceptis eius legatis, contempſere Regium imperium. Ego quidem ſuſpicor, quod etſi totum orbem ſibi ſubiugare intenderit, tamen non miſiſſe alios duces ad Orientales, & Auſtrales plagas; aut quia maiori ex parte ſibi ſubditæ erant, aut, quia in aliud tempus reſeruauit: ne ſimul bellum intentare toti orbi.

VERS. 6. 23. *Non parcet oculus tuus.* Gothica: *Non parcet oculus meus.* Cæteræ Scriptiones lōgiuſculæ ſunt, nec quidquam energiæ tribuunt loco. Itaque crudelis Rex feralem mandatum dat Holopherni, nempe vt oculi eius nulli parcant regno. Sententia facilis eſt; modus loquendi ſubobſcurior. Quid eſt: *Non parcet oculus tuus vlli regno?* Antiquiores interpretes omittunt: Sanctius ait, modum loquendi eſſe figuram, in quo ex ſigno res intelligitur ſignificata: id eſt, ex oculis lachrymantibus, & triſtibus, miſericordia & dolor, quæ ſuffundunt oculos, & ex illis lachrymas extorquent. Accommodatior interpretatio eſt, quòd miſeriarum, miſerorúmque aſpectus ſolet maximè commouere ad miſericordiam. longè enim aliter pulſat animum, & miſericordiam ciet ſpectata oculis calamitas, ac illa quæ ex relatione tantum nota eſt. Vulgò dicitur: *Quod non videt oculus, cor non dolet*, ait S. Bern. ſerm. 5. in feſto omnium Sanct. ſic dicimus prouerbio Hiſpano: *Oios que no ven, Coraçon que no ſiente.* Sic explico illud Ezech. 7. v. 4. *Et non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerabor.* Plura exempla adducit Martinus del Rio ad Thren. c. 2. v. 11. vbi locum hunc Iudithæ verſat: legi poſſunt ibi. Adde Horatium de arte poët.

Sanct. Spectata oculis calamitas miſericordiam mouet. Bern. Ezech. Del Rio. Horat.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ,
Ipſe ſibi tradit ſpectator.

Dicit ergo inhumanus & immiſericors Rex Holopherni, vt nec ſpectatæ oculis calamitates, & ſtrages populorum ab illo miſericordiam vllam extorqueant. Addit: *Omnémque vrbem munitam ſubiugabis mihi*: id eſt, in munitiora regna & vrbes ferociùs ſęuies, eaſque ſubiugabis mihi. Tyranni hęc vox eſt. Non vult ſe regno, ſed regnum vult ſibi.

§. VII.

Negotiatorum auara ſagacitas tā ſubtilis eſt in re lucri, vt diuinæ perſpicaciæ ſit æmula.

24. IN re lucri ſagaciſſimus homo eſt; miniſque vident negotiatio, & malitia humana. Quæ adeò perſpicax eſt, vt diuinam perſpicaciam peruersè æmuletur; támque ambiat homo eſſe (etſi non ſit) perſpicax ad iniquitatem, quam Deus ad bonitatem: ô vaferrimam hominum malitiam! ô oculatiſſimam negotiationem! Lucæ 16. v. 2. Villicus ille iniquitatis diffamatus apud dominum ſuum, quaſi cenſum ſibi creditum diſſipaſſet; qui ſic in ſummam pauperiem redigeretur, aſtutiſſimū conſilium inuenit, datæ cautionis debiti non ſoluti;

Ingenium auaritia laudatur.

quod

Digitized by Google

quod habetur v.5. vt ita gratiam debitorum promereretur, & ſic ipſum tanquam ſuum benefactorem munificum, reciperent debitores in domos ſuas, eiuſque inopiam ſubleuarent. Huius Villici aſtutiam cùm cognouiſſet Dominus, Deus inquam; ait Euangeliſta, quòd *Laudauit Dominus villicum iniquitatis; quod prudenter egiſſet.* Quis non miretur, quod paſſim mirantur interpretes, ſcilicet quomodo potuit Dominus hic, qui Deus eſt, laudare malitioſum hoc villici commentum? Porrò opus illud prauum fuit, & malitioſum furtum. Furtum autem res laudis non eſt apud Deũ; ſed vituperio, & ſupplicio digna. Deúſne encomiaſtes erit malitioſæ rapinæ? Verùm vſque adeò excellit in hoc opere, villici ſagacitas, & ingenioſa aſtutia: tam ſublime negotiationis ingenium eſt vt vel Deus ipſe eminentiam ſagacitatis argutæ quaſi admiratus, ingenium negotiationis laudet, & aſtutæ prudentiæ ſublimitatem commendet: quæ etſi deprauata ab operis malitia, adeò eminenter, excellit, vt vel furtum Deo offenſum, & inuiſum, quaſi eſſet dignum laude, ob ingenij præſtantiam, diſſimulet Deus. *Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quod prudenter egiſſet.* Quod egregiè notauit interlinearis Gloſſa, ſic inquiens: *Non de fraude, ſed de prudentia, quamuis peccantem laudat.* Nam etſi à malitia opus culpatur, ab ingenioſa fraude vertitur eximiè ad laudem ingenij, non ad virtutis meritum. Plúſque admiratione extollitur ingenium fraudis, quàm odio infamatur hic fraudulenta iniquitas. Sic de fraudis prudentia quamuis peccantem laudat! Nempe odio habet fraudem, laudat fraudis ingenium eximiè argutum ad rem lucri.

Lucæ. 1

Gloſſa interlin.

25. Ioannis 6.v.5. Cùm Chriſtus Dominus in vaſta eremo trans mare Tyberiadis verſaretur, vidérétque ferè quinque hominum millia, quæ ſui viſendi ſtudio oppidis relictis ipſi aderant, fame laborare; ſtatuit in ſolitudine tantam multitudinem cibare. Quod vt præſtaret? *Dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Super quibus verbis ita fatur S. Chryſoſt. *Sed quam ob rem Philippum interrogat?* Cur non Petrum, aut Iacobum, aut alium quempiam ex Apoſtolorum proceribus conſulit? Hos enim conſiliarios ſolet aſciſcere, non Philippum. Imò nec Philippus, neque vllus alius conſulendus foret: nam Chriſtus Deus eſt, & Diuina ſcientia, & perſpicacia pollet. Vnde nõ opus eſt ei quemquam conſulere: nam in quo diuina prouidentia viget, opus non habet, quempiam interroget. Cur ergo primum Philippum cõſiliarium aduocat? Qua ratione inquit Chriſtus Dominus? *Vnde ememus panes?* Hanc difficultatem tractat noſter Cardinalis Toletus, & ſubtilis reſpõdet: *Aliam poſſumus huius excogitare cauſam, nẽpe, Philippum fuiſſe in hiſce, quæ ad victum comparandum pertinebant peritiorem, & intelligentiorem.* Itaque Chriſtus Deus, cui aderat diuinæ ſcientiæ perſpicacia, & diuinæ prouidentiæ congruentior attentio, cupiens quærere nummos, vnde eſcas emerẽt, ad tantã multitudinem cibandam, hominẽ *ad victum comparandum cæteris peritiorem, & intelligentiorem* conſulit, quonam pacto id fieri poſſit: ô rem admiratione dignam! Nonne Chriſto Deo adeſt diuina ſcientia, & prouidentiæ perſpicacia: quid Chriſto Deo addiſcendum eſt, ex homine cæteris *peritiori, & intelligentiori* in cõparanda re nummaria? Num prouidentiæ Diuinæ conſilia non ſuppetunt ad comparandos nummos, & panes? Num panarium vacuum eſt Diuinæ prouidentiæ? Opúſne eſt Deo omnia prouidenti, & prouidenti trapezitam, ſeu negotiatorem peritum cõſulere? At & conſulit illum, & primò conſulit, vbi primùm ſtatuit tantam turbam cibare. Quia eiuſmodi negotiatorum gens vſque adeò videt in re lucri, vt primum conſilium ab eis petat Deus, & qui conſilium habet Diuinæ prouidentiæ, humanam negotiatorum ſagacitatem conſulit. Quid exaggeratius?

Ioann.

Chryſoſt. hom. 41.

Philippus Peritus negotiator in re lucri.

Toletus.

26. Aſtipulatur egregiè illud Pſalmi 72. v. 11. *Et dixerunt: Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in Excelſo?* Vnde quæſo, tam prophana perſuaſio potuit ſubire humanam mentem, vt ſibi ſeriò perſuadeat, in Deo non eſſe ſcientiam humanarum fraudum? Nam Deus humano diſcurſu notus eſt: atqui ſi Deus eſt, infinitè perfectus eſt; infinitè autem perfectus non eſſet, ſi quid ignoraret. Bardus eſt, truncus eſt, qui hoc ignorat. Vnde ergo tam fatua perſuaſio: *Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in Excelſo?* Non ex ſtoliditate, ſed ex nimia ingenij in negotiando ſagacitate, id prouenit. Attende ad verba quæ ſubiungit: *Ecce ipſi peccatores, & abundãtes in ſæculo, obtinuerunt diuitias.* Viuaciùs ad rẽ LXX Interpretes, *Comprehenderunt diuitias.* Ac ſi dicat Dauid: Adeo impij negotiatores ſagaces ſũt in ſuis fraudibus, adeò vident in re lucri, vt ſibi impij perſuadeant, non tantùm homines, ſed vel Deum ipſum fugere fraudulentum eorum ingenium, & aſtutias negotiationis corradendæ pecuniæ. Aſtutiſſimè ergo hi conſiliarij Occidentis expeditionem conſulunt hîc, v 4. quaſi eiuſmodi expeditio eſſet rei Aſſyriæ proficua, & veræ religionis propagationi neceſſaria, & tamen (vt nuper notabam) propria lucra quiſque captabat, mentita ciuilitate Deum, & homines fallere intẽtans: ô lucri cupiditatem! ô auaritiæ aſtutias!

Pſalm

Peritus negotiator in re lucri.

Iudith.

§. VIII.

Sub guloſo Præfecto Iuſtitia periclitatur: nam eſculenta munera dabunt merita flagitioſo reo: vnde tota erit innocentia, quàm palatum Iudicis damnat.

27. PRæcipua Iudicis virtus frugalitas eſt: nam Præfecti æſtimatio cudit merita ſubditorum; ergo à frugalitate ſit incorruptus, & æquus cauſarum arbiter: ne accepta munera fiant merita litigantium, & quem conſcientia, & euidentia facinoris accuſat, excuſent munera. O quoties palati deliciæ fecêre bonam cauſam rei ſceleratiſſimi, & ciborum voluptas, efficaciſſima aduocatio fuit! Iura ſæpè dedit gula, O qui pro ſe affert, & offert exquiſitas, & peregrinas ciborum delicias, leges impunitatis allegat. Qui ſic litigat, etſi omnium flagitiorum reus ſit, repentè omni delicto immunis eſt: qui ſecùs faxit, licet vita innocens ſit, reus nocentiſſimus fiet; quia nihil pro ſe allegauit apud gulam Præpoſiti. Quid refert quòd Vlpianus, aut Papinianus abſoluant, quos helluatio, aut crapulatio Iudicis damnat; nam Senatuſconſultum lex mortua, & ſine voce eſt; ius palati vocale, & viuum: & quod ebibit ore, bona, vel mala ſunt merita cauſæ. Planè gula inſidiatur iuſtitiæ, & patrocinatur iniuſtitiæ: bonámque facit malam cauſam ſontis, & bonam inſontis cauſam, facit malam. Plura miracula fecit Chriſtus: ipſáque toto Orbe illuſtriſſima, quæ quidem tunc plures calumniatores, quàm admiratores repererunt. Aderant Phariſæi, Scribæ aderant, Iudæus populus oculis cernebat miracula, & nihilominus contumaciter diſ-

Reus qui adulatur palato iudicis, habet bonam cauſam.

credunt, & pertinaciter conuitiantur Christo legis violationem, Sabbati transgressionem, quasi zelo Dei in illum debacchantur, vt ebriosum, vt contubernalem Publicanorum, vt perfidū aduersus Cæsarem. Ioannis 6. v. 14. suprà quinque hominum millia ad satietatem vsque pascit in deserto. Tunc omnes vno ore, & communi plausu Christum acclamant verè Prophetam, & vt verum Iudææ Regem salutare intentant: *Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. O gulæ incredibilem auiditatem!* (exclamat Chrysostomus) *Maiora his miracula, & quidem innumera operatus est IESVS, neque hoc vnquam confessi sunt, nisi nunc exsaturati. Proh! quanta gulæ vis, quàm mutabilis sententia? Iam non amplius legem vlciscuntur, calumniantur, nec Sabbati transgressionem curant, neque Dei zelo mouentur, omnes has curas pleno ventre abiecerunt, Prophetam erat Regem vocabant.* Nimirùm iidem Iudæi, illi ipsi qui paulò anteà ad præsentiam plurium miraculorum, Christum calumniabantur, & vt plurium delictorum reum, quasi pio zelo legis, & Iudaïci instituti, seuerissimè insectantur; nunc ad satietatem vsque saturati, illum acclamant sanctum, Prophetam Summo Sacerdotio, imò & regno dignum. O gulæ præstigias! Proh quoties hodie est iam bona causa eius qui insidiatus est palato Præfecti! Heri seductor erat, & sanctissimarum legum irreligiosus transgressor, &c. & nunc derepentè innocens est, Propheta est, & dignus qui primas præfecturas obtineat: Heu, non innocens vita subditi, sed palatum Præfecti dat hodie merita!

Ioann.

Chrysost. hom. 41 in Ioann.

28. Plura timet Dœmon à Christo, quem ex ore Prophetarum sciebat venisse, vt dissolueret opera diaboli: neque latebat vitæ integritas, iustitia, constantia, & sanctitas, qua suprà reliquos homines eminebat Christus. Vnde astutissimus Dœmō illum adoritur in deserto. Sed pulchra quæstiuncula est, cur primùm intentet adulari eius palato. Num alij tentationum doli deerāt Dœmoni? Inediæ patientissimum viderat totos quadraginta dies: quid homini frugalissimo offert cibos, quos facile respueret? Quam ob rem temerarius tentator præsumit Christi palato insidiari? Quin, esto, Christus tunc comederet, quid mali tunc extorqueret malus Dœmon? Siquidem iam Christus ieiunium expleuerat: iam aderat tempus soluendi ieiunium, quod statim soluit. Verùm callidus Dœmon, & male astutus intentat cibos offerre Christo, & adulari palato famescentis, vt sic eius constantiam, & vim æquissimæ seueritatis (si fieri posset) eneruaret. Scilicet satagit Dœmon, vt Dœmonis partes agat Christus, vt dissimulet eius nequitiam, ne ipsi constanter aduersetur: vnde frangere prætendit Christi constantiam, & gulæ insidias subdolè intentat, vt sic eum peruertat esculenti muneris dolo. Scit enim *Dæmon* (ait Chrysologus, hanc primam diaboli tentationem commentans,) *Quantum crapulationi deditis dominetur.* Nimirùm satis expertus est diuturnis experientiis, muneratorem esculenti muneris, integerrimos alioqui viros peruertere, vt eis ad nutum *dominetur*; vnde famescenti Christo discum munere offert, vt illi etiam *dominetur*; vt in amicitiam eius se insinuans, illum spontè cogat dissimulare eius vitia; quò liberè, & impunè sæuiat in homines. Nam firmior hominum constantia, sic emolliri solet à deliciis gulæ, vt vel sic Christum seducere præsumat Dœmon. Vnde si prima gulæ tentatio ex mente succedat, sibi pollicetur, Christum deinceps *Non ampliùs vlturum legem, nec transgressionem curaturum, neque Dei zelo moueri pleno ventre.* Sic de esculentis muneribus præsumit malè acutus, & benè expertus Dœmon!

Matth. 4. v. 3

Prima Christi tentatio est à gula?

Chrysol. ser. 13.

Chrysost.

29. Numerorum 11. v. 10. Hebræus populus pertæsus lenitatem cœlestis cibi, delicias carnium anxiè desiderat, & querimoniis expostulat. *Et Moysi intoleranda res visa est, & ait ad Dominum: Cur afflixisti seruum tuum; Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis mihi est. Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me.* Res sanè admiratione dignissima, cur Moyses mansuetudine, & magnanimitate admirādus, ita modò exasperatus sit, eo quòd Hebræus populus auidè desideret, & anxiè expetat delicias carnium? Rebellem gentem sæpè pacatissimè sedauerat Moyses, pertinacem patienter expectauit: imò cum Exhodi 32. vitulum flagitiosissimè adorauit, prudenter excandescens, seuerè castigauit populum idololatram, & cur nunc similia supplicia non intentat; sed ob multò lenius delictum, ferè re desperata, muliebri eiulatu Deum obsecrat, vt vel ipsum interficiat, vel alium Præpositum in locum suum sufficiat, qui regat gentem intolerabilem? Tam graue flagitium est, dixisse: *Quis dabit nobis ad vescendum carnes*: vt longanimus Moyses sic animo despondeat; Aduertit satis ad rem Lyra, auctores vtriusque murmuris fuisse proceres populi, & tribuum principes, aiens, *Secundum alios intelliguntur maiores de populo, & hunc sensum sequitur Rabbi Salomon dicens, quod seniores populi, qui erant principes, meruerunt mortem.* Quæ explicatio satis apta est contextui: dicitur enim v. 4. *vulgus promiscuum* obmurmurasse, *& cum eis de filiis Israel.* Nimirùm vulgus populi, & principes Israëlis. Iure ergo sic exasperatur Moyses, & summæ præfecturæ munus deponere satagit, dum animaduertit Principes, & Rectores familiarum, ita gulæ deditos, vt delicias carnium percupiant. Non enim apti sunt ad principatum, qui sic indulgēt palato. Qui delicias saporis sic anhelat, facile corrumpetur à subditis; & ciborum suauitas bonam aut malam causam faciet: exquisitæ dapes dabunt merita, non vitæ inculpata innocentia. flagitiosus quisque esculentis muneribus mercabitur innocentiam, & sceleratissimi rei delicta redimet gula Præfecti. Vnde aduertens Moyses, quòd proceres, & summates populi anxiè expetunt esculentas, & poculentas delicias, ait ad Dominum: *Non possum solus sustinere omnem hunc populum.* Quasi statim deposuerit à principatu familiarum principes helluationibus deditos, tanquam ineptos ad gubernationis incorruptum munus, quia *Non ampliùs vlciscentur legem, nec Sabbati transgressionem curabunt, neque Dei zelo mouebuntur, omnes has curas pleno ventre abiicient*, vt diximus ex Chrysostomo. Astutè ergo Nabuchodonosor cap. præcedenti (vt habetur in Græco textu) opipparum extruit conuiuium Assyriæ proceribus, qui gula subornati, hîc v. 4. consulti, ad eius arbitrium sententias dicunt; etsi à ratione, & iure alienum erat quod intentabat Nabuchodonosor. At gula dat iura, & æquum visum fuit, quod suadet palatum iniquarum dapum sapore corruptum. Heu! verissima vox est: Da exquisitos cibos, & accipe exquisita merita. Ne time competitorem, si pro te allegat palatum Præfecti.

Numer.

Index gulosus ineptus est regimini.

Exhod.

Lyran.

Rabbi Salomon

30.

Chrysost.

Iudith.

§. IX.

Digitized by Google

§. IX.

Vnius hominis summa potestas, ius est propinquorum eius ad Præfecturas.

31. MErita dant honores, Sapientia, & Virtus pariunt Magistratus. Sed meritum vnius, plurium prosperitas est, & vnius Præfectura, propinquorum euectio. Quis enim tam seuerus est, & affecti-nescius, cuius rectitudinem nó curuet amor propinquorum, vt eos ad dignitates promoueat? affinitas Præpositi, meritum est ad dignitates. Nam Præfecti affinis raro indignus inuenitur ad præfecturas. Vnius Fortuna propinquis omnibus simul adludit. Iussit Dauid quondam, vt describerentur viri bellatores totius Israël, 2. Reg. 24. v. 9.

2. Reg.

Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi, Regi, & inuenta sunt de Israel octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium, & de Iuda quingenta millia pugnatorum. Quæ verba commentans Lyra sic scribit: *Tunc occurrit dubium, quomodo tot erant in vna tribu.* Et quidem valde admirabile est in vna tribu Iuda reperiri quingenta millia bellatorum, & in reliquis omnibus octingenta millia tantùm; vt vna tribus Iuda fermè æquaret numero reliquas omnes. Pergit Lyra, aliud dubium excitans, *Sciendum quod 1. Paral. 21. dicitur de Iuda autem quadraginta septuaginta millia.* Quomodo in lib. Regum dicitur de tribu Iuda fuisse quingenta millia virorum; &, 1. Paral. non numerantur nisi quadraginta septuaginta millia? Varia varij respondent: Ex solutione posterioris, exoluetur priùs dubium, *Quod soluitur ab Hebrais* (inquit Lyra) *quòd triginta millia, qua omittuntur in Paral. erant capita aliorum, & sic non numerantur ab eis* Itaque 1. lib. Reg. ex tribu Iuda numerantur quingenta millia virorum, & triginta millia, quæ desunt huic numero in Paralipomenis, erant duces octingentorum millium, tribuum reliquarum. Erat enim numerus militum tribus Iuda, penè suppar reliquarum omnium tribuum: imò & Duces reliquarum tribuum erant ex tribu Iuda: Quomodo tantum excreuit vna tribus Iuda, vt ferè numerò exæquet reliquas tribus, & præter Duces proprij exercitus, triginta millia Ducũ præfecerit reliquis tribubus? Potiò coniectura, quam insinuat Lyra mihi valde arridet: nam qui triginta millia Ducum elegit ex propria tribu, vt aliis præessent tribubus, sic fauebat cognatæ tribui, vt tribus vna Iuda ferè æquaret numerum reliquarum: scilicet Dauid Rex erat ex tribu Iuda, illo regnãte minimùm excreuit suæ gentis numerus, & quod plus facit ad rem ferè nemo in aliis tribubus repertus est dignus, qui præficeretur, etiam ipsis contribulibus, nisi ex tribu cognata Regis: ex ea enim, etsi aliena triginta millia Ducum, & Præfectorum reperti sunt, qui reliquis tribubus præficerentur, præter Duces, & Præfectos quingentorum millium bellatorum ex propria tribu. Profectò Principis tribus fertilis est Ducum, & Præfectorum, & innumeras parit præfecturas. Miraret sanè tot habiles inuentos esse ad præclara hæc munera ex vna tribu Iuda, nisi constaret cognatam esse Principis. Fortassis sub Saüle Rege non inuenirentur tot digni ex tribu Iuda; tunc tribus Benjamin dignior esset: siquidem propinquitas Principis, dignitas est ad præfecturas.

Lyra
Cur vna tribus Iuda tã fertilis sit præfectorum.

1. Paral.

Lyra.

32. Lucæ 3. v. 25. Plures interrogant Christum, an Pauci sint, qui salutem consequentur, quibus ait: *Cùm Paterfamilias clauserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine Domine aperi nobis; respondens dicat vobis, Nescio vos vnde sitis. Tunc, &c.* Quid est nescio vos? Si reos nescit, quomodo illos punit? punitne quod ignorat? Planè noscit delicta propter quæ illos punit, & ait se ignorare personam. (Quid sit hic, *ignorare*, aliàs tradidimus.) Verùm expendere hîc oportet, quorsum ait, *Nescio vos vnde sitis*: quid enim attinet ad iudicium Christi, vnde reus sit oriundus? Quid mysterij latet in his verbis? Nempe cùm Christus summus Iudex hos homines damnat, ait se ignorare vnde sint. Audiendus est Theophylactus, qui acutè hîc notat affectum Iudicum in compatriotas, & cognatos, sic scribens: Christus *dissimulat scire, vnde sint, & meritò. Dominus autem cognoscit suos. Hoc autem quod dicit. Comedimus, & bibimus coram te, & in plateis nostris docuisti; simpliciter quidem ad Israelitas dicitur. Etenim Dominus ex eis natus est secundùm carnem.* Scilicet Christus Deus, vt condemnet Israëlitas, ait *Nescio vos vnde sitis*; hoc est, non attendo ad personas, nec aduerto quod ex mea patria sitis, nec quòd cognati mei estis secundùm carnem. Quid timet Christus si ad hæc attenderet, se non iudicaturum ritè? minimè; at Christi cautela, nostra eruditio sit. Vt dum quis tractat alicuius negotium, sic illud tractet, ac si nesciret, vnde ille sit, an contribulis, an alienigena; an affinis secundùm carnem, an coniunctus familiaritate, an fe. ùs?

Lucæ.

Iudex nesciat vnde sit reus, vel candidatus.

Theoph.

33. *Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? & confessus est, & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus.* Ioann. 1. vers. 19. Quis non miretur adeò desipuisse Iudæorum proceres, vt officium, & solium Messiæ obtulerint Ioanni? In multis erratur in hac electione, Ioannes quippe erat ex tribu Leui: Messias seu Christus futurus erat ex tribu Iuda. Ioannes natus fuit in montanis Iudææ, Christus nasciturus erat in Bethlehem Iudæ, vt ipsi non multò ante prædixerant Herodi sciscitanti. Ioannes nullum signum fecerat; Christus verò aperturus erat oculos cæcorum, & soluturus pedes claudorum, &c. Quin & Principum, aut Sacerdotum Iudææ non erat eligere quem vellent in Christum. Vnde tam supinus error? Hugo Card. hîc eorum ignorationem auget, aduertens, Ierosolymis (quæ curia & metropolis erat) hanc electionem factam fuisse, & quidem à Sapientioribus Iudæorum post longam consultationem: *Ab Hierosolymis, vbi consilium, & iudicium habebatur, & ideò ibi erant homines sapientiores, & astutiores.* Quid causæ fuit, vt Sacerdotes, & Scribæ, qui legationem miserunt, (qui tunc nullo odio Christi tenebantur, vt aduertit S. Augustinus inibi, quia necdum Christi nomen inclaruerat, & sic nulla ipsius inuidia tenebantur,) quid, inquam, causæ fuit, vt tam manifestè cæcutient, & hominem nullis miraculis clarum, ex tribu Leui progenitum, eligerent in Christum, & Messiæ thronum Ioanni tribuerent; Acutè nec satis candidè in Sacerdotes respondet Origenes. Consilium hoc initum fuisse à Sacerdotibus; (quorum erat rem sacram tractare.) Sacerdotes autem vtpotè ex tribu Leui, solerter ambiebant, vt cognatus eius Ioannes eueheretur ad Messiæ dignitatem: negotiosus enim est affectus propinquitatis, & in solium Dauidis eligere non

Ioann.
Ioannes à cognatis eligitur in Messiam.

Hugo.

August.

Orig hom. super hæc verba.

R.P. Didac. de Celada in Iudith.

Digitized by Google

pudet filium Leui: purum hominem in Dei honorem, & officium promouent. Tãtùm audet in electionibus amor propinquorum, vt hominem eligat in Deum: Ioannem eligat in Christum. Excipe Orig. verba, *Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes, &c. Ab Ierosolymis Iudæi, qui Ioannis, (qui generis Sacerdotalis erat,) cognati essent, Sacerdotes, & Leuitas miserunt.* Eiusmodi electionem imprudentes, impudẽter sacrilegas, affectus propinquorum ambit, & audet. Præterea hîc aduerte, contribules missos ad Ioannem à cognato senatu, illi dixisse: cùm Messiæ sublimissimam dignitatem illi offerunt: *Tu quis es?* Ac si dicant, quicquid esse velis, per nos eris: finge tibi personam, & munus quod ex arbitrio tuo pendet; senatus enim tibi cognatus decernit vt sis, non qui es, sed quisquis esse velis. Si non vis esse Messias, esto Elias, saltem esto Propheta.

34. Iudic. 4. v. 4, *Erat Debbora prophetis, uxor Lapidoth, quæ iudicabat populum illo tempore: quæ misit, & vocauit Barac, dixitque ad eum: Præcepit tibi Dominus Deus Israel: vade, & duc exercitum.* Dubia quæstio est apud interpretes, quisnam fuerit hic Barac, qui electus est Dux totius exercitus Israëlis aduersus Sisaram? Quidam aiunt Barac binomium esse, & eundemmet fuisse ac Lapidoth, qui maritus erat Debboræ; alij negant. Subiiciam consultissimum iudicium Abulensis de hac re, hîc q. 6. *Respondetur quod communiter tenetur, quod Barac sit vir Debbora, sicut tenet Magister in historia Schol. & Andreas, sic Rabbi Salomon, Rabbi David Chimki, & ferè omnes Catholici Doctores, & Hebræi. Cùm autem in littera dicitur, quòd erat uxor Lapidoth, dicunt nostri, quod Lapidoth, & Barac erat idem vir.* Solutio huius quæstionis, aliam quæstionem parit pulchram ad hanc rem. Nimirùm, Si Lapidothũ eius virum Debbora elegit in Ducẽ totius populi, cur illum non Lapidoth, sed Barac appellauit? quam ob rem mutat nomen in electione? & qui anteà Lapidoth vocabatur, dum eligitur, Barac nominatur? Nimirùm etsi electio à Deo facta est, ait enim: *Præcepit tibi Dominus Deus Israel, vade, duc exercitũ, &c.* pudebat Sãctissimam Debboram, virum suũ, hominem valde sibi propinquum, eligere in Ducẽ totius populi. Vnde etsi alienam personam eligere non potuit, nam Lapidothum Deus selegit, saltem prudentissima fœmina elegit aliud nomen. Erubescat planè hominem sibi coniunctissimum ad summam dignitatem sublimare, etiam Dei consilio. Proh! non pudet viros instigãte propinquitatis affectu, propinquos eligere: quod pudet fœminam inspirante Deo? Sic Nabuchodonosor hic v. 4. sanguine propinquum Holophernem statim elegit in ducem tanti exercitus, omissis aliis (de quibus Herodotus lib. 7.) qui in bello Græciæ illato, egregiam operam nauarunt Regi.

Iudic. Debbora erubescit maritũ suum eligere in Ducem populi.

Abulens. Historia Scholast. Andræas Rabbini.

Barac est Lapidoth.

Herodot.

§. X.

Vel à seipso Secundum esse, inglorium cuique est: Nomen Primi ab omnibus ambitur.

35. Honoris causa dicitur hoc versu 4. in Græco textu, *Holophernes Secundus existens post Nabuchodonosor,* at eo turgemus superbiæ tumore, vt respuamus nomen Secũdi, & honorem Primi ambiamus omnes. Magnus in bello, in pace quoque magnus vir Traianus, tanto orbis plausu Romanum moderabatur imperium, vt ambigas vtrum assentatoriè, an verè dixerit illi Plinius in suo ad eundem panegyrico? *Nemo est tam sui quàm ignarus sui, vt locum ipsum post te concupiscat.* Facilius est, vt esse aliquis successor tuus possit, quàm vt velit; scilicet nemo est, qui non percupiat esse orbis Imperator. Quid enim magnificentius? At tu, ô Traiane, adeò magnificè tractas rem belli, & pacis; vt tui successor nemo esse optet. Hactenùs esse Cæsarem summus honor habebatur; at post te, Cæsarem esse, dedecus est, iniuria est à nomine optãda. Quia eò vsque emines, vt successorem esse tui nemo velit, veritus ne à tua magnitudine minuatur, qui post te capesset imperium: Vnde nemo est, qui locum ipsum post te concupiscat. Vel sic accipe locum: Adeò inglorium est nomen Secundi, vt vel post Traianũ Imperatorum maximum; nemo appetat Secundum fore. Vsque adeò nomen Secundi exosum est, vt neque post Traianum Primum inueniatur aliquis qui velit esse Secundus. *Nemo est, qui locum ipsum post te concupiscat.*

Omnes ambiunt nomen Primi.

Plin. iun.

36. Nec modo reperietur nemo, qui post Traianum hominem gentilem, & peregrinum, Secundũ esse cupiat, sed neque post germanum fratrem, qui quædam portio sui est, ex eadem substantiæ massa, eadem vteri fornace coalita. Fallor, si id nõ exprimitur Matthæi 20. v. 21. Mater filiorum Zebedæi honores filiis suis Iacobo, & Ioanni dandos ambitiosè postulat à Christo; sed cur sinistram petit? Nonne sinistrum infaustum nationibus est? Præstaret dixisse: Obsecro Domine; concede primam sedem vni ex meis filiis, secundam alteri; quo nihil maius, sublimius nihil concupisci posse videtur. Neque enim ambo simul primum locum obtinere poterant, & tamen sinistram sedem mauult. *Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.* O fastum superbiæ! scilicet mauult ambitiosa mater, vt alter filiorum sit ad sinistram, quantumuis infaustum sit, & sinistrum omen, (dummodo nulli Secundus) quàm vt sit ad dexteram, etiamsi à germano fratre secundus foret. Vnde vt aduertenter, sic ambitiosè dixit: *Vnus ad dexteram, & vnus ad sinistram.* Neque miror neminem vel à fratre germano secundum locum concupiscere, cùm neque à seipso secundus esse velit. Quod à Tertulliano disce.

Præstat esse Primus ad sinistram, quã Secundus ad dexteram. Math.

37. Vetus fabula est tres fuisse Geryones Hispanorum Reges: Nempe poëtæ finxerunt tricorporem Geryonem. Re vera vnus fuit, sed tã inclytus potentia, vt triplicis fortissimi viri haberet robur: quod ansam præbuit poëticæ assentationi. Verùm aduertens Tertullianus in gratiam ipsius Geryonis; ipsummet, etsi vnum, in tres Geryones multiplicatum, & ita ipsummet esse Primum, & Secundum, & Tertium; etsi Secundum, & Tertium non ab alio, quàm à seipso; sic rem expressit. *Geryon ter vnus.* Altè profectò ad rem! quasi dicat: Non admodum commendatur Geryon, si, vnus cùm sit, tres esse dicatur; quia etsi Geryon Primus sit, (quæ est magna gloria) tamen ipsemet erit Secũdus, & Tertius, licet à seipso. Nec tantùm honoris, & famæ illi conciliat nomẽ Primi, quantum detrahit nomen Secundi, etiam suimet comparatione. Arrogantiùs dicetur, *Ter vnus* ne incurrat in Secundi nomẽ, & ab illo dedecoretur. Hic fastus magni Geryonis erit sine admixtione dedecoris: Nam vel à seipso nemo patitur esse Secundus, & sibi inuidebit nomen Primi. Eccli. 14. v. 6. *Qui sibi inuidet, nihil est illo iniquius.* Quis sibi inuideat? imò quomodo potest quis sibi inuidere? Nam

Secundus esse à se ipso, indecorũ est.

Tertul. l. de Pallio c. 4.

Eccli.

Nam inuidia est angor nō de propria, sed de aliena felicitate;ergo qui possidet felicitatem,ea fruitur, non inuidet eam sibi. Verùm vsque adeò homines ambiunt nomen Primi , vt si quis (velut Geryon)esset à se Secundus,vel Tertius ; nomen, & honorem Primi inuideret sibi:qui sublimior fastus esset ; nam honorem , & nomen Primi homo naturaliter ambit,& Secundum (vel à seipso) esse, dedecus reputat. Rationē dedit antiquissimus hic auctor his verbis : *Ad primum locum certamen omne contendit ; Secundum solatium habet , victori in non habet* , idest : Ad primum locum imus omnes contentione, qua certatur à militibus de victoria. Qui Primus est,quasi qui vicerit, & palmā reportauerit ; ouat,triumphat felix; qui Secundus, quasi victus cedit Primo ; etsi solatium aliquod habeat à proximitate Primi; at felicitas Primi , solatij indiga non est. Ergo Secundus Felix non est , cùm habeat, quo egeat solatium. Ne magni æstimes, quod Holophernes Secundus post Nabuchodonosorem appelletur ; nam vel à seipso Secundum esse,dedecus est.

Superbus sibi inuidet.
Tertul.l.1.ad vxorem,c.3.
Iudith.

§. XI.

Reo inaudito, nec Dæmones ipsos damnat Deus ?

38. OMnia patent Dei oculis, diuinæ perspicaciæ omnia nuda sunt & aperta;& tamen Deus, & Adamum, & Euam de crimine ab ipsis cōmisso seriò interrogat, Genes.3.v.13. & qualitatem facinoris sciscitatur : *Quare hoc fecisti ?* Quid Deum latet in hoc flagitio ? fugitne aliquid diuinā perspicaciam? minimè. Diuina enim scientia vel labyrinthos humani cordis penetrat. Quid ergo causæ est,vt crimen hoc tam sedulò sciscitetur, & de illo interroget Adamum,& Euam? Respondet Rupertus hîc,cap.26,& Abul. *Iudiciario more interrogans reum dissimulantem.* Benè est : At quid quæso poterat respondere reus Adam, quod Deus ignoraret? Nihil profectò ; sed ius suum reo seruat Deus more humano causam hominis tractans;nec condemnat,quousque audiat, an minuat, aut eluat crimen obiectū;si fortè viuacior sit criminis aut excusatio, aut depulsio in ore rei. *Iudiciario more interrogat* Deus à reo , id quod planè scit : vt vel hinc discant Iudices reum interrogare, quod ipsi nesciunt & se scire præsumunt ; ne quem inauditum aut damnent , aut puniant. Scilicet maluit æquissimus , & pientissimus Deus subire apud homines aliquod ignorantiæ periculum , reum interrogando,quod ipse scit, quam inaudita defēsione hominem damnare ex propria sciētia. Ad hæc,benè aduertit Rupertus Adamum,& Euam interrogari de crimine,& non interrogari Serpentē, quo inaudito pœna illi infligitur , solus enim Diabolus interrogatus damnatur,de quo & purgatio criminis, & pœnitentia desperatur. Vt aduertāt Iudices , & Prælati, se tanquam Dœmones tractare subditos, quos suspectos de aliquo crimine, illos nō interrogant. Nec est Iustitiæ zelus, sed sæuitiæ furor. Et in hunc sensū aduocat Rupertus cap.7.illud Ps.9. v.4.*Secundum multitudinē iræ suæ non quæret:* Quasi dicat Dauid: Cùm Deus ob nefarias blasphemias, & atrociora hominum flagitia (de quibus ibi sermo)in iram agitur, non quærit,nec inuestigat obiecta crimina ; sed non citato,nec audito homine, ipsum damnat, & punit. In homine istiusmodi rigor,ira est,furor est,iustitia non est. Nam , *Iustitia iudiciario more interrogat reum.*

Genes. *Reum inauditum punire forum est humani Iudicis.*
Rupert. Abulensis.
Rupertus. Psal.

Imò in lege gratiæ , deposito antiquo rigore, non adeò Christus Deus sæuit in Dœmonem , vt ipsum in interrogatum dānet.Execrādus ille Dœmon,qui Marci.5. v.9. sistitur ante Christum, vel de nomine interrogatur: *Et interrogabat eum* IESVS; *Quod tibi nomen est*? Laterne Christum huius Diaboli nomen ? cur interrogationibus illum vrget, interrogatiōnes ingeminans ? quod innuit Euangelista dicens,*interrogabat* Operam perdere videtur IESVS obstinatum Dœmonem interrogans. Num à Diabolo satisfactionem expectet , qui diu pertinax est ? num veritatem interrogationibus extorquere præsumit à patre & auctore mendacij ? Desinat ergo Diabolum de crimine interrogare , ne ipsum ignorantiæ arguant : *Interrogat,non ignorat,* ait S.Chrysologus, *sed implet Iudicem , seruat ordinem cognitoris , nomen interrogat , vt de conditione discutiat:* Pende illud, *Implet Iudicem,* interrogando reum dœmonem; nam homo qui discutit,& inuestigat crimen, & de illo plenè reum non interrogat,non implet nomen,& munus Iudicis; Semiiudex est,etsi aliunde & perfectum,& probatum habeat delictum. Neque enim probasse , & sciisse crimen sufficit, vt Iudicis nomē,& officiū impleatur,nisi etiā interrogetur reus. Vnde Christus vel dœmonem interrogat, *vt impleat Iudicem , & seruet ordinem cognitoris.* Psal.10 vers.5. *Oculi eius in pauperem respiciunt.*(S Chrysost. & Theod.*in orbem terræ respiciunt* :) *& palpebræ eius interrogant filios hominum.* Per filios hominum,homines flagitiosos & multorum criminū reos intelligit S. Hieronymus:quos benè cognoscit Deus. Verùm sciamus, quid est. *palpebræ eius interrogant* criminosos reos? Rectè Cassiod.Euthym, S.Thom. & Lyranus asserunt,*interrogationem per palpebras, ad rem iudiciariam pertinere,*vt sensus sit : cùm Deus iudicaturus est filios hominum , id est, flagitiosos intuetur palpebris eorum delicta. vt de illis iudicet. Palpebris autem intueri, magnā attentionem importat, quod aduertit Ludolphus,vt nos solemus limis, & semiclausis oculis fixis que immotè palpebris, quid attentius intueri (Hispanè, *De hito en hito,vel mirar de punte ta* : Et enim palpebrarum frequens, & naturalis motus , qui nonnihil solet impedire visum, palpebrarum flabellatione, & obiectu.Itaque iuxta horum Patrū sententiam , Deus indicaturus hominis delicta , vt attentiùs illa percipiat, immotis palpebris intuetur. Præterea postquam immotis palpebris crimina percepit Deus;non statim illa diiudicat,sed *interrogat filios hominum* ; id est,reos:& interrogat eos de delicto : Quasi oblitus suæ infinitæ scientiæ , ad legitimam delicti inquisitionem,& probationem procedit, & mox interrogat. Deus omniscius ita cunctanter reum interrogabit de crimine ; & homo ignarus aduersus ininterrogatum reum sic præcipitat iudicium? Planè Dauid loquitur de more humano.

Producam locum alium ex Psalm.138 v.23. ad idem comprobandum in primis opportunum. Satis notus erat Deo Dauid,& eius peccatum, & tamen sic ad Deum,vt Iudicem (quæ communis expositio est) loquitur : *Proba me Deus , & scito cor meum interroga me,& cognosce semitas meas.* Quasi dicat : Tu,vt potè omnisciens probè nosti me,meaque omnia : Sed nunc Iudicem agis; proba,id est, discute , & inuestiga meum delictum more humano, & sic, *scito cor meum,* id est, cum inuestigaueris,*scire te* existima quod aliàs sciebas:& cùm peccata mea sic scieris ; tunc *interroga me , & cognosce semitas meas* ; hoc est, me sciscitare, vt cognoscas,& iudices de delicto meo. Ac si non esset satis

Marci.5. *Dæmon' reus interrogatur de crimine.*
Chrysol. serm.17.
Psal.
40. Hieron.
Cassiod. Euthym. S.Thom. Lyranus. *Deus immotis palpebris dicitur inuestigare delicta reorum*
Ludolph.
41. Psal. *Post plenam cognitionem interrogat Deus reum de crimine sibi obiecto.*

obeundi minore, vt in summo fastigio quis diu immoretur; nam qui festinatò ascendit; vt descendat citò necesse est. Luc. 19. v. 5. Zacchæus statura pusillus, in præaltam sycomorum præcurrens ascendit, vt videret IESVM, & ambiret cœlestis principis gratiam, eiúsque frueretur aspectu. Cui statim dixit IESVS: *Zacchae festinans descende.* Cur tam citò descendere iubetur? Pulchrè Chrysologus serm. 54. *Si benè ascenderat, quare ei dicitur descende?* vis scire causam Superius dixit, *Præcurrens ascendit*: Scilicet benè Zacchæus ascenderat, quia dignè ascenderat: Sed qui festinanter ascendit, festinè descendat necesse est. Et qui præcurrens velociter ascendit, proculdubiò festinans descendit. Vnde dicitur: illi *Zachae festinans descende.* Non taxatur ascensio, sed ascendendi præpropera festinatio denotatur. Nam ad honorum fastigia eundum est, festinandum non est. Præclarè Nazianzenus: *Conspicio sapientes diei vnius momento exortos, ac manuum impositione Theologos factos, quibus ad sapientiam comparandam, satis superque esse videtur, solum voluntatem afferre.* Vnius diecnlæ spatio non benè formatur Antistes. Sic figolus fingit simulacrum ex argilla. Hunc fauor fingit, non cudunt merita candidati. Omnia subita probantur incauta. Suspectæ probitatis est quisquis repentè promouetur. Per suos gradus ascenditur ad culmen: Magnus Imperator Traianus, vir ad omnia summa natus, domi, militiæque inclytus, cuius imperij memoria æternabit ad laudem; non repentè conclamatus est Imperator, sed per suos gradus ascendit. Etsi à natura Imperator, priùs vt gregarius miles diu meruit, mox Dux creatus, posteà Tribunus, & Legatus, demum Imperator consalutatur dignissimus. Quod benè disertus Consul Plinius aduertit in suo ad Traianum Panegyrico, aiens: *Nec hercule tantopere cunctis factum* (nempe electio) *placeret, nisi placuisset antequam fieret. At quo temperamento, Dij boni, potestatem tuam, fortunámque moderatus es Imperator? Modestia, labore, vigilantia, Dux, & legatus & miles: cum iam tua vexilla, tuas Aquilas magno gradu anteires?* Scilicet Aquillas, & Imperatoris insignia anteiuit labor militis, valentia ducis, Tribuni peritia, legati prudentia, & reliqua, quæ velut officinæ quædam politiæ, strenuum Imperatorem efformant. Porrò hæc præuia munera Traianos cudunt; præpropera & subitanea electio, aut sæuos tyrannos, aut desides & ignauos principes. Nazianzenus in Orat. pro Basilio sic fatur: *Nauticam legem laudo, quæ gubernatori futuro primùm remos tradit, deinde ad proram eum collocat, sicque prioribus muneribus ipsi commissis, tandem eum post diuturnam remigationem, & ventorum obseruationem ad gubernacula constituit. Eadem rei militaris est ratio. Miles primùm, deinde Centurio, tum Imperator. Hic optimus ordo est, iisque qui sub sunt in primis conducibilis: Quam præclare nobiscum agere, si idem rerum nostrarum status esset?*

Lucæ.
Qui citò ascendit ad dignitatis culmen, citò descendit.
S. Chrysol. serm. 54.

Nazianz. Orat. 14.

Plinius.
Per suos gradus eundum est ad principatum.

Naziansz.

15\. Theodoricus Rex suum Cassiodorum donauit Patricij summo honore: *Vt per honorem magni nominis declararentur merita seruitutis, qui non fragili felicitate principatus fortuna ludo ad apicem fastorum repentinis successibus euolauit; se vt crescere virtutes solent, ad fastigium præconij conscendit gradibus dignitatum.* Sic scribit lib. 1. Variar. epist. 14. Porrò qui repentinis successibus ad apicem honoris conscendit, fragili felicitate, & fortunæ ludo prouehitur, mox casurus. Ergo ascendendum est gradibus dignitatum, ne statim corruas. Grauiter tulit olim Deus, quod Israëlitica gens Regem à Samuele postularet: Iratus Deus statim Saulem elegit ad regnum, & mox subitæ electionis Deum pœnituit, & sic à solij fastigio illicò deturbatus est Saül, 1. Regum cap. 9. & cap. 15. Dein consultissima electione, cap. 16. Deus elegit Danidem in Regem. Quid non consultissimum à Deo? Quid extemporale, & subitum? Sed priùs clam Samuelem destinat, qui vngat in Regem filium natu minimum Isaï. Et cur nomen Dauidis celatur? Cur seriatim cæteros Isaï fratres diu scrutatur Samuel? Cur tam cunctanter, & morosè res agitur; Luculenter Basilius Seleucus: *Promdi in filiis Isai mibi Regem. O Sapientiam immortalem! Et filium tegit: non clare dixit: Vngatur mihi Rex Dauid: ne extemporalis Regis proclamatio, dignitatis euadat imminutio.* Nempe differt Deus Dauidis electionem ad regnum, celat eius nomen diu cunctatur Samuel: Dauid singulari certamine prius luctatur cum Goliatho, creatur dux exercitus Saülis, diu principatur in Hebró antequam Israëlis coronetur Rex. Quare tam cunctanter ascendit ad Regis solium: *Ne extemporalis Regis proclamatio, dignitatis euadat imminutio*; Quod Saüli contigit: ne si Dauid festinus præcurrat ad regni fastigium, festinans descendat, nam ascensio fest nata, proxima est casui. Expedit ad fastigium per gradus ascendere, vt Cassiodorus, vt Traianus, vt Dauid. Vnde Holofernes hîc, vers. 7. Non repente eligit Duces, & Magistratus, sed quos diu multúmque exercuerat Græca Nabuchodonosoris expeditio, vocat, & promouet ad ampliora munera. Sic ad non repentè factos duces, expauerunt repentè Orientis regna Et Holofernianus exercitus factus est pauor Orbis: totque numerauit victorias, quot explicuit gressus Non facit strenuos Duces sanguis, nec officiosa vrbanitas, nec munifica negotiatio, nec blanda Principum adulatio; sed diu exercita, & ad ampliora munera promota virtus.

Cassiod.
Fragilis est felicitas eius, qui repentè ascendit.

1. Regum.

Basil. Seleu. Orat 14.

Dauid cunctanter eligitur.

Iudith.

§. XIV.

Iudex pauper, proditor solet esse Iustitiæ, Diues & potens integrius iura tractat.

46\. PRinceps, vt in fastigio est, sic requirit virtutes principes, & fastigio dignas, quas breui expressit Iethro Moysis socer, Exhod. 18. v. 21. *Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis Tribunos.* Caietanus vocem *potentes*, interpretatur *sapientes*, & sic habet ibi, *Dictio interpretata sapientes, varias sortita est interpretes: Nam alij potentes, alij fortes alij virtutis, alij nobiles interterpretantur.* Itaque Princeps sit *vir*: Fœmina tractet colos, & fusa, & sedentaria munia, non rempublicam Sit *sapiens*: Nam *vere prima pars Principis, aut Iudicis à naturali ingenio est, viri siquidem ingenij, naturaliter sunt aliorum Rectores*, (verba sũt eiúsdem Caietani.) Sit *potens*, vt possit irrumpere in proceres sibi obsistentes. Sit probus, ne eius nequitia peruertat iura. Sit *nobilis*, vt sic generosos alat spiritus, ne quid homine ingenuo indignum præstet. Addit ad rem præsentem prudentissimè Iethrus, *Qui auderint auaritiam*: Quæ verba sic expendit Hebræus apud Caietanum, *Dictio Hebraica non significat propriè auaritiam, sed facultates, hoc est, bona, quæ possidemus, aurum, argentum, & reliqua huiusmodi.* Nempe iudex non solùm auarus non sit, & diuitiarum amator, sed sit contemptor egregius. Vsque adeò debet abunda-

Exhod.

Caiet.
Iudex sit nobilis, & diues.

Caiet.

Caiet.

Iansen. ad c. 27. Eccli. re diuitiis! Vnde Iansenius explicans illud vers. 6. *Nisi videas virtute irrumpere iniquitates*, sic scribit: *Vt autem sic valeat irrumpere* (nempe iudex) *iniquitates aliorum multa in iudice requiruntur: Potentia, diuitiæ, ac fauor hominum: vnde Iethro Moysi consulit, vt prouideat ex omni plebe viros potentes* Audis diuitias requiri in iudice, ne videlicet si pauper sit, & opum indigus, facilè subornetur, aut spoliet subditos, nam indigentia nouerca iustitiæ est, & iniustitiæ nutrix. Gen. 3. v. 7. Cúmque cognouissent se esse nudatos, consuerunt folia ficus, Basil. Seleuc. Orat. 3. Adã, scilicet, & Eua, *Ipsi nudati nudant arbores*, ait Basilius Seleucus. Sic ergo iudex nobilis, ne egeat subditorũ suffragio; sit potẽs, ne ab eis vires emendicet; sit diues, ne ob rei familiaris indigentiã, degeneret à seueritate iustitiæ, & nullius (quantum fieri possit) egens, vt sic integrè iustitiam administret. Ennod l. 9. epist. 23. Illustris planè laus sanctissimi Episcopi Ennodij Ticinensis, quam scribit: *Datum est*, inquit *mihi libera habere iudicia, etiam cùm sim beneficiis obligatus. Est enim superni muneris, vt sententiam ferat obnoxius: nec delectetur immanitate gratia rigor examinis.* Profundè Ennodius munera, seu beneficia Iudici exhibita, *immanis gratia* nomine appellat. Blandiuntur Iudicibus munera, & duram immanem gratiam extorquent? *Immanis* est *gratia*, quæ liberam & indifferentem Iustitiam, munerum præstigiis, muneranti reddit *obnoxiam*.

47\. Beni Præsides sunt Sol, & Luna, quia non egẽt subditis. Genes. 1. vers. 16. *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei; & luminare minus, vt præesset nocti.* Itaque Sol efficitur Præfectus diei, & Luna eligitur Princeps noctis. Sol præest diei, eiúsque negotiationibus; Luna nocti, eiúsque latebris. Consultè quidem cœlicolæ terrenis præsunt, quorum ope, suffragio, & diuitiis nõ egent. Sol enim non indiget die, cui præest, nec opus habet diei cõmoditatibus: aut ope, vt quondam Iosuë. Nec Luna (vt fortè Venus) indiga est obscuritatum nocturnarum, vt eius impudicitiæ occultentur, aut delinquendi latebras offerant. Bellè ergo dicuntur præsidere diei, & nocti, quibus non egent. Nam Sol, & Luna eminenter continẽt mundialem perfectionem. Vnde S. Ambrosius Ambrof. l. 4. Hexam c. 1. inquit, quod *Sol est iucunditas diei, cœli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ.* Benè ergo Sol præsidebit creaturis, quarum gratiam, & præstantiam eminentiùs continet, atque adeò eis opus non habet: nam in iudice requiruntur potentia, & diuitiæ.

48\. Eccli. Nisi fortè iudex adeò sit paupertatis amans aut *abundans paupertate sua*. Eccles. 11. v. 12. *Vt oderit facultates; id est bona, quæ possidemus, aurum, argentum, & reliqua huiusmodi*: vt dicebat Caiet. supra Matth. Apostolica paupertatis præmium est præfectura. Matth. 19. v. 27. Apostoli abdicatis possessionibus si quas habebant, & ad summam redacti paupertatem, aiunt Christo Domino, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Quasi dicant Christo, ecce iam sumus pauperes, ad quid depauperasti nos? Iam rebus expediti sumus, & paupertate habiles, indica nobis quorsùm id effeceris? Quibus respondet Christus, *Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Vbi nota, quod non dixit: vos qui reliquistis omnia, sedebitis super sedes iudicantes; sed omittens reiectionem bonorum, dixit, *Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes*, &c. vt ita innuat reiectionem bonorum non esse idoneum meritũ ad dignitatem iudiciariam. Sed esto, bonorum abiectionem tacitè recensuerit Christus sub illis verbis, *Vos qui secuti estis me*, subselliã quę fecerit paupertatis præmium: an benè id præmij decretum? aptúsne pauper ad Iudicis munus? Subornabitur donis, & muneribus, quibus maximè eget, vendet reorum impunitatem, & negotiabitur insontium animas. Nam quod flagitium non patret pauper iudex muneribus corruptus? Sanè id maximè timendum. Hæc est Apostolorum illustris prærogatiua, & gratia singularis, vt pauperes cùm sint, incorruptũ ius præstent populis, & ita in præmium censùs relicti, & paupertatis quæsitæ, accipiũt iurisdictionẽ, & sic planè cognoscẽt homines Apostolorum excellentissimam sanctitatem, qui etsi pauperes integrè iura administrabunt. Præstantiùs inuenitur in Apostolis, quod ambitiosè iactabat Roma de suis Fabiis, & Fabritiis, de quibus toties Consulibus, & Dictatoribus, sic scribit Saluianus Saluian. lib. 1. de Gubernat. Dei; *Pauperes erant, qui diuites esse nolebant, vt crescentes reipublicæ vires priuata paupertate ditarent.* Vellem vt essent Principes, apud quos summum ius est, vt Nabuchodonosor, Iudith. in cuius domo sit *aurum, & argentum multum nimis*, vt dicitur hìc vers. 10. sic non degrauabunt populos, sic non vendent iustitiam, vt redimant paupertatem suam.

---

§. XV.

Commentarius litteræ.

Vers. 11. Et profectus est ipse, & omnis exercitus, cum quadrigis, & equitibus, & sagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ, sicut locustæ.

Vers. 12. Cúmque pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistra Ciliciæ, ascendítque omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem.

Vers. 13. Effregit autem ciuitatem opinatissimam Melothi, prædauítque omnes filios Tharsis, & filios Ismaël, qui erant contra faciem deserti, & ad austrum terræ Cellon.

ET *Profectus est ipse, &c.* Impedita res est sarcinarum molitio, ideò impedimenta præmittit Holofernes: Dein ipse expeditior pergit cum innumero exercitu, quem, ait, operuisse terram locustarum more. Quid autem significet, *sicut locustæ*: Biblica phrasi; seu adagiali forma, non conuenit inter Expositores: Martinus del Rio in Adag. sacr. Adagio 104. ad illud Num. 13. v. 34. *Quasi locustæ præ illis*: Accipit *locustam* pro multitudine, sed rei paruæ, & imbecillæ, & fugacis. Quod eruditè probat ex multis Bibliorum locis, in quæ apprimè quadrat expositio, secùs in hunc, quem versamus Iudithæ locum; in quo prouerbiali specie significatur ingens multitudo, maximè, quæ instructa acie, ordine militari progreditur, ita Sanctius: Addit Carthus. *Et vastat, deuorat terra nascentia: sic illi hominum bona.* Itaque ingens multitudo camporum depopulatrix, apprimè locustis comparatur. Quod liquidò constat ex illo Iudic. 6. v. 5. *Instar locustarum vniuersa complebant; innumera multitudo hominum, & camelorum; quicquid tetigerant deuastantes.* Hæc expositio adeò perspicua est, vt tantùm indigeat oculis, qui legant textum

Vers. 11. 49. Locustæ quid significent in Scriptura. Rio. Numer. Sanctius. Carthus. Iudicum.

textum, non rationibus, quæ probent intentum.

VERS. 12. Sanctius. *Montes Ange sunt mons Argæus.*

Cúmque pertransisset fines, &c. Cæterum cùm Holofernes excessisset Assyriorum fines, *venit ad magnos montes Ange.* Quinam hi montes Ange? planè inamœna hæc quæstiuncula est, & in re geographica scopulo à valde. Antiquiores interpretes scopulum hunc silentio deuitant. Securè sic nauigant, sed ingloriè Sanctius præ tædio nauseat, Serarius (Serarius.) multa mouet, & in nullo quiescit; etsi verosimilius putet esse montes Taurũ & Antitaurum, cui subscribunt Salianus, Tirinus, & Acosta (Salian. Tirinus. Acosta. Maluend.) lib. 1. de Natura noui Orbis cap. 14. Cæterùm Maluenda lib. 5. de Antichristo, cap. 14. existimat montes Ange esse montem Argæum, quod docuerat olim noster Ribera ad Ionæ cap. 1. probabili in re ancipiti, coniecturâ, quam probo, & ex cognatione nominis, & ex solutione argumenti, quod illi obiicit Serarius, qui in hunc modum arguit contra Riberam (Ribera): Montes Ange in sinistro Ciliciæ sunt; ergo non est Argæus mõs, qui supra Ciliciam versus Septentrionem in Cappadocia situs est, inter eum autem & Ciliciam magna locorum intercapedo interiecta est, prout indicat Ptolom (Ptolom. Plinius. Solinus. Niceph. Solin.) lib. 5. Geogr. c. 6. Plin. lib. 6. cap. 3. Solin. c. 53. Nicephor. lib. 12. c. 29. Respondeo Ciliciam dupliciter accipi; pressè, & amplè. Audiendus est Solinus, cap. 47. sic scribens: *Cilicia ante usque ad Pelusiam Ægypti pertinebat: Lydiis, Medis Pamphyliâ, Cappadociâ sub imperio Cilicum constitutis. Mox ab Assyriis subacta in breuiorem modum scripta est.* Ecce tibi Ciliciam amplè acceptam, Cappadociam amplectitur, in cuius Boreali plaga mõs Argæus est, vt vel ipse Serarius ex præfatis, quos obiecit, anctoribus, ingenuè fatetur. At Borealior mũdi plaga, sinistra nominatur, sic Australior dextra dicitur: nam spectanti Oriẽtem Solem Boreas à sinistro est, Auster à dextro, antè Oriens, ponè Occidens. Prætereà mons Argæus, *montes Ange* appellantur, non autem mons in singulari numero: qui mons est multiiugus, vt omnes celebres montes, de quo legi potest Plinius (Plin.) agens de monte Tauro, & Antitauro, lib. 1. c. 27.

VERS. 13. 51. Acosta. *Melothi, quæ vrbs?*

Effregit autem ciuitatem opinatissimam Melothi. Opinatissimam, idest, *nominatissimam*, vt interpretatur noster Iosephus Acosta, lib. 1. de Natura noui Orbis, cap. 4. *Meloth* ab Opulentia, nomen habet. Ea proculdubio est *Melita*, seu *Melitena*, quia nomen valde simile, & in Cilicia sita, & opulenta traditur à Strabone (Strab.) lib. 12. *Melitena tota domesticis conseritur arboribus, sola ex omnibus Cappadociæ partibus, itavt oleum quoque ferat.* Hæc vrbs à Semiramide condita est, & mater vrbium à Cappadocibus dicitur, ait Solinus (Solin.) cap. 53. Vnde *Opinatissima* appellatur, idest valde celebris. Ea nunc dicitur *Cæsarea*, vt aduertit Plinius (Plin.).

Serarius. Sanctius. *Prædauit, defenditur à Grammaticis.*

Prædauitque, pro *Prædatus est*. Quant qui vt in re Biblica, seu Theologica nihil vident, sic in re Grammatica nimis videre præsumunt, & quasi non benè Latinum arguunt vulgatum interpretem. Serarius, à quo Sanctius, multa verba congerit, quæ etsi passiuam habeãt terminationem, sermonis Latini proceres addidere terminationem actiuam. Sic apud Nonium laudatur in Ennio *criminant*: in Accio *miseret*, & *contemplat*: in Turpilio *profitetur*: in Pacuuio *moderant*: in Quadrigario *recordauit*: in Neuio *minitat*: in Pomponio *conniuas, & minabit*: in Titinnio *osculanti*: in Varrone *imitat*: in Virgilio *populat*: in Cicerone *augurat*: in Plauto *tuteris, vagat, perscruteaui, euicauit*. Ergo Vulgatus interpres imitans priscos Latinitatis magistros, posuit *prædauit*, pro prædatus est.

Quid sit Tharsis?

Prædauitq. omnes filios Tharsis. Quid Tharsis in Scriptura Sacra significet, diu multúmque velitatum est à nouioribus, & vetustis Scriptoribus. 52.
Singula breui referam, & refellam, imò omnia, quę ex parte refello, amplexabor ex parte: ex pluribusque opinionibus meo iudicio non veris, verosimilem conflabo opinionem ex falsis veram. Quidam existimant Tharsis esse Indiæ regionẽ: ita S. Hieronymus (Hieronym. Iosephus. Theodor. Abulens. Genebrard. Oleast. Pererius. Palacius. Bellarm. Maphæus.) in Ionæ, cap. 1 & Iosephus libr. 8 Tharsim constituit in India. Et Theodor. q. 35. in libr. Reg. Abulens. in 2. Paralip. 9 Genebr. libr. 1. Chronog. Oleast. in cap. 10. Genes. Perer. libr. 12. in Daniel. Paulus Palac. in 1. Ionæ, Bellarm in Psalm. 47. Maphæus lib. 10. Quæ sententia etsi quibusdam Scripturæ locis accommodari possit, aliis planè repugnat: nam Holofernès hic dicitur prædasse filios Tharsis; num è Cilicia, vbi tunc versabatur Holofernes, traiecit in Indiam longissimè dissitam? (*Tharsis non est sola India*) Et quidem in trimestri spatio, vt probo infrà ad vers. 17. Nugæ. Nam Salomonica classis toto triennio hoc iter agebat, vt constat ex 3. Reg. 10. & 2. Paral. 9 (3 Reg. 2 Paral. Ribera.) Hanc opinionem egregiè refutat Ribera ad cap. 1. Ionæ, n. 11. & ampliùs refellitur ex dicendis contra opinionem sequentem. S. Hieronymi anctoritas, & opinio, quæ maximi semper facienda est, sancta, & verissima apparebit ex dicendis infrà.

Alij existimant Tharsis esse Insulam auriferã in Oceano Æthiopico sub ima Africa ad Occidentem Terræ sanctæ. Ita Vatab. 3. Reg. 10. Emanuel Sà, in 2. Paralip. 9 v. 21. credit esse Angolam in regno Monicongo. Quidam apud Hectorem Pint. in notis Hebraïcis ad cap. 1. Ezech. esse Arsinoë portum sinus Arabici. (53. Vatab. Sà. Hieron. Pintus. *Tharsis non insula aurifera, nec Angola.*) At Holofernes has regiones prædasse non potuit, cùm adhuc prope Ciliciam versaretur, vt liquidò constat ex re Geographica. Adde, quòd trimestri spatio; imò fortè toto triennio non potuit tanta copiarum moles in tam dissitas terras ab Holoferne deduci: præsertim cùm nulla sit mentio classis alicuius, (etsi alia minutiora recenseantur in hoc capite) quæ deducebat Holofernes. Deinde Ionæ 1 (Ionæ.) Ionas è Ioppe soluit in Tharsis, ergo Tharsis India nõ est, neque Angola, neque hæc insula aurifera: nã vt notauit S. Hieronymus (Hieronym.) in Isaię 2. per mare Mediterraneũ non itur in Angolam, nec in insulas Oceani ex Assyria, aut Cilicia, nisi per mare Erythræum, aut sinum Persicum. Alioqui penè infinita esset nauigatio? nam traiiciendum foret fretum Gaditanũ, & illò eundum. Vide oculis chartam geographicam, & scies quàm foret inepta eiusmodi nauigatio.

Quidam autumant Tharsis esse Africam. Ita Chaldæus, qui pro Tharsis Africã reddit. 3. Reg. 10. v. 22. & c. 21. v. 19. & Ierem. 10. v. 9. & Kimchi (54. Chaldæus. Kimchi.) Isaiæ 2. vers. 16. Præsertim qui asserunt Tharsis esse Carthaginem, in quibus est S. Hieronym. (S. Hieron. Theodor. *Tharsis non est Carthago.*) de locis Hebraïcis, Theodor. in 1. cap. Ionæ. Et ita Septuaginta seniores pro Tharsis scripsère Carthaginem. Isaiæ 23. v. 6. & 14 Ezech. 27. v. 12. & cap 22. v. 13. Imò vulgatus Ezech. 17. v. 12. Eodem modo legit Hieronym. Isaiæ 23. v. 1. ita etiam Montanus (Montanus. Possevinus. Agell. Marianus. Euthym.) in Phaleg Possevin. lib. 2. Biblioth. c. 5: Agellius in Psalm. 47. v. 7. Mariana de Rebus Hispan. lib. 1. c. 2. Euthymius in Psalm. 71. ait omnes Expositiones, Tharsis pro Carthagine accipere. Hæc opinio ex dicendis contra sententiam mox referendam, refellitur validè.

Multorum sententia est, nomine Tharsis Hispaniam, 55.

Digitized by Google

Anast. Sin. Gorop. Forerius. Eugub. Ribera. *Tharsis nō est sola Tartessus Hispanica.*

ſpaniam intelligi, nempe oram Bæticam, quæ dicitur Tarteſſus. Ita cenſet Anaſtaſius Sinaita, lib. 10. Hexaëm. Goropius Becanus, lib. 7. Hiſpanicorum, Forerius ad Iſaiæ 23. v. 10. nec diſplicet Bœtio Eugubino, lib. 15. de ſignis Eccleſiæ, cap. 18. Eidem aliqua ex parte fauet Ribera ad Ionæ, cap. 1. At ego non adducar, vt credam Tharſis nomine, Tarteſſum tantùm ſignificari. Quis enim ſibi perſuadeat tam breui tempore Holofernem perueniſſe vſque ad Hiſpanias? Num è Niniue peruenit in Ciliciam, à Cilicia traiecit in Hiſpaniam? Et quidem trimeſtri ſpatio? Qui id aſſerat timeat cachinnos Coſmographorum. Adde, quòd cùm milites Holofernis numerantur, equitum, & peditum fit mentio; at naualium militum, aut claſſici apparatus mentio nulla fit, cùm alia minutiſſima narrentur in hoc cap. 2. nempe impedimēta, ſarcinas, annonam, imò & vnde comparatum ſit frumentum; nec vlla inuenitur mentio claſſis. Vnde refutatur ſolutio Pinedæ, cap. 15. aientis, fortè maritimas Hiſpaniæ oras luſtraſſe Holofernem, piraticam exercentem. Cui ſolutioni non multùm fidens excogitauit aliam probabilem, ſed improbandam. Nempe, cùm dicitur Holofernes prædaſſe filios Tharſis, intelligi negotiatores Hiſpanos, qui adportus vicinos Ciliciæ, aut illi tractui, mercaturam faciebant in onerariis. Ingenioſa planè euaſio, ſed non ita ſolida coniectura; quippe cui repugnat textus ſacer. Nam ibi dicitur: *Prædauitque omnes filios Tharſis, & filios Iſmael.* Porrò ſi filij Tharſis intelliguntur Hiſpanienſes Tarteſſani, non aptè dicitur, prædaſſe omnes filios Tarteſſis; neque enim omnes Tarteſſiani ibi negotiabantur. Et quidem Holofernes, non dicitur omnes filios Iſmaël prædaſſe, etſi illius prouinciam occuparet? & tamen dicitur *prædaſſe omnes filios Tharſis*; quia paucùlos inſtitores prædauit? Adhæc, Salomoniana claſſis ſoluebat ab Aſion-Gaber portu ſinus Perſici. Vnde efficitur quòd male peritus erat Salomon, qui cum facili, & breui nauigatione poſſet perducere claſſem in Hiſpaniam per mare Mediterraneū, ſi è vicina Ioppe ſoluerent; longiſſimum, & periculoſiſſimum iter elegit per vaſtos Oceani gurgites. Præterea Iſaiæ 23. in Hebræo textu, Tyrus dicitur *Filia Tharſis.* Tyrus autem non fuit filia, aut colonia Tarteſſi: ſed contrà, Tarteſſus filia Tyri, vt aduertit Sanctius. Quod autem addit, in Græco textu non dici *Tharſis*, ſed *Raſſis*, ſcit benè eruditus vir nō bonæ fidei eſſe hanc Græcā exſcriptionem, & omnino noſtram Vulgatam aſſerendam eſſe. Amica patria omnibus eſt, ſed magis amica veritas.

Pined. Iſaiæ. Sanctius.

56. Ribera. *Opinio Riberæ refutatur, ſuper Tharſis.*

Ribera in c. 1. Ionæ, exiſtimat Tharſis nomine ſignificari in Scriptura Sacra, totam illam terram, quæ ſuprà mare Mediterraneum à ſinu Iſſico ſuprà Tyrum, & Sidonem versùs Occidētem, vſque ad extremos Ciliciæ fines extenditur: rurſúmque verſus Septentrionem reflectitur vſque ad Pontum Euxinum in Peninſulæ formam: quæ olim minor Aſia, nunc Natolia, ſeu Turcia vocatur: huic expoſitioni fauet Pererius in Daniel. lib. 12. & Beroaldus in Chronico. Verùm ſi litteralis ille tractus inuenitur nomine Tharſis, non triennio, ſed trimeſtri emetiendum foret à nauibus Regum Iſraël; & tamen dicitur 3. Reg. 10. v. 22. *Claſſis Regis Salomonis per mare, cum claſſe Hiram ſemel per tres annos ibat in Tharſis deferens inde aurum, & argentum, & dentes Elephantorum, & ſimias, & pauos.* Et 2. Paral. 9. v. 21. *Naues Regis Salomonis ibant Tharſis cum ſeruis Hiram ſemel in annis tribus, & deferebant inde aurum, & argentum, & ebur, & ſimias, & pauos.* Præterea cùm certum ſit Salomonianam claſſem non ſoluiſſe ex Ioppe, ſed ex Aſion-Gaber portu ſinus Arabici, 2. Paralip. 20. verſ. 36. manifeſtum eſt claſſes non iuiſſe ad aliquos maris Mediterranei portus, vel inſulas. Niſi quis exiſtimet Salomonicam claſſem ad petendum portum aliquem proximum maris Mediterranei, prius incaſsùm enauigare totum Oceanum.

Pererius. Beroald. 3. Reg. 2. Paral. 2. Paral.

Dein, Tharſis eſſe Tharſum nobilem Ciliciæ vrbem, (felicem D. Pauli ortu, Iuliani morte funeſtam) firmat Ioſephus lib. 6. cap. 11. Rheticius Auguſtodunenſis apud S. Hieronymum, in epiſt. ad Marcellam: Abulenſis in Commentariis, in Chronica Euſebij, in 2. p. 27. Strabus, Anſelmus Laudunenſis, Lyranus in 10. Geneſ. Vatablus, Honcala, Oleaſter, Lipomanus, Emmanuel Sà, in 10. Geneſ. Iāſen. Genebrard. in Pſal. 47. Mercerus, & Marinus in Theſauris, Galeſinius in notis ad Seueri Hiſtoriam, Capella in 10. Ieremiæ, Forerius in Iſaiæ 23. v. 10. Salianus tom. 4. ad annum ab orbe condito 3346. At ſi Tharſis, Tharſus eſt Ciliciæ vrbs, quomodo vt Salomoniana claſſis à Iudæa traiiceret in Tharſum, non ſoluebat à Ioppe portu proximo, & in mari Mediterraneo ſito, ſed ex Aſion-Gaber portu ſinus Arabici? Idē faceret, qui ex Hiſpania vellet nauigare in Italiam, & ex portubus Oceani ſoluens, Americam luſtraret, & tandem traiiciens Gaditanum fretum, ad Italiam pergeret. Hæc nota ſunt Geographis: ergo Tharſis nequit eſſe Cilicia, cuius præcipua vrbs eſt Tharſus. Quid ergo eſt Tharſis?

57. Ioſephus. Rhetic. Abulenſis. Strabo. Anſelm. Lact. Lyranus. Vatablus. Honcal. Oleaſter. Lipoman. Eman-Sà. Ianſen. Genebrard. Mercer. Marin. Galeſ. Capella. Forerius. Salianus. *Tharſis nō eſt ſola Tharſus.*

Aio, Tharſis eſt quicquid præcedentibus ſententiis ab aliis dictum, & à me refutatum eſt. Scilicet præfatæ opiniones in eo peccare videntur, quòd ad vnam, aut alteram vrbem, aut regionem reſtringunt appellationem Tharſis, quæ vox in Scriptura ſignificat aut mare ipſum, aut inſulas, aut portus, aut quaſvis terras adiacentes maris, nempe littorales tractus. Ita S. Hieronymus Iſaiæ 2. aiens: *Melius eſt Tharſis, vel mare, vel pelagus, abſolutè accipere: neque enim Ionas de Ioppe nauigans, in Indiam poterat peruenire, ad quam illo maris non poterat nauigari: ſed ſimpliciter ire in pelagus, & ad quaſcumque inſulas pergere.* Item Hieronymus de locis Hebraicis ſentit Tharſis eſſe Carthaginem, & idem Hieronymus ad Ionæ, c. 1. autumat Tharſis eſſe Indiam. Quid? Oſcitat S. Hieronymus? Sibi tam manifeſtè pugnat? Planè ſibi conſtat & vera dicit cùm Tharſis vagè accipit: S. Hieronymo conſentit Sanctius hîc, & ad Iſaiæ 2. Serarius ad c. 9. lib. 1. Regum Tirinus ad 2. Paral. 9. v. 21. Beroaldus lib. 4. c. 6. Maluend lib. 5. de Antichriſto, cap. 14. Acoſta, lib. 1. de Natura noui Orbis, c. 14. Lorinus confuſim loquitur, ſed in hanc ſententiam inclinat ad Pſal. 47. & 71. Fauet Caiet. Varlenius, Agathius, Genebrardus, ad Pſal. 71. qui Tharſis pro mari accipiunt.

58. *Tharſis eſt mare, & quicquid ad mare pertinet.* Hieronym. Sanctius. Serar. Maluend. Acoſta. Lorinus. Caiet. Varlenius. Agath. Genebr.

Hoc vt perſpicuè appareat, Aduerte, quod nemo non notat hîc, nēpe Tharſis primæua appellatione ſignificare aliquem peculiarem locum; & vt vulgò docti exiſtimant, Ciliciam, cuius præcipua vrbs Tharſus eſt, à Tharſis Iauan filio, Tharſis appellata. Vnde dicitur Geneſ. 10. verſ. 4. *Filij Iauan Eliſa, & Tharſis, & Cethim, & Dodanim: ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium, vnuſquiſque ſecundum linguam ſuam*, obſcurum eſt quæ cui iſtorum inſulæ contigerint. Eliſa Italiam vocat Chaldæus: At Ioſephus, lib. 1. Antiq. c. 11. Æoliam cenſet ab Eliſa fuiſſe conditam; & Cethim Cyprum inſulam facit, quia ibi vrbs eſt nobilis,

59. Geneſ. Chaldæus. Ioſephus.

quæ

Tharsus à Tharsis filio Iauam appellatur.

quæ Cirium vocatur Dodanim non pauci existimant esse Rhodios: sed hoc Commentatorum Geneseos negotiũ est Venio ad Tharsis, qui procul dubiò sortitus est illam regionem, quæ à Cypro Orientem Solem, & Aquilonarem plagam spectat, maximè, quæ vicina est Asiæ regionibus.

Ioseph. Et quidem Iosephus, lib. 1. Antiq. cap. 12. censet, quòd ad Tharsis Iauam filium spectat Cilicia, in qua Tharsus nobilis, ac littoralis vrbs est: idem

Hieronym. Iudith. sentit S. Hieron q 61. in Genes quod non obscure constat, ex hoc, quem verso, Iudithæ loco, in quo de Holoferne dicitur. *Cùm transisset fines Assyriorum, venit ad montes Ange, qui sunt à sinistra Ciliciæ: effregitque ciuitatem opinatissimam Melochi, prædauitque omnes filios Tharsis.* Huius loci

Sanct. 2. Machab. explicatio, vt eruditè notauit Sanctius, habetur 2. Machab. 4. vbi de Rege Antiocho, sic scribitur: *Contigit Tharsenses, & Mellothas seditionem mouere, eò quòd Antiochi Regis concubinæ dono essent dati: festinanter igitur Rex venit sedare illos* Has verò vrbes esset in Cilicia euincit, quod mox subiũgitur, *Regressum Regẽ de Ciliciæ locuti fuerunt Iudæi.* Ergo illam partem Asiæ, quæ Syriam continet, & illam regionem, quæ non longè abest ab Assyriis pertinere ad Tharsis, liquidò cõstat ex Holofernis cursu qui scribitur in hoc capite, vbi nationes quędam quæ ad Asiæ littora, aut non longè à littoribus sitæ sunt, cum filiis Tharsis connumerantur.

60. Ergo cùm certum penè sit, Tharsis nomine Tharsum Ciliciæ vrbem littoralem, totámque Ciliciam significari, quæ emporium erat confinium

Sanct. prouinciarum: Inde vt satis probabiliter coniectatur Sanctius, n 10. factum fortassis fuit, vt Iudæis, qu a mare Ciliciæ proximum illis erat, & valde

Cur dicatur Tharsis quidquid ad mare pertinet.

notum vbi Tharsis erat nobilis ciuitas, quodcumque mare, siue Mediterraneũ illud sit, siue Oceanus, dicatur Tharsis: quod in aliis rebus crebrò accidit. Nam ab eo quod primum nobis notum est, sæpè nomen tribuimus aliis, quæ eiusdem sunt generis. Sic India à nobis vulgo vocatur, regio quæuis longinqua, & antè ignota, quia ex incognitis, longinquisque regionibus primùm inuenta à nobis est, quam Indus amnis alluit. Sic America vulgò dicitur India, etsi remotissima est ab Indo fluuio. Et ab Hispanis omnes Mahumetani vbicumque fuerint, vocantur Mauri, qui ea pars Africæ, quæ Mauritania, dicitur, propior est Hispaniæ: & ex ea primùm cogniti sunt ab Hispanis Mahumetanæ perfidiæ sectatores Sic dici poterit à Tharso Ciliciæ vrbe maritima, & Hebræis propinqua. & nota, Tharsis appellari quicquid ad mare maritimásque oras pertinet. Hæc verosimilis Sanctij coniectura est, ad ostendendũ, qua de causa Tharsis appelletur quicquid ad mare pertinet, cùm de re ipsa satis perspicuum id sit. Quod euincitur primò auctoritate S Hieronymi cuius iudicium vbique magnum est. Secundò ex impugnatione efficaci, qua cæteras sententias vt insufficientes reiecimus. Tertiò quia Tharsis in Scriptura cum mari, aut re maris semper coniungitur, & pro mari ponitur

Isaiæ. Ezech. Malu. Isaiæ 23. v. 1. *Vlulate naues maris.* & Ezech. 1. v 16. *Visio maris*, Hebraïcè *Tharsis.* Plura alia loca adglomerat Maluenda prædicto cap. 14. libr. 5. Et quidem hæc opinio ex auctoritate, & ratione satis probabilis est; ergo præ aliis amplectenda; quippe quæ expeditior est, facilèque soluit nodos, quos alii vix extricant: nam cæteræ opiniones vorant difficultates plures, quæ in hac sententia facilè digeruntur: nam cum nomen Tharsis non sit proprium alicuius regionis, sed quasi appellatiuum, significans tum mare, tum insulas, aut portus maris,

R. P. Didac. de Celada in Iudith.

facilè sic explicãtur Scripturæ loca, alioqui impedita, & explicatu ardua. Sic Ionas c. 1. v. 3. soluit è Ioppe in Tharsis, idest, in mare, vel in quemuis portum, ad quem tenderent naues. Sic classis Salomoniana ex Asiongaber ibat in Tharsis, idest, in Insulam, seu portum, in quo negotiabatur aurum, gemmas, &c. Sic Reges Tharsis, & Insulæ munera offerunt Christo Deo recens nato; nempe Reges insularũ, aut alicuius tractus adiacentis mari, &c. Sic Tharsis dicitur India, Carthago, Tartessus, Tyrus, Tharsus; Africa, Cyprus, Angola, Insula aurifera in Oceano Æthiopico; imò Venetiæ, vt placet aliquibus apud Maluendam suprà. An verò Tharsis, qui in textu Hebræo inter Rationalis pretiosos lapides numeratur Exodi 28. sit Chrysolithus, Hyacinthus, an Turcicus, aliùs negotium est. Legantur expositores Pentateuchi, & Maluenda suprà. Alcazar ad cap. 21. Apocalyps. Notatione 21. Item an Tharsis sit idem quod Ophir; de quo latè Pineda de Rebus Salomonis lib. 4. c. 16.

Ionæ. Malu. Exhod. Alcaz. Pinedæ. Iudith.

Quòd verò attinet ad præsentem Iudithæ locum indubium mihi est, cùm dicitur hìc Holofernes prædasse omnes filios Tharsis, significari, vastasse, & diripuisse Tharsenses, nempe vrbes Ciliciæ, Tharso proximas, vbi tunc versabatur; siquidem Mellothas, & Ismaëlitas vna refert, qui sunt populi finitimi Tharsensibus.

---

§. XVI.

Qui in terra degens spe cælos inhabitat, coloniam in cælum misit; cuius ius habet in terris.

Perbellè Tertullianus hominem ab insigni sanctitate Cœlestem, appellauit *Exulem vitæ.* Planè difficile est hominem viuere, & esse vitæ exulem, & peregrinum à vita, qua viuit: nam qui vita extorris est, procul sit à vita, necesse est: quomodo ergo viuit, qui longè à vita est? vbi viuit, qui ibi, vbi est, non viuit? Audi Paulum ad Philip. 3. v. 20. *Nostra conuersatio in cælis est.* Paulus in mundo erat, vita corporis; sed huius vitæ exul, cœlos spe habitabat, cuius cõuersatio in cœlis erat Quomodo in mundo existens, in cœlis conuersari potuit? De suo Basilio sic ait S. Nazianz. in Orat. de eius laudibus, *Sublimiora quam pro hominis conditione sentiens: atque hinc priusquam vita excederet, digressus.* Egressus fuerat ab hac mortali vita priusquam egrederetur, & adhuc viuens exul erat vitę. Vnde Præfecto Imperatoris, ei crudeliter minanti *honorum proscriptionem, exitium, cruciatus, mortem,* Tum Basilius; *Si qui aliud habes, id nobis minitare: horum enim, quæ adhuc cõmemorasti, nihil nos attingit.* Nihil Basiliũ attingunt tam acerba mala? Quis mortalium illa non timeat, Planè ille, qui etsi vitã mortalem viuat, tamen ab hac vita prematurè digressus exul vitæ est, & iã conuersatur in cœlis. Pergit Nazianzenus de se, & suo Basilio inquiẽs: *vnum vtrique opus, & studium, virtus erat, & ad futuras spes viuere, nosque ita comparare, vt ante discessum ex hac vita, hinc migraremus.* Idest, adhuc hanc vitam viuentes, extorres eramus hac vita, & quasi iam essemus ciues cœlici, conuersabamur in cœlis. Pręclarè ait S. Paulinus. *Neque habitas in dormientium proiectorum sepulchris, quia in cælo sepelisti vitam tuam.* Porrò qui in terris degit vitæ exul est, & tantùm habet corpus in terra; imò cadauer quoddam viuum est habens mundum pro sepulcro: animum autem habet sepultum in cœlo. Cœlum illi pro sepulchro est. Quod Mausolæũ augu-

61. Tertul Apol. c 41. *Spectimus vita exules, in cælo viuentes* Ad Philip. Nazianz. in Orat de laudibus Basilij. Naz. ibid. *In cælo sepelienda vita est.* Paulin epist. 2 ad Sulpit.

stius potuit excogitare hominum ambitio? Cœlestis fornix pro cumulo sepulchrali est, empyreum pro sepultura *In cœlo sepelisti vitam tuam.* Vita cadauerascit? vita sepeliri potest? Potest quidē vita sepeliri in cœlo; vt qui in terris agens, viuū cadauer est, in cœlis sepultus viuat vita beata, & augustiori vita.

62. Seleuc. Orat. 40. Basilius Seleuc. agens de morte Lazari, inquit: *Ita tu (mortuum) plora, quem vt in aliam coloniam præmiseris*: Parum est, piè & Christianè mortuos mittere coloniam in cœlum. De adhuc viuis ait Clemens Alexand. *Hinc tibi concessit (Christus) in cœlo mittere coloniam.* Quid est mittere coloniam? Cùm vrbs Roma numero ciuium prægrauabatur, mittebat colonias in alias prouincias, & sic se exonerabat Romana Respublica. At Ciues Romani etsi ære alieno oppressi, aut facinorum reatu proscripti, aut ob flagitia palabundi, vel exules; ea nihilominus lege fundabant colonias, vt non carerent priuilegiis ciuium Romanorum; sed potiebantur vtilitatibus prouinciæ, in qua excitabatur colonia, & simul ciuium Romanorum auctoritate, & suffragiis, & priuilegiis fruebantur. Ergo ait Clemens: *Hinc concessit tibi*, Christus *in cœlos mittere coloniam.* Quasi dicat: Qui in terra versans tractat quæ cœli sunt, & præmaturè ex hac vita digressus, exul vitæ factus est; coloniam misit in cœlum. Et iam anticipata

Clem. Alex. Adhort. ad Gent. *Colonia ducenda est ad cælos, etiam dum viuimus.*

63. quodammodò possessione, fruitur cœli domicilio, conuersatione, deliciis. At iura, commoditates, & priuilegia mundani ciuis nō amisit: Sicut qui ducunt coloniam, non perdunt iura ciuium Romanorum. Nam qui eiusmodi coloniam duxerunt in cœlos, non fraudantur priuilegio merendi, neque vtilitatibus, & commodis huius vitæ: imò terrenas diuitias, & delicias, præfecturas, & honores illustriores habent; quippe quos non sollicitat ambitio, & ambitionis honore fruuntur, non angit vltrix facinoris conscientia, nec sera voluptatis pœnitentia, nec honoris amittendi sollicitudo; sed terrena bona voluptate defœcatiori possidētes, & eorum possidendorum priuilegio fruentes, coloniam seu domicilium habent etiam in cœlis. Et exules vitæ, vitæ commodis, & cœli habitatione fruuntur. Ergo in terris habitans mitte coloniam in cœlos, & humanarum calamitatum securus habitabis in cœlis. Et sic non timebis Holofernianas iras, cuius *cecidit timor super omnes habitantes terram*, v. 18. Hi populi inhabitantes terram sunt qui numerantur à versiculo 12. vsque ad versiculum 18. *Quia væ, væ, væ, super habitantibus in terra*, Apocal. 8 vers. 13. Itaque spe duc in cœlos coloniam, & ibi habitabis securus. *Conuertimini ad munitionem vincti spei.* Zachar. 9. v. 12. S. Hieronymus. *Respicite ad paradisum vincti spei.* Ecce paradisum appellant munitionem, seu tutissimam arcem, quam si spe habitamus, munitissimi erimus, & securi Holofermiani metus.

Iudith. Apocal. Zach. Hieron.

---

§. XVII.

Commentarius litteræ.

Vers. 14. Et transiuit Euphratem, & venit in Mesopotamiam, & fregit omnes ciuitates excelsas, quæ erant ibi, à torrente Mambre vsquequò perueniatur ad mare.

Vers. 15. Et occupauit terminos eius à Cilicia vsque ad fines Iapheth, qui sunt ad Austrum.

Vers. 16. Abduxitque omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletationem eorum, omnésque resistentes sibi occidit in ore gladij.

Vers. 17. Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnésque arbores, & vineas fecit incidi.

Vers. 18. Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

TRANSIVIT *Euphratem, & venit in Mesopotamiam.* In Cilicia, & Arabia, versabatur iam Holofernes, quomodo nunc transit Euphratem, & Mesopotamiam remeat, in quam necesse fuit iam venisse, vt è Niniue in Ciliciam, & Arabiam, perueniret? Mesopotamia enim inter Niniuem, & Ciliciam sita est, vt oculis patet in chartis Geographicis. Nēpe ordo itineris non seruatur, sed anteuersione quadam expeditio Ciliciæ narratur. Quod crebrò præstant Historiographi, & expresse notauit P. Salin. explicans v. 13. & aiens: Quomodo hîc Ismaëlitæ cum Cilicibus transeunt Euphratē? Nimirùm apparet ordinem, ac situm Geographicum non fuisse seruatum. Quis torrens hic Mambre? num ille qui in conualle Mambre Genesis 13. v. 18. & c. 14. v. 13. labitur iuxta Hebron? Erat alius eiusdem nominis fortassis ob similitudinem cum illo? ille enim esse non potuit, quia nondum in Iudæa versabatur Holofernes. 64. VERS. 14. *Mesopotamiæ situs.* Salian. Genes.

Et occupauit terminos eius, maris inquam *A Cilicia vsque ad fines Iapheth.* Quæ Iapheth ad Austrum sita? Planè *Ioppe*, hodie *Iapha* appellatur: ita Serarius: ex quo Salian. de qua interpretes ad Ionæ 1. v. 3. *Abduxit filios Madian.* Hi sunt Arabes; qui à Madian filio Abrahæ ex Cethura nomen, & originem trahere dicuntur. Adiacent Madianitæ vastissimæ Arabiæ; gregibus abundāt, quę illorum gazæ sunt. Madianitarum frequenter meminit Scriptura; hic mentio in transcursu. Ergo transeo ad alia. VERS. 15. & 16. Serar. Salian. Ionæ. *Fines Iapheth vbi.*

Post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, scilicet triticeæ, vt exprimitur in Græco textu, vbi dicitur: *In diebus messis triticorum* Ita Serarius, Sanctius, & Salianus. Quod probatur: tum quia absolutè ponitur messis; tū quia messis hordeacea in Palæstina accidit ad æquinoctium vernum, quo tempore consultum est in Niniue de hac Occidentis expeditione. Ergo trium mensium spatio, quod interiacet inter messem triticeam, & hordaceam, lustratæ sunt tot vrbes, & prouinciæ, non tam passibus, quàm triumphis. Quod dixit Mamertinus in 2. Panegyrico ad Maximianum. *Ita omnes prouinciæ vestra, quas diuina celeritate peragrastis, vbi sitis vicissim nesciunt, sciunt tamen vos vbique vicisse.* Mira hæc Holoferniana celeritas! imò & crudelitas: nam sata adhuc tenera sufflammat; vineas & arbores exscindit; cuncta depopulatur atrociter. Hinc timor & pauor super omnes habitantes terram. Non omnem terram, sed terram illam, scilicet *maritimam*: vt est in Græco excursu. Plura Sanctius ad cap. 2. Isaiæ. 65. VERS. 17. & 18. Serar. Sanct. Salian. *Quo anni tempore vastabantur hæ prouinciæ.* Mamert. Sanctius.

§. XVIII.

Qui aliena vsurpauit, rarò, aut nunquam reddet: qui restituere promittit, planè non restituit.

66. NE iniustè rem alienam vsurpes; non enim eam reddes; sæpè nō poteris, sæpius non voles, nunquam restitues. Si pauper est, inopia vetat, & de aliena paupertate supplet suam; & alieno censu redimit pauperiem proprij. Si diues est: nihil diuiti satis est; nihil enim sufficit ad superflua. Vnde omnis homo, sicut auidè cupit non sua, sic alienorum tenax est. Restituere non vult, qui aliena capit, etsi dum vsurpat, restituere cupiat, negat dum accipit, quod fatetur dū cupit, & ita se ipsum decipit, & creditorem re sua fraudat: sicque duplici fraudi obnoxius est, & furti perpetuus reus. Ait debitor malè consultus à non bona Theologia: Non restituo modò, quia modò vix possum; restituam cùm potero. O subornatam Theologiam, & iniustitiæ disciplinam! alia, quæ vult potest, & hæc non potest? Verè non potest, quia non vult: nam si vellet, posset. Porrò in hac re, *Non posse summ vrbanum nolle est*, *Velle & posse*, ait alorsùm Clemens Alex. Eleganter S. Chrysost. agens de hac re inquit, *Iste enim, vt possis, quia in te est, vt velis: quia Zacchæus idcircò potuit, quia voluit, cùm & alius idcircò non potuit, quia noluit. Ita enim velle efficit posse; vt efficit nolle, non posse. Magna enim vis est voluntatis, qua nos efficit posse, quod volumus, & non posse illa, quæ nolumus. Et ex voluntate nostra diuinitùs celebratur iudicium. Profectò Luc. 19. vers. 8. Zacchæus dixit: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus. Hoc promittebat, sed & faciebat.* Non enim ait, dabo medietatem, & restituam quadruplum; sed *do*, & *reddo*. Votum restituendi suspectum mendacij est; nam promittit, quod non facit; non restituit, qui restituere promittit, non dat, qui se daturum pollicetur: Mendax promissio est, quæ verba dat, non rem. Rem debes, non verba: rei debitum non redimitur verborum solutione. Creditor non eget verbis tuis; sed re sua: Redde ergo quod debes. Quod si nunc non reddis, quando promittis reddere, nunquā fortè reddes: propositum enim languet tempore, & diuturnitate euanescit. Ergo qui vsurpauit, vix restituet; qui nunc non reddit, nunquam reddere solet. Ab experientia disce hoc documentum.

Debitor qui non restituit non restituet.

Clemens. Alexander. Chrysost. tom. 2. hom. de Zachæo.

Luc.

67. Putant S. Cyprianus lib. 2. epist. 3. & in libro de opere, & eleemos. Tertullianus lib. 4. contra Marcion. S. Chrysostomus in Homil. de Zacchæo, Beda & S. Ambros. ad Luc. 19. Zacchæum fuisse hominem gentilem? Quod si ita est, quomodo verè dixit Christus Luc. 19. v. 9. *Hodie salus huic domui facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahæ?* Hebræa gens per Isaacum oriunda erat ex Abrahamo, cuius gloria, & fastus fuit, originem trahere à tanto Patriarcha. Num Zacchæus homo prophanus, & gētilis potuit tanto progenitore gloriari? Quo ergo pacto largitorem Dei gratiam cōsequitur, quia est filius Abrahæ, qui Abrahæ filius non est? Sanctus Chrysost. serm. de Zacchæo, sic fatur, *Fit Zacchæus Abrahæ filius merito, non sobole; deuotione: non stirpe:* in quonam meritum, & deuotio Zacchæi similis est deuotioni, & merito Abrahæ Patriarchæ? Præcipuum Abrahami meritum fuit, filij Isaaci immolatio; Egregium planè facinus, & nunquam dignè laudatum. Quid enim præclarius quàm senem patrem, desideratissimi filij, tot bonorum hæredis, tantæ posteritatis spei, tam teneri amoris digni, sua dextera iugulum iam iam petere? Philonem lib. de Abrah. S. Ambros. lib. de Abrah. & S. Zenonem serm. 1. & 2. illustrissimi huius facti, non tam commentatores, quam panegyristas lege; illos adi, vt cognoscas facinoris eminentiam. Quid igitur simile apparet hic in Zacchæo, vt ob consimile facinus mereatur Abrahæ comparari? Pulchre Chrysost. supra: *Abraham Domino filium: Zacchæus substantiam obtulit, ille hæredem, hic hæreditatem denauit. Ille immolandum solum, quod habuit pignus exhibuit, hic patrimonij substantiam Domino immolauit, vnde rectè Abrahæ filius Zacchæus nuncupatur, dum ordinem gloriæ paternæ exequitur.* Itaque animositas, qua Zacchæus locuples debitum vltrò restituit creditoribus, cōparatur illustri facinori, quo Abrahamus Patriarcharum apex suum Isaacum animosè iā ia immolat. Valde illustrat, & exaggerat Chrysostomus difficultatem vltroneæ restitutionis.

Cyprian. Tertul. Chrysost. Beda Ambros. Luc.

Chrysost. Restitutio assimilatur immolationi Isaaci ob difficultatem.

Phil. Ambros. Zeno.

Chrysost.

68. Matthæi 5. vers. 6. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* Esuries, & sitis in hoc loco, vehemens desiderium significat. Ita S. Ambros. lib. 6. in Lucam. S. Hilar. can. 4. S. Hieronym. in Commentar. S. August. lib. 1. de serm. Domini in Mōnte. S. Leo homil. de hominibus Sanct. Chrysost. 15. S. Nyssen. l. de Beatitud. Cæsar. Arelat. homil. 22. S. Bernard. serm. 1. de omnibus Sanct. Theophyl. & Euthym. in Commectar. Ad hæc, Iustitiæ nomine intelligit Hugo Card. in Comm. veram iustitiam, *Cuius est, vnicuique, quod suum est, reddere.* Sed statim pulsat animum difficilis quæstio, cur Christus reliquas virtutes eximias, quas beatitudinis vocabulo nobilitauit, nō in desiderio collocauit, sed in actu? Ait enim *Beati pauperes: Beati mittes: Beati pacifici, &c.* Nec dixit, *Beati qui desiderant* paupertatē, aut mansuetudinem, aut pacem. Quare hic tantùm postulat Christus desiderium iustitiæ? Scilicet, quia iustitiæ est, *Vnicuique, quod suum est reddere.* Pergit Hugo, *Dicitur esuries, siue desiderium iustitiæ, quia in præsenti perfecta iustitia non potest haberi*: id est, difficillimè. Nempe Christus Deus hîc hortatur homines, vt humiles sint, vt mites, vt pacifici, &c. & quod desiderium habeant iustitiæ, hoc est, reddēdi vnicuique, quod suum est, adeò enim difficilè iudicat iustitiam reipsa executam, vt saltem desiderium illius primò hic postulet. Et qui paupertatem, & mansuetudinem, &c. exercitiam exigit, quasi tunc esset contentus iustitiæ desiderio, ad iustitiæ desiderium hortatur. Ac si facilius foret humanæ superbiæ vilior humilitas, & tigrinæ hominum iracundiæ pacatior mansuetudo; & offenso homini iniuriarum obliuio, has virtutes exercitas re ipsa exigit; Iustitiæ tamē desiderio saltem tunc contentus videtur, quia in præsenti sæculo perfecta iustitia non potest haberi: id est, & rarò difficillimè. In re iustitiæ parū petit, vt aliquid impetret: desiderium postulat, ne palam res abnegetur. Inchoationem iustitiæ beat, vt illico summæ felicitatis homines allectet ad perfectām opere iustitiam. O ingenium misericordiæ! ô pias astutias gratiæ!

Matth. Ambros. Hilarius. Hieronym. August. Leo Chrysost. Nyssen. Cæsar. Bernard. Theophyl. Euthym. Hugo.

Desideriū iustitiæ beat.

69. Sæpè quæritur, cur Christus dixerit Zacchæo, Lucæ 19. v. 5. *Hodie in domo tua oportet me manere.* Christo expedit, an Zacchæo? Exiguum lucellum reportat Christus ex mansione in domo publicani: diues lucrum obtinuit Publicanus excipiens Deum; nam temporali misericordia redemit æterna supplicia, & regnū cœli emit exigua mercede, Nónne veriùs dixisset; hodie in domo tua me

Luc. Zacchæum statim restituere, magna Christi gloria est.

R. P. Didac. de Celada in Iudith.

Digitized by Google

me manere oportet; tua, inquam, intereſt, non mea? (liceat verborum corticem ſic emedullare ad mores.) Planè mentitur, qui veritate ñ ipſam contigit; imò Chriſti intereſt recipi in domo Zacchæi: ibi enim maximè oſtendit vires ſuæ potentiæ, & energiam diuinæ gratiæ, quæ ſubitò extorſit vel à publicano reſtitutionem ſtatim faciendam: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.*

Theophyl. Ecce quam oportet Chriſtum accipi à Zacchæo: Ecce publicatur glorioſè eminentia gratiæ. Non enim dixit: *Dabo dimidium, & reddam quadruplum, ſed, ecce do, & reddo.* Ita Theophyl. *Vnde ſalus hic domui facta eſt.* Portò publicanum hominem ſponte cogere, vt vltrò ſtatim reſtituat, prænem ſponte cogere, vt vltrò ſtatim reſtituat, præclara laus eſt potentiæ Chriſti, vigor clementiæ, gratiæ ambitio, & quaſi faſtus quidam virtutis Chriſti Dei. Ergo quia Zacchæus, non dixit, *dabo dimidium, & reddam quadruplum,* ſed, *ecce do, & reddo.* Conſultiſſimè dixit Saluator: *Hodie in domo tua oportet me manere.* Tanta enim vis potentiæ

Ambroſ. in commentario. Chriſti Domini elucet in hac ſpõtanea reſtitutione Zacchæi, tam glorioſè hîc publicata eſt diuina clementia; vt deinceps deſperationi aditus præcluſus ſit hominibus, teſte Ambroſio. Nã ſi publicanus rem alienam reſtituit dominis ſuis, de cæteris flagitiis quis deſperabit? *Quis enim de ſe deſperet, quando & iſte, cui cenſus ex fraude, ad ſalutem peruenit?* Quaſi ille ſolus poſſet quodammodò deſperare, qui tenetur reſtituere. Huc adludere videtur S. Chryſologus ſic aiens:

Chryſol. ſerm. 29. Iudith. *Cùm Matthæum publicanum Dominus ad Apoſtolatus faſtigium euehit, & extollit, dat manum lapſis, ſpem reſtituit deſperatis.* Sic dicitur verſ. 16. *Prædauit omnem locupletationem eorum*; quia non tantùm eorum opes vſurpauit publicus hîc prædator, ſed ſpem earum recuperandarum: nam pars poſſeſſionis eſt ius, & ſpes reſtitutionis faciendæ; qui hanc tollit, ſimul tollit & *prædatur omnẽ locupletationem.* Qui enim rem alienam vſurpat, nec reſtituit, *omnem locupletationem prædatur.*

70. Difficultatem hanc ſoluendi debitum, exaggerauit Euangeliſta Matthæus cap. 20. v. 8. cùm inducit Deum, vt patrẽ familias, qui pacta mercede miſit operarios in vineam ſuam: Denique vocat Procuratorem ſuum, qui denarium diurnum ſoluat operariis. Sed notandum eſt quid præmittat, antequam ſoluat: ait enim Euangeliſta: *Cùm ſerò eſſet factum, vocat Dominus vineæ procuratorem, &c.* Serò ſoluit Deus? Deúſne is eſt qui tardus ſit ad ſoluendum, qui tam velox eſt ad miſerendum? præcurrit vt donet; & tardat vt ſoluat? Aduertere quòd licèt hic paterfamilias Deus

Matth. *Deus dicitur ſerò ſoluere cum inducitur ſub nomine & perſona hominis.*

Chryſoſt. ibi Gregor. hom. 19. in Euang. ſit, vt notat S. Chryſoſtomus, & S. Gregor. tamen inducitur homo: Dicitur enim *Simile eſt regnum cælorum homini.* Vnde quia Deus ſub nomine & perſona hominis inducitur ſoluens debitũ, conſultiſſimè dicitur, *Cùm ſerò eſſet factum.* Tam inuſitatum enim eſt apud homines citò ſoluere, vt cùm Deus ſub perſona hominis ſoluere dicitur dicatur ſoluere *cùm ſerò eſſet factum*, quaſi annexum ſit homini ſerò ſoluere: quaſi neget hominem eſſe, qui citò ſoluit: quiſquis homo eſt, ferè ſerò ſoluit. At Deus qui nequit ſerò ſoluere, ſaltem, *cùm ſerò eſſet factum* ſoluere dicitur, cùm ſub nomine & perſona hominis inducitur.

§. XIX.

Adeò deſides ſumus ad vera animi bona, vt qui alati ſumus ad vitæ huius commoditates, expectemus pigri, quod cæleſte regnum veniat aduos.

NEſcio quo acri, ſed occulto calcari mortales vrgentur ad proprias commoditates, ad voluptates, ad vitia; 71. *Homo celerrimus ad vitia.* ad quæ ipſi vltrò non eunt modò, ſed & currunt arcano quodam naturæ impetu procliui ad malum. Properant noſtri appetitus, & vel ſine adminiculo currunt. De homine nequã, & ad vitia præcipiti, dicitur Iob. 24. v. 18. *Leuis eſt ſuper faciem aquæ.* Iob. S. Thom. Super quibus verbis ſic S. Thomas: *Videtur impio propter impetum concupiſcentiæ ſuper aquam, & ſuper quamcumque difficultatem leuiter tranſire poſſe, vt ad rei concupitæ fruitionem perueniat.* Quaſi dicat, adeò pernici curſu ad vitia euolat impius, vt nullo obice retardetur. Symm. Symmachus velocitatem adauget ſic Iobi locum exſcribens, *ſupernatans aquæ*, ac ſi dicat, Impius ad impietatem marinos fluctus, à ſæua tempeſtate, & atrocioribus ventis cõcitatos, velocitate ſuperat. Vel ſic Sanctio interprete: *Supernatans aquæ,* Sanct. quia explicant Latini velocitatem ſummam, hoc aut ſimili dicendi modo, quo ſignificent, etiam quæ mollia ſunt, veloci pede ſine vlla offenſione calcari; aut certè ſic à currentibus attingi leuiter, vt nulla remaneant in puluere calcato veſtigia. In Daniel. hũc ſenſum explicatur illud Danielis 8. v. 5. *Hircus caprarum,* (ideſt, Alexander Macedo) *veniebat ab Occidente ſuper faciem totius terræ, & non tangebat terram.* Et illud Iſai. 41. v. 3. *Semita in pedibus eius non apparebit.* Iſaiæ. Id eſt, pedes in ſemita non apparebunt. *No ſe le ven los pies.* Virgil. Sic Virgil. 7. Æneid. de Camilla:

Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas,
Vel mare per medium, fluctu ſuſpenſa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Benè ergo Iobus exprimere volens velocitatem ſummam impij ad impietatem dixit, *Leuis eſt ſuper faciem aquæ*, vel *ſupernatat aquæ.* Perinde ac ſi dicat præ velocitate curſus, pede non tangit aquã, vel terram. Hiſpanè diceres, *No aſienta el pie en el ſuelo.* *Homo ſine pedibus currit ad vitia.* Imò impius ſine pedibus ad vitium currit, quod miraculi inſtar eſt. *Quemadmodum incedant quædam ſine pedibus manente impetu, quod angues, & inſurgente conatu, quod vermes: & ſpumante reptatu, quod limaces,* vt egregiè notauit Tertull. Tertull. de Anima c. 10. Porrò inſanæ hominum appetitiones adeò præcipites in vitia feruntur, vt non modò lubricam piſcium velocitatem, & celerem ferarum pernicitatem imitentur; ſed & vermium, & anguium & ſerpentium impetus, & abſque pedibus curſum.

72. Cæterùm qui innato impetu ad vitia currimus, ad virtutẽ torpemus, & neſcio quid ſiſtit vel currentes homines ad virtutem. Iſaiæ. Iſaï. 6. v. 2. Deus apparuit Prophetæ in regio Solio: *Seraphini ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* *Volare ſtare eſt, vt ſtemus in virtute.* Sed quomodo Seraphini ſtant ſimul, & volant? Nam ſtare quietẽ importat, volatus motum velociſſimũ. Ergo aut Seraphini motu quieſcunt, aut quiete mouentur. Ego quidem arbitror hac viſione exprimi, quã tardi ſimus ad virtutem

Digitized by Google

tutem nescio qua occulta vi remorante cursum, imò volatum. Volat Seraphinus specie humana prædicus, volat ad superna duabus alis, *Et duabus volabant.* Sed quantumuis volent celeres, immoti stant, *Seraphim stabant.* Opportunè inquit Cassiodorus, de quadam Archimedis sphæra, *stans quidem in illis transitus est.* Adeò retardamur à vitiis, vt volatu celeri opus sit, ne regrediamur, sed in gradu stemus. Sat est stare in virtute, qui volat; qui si non volaret, non staret in Sanctitatis gradu, sed retrò graderetur? Quod subindicat Eucherius, (vel quisquis auctor est quæst. veteris Testamenti in Isaiam) aiens: *Deo adstare, idem est, quod volare.* Quasi dicat: qui volat, stat Deo, vt stes Deo nec retrocedas ad vitia, volatu opus est. Adeò tardigradi sumus ad virtutes capessendas, ad beatitudinem ineundam, vt toto volatus nixu opus sit, vt saltem stemus in gradu, nec relabamur

Cassiod. l. 1. epist. 45. — *Euch.*

73. *Ioann.* Dixerat Christus Deus Ioann. 13. v. 33. se iam ad Patrem ire: hoc est in cœlum, vnde venerat, eundum illi fore. Addidit, *Quo ego vado, vos non potestis venire:* quasi dicat: Expedit rei Christianæ, vt vos modò non veniatis mecum in cœlū, sed in mundo maneatis, quod valde turbauit Apostolos, vnde ait illis: *Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Addubitant interpretes quare, vt turbationem depellat, & discipulorum tranquillet animos, addiderit Christus, in cœlo plures mansiones esse: Mitto varias expositiones, & aptiorem literæ præfero. Dixerat Christus se in cœlum vadere, cœlesti gaudio & regno potiturū, tantamque beatitudinis cupiditatem generarat in Apostolis, vt ipsi suspicati sint, tam auidè homines quasi certatim cursuros ad beatitudinem propositam, vt si ipsi cum Christo tunc non irent in cœlum, timendum fore ne ab aliis totum occuparetur, nec illis in cœlesti regno relinquendum locum. Hanc expositionem disertè tradit Sapientissimus Maldonatus sic inquiens: Consolatur ergo Apostolos non propterea exclusos esse, si modò non sequantur: secuturos suo posteà tempore, nec ipsis locum defuturum; in domo enim Patris sui, hoc est regno suo mansiones multas esse; suam cuique seruari, neque timendum esse, ne ab alio occupetur. Audiendus est super hac re Nazianz. *Vobis prouidendum est, ne ad gratiam cunctanter accedatis, verùm summam celeritatem adhibeatis, ne latro vobis anteuertat, ne adulter vos prætereat? ne auarus superiores ferat, ne sicarius bonum illud vobis praeripiat; ne publicanus, ne scortator, ne denique quisquam ex iis, qui per vim in regnum irrumpunt, illùdque rapiunt. Vltrò enim vim sibi afferri patitur, ac propter bonitatem tyrannicè inuaditur,* quasi non tantùm in cœlum properent, sed illud vel tyrannicè inuadant. Tantò impetu feruntur in gloriam. Profectò non adeò velociter homines currimus ad cœlestem beatitudinem, vt timendum sit, ne ab aliis cœlestes sedes præoccupentur; sed potius timendum est, ne nos pigri, & desides torpeamus, nec passum ad beatitudinem explicemus; sed expectemus, vt ipsum regnum cœlorum ad nos veniat.

Certatim eundum in cœlum. — *Mald.* — *Nazianz. Orat. de S. Baptism.* — *Beatitudo tyrannicè inuaditur.*

74. *Aug. Tract. 68. in Ioan. Matth.* In hunc sensum explicat S. Augustinus, illud Matthæi 6. vers. 10. *Adueniat regnum tuum.* Quid est adueniat ad nos regnum tuum? regnum, inquam, cœlorum. Eamus nos ad regnum, non expectemus, vt regnum veniat ad nos. Quis vnquam non amens, sciens regnum aliquod extraneum sibi hæreditario iure competere, non ipse, vt capiat regni possessionem, statim solerter quam maximis itineribus pergit? Sic exponit Remigius ad illud Matth. 3. *Appropinquauit regnum cœlorum,* inquiens: *Regnum cœlorum dicitur supremum solium secundum illud: Multi autem venient ab Oriente, & occidente, &c. & recumbent cum Abraham in regno cœlorum.* Quis, iners expectat, vt regnum ad se veniat, quò ipsum regnum possideat? longè abest à mortalium animis tam stólida, ac demens pigritia in terreni regni possessione. At adeo torpemus ad capessendum cœleste regnum, vt expectemus, & petamus: vt ad nos *adueniat regnum tuum,* id est, cœleste regnum, quasi nos pigeat ire ad illud possidendum, & vt ad nos veniat vecordi pigritia præstolemur. Vnde præclare inquit Glossa. *Appropinquauit regnum cœlorum; Quia nisi appropinquaret, nemo redire posset; quia infirmi, & cæci, via, quæ Christus est, carebant.* Vidésne homines petentes, & expectantes vt regnum ipsum cœlorum ad se veniat, nec ipsos velle ad regnum cœleste contendere? Et ita consultissime inquit Matthæus, *Adueniat regnum tuum,* quasi ipsum cœlorum regnum venturum ad nos expectemus. Mirè concinit huic expositioni difficilis ille locus, Apocal. 21. vers. 2. *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam, descendentem de cœlo, à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo.* Audis ciuitatem Ierusalem descendere ad nos? Alcazar ibi negat *descendere* vrbem Ierusalem Maldonatus affirmat propriè *descendere.* Pugnent inter se eruditionis, & ingenij armis: Satis mihi est audire ex ore Ioannis, ciuitatem Ierusalem descendentem de cœlo ad nos; & Matthæum dicentem, *adueniat regnum tuum* ad nos. Ergo rudes adhuc Apostoli turbabantur, suspicati tam auidè homines pergere ad regnum cœlorum, vt timuerint præoccupandas mansiones, nec illis relinquendum locum, si paululùm in hoc mundo deuorarentur, nec abirent tunc cum Christo ad regnum. Scilicet tanta desidia torpemus, vt nisi venerit ad nos regnum, nos non eamus ad illud. Ad mundanas possessiones velocissimi sumus, ad cœlestia regna possidenda pigri, & desides. Ecce quam torpeat Holofernes ad cœleste regnum; & quam velox ad peragranda, ineunda, bello & armis possidenda terrena regna! vt patet ex v. 11. vsque ad 18.

Expectamus, vt cœlum veniat ad nos nec volumus ire ad cœlū. — *Remig.* — *Gloss. ad c. 3. v. 2. Matth.* — *Apoc.* — *Alcaz. Maldon. ad Matth. 25.* — *Iudith.*

§. XX.

Timor Dei libera quadam velut necessitate arcet à peccatu; & metus humanos prosternans, hominem asserit in beatam immortalitatem.

75. *Tertul. Apolog. c. 18. Timor spirat odium. Orig. in c. 9. epist. ad Rom.* PErantiqua Tertulliani vox est, *Odium timor spirat.* Nam rigida seueritas sicut hominem auertit à culpa, sic alienat à pœnæ comminatore, & ita odiosum, extorquet obsequium. Origen. ait: *Paruulis quidem pædagogus est timor.* Pædagogus informes pueri mores instruit seueriori disciplina; rudem adhuc puerum, nec satis hominem, (ne dicam semibelluam) informat ad humanitatem: sed semper pædagogus odiosus est timore disciplinæ, qua pædagogia constat: nam humani supplicij rigor non est res amoris, sed sæpè odij: tantúmque durat pietas, quam e docet mundialis metus, quan dìu timendi causa perse-

Agapet.

nerat; ac si huius timoris disciplina fi[illegible] ferè ficti-
tia & fucata. Belle ait Agapetus in præceptioni-
bus ad Constantinum Imperatorem apud Euse-
bium, *quod ob metum præstatur obsequium fucata,*
figurataque est adulatio, ficti honoris titubatio. Ac si

Aliquis timor, fucata est adulatio, honoris titubatio.

disciplina, quã extorquere solet eiusmodi metus,
fucata disciplina esset, & pietas specie tenus, seu fi-
gurata vt non sit virtus, sed figura virtutis; quæ à
tali metu informatur, nõ vera disciplina, sed vir-
tutis ambitio, fucus religionis, figurata pietas, &
mentita adulatio. Virtus enim quam timor huma-
nus exprimit, sæpius imbecilla [illegible], rursus titu-
bat; nã metus titubatio est disciplinæ. Sed quis nisi
admodum stolidus, Dei oculos fallere intẽtet? Quis
nisi fatuus, diuinam scientiam eludere præsumat?

Bernar. in l. 5. 6 de Consid. ad Eug.

Timor Domini simplicitas reputatur, ne dicam fatui-
tas, ait S. Bern. Quasi fucata, insipiens, & fatua
esset virtus, quam informat pædagogia, seu eru-
ditio timoris diuini. Sic fatuus est mundanus cen-
tus de rebus diuinis. Profecto *impunitas incuriæ so-*

Impunitas est incuria soboles, & insolentia mater.

boles insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgres-
sionum nutrix, dicitur à sancto Bernard. Ita arcani

Bernard. supra.

supplicij metus est pietatis stimulus, vigor con-
stantiæ, sanctitatis fomes, virtutum principatus, &
pignus gloriæ.

76. *Lucæ*

Timor præsumit in re virtutis pia ambitione.

Lucæ 5. v. 8. Petrus in verbo Domini retia la-
xans ad piscandum, cepit innumerã piscium mul-
titudinem, & stupens præ magnitudine miraculi,
ait Domino: *Exi à me Domine, quia homo peccator*
sum. Super quibus verbis, ita fatur sanctus Ambro-
sius: *Admirabatur Petrus dona diuina, & quo plus*
meruerat, præsumebat magis. Sic enim piè ambit ti-
mor vt quò plus timet Petrus, eò magis præsumat
ac si timor vsque eò possit in re virtutis, vt sic piè
veluti superbiat pia præsumptione. Porrò vnus ti-
mor virtutum omnium thesaurus est, & summæ

Ecclesiast.

perfectionis elogium. Ecclesiast. 4. v. 10. *Plenitudo*
sapientiæ est timere Deum. Timor *fundamentum sa-*

Septimius lib. de cultu fœmin. c. 2. Drogo.

lutis dicitur à Septimio & à Drogone *Basis, &*
fundamentum. Chrysost. *radicem* vocat, à qua exu-

Chrysost. hom. 18. ad popul.

berant pietatis fructus, quasi sanctitatis succus à
metu sit & ipse Orat. de Nouilun. *Thesaurum* no-

Timoris pulchra epitheta.

minat, in quo pretiosæ, & exquisitæ virtutũ gazæ
asseruantur. Et hom. 2. ad populum: *Frænum* di-
citur, quo inhibentur effrænes concupiscentiæ af-
fectus. *Quos enim non expugnat ratio, eos mansuefa-*

Clem. Alex. lib. 2. Strom.

cit metus, inquit Clem. Alex. Nam timor est man-
suetudo efferarum passionum, & morigeratio na-
turæ nostræ ex parte belluinæ, & indomitæ. S. Na-

Nazianz. Orat. in laudẽ Cæsarij.

zianz ait quod Cæsarius, *Timore ad maiorem sa-*
lutem magistro vtebatur. Timor enim est schola
virtutis, pietatis eruditio, & magisterium sancti-
tatis. Quippe metus est emendationis constantia,

Tertull. l. de pœnit. c. 2.

& vigor inquit Tertull. *Vbi metus nullus, emen-*
datio proinde nulla: ac si emendationis spes sit à ti-
more, qui neruus Christianæ disciplinæ dicitur à

Basil. Seleu. Orat. 1.

Basilio Seleuc. sic scribente: *Si mens ad nefariam*

77.

appetentiam inclinat, terrore obiecto firmetur: est
enim temperantiæ neruus præuaricationis metus: ac
si quodammodò eneruis, & imbecilla sit virtus,
quam non firmat, & roborat Dei timor, qui ner-

Eccles.

uus, & robur est pietatis. Quin & Eccle. 1. v. 27. di-

Timor est baptismus peccatorum.

citur. *Timor Domini expellit peccatum*: nam à ti-
more est munditiés animi, & pietatis nitor: est

Septim. l. de pœnit. c. 6.

enim metus *instrumentum pœnitentiæ*, ait Septi-
mius & inibi addit: *Hæc est prima audientium in-*
tinctio, & metus integer: idest, timor Domini, qui in-
tegrè timor est, (cæteri præter Deum, ex parte, non
integrè timentur) est primus peccatorum Baptis-
mus: nam ingenuus, & filialis timor anteuertit sa-
cramentum Baptismi, & prius diluit peccati maculam,
& delictorum sordes emaculat præuia, & arcana
intinctione. Et vt paucis huius thesauri gazas

Deut.

proponam: Timor summa virtutum dicitur vsque
ad miraculum perfecta. Deuter. 10. v. 12. *Et nunc*
Israel quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi vt
timeas Dominum Deum tuum? Audis timorem filia-
lem non tantum ad summam perfectionem, vl-
tra quam nihil exigit Deus, sed etiam signum, &
miraculum gratiæ: Nam timor homines ad mira-
culum vsque sanctos facit: neque hic metus spirat
odium sed amorem, & honorem, quod prodigium

Tertull. de pœnit. c. 7.

est. *Timor hominis, Dei honor est*, ait idem Tertull.

Psalm.

Quin & Psal. 110. dicitur, *initium sapientiæ timor*
Domini. Nempe timor est Christianæ disciplinæ

Eccli.

caput, imò corona capitis. Ecclesiast. 1. vel. 22.
Corona sapientiæ timor Domini, quasi Domini ti-

Timor est nomen Dei.

mor sit perfectionis caput, & corona: hoc est, ca-
put coronatũ, nempe summus perfectionis prin-
cipatus. Cùm ergo tanta sit filialis timoris subli-
mitas, mirandum non est timorem recenseri inter

Genes.

arcana, & sacrosancta Dei nomina. Etenim Iacob,
Genes. 31. vers. 42. *Nisi Deus patris mei Abra-*

Lorin. in Psal. 110. v. 10.

ham, & timor Isaac adfuisset mihi. Quid est ti-
mor Isaac, nisi Deus Isaac? ita Lorinus, Cornel.

Cornel. Theodor. Chaldæus. August.

in prædictum locum Genesis qui allegat Theo-
doretum, Chaldæum, & S. Augustinum.
Quid Augustinus, quam timorem inter Dei nomi-
na computari, ac Deum ipsum appellari Timo-
rem?

78.

Timor Dei minuit affinitatem hominis cum peccato.

Clem. Alex. lib. 2. stromat. Sic de timore fatur
Diuina mihi videtur lex valuisse, vt metus impen-
deret necessariò, vt cautione, & attentione hoc sibi
pararet philosophus, vt esset à lapsu alienus, pecca-
to non affinis. Nimirum homo in peccatis conce-
ptus, & natus in peccatis affinitatem habet cum
peccato; at Dei timor velut exoluit hanc necessi-
tudinem cum peccato. & hominem facit à delictis
extraneum, mitigans innatum fomitem ad pec-

Timor Dei quasi minuit fomitem peccati.

candum. *Timor Dei concupiscentias extirpat*, inquit
sanctus Chrysost. Non euellet timor radicitus cõ-

Chrysost. hom. 26 in epist. ad Hebr.

cupiscentiæ fomitẽ, qui medullitus inhæerescit, sed
concupiscentias quasi extirpat; & appetentiæ fi-
bras etsi non euellit, saltẽ exscindit, cohibens pe-
tulantes passionum subsultus; illos sistens, vel pro-
tiùs figens timoris vinculis quasi clauis. *Confige ti-*

Psalm.

more tuo carnes meas. Psalm. 118. v. 120. Quia ti-
mor petulantiam & impudentiam licentiosæ car-
nis configere intentat, ne liberè vagetur ad illici-

Remig.

tas voluptates. Remigius sic Dauidis verba expen-
dit: Ita *constringas, vt nec velim, nec possim aliquid,*
quod displiceat perficere; ad modum illius, qui cla-
uis confixus, tametsi velit, nusquam potest membra
deflectere. Nimirum timor Dei, ita ad crucem Chri-
sti configit carnes carnalis concupiscentiæ, vt ho-
mò nec velit, imò quodammodò non possit defle-
ctere à Christiana disciplina. Porrò concupiscen-
tiæ ardorem refrigerat gehennalis incendij hor-
ror: iræ & vindictæ rabiem tranquillat diuini fu-
roris metus; criminum insolentiam sistit, & frænat
rigor diuinæ seueritatis, & cæteras concupiscen-
tias velut clauis configit timor Dei, ne homo
exorbitet, ô insigne elogium timoris, quò velut li-
bera quadam necessitate sistitur, & defigitur hu-
manæ concupiscentiæ petulantior licentia!

59. *Ecclesiast.*

Ecclesiast. 1. v. 11. *Timor Domini gloria, & glo-*
riatio, & lætitia, & corona exultationis: timor Do-
mini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium
in longitudine dierum. Ecce timor Domini dicitur

Timor Domini beat. Psalm.

velut beatitudinis gloria, & beatæ gloriæ peren-
nitas; ac si initium, vel pignus illius sit. *Beatus vir,*
qui timet Dominum. Psal. 111. v. 1. Quasi metus fe-
licitatem

Digitized by Google

licitatem beatitudinis æmuletur, quin & æternitatem ambit: *Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi.* Neque tantùm spe beat liberalis timor, sed feliciter, & beatè sempiternat. Nempe ingenuus hic timor, immortalis est, immortalémque facit hominem, dum illum reddit immunem à secunda & vera morte. Legimus Socratem vsque ad miraculum fuisse constantem, & semper virû fortem. Vinctus tenebatur in carcere, ab æmulis victus fœdissimorum criminum reus, venenum hauserat, aderant morienti amici & cognati, aderat muliebriter flebilis vxor, aderant filij mox pupilli. Quis nõ timeret instantẽ mortẽ tot calamitatum auctricem? Flecti nescius supra humanam constantiam stat Socrates absque timore dedecoris, & mortis. Vis scire quo artificio metum expulit? Arguté Tertullianus *Socrates ipsa morte coram, immortalitatem vindicat animæ, necessaria præsumptione ad iniuriæ frustrationem.* Nempe Socrates impensé cogitat se habere animũ immortalem, (quod iam diu asseruerat) vt sic frustretur iniuriæ dedecus, & mortis timorẽ expellat quasi immortalitas sit timoris expultrix: vindicat enim animi immortalitatẽ vt immortalitas timorẽ depellat. Ita Socrates, sed præclarius, & opportunius S. Zeno Veron. timorem facit immortalitatis causã, quasi tanta sit ingenui timoris efficacia, tã perẽnis vigor, vt à timore feliciter sempiternetur homo ad beatam immortalitatem: ita scribit eleganter Zeno: *O necessarius timor, qui nihil agit, nisi vt beatos efficiat, qui timet arte, non casu: voluntate, non necessitate; religione, non culpa. Qui Deum metuit, non naturam: vultis scire cuius proprietatis sit? Omnes timores quoscumque innascuntur, incremento conficiunt, hic solus ad hoc crescit, vt immortalem, quem possederit faciat.* Nimirum Socrates animi immortalitatem asserit, vt expellat humanum timorem; at ingenuus Dei timor mortalem hominem, non morte conficit, sed beata vita immortalem facit. Vides oculis, quod *timor Domini sanctus permanet in sæculum sæculi:* Huic timori stude, in hunc timorem incumbe, hic frustrabitur mortem, & immortalitatem vindicabit.

Timor Domini facit immortalem.

Tertul. l. de Anima c.

Zeno serm. de timore.

80. Ergo si tot, tantáque bona à timore proueniunt, valde expedit vt dies, & noctes concutiamur pio Dei timore; & qui beata dona expectamus à Deo, Deum magis timeamus: *Quo minus te mirari oportebit, quod plus omnium timeam, de quo plurimum spero,* ait disertissimus Plinius. Ne timeamus homines, à quibus nihil boni sperare possumus, nec mali extimescere debemus: possunt perdere caducum, & mortale corpus; animam immortalem, & æternam perdere non possunt. O mortales mortalem hostem timetis, & immortalem Dei seueritatem negligitis? Holofernem muliebriter timetis, & Deum viriliter irritatis? Dicitur enim hic, vers. 18. *Et cecidit timor Holofernis super omnes inhabitantes terram.* Psal. 32. v. 8. *Timeat Dominum,* (non Holofernem) *omnis terra.* Super quibus ait facun. S. Augustinus: *Timeant Dominum omnes habitantes orbem, non timeant alterum pro illo: ab ipso commoueantur omnes inhabitantes orbem. Fera sæuit? Deum time. Serpens insectatur? Deum time. Diabolus te impugnat? Deum time. Homo te odit? Deum time. Diabolus te impugnat? Deum time: tota enim creatura sub illo est, quem iuberis timere: ipse enim dixit, & facta sunt.* Nempe ferocit Holofernes? Deum time; vrbes diripit Holofernes? Deum time; dira obsidione te premit Holofernes? Deum time; exilia & mortes minitatur Holofernes? Deum time; qui per manus fœminæ Holofernem deuicit, profligauit, detriumphauit. *Et cecidit timor Holofernis super omnes inhabitantes terram.* Et tam pauci sunt in terra, qui Deum timeant? Metus inducat metus vacuitatem, & timor Dei timorem hominum depellat.

Plus timetur, à quo plus speratur.

Plinius l. 4. epist.

Deus timendus est non homo.

Iudith.

Psal.

August. ibi.

CAPVT TERTIVM.

Vers. 1.
TVNC miserunt Legatos suos, vniuersarum vrbium ac prouinciarum
Reges ac Principes, Syriæ scilicet Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, &
Lybiæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt.
2. Desinat indignatio tua circa nos: Melius est enim vt viuentes ser-
uiamus Nabuchodonosor Regi magno, & subditi simus tibi, quam
morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. 3. Omnis ci-
uitas nostra, omnísque possessio, omnes montes, & colles, campi, & armenta boum,
gregésque ouium, & caprarum, equorúmque & camelorum, & vniuersæ facultates
nostræ, atque familiæ, in conspectu tuo sunt. 4. Sint omnia nostra sub lege tua.
5. Nos, & filij nostri, serui tui sumus. 6. Veni nobis pacificus Dominus, & vtere
seruitio nostro, sicut placuerit tibi. 7. Tunc descendit de montibus cum equitibus
in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem, & omnem inhabitantem terram
8. De vniuersis autem vrbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad
bellum. 9. Tantúsque metus Prouinciis illis incubuit, vt vniuersarum vrbium
habitatores principes, & honorati simul cum populis, exirent obuiam venienti,
10. Excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, &
tibiis. 11. Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potue-
runt, 12. Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit. 13. Præ-
ceperat enim illi Nabuchodonosor Rex, vt omnes deos terræ exterminaret, videli-
cet ipse solus diceretur Deus ab his nationibus quę potuissent Holofernis potentia sub-
iugari. 14 Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Apameam, omnémque Me-

 sopotamiam,

ſopotamiam, venit ad Idumęos in terram Gabaa, 15. Accepitque ciuitates eorum, & ſedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari pręcepit vniuerſum exercitum virtutis ſuę.

§. I.

Commentarius litteræ.

Verſ. 1. Tunc miſerunt Legatos ſuos vniuerſarum vrbium, ac prouinciarum Reges, ac principes, Syriæ ſcilicet Meſopotamiæ, ac Syriæ Sobal, & Lybiæ atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt:

Verſ. 2. Deſinat indignatio tua circa nos: Melius eſt enim vt viuentes ſeruiamus Nabuchodonoſor Regi magno, & ſubditi ſimus tibi, quàm morientes cum interitu noſtro ipſi ſeruitutis noſtræ damna patiamur.

Verſ. 3. Omnis ciuitas noſtra, omníſque poſſeſſio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregéſque ouium, & caprarum, equorúmque, & camelorum, & vniuerſæ facultates noſtræ, atque familiæ in conſpectu tuo ſunt.

Verſ. 4. Sint omnia noſtra ſub lege tua.

Verſ. 5. Nos & filij noſtri ſerui tui ſumus.

Verſ. 6. Veni nobis pacificus Dominus, & vtere ſeruitio noſtro, ſicut placuerit tibi.

Vers. 1. 1. TVNC *miſerunt, &c.* Occidui populi Nabuchodonoſor Legatos malè exceperant, & indecore dimiſerant: ipſimet audientes Holofernis implacabilem furorem, perculſi metu, Legatos mittunt pacificos, qui ſe, ſuáque omnia Holoferni vltrò tradant, vt vitam redimant bonorum iactura. Quarum prouinciarum Reges ac Principes legationem hanc miſerint, declarat ſtatim, aiens, *Syria.* Syria hic preſsè ſumitur. Nam ſi latiſſimè ſumeretur, vt ſæpè accipitur, etiã complecteretur ferè cæteras Prouincias, quæ mox recenſentur, de quo legi poteſt Herodotus lib. 7. &
(Herodot.) recentiores Geographi. *Meſopotamia* cõfinis prouincia eſt, & ſatis nota in ſacris litteris. *Syria Sobal*, portio eſt Syriæ amplè ſumptæ, de qua dicam
(1. Regum) infrà ad verſ. 14. Et *Soba* appellatur, 1. Regum, 14.
(2. Reg.) verſ. 47. & 2. Reg. 8. v. 2 & alibi ſæpè. Maior difficultas eſt, quomodo *Lybia*, ſeu Africa, quæ longè diſtabat, cui non ingruebat bellũ (quippe quæ Auſtralior eſt, & Holofernes in regna Occidentis ferociebat) Legatos miſerit. (*Lybia quo pacto Holofernem timuit.*) Aliqui Lyciam legũt: Et aptè quidem ad declinandam difficultatem, ſi
(Vatabl.) probaſſent ita legendum: Vatablus ſic legit, ſed non Vulgatus. Et quidem Lycia iuxta haſce pro-
(Gothica.) uincias recenſitas ſita eſt. Gotthica *Alibie* ſcripſere. Quid eſt. *Alibie*, niſi mendum? Lybia ergo aut eſt vrbs quædam nobilis non longè diſſita à regnis, quæ tunc vaſtabat Holofernes; nempe Ly-
(Ptolom.) biſſa, quæ Bithiniæ vrbs eſt apud Ptolomæum, libro 5. cap. 1. Bithinia autem pars eſt Ciliciæ amplè acceptæ: ſiue vt ait Abrahamus Ortelius: *Lybia dicebatur tempore Procopij ea Africæ pars, quæ ab Alexandria Cyrenem vſque vrbem eſt, vt ipſe teſtatur 6. Ædificior,* quæ prouincia non admodum (Ortelius.) diſtat à regionibus, quas nunc vaſtabat Holofernes. Aut Africæ populi, adiacentes illi parti Aſiæ, timentes potentiam, & ſæuitiam Holofernis, quã afflauerat rumor, ſponte miſerunt Legatos: quod ex Curtio. lib. 10. conſtat, audita Alexandri fama, feciſſe ferè totius Orbis Reges. Hæc expoſitio P. Tirino placet, nec mihi diſplicet.

Rex magnus dicitur Nabuchodonoſor, quò honorificentius diſcriminetur à Dynaſtis, qui aliquando Reges dicuntur, vt tradidimus, c. 1. numer. 21. (Vers. 2. 2.)
Et 4. Reg. 18. *Hæc dicit Rex magnus, Rex Aſſyriorum.* Alexander verè magnus fuit appellatus; & (4. Reg.)
de reliquis, ait Plutarchus de fortuna Alexand. (Plutarch.)
Solo pleroſque nomine magnos. Cætera patent.

Omnis ciuitas noſtra, &c. in conſpectu tuo ſunt: (Vers. 3.)
Vatablus, *In poteſtate.* Ita vulgò interpretes, & ex contextu ipſo perſpicuum eſt, eſſe germanam loci expoſitionem. Num oculi viſu rem poſſident? Profectò efficax eſt *concupiſcentia oculorum*, forax eſt hominum aſpectus, & videndo rem cupitam, illam furantur, rapiunt, harpagant, poſſident: nam quod in conſpectu Holofernis eſt, in poteſtate eius eſſe dicitur.

Cæteri verſiculi oculis egent, non interprete. Variæ verſiones textum onerarent, non expedirent.

§. II.

Præfectus qui non valet Magnates cohibere, iure perdit dominium in paruulos.

PRæfecturæ tenent omnium deſideria, omnes ambiunt munerum officia; nemo, aut rarus munus implet. Eſt Præfectus benignus, & humanus? negligentiæ, & deſidiæ arguitur. Eſt ſeuerus, & conſtans? inhumanus, & flecti neſcius dicitur; 3.
Proceres continet in officio? temerarius, & barbarus audit. Plebi fauet? ambitionis accuſatur, qua fauore mercatur vulgi plauſus. Vnde receptior Iudicum politia eſt, potentum audacias tolerare, & diſſimulare; & pauperculos, & inualidos vexare: pauperculi exoluunt quicquid parcitum potentibus eſt: quod detrahitur proceribus, de obſeruãtia, impotenti pauperi imponitur. Iſte opprimitur, quod ille luxuriatur; ô iniqui iuſtitiæ cultores! Eccli. 7. v. 6. *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua.* Pondera τὸ *irrumpere*, cuius propria ſignificatio eſt, vi ingredi, ſeu impetum facere. (ſcio Lactantium, cap. 6. aliter hoc vocabulum vſurpaſſe.) (*Iudex audeat irrumpere in proceres.*) (Eccli.) (Lactant.)
Igitur Superior debet adeò audacter ſæuire in prædas, & vitia potentum, vt ſpecie tenus temeritatis genus appareat, re autem ipſa ſit neceſſaria iuſtitiæ ſeueritas. Superior verò, qui ob timiditatem non ita cohibet procerum inſolẽtiam, dicitur: *Ponere ſcandalum in æquitate.* Olim legebatur vſque ad Sixtianam correctionem, *in agilitate ſua,* pro, *in æquitate ſua.* Cuius rationem reddit Cornelius Ianſenius inibi: *Fortè interpres ſcripſerat.*

Æquitate

Æquitate; *ſed hoc ſcriptor aliquis mutauit in Agilitate; quod abſurdum videretur dici ſcandalum poni in æquitate.* Scilicet ipſam æquitatem ſeu Iuſtitiam videtur ſcandalizare, quis non volet irrumpere, ſeu impetum facere in potentes; quaſi parũ ſit hominem æquum, aut iuſtum ſcandalizare, niſi etiam æquitatem, & Iuſtitiam ſcandalizet:

4. *Iuſtitia ſcandalizatur, niſi iudex domet Potentes.*

Nõne Æquitas ſeu Iuſtitia nobilis virtus eſt? virtus poteſt in vitium mutari? Potiùs ſui patietur deſitionem, & mortem, quàm eiuſmodi mutationẽ. Hac ratione aliquis permotus pro; *in Æquitate* poſuit, *in agilitate.* Verùm omninò retinenda eſt correctior Vulgata, & ſanè ſi fieri poſſet, vt ipſa æquitas iniquaretur, (liceat vti barbaro Caietani vocabulo) maximè id fieret, ſi Superior vexet inopes inualidos, & non audeat irrumpere in potentũ impotentiſſimas iniquitates, prætendens excuſationem puſillanimitati ſuæ, nempe rationi eſſe conſonum plura diſſimulanda fore potentibus, & ſeuerè caſtiganda in plebeiis Hæc iuſtitiæ iniuſtitia, *ſcandalum ponit in æquitate.* Non Iudices in plebem leones, in Proceres planè ceruos. Bonus princeps minores fouet, & ſubleuat;

Caſſiod. l. 1. epiſt. 8.

magnates domat. Peropportunè Caſſiodorus: *Sic enim Æquitatis libra ſeruabitur, ſi auxilium largiamur imparibus, & metum noſtri pro paruulis inſolentibus opponamus. Fortuna minor Principem quærit quia in vituperationem noſtram currunt, quibus ſe publica vota ſubducunt.*

5. Cant. *Iudex ſit impotentium arx, & potentium terror.* Nyſſen. Greg. Caſſiod. Pſellus. Philo. Aponi. Beda. Anſelm. Richard. Chald.

Cantic. 4. v. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Colli nomine intelligi Doctores, ſeu Præſules, tradunt Greg. Nyſſ. hom. 7. S. Greg. Mag. Caſſiod. Pſellus, Philo Carp. Aponi. Beda, Anſelm. Richard. Victor. & alij. Quorſum Præſules arci munitiſſimæ cõparantur? Præfectura eſt armamentarium? Armis gubernandũ, an legibus, & rationibus? Cæterùm expendere oportet verba, quæ ſtatim ſequuntur? *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, &c.* Quid vberũ nomine intelligitur? Planè Præſules ſignificantur. Sic Paraphraſis Chaldaica, quæ *duo vbera tua* interpretatur; *Duo ſaluatores tui, qui te ſaluaturi ſunt, &c.* (Aliàs ſubo quare dicat, *Duo Saluatores*, & quis ſit alter Saluator:) Aduertis Principem nunc dici arcem munitam mœniis, armis, & præſidiario milite, nunc appellari vbera, quæ dulci ſucco hinnulos lactat, fouet, & nutrit? Scilicet Præſul armetur validè in proceres, lacteſcat placidè in paruulos: Saluator ſit pauperculorum, & terror potẽtiorum; hos terreat, illos lactet, foueat, ſaluet Nã fortuna minor Principem requirit. Damna inualidorum, iniuſtitia eſt principum. Theodoricus Rex ſeueriſſimè

Caſſiod. l. 1. epiſt. 15.

coërcet, & punit eiuſmodi inuaſiones pauperum; & inualidorum: *Meritò, quando cunctorum nos reſpiciunt auiditate læſiones: Dum illud pietati noſtræ perire credimus, quod per mediocrium damna ſentimus.* Verba ſunt Theodorici apud Caſſiod. Principi petit, quod detrahitur mediocribus. Armatus ſit Princeps pro paruulis, ſed contra inuaſiones potentum, & poteſtatũ In magnates irruat, minores protegat; eius ditioni perit, quod paruulis detrahitur de iure. Horum damna, imminutio regni eſt Sicut optimatum fauor, euerſio principatus. Quod ſi proceres cohiberi tumultuentur, magnanimitate iudicis opus eſt. Pulchrè Bernardus, ſic

Bern. l. 1. de Conſiderat.

animat Eugenium Pontificem: *Si malitia, inquit, contumax potentia eſt, aliquid tibi ſupra hominem præſumendum.* O bona præſumptio, quæ armatur contra non bonam Potentium præſumptionem! Et quidem qui lactat inſolentias potentum, & armatur in pauperculorum impotentiam, dignus eſt, qui amittat ius in paruulos.

Geneſ. 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; & præſit piſcibus maris, &* 6. Geneſ.
volatilibus cœli, & beſtiis, vniuerſæque terræ omnique reptili, quod mouetur in terra. Nempe Deus conſtituit hominẽ præfectum, ferarum, piſcium,

Gloſſ. interlinearis.

volucrũ, reptilium, &c. Super his verbis ait Gloſſa interlinearis, *Idem eſt dicere, & præſit piſcibus maris, &c. ac ſi diceret, Dominus ſit omnium inferiorum.*

Iudex qui nõ domat potentes, perdit dominium in inualidos.

Verùm ſi homo conſtitutus eſt à Deo Dominus omnium inferiorum, quomodo infirma animalcula illi non obediunt? Muſcæ hominem vſque ad impatientiam moleſtant, pulices acres ſunt ad punctionem, pediculi mordent, culices buccinant, & aculeum infigunt, & inſomnes reddunt noctes. Abige imperio ſubditas muſcas, pulices, pediculos, culices, &c. ſi potes? Sed non obediunt. Igitur imperium perdidit homo in hæc infirma, & minuta animalia quod non amiſit in maiora his: Nam ſunt cicures aues, & beſtiolæ, & ſubſidiaria iumenta, quæ humanum iugum patiuntur, in quæ adhuc primæuus dominatus perſeuerat. Quam ergo ob cauſam perdidit homo ius in hæc minutiſſima animalcula? Hugo Victorinus

Hugo in Annotat. in Geneſ.

ſic ſcribit: *Dominari quidẽ debuit homo omnibus animantibus, ſed per peccatum amiſit dominiũ, & in maximis, & in minimis Rex nuit tamẽ dominari in medijs.* Nimirum quia homo ab originali delicto impotẽs, non poteſt irruere in leones, & cæteras feras tygrides, & elephantinis viribus valentes, hinc amiſit dominiũ in minuta, nec illud perdidit in mediocria. Nã Præfectus, qui non valet irruere in potentes, iure ſpoliatur dominio impotẽtium: quia ſeueritas in Optimates imperium conſeruat integrum, & indefectum. Rigor in potentes imperia firmat. Sit Iuſtitia æqua, ſit animoſa: contineat proceres, in officio, niſi velit perdere minores, iure perdit minorum ſeruitia, qui diſſimulat maiorum inſolentias. Strenuè Holofernes hic v. 1. *In vniuerſarum prouinciarum Reges, ac Principes,* Iudith.
priùs irruit, & timore ſui cogit ad petendam pacem, vt ſic populos ſubiiciat, & poſſideat. Cape hoc documentum à gentili Præfecto.

---

§. III.

Holofferniana Præfectura, præda eſt, & proſcriptio populorum.

Sidonius Apollinaris de Seronato Præfecto, ſic ſcribit: *Non ceſſat ſimul furta vel punire, vel facere.* At quis Seronatum Præfectum accuſabit?

7. Sid. Apoll. l. 2. epiſt. 1. Zeno ſerm. 1 de Auarit. *Præfecti aliqui populos iniquè prædantur.*

Perbellè inquit Zeno Veronenſis: *Sed quia inextinguibilibus poſtea incendijs totus mundus exarſit, Auaritia, vt putatur, crimen eſſe deſiit: quia neminem, qui ſe poſſit arguere, dereliquit.* Neminem. Neminem inquam, qui Magiſtratum poſſit accuſare. Quomodo id faciant pauperes ſeculis ſpoliati? Bono, & iuſto Principe aliquãdo non boni, nec iuſti ſunt vrbium Magiſtratus; inuito Principe ſpoliãt plebeculam, cuius criminis reus erit Princeps, niſi ſolerter eligat integros iudices, & induſtriè pernoſcat eorumdem inextinguibilem auaritiam. Opportunè Hildebertus Turonenſis An-

Hild. ep. 59.

gliæ viro Principi, Regis nepoti, ſic ſcribit: *Exitus miniſtris neceſſe eſt diminuto metuat indignationem, quã circa pauperes, & ſanctuarium Dei quidquid impiè volunt, impunè agunt. Huiuſmodi bonus Princeps,*

Digitized by Google

Principes, sed prauos habentes ministros, scriptura nunc Scyllam, nunc Harpyas appellat. Etenim Scylla facie humana, sed caninis capitibus accincta describitur. Harpyæ vultum habent virginum, vngues autem rapaces. His quidem boni principes comparantur, ipsi crudelitatem abhorrentes, de iniuriis proximorum conquerentes, cæterum ministri eorum odoratu prædæ, canibus, rapacitate, similes sunt vnguibus Harpyarum. Longiusculè, sed luculenter. Ergo inuigilet bonus Princeps, ne ob eius negligẽtiam ministri eius deprædentur populos, iustitiæ titulo, & legum manibus; nam quòd sic surripitur nunquam repeti potest, nec restitui solet. Redeat iterum S. Zeno, inquiens: *Inde fraus, periuriũ, rapina, lites, ac bella: quotidie mugitibus alienis quæritur lucrum, & præscriptio industria vocitatur, & appetitio rei alienæ sub prætextu propriæ defensionis ac diligentia callidissimis argumentis vrgetur, vt quis indefensus, aut innocens, quod habeat, legibus perdat, quod est omni violentia deterius: quia illud, quod vi rapitur nonnunquam repeti potest; quod legum circumscriptionibus, non potest.* Hæc Zenonis sententia vltrò aduocat verba Basilij Seleu. qui de quodam exactore tributorum, sic inquit: *Publicanus ipso morum, vitæque instituto accusabatur, latrocinium legibus pro armis vtens. Vectigalium redemptio, cuius fructus aliorum lacryma, cuius thesaurus aliorum miseria.*

Zeno serm. de iustit.

Basil. Seleuc. Orat. 35.

8. Præfectura olim fuit præda.

Saluian. l. 4. de Gubern. Dei.

Saluianus Episcopus Massil. natione Gallus, vir acris ingenij, vitæ sanctissimæ, & ardentissimi zeli, acerbè admodum inuehitur in Præfectos suæ ætatis, sic fatus: *Quid enim omnium aliud dignitas sublimium, quam proscriptio ciuitatum? Aut quid aliud quorundam, quos taceo præfectura, quam præda? Nulla siquidem maior paupercularum est depopulatio, quam potestas. Ad hoc enim honor à paucis emitur, vt cunctorum vastatione soluatur. Reddunt miseri dignitatum pretia, quas non emunt. Commercium nesciunt, & solutionem sciunt: vt pauci illustrentur, mundus euertitur. Vnius honor, orbis excidium est. Denique sciunt hoc Hispania, quibus solum nomen relictum est.* Olim, nempe ante mille ducentos annos, venales fortassis fuêre Præfecturæ in Hispania, nunc merita mercantur munera, & integritate muneris redimunt honoris impensas. Præfectura Holoferniana est vastatio vrbiũ, & populorum proscriptio. Audi hîc vers. 1. populos dicentes Holoferni, Nabuchodonosoris Præfecto: *Omnis ciuitas nostra, omnisque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregésque ouium, & caprarum, equorúmque, & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ, atque familiæ in conspectu tuo sunt. Nos, & filij nostri, serui tui sumus.* Hæc est Præfectura, an præda?

Hispania Præfecti quõdam rapaces.

Iudith.

9. Vbi deliquit Adamus, statim festinat abscondi: & Deus illum peruestigat, vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei; *Adam vbi es*; Gen. 3. v 9. Attende ad responsum: *Qui ait, Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me.* Planè inciuilis, & inepta responsio. Adest Deus omnium Iudex, vt eum diiudicet, & cùm immane delictum perpetrarit, non timet, quia tãti flagitij reus est, sed eò quòd nudus esset? Quid? nuditas reatus est? nemo est paupertatis reus, sed delicti: nisi fortè nuditas delictum sit? nam ob nuditatem timet Adamus Deum iudicem. Planè desipit Adamus; sed quia agit cum diuino iudice; nũ si cum humano ageret, eximiè saperet; quia humani iudices expoliãt pauperculos, & nudos. Iob. 22. v. 6. sic ei conuitiantur eius amici, *Nudos spoliasti vestibus.* Nudus expoliari vestibus non potest.

Genes. Nudus timeas in iudicis humano.

Qui vestes auferat à nudo? Verùm in pauperes, & nudos districtior seueritas exercetur. Diues & potens non timet humanum iudicem, (vtinam timeat diuinum) pauper, & nudus iure timet, ne vel nudus expolietur. Nam plures Seronati Præfecti sunt, qui *non cessant furta vel punire, vel facere.* Eleganter Plutarchus hanc Magistratuum auaritiam taxat, inquiens: *Neque enim tanquam ad nundinas, & lucella eundum est iis, qui sibi gubernacula reipublicæ committi volunt.* Nundinantur Præfecti reculas pauperum, & repetitis exiguis lucellis, bursas infarciunt. Satis ad rem Basilius citatus in Caten. ad Luc. 18. *Non furtum facies: Non est intelligendum, fures esse solum bursarum incisores, vel latrocinantes in balneis: sed & si qui duces legionum statuti, vel commisso sibi regimine ciuitatum, aut gentium, Hoc quidem furtim tollunt: hoc verò vi, & publice exigunt.* Nemo pauperum, etsi cognatus sit diuitis, ab hac rapinâ immunis est: nam *Planum factum est, eum non esse cognatum corporum, sed pecuniæ*, inquit Clem. Alex. Ergo caueat Magistratus ab auaritia, ne eius præfectura sit Holoferniana præda. Caueat præsertim populus à prędonibus armatis legum, & potestatis armis.

Plut in Pol. ad Traian.

Basil. Lucæ.

Præfectus dicitur cognatus pecuniæ, non hominis. Clem Alex. 6. Strom.

---

§. IV.

Diuites hiant ad bona pauperum.

10. *Auaritia ex malitia; malitia ex rationali parte animæ manat*; inquit Theages Pythagoricus apud Stobæ. serm. 1. Hinc ingeniola auaritia est; nec fertur in thesauros diuitum, quibus exsatiaretur: nam potentes potenter resistunt; sed in pauperes quorum reculas sudore partas, rapina repetita suffuratur, & sic pauperie pauperũ insigniter ditantur. Eximium est diuitum ingenium in depauperando pauperes: dissimulata tyrannis est potentia diuitum. Diuitiæ appellantur à Sancto Nazianzeno. *Occultus tyrannus*, artis, & ingenij plenus. Quod probat Orat. pro Basilio, inquiens, *Obseruant enim diuites temporum difficultates, & famem negotiantur; atque ex aliorum calamitatibus messem faciunt: frumenti emptores, & caupones* Plures sententias adglomerat, quas breui explico: scilicet, diuites præsagiunt annonæ penuriam, & vasta horrea opplent frumento, vt posteà cauponum adinstar carò vendant, quod paruò emerunt. Vilissimis stabulariis diuites similes facit, qui ob infame lucellum viatores expoliant. Expendit Scholiastes τὸ *Famem negotiantur*: idest, annonæ penuriam negotiantur, & aduocat illud Plinianum, *Negotiari animam*, quod de sicario dicitur, qui ob pretium cœdes patrat. Item illud *negotiari corpora*, quòd de Medicis dicitur. Ergo diues sic immaniter negotiatur pauperum famem, sicut sicarius vitam, quam persequitur, & sicut Medicus corpora, quæ curando lacerat. Quid exaggeratiùs? At prætereundum non est illud: *Ex aliorum calamitatibus messem faciunt.* Itaque substantiola pauperum, messis diuitũ est, & vber prouentus. Opportunè, etsi aliorsùm, ait Bernardus: *In plateis diuitum pauperes seminantur.* Nimirùm auari diuites ærumnosos inopes depauperando, pauperes seminant, dum faciunt; nam plateæ diuitum pauperum seminarium est, *ex quorum clamitatibus messem faciunt.* O auaritiæ ingenium! ex pauperum calamitatibus delicias, & diuitias colligunt diuites. Quis olim, & nunc permissus fur, nisi diues? Matthæi 28. vers. 13. Principes Sacerdotum dederunt pecu-

Stobæ. Theages.

Diuites inhiant bonis pauperum.

Naz. Orat. 25.

In plateis diuitum pauperes seminantur.

Bern. l. 4. de Consid. ad Eugen.

Matth.

Chrysost. hom. 91 Pauperes, & idiota furari nesciunt.

pecuniam copiosam militibus, qui custodiebant Christi sepulchrum, vt dicerent: *Quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum.* Quod testimonium noua ratione confutat S. Chrysostomus, aiens: *Qualiter enim furarentur discipuli, homines pauperes, & idiotæ?* Quasi pauper, & idiota furari nesciat; sed homo diues, & sapiens.

11\. Homo diues, qui ad negotiationem dedit bona bona sua seruis suis; & vni dedit quinque talenta, alij duo, alij vnum: cùm lucrum ex negotiatione repeteret, qui vnum talentum acceperat, ob neglectam negotiationem, sic mulctatus est, Matth. 25. v. 28. *Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta: omnis enim habenti dabitur & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo.* Scio arcanum sensum, & medullam parabolæ; nunc corticem accommodatitiè ad mores verso. Scilicet habenti decem talenta accumulatur etiam vnicum illud talentum, quod pauper ille seruus habebat. Præuenit Christus Dominus, quod tandem futurum erat; nam qui decem talentis ditatus est, ad se deriuaturus erat vnicum illud talentum pauperis. Ergo latius est vt ex Domini mandato detur illi talentum, quod sine iure, sine iniuria habiturus tandè erat. Verùm quid est, quod de seruo illo paupere, & depauperato dicitur, non solum vnicum illud talentum auferendum ab eo esse. Sed *ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo?* Porrò si adeò depauperatus est, vt nihil habeat; quid auferendū ab illo est? Estne artificium in diuite ad auferendū aliquid ab eo, qui nihil habet? quid potest auferri ab eo, qui nihil habet? Hoc est ingenium diuitum, vt à paupere, qui nihil habet, habeant quid auferant. Auferent enim vel id quod videtur habere: & vel vmbram nummorum, & apparentiam facultatum suffurabuntur. Diues tam auarus exactor pauperis est, vt quod pauper videtur habere, durè exigat, & auarè corradat: *Felices pauperes: quia ipsorum est regnum cœlorum: quia animam solam in confiscato habent*, ait Tertullianus. Nempe si quis adeò pauper sit, vt nullus census illi sit, sed precariò victitet, aliquid ab eo exigent diuites. Quòd si nihil omnino re ipsa habeat, vel emēdicatò acquisitum ad quotidianum victum; nihilominus auferēt ab illo quod videtur habere: quòd si nihil adhuc habere videatur; animam in confiscato habebit. Quid est pauperem animam in confiscato habere? Scimus fiscū esse Principis diuitis ærariū. Ergo etsi prorsùs nihil habeat pauper præter animā, intentabūt vel animam confiscare, ne quid pauperis sit, quod diuitis non sit. Verùm quam sit offensa Deo hæc egenorū proscriptio, & depauperatio paupeā tradit Drogon, aiēs: *Plectentes coronā de spinis posuērūt super caput IESV: cùm de rapina pauperum spineas ei diuitias coaceruantes caput eius ad regnum elationis efferunt.* Vnde licèt Holofernes diues opum fuerit: quippe qui *& aurum argentum de domo Regis assumpsit multum nimis*: & tulerat omnem locupletationē prouinciarum, hic v. 8. inhiat bona pauperculorum, eósque auarissimè bonis omnibus expoliat.

Dives rapit non tantùm quod pauper habet, sed etiam quod videtur habere.

Tertul. de Fuga in persec. c. 12. Vel animam pauperis prædatur diues.

Drog. de Sacram. Dom. Passion. Corona spinea de rapinis pauperum plectitur.

§. V.

Diabolus non tantùm rei donandæ, sed vel spei ingerendæ auarus est.

12\. SEntentiosè ait Seneca epist. 4. *Adhuc non pueritia in nobis, sed, quod grauius, pueritias remanet: & hoc quidem peius est, quod auctoritatem habemus senum, vitia puerorum, nec puerorum tantùm, sed infantium. Illi leuia, hi falsa formidant; nos vtraque.* Puero si melimela dederis, aut vitri splēdentis monile, aut istiusmodi pueriles nugas; pergratus illis eris, & duces, & flectes quocumque voles. Sic Dœmon puerilia munuscula hominibus offert, & eos infantilibus, & ridiculariis nænis captat. Vilem escam adunco hamo supponit, vt sic homines velut brutos pisciculos decipiat. Leuibus mulcet, vt non leuia extorqueat: auarè promittit, vt prodige torqueat. Puerilis animus deponendus est, vt te in vnum sapientia transcribat. Agnoscendæ sunt auaræ astutiæ mali Dœmonis, qui nihil dat, vt totum accipiat. Ne tā vili pretio pretiosam animam nundineris. Caue ab his feriis, vbi puerili commercio rasiculis & fucatis munusculis deciperis. Attende ad auaritiam Diaboli: Sagacissimus Dœmonū Christum Deum tentare aggreditur in deserto: famescebat IESVS quadraginta dierum ieiunio: occasionem gulæ nactus, ait illi, Matthæi 4. v. 3. *Dic, vt lapides isti panes fiant.* Non offert exquisitos, & pretiosos cibos, sed viles & obuios lapides, vt in panes conuertat. Nec panes adhuc duros & lapideos illi dat, sed lapides, quos vertat in panes: ne Diaboli munere, sed sua industria cibetur Christus. Imò nec lapides porrigere dicitur ab Euangelista Luca; ne vel plures lapides donet. *Dic lapidi huic, vt panis fiat.* Lucæ 4. v. 3. Nā vel lapidum auarus est. Etsi potest Diabolus vno lapide decipere, non largietur plures. Ambit seducere, sed rebus perexiguis, & minutissimis, & ridiculariis munusculis, & sæpè nullis, sed fucatis ad decipiendum.

Seneca Senex habet vitia puerorum.

Dœmon est auarissimus & parcissimus Matth.

Lucæ.

13\. Matth. 4. v. 8. *Iterùm assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valdè: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Magna quæstio est inter Commentatores, quomodo Satan etiam ex loco sublimissimo potuerit Christo ostendere omnia regna mundi, & præsertim gloriam eorum? Nunquid valuit amplificare visionem Christi, vt vltra oculorum sphæram prospicere posset? Item, ex tam dissito loco quomodo ostendere potuit regnorum gloriam? Nempe superbiæ fastum, deliciarum voluptatem, ambitionis gloriam, quæ verè bona non sunt, sed meræ molestiæ. Opportunè Tertullianus appellat Dœmonem. *Naturæ interpolatorem.* Interpolare (inquit Quintinus) est formam nouam veteri corruptam rei dare. Vnde vestimenta noua, & vestimenta *interpola*, sine *interpolata* opponuntur in Romanorū legibus, lib. 45. de contrah. empt. l. 37. de ædil. ff. Hinc interpolatio est antiquæ formæ renouatio, & immutatio. Quod eruditè notauit Pamelius. Videas interpolatorem laceras vestes, præ nimio vsu attrita, & sordibus fœdas, fullonia, & sutoria arte specie tenus polire, & sub maligna luce diuendere, perpetua sui venalis agitatione, ne à luce, aut quiete prodantur defectus, vt lucis malignitate, & circulationis ingenio perstringat oculos ementium. Hispanè: *Es ardid de roperos, que venden en el baratillo.* Hoc artificium interpolandi. Sic Dœmon dicitur mundi interpolator: quia res mundiales, sic specie tenus speciosas mentitur, vt præstigiarum arte voluntatem allectent. Sed re vera attritas, & putridas res offert, interpolationis arte renouatas & pulchras. Caue à Dœmone interpolatore, qui gloriam mundi mentitur, vt fallat; interpolat, vt incautos decipiat. Ab interpolatore Dœmone nitent res, sed ad deceptionem, quia verè sordidæ sunt attritæ, & viles.

Matth.

Dæmon est naturæ interpolator.

Tertull. de Habit. mul. c. 8. Quint.

Pamel. ad c. 18. de præscript. adu. hæret. n. 216

14\. Matthæi eodem capite 4. v. 9. Postquam Diabolus

Matth.

Dæmon etiā quæ promittit dare, auferre intētat.

bolus ostēdit Christo omnia regna mundi, & gloriā eorum statim subiungit: *Hæc omnia tibi dabo.* Mentitur liberalitatem auarissimus Dœmon. Nam si omnia habet, nihil vlli dedit. Nec Christo dabit, qui nil eo vsque dederat, sed spebus inanissimis deceperat homines. Imò non tam hîc dare, quam auferre pollicetur Dœmō, si penitùs res inspiciatur. Quod egregiè notauit Auctor imperfecti sic fatus: *Hæc omnia tibi dabo. Considera quomodo omnis promissio eius irrationalis est, & mendax. Certè vni dare nō poterat omnia, nisi ab omnibus omnia tolleret.* (Imperf. hom. 5. in Matth.) Videlicet, nō tā promittit omnia Christo dare, quam omnia ab omnibus tollere. Sub specie promissionis fallere satagit; & dum promittit dare auferre intentat; non vt det, qui dare nescit, sed vt auferat, qui rapinas probè scit. Adde, quod Christo, qui Deitatis titulos Dominus omnium est, pollicetur dare, quæ ipsius Christi sunt non Dœmonis. Vnde vero Domino diuendere intentat suæ rei possessionem. Quid auarius? Non enim promittit Dœmon sua dare, sed aliena vendere proprio Domino. Agnosce promissa Diaboli, qui etiam dum munificentiam ostentat, auarior est.

15\. Genes. *Vel spei ingerenda auarus est Dæmon.*

Genesis 3. v. 5. anxiè satagit Diabolus seducere protoparentes, & allicere ad gulam cibi vetiti: Quod vt præstet, magnas spes ingerit Euæ, sed mentitas, planè ad deceptionem compositas, *Eritis sicut Dij*, ait. Perpende hîc Dœmonis auaritiam. Nimirum promittit homini, si comedat, statim fore sicut Deum, & à delicto euasurum Deo similem. Num ante comestionem non erat homo Deo similis? erat planè: Nam Dei vox est Gen. 1. v. 26. (Genes.) *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram* Et mox v. 27. *Et creauit Deus hominem ad imaginem suam.* Profectò stultescit hîc Dœmon, qui allicere satagit protoparentes ad inobedientiæ facinus, promittens illis, deinceps, fore, quod anteà erant. Erat homo similis Deo, & imago Dei, & eidem Dœmon pollicetur, si delinquat, fore sicut Deum? Fatua planè promissio videtur; sed auara magis. Nempe pollicetur Dœmon homini id ipsū, quod homo anteà erat, ne vel alterius rei spes promittat. Non tantùm rerum parcus, sed vel spei auarus est. Vnde non modò res non dat, sed neque spem rei non possessæ. O insignem liberalitatem! Quis vnquam eò auaritiæ deuenit, vt vanas, & inanes spes non vbertim largiatur. Imò solas spes promittere, ingenium auaritiæ esse solet. At tenacissimus Dœmon spem promittit homini, non rei non possessæ, sed rei à sua creatione obtentæ, ne spei prodigus sit, sed parcus elargiendi spes rei non possessæ. Vnde homini naturaliter Deo simili, ingerit spem eiusdem similitudinis; ne vel spes donet. *Escasea dar el Demonio al hombre, aun esperanças.* Quid exaggeratius? Verùm Dœmon, qui nihil dare scit, satagit auarissimè omnia auferre, quod hîc à versiculo 3. oculis videre licet in auarissimo Holoferne, Diaboli vmbra, vt aduertunt vulgò expositores: Qui rapacissimè auarus, nationes despoliat bonis; nec permittit recuperationis spem. (Iudith.)

§. VI.

Sub bono Principe nunquam fiunt malè tributaria res sacræ, nec recula pauperculorum: Exactorumque auara rapacitas retunditur.

16\. Magna est Principum gloria, summa Regum maiestas, subliméque imperij fastigium: sed magnis sumptibus fulcitur magna gloria, & auri atque argenti fulcris regni moles sustentatur, quibus deficientibus nutat, & collabitur. Plenum ærarium columen est imperij; exhaustum ruina est principatus. Hinc Principes ad aurum, & argentum hiant anhela siti, quam in dies rigare intentant nouorum vectigalium imbribus, hinc *Maiestas quæstuaria efficitur*, ait Tertull. (*Regum quæstuaria maiestas.* Tertull. Apol. c. 13.) Hinc populi degrauati suspirant sub sarcina tributorum, quæ sæpe pensitant ad ambitionem Principum. Verùm quam grauatè & acerbè ferant homines tributorum solutionem, egregiè indicauit Septimius lib. de Carne Christi, cap. 1. inquiens: *Aufer hinc molestos semper Cæsaris census.* (Idem. *Tributum molestum dicitur, sicut tunica molesta, quæ texitur ex fomite ignis.*) Aduertenter appositum est tributo epitheton illud. *Molestum*, quod à mole dicitur, nam tributa moles sunt, & molestissimæ sarcinæ, quæ degrauant populos. Quid si Septimius nomine *molesti* alludit ad tunicam molestam, quam ex fomite ignis intertexebant, eáque induebant damnatos, vt seminstulati prius torquerentur, mox miserè deflagrarent? Sic dicit *Molestos semper Cæsaris census.* Nec miror molesta dici tributa: nam præterquam quod absumunt populorum substantiam, etiam infamant homines, qui vectigalia pendunt: *Sed enim agri tributo onusti viliores: hominum capita stipendia censa ignobiliora. Nam hæc sunt nota captiuitatis*, inquit Tertullianus. (Tertul. ibid.) Ergo tributa simul consumunt subditorum substantiam, corrumpunt honores, deuenustant gloriam, imminuunt libertatem, quam infamant stigmate seruitutis. Ergo bonus Princeps cohibeat tributorum absque iusta causa imponendorum libidinem; & præsertim malè auaram Exactorum rapacitatem; ne molestum ex se tributum nimis degrauet tributarios populos; nam subiecti populi tributa debent ad impensas Regis; at non merentur Exactorum molestas, & auaras vexationes. Neque vllus Princeps ditior factus fuit à nimia tributorum impositione; quod eleganter aduertit Cassiod. apud quem sic loquitur Theodoric. Rex: *Illud*, inquit, *amplius nostris vtilitatibus applicatur quod misericordi humanitate concedimus. Regnantis enim facultas, tunc fit ditior cùm remittit; & acquirit nobiles thesauros famæ, neglecta vtilitate pecuniæ.* (Cassiod. lib. 1. Var. ep. 16.)

Lucæ 20. v. 25. Interrogatus Christus de tributorū solutione, sententiosè respondit: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* 17. (Lucæ.) Expendere oportet τὸ *Reddite*, quod expēdit Theophylactus ex Chrysostomo ibi, aiens: *Et vide, quia non dixit, Date, sed Reddite. Debitum igitur, inquit, est: redde igitur debitum. Custodit te princeps tuus ab hostibus, vitam tuam pacatam facit, debes itaque ei pro his tributum.* (Theoph. Chrysost.) Itaque hortatur, & iubet Christus, vt tributa exoluātur Principi, quia illi debentur. Nemini ergo nimis graue debet esse soluere debitū ex iustitia. Verùm tributa pendere non est quod intolerabilius ferunt populi; sed tributa soluere Exactori: quod solerter præcauet Christus dicens: *Reddite Cæsari*? non dixit *Reddite ministris*, seu Exactoribus Cæsaris. Id enim non solet tam molestum, nec id grauatè ferēt subditi: quia maximum tributū, est tributum non soluēdum Principi, sed ministris, quia tributa & molestias exactionibus amplificant. O vtinam ipsissimæ Regum manus tributa exciperent? sic & cumulatiùs æraria implerentur, & pacatè, & placidè à subditis penderentur. (*Exactor tributorum molestiam exaggerat.*) Sed quia id fieri non potest, saltē à Principe deligatur prudens, & incorruptus iudex; vt alter Cassiodorus, cui sic scribit Theodoricus Rex: *Cuncta prouida gubernatione disponens ostendisti, quam leue sit stipendia sub iudicis* (Cassiod. l. 1. epist. 3.)

dicis integritate dependere. Nullus enim grauanter obtulit, quod sub æquitate persoluit: quidquid enim ex ordine tribuitur, dispendium non patitur.

18. Theophyl. *Vide*, (dicebat suprà Theophylactus) *quia non dixit, Date, sed Reddite* tributum. Nempe reddatur vt debitum, non detur vt donum. Hæc videtur mens Christi, ex Theophylacti mente. Nunquid exigere tributa dominæ nomine Principibus venit Christus? Minimè: hoc enim ad vrbanam Principis politiam spectat, qui stipendia, quibus maximè indiget, non necessitate tributi, sed sponte donationi titulo vt exoret. 1. Reg 8 v. 1. *Percussit David Philisthim, & humiliauit eos, & tulit David frenum tributi*. Pulchrè tributum dicitur frænum, quia tributum frænum est populorū, qui imminutis opibus domantur peritè, & reguntur facilè. Et frænum Principis, quia eget populis, & arbitrio, & facultatibus subditorum. Est frænum hostibus, quos tributorum potentia reprimit. Ad rem notat Caietanus, quod *iuxta Hebræum habetur, frenum aquæductus de manu Philisthim. Et sermone metaphorico significatur principatus. Quemadmodum enim is, cuius est frænare aquæductum, disponit de aqua; ita Princeps disponit de bonis subditorum.*

Tributum fit vt aqua ductus. Nunquid idem est tributum, & aquæductus? Cur si in originali legitur *Aquaductus*, S. Hieronymus transtulit *Tributum*? Aptissimè quidem tributum comparatum aquæductu, & Princeps, aquæ ductus rectori. Nam sicut qui aquæductum regit, sic aquas ducit ad hortum rigandum, vt per defossos sulcos non vi, sed sponte eant ipsæ aquæ. Quin & sic vltrò eunt aquæ per aquæductum, vt aliter facere non possint; nam inibi & canales aquæductus alio diuertere aquam vetant. Itaque sic fluit aqua per aquæductum, vt sponte eat, quò ducitur, ne aliter possit. Non unum in spontanea violentia. Idonee igitur tributum simile dicitur aquæductui; & Princeps rectori aquæductus; sic enim sapienter tributorum riuulos ad suum ærarium dirigere debet Princeps, vt pecuniæ contributæ (sicut aquæ aquæductus) vltrò eant, hoc est, quasi donatiuum expetitæ, & dono datæ; sic enim sponte ibunt: nec tamen fieri poterit, vt non eant, nā à canalibus ad diffluere prohibentur; sic enim petuntur, vt negari non possint. Hæc est Principum placida politia, plura tributa ad necessarios vsus sponte extorquere, & nihilominus pacare cogere. Quæ fuit Salomonis peritia. Imperfectus ait: *Salomon interpretatur pacificus. Pacificus est autem appellatus, quoniam omnibus in circuitu gentibus, & pacificatis, & tributa reddentibus, pacificum habuit regnum.* Ecce non vulgarem causam quare Rex Salomon sit adeptus pacifici nomen: nempe quia sic peritè gubernauit populum tot vectigalium exactionibus degrauatum, & depauperatum: vt populus, qui ob eam causam rebellauit contra Roboam, pacatè & placidè seruierit sub Salomone. Hæc sapiens, & perdifficilis politia, illustre Pacifici cognomen peperit Salomoni.

Salomon dicitur pacificus, quia populus tributis grauatus non rebellauit. Imperf. ab Matth. c. 1.

19. Ergo duo sunt, quæ maximè præcauere debet æquus, & religiosus Princeps, qui nullū vectigal dennò imponat, nisi piis, & litteratis, & consiliosis viris priùs consultis. Prius ùm moderanda est Exactorum auara violentia, quæ si accedat Regis auctoritate, fæuitia est, tyrannis est, & proscriptio populorum. Dein ne pauperculi potissimè degrauentur. De Exactorum auara violentia, & rapacitate queruntur populi, non tam Principi, quam sibi stipendia corrogare. Imò non tam sibi quam Dæmoni tributa corradunt. Basilius Seleu. versans illud Matthæi 8. vers. 29. vbi Dæmones Christo di-

Dæmones exactoribus, & diabolo tributum corrogant. Basil. Seleu. orat. 1. Matthæi.

cunt: *Quid nobis, & tibi? Te loquentem audiunt Publicani, nostram vectigalium exactionem defugiunt.* Audis rem diaboli publicanos tractare, & tributum pecuniā coaceruare Dæmonibus. Quod acerrimè reprehendit Saluianus vbi agens de tributorum impositionibus, sic scribit aduersus Romanos: *Illud est grauius, quod plurimi proscribuntur à paucis, quibus exactio publica peculiaris est præda: qui fiscalis debiti titulos faciunt quæstus esse priuatos: & hoc non summi tantum, sed pene infimi; non iudices solum, sed etiam iudicibus obsequentes. Quæ enim sunt non modo vrbes, sed etiam municipia, atque vici vbi non quot Curiales fuerint, tot tyranni sint?* Quid ergo mirum, quod horrescant homines ad nouam vectigalium impositionem, si ita vexantur Exactorum auaritia? Quibusdam nauis, quos sæua tempestas appulit ad Regis Theodorici portus, sic scribit Rex, apud Cassiodorum. *Portus noster nauis veniens non pauescat, vt certum nautis possit esse naufragium, si manus non incurrerint exigentium: quos frequenter plus affligunt damna, quam solent nudare naufragia.* Certius enim, & periculosius solet esse naufragium, si nauis incurrat in Exactorum manus, quam si sorbeatur vndarum vorticibus, aut impegerit in prædurus scopulos. Plusque periculi timendum est à rapaci Exactorum procella, quam ab atroci sæuientis pelagi tempestate. Aliquando enim naufragi prospero errore, & cœca felicitate, ipsa sæuioris procellæ vi periculum euadunt. At Exactorum auaritiam euasit nemo. Sententiosissimè ergò dixit Christus Deus interrogatus de Cæsariani census solutione: *Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari*: hoc est, ipsi Cæsari, non Cæsaris exactoribus. Verùm quia id fieri non potest, aduertit Clemens Alexandrinus, quod *Propheta apud Ægyptios præest distributioni tributorum*. Quasi satis non sit virum probum, & prudentem ad id munus seligere, si profanus fuerit; sed virum Deo sacrum, imò Deo plenum, & planè prophetam eligunt; vt scientia à Deo infusa prænoscat quantum tributi vnusquisque pendere possit. Propheta, inquam, eligitur, qui rem diuinam curet in tributis decernendis, & exigendis. Ergo procul ab hoc munere sæcularis, & profana rapacitas, quod vel Ægyptiorum barbaries nos erudit.

Saluian. lib. 4. de Proud.

10. *Tributarij populi naufragium.* Cassiodor. lib. 4. ep. 19.

Propheta præerat in Ægypto ad tributa exigenda. Clem. Alex.

Apud Christianos, res, & persona sacra immunis est à tributo. Verùm olim apud Romanorum Imperatores sic temerè præsumpsit tributorum imponendorum sacrilega auaritia, vt cœlū ipsum vectigale fecerint. Quod reprehendit Tertullianus aiens: *Nec tam execrabile esset nomen Publicanorum apud Dominum, nisi extraneum: Venditium ipsius cœli, & terræ, & maris transitus.* Vnde celebris ille Publicanus Cœlestium bonorum lucrosissimus, qui olim sacrilegè sacratissima quæque faciebat tributaria, mox piè fecit sibi vectigalem ipsum Christum. Lucæ 18. v. 14. *Descendit hic iustificatus ab illo.* Super quibus verbis sic exclamat Basilius Seleuc. *O publicanum clementiæ mercatorem! ò Publicanum, qui de perfusi felicitatis vectigal petit! Docuisti vectigalium redemptionem iustitia valentiorem: non desistis vectigal poscere, dum Christum ipsum vectigalem fecisti.* Quasi hic Publicanus non destiterit vectigalē facere Christū, à quo didrachma postulauit tributi nomine; sed mutauit vectigal, & tributarium gratiæ fecit Christum, quē habebat pecuniæ tributarium. Nec mirum est profanorum Principum auaritiam Christum fecisse vectigalem quæ

11. *Gentiles Principes tributa imponebant cœli transitibus.* Tertul. lib. de Pudicitia cap. 9.

Lucæ.

Seleuc. orat. 35.

Christus tributum pendit ex publicano.

Tertul. Apolog. 13. Deos suos vectigales fecit. Ait enim Tertullianus *Dij verò qui magis tributarij magis Sancti, imo magis Sancti, qui magis tributarij.* Itaque vsque eò excreuit Principum Gentilium auaritia vt Sancti, & religiosi quique tributa pendere cogerentur, de quo grauissimè expostulat Saluianus, sic fatus:

Saluian. lib. 4. de Prouid. *Quis ergo locus est ubi non à principalibus ciuitatum, viduarum, & pupillorum viscera deuorentur, & cum his fermè Sanctorum omnium? Nam & hos quasi viduas, & pupillos habent; quia tueri se aut pro studio professionis suæ nolunt, aut innocentia, atque humilitate non possunt. Nemo itaque tutus horum est, nec vllus admodum præter summos, à vastatione latrocinij popularis immunis, nisi qui ipsis latronibus par est in hac conditione. Imò in hoc se loco res deuoluta est, nisi qui malus fuerit, saluus esse non possit.* Audis Sanctorum omnium census à Romanorum Præfectis, & Exactoribus per summum sacrilegium vsurpatos? Heu audaciam sacrilegè temerariam, imperij Romani vastatione vindicatam!

22. *Res sacræ immunes sunt à tributis contendit.* Alexius. Comnenus. Planè exarmata est Christiana, & religiosa Sanctitas, sed numinis præsidio armata egregiè aduersus Principes, qui re inconsultè decreta, id audent temerariè. Quod malo suo animaduertens Alexius Commenus Græcorum Imperator, sic scribit in aurea bulla, quæ habetur tomo 3. Bibliothecæ antiquæ veterum Patrum: *Varia,* inquit, *negotiorum circumstantia dum vbique publica exhauriuntur æraria, passimque hostium incursionibus patet aditus, tranquillum imperij nostri statum represserunt. Ex quo euenit, vt in summam rerum angustiam adducti, iisque omnibus exuti, quæ lapsis alioqui adiumentum aliquod afferre poterant: tandem vel sacra Diuinaque Donodia contingere, iisque nostram solari inopiam statuerimus. Quod certe facinus in plerisque sacris diuinisque Ecclesiis admissum est; nec Sacrorum Donariorum pauca in publicos conferunt vsus. Neque eo quidem adducti sumus, vt quicquam moliremur vel in Dei contumeliam, & contemptum, vel in eorum despectum, quæ illi pia consecrauit antiquitas, sed vrgente temporum necessitate, atque etiam Consilio nostro, quod medio se operi immiscuit.* Et mox subdit Imperator: *Quam ob rem, vt sit erranti medicina confessio, coram Deo, & hominibus Imperatoria se maiestas prolapsam fatetur: veniamque delictis, quæ temere admisit, ex intimis animi adytis postulat: seque omnia, quæ sui sunt imperij, diuino numini mancipaturum, eaque viribus Imperatoriis denuo restituturum pollicetur, quæ in hodiernū vsque diem ab Ecclesiis Deo sacris oblata in publicos vsus male versa sunt: si modò, quæ Orbem vniuersum exagitat, procella deseuierit. Hæc enim persoluenda nihilo secius quam priuatum aliquod debitum in se recipit, nec se sanctis obæratum Ecclesiis inficiatur. Quare in posterum tum sibi, tum post se futuris Christiani dogmatis principibus, aurea hac bulla legem non minus obseruandam imponit, quā si à Deo ipso dictaretur: ne quis posthac sacra temere contrectet, etiamsi Cadmæa necessitas vrgeat.* Longiuscula quidem verba, sed nullum omittendum. Tu expende singula quæ expensione dignissima sunt.

23. *Fisci pecuniis quodammodo a ... Princeps ad sacros vsus; & quare.* Cassiod. lib. 3. epist. 7. Cæterum si ad reprimendas Barbarorum excursiones, & Imperij fines propugnandos, se deliquisse fatetur Imperator Alexius, inermes Ecclesias vi spoliādo, quis tam irreligiosus erit, qui eiusmodi prædas faciat ad profanos vsus? Quis tā inconsultus qui Ecclesiarum bona diripiat, vt ex eis oblationes faciat Deo? Quasi grata foret Deo diuinæ religionis euersio. Sic scribit Theodoricus Rex manu Cassiodori. *Nam licet vbique decet iustitiam custodiri, in illis rebus maxime necessaria est, quæ diuinis obtutibus offeruntur. Ne putemus ignorare Deum vnde accipiat, si fraudatis oblationibus acquiescat.* Quid elegantius? Fraudibus propitiabitur æquissimus Deus? Irreligione venustetur religio? Dei obtutibus offeretur, quod de eius cultu suffurari videt? Quasi Deus nesciat humanas fraudes. Quis Deo præsentet, quod diuinas iras sacrilegè irritat? Vteris potentia ad sacrilegium rapinæ: & abuteris rapina ad religionem? S. Paulinus sic loquitur de Helena Constantini Imperatoris matre: Paulin. epist. 11. *Prompto filij Imperatoris assensu mater Augusta patefactis ad opera Sancta thesauris, toto abusa fisco est: quantóque sumptu, atque cultu Regina poterat, & religio suadebat ædificatis Basilicis, contexuit omnes, & excoluit locos.* E fisco filij Imperatoris expompsit pecunias ad ædificanda, ornandaque tēpla, & abuti fisco dicitur Helena? In quosnam vsus magis pios, & religiosos potuit pia Augusta contributam Imperatori pecuniam impendere? Hic abusus tributorum, an vsus honestus? & religioni, & pietati proficuus? Abusus est pecuniæ in fisco, aut ærario congestæ, & violentis rapinisque exactorum corrasæ, si Deo piè offeratur. Nam fiscus sæpè viduas spoliabat, inualidos depauperabat, Ecclesias, Ecclesiarúmque bona diripiebat. Vnde eiusmodi thesauri vsus ad pietatem impensus, *Abusus* dicitur à Paulino.

24. *Ex pauperculorum ore tributa extrahunt duri exactores.* Matthæi. Verum enim verò imbellis pauperculorū plebs maximè degrauari, & opprimi solet vectigalium impositionibus. Pecunias nesciunt, & pecuniarum solutiones scire, & pati coguntur. Dies ac noctes toto corporis, & animi nisu sudant, & æstuant ad tenuissimum sui & suorum victum, & alienam famem explere coguntur. E famescente ore sæpè extrahitur bucella, quæ non exsatiat, sed consolatur famem, vitam protrahit, mortem differt. Matth. 17. vers. 16. Cùm venissent ad Christū, qui exigebat didrachma, dixit Petro: *Vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sume, & da eis pro me & te.* Quid piscis nomine intelligitur, nisi homines simplices, & inualidi. Laur. *Possunt peculiariùs pisces dici simplices,* ait Hieronymus Laur. Ergo bellè de ore piscis, hoc est, hominis simplicis, pauperculi, & inualidi, didrachmum tributi extrahitur: quo innuitur de ore pauperis, & miseræ plebis extrahi tributa. Ieiunat pauper, vt luxurietur diues; ori pauperis defraudatur; quod mensis potentiorum seruitur: non habet sibi quod Principibus dare cogitur. Quod grauatè admodum tulit Saluianus aiens, Saluian. lib. 4. de Prouid. *Illud indignius, & pœnalius, quod omnia non omnes sustinent: imo quod pauperculos homines tributa diuitum premant: & infirmiores ferant sarcinas fortium: nec alia causa est, quod sustinere non possunt, nisi quia maior est miserorum sarcina, quam facultas. Res diuersissimas, dissimillimasque patiuntur; inuidiam, & egestatem. Inuidia est enim in solutione, egestas in facultate. Si respicias, quod defendunt, abundare arbitreris: si respicias quod habent, egere reperies. Solutionem sustinent diuitum, & indigentiam mendicorum.*

25. Plin. *Frugalitas Principis est pro opulentis tributis.* Denique frugalitas Principis opulentius est tributum: satis est Principis ad bella, & donatiua, si satis sit ad ambitionem luxus, cui nihil vnquam satis est. De quo Consul Plinius. *Mihi cogitanti (ô Traiane) eundem te collationes remisisse, donaria reddidisse, congiarium obtulisse, vectigalia temperasse interrogandus videris, satisne cōputaueris Imperij*

imperij reditus, an tantas vires habeat Frugalitas Principis, vt tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat. Et quidem principis gloria tributum laudis ambit, non pecuniæ: decrescat, & euacuetur fiscus, vt crescat plena laudis gloria. Valde ciuiliter ait Theodoricus Rex apud Cassiodorum. *Quapropter fit interdum causa mala fisci, vt bonus Princeps esse videatur. Maiori quippe compendio perdimus, quam si nobis indebite victoria suffragetur.* Num vt ait Plinius ad suum Traianum. *Quæ præcipua tua gloria est, sæpius vincitur fiscus: cuius mala causa nunquam est nisi sub bono Principe.* Itaque (verba sunt eiusdem Cassiodori) *Gloriosis dominis gloriosiora sunt præconia, quam tributa: quia stipendium & tyranno penditur: prædicatio autem nisi bono Principi non debetur.* Et quidem tyrannicum tributum est, quod à pauperculis & inualidis atrociter extorqueretur, quod rapax Exactorum violentia extorquet; nam sic vt vnus ditescat, omnes miserè depauperantur. Quod liquidò constat hic v. 3. vbi deditij populi subeuntes tributorum iugum, sic aiunt ad Holofernem: *Omnis ciuitas nostra, omnisque possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregesque ouium, & caprarum, equorumque, & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ, atque familiæ in conspectu tuo sunt. Sint omnia nostra sub lege tua. Nos & filij nostri serui tui sumus.* Scilicet præmaturè offerunt vltrò, quòd mox Exactorum tyrannide extorquendum nouerant.

Cassiod. lib. 1 ep. 2. — Plin. — Cassiod. l. 8. epist. 25. — Iudith.

16. Addam, & finio, quod si Donatiui nomine licet Principi imponere velut tributum; quod olim vsitatum fuisse, nuper probabam; multo sanctius id fieri poterit, titulo eleemosynæ: nam Rex sæpè depauperatus est immensis bellorum sumptibus. Non licebit Regi, quod pauperculo licet? Hinc sponte ruit sententia Tertulliani, qui his verbis præfatum morem reprobat: *Cæsari reddens, quæ sunt Cæsaris, Dei vero quæ sunt Dei. Sed omnipetentme, dabo in causa eleemosynæ, non in concussuræ. Petenti inquit. Porrò qui incutit, non petit. Qui comminatur si non acceperit, non postulat, sed extorquet. Non eleemosynam expectat, qui non miserandus, sed timendus venit. Dabo igitur misericordia, non timiditatis mea nomine: vbi qui accipit, Deum honorat, & benedictionem mihi reddit.* Verùm qui imperiosè iubere potest, cum supplex rogat, vrbanè imperat. Infaustum Regibus est tributum, quod vis extorquet: *Quia ille verè noster est census, quem lætus possessor exoluit*, ait Cassiodorus ex Regis persona.

Tributum eleemosynæ titulo imperabatur olim. — Tertull. lib. de Fuga in Persecut. c. 14. Luc. 20. — Cassiod.

---

§. VII.

Commentarius litteræ

Vers. 7. Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem, & omnem inhabitatem terram.

Vers. 8. De vniuersis autem vrbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellum.

Vers. 9. Tantúsque metus Prouinciis illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes, & honorati simul cum populis, exirent obuiam venienti.

Vers. 10. Excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibiis.

R. P. Didac. de Celada in Iudith.

27. TVNC *descendit, &c.* Immitis Holofernes nec legationibus mitior factus, *descendit de montibus*, nempe Libano, & Antilibano, qui illic sunt, vbi tunc versabatur. Descendit inquam, *In virtute magna*, id est; exercitus valdi robore potens, *& obtinuit omnem ciuitatem.* Nempe dedititias vrbes ingressus, præsidio coërcuit, & de subiectis vrbibus allicieebat auxiliares viros, ad Assyrij exercitus incrementum. Vbi verò descendit, obuij occurrerunt principes viri vna cum populis, plaudentes Holoferni festiuo plausu & læta symphonia gratulabundi ob victoriam, festo tripudio lætitiam simulantes, coronati, ac lucernati in signum gaudij. O duram necessitatem, quæ tristitudinem infesti mœroris vertit in ostentationem festæ lætitiæ!

VERS. 7. 8. & 9.

Excipientes eum, &c. Populi debellati, metu præueniente vim armorum, Holofernem excipiunt *cum coronis.* Coronis vtebantur etsi mœstissimi in lætitiæ signum. At tam multiplex & varius erat apud veteres Coronarum vsus, vt iure addubites, quidnam coronaretur, cum dicitur: *Excipientes eum cum coronis.* Bagistanes excepturus Alexandrum, *in coronis sternit*: Num coronatæ viæ? Sic apud Curtium lib. 5. Num fores coronatæ, vt apud Nasonem, 4. Fastorum? Num aræ? num hostiæ mactatæ ad festum herois aduentum? vt apud Euripidem in Iphigenia, & Propertium, lib. 3. Num ministri, aut Sacerdotes: vt apud Macrobium 3. Saturn. cap. 16. & Statium 3. Thebaidos. An templa? sic 1. Machab. cap. 4. An coronantur manus? sic apud Tertullianum, cap. 1. libri de Corona milit. Fortassis nares coronantur, sic apud eundem, Apologetici, cap. 42. Nisi fortè humeri, ita scribit in lib. de Corona militis. Quid? coronabant ora? sic apud eundem de Resur. Carn. cap. 61. Quin & cadauera lego coronata apud Clementem Alex. 2. Pædag. & Tertull. de Coron. Mil. cap. 10. Verùm in Ezechiele, mœsti Israëlitæ capita coronantur, coacti simulare lætitiam, cap. 24. vers. 17. *Filij vestri, & filiæ vestræ gladio cadent, cibos lugentium non comedetis: coronas habebitis in capitibus vestris, non plangetis, neque flebitis.* Ergo videtur verosimilius capita coronatos obuiam isse gratulatum Holoferni de Victoria, qua ipsi detriumphantur. In tanta ostentatione gaudij, quid tristius excogitari potest, quàm dissimulare mœrorem, & simulare lætitiam? Sed quorsùm deuictus populus coronis vtitur? scilicet *Erant enim supplices coronarij apud veteres.* Tertulliani verba sunt, lib. de Coron. Mil. cap. 7. quod tradit Sophocles in Ædip. & Liuius lib. 33. & Appianus in Ibericis. Legatur inibi Cerda, n. 137. qui aduertit quòd *Coronarij*, idem est ac *coronati*. Et quidem *coronati* scribunt alij Codices. Præterea moris fuit apud antiquos mancipia libertate donata, coronari. Ita Tertull. supra, cap. 13. aiens: *Coronat & libertas sæcularis.* Vnde hi supplices & deuicti populi se profitentur Holofernis mancipia, & coronis supplicant libertatem: quod satis probabile videtur.

VERS. 10. — *Multiplex coronarũ vsus.* — Curt. Ouid. — Erip. Propert. Macrob. Statius. 1. Machab. Tertul. — Clem. — Ezechiel. — *Supplices captiui olim coronas gestabant.* — Tertul. Soph. Appia. Cerda.

Deuicti metu populi excipiunt Holofernem *cum lampadibus*. Indubium est eiusmodi funalia seu festas luces non fuisse accensas ad pellendas tenebras, cùm clara luce descenderit de montibus Holofernes, non clanculùm, & per multæ noctis insidias lucifugas. Dein, cùm lucente Sole supernacuæ sint artificiatæ luces, existimat P. Sanctius, cui subscribit noster Franciscus Aguado, 1. parte, titul. 4. cap. 3. facculis accensis adulatos fuisse Holoferni Persici Regis Duci? nam mos est Persis Solem adorantibus, vt eorum Principem ignis 28.

Sanct. Aguado.

Xenoph. Curt. Procop. Ammia. Tertul. Rodig. Dies lucernatur ad plausum. præcedat, quasi tutelaris Deus. Hunc morem probat ex Xenoph. Curtio. Procop. Ammiano Marcel. Tertull. Rodig. quem morem ego non abnuo. Sed dubia mihi est hæc coniectura: Quoniam vt notabam ad cap. 2. num. 21. certum non est Holofernem esse Persam. Et sanè exercitus Assyrius est, non Persicus, & ita non Persico, sed Assyrio more gaudet. Dein præfata P. Sanctij coniectura non solido nititur fundamento. Scilicet: quia lucente Sole lucernatum splendor nullum esset vsum habiturus in festo plausu, quo hi populi deuicti excipiebant Holofernem, *cum lampadibus ducentes choros*: quæ est ratio Sanctij. Porrò etsi lumen necessarium non sit ad illuminandum diem, qui de se splendidus est, tamē antiquus fuit mos ex festiuis faculis vti etiam clara luce. Quod liquidò cōstat ex Tertull. aiente in Apolog. cap. 35. *Nec lucernis diem infringimus, vt gentiles faciunt.* Et Latinus Pacatus in Paneg. ad Theod. *Aulæis tendentes plateas, accensisque funalibus auctum diem.* Ergo vt festa gaudia, & lætos plausus exhiberet antiquitas, solita fuit lucernare diem festiuis faculis. Hoc fecere hi principes, & populi deuicti. — Tertull. Pacat.

§. VIII.

Olim & nunc nihil ferè eminet, quod muneribus meritum non mercatur.

19. Mvnera arbitrium meritorum sunt, & artificium promerendi. Immunificus nulli rei aptus videtur, nihil magnificum eminet in eo, qui munerare nescit. Sapientia desipit, sagacitas torpet, iurisprudentia inciuilis est, & virtus obscura. Ille solus dignus apparet, qui non meritis, sed donis dignitatem mercatur. Sic enim munera subornant mentem, & incantant animos, sic *capiunt hominésque, Deósque*, vt quem natura negauit honoribus, munificentia restituat, & faciat ad miraculum vsque dignum. Quod nō ambiunt merita, præsumit munifica largitio: quæ prophetia est honoris adipiscendi. *Suis muneribus prophetant*: inquit Ildefonsus. (licet alia longè diuersa mente.) Quid certius, quam prophetatæ rei euentus? Profectò muneratio prophetiæ æmula est, & quædam non bona species vaticinij, certò impetrans, quod muneribus ambit. Quin & ferè superuacanea sunt merita, tametsi notissima, quæ à muneribus non commendantur.

Munera prophetia sunt rei obtinēdæ. Matth. S. Ildephonsus. Serm. 1 de Assumpt.

38. Matth. Matthæi 14. v. 20. Cibauit Christus in deserto quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis, quinque tantummodò panibus, & duobus pisciculis. Indubium planè miraculum, & euidentia oculorum perspicuum. *Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos.* Quid necesse fuit, vt ad superuacua vsque ampliaretur miraculum? Cibatione opus erat turbæ, non superfluitate. Quorsùm superfluunt tot fragmentorum cophini? Iam satu atì erant, & ita vili penderet turba residuum panem: nam anima saturata vel fauum calcabit: ergo superflue superfluit tanta panum copia. Præclarè S. Chrysostomus. *Duodecim corbes abundarunt, vt Iudas etiam corbem portaret.* Nimirùm supersit Iudæ cophinus panum plenus, quem portet; & sibi accipiat, vt sic credat miraculo. Res profectò admiratione dignissima, & munerum arcanam vim ad alliciendos animos, planè probant. Viderat enim Iudas famescentem turbā, sciebat panes in vasta eremo non suppetere, nisi quinque tantùm: in manibus eius sic multiplicatur cibus, vt centenos homines perpaucis fragmētis satiauerit, ipse minister erat miraculi, & tamen vt ipse miraculo credat, expediens iudicauit Christus, quod tot panum sportæ superfluant, non ad cibationem turbæ, sed ad fidem miraculi apud Iudam: cui vix, aut ne vix quidem, crederet, ait Chrysostomus, nisi plenum cophinum sibi portet. Ergo euidentissimum Christi miraculum vix crederet Iudas, nisi munera subornarent mentem, & illam allicerent ad assensum: quasi dona sint energia credibilitatis, sine quibus ęgrè creditur eximia virtus, quæ oculis cernitur. Nempe primùm homo excæcandus est muneribus, vt videat alienas virtutes, & aliorum merita: ad quæ alioquī cæcus est.

Ioan 6. v. 13. *Munera faciunt credibile perspicuū miraculum.* Chrysost. hom. 50. in Matth.

Ioannis 6. v. 30. post exsatiatam tantam hominum multitudinem in deserto, transfretauit Iesvs: frequens populus accurrit ad Christum, desiderio experiendi miracula; dixerunt ei: *Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de Cælo dedit eis manducare.* Cur inter tot prodigiosa miracula, quę Moyses patrauit, tantummodò commemorat miraculum manæ? nonne alia portentosiora operatus est Moyses, dum educeret Hebræam gentem ex seruitute Ægyptiaca? Bellè S. Chrysostomus. *Sed quidnam nullum aliud ex prioribus signis meminerunt, cùm plurima tunc temporis in Ægypto, in mari, in deserto facta essent, sed hoc dumtaxat?* Nempe non bonum hominum ingenium, & auaritiæ studiosum, vix miraculum reputat, quo non muneratur; ac si eorum vtilitas sit præeminentia miraculi. Vnde tot tātaque prodigia omittūt, ait Chrysostomus, ad quæ tunc Ægyptus, dein Orbis obstupuit: sicco vestigio maria transisse non memorant: sed illud tantūmodo, quo delicijs mānæ munerati sunt. Quasi muneratio sit prodigiorum probatio: & miraculum immunificum, suspectum sit falsitatis, proficua miracula notam miraculi habent, cætera habentur velut præstigiæ; Quod est naturale munerum miraculum. — 13. *Grandiora habentur miracula quæ quis sentit.* Ioan. Chrysost. hom. 43. in Ioann.

Lucæ 5. v. 13. Vir quidam fœdus lepra procidit ad pedes Saluatoris, sanitatem supplicans, qui attactu manus Christi Dei confestim mundatus est coram frequenti populo stupente ad euidentiam miraculi. Tunc ait illi Iesvs. *Vade ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses in testimonium illis.* Matthæus cap. 8. v. 4. paulò aliter, sed rem viuaciùs expressit. *Vade, ostende te Sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcipit Moyses, in testimonium illis.* Esto, alias ad Sacerdotes pertineret, censere an vere à lepra curatus esset leprosus: hic autem, qui integrè à lepra Dei manu sanatus est, cur remittitur ad Sacerdotes? In testimonium, ait vterque Euangelista. *Offer munus tuū in testimonium illis.* Id est, munere tuo eme testimonium sacerdotum. Acutè Hugo in præfata verba Lucæ, rem quam versamus, tetigit: *Offer munus tuum illis in testimonium tuæ sanationis. Id est, vt ipsa oblatio, sit testimonium, & signum tuæ sanitatis siue curationis.* Quasi dicat: Tametsi miraculum tuæ sanationis perspicum sit, & tu euidentissimè sis perfectæ sanitati restitutus; tamen vt hoc euidentissimum miraculum, verum miraculum habeatur, & tu perfectè sanus existimeris? Vade, offer munus tuum in testimonium illis. Nempe adhuc muneribus mercari debes fidem miraculi, & certitudinem mundationis à lepra. Parum est tibi verè mundum esse, & perfectè immunem à contagio lepræ, nisi muneribus coëmas testimoniū sanitatis — 31. Lucæ. *Munera mercantur miraculum.* Leuit. 14. v. 4. Matth. Hugo.

tatis Quia etsi perfectè mūdus es, immundus existimabere, nisi munditiei existimationem mercaberis munerum lenocinio. *Offer munus tuum in testimonium illis.* Alioqui neque meum euidentissimum miraculū, vt tale existimabitur, neque salus tua habebitur vt vera mundicies. Adhuc pendet à tua munificentia fides miraculi, & tuæ sanitatis existimatio. Homines enim nihil munificū existimant de eo, qui donis non emit præclarā opinionem. O munerum præstigias! ô mores! ô tempora! in quibus sapientia, quam nō cōmendant munera, desipit: virtus, quam non publicant largitiones, latet: merita, quæ donorum sordes ignorant, planè squalent. Hodie à muneribus est eminētia in quamis re: & nemo ferè magnus est, nisi qui politicè munificus est: quasi munus sit sufficiētia ad omnia. Arbitrium ambitionis factum est ingenium meritorum. At merita artificio non constant, sed virtute. Munerum potētiam licet oculis cernere hic v. 8. vbi Holofernes prædiuitū munerum copia subornatus, mitiùs agit, quàm cum reliquis prouinciis, quæ hanc artem ignorarunt Vnde vel hostes muneratores allegit sibi auxiliares, & hostili animo infensos homines, honoribus militiæ auget, quia ipse auctus est munerum largitionibus. Det multa, qui vult esse aliquis. Heu infame commercium! quo munerum vili pretio emuntur merita ad dignitates: & omnibus pretiosior est, qui largitionum pretio suam insufficientiam redemit, & emit sufficientiam ad omnia.

Iudith.

§. IX.

Violenti Principes pro iniuria illata, Benefici vocari volunt à subditis: qui laudat one coacti periculum silentij redimunt.

33. *Violētia quorumdam Præsulum auctoritas.*

MIseriarum maxima, subiectio est, & qua homo ab integri arbitrij fastigio depositus, ferè degenerat in naturam inferiorem; quasi minùs homo sit, qui magis subiectus est Violenta est humana natura, si subiicitur. *Vtinam nulla esset throni Episcopalis prærogatiua, nec prælatio, & violenta auctoritas, & præeminentia, vt ex sola virtute cognosceremur*, dixit S. Nazian. Expende τὸ *violenta auctoritas.* Quorumdam enim eminentia cæterorum depressio est; & paucorum auctoritas totius humanitatis violentia. Parum esset, si tantùm cogeretur subditus ad obsequium, quæ tolerabilis violentia foret: cogitur etiam imperiosè ad indigna quæque, probrosa, & molesta & quod intolerabilius malum est, violentia auctoritate cogitur, vt sponte violentiam patiatur, vt exosculetur verber: (Hispanè: *Bese el açote*) & gratias agat pro iniuriis illatis, iniuriāque redimat beneficiis, & obsequiis. Dubitat Seneca an beneficium accipiendum sit à Tyranno, cui homo non aget, sed mentietur gratiarum actionem. Beneficium *dat Tyrannus crudelis, & iracundus, qui munus suum fastidire te, iniuriam iudicaturus est: Non accipiam. Eodem loco pone latronem, & piratam, quo Regem, animum latronis, ac piratæ habentem.* Imò sæpè referendam huic fore gratiā negat, etsi violetur sacratissimum gratitudinis ius. Sic enim scribit. *Quicquid benefaciendo meruerat, perdidit; & referre illi gratiam scelus haberetur.* Verùm si pro indubitato beneficio gratiæ malo principi agendæ non sunt; quàm *violenta auctoritas* est, quæ gratitudinem exigit pro iniuria? *Iniuria Tyrannum creat*, inquit Sophocles: dixisset veriùs, quod Tyrannus ipsa iniuria beneuolos creare ambit.

Naziang. Orat. 27.

Seneca l. 2. de Benefic. 28.

Idem l. 7 de Benef. c. 9.
Sophoc. in Polixena
Tyrannicum est subditos vexare, & exigere obsequia pro iniuriis.

R. P. Didac. de Celada in Iudith.

Lucæ 22. v. 25. Ambibāt discipuli Ecclesiæ primatum, & impatientia principandi sciscitantur, quis eorum futurus esset maior. Tunc Christus sic respondit: *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem non sic.* Quorsùm Christus hoc, dixit? Imò quid dixit, peruestigādum est. Valdè enim obscure agit. Præclarè hunc locum commentatur noster Salmeron inibi ex sententia S. Cyrilli allegati in Catena. Quasi dicat. Reges Gentium principātur Orbi, nec tam Reges dicendi sunt, quam domini: siquidem despoticum dominium in eos exercent, eósque vt seruos durè tractant. Et tamen, *Qui hanc violentam potestatem habent super eos, benefici vocantur.* Hoc est ait Cyrillus: *Blandis sermonibus eis offeruntur à subditis.* Scilicet pro seruitutis iugo, pro tributorum præda, pro acerbitate iniuriæ, non modo non queruntur de violentia tyrannidis, sed *Benefici* vocantur, & blandis sermonibus subditi Principibus adulantur: & pro iniuria ostēdunt beneuolentiam, & pro imperiali violentia, reddunt blandum sermonem, & ingeniosum obsequium, & fastum tyrannidis humili beneuolentia redimunt. Vnde *qui* crudelem *potestatem habent in eos*, *Benefici vocantur.* O ventosissimam præeminentiam! ô violentam auctoritatem! Seneca inquit. De Canio Iulio, viro in primis magno, quod cùm iussu Caij Cæsaris duceretur ad mortē & illum probri, impetret Cæsar: *Gratias* inquit, *ago, optime princeps. Agebam enim gratias, & quorum liberi occisi, & quorum bona ablata erāt.* Disertè Latinus Pacatus in panegyr. ad Theodos. August. sic fatur. *Quin & illud me impulit ad dicēdū, quod vt dicerem nullus adigebat. Non enim iam coacta laudatio, & expressa metu voces periculum silentij redemit. Fuerit, abieceritque tristis illa facūdia ancillantis necessitas, cùm crucem Dominū ante omnes, plausuum publicorum ventosa popularitate captātem, mendax assentio titillabat, cum gratias agebant dolentes, & tyrannum non prædicasse, tyrannidis accusatio vocabatur.* Quid elegantius? Expende in singulas sententias, quarum elegantiam, ne ego deuenustem, inexpensas omitto. Et attēde ad hos populos vexatos, & oppressos Holofernis tyrannide, v. 10. *Excipientes eum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibiis.* Scilicet violenter coacti sunt, vt sponte festiuo plausu excipiant Holofernem, & vt beneficum salutent: Quid inhumanius?

Lucæ. 34.

Salmer. Cyril.

Cyril.

Seneca l. 2. de Tranquil. vitæ, c. 4.
Pacat.
Violentus est princeps, qui pro iniuria obsequia exigit.

§. II.

Commentarius litteræ.

Vers. 11. Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt.

Vers. 12. Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit.

Vers. 13. Præceperat enim illi Nabuchodonosor Rex, vt omnes Deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subiugari.

Vers. 14. Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Apameam, omnemque Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terram Gabaa.

Vers. 15. Accepitque ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

VERS. 3. & 12. NEC *ista tamen facientes, &c.* Obstinatum Holofernis animū nullatenus mitigare
35. *Holofernis furor.* potuerunt cōmunes preces, festiua obsequia, & vltronea subiectio, quæ efferatum cuiuslis tyranni pectus erudirent ad misericordiam. At nihilominus furiosè debacchatus est in supplices populos, depopulatus enim est eorū vrbes, nullo seruato iure humanitatis. Porrò prosperitas infida est, & fortuna superior immunitatem à legibus fidelitatis sibi vsurpat: Planè rerū felicitas est fidelitatis infelicitas. Immerita fides est misero; felicis misera fides est. Nec tantùm vrbes vastauit; sed & *lucos excidit.* Luci olim erant impiæ superstitionis Sacraria; nam à densa arborum opacitate venerationē mutuabat idololatria. De lucorum superstitione multa tradit vtraque eruditio, quæ & vulgò nota sunt, & commentationi huius loci supervacanea.

VERS. 13. *Præceperat enim illi, &c.* Religiosene agit Holofernes, qui superstitionē lucorū exterminat! Quare homo idololatra Deorū delubra euertit? Scilicet. *Præceperat illi Nabuchodonosor Rex, vt omnes Deos terræ exterminaret, vt ipse solus diceretur Deus.* O superbiæ inanes sublimitates! Terrula imperiū præsumit in Cœlū? Puluisculus diuinitatē ambit, quin & solitudinem in ipso diuinitatis honore? Nimia felicitas, ambitio diuinitatis est, & obliuio humanæ conditionis: Hominis prosperitas dediscit hominē, & supra humanum fastigium euehit. Subitò admonitus conditionis suæ, præceps ruet è mentito culmine. Ipsa enim Fortuna deprimit, quem attollit fortuna. *Nam vt nihil extra lacessat, aut*
Seneca. *quatiat, in se ipsam fortuna ruit*, inquit Seneca de Breuit. vitæ, cap. 4. Cæterùm à subiugatis diuinitatē ambit; at subditi adoratio, adulatio est: verè subiectus mentitur honores, quos dum tribuit, ambit: porrò humile est ingenium ambitionis.

VERS. 14. & 15. *Pertransiens Syriam Sobal.* Adrichomius eandem esse ait cum Arabia petrea. *Et omnem Apa-*
36. *meam*, prouinciam Cœlesyriæ à ciuitate Apameæ
Adrichom. eius metropoli, ita dictam; cui cōtermina est Mesopotamia, quæ & Syria duorum fluminum dicta est: quia latè iacet inter Euphratem, & Tigrim.
Quid sit Gabaa Idumea. Additur, quod Holofernes. *Venit ad Idumaos in terram Gabaa.* Verum quænam hæc *Gabaa* in Idumæa? Duplex *Gabaa* agnoscitur in Israëlitide
1 Regum. Iudic. Iosue. regione: altera in tribu Beniamin, 1. Regum 10. Saülis ortu celebris, & infamis nefando scelere, Iudicum 20 Altera in tribu Iuda, Iosuæ 15. Num vtraque, vel alterutra in Idumæa? Num Idumæa
Ioseph. tam latè sese in terram infert Israëlis? Iosephus libro contra Appionem tradit Idumæam amplè accipi & Gazam, & Asculonem, & alias finitimas re-
Serar. giones amplecti. Quid? vsque ad Gabaa extenditur amplum amplæ Idumææ vocabulum? Serarius non Idumæos sed Dumæos mallet, sed res eodē redit,
Sanct. cùm Duma sit Idumæorum metropolis, vt aduertit Saluianus ibi Sanctius cùm sciat *Gabaa* collem significare; suspicatur *Gabaa* hîc non pro vrbe
Salian. huius nominis, sed pro colle, seu loco confragoso accipi: vnde dicitur, *Venit ad Idumaos in terram Gabaa*, id est, venit non ad valles Idumææ, sed ad colles, & aspera, & confragosa loca. Sanctio subscribunt Salianus, & Tirinus hîc: & in re lubrica videtur idonea interpretatio: Sæpè enim in Bibliis accipitur nomen non pro re, quam significat primariò, sed pro alia, quam ex primæua significatione indicat. Sic *Vr* Chaldæorum, quæ ciuitas Chaldææ est, sumitur pro igne, quia *Vr* ignem significat. Legi potest super hac re idem Sanctius Sanct. in comment. ad lib. Esdræ lib. 2. ad cap. 31. à n. 10. Sic explicabam illud c. 1. v. 6. *in campo Erioch Regis Elicorum*: ita vt *Erioch* non sit nomen propriū loci, sed cùm Erioch significet lōgum, sensus erat, commissum fuisse prælium in campo longo, seu amplo regis Elicorum. Addit Græcus textus Holofernem venisse in conspectum Esdrelon prope Dotaïm, *quæ est*, inquit, *cōtra Serram magnam Iudææ*. Serram vocat (ait Salianus) locum montium rupibus, quasi dentibus asperatum, per quem difficilis sit transitus. Esdrelon Adrichomius facit eun- Salian. dem locum cum planitie seu campo Mageddo, ad quem à Galilæa venitur in Iudæam inter montes Adrichom. Hermon, & Carmeli. Ibi ergo occupatis illis vrbibus Holofernes subsistit triginta dies, dum omnes eius copiæ, quæ tunc varia loca vastabant, ad eum congregarentur, quò vnà pergerent in Iudæam, quæ resistendo parata erat, humanis, & diuinis præsidiis fulta.

---

§. XI.

Malus dæmon mavult haberi innocentia reus, quam ingratitudinis.

SCitè Seneca. *Vitia omnia ab ingrato animo sunt,* 37.
sine quo vix vllum magnum facinus accreuit: hoc Seneca l. 1.
tu caue tanquam maximum crimen. Et licet ingrati- de Benef. c. 10.
tudo grauissimum crimen est, & grauissimo supplicio dignum, sapienter addit lib. 3. cap 8. quod *Nemo huic rei satis idoneus iudex inuentus est*: (etsi apud Persas ex Xenophonte cōstet, ingratos acer- Xenoph. lib. 1. Cyroped.
bissima mulctari pœna.) Porrò quæ tam seuera, aut crudelis lex dignam constituat pœnam tanti facinoris? Negat hominem, qui negat ingratus beneficium; obliuiscitur sui, cui altè non hæret memoria beneficij sibi collati: peregrinatur ab humanitate, & belluinos induit mores homo ingratus. Imò bestialiores, & inhumaniores feræ sæpius beneficentiores sunt in benefactorem, quam homo: respuunt enim bruta, & belluina ingenia infame Ingratitudinis vitium. Possem de hac re chartam implere, sed grandius quid dicam, nempe crimi- *Vel dæmon renuit haberi ingratus?*
nosissimos dœmones, & omni flagitiorum crimine infartos, & quibus libido delinquēdi est, quodammodò detrectare infame ingratitudinis vitium. Xenoph.
Nam etsi ingratitudo indiuidua comes sit impudentiæ, (vt dixit Xenophon suprà) nec impudens diabolus ausus fuit negare gratitudinem Deo debitam ob maxima beneficia in Iobum collata. Illa Iob.
recensens sic dicebat dœmon: Iob. 1. vers. 10. & 11. *Nonne tu vallasti eum, & domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum, &c. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.* Communior interpretum sententia est, τὸ *Benedixerit*, ibi significare, *Maledixerit*. At, quam ob causam impudens dœmō & ad probra audacissimus, nō ait *Maledixerit*, sed *Benedixerit*? Nónne probrosius vocabulum est, *Maledixerit*? num diabolus comis est & vrbanus erga inimicum numen? nisi fortè religiosior vult haberi, vt tutiùs feriat, quòd artificium nocendi est, & nequitiæ ingenium. Verùm post tot enumerata in Iobum beneficia, noluit dicere, *Maledixerit* munificum benefactorem, sed

Bene

Benedixerit, ne vel infamem ingratitudinem verbo tenus vsurparet: (sic apparenter vitat ingratitudinis ignominiam, vt se commendet apud homines) sed specioso vocabulo fœdam ingratitudinem nominauit. Quòd insinuasse videtur Didymus ibi. *Pro diris precationibus, & maledictis prosequitur; Benedicet, à Diabolo positum est: in quo verbo speciosus est, ne Deum superiori verbo figere videretur*: nempe Iobus tot bonorum beneficiis muneratus. Quasi vel dœmone indignum facinus sit, ingratum verbum referre: ac si diabolus declinet rusticitatem huius vitij, & impudentiam ingratitudinis impudentissimus Satan exhorreat. Tam execrabilis impietas, ingratitudo est; vt cui grata est execrabilior impietas, impium iudicet verbo tenus ingratitudini communicare? Et qui nunquam vitiis satur est, fastidit hoc vitium? & cui impietas pro corona est, ingratitudinem reputat contumeliam, vtpote vitium vel diabolo indecorum?

Didym.

38. Nescio an Dauid beneficentior fuerit in Saülem, an Saül ingratior in Dauidem. Et quidem Dauid trucidando Philisthæum, probrum Saülis abstulit, & regnum dedit Saüli; cui sic inquit Ionathas: *Ne pecces Rex in seruum tuum Dauid; quia opera eius bona sunt tibi valde.* Dein Dauidis musica dæmonem, quo dirè obsidebatur Saül, excantabat, 1. Reg. 19. vers. 10. *Et factus est spiritus Domini malus in Saul: sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam: Porrò Dauid psallebat manu sua. Nisusque est Saul configere Dauid lancea in pariete.* Inquirunt huius loci Commentatores an iam expulso dœmone nisus sit Saül configere Dauidem, an adhuc malo dœmone agitatus? Basil. Seleucus seriò existimat prius aufugisse diabolum à Saülis corpore, quàm lanceam Saül eiacularetur in Dauidem O fatuus dœmon! ô negligens malitia! oscitat hic diabolorum furor, aliàs semper ingeniosus. Nónne præstaret iuuare Saulis nequitiam, qua nitebatur Dauidem figere? nam si lanceæ ictum dirigeret dœmon, validiùs exploderetur iaculum, & certiùs feriret inimicum: nec oberraret lãcea diaboli manu emissa: pulchra homicidij occasio elapsa fuit negligentia Dœmonis. Quid? Dœmon negligit Dauidis necem, etsi cupitã valde, & præuolat è Saülis corpore, ne cooperari videatur ingrato? Tractat Dauidis cœdem, sed detrectat tantam ingratitudinis labem? quàm ocyssimè exilit è Saule, ne suggestio ad ingratitudinem, illi tunc vel maximè imputetur? Audiendus est Seleucus Pontifex: *Paulum à Dœmonis exitu leuatus Saul, & aduersarij detersa caligine, in Dauidem, quem pulsantem agnouerat, hastam eiaculatus, medicinæ pretium cœdem obtulit.* Itaque malus Dœmon maturè anteuertit exitum à corpore Saulis, ne ingratissimo Sauli cooperari palàm videatur: mauult infensissimo Dauidi prodesse, quàm palàm fauisse ingrato? indecorum sibi reputat, (tametsi eius laus nostra iniuria est,) vitio ingratitudinis notari, qui omnibus vitiorũ notis deturpatus est: intermittitit esse malignus, ne videatur ingratus? Eligit haberi negligentiæ, quàm ingratitudinis reus? Sic satagit non diffamari apud homines; non amore virtutis, sed vt hominibus plus noceat. Impudentior Dœmone audit hic Holofernes, insolenter desæuiens in sibi beneficos, & munificos populos: quæ pectoris feracitas dicitur ab Eliachimo.

1. Reg.

Renuit dæmon palàm cooperari ingratitudini.

Basil. Seleuc. Orat. 12.

Iudith.

§. XXII.

Humana laus, & Gloria aliorum vilitate, & ignominia fulcitur.

Misera hominum conditio, quæ nisi de alterius exiguitate non crescit. Humana sublimitas de alterius pusillitate fulcitur; non propria celsitudo, sed aliena exiguitas magnum facit. Nostra lux ex alienis tenebris splendet. Scientia humana de aliorum insipientia sapit; procerus quis est, quia alij pusilli sunt; & (vt summatim dicam) alienis decrementis incrementamur, & grandescimus aliorum exiguitatibus quasi quod aliis detrahitur, nobis adderetur ad augmentum Ad hæc lex inuiolabilis viget in hominibus quantumuis sublimitate & virtute magnis Ioan. 3. vers. 30. dicebat Ioannes Baptista loquens ad Hebræam gentem de Christo Domino: *Illum oportet crescere, me autem minui.* Verùm cùm scitum sit apud Theologos, Christum Dominum re ipsa, idest, meritis, deinceps non creuisse in se; nec Ioannem exinde verissimo meritorum incremento caruisse; quippe Ioannes in dies sanctitate crescebat, & fiebat maior nouis meritorum sublimitatibus; dubium satis est apud Commentatores, quo sensu verè dicere potuit Ioannes se in posterum minorem futurum. Nam qui semper maior fiebat, quomodo minor dici potuit? Nisi fortè ab augmento Sanctitatis, quis minoretur, quod nemo benè Catholicus dicet Omitto nunc varias Sanctorum Patrum commentationes qui egregiè in hac difficultate desudarunt: Et S. Cyrilli Alexandrini expositionem præfero, sic præfata verba exponentis: *Illum oportet crescere, me autem minui: Crescit enim quotidie, O bonique splẽdor suis illustrabit; ergo verò minuar, nec datam mihi mensuram excedam, sed in eisdem permanens, tanto minui videbor, quanto ad maiora ille procurret.* Ac si dicat: Christus amplitudine diuinioris doctrinæ, & miraculorum ostentatione crescet deinceps, & grandior in dies apparebit famæ incremento. Ex quo incremento ego decrescam; non quia ego cessem à meritis, quæ in me semper augentur; sed quia Christus ascendit, ego cado: crescit ille, & illius incrementis ego decresco; Christi splendoribus decoloror ego, eius sublimitatibus exiguus sum, & eius augmentis minorabor apud homines: à Christi magnitudine minuor: Nam *tanto minui videbor, quanto ad maiora ille procurret.* Quis non miretur Christum non crescere apud homines, nisi Ioannem minorando, quasi incrementa caperet maiestas Christi ab exiguitate Ioannis, & quod Ioanni detrahitur, gloriam Christi aleret? Scilicet humanæ gloriæ fomes, & materia, est exiguitas, & decrementum aliorum, nec augetur, & elucet apud mortales, nisi impensis alienis. 39.

Ioannes minui dicitur, quia Christus maior habetur Ioann.

Cyrill. l. 2. in Ioan. c. 63.

Dum Hebræa gens permebatur Ægyptiaca seruitute, & duro, & infami laterum ministerio seruiebat: aut ob laboris impatientiam, aut ob peruicacis gentis irreligiositatem, Deum à se alienauerat, nec ad eius aspectum, & colloquium admittebatur, vt olim eius proaui Abrahamus, Isaacus, & Iacobus. Demum placuit benignissimo Deo, Israëlitas à dira Ægyptiorum seruitute liberare, & apparere decreuit Moysi, ea forma, qua planè cognosceret esse Deum. Neque enim eousque Moyses Deũ viderat, Exhod. 3. v. 1. *Moyses pascebat oues Iethro soceri sui: Venit ad montem Dei Horeb; apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi* 40.

Rubus Mosaicus sine materia consumptione fulget.

Exhod.

bis & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo Moyses: Ibo, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Num deerat alia augustior species, in qua Deus primò appareret Moysi, & ex qua exteriori forma Moyses maius, & diuinius quid conciperet de natura Dei? Deum se probare intentat, quia in humili, & infructifero, & spinoso rubo est; Præstigias æstimabit Moyses rubum ardentem, & incombustum, non diuinitatem. Quid enim magnificum rubus spondeat, etsi incombustus flammam alat? Verùm enim verò inde Moyses iure coniectauit diuinitatem. Neque enim humana lux esse potest, quæ lucendo non absumit materiam. Nam terrenus splendor pascitur absumptione aliorum. Planè diuinus ignis, & fulgor est, qui præclarè lucet; nec lucendo consumit. Quod acutè notauit Philo: *Rubus frutex debilis est, & senticosus; nec absumitur voraci natura ignis: imò conseruatur etiam, qualis anteà fuit permanens: adeo nihil amittens nitescet etiam.* Sapienter argumentatus est Moyses, ignem cœlestem esse, & diuinam lucē, quæ non nutritur vel debilis, & sēticosi rubi depastione. Solus Deus quia de se splendet, sine alienis decrementis lucet.

Philo l. 1. de vita Moysis.

41. *Obeliscus Manlij miraculum Orbis est, quia eminet, nec vmbram facit.*

Insanæ pyramidum, & obeliscorum substructiones, inter Orbis miracula recensentur. Et mirum esset tantum nominis, & gloriæ consecutas fuisse à magnitudine molis, nisi plenæ fuissent & artis, & ingenij; neque enim sublime ædificium etsi fastigiatū ad cœlos vsque, tantum Orbis plausum meruisset, nisi commendaretur magis à sublimitate artis, quàm ab mole materiæ. Non enim immensè materia, sed ingeniosè architectata substructio gloriam adepta fuisset sempiternam. De celsissimo obelisco, qui erat in Campo Martio pro gnomone, sic ait Plinius: *Digna cognitu res, & ingenio fœcundo. Manlius Mathematicus apici auratam pilam addidit, cuius vertice vmbra coll geretur in semetipsam.* Celsissimus eminebat obeliscus, qui à præalta sublimitate conspicuus non erat, sed quia eius apex eo ingenio fabricatus fuit, vt vmbra in semetipsā collecta, nullā vicini situs partem obumbraret. Hoc Orbis miraculum est, & dignum stupore defigere suspicientium obtutus; sic altè eminere sine vllius decremento; sic lucere, vt nulli adimat lucem. Vmbram in semetipsum colligit obeliscus, ne cùm ipse eminet, & lucet, vmbram iaculetur in alia à se; ne dispendio alienæ lucis, compendium lucendi sibi faciat. Opus planè dignum, quod & nobilitetur Orbis plausu, & vt naturæ miraculum celebretur. Natura enim eminere nescit, nisi alienis decrementis; lucere ignorat, nisi alios lucendo obumbret. Vnde miraculum habetur, quod sic fulget, vt omnem vmbram in se colligens, neminem obscurando lucet. Nescit lucere Nabuchodonosor nisi obumbrando reliquos: Vnde hîc v. 13. mandat Holoferni; *Vt omnes Deos terræ exterminaret, videlicet, vt ipse solus diceretur Deus.* A depositione aliorum, Numinis nomen, & officium mutuari credit; credit stare ab aliorum casu, & aliena humilitate sublimari.

Plin. l. 36. c. 10.

De materia huius §. egimus ad Cap. 1. §. 17. 18.

§. XIII.

Grandius beneficium est, quod quibusdam datum, negatur aliis: à carentia aliorum crescit magnitudo doni.

42. HVmanum ingenium tam boni indigum, quàm auarum est. Vnde beneficij magnitudinem æstimat, non minus ex possessione suā, quam ex carentia aliorum. Partémque beneficij æstimat, quod bono simili careat alius: Aliena vacuitate complet beneficij rationem. Ex aliena paupertate, non minus quàm ex propriis opibus ditescit: ex aliorum infamia, & propriis stemmatibus nobilitatur; & alienam ignorantiam portionem æstimat suæ sapientiæ. Quod de nōnulis propriæ scientiæ auaris aduertit Plinius sic inquiens: *Ita certè recondunt, qui pauca aliqua nouere; & neminem docere, in auctoritatem scientiæ est*, idest, propriam scientiam recondunt, nec aliis communicatam volunt *in auctoritatem scientiæ*. Ignorantia aliorum auctoritas est propriæ scientiæ, quæ ex inscitia aliena incrementatur, quasi non sit scientia sublimis, quæ ex cæterorum ignoratione non sapit: de singularitate sapientes esse cupiunt, *in auctoritatem scientiæ* suæ ambiunt alios esse ignorantes, & idiotas.

Ignorantia aliorum auctoritas est scientiæ. Plin. in Prolog. ad l. 1.

Matth. 11. v. 25. Patrem suum alloquens dixit Christus Dominus: *Confiteor tibi Pater Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*: à nemine expositorum notatum non est, τὸ *confiteor*, idem significare, ac *gratias ago*. Ex quo ardua exurgit difficultas: scilicet quomodo Christus Dominus potuit agere gratias Patri suo, eo quod absconderit diuiniora mysteria ab huius sæculi sapientibus? Horúmne ignorantia potest esse materia gratiarū actionis? Benè est quòd Christus gratus sit in Patrem Deum, quoniam hæc mysteria reuelauit paruulis; nam gratia reuelationis digna est gratiarum actionis; secùs, absconsio tam diuinæ sapientiæ. Sed præstat hæc audire ex aureo Chrysostomi ore: *Quod hîc, confiteor dixit: idem valet quod gratias ago. Gratias, inquit, tibi ago; quoniam à prudentibus, & sapientibus hæc celasti. An igitur perditione illorum gaudere ipsum dicemus, & quoniam illi hæc non didicere? Minimè. Quoniam vero ab illis occultata sunt, non gaudere, sed lacrymarum fontes emittere dignissimum; quod profectò fecit lacrymans, atque commiserans ciuitatem.* Attendamus ad dubij solutionem Chrysostomo dignissimam: *Non ergo quia sapientes non cognouerunt, gaudet; sed quia, quæ sapientes non cognouerunt, hæc isti perceperunt, lætatur.* Quasi dicat: Non agit Christus gratias, quia ignorant Pharisæi veram sapientiam, quam paruuli cognoscunt; sed fortè quia Pharisæorum ignorantia addit ad sciētiam paruulorum. Maior enim, & illustrior apparet horum scientia ab illorum inscitia: Nam discipulorum videtur sapientia, etiam Pharisæorum insipientia. Ignorantia enim illorum *in auctoritatem scientiæ* horum est, & ita pro ea prius gratias agere videtur Patri, quasi potior sit beneficij portio, ignorantia Pharisæorum, & dein sapientia donata discipulis. Vnde primò gratias Patri agit, quia eam iis negauit: deinde quia Apostolis concessa est: Dicit enim Christus; *Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus*: Deinde subiungit, *Et reuelasti ea paruulis*, ac si excedat in beneficio mihi concesso, negatum esse aliis.

43. Matth.

Ignorantia Pharisæorum addit ad scientiam discipulorum Christi. Chrysost. hom. 39. in Matth.

44. Expendebam aliàs pulchram illam quæstiunculam quam versat S. Augustinus. Vtrùm damnati in gehennæ tormentis, post finalis iudicij diem, habituri sint notitiam Beatitudinis Sanctorum. Et è contrario, an Beati ignoraturi sint damnatorum pœnas? Definit ibi Augustinus, Beatos cognituros damnatorum cruciatus: Reprobos verò ignoraturos Beatorum felicitatem: sic fatur, *Qui erunt in pœnis, quia negatur intus in gaudio Domini, nescient;*

Aug. l. 20. de Ciuit. Dei, c. 22.

Beati quodammodo felicitantur etiam pœnis damnatorum.

scient, qui verò erunt in gaudio, quid agatur foris in illis tenebris exterioribus, scient. Cæterùm (quod bona tanti Doctoris venia dicam) oppositum potiùs asserendum fore videtur: Congruentiùs enim esset, vt damnati notitiā aliqualem haberent gloriæ Beatorum, vt sic rumperentur inuidia; neque tantummodò excruciarentur pœna propria, sed etiam aliorum gloria. Porrò sapiens pœna foret eos infelicitare, & gehennæ calamitatibus, & Beatitudinis felicitatibus. Rursùs incongruum videtur, quòd Beati, qui cumulati sunt summis gaudiis, & cœlestium deliciarum pelago exundant, sciāt immanes damnatorum cruciatus, & ibi, si non doleāt, saltem videant plures amicos, cognatos, & familiares, in feralibus tormentis calamitosos, æternę infelicitati donnatos. Ignorent pœnas, qui tantùm sciunt gaudia: Nesciant alienum malum, qui toti sunt in summi boni deliciis. Nam etsi ex ciusmodi notitia nihil detrimenti potest capere Sanctorum Beatitudo: saltem nihil inde incrementi capiat; nam infelicitas damnatorum nequit conducere ad felicitatem Beatorum. Ergo non benè Augustinus rem definit. Imò sapientissimè, qua pollebat scientia, & ingenij acumine. Nam damnatorum pœnæ augent Beatorum gaudia. Grandius quidem est beneficium, quo carent alij; nam carentia aliorum, bona pars doni est. Crescit quodammodò felicitas Beati ex infelicitate damnati. Et munificus Deus Beatos suos non modò Beatitudine, sed gehenna quasi beat. Et accidentalis pars beatitatis est, damnatos ipsa priuari: vel gehennalibus tormētis quodammodò cumulat Deus prosperitatem Beatorum. Mihi enim datur, quod alij negatur, & à carentia aliorū crescit beneficij magnitudo. Vnde Christus Dominus Patri Deo agit gratias, *quia abscondit hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelauit ea paruulis.*

45. Numer.

Cæterùm homines, dona, quæ alij habent, sibi detrahi existimant. Numer. 11. v. 17. Moyses defessus gubernādo numerosum, & rebellem populum, à Deo postulat coadiutores in munere regēdi. Annuit Deus postulatis, iubéque vt Septuaginta senes adstent ad tabernaculi ostium: *Vt descendam,* (inquit Deus Moysi,) *& auferam de spiritu tuo, tradámque eis.* Locus planè difficilis, & in quo enodādo multus est S. Augustinus tom. 4. qq. in Numer. q. 18. vbi tandem sic concludit. *Auferam de spiritu tuo, & tradam eis. Intelligimus Deum nihil aliud significare voluisse, nisi ex eodem spiritu gratia, illo quoque habituros adiutorium, ex quo habebat Moyses, & vt isti haberent quantùm Deus vellet? non vt ideò Moyses minùs haberet.*

August. Quod vni datur, aliis videtur auferri.

Hæc est germana loci expositio. Sed mirabile est, quod gratia gubernandi à Deo data his Septuaginta subpræfectis, dicatur auferri à Moyse, eò quod aliis detur, etsi à Moyse non auferatur. Auferturne gratia à Moyse eò quod alij habeant similem gratiam? Planè imminuetur gratia Moysis quodammodò, quia alij possident similem gratiam: *Auferam de spiritu tuo, tradamque eis* etsi nihil re ipsa abstulit, aut imminutum fuit. Nam hoc humanum vitium est, vt quod alij habent, à me auferri existimem, etsi à me non auferatur. Vnde hîc vers. 13. totus est Nabuchodonosor, vt à diuinitate omnia idola, deponat, *vt ipse solus diceretur Deus.* Diminutam diuinitatem indicans, qua & alij potiantur: propriam sui eminentiam extollens ab aliorum humiliatione, & carentia consimilis fastigij.

Iudith.

46. 4 Reg.

4. Reg. 2. v. 9. Dùm Elias iam discederet ab Eliseo, dixit ad eum: *Postula quod vis, & faciam tibi antequam tollar à te. Dixitque Eliseus, obsecro, vt fiat in me duplex spiritus tuus.* Neruosè contra Rabbinos probat Lyranus duplicem spiritum Eliæ minimè postulasse Elisæum: *Quia* inquit, *non concordat rationi: dicit enim Saluator, non est discipulus super magistrum, & ideo præsumptuosum fuisset, si Elisæus duplam potestatem respectu magistri sui petiuisset.* Quo igitur modo verum erit, quod seriò affirmat Scriptura, duplicem Eliæ spiritum postulasse Elisæum? disertè enim ait: *fiat in me duplex spiritus tuus.* Acutè satis Glossa Interlinearis expendit τὸ *tuus*, inquiens, *duplex spiritus tuus, id est, spiritus tui largitio.* Quasi dicat Eliseus; superbum esset petere spiritum, tuum duplicem; neque enim discipulus est super magistrum; at si spiritus tuus mihi donatur, duplex mihi erit, habebo enim spiritum, & gratiam, quam tu habes, & tu carebis eodem spiritu, & gratia. Et ita simplex spiritus tuus, mihi duplex erit, & bis eum habebo: semel quia mihi donatur ille spiritus; & iterum quia datur mihi tuus spiritus, & quo tu iam careas. Homo enim non minùs suum reputat quod possidet, quàm quod aliùs non possidet. Vnde spiritus Eliæ, qui in se vnus est, Eliseo duplex est: scilicet quia illum habet, & quia Elias illo caret: & ita sententiosè dixit Glossa: *duplex spiritus tuus*, id est, simplicis *spiritus tui largitio.*

Lyranus. Elisæus habet reputat quo caret Elias.

Glossa.

§. XIV.

Tanta superbia turgent humani principes vt diuinitatem se posse elargiri fastuosè præsumant.

47. Philo lib. 1. legis Alleg. *Dei pulchra descriptio.*

PRæclaram de Deo opinionem, & nomine dignam existimationem expressit Philo, aiens: *Deus sibi ipsi locus est, & ipse se ipso plenus, sibique sufficiens, vt porè vnus, & totum ipse ens.* Itaque Deus totus est Ens, summum bonum à seipso, seipso plenum, sibi sufficiēns, & nullius indigum; secùs Deus non esset, si sibi non sufficeret, sed in aliquo penderet ab alterius arbitrio. At eousque est mentis inops, & superbiæ diues quorundam superbia, vt quasi parùm esset sibi diuinitatē ambire, præsumant alios diuitate donare, aut, à diuinitate deponere, quasi diuinitas res foret, quę posset aut donari, aut auferri, Genes. 3. v. 5. inquit serpens Diabolus ad mulierem: *Eritis sicut Dij, scientia bonum, & malum.* Qui sunt hi dij, quibus fore similes, promittit? Nam Deus, si vnus non est, Deus non est; solitudo enim diuinitatis, character Dei est. Hócne ignorabunt Protoparētes nostri cœlesti sapientia præditi? Verùm ex his verbis planè innotescit Dæmonis insolens superbia, vt quasi parùm illi fuisset diuinitatem ambire, aliis diuinitatem impertiri satagit. Procopius, inquit: *Diabolum, cum sit superbissimus, se ipsum velle commendare diuinitate etiam præditum. Sicut Dij (inquit) nimirum se ipsum Deum faciens, & Apostatarum Angelorum cateruam hoc nomine dignam indicans.* Eousque processit Dæmonis arrogantia! Sic ab elatione stultescit Diaboli malitia, vt diuinitatē se elargiri posse ambiat. Porrò diuinitas est supra largitionis munificentiam, nam si à se non est, diuinitas non est. Qui diuinitatem largitur mentitur donum, & negat dare, quod dedisse se iactat. Diuinitas enim nec dari potest, nec auferri. Errat, errat superbia Holofernis hîc, vers. 13. qui potentia armorum fretus, præsumit cæteros Deos à diuinitate deponere, & Nabuchodonosori deitatē se-

Genes. *Dæmon præsumit donare diuinitatem.*

Procop. ad Gen. c. 3.

Iudith.

posse

posse largiri. O superbissimam hominum arrogantiam! ab hominum arbitrio dependebit diuinitas?

48. Tertul. Apol. c. 5. *Ab humano arbitrio non pendet diuinitas.* Tanta fuit Romanorum superbia, vt dixerit Tertullianus: *Vetus erat decretum, ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus.* Quod bellè irridet addens: *Humano arbitrio diuinitas pensitatur: nisi homini Deus placuerit, Deus non erit: homo iam Deo propitius esse debebit.* Quasi numē, vísque illa Dei, fautoribus indigeat, neque per se satis sit probando, persuadendoque omnibus, inuito etiam Senatu, quod & colenda sit, & pietate prosequenda. Sed vt verus Deus etiam non probatus ab hominibus, sibi ipsi probatus est: ita qui sit ab homine probatus, haud ideò colendus est. Hæc Zephyrus in ecphrasi ad ea Tertulliani verba, & S. Chrysostomus homil. 66. ad populum. *Senatus hanc habet potestatem Deos creandi, & decernendi.* Idem tradit Prudentius, lib. 1. in Symmachum, & Liuius lib. 10 Hinc Vetus Romanorum lex: *Separatim nemo sit habens Deos nouos, sine aduenas, nisi publicè adscitos, priuatim non colunto.*

Zephyr. Chrysostom. Prudent. Liuius.

49. Matth. Matthæi 2. vers. 1. Magi adoraturi puerum IESVM, ingressi sunt Hierosolymam, dicentes: *Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.* Cor turbatur Herodes? Cur timet? Opportunè Glossa inibi: *Non solùm propter se timuit Herodes, sed propter iram Romanorum. Decreuerant enim Romani, ne quis Rex, vel Deus sine eorum consilio diceretur.* Nam vt egregiè Tertullianus suprà, cap. 13. *Salus Dei cuiuscumque ex Senatui æstimatione pendebat: Deus non erit, quem homo consultus noluisset, & nolendo damnasset.* Contendit S. Athanasius aduersus Gētes, vbi sic loquitur: *Quos ipsi Deos esse volunt, hos lege aliqua Deos faciunt.* Quasi humana lex posset quempiam in diuinam naturam resculpere, & diuinitate donare mortales. Profectò ridicularia, & insolens superbia est, quæ præsumit numine, & cœlo hominem donare. Quod Mamertinus, sic de Hercule ipsius proauo assentatoriè mentitus est, inquiens: *Tuus Hercules Iouem vestrum quondam terrigenarum bello laborantem, magna victoria parte iuuit, probauitque se non magis à Diis accepisse cœlum, quam eisdem reddidisse.* Nimirùm Hercules vastis viribus homo, ipsum Iouem Deorum maximum, & augustioris numinis principem originem dicitur donasse cœlo, & veri numinis gloria. O superbissimum fastum! Homóne cœlum Deo reddidit? Deus erit, qui cœlo donatur ab homine? Ipse Mamertinus mētitur facinus, quod asserit, & assertione negat, quod affirmat: nam Deus non est, qui humani adiumenti, & arbitrij indigus est. Sic obbrutescit humana superbia, dum Hercules præsumit Ioui cœlum restituere: dum Senatus intentat diuinitatē à suo arbitrio pendere; dum hîc ambit Holofernes cæteris diis exclusis, vnum Nabuchodonosorem diuinitate donare! Planè mentita est adulatio, quæ negat Deos, dum facit: superbissima ambitio, quæ hominem præsumit facere posse, quod est vltra humanum fastigium, & superbiam. Homóne erit Deitatis arbiter? ô superbissimē temerariam, & brutam ambitionem!

Glossa. *Nullus habebatur Deus absque Senatus arbitrio.* Tertul. Athanas. Mamert. in Panegyr. 2. ad Maxim. Iudith.

CAPVT QVARTVM.

Vers. 1. TVNC audientes hæc filij Israël qui habitabant in terra Iuda, timuerunt
valdè à facie eius. 2. Tremor & horror inuasit sensus eorum, ne hoc
faceret Ierusalem, & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus, &
templis earum. 3. Et miserunt in omnem Samariam per circuitum vsque Iericho, & præoccupauerunt omnes vertices montium: 4. & muris circumdederunt vicos suos, & congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ. 5. Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad vniuersos qui erant contra Esdrelon,
quæ est contra faciem campi magni iuxta Dothain, & vniuersos, per quos vitæ transitus esse poterat, 6. vt obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic custodirent vbi angustum iter esse poterat inter montes. 7. Et fecerunt
filij Israël, secundùm quod constituerat eis Sacerdos Domini Eliachim. 8. Et clamauit
omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis
& orationibus, ipsi & mulieres eorum. 9. Et induerunt se Sacerdotes ciliciis, & infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio:
10. & clamauerunt ad Dominum Deum Israël vnanimiter, ne darentur in prædam
infantes eorum, & vxores eorum in diuisionem & ciuitates eorum in exterminium, &
sancta eorum in pollutionem, & fierent opprobrium Gentibus. 11. Tunc Eliachim,
Sacerdos Domini magnus circuiuit omnem Israël allocutúsque est eos, dicens: 12. Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis,
& orationibus in conspectu Domini. 13. Memores estote Moysi serui Domini, qui
Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis
suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis
orando deiecit: 14. sic erunt vniuersi hostes Israël: si perseueraueritis in hoc opere,
quod cœpistis. 15. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini, 16. itavt etiam hi, qui offerebant Domino holocausta, præcincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, & erat cinis super capita eorum, 17. Et
ex toto corde suo omnes orabant Deum, vt visitaret populum suum Israël.

§. I.

§. I.

Commentarius littera.

Verſ. 1. Tunc audientes hæc filij Iſraël qui habitabant in terra Iuda, timuerunt valdè à facie eius.

Verſ. 2. Tremor, & horror inuaſit ſenſus eorum, ne hoc faceret Ieruſalem, & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus, & templis earum.

Verſ. 3. Et miſerunt in omnem Samariam per circuitum vſque Iericho, & præoccupauerunt omnes vertices montium.

Verſ. 4. Et muris circumdederunt vicos ſuos, & congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ.

VERS. 1. & 2.

1. TVNC *audientes*, &c. Inſolenter ſæuierat Holofernes in obuias quaſque nationes, etiam ſponte ſibi ſupplices, & ſubiectas: fama grande quid buccinabat de potentia, & ſæuitia hoſtis. Hæc cauſa fuit, vt Iſraëlitæ Iudæam habitantes, valde expauerint ad ſæui ducis aduentum, truculenta quæque minitantem, exemplo finitimarum regionum. Porrò cùm non tantùm reipublicæ, ſed & religioni bellum indiceret Holofernes, iure timebãt ne Hieroſolymam vaſtaret, & profanaret templum, ſicut lucos, & deorum fana euerterat Septuaginta explicatiùs locum efferũt: *Et audierunt filij Iſraël habitantes in Iudæa omnia, quæcumque fecerat Holofernes gentibus, & quomodo ſpoliauerat templa earum, & dederat ea in perditionem, & timuerunt valde à facie eius, & pro Hieruſalem, & templo Domini Dei ſui, turbati ſunt: quoniam recenter aſcenderant è captiuitate, & nuper omnis populus collectus fuerat Iudææ, & vaſa, & altare, & domus ex pollutione fuerant ſanctificata.* Ex quo probatur poſt captiuitatẽ accidiſſe hanc Hiſtoriam: etſi Salianus conetur eludere hoc argumentum.

Septuagint. *Poſt captiuitatem Babylonicam accidiſſe hanc Hiſtoriam.*

Salianus.

VERS. 3. & 4.

2. *Et miſerunt*, &c. Dicitur Iudæos miſiſſe per omnem Samariam, & præoccupaſſe, & muniiſſe iuga montiũ, & apertos vicos, & malè clauſa oppida cinxiſſe muris, & congregaſſe intrò annonã, ne oppreſſi fame longam obſidionem ferre non poſſent, Quod facere potuerunt Iudæi opportunè, quia recens frumenta demeſſuerant. Sed dubium eſt, quomodo potuerint Iudæi imperare Samariæ, vt accingeret ſe ad reſiſtendum Aſſyriis, quibus à tempore captiuitatis decem Tribuũ parebat: nam poſt Aſſyriacam decem tribuum comportationem, miſſi ſunt ab Aſſyriis, qui Samariam terram pinguem inhabitarent Ergo potius Samaritæ certarent contra Iudæos pro Aſſyriis, quorũ oriundi, & quibus ſubditi erant. Verùm Samariæ nomine, non vrbs Samaria hîc accipienda eſt, ſed prouincia, quæ eodem gaudebat nomine: In prouinciam autem Samariæ multos Hebræos ab Aſſyria, & reuerſos, & ab Aſſyriis primò omiſſos, eandem prouinciam habitaſſe, conſtat ex 2. Paralip. 30. Idem etiam accidiſſe poſt Babylonicum duarum tribuum reditum: neque enim tunc tribus Iuda, & Benjamin ſe arctauerũt in proprios fines, ſed aliarum tribuum ſedes occupauerunt. Sic Iuditha ex Simoniana Tribu, Bethuliam habitabat, quæ ad ſortem Zabulonianæ Tribus pertinere indubium eſt, ex cap. 8. & 9. huius libri Vnde ſtrenuus Dux, & Sacerdos Eliachimus dicitur miſiſſe in omnẽ Samariam; nam potiſſimam, & ferè omnem habitabant Hebræi. Addit Salianus hîc n. 7. quòd etſi Samaritani erant Iudæorum inimici tamen Eliachimum curaſſe ſolerter illos contra cõmunem hoſtem ſibi adũgere, quod feliciter perſuaſit, armauitque in Aſſyrios. Et quidẽ huic obiectioni etiã aduerſarij tenentur reſpondere; quia etſi ante captiuitatem Babylonicam hæc Hiſtoria acciderit; at poſt captiuitatem decem Tribuum accidiſſe, certum eſt apud ipſos: ergo iam habitabatur Samaria ab Aſſyriis. Quomodo ergo Aſſyrij habitantes Samariam præparant ſe aduerſus Aſſyrium Holofernis exercitum? Igitur ſi præfata ſolutione contenti non ſunt, excogitent aliam potiorem, quam lubens amplectar.

2. Paralip.

Iudith.

Salianus.

§. II.

Publicata infamia, quaſi ius quoddam eſt ad delinquendum.

BOna apud homines opinio matrix meritorũ eſt, & fomes ad virtutem: refutat delinquendĩ voluptatem; tenetque hominẽ, ne cadat à culmine, in quo hominum faſtigiatur conſenſu. Sapienter Seneca: *Magnam tibi perſonam hominum conſenſus impoſuit. Hæc tibi tuenda eſt.* Honos ſæpè virtutem parit: dedecus degeneres facit ad vitium. Bona opinio præſidium eſt probitatis; non bona fama naturam exarmat: infamis ſæpius inermis eſt ad pietatẽ; fama inclytus, à fama animatur ad virtutem. Timet cadere qui in ſublimi eſt; qui eſt in humili nõ timet caſum: nemo ab infimo loco concidit; non enim habet quò cadat. O quot magnorum virorũ ſanctitate ſuſtentauit ad tẽpus bona opinio, quæ ſi tunc abeſſet, collaberentur! Fortè deſperatur de homine, quem infamia impudentem fecit; nam impudentia auerſio eſt à virtute, & temeritas ad delinquemdum. Petrus Apoſtolorum vertex, præ cæteris ab amore præſtantior, pia temeritate plura audet. Cui inquit Chriſtus, Lucæ 22. v. 31. *Simon Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Quid opus fuit, vt Chriſtus oraret pro Petro ne eius fides periclitaretur diaboli tentatione? Nónne Satanas cribrationem poſtulat? Impetret licèt, & Apoſtolos cribret, quid obtinebit niſi ſeparationẽ grani à paleis? Neque enim à cribro grana degenerant in peleas, neque paleæ vileſcũt à cribro. Cribrum enim diſcernit triticum à palea: & quod eſt vnumquodque, inconfuſè intimat, non deprauat. Quid ergo opus fuit, vt Chriſtus inpensè roget, ne ex cribratione periclitetur Petrus? Cribrum enim tãtùm publicabit quis ſit vnuſquiſque, Planè grauiſſima paleæ tentatio eſt granũ purgatũ ab inani palea ſecernere. Quod aduertiſſe videtur Beda, inquiens: *Satanas expetiuit vos, vt cribraret, ſicut triticum; videlicet qui triticum purgat, ventilando concutere.* Hæc eſt Apoſtolorum grauiſſima tentatio; quod cribrentur. Et hinc purgatum & nitens granum appareat, ibi palea inutilis ſqualeat. Scilicet purgatum granum ſecretione ſuperbiet, & inutilis purgatum grauiũ ſecretione ſuperbiet, & inutilis palea inutilitati vileſcet. Pelea permixta granis, non confunditur ſua vilitate; at cùm mera ſtipula vileſcit, & nullo habetur pretio. Ecce periculoſiſſimam

3.

Seneca de Conſolat. ad Polyp. cap. 25.

Bona fama vtilis eſt ad virtutem.

Lucæ.

Cur cribratio Apoſtolorum ſit grande periculum.

Beda.

ſimam tentationem, quæ Chriſtum augit, & pro qua vitanda, ſollicitè Patrem ſupplicat. Ergo grãde damnum eſt vilitatem alicuius deteg. & publicari: nam paſſiones, quas non coërcet honos facilè efferuntur effrænes: & ab inpudentia temerariè inſoleſcunt.

4. Lucæ. Damaſcen. citatus in Catena. *Infamia inſtigat vel ad prodendum Chriſtum.*

Vocat Chriſtus ad Thaboris gloriam tres diſcipulos tantùm: *Aſſumpſit* IESVS *Petrum, & Iacobum, & Ioannem*: Lucæ 9. verſ. 28. Et cur hos tantùm & non alios? S. Damaſcenus; *Cur non omnes, ſed aliqui vocati ſunt ad hanc viſionem? Vnus quidem erat qui ſolus indignus erat diuinitatis viſione, ſcilicet Iudas ſecundum illud: tollatur impius ne videat gloriam Dei.* Ergo omittatur Iudas impius; & mulctetur pœna ſui ſceleris. Non priuentur tã beata viſione reliqui Sanctiſſimi Apoſtoli: neque enim fas eſt, vt ob vnius flagitium puniantur reliqui. Pergit Damaſcenus, *Si ſolus ergo eſſet omiſſus* (Damaſc. ibi.) Iudas, *tanquam inuidus ad maiorem eſſet malitiam prouocatus: Proinde proditori tollit proditionis occaſionem, cùm dimiſit inferiùs reliquam Apoſtolorum congeriem.* Scilicet, ſi reliqui Apoſtoli admitterẽtur ad Thaboris gloriam, & vnus omitteretur Iudas; eiuſmodi omiſſione ſic dedecoraretur, vt aliqualis occaſio daretur illi prodendi Chriſtum? Valde audet Damaſcenus: fat eſſet imbecillitatem, aut malitiã Iudæ incitari ex dedecore, ad aliquod magnum crimen. Verùm ex eiuſmodi contumelia dari illi velut occaſionẽ ſceleratiſſimè prodendi ipſummet Chriſtum, valde rem exaggerat. In eam temeritatem inſtigat ignominioſa diſcretio à cæteris, & dedecus publicũ, vt ferè cogat ad proditionem ipſius Chriſti? Vnde conſultiſſimi Principes Hebræorum hîc verſ. 3. cùm valde timent ab Aſſyriorũ exercitu, etſi Samaritani plures ſuſpecti (Iudith.) illis forent, quia oriundi erant ab Aſſyriis; nihilominus: *Miſerunt in omnem Samariam per circuitum vſque Iericho*, ne ſi quam vrbem exciperent, inimicam facerent; nam cautela delicti ferè ius eſt ad delinquendum.

---

§. III.

Superior ne degrauet pauperculos, & inualidos: nam paucorum euectio, horũ euerſio eſt.

5. GRatia apud Superiorem deſideria hominum tenet. Sed caueat Superior, ne fauorem omnem, & gratiam in vnum, aut alterum ſpiret. Nam in Præpoſito nõ æquitas, iniquitas eſt. Singularis fauor grauiſſimus eſt cæteris, & ſeditio communitatis: laborent omnes, vt omnes quieſcant: quoniam vnius otium, laſſitudo, & fatigatio reliquorum eſt: Moleſtior enim eſt alterius quies, quàm proprius labor: otiatur ſubditus in labore, ſi collaborant alij. Geneſ. 2. verſ. 2. (Geneſ.) *Requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat; & ſanctificauit illum; quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus, vt faceret.* Deúſne is eſt, qui laboret operando? Fatigatur Deus labore, cui beata quies, eſſentia eſt? Deus nec laborat faciendo, nec ceſſando quieſcit, cui otioſa (vt ſic dicã) operatio eſt, & quies operoſa: Verùm eſto: operando laboret Deus, & otiando quieſcat; tamen fieri nõ poteſt, quod die ſeptima quieuerit Deus, in illa enim re verà operatus eſt Deus. Nam dicit Ioannes, (Ioann.) *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor*, cap. 5. v. 17. Idcſt, etiam die ea ſeptima, & deinceps, continuata productione Deus conſeruat omnia, vt adnotarunt S. Cyrillus, & S. Auguſtinus (Cyrill. & Aug. inibi). Qua ergo ratione dicitur ab operatione quieuiſſe Deus die ſeptima, & frui quiete & otio ceſſationis, ſi adhuc in illa die operabatur? Eleganter aduertit Caietanus: *Requieuit Deus die ſeptimo: ceſſauit ſiquidem Deus ab efficiendo nouas creaturas, non autem ceſſauit ab operando cùm actione conſeruatiua, tum actione gubernatiua. Iuxta verbum Domini in Euangelio: Pater meus vſque modò operatur*, &c. (Caiet. ad c. 2. Geneſ.)

6. Indubium igitur ſit Deum etiam ſeptima illa die, & deinceps operari, quod publicauit Moyſes, aiens: *Requieuit Deus, &c. ab omni opere ſuo; quod creauit, vt faceret.* Itaque Deus requieſcit à labore operis, non ceſſans ſed adhuc operans: nã *creauit, vt faceret*: & qui operando quaſi laborans dicitur; adhuc die ſeptima laborans, quaſi deliciatur in labore. (*Subditus magis laborat, cum alij ſubditi otiantur.*) Quod myſterio non vacat, & quidẽ aptiſſimo ad hãc rem, illũ ique adnotauit Caietanus, aduertens die ſeptima, quæ beatæ Dei quieti tribuitur, Deum operari: *actione conſeruatiua, & actione gubernatiua.* Ideſt: non ſolus Deus operatur die Sabbati, ſed ſimul cum creaturis, illas conſeruando, & cũ illis concurrẽdo ad ſuas operationes. Magna profectò eruditio, & ad Superiores informandos aptiſſima. Quãdo ſolus operatur Deus etſi laboris, & fatigationis neſcius, laborare perhibetur? Cum verò non ſolus ipſe, ſed cũ aliis operatur, quieſcere dicitur? ſabbatum ſeu diem feſtum agere & beate deliciari dicitur? Vt intimet Præfectis quàm laborioſum ſit, ſolum operari, & quàm laborem minuat, cooperatio aliorum: Siquidem ipſe Deus adhuc laborans die ſeptimo, otiari, requieſcere & deliciari dicitur, quia alij ei collaborant. Porrò graue, & intolerabile onus eſt hominem operando laborare, otiantibus aliis; aliis verò collaborantibus, & cooperantibus, ipſemet labor requies eſt, otium, quies, & deliciæ. Excipiant Præpoſiti hoc gubernationis documentum à Sapientiſſimo Cardinale Caietano.

7. Omnis præfectura ſubditorum ſarcina eſt, & onus grauiſſimum, quod moleſtiſſimè degrauat. Caſſiodorus: (Caſſiod. l. 3. epiſt. 5.) *Aux ipſa pondere grauata pigreſcit; carinæ, quæ laborem non ſentiunt, repletæ grauiùs mouentur.* (*Inæqualitas Superioris eſt ſubditorum euerſio.*) Grauius in hominem decumbit Præfecturæ onus, in hominem, inquam, ingenuum, & de ſe liberum, quæ grauior moleſtia eſt: de quo ægrè cõqueſtus eſt populus Dei oppreſſus. Babylonica ſeruitute apud Pſalmiſtam, Pſal. 65. verſ. 11. (Pſalm.) *Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro.* S. Hieronymus (Hieron.) *Poſuiſti in dorſo noſtro ſtridorem.* Alij, *Anguſtiam, anxiam moleſtiam, catenam.* Quænam tam grauis ſarcina ſupra dorſum impoſita? *Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra*: ideſt, ſuperiorem, vt conuenit inter Expoſitores. Itaque Præfectura ſubditorum eſt ſarcina, & grauiſſima, & moleſtiſſima. Diſertiſſime inquit Seneca: (Senec. ep. 28) *In naui onera inæqualiter commota, cuius in eam partem, in quam incubuere, demergunt*, Reſpublica, Ciuitas, Collegium, & quæuis communitas, nauis quædam eſt enauigans procelloſum mundi pelagus. Si nauis gubernator *onera inæqualiter conuoluat*: & pauperculos, humiles, & inualidos plus degrauet (nam vt inquit Laur. Nouarienſis: (Laur. Nou.) *Omnis ſarcina inclinat in latus ſiniſtrum*,) onerariam demerget. Inæquale pondus euerſio nauigij eſt: Pars onerariæ, in quam grauior decumbit ſarcina, euertitur, & mergitur, & ſimul pars feriata à pondere, & immunis à ſarcina. Totum nauigium peſſumit, ad inæqualitate ponderis. Nam pars ſiniſtra nauigij, quæ plus grauatur id eſt, plebs humilis, paupercula, & inualida inæqualitate ſarcinę demerguntur. Pars dextera nauigij, id eſt, reliquus populus fauoribus auctus, va-

u

citate

cultate onerum leuis, immunitate ponderum, & gratiæ inæqualitate arroganter elatus, ab arrogāti leuitate, ab inani, & superba elatione submergitur; & sic respublicæ, seu communitatis nauigium transuersum, & perssum it ad profundum. Sapienter igitur dixit Seneca, *In naui onera inæqualiter conuoluta c itius in eam partem, in quam incubuere, demergunt.* Non à pondere, sed à ponderis inæqualitate periclitatur nauis. Vnde graue scelus Gubernatoris est non librare sarcinas, & alios aliis plus degrauare. Quod Deus seuerè vlciscitur, grauissimum taxans supplicium. *Ipse Deus nouit hominum*
Iob. *vanitatem, & videns iniquitatem, nonne considerat?* Iob. 11. v. 11. Pro cæteris delictis iam taxata pœna est; videns autem Deus *iniquitatem*: id est, inæqualitatem, considerat; (*da la Dios que pensar*) quasi dicat, nouum supplicij genus inuestigandum à Deo est, quo Gubernatoris inæqualitatem puniat; ingenio Dei opus est, vt insolentem pœnæ acerbitatem tanto scelere dignam adinueniat.

8\. Enim verò nescio quo tædio virtutis afficitur subditus inæqualiter tractus à Superiore, vt imbecillior euadat eius virtus euigorata ab aliorum fauore? flaccessit animus sanctissimi cuiusque ab inæqualitate gratiæ, quā Superior alios afficit, illos
Math. negligit. Christus Dominus Matthæi 17. v. 14. tres Apostolos eximiè dilectos ad Thaboris glorias secum assumpsit; cæteris ad radicem montis inter turbas, neglectis: mysterio peracto, descēdit Iesus de monte, *Et cum venisset ad turbas, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur: & attuli eum discipulis tuis, & non potuerunt*
Paucorum fauor cæterorum est negatio. *curare eum.* Quem bonus Dominus verbo suæ omnipotentiæ illicò curauit, dæmonem expellēs, admirantibus cunctis. *Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus eiicere illum?* Super quibus verbis sic philosophatur S. Chrysostomus *Acceperant discipuli à Do-*
Chrysost. hom. 58. *mino potestatem spirituum immundorum, & quia oblatum demoniacum curare non potuerunt, videtur quod in dubitationem deuenerint, ne fortè gratiam, quæ erat eis tradita, perdidissent.* Nó me Apostoli omnes gratiam curationis acceperant à Christo Domino? Nónne virtute ad pellendos dæmones donati erant? Quis hanc virtutem à Christo acceptam, imminuit? Quā de causā sic gratiarum nitor, & virtutis robur tunc imminutum est, & miraculorum vires emarcuerunt? Num Christum liberalitatis pœnituit, & gratias, quas dederat, resumpsit; & abstulit? Minimè. Nam dona Dei pœnitentiam nesciunt: nescit Deus beneficia auferre, sed antiqua nouis cumulare. Quo ergo fascino elanguit Apostolorum Virtus? quō torpore imbecilla facta est? Nodum explicat S. Hilarius. Neque enim virtus omnium Apostolorum exigorata ruit, sed illorum, qui assumpti non fuerunt ad glorias Thaboris, qui adscitis aliis, & fauore, & familiaritate sublimibus, relicti fuerant in vallis humilitate, & neglecti inter turbas. Hi a Christi familiaritate exortes, & charioris beneuolentiæ extortes, torpent ad miracula; & languet eorum virtus: Nam (verba sunt Hilarij) *Dum tres in monte demorantur, & ipsis*
Hila 1. *cum turbis residentibus, quidam torpor eorum fidem retardauerat.* Scilicet torpet Apostolorum virtus (dum flaccessit fides) propter fauorem paucorum languet vis ad miracula, quia inter turbas neglecti sunt, aliis ad glorias euectis: quia pauci, id est, tres merito augētur honore reliquorum decrescit vir-
Iudith. tus. Nam paucorum euectio, cæterorum mœsta est & irremediabilis euersio. Vnde hic v. 3. Hebræo-

rum senatus æquè *mittit in omnem Samariam*, vt omnes tam proceres, quàm pauperculi operam impendant rei bellicæ, nec optimates eximit, nec pauperculos degrauat: ô præclarum documentum Magistratuum!

§. IV.

Commentarius littera.

Vers. 5. Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad vniuersos qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem campi magni iuxta Dothain, & vniuersos, per quos viæ transitus esse poterat,

Vers. 6. Vt obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic custodirent vbi angustum iter esse poterat inter montes.

Vers. 7. Et fecerunt filij Israël, secundùm quod constituerat eis Sacerdos Domini Eliachim.

Vers. 8. Et clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis & orationibus, ipsi & mulieres eorum.

Sacerdos etiam, &c. Nempe Sacerdos summus Eliachim, penes quem tunc erat res 9. Vers. 5.
summa Hebræ gentis (quippe defecerant Reges à captiuitate Babylonica, post quam contigisse hanc historiam, multis probauit cap. ad v. 4.) sedulā præstabat operā, quò muniretur aduersus præpotentem hostem. Opportunè scripsit ad eos, quis erant è regione Esdrelon; Esdrelon creditur esse campus Mageddo in Galilæa: hic autem campus est in tribu Zabulon, in quā est etiā Bethulia. At explorare oportet quo pacto sūmus Sacerdos, Iudith.
qui in hoc cap v. 5. dicitur Heliachim, dicatur Ioachim cap. 15. v. 9. Num alius Pontifex hic & ibi? Num binomius? An Scriptoris lapsus? Appositè P. Sanctius putat nomen Heliachim compositū esse Sanct.
ex duplici parte, nempe Heli, & Ioachim, & quo Heliachim idem est ac Ioachim, & quare
melior esset iunctura, & sonus suauior, per aphæresim ex altera compositionis parte sublatum esse *Io*, atque adeò cùm vocandus esset Helijoachim appellatum fuisse Heliachim. Quod nouum non esse apud Hebræos, multis probat litteratissimus vir, & hic, & Ieremiæ. Vnde idē est Heliachim & Helijoachim, & ita aliquando dicitur Heliachim, aliquando Ioachim omissā priori parte nominis. Hinc verosimilibus coniecturis adstruebā, dum Lucę exponebam Euangelium, cap. 3. v. 23. recenseri lineam Iesuanæ genealogiæ per B. Virginem Deiparam vsque ad Adā, sicut Matthæi 1. v. 1. texitur per Iosephum Mariæ sponsum. Nam in Euangelio Lucæ *Heli* idem est ac Heliachim, seu Ioachim Deiparæ pater. Coniecturam hic propono, quousque publicem quæ super hac re diu multumque elaboraui, & ore dumtaxat dictaui auditoribus meis, seriò piæ coniecturæ plaudentibus. Quis verò fuerit hic Eliachim summus Sacerdos, expediui cap. 1. ad v. 4. facili negotio. Desudent, & adhuc æstuent, qui ante transportationem Babylonicam hanc historiam accidisse opinantur, & vix, aut nec vix quidem reperient Eliachim summum sacerdotem; & hæsitabunt quomodo in præ-

Digitized by Google

sentia Regis administrauerit rem belli summus
10 Sacerdos, quod insolens est in Scriptura.

Vers. 6. 7. & 8. *Vt obtinerent*, &c. Græca sic habent: *Dicens, obtinere ascensiones ipsius montana, quoniam per eas erat instructus in Iudæam; & erat facile prohibere eos accedentes, quod angustus excessus erat, duos super omnes viros*, Hæc vltima verba, quæ paulò obscura sunt; sic explicant notæ ad Biblia Sixtiana hîc: *Ob angustiam loci facile fuisse, vt vel duo tantùm viri prohiberent omnes viros ab ingressu.* Complutens. habent, *Ad viros ad summum duos.* Hoc est, adeò angustæ erant montium fauces, per quas Assyriis eundum erat in Iudæam, vt duo viri possent ingressum Assyriorum defendere. Ibi ergo excubiæ, & præsidia posita sunt.

Sixtian.

11 Dein post præparata præsidia omnia, quæ ad periculosum bellum necessaria erant, nam propiùs iam ingruebat,) accurrunt ad diuina præsidia: nimirùm ad preces, quas armant ieiuniis, sordibus, & corporis vexationibus, & humilitatibus. *Animas humiliant*, id est, se ipsos: Pars pro toto: *Et humiliauerunt animas suas in ieiuniis & orationibus*: Tò *Orationibus* abest à Gotthicis. (Oratione humiliatur anima, an piè superbit?) Quin nec fœmineo sexui parcitum in communi omnium discrimine. Nec tantùm orant, sed instantiâ magnâ orãt. Porrò orationis instantia, securitas est impetrationis. Aptè humana præsidia consociant Diuinis; neque Deus nos in periculis optat desides. Nam qui supplicationes nostras expetit, ingenium, & industriam & manus dedit. Nec muliebribus tantùm lamentis cum Deo agendum est in periculis; sed benè consulendum, vigilandum & pugnandum est. Illud v. 8. *Et clamauit omnis populus ad Dominum instantiâ magnâ*: Emphaticè exscribitur in Græco *Et exclamauerunt omnis vir Israel ad Deum instantia magna; & humiliauerunt animas suas in instantia magna*. Qui petit, nec statim impetrat, sed aliquam repulsam patitur; a perseuerantia, & instantia planè humiliatur: nã homo naturaliter superbus, humilitate petendi, & repulsæ dedecore deuenustari se putat. Consultissimè Hebræa gens contra victrices aduersariorum phalãgas precibus armatur: *quia nihil apud Deum tutiùs supplicante. Solus euasit prælia et acies, qui rogauit; vicit armorũ impetus, qui obtulit deuotus obsequiũ*, Ait Ennodius.

Gotth.

Ennod. l. 9. epist. 30.

§. V.

Legum paucitas est anticipata venia inobedientiæ.

12 PAucitas legum probatior politia est. Multæ leges non tollunt liberum arbitrium, (quæ augustior hominis portio est) sed fortassis tacitè subruunt, & moraliter imminuunt. Vnde vt magnum humanitatis probrum, dicitur, *homo legi obnoxius*. Sic Philo. Sapienter Romani confusaneam legum multitudinem in numerum minorem digessẽrũt. Tertulliani verba sunt. *Nõne & vos quotidiè experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem, & squalentem syluam legum nouis principalium rescriptorum, & edictorum securibus, truncatis & caditis?* Quoniam densa legum multitudo squalet, aut obliuione, aut contemptu *syluescit* inculta; carens obedientiâ, fructu suo. Est enim natura hominis ingenua & dùm (quia legi est obnoxia) legibus prægrauatur, libertatẽ inclamat, & præceptorum iugum humeris excutiens, honore libertatis respirat. Porrò Præceptum est probrum arbitrij dedecus libertatis, hominis iniuria. Psalm. 9. vers. 21. *Constitue domine legislatorem*, Symmachus *Legem*, Genebrardus *Tyrannum*. Quasi humanus legislator sit quodammodò humanæ libertatis tyrannus. *Est autem lex pædagogia puerorum insolentium* Docet disertè Alexandrinus Clemens: Pudet homines prouectâ ætate, maturos, & canos, *puerorum* ritu tractari? imò puerorum *insolentium*, qui bonâ indole sunt, sed prauâ, & ad vitia præcipiti, & egent legum fræno ad coërcitionem, & præcepti pædagogia. Rudis & insensilis puerorum ætas est obnoxia pædagogo, probrum ætatis est pædagogia. Quis vir pædagogum ferat? quis sustineat, vt *puerum tractari*? Quis vt *insolentem*? Totum id agit lex, ait Clemens: nam
13 *lex est pædagogia puerorum insolentium.* Vnde inter grauiora supplicia, quæ Deus comminatus fuit Israël cùm in grauiora delicta irruebat effrænis, hæc verba legimus Oseæ 8. vers. 11. *Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum*, &c. *Scribam ei multiplices leges meas.* Ecce multiplices leges grauioris supplicij loco deputantur. Hinc Procopius. *Est verò lex ipsa vinculum, quæ iustum quidem efficiat neminem, sed ad pœnas veluti constrictos seruet.* Itaque lex ira Dei est, dicente Paulo ad Rom. 4. vers. 16. *Lex iram operatur* Ergo condendæ non sunt plures leges in optima republica, nec conditæ sæpiùs repetendæ, aut intimandæ, ne aut multiplicis legis, aut multiplici iteratione præcepti, lex in fastidium veniat, aut in contemptum. Benè Clemens de Superiore., sic fatur: *Simul ac mandat, & mandatorum characteres ita imprimit*, &c. Aduertenter nos instruit magnus Theologus Clemens, Præpositi mandatum *characterem imprimere*, Sacramentorum ad instar. Docent Theologi sacramenta, quæ characteres imprimũt, iteranda non esse sub pœna irreligiositatis: ergo nec mandata nimis iteranda, eiusmodi comparatione Superiores admonet, quia characterem imprimunt; ne scilicet subditus aut contemptu, aut violatione præcepti, pertæsus præceptorum graue, & probrosum onus grauiùs delinquat, refragãdo sanctissimis regibus. Quia abundãt peccata vbi multæ, aut repetitæ leges agglomerantur: Non quia leges malæ sint, (aliàs non erunt leges) sed quia hominis natura non bona est; ideò lex occasio ruinæ homini est: nam rei vetitæ quædam est concupiscentia. Tertullianus sic ait ad rẽ præsentem: *Raritas, & peregrinitas de simplici causa non habendi.* Vnde Lampr. in Alexandro: *Cùm homines illicita magis poscant, prohibitaque furore prosequantur.* Furore quodam ferimur in vetita: & prohibitorum suus fomes est.

Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Psalm. 118. vers. 165. profectò eximium diuinæ legis encomium est, quod non scandalizet homines, neque illos ad delinquendũ instiget. Frugi ille filius ex probitate suâ querelas in pium patrem conflauit: *Pater, ecce tot annis seruio tibi nunquid mandatum tuum præterini.* Luc. 15. v. 29. Miror indolis bonitatem huius adolescẽtis, qui in lasciuiente ætate sic tẽperauit corporis appetitiones; & effrænes animi motus compescuit, vt nec semel violauerit pij parentis iussa, nec omiserit voluntatem: *Nunquam mandatum tuum præteriui. Hoc tibi non sua innocentia, sed patris venia dedit*, pulchrè aduertit Chrysologus. Ergo ex Chrysologi sententia, quod iste filius mandatum patris nunquam præterierit, non à filij bonitate, sed à patris venia nascitur. Verùm si intercessit patris 14

Philo de mundi opif.

Tertull. Apolog. 4. *Leges sint paucæ.*

Psalm. Symmach. Genebrard. *Lex est pædagogia puerorum insolentium.* Clem. Alex. lib. 1. pædag. c. 11.

Oseæ. *Lex supplicium est.*

Procop. in c. 18. Isaiæ.

Ad Rom.

Clem. lib. 1. pædag. c. 12. *Lex characterem imprimit.*

Lex fomes est violationis.

Tertull. de Habit. Mul. c. 9.

Lamprid.

Psalm. *Lex quibusdam est scandalum.*

Luc.

Chrysol. serm. 4

tris venia; & delictum, & inobedientia filij interceſſerit, neceſſe eſt: nam venia, delicti venia eſt, & delictum ſupportat. Quomodo filius per veniam patris habet, quod nunquam eius mandatum præterierit? Nam ſi mandatum patris non præteriuit, non eſt opus venia; quod ſi mandatū præteriuit, quomodò à patris veniā habet, quòd non præterierit? Vtrinque pugnantia rerum, vtrinque ſcopuli. Fateor, quòd bonus hic filius pij patris mandatum non violauerit vnquam, ait Chryſologus: ſed hoc non ab eius innocētiā, aut probitate ortum habuit, ſed à patris indulgentiā miſericordi, & anticipatā veniā, quia nihil illi aut ſaltem

Legum paucitas eſt anticipata venia.

15\. tem pauciſſima mandauerit, prohibueritve: nam non prohibitio operis, præpropera venia inobedientiæ eſt: carentiâ præcepti Deus antè parcit id, quod parceret patratā tranſgreſſione præcepti. Aduertit Tertullianus, Deum poſt diluuium plura abrogaſſe præcepta, abſtinendi ſcilicet à carnibus, & perpaucis legibus contentum. *Omnis itaque in [illegible] iudicij præmanifeſtans, materiam liberiatis emiſit, per veniam ſupparans diſciplinam, permittens omnia, vt demeret quadam.* Egregiè dictum, & expenſione digniſſimum; vbi de præceptis ad paucitatē redactis ſermo eſt, dixit: *Per veniam ſupparans diſciplinam.* Veniam appellat abrogationes præceptorum; nam carentia, & abolitio legis anticipatio eſt veniæ. Anteagit certè abſolutionem ante præcepti certam tranſgreſſionem. Tollens præceptum, præuenit delictum anticipata venia; *Nam vbi non eſt lex, nec præuaricatio,* ad Rom. 4. v. 15. Subdit aliud inſigne bonū à paucitate præceptorum ortum, *Per veniam ſupparans diſciplinam, permittens omnia, vt demeret quadam.* Quoniā legum paucitas apparatus diſciplinæ eſt, & occaſio obſeruationis. Nam ſicut plures leges multitudine obruunt animum, & irritant ad contemptum, & violationem; ſic paucitas expedit mentem, & prolectat ad obſeruantiam; vnde minor legum numerus, obſeruantia eſt legum, legiſlatoris honos, probitas populorum, & apparatus diſciplinæ. *Per veniam ſupparans diſciplinam,* &c. Benè ergo Dauid diuinæ legis encomiū eſſe exiſtimat, quod diuina lex non ſcit ſcandalum, & ruinæ occaſio. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.*

Tertull. lib. aduerſ. Pſych. c. 4.

Ad Rom.

Lex importuna ſtimulat ad violationem. Tertull.

16\.

Saluian. lib. 1. de Gubern. Dei.

Legum violatio præmulgatio.

Enim verò quàm ægrè ferat homo obnoxium eſſe legibus, & minimè ſine legum onerari, docēt apparatus, & terrores; quibus Deus legem dedit Hebrææ genti in monte Sinaī. De quo Saluianus: *Adde tonitrua, adde fulgura, terribiles buccinarum cæleſtium ſonos, tremendum vndique totius aeris fragorem, polos ſacris clangoribus mugientes, ignes, caligines, nebulas Deo plenas, loquentem cominùs Dominum, legem diuina arte [illegible], incisis digito Dei litteris, rupicas paginas, ſaxeum volumen, diſcentem populum, docentem Deum, ac in mixtis penè hominibus, atque Angelis, vnam cæli, ac terræ ſcholam.* Nempe vt legem Dei (& quidem naturalem, quam pridem inſculpſerat humanæ rationi) reciperet Hebræus populus, tot beneficiorum portentis deuinctus Deo; Deus ipſe proprio ore dictat leges, propriā manu ſcribit, propria præſentia promulgat, imò quaſi Angelos obligaret ad ſeruandas eaſdem leges, dicitur, *Ac mixtis penè hominibus, atque Angelis, vnam cæli ac terræ ſcholam,* Ne detrectet homo erudiri eadem lege, qua Angelus eruditur: hominum condiſcipulos facit Angelos. Sed nihilominùs Deus, vt legem ſanciat, tot ſua potētia deſcendit armatus, Angelorum præſidio cingitur, elementorum auxiliaribus copiis ſtipatur. Remugit cælū tonitruū fragoribus, fulgurant nubes, buccinat aër, colliquantur, vndique horror, terror, fragor, vbique omnipotētiæ vires exerit, & oſtentat, vt vel ſæuo terrore coactus recipiat leges & in ſuæ naturæ probrum, patiatur homo ingenuus ſubiectionis elogiū, & vitium ſuæ naturæ publicet, dum publicātur leges. Perbellè Clem. Alex. *Honeſtæ & moderatæ vitæ inſtitutiones, quæ ſunt viæ compendioſæ, exigūt hominem, qui ſuffocatur à vitiis.* Itaque perpaucæ & moderatæ inſtitutiones, & ordinationes, vitæ cōpendioſæ ſunt ad ſanctitatē, quibus velut per cōpendium itur. Ad rem Tertullianus: *Compendiatum eſt Nouum Teſtamentum, & à legis lacinioſis oneribus expeditum.* Porrò veſtium lacinia greſſus impedit, & iuuat ad lapſum. Verùm hæ inſtitutiones etſi perpaucæ & compendioſæ ſint, tamen faciēdæ & publicandæ non ſunt, niſi in homines, *qui ſuffocantur à vitiis.* Si Ordinationes hominē vitiis obrutum exigunt: plures leges oſtendunt ſubditos eſſe ſceleratiſſimos & profligatiſſimos. Parcat multis legibus, qui parcere vult multitudini ſubiectæ per anticipatam veniam. Vnde prudentiſſimus Eliachim Pontifex, hîc, verſ. 7. non expreſſè mandat, ſed inſinuat ſuam voluntatem ſubditis, & ita, *Fecerunt filij Iſrael ſecundum quod conſtituerat illis Sacerdos Domini Eliachim.* Suaſiones, & ordinationes, ſeu nutus Superioris obſequium extorquent: ſeuerior lex inobediētes & rebelles, & præfractos facit ſubditos. Sint ergo leges perpaucæ. Hec dixerim, quia ſunt aliqui, ait Tertull. quibus ineſt *Lex naturalis, & natura legalis,* id eſt, natura legiſlatrix, nempè quæ crebras legis ſcriptionis, quæ crebrò leges loquatur. Neſcias an qui multas leges fert, ferret multarum legum obedientiam.

17. Multæ leges exigunt hominem à vitiis ſuffocatum.

Clem. Alex. Pædag. ad Gēt.

Tertull. lib. 4 adu. Marc. cap. 1.

Iudith.

Tertull, de Coron. Mil. cap. 6.

---

§. VI.

Oratio ad Patrem exoratio eſt imò exactio eſt.

CHriſtus Dominus orationis formulam tradens Apoſtolis, & in Apoſtolis toti Eccleſiæ, inquit Matth. 6. v. 9. *Sic ergo vos orabitis: Pater noſter, qui es in cælis,* &c, Conſultiſſimè inſtruimur inchoandam eſſe orationem appellando Patrem, Deum quem oramus. Porrò nomen Patris nō tantùm nomē amoris eſt, ſed & liberalitatis. Arcano enim, & cæco quodam naturæ pōdere diuitiæ ferūtur ad filios. Vnde ſi filij deſint ditiſſimo cuique opes oneri ſunt, nō ſubſidio, impedimēto, non adiumēto. Diuitiæ ſine hærede deliciæ non ſunt, ſed tormentū; nam diuitiæ neſcio quo prono impetu feruntur ad filios, quibus deficiētibus excruciatur diuitis animus, non mulcetur. Geneſ. 15. v. 1. *Factus eſt ſermo Domini ad Abrahā, dicens: ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Dixitque Abraham: Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam abſque liberis.* Quid ſibi vult: *Quid dabit mihi?* Nū Deus, cui abſconditos opū thēſauros nihil habet, quod donet? Promiſſa bona vbertim Abrahamo donabit, nam munificus eſt, & omnipotēs, etſi Abrahamus liberos non habeat. Num quoniam filios non habet Abrahamus, Deus munificus non erit? Hugo Cardin. *Quid dabis mihi?* Quaſi dicat. *Quid valet mihi quod promittis, cùm non habeam hæredem?* Plura bona, ipſaque Dei munificētiā digniſſima. Dominus promittebat Abrahamo; at ipſe cùm poſſet ſtatui diuinis beneficiis vbertim conceſſis, nihil

18\. *Matth.*

Ad Patrem ſemper oratur.

Geneſ.

Hug. Card. Quia non erat patre dicere filios.

Digitized by Google

opulentiam dicit, non habens filium, cui tot diuitiarum thesauros relinquat. *Quid dabis mihi*; id est, mihi valorem non habent vllum tuæ munificentiæ mundiales thesauri, si non habeo filium, quem eorum hæredem relinquam. Nam vtilitas, & valor diuitiarum est, ipsas opes filiis donare. Nihili æstimo opes, quas non possum in filios transferre. Imò calamitati loco reputo, & prædium absque fructu, vt notauit Basilius Seleuc. inquiens: *Diuitiarum dat abundantiam, nec hæredem dat.* Et mox: *Sara sterilitas diuitiarum tantarum fructu prohibebat.* Quasi dicat Abrahamus: *Ego vado absque liberis. Quid dabis mihi?* id est, *quid valet mihi, cùm fructu diuitiarum prohibitus sum?* Opima est hæreditas, sed fructu carens; nullus ex eâ prouentus obuenit mihi, sed cultionis labor, & impensæ: Nam fructus opum est, easdē in liberos transmittere. Dans mihi opes absque liberis, das ærumnas possessionis, sine fructu easdem filiis relinquēdi. Tam auidè Pater desiderat diuitias suas filiis relinquere! Ergo inchoëmus orationem appellando Patrem Deum, à quo postulamus; quia eo ipso in memoriam illi reuocamus, *quasi nihil illi valere* (liceat ita loqui, ex analogia patris) mundiales diuitias, & suæ munificentiæ thesauros, nisi transmittantur in filios: *& tantarum diuitiarum fructu prohiberi Deum,* nisi easdem traducat in filios Paternæ largitiones, prædia, & possessiones non minuunt, sed fructu suo affi ūt. Quia nihil Patri valet; quod non dat filio. Tam anxiè fertur Pater ad cumulandū filium suis bonis, & ditiori hæreditate! Alias rationes subiicio quare à Patre petendum sit

Seleuc. oratione 7.

20. Ad hæc, auspicanda oratio est ab hoc nomine, *Pater*; quoniam qui Patrem dicit, quod petit suū facit, & quod orat, exorat. Nam Patris possessio filij hæreditas est, ius suum exigit, qui ea, quæ Patris sunt petit. *Pater noster* dicimus in orationis initio, & mox, *Panem nostrum quotidianum da nobis.* Et sanè sibi aduersatur oratio ipsa, destruēs, quod astruit, aut Deum illiberalem publicans. *Panem nostrum*, inquit, & illum petit? inanis petitio est, quæ postulat, quod suum est: aut ab auaro petit; nam auarus est qui adeò tenaciter aliena retinet, vt supplicatione egeat ad donandum, quod suum non est, sed illius qui orat. Auarus est quisquis ni permotus oratione, quod alienum est, non dat. Porrò qui non sua dat, restitutor est, non largitur. Est planè illiberalis, qui expectat supplicationes, vt donet cuique, quod accipientis est, nō dantis. Cur ergo docet, nos Christus, quod petamus à Patre *panem nostrum quotidianum*? Sapienter quidem. Nam qui Patrem rogat, quod suum est petit: ait S. Chrysologus. *Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Tenebatur Pater seruare substantiam filiis non negare:* quia vt statim subdit, *Pater custos est substantiæ filiorum.* Petere videtur quod suum est, qui à Patre petit. Imò facere suum, quod postulat, appellando Patrem, quē orat. Rogat, & petit quod suum non est, qui Deū orat: at qui patrem suum orat, etsi orando postulet quod suum non est: (nam quod suum est nemo propriè orat, sed exigit iustitiæ titulo) at appellādo Patrem, facere suum videtur, quod suum non erat. Nā bona Patris, hæreditas filii est. Vnde panē suū rectè petit; quia petens supponit nō esse suū; sed quia à Patre petit, quodammodò facit suum. Nā nomen Patris vsque eò procliue est ad donādum, adeò impensè cupit dare filiis, vt omnia eius bona filiorū sint; imò propriā industriā suā acquirere satagit, vt habeat, quod filiis donet.

Matth. *Qui patrem orat, suum facit quod petit.*

Chrysol ser. 1.

Luc. 15. vers. 11 pius Pater magnificè prodigū filium excepit, opiparum extruxit cōuiuium, pretiosis induit vestibus, & auro eius digitos & colla oppignerauit: quod ægrè admodum tulit filius natu maior, veritus iterum habere consortem paterni census. Ad quem pientissimus Pater inquit: *Fili, tu semper mecum es: & omnia mea tua sunt.* Acutè satis addubitat S. August in quomodo fieri possit, vt omnia bona Patris sint filij senioris, sic inquiens: *Quid autem sibi vult, quòd addit: omnia mea tua sunt, quasi non sint & fratris?* Et post Pauca *Quomodo enim & omne & Angelos Deus in possessionem tali filio subiecisse putandus est?* &c. Intermitto hāc quęstionem, quam alibi ventilaui. Et omnibus certissimum sit, verissimam esse Patris vocem: *omnia mea tua sunt.* Nam Pater hic, qui ab Euangelista inducitur, Deus est, ex monte omnium interpretum, quod notauit P. Maldonatus ad Lucæ cap. 14. v. 11. At si omnia Dei bona senioris fratris dicuntur, quomodo Pater illa etiam expendit in iuniorem filium? quem & munificè excipit, & vt filium tractas, & paternæ hæreditatis participē efficit Num donat Pater bona senioris filij? & alienam substātiam expendit? expendere in parobolæ cortice videtur: nam si desit quod donet filio, vel alienas (si fieri posset) opes quodammodò donaret, ne desit Patri quod det filiis Omnia sua senioris fratris esse inquit: & nihilominus ex eādem substantiā plura dono dat filio iuniori quia Pater est.

11. Luc.

August. lib. 2. de qq. Euang q. 33.

Matth. *Qui Deum patrem quasi orat, tunc diuinus affectus orat, & notat so.*

Quo pulchrè exaggeratur Dei liberalitas in filios. Ora igitur ad Patrem. Paternam munificentiam adhuc pulchriùs commendat S. Chrysologus adnotans quàm certò petita exorat, qui Deū Patrem orat, sic scribens. *Apud Patrem non intercedit extraneus: intus est in Patris pectore, ipse, qui interuenit, & exorat affectus.* Quasi dicat; cùm quis Deum vt Patrem orat, certus esse debet adipiscendi rem petitam, qui non tam ipse orat, & rem petit, quàm paternus Dei affectus, quippe ipse paternus Dei affectus est quædam velut supplicatio vice orationis filij, ô quàm securus impetrādi à se quisque rem peteret! quia ipse sibi nihil vnquam negaret. Adde, quod si Deus oraret nihil sibi ipsi negaret, pro ipsius orantis maiestate. Quid enim dignius, quàm vt Deus quod oraret exoraret Ergo cùm ad Patrem Deum oramus, ait Chrysologus, *Non intercedit extraneus* orator apud Deū, sed ipsemet paternus, & diuinus affectus exorat. Deus est qui quodammodò orat, & ad se orat? Quis ambigat quòd exoret? Quid Dei affectui, seu Deo ipsi negari potest? Igitur, ô homo, orans ad Deum, vt ad Patrem, inquiens; *Pater noster*, non tam homo oras, quàm Dei paternus affectus exorat. Homo ad Patrem orat, & Deus impetrat postulata? Cùm homo ad Patrem orat, Deus exorat, quod orat homo? Securus ad orationem accedit, pro quo Deus velut orat, & à se impetrat postulata, non stricto orandi modo; sed eo, quo Chrysologus dicit, paternum Dei affectum se ipsum exorare.

22.

Chrysol. serm. 5.

Non esset bona & laudabilis oratio facta ad Patrem, nisi Hæreticis displicuisset. Impudenter Arius insectatur orationem Christi, quā Passioni proximus ad Patrem Deum orat, dicens: *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste.* Matthæi 26. vers. 39. & argutatur, inferiorem esse qui petit, etsi à Patre petat; nam qui orat, non habet id quod postulat; quod si haberet, non postularet, Cui respondet Basilius Seleucus ingenuè concedens, Christum orare, sed aduertens ad Patrē orare. *Namque ob naturā similitudinem,* (identitatem appellat

23. Matth. *Christi oratio ad Patrem, ... ad fi.*

Basil. Seleuc orat 24

appellat ſimilitudinem] ſine vllo impedimento reciprocatur oratio. Quaſi dicat: A ſe petit, quia à Patre petit. Nã cùm tota Patris natura, & poſſeſſio ſit etiam filij, tota ad ſe reciprocatur oratio. Vnde Chriſtus Deus, qui à Patre Deo petit, à ſe impetrat, ad ſe redit oratio; petit iam quod ſuum eſt,

Ioan. 17.

qui à Patre petit. Nam vera vox Patri eſt, *omnia mea tua ſunt*. Quia Hebræa gens hic, v. 8. Deum orans, illum vocat *Dominum*, non Patrem, adeò cunctatur interpretationem Euangelij prærogatiua eſt confidenter in oratione dicere, *Pater noſter*, &c. Vt ſupra merita filij manerentur. Ennodius ſic pro ſuo Laurentio Symmachum Papã exorat:

Ennod. lib. 4 epiſt. 22.

Quamuis ſublimi viro Laurentio aſſiſtat pignorum commendatione probitas ſua: & Patris prudentia cauſas ſobolis exequatur: attamen ſollicitudine genitali vix credit pro filio ſufficere, quod meretur.

---

§. VII.

Commentarius litteræ.

Verſ. 9. Et induerunt ſe Sacerdotes ciliciis, & infantes proſtrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio.

Verſ. 10. Et clamauerunt ad Dominum Deum Iſraël vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuiſionem, & ciuitates eorum in exterminium, & ſancta eorum in pollutionem, & fierent opprobrium Gentibus.

Verſ. 11. Tunc Eliachim, Sacerdos Domini magnus, circuiuit omnem Iſraël, allocutúſque ad eos, dicens.

VERS. 9.

24.

Induerunt, &c. Propriũ Sacerdotum munus Oratio eſt; quæ ornatur pœnitentiæ ſordibus, & cilicij ſqualore, vt Deo gratior ſit. Ergo ſũmus Sacerdos Iudaicæ ſe veſte cilicinã, & eius exẽplo reliqui minores Põtifices; qui aliud piũ ſtratagema de more inuenerũt, nimirùm proſternere infantes verſus tẽplũ, vt innoxiis lacrymulis, & innocẽti eiulatu leniãtur iræ numinis. Quod vigẽte grauiori periculo apud Iſraëlitas fieri ſolitũ, conſtat ex Ioëlis 2. v. 16. & 2. Paral. 20. v. 13. Nã magna eſt vis ad placãdũ Deum in vagitu infantiũ. Sic Ionæ 4. v. 11. Verùm infãtẽ prædicatione, & vagitu proſternere hoſtes, nõ vi & armis, ironicè tradit Tertull. c. 6. lib. aduerſ. Iudæos, verſans illud Iſaiæ 8. *Antequam puer ſciat*, &c. ſic fatur: *Scilicet magnus ad arma tãtus conuocaturus infans, & ſignum belli per tuba. Sed crepitacillo daturus, neque ex equo, vel de muro, ſed de nutricis, & gerulæ ſuæ dorſo ſiue collo hoſtem deſignaturus: atque ita Damaſcum, & Samariam pro mammis ſubacturus. Aliud eſt ſi penes vos infantes in prælium erumpunt, credo ad ſolem vncti prius, dehinc pannis armati, & butyro ſtipendiati, qui antè norint lanceare, quam lancinare.* Ergo infantes ſqualore, & eiulatu Aſſyrios hoſtes debellent. Verè *infantes proſtrauerunt ante faciem templi*. Verè hic accidit quod Tertullianus irridet. Quid eſt infantes proſtrarunt *contra faciem templi*? hoc eſt, verſus templum. Sic

Infantum preces, & arma.

Ioël.

2. Paral.

Ionæ.

Daniel.

3. Reg.

Daniel c. 6. verſ. 10. orabat è Babylone *contra Ieruſalem*. Nã pollicitus eſt Deus Salomoni 3. Reg.

8. v. 44. abſentium à Hieroſolymitano templo, ſe auditurum preces, quas funderent, *Contra viam ciuitatis, quã elegiſti, & contra domum*, &c. Itaque *contra* nihil eſt aliud, quàm è regione, ſeu verſus partem, vbi eſt tẽplum Ieroſolymitanum. Quod ſtrictè dixit S. Hieronymus, vberius dicitur in Græco

Græcus.

textu: *Ipſi, & vxores ipſorum, & infantes ipſorum, & iumenta ipſorum: & omnis incola, vel mercenarius, vel argento emptus ipſorum, circumſuerunt ſaccos ſuper lumbos ſuos. Et omnis vir Iſrael, & mulier, pueri, & habitantes in Ieruſalem ceciderũt ad faciem templi, & cinere conſperſerunt capita ſua, & extenderunt ſaccos ſuos faciem* Domini: *& altare ſacco circumtexuerunt, & clamauerunt ad Deum*, &c.

25.

Serarius.

Altare Dei cur veſtitur cilicio, & atris operimentis.

Sed quorſum cilicio veſtitur Dei altare? Serarius ait, quod ſicut ad gratias Deo agẽdas pro beneficio, lætiora indumenta, & feſti colores aſſumuntur; ſic ad ciendam Dei miſericordiam, vt auertat imminẽtem calamitatem, triſtia & mœſta omnia adhibẽtur, & palliantur altaria, &c. Scilicet vt ad altaris atratum aſpectum magis excitemur ad lachrymas, & ſupplicationes. Sãctius exiſtimat

Sanct.

ideo tunc cilicio ſqualere ipſa Dei altaria, vt ſignificetur, non tãtum hominibus, ſed etiam quodammodò Deo ſeu eius diuinæ religioni, ſuum imminere periculũ. Non enim modò Regionibus, ſed etiam Religionibus bellum inferebat impius Holofernes, vt Dominus ſuus Nabuchodonoſor vnicus Rex, & Deus orbis ſalutaretur ab omnibus. Vtraque eſt apta expoſitio; hæc aptior.

VERS. 10. & 11.

26.

Baeza.

Et clamauerunt, &c. Tunc clamant ad Dominũ erectiori ſpe poſtulantes diuina præſidia eminentiora, vt acutè P. Baëza tom. 2. lib. 9. c. 5. § 5. neſcit Deus diu reſiſtere vbi multitudo concors in oratione clamat, & ita explicat hunc verſiculũ ex Gloſſa. *Ne vxores eorum darentur in diuiſionẽ*. Quid eſt vxores dari in diuiſionem? Carthuſianus. *Ne ab hoſtibus diſſecarentur*, ſcilicet vxores prægnãtes & ſic duo vno vulnere caderent; quod verbum diuide ſignificat in Bibliis 4. Reg. 8. verſ. 12. *Iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides*. P. Sanctius *diuiſionis* nomine intelligit dura quæque ſupplicia. Sic cùm lapidanda eſſet Suſanna, Danielis 13. v. 55. ob adulteriũ falsò illi impoſitum; impoſtores ſenes talionem ſubeũt, & tamẽ ait Daniel ad eorum alterũ, *Angelus Dei acceptã ſententiã ſcindet te medium*. & Matth. 24. v. 50. de ſeruo nequam, dicitur, *Veniet Dominus ſerui illius in hora, qua non ſperat, & diuidet eum*. Aliam addit expoſitionem, nempe per diuiſionẽ vxorum aliquid impudicum pudice ſignificari, quod ſolẽt pati fœminæ captiuæ, en te præcipuè pudor, captiuitatis dãnaſentit. Multa huc aduocat, ſed quæ id ſegniter probant. Planè violẽta eſt hæc expoſitio. Duæ priores languidæ ſunt. Perplacet expoſitio, quã ſecundo loco affert Carthuſianus, & approbat Emanuel Sà *Ne darentur in diuiſionẽ*, ideſt, *ne à ſuis maritis abſtraherẽtur, & violarentur*. Scilicet ne aut ipſi bello caderent, & ſoluto nuptiali nexu diuidãtur: aut ne alij aliò mittantur in exilium, & ſic exul maritus cogatur viuere abſque chara cõiuge expoſitã vincentis libidini. Grande hoc malum & quod precibus auertere ſatagũt Iſraelitæ.

Daniel.

Matth.

Carthuſ.

Sà.

Dividere quid ſignificet in Scriptura.

Carthuſ.

4. Reg.

Sanct.

Tunc & ſancta dari in pollutionem idest templum [illegible] ſanctiſſimum profanari, forẽ ſuis idololatriis. Potentes profectò hæ cauſæ ſunt ad incutiendum timorem. At vt Iſraëlitarum exangues animos animaret ſummus Pontifex, circuit Iſraëlem, & ſingulos *alloquitur*, hoc eſt, conſolatur. *Alloqui* enim non tantùm loqui, ſed & cõſolari ſignificat apud benè latinos.

§. VIII.

Sumptuosa & indecens vestis Clericorum, & ordinem deuenustat, & latentem luxuriam publicat.

27. August. epist. 73. Vox S. Augustini est, *Verus ornatus Christianorum, mores boni*, quæ est animi quædam vrbana vestis; nam pretiosa, & nitida non tam corpus abscondit, quàm prostituit: insidiatur animæ, & lenocinatur concupiscentiæ: cultior enim ornatus elaborata libido est, *Siquidem & viris propter feminas, & feminis propter viros vitio natura ingenita est placendi voluptas*, inquit Septimius. Qui primo capite dehortans eos, qui continentiam profitentur, ab exquisito vestium lenocinio, ait: eius qui ornatiùs vestitur, esse *imperfectam, & inconditam castitatē, cum ita, vt licet animo aliquatenus tenax sui agat, in habitus tamen licentiam sese dissoluat, solatium appetendo cuius rei deuitat effectum.* Nempe malè castus est eius animus, qui benè se ornat ad hominum gratiam; nam ornatus meditatio libidinis est, aut solatium meditatæ, & non executæ luxuriæ: saltem imperfecta, & incondita est castitas, quæ adhuc studet placere ambitione vestium: non satis pudica est conscientia, quæ ornatis luxuriatur in vestibus. Itaque indecens est, vt qui continentiam profitetur, curiosiùs induatur, præsertim Sacerdos & homines Deo addicti, à quorum instituti professione alienissima est ornatior vestium politia.

Septimius lib. 1. de cultu fœm. c. 8.

Clericorum vestis, & ornatus, qualis debeat esse.

28. Ad Timot. Discamus à Paulo, vt *Habentes alimenta, & quibus tegamur, hic contenti simus*. 1. ad Timoth. 6. vers. 8. Consultissimè ait Apostolus, *quibus tegamur*, nec dixit: *Habentes alimenta, & vestes*. Nam, vt eleganter adnotauit S. Chrysostomus, hæc Pauli verba exponens: *Ea induere oportet, quæ nos ab inimiā nuditatū tueantur, nosque contegant solùm, & nihil ampliùs*. Scilicet non vult Paulus, vt Episcopus, & clericus incedat inuestis; sed nec permittit eū veste vti, tegumentis potiùs quàm vestimentis vtatur. Tantam in amictu Apostolus exigit singularitatem! *Quibus tegamur*. Ioannes Baptista magni Sacerdotis filius, & Sacerdotij hæres, ambitioso facci squalore piè amicitur, Matth. 3. v. 4. ad Ecclesiæ exemplum. Et hîc v. 9. *Induerunt se Sacerdotes ciliciis*, non pretiosis, & exoticis pannis, non serico, aut bombycino luxu, qui impudicitiæ lenocinatur, & castitatem prodit. Vis scire qualis debeat esse ornatus Sacerdotis & religiosi viri? Accipiamus huius rei eruditionem à Tertulliano, qui loquens de Christianis, & piis fœminis, hæc habet verba, quæ aptè quadrant in Clericos, *Prodite vos iam his medicamentis & ornamentis instructi Apostolum sumentes, de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depicti oculos verecundiā, & spiritus taciturnitate, inserentes in aures sermonem Dei, annectentes ceruicibus iugum Christi, caput Prælatis subiicite, & satis ornati eritis.* Quid ornatius?

S. Chrysost. epist. 8.

Matth. Iudith.

Tertull de cultu fem. cap. 13.

29. Primùm (ne seueriùs rem taxem) indecens est clericum, vel Sacerdotem pretiosis vestibus amiciri, quæ clericalem professionem dedecent; vnde Concilium Coloniens. anno 1536. celebratum, part. 3. cap. 8. postquam vetuit Clericis pretiosas, & curiosiùs elaboratas vestes, sic ait: *Ne autem posthac quispiam excusationem non factæ admonitionis prætexat, hîc nostrâ synodali constitutione omnes clericos qui habitu minus decenti vtuntur, monemus, vt intra tres menses habitum, qui clericos deceat, assumant. Alioqui ipso facto in censuras ac pœnas constitutionum canoni antiquâ incursuri.* Ecce tibi Excommunicationis fulmine feritur clericus, qui nō gestat ordini decēs vestimentum. O quot clerici decinerescent in luxuriæ fauillas, nisi decentē officio vestē velut arma induant, quæ exarmabunt fulminum iras! Decentem tantùm vestem exigit Concilium, imitatū sobrietatem S. August. cui cùm pie offerretur sumptuosior vestis, sic fatur. *Nolo talia offerat Sanctitas vestra, quibus quasi ego solus decentiùs vtar. Offertur mihi, v. g. vestis pretiosa, fortè decet Episcopum, quāuis non deceat Augustinum, id est, hominē pauperem de pauperibus natum. Fateor enim vobis, de pretiosa veste erubesco, quia non decet hāc professionem, hanc admonitionem, hæc membra, hos canos.* Magni Augustini vita exemplar fuit Concilij Coloniensis in præfato decreto, vt non tantùm Augustini diuinior sapientia, sed & sanctior vita sit Cōciliorum eruditio Nempe ornatus in vestibus, quē se dedecere Augustinus iudicauit, indecētem esse clericis, Coloniensis Synodus iudicauit. Erubescat clericus de pretiosa veste, quæ non decet eius professionē. In Matisconensi Concilio primo circa tēpora Pelagij II. c. 5. sancitur, *Vt nullus Clericus sagū, aut vestimenta, aut calceamenta sæcularia, nisi quod Religionē deceat, induere præsumat. Quod si post hanc definitionem clericus aut cum indecenti veste, aut cum armis inuentus fuerit, à seniore ita coërceatur, vt triginta dierum inclusione detentus, aqua tantùm, & modico pane diebus singulis sustentetur.*

Conc. Col.

Quid Concilia decernāt de habitu clericorum.

August. ser. 2. de vita clericorum.

Concil. Matiscon.

30. Bernard. l. 4. de cons. ad Eugen. S. Bernardus sumptuosas clericorum vestes, ita taxat: *Nēpe habitu milites, quæstu clericos, actu neutrū exhibent: nam neque vi milites pugnant, neque vt clerici euangelizant, vtius ordinis sumptū vtr usq; esse cupiunt vtrumque deserunt.* Verius, an elegantius? Porrò ordinem negat qui se animo militem profitetur. Imò non satis virilis, sed muliebris ornatus militem mentitur & fœminam affirmat. In c. *Clerici* de vita & honestate clericorum dicitur satis ad rem præsentem: *Pudet nos cùm videmus pro libre clericos perinde atque sæculi milites amictos, vel qui sint, vt femina comoti.* Scilicet ambitio vestium, instituto Clericorum renūtiat, & adscribi ambit aut sæculari militiæ, aut palatinæ pōpæ, aut muliebri teneritudini, aut meretricio gregi. Succedat sibi Bernardus, sic fatus *Vt quem quotidie vides meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus; aurum in frænis, in sellis, & in calcaribus; Et plus calcaria, quā altaria fulgent: Ministri Christi sūt, & seruiūt Antichristo.* Erubescat paucorū impudētia deuenustare clericalē ordinē, & culpare Christianas sāctitates.

Militaris, vel meretricius clericorum habitus taxatur.

Decretal.

Bernard ser. 33. in Cant.

51. Hieron. Clericus sit sponsi vestitu. S. Hieronymus in epistola ad Eustochium, sic scribit super hāc re: *Omnibus his cura de vestibus, tales cùm videris, sponsos magis existimato, quàm clericos.* Scilicet nupturit clericus, cuius comam inrufat calamistrum, qui cincinnos alit, & excolit: scortationis reum se facit, cui interula vestis serica est, neque nigri coloris. In Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 16. sic scribitur: *Clerici clausa deferant indumenta, nimia breuitate, vel longitudine non notanda. Pannis rubeis, vel viridibus, necnon manicis, aut subtalaribus consuticiis, seu rostratis, aut aliam superfluitatem gerentibus, non vtantur.* Et Concilium Senonense in decretis morum cap. 23. sancit, *Ne clerici vestimentis exterioribus, & sagis oblongis sericis in publico, aut domesticè vtantur*: Clericus enim qui vel intrinsecùs sub exteriori veste, vel domesticè induit vestes bombycinas diuersi coloris, eiusmodi indecenti lenocinio, aut placere ambit cupidinis studio, aut saltem solatium quærit eius rei, cuius habet affectum, etsi deuitet effectum: insidiatur enim concupiscentiæ

Conc. Lat.

Conc. Sen.

cupiscentiæ, & studet consolari male notans propositum pudicitiæ Nemo soli sibi placere cupit in vestibus,alienis oculis expolitur quisquis se curiosius vestit. Saltem hortator sui est ad inhonesta, qui inhonnestè amicitur. Probari fœminis,fructus est lenocinij, qui nequit amari,desistit exquisitiùs ornari. Clerico, qui ab electione honestarum vestium se exauctorat,& pro stupro pœna statuenda foret,& censendus esset reus apostasiæ ab ordine: sunt enim *Indices, custodésque dignitatis Habitus* ait Tertullianus,Dignitatem negligit & dehonestat,qui deponit habitum dignitati congruentem, & assumit indecentem ornatum. Qui sic amicitur, non est custos,sed proditor dignitatis clericalis. S. Paulinus habitum, seu ornatum monachorum sui Cœnobij,sic publicat ad clericorum eruditionem: *Inæqualiter,inquit semitonsi,& destituta fronte prærasi,& ornatu pudicitiæ inornati,& decenter inculti, etiam studio deformantur,vt fiant prudenter inhonesti vultibus.*

Vestis est index,& custos dignitatis.

Tertull. de Pallio.

Paulin. ep.7.

32\. *Sacerdos habitus honestate prædicet Euangelium.*

Profectò qui in Sacerdotij dignitate constitutus est, instruere debet profanum populum, & erudire ad omnem probitatem, quod munus Sacerdotis est. Quod si desit doctrinæ peritia, aut prædicandi facultas, aut voluptas, saltem non omittat ipsa honestate habitus Euangelium prædicare, & taxare sæcularem populi ambitionem in vestibus, Præsbyter factus Tertullianus deposuit Romanam togam,quæ laciniosa superfluitate hominem ambitiosiùs vestiebat, & assumpsit breue, & vile pallium. Inter alias causas, quas affert, vt probet Ecclesiæ presbyterum decere magis plebeium pallium,quam superbum laxioris togæ indumentum ita scribit: *Verùm etsi eloquium quiescat,aut infantia subductum,aut verecundia retentũ (nam & elingui Philosophia vita contenta est) ipse habitus sonat. Sic denique auditur Philosophus* (clericus inquam) *dum videtur. De occursu meo vitia suffundo. Quis non æmulum suum,dum videt,patitur?* Honesta enim frugalitas in vestibus, vehementer carpit curiosa vestimentorum lenocinia, & tacita spectantium reprehensio est. Sicut bombycina vestium superfluitas in Sacerdote, muta adhortatio est ad consimilem ambitionem. Rhemensis Synodus circa tempora Leonis III. cap. 23. seriò præcipit,*Vt in victu,& vestitu Abbatum qui monachos habere cernuntur, Dei voluntas,& Domini Imperatoris impleatur.* Pudor est, quod sæcularis, & profana Imperatoris potestas notet,& taxet vestitum Abbatum,seu Antistitum religionis.Sed magnum est huius rei emolumentum, vt componatur subditorum ambitio in vestibus ad Superiorũ exemplum,& compendio exemplaris virtutis corrigantur. Proh, regia censura ad id opus est! Bethuliensium Sacerdotum modestior, & frugalior vestis,hic, vers.9. sit eruditio, & reprehensio impudentioris ornatus, si quis est in Ecclesia Dei. Cauendum est ne paucorum impudentior licentia dehonestatio sit status clericalis.

Tertul.lib 1. de Pallio, c. 6.

Reprehenditur habitus cultior Abbatũ.

Conc. Remense.

Iudith.

§. IX.

Vel rudis infantium balbuties erudita oratio est: quæ nesciens orare,scit impetrare.

33\. Fama finitimarum Vrbium, quæ extrema supplicia passæ fuerant ab Holofernis sæuitia,territabat Hebræam gentem:nimis angebatur tot humanam vitam circumstrepentibus minis. Tunc Iudæi postquam amarunt exiguam manum potiùs a irritandum,quàm ad accedũdum hostem validum, reconcinnarunt vrbium mœnia, & oppidorum muros; ad diuinarum precum præsidium confugiunt. Verùm non satis fidentes oratione maioris ætatis, ingeniati sunt ad placandum numen,vt infantes eorum tenero vagitu, seu ambigua babultie auxilia diuina postularent. Vnde hìc, vers. 9. *Infantes prostrauerunt ante faciem templi Domini, Illi verò Angelica indole pueri*, vt ait Damianus valdè possant in re orationis. Porrò puerorum innocentum periculum nimis gratiam exhibet precationem: *Immaturi racemi vindemiabantur*,ait Basilius Seleucus, qui a in pueritia, quæ est *vitæ ver*, (inquit Clemens Alexandrin.lib. 1. Pædag cap 5. Sicut Senectus dicitur *autumnus*) vindemiantur. Et qui sem absque vlla culpa; hanc tantùm ob causam,quia nati sunt. *Natus puniebatur, & genitum esse, crimen erat; quod in matrice processerat, pœnam ferebat.* Verùm quid oret rudis adhuc infans,quem nullus tangit calamitatis sensus? Puellus enim nescit periculum, ignorat mortem, subtyrãni en se ridebit. Quid ergò petat liberationẽ ab ærumna, quam ætatis ruditas prorsùs ignorat? Quare ergo Hebræa gens tantùm confidit de infantium supplicatione?nescit enim petere,qui nescit angi;siquidem necessitas,energia est orationis. Imò rudem vocem edet elinguis infans, & significationis expertem.Quid significet balbuties,nescit infans ipse, qui sic inconditè fari conatur, & ignorat qui audit infantẽ balbutientẽ.Quare igitur Hebrei Deũ placare presumũt infantiũ inani supplicatione?quæ vix,aut ne vix quidem speciem habet precis Verùm(nisi ego fallor)hic fastus orationis est. Quasi parum foret, quòd ratio impetraret,quod sapienter,& diserte postulat;presumit extorquere,quod nescit petere: imò nec scit quid petat, & ignorat an petat. Infantem mutè verba conantem,rudi,& elingui balbutie exaudit Deus, quæ sublimior,& augustior Dei liberalitas est.

Puer Angelica indole.

Iudith.

Petr.Damferm 17. Basil. Seleu. Orat 9. *Infans reus est natiuitatis.*

Infantium balbutiens oratio efficacissima est.

Psalmo 5. vers 1. *Verba mea auribus percipe Domine,intellige clamorem meum.* Verba quidem specie tenus fallacia,sed medullitus plena Sacramẽtis. Acutè Asterius ait, scitè & aduertẽter dixisse Dauidem *Verba mea* non sermonem, aut orationem; vt significaret in omnibus partibus orationis, hoc est, in singulis verbis momentum esse sèque singulis verbis exaudiri velle. Ac si non tantùm tota oratio,sed & singulæ voces,& verba(tametsi seorsim, & ab aliis verbis seiuncta orationem non consent)oratio sint,& exaudiri negotientur. Nam etsi singula verba nihil petant, tamen audiri, & impetrare præsumunt.O piam orationis ambitionem! Cæterùm maior energia est in illa voce,*intellige*, cùm subdit Propheta, *intellige clamorem meum.* Nam nec satis vrbane videtur agere,nec satis sibi constare. Loquitur Dauid cum Domino, aiens: *Verba mea auribus percipe Domine*, quare subiiciat: *Intellige clamorem meum?* Barbaræ enim rusticitatis est,vt notat idem Asterius,si quis cum Domino suo agens, dicat *Intellige*, siquidem nos quando prudentem, & prænobilem virum alloquimur,non auderemus dicere,*intellige*, quæ dico. Rusticanè enim quis diceret Hispanè *Entiende me Señor.* Verùm Propheta non agit inurbanè,sed nimis confidenter Petit,vt Deus intelligat,quia etsi diuina sapientia omnia intelligibilia pernoscat,at eiusmodi oratio vix intelligi potest. Vnde in originali, pro τὸ *intellige clamorem* habetur *Intellige murmur.* Nempe *clam rem inconditum in modum murmuris, & mussitationis, quæ pressis insonat dentibus, vel infra fauces*, vt ex Hebræa origine eru-

34\. Psal.

Asterius. *Quodlibet Orationis verbulum oratio dicitur.*

Asterius *Oratio balbutiens, & mussitans, & quæ vix auditur,ex Auditur.*

Lorin. ibi. ditè obseruat Lorinus. Eiusmodi autem inconditа balbuties, vel vix expressa, & dearticulata mussitatio maiorem requirit scientiam, & peritiã ad rẽ percipiendam, Deo dignam. Vnde Dauid vrbanissimè adulatur Deo, quod intelligat, & exaudiat orationem inconditam in modum taciti murmuris, aut mussitationis malè dearticulatæ, quæ vix aliquid significat. Quasi dicat Dauid: Deus adeò pius, & munificus est, vt non tãtùm audiat, & annuat disertis, & perspicuis precibus, sed etiam tacitè mussitantibus, & inconditè balbutientibus quæ exaggeratio mm ficentiæ est.

35. Ad minaces Prophetæ voces perterrita magna vrbs Niniue, imperio Regis, saccis induuntur viri, & fœminæ, infantes, & iumenta ipsa, & iubentur clamare ad Dominum, vt auertat excidium Ionæ
Ionæ. 3. v. 4. *Et vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem.* Et infrà voce, & exemplo Regis mandatum est, *vt operiantur saccis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine.* Fatuè videtur præsumere impij Niniuitæ Deum fore placandum balbutie infantium, & rugitu iumentorũ. Porrò infans non orat, sed balbutit rudi voce, & sensus vacua; item iumenta non supplicant, sed brutè rudunt. Num propitiabitur iratus Deus, rudi infãtium balbutie, & bruto, & incõdito belluarum rugitu? Fatuæ profectò preces, & quæ Deum dedecere videntur. Ast quæ maximè misericordiam commendant, & arcanam vim impetrandi
Clem. Alex. l. 1. strom. obtinent Sapienter huc alludere videtur Clemẽs Alexandrinus cap. 13. *Preces quoque fatentur homines, esse potentiores, quæ dicuntur voce barbara.* Scilicet brutus iumentorum mugitus, & rudis infantium vagitus, barbaræ preces sunt, & ita valde potentes ad extorquendam misericordiam: nam cum expertes significationis sint, & oratio barbara: maiorem orationis vim, & excellentiorem ostentant misericordiam Dei: quippe cui rudis, incondita, &
Christus vagitu saluat è præsepio quos non saluauit tonãs in cœlo. barbara oratio, & vix supplicatio, sic grata est, tam libẽter auditur, etsi vix orationis mereatur nomẽ, vt potenter impetret, quod inconditè, & barbarè balbutit, potiùs quam rogat; quod insigne orationis elogium est. Luculenter S. Chrysostomus sic
Chrysost. homil. 2 in Lucam fatur de puerulo IESV vagiente in præsepio: *Tollamus illum in brachiis nostris: adoremus illum Dei*
Ennod. l. 1. epist. 28. *Filium: Deus magnus qui tanto tempore tonauit in cœlo, & non saluauit; vagiit, & saluauit.*

36. Consultissimè Ennodius: *Asseritur, vt video, linguæ officium, varietate sermonum*: Vnde Matthæi 6.
Matth. Theoph. vers. 7. ait Christus Dominus, modum orationis præscribens: *Orantes autem nolite multum loqui.* Theophylactus sic locum vertit, & explicat: *Orãtes autem ne sitis battologi in precibus vestris. Battologia est nugacitas, vt exempli gratia, petere aliquid terrenum, gloriam, diuitias, victoriam. Battarismus enim est inarticulata vox, qualis est puerorum.*
Battologia, seu vagitus infantium exauditur à Deo. Nimirum contemnit Christus in oratione Battologiam, idest, nugaces orationes pro rebus temporalibus impetrandis; non battarismum, idest, inarticulatam infantium vocem, & mussitantẽ balbutiem. Siquidem vagitus puerulі, & balbutiens infantulus tenella, & vix aliquid significante voce, validè impetrat à matre, quicquid sic magis indicat, quam significat. Videas matrem diuinare sollicitam quid infans cupiat grata balbutie & rudi battarismo. Quod validè ostendit sollicitam matris charitatem in puerulum, quem in sinu peramater fouet. Sic Deus, qui hominum Mater dici-
Isaiæ. tur ab Isaia, cap. 46. v. 3. *Qui portamini à meo vtero, & gestamini à mea vulua*, gratè audit, & piè exaudit infantium battarismum; quæ eximia diuinæ misericordiæ laus est. *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem.* Psal. 8. vers. 3. Tertullianus
Psal. Tertull. l. de Anim. c. 19. *Expedisti laudem.* Nam quò impeditior est infantis sermo, eò expeditior est laus, illum audire percipere, & quidquid dubiè postulatur, indubiè largiri. Dein rectè dicitur *perfecisti*, non fecisti laudem: Quia vt ait Theophylactus versans hæc
Theophyl. ad c. 21. v. 16 Matth. Psalmi verba: *Perfecisti autem significat, perfectam, & absolutam ostendisti laudem, et amsi illi propter ætatem imperfecti videantur.* Hoc enim est piæ
37. *Orationem ineloquacem exaudit Deus.* orationis, & munificẽtioris pietatis elogiũ, imperfectam, & balbutientem infantium mussitationem audire, intelligere, & plena manu munerare Nempe inintelligibilis, & infantilis oratio virilior est ad impetrandum. Ad Romanos 8 v. 26 *Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Toletus
Ad Rom. Tolet. Nouatian. l. de Trinit. ibi, *Gemitibus contrariis.* Nouatianus: *Gemitibus ineloquacibus*: quasi elinguis gemitus, seu mutus vagitus, quo ineloquacior est, eò eloquentior fit ad impetrandum. Nam (vt nuper a inotabam) infantis balbuties gratissima est parentibus. Quod luculẽter dixit de Isaaco Basilius Seleucus, sic fatus: *Vt*
Basil. Sel. Orat. 7. *enim increuit infans Isaac, suaque balbutie parentum sauciauit amorem, simul increuit, quod in infante parentes d amarent; totúsque parentum amor indiuisus in vnum conferebatur.* Ecce quomodo Deus linguas infantium facit esse disertas, muta enim puerulorum vox loquacior est, & puerilis infantia vocalior ad impetrationẽ: exaggerat enim misericordiam, quæ vel eadem balbutiem percipiat, ad remunerandam barbaram, & elinguem orationem.

§. X.

Dei sacratissimum Templum quia flagitiosorum Sacrum asylum est, impiè euertitur à barbaris.

SEuerissimus peccatorum censor, Deus est: supplicium, quod diu negligit; exaggerat nullius 38.
Templum Dei vestitur pœnitentiæ habitu, quia flagitiosorum pium asylum est. crimen impunitum manet apud Deum; qui proprio filio suo non pepercit, quia alieni criminis reum fecit Dei Filium innocentissima pietas; vel in te ipsum animaduerteret Deus ob leuissimam non dico, peccati maculam, sed speciem delicti: siquidem in delictorum vmbras animaduertit diuina Iustitia. Flagitiosissimè quondam peccauit Iudæa gens, acerbissimam pœnam demerita est: sed puniatur ipse, qui deliquit populus, excidium ipse patiatur, abigantur reliquiæ in captiuitatem, seruiat durissimam seruitutem, sit tyrannorum auidissima prædæ at sanctissimum Dei templum cur Osee.
diripiendum & diruendum est? Oseæ 8. vers. 1. *In gutture tuo sit tuba; quasi aquila super domum Domini, eò quod transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt.* Ecce Iudaici populi delictum: audi punitionem à S. Hieronymo, hæc ver- Hieron.
ba commentante: *Cùm exaltaueris vocem tuam, hoc dicito cum clamore: Veniet Nabuchodonosor cum omni exercitu suo, tam raptim, tam velociter, vt aquilæ imitetur volatum, festinantis ad prædam; & veniet non ad alium locum, sed ad Hierusalem, in qua Templum Dei situm est, vt eam destruat, atque subuertat.* Verum admirationem facit, quòd Hebræi *transgressi sunt fœdus, & legem præuaricati sunt, &* tamen Nabuchodonosor non properat euersurus alium Iudææ locum, nisi *Hierusalem, in qua Templum Dei situm est, vt eam destruat.* Deliquitne Iudæ Templum, an Iudæa gens? Templum Dei omnes sanctitates spirans, euertendum est? quid deliquit

Digitized by Google

39. deliquit Templum Dei? Quid non ſanctum, & diuinum ſibi? quare ædem ſacram exſcindit, vt ruinæ tradat? Neſcio quia curioſus hanc mihi quæſtionem propoſuit S. Iſidoro Peluſiotæ cui ſic ipſe reſcribit: *Mirari te dixiſti, qui fiat, vt Deus cum motum terræ immittit, Templo ſuo minimè parcat.* Scilicet ſæuit nimbus, & fulminantur peccatorũ domus, & vna decineſcit ſanctum Dei templum: Barbari diripiunt vrbem, & Templum Dei ſubit idem periculum. Reſpondet Iſidorus, *Vt dum ſuis ædibus minimè parcit Deus, terrorem iis, qui peccant, iniiciat, atrociorem videlicet pœnam ob ea quæ agunt expectantibus.* Aſt quid mali patrauit Deus, vt eius domus patiatur excidium? Nempè à Deo quaſi caſtigatur Dei Templũ, quia Deus peccatricis gẽtis Deus eſt? Et quoniam Templum eſt flagitioſorum hominum aſylum, ideo à barbaris ſubruitur, labefactatur, deſtruitur? Iobi 11. v. 20. *Oculi impiorum deficient & effugium peribit ab eis.* Scilicet perit ſacrum effugium, & ſanctiſſimum Dei Templum exſcinditur, quia peccatorum populum piè fouet, & protegit; vult obnoxium vt detur Deus pœnæ: ſiquidem Deum eſſe eius [illegible] populi, & eius templum eſſe [illegible] impiorum effugium, culpæ vicem habet apud barbaros; quam vt ſuſque [illegible] tant, pœnitentiæ habitu induunt ſacram aram; & velut ſi peccatrix ea foret, cogitur ad ſqualorẽ pœnitentiæ. Vnde Sapienter hic veſ. 9. *Altare Domini operuerunt cilicio.* Peccauitne Altare Dei? Cur induitur pœnitentiæ habitu ſcilicet vel in Tẽplo ſuo, vel in Altari ſanctiſſimo, quia & in ſe ipſo caſtigaret Deus peccati vmbram, (ſi quam reperire poſſet) qui proprio filio ſuo non pepercit. Heu quam timendus eſt diuinus furor, qui ita punit vel peccatorum vmbram!

Peluſ. lib. 1. epiſt. 73.

Iob.

Ioël.

§. XI.

Orandus eſt Deus ex fiducia, ac ſi nobis egeret.

40. Res anxietatis plena, Oratio eſt: nam cùm impetratio ab alieno pendeat arbitrio, ſupplicãs anxius hæret, veretur, ne petito munere defraudetur, & re optata carẽs, repulſæ etiã ſuſtineat ignominiam. Et tamen fiducia eſt Orationis energia; nam Oratio ſine fiducia, vacua eſt, inermis eſt, exanimis eſt. O quanta confidentia petimus aliquid ab eo, qui nobis eſſe quam maximè indiget! Iudex ſecurus impetrandi peteret quidpiã à capitali reo. Iob. 21. verſ. 15. *Quis eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei? & quid nobis prodeſt ſi orauerimus illum?* Profectò, vt apparet, hæc ratiocinatio inepta eſt. Nam cui potiùs ſeruiendum quam Omnipotenti? cui anguſtior natura eſt, diuina, inquam: cui ad remunerandum ſeruitia, ſuppetit tota omnipotentia: cui potiùs fundendæ preces ſunt, quàm Omnipotẽti, cui indefectus theſaurus adeſt? In locum τοῦ *omnipotentis*, alij ex Hebræo ſubrogant *ſibi ſufficiens*. Ergo potius Deus orandus eſt, vtpote qui ſibi ſufficiens, nullo indiget, & ſupereſt illi Omnipotentia ad liberalitatem. Enimverò profundior ſententia eſt, quam in ſuperficie appareat eius eminẽtia. Porrò quis oret eum, qui ſibi ſufficit, qui *Omnipotens eſt?* & ſic, nullius indigens? Quia ſi Omnipotens non ſibi ſufficeret, ſed hominum opera indigeret, poſſent faciliùs homines in ſpẽ erigi impetrationis; quia fidenter petimus ab eo, qui nobis eget. Vnde dictum eſt: *Quid nobis prodeſt, ſi orauerimus illum? id eſt, Omnipotentem, vel ſufficientem*

Deus quia omnipotens eſt, difficiliter oratur. Iob.

ſibi. Quod bellè dixit Iobus cap. 23. v. 13. loquens de Deo: *Ipſe eſt, & nemo auertere poteſt cogitationem eius; & anima eius quodcumque voluerit, hoc fecit.* Quaſi dicat: quia Deus *ſolus* eſt, & *ſibi ſufficiens*, & nullatenùs indiget Angelici, aut humani ſeruitij, nemo quantumvis deprecetur, poterit auertere cogitationem eius, & orationibus flectere; Quod ſi in aliquo Deus egeret Angelis, aut hominibus, faciliùs petita impetrarentur.

Iob.

41. Philo Iudæus diligenter inquirit, cur Deus, qui natura ſua abſolutus eſt, & nõ pendens à creatura, appellatur Deus Abrahã, Deus Iſaac, Deus Iacob, quæ nomina reſpectum, & dependentiam important? & ſic ſubdit: *Hoc nomen meum eſt æternum. Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Relatiuum pro abſoluto; & meritò: Deus enim non habet opus nomine: attamen humano generi ſuum nomen largitus eſt, vt habentes refugium ad preces, & ſupplicationes à ſpe bona non excluderentur.* Quid luculentius? Quaſi dicat Philo Deus abſolutiſſimus eſt, & re & nomine à creaturis independens; verùm ſuum nomen dependens à creaturis fecit, & ſic dicitur Deus Abraham, &c. vt vel ipſa dependentia animaret homines ad orandum, & *habentes refugium ad preces à ſpe bona non excluderentur.* Quam fidit homo impetrare quod petit ab eo, qui ſe indiget! vndè bellè dixit Hildebertus loquens de liberalitatis humanæ attributo: *Hoc ſecum dignitas non attulit, ſed inuenit.* Nempe ſumma Præfectura cùm ſupra omnes emineat, & nullius egeat, non facit Præfectum liberalem; oſtendit tamen, ſi liberalem inuenit ante ſublimitatem officij; nam miniſtrat occaſiones oſtentandæ munificentiæ.

Philo lib. de Abraham

Deus dicitur relatiuus ad preces noſtras.

Hildeb. ep. 4

42. Elias ſanctiſſimus vir, ſed auſterus, & ad rigores factus, accepit à Deo, vt ad eius arbitriũ Cœlũ plueret, aut negaret optatos imbres, 3. Reg. 17. v. 1. *Dixit Elias ad Achab: Viuit Dominus ſi erit annis his ros, & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.* Scarum imbrium diſpenſator erat Elias; fatiſcebat terra præ ſiccitate, hiabant homines præ annonæ inopia, deficiebant exanimes. Iam Dei miſericordia flexa erat ad parcendum populo, ſed negotium miſericordiæ ab Eliæ arbitrio pendebat totum. Satagit bonus Deus Prophetæ voluntatem inclinare ad miſerationes, & miris artibus præſtitit: Quod mirè expendit Seleucianus Baſilius; *Primo dat Prophetæ ſiccitatis præfecturam, quo tamen ille [illegible] multas.* Nam facilè Iuſtitiæ zelo ab alio experimur rigores; quos exequi durum nobis eſt, quia inſuaue eſt nobis alios affligere. Adhuc Propheta non flectitur. Secundum machinam inſtruit Deus: *Prophetam ſupplicij participem facit; ſimulque cum populo condemnat, atque ea ratione contribulibus conciliat, aut clementem ſe exhibeat, vel [illegible] ſuadet.* Nam qui à calamitate immunis eſt, non dolet de aliorum calamitate. In ſe experiatur Elias malum, quod aliis infligit, fortè hinc humanior euadet. Item communis calamitas ſolet amicitias conciliare. Nec tamen his ceſſat Elias à rigoribus. Alia media tentat Deus: *Coruis præcepi, vt paſcant te.* Fortaſſis Prophetam pudebit, ſe benè pranſum, populum fameſcentem videre. Alimentum Eliæ ſuppeditans, latenter eum de ſententia deiicit. At generoſior hic affectus non mouit Eliam, & adhuc ſeuerus perſtat. Ad hæc: *Coruis præcepi vt paſcant te. Eiurum proditores tibi ſunt alimenti ſuppeditatores. Ne igitur durior fueris coruis paſſorum eſcribus, ne immanior ſis in pullos ad commiſeratiō, quia tu tam potius eorum in te amauit. Hi commendata tibi obſequio naturam vicerant; tu quoque Iudæorum nequitiam humanitate comminere, vt in commiſeralibus,*

3. Regum. Facile impetramus ab eo qui eget nobis potentibus.

Baſil. Seleuc. Orat. 11.

Digitized by Google

43. *tribulibus, coruis fuerit inhumanior.* Adhuc durat Eliæ rigor in populum. Quid ergo consilij capiat Deus, vt Eliam permoueat ad miserationem? Eliamne rogabit Deus, vt misereatur pereuntis populi? Deúsne is est, qui alium oret? *Verùm Deus Eliam vidit inexorabilem:* velut obstinato iustitiæ animo, adhuc negans populis pluuiam, & escas Pergit Seleucianus Præsul, & artẽ, quâ Deus emolliuit Eliæ cor, & oratione suâ miserationum extorsit, acutè pandit: *Quid ergo faciat fons pietatis? Aliam machinam Propheta admouet, qua deiectus Elias vel inuitus ad humanitatem flectatur.* Nimirum internecat Deus Filium viduæ, apud quam hospitabatur Elias, vt vel sic Propheta impetraturus à Deo salutẽ demortui pueri, Deus velut impetret à Prophetâ salutem populi, fame pereuntis. Hæc diuina Sapientia est, & machinamentum plenum artis Scilicet egeat Propheta meo auxilio, quo suscitetur filius viduæ sustentantis Prophetam, vt sic Propheta adiutorij mei indigus concedat mihi pluuiam in remedium Israël, quam aliter fortè non concedet. Inducit Basilius Eliam sic fantem ad Deum: *Heu mihi! etiámne viduam afflixisti, vt interficeres filium eius? Videò quo me machinamento petas, sentio quibus à te artibus circumuentus sum. Humanitate me respondere postulas, vt cùm pro vidua filio supplicuero: libera, ô conditor, à morte filium viduæ: Occurras & ipse mihi hac conclusione Libera igitur & tu filium meum Israel à siccitatis decreto.* Quod ad rem accommodatius? Et quod Deus impetrare quasi nequiuit ab Elia tot machinamentis, hac vna arte exorauit; scilicet in eas angustias Eliam redigens, vt maximè Dei fauore indigeret, & sic Propheta alioqui flecti nescius, flectitur, & exoratur. Nam ab eo qui nobis eget, fidenter quid vis petimus, & certò impetramus.

Basil. Sel.

44. Hinc apparet cur eleemosyna, aut oratio, aut orationis anima, passim appelletur, Quia scilicet eleemosyna tota fabricata est, vt Deũ faciliùs exoremus. Itaque eleemosyna orationis vis est. Quærit Laurentius Nouariensis, cur Christus in paupere indigere velit, ita fatus: *Sed dicis, Christus Dei Filius, qui in pauperibus pascitur, cur non magis ipse opulentat inopes, exaltat humiles, erigit indigentes, cùm ipse sit omnium promissor, & largitor?* Et infrà *Nunquid non potest Christus ditare mendicum? Nunquid non valet modò illuminare cæcum? curare claudum? stringere paralyticum? mundare leprosum? valet quidem.* Quare ergo, si hæc præstare valet, ipse non præstat, sed mauult ægrotare cum infirmo, egere cum paupere? Imò ipsemet Christus dicitur potiùs infirmari, egere, &c. Matth. 25. v. 35. *Esuriui, & dedistis mihi manducare; sitiui, hospes, eram, nudus infirmus, in carcere, &c. Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis.* Nimirum Christus *qui omnium promissor, & largitor est*, nostræ eleemosynæ, & fauoris indigum se publicat, vt faciliùs eum oremus, & confidentius exoremus, & sic nostra eleemosyna, Oratio nominatur. Quod indicat Antistes Nouariensis, sic exscribens illud Eccles. 9. *Claude eleemosynam in ore pauperis, & ipsa exorabit pro te in die malo.* Clem. Alexandrin. *Exponitur modus Orationis, si videris nudum, operi eum, &c.* Rectè ergò eleemosyna *Oratio, & modus Orationis* dicitur. Quia facilè exorat Christum nostra eleemosyna egentem. Scilicet egeat Christus in paupere nostra eleemosyna, vt sic ea fiducia illum oremus, vt qui nobis indiget. Vide Israëlitæ hîc vers. 10. *clamauerunt ad Dominum Deum Israel.* Dominum appellant, vt tacitè innuant se Dei peculium esse, tótque seruos amittere Deum, quot Israëlitæ perierint. Item *Dominum Deum Israel* vocant, vt ostendant Dei nomem dependere ab Israëlitis, vt aiebat Philo suprà, & sic præsumunt impetrare quod rogant.

Laur. Nou. homil. de Eleemos.

Cur Eleemosyna est orationis energia.

Matth.

Laur. Nou. Eccli.
Clem. Alex. l. 3 Pædag cap. 12.

Iudith.

---

§. XII.

Coniugibus vna sit caro, vnus spiritus, eadem mens, ipsissima respiratio: sit vterque coniux vnus in deitate personarum; & duo in vnitate coniugij.

45. PAx, & consensio, laus nuptiarum est & matrimonij miraculum. Sit ergo fœmina speculum viri, ait Plutarchus: *Vt speculum auro, gemmisque ornatum vtilitatem nullam affert, nisi similem speciẽ referat: sic opulenta vxoris nullus fructus est, ni vitam, moresque præstet cum vita & moribus viri congruentes & consentaneos.* Tristatur vir? ne rideat, sed mœreat vxor, lætatur maritus? ne ipsa doleat sed hilarem, & ridibundam imaginem reddat, &c. Sit vox & operatio mulieris quasi quædam fidelissima Echo voluntatis, seu nutus mariti: nam *Oportet vxorem nullum proprium affectum habere.* Imò in religionis, dissentire vetuit idem Plutarchus, aiens: *Cùm sit primus, & maximus Deus, quem vir censet esse colendum, solum eum cognoscere vxorem decet: curiosaque religiones, & peregrina superstitiones à vestibulo domus arcenda sunt.* Qui & se mutuò munerare coniuges interdictum est, nequid non commune sit. *Romanarum legum lator munera vicissim dare, & capere coniuges vetuit, vt omnia communia esse existimarent.* Sic studiosa fuit sæcularis politia nutriendæ pacis, & consensionis inter coniuges.

Plutarch. in præc. cõnub. *Vxor sit mariti speculũ.*

Plutarch.

46. Summus rerum omnium Opifex Deus mulierem formaturus ex costa viri, Genes. 2. v. 21. *Immisit soporem in Adam, cumq; obdormisset, tulit vnam de costis eius; & ædificâuit costam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Magna quæstio est apud Interpretes, an hic sopor, quem Dominus immisit Adamo, cùm spõsam illi creabat, fuerit verus somnus, an ecstasis aliqua? Hugo Cardinalis (vt reliquos omittam) ita scribit ad hæc verba Geneseos, *Immisit ergo Dominus Deus soporem: Non somnum, sed ecstasim, in qua creditur interfuisse cælesti curia. Ita dicit Augustinus.* Verùm sciscitari lubet cur homo dum paratur illi sponsa; statim in nuptiarũ vestibulo rapitur ad cœlestem curiam; Et cur non anteà, nempè vbi primùm creatus est; & quare non posteà? Cùm adornatur Adamo sponsa, immediatè ante nuptias, Adamus adest cœlesti curiæ, & fortè potitur clarâ Dei visione. Scilicet antequàm vxorem ducat, lustret cœlos vbi *neque nubent, neque nubentur*; intersit cœlesti curiæ: Præuideat in cælo summam pacem Angelorum ministrantium, pacatam valentiã in Potestatibus, ingenium amoris in Seraphinis, vbi beatus amor omnia facit cõmunia. videat naturâ vnissimam Trinitatem in Deo, &c. vt sic cælorum politiam traducat ad connubia. In quibus si pax sit, coniugiũ erit cælestis beatitudinis imitamentum; secùs, æmulatio gehennalium cruciamentorum.

Genes. *Ante nuptias Adamus per ecstasim dicitur interesse cælesti curia.* Hugo. August.

47. Itaque ex beatarum mentium concentu perdiscenda est concors nuptiarũ politia. Imò strictior pax, & vnitas requiritur, Genes. 2. vers. 24. *Et erunt duo in carne vna.* Quæ arctior vnitas, quàm identitas indiuidua, & vnitas carnis? In eodem Geneseos libro, & capite vers. 22. dicitur: *Et ædificatur Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam*

Genes.

in

Digitized by Google

in mulierem. Mulier ædificatione condita, & homo afflatu Dei creatus: *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Benè eſt, quòd non creetur ſimul Eua cum Adamo, etſi Deus ſimul vnâ eâdemque voce vtrumque ſexum condiderit in reliquis animantiũ generibus, vt vir prius inſpiciat quâ cum matrimonium init, vt aduertit Baſilius Seleucus. At ſapienter addubitat S. Auguſtinus cur anima viri, afflatu Dei ſit creata, & anima fœminæ architectata dicatur. Nunquid degener eſt muliebris anima? *Si enim ſcriptum eſſet, quod ſimiliter ſufflauerit Deus in faciem formata mulieris, & facta fuerat in animã viuentem, iam quidem plurimum lucis accederet.* Profectò æquum non foret, vt Deus etiam ſpiraret in faciem mulieris ſpiraculum vitæ, & fieret in animam viuentem; vt notificetur mulieri, eodem propè ſpiraculo cum viro animandam fore: ne aliud ſit ſpiraculum, ne diuerſa ſit reſpiratio viri, & fœminæ, & qui eadem caro ſunt, eodem ſpiritu vtantur. Addit Baſil. præfata orat. 2. quod Deus ad mulieris formationẽ, nõ *ex terra, ſed ex latere membrũ mutuatur ipſiuſmet corporis, vt mente coaptet, & natura vna diſſipatur arte formatio, vt vna mens conſeruatur ad imitationem naturæ. Contemplatum igitur Adamum inſpiratum membri ſui amplitudinem, non exemptam eſſe membrum, &c.* Itaque mulier portio viri ampliata eſt, caro eadem, velut vnum vtriuſque ſpiraculum, *vna mens*, ne anima, aut mens diſſipet, quos caro eadem coniunxit. Cùm ergò tam indiuidua ſit caro, & anima coniugum, nomẽ etiam commune, & ipſiſſimum eſt, Geneſ. 5. v. 1. *Hic eſt liber generationis Adam, in die, qua creauit Deus hominem. Maſculum & fœminam creauit eos, & vocauit nomen eorum Adam.* Audis virum, & mulierem appellari Adam? Vtérque dicitur homo, non homines ambo, ſed vnus homo dicitur: quaſi ambo non ſint plures homines, ſed homo vnus ob coniugium; nec nomen diuerſum ſit in vnitate coniugij: ſunt enim duo in carne vna.

Coniugum eadem animæ, eadem reſpirationis idẽ nomen.

Baſil. Sel. Orat. 2. Auguſt. l. 7. de Gen. ad lit. c. 20.

Coniugum idem nomẽ. Geneſ.

48\. Tam indiuidua vnitas debet eſſe inter virum, & vxorem, vt parũ foret eandem eſſe vnius vtriuſque carnem, & animam, & reſpirationem, & mentem, & nomen, niſi etiam ferè vna eſſet ſanctitas, & iuſtitia: ac ſi communis ſit vtriuſque virtus. 1. Corinth. 7. v. 14. ita ſcribit Apoſtolus: *Si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum: Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.* Valdè difficile explicatu eſt, quo modo vxoris ſanctitas ſanctitatem reuerberet in virum, & contra. Mitto plura, quæ ibi vbertim Expoſitores vt arguto vtar explicationis compendio, cum S. Anſelmo, qui ſic ibidem ſcribit: *Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem, quaſi ſanctificatus ex progenie.* Porrò Lucæ 1. verſ. 6. Zacharia, & Elizabetha dicitur: *Erant autem iuſti ambo.* S. Chryſologus, *Ambo iuſti quia ambobus erat vna iuſtitia.* Et nuper retulimus ex Plutarcho coniuges nec religione diſcrepare debere: vt eadem ſit religio vtriuſque, iuſtitia quaſi eadem. Luculenter Nazianzenus Orat. in laudem Gorgoniæ ſororis, ſic fatur: *Porrò cùm hoc virum Gorgonia reliquis omnibus antecedere cuperet, vt maritum quoque luſtrali aqua tingeretur: vt ſic toto corpore Deo conſecraretur, vt non dimidia tantum ex parte tincta, perfectaque diſcederet: ipſiuſque aliquid imperfectum relinqueretur: hoc quoque à Deo precibus impetrauit.* Quaſi mariti Sanctitas portio eſſet Sanctitatis vxoris, eâ tum propè dimidiata, nec admodum perfecta eſſet ſanctimonia, quæ non eſſet viro communis. Nempe vtérque coniux vel Sanctitatem mutuat ex alterutro: nec tam eſt diuerſa Sanctitas, quam ferme eadem. (Quid commodius ad S. Ioſephi laudem excogitari potuit, quã quod eius virtus ſit quodammodò pars Marianæ perfectionis, & Mariæ perfectio ſit pars ſanctimoniæ Ioſephi?)

Coniuges eadem ſanctitas. Lucæ.

Chryſol. ſerm. 92. Plutarch.

Nazian.

Mariti ſanctitas Iuſtitiæ aſcribitur.

49\. S. Petrus Chryſologus eleganter inquit de coniugibus: *Quos Deus coniunxit, natura faciat, & facit Deus, vt ſit homo vnus, duo; Duo vnus, alter ipſe homo, ne ſit aut ſingularitas debitata, aut confuſa coniunctio.* Vide duo in vno? Singularitatem in ambobus? Dualitatem in vnitate? Sapienter Moyſes cum refert virum, & fœminam creatos; ſimul ad ſimilitudinem efformatos aſſerit, inquit Geneſ. 5. cap. v. 1. *Hic eſt liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum; maſculum, & fœminam creauit eos.* Quid ſi hîc traditur, non tam imago in natura, de qua ſuprà egerat, quàm Dei ſimilitudo in coniugio, de quo agitur? ait enim, *Hic eſt liber generationis Adam: in die, qua creauit Deus hominẽ, ad ſimilitudinem Dei fecit illum, maſculum, & fœminam creauit eos.* Et ſtatim recenſere incipit filios natos ex hoc coniugio. Ego quidem in coniugio viri, & vxoris præclaram Dei ſimilitudinem agnoſco: quam præuidit olim Tertullianus, aiens: *Vnum matrimonium nouimus, ſicut vnum Deum.* Nempe ſicut in Deo vnitas eſt in multiplicitate perſonarum, ſic quodammodò in matrimonio, in multiplicitate perſonarũ, vnitas eſt: *Erũt duo in carne vna.* Deus noſter vnus eſt, & trinus? nec perſonarum trinitas vnitati derogat, nec vnitas eſſentiæ trinitatem impedit: ſic quodammodò in matrimonio *Facit Deus, vt ſit homo vnus, duo; duo vnus, alter ipſe homo; ne ſit aut ſingularitas debitata, aut confuſa coniunctio.* Duplex perſona ad matrimonium accedit; ſed à matrimonio cadit quaſi vna natura: *Non aliam ergo habet naturam mulier, quod attinet ad humanitatem: aliam verò videtur vir habere, ſed tandem*, inquit Clemens Alexandrinus. Nam ſunt duo in carne vna. O matrimonij arcana dictas in ſingularitate! Efficitur enim vnus duo, & ipſe alter multiplex in perſona, vnus in carne. Ergo quemadmodum in multiplicitate perſonarum præcellit Dei vnitas: *Sic vnum matrimonium noſtimus, ſicut vnum Deum.* Excellit quippe coniugum vnitas in multiplicitate perſonarum coniugalium. Itaque ſicut vniſſimus eſt Deus noſter, ſic ſuo modo vnum ſint cõiuges, & duo vnus, vterque ipſiſſimus, & vniſſimus. Ergo quaſi ſui diſſolutionem vereantur viri Bethulienſes, timent hic verſ. 10. ne ab Aſſyriis capti diſſocientur à ſuis vxoribus. Vnde *clamauerunt ad Dominum Deum Iſrael vnanimiter, ne darentur vxores eorum in diuiſionem.*

Chryſolog. ſerm. 72. Sit vterque coniux vnus in dualitate perſonarũ, & duo in vnitate coniugij. Geneſ.

Tertul lib. de Monogam. c. 1.

Clem. Alex. l. 2. Stromat.

Iudith.

§. XIII.

Vxoria vita ærumnoſa eſt. Prægrauis ſubiectio, paupertior inopia, ſuſpicax cautela, maritalis exactio, cenſus nuptiarum ſunt.

50\. QVispiam olim Spartiatarum Rex increpatus à regni proceribus, eò quod ſibi adſciuiſſet in matrimoniũ fœminã puſillo admodum corpore, quippe quæ regulos, non reges pareret. Fertur reſpondiſſe, *Elegi breuiſſimum malum.* Profectò vir ducens vxorem, poteſt exiguum malum eligere: At ſuſpicor, quòd non ſic fœmina: quæ viro nubens,

Vxor exigua eſt breue malum.

bens, grande plerumque eligit malum, & vitæ statum laboris & ærumnarum plenum, Naumachius apud Stobæum, sic compescit nubendi pruritum: *Pulchrum sanè est corpus habere castum, indomitamque manere virginem*, (planè emphaticè) *& puris cogitationibus perpetuo gaudere: nec onus laboriosa circa alia ferentem, neque trementem suspiriosas Lucinæ parturigines: sed permanere quasi reginam inter imbecillas mulieres*.

Naumach. Stobæus serm. 68. *Vxorum molestia traduntur.*

Pleniori stylo id ipsū edisserit Tertullianus aiens: *Perora, age iam spurcitias genitalium in vtero elementorum, humoris & sanguinis fœda coagula carnis ex eodem cœno alenda per nouem menses: describe vterum de die in diem insolescentem, grauem, anxium, nexum, totum incertum libidinibus fastidij, & gulæ. Inuehere iam & in ipsum mulieris enitentis pudorem.* Ecce tibi vel ipsas coniugales delicias tot ærumnis, improperiis, periculis obnoxias: quæ calamitates nisi accidant, infelices habentur nuptiæ, nempe steriles. Itaque nullo modo hoc malum caueri potest. Et quidem si matrimonium *stadium martis est*, vt §. sequenti referam ex Tertulliano, & *Palæstra domi*, vt inquit S. Chrysostomus, necesse est vt cum vxore lucta sit. Quid calamitosius vxori quam domum habere pro *palæstra*, & coniugium pro *Stadio*, seu Amphitheatro, vbi cum viro tanquam cum gladiatore, seu palæstrita depugnet, & rixetur? Armetur mulier clypeo potentioris tolerantiæ, & silentio, & dissimulatione deludat ictus, O voluptatē matrimonij, tot incommodis vectigalem! Clemēs Alexandrinus: *Democritus repudiat matrimonium, & procreationem liberorum propter multas, quæ ex ipsis oriuntur, molestias: Ei autem Epicurus quoque assentitur, & quicumque in voluptate, molestia & doloris vacuitate bonum collocant*, Nec Epicurus diligentissimus voluptatis explorator, & amator, eam in nuptiis reperire potuit: *Nuptiarum tragœdia* dicitur à Basilio. Quod de quadā fœminā quæ minoris fortunæ viro nupserat, de ferè reliquis dictū puta: De illa ita scribit Ennod. *Credite mihi vltionem criminis, dum admittit crimen, executa est: & turpi mersa contubernio, & flagitium, & pœnam flagitij reperit in marito. Secum rei personam portauit, & iudicis, mulier, dum elegit indignum:* Planè luculenter de more Ennodius.

Tertul. lib. de carne Christi, c. 4.

Tertul. Chrysost. Orat de Pulchr.

Clem. Alex l. 2. Strom

Basilius in Opusc. de vera virgin *Nuptiarum tragœdia.* Ennod l. 8. epist. 45.

51. Inter vxorū molestias, præcipua est, subiectio ad maritum; libera nata est, ingenua, sui arbitrij domina: ex quo nupsit viro, sui iuris non est, sed subdita mariti voluntati, & nutui: *Oportet* (verba sunt Plutarch.) *vt geometræ dicunt, lineas, & superficies non per se, sed suos affectus, curas, risum, communia habere cum viro.* Cui vel sic ginatico mancipio tam dira seruitus intimatur? Grauissimæ profectò sunt huius subiectionis molestiæ. Adamus nimis vxorius vir instigāte Eua flagitiosissimè deliquit, & vnà secum deprauauit immeritum mortalium genus. Adest Deus vindex tanti sceleris, vt ira in recentem adhuc malitiam animaduertat acerbiùs. Sistitur Eua flagitij auctrix, & conuicta perpetrati facinoris, sententiam tremula audit ex fulminante ore Dei iudicis. Aduerte ad pœnam tanti criminis dignam, Genes. 3. v. 16. *Mulieri quoque dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos; sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* O minutissimum supplicium, & tanto reatu impar! Hæc pœna non est coërcitio delicti, sed impunitas delinquendi Sapienter S. Augustinus circa hanc pœnā mulieri inflictam, sic scribit: *Neque enim & ante peccatum aliter factum fuisse licet credere mulierem; nisi vt ei dominaretur, & ad eum ipsa seruiendo cōuerteretur. Sed rectè accipi potest hanc seruitutem significatam, quæ cuiusdam conditionis potiùs quam dilectionis: vt etiam ipsa talis seruitus, qua homines hominibus postea esse serui cœperunt, de pœna peccati reperiatur exorta.* Nempe superbo mulierum ingenio, inani fastu turgenti, nulla ęquè grauis pœna imponi potuit, quam eiusmodi grauis & indecora subiectio; quam in statu innocentiæ etiam habendam, iterum confirmat Deus, quo firmior sit subiectio, & nulla tergiuersatione possit excuti. Aut saltem aliquid addatur ad pristinam seruitutem, & vt insinuat Augustinus. Quasi non inuenerit Deus in thesauro seuerioris suæ iustitiæ, seueriorem pœnam, & æquè fœminis acerbā, quam subiectionem ad suos viros: quæ sic molestat mulierum naturam, vt vel firmare seruitutem sit dignum supplicium tanti flagitij, & impatientior pœna primęvi delicti. Vnde illi intimat Deus *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Nam in hac vna pœna immuneri cruciatus vxorem pungunt, cruentant, laniant.

Plutarch. in præceptis connub.

Subiectio ad virum est grauissimum supplicium fœminarum.

Genes.

Aug. l. 11. de Gen. ad litt. c. 37.

Nec diuitiæ seruitutis iugum leuare possunt: nā opulentior virgo à nuptiis depauperatur, & in viri vsus transeunt vxoriæ gazæ: *Vt temperatum, etsi plus in sit aquæ, vinum tamen appellamus: ita substantiam & rem familiarem, quamuis plus vxor contulerit, mariti dici oportet*, ait Plutarchus suprà. Imò olim sponsæ nullas opes ad matrimonij sumptus conferebant, vt sic pauperiores forent. 1. Reg. 18. vers. 25. Oseæ 3. v. 2. & Lucæ 1. v. 26. *Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, ad Virginem desponsatam viro.* Super quibus verbis, sic eruditè scribit P. Mariana: *Ad Virginem desponsatam; Syriacè, Venditam: Olim viri dotabant, quasi emebant sponsas: sic erant obedientes, nunc superbiunt quia viros emunt ampla sæpè dote.* Scilicet ad naturalem, & pœnalem vxorum seruitutem addebant viri ius emptionis, quò strictiori titulo miseras vxores possiderent? Tanta sollicitudine studebant depauperandis fœminis, vt refutarent emolumentum dotis, quò eas efficerent pauperiores: quin & numerosis pecuniis emebant vxorum paupertatem, quasi vxorum inopia esset maritorum opulentia. Tolerabile foret maritatæ mulieri, nihil diuitiarum habere, quod non sit viri, si aliquid posse ipsa dono accipere. Sic pauperior est mendico: nā hic potest dono accipere paupertatis subsidium; secus maritata fœmina. Ioann. 4. v. 15. promisit Christus Samaritanæ viuā aquā, qua maximè egebant Samaritæ: *Da mihi hanc aquam*, inquit Samaritana, *vt non sitiam; neque veniam huc haurire. Dicit ei* IESVS: *Vade, voca virum tuū, & veni huc.* Quæ verba commentans S. Chrysostomus homil. 31. in Ioannem, sic arguté scribit: *Vade, voca virum tuum: De dono sermo habebatur & gratia humanam excedente naturam, instabat mulier, & cum efflagitabat. Dicit* IESVS: *Vade, voca virum tuum, quasi opus esset cum eo communicare.* Nimirùm Samaritana accipiēdi cupida, auarè petit donum; Christus elargiendi studiosior, absente Marito munus largiri distulit; *quia opus erat cum marito donum communicare*: ne vel à Christo Deo temporale donum acciperet non præsente marito, & cum eodem marito minimè communicato. Illustre profectò documentum, quo necesse est instruantur maritatę fœminæ: & grādis exaggeratio vxorię paupertatis, quæ & dote carere debet, & dote emitur à marito; exósque est doni accipiendi, quod commune non sit cum marito, & adstante eodem.

52.

Plutarch. *Vxoris paupertas.* 1. Regum. Oseæ. Lucæ.

Mariana.

Ioann. *Vxor nihil accipiat, nisi præsente marito.*

53. Sed quis dicendo assequi valeat, quotidianas maritorum zelorypias? ô quot calamitatibus obnoxias facit vxores, maritorum suspicax cautela!

qui

qui sollicitè prædiuent dedecus, quod vix præcaueri potest. Nā si sollicitā curam vxoris negligit, vt fidelem putando, fidelem faciat; honorem exponit suum fœmineæ inconstantiæ. si diligenti cautela tollit occasiones, dum honestari timet, dehonestare docet: & ius luxuriandi suspicando facit.

Tertull. l. de Cult fœm. c. 4

Maritus exactor est castitatis.

Verùm ingens fœminæ calamitas est, esse obnoxiam eiusmodi suspicionibus. Et sanè, *Omnis maritus castitatis Exactor est*, inquit Tertullianus, Rustica, & barbara Exactorum violentia est; auara, & violentia exactionis vis. Vnde vxor non tam domi habet virum, quàm castitatis Exactorem *Todo marido es exe. utor de la castidad de su muger.* Quid molestius, quàm semper subijci Exactoribus, semper exactores pati? Huc alludere videtur

Septim. l de exhor Cast. cap. 10.

Septimius, viduas dehortans ne ineant secundas nuptias, sic fatur: *Rape occasionem, etsi non exoptatissimam, tamē desiisti habere, cui debitum solueres. O te felicem, amisisti debitorem! simile damnum: quid diximus damnum? Lucrum sentietem.* Nam mortuo marito, & creditor, & exactor mortuus est. Nulla innocentia immunis est ab hac peracerba, & intolerabili exactione. Quæ vxor vel æmulari potest virginis Deiparæ castitatem, quæ puritatis angelicæ schola fuit? Quis maritus assequi imitando valeat Iosephi sanctitatem? Dignus plane hic æstimator Marianæ puritatis. Et tamen (ait Hugo

Hugo. Matth.

Cardin. ad illud Matthæi 1.) *Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Inuenta est in vtero: à Ioseph. sicut à viro curioso circa vxorem.* Erat quippe Iosephus sponsus Mariæ & inde curiosus, ne dicā sollicitus, de eius pudicitia: quia *omnis maritus exactor est castitatis*; quasi omnis vxor suspecta sit marito; siquidem Maria virginitatis typus & honor obnoxia fuit curiositati, suspicioni, & cautelæ mariti. Quid exaggeramus?

54.

Ambitiosa vxorum lacryma, suspecta lenocinijs habentur.

Ais, si fœminis vsque adeò graue est matrimonij iugum, quomodo plures tā ægrè ferunt maritorum mortes; illacrymantur vsque ad deliquiū, complodunt manus, suspiria ab imis præcordiis ad sidera tollunt, lamentantur, gemunt, vlulant, suspiriosæ. At nemo non amens acerbè fert liberationem à molestiis, & lætitiæ causam. Mihi suspectus est in pluribus viduis tantus lacrymarum apparatus, & tam inconsolabilis luctus. Quid si fo-

Seleuc. orat. 40.

ret dissimulatus leno? Ad rem Basil. Seleucus sic aiens: *Quòd multæ quoque per lamentationes, & ploratus incensos, maritalis amoris gloriam sibi comparando, amatores prolectent.* Ecce tibi lenas lacrymas, vt plangoris lenocinio, quasi dissimulato philtro plures prolectet amatores, ob gloriam maritalis amoris. ô argutum lenocinandi ingenium! ô luctus ambitionem!

Vxor caueat ne ornetur vt luna.

Plutarch.

Præfatis laboribus obnoxia sunt Matrimonia. Sed caueat prudens matrona ne his alias ærumnarum causas addaggeret. Vellem vt ad manum haberent præcepta connubialia Plutarchi. Vnam è multis sententiis adducam, in qua Lunam comparat incautæ & imprudenti vxori. *Lunam, inquit, cùm abest à Sole, lucidam claramque videmus: admota Soli, obscuratur; & occultatur.* Non est vxor, sed commune scortum, quæ præsente marito inornata sordet; absente, omni fuco, & lenocinij genere se ornat. Plura eiusmodi documenta in promptu est legere ibi.

Iudith.

Ergo cùm tantæ sint vxorum ærumnæ; tametsi viri grauatè ferant hîc, vers. 10. diuelli ab vxoribus; vxores tamen magis immunes videntur ab hoc dolore.

§. XIV.

Maritorum gladiatoria vita est Nouiorum deliciæ ænigmaticæ, & Eucharisticæ, dicuntur.

55.

Stob serm. 68.

Theod.

Nuptiæ similes sunt morti.

Stobæ.

SOcrates interrogatus, quinam homines pœnitentiam incurrerent: *Qui vxores duxerunt*, respondit. Nam vt ait, Theodectes: *Similes res sunt, senectus, & nuptiæ. Vtramque enim consequi desideramus: postquā verò nacti fuerimus, tristamur.* Pulchrè ait Stobæus serm. 69. *Quando maritus vxorem domum ducit: non solum, vt videtur, vxorem accipit: sed vna cum ipsa quoque introducit aut bonum sibi Dæmonem, aut contrarium:* Caue ne Dæmonem venustum pro vxore accipias, imò vxorem Dæmonē.

Vxor bonus aut malus Dæmon est.

Hippon.

Sententiose dixit Hipponactes: *Bini sunt cum vxore iucundissimi dies, alter quo ducitur, alter quo mortua effertur;* Cæteri vt plurimùm pœnales, ærūnosi; tristes. Quoniam si duxisti formosam, habiturus es communem; si deformem, pœnam. Si pecuniosā duxeris, non vxorem, sed dominā habebis: si pauperem, sumptus te obruet. Si vetula, si turpis, si tumultuosa, *non amplius tibi iucunda est vita, neque omninò domum ingredi libet*, inquit Anaxandrides.

Anaxan.

Cùm improba, & maledica, & amentia plena, & quiduis aliud eiusmodi habens, vxor obtigerit, ita te ipsum muni te, vt omnem eius improbitatem latueris, ait S. Chrysostomus.

Chrys. orat. de pulchri. & vxore.

Denique sic constituta est natura nostra vt optimam quamque præ nimia cōsuetudine fastidiat: vilescit quod ad manum est, nauseamus ad consueta. Ergo *egregiè viues, si non habueris vxorem*, ait Philetas, quasi omnis vitæ infelicitas sit ab vxore non bona. Saltem molestissimis ærūnis obnoxia sunt matrimonia.

Philetas.

Cur Sara, mortua, Deus non dicitur apparet Abramo mortuo.

Olim crebrò apparebat Deus Abrahamo, cum quo amicissimè conuersabatur eius fidem fulciens spem vegetans, charitatem inflammans: qua Dei familiaritate sic in virtute profecit Abrahamus, vt sanctitatis exēplar, animositatis typus, probitatis meta, habitus sit. Tandem centenaria moritur Sara vxor & Rupertus. *Notandum, quia Deus vlterius Abrahæ apparuisse non legitur.* Quid causæ est, cur Deus qui ante Saræ mortem toties apparet Abrahamo, post defunctam Saram, nec semel apparere dignatur? Num Deus non tam Abrahamum, quàm Saram inuisebat? Fortè vxore viduatus Abrahamus, ingratus est Deo, qui vxoratus tam gratus extitit? Ego quidem existimo Abrahamum vxore superstite, eguisse tot Dei visitationibus ne succumberet, matrimonij mole oppressus. Frequenter eget visitari à Deo, qui frequenter vxoris probæ etiam molestiis agitatur. Appareat Deus crebrò Abrahamo, viuēte Sarā; defunctā verò, non tam eget presidio diuinæ præsentiæ. Crebrescat fauor præsentiæ diuinę vbi semper præsens est molestia vxoris humanæ, sustentetur tot apparitionum fulcris Abrahami vxorati virtus; at vxore viduatus in virtute proficiet absque tanto præsidio. Nam vacante periculo, vacat adiutorium.

Genes. Rupert l. 6. in Genes. c. 35.

56.

Seneca sic ait: *Bion dixit: Omnia hominum negotia similia nuptiis esse.* Quasi dicat: Nuptiæ otium non sunt, sed negotium: imò nuptiæ negotiorum omnium laboribus, & ærumnis constant. Specie tenus placidæ, & iucundæ: at re ipsa insuaues, & molestæ: quippe quæ omnium ... rum, & occupationum incommoditates patiuntur. Diuturnā experientiā notum est, quam ... malum sit nuptiarum bonum. Tertul. sic ...

K Maritorum

Digitized by Google

Rhen. Pamel. *Matrimonium postulas ab Episcopis, à Presbyteris, à Diaconis: & illi planè sic dabunt viros, & uxores, quomodo bucellas.* B. Rhenanus, & Pamelius inibi, per *Bucelas*, Eucharistiam interpretantur, quam ab Ecclesiæ ministris olim accipiebant Christiani, & domum referebant. Ergo nuptiarum sacramentem repræsentatio est Mysterij Eucharistiæ. *Nuptiæ dicuntur similes Eucharistiæ.* Siquidem Eucharistia aliud est, & aliud videtur: sacrum quoddam ænigma est, quod nihil minùs significat, quàm quod magis videtur significare. Sub apparentia suauioris cibi, iudex Deus latet; nec pauci iudicium sibi mandocant, & bibunt, *Et post buccellam introiuit in eum Satanas.* Sic non semel nouus sponsus arbitratur se ducere domum, non tam vxorem, quàm venustum Angelum: & post se, *aduersarium Dæmonem* ducit, & litium, & rixarum causam. Eucharistia manna suauissimum dicitur, sed verè est memoriale Passionis Dominicæ, & cruciatuum Christi epitome. Igitur nuptiæ æmulantur Passionem, & crucem. Quæ acerbior crux, quàm non bona vxor, cui cogitur maritus adhærere, vel potiùs crucifigi? Sola mors liberauit Christum à crucis tormentis, & sepulchrum asylum crucis fuit: sic vnicum ab vxore effugium, sepultura est. Ergo *Episcopi, & presbyteri, sic dant viros, & vxores, quomodo bucellas.*

57. Tertull. lib. de corona m. cap. 4. Max. in Contestatione vit. 2. gladiatoria. Tertull. sic ait: *Cæterum Susanna in stadio mariti, non putem velata deambulasse, quæ placuit.* Quid est stadium mariti? Maximus Episc. Taurinensis, alludens ad hunc locū, ita scribit homil. 2. de accusato Domino apud Pilatum: *Susanna enim in Paradiso ab accusatoribus circumuenitur.* Quid? qui dicitur *paradisus* à Maximo, *stadium* dicitur à Tertulliano? Planè stadium vox fuit admodum generalis: & Theodoretus vocat *stadium*, locum vbi eduntur gladiatores: & saltem locus vbi cursu, & luctā exercebantur, stadium nominatur. Theod. lib. 5 Histor. c. 26. Ecce qui *paradisus* dicitur à Maximo, *stadium mariti* dicitur à Tertulliano. Nimirùm nuptiæ cum venustā puellā contrahendæ, superficie tenus spectatæ, *paradisus* deliciarum dicitur; at si medullitùs inspiciantur, gratior, nobilior, & speciosior vxor, *stadium mariti* est: vbi Gladiatoris instar exercetur quotidianā luctā: quasi rixetur cum efferata, & immani bellua, molesto, & periculoso certamine. Ergo mariti vita paradisiaca videtur, sed est gladiatoria. Heu, gladiatorum temeraria pericula!

58. Ioan. Incongruum fortassis videbitur alicui, quod Christus Deus stipatus cognatis & discipulis adfuerit Canæ nuptiis, Ioann. 2. v. 1. Indecorum apparet, vt nouus virginitatis magister, nuptiarum lautiori conuiuio, & festo tripudio intersit, quod hodie vetaret Religiosa censura. Ad rem S. Maximus *Vadit ad nuptias, nouam sibi perpetuæ virginitatis sponsam facturus.* Scilicet, sic non damnat virginitatem, sed studiosiùs hortatur. Maxim. hō. 1. Epist. *Nuptiis propiùs spectatis, adhortatio sunt ad castitatem.* Nam nuptiæ procul spectatæ sui amorem, & desiderium faciunt; at propiùs, & penitiùs inspectę sui fastidium generant. Ergo propè adest nuptiis Christus cum suis; quia hæc propior præsentia, artificium est hortādi ad virginitatem. Adsit Christus nuptiis, ne nuptias dehonestet; sed propior præsentia eas quodammodò deuenustat, siquidem tot tantaque incommoda apparent, vt nuptię non sui amorem, sed sui fastidium faciāt discipulis. Vnde præsentia in nuptiis, adhortatio ad virginitatē est. Et ita Christus cum suis *vadit ad nuptias, perpetuæ virginitatis sponsam facturus.* Tam citò experitur cōiux matrimonij onera! tam citò fastidit vxorem, & nauseat ad vxorias delicias! Decernit Deus formare Adamo Coniugem, soporem illi immittit. Genes. 2. v. 21. *Tulit vnam de costis eius Et ædificauit, Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem. Et adduxit eam ad Adā* Præsente Adamo, etsi dormiente, coniux eius formata est, vt notauit Basilius Seleuc. Quomodo inquit Moyses, quod Deus *Adduxit eam ad Adam?* Iuxta illū formata est, & ad illum adducitur, quasi longè esset? Vbi erat, quæ adducitur, nonne inibi? ô nuptiarū tædia! Vix Adam despondetur sponsa Eua, & iam etsi præsens, longè dicitur, fortè affectu? Adducitur, quasi longè esset, quæ inibi est? Tam lōge fortassis aberat mente, quæ tam propè aderat corpore? Sic accidit fortè; res in felici innocentiæ statu? non sic in corruptiori: quàm diuturnius adamauit! Genes. Basil. Seleu. infra.

59. *Non est bonum esse hominem solum; faciamus ei adiutorium simile sibi.* Genes. 2. v. 18 & v. 21. *Immisit Dominus Deus soporem in Adam, Cùmque obdormisset, tulit vnam de costis eius, Et ædificauit costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Basilius Seleucus hæc Geneseos verba expendens sic argutè fatur: *Cur igitur post Adamū mulier, & non cum Adamo efformata? At in aliis omnibus sufficit vox vna ad naturas repræsentandas, & ad sexum dimetiendum. Quare in Adami conspectu vult illam Deus fingere, & fictricis artis suæ spectatricem desiderat propriam imaginem?* Quam ob rem spectante Adamo creatur Eua coniux? Nonne sufficeret ante nuptias eam contemplari, & diligenti inquisitione perspicere, quæ, & qualis esset? Scrupulosa sanè inspectio, qua mulier, etiā dum formatur, exploratur à viro; scrupulosa quidem, sed planè digna Dei prouidentia. Nimirùm Adamus ducturus est Euā in vxorem. Sciat ipse vxoris natales, vxoris conditionem, & formationem; inspiciat singula, perscrutetur vniuersa Videat oculis quacum matrimonij perpetua fœdera nectit, quæ totius vitæ comes futura est, in cuius arbitrio est mariti honos, ingenuæ posteritatis præsagiū. Ipse Adamus nuptiarum molestias subibit, ipse contentus sit de vxore ducēda; nec cùm Adamum pœniteat initi matrimonij, querulus in aliū culpā reiciat. Et ita Adamus spectator factus est vxoriæ formationis, vt diligēs inspectio, omnē causationē tollat. Præclara profectò eruditio vxorū deligendarū! Hinc cursim adnota Deū pronubi ministerū refutasse. Recusent & viri Deo sacri. Nam pudor est, vt qui suā virginitatem Deo vouit, virginem cogat, ne virgo sit. Opportunè S. Hieronymus. *Prædicator pœnitentiæ nuptias conciliet?* Genes. *Qui nuptiturus, seruitur, & eligat vxorem.* Seleu. orat. 2. *Pronubi negotium dedecet virum religiosum.* Hieronym. epist. 2. ad Nepotianū.

60. *Maritorum aliquos non bona patientia.* Morosus ero si voluero persequi maritorū molestias, quæ vel patientissimo Iobo grauissimæ fuerunt. Sed mallem vt extorquerent patientiam, quàm aliquam maritorum patientiam, damnatā à Tertulliano sic aiente: *Patientia Gentium terra falsa, probrosa. Illam dico, quæ maritos dote vel alit dat lenociniis negotiantes vxorum potestatibus subiicit.* O malè *officiosam patientiam*, (sic loquitur aliàs Saluian.) quæ *quadruuarias vxores* prostituit! Sic ea appellat S. Cyrillus Alex: Plutarchus *Multo concubitus socios passi sunt esse alios, nō cum scortis modò; sed etiam vxores his suas prostituentes.* Legatur super hac re S. Cyprianus. Mallem, tanquā plurium maritorum iustam impatientiam, quàm eiusmodi iniustam patientiam. Tertull. l. de patiētia c. 16. Saluian. lib. 1. de Gubern. Cyrill. Alex. in 3. c. Amos. Plutarch. Cyprian. l. de di cip. & habit. Virg.

Ergo si tam molesta est vxoria cōuersatio, quid ergo viri Bethulienses hîc v. 10. reliquis calamitatibus diræ captiuitatis, silentio omissis, *Clamāt ad Dominū Deum Israel vnanimiter, ne darentur vxores eorum in diuisionem.* Iudith.

§. XV.

§. XV.

An sit Matrimonium libidinis venia, & concupiscentiæ expiatio: an verò sit aliquo modo stupri affine, & fomes ad lasciuiam.

61\. *Mauson.* *Homo nuptiuus.*

CElebris Mausoni vox est: *Fateatur humanum genus apiculis simillimum esse, quæ sola viuere nequit, perit enim si relinquatur sola.* Ita fatus est in libro, an philosophum impediat nuptiæ? quasi innuptus pereat, saltem ardore concupiscentiæ, qua perpetuim deflagrat libidinis incēdio vstulatus. Ergone decineret, ait homo. *Ipsa natura sapientem ad nuptias inligauit:* aiat Hierocles. *Melius est enim nubere, quam vri.* Hæc ratio matrimonia inuexit, & nuptias adulatur. Ait enim Tertullianus. *Cæterum facit ardor concupiscentiæ causas habet gloriam, cupiditatem, ambitionem, & insufficientiā, per quas nubendi necessitatem subornat.* Hispanè dices: *la concupiscencia fuorça de sue te la voluntad, que tal vez iuzga al matrimonio, no te mitera de eleccion, sino de necessidad. Nubendi necessitatem subornat.* Consultissime libido appellatur *secularis concupiscentia*, id est, profana, quæ procul debet esse à sacris; hæc inquam profana concupiscentia, & carnis stimulus allegat naturalem insufficientiam ad castitatem, & sic nubendi necessitatem subornat. Nam vt ait S. Nazianzenus *Matrimonium libidinis venia est.* Et quasi homo teneatur necessitate luxuriandi, licitum matrimonium, anticipata venia luxuriæ, & præmia mundities sordium futuræ libidinis, & quæ perseuerat à caritate laicam à. Vnde *Matrimonium concupiscentia eiusmodi expiasse* dicitur ab eodē Africano Presbytero. Quasi matrimoniū ob permissam licentiam delicias cum coniuge, quodammodò expiet concupiscentiam ipsam lasciuiendi. Ac si parum foret nuptias esse *veri in libidine*, nisi etiam essent velut *expiatio* ipsiusmet concupiscentiæ, & fomitis luxuriandi. Itaque connubia sunt remedium libidinis, luxuriæ venia, concupiscentiæ quasi expiatio.

Hierocl. lib. de nuptiis.
Tertull. lib. 1. ad vxorem c. 4.
Nuptia dicuntur libidinis venia: & concupiscentia expiatio.
Nazianz in exhort. ad Virg.
Tertull. lib. 1. ad vxorem c. 5.

62\. *Vxor sæpè Ignem igni addit.*

O vtinam coniugium omnibus foret expiatio lasciuiæ, & coniuges essent exleges libidinis. Sæpè voluptas, voluptatis incitamentum est, & flammea libido igni à catenâ nuptiali voluptatis enutritur. Bellè inquit Aristophanes *En vxorem, hanc tibi trado Phædram. Videor autem mihi additurus ignem igni.* Igitur vxoriæ voluptates non extinguunt concupiscentiæ fomitem, sed sæpè accendunt præsertim in hominibus reprobissimis. 1. Corinth. 7. vers. 28. *Si autem acceperis vxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi.* Quænam hæc carnis tribulatio, quam subeunt coniuge, cùm nuptiarum flores sint deliciæ carnis? Opportunè S. Anselmus ibidem. *Nobis tribus & in carne tribulatio est, in qua sola videbuntur habere delicias. Nam & maiores tribulationes ibi frequenter ex carne suscipiunt, quia carnis voluptatibus delectantur.* Scilicet coniugati immunia non sunt, sed vectigalia sæuis libidinibus. Aptè dixit Septimius *Matrimonio censemus*: quasi matrimonium sit census, quo vterque coniux vectigalis est, & innumeris calamitatibus, quas expendi paragraphis præcedentibus & particulatim libidini, quæ vsu accenditur; nam experta libido viuidè prurit, & accendit Veneris faculas.

Aristoph. in Polyb.
1. Corinth.
Anselm.
Septim lib. de Monog. c. 5.

63\. Tertull. versās illud pauli. 1. Cor. 7. v. 9. *Melius est nubere, quàm vri*, sic satis ad rem fatur. (In loco *R. P. Didac. de Celada in Iudith.* vulgari aliquid non vulgare ambio.) *Quale hoc bonum est, oro te, quod mali comparatio commendat? vt ideò melius sit nubere, quia deterius sit vri. Possum dicere; quod permittitur, non est bonum. Quod permittitur suspectam habet permissionis suæ causam.* Hæretica foret audacia damnare nuptias, quas Deus sanxit, quas Christus sua præsentia honestauit. Itaque matrimoniū bonū est; ait quale bonum est, quàm tenue, & exile, (at Tertull. quod mali comparatio commendat! tanquā si à malitia, sui contrarij bonitatem quodāmodò mutuetur. Profectò quod à permissione commēdatur, quasi suspectā habet commēdationis causam: (Bella exaggeratio: non quia in re matrimonij periculum sit; sed emedullātur verba Pauli ad suadendū cœlibatum:) nā permissio pericula præcauet grauioris ruinæ: & voluptas experta velut prophetia est vlterioris voluptatis expetendæ 1. Corinth. 7. v. 1. *Bonū est homini mulierē nō tangere.* Quam ob causam? *Quia cara est stupri affinitate*, ait audacter idem Tertullianus Nēpe amor vxoris licitus, & expetendus est, etsi aliquam cum stupro quasi affinitatem habeat: ac si caritas erga suam vxorē ferè affinis & cognata sit caritatis erga alienam, in quorūdam non bonis naturis. Vel sic accipe. Cōiux *cara est de stupri affinitate.* Ac si dicat: vxorum libido et si permissa, carò emitur, quia quasi affinis est stupri, ad quod tacitè quodāmodo prolectat. Deprauatæ etenim naturæ nostræ permissa vilescunt; siquidem nauseamus ad consueta, hiamus ad vetita; ad noua, ad inexperta. Vnde cōiugalis voluptas aliquod prælagiū stupri videtur, & licētioris lasciuiæ: & ita coniux *cara est de stupri affinitate.* Planè emphaticè, & hyperbolicè Tertullianus, ne dicā, nimis audacter: nam matrimonij licita voluptas non solet esse vetitæ libidinis illex, nisi in hominibus impudicissimis, qui à remedio ægrotant.

Tertull. lib. 1. ad vxor c. 3.
1. Corinth.
1. Corinth. Matrimonium quo sensu dicatur stupri affine.
Tertull. ibi c. 9.

Septimius sic ad rem præsentem fatur: *Vt intelligas quinta securi censura, omnem syluam libidinum cadat, & eradicet & exaudicet.* Paulus, inquam. Ecce libido appellatur *Sylua*: & quidem cædua ad alendum flammas. Sylua inquam, vbi brutæ bestiæ, sylnaticæ feræ, & venenati serpentes delitescunt. Procul sit ab hac luxuriæ syluâ, timorata conscientia. Pergit aiens: *Aspice Paulum à iustâ fruge naturæ, à matrimonij, dico, pomo, animas ieiunare cupientem.* Pomū vocat matrimonium, à quo nos abstinere cupit. Quare nuptias appellat pomū? ecquod hoc pomum? Fortè pomum hoc affine est pomo illi, quæ fuit illecebra primæui delicti, Nam sicut paradiseum pomum origo fuit calamitatum, quæ ab originali peccato extiterunt: sic pulchrum nuptiarum pomum, causa est ærumnarum, (ærumnarum inquio, non delictorum) quibus obnoxia sunt connubia; quas latè recenset Cornelius à Lap. Item sicut ab originalis pomi esu accensus fuit concupiscentiæ fomes, cuius perenni incendio homo deflagrat: sic quodammodò à *matrimonij pomo* accenditur in quibusdam salacissimis hominibus libidinis flamma: & homo expertus permissas voluptates, concupiscit vetitas. Vnde licita nuptiarum libido dicitur quodammodò *affinis stupri*, & aliqua quasi licentia lasciuiendi. Hoc non est matrimonij vitium sed prauæ aliquorum naturæ, quæ adeò voluptatum cupida est, vt expletio licitæ libidinis sit appetentia, & pruritus vlterioris, & vlterioris luxuriæ. Ergo diuiniori sapientiâ præditus Doctor gentium Paulus, prædicit coniugatis, quod *tribulationes carnis habebunt*: idest, igniculos ardentioris concupiscentiæ. Hic §. appendix est præcedentium.

64\. *Septim lib. de pudicitia c. 16.* *Sylua libidinis.*
A lapide. ad c. 7 v. 28. 1 ad Cor.
Matrimonium comparatur pomo paradisi.

§. XVI.

An obscœna hominum luxuries Christum Deum quodammodò dehonestet?

65. ADeò squalidum vitiū luxuria est, adeò à Venere sordescit homo, vt nō tātùm spurcitiis carnis maculetur, sed etiā videri posset limpidissimam Christi Dei naturam specie tenus hominum luxuriâ quodammodò deuenustari. Non potest Deus sordescere humanæ luxoriæ cœno. sordibus sui vitij maculatur solus homo; nihilominus sordibus humanæ lasciuiæ, apparenter deuenustatur Christus, ad exaggerationē spurcitiarū carnis nostræ. Lucæ 7. Magdalena illa quondā pu chritudinis licentiâ, & illecebris, apud Hebræā inuentum famosa; nacta importunā opportunitatē conuiuij, aduolat in domum Pharisæi, vbi Christus, tunc prandebat, vt veniam gemitibus mereretur; & venustior roboris lenocinio gemmatis à ploratu genis, ad Christi pedes procumbit: *& lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis suis tergebat.* Quam ob causam, rogo pedes Christi lauat Magdalena, & nitidæ capillaturæ splendido linteo detergit? Nū Saluatoris pedes immundi erant? imò mundissimi: Quare ergo mundissimos pedes Christi lauat? Præstaret, præstaret quidē, vt Magdalena proprios sui ipsius pedes mundaret, qui pulchritudinis sordibus, & luxuriæ squaloribus sordebant: nam Christi pedes immaculati erant, nullo sordium vestigio polluti. Illa, illa ipsa notæ luxuriæ sordibus inquinauerat suos pedes, & eorum abluendorum oblita, pedes Christi lauat, & tergit? Emaculet suæ immūditiæ sordes, quibus eius inhonesta vestigia squalent, & omittat lauare Christi pedes, qui sunt ipsâ puritate nitidiores. Verùm enimuerò decebat, vt priùs lachrymarum suarum balneo Magdalena lauaret Christi pedes apparenter sordidos, sua suarū sordiū immūditia. Maculauerat quodāmodò Magdalena Christi pedes squaloribus suæ notæ luxuriæ, (Christus enim portauit iniquitatē omniū nostrū, & vt fideiussor propria ipsius fecit nostra delicta) ergo æquū erat, vt ipsa lauaret, quod ipsa quasi infecerat; emūdaret ipsa, quod ipsa veluti maculauerat. Eius crines iure abstergūt sordes, quas ipsa luxuriādo veluti impresserat Christi mūdissimis pedibus. Et à pedibus abstergere procurat suorum criminum squalores.

Cur Magdalene non tam suos, quàm Christi pedes lauare dicitur.
Lucæ.

66.

67. Id ingeniosè aduertit, & eleganter eloquitur Drogon aiens, *Magdalena cucurrit ad pedes Iesu, effundebat super eos torrentes lacrymarum ad lauanda sui Domini vestigia, non, alias quam oculorum suorum vndas attulit.* Audis attulisse torrentes lacrymarum ad lauanda Christi vestigia? Christi vestigia immūda sunt? Absit puritatem squalere; at quodāmodò deuenustantur Christi vestigia ab hominum immundâ luxurie (eo sensu quo à Scriptura & Patribus Christus dicitur peccator. Vnde ob Magdalenæ lasciuiam lauantur, & extergūtur. Id etiam opportunè notauit S. Laurentius Nouarius his verbis, *O mulier peccatrix, quis tibi mōstrauit talem artem, vt congesta in te crimina momētaneis lacrymis vinceres, & crinibus raderes?* Expende illud: *Congesta in te crimina crinibus raderes* Lacrymis lauabat Saluatoris pedes: capillis tergebat, quin & crinibus suis radebat suorum criminum sordes, quæ adeò hæserāt pedibus Christi, (qui ob nimiam charitatem nostra peccata tulit, & peccator dicitur) vt quasi non sufficeret balneus lacrymarum, capillis tergit, & radit squalorem veluti hærentem Christi pedibus à fœminæ peccatricis luxuria. Rem hanc luculenter tradit S. Ambrosius inibi, aiens: *Et fortasse ideò non lauit pedes suos Christus, vt eos lacrymis nos lauemus. Bona lacrymæ, quæ non solùm nostrum possunt lauare delictum, sed etiam verbi cœlestis rigare vestigium:* Quod autem Christus Deus, licèt à diuinitate mundissimus, dicatur propè mundari nostræ pœnitentiæ lacrymis, tradit S. Nazianzenus ita scribens, *Aliquanto quidem postea, Iesum purgatione meâ in Iordane purgari videbis.* Ecce tibi, ait Nazianzenus, Iesum purgatione mea, id est, lacrymis meæ pœnitentiæ quasi purgari, & emaculari.

Drogon de Sacra. Dom. Pass.

Laurent. Nouar. hom. de pœnit.

Ambros.

Nazianz. ora de Christi Natiuit.

68. Isaiæ cap. 53. v. 6. *Posuit Dominus in eo* (in Christo) *iniquitatem omnium nostrum.* Quid inde subsecutum fuerit, ex eo quod Christus omnium hominum fœda delicta exceperit in se, dixerat Propheta paulò ante: *Non est species ei, neque decor: vidimus eum, & non erat aspectus.* Tertullianus. *Ne aspectu quidem honestus:* S. Bernardus *Præ filiis hominum turpatur.* Cornelius inibi, *squalet.* Quæ expositiones comprobant Christum Deum ob nostrorum criminum fœditatē apparuisse *squalidum, turpatum.* Illustrem Tertulliani locum hîc subiiciam, qui nisi de Diis gentium loqueretur, auderet nimis. De Gentilium lasciuia, sic fatur: *Cæterà lasciuia ingenia etiam voluptatibus vestris per Deorum dedecus operantur.* Et postquam recensuit innumeras obscœnitates, quibus laudabant Deos, & eorum festa colebant, subdit ad rem, quam versamus: *Nonne diuinitas constupratur:* Scilicet vobis obscœnè laudantibus, & luxu colentibus Dei festa. Quasi dicat Tertullianus: Festiua vestra obscœnitas, & effusa lasciuia, dedecus est Deorum, quos constupratis carnis vestræ turpissimâ luxuriâ Turpantur Dei vestri turpitudine vestrâ: squalent sordibus vestræ libidinis: & conspurcantur cœnosa luxurie. *Constupratur diuinitas* vestris libidinibus, ait audacter Tertull. Parum visum fuit illi dixisse, dehonestatur, minùs fuisset dixisse, conspurcantur; viuaciùs rem expressit animoso vocabulo, *Constupratur.* Quid exaggeratiùs ad hāc rē? Consultissimè igitur Magdalena suæ luxuriæ conscia, & rea, primùm lauat vestigia Christi, ut Christū Deum (qui peccata hominum in se tulit) suorum peccatorum sordibus velut immundū reddiderat. Aduertis Iudæos hic vtriusque fornicationis reos, nō tantùm pœnitētiæ rem, & habitum in se exprimere, sed etiam hic v. 10. *Altare Domini operuisse cilicio.* Quid deliquit Dei altare? Quid peccauit Deus, vt habitum pœnitentiæ sumat?

Isaiæ.

Tertull. adu. Iudæos c. 6. Bernard. ser. 28. in Cant. Cornel.

Tertull.

Apolog. c. 15 *L. feminæ gentilium suos Deos constuprabat.*

Lucæ.

§. XVII.

Nonnullis beatitudinis instar est, vita peramplis negotiis, & negotiosis occupationibus obsessa.

69. MOlestum videtur multis, vitam agere in secessu, & procul à turba, nam homo natura sua gregalis est. At belle inquit Seneca. *Iucundum est esse secum quam diutissimè, cùm quis se dignum, quo fruerctur, efficit.* Sapiens Hecatonis vox est: *Quæris quid profecerim? Amicus esse mihi capit. Multùm proficit qui nunquam erit solus: scito hunc amicum omnibus esse.* Sed heu! nemo, aut ferè nemo est, qui etiamsi vitæ ratio, & institutum hanc amicitiam exigat, amicus sui velit esse; sed amicitiam sui deserens, vltrò sese ingerit negotiis, etsi alienissi

Senec. epist. 59. *Amicus esse mihi.* Hecaton.

1. ad Tim. — Theoph.

alieniſſimis à ſuo inſtituto: *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus*, 2. ad Timoth. 2. v. 4. Opportunè Theophylactus hæc verba commentans, inquit: *Hæc ad omnes tam Epiſcopos, quam Doctores dicta ſunt. Significantiam autem vim habet, implicatur. Reuera namque nexus, & ſerpentes ſunt talia. Negotiationes porrò dicens, tumultus, & turbas vocant; ab ipſo etiam vocabulo dehortans.* Nempe negotiatio ſæcularis *ſerpens* eſt Religioſo viro, & [illegible] quidem æmulus primæus illius ſerpentis. Ergo Religioſus vir longè ſit vel ab ipſis negotiorum ſæcularium nominibus, *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Quid Religioſo homini cum tractatione nuptiarum, quas ipſe repudiauit? quid cum teſtamentis, quorum condendorum renunciauit ius? quid cum hæredum tumultu? Quid cum aduocatione negotiorū apud tribunalia? ô inutiles ſollicitudines, & non dignas vero Religioſo! Optimè Conſul Plinius lib. 1. Epiſtol. ſcribit ſuo Minutio: *Si quem interroges, hodie quid egiſti? reſpondeat: Sponſalia, aut nuptias frequentaui, ille me ad ſignandum teſtamentum, ille in aduocationem, ille in conſilium rogauit. Tunc enim ſubit recordatio, quot dies quam frigidis rebus abſumpſi.* Non pigeat Religioſum tractare quod pudet Philoſophum, & quidem gentilem; Ad rem S. Bernard. *Video alios (quod non ſine dolore videri debet) poſt ingreſſum Chriſti militiam, rurſum ſæcularibus implicari negotiis, rurſus cupiditatibus terrenis immergi, cum magna cura erigere muros, & negligere mores, ſub prætextu quoque communis vtilitatis verba vendere diuitibus, & matronis ſalutationes.* Expende hîc poſtremam ſententiam. Videntur enim plures verba, & fauorem tacitè vendere ſpe muneris, amicè ſalutare, & frequenter inuiſere matronas, vt aliquam negotiationis reperiant, fœnerātes aduocationes, aliquibus loculi expectatione. Hi nimirum verba, & negotiationem vendunt, & prætextu pij operis, ſuis lucris diſſimulanter inuigilant. Et ſenſum ſerpunt ad negotia ſæcularia ex quibus demum [illegible] ad delicias ſuas, ô abuſum pietatis!

70. — Plinius.

Bernard. ſer. 4. ſuper Miſſus eſt.

Vir religioſus ne vendat, negotiationes [illegible] ob loculi quæſtum.

71. Prudenter, inquit Plutarchus, *Nam vt quibuſdam domi nil boni vſui eſt, libenter hi foris degunt, atque [illegible] maximam partē temporis in foro abſumunt, ſic quoque nonnulli, quod ſibi nihil operæpretium domi priuatimque exhibeat curandum, publicis ſe propterea implicare negotiis pergunt: non ſecùs atque ſi terendi otij gratiâ ſibi duntaxat eo diuertendum eſſet.* Profectò qui occupationes foris affectat, & foris libenter degit, ipſe inuitus fatetur, domi nihil boni ſibi eſſe, ſed terēdi ocij moleſtiſſimi gratiâ, implicari negotiis: otioſa ſanè hęc negotia ſunt, & futilia, nec ſic vitat otium, ſed operosè otiatur, & negotioſè vacat, nam Religioſus vir, qui hæc agit, quia à ſuo inſtituto aliena agit, nihil planè agit. *Satius enim eſt otioſū eſſe, quā nihil agere*, dixit Attilius facetiſſimè & ſententioſiſſimè. Et quidē inutilis occupatio, otiatio eſt. Qui ſic occupatur, nugatur, & longiſſimè abeſt à vitæ ratione, quā habitu profitetur, & laruatus Religioſus eſt, ſub perſona Religioſi ſæculares mores alens. Audiendus eſt S. Bernard. lib. 1. de Conſid. ad Eugen. è Monacho Pontificem: *En quo trahere te habent hæ occupationes maledictæ, ſi tamen pergis, vt cœpiſti, ita dare te totum illis, nihil tui tibi relinquens. Magna virtus patientia, ſed non hanc tibi ad iſta optauerim. Interdum impatientem eſſe probabilius.* Et tamen Eugenius ſe totum impēdebat occupationibus regendæ Eccleſiæ, ſibi à Deo commiſſæ. Quem ſeriò adhortatur Bernardus, vt multa per idoneos vicarios adminiſtret, & ſæpe negotiis ſe ſubtrahat, vt ipſe ſibi viuat: *Nemo aliis naſcitur, moriturus ſibi.* Nemo enim prudenter ſe totum erogat aliis, nihil ſui relinquens ſibi. Agat aliquando ſuam cauſam, qui ſemper alienas agit. O quoties impatientiſſimè queruntur hi homines occupatiſſimi, ſe obrui occupationum mole, & impatientiùs feruntur vel vna hora ſibi vocare. Illos reſpirare non ſinunt negotia; ſed vacantes à negotiorum tumultibus vix reſpirare poſſunt. Moleſtè ferunt occupationes, & tamen occupationibus felicitari, imò & beari exiſtimant.

Plutarch. in polit. ad Traianum.

Qui negotiis externis tenet occupatur fatetur ſe nihil eſſe domi.

Æmilius apud Plin. lib. 1. epiſt.

Bernard. *Quidam impatienter ſe ferre negotia dicunt, & impatienter ferunt otium.*

Tertul. lib. de Pallio.

72. Seneca ſic habet, *Secreta ſtudia pati non poteſt animus ad conſilia erectus, agendique cupidus, & natura inquietus; parum ſcilicet in ſe ſolatiorum habens. Ideòque detractis oblectationibus, quas ipſæ occupationes diſcurrentibus præbent: domum, ſolitudinem, parietes non fert, inuitus aſpicit ſe ſibi relictus.* Audis quàm moleſtè crucietur animus ad conſilia erectus, vacatione & otio? Aduertis quā ſuauiter dulcietur homo occupationibus? quaſi homo in negotiis beatitudinis oblectamenta inueniat. Arguit ad rem præſentem Tertullianus agens de voluptate, in qua Epicurei beatitudinē ponunt, ſic habet: *Sed benè Epicureis aliquam decernere voluptatis & virtutem, id eſt animi æquitatem, & ampla negotia.* Æquitas vt placet Latiniſſimis, ad rem iudiciariam ſpectat. Ergo Epicurei veram voluptatem, quæ eſt eorum beatitudo, conſtituūt in *æquitate*: nempe in aliqua pertinente ad iudiciariam poteſtatem; & ad occupationē in tractandis *amplis negotiis*. Hiſpanè dicet: *la bien auenturança de los trafagones es tener mano con los Iueçes, y manejar negocios de monta.* Quid inculcantur? Porrò ſic deliciātur hi negotioſi homines in agēdis amplis negotiis, vt ſumma felicitas illis videatur, ſi aliquam familiaritatem cum Præſulibus, & Præfectis ineant, & ſic tractent ampla curiæ negotia. Nam tūc officioſitas ciuium illis adulatur, ambitio litigantium eos colit, & munerat: & ſic *verba vendunt diuitibus, & matronis ſalutationes*, vt nuper aiebat S. Bernardus. Sic effugiant clauſtrorum carcerem, & inſtituti ſui compedes & tormentum quietis, & ſpecioſo prætextu ſæcularem agunt vitā, & delicioſam, & ambitioſam. Vnde familiaritas cū iudicibus, & *ampla negotia tractanda*, vera voluptas dicitur, & Epicurea beatitudo; non Chriſtiana. Nam vt inquit S. Paulinus: *Res hæc ſæculi, in cuius aut male cura, aut amore anima conditur, mens impeditur.* Nempe occupatio ſæcularis tumultum animi eſt, & mentis tricæ, quibus inepius redditur homo ad hominis munia. Apte Seneca: *Inter omnes conuenit, nullam rem bene exerceri poſſe ab homine occupato. Non eloquentiam, non liberales diſciplinas, quando diſtrictus animus nihil altius recipit, ſed omnia velut inculcata reſpuit. Nihil minus eſt hominis occupati, quam viuere.*

Tertul. Apolog. c. 33.

Bernard.

Paulinus, epiſt. 12.

Senec. lib. de Breuit. vitæ c. 6.

73. Cæterùm etſi eiuſmodi occupatiſſimis hominibus nullum ſit otium, nulla quies & hi valedixerint ſtudiis diſciplinarum, & ſapientiæ contēplationi renunciauerint, & obrui laborioſiſſimis occupationibus gaudeant ſub negotiorum mole, tamen gemunt magis ſi adiuuentur ab aliis, acerbiſſimèque indignātur, ſi quod viderint iſtiuſmodi negotia ciuilia ſecum tractare. Solitudinem in portando onere ambiant, & adiumento moleſtiùs aggrauantur quàm onere. Et tacitè ſubincuſāt Martham, eò quòd adiutricem ſororem Mariam expoſtularit. Lucæ 10. v. 40. *Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium: quæ ſtetit, & ait, Domine*

Lucæ.

Digitized by Google

mine non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet Præclarè S. Bernardus. *De Maria, Martha conqueritur: nam Maria Marthā æmulari prorsus indignum est. Alioquin Vbi legitur Mariam causantem, quia soror mea reliquit me solā vacare? absit vt qui Deo vacat ad tumultuosam aspiret fratrum officialiū vitam Martha semper in sufficiens est sibi, & minus idonea videtur.* Et ser. 5. *Quod Maria murmurauerit aduersus Martham, eò quod eius actionibus implicari vellet, nūsquā omnino reperitur.* Nimirum Maria, quæ sapientiæ cœlesti, & diuinę contemplationi vacat, nunquam conqueritur, quod Martha intenta operationi, il-

Bernard. serm 5 de Assumpt

Bona operatrix Martha non refutat, sed exigit iuuamē à Maria contemplatrice.

74. lam non adiuuet simul contemplando. At Martha sedula in opere, ægre fert quod contēplatrix Mariam illam nō adiuuet. Nēpe bona operatrix Martha, quæ percupit, vt contemplatrix Maria in ermittat eruditæ contemplationis otium, & & illam operando adiuuet. Nempè bona operatrix Martha adiutricem exigit Mariam, ne sola occupationibus non sufficiat. Et bona contemplatrix Maria non inuidet Marthæ negotiis, *Absit vt qui Deo vacat, ad tumultuosam aspiret fratrum officialium vitam.* Ergo nec Maria Marthæ æmuletur operariam, & actuosam vitam, quæ se totam impendit externis occupationibus? (nam quis inuideat operariam fratrum officialium actionem? quis æmuletur sapienti operariorum contemplationi, qua carent?) Nec Martha ægrè ferat si à sapiēti Maria adiuuetur: quis enim Sapiēs, sapientis operam detrectet? Discant negotiosi à Martha occupatissima iuuamen desiderare, & expetere. Et discant docti à Maria non se implicare occupationibus externis. Et discant omnes à sanctissima Iuditha fœmina principe, sapiēti, prædiuite, & Prophetide, sic Deo vacare *in secreto domus suæ cubiculo, vbi clausa morabatur*, vt non modo à rebus publicis, sed etiam à cēsus sui administratione abstineret, ne Marthę æmularetur, & occupatorum offensas incurreret. Discant ab Heliachimo hîc, v. 11. nō reliquisse diuini templi otium, nisi obrutum periculosissimi belli discrimine, quo angebatur Dei populus: nam tūc (etsi diu cunctatus fuerat) necessitate coactus, *Circuiuit omnem Israel.*

Iudith.

§. XVIII.

Strenuus Superior adest subditis præsenti absentia.

75. SVperior, magister morum est, non pædagogus, qui perpetuò hæreat subditorum lateri, præsentia enim Præfecti, grauis est subiecto populo cui semper Superiorū Cēsorij oculi molesti sunt, & cēsura iudicij molestissima. *Sagittarius non aliquando ferire debet, sed aliquādo deerrare*, ait Seneca. Sic necesse est, vt nō semel deerret populus: necesse enim est, vt veniāt scandala. Porrò leuiùs delinquitur clam Præfecto: coram ipso delinquere proteruia est, impudētia est. Impudenter audet qui corā Superiore peccat. Hinc *Præfecti auctoritas diluitur, nec habet apud eos satis ponderis, quos posset minis obsolefacta, corrigere.* Quippe deuenustatur debita Superiori reuerētia ab irreuerentia delicti corā patrati? & acerbiùs quā par est irascitur Præsul aduersus delinquentes, nec tā punit malitiam, quàm sæuit in irreuerentiam. *Nec multum prodest vitia sua proiecisse, si cum alienis rixandū est*, inquit prudentissimè Seneca. Vnde iustitia fit, non deli-

Senec ep 29.

Superioris præsentia grauis est subditis.

Senec. ep. 28

ctorum punitio, sed vitiorū rixa, grauiori iudicio digna Ergo Præfectus, qui ciuilitate curat de oculis suis nō vrget subditos, nec præsentia degrauat, sed absētia mulcet, & leuat subiectionis iugū. Neque sic tribuit licentiam delinquendi, sed ius operādi. Quod prudenter fecit Matth. 21. v. 33. & Marci 12. v. 1. benè peritus ille Paterfamilias, qui vbi locauit vineam suam agricolis, *Peregrè profectus est* Idem præstitit solertissimus ille, qui plura talenta seruis suis tradidit, Matth. 25. v. 14. Neque ob absētiā ignorauit Princeps subditorū merita. Hęc enim erit gubernatoris peritia, vt nec præsens degrauet subditos, nec absens nesciat quid quisque gerat: nec præsentia sit oneri, nec absentia notitia defraudet Absit corpore, sit præsens perspicaciæ sollicitudine, & oculata cura Sic immotus ipse & absens, aderit præsens, & velox subditis omnibus: sic erit præsentia absens, præsens notitia, qua cōstat gubernandi ars.

Matth. Marc.

Matth.

Isaiæ 6. vers. 1. Apparuit Dominus in solio augustioris maiestatis; aderāt Deo Seraphici: *Seraphim stabant super illud; sex alæ vni; & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant* Statim pulsat animū difficultas, quo modo Seraphini stantes volare poterant: nam statio pigram immobilitatem importat, volatus motum velocissimum dicit. Quomodo ergo qui stat, velociter mouetur? Aut Isaias mētitur morū affirmatione status, aut negat statum assertione motus. Nisi fortè quis possit immotus stare volando aut velociter volare stando. Hanc difficultatem ex Eucherio ad aliam thesim comprobandam versabam Nunc ad rem præsentem facilè eam expedit Hugo Cardinalis ibidem, aiēs: *Seraphim stant, id est, Prælati super Ecclesiam sicut excubiæ.* Nempe Præsules, qui Ecclesiam Dei gubernant, sic stant, velut excubiæ super Ecclesiam, vt simul volent: quia stant volantes, & immotè mouentur. Stant enim quoniam stantes Deo assistunt in templi, aut conclauis sui cathedra immoti, nec subditos censura præsentiæ notant, & vexant. Volant etiam, quia stantes, sic agūt excubias, sic omnia subditorum sollicitè scrutantur, & probè noscunt, ac si adessent singulis. Vnde volatu immoto Ecclesiam regunt *Stant* ad auctoritatem, *volant* ad notitiam. Nec quid Superiores latet, ac si agili volatu adessent præsentes. Ecce tibi, quo modo Seraphini præsules stant immoti, & simul ocyssimè volant. 76.

Isai. *Præsul stans volat.*

Eucher. Hugo.

Lucæ 15. v. 18 non bonus ille boni & frugi patri Prodigus filius, petit, & accipit censum; in pecunias redigit: luxuriosè prodigit; statim eget procul à patre; porcos pascit famescente ventre; & latrante fame admonitus, ad se rediens, redire cupit ad patrem: *Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei; Pater, peccaui in cœlum, & coram te.* Palàm mentitur hic iuuenis, non minùs prodigus veritati, quàm paterni census. Nam vbi primùm substantiam, quæ illi cōtigit, accepit, vers. 13. *Peregrè profectus est in regionem longinquam.* Ergo falsò inquit Patri: *Pater peccaui in cœlum; & coram te.* Planè coram cœlo peccauit, & in patrem; non in cœlum, & coram patre. Nam si pergerè abierat, & in regione longinqua deliquerat, coram tunc absente patre peccare nō potuit. Nec tam egeret in præsentia patris. O quot commentationibus fatigant hunc locum interpretes! Qui locus expeditus est à themate huius §. Porro domi manet peramans prodigi filij pater, & simul adest vagabūdo filio, omnia illius noscens, (vt *Seraphini præsules stabant*, & volabant apud Isaiam,) Præsentia lōgè distat 77.

Lucæ.

Isaiæ.

diſtat à filio pater, cùm præſentiſſimè adeſt: ignorant oculi, quod non ignorat ſolers cura. Et ita immotus pater quoquouerſus ſequitur filium malè ſubditum, & benè prodigum. Vnde verè dixit: *Peccaui in cœlum, & coram te.* Et benè dicitur peccaſſe coram patre, qui inter amplexus reſeruati filio innexos, miſcet ærumnarum, & delictorum notitiam, quâ probat abſenti præſentia præſentiſſime adfuiſſe, ſtanti motu. Vnde S. Baſilius apud Nazianzenum in Orat. pro eodem, ſic fatur: *Exilium autem haud agnoſco: quia nullo loco circumſcriptus ſum.* Quaſi bonus Præſul nullo ſpeciali circumſcribatur loco, ſed quaſi definitiuè (vt aiunt) in omni loco ſit omnibus præſens, quod naturale prodigium eſt, Præfectorum elogium, & regiminis artificium.

Nazianz.

78. Horologium verè dicitur à Sapientibus regimen hominis, & Vrbium politia: nam brutorum horologium eſt fames: *Belluarum quippe ritus eſt ex ventris eſurie horas ſentire*, ait Theodoricus. Comptior enim politia horologio regitur, quod horas metitur, & occupationum ſpatia congruè diſpenſat. De horologij radio, ſeu gnomone, quo deſignantur horæ, ſic inquit Caſſiodorus: *Radius itaque immobilis, & paruus, peragrat quod tam miranda magnitudo Solis diſcurrit, & fugam Solis æquiparat quod motum ſemper ignorat.* Ecce tibi horologij ſtylum, motum ignorantem, immobili celeritate tot ſpatia peragere quot peragit Sol: Stat radius immobilis, & celerrimè volat, volatu Solis æmulo. Quid portentoſius? ſed quid accommodatius? De hâc abſenti præſentia immenſitatis æmula, ſic ſuo Traiano aſſentatur Panegyriſta Plinius, aiens: *Conſecuti ſumus (ſubditi imperij Romani) vt abſens quoque de abſentibus, nemini magis, quam tibi crederes.* Quaſi etiam dum abſens erat, oculis cerneret facta ſubditorum. Sic dicitur hic, verſ. 11. *Tunc Eliachim Sacerdos Domini magnus circuiuit omnem Iſraël.* Semel corporali præſentia circuiuit ſubiectum Iſraëlem, qui ſemper eundem luſtrat mente, cura, notitia, ſolicitudine, prouidentia; qui vt Seraphinus ſtans volabat, & vt pius pater abſens intererat, & immobilis ipſe, vt horologij radius, celeres Solis curſus æmulabatur. Agebat in abſentia præſens, ne quid lateat Præfecti notitiam, & curam.

Theodoric. L. 1. ep. 46
Superior ſit vt horologij radius, qui immotus mouetur.
Caſſiod. L. 1. Variar. epiſt. 45.

Plinius.

Iudith.

§. XIX.

Superior dum per ſe luſtrat Prouinciam ſibi ſubiectam, magni nomen, & rem Magni cuiuſmodi luſtratione mercatur.

79. Vita Principis plena ſollicitudinis eſt, & quietis expers: Regni thronus non eſt auguſta ſedes, ſed celer curſus, vt neceſſitatibus ſubditorũ adſit impiger. De qua velocitate adulator Mamertinus ſuo Maximiano Auguſto, ſic inquiens: *Neque enim aliud progreſſio fuit, nec itineris confectio, nec ſolem admirabilis vſa properatio. Quo ſimili conatu equos, aut velivola naui? Diuinum quidam impetu fuit, quo repentè in eundem locum ab vtroque Solis aduerſo fine veniſtis: ipſos ſiquidem, quos præmiſeratis nuncios, reliquiſtis, ipſam, quæ vos conata eſt præuenire famam, præueniſtis, vt cæteri homines fortaſſè crediderint, diurna vobis, & nocturna curricula, vtraque mundi Lumina commodaſſe.* Vides celeritatem, qua Imperator luſtrat imperiũ, & ſuccurrit neceſſitatibus ſubditorũ æmulus agilitatis cœleſtium motuũ? Porrò Sol, & Luna cœli, cæteræque Principes à Deo conſtituti ſunt, *luminare maius, vt præeſſet diei; & luminare minus, vt præeſſet nocti.* Geneſ. 1. v. 16. Ergo ſidera, vt boni Præfecti, ſubiectum orbem gyrant & luſtrant, ne quid Principis præſentia careat. O quàm languet regio, quam Princeps Sol non viſit! confeſtim obtenebreſcit, ſterileſcit, ægreſcit, quod in breuiſſima eclypſi apparet. Eclypſim patiuntur populi, quos Sol Præfectus præſentiæ fulgoribus non illuſtrat, & viſitat. Sapienter inquit Seneca. *Ex quo ſe Cæſar orbi terrarum dedicauit, ſibi eripuit; & ſiderum modo, quæ irrequieta curſus ſuos explicant, nunquam illi licet nec ſubſiſtere, nec quidquam ſuum facere.* Solis æmulus ſit bonus Præfectus irrequieto curſu luſtrans & illuſtrans populos, ſubditis fauens, ſubditos fouens ſuæ præſentiæ opportuna luce, & beneuolo influxu. Qui ſecùs facit, nomen Principis habet, re vacuum: ſibi viuit, non populis; ſuæ commoditati vacat, non gloriæ Dei ſummi Principum principis, quem otioſa quiete vituperat, & & negotioſo motu laudat. Cœli præpoſiti ſunt Orbis, qui perpetuò *enarrant gloriam Dei*, Pſal. 18. v. 7. Quæ lingua cœli depredicãt Dei elogia? Quis non cenſeat lucis lingua, quæ clara & ſplendida eſt? At nõ fulgor, ſed motus vox cœli eſt. Ioſue 10. v. 12. *Sol contra Gabaon ne mouearis.* Hebraicè apud Marianã ibi: *Sol in Gabaon ſile.* An ſi quietẽ Solis dici ſilentium, & motũ appellari linguã, quã Sol bonus cœli Præpoſitus, prædicat Dei laudes? Motus cœli linguæ ſunt, & curſus Principis vocales, quibus laudabiliter obit munus Præfecti, & ſic tacitè prædicat gloriam Dei.

Mamert. 2. Panegyr.
Bonus Superior ſubditis populis luſtrat.

Geneſ.

80.

Seneca lib. ad Polyb. de conſol. c. 26.

Motus Superioris vocalis eſt.
Pſalm.

Ioſue.
Mariana.

Iudith hoc 4. cap. v. 5. Cùm Iudæi ingruẽs hoc bellum anxiè timerent, inter alia munimenta recenſetur cura Eliachimi: *Sacerdos etiam Eliachim ſcripſit ad vniuerſos qui erant contra Eſdrelon, &c.* & infrà v. 13. ſic dicitur: *Tunc Eliachim Sacerdos Domini magnus circuiuit omnem Iſraël, allocutuſque eſt eos dicens, &c.* Notatione digniſſimum cenſeo cur quando primùm Ioachimus nominatur in hoc libro tantùm dicitur *Sacerdos Eliachim* abſque illuſtri cognomine, ſeu epitheto, quod peculiarem foret cùm primò nominatur; & cum iam illius mentio ſemel facta eſt, tunc illuſtriſſimum ſummi Sacerdotis elogium apponitur, & ſummus Dei ſummus Pontifex appellatur? Profectò quando primò nominatur perſona, eius honorarij tituli recenſentur; & cùm iam ſemel nominata eſt, conſultò tacentur, ne ſupervacaneè toties recenſeantur. Et tamen cùm primùm nominatur Eliachim dicitur tantùm Sacerdos, & conſecutiuè eius fit mentio, tunc eius elogia prædicantur. Putabis quod intempeſtiuè; ſed textus expendendus eſt. Nam cùm ſimplex Sacerdos primò appellatur, Hieroſolymis reſidens in Pontificali palatio dicitur tantum ſcripſiſſe epiſtolas ad Iſraëlitas, vt munirent oppida, & compararent annonam, &c. At cum ipſe vt bonus Præpoſitus *circuit omnem Iſraëlem Sacerdos Domini Magnus* appellatur, & magnificis titulis prædicatur. cùm enim domi ſedebat, otio quietis fruens, indéque populos regẽs Sacerdos erat, neſcio an Sacerdos Domini Magnus, quouſque circuit omnẽ Iſraëlem. Quod innuere videtur Lyranus aiens: *Tunc Eliachim Sacerdos Domini. Hic conſequenter ponitur huius Eliachimi diligentia verbo, & facto, cum dicitur, circuiuit omnem Iſraëlem.* Id eſt, tunc Eliachimus appellatur Sacerdos Domini Magnus, & omnia piæ ambitionis elogia conſequenter prædicantur, cùm dicitur per ſe ſolerter luſtraſſe prouinciam, & circuiſſe Iſraëlem; tunc enim promeritus eſt nomen, & rem Magni Sacer-

81.
Iudith.
Eliachim cùm prouinciam luſtrat, magnus Sacerdos dicitur.

82.

Lyranus.

dotis; nam anteà nomen re vacuum habebat, & ita iure reticetur; modò autem cùm populorum lustratione rem tãti nominis adimpleu , illustrissimi vocabuli elogium prædicatur, & quod quiete perdidit nomen, diligentia, & mo u mercatus
Petr Dam. serm.5. est. De Seuero Vigilantissimo Præsule sic scribit Petrus Damianus: *Aderat siquidem congregatis fidelibus absens, aberat vero præsens. Nimirum à semetipso etiam longè positus, hic viuentibus filiis commissæ pastoralis curæ reddebat debitum, illi defuncto fratri piæ humanitatis impendebat officium.* Nempe ne cui deesset Seueri diligentia, ecstasi rapiebatur extra se ad alia oppida, vt simul adesset Metropoli, & aliis locis non deesset. Præsens vrbi erat, & quasi absens foret, aderat populis longè positis: se partitur, vt omnibus adsit, & immensitatis æmulus cùm alicubi esset, vbilibet aderat, ne cui boni Præsulis præsentia deesset.

83. Matth. Matth. 11. vers. 3. Ioannes mittit discipulos suos ad Christum, vt Interrogarent eum: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus*; Hæc interrogatio si incredulitatem Ioannis non indicat, saltẽ ignorantiam videtur arguere; nam destruit, quòd supponit, & impugnat quod asserit. Si enim cum Christo loquitur, qua ratione interrogat, an reipsâ sit, qui venturus est? Si enim ipse est, qui vẽturus erat iam planè venit, siquidem illum alloquuntur discipuli Ioannis; nisi se cum phãtasmate agere credant. Ergo dum fateantur venisse, dum cum illo fabulantur, negant venisse dum interrogant an venerit. Vnde non videntur sibi constare, cùm aiunt: *Tu es qui venturus es?* Id aduertit sanctus Hieronymus inibi: aiens: *Non ait: Tu es, qui venisti? sed tu es, qui venturus es?* Eminuerò dum Christus ferè trigenta annorum spatio domi latebat, ac si nõ venisset forsan reputabatur. Vbi verò
Matth. D. Iesus lustratione Iudææ probat se esse Christum. *Circuibat Iesus totam Galilæam docens in Sinagogis eorum*, Matth. 4 vers. 23. Tunc primùm venisse dicitur, quasi tunc primùm aduenerit, cùm primùm prædicando circuit, & vrbes, & oppida palæstinæ. Antequam Iesus Iudæam prædicando lustraret, Christus erat à personâ Verbi, sed nondum vt Christus aduenisse videtur apud homines, quovsque circuit prædicans; nam magnum Christi nomẽ, quod à diuinitate habet, videtur apud homines mercari prædicationis circuitibus. Vnde Sapienter Ioannes interrogat Christum: *Tu es qui venturus es?* Nimirùm: Sat scio te venisse, cùm adhuc ex vtero te salutarim infantem; & virum prædicarim, quocum loquor; sed etsi sciam te venisse, nihilominus rogo, an venturus sis, id est an circuire iam incipias Iudæã, illam prædicatione lustrando; quam lustrationem appello aduentum Christi: nam in eâ te exhibebis Christum, & verè Redemptorem, & magnum illum Prophetam à Moyse promissum, Dei Filium, & verè Deum. Eleganter Mamertinus Genethl. ad Maximianum Augustum, sic ait: *Reddimus tamen rationem sollicitudinis vestræ, & inspecta penitus veri-*
Mamert. 1. Panegyr. *tate cognouimus, quæ causa faciat, vt numquam otio quiescere velitis. Profectò non patitur hoc cælestis ille vestri generis conditor. nam primum omnium quidquid immortale est. stare nescit, semperque motu se seruat æternitas.* Probat se Deum, aut Dei vices gerere, qui in præfectu à constitutus, non otiatur quiete, sed motu lustrat populos sibi subditos.

§. XX.

Commentarius litteræ.

Vers. 12. Dicens: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis, & orationibus in conspectu Domini.

Vers. 13. Memores estote Moysi serui Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit:

Vers. 14. Sic erunt vniuersi hostes Israël: si perseueraueritis in hoc opere, quod cœpistis.

Vers. 15. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini,

Vers. 16. Ita vt etiam hi, qui offerebant Domino holocausta, præcincti ciliciis offerrent sacrificia Domino, & erat cinis super capita eorum.

Vers. 17. Et ex toto corde suo omnes orabant Deum, vt visitaret populum suum Israël.

DICENS: *Scitote, &c.* Preces, quas Vers. 12. 13, 14. 15. 84.
ornat ieiuniorum robur, vigiliarum vigor, squaloris ambitio, solitãt certò impetrare, quæ exoptãt. Verùm cùm certæ exigantur conditiones ad impetrandum, si aliqua fortassis desideretur, nutat istiusmodi certitudo. Vnde cùm ait summus Sacerdos Eliachim: *Scitote quoniam exaudiet, &c.* Gotthica.
Gotthica, *Scitote quoniam exaudiuit Dominus preces vestras.* præsagitio prophetica non est, sed pia tantùm fiducia: ad quam animat Israëlitas exemplo Moysis: Exod. 17. & Deuter. 25. Deum enim Exod. Deuter.
Iosue cõtra Amalecitas pugnabat, orabat Moyses sedulò pro adipiscenda victoria, ad cuius orationis vigorẽ deteriùs habebat Amalac. Quod si fatigatæ languebant Moysis manus, inclinabat pariter victrix fortuna Israëlitici exercitus. Vnde etsi validè pugnatum sit ab Israële cõtra Amalecitas, rectè dicitur: *Non ferro pugnando, sed precibus Sanctis orando deiecit*, nempe Moyses: vel *deiecit*, id est, Amalec deiectus est ab Israële: nam etsi ferro animosè pugnauit Iosue, non vicit ferri acie, sed orationis mucrone; quia languente Moysis oratione, lãguebat Israëliticus exercitus. & inclinabat victoria: at vigore orationis stabat, vincebat, triũphabat. Sic modò perstabant Israëlitæ in oratione similis orationis fiducia fulti, non armorum vi. Quod aduertit Fonseca lib. 1. Parabol. 11. & Men Fonsec.
daza lib. 1. Regum, cap. 7. num. 14. Ex hoc loco Mendoz. Hect. Pint.
probat Hector Pinto in Ezechielem, cap. 31. contra Lutherum, preces iuuandas esse corporis asperitatibus. Quòd autem Oratio arma sit contra ho- Paulin.
stes, plena est vtraque eruditio. Legi potest S. Pau- Tertull.
linus Epist. 14. & 15. & Tertullianus Apolog. cap. 39. Legatur ibi Corda, qui multa congerit, & lib. de Orat. cap. 1.

Ita

VERS. 16. & 17. 58. *Ita vt hi, &c.* Additur. Sacerdotes ciliciis præcinctos obtulisse Domino holocausta, quod de Solymitis accipiendum est: quia ipsi soli poterant legitimè sacrificare: secùs reliqui, qui templo aberant. Per eiusmodi cilicinum cingulum mortificationem innui, eruditè demonstrat Card. Toletus in 12. Luc. Annotat. 62. aduocans illud Machab. 10. *Deprecabantur Dominū præcincti ciliciis.* Quod ex S. Hieronymo adstruit Ierem. 1. & Ezech. 6. Præterea insolitatum erat, vt Sacerdotes sacra facerent in cilicinis vestibus & à puluere squalentes capita. Lyra autumat, quòd etsi in lineis sacrificare iuberentur, vrgente tanta calamitate poterant pro sacris vestibus indui asperitatibus ciliciorum, quod illicitum foret Christiano Sacrificulo, quia sanctiora sunt Eucharistiæ, quæ tractat, mysteria. Verùm nihil est in textu, quod cogat, non subter gestasse cilicia Sacerdotes ad cōpungendam carnem non ad ambitionem squaloris. Nec vetitum fuit cinere sparso deturpare capita sacrificantis, præsertim ingruente tanta calamitate regioni, & religioni. Eleganter rem explicat Græcus textus: *Et Ioachim Sacerdos magnus, & omnes assistētes ante Dominum, Sacerdotes, & ministrantes Domino, saccis accincti lumbos suos, offerebant holocaustomata iuge sacrificii, & vota, & spontanea dona populi: & erat cinis super cidares eorum. Et clamabant ad Dominum ex omni virtute sua, in bonum visitare omnem domum Israel.*

Tolet. 1. Machab. 10. v. 25.

Lyran. *Vestes Sacerdotis, ancillari aliquando.*

Græc.

§. XXI.

Oratio supplex Omnipotentia est, omnia quæ petit, potens.

86. MAgna est orationis vis, & quæ maiores habet vires, quam præsumit humana temeritas. Nemo tantùm audet arroganter superbiendo, quantùm Oratio suppliciter rogando. Humilitas supplicantis præ audacia superat elatos ausus superbientis. Oratio, humilis quædam superbia est, diuinus quidam vigor, & supplex omnipotentia; quæ non minus piè præsumit posse precum potentia, quàm Deus tota sua Omnipotentia. Imò Deus non potest plus sua omnipotētia dare, quàm oratio potest precibus impetrare. Theodoretus sic ait: *Omnipotens oratio cùm sit vna, omnia potest.* Quis tam insolenter superbiit, vt conscius propriæ imbecillitatis extiterit æmulus diuinæ potentiæ? Sola oratio de sua humilitate piè superbit, & eadem, qua Deus, omnipotentia gaudet, piissima impudentia? Quod de Gorgonia sorore testatur S. Nazianzenus, aiens: *Ab altare cum fide procumbit Gorgonia. Tandem pia, & præclara quadam impudentia effertur.* Piè impudens, & suppliciter superba dicitur Gorgoniæ oratio; quæ tanta spei certitudine *efferebatur*, vt præsumeret, ea omnia se posse, quæ poterat impetrare. Nec mirandum est, *cùm sit Omnipotens Oratio*, quia supplici omnipotentia viget.

Oratio est supplex omnipotentia, & piè impudens. Theodor. Histor. relig.

Nazianz.

87. Lucæ. Lucæ 8. cap. v. 46. Fœmina illa, quæ patiebatur sanguinis fluxum, accessit retrò, & tetigit fimbriā IESV, & statim stetit sanguinis fluxus. Inquisiuit Christus, quis eum tetigerit, cùm comprimeretur à turbis: *Dixit* IESVS; *Tetigit me aliquis: nam ego noui virtutem de me exiisse.* Multus est S. Chrysologus in expediendo se à loci huius difficultate. Num Christo nesciente salus hæmorrhoissæ data est? Si autem illo conscio, quare inquirit, quis eum tetigerit? Quin, & miraculosa salus nō dicitur à Christo data; sed ipso veluti nesciente, & alia agente, *virtutem exiisse.* Num Christi Dei Omnipotentia aliquid operatur inscio Christo aut saltem nō volente? Cur dicitur, *virtutem exiisse*; non à Christo emissam? Quis ergo emisit hanc virtutem sanandi, quæ à Christo quasi inscio (vt ita dicam) exiisse dicitur? vellem vt subtilius expensum esset τὸ *exiisse*. Et nisi ego fallor, hîc supplex omnipotentia orationis adstruitur. Quæ expositio videtur esse Ennodij, cuius verba iam iam subiicio. Hæc enim sanitas dicitur *exiisse* à Christo quasi nesciēte; & non dicitur operata à voluntate Christi, (tametsi ab illa processit) vt intelligatur etiā operatam fuisse à tacita, & precaria orationis omnipotentia præ illius fœminæ. Contrà alia agit Christus, dum sanus hæc fit, & *exiisse* dicitur à Christo; non expressè fieri, vt ab Orationis omnipotentià supplici processisse credatur. Alia aderat Omnipotentia in fœmina illa, scilicet omnipotētia Orationis; imò non alia, sed ipsa; & vt verius dicam, ipsa alia: nam quod Deus potest præcipiendo, idem ipsum potest Oratio supplicando. Imò Oratio supplicando quodammodò imperat. Quod scitè dixit Enodius præfatam insinuans Matthæi expositionem: *Præcipio* inquit] *spe, futura quæ deprecor.* Ac si aperte dicat, Quæ oratione supplico, adeò eorum impetrandorum certus sum, vt nō tam oratione rogare videar, quam suppliciter imperare. Oratio non tam supplicatio videtur, quàm imperium: est enim supplex omnipotentia: & ita Christo alia agente, & specie tenus ignorante virtus à Christo *exiisse* dicitur, non expressè emissa à potentia Christi vt publicetur Orationis supplex Omnipotentia; siquidem *præcipit, quæ deprecatur.*

Orationis supplex omnipotentia adstruitur.

Ennod. l. 3. epist. 14.

88. Ad Hebr. Paulus ad Hebræos 10. vers. 31. Ostentās seueritatem diuinæ Iustitiæ, inquit: *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Statim animum pulsat difficultas, cur Deus singulariter dicitur viuus cùm castigat? Imò potius viuus est cùm miseretur; quia tunc viuacius videtur agere; nam misericordia eius super omnia opera eius. Cur ergò cùm Deus punit, emphaticè viuus dicitur à Paulo? Estne emortuus, aut otiosus seu cessans, cùm munificentiā suam omnipotenti, & viuida misericordia ostendit? Profectò Deus quando punit, viuus maximè dicitur, quia viuidè tunc agit, & ipse supplicia immittit? cùm verò miseretur, etsi viuus, (nec aliter potest) viuus non dicitur expressè hic à Paulo: quia tunc quasi esset cessans, virtus de illo non tam emitti, quàm *exiisse* dicitur, (etsi emittatur) scilicet imperata ab orationis precaria omnipotentia, quæ opera misericordiæ omnipotenter exercet supplici omnipotentia. Et ita cùm castigat Deus, viuus dicitur: *Præcipit enim Oratio, cùm deprecatur*: nam *Omnipotens Oratio omnia potest.* Hic planè fastus Orationis est, & supplex quasi præsumptio! Vnde scitè dixit Iuditha Deum orans: *Exaudi me deprecantem, & de tua misericordia præsumentem*, cap. 9. vers. 17. Præsumptio enim orationis est æmulatio diuinæ omnipotentiæ.

Deus omnipotens dicitur viuus cum castigat.

Ennod. Theodor.

89. Matth. Accessit ad Christum mulier Syrophœnissa, Matth. 15. v. 28. animosa fide, & supplici oratione admirabilis. Cui dixit IESVS: *O mulier, magna est fides tua! fiat tibi sicut vis.* Quare non omnipotēte sua volūtate Christus mādat, vt assolet morbo, & sanitatem facit; sed tanquam curationē ipse omittēs; remittit in orantis fœminæ voluntatem, voluntate Christi sananda puella est, an voluntate matris fide supplicantis? Profectò hæc magna cōmendatio est supplicis Omnipotentiæ, qua pollet *Oratio. Fiat tibi*, inquit, *sicut vis.* Voluntas tua quasi

Orationis supplex omnipotentia.

Digitized by Google

quasi mea omnipotentia est; & tuum velle, veluti meum posse: non minora potes tu suppliciter petendo, & volendo, quàm ego imperiosè mandando. Eadem vtriúsque Omnipotentia est. Tu vires tuas tenta, & experieris, quòd omnia supplicãdo potes: *Fiat tibi sicut vis.* Tua voluntas, & mea omnipotentia quodammodò est. Quicquid possum imperando, & tu potes me obsecrando: *Fides tua te saluam fecit.* Super quibus verbis sic fatur S. Zeno, &c. *Fides tua te saluam fecit: igitur si nostra est* (nempe fides) *seruemus vt nostram; & iure speremus aliena: nemo enim censum debitori committit.* Scilicet fiducia Orationis nostræ iure suo sperat aliena, quæ petit: vel petendo facit sua: quæ est supplex orationis Omnipotẽtia. Vnde ipse Christus tanquam orans imperat, & impetrat habitu orantis; vt ostendat hanc imperialem Orationis vim, & reciprocam potentiam.

Zeno ser. de Fide.

90. Ioannis 11. v. 14. Volens Christus animare putridum Lazari cadauer, eleuatis sursùm oculis, dixit: *Pater gratias tibi ago, quoniam audisti me: ego autem sciebam, quia semper me audis.* Audiamus & nos Christi orationem, ad quam captat Patris Dei beneuolentiam. Quæ est ista oratio, ad quam se comparat Christus & qua Lazarum suscitabit? Ausculta vocem: *Lazare veni foras.* Hæcne oratio, an imperium? Luculenter Basil. Seleucus explicans illud. *Ego autem sciebam, quia semper me audis:* & mox imperiosam vocem: *Lazare veni foras*, sic ait: *Cur non dixit: Pater eum vita restitue? Sed his omissis omnibus, in speciem precantis compositus &c.* habitum precantis sumit ad imperandum. Num specie orantis imperat? an precantis imperio mandat? Imperiosè precatur, an suppliciter mandat? Nempe ne quid desideretur ad omnimodam potestatem, scilicet ad imperiosam, & supplicem; mandat *specie precantis*, & auxiliarem sibi aduocat habitum supplicis omnipotentiæ, ad patrationem miraculi. Et imperiali omnipotentiæ adiungit supplicis omnipotentiæ formam. Vnde specie precantis imperat. Qui aduertit ad has orationis vires non mirabitur hìc, v. 12. dixisse Eliachimum: *Scitote quoniam exaudiet* Dominus *preces vestras.* Vsque adeò certus impetrationis orat Heliachimus, piè præsumens de supplici orationis omnipotentia!

Ioan. Christus specie orantis imperat.

Basil Seleu. Orat 41.

Iudith.

§. XXII.

Iure Orationis voluntas petentis, videtur esse voluntas concedentis.

91 POtens valdè est humanæ Orationis vis, siquidem arcana quadam efficacia allicit tanquam philtro voluntatem diuinam, ita vt eadem voluntas reputetur, & hominis postulantis, & Dei annuentis. O quam secura erit impetrandi Oratio, si hominis supplicantis, & Dei cõcedentis vna esset voluntas! Nec erit sollicita de voluntate Dei concessuri, certa de voluntate petentis, si vnus idem que sit affectus hominis petentis, & Dei concedẽtis. Matth. 6. vers. 9. Instruens Christus Dominus Apostolos, & simul Ecclesiam, sic eos hortatur, vt orent: *Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua.* Super quibus verbis, sic contrà argumentatur ingeniosè S. Nyssenus: *Quid hæc ad id, quod mihi opus est? dixerit aliquis homo.* Et post pauca: *Si enim hoc à me non dicatur, nunquid fieri potest, vt nomen Dei sanctum non sit? (&* protracta ratiocinatione) vt regnum tuũ non possideat ipse? vt eius efficax voluntas effectum non habeat? dicente ipso: *Omnis voluntas mea fiet?* Superuacanea est istiusmodi oratio, quæ postulat, quæ necessariò erunt; & non petit, quæ opus sunt homini, quæ potiùs postulanda forent: & tamen Christus Deus docet nos, vt orando dicamus, *Fiat voluntas tua.* Nonne congruentiùs, & vtiliùs foret; si orantes diceremus: *Fiat voluntas nostra*, quod re ipsa semper postulamus? Quis enim cùm orat non petit, vt Deus illi præstet, quod ipse vult? Verùm enim verò, nisi ego fallor, in re orationis ferè synonyma sunt, mea, & diuina voluntas, tánque arctè concatenantur, aut propè arcana sympathia sibi consentiunt, vt idem sonet: *Fiat voluntas tua, ac si* voluntas mea. Quod vt probem, illustrem locum expendo.

Math.

Nyssen.

Eadem dicitur voluntas rationis, & Dei concedentis.

Ioannis 6. vers. 11. Vbi cùm Christus Dominus, immensa suæ beneficentiæ largitate, statuisset cibare in deserto tot hominum millia: *Accepit panes, distribuit discumbentibus, & ex piscibus quantùm volebant.* Pro τὸ *Quantùm volebant*, quod planè referri debet ad inuitatos, alij exemplares textus habent, *Quantùm volebat*, & necessariò referri debet ad Christum: quod valdè sensum variat: siquidem longè diuersa est voluntas Christi volentis donare & voluntas turbæ volentis excipere, quod à Christo donatur. Ergo valdè diuersum est Quantum volebant inuitati à Christo, & quantum volebat Christus inuitans. Audiendus est hac super re noster Cardinalis Toletus, sic scribens: *Illud [Volebant,] aliqui textus habent in singulari, vt ad Christum referatur, qui pro sua voluntate distribuit: Hæc tamen sensum non mutat.* Itaque ex sententia Cardinalis Toleti idẽ est. Quantùm ipsi volebant accipere, & quantùm ipse Christus volebat impertiri. Quid? voluntas turbæ famescentis, & voluntas Christi Dei, vna eadémque voluntas est? num voluntas hominis Dei, & hominum peccatorum vna voluntas est? Re ipsa vna voluntas non est; at in re Orationis ipsissima voluntas censetur turbæ petentis, & Christi Dei donantis. Vnde *sensum non mutat*, dicere: *Quantùm ipsi volebant, & quantùm Christus volebat.* O Dei munificam largitatem! vsque eo certò annuit humanis precibus, vt eandem esse voluntatem orantis, & donantis, fun let in Euangelio? 91. Ioann.

Tolet. Annotat. 4 in prædictum cap. Ioan.

Salutem sibi poposcit leprosus, Marci 1. v. 40. inquiens: *Domine si vis, potes me mundare:* Annuit Christus Deus, aiens: *Volo, Mundare. Et statim discessit ab eo lepra.* Ecce voluntas Christi salus fuit huius infirmi. Idem salutem filiæ postulat Chananæa: Et audit Matthæi 15. v. 28. *Fiat tibi sicut vis, & sanata est filia eius in illa hora.* Num voluntas Chananææ imperat morbis, sicut voluntas Christi? dicitur enim Chananææ: *Fiat tibi sicut vis.* Ac si ad nutum voluntatis eius recedat infirmitas. Num Chananææ voluntas habet priuilegium omnipotentiæ? Quid? voluntas Chananææ eadem est, idemque vult, ac volũtas Christi? Vult, vult planè: eadémque voluntas est Chananææ petentis, & Christi largientis. Vtráque enim eadem est voluntas, id est, idem volens, nempe hominum salutem. Quid enim cupit Chananæa orans, nisi salutem? Quid cupit Christus Deus, nisi salutem? Audi S. Nyssenum: *Fiat voluntas tua: Voluntas autem Dei salus hominum est.* Vnde promiscuè dicitur, aut voluntatem Christi Dei, aut voluntatem supplicantis ægroti operari salutem: alter supplici omnipotentia rogando; alter imperiali potestate concedendo, qua Deus est; sanitatem facit: nam ipsissima vtriúsque voluntas est. Et sic Chananeæ dicitur 93. Marc.

Math.

Eadem dicitur voluntas & hominis petentis, & Dei annuentis.

Nyssen.

dicitur: *Fiat tibi ſicut vis.* Quia *voluntas Dei eſt ſicut hominum.* Et ita vna ex ſeinuicem reputatur voluntas, & hominis ſupplicantis, & Dei donantis. Ergo vires accipit fiducia, Orantis, ſcient in ea orationis vnam, & eandem eſſe voluntatem vtriuſque; idem enim vult.

Ioan. *Chriſtus petit à nobis, vt ipſe velit.*

Ioannis. 15. v. 5. Dicit Chriſtus ſuis diſcipulis: *Manete in me, & ego in vobis.* Benè eſt quòd Chriſtus nobis dicat, *Manete in me*: nam actio noſtra eſt ire ad Chriſtum, & manere in Chriſto; at quo pacto nobis perſuadet, vt ipſe Chriſtus maneat in nobis? Hoc inquam, ſua ipſius actio eſt, non eſt actio noſtra; ab ipſius voluntate, & arbitrio pendet, quod ipſe maneat in nobis. Quomodo ergo hortatur nos, vt ipſe maneat in nobis? Eſtne voluntas à noſtro arbitrio pendet? Eſtne æquiuocatio? an eadem eſt noſtra, & Chriſti voluntas? Eſt, eſt planè, ſi bona capimus. Vide Chriſtus hortatur nos, vt velimus, quod ipſe facere valet: *Manete in me, & ego in vobis.* Et nos cùm bona nobis optamus, dicimus, *Fiat voluntas tua.* Quod ſciens Eliachimus ait hìc, verſ. 12. *Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras.*

Iudith.

---

§. XXIII.

Oratio vſque eò ambitioſè audet, vt Deum ſibi obſequentem ferè piè præſumat.

95. *Oratio ambitioſa & dominans dicitur.*

RES humilis Oratio eſt, ſed admodum ſuperba. Quid abiectius eo, qui alium ſupplicat, & ſupplicatione ſua palàm fatetur, ſe inſufficientem eſſe ad illud, quod poſtulat, aſſequendum? Sed quid arrogantius eo, qui ſic piè præſumit de potentia aliena, ac ſi eſſet propria? Orans, quà petit, ab alieno ſuſpenditur arbitrio; quà impetrare præſumit, aliena bona diſpenſat, vt ſua. Ergo qui ſuppliciter orat, ferè arroganter audet, & humili prece quaſi ambitioſè ſuperbit. Animosè appellat Tertullianus orationem piè ambitioſam, ſic aiens: *Precationibus ambiamus orantes.* A quo Saluianus: *Poſſimus Deum tanta precum ambitione pulſare.*

Tertul. Apolog. 39. Saluianus. lib. 4. de Gubernat.

Ambitioſus dicitur, qui honores ſuſpirat, qui cathedras, nobilitates, & præfecturas ambit, cuius votum, mandatus honor, & famæ glorioſa eſt. Hæc vt aſſequatur, nec parcit ſumptui, nec labori parcit, prompte reliqua expendens, vt mereatur honorē, quem impensè affectat. Sic oratio de ſe humilis, & ſupplex, tamen ambitioſa dicitur, & gloriæ cupida, ſublimitates inhiat, & imperia ambit; præſumit enim vti prece pro iuſſione, & oratione pro imperio. Sententiosè ad rem inquit Clemens Alexand. *Oratio dominans*: Nam cùm oratio de ſe precario victitet, & ſupplicem præſtet famulatum, famulorum æmula eſt, quia humilis ſupplicat; non dominorum, quia non imperat; attamen eouſque ambitioſa dicitur, & imperij appetens, vt *oratio dominans* dicatur; quippe quæ vel ſupplicādo iubeat, & rogando imperet ſupplici & quaſi ambitioſo imperio.

Clem. Alex. 1. ſtrom.

96. *Deus non tantum dicitur audire, ſed etiā quaſi obedire orationi.*

Ait, ſi Oratio vſque adeò eſt ambitioſa, vt dominando agat ſupplici imperio: Ergo Deus, qui oratur, oratione imperatur. Planè hæc eſt pia Orationis ambitio, & ambitioſæ orationis officioſus faſtus. Scilicet Deum habere obſequentem humanis precibus. O nitor Claudianum in Sexto Honor. Conſulatu, qui Imperatori Marco Aurel. de Chriſtianorum orationibus pluuiam opportuniſſimam impetrantibus, ſic cecinit:

——— *Omne Tonantis.* Claudian.
Obſequium Marci mores potuere mereri.

& Ioſephus in ſimili ait: *Fuit obediens Deus placit.* Ioſephus l. 4. c. 3.

Nolo ad id comprobandum exaggerare ingentem locorum cōgeriem. Elegantem loci expoſitionem ſubiicio ex cap. 10. v. 12. Ioſue. Strennus hic dux pugnat contra quinque Amorrhæorum Reges; repugnant ipſi, ſed fruſtrà impares reſiſtendo Ioſuæ robori; vnicum fugientium Amorrhæorum præſidium erant noctis aduentantis opacæ tenebræ: Ergo Ioſue imperiali voce, ſupra humanum faſtum audax; *dixit coram eis: Sol contra Gabaon ne mouearis. Stetitque Sol in medio cœli; obediente Domino voci hominis.* Statim oritur multiplex difficultas, tum ab imperatoris audacia, & inſolentia facinoris, tum etiam quia Soli imperat Ioſue, & Deus dicitur obedire. Adde quòd Dominus non eſt qui obediat, ſed cui obedire cuncta. Dignè obſequatur Ioſuæ? Creator, pareat creaturæ? At nihilominus ſerio dicitur in textu; *Obediente Domino voci hominis.* Ergo Ioſue rogando iubet, & ſupplicando imperat, & oratio ab homine ferè imperium eſt Deo. Eleganter Saluianus hanc rem tractans, ita ſcribit: *Quamuis id quod dicit, diuinas aures in precibus ſemper eſſe intentas, non audientia tantùm Dei, ſed quadam quaſi obedientia deſignatur.* Itaque non tantùm Deus audit humanas preces, ſed quaſi obedit humanis precibus. *Obediente Domino voci hominis.* Piè ambitioſa eſt hominis oratio, & religiosè præſumit, & piè ſuperbit, cùm non tantùm Dei audientiam ambiat, ſed obedientiam, & quidem expeditam ad orationis nutum: *Quàm beati eſſemus*, (adhuc fatur Saluianus) *ſi quam promptam erga nos Dei audientiam legimus, tam promptè ipſi Deum audire vellemus.* Nunne Ioſuana *oratio quaſi ambitioſa eſt?* nonne *dominans oratio eſt?* Quo autem ſenſu Deus dicatur obedire homini, Serarius optimè expendit. In eo ſenſu loquitur, Nam ſtricta obedientia merum Deum dedecet.

Ioſue.

Saluianus. lib. 3. de Gubernat. *In Deo non tantùm humana oratio quidam, ſed obedientia eſt.*

Serarius ad c. 10 Ioſue. quæſt. 19.

97. Adhuc perſtrepis; humanæ Orationi Deus obedit: ergo Deus oratione noſtra, vt præcepto ligatur: Aio: ſicut quodammodo obedit, ita aliquo modo ligatur orantis velut præcepto. Exod. 32. v. 10. ait Dominus Moyſi: *Dimitte, me, vt iraſcatur furor meus contra eos.* Ad quæ verba S. Hieronymus ſic ſcribit: *Cui enim dicitur, dimitte me, oſtenditur, quod tenendi habeat facultatem.* Ergo homo oratione tenet, & dimittit Deum, & ſupplicando ferè imperat, & impetrando ſupplicat, & orando quaſi ambitioſè audet. *Quid eſt ſeruo dicere* (ait S. Gregorius 9.) Moral cap. 9. *dimitte me, niſi deprecandi auſum præbere?* auſum appellat orationem; quia qui ambitioſè cupit, nimis audet. Pia audacia, & ſancta quaſi temeritas eſt, quæ reddit homines ab oratione quodammodò imperantes (vt ſuper dixit Nazianzenus §. 23. n. 86.) Porrò Orationis piè ambitioſa virtus facit homines velut inſolentes, cùm Deo ſuppliciter imperent, Deum quaſi obligent, quod norat Baſilius Seleucus pulcherrimis, albis ſcribendis, & expendendis. Quis negat imperationem Orationi, quæ vim habeat Deum ferè ligandi, & cui Deus dicitur obedire? Ergo, *Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras.*

Exod.

Hieronym. in Ezech. 14. *Oratio humana ligat quaſi Deum.*

Baſil. Seleu. Orat.

Vitaci is exſcriptio Gotthica: *Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras.*

* *
*

§. XXIV.

Supplex Orationis omnipotentia vel nolentem Deum quasi cogit ad donandum, quod supplicat?

98. MAgna est orationis vis, & supplex quædam omnipotentia, non tantùm humanas potestates superans, sed etiam in Deum quasi prævalens, Genes. 32. vers. 24. *Transiuit Iacob vadum Iaboc, & ecce vir luctabatur cum eo vsque mane, qui cùm videret, quod eum superare non posset, tetigit, &c. Dixitque ad eum: dimitte me, &c. Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines prævalebis?* Satis verosimile videtur, virum hunc, seu Angelum, qui luctabatur cum Iacobo, fuisse illum magni consilij Angelum, id est, Dei Verbum; quod disertè docet sanctus Iustinus in Dialogo cum Triph. Tertull. lib. 2. contra Marc. S. Hilarius lib. 4. de Trinit. S. Ambr. lib. 1. de fide, c. 5. Chrysost. in Actor. cap. 7. Theodor. q. 91. in Genesim. Mirum est Iacobum, auxilio suorum destitutum, metu Esaü panidum, & eneruem, adeò valenter aduersus Deum depugnasse, vt dicatur Deus, *eum quasi superare non posse*; & sic inducias petit, dicens ad eum, *Dimitte me*: contra Deum fortis fuisti. Vnde Iacobo imbecillo tantum robur? quibus armis munitus contra Deum quasi prævaluit, Deum, inquam, luctantem omnipotentiæ suæ viribus, Armarine potest humana imbecillitas contra diuinam potentiam, & prævalere contra omnipotentiæ vires? Potest, potest quidem quodammodo, scilicet viribus orationis precariè omnipotentis.

Genes.

Iustin. Tertull. Hilarius. Ambros. Chrysost. Theodor.

99. Cuius veritatis locuples mihi testis sit Oseë Propheta. cap. 12. v. 4. ita loquens de hoc Iacobi duello: *In fortitudine sua directus est cum Angelo* (cum Angelo, inquam, magni testamenti,) *& inualuit, & confortatus est; fleuit, & rogauit eum.* Vides quibus armis confortatus est, & inualuit in Deum? Omnipotenti scilicet oratione. Cerne Iacobum principem athlelam fletu perunctum, precibus vegetum, deprecatione armatum, oratione suppliciter omnipotentem, cum Deo luctantem, ne dicam, vincentem. Adoriri Deus Iacobum videtur omnipotentiæ nisu. Prosilit Iacobus ad palæstram, reluctatur, & inuadit Deum supplicis omnipotentiæ conatu; seriò luctantur. Orante Iacobo, Deus veluti cedens viribus orationis, petit, vt se dimittat, quia contra Deum valde *fortis est*; Et tanquam si resistere non valeret Deus (nostro modo concipiendi) precariæ omnipotentiæ viribus, inducias petit à Iacobo, & se dimitti ab eo, enixè postulat? Scilicet orationis omnipotentia cum Dei omnipotentia, certat: & Deum in aduersum velut conantem, flectit precum robore, & precibus *confortatus Iacob contra Deum fortis fuit*? Egregia profectò precum commendatio! Planè hic fastus orationis est. Itaque consultissimè ait Iuditha dum ad Deum orat: *Præsumentes de te.* Imò quis id præsumeret? *Ingerit superna dispensatio, etiam quod supplicare humanitas non præsumit*, dixit eleganter Ennodius. Nempe munifica Dei liberalitas vel audacissima *præsumptionis* vota transcendit.

Osee.

Ennod. l. 4. epist. 29.

100. Aderat Christi Mater nuptiis in Cana celebratis; aderat & Christus cum Apostolis, & deficiĕte vino, pientissima Virgo Filium Deum rogat, vt faueat conuiuatoribus, *Vinum non habent*, inquiens, Ioan. 2. v. 3. Maternas preces Christus recusat, & abnuit beneficentium, aiens: *Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.* Tunc Beata Virgo quasi deprecata esset beneficium, *Dicit Ministris, quodcumque dixerit vobis, facite.* Christus negat fauorem; & Maria adhuc petendo perseuerat? Contra Dei consiliũ, & voluntatem Maria obnititur? Quod omnipotentia Dei recusat facere, Deipara adhuc conatur, vt fiat? Quâ fiduciâ? quâ vi nititur? Planè omnipotentis orationis viribus, & quod palam negari videtur à Christo, adhuc precum viribus nixa, conatur, vt luculenter notauit Beda hîc: *Dixit mater eius ministris, Quodcumque dixerit vobis facite: Sciebat quidem mater eius humanitatem filij sui, licèt hoc modo videtur negare, quod poscebatur: Mater tamen sciens pietatem filij, quod negare nollet, quod petebatur, fiducialiter mandauit ministris, vt mandata implerent iubentis filij.* Abnuit Christus se facturum, quod petitur, negat quod postulatur, & tamen pia mater, quò ostĕdat orationis vires, adhuc obsistens perseuerat. Profectò non foret quid magnum precibus, à Christo vltrò volente, impetrare miraculum: impetrare audet à Christo quodammodò recusante fauorĕ, & voluntatem Christi veluti reluctantĕ flecti orationis vi. Et quod Christus Deus negasse videtur, pia mater efficere tentat efficacia orationis omnipotentis: & ita postquam Deipara orauerat, cum audiuit: *Quid mihi, & tibi est mulier?* statim ac si posset in Christi voluntatem quasi nolĕtem, mandat ministris: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Tanquam si beneficium iam impetrasset, aut in orationis arbitrio esse Christi omnipotentia.

Christus etiã quodammodò nolens, quasi cogitur Mariæ precibus.

Beda.

101. Luc. 11. v. 5. Amicus illi negotiosus, vt hospitem intempestiuum vrbanè exciperet, a liit amicum suum tres panes petiturus; & tamen illi negantur ob leuissimas (quantum apparet) causas. Planè admiratione dignum est, hoc facto Euangelistã niti ostentare diuinam largitatem; qua homines in spĕ erigantur accipiendi à Deo postulata. Amicus est qui petit, vel hoc solo nomine dignus, cui nihil negetur. Intempesta nocte egreditur domo, quod non leuiter necessitatem probat. Tres panes postulat: exiguum profectò donum! imò nec donum quidem: nam panes mutuos petit, quos mox recentes reddet. Præterea rogatus amicus causatur seruorum incommoditatem; & amici incommodum negligit. Quæ omnia illiberalem hunc amicum prędicant; non largitorem munificum. Adde quòd hic Amicus panes negans, Deus est; & hæc parabola adducitur ab Euangelista ad ostentationem ipsius liberalitatis munificentissimæ. Et tamen audit: *Noli mihi molestus esse: non possum surgere, & dare tibi.* Ex hisce verbis, quæ liberalitatem Dei negantis videntur publicare eius eximiã liberalitatem probat acutè S. Chrysologus: Nam planè dixit Deus; *Non possum surgere, & dare*: & nihilominùs dedit vel quasi inuitus, & ferè violĕtus (loquitur Euangelista de Deo, more humano.) *Propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.* Hæc laus diuinæ liberalitatis est, & grãdior orationis potentia. Porrò etsi Deus dixit, se non posse, aut nolle; tamen adhuc preces extorquĕt, quod Deus dixit se nolle dare. In quo planè elucet orationis, vis; quę Deum quasi inuitum quodammodò cogit ad præstandũ, quod oratio postulat. Hæc sunt S. Chrysologi verba serm. 36. *O quam necessitatis esse sua, quod sua potestatis est, vult videri!* Ac si dicat: Adeò munificus est Deus, vt veluti violenta necessitate, & quadam orationis arcana vi coactus, donet? Dicit se nolle aut non posse; & tamen etsi dicat se nolle, aut non posse, (adhuc loquitur Euangelista de Deo,

Lucæ.

Oratio est sponsanea quædã vis.

102. Chrysol.

Digitized by Google

Deo, more hominis; & fatur de efficaci decreto, quod proculdubio foret, nisi rogaretur) tamē sponte donat. Plenè hæc vis quodāmodò violenta est, & spontanea. Violenta dicitur, quia ait se nolle; sed spontanea, quoniam donat. Precum arcana vis, necessitas quædam vltronea est, & spontanea violentia, libere velut cogens Deum ad donandum, & propè nolentem pertrahens ad largiendum.

103. Ionæ. *Orationis vis in diuinā voluntatem.* Ionæ 3. v. 4. In nomine Domini clamauit Propheta, & dixit: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* De huius decreti diuini conditionatā efficaciā tractet seuerior Theologorum schola, sat mihi est Dei instinctu id Prophetam Ionam dixisse; & statim Niniuæos ad orationem confugisse, quâ diuinas iras auerterent. Super quo diserte S. Zeno Veron. ita fatur: *Vt est Niniuitis nunciatus interitus, credunt, & timent, & quanto sciunt Dominum non esse mendacem, tanto propensius eius de pietate præsumunt.* Sciunt Niniuitæ Deum non esse mendacem, & ipsum Prophetæ ore dixisse: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*, & ideò certiùs de oratione præsumunt se oratione impetraturos fore veniam, & reuocaturos diuinæ sententiæ minas? Si sciunt Deum non esse mendacē, quomodo intentāt reuocando eius decretum, illum facere mendacem? Malè adulatur diuinæ misericordiæ, qui vt illam munificentiorem ostentet, ream mendacij constitueret. Verùm sic preces nostræ mulcent & flectūt iram Dei, vt minas vertant in pietatem. Sic præsumendum est de orationis supplici omnipotentiá, vt non tantùm iratū Deum reddat beneuolum, & piū, sed etiam minas non implentem faciat verum? Ita validè obsistit oratio iræ diuinæ, vt Deum quasi nolentem trahat ad id, quòd ipsa exigit; & mendacij immunem faciat, etsi supplicia reuocet, quæ fuerat comminatus? Itaque omnipotentia orationis & Deum veluti inuitum pertrahit ad impetrandum, quod optat; nec si facit mendacem, sed verum; & eò magis verum, quò minus videtur implere quod fuerat comminatus: siquidem Niniuitæ, quibus à Prophetæ, id est, à Dei ore imminebat supplicium, *Quanto sciunt Dominum non esse mendacem, tanto propensius eius de pietate præsumunt.* Ergo etsi Deus minitatus sit dura supplicia nunc Iudæis vt quondam Niniuitis, scitè dixit Eliachim hic, v. 12: *Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras.*

Zeno ser. de Iona.

Cùm dicitur in toto hoc § Orationis vim flectere Deum nolentem; intellige (procul calumnia) de voluntate signi; vel decreto efficaci conditionato, indubiè adimplendo, nisi oratio intercedat: quod videre licet in hisce minis Niniuitarum. Vnde dicitur Deus magis verax dum parcit: quia castigare decreuit, nisi orarent Niniuitæ.

---

§. XXV.

Vis orationis, & munificentiæ diuinæ largitas spem conuertit in fidem?

104. ORationis fiducia non tam petit, quàm impetrat: non vota facere videtur, sed facere quod in votis habet: animosior spes adipiscēdi postulata, adeò certè præsumit impetrationē, vt dicat hîc v. 12 Eliachim summus Dei sacerdos, Bethuliēsibus effusis in preces, & de misericordiæ diuinæ munificētiâ largissimè præsumentibus. *Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras.* Quid significat, *Scitote?* vsq; eò fidit de munificētiâ diuina & de orationis vi, vt audeat dicere, se scire illos impetraturos, quod postulant? Fortè summus hic Pontifex à reuelatione id scit? at interpteres id negant. Et tamen in Bibliis Gotthicis in Carthusiani commentariis legitur: *Scitote quoniam exaudiuit.* Num *exaudiet* idem est ac *exaudiuit?* Quod rogaturi sumus, iā impetrauimus? anteuertitne Deus vota nostra, & antequā petamus, petitionibus annuit? Si ita est, & Deus petēda præproperè decreuit, & manifestauit concedere; nō solùm quiuis sperare poterit postulata, sed credere se impetraturum postulanda: & sic spem impetrandi cōuertet in fidem adipiscēdi, & quodammodò credet se exoraturum, quod orat. Altè ad rem Tertull. solito acumine, sic fatur. *Sed etsi aliquando quoq; perstringunt, lætamur magis recognitione diuinarū prædictionum, confirmantium scilicet fiduciam, & fidem spei nostræ.* Expendo hæc postrema verba, *Fidem spei nostræ.* Ac si dicat: In acerbiori calamitate, (qualē nunc patiuntur Bethulienses) etsi strages ingruant à Tartareo Holoferne, non timemus: qui *scimus, quod exaudiet*, (potius *exaudiuit*) *Dominus preces nostras.* Et ita habemus *fidē spei nostræ* id est: fiducia impetrandi rem petitā, fortè non tā dicenda esset Spes, quam fides: ac si id non tā speremus fore, quàm ferè credamus futurum, ac si Deus id dixisset, & reuelasset. Profectò sæpè spes audacior est: & sæpè frustrantur euentum vota diu sperata, nutante animo ob flagitiorum conscientiam (sæpe enim non succedit, quod speratur: multi enim qui sperāt beatitudinem, damnantur(At fides deficere nequit; quippe quę nititur Dei absoluto verbo, & diuinâ auctoritate. Ergo sic certò *scimus* nos adepturos, quod postulamus, vt spes impetrandi postulata, quodāmodò versa sit in fidem: habemus enim *fidem spei nostræ.* Adeò certè *scimus*, nos exoraturos, quod ritè oramus, ac si id Deus reuelasset donandum, quod obiectum esset fidei. Dicam luculentius: impetratio rei sic postulatæ, non tam videtur esse res spei, quàm fidei: habemus enim *fidem spei nostræ.* Planè animosa Tertulliani hyperbole, & quæ valde commendat orationis efficaciam Nisi fortè oratio cum omnibus circumstantiis facta, cui Christus promisit impetrationem, spem adipiscendi postulatam rem, conuertit in fidem. Nam Christi Dei vox est, Quicquid ritè orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.

Iuditha. Biblia Gotthicia. Carthus. *Oratio spem quasi vertit in fidem.* Tert. Apolog. c. 41

Matth. 15. v. 22. *Et ecce mulier Chananæa clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine, Fili Dauid.* Nunquā satis laudata est fiducia huius gētilis fœminæ: mitto plura eius elogia, vt dem pulchra verba Basilij Seleuc. sic aiētis: *O quot myriadibus Iudæorum persanatis, ab iis ipsis: qui persanati, Christus sibi reponi illud audit: Hic vnde sit nescimus. Mulier verò Chananæa etiam ante curationem fide alata ad Euangelistæ dignitatem peruenit* Euangelistarum laus in Euāgelij Veritate sita est; quod enim ipsi asserunt, & Deus asserit, & fide diuinâ certum est. Hæc mulier Chananæa nil affirmat, sed tantùm ait animosâ spe. *Miserere mei Domine*: in quo elucet spei laus non fidei, quæ æmula sit Euangelicæ attestationis. Nihil affirmat, sed tantùm petit, & *ad Euangelistæ dignitatem peruenit?* Dignitas Euāgelistæ est dicere, quod Deus dicit: hæc autem mulier petendo salutē, quomodo potest dicere, quod Deus dicit? Verum vsq; eò spe audet Chananæa, vt spem veluti vertat in fidem: sic piè præsumens de munificentia diuina, vt quasi credat, & ferè credendum proponat, se impetraturam quod petit. Et ad dignitatem Euangelistæ propè peruenit, spem quodammodò conuertens in fidem. Opportunè S. Paulinus inquit. *Hæc in ossa, & membra, & viscera sanctis & spei, & fidei, & charitatis, colloquiis opimasti, quibus spei fidem in Domino constantem manere docuisti.* Audis *spei fidem?* Planè spes in fidem quasi versa est, dicente Zenone *Fides spei substantia est, & spes fidei gloria.* Ecce tibi

105. Matth. Basil. Selen. orat. 20. *Oratio habet fidem spe & quomodò* Paulin. Zeno ser. Fide & spe.

orationis vires, & munificentissimæ largitatis diuinæ eminentiam, de quâ sic sperandū est, ac si Deus, reuelasset se daturum postulata (quod ad fiduciæ exaggerationem dicitur.) De illo sperandum, imò credendum quodammodò est, quod annuat postulatis. Ergo sic habeant homines *spei fidē; Scitote quoniam exaudiet (exaudiuit* potius) *Dominus preces vestras*: ac si antequam audiat, exaudierit: qui est orationis fastus. Aduerte, cùm Patres aiunt dari fidem adipiscendi rē ab oratione postulatā; aut hyperbolicè loquitur aut de Oriente habente omnes circumstantias, quas Christus Deus exigit, cùm ait: Si quid petieritis Patrē in nomine meo, dabit vobis, vt nuper aduerti. Ergo nos eodē sēsu ac Patres loquimur.

§. XXVI.

Tanta est Dei munificentia, vt preces importuno tempore factas exaudiat,

106. Eccl. OMnia tempus habent. Eccles. 3. v. 1. & maximè oratio debet opportunum tempus captare: nā qui importunus petitor accedit, nō impetrat misericordiam, sed iram cōmouet. Pacato animo, & beneuolo opus est ad donādum: Intempestiuus rogator trāquillum alioqui, irritat, & exasperat. Opportunè petat, qui impetrare satagit, quia intēpestiua oratio vel liberalissimum hominem reddet illiberalem, & munificentissimū faciet negatorem. Cogit negare, qui intempestinè postulat. Nimis adulatur suo Traiano Plinius aiens: Nulla *in audiendo difficultas, nulla in respondendo mora, adeūt statim, dimittuntur statim* Opportunos, ac importunos litigatores æquè excipiebat Traianus. Hispanè diceres, *Siēpre estaua de vez para negociar* Adeò magno, & trāquillo animo erat Traianus; tam humanè omnibus tempestiuus, vt vel importunis litigatoribus, & petitoribus semper fuerit opportunus; nemo non cōgruo tēpore petiturus aderat: quia Traiano omne tempus congruū erat ad donādum. Nimiùm audet hæc Panegyristæ adulatio, & humanum fastigium planè excedit. Negat se hominem, qui non offenditur importunitate petentis tempore non congruo.

Qui erat, petat tempore opportuno.

Plinius in Panegyr. *Nem non opportunè Traianum adit.*

107. Beata Deipara ægrè ferens in nuptiis Cana Galilææ, quòd vini sagenā exhaustā, malè audirent cōuiuantes ob vini penuriam; filium Deum rogat, vt auxilietur necessitati *Vinum*, inquit, *non habent*: Ioānis 2. v. 3. Pia profectò postulatio, & piissimā matre dignissima; & tamen seuerū verbum à Christo audit: *Quid mihi & tibi est mulier?* Mira admiratio tenet Interpretes, cur Christus veluti exasperatus tam piā petitione, duriùs responderit Mariæ petēti! Porrò Christus Deus mulceri solet precibus, nō irritari; & quæ postulat, mater eius est, Deipara nēpe est, cui diuina quædam energia est ad exorandum. Ad hæc non sibi postulat, sed aliis, quod ex abundātiori charitate nascitur, & vim auget ad impetrandum: præsertim inuitantibus erga se & matrem, & discipulos valde beneuolos. Adde quod Deipara est mater misericordiæ, & domina precū. & tota facta est ad orandum pro nobis. Munus suū obit, & nihilominus Christus eius orationem fastidere videtur, & duris verbis palàm respondet, *Quid mihi, & tibi est mulier?* Ad causā asperioris respōsi attēde: *Nondum venit hora mea*, quasi pręmaturè, & veluti incōgruo tēpore Beata Virgo postulauerit, scilicet vini nondū exhausti abundantiam. Quod notauit Theophyl. hic, sic scribens: *Nondum venit hora mea, id est, opportunum tempus nondum adest.* Quasi dicat Christus: Etsi oratio mihi grata semper est, & matris meæ oratio, quàm gratissima semper; etsi munus suū obeat, & ex vberiori pietate in homines beneuolos, & benemeritos: tamē quia *nondum adest opportunū tēpus*, sed præproperā pietate petit, postulationem abnutu recuso, & asperioribus verbis renuo postulata concedere. (Anticipata hæc postulatio, defectus in Maria non est, sed cumulatior laus, de quo aliàs.) Verùm ne quid vel minùs opportunè petēti abnegetChristus, vini copiā dat; Quò largiorē liberalitatē ostentet, exaudiens orationē etiā præmaturo tēpore factā, quę exaggeratio diuinæ liberalitatis est.

Ioan.

Theophyl.

Admiror sæpe quàm morosus, & asper se exhibuit amico amicus ille apud Lucā, c. 11. v. 7. Aduētauit hospes nō expectatus, media iam erat nox, panarium non erat, vadit ipse ad amicū, petit tres panes ab amico iam dormiēte, negat ille se panes laturum, dicens: *Noli mihi molestus esse, iam ostiū clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi.* Et tamē parabolam hanc adducit Euangelista, vt homines ad fidē animet, & Dei liberalitatem publicet. Hæcne liberalitatis probatio, an exaggeratio illiberalitatis, & inurbanæ rusticitatis elogium? Porrò qui postulat, amicus est, vel hoc solo titulo dignissimus, qui accipiat; nec seruū misit, sed ipsemet intēpestā nocte domo egreditur: quò reuerentiùs tractetur, & vrgētior erit necessitas comprobetur: tres panes petit, rem non magni pretij; nec dono eos petit, sed mutuos, quos mox calentes reddet pro duris; & tamen dura verba audit; *Noli mihi molestus esse, non possum surgere, & dare.* Quis credat amicum hunc negatorem, Deum esse, & hoc facto comprobari diuinā munificentiā, & homines ex eo erigendos in animosiorem spem? Si auarū, morosum, & illiberalem hominem vellet exprimere, quibusnam aliis verbis eū fingeret Euāgelista? Fallor si non arcanum aliquod documentū inest huic parabolæ. Et quidem adeò munificus, & liberalis est Deus, vt etiam importuno tempore postulātes exaudiat. Auget Euangelista intempestiuitatem petitionis, vt concedentis exaggeret liberalitatem. Nam tandem postulata concessit. *Iuit ad illū media nocte*, incongruo planè tempore, & inopportuno: & quo vel mitissimus rogationibus irritetur, *& respondet.* (loquitur parabola de Deo sub persona hominis, [illegible]ic humanos affectus illi dat.) *Noli mihi molestus esse, ostium*, &c. Deus nullā molestiā potest affici, sed precibus nostris maximè delectatur. At molestiæ incapax, quantumuis preces illi gratissimæ sunt, molestia affici dicitur, cum intempestiuè oratur (quòd doceantur homines opportunum tempus quærere ad postulandum quippiam ab hominibus.) Tanta est molestia petitionis incongruo tempore factæ, vt planè dicat Deus: *Non possum dare.* Quia quantum omnipotentia, & liberalitas potest, tantum intempestiuitas detrahere hìc videtur. Non potest homo Deus facere, quod intempestiuè rogatur; Tam arduum est incongruo tempore petenti, petita non negare? Tandem cùm Deus dat panes importunā occasione petitos, mirè publicat suam munificam liberalitatem: quippe qui vsque adeò pronus est ad misericordias, vt etiam quasi molestiā affectus ob intempestiuitatem petitionis, tamen donet, quod sic postulatur. Tantùm orationi licet? *No ay deshora para la oracion.* S. Chrysost. sic fatur: Quamuis dixerit: *Nondum venit hora mea, postmodum fecit quod mater dixerat, vt ex hoc sufficiens esset demonstratio, quod non subiectum est horæ.* Semper est hora opportuna ad petendum, etiam alioqui importunissima. Vnde hìc vers. 12. scitè ait Ioachimus: *Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras*, quouis tempore, quauis importunissimā etiam occasione.

108. Lucæ.

Deus preces importuno tempore factas exaudit.

109.

Chrysost. hom. 20. Ioan.

Iudith.

CAP. V.

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM.

Vers. 1. NVNTIATVMQVE est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quòd fil
Israël præpararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent:
2. & furore nimio exarsit in iracundia magna, vocauítque omnes Princi-
pes Moab, & Duces Ammon, 4. & dixit eis: Dicite mihi quis sit populus
iste, qui montana obsidet: aut quæ, & quales, & quantæ sint ciuitates eorum: quæ
etiam sit virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum: vel quis rex militiæ illorum: 4.
& quare præ omnibus, qui habitant in Oriente, isti contempserunt nos, & non ex-
ierunt obuiam nobis, vt susciperent nos cum pace? 5. Tunc Achior Dux omnium
filiorum Ammon respondens, ait: Si digneris audire, Domine mi, dicam veritatem
in conspectu tuo, de populo isto, qui in montanis habitat, & non egredietur ver-
bum falsum ex ore meo. 6. Populus iste ex progenie Chaldæorum est. 7. Hic pri-
mùm in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui
erant in Terra Chaldæorum. 8. Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ
in multitudine deorum erant, 9. Vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis
vt exirent inde, & habitarent in Charan. Cúmque operuisset omnem terram fames,
descenderunt in Ægyptum, illicque per quadragintos annos sic multiplicati sunt,
vt dinumerari eorum non posset exercitus. 10. Cúmque grauaret eos Rex Ægypti,
atque in ædificationibus vrbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt
ad Dominum suum, & percussit totam Terram Ægypti plagis variis. 11. Cúmque
eiecissent eos Ægyptij à se, & cessasset plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, &
ad suum seruitium reuocare, 12. Fugientibus his Deus cœli mare aperuit, ita vt hinc
inde aquæ quasi murus solidarentur, & isti pede sicco fundum maris perambulando
transirent. 13. In quo loco dum innumerabilis exercitus Æygptiorum eos per seque-
retur, ita aquis coopertus est vt non remaneret vel vnus, qui factum posteris nun-
tiaret. 14. Egressi verò mare rubrum, deserta Sina montis occupauerunt, in quibus
nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. 15. Illic fontes amari
obdulcati sunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cœlo consecu-
ti sunt. 16 Vbicumque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio,
Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit. 17. & non fuit qui insultaret populo isti, ni-
si quando recessit à cultu Domini Dei sui. 18. Quotiescumque autem præter ipsum
Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & gladium & in oppro-
brium. 19. Quotiescumque autem pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit
eis Deus cœli virtutem resistendi. 20. Denique Chananæum regem, & Iebusæum,
& Pherezænum, & Hethæum, & Heuæum, & Amorthæum, & omnes potentes
in Hesebon prostrauerunt, & terras eorum & ciuitates eorum ipsi possederunt: 21. Et
vsque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona: Deus enim il-
lorum odit iniquitatem. 22. Nam & ante hos annos, cùm recessissent à via, quam
dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt præliis à multis nationibus,
& plurimi eorum capitiui abducti sunt in terram non suam. 23. Nuper autem reuersi
ad Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & as-
cenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Ierusalem, vbi sunt Sancta eorum.
24. Nunc ergo mi Domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei
eorum: ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiu-
gati erunt sub iugo potentiæ tuæ. 25. Si verò non est offensio populi huius coram
Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos: & eri-
mus in opprobrium vniuersæ terræ. 26. Et factum est, cùm cessasset loqui Achior
verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, di-
centes ad alterutrum: 27. Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabu-
chodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine peritia artis pugnæ? 28.
Vt ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cùm capti fue-
rint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transuerberabitur: 29. Vt sciat omnis
gens, quoniam Nabuchodonosor Deus terræ est, præter ipsum alius non est.

Commentarius litteræ.

Verſ. 1. Nunciatúmque eſt Holoferni principi militiæ Aſſyriorum, quòd filij Iſraël præparent ſe ad reſiſtendum, ac montium itinera concluſiſſent.

Verſ. 2. & furore nimio exarſit in iracundiâ magna, vocauítque omnes Principes Moab, & Duces Ammon:

Verſ. 4. & dixit eis: Dicite mihi quis ſit populus iſte, qui montana obſidet: aut quæ, & quales, & quantæ ſint ciuitates eorum: quæ etiam ſit virtus eorum, aut quæ ſit multitudo eorum: vel quis Rex militiæ illorum.

Verſ. 4. Et quare præ omnibus, qui habitant in Oriente, iſti contempſerunt nos: & non exierunt obuiam nobis, vt ſuſciperent nos cum pace?

Verſ. 5. Tunc Achior Dux omnium filiorum Ammon reſpondens, ait: Si digneris audire, Domine mi, dicam veritatem in conſpectu tuo, de populo iſto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falſum ex ore meo.

Vers. 1.
1.
Septuag.
Biblia regia.
Vatabl.
Valent.

N*untiatúmque*, &c. Septuaginta interpretes paulò vberiùs ſcribunt hunc verſiculum: *Et nuntiatum eſt Holoferni Principi virtutis Aſſur, quia filij Iſrael parati erant ad prælium, & tranſitus mõtana concluſeram, & muris circumdederunt omne cacumen montis excelſi; & poſuerunt in campis ſcandala.* Biblia regia, & Vatabli ferè conſentiunt. Notat Stephanus Valentinus in lib. de Bello ſacro ad cap. 1. lib. 1. Machab. Verbum Græcum, quod hîc tranſlatum eſt, *Nuntiatum*, ſignificare, id nunciatum eſſe ab aliquo, qui publicâ fungitur legatione, quod hîc neceſſarium non eſt. Præſtat enim, quod exploratores Aſſyrij annunciarunt Holoferni, Hebræum populum montium fauces occluſiſſe, & murorũ ſubſtructionibus, & electi militis præſidio: & in campis clàm ſparſiſſe *obſtacula*, vt inquit Vatablus, vel potiùs *ſcandala*, vt eſt in Græco textu, nempe murices, taleas, ceruos, lilia, & alia id genus, in quæ pedes feſtinantes incautè offendant: Hebræumque populum animoſè armatum eſſe ad reſiſtendum Aſſyriorum potentiæ, & victricibus armis.

Vatab.

Vers. 2. 3.
2.

Et furore, &c. Audiens autem Holofernes, quòd Hebræus populus præpararet ſe ad reſiſtendum, irâ inflammatus vocat ad ſe principes Ammonitas, & Moabitas. Addit textus Græcus, *Omnes Satrapas maritimæ*, nempe Philiſthæos. Aduertit P. Salianus hîc num. 31. ideò interrogaſſe Ammonitas & Moabitas, quia erant cognati, aut vicini aut quia æmuli, aut ſaltem finitimi, habitantes confinia Iudeæ; à viciniâ autẽ probè nouerãt omnia cognatę gentis. Interrogat Holofernes, quis ſit populus Hebręus: nũ interrogat quaſi omninò ſit Hebręæ gẽtis ignarus; vt mentis, & pietatis ipſe ignarus oſcitat VVitaherus hęreticâ deſidiâ, quò huius libri auctoritati detrahat. Nam ſępe quod ſcitur, quaſi ignoraretur, interrogatur. Sic Geneſ. 3. v. 9. interrogat Deus *Adam vbi eſt?* & cap. 4. v. 6. dixit Dominus Caino. *Quare iratus es? Cur concidit facies tua? vbi eſt Abel frater tuus?* & 3. Reg. 19. *Quia tu agis Elia?* Num hæc ignorabat omniſcius Deus? & Marci 5. verſ. 9. Dæmoniacum interrogat Ieſus: *Quid tibi nomen eſt?* Ad quæ verba S. Chryſologus ſerm. 17. *Interrogat, non ignorat.* Et Marci 18. v. 41. Dixit Saluator cuidam cæco: *Quid tibi vis faciam?* Super quibus verbis, ſic S. Ambroſius inibi: *Interrogemus eñ, quia interrogauit & Chriſtus. Nos interrogemus, quia neſcimus; ille quia nouerat.* Plura loca adglomerat hîc Serarius, quibus nolo hunc Iudithæ locum onerare. Præterea id interrogare potuit Holofernes, vt pleniùs ſciat, quod aliqualiter ſciebat. Neque enim homo Aſſyrius potuit ignorare bella, & victorias Aſſyriorum contra Iudæos: nec ſtrenuus dux poterat non ſcire quibuſcum bella gereret. Adde, quod in contemptum ſolitant iactari ſimiles interrogatiunculæ: Aut ſunt indignationis indicium, vt aduerrunt P. Gretſerus, P. Serarius, P. Salianus. Sic vulgò dicitur: Quis aut quantulus ille eſt? vnde in hoc cap. verſ. 27. audito Achioris reſponſo, dixerunt Summates Aſſyriorum: *Quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſtere Regi Nabuchodonoſor, homines inermes*, &c. Ita explicat hunc locũ Tirinus, qui eleganter plura congerit exempla ad id probãdum. *Virtus eorum*, id eſt, militares copiæ. Semel hæc probaſſe ſufficit; non ſemel indicaſſe, neceſſarium eſt.

Sallan.
Veitaher.
Geneſ.
Interrogatio non ob ignorantiã.
3. Reg.
Marc.
Chryſol.
Marc.
Ambroſ.
Gretſerus.
Serar.
Salian.
Iudith.
Tirin.

Vers. 3.
3.

Aut quis Rex militiæ eorum? Nota, quòd Archiſtrategus, qui ab aliis ſæpe in hoc libro dicitur, *Princeps militiæ*, ab Holoferne, quia ipſe Archiſtrategus erat, dicitur, *Rex militiæ*. Scilicet munus ſuum illuſtrius, & arrogantius ipſe commendat inclyto Regis vocabulo. Illuſtriora ſunt noſtra à nobis, quam ab aliis. At re verâ idem eſt Rex militiæ, & Princeps militiæ, ſicut idem eſt, regere, & principari. Dubitat Holofernes, *Quis ſit Rex militiæ* Hebrææ gentis, non quia ignoraret, quis cum ſummo imperio rem belli contra ſe adminiſtraret; ſed quia etſi Deus dederit Hebræo populo duces, & principes, tamen ipſe Deus erat ſui populi princeps, Imperator; quod ex hoc loco probat Paëz ad verſ. 13. Cantici Moyſis. Sit hoc verum, quod mihi verum non videtur? at verum non eſt id dubitaſſe Holofernem: nam ea dubitatio nimia ſcientia foret de rebus Hebræorum. Ergo id interrogat in contemptum Hebræi ducis.

Paëz.

Vers. 4.

Et quare præ omnibus, &c. Biblia Gotthica non tranſtulêre, *Contemſerunt nos*, ſed *Contempſerunt*. Neque enim ſuperbiſſimus homo ferre potuit, ſaltem dici ſe contemni ab aliquo. Planè *contemni* ſe dicit ab iis, qui recuſant pati immeritum, & violẽtum aſſyriorum iugum. Superbia, dum non colitur, deſpici ſe exiſtimat. Cæterùm contemni ſe dicit præ omnibus, qui habitant *in Oriente*. Nonne miſſus eſt aduerſus regna Occidentis, ſuprà cap. 2. verſ. 5.? Quid? Holofernes miſſus ad regna Occidentis, ad Orientem perrexit contra iuſſionem Nabuchodonoſoris? Fateor in Græco textu non dici *in Oriente*, ſed *in Occidente*. Sed eadem eſt ſententia. Porrò Palæſtina comparatione Niniues, ex quâ egreſſus eſt Holofernes, Occidua regio eſt, etſi de ſe Orientalior, & inter regiones Orientis perpetuò recenſita. Vnde licèt Orientalis ſit, dicitur Occidua comparatione Niniues.

Vers. 5.
4.
Vatabl.

Tunc Achior, &c. Biblia Xiſtiana, & regia mutant verba, ſed eadem ſententia Gotthica omittũt *τὸ audire*, Vatablus ſic tranſtulit, *Tunc Achior dux omnis nominis Ammonitici, reſpondit illi: Rem quaſo, ex ore ſerui ſui Dominus meus accipiat*, &c.

Dicitur

Idumæi palàm non sumebant arma contra fratrem Israel.

Dicitur Achior dux *omnium* filiorum Ammon, quia fortassis Idumæorum etiam dux tunc erat, cùm ipse esset Ammonita, & Ammonitarum dux. Nam Idumæi qui oriundi erant ab Esau fratre Israëlis, non sumebant palàm arma in Israëlem fratrem, ne violarent pietatis iura; vnde Idumæi bellaturi aduersus Hebræos sumebant nomen, & habitum Ammonitarum 2. Paralip. 20. v. 1. *Congregati sunt filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis ad Iosaphat.* Vbi filij Ammon distinguuntur ab Ammonitis. Super quibus verbis sic inquit auctor Hebraïcarum traditionum: *Ammonitas Idumaos vult intelligi, qui ob reuerentiam paterni nominis nolebant in pristino habitu arma mouere contra Israël, & transfigurabant se in habitum Ammonitarum.* Quod egregiè dixit Vatablus, *Tunc Achior dux omnis nominis Ammonitici.* Id non tam fuit dicendum, quàm non omittendum ad huius loci commentationem.

2. Paral.

Hieronym.

---

§. II.

Astutia & dolus in re belli, victoriam dehonestant. Planè vincitur qui sic vincit.

5. *Dolus in re belli victoriam dehonestat.*

Fortis vir non timet bella, sed nec prouocat: vincere cupit, sed consilio, & viribus. Militum robore hostem exarmare, fugare, prosternere, vincere est: Qui arte & dolo vincit, Planè vincitur; nam tacitè fatetur se imparem esse viribus, & aliter vincere non posse. Fraudes deuenustant victoriam. Nimis cupidus erat non tam gloriæ, quàm victoriæ qui cecinit;

Virg. 2. Æn.

---- *Dolus, an virtus quis in hoste requirat?*

Porrò qui hostes dolo vincit palam fatetur, se virtute ab hostibus priùs vinci: Victoriâ ipsâ vincitur, & à victis hostibus superatur. Celebrem locum Tertulliani dabo, quem ad aliam rem latè alibi versp qui sic scribit: *Absit vt Dominus tentare videatur; quasi aut ignoret fidem cuiusque, aut deijcere sit consentiens: diaboli est & infirmitas, & malitia.* Valde difficile est, quo pacto tentatio dicatur, *dæmonis infirmitas.* In tentatione enim dæmonis robustissima vis maximè elucet. O quot strenuos prostrauit duces! quot victorias ex viris imperialibus reportauit! Nostræ gentis ducem Adamum primò deiecit; inde auspicatus est totius generis triumphos. Quibus tam insolenter elatus est, vt Christum, quem suspicabatur esse Deum, ausus sit tentationibus adoriri. Num tentatio est imbecillitas, an robur dæmonis? Omnes sæpiùs vincit, & imbecillè tentat? nisi fortè victoria imbecillitatis indiciū est. Est planè eiusmodi victoriæ genus. Neque enim homines à fronte adoritur, sed à tergo, dolo malo, & clanculùm: arte vincit, dolo & cauillis superat. Quod disertè dicit S. Chrysolog. *Diabolus nihil esset, si essent sollicitiores homines, & cautiores. Aut quod in homine praualuit ille virtute, nisi arte, mendacio, insidiis, fraude, dolo, nequitiâ, vitiorum ministerio, furore criminum?* Proculdubio qui eiusmodi insidiosis mendaciis, & dolosis fraudibus vincit, imbecillitatē prodit suam: nam fatetur apertè sic vincēdo, viribus, & virtute superari. Nec audere palàm & aperto Marte pugnare. Ergo sententiosè dixit Tertullianus; Quod autem tentat, Diaboli est infirmitas & malitia. Nam rem belli nō virtute, sed dolo & mendaciis agere, infirmitas est. Perbellè Tertullian. *de fallaciâ infirm.* Et Theophylactus ad Lucæ 12. *Validum quid est veritas; & dolus imbellis vbique.*

Tertull. lib. de orat. c. 8.

Dolus dæmonis, eius victorias demonstrat.

Chrysol. serm. 105.

Dolus infirmus est, & imbecillus.

Tertull. lib. de carne Christi, c. 18. Theoph.

6. Deuteronom. 33. v. 29. Postquam Moyses morti proximus singulis tribubus fausta prædixit, hæc toti Hebrææ genti prospere vaticinatus est: *Beatus es tu Israel: quis similis tui popule, qui saluaris in Domino: Scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, & tu eorū colla calcabis.* Omitto plura, quæ alibi do: & modò enucleare contendo τὸ *Negabunt te inimici tui*, quod benedictionis nomine Israëli prædicit Moyses. Et sanè impropriè dictum videtur, *negabunt te inimici tui*: nam inimici non aptè dicuntur negare inimicos suos. Accommodatiùs id diceretur de inimicis. Amici enim crebrò negāt amicos suos, vbi cessat aut cōmodi, aut voluptatis, aut auxilij causa, aut tædio amicitiæ afficiuntur, aut naturali mobilitate ingenij, aut naturæ prauitate. Rarò amicum perseuerantem inuenias, sæpiùs infidum, & negatorē experiêre. Et tamen non inquit Moyses: Negabunt amici tui; sed *Negabūt te amici tui*: & inter cæteras prosperitates hanc in primis numerat Noster Mariana sic hunc modum explicat ita scribens: *Negabunt te inimici tui, Hebraice: Mentientur inimici tui tibi, hoc est timoris indicium: vt serui solent mentiri*, vnde subdit: *Et tu eorum colla calcabis.* Id est, Mentientes tibi hostes, & siue potentiâ, siue fraudibus aduersus te bellantes, perpetuò vinces, & palàm fūdes, & profligabis. Quòd si aliquando hostium stratagematibus, & versutiis victus cadas, adhuc tunc vicisti: Quia victoria dolo malo, & astutâ vafritie parta, satis publicat victoris inimici imbecillitatem; qui aliter vincere nō potuit hostem, quem aliàs agnouit viribus imparem, & virtute superiorem. Eiusmodi victoria nihil habet generosum, sed indecorum & vulpinum. Tota dehonestata est vili timore à quo victores, priùs quàm vincerent, victi fuerūt: *Mentientur inimici tui tibi, hoc est, timoris indicium vt serui solent.* Vnde siue palàm virtute vincat Israël, siue clam, & dolo vincatur ab hostibus, semper victor existit: hoc est, *Tu eorū colla, seu excelsa calcabis.* Nam vt ait S. Chrysost. *Mendacium etsi cum fortibus fuerit, imbecilles demonstrat.* Silentio omittendum non est, dolo vincere non esse Imperatore dignum, sed *seruorum*, qui propriis viribus diffidentes, omnem spem non in virtute ponunt, sed in fraude, & astutiâ. Quod sapienter aduertit S. Nazianzenus sic aiens, *Priuato homini astutè aliquid facere, concedi fortè possit: nam qui apertâ vi grassari nequit, hic si vafrè, & callidè aliquid faciat, veniam meretur. Imperatori autem cùm vi, & potentia superari, admodum turpe sit, tum turpius, vt opinor, & sordidius, atque indignius, conatus suos, animiq; intentionis arte occultare.* Itaque turpiter, sordidè, & indignè Princeps vtitur dolo, & astu: nam eiusmodi fraudibus propriam imbecillitatem publicat, & tacitè vel inuitus fatetur se apertâ vi grassari non posse, nec aduersariū superare. Vnde eiusmodi cauillis ipse sibi detrahit, & se potentiâ inferiorem profitetur, & victoriæ impotem: & turpius & sordidius est sic vincere (vt ait Nazianzenus) quàm vinci. Nam qui vincitur in prælio, virtutem aliquam ostentat, quâ vincere præsumpsit: saltem hostes in mente sua vicit: alioqui non conferret signa. Qui autem astu & fraudibus pugnat, virtute sua & suorum diffidit: & iam victoriam & palmam hostium virtuti concessit. Igitur præclarè admodū Moyses inter fausta & prospera Hebrææ gentis recenset. *Mentientur inimici tui tibi*; id est, fraudibus agent, *quod timoris indicium est, vt serui solent* eiusmodi dolis agere: *& tu eorum colla, seu excelsa calcabis.* Summa est: Perpetuò vinces, siue vincas, siue vincaris, virtute & gloriâ semper victor

Deuter.

Optandum est, vt inimici inimicos negent.

Mariana.

Chrysost. hom. 57. in Ioann.

Nazi. orat. in Iulian.

victor eris. Quod sublimius elogium dici potuit? Ergo cauilli, & fraudulenta astutia procul à glorioso Principe, ne propriam virtutem dehonestet victoria sic parta, ad sui & suorum infamiam. Gloriosam victoriã reportarunt Bethulienses de strenuo duce Holoferne, quam dolis, & stratagematibus, quæ recensui ad hoc v. 1. è textu Græco, fortè dehonestarunt.

Iudith.

§. III.

Ira vitiorum fomes est, & intestinus Dæmon: quam vsque eò detestatur Deus, vt iram armet in iram.

8. INter cæteras corporis & animi pestes pestilentissima est Ira, quæ hominem à solio rationis ad tempus deturbans, belluinos, & efferos mores ingerit, feram faciens ex homine. *Quando enim semel irã perturbatio mentem præcipitans, imperium animæ sumpserit, hominem penitùs in feram conuertit, nec hominem esse ratione is sit compos esse sinit.* Quæ sunt verba S. Basilij. Nam Ira teste S. Chrysostomo est *Tabes quædam, & tinea mentis nostræ radicem corrodens.* Dixerat enim homil. præcedenti, quòd Ira *Corpus perdit, & animam corrumpit.* Pulchrè ait Aristoteles apud Stobæum. *Nonne vides quod ab omnibus, quæ per Iram committuntur, ratio recedit, fugiens iram mediam, tanquam acerbum tyrannum?* bellè Seneca. *Quidam è sapientibus viris iram dixerunt breuem insaniam: æquè enim impotens sui est, decoris oblita, necessitudinem immemor, in quod cœpit pertinax, rationi consilijsque præclusa, vanis agitata causis, ad conspectum æqui veríque inhabilis ruinis simillima, quæ super id quod oppressere frangantur.* Et addit paulo pòst homines ab Irâ *deprauari* quasi Ira sit humanæ naturę deprauatio. & alter peccati fomes instigans ad omnia genera delictorum. Et ita omnia vitia dicuntur *Iræ appendices* à S. Basilio. Nisi fortè ipsa Ira sit omnia delicta. *Ira non est enim illa magnitudo, sed tumor:* ait Seneca, nam Ira superbiæ tumorem sapit; siquidem à superbiâ Ira nascitur, vt eleganter dicit Basilius nuper allegatus: *Non igitur verba solent tristitiam* (Iram appellat tristitiam, trito Scripturæ vocabulo) *mouere, sed superbia aduersus eum, qui nos vituperat, & vniuscuiusque de se ipso phantasia.* Quid si ira libidinis genus sit, & luxuriæ species? Saltem *libido quædam*, dicitur à S. Basilio inibi. Et S. Chrysostomus. *Vis tibi demonstrem animam spumantem, & immundam? Cogita irascentes, & ebrios ex Ira.* Addit Philo. *Iracundorum ferè nemo verax est.* Ecce aliud Iræ vitium. Nota est iracundiæ iniustitia. Nam vt aiebat Seneca: *Ira siti indulget, ex libidine iudicat.* Siquidem vt ait Cassiodorus *Iniquum nimis est, quod delectat iratum.* Præterea Ira, natales sunt rixarum, iurgiorum, contumeliarum, strages generat, vindictas, cędes; & sæua quæque ac truculenta ab Irâ sunt, *Inter has species Morosum ponas licet, delicatum iracundiæ genus*, inquit Seneca suprà, cap. 4. vt vel vitium Iræ oppositum ab Irâ sit. Et vt paucis dicã: Ira, innatus & intestinus Dœmon est: & homo iratus Dœmoniaco non absimilis; vt dixit S. Chrysostomus suprà laudatus. *Ebrietas quædam est ira, imò verò difficilior ebrietate, & Dæmone miserabilior.* Et Basil. homil. allegatâ de Ira. *Neque ensis acies, neque ignis, neque horrendum aliquid, animum ira intumescentem, ac furentem satis compescere valebit; non magis quàm à Dæmonibus detenti, à quibus Irati nihil nec formâ*

Basil homil. de Ira.
Ira dementat homines: & acerbus tyrannus est.
Chrysost. hom. 30. ad pop.
Aristot. Stobæus serm. 20.
Senec lib. de Ira, c. 1.
Ira fomes est ad luxuriam, & cætera vitia.
Basil.
Senec suprà, c. 16.
Basil.

9.

Chrysost. hom. 10. ad popul.
Philo 2. lib. legis Alleg.
Senec suprà.
Cassiod. lib. 4. epist. 5.
Ira est intestinus dæmon.
Chrysost.
Basilius.

neque animi affectu differunt. Vnde Euripidis sententia est in Medeâ: *Grauis, & incurabilis est ira.* Nihilominus eius prauitatem publico, si fortè mederi possim incurabili malo: nam quod à natura irremediabile est, curari, & sanari potest à gratiâ, Nimirum, *Cogitet homo cordis mala, carnis vitia, voluptatum fluctus, desideriorum procellas, naufragia criminum Irarum scopulos*, monet S. Chrysologus. Forsitan metu periculi syrtes iracundiæ vitabimus.

Ex dictis liquidò constat, quod ira vitium est, & sanè flagitiosissimum. Quod præcipue docet Paulus ad Ephes. 4. v. 31. *Omnis ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis.* Ergo omnis ira mala est; ergo neque aliqua quidem ira, bona est. Quomodo igitur dixit Dauid Psalm. 4. v. 5. *Irascimini, & nolite peccare?* nam ad aliquam iram bonam, & honestam adhortatur Psalmographus, vt aduertunt S. Clemens Rom. 2. Const. cap. 17. Cassiodorus, Hesychius, & S. Augustinus in prædictum Psalmum, S. Gregorius in prologo ad Psalmos pœnit. Rupertus lib. 3. in Genes. cap. 3. S. Anselmus in c. 4. Epist. ad Ephes. S. Bernard. ser. 42. in Cant. Bachiarius in Epistola ad Ianuarium. Et disertissimè Cassianus lib 8. de Const. cap. 8 aiens: *Iubemur itaque irasci salubriter.* Verùm quomodo potest esse omnis ira detestabilis, si aliquando salubriter irasci iubemur? sic (nisi ego fallor) valde exaggeratur execrãda malitia iracundiæ. Nam *iubemur irasci salubriter*: & quidem contra Iram irascendum nobis est, vt acutè notauit S. Isidorus Pelusiota aiens: *Irascimini, & nolite peccare, id est, irascimini huic affectui.* Nimirùm reliqua vitia præter Iram, nulli vitio, sed virtuti duntaxat aduersantur: nam virtus solùm vitio opponitur, & vitium virtuti aduersatur: nempe castitas lasciuiæ, temperantia gulæ, iustitia iniustitiæ: at luxuria non opponitur lasciuiæ, nec intemperantia gulæ, neque iniustitia iniustitiæ; & tamen ira opponitur iræ. Scilicet Deo tam detestabilis est Ira, vt Iram armet contra Iram, & aliquam licitam iracundiam permittat aduersus iracundiam, vt plures aduersarios habeat Ira, & sic illam euertat. Parum foret Deum armasse & virtutes mansuetudinis, & patientiæ contra Iram, nisi etiam ipsam Iram contra Iram armasset; nam piè & salubriter irascimur, & detestamur nostras iras, vt ait Pelusiota: *Irascimini huic affectui*: & *iubemur irasci salubriter* Vt Ira cum Ira pugnet; & ira euertat Iram. Et sic eiusmodi Ira habet effectus patientiæ, & mansuetudinis merita; & non semel transit ad fastigium virtutis, vt cum Iræ vitio decertet. Sic Deus detestatur vitium iracundiæ! vel sic Ira etiam cum se ipsâ rixatur & pugnat!

At si Irasci licet contra Iram, quo pacto cauet Paulus ad Ephes. 4. vers. 26. *Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super Iracundiam*; hoc est, ne diuturnior sit. Porrò si Ira in Iram licet, cur à diuturnitate deprauatur? diuturnior enim mora augere solet virtutis merita. Nam si hæc Ira vitium est, perperam ad illam hortatur Dauid: Et si est virtus, cur diuturniorem moram vetat Paulus? Eleganter Cassiodorus *Si noxium est super iracundiam nostram occidere Solem Iustitiæ, & irati confestim locum Diabolo damus in corde nostro, quomodo superius præcepit, vt irascamur, dicens: Irascimini & nolite peccare?* Scilicet Ira licita & pia vsque eò sapit Irę vitium, vt facilè transeat in eius naturam, si diu duret: nempe eò quòd plus æquo in se ipsam impatiens paulatim fiat: ac si non à naturâ sed quasi à priuilegio foret virtus (si esse posset virtus à priuilegio.) Vnde ferè cauendũ est vel ab irâ, quæ virtus est, ne à periculosâ hâc morâ degeneret in vitium.

Eurip.
Chrysol. serm. 161.
101
Ad Ephes.
Ira est iræ contraria.
Psalm.
Clemens.
Cassiod.
Hesych.
August.
Gregor.
Rupert.
Anselm.
Bernard.
Bachiar.
Cassian.
Pelusiota lib. 2. epist. 239.
Ad Ephes.
Ira, quæ virtus est à morâ degenerare solet in vitium?
Cassiod lib. 8. c. 10

Vt

Digitized by Google

Vt notum sit huiusmodi Iram quodammodò vti priuilegio virtutis, vt pugnet, & destruat vitiosam Iram, quam si citò non vincit, confestim bona Ira desciscit virtutis merito, & bonitate morali exuta, resumit naturam cognati vitij, ab alicuius circumstantiæ obuia prauitate.

12\. De Ira specie tenus licita, inquit sanctus Basilius Magnus: *Ira fortitudinem, patientiàmque, ac constantiam parit.* At, omnis Ira, & indignatio prohibita est à Paulo suprà; & cur ergo hæc Ira quæ harum virtutum mater est, etiam vetatur? Profectò difficile nimis est, quod Ira patientiam pariat. Nã Ira ardor est, furor est, impatiens affectus, perturbatus, turbulentus, clamosus: at patientia muta est, mitis, tranquilla, serena. Quæ ergo communio erit Iræ, & patientiæ? quam cognationem habet patientia cum Ira? Quomodo igitur Ira patientiã pariet? Profectò sicut aliqua Ira fit virtus, vt cõtra Iram pugnet: sic perniciosior ira auxiliarem sumit aliquam patientiam, vt sæuiùs furere possit armis simulatæ virtutis, & dissimulati vitij. Nam pestilentior rancor iracundiæ sæpè Iram dissimulat, & mentitur patientiam, vt sic securum repe iens aduersarium, incautum crudeliùs feriat. Nimirũ ira ab aliqua non bona patientia armatur, & furor à patienti dissimulatione vires sumit ad vindictam: nam muta impatientia, & patiens ira atrociores fecere strages. Hoc est iræ ingenium quod subdolè aduersariam sibi patientiam armat in auxilium immanioris vindictę. Ergo caue à dissimulatione irę, quæ est officiosa sæuitiæ patientia.

Basil hom. de Ira.

Ira impatientior auxiliarem sibi assumit patientiam, aut dissimulationẽ.

13\. Et sanè vsque adeò iræ malitia ingenita est, vt Philosophorum proceres nec in Deo iram bonam agnouerint: de quibus ita fatur Tertullianus: *Sic Deum honorantes, dum curis obseruationis, & molestiis animaduersionis absoluunt, cui ne iram quidem adscribunt.* Rationem reddit ex Philosophorum mente: *Nam si Deus,* inquiunt, *irascitur corruptibilis, & passionabilis est,* Hispanè dicas, *Si Dios se enoja, fuerça es que se a passione.* Ergo sicut longè abest à Deo passionibus agi, & instigari, tam lõge aberit à Deo propria ira; quæ cùm praua sit passio, vel Deum passionabilem faciat, necesse est. Quasi nihil quod fit instigãte iræ passione, immune sit à delicto, & pœnitentiæ non obnoxium. Genesis 6. vers. 6. Deus pertæsus multam hominum malitiam: *Pœnituit eum, quod homines fecisset in terra.* Quid est pœnituit Deum? Num potest in Deo reperiri pœnitentia, quæ importare videtur delictum? Quomodo adscribitur Deo pœnitẽtia? Saluianus: *Quasi humano affectu nobiscum loquens sub nomine pœnitentis Dei, vim demonstrauit iræ.* Itaque pœnitẽtia species quædam iræ est; & ira, dissimulata pœnitentia: & quoniam humano sensui pœnitentia importare solet delictum; sic ira, vix in homine reperiri sine delicto valet.

Tertul. l. de Testim. animæ.

Philosophi negant iram Deo, ne sit passionabilis.

Genes.

Salu. l. 1 de Gubernat.

14\. Denique ex grauissima mulcta, qua punitur Ira, censere licet quam sit execrandum delictum, Matth. 5. v. 22. *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Aliqui Græci codices legunt εἰκῆ *temerè sine causa*: ita S. Irenæus lib. 4. cap. 27. S. Iustinus in Epist. ad Zenam, S. Basilius homil. de Ira, S. Chrysost. homil. 17. S. Augustinus lib. 1. de serm. Dom. Theophyl. & Euthymius inibi. Hanc lectionem Vulgatus non sequitur, & meritò videtur eam reprehendisse S. Hieronymus. Et, vt alia omittam, quibus solidè τὸ *sine causa* reiicitur à Maldonato ibidem, opportuna ratio est, quod nemo existimat se sine causa irasci. Hoc enim est innatum iræ vitium vt corrumpat rationem, illáque sibi auxiliatur perpetuò facere intentet. Belle dixit Seneca lib. 1. de Ira, cap. 16. *Ratio id indicari vult, quod æquum est: Ira id æquum videri vult, quod iudicauit.* Superuacaneè ergo additur: *Qui irascitur sine causa*, nam etsi adsit causa naso nostro sufficiens ad irascendum, nulla causa debet esse ad irascendum in fratrem sufficiens. Sed venio ad supplicium Irę: *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.* Quod est hoc iudicium, cui obnoxius fit, qui irascitur? Caietanus ibi: *Reus erit iudicio non humano, sed diuino.* Heu quàm durum supplicium! Iratus toto Dei iudicio reus fit? Sic seuerè in Iram animaduertitur: Qua alia pœna mulctatur, qui impiè sacrilegus, indignè sumit corpus Christi, & impura conscientia, & immundo ore quasi fœdat diuiniora mysteria? 1. Corinth. 11. v. 29. *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Iudicium Diuinum tremor est mortalium, & Dauidis singularis pauor: *Non intres iudicium cum seruo tuo*, Psalm. 114. v. 2. Solicitior est Dauid, magisque angitur timore iudicij diuini, quàm pœnæ, magisque satagit vt declinet iudicium, quàm gehennæ supplicium. Et tamen irascenti homini intimat Christus, quòd *reus erit iudicio.* Ex acerbitate mulctæ, disce malitiã culpæ, vt sic hominibus innotescat execrabilis iracundiæ malitia. Caue tibi ab ira, familiari vitio Holofernis, vel hoc nomine execrabili. Hîc vers. 2. Furore actus omnia iura humana, & diuina violat, ius gentium uertit, & impiè blasphemat in Deum. Qui agitur Irâ, alter Holofernes est, & innato Dœmone agitatur. Holofernes enim *furore nimio exarsit in iracundia magna.*

Irenæus. Iustin. Basil. Chrysost. August. Theophyl. Eutym. Hieron. Maldon.

Ira æquum videri vult quod iudicat.

Caiet.

Iratus fit reus iudicij.

1. Corinth.

Psalm.

Iudith.

§. IV.

Qui vltrò se ingerit Principum, aut Superiorum conspectui, aut lateri; Reproborum, aut Satanæ æmulus est.

15\. Vir sapiens & cordatus non se ingerit Principum conspectibus; quod proprium est hominis maximè digni & boni; hic propriis meritis diffidens gratiam Superioris aucupatur, crebrò assistens in aula non vocatus, dignus qui crebrò expellatur: nam qui se insinuat Principi, non est vir bonæ notæ: vel ex eo suspectus, quòd vltroneus. Isaiæ 29. vers. 13. *Et dixit Dominus, eò quòd appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longè est à me, &c.* Quæ verba sic scribit, & interpretatur Anastasius Nicænus: *Populus hic mihi appropinquat, & labiis me honorat; cor autem eius longe est à me.* Quasi dicat Deus: populus hic cum flagitiosior est, & magis à me auersus corde, tũc adest mihi ore, & obsequiis studiosus propius appropinquat. Hispanismo elucet huius sententiæ energia: *Quanto menos digno, es mas entremetido.* Iob. 1. vers. 6. *Quadam autem die cum venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino? adfuit inter eos etiam Satan.* id est: Apparuit Dominus Deus in solio augustioris magestatis, tũc *venerunt filij Dei*; hoc est, vel Angeli; vel (vt ex Origene scribit Pineda,) *Filij potentiũ, vel magnatum*, vt assisterent coram Domino. Nam potentes seu magnates Regibus solent assistere. Inter quos affuit Satan: Satan, inquam, malitiosus, & nequam. Aduertendum est autem quod Sancti Angeli, siue filij potentum, vel magnatum; Dei conspectu dignissimi, *venisse* dicuntur. quasi ibi tunc non adessent; Satan verò *adesse* dicitur; non *venisse*, vt adesset: tanquam si iam ibi foret. Quod insinuasse

Isaiæ.

Anast. Nic.

Iob.

Pineda.

Satanã æmulatur, qui vltrò se ingerit Principibus.

Digitized by Google

S. Thom. ad c. 1. Iobi. videtur Thomas, etsi aliò tendens, sic inquiens: *Non dicitur de Satan, quod venit, vt assisteret coram Domino; sed solùm, quòd affuit inter eos.* Idque disertè expressit Glossa interlinearis: *Affuit Satan obsequio.* Itaque Sancti Angeli, qui filij Dei dicuntur, seu filij potentum seu magnatum, venisse dicuntur, vt adessent summo Regi. At Satan non dicitur venisse, sed adesse obsequio; ac si ipse sponte sua vltroneus adesset Regi. Quod tacitè perstringitur ingenium eorum, qui vltrò Regibus insinuāt sese: quod Satanæ proprium est, & personæ vilis, malitiosæ, & nequam. Hi spontaneo obsequio, non vocati adsunt Principi. At filij Dei vocati veniunt, nec sese vltrò ingerunt.

Interlin.

16. In extremi iudicij magna die, sedebit Christus Dominus in solio maiestatis suæ, regio habitu & regali stemmate. Matth. 25. vers. 34. Et discussis hominum causis: *Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei.* & vers. 41. *Et his qui à sinistris eius erunt; Discedite à me maledicti, &c.* Aduertis iustos vocari à Christo Domino, ac si non adstarent ipsi, sed longè ab ipso essent? Ait *venite.* Num Sancti à Christo fugiunt? Longiùs abesse procurant à Christo? At verò necesse est damnatos, quasi propiùs adessent, expelli, & longiùs remoueri; siquidem inquit, *discedite.* Reprobi propiùs aderant, Iusti verò longiùs aberant. Itaque reprobi homines, & multorum criminum rei, cùm vident Christum Regia purpura, & potestate fulgentem, (ait enim Euangelista: *Tunc dicit Rex;*) ipsi Christo appropinquant: quo acutè notatur Reproborum ingenium, qui auidè sese ingerunt Regio lateri, & conspectui: vnde illis dicitur: *discedite à me.* At verò Iusti homines merito insignes, & Dei familiaritate dignissimi; vbi vident Christum Regem, non se insinuant eius lateri, sed ac si longè à Rege esse procurarent, opus fuit, quòd ipsis dicatur: *Venite benedicti.* Ecce tibi in hoc facto adumbratum, & notatum est ingenium Aulicorum. Nam homines prudētia conspicui, & meritis illustres, non se ingerunt sponte Regio lateri, & conspectui, sed longiùs abesse procurant; nec aliter quā vocati propinquiùs adsunt. At nihili homines, viles, abiecti, reprobi; quorū merita sunt ambitio, & malitia, Malitiosi Satanę adinstar, impensè satagunt adesse Principibus, eorum liminibus inuigilare, pro aulęis assistere, & conspectui eorum obsequentissimi) vt ait Glossa) adesse. Caueas Princeps, caueat Superior quinis ab huiusmodi vltroneā gente, vel ob id, inutili, immeritā, malitiosā, & impij Satanæ æmulā: Sic Achior strenuus vir, & inclytus Ammonitarum dux non se insinuabat sponte Regio Holoferni lateri, sed hìc vers. 2. quia longè aberat, studiosè vocatur à Principe, qui prudenter vltroneos respuit, absentes vocat. Ergo sit Holofernes exemplar Regum in hac politia discretionis.

Matth. *Reproborum est sese vltrò ingerere regio lateri.*

17.

Iudith.

§. V.

Quicquid à lingua, ferè suspectum falsitatis est.

18. Tertul. Apolog. 7. *Veritas in lingua mendacis suspecta est falsitatis.*

Hominum lingua mendaciorum est seminarium, si credimus Tertulliano; & quidem quod ille de fama, tu de lingua accipe: *Velox plurimum mendax, neque cùm aliquid veri affert, sine mendacij vitio est, detrahens, adiiciens, demutans de veritate*: nam quod verbis diuulgatur: *necesse est exinde in traduces linguarum, & aurium serpat. An* verò linguæ *credat nisi inconsideratus? quia Sapiens non credit incerto.* Trudebat Christus Dœmonem è corpore cuiuspiam. Marc. 1. v. 25. & malus Dœmon exclamatur: *Scio quod sit Sanctus Deo: & comminatus est ei* Iesvs, *dicens: Obmutesce.* Et infra vers. 13. *Et Dæmonia multa adiiciebat; & non sinebat ea loqui: quoniam sciebant eum.* Itaque Christus Dœmones compescebat, ne de ipsius virginitate quicquam dicerent: si enim eius (quam fortè nouerant) diuinitatem prædicarēt verbis, suspecta haberetur; nam vel sincera veritas à lingua mendacis redditur suspecta, & habetur falsa. Quod aduertit Theophylactus ibi: *Ideo autem non sinebat loqui Dæmonia, docens nos non credere eis, etiāsi vera dicant*: ne à mendaci Dœmonum lingua, veritas dehonestetur. Cæterum expensione dignum est, quòd Christus Dominus Leprosum illum, etsi morbo turpem, fide tamen animosum, sanitate alacrem, cohibere tentaret, nę tantum miraculum referret Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5. *Vide, nemini dixeris.* Iam enim hominem videbat irrumpentem in voces, quibus prodigium diuulgaret, nam beneficium linguam expedit ad benefacientis laudes. Eccl. 29. *Abconde eleemosynam in corde pauperis.* S. Laurent. Nouarinus sic vertit: *Absconde eleemosynam in ore pauperis.* Quasi dicat, non tam mittitur eleemosyna in sinum miseri, quàm in eius os, & linguam. Lingua enim quasi sibi daretur beneficium, illud deprædicat. Cur ergo vetat Christus, ne hic leprosus verbis enarret beneficium, quod linguæ potiùs videbatur datum, quam homini. Et sanè salus Leproso publicè restituta, quare publicari prohibebatur? Nū Christus inanes plausus timet ab eximio opere, qui passim opera similia patrabat? Timet ne magnitudo operis dedecoretur imperito Leprosi ore? minimè, nam alacritas sanitatis recentis, & benè animata mens erga tantum benefactorem, facundiam dabit imperito: (*Disertè scit enim lingua nutrita beneficiis*, inquit Ennod.) Timet ne fides non adhibeatur leproso? Clamat opus, & attestatur sanitas miraculum. Et tamen dixit illi Christus Dominus, Caue ne cui miraculum referas. Suspicor causam præcepti silentij esse, Christum noluisse confidere magnitudinem miraculi, humanæ linguæ ipsius, quæ vsque eò est mēdax, vt vel præ lætitiā inopinæ salutis, *adiiciet*; vel præ Iudæorum metu, *detrahet*; vel præ mutabilitate, aliquid *demutabit*. Pręclarè Clem. Alexandr. approbat sententiam Alberitani, sic aiendis: *Lingua volubilis est, & fabula multa.* Vociferetur miraculum, taceat tamen lingua: nam à *fabula* nihil veri spero. Ergo *vide, nemini dixeris.*

Marci.

Theophyl.

Matth. Marc. Luce.

19.

Eccli. Laur. Nouar. homil. 2.

Ennod. l. 8. ep. 17.

Clem. Alex. 1 Strom. c. 5. Alberit.

20. Psal. 44. v. 2. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Cyrillus ibi agnoscit æternā diuini Verbi generationem, sic inquiens: *hic mihi considera Verbi Dei ex substantia Dei generationē.* Quod satis verisimile mihi est, etsi renuāt plures ex SS. Patribus: dixerat enim præcedenti versu: *Eructauit cor meum verbum bonum.* Itaque æternus Pater loquitur, & ait: Ego æternæ generationis linguā dixi meum verbum: *Eructauit cor meum verbum bonum*, & mox, quam appellauerat linguam, calamū vocat: *Lingua mea calamus scribæ.* Quid, rogo, est in causa, vt stylum mutet Propheta, & dictionē quasi emendet, iam appellans *calamum Scribæ*, quam *linguam* dicentis nuper appellarat? Nonne lingua dicentis valde differt à scribentis calamo? Cur tam citò æterni Patris lingua, qua Verbum dicit, non lingua, sed calamus nominetur, cùm aptiùs lingua dicat verbum, quàm calamus? Num aliquid Deum dedecēs à lingua timetur, à calamo non

Psalm. Cyril.

Lingua apud homines quasi suspecta mendacij.

non timetur? Fortè vox *lingua* scrupulis plena est apud homines. S. Ambrosius (sic scribitur apud eruditum auctorem, alia fortè exemplaria nactum,) [Ambros. epist. 45.] hunc Psalmi locum versans, sic ait: *Lingua mea calamus scribæ, id est, loquentis velocitatem cum scribentis maturitate coniungo.* Præclarè Ambrosius Quasi dicat: lingua velocissima est; nam quæ linguâ *dictantur, impetu quodam proruunt*; in generatione autē Verbi totâ hâc celeritate opus est; quia si vel vnius momenti spatio cunctarum fuisset, Dei verbum æternum non euaderet; ergo procedat Verba à celeri linguâ paternæ mentis, vt æternum sit. At quia volubilitas, & velocitas linguæ suspecta est apud homines, vel solo nomine [Ambros.] *lingua*; adiungatur maturitas calami: seu potius lingua mutetur in calamum: quia, *Non solùm auribus*, (vt quæ lingua dicimus) *sed etiam oculis ea ponderamus, quæ scribimus.* Itaque calamus, quia morosior est, quàm lingua, cunctanter agit; & sic maturior, & consideratior vulgò euadit Scriptura, quàm verbum. Vnde Propheta, ex mente Ambrosij, sese accommodans ad hominum indigatem, vel æterni Patris linguam, (ne quid, Deum minus decens suspicentur homines) sciè mutat in calamum. *Lingua mea calamus scribæ, idest, loquētis velocitatem, cum scribentis maturitate coniungo.* Adeò suspecta fidei lingua est apud homines. Benè ergo Achior hîc vers. 5. loqui incipiens, nititur præcauere suspicionem linguæ, aiens: [Iudith.] *Dicam veritatem, nec egredietur verbum falsum ex ore meo.* Nec potuit; etsi veritatem dixit. Tam mendacij suspectâ lingua est!

---

§. VI.

Dignus, etsi Pes sit, coronatur; indigni Caput calceatur.

21. [Cassiod l. 1. Variar ep. 12. *Merita eligūt ad dignitatem ante Principis electionē.*] Barbara Regis Theodorici vox est, & plena fastus: *Pompa meritorum est Regale iudicium.* Cassiodorus. Quasi posset humanus Rex vna cum fastigio muneris, largiri sufficiētiam meritorum. Fasces dabit Rex, publicos honores dabit, dabit & Consulatum; merita non dabit Consuli, quia id supra humanum fastigium est. Solus Deus largitur cum munere sufficientiam ad munus. Rex verò vacuum meritis honorem præbet Et quidem ipsa merita tacitè Magistratum gerunt; nam meritum ad honores condignum, augustior Magistratus administratio est. Vbi primum Holofernes renunciatus est tanti exercitus Imperator, cap. 2. v. 7. [Iudith.] statim *vocauit Duces, & Magistratus virtus Assyriorum.* Quæra aliquis an tot Duces, & magistratus fuerint in præsidiis, qui sufficere possent ad regendam tantam militum multitudinem? Quis neget quàm plurimos tunc denuò electos? & tamen non dicit Eliachimus, elegit Duces, & magistratus, sed *vocauit.* Quis eos præelegit? Puto quod merita, & militaris peritia. Consultissimè ergo Eliachim non dixit, Duces & magistratus eligi, sed *vocari*: nam bene meritus vocari ad munus potest, eligi ferè non potest: quia illum iam olim merita præelegerunt. Disertè Cassiodor. sic scripsit: [Cassiod l. 2. Variar. 3.] *Quamuis proprio fruatur honore, quod est natura laudabile, nec desint probata conscientia fasces, cùm gerat animo dignitates*, &c. Ecce tibi occultos

22. meritorum fasces, & Dignitatum insignia: Homo nimirum priuatus, natura laudabili, & aptâ ad munus litteratura instructus, merito conscientiæ Magistratum gerit. Magistratus est, Præses, Præfectus, & Consul: (quantumvis alius fauore, & ambitu munere potiatur,) nam & meritorum beneficio animo gerit honores: & pompa meritorum præcedit Regale iudicium, id est electionem. Priùs enim eligitur meritorum suffragio, quàm Regali iudicio; quod etsi desit, *Non desunt priuatæ conscientiæ fasces, cùm gerat animo dignitates.* Verè, an assentatoriè dixit Plin. de suo Traiano? [Plinius. *Manus meritis coronata otiosè gestant coronam.*] *Soli omnium contigit tibi, vt Pater patriæ esses antequam fieres.* Altè ad rem Tertull. de strenuo illo milite operibus illustri, meritis nobili, qui caput ob religiosam humilitatem coronari recusauit, & in manibus gestat coronam, sic inquit: [Tertul. de Coron mil. cap. 1.] *Coronamento in manu otioso*, idest, Miles operibus & meritis strenuus supernacanee gestat coronam in manibus: nam res præclarè ab eo gestæ, & regia merita, suā tacitè gestant coronam. Otiosè coronantur manus plenæ meritorum: *Coronamento in manu otioso.* Cùm manus fruantur propriâ meritorum corona. Profectò præclarè præclari militis manus, manus inquam meritorum plenæ, iure coronantur, etsi manus sedes coronæ non sint.

23. [Exod. *Pes coronātur; Caput calceatur.*] Quin & video hîc coronatas manus, & Exod. 28. v. 43. pedes coronatos: Quid quæso insolentius? *Deorsùm verò ad pedes eiusdem tunica per circuitum, quasi mala punica facies.* Nudi erant pedes summi Sacerdotis cum ingrediebatur Sancta Sanctorum, vestitus amictu Pontificio; è cuius vestimenti fimbriâ pendebant Septuaginta duo malogranata per circuitum fimbriæ; sic disposita, vt nudos dignissimos Sanctissimi Pontificis pedes, vel inuitos coronarent tot, naturales malogranatorum coronæ. Non vides oculis, Dei iussu & arbitrio nudos calceis, sed meritis vestitos pedes, vndique coronari? Ecce coronatos pedes, etsi corona decorum capitis sit. Sed & dabo caput calceatum apud Tertull. [Tertul. de Testim. animæ, cap. 2.] *Minerua calceans galeam.* Quis tam bardus est ac truncus, qui ignoret, galeā armaturæ genus esse, quo armatur caput? planè armatur, seu coronatur caput nobili galea, at caput non calceatur, sed pes. Barbarismus est, aut paralogismus. Quis audiuit vnquam caput calceari? Audiat nunc, qui scit caput esse pedes. Nā qui merito Pes est, etsi munere sit Caput; nihilominus Pes erit re, Caput nomine; & re calceatur, qui re ipsâ Pes est. Coronantur à Deo pedes, calceatur à Rege caput. Perperàm ergo & arroganter Theodoricus dixit: [Theodor. Iudith.] *Pompa meritum est regale iudicium.* Stude meritis, non Regum fauoribus. Nam si ob meritorum exiguitatem sis pes, etsi Regis fauore sis caput vrbis, aut prouinciæ, vel ipsâ coronâ calceaberis. Et si nihil ambiens, & plura merens, priuatè viues, & pes reipublicæ sis, Coronaberis capitis ritu. Auge merita, ne summus honor dedecus tibi sit & infamia. Nil gratia quæras, sed merito & in loco infimo sublimis eris, & geres priuatæ conscientiæ fasces, non eligeris ad magistratum, sed vocaberis. Sic dicitur hîc, vers. 5 captiuus Achior, *Dux omnium filiorum Ammon.* Nam dignus, etiam sub Holoferniano iugo, à meritis egregiè principatur.

---

§. VII.

Commentarius litteræ.

Vers. 6. Populus iste ex progenie Chaldæorum est.

Vers. 7. Hic primùm in Mesopotamia habita

Digitized by Google

S. Thom. ad c. 1. Iobi.

Interlin.

videtur Thomas, etsi aliò tendens, sic inquiens: *Non dicitur de Satan, quod venit, vt assisteret coram Domino; sed solùm, quòd affuit inter eos.* Idque disertè expressit Glossa interlinearis: *Affuit Satan obsequio.* Itaque Sancti Angeli, qui filij Dei dicuntur, seu filij potentum seu magnatum, *venisse* dicuntur, vt adessent summo Regi. At Satan non dicitur venisse, sed adesse obsequio; ac si ipse sponte sua vltroneus adesset Regi. Quod tacitè perstringitur ingenium eorum, qui vltrò Regibus insinuãt sese: quod Satanæ proprium est, & personæ vilis, malitiosæ, & nequam. Hi spontaneo obsequio, non vocati adsunt Principi. At filij Dei vocati veniunt, nec sese vltrò ingerunt.

Matth. *Reproborum est sese vltrò ingerere regio lateri.*

16. In extremi iudicij magna die, sedebit Christus Dominus in solio maiestatis suæ, regio habitu & regali stemmate. Matth. 25. vers. 34. Et discussis hominum causis: *Tunc dicet Rex his, qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei.* & vers. 41. *Et his qui à sinistris eius erunt; Discedite à me maledicti, &c.* Aduertis iustos vocari à Christo Domino, ac si non adstarent ipsi, sed longè ab ipso essent? Ait *venite.* Num Sancti à Christo fugiunt? Longiùs abesse procurant à Christo? At verò necesse est damnatos, quasi propiùs adessent, expelli, & longiùs remoueri; siquidem inquit, *discedite.* Reprobi propiùs aderant, Iusti verò longiùs aberant. Itaque reprobi homines, & multorum criminum rei, cùm vident Christum Regia purpura, & potesta-
17. te fulgentem, (ait enim Euangelista: *Tunc dicit Rex;*) ipsi Christo appropinquant: quo acutè notatur Reproborum ingenium, qui auidè sese ingerunt Regio lateri, & conspectui: vnde illis dicitur: *discedite à me.* At verò Iusti homines merito insignes, & Dei familiaritate dignissimi; vbi vident Christum Regem, non se insinuant eius lateri, sed ac si longè à Rege esse procurarent, opus fuit, quòd ipsis dicatur: *Venite benedicti.* Ecce tibi in hoc facto adumbratum, & notatum est ingenium Aulicorum. Nam homines prudẽtia conspicui, & meritis illustres, non se ingerunt sponte Regio lateri, & conspectui, sed longiùs abesse procurant; nec aliter quã vocati propinquiùs adsunt. At nihili homines, viles, abiecti, reprobi; quorũ merita sunt ambitio, & malitia, Malitiosi Satanę adinstar, impensè satagunt adesse Principibus, eorum liminibus inuigilare, pro aulęis assistere, & conspectui eorum obsequentissimi) vt ait Glossa) adesse. Caueas Princeps, caueat Superior quiuis ab huiusmodi vltroneâ gente, vel ob id, inutili, immeritâ, malitiosâ, & impij Satanæ æmulâ: Sic Achior strenuus vir, & inclytus Ammonitarum dux non se insinuabat sponte Regio Holoferni lateri, sed hîc vers. 2. quia longè aberat, studiosè vocatur à Principe, qui prudenter vltroneos respuit, absentes vocat. Ergo sit Holofernes exemplar Regum in hac politia discretionis.

Iudith.

§. V.

Quicquid à lingua, ferè suspectum falsitatis est.

18. HOminum lingua mendaciorum est seminarium, si credimus Tertulliano; & quidem quod ille de fama, tu de lingua accipe: *Velox plurimum mendax, neque cùm aliquid veri affert, sine mendacij vitio est, detrahens, adiiciens, demutans de veritate*: nam quod verbis diuulgatur: *necesse est exinde in traduces linguarum, & aurium serpat. An* verò linguæ *credat nisi inconsideratus? quia Sapiens non credit incerto.* Tundebat Christus Dœmonem è corpore cuiuspiam. Marc. 1. v. 25. & malus Dœmon exclamatur: *Scio quod sit Sanctus Deo: & comminatus est ei Iesvs, dicens: Obmutesce.* Et infra vers. 13. *Et Dæmonia multa adiiciebat; & non sinebat ea loqui: quoniam sciebant eum.* Itaque Christus Dœmones compescebat, ne de ipsius virginitate quicquam dicerent: si enim eius (quam fortè nouerant) diuinitatem prædicarẽt verbis, suspecta haberetur; nam vel sincera veritas à lingua mendacis redditur suspecta, & habetur falsa. Quod aduertit Theophylactus ibi: *Ideo autem non sinebat loqui Dæmonia, docens nos non credere eis, etiãsi vera dicant*: ne à mendaci Dœmonum lingua, veritas dehonestetur. Cæterum expensione dignum est, quòd Christus Dominus Leprosum illum, etsi morbo turpem, fide tamen animosum, sanitate alacrem, cohibere tentaret, nę tantum miraculum referret Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5. *Vide, nemini dixeris.* Iam enim hominem videbat irrumpentem in 19.
voces, quibus prodigium diuulgaret, nam beneficium linguam expedit ad benefacientis laudes. Eccl. 9. *Abconde eleemosynam in corde pauperis.* S Laurent. Nouarinus sic vertit: *Abscande eleemosynam in ore pauperis.* Quasi dicat, non tam mittitur eleemosyna in sinum miseri, quàm in eius os, & linguam. Lingua enim quasi sibi daretur beneficium, illud deprædicat. Cur ergo vetat Christus, ne hic leprosus verbis enarret beneficium, quod linguæ potiùs videbatur datum, quam homini. Et sanè salus Leproso publicè restituta, quare publicari prohibebatur? Nũ Christus inanes plausus timet ab eximio opere, qui passim opera similia patrabat? Timet ne magnitudo operis dedecoretur imperito Leprosi ore? minimè, nam alacritas sanitatis recentis, & benè animata mens erga tantum benefactorem, facundiam dabit imperito: (*Ditescit enim lingua nutrita beneficiis*, inquit Ennod.) Timet ne fides non adhibeatur leproso? Clamat opus, & attestatur sanitas miraculum. Et tamen dixit illi Christus Dominus, Caue ne cui miraculum referas. Suspicor causam præcepti silentij esse, Christum noluisse confidere magnitudinem miraculi, humanæ linguæ ipsius, quæ vsque eò est mẽdax, vt vel præ lætitiâ inopinæ salutis, *adiiciet*; vel præ Iudæorum metu, *detrahet*; vel præ mutabilitate, aliquid *demutabit.* Pręclarè Clem. Alexandr approbat sententiam Alberitani, sic aiendo: *Lingua volubilis est, & fabula multa.* Vociferetur miraculum, taceat tamen lingua: nam à *fabula* nihil veri spero. Ergo *vide, nemini dixeris.*

Psal. 44. v. 2. *Lingua mea calamus scribæ velociter* 20.
scribentis. Cyrillus ibi agnoscit æternã diuini Verbi generationem, sic inquiens: *hîc mihi considera Verbi Dei ex substantia Dei generationẽ.* Quod satis verisimile mihi est, etsi renuãt plures ex SS. Patribus: dixerat enim præcedenti versu: *Eructauit cor meum verbum bonum.* Itaque æternus Pater loquitur, & ait: Ego æternæ generationis linguâ dixi meum verbum: *Eructauit cor meum verbum bonum*, & mox, quam appellauerat linguam, calamũ vocat: *Lingua mea calamus scribæ.* Quid, rogo, est in causa, vt stylum mutet Propheta, & dictionẽ quasi emendet, iam appellans *calamum Scribæ*, quam *linguam* dicentis nuper appellarat? Nonne lingua dicentis valde differt à scribentis calamo? Cur tam citò æterni Patris lingua, qua Verbum dicit, non lingua, sed calamus nominetur, cùm aptiùs lingua dicat verbum, quàm calamus? Num aliquid Deum dedecẽs à lingua timetur, à calamo non

Tertul. Apolog 7. *Veritas in lingua mendacis suspecta est falsitatis.*

Marci.

Theophyl.

Matth. Marc. Lucæ.

Eccli. Laur Nou. homil 2.

Ennod l. 8. ep. 37.

Clem. Alex. 1 Strom. c. 3. Alberit.

Psalm. Cyril.

Lingua apud homines quã suspecta mendacij.

Ambros. epist. 41.

non timetur? Fortè vox *lingua* scrupulis plena est apud homines. S. Ambrosius (sic scribitur apud eruditum auctorem, alia fortè exemplaria nactum,) hunc Psalmi locum versans, sic ait: *Lingua mea calamus scribæ, id est, loquentis velocitatem cum scribentis maturitate coniungo.* Præclarè Ambrosius Quasi dicat: lingua velocissima est; nam quæ linguâ *dictantur, impetu quodam proruunt*; in generatione autē Verbi totâ hâc celeritate opus est; quia si vel vnius momenti spatio cunctatum fuisset, Dei verbum æternum non euaderet; ergo procedat Verbū à celeri linguâ paternæ mentis, vt æternum sit. At quia volubilitas, & velocitas linguæ suspecta est apud homines, vel solo nomine

Ambros.

lingua; adiungatur maturitas calami: seu potius lingua mutetur in calamum: quiâ, *Non solùm auribus*, (vt quæ lingua dicimus) *sed etiam oculis ea ponderamus, quæ scribimus.* Itaque calamus, quia morosior est, quàm lingua, cunctanter agit; & sic maturior, & consideratior vulgò euadit Scriptura, quàm verbum. Vnde Propheta, ex mente Ambrosij, sese accommodans ad hominum indolem, vel æterni Patris linguam, (ne quid, Deum minus decens suspicentur homines) scitè mutat in calamum. *Lingua mea calamus scribæ, id est, loquentis velocitatem, cum scribentis maturitate coniungo.* Adeò suspecta fidei lingua est apud homines. Benè ergo Achior hîc vers. 5. loqui incipiens, nititur præcauere suspicionem linguæ, aiens: *Dicam veritatem, nec egredietur verbum falsum ex ore meo.* Nec potuit; etsi veritatem dixit. Tam mendacij suspecta lingua est!

Iudith.

---

§. VI.

Dignus, etsi Pes sit, coronatur; indigni Caput calceatur.

21\.

Cassiod. l. 1. Variar. ep. 12. *Merita eligūt ad dignitates non Principis electionē.*

BArbara Regis Theodorici vox est, & plenâ fastus: *Pompa meritorum est Regale iudicium.* Cassiodorus. Quasi posset humanus Rex vna cum fastigio muneris, largiri sufficietiam meritorum. Fasces dabit Rex, publicos honores dabit, dabit & Consulatum; merita non dabit Consuli, quia id supra humanum fastigium est. Solus Deus largitur cum munere sufficientiam ad munus. Rex verò vacuum meritis honorem præbet. Et quidem ipsa merita tacitè Magistratum gerunt; nam meritum ad honores condignum, augustior Magistratus administratio est. Vbi primum Holofernes renunciatus est tanti exercitus Imperator, cap. 2. v. 7. statim *vocauit Duces, & Magistratus virtus Assyriorum.* Quærat aliquis an tot Duces, & magistratus fuerint in præsidiis, qui sufficere possent ad regendam tantam militum multitudinem? Quis neget quàm plurimos tunc denuò electos? & tamen non dicit Eliachimus, elegit Duces, & magistratus, sed *vocauit*. Quis eos prælegit? Puto quod merita, & militaris peritia. Consultissimè ergo Eliachim non dixit, Duces & magistratus eligi, sed *vocari*: nam bene meritus vocari ad munus potest, eligi ferè non potest: quia illum iam olim merita prælegerunt. Disertè Cassiodor. sic scripsit: *Quamuis propria fruatur honore, quod est natura laudabile, nec desint probata conscientia fasces, cùm gerat animo dignitates,* &c. Ecce tibi occultos meritorum fasces, & Dignitatum insignia: Homo nimirum priuatus, natura laudabili, & aptâ ad munus litteratura instructus, merito conscientiæ Magistratum gerit. Magistratus est, Præses, Præfectus, & Consul: (quantumvis alius fauore, & ā nobilitu munere potiatur,) nam & meritorum beneficio animo gerit honores: & pompa meritorum præcedit Regale iudicium, id est electionem. Priùs enim eligitur meritorum suffragio, quàm Regali iudicio; quod etsi desit, *Non desunt priuatæ conscientiæ fasces, cùm gerat animo dignitates.* Verè, an assentatoriè dixit Plin. de suo Traiano? *Soli omnium contigit tibi, vt Pater patriæ esses antequam fieres.* Altè ad rem Tertull. de strenuo illo milite operibus illustri, meritis nobili, qui caput ob religiosam humilitatem coronari recusauit, & in manibus gestat coronam, sic inquit: *Coronamento in manu otioso*, idest, Miles operibus & meritis strenuus superuacaneè gestat coronam in manibus: nam res præclarè ab eo gestæ, & regia merita, suâ tacitè gestant coronam. Otiosè coronantur manus plenæ meritorum: *Coronamento in manu otioso.* Cùm manus fruantur propriâ meritorum corona. Profectò præclarè præclari militis manus, manus inquam meritorum plenæ, iure coronantur, etsi manus sedes coronæ non sint.

Cassiod l. 1. Variar. 3.

22\.

Plinius. *Manus meritis coronata otiosè gestat coronam.* Tertul. de Coron mil. cap. 1.

23\.

Exod. *Pes coronatur; Caput calceatur.*

Quin & video hîc coronatas manus, & Exod. 28. v. 33. pedes coronatos: Quid quæso insolentius? *Deorsùm verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum, quasi mala punica facies.* Nudi erant pedes summi Sacerdotis cum ingrediebatur Sancta Sanctorum, vestitus amictu Pontificio; è cuius vestimenti fimbriâ pendebant Septuaginta duo malogranata per circuitum fimbriæ; sic disposita, vt nudos dignissimos Sanctissimi Pontificis pedes, vel inuitos coronarent tot, naturales malogranatorum coronæ. Non vides oculis, Dei iussu & arbitrio nudos calceis, sed meritis vestitos pedes, vndique coronari? Ecce coronatos pedes, etsi corona decorum capitis sit. Sed & dabo caput calceatum apud Tertull. *Minerua calceans galeam.* Quis tam bardus est ac truncus, qui ignoret, galeā armaturæ genus esse, quo armatur caput, planè armatur, seu coronatur caput nobilis galea, at caput non calceatur, sed pes. Barbarismus est, aut paralogismus. Quis audiuit vnquam caput calceatū? Audiat nunc, qui scit caput esse pedes. Nā qui merito Pes est, etsi munere sit Caput; nihilominus Pes erit re, Caput nomine; & re calceatur, qui re ipsâ Pes est. Coronantur à Deo pedes, calceatur à Rege caput. Perperàm ergo & arroganter Theodoricus dixit: *Pompa meritum est regale iudicium.* Stude meritis, non Regum fauoribus. Nam si ob meritorum exiguitatem sis pes, etsi Regis fauore sis caput vrbis, aut prouinciæ, vel ipsâ coronâ calcearis. Et si nihil ambiens, & plura merens, priuatè viues, & pes reipublicæ sis, Coronaberis capitis ritu. Auge merita, ne summus honor dedecus tibi fit & infamia. Nil gratia quæras, sed merito & in loco infimo sublimis eris, & geres priuatæ conscientiæ fasces, non eligeris ad magistratum, sed vocaberis. Sic dicitur hîc, vers. 5 captiuus Achior, *Dux omnium filiorum Ammon.* Nam dignus, etiam sub Holoferniano iugo, à meritis egregiè principatur.

Tertul. de Testim. animæ, cap 2.

Theodor. Iudith.

---

§. VII.

Commentarius litteræ.

Vers. 6. Populus iste ex progenie Chaldæorum est.

Vers. 7. Hic primùm in Mesopotamia habita-

habitauit, quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum.

Vers. 8. Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ in multitudine Deorum erant.

Vers. 9. Vnum Deum cœli coluerunt, qui & præcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Charam. Cúmque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illícque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus.

VERS. 6. & 7.
14. POPVLVS *iste, &c.* Iudæa gés ex progenie Chaldæorũ dicitur, quia Abrahamus huius populi parens, Chaldæus fuit, & ab Vr Chaldæorum vrbe euocatus, vt constat ex Genes. 15. vers. 7. & 11. v. 18. Suffragatur Iosephus 1. Antiquit. & Achior gentilis hîc. Dein dicitur Abrahamus habitasse primùm in Mesopotamia, primùm, inquam, postquam egressus fuit de Vr Chaldæâ. Ais: Mesopotamia pars est Chaldææ, quomodo ergo egressus à Chaldæa habitauit primò Mesopotamiam? Verum constat ex Chronographia Mesopotamiam sitam esse inter Tygrim, & Euphratem; illa autem pars Mesopotamiæ, quæ septentrionalior est, Chaldææ pars est: illa autem, quæ australior, & Syriæ adiacet, Mesopotamia Syriæ dicitur. Vnde à Chaldæa in Mesopotamiam Syriæ egressus est Abrahamus, ibique habitauit in *Charam*, quæ vrbs sæpe dicitur in Scriptura *Haram*; non quia pro varietate temporum diuersa nomina habuerit eadem vrbs, (quod ab inconstantiâ rerum, & nominum sæpè accidit) sed quia initium dictionis leniori, aut densiori spiritu afficiebatur. Vnde credibile est ח tempore Mosis sonare leniùs, sic dicitur *Haram*; tempore autem Iudithæ, & Stephani multò densiùs, & ita dicitur Charam. Idem contigit in (r) sic scribitur Charam, & Charram. Et sanè à Lucano Carram dicitur.

Assyrias Latio maculauit sanguine Charras.

Notitiarum liber, & Athicus mendosè *Chartha*, pro *Carra*. Aduerte ne confundas hanc vrbem Charam seu *Charras* cum Chartis, quæ ad sinum Arabicum sunt. Nostræ vocantur hodie *Heren* teste Mario. An sint Charræ Ptolomæi, & Plinij eædem, incertum est; pugnant Zardus, & Ortelius. pugnent.

VERS. 8. & 9.
15. *Vnum Deum cœli, &c.* Itáque Abrahamus è Chaldæa perrexit in Charam (Charam superiori vers. explicata est) vbi habitauit cum patre Thare, & vxore Sara, & nepote Lot. Causa egressionis ab Vr Chaldæorum fuit; quia noluerunt sequi Deos patrum suorum. Nempe à patrio solo fugit, vt fugeret idololatriam, quod hunc locum versans notauit Pererius ad cap. 12 Genes. disput. 1. & Bened. Fernandius ad cap. 11. Genes. sect. 13. Plura qui volet de hac egressione Abrahæ cũ patre eius Thare, legat Magallanum ad 24. Iosue, & Pererium, lib. 16. in Genes. disput. 13. Hac de causa dicitur Abrahamus in ignem coniectus à Chaldæis. Legatur Sanctius, ad illud cap. 9. vers. 7. lib. 2. Esdræ: *Eduxisti eum de igne Chaldæorum*: qui seriò affirmat Abrahamum non fuisse passum flammam, sed flammeas tribulationes.

Margin: Genes. Iosephus. Iudith. — *Mesopotamia pars est Chaldææ.* — *Charam vrbs vbi sita.* — Lucan. Athicus. — Marius. Zaydus. Ortel. — Pererius. Fernand. — Magall. Pererius. — Sanctius.

Aptior, ab verba Achioris, quæstiuncula est an cùm dicuntur proaui gentis Iudææ *deseruisse ceremonias patrum suorum*, putandum sit, Abrahamum, dum iunior esset, idololatram fuisse? Hanc quæstionem tractant interpretes, non hîc, sed ad cap. 24. v. 2. Iosue. Vbi sic inquit Iosue filiis Israël: *Hæc dicit Dominus Deus Israël: Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor, seruierúntque diis alienis.* Negant Abulens. inibi, q. 9. Caiet. Carthus. Martinus del Rio ad Genes. 11. v. 28. qui pro ea citat Iosephum & Suidam, Abrahamum vnquam fuisse idololatram, sed à cunis *Vnum Deum Cœli coluisse.* Affirmant vulgò Rabbini, S. Ephrem serm. 2. de Pœnit. August. lib. 16. de ciuit. cap. 12. Masius, & Genebrard. suprà. & Serarius quæst. 2. quam mordicus tuentur Lutherus, & Caluinus iactantes nimis indecora Alphonsus de Mendoza Controu. 7. positiua, lectori optionem facit alterutrius opinionis. Et Sanctius nihil decernit. Nec cogit hic locus Iudith, quem exponimus; tantùm enim dicitur Abrahamos deseruisse ceremonias patrum suorum; quas etsi nunquam secutus sit, deseruisse illas dici potuit, ex eo quod auitam religionem ipse secutus non fuerit. (Legi potest Serarius, & Mendoza, qui hac de re vberrim) Neque verba Iosue cogunt asserere Abrahamum fuisse idololatram. Nam verosimiliùs est τὸ *Abraham* esse in secundo casu, vt sensus sit: *Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio; Thare pater Abraham*, (Abrahami scilicet) *& Nachor; seruierúntque Diis alienis.* Ecce tibi expeditam & facilem nodi solutionem, qua credentium Pater ab infida vindicatur idololatria. Tantùm enim asserit Iosue, Thare Abrahami patrẽ, & Nachorem, idololatras fuisse; nihil autem de Abrahamo dixit. Achior verò vt nuper notabamus, nil de Abrahamo affirmat. Et licèt id disertè affirmaret homo Ammonites & idololatra, fidem non faceret. Porrò si certum est id Achiorem dixisse: quod autem quæ Achior dixit, indubia fide certa sint, vndenam constet?

Cæterùm multò impeditior disputatio est, an verè dixerit Achior, filios Israël quadringentis annis commoratos fuisse in Ægypto. Nec multùm curandum est de auctoritate Achioris, hominis gentilis: nam scriptor Canonicus solum proponit fide certum, id Achiorem dixisse: verè dixerit, an falsò, non definit. Ergo aliunde rei veritas petenda est.

Quidam existimant filios Israël totos quadringentos annos commoratos fuisse in Ægypto, ita Eugubinus, in recognitione Pentateuchi. Genebr. in Chronico, Istella in cap. 12. Exodi. Maluenda de Antichr. lib. 1 c. 19. Stapl. in antidotis in Acta. Probant, quia alia Scripturæ loca cõsentiunt huic narrationi Achioris, nempe Genes. 15. v. 13. Dixit Deus ad Abrahamum: *Scito prænoscens, quòd peregrinum sit futurum semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis.* Adstipulatur Stephanus, Actor. 7. vers. 6. *Quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiicient: & malè tractabunt eos annis quadringentis.* Idẽ perspicue videtur tradi, & Exodi 12. v. 40. *Habitatio autem filiorum Israël, qua manserunt in Ægypto fuit quadringentorum triginta annorum, quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus Domini in terra Ægypti.* Vnica ratio huius opinionis est; quòd in minori spatio est incredibile ex septuaginta animabus, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, potuisse tantam hominum multitudinem pullulare, vt egressi sint sex centa

Margin: *Fueritne Abrahamus idololatra?* — Iosue. — Abul. Caiet. Carthus. Rio. Ioseph. Suidas. August. Masius. Genebr. Serar. Luther. Caluin. Mendoz. Sanctius. *Vindicatur Abrahamus ab idololatria.* — 16. — Eugub. Genebr. Istella. Maluend. Staplet. Genes. — Actor. — Exod.

centa millia pugnatorum absque fœminis, & parvulis, & turba imbecillium.

27. *Tempus Ægyptiacæ seruitutis determinatur.* Iosephus. Rabbini.

Communis sententia est, filios Israël commoratos fuisse in Ægypto annos ducentos quindecim, paulò magis, minúsve; vnde præfatos quadringentos annos connumerandos esse à promissione terræ Chanaam, vel ab Isaaci natiuitate. Ita Iosephus lib. 2. Antiquit. cap. 6. Chronographi magnæ fidei apud Hebræos, nempe Rabbi Abraham Leuitet in lib. Cabalæ, & auctor libri Sedor olam. S. Athanas. in Synop. Eusebius in Chron. S. Chrysost. homil 37. in Genes. S Hieronym. in c. 3. Epist. ad Galat. S. August. lib. 16. de Ciuit. cap. 16. & 24. & lib. quæst. in Exod. quæst. 47. S. Epiph. in Ancorato, Seuerus Sulpitius lib. 1. sacræ Historiæ. Beda lib. de sex Ætatibus mundi. Procop. in cap. 15. Genes. Eucherius lib. 1. in Genes. cap. 10. Saluianus lib. 1. Antikemenon, Abulens. & Lyra, & Caiet. in cap. 12. Exodi, Rupert. lib. 2. Comment. in Exod. Oecumenius, S Thomas, & Glossa interlinearis in cap. 3. epist. ad Galatas. Hugo Carthus. Salmeron in Acta Apostol. ad cap 7. Martinez Hypotyp. lib. 6. cap. 4. Oleaster, etsi alia via illud defendat, in re consentit. P. Suarez. 1. tom. in 3. part. disputat. 6. sect. 1. Pererius in 12. Exodi, disput. 16. Sanctius hîc, Cornelius in Exodi 12. & in cap. 3. epist. ad Galatas, Salianus anno mundi 2451. Martinus del Rio, Fernand. Mariana, Sà in cap. 15. Genes. Lorinus, Ioan Benedictus, & Clarius Actor. 7. Barradius lib. 5. Concord. Euang. cap. 20.

Athanas. Euseb. Chrysost. Hieronym. August. Epiphan. Sulpit. Beda. Procop. Eucher. Saluianus. Abul. Lyran. Caiet. Rupert. Oecum. S Thom. Glos. int. Carthus. Salmer. Martinez. Oleaster. Perer. Sanctius. Cornel. Salian. Rio. Marian. Fernand. Lorin. Ioan. Bened. Clarius. Barrad.

28. Septuagint. Eugub. Actor.

Probatur primò ex auctoritate LXX. Interpretum, qui locum illum Exodi 12. v. 40. quem nuper scripsi pro opposita sententia; sic transcripsêre: *Habitatio filiorum Israël; qua ipsi, & patres eorum habitauerunt in Ægypto, & terra Chanaam fuit quadringentorum triginta annorum.* Ecce in Ægypto, & terra Chanaan dicuntur habitasse hoscè quadringentos annos, non in Ægypto tantùm. Planè arroganter Eugubinus abiicit, & ridet auctoritatē LXX Interpretum, quos tanti semper fecit Ecclesia. Præterea si oppositæ sententiæ fauet locus ille ex Actorum 7. etiam probat non tantùm annos quadringentos, sed omninò quingentos commoratos fuisse in Ægypto filios Israël: nam dicitur: *Semen eius accola erit in terra aliena, & seruituti eos subiicient, & malè tractabunt eos annis quadringentis triginta.* Quod si Ægyptij Israelitas seruituti subiecerunt, & malè tractauerunt annis quadringentis triginta. Certè ante seruitutem liberè, & prosperè vixerunt Israelitæ per annos septuaginta, quos vixit Ioseph; nec statim post mortem Iosephi oppressi sunt. Vnde conflatur numerus quingentorum annorum, non quadringentorum triginta.

29. Genes. Exod.

Ad hæc, manifestum videtur Hebræos ab ingressu Iacob non habitasse quadringentos triginta annos in Ægypto, nam Caath descendit in Ægyptum cum patre suo Leui, & auo suo Iacob, Genes. 46. & vixit annis 133. Exodi 6 Filius Caath fuit Amram, Moysis pater; hic Amram vixit annos 137. vt constat ex eodem loco Exodi: Moyses autem octogenarius eduxit populum ex Ægypto, vt est in lib. Exod. cap. 7. Horum trium hominum anni coniunctè sumpti conflant numerum annorum 350. Ab his vero 350. annis demendi sunt anni Caath, quibus vixit postquam genuit Amram; & anni Amram, quibus vixit postquam genuit Moysem: illi enim anni Caath continentur in annis Amram, & reliqui anni Amram continentur in annis Moysis, quibus simul vixit cum patre suo Amram. Ex quo planè conuincitur Hebræos non fuisse in Ægypto commoratos 430. annos, sed multò pauciores quam 350. vt constat ex præfata ratiocinatione. Cui aliquod effugium excogitauit Genebrardus; nempe omissos fuisse aliquot Moysis auos & proauos, sicut Matthæi 1. in Christi genealogia plures omittuntur Nam dicitur quòd Ioram genuit Oziam, & ita intermisit tres Reges Intermedios, Ochoziam, Ioas, & amasiam. Sed contrà arguit Pererius, quòd gratis id dicitur à Genebrardo; nulla enim ratione ostendi potest intermissos esse aliquos homines inter Caath & Amram, vel inter Amram & Moysem, nam vbicumque scriptura Leui geneologiam describit, semper recenset Leui proximum fuisse Caath, huic Amram, huic Moysem. Tres autem illos Reges scimus prætermissos à Matthæo, quia id liquidò constat ex libris Regum, & Paralip. in quibus illorum Historia scripta est. Genebr. Pererius.

30. Ad Galat.

Denique validum huius sententiæ fundamentum est auctoritas Pauli ad Galatas 3. v. 16. quibus ita scribit: *Abrahæ dicta sunt promissiones, & semini eius, nō dicit in seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, in semine tuo, qui est Christus: Hoc autem dico testamentum confirmatū à Deo, quæ post quadringentos, & triginta annos facta est lex, non irritū facit ad euacuandam promissionem.* Ecce expressè asserit Paulus à promissione terræ Chanaam Abrahamo facta, vsque ad legem datam in monte Sinaï, quadringentos triginta annos transactos; legem autem post quinquaginta dies ab egressu Hebræorum ex Ægypto datam fuisse constat ex S. Cypr. serm. de Spiritu sancto, S. Hieronymo ad Fabiol. mans. 12. S. August quæst. ex nouo testament. cap. 75. & epist: 119. cap 19. Leo serm. 1. de Pentecost. S. Chrysost. serm. 2. de eodem festo. Ergo computandi sunt 430. anni à promissione facta, & necessariò sentiēdum est Israelitas in peregrinatione terræ Chanaam, & in Ægypto transegisse eiusmodi 430. annos, vt liquidò constat ex translatione LXX. Interpr. ad 12. cap. Exodi, & ex hoc loco Pauli, ex ferè omnium interpretum commentariis, & ex auctoritate tot Patrum, & Doctorum, qui hanc sententiam faciunt; & me in illam flectunt: nam si præcisè agendum esset rationum momentis, subscripsissem Eugubino. Sed quis discedat à tanta auctoritate Ecclesiæ procerum? Cyprian. Hieron. August. Chrysost.

31. Genes. Actor.

Ad loca Scripturæ pro opposita sententia respondendum est. Et primò ad locum illum ex Genesi 15. & Actor. 7. Respondeo, ibi fieri mentionem non tantùm seruitutis, sed etiam peregrinationis; vnde intelligenda sunt de peregrinatione in terra Chanaam, & peregrinatione, & seruitute in terra Ægypti Item ex solutione loci Exodi, qui explicatu difficilior est, patebit solutio horum locorum ex Genesi & Actis.

Exod.

Locus ille ex Exodi 12. vbi dicitur: *Habitatio filiorum Israël, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum*, explicandus ex regula, quæ colligitur ex Augustino lib. 16 de Ciuit. Dei, c. 24. vbi docet in Scriptura sæpe commemorari extrema, in quibus intelliguntur, & continentur, quæ eiusdem generis sunt, etsi loco, & tempora diuersa sint: sic soluit Augustinus prædictam difficultatem. Omitto Augustini verba, quia longiuscula, quia à nemine non transcripta. Præter hoc exemplum, alia duo aduocat Sanctius hîc nom. 21. ex lib. Iudicum, cap. 14. Vbi cū in Sponsa Samsonis in septemdiali conuiuio, quatuor ad summum diebus cum lacrymis extorquere vellet ænigmatis solutionem, (neque enim sollicitare cœpit sponsum ante transactos tres conuiuij dies) Sanctius. Iudic.

&

Caiet. Iudith. & tamen septem conuiuij dies fleuisse dicitur; quia dum illa fleret, tempus illud septemdiale completum est; quod aduertit Caiet. ibi. Item in hoc libro Iudithæ, cap. 16. v. 28. vbi scribitur de Juditha, quod *mansit in domo viri sui annis centū quinque*, cùm verosimilius sit non omnes in eadem domo exegisse, sed compleuisse.

Quæret aliquis cur alicubi quadringenti anni, alibi quadringenti triginta numerantur? Respondeo ex regula illa nemini non nota, nempè imperfectos numeros sæpe omitti in Scriptura: quam (Augúst.) tradit Augustinus lib. 1. quæst. in Genes. q. 17. & lib 16. de Ciuit. Dei, cap. 24. Plura exempla adducit Sanctius hîc, & ad lib. 4. Regum, cap. 15. ex quibus id confirmat S. Aug. q. 47. in Exodum, inquiens; *Scriptura solet tempora ita nuncupare, vt quod de sūma perfectioris numeri paululum excrescit, aut infra est, non computetur.*

(August.) Demum ad rationem Engubini respondet sanctus Augustinus, tam numerosè multiplicatos esse Hebræos in Ægypto, singulari Dei prouidentiâ, (Genel.) quia Abrahamo dixerat, *Multiplicabo semen tuum sicut stellas Cœli*, Genes. 22. Vnde dicitur Exod. 1. (Exod.) Filij Israël creuerunt, & multiplicati sunt. Addit ipse quæst. 47. in Exodum Hebrææ gentis naturalem fœcunditatem. Præterea homines tunc diu viuebant, omnes generationi dabant operam, & plures habebant vxores. Accedit Ægyptiæ terræ incredibilis vis ad fouendam rem generationis. De (Aristot.) quo legi potest Aristoteles lib. 7. de historia animalium, cap. 4.

§. VIII.

Absentia admiramur, & adoramus; præsentia contemnimus vsque ad vilipendium.

33. *Præsentes contemnimus absentes veneramur.* 2. Corinth.

QVod absens est, & à nostris oculis remotum admiramur; postquam penitùs inspeximus, sæpè contemnimus. Quasi ab oculis nostris præsentia aliquod patiantur genus fascini: & minorentur ab aspectu, quæ ab absentiâ habebantur grandia. 2. Corinth. 10. v. 10. Sic de Paulo eius obtrectatores murmurabant: *Quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt: præsentia autem corporis infirma.* Nempe cuius absentis epistolas tantâ admiratione veneramini, præsentem contemneretis: nam præsentia nimis detrahit famæ; absentia verò ingenium est rei æstimandæ. Quærunt profanæ Theologiæ proceres, quare Saturnus, quem (Diodorus. Thallus. Cassius. Seuerus.) Diodorus Græcus, & Thallus, & Cassius Seuerus, & Cornelius Nepos, & cæteri antiquitatis commentatores, hominem esse prodiderunt; quare inquam, vt Deus habitus sit, & vt filius Cœli, & terræ adoratus? Sapienter Tertullianus huic quæ- (Tertul. Apolog. c. 10.) stiunculæ respondet, inquiens: *Ex consuetudine humana, qua ignota, vel ex inopinato apparentes, de cœlo superuenisse dicuntur. Proinde Saturnum repentino aduentu vbique cœlitem contigit dici.* Scilicet Saturnus, non quia diuinus, sed quia ignotus, adoratur vt Deus; mutuans venerationem Numinis, quoniam rarò visus: quasi diuinitas Saturni clancularia sit: & latebrarum amans, & perpetuò absens; & despicabilis foret à familiaritate præ- (Ierem. *Essentia Dei procul esse, quo sensu dicatur.*) sentiæ, & contubernij vicinitate. Ierem. 23. v. 23. *Putasne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus de longè?* Quid? venerationem captat Deus, eò quòd à longe sit, & non è vicino, & prope homines? Sententiosè hæc verba commentatus est Clemens Alexandrinus, aiens: *Deus appropinquans ego, inquit Dominus, procul enim essentia.* Planè pugnat sibi hæc sententia. Porrò si Deus propinquus est hominibus, quomodo eius essentia (Clem. Alex. Strom.) procul est? Imò immensitate impeditur essentia Dei, ne longè sit: nam immensitas Deum præsentissimum reddit rebus omnibus. Verùm Deus etsi ab immensitate propinquus sit hominibus, sic inuisus latet ad captandam sui venerationem, ac si procul esset eius essentia: propinquus est, quia immensus; procul esset eius essentia, quia admirationem, & venerationem absentis exigit. Dicam luculentiùs, Deus habet familiaritatem propinqui, & præsentis; & venerationem remoti, & absentis. *Deus appropinquans ego, inquit Dominus, procul enim essentia.*

34. (Ioan.) Ioannis 6. v. 14. Innumera illa Hebræorum multitudo, quæ trans mare Tyberiadis multiplicatione panis & piscium, prodigiosè ad satietatem vsque cibata est, admiratione prodigij attonita, exclamauit, aiens: *Hic est verè Propheta qui venturus est in mundum.* Benè aduertit Rupert. lib. 6 in Ioãnem, ex (Rupertus. Glossa. Hugo. Caiet.) quo Glossa, & Hugo, & Caietanus, & nuperi commentatores, quòd videtur sibi non constare sententia horum verborum; nam si demonstratiuè Hebræi aiunt, *Hic est vere Propheta*, quomodo addunt, (*Christus venturus dicitur ad æstimationem.*) *qui venturus est in mundum*, & non inquiunt, Qui venit? Cum Christo loquuntur, illúmque demonstrant, & dicunt, futurum esse, & absentem? Negant præsentem, quem venturum esse in hunc mundum affirmant. Fortè hac difficultate conuictus Rupertus suprà, de secundo Christi aduentu intellexit hæc verba. Sed omnium expositorum auctoritas, & contextus ipse præcipue probat, de primo aduentu in carne loqui hîc Hebræos, aientes: *Hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum.* Difficul- (Rupert.) tas ex Græca origine dissolui potest. At in Latina translatione Vulgati interpretis adhuc difficile est propositum dubium. Sed ex magna æstimatione Christi, quam ex tanto miraculo conceperunt, fortè dissolui potest ad rem præsentem. Aiunt enim, *Hic est vere Propheta*, quia præsentem vidēt, & cernunt admiranda eius opera: & adhuc venturum in mundum prædicant, quasi non præsens sed absens sit: est enim re verâ præsens, sed æstimatione futurus, & absens: vt sic ab absentia exaggerent illustrem æstimationem, quam de ipso Deo habent: (Clem Alex.) *Deus appropinquans ego, inquit Dominus: procul enim essentia.* Neque enim præclaram, quam tunc de Christo opinionem conceperant, satis publicarent, si tantùm vt præsentem eum haberent, nec vt absentem venerarentur Christum. Nempe re vera præsens est, sed æstimatione & veneratione absens. (Clem. Alex. adhort. ad Gent.) Sic solent homines admirari absentes! *Solent nescio quo modo, ea quidem, quæ sunt præsentia, despici propter consuetudinem: quæ autē sunt separata, ab ea, quæ tunc erat præsens, probatione, haberi in admiratione.* Verba sunt Clement. Alex. pulchra quidem ad hanc rem.

35. (Ioan. *Abiit Christus magis ad manifestationem.* August. l. 1. de Trin. c. 9.) Ioannis 16. v. 7. ait Christus ad Discipulos: *Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Vulgaris est huius loci difficultas, nam quid impedit præsentia Christi aduentui Spiritus sancti? Adducam egregia verba S Augustini sic aientis: *Hoc autem dixit non propter inæqualitatem Verbi Dei, & Spiritus sancti, sed tanquam impedimento esset præsentia Filij hominis apud eos, quominus veniret ille, qui minor non esset, quia semetipsum non exinaniuit formam serui accipiens, sicut Filius. Oportebat ergo, vt auferretur ab oculis eorum forma serui.* Quasi dicat Christus ex mente Augustini: Ego homo factus sum

sum in formâ serui; secùs Spiritus sanctus, qui non est factus homo. Vnde ne Spiritus sanctus iudicetur apud homines maior me, non veniet quovsque ego abeam. Ergo dum ego præsens vobis sum, paraclitus non veniet, ne ego minor videar; si autem ego abiero, & absens sim, statim veniet, quia ab absentia tam præclaram existimationem de me habebitis, vt iam Paraclitus nô præcaueat, ne tunc maior me videatur. Nempe qui me præsente nô venit, ne appareat me maior, me absente veniet absque eiusmodi cautela. Sic homines solent venerari absentes, vt Christus ab absentiâ tantam speret æstimationem fui! Ergo Iuditha valde remota erat ab

Iudith.

oculis hominum; nam c.8.v.5. *in superioribus domus sua fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis clausa morabatur*. Et sic præsens Bethuliæ, quasi absens erat Bethulensibus; vnde tantam æstimationem, & gloriæ famam est allecuta, vt *esset in omnibus fam⸗sissim*; illustrem opinionem mutuans apud Deum ab eximiâ sanctitate, & absentiâ, & recessu, apud homines, qui magni faciunt absentiâ, & à se

Iudith.

remota; præsentia contemnunt. Sic Achior hîc v.6. commendat Abrahamum oriundum à Chaldæâ, regione valdè desitâ ab Ammonitide: vt ab absentiâ, prima Abrahami commendatio sit.

§. IX.

Cæca hominum iudicia opus non à se ipso æstimant, sed ab auctore.

36. TAm imbecilla sunt iudicia hominum, ac penè iam nulla, vt qui aliorum opera æstimant, non tam considerant opus, quod vident, quàm cuius sit opus, quod vident; non eminentiam operis, sed auctoris: cùm auctor præclarè censendus esset ex claritudine operis, non opus præclarè censendum ex auctoris splendore. Si res pretiosè materiata est, & ingeniosè elaborata, illam à se æstima, non ab artifice. Quis pretiosum lapillum magni æstimat, quia illum emit à bono lapidario, aut artifice? Margarita erit, etsi à rudi aurifice vendatur, etsi in luto sordeat. Magni æstima quod magnum est, etsi auctor illius magnus non habeatur. Inde magnum habet, quia magnum opus fecit. O cæca hominum iudicia, qui nisi auctor prius illustris sit, opus illustre non censent! Ioann 2.v.4. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat Mater Iesu ibi; inuitatus est autem Iesus; defecit vinum, & à misericordia permota pia Iesu mater, antequam conuiuæ defectum lagenæ sentirent, præmaturè ipsa sensit; accurrit ad Filium, & ait illi, *Vinum non habent*. Cui respondit Iesus, *Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea*. Quid est; Nondum venit hora mea? ait S. Chrysostomus, *Nulli temporum necessitati Christus subiectus est. Anne temporum opifex, & auctor seculorum tempora obseruaret?* Quouis tempore, quâvis horâ Christus Deus potest miracula operari: ergo inquit, *Nondum cognitus sum: neque enim ipsum quisquam præter Andream, & Philippum sequebatur*.

Res à se est æstimanda, non ab auctore. Ioan.

Chrysost. hom. 21. in Ioan.

37. Sed, quod pace tanti Doctoris dicam, hæc expositio non enodat, sed impeditiorem reddit propositam difficultatem scilicet: Nondum venit hora mea ad patrandum miraculum, quia *nondum cognitus sum*; cùm enim exordium sit prædicationis, necdum illustrem famam apud homines habeo. Planè hæc ratio, ridicularia videtur. Quid enim impedit ad patrandum miraculum, necdum cognitum & celebrem esse Christum apud homines. Inde cognitus, & celebris eris, ô Domine; Ergo ede miraculum, & miraculo ipso celebritatem mercaberis apud homines. Profectò rem altè contemplatus est Chrysostomus, scilicet. *Nondum venit hora mea* ad faciendum miraculum: quia *nondum cognitus sum*, & celebris: neque enim iudicium hominum dignè celebret opus miraculosum, nisi priùs auctor cognitus & celebris sit. Nemo credet, etsi oculis videat, opus insigne & miraculosum edidisse hominem ignotum, & minimè celebrem. Itaque Christus nolebat deuenustare miraculum, si miraculum prodiret ab se necdum habente magnû nomen. Adeò enim sunt imbecilla hominum iudicia, vt non tam attendant ad opus, quod vident, quàm cuius sit opus, quod vident: rem æstimantes non à re ipsa sed à rei auctore.

Nulla res vsque adeò æstimata fuit à Deo, ac Christi Passio: opus planè theandricum, & augustum, & quod Mundum redemit, Inferos spoliauit, beauit Cœlos. Quod tam illustre opus Orbis vidit? Ergo valde satagit Christus tantum opus de se illustrissimum, illustrissimum quoque haberi apud homines. Vnde in vestibulo Passionis, Ioannis 17. v.5. sic loquitur Christus ad Patrem Deum: *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus esset apud te*. Quæ est ista claritudo, quam postulat? S. Hilarius lib.3. de Trinit. S. Chrysostomus, Theodorus Heracleotes, & Mopsuest. S. Cyrillus, Leontius, S. Augustinus, Beda, Theophylactus, Euthymius, Rupertus, gloriam humanæ naturæ petere existimant. Theodoretus in Psalm 92. Maldonatus, de gloria naturæ diuinæ loqui autumant, quoad publicationem. Cur igitur Christus *Nunc*, namque Passioni proximus, petit hanc claritudinem siue diuinæ, siue humanæ naturæ? Nam vt docet S. Cyrillus lib.10 Thesauri, cap.9. Præclaram *opinionem, existimationemque de se petit*, aiens; *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum*, &c. Præclaram sui opinionem, illustrêque existimationem petit, Passioni proximus, qui in ipsa Passione sic humiliandus erat, vt alapis cæderentur eius ora, vt facies saliuaretur vilissimis sputis, vt criminosissimo Barabbæ posthaberetur, vt tractaretur sicut fatuus ab Herode, vt infami tûc ligno affigeretur, vt omnium criminum reus; & tunc, tunc præclaram opinionem, existimationemque sui tam anxiè petit à Patre Deo? Planè altum in hac oratione mysterium reconditum est, vt ait Cyrillus suprà. Nimirum desiderat Christus præclaram sui existimationem ante Passionem, vt sic homines magni æstiment Passionem. Nam etsi Christi Passio de se sit opus perillustre; tamen apud homines nihil maximi habetur, nisi ab homine magnæ auctoritatis, & præclarissimæ opinionis. Vnde, ait Cyrillus: dicens Christus paulo ante Passionem, *Et nunc clarifica me tu Pater, &c. Opinionem, existimationemque de se petit*, vt si maximi habeatur eius Passio, & opus Redêptionis, & ignominia Crucis. Quod peracutè notauit Cardinalis Caietanus super eum locum Ioannis, aiens, Christum tunc petere *Gloriam crucis, & ignominiarum*. Nimirum Christus sibi petit gloriam, quò illam refundat in Passionem. Gloriam passioni fœnerans à gloriâ sua. Tam imbecilla sunt enim, ac pene nulla iudicia hominum, vt opus æstiment non à se, sed à claritudine auctoris. Vnde etiam Christus Dominus paulò ante Passionem solemni triumpho ingressus est Hierosolymam. Et iure quæritur, cur qui passionis ignominiam tam auidè percupiit, in Passionis vestibulo tam gloriosè triumphat?

38.

Ioann.

Hilar. Chrysost. Theodor. Cyril. Leon. August. Beda. Theophyl. Euthym. Rupert. Theodor. Maldon. Cyril.

Cur ante passionem glorias exoptat Christus.

Caiet.

Chrysost. hom 67. in Ioann.

Opportunè S. Chrysostomus: cùm *Crux in ianuis adesset, clarus se ipsum reuelat.* Scilicet clarus, & illustris haberi satagit ante Passionem, vt Passionem nobiliter apud homines, apud quos nihil habetur clarum, & illustre, nisi priùs auctor clarum & illustre nomen habeat. Consultè ergo Ioachimus narraturus strenuum Iudithæ facinus Holofernianæ iugulationis, & liberationis Bethuliæ, egregiè commendat Iuditham cap. 8. vers. 5. vt ne inglorius facinoris auctor deuenustet facinoris gloriam; nam homines claritudinem operis ab auctore metiuntur. Et Achior hîc vers. 6. populum Hebræum non tam commendat à suis ipsorum virtutibus, quàm ab Abrahamo Hebrææ gentis auctore.

Iudith.

§. X.

Lapsus non est prophetia vlterioris casus; sed sæpe cautela non cadendi.

40. Hominis ingenium procliue est ad casum, lubricum ad ruinam; sed de se inconstans, & à reciprocis affectuum fluctibus varium. Affectat delinquendi voluptatem, & mox fastidit delicias expetitas. Negat hominem, qui desperat de homine. Nam etsi sæpe offendit, sed ab offensâ fit cautior: impingit, cadit; sed à lapsu cautelam facit non cadendi. Infelix sæpe & barbarum prognosticum est: Cadet, quia cecidit. Veriùs & humaniùs: Quia lapsum aduertit, quia lapsus pœnituit, non vltrà cadet. Neque enim præuius lapsus plus vrget ad cadendum: quàm tædium & pœnitentia delicti ad cautionem. Gratia præualet naturæ: & humani ingenij propensionem sistit, & à delicto incrementat vires ad virtutem. Sapienter S. Paulinus de Paulo: *Beatus Apostolus ideò cæcatus est vt illuminaretur: cecidit persecutor, vt Apostolus surgeret.* Negat Apostolum qui desperat de malitioso persecutore. Durauit in persecutoris nequitia, sed perdurauit in Apostolatus gratiâ: & de persecutore ad tempus, factus est æternùm Apostolus: nec lapsus lapsum induxit, sed culmen Apostolatus à pœnitentia struxit: præualens pœnitentiæ propositum occasione vlterioris lapsus. Bellè Tertull. lib. de Pœnit. c. 2. appellauit pœnitentia delicti. *Argumentum emendationis.* Porrò si tua aut infirmitas, aut malitia arguatur: Cadet, quia cecidit: scito validum validi ingenij *argumentum emendationis* esse: Quia pœnitendo emendauit delictum non cadet vlteriùs: neque enim imbecilior est pœnitentia ad resurgendum, quàm nostra infirmitas ad cadendū. Planè robustum est argumentum: Emendauit errata, ergo non committet erratum, quod emendet. Nisi velis in aliquo codice legere: Pœnitentia est *Argumentum emendationis,* nō *augmētum,* id est, Delicti retractatio plus hominem roborat ad virtutē, quàm lapsus infirmat ad vitium. At delicto pœnitentiâ retractato incremētum fit virtutis. post emēdationem à pœnitentiâ auctior inest vis ad emendandum, quàm pòst erratum ad vlteriùs errandum. Esto propheta virtutis, qui sedulò vitia prophetasti, nisi à te de aliis prophetes, ne pœnitudinis vigorem dissimulanter enerues lubricâ prophetiâ: nā sæpe homo tenax vitij, tenacior est virtutis.

De nemine desperandū, dum viuit.

Paulin. ep. 10.

Pœnitentia argumentū, vel augmentum emendationis est. Tertull.

41. Vix vlla Ciuitas tam rebellis fuit Euangelio recipiendo, quàm Romana quæ pertinaciter erat idololatra; quamque fuit à Tertulliano plura facinora, & flagitiosa delicta dici *de Romanis, ni fallor, id est, de non Christianis.* Itaque tam longè aberat populus Romanus vt Christianus fieret, quod idē reputauerit Tertullianus dicere populum Romanum, ac populum non Christianum: tam odiosa illi erat Christi fides, vt Romanorum nomen negatio esset Christianismi: & ipsissimum habebatur Romanum ac non Christianum. Ita sanè tunc: verùm aduerte non post multa tempora, quempiam Regis familiarem dixisse Theodorico: *Si Armagastem* (erat hic homo criminosissimus) *gladio peremeris, Romani martyrem prædicabunt.* Quid est Romani? Plenè Christiani. Nempe qui antè *Romani, id est, non Christiani* dicuntur à Tertulliano, pòst *Romani* vocantur, id est, Christiani. vsque eò imbuti Christiana fide, vt antonomasticè Christiani appellentur Romani. Quis desperet de contumacissimo quoque? Non enim dantur *Characteres malitiæ,* verba sunt Philonis, nec *stigma delictorum,* vt ait Tertullianus, ô nimis verè!

Tertull Apolog 35.

Romani, id est, non Christiani: & mox, Romani, id est, Christiani.

Victor. Vticensi. de persec. V Vandal.

Characteres malitiæ non datur; nec delictorum stigma.

Philo lib de Sacrif. Abel. Tertull. lib. 4. aduersus Marc. c. 4.

42. Mulier illa Samaritana in Euangelio nota, omnium notarum fœmina, insignis libidine, impudentiâ infamis, innutrita delictis: ô diuinæ gratiæ prodigia! Quis despondeat animum, & meliora non censeat? dixit Samaritis, Ioan. 4. vers. 29. *Venite & videte,* &c. Super quibus verbis, Origenes citatus in catena hîc, *& ferè quidem quasi quodam Apostolo ad ciues vtitur hâc muliere.* Pergit sanctus Chrysostomus. *Sicut Apostoli vocati dimiserunt retia; ita hæc mittit hydriam, & Euangelistarum opus facit.* Ecce tibi fœminam à patriâ naturâ infirmam, à natione Samaritanam, hoc est, hæreticam, à moribus impudentem, à consuetudine putidam, & fœdam cunctis turpitudinibus; iam à Dei gratia virilem, pudicam, sanctam. Parùm hoc est, Apostolico munere insignitā. Quid sublimius? nam Apostolatus, fastigium est Christianismi. Adde Euangelistæ nobili munere functam. Quid augustius dici, excogitariue potest, quàm vile scortum reformari in Apostolum, & euehi ad Euangelistæ honores? Ergo rigidus censor si credis fœminam delictis innutritam infirmè conualituram à vitiis, non credis Euangelio, quo Samaritanam Apostoli & Euangelistæ munere donat. Qui credis Euangelio, meliora, nōn deteriora prophetare aude: aude in melius qui in deterius audes. Benè sperat, qui sperat bona. Crede *Christum esse verum elimatorem humanarum macularum,* ait Tertullianus. A lima abstergitur rubigo, & splendet metallum. Ecce tibi hîc vers. 8. Abrahamum è gentili homine ad miraculum vsque sanctissimum, & Deo clarissimum.

Samaritana dicitur Euangelista.

Ioann. Origen.

Chrysost. hom. 33.

Tertull lib. 4. aduers. Marc. c. 35.

Iudith.

§. XI.

Viro spirituali celatur meta, vt ad Deum contendat cursum.

Ille velocissimè ad perfectionis fastigium currit, qui paratior est ad diuinam voluntatem exequendam, etsi stet immotus, expectans motum diuini arbitrij, & nesciens quò iturus sit, tametsi immotus agillimè mouetur. Planè volat, qui stat pendulus à diuina voluntate, ignorans quò pergat. Nec otiosa statio, nec petendæ metæ ignoratio, illum præpediunt, quominus ocyùs euolet, & ad terminum, quem ignorat, velox currat. Adstabant Seraphini Solio Dei. Isaiæ 6. naturâ & habitu agiles. Porrò Seraphini ab amore nominantur; amor autem alatus est, & totus pondus est ad rem amatam; affectibus velocissimè feruntur in Deum, tanquam in centrum Seraphicæ naturæ. Ad hæc, ne quid non ostentet agilitatem; ipsa corporis species 43.

Isaiæ.

Qui paratior est ad voluntatem, volare dicitur.

cies

cies alata est, senis alis agillima: *Duo Seraphim stabant super illud; sex alæ vni, & sex alæ alteri.* Nec otiosè gestabant alas: nam *duabus volabant*: & quidem volatu ocyssimo, vt par erat Seraphino, & amoris pennis, remigio alarum velocissimo. Sed admiror volatum immotum: nam dicitur, alis *duabus volabant*, & tamen ad hoc volantes *Seraphim stabant.* Nunquid stando volare possunt? aut volando stare? Nisi fortè statio, volatus est. Est planè, & volatus velocissimus. Quia Seraphini stantes penduli è diuino nutu, volitant, aut volaturiunt, quò vel Dei nutus illos dirigat. Stant volantes, quoniam paratissimi adsunt ad diuinum iussum. Nesciunt quò pergant, & ocyssimè currunt, quò nesciunt: quia quoquouersùm paratissimi sunt ire, si mittantur. Quoniam intenti sunt ad nutum, aut renutum diuinæ voluntatis; etsi stant, volare dicuntur. *Sacratissima fictio* (ait Dionysius loquens de hac volanti statione Seraphinorum,) *absolutissimam, summámque in Deum intentionem signat.* Stantes Seraphini volant, quia intenti sunt ad diuinum vultum; paratíque adstant ire celeres, quoquouersùs mittantur. Eò velociùs volant, quò ignorantiùs nesciunt, quò pergant; & paratiores sunt pergere quò nesciunt.

Dionys. lib. de Cœlesti Hier. c. 4. & 13.

44\. Ioan. 3. v. 8. *Spiritus vbi vult spirat; & vocem eius audis: & nescis vnde veniat, aut quò vadat.* Omitto sententiam S. Cyrilli, Pseudo Augustini, S. Chrysostomi, Theophylacti, Euthymij, & P. Marianæ, qui de vento hæc verba interpretantur; quos, & coniecturam Maldonati refutabam olim. De Spiritu sancto hæc verba arbitror intelligenda, vt docent Orig. Ammonius, Apollin, S. Nazian. S. Ambr. S. Aug. S. Greg. S. Bernad. Elias Cretens. Beda, Strab. Rup. Alcuin. Haimo, quos sequitur Toletus hîc. Nimirùm Christus Dominus instruens Nicodemum, & in illo formans spiritualem virum Euangelicâ perfectione sublimem: ait, *Spiritus vbi vult spirat.* id est, quem vult eligit ad Euangelicæ perfectionis fastigium. Qui vocem Spiritus audit, & cœleste idioma benè noscit, etsi nesciat, vnde venit, & ignoret *quò vadit.* Itaque ille Spiritu sancto plenè agitur, qui nescit, quò vadit. Ille valde Spiritu profecit, qui nescit, quò contendit. Miror profectò quomodo qui metam ignorat, velociorem conficit cursum. Nescit *quò vadit*, & velocissimè properat? Qui nescit quò vadat aut ob ignorantiam termini hæret & sistitur; aut si ambulat, non tam pergit, quàm errat. Quomodo potest ad terminum currere, qui ignorat terminum? *Nescimus quò vadit*, (ait Rupertus) *quia videlicet nobis notum non est, ad quem finem processura sit eadē gratia.* Nescimus ad quem finem gratiâ duce procedamus, & tunc velociùs currimus? Currimus quidem, & celerrimè tunc currimus, quia nesciens quò vadit, totus hæret, totúsque pendet à motu Spiritus, à diuino arbitrio, à nutu Dei. Totus in expectatione positus, vt ad arbitrium Spiritus pergat, *Nescit quò vadit*, & tunc currit celerrimè ad perfectionem.

Ioan. Cyrill. Pseud Aug. Chrysost. Theophyl. Euthym. Marian. Maldon. Orig. Ammon. Apollin. Nazianz. Ambr. August. Greg. Bernard. Elias Cret. Beda. Strab. Rupert. Alcuin. Haimo. Tolet.

Rupert.

45\. Dixit *Dominus ad Abrahamum*, dum adhuc versabatur in Vr Chaldæorum, Gen. 12. vers. 1. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terrā, quam monstrabo tibi.* Cur nō indicat Deus Abrahamo suo, quò debeat pergere? mandat egredi de terrâ suâ, nec ostendit quónam contendat? Hærebit, aut errabit qui iubetur ire, & ignorat viæ terminum. Luculenter Basilius Seleu. *Metam celat, vt cursum contendat.* Id est, ignoret Abrahamus terminum, vt velociùs currat. At si metam nescit, vagabundus errabit, & huc, illúcque vagabitur incertus; imò si prudens est perseuerabit immotus, quousque sciat ad quem locum pergat. Verùm qui nescit *quò vadat*, sed paratus est, & accinctus ad iter, totus expectans, & totus pendulus è diuino nutu, ille celeriùs festinat: *Metam celat, vt cursum contendat.* Nam ille ad perfectionis fastigiū ocyùs currit, qui spiritu actus nescit *quò vadit.* Et Seraphinus volaturit, & licet stans, volare dicitur, & naturæ Seraphicæ pennis, & externis alis. Magnum planè Euangelicæ perfectionis mysterium, & eximium obedientiæ elogium! Præparatione currimus; nescientes *quò vadimus*, ad metam celeriùs contendimus, & attenti ad diuinos nutus stantes volamus. Vnde hic v. 9. dicitur, quod Deus præcepit Abrahamo suo, *vt exiret inde*: nec illi ostendit itineris metam, vt cursum contendat.

Genes. *Abrahamo celatur meta, vt cursum contendat.*

Basil. Seleuc. orat. 7.

Iudith.

---

§. XII.

Faciliùs toleratur extrema pœna, quàm dubia, & diuturnâ suspensione imminens.

46\. GRauissimum tormenti genus est, Metus tormenti; plus aliquando torquet opinione, quàm reipsa res semel toleratur, metus calamitatem amplificat, & multiplicat: Ingenium torquendi est conscientia flagitij, & diuturna expectatio pœnæ. Sine tortore acerbiùs cruciaris, & tu tui ipsius tortor es, præuento carnificis officio: times malum, vt tibi caueas, & timendo facis, ne cauere possis; quia te ferit anticipato vulnere, toties repetito, quoties subit eius memoria. Quadringentis annis dicuntur Israëlitæ tolerasse Ægyptiacam seruitutem, cùm tantummodò annos ducentos quindecim commemorati sint Ægypto, ex quibus plures non seruierunt, sed cum Iosepho fratre dominati sunt. Quomodo ergo dicuntur habitasse in Ægypto *per quadringentos annos*, nisi quia totos ducentos Israëlitæ positi erant in expectatione acerbissimæ seruitutis? Timor enim seruitutis pro seruitute exercitâ cōputatur: nam metus calamitatis, acerbior calamitas est. *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris.* Genes. 2. v. 17. Planè comedit Adamus ex eo, & non mortuus est eâdem die; sed postea vixit nongentis triginta annis. Rediitne eadem dies post tot secula? An sententia Dei mendax est? *Morte morieris*, dicitur, quod indicat, aut puniendum fore Adamum duplici morte, aut saltē grauissimum genus mortis subiturum. Num qui condemnatur ad duplicem mortem eâdem die obeundā, tot secula viuit? Verè duplicem mortem imò multiplicem subit, qui vnam mortem timet; nam timor multiplicat malum. Et ex quo die incurrit Adamus mortis reatum, *morte mori* dicitur, etsi deinceps longissimam agat vitam: futuræ enim mortis conscientia repetito vulnere ferit. Qui re ipsâ moritur, semel moritur; & qui morti addictus est, timore mortis semel viuit, & diu moritur; nam comminatio supplicij, ars est exaggerandæ pœnæ: angitur enim & excruciatur animus suspensione supplicij. Eleganter S. Hilarius de Honorato, in eius vita c. 24. sic fatur: *Vberrimè semper suos consolatus est: ac nihil magis timuit, quam ne diuturna suos desperatione conficeret, Intelligens pœna, faciliùs ferri extrema, quàm dubia.* Expectatio pœnæ quoddā desperationis genus est: animus suspensus, dira crux sui ipsius est. Qui dubius est quid, & quando patiendum illi sit, plus angitur dubitare, & suspensione pœnæ, quàm toleratu supplicij: facilius est extrema pati, quàm incerta, seu suspensa timere.

Timor mortis repetitā mors est.

Iudith.

Genes.

Superior diuturnā expectatione sua conficit.

Hilar.

Notum erat Deo parricidum, quod in recessu cordis tacitè versabat Cain? tunc apparuit illi Dominus, & quò hominem flagitio terreret, ex publicatione delicti praedicit, &

Cain timet occidi pluries. tenerrissima a poenam minitatur. Nihilominus facinus perpetrat Cainus, & serò noscens foedi malitiam parricidij, veritus acerbitatem supplicij, sic ait ad vltorem Deum: *Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Dixitque ei Dominus, nequaquam ita fiet, sed om is qui occiderit Cain septuplum punietur. Posuitque Dominus signum*

Genes. *Ambros. lib. 2. de Cain. c. 9,* *in Cain, vt non eum interfi eret omnis qui inuenisset eum*, Genes. 4, v. 14. Difficultatibus scatet haec sententia. Acutè S. Ambrosius, *A quo timebat occidi, qui solos parentes habebat in terris?* Praetereà; quomodo potuit occidi ab omnibus, qui ab vno occisus, reliquis abstulisset potentiam occidendi? Ad haec, si Deus extrema quaeque supplicia minatur Caino, quare nullum exequitur; imò nec mortem pro morte repetit: sed potiùs signum, seu tesseram quandam Caino imprimit, ne a quoquam occidatur? Securior manet Cainus post delictum, & quasi protegitur parricidio: nam propter ipsum non subit

Timore mortis punitur Cain. mortem, sed immunitatem à morte. O sapientissimam poenam, à dissimulatione maiorem! ô ingenium diuinae iustitiae, immunitate castigans, vitâ puniens delictum morte dignum! Optabat impius

48. Cain, suâ morte mortem fratris redimere. Parum est vna mors pro tanto facinore vindicando. Vitâ

Hieronym. castigaberis, quae plures & repetitas mortes tibi infligat. Quod dixit S. Hieronymus Damaso: *Omnis qui occiderit Cain septem vindictas exoluet. Nolens Deus enim compendio mortis finire cruciatus: nec tradens poenae, quâ se ipse damnauerat, ait: Non sic, id est, non vt existimas morieris, & mortem pro remedio accipies, ve-*

Ambros lib. 2 de Cain. tol *rùm viues vsque ad septimã generationem, & conscientia tuae igne torqueberis.* Et S. Ambrosius eandem rem tractans, ait: *Mors enim vna est in secessione animae, & corporis; & in fine istius vitae, quae simul vt venit, omnes corporis dolores auferre, non augere consueuit. Metus verò, qui hanc vitam viuentibus frequenter ingruunt, moestitia, dolores, gemitus, diuersique cruciatus, plurimas etiam mortes generi humano inferunt, vt ista mors, remedium esse videatur, non poena.* Itaque Deus volens atrocissimum fratricidij flagitium seueriori poenâ castigare, Cainum non punit morte, (quae euasio poenarum foret) sed condemnat ad vitam, quae suspensa sit expectatione mortis, & dubia de executione supplicij. Eiusmodi vita, repetita mors est. Vnde ipse ait: *Omnis qui viderit me, occidet*

Albin. *me.* Mortem timet ab omnibus, quia vni vitam sustulit. Pulchrè Albinus ibi. *Omnis qui inuenerit me, occidet me: vt compendio mortis, cruciatus euaderet praesentes.* Metus futurae poenae, praesens poena est, & atrocior, quò dubietate supplicij suspendit dilationem tormenti; nam timor mortis artificium est amplificandi cruciatus. Sic Christus Dominus, qui intrepidus Passionis tormenta subit; dum illa ipsa metu

Luc. Salm. praesentit: *Factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis.* Lucae 22. vers. 43. Legatur super hâc re noster Salmeron. tom. 10. tract. 15.

49. Matth. Matthaei 1. v. 11. *Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.* Locus in

Timor captiuitatis, praepropera est. paucis difficilis, & quem innumeris commentationibus fatigant interpretes. Et vt plures quaestiunculas omittam, Iosias Iudaeorum Rex, pater fuit

4 Reg. 2 Paral. Ioachim, & auus Iechoniae. Et quidem transmigratio facta est tertio mense regni Iechoniae, filij Ioachim 4. Reg. 24. v. 12. & 2. Paral. 36. v. 10. postquam iam diu obierat Iosias. Quomodo ergo verè dicere potest Euangelista, quòd Iosias genuit Iechoniam in transmigratione Babylonis, si tempore Iosiae necdum Iudaei transmigrauerant? Nam Ierosolymam habitabant, & simul captiui erant in Babylone? Fortè pro eodem reputabant Iudaei & delicias Ierosolymae, & atrocitates Babylonicae seruitutis. At Euangelista falli non potuit; sed nec mentiri Regum Historiographus. Planè Iosias Ierosolymis habitans, *genuit Iechoniam in transmigratione Babylonis*; quia etsi Iosias transmigrationem perpessus non fuit, ea tamen iam proximè imminebat: & transmigrasse dicitur, qui transmigrationem iam iam imminentem timuit. Sapienter noster Maldonatus ibi, sic rem cõponit. *Totum hoc spatium* (nempe à Iosiae tempore vsque ad Transmigrationem) Mald.
vocatur tempus transmigrationis, quia regnũ Iuda nondum conciderat, nutabat tamen. Itaque Transmigratio dicitur ab Euangelista, cùm vacillabat res Iudaica, & captiuitas proximè imminebat: nã timor captiuitatis, acerbior est captiuitate ipsâ: & metus futuri mali, praesens malum est, atrociùs affligens, cùm dubium, & suspensum animum torquet. Vnde intolerabilis fit poena, dum non toleratur: non dubiè ferit dubium malum: nam timor diuturnitate repetit Iudith.
ictus, & cruciatum multiplicat, & incrementat. Vnde hîc v. 9 Hebraea gens dicitur affligi in Aegyptiaca seruitute quadringentis annis: quia quadringentis annis eam attolerauit, aut timuit: vt nuper notabam in Litterae exegeticâ commemoratione.

---

§. XIII.

Commentarius litterae.

Vers. 10. Cúmque grauaret eos Rex Aegypti, atque in aedificationibus vrbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad Dominum Deum suũ, & percussit totam Terram Aegypti plagis variis.

Vers. 11. Cúmque eiecissent eos Aegyptij à se, & cessasset plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad suum seruitium reuocare

Vers. 12. Fugientibus his Deus coeli mare aperuit, ita vt hinc inde aquae quasi murus solidarentur, & isti pede sicco fundum maris perambulando transirent.

Vers. 13. In quo loco dum innumerabilis exercitus Aeygptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est, vt non remaneret vel vnus, qui factum posteris nuntiaret.

Vers. 14. Egressi verò mare rubrum, deserta Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit.

Vers. 15. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de coelo consecuti sunt.

MOrosus ero si quae in libro Exodi accuratè narrantur, & vt in propriâ sede ibi tractan- 50.
tur ab expositoribus, hic infarciam, & sic oppleam commen

commentarios, auidus alienorum inuasor: Ieiunus ero, si quantùm satis sit non attigero ad laci intelligentiam; intendens digitum ad propria Exodi loca, ibi accuratiùs & pleniùs traditur hæc historia, ibi reposita est interpretum locuples gaza: hic saltuatim perstringitur, & sic perstrictim excurrenda sunt. Exodi 1. narrantur calamitates, quas perpessi sunt Israëlitæ, operum moles, quibus degrauati sunt, quas sic recenset Iosephus lib. 2 Antiq. c. 5. à nemine non allegatus ibi: *Cum iam beneficiorum Ioseph in Ægyptios memoriam tempus oblitterasset, regnúmque Ægypti in aliam familiam demigrasset; inhumanè tractabant Hebræos, & variis laboribus côterebant. Nam & flumen in varias fossas deducere sûs iussi, & mœnia exædificare, & aggeres construere, quibus inundationes fluminis arcerentur. Pyramidum etiam insanis substructionibus vexabant gentem nostram; cogendo varias artes ediscere, & laboribus ferendis assuescere.* Ergo Israëlitæ his, & aliis calamitatibus, quæ in Exodo cap. 1. recensentur, vexati, ad Deum clamant, & liberationem supplices deprecantur. Tunc magnus Hebræorum Deus, Exodi cap. 7. opera Moysi illos eripuit ab Ægyptiaca seruitute, editis de cœlo, terra, aëre aqua horribilibus prodigiis, quibus grauissimè affligebatur, ac penè vastabatur tota Ægyptus; è qua permisit Pharao egredi; imò compulit ad egressionem. Mox Pharao pœnitens largitæ facultatis egrediendi, fugientes Hebræos persequitur. Tunc Deus aperuit mare; & agglomeratis hinc inde aquarum aggeribus, sicco vestigio Rubrum mare placidè perambularunt; & submersis Ægyptiorum millibus, vlteriorem ripam incolumes tenuerunt. Hæc omnia scribuntur Exod. 15. legi potest Lorinus in Psa. m 105. v. 14. vbi exponit hunc locum Iudithæ; & adornat aliis compluribus Scripturæ locis. Dicuntur Hebræi *sicco pede* fundum maris *perambulando transisse*, de quo bellè Basil. Seleu. Orat. 9. *Quod erat innauigabile calcabatur, & puluerulenti pedes hominum profunda maris percurrebant* Et Orat. 5. inquit de Arca Noë: *Velut in curriculo vndis inuecta, non proscindens fluctuum profunda, sed equitans in salo, velut in solo; vice baseos erat pelagus.* Et Orat. 15. scribit pereleganter: *Mare finditur, & pedibus transmittitur, vndarum ingenium docetur hominum ferre vestigia.*

Exod. — Labores Ægyptiacæ captiuitatis. — Ioseph. — Exod. — Mare sicco vestigio calcatur. — Exod. — Lorin. — Basil Seleu.

51. Egressi verò mare rubrum deserta Sina montis occupauerunt; Aduerte, quod plura Achior intermittit, quæ in Exodo narrantur: neque enim illius instituti erat omnia recensere, sed præclariora quæque breui perstringere, vt nosceret Holofernes gentem Iudæam, & vires, quibus confisi, præsumerent resistere Assyriæ potentiæ, cui cesserant finitimæ regiones. Additur desertum Sinæ montis adeò esse vastum, & horridum, vt in eo homo habitare non potuerit: hoc est, inhabitabile vulgò erat; etsi pastores ibi greges minarent suos. An verò postquam aqua vbertim fluxit è saxis, eremus illa habitari potuerit, affirmat Abulensis in cap. 21. Numer. quæst. 2. nec abnuunt recentiores. Sic enim excreuit hominum numerositas, vt nulla iam eremus. Quod eleganter dixit Tertullianus, lib. de anima, cap. 30. *Omnia iam peruia, omnia nota, omnia negotiosa: solitudines famosas retrò fundi amœnissimi oblitterauerunt, syluas arua domuerunt, feras pecora fugauerunt, arenæ seruntur, saxa panguntur, paludes eliquantur, tantæ vrbes, quantæ non casæ quondam. Iam nec insulæ horrent, nec scopuli terrent, vbique domus, vbique populus, vbique respublica, vbique vita.* De aquarum amaritie in dulcedinem versa, dicitur Exod. 15. e Annonam

Eremus iam nulla. — Abul. — Tertull. — c. i

de cœlo confecuti sunt, id est, Mânna; item volucrum carnibus pluit cœlum. Quod perbellè dixit Seleucus, Orat. 31. *Auium nubes aër dependebat, velut peregrinis hospitibus obsonium apparans.* Et S. Zeno Veron. 1. de Isaia. *Quid; quibus de cœlo quotidianum manna in eremo, & aqua potui è saxo, quæ per lignum amara dulcis effecta, quam per lignum crucis amaritudine exclusa, gentilitas bibituri esse mus?*

Seleuc. — Zeno.

§. XIV.

Diuturna miseria, seu captiuitas, sua commoda habet: hinc cœlestis Beatitudo appellatur Captiuitas.

52. SOlent homines in ærumnis, & ægritudinibus, cùm diuturniores sunt, præ consuetudine, non admodum molestè ægritudinem, aut ærumnam ferre; sed benè se habent in calamitate, illámque iucundè tolerant, quasi grauiùs ferrent deuenire infeliciorem, sed ignotum statum, relictis ærumnis, quibus assueti sunt. Videas remiges transtrorum laboribus, molestiis, verberibus assuetos, expleto, damnationis tempore, vili pretio iterum atque iterum sese vendere in diu expertam seruitutem: nec magni æstimant optatam felicitatem libertatis assueti Tyrannidi seruitutis expertæ. Ioannis 5. vidit Christus Dominus ad probaticam piscinam Paralyticum illum, triginta, & octo annos habentem in infirmitate suâ, & desiderio salutis expectantem in vastis illis porticibus, inter turbam infirmorum prætolantium aquæ motum: & vers. 6. prope ægrotum accedens, ait illi: *Vis sanus fieri?* Superuacanea videtur hæc interrogatio: Et, vt Theophylactus, *Non solùm superfluum esset, sed insipiens quærere, an æger vellet sanari?* Vnde S. Cyrillus inquit, quod *Interrogatio huiusmodi, si velles rem optatam consequi, ad aliud occultius intelligendum reducit.* Quodnam est, quæso, hoc occultum, & abstrusum in istiusmodi interrogatione? Porrò certum, & indubiũ est hunc paralyticum non tantùm velle, sed & suspirare salutem, vtpote lenamen molestiarũ, quas pauper ægritudo patiatur, necesse est. Quomodo ergo Christus eum interrogat, an sanari velit? Suspicor ideo oriri posse rationem dubitãdi, an paralyticus sanitatem vellet, quia triginta, & octo annos habuit in infirmitate sua Nam diuturnitas infirmitatis, aut laboris, nescio quæ commoda exquisiuit, & reperit in calamitate ipsa, vt magis placeant illi ærumnæ expertæ, quàm felicitas ingustata. *Esta bien hallado en sus penas, como el forçado que no sabe salir del remo.* Vnde Christus paralyticum rogat, an velit salutem, an perdurare in diuturna infirmitate. Hanc expositionem insinuat Simon de Cassia, sic inquiens: *Vis sanus fieri? Placere tibi sanitas?* Ergo infirmitas (diuturna) *displiceat; imò sanitas magis placeat.* Itaque Christus exigit ab Paralytico triginta, & octo annorum paralysi laborante, vt magis illi placeat salus læta, quàm infirmitas diuturna Quasi adsit dubitandi ratio, an placeat magis paralytico perseuerantia in molestia paralysis diu expertæ, quàm iucunditas aptatæ salutis.

Quidam benè se habent in ærumnis. — Ioann. — Theoph ibi. — Cyril. lib. 5. c. 124. — Simon de Cassia lib. c. 27.

53. Hebræa quondam gens, Patriarcharum prosapia nobilis, Circumcisionis charactere superba, despiciebat ethnicos, vt ignobiles Et tamen durans passa est seruitutem, sub iugo Ægyptiorum diu gemens &

Seruitus diu experta, libertatem inexpertam respuit.

e R.P. Didac. de Celada in Iudith.

& oppressa. Seruiebat ingenuus olim populus, vilissimo luti, & lateri, ministerio: cuius molestas, & inhonestas ærumnas euulgant priora Exodi capita. Dei populus seruitutis impatiens, clamabat ad cœlum, suspirans ingenuam libertatem. Quam vix obtinuit, cùm optatam libertatem ferre non potens, leuissimam ob causam desiderat seruitutem, Numerorum 11. v. 18. Dixit Dominus ad Moysem: *Ego audiui vos dicere: Benè nobis erat in Ægypto.* Verùm Hebræi in Ægypto dura seruitute premebantur & vt vilissima mancipia tractabantur: patriæ extorres, libertatis expertes, vilissimis, & ærumnosissimis erant addicti ministeriis; flagellis obnoxij, & vt vno verbo dicam, planè erant ingenui homines Ægyptiorum mancipia. At seruitute innutriti, & eiusmodi vilitatibus, & laboribus assueti. Et sic tam diuturnæ seruituti assuefacti, vt asserti in libertatem, desiderent anxiè, & suspirent auitam seruitutem, ita vt planè affirment, melius cum ipsis actum fore, si in seruitute experta perseuerarent, quàm si in optata libertate perdurent. Pluris enim faciunt, & iucundius illis fore existimant, assuetum diuturnæ seruitutis subire iugum, quàm optata & nobili libertate potiri. Vnde in desideratam libertatem vindicati, seriò desiderat diu perpessam seruitutem, clamantes: *Benè nobis erat in Ægypto.* Id est, melius est nobis perdurare in seruitutis molestiis diu expertis, quàm nouiter experiri felicitatem libertatis inexpertæ.

Exod. — Numer.

54. Illud Psalmi 67. v. 19. *Ascendisti in altum, &c.* Paulus ad Ephesios 4. v. 8 sic scribit; *Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Id est, Christus Dominus die Ascensionis ouans, ascendens in cœlum triumphali pompa, duxit captiuam ipsam captiuitatem, donatiuáque largitus est hominibus. Seriò quærunt interpretes, quænam sit hæc captiuitas, quæ vincta, & victa in cœlum ducitur à Christo triumphatore? Qui iam aiunt esse Mortem, quam in Cruce detriumphauit. Num in Cœlo, quæ terra viuentium est, Mors locum habeat: in cœlo fertè, terrori erit cœlicolis? Alij autumant *captiuitatem* esse Peccatum. Perperam quidem; nam in cœlo locus non erit Peccato, nec deuicto, nec captiuo. Num inferni regni dira tyrannis *Captiuitas*, dicitur, & in Christi triumpho catenis vincta trahitur? Non apta prosopopœia hæc foret, accommodatior fabulosis scenis, quàm nostræ fidei mysteriis. Quænam ergo est istiusmodi captiuitas, quæ captiua ducitur in ouatione Christi triumphantis? Cardinalis Caietanus, quo pollebat ingenij acumine, sic audax scribit, commentans locum Pauli: *Christus ascendens in altum, hoc est, in cœlum, captiuam duxit captiuitatem: pro quanto Sanctos omnes, qui captiui erant in lymbo duxit in Cœlum: quod est tanquam de captiuitate in captiuitatem ducere.* Scilicet Sancti Patres, qui multis retrò seculis in lymbo captiui erant, captiui ducuntur in cœlum: & de lymbi captiuitate in cœli captiuitatem ducuntur. Profectò paradoxon videtur Caietani sententia. Porrò Sancti Patres Christi
55. Dei laterones feruntur in Cœlum, diu optatum; in Beatitudinem, inquam, quæ centrum est animi, spei quies, visio Dei, fruitio gloriæ, possessio summi boni, & felicitas sempiterna; in quâ potiuntur libertate Filiorum Dei: & tamen ausus est dicere, sanctos Patres abire in captiuitatem? Num cœlestis beatitudo, captiuitas est? Minimè quidem. At cùm Sancti Patres diuturnissimæ captiuitati assueti essent, Cœlum ipsum, & delicias gloriæ, appellat Caietanus captiuitatem. An vt sic declaret quàm auidè in cœlum SS. Patres perrexerint; quasi qui non dimiserint commoda diuturnæ captiuitatis, sed mutauerint, transeundo à lymbi captiuitate in quasi captiuitatem cœlestem? Vt Beatitudo ardentiùs appeteretur à Sanctis Patribus, captiuitati diu assuetis; captiuitatis vocabulo nominanda est; vt sibi persuadeant in cœlo dennò possidendo? non amissuros commoditates, (si quæ erant) in diuturna captiuitate, & si de se commoditatis extranea? Num quantum Sanctos Patres alliceret Beatitudo, quia libertas de nouo possidenda est, tantum fortè deterreret, quia captiuitas non est: & quia cùm sit Beatitudo omnium bonorum cumulus, illi non deest, quicquid commodi in captiuitate lymbi fortè experti sunt Sancti Patres? Inde Beatitudo dicitur *captiuitas, & de lymbi captiuitate in captiuitatem* cœli duci dicuntur? Valdè ausus est Caietanus. (Impropriè satis dicitur cœlum captiuitas, fortè quia voluntas beatorum ibi cogitur ad Dei amorem? Sed viderit Caietanus pro sensu id dixerit: non enim defendo, sed expendo eius verba.) Vnde Hebræi, qui hîc v. 10. dicuntur prægrauari durissima Ægypti captiuitate, suspirantes libertatem ingenuam, mox dicuntur pœnituisse libertatis possessæ, & suspirasse seruitutem relictam, & diu expertam. Iudith.

Psalm. — Ad Ephes. — *Cælum dicitur captiuitas, & quare.* — Caiet.

§. XV.

Leue malum præsertim repetitum, non leuiter ferit.

56. POEna nulla, nullúmque malum leue est patienti, imò sæpe plus ferimur exiguis nocumentis. Nam maiores ærumnæ, aut quia rariores sunt, aut quia paratiores inueniunt homines, minùs molestiæ afferunt, fortiùsque tolerantur. Exigua mala sæpius iterata, exiguum dolorem non afferunt. Magna calamitas virum reperit, aut facit, quæ cùm diuturna non sit, (nihil enim magnum diuturnum est in hac vita, quia aut perimit, aut transit,) leuamen habet ab ipsâ moræ breuitate. Tum quoniam ipsa sui magnitudine vires, & animos excitat ad tolerantiam, & à magnitudine vincitur: quod autem leue est, nullam magnam virtutem auxiliarem aduocat; & quia leue malum sæpè pungit, leue non est, neque enim leue est semper cruciari. Semper male est, cui nunquam benè est. Plus molestiæ infert repetita leuitate molestiæ, quàm molestia plagæ. Vidimus viros fortes, flectinescios ad maiora mala, succubuisse exiguis. Iob. cap. 14. v. 19. *Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terrà consumitur: & hominem ergo similiter perdes.* Saxeam lapidis duritiem frequens guttula emollit, & excauat: nec rupes durissimæ, & brutæ cautes valent resistere molli aquulæ guttatim ferienti. Tenui stillicidio corruunt arces, & superba regum palatia; & alluuionis aqueâ vi, ripa fluminis lambitur adulante morsu, & placido appulsu paulatim exeditur: corroditur, consumitur. *Et hominem ergo similiter perdes.* Non aduocat Deus in fortissimum quemque perdendum sæuiores tempestates, & atrociora tormenta; nam horum patientia magnanimitatis negotium est; sibique & famæ adulantur homines magna patiendo. Inertem, & desidem animum crebrò pungunt minutissima mala, & continua punctione molestant, & perdunt. *Et hominem ergo similiter perdes.* O quot viros similiter perditos gemimus!

Leue malum repetitum acerbè ferit. — Iob.

57. Exodi 8. vers. 17. *Dixit Dominus ad Moysem, extende virgam tuam, & percute puluerem terræ, & sint*

Exod.

sint ciniphes in vniuersa Ægypti. Super quibus verbis, sic fatur Origenes: *Hoc animal pennis quidē suspenditur per aëra volitans, sed ita subtile est, & minutum, vt oculi visum nisi acutè cernentis effugiat; corpus tamen cùm insederit, acerbissimo terebrat stimulo; ita vt quem volitantem videre quis non valeat, sentiat stimulantem.* Perexiguæ admodum bestiolæ ciniphes sunt, & muscarum genus minutissimum, & quod visum effugit præ exiguitate. At paruus, & pertenuis hostis, adeò molestus est: vt DeoOptimo Maximo militet aduersus indomitam Pharaonis potentiam, & tanti regni vires. Minutus hostis, sed peracerbus tenuitate. Et qui præ exilitate videri non potest, & vix aliquid esse apparet, Ægypti calamitas est; & plaga sæuior. Vix apparet aliquid esse, & multus est ad molestiam, & pestis irremediabilis, & venenata punctio. Nam vt ibi aduertit Caietanus, *Defensioni locum nō relinquit.* Quis enim defendere se potest ab hoste tam exili, qui visui non apparet? Imaginationi imputabitur, & impatientiæ, si quis de istiusmodi plagula conqueratur, & tamen subtilis hic hostis minutus, & inuisibilis, acerbissimo terebrat stimulo. Sapienter inquit Lipomanus Metonensis in catena, quod hæc plaga culicum immissa est Ægyptiis, *Vt nomen Dei illustretur, & consecretur in publicum supplicium vrbium, ac regionum.* Notanter dixit *supplicium consecretur.* Nam minutissima hæc plaga ciniphum, & culicum exigua molestia *consecratum supplicium est*: id est, specie tenus leue, reuera magnum. Vellem vt Lipomani verba forent alicuius Sanctorum Patrum, vt illa emedullarem ad rei præsentis exaggerationem. Porrò sacramentis grauida sunt. Sat, indicasse, pergo ad alia.

Exiguus ciniphum plaga molestissima.

Origen. · Caiet. · Lipoman.

58. Prædicauerat Ionas Niniuitis vrbis euersionem: *Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientem ciuitatis. Et fecit sibimet vmbraculum, & sedebat subter illud in vmbra*, Ionæ 4. vers. 5. Leue profectò solamen vmbella fuit ad recreandum Prophetam à tot laborum molestiis, quibus angebatur. *Et preparauit Deus vermem, & percussit hederam, & exaruit.* Quod tam acurbè tulit Ionas, vt addiderit textus sacer quòd Propheta *petiit animæ suæ, vt moreretur, & dixit: Meliùs est mihi mori quàm viuere.* Vel vt Septuaginta trãstulerunt, iuxta Complutensem Codicem, & Regium: *Et destitue batur anima sua.* Quis non miretur Prophetam hunc magna peti solitum ob hederæ, aut cucurbitæ defectum, tam grauiter, & acerbè conquestum fuisse? *Destituitur anima sua*, quia *Deus percussit hederam, & exaruit.* Tantine faciendum foret à Propheta herbaceum vmbraculum, vt animo despōderet, & expeteret mortem, quoniam tenui, & malignâ vmbrâ priuatur? Valuit denunciare barbaro Regi vrbis & Imperij sui excidium; valuit ob commune vectorum bonum à Nautis petere, vt ipsum in mare verticibus sæuum, eiicerent ad certum naufragium; valuit in voraci bestiæ aluo intrepidè habitare triduo: acerbissimos valuit exantlare labores, & in calamitatibus stabat intrepidus; & quoniam tenuis vmbellæ tenue leuamen illi subtrahitur, grauiter irascitur, animo deficit, & in iras actus, petit animæ suæ, vt moreretur? Quid quæso aliud faceret pusillisanimus quisque homo in grauissimâ ærumnâ? Animosè subit Ionas tot pericula, stat intrepitus in sæuiori calamitate, & tam acerbè fert perexiguum vmbraculi defectum? Opportunè satis ait Theophylactus, id accidisse, *Vt discamus humanam imbecillitatem*: quæ leuissimis molestiis impar est, quæ acerbè fert ex... ua incommoda, & acerbè feritur rei minutissimæ defectu. Arescit cucurbita, siue hedera, & vsque ad mortem contristatur Propheta, quia tenuis vmbellæ commodo caret. Culicibus & muscis, tenuibus animalculis tota conflictatur, & luget Ægyptus. Non est leue malum, quod non leuem plagam, & dolorem facit.

Ionæ. Ob carentiam leuis commoditatis angitur Propheta.

Complut. Regia. · Theophyl.

59. Accinit illud Ioannis 5. cap v. 5. Cùm enim videret Christus Dominus ad probaticam piscinam paralyticum quempiam, triginta & octo annos decumbentem in lecto infirmitatis suæ, & totis viribus ad salutem corporis conantem, dixit illi: *Vis sanus fieri?* Quid opus fuit eiusmodi interrogatione? Cui dubium esse poterat, hunc paralyticum, qui triginta, & octo annos ibi aderat salutis quærendæ causâ, quin vellet sanari? Hæc verba expendens Theophylactus, sic ait: *Vis sanus fieri? Hoc enim non solùm superfluum esset, sed insipiens quærere an æger velit sanari? Factum ergo, vt monstretur nobis hominis patientia. Quid igitur ille? Multâ cum mansuetudine respondet: Etiam, inquit, Domine, volo quidem, sed non habeo hominem.* Itaque Christus Dominus quasi superfluè, & inopportunè videtur interrogare, quod vt certum supponendum foret, vt paralytici imperturbatè, & tranquillè respondentis, manifestaretur patientia. Insolens apparet hæc Theophylacti expositio. Porrò hic homo pauper erat, paralyticus, quin & cæcus ex Chrysostomi sententia, hominem non habebat; tolerantissimè salutem triginta annorum spatio expectauerat. Nónne in his maximis ærumnis patientissimè toleratis sufficiens specimen patientiæ dedit? Nec publicata fuit eius patientia, quoadvsque ad intempestiuum verbum non excanduit, sed pacatè dedit responsum valde mite? Ita sanè, ait Theophylactus, inquiens, interrogationem indubitatæ rei à Christo esse factam. *vt monstraretur nobis hominis patientia.* Quasi in magnis rebus præferendis non tam monstraretur, quam in exiguis, & minutissimis occasionibus. Vnde hîc vers. 10. culicibus, & ranis, & aliis plagulis repetitis vexat, & exagitat Deus Ægyptiorum potentiam

Ioan. · Theophyl. · Iudith.

§. XVI.

Reprehenditur, & eu gorater virtus eius, qui ad ampliora munera non promouetur.

60. PLanè fateor plures esse qui hodie impræmiata merita cōqueruntur, accusantes Principem, eò quòd honoribus muneret ambitionis negotiationes, non meritorum sublimitates: & ita virtute inhonoratâ prohiberi studium virtutis. Scio plurimos sine causa queri, qui *desidia sua prætendunt alienam*: (verba sunt Plinij) (& infelicitatem ingenij sui, infelicitatem esse temporum obmurmurant; suàmque ipsorum tenuitatem querimoniis excusant, incusantes fortunam, & accusantes Principis consilia. Verùm enim verò etsi virtus vbique fulget, vbique suum habet pretium. vt in luto gemma; tamen præmium calcar addit ad merendum; & qui impræmiata relinquit bona studia, virtutem fascinat, & bene currentes ab studiorum cursu inhibet. Magnus vir virtute, ingenio Nazianzenus fuit, nec minor Basilio, & planè maior cæteris sui æui: Basilius illustri & opulentæ Cæsariensium Ecclesiæ præfectus fuit; Nazianzenus verò inglorië omissus. Nec accitus ad Ecclesiæ aliū præfecturam, coactus fuit à Basilio Sosimorum præesse Ecclesiæ: Ecclesiæ, inquam, exiguæ pauperi, remotæ; quod tam grauiter tulit S Nazianzenus, vt hæc

Plinius l. 4. Epistol.

Impræmiata Nazianzeni sapientia quasi fascinatur

Nazianz. hæc dixerit in Oratione de laudibus Basilij: *Cùm cætera omnia huius viri facta supra quam dici queat, admirer, vnum hoc laudare nequeo, eam nimirum quam in nos adhibuit nouationem, ac diffidentiam, cuius mœrorem nec tempus quidem exhaurire potuit. Hinc enim omnis vitæ inconstantia, & perturbatio manauit; quodque philosophari nequiuerim, aut certè non extiterim.* Legatur hac super re Scholiastes.

Iacobus Bilius, n. 85. Itaque cùm Nazianzenus coactus est tam exiguum tantis meritis honorem inglorium acceptare, nec illustriores, vt reliqui sibi suppares, honores nancisci, *diffidentiam* sui appellauit; & tristitiam eius rei, nec tempore (quæ mœroris medicina est) consolandam, quippè quæ causa extitit *perturbationis, & inconstantiæ* rerum tunc Nazianzeni; ab eóque dedecore prohibitus fuerit tam feliciter, vt cœperat, *philosophari*. Vides quàm grauiter conquestus est Nazianzenus de hac quasi contumelia, qua dicit eius ingenium inhiberi, & studia sisti, quia coactus sit hærere tenui, & inglorio muneri? Non quia Nazianzeni patiens humilitas par non fuerit dedecori sustinendo; sed quia sæpe commendata sapientia felicitate ipsa exercitatur certè (quod veriùs puto) quia tunc non tanto fuit in pretio eius sapientia: & ita non tantum tunc valuit apud homines, ad coërcendos mores; & reprimendos errores, quod maximè intendebat Nazianzenus, vt ipse ibi indicat.

61. Psalm. Psal. 105. vers. 9. *Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est.* At nusquam legitur reprehensum mare Rubrum, cùm filij Israël sicco vestigio hinc inde agglomeratis vndis perambularunt. Tantùm enim legitur Exhod. 14. v. 22. *Et ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextera eorum, & læua.* Sistuntur vndæ, & increpari dicuntur; Prohibetur cursus aquarum diuina omnipotentia, & dicuntur reprehendi? Audiendus est S. Augustinus in præfata Psalmi verba: *Et increpuit mare Rubrum, & exsiccatum est Non legimus vllam, qua increparetur mare emissam cœlitus vocem, sed potentiam diuinam, qua id factum est, increpationem appellauit: nisi fortè quis dicat latenter increpatum.* Quæ latens hæc increpatio, si nulla emissa est vox, qua increpatum fuit mare? Porrò increpatio vocalis reprehensio est. Num prohibitio cursus increpatio est? & reprehenditur mare stitione fluentium vndarum? Ita planè fluunt vndæ natiua vi fluxus, seu refluxus, inhibetur à Dei potentia expetitus cursus aquarum, ne appetitum & debitum sibi cursum teneant: hæc grauis reprehensio sic vndas exasperat, vt ab eiusmodi increpatione siccentur? *Increpuit mare Rubrum, & exsiccatum est.* Scilicet, vel ipsæ aquæ siccantur, quia stagnare imperantur, & fluere prohibentur? Statio in eodem loco, aut prohibitio ad expetito & debito cursu, acris est reprehensio. Scilicet tacitè increpat ingenium, & sistit studiam, qui inhibet ne vlteriùs decurrat, illúmque prohibet, vt Nazianzenum, ne vltra *philosophari* audeat, aut possit cum tanto Ecclesiæ fructu.

Exod. *Qui non promouetur tacitè reprehenditur.*

August.

62. Matth. Matthæi 17. vers. 18. Christus Deus omissis ad montis radicem reliquis discipulis, tres solos admittit ad Thaboris gloriam: interim dæmoniacus adducitur ad relictos cum turbis discipulos, qui curari ab eis non potuit. Igitur vbi descendit Dominus è Thaboris monte, offertur illi curandus à dæmone possessus homo, statim dæmon expellitur à Christo: *Et tunc accesserunt discipuli ad IESVM secretò, & dixerunt: Quare nos non potuimus eiicere illum?* Super quibus verbis sic ait S. Chrysostomus: *Acceperunt discipuli à Domino potestatem spirituum immundorum, & quia oblatum dæmoniacum curare non poterant, videtur quod in dubitationem deuenerunt, ne fortè gratiam, quæ erat eis tradita, perdidissent.* Itaque discipuli omnes potestatem acceperunt à Christo pellendi dæmones, & modò id præstare non valent, ad quod potestatem acceperant. Quid causæ esse potest, vt quod possunt non præstent? Num eiusmodi potentia ablata à Christo est? Quid! pœnituit Christum gratiæ datæ suis Apostolis? Quid ergo hebetauit potentiæ vim, quam nec retardare valebat dæmon? Pulchrè S. Hilarius his verbis ad aliud intentum iam datis & expensis: *Nam Domino in monte demorante, & ipsis cum turbis residentibus, quidam torpor fidem retardauerat.* Scilicet Petrus, Iacobus, & Ioannes sublimantur ad Thaboris gloriam, reliqui discipuli omittuntur cum turba, quibus nec conceditur locus ascendendi, sicut alij ascendunt: hinc torpor & hebetudo, virtutis; & licèt à Domino habeant vim dæmonum expellendorum, tamen virtus stitione repressa, & à progressu inhibita, quasi ægra à fiduciæ langnore infirmatur, nec valet ad patranda opera, quæ alioqui exercere valebant, & *philosophari nequeunt*, vt Nazianzenus, infirmitati tanquam fascino quodam. Sic marini fluctus expetito, & debito cursu inhibiti, & diu durare in eodem loco coacti, exsiccari, & increpari dicuntur, qui vetantur adipisci debitum sibi locum. Ergo esto attentus munerum distributor, ne peritos stitione, vt vndas increpes; nam enigorabis vel discipulorum virtutem. Vnde hîc vers. 11. dicitur, aquas, quasi murum solidari, & sisti: Psalmo illo 105. dicuntur reprehendi.

Æmulatur potentia discipulorũ, qui non promouentur.

Chrysost. hom 59.

Hilarius.

Iudith. Psalm.

§. XVII.

Vita solitaria asylum est à vitiis; fomes virtutum & Gloriæ locus.

MVltorum conuersatio inimica virtuti est: nemo se tutò commisit turbæ; nam vitium, quod ab experientia esset in multis probat, approbat; turbatur vita humana conuersatione hominum, aliena vitia, etiam quæ detestamur, per oculos, & aures in nos irruunt, & facto impetu vel nolentes expugnant: *Auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior; imo verò inhumanior, quia inter homines fui*, ait Seneca. Qui ad probitatem concinnant ingenium, turbam vitant; nam solitudo ingenuum virtutis est, sanctitatis ars, vel potiùs arx: *Spiritualis arx*, dicitur solitudo à S. Basilio. Cui assentitur S. Nazianzenus inquiens; *Ab arce nostra, hoc est à solitudine.* Porrò in tuto est quisquis in arce est; nam defenditur murorum robore, altitudine turrium, machinarum ingenio, & militaris roboris præsidio. Ergo Christianæ gentis *arx*, solitudo est. Quam S. Nazianz. vocat *Asylum.* Aptè quidem: nam asylum securitas est delinquentium, ibi multorum flagitiorum reus in tuto est: *Asyli* enim reuerentia exarmat seuerissimæ iustitiæ armatam manum, & impunem reddit, quem grauiter puniendum ius decernit. Et quidem secessus *asylum* est, non tantùm à criminum reatu, sed & ab ignorantiæ vitio. Non brutescit homo in syluis, & vastis solitudinibus versans inter bestias, sed diuiniora sapit: *Solitaria namque vita cœlestis doctrinæ schola est, & diuinarum artium disciplina*, inquit Basilius. Procul turbis docet Deus cœlestia mysteria. Eremus gymnasium Dei est & eruditio cœlestis, vbi Deus veros veri Dei adoratores fabricat, Ioan 4.

63.

Senec ep 7.

Eremus arx, & asylũ est.

Basilius de laude Vitæ solitariæ.

Nazianz. Orat 1.

64.

Basilius de laud. Ereml. *Monachi eruditur veri adoratores*

Ioan.4.v.23. ait Christus ad Samaritidem: *Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate.* Vetus quæstio est, quinam sint hi veri adoratores Dei, ac si cæteri non verè, sed specie tenus adorent Deum? Sanctus

Athanas. in Quæstion. ad Antioch. Athanasius (si illud opus Athanasij est) quæst. 59. ita scribit. *Quinam sunt illi veri adoratores, qui neque in hoc monte, neque Hierosolymis, sed in spiritu adorant Deum, & in veritate? Responsio: Isti sunt qui in desertis montibus, & qui in speluncis, & cauernis terræ habitant, qui citra congregationē Ecclesiæ per opera bona Dei spiritu illuminati, in spiritu & veritate adorant Deum.* Valde audet hîc Athanasius. At minimè negat cæteros, qui solitariam non agunt vitam, veteros Dei adoratores esse; sed eremi cultores præcipuam esse nostræ Religionis portionem affirmat: quippe qui omnibus spretis vnius Dei adorationi vnicè vacant. Nam vita solitaria *cœlestis doctrinæ schola est*, vbi *veri adoratores Dei*, Deitatis ediscunt arcana.

65. Basil. suprà. *Eremus fomes est virtutum.*

Nec miror planè *viros adoratores* dici, qui in secessu vitam agunt, cùm S. Basilius appellet eremum fomitem virtutis, sic inquiens: *O eremus mors vitiorum, ac proculdubio fomes, ac vita virtutum!* Et quidem, qui cum multitudine conuersatur, nescio quo quasi occulto fomite agitur ad vitium:

Senec. ep 7. *Facile transitur ad plures*, ait Seneca, *nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut nescientibus allinit. Malignus comes quamuis candido, & simplici, rubiginem suam affricuit. Nunquam mores, quos extuli, refero. Aliquid ex eo quod composui, turbatur, aliquid ex his, quæ fugaui, rediit.* Christi Dei virtus nihil deperdere poterat ex conuersatione hominum, & turbarum frequentia: & tamen

Lucæ. *Christus ad patrandum fugit turbā.* Theoph.

vt quoddam miraculum patraret, Lucæ 8. v. 51. *Non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, &c.* Quasi arcet turbas, vt miraculum faciat? Num multitudo imminuet Christi virtutem? Opportunè Theophylactus: *Non permisit intrare, &c. Quia cùm quis debet miracula patrare, non decet ipsū esse in medio plurimorum, sed solitarium, & ab aliis separatum.* Christi virtus minui non potest vllo humano impedimento; at nihilominus ad exerendam vim miraculorum non permittit turbas, sed eas arcet, vt maneat *Solitarius, & ab aliis separatus.* Hæc cautio, nostra eruditio est: vt sciant homines, quòd hominum frequentia virtutem lædere, & culpare innocentiam solet, & irritare ad vitia. At vita & solitaria *mors vitiorum est, & proculdubio fomes virtutum.* Sūt in nobis praui apetitus; & motus naturaliter luxuriantes ad vitia, qui *fomes peccati* dicitur à Theologis. Simus nos in solitudine, quæ *fomes ad virtutem* dicitur à Magno Theologo Basilio, quo feramur ad cœlestia, ad virtutem, ad omnes santitates.

66. Parùm esset, quod vita solitaria sit *arx* religionis, *asylum* à vitiis, veræ fidei & religionis matrix, mors culpæ, & *fomes* virtutum, nisi etiam foret imitamentum Paradisi, & præludium quoddam beati-

Eremus paradisum imitatur.

tudinis, vbi piæ animæ deliciantur: *Eremus nempe est paradisus deliciarum*, dixit S. Basilius suprà. Et Petrus Damianus ser. 59. *Verè claustrum est paradisus. Hîc prata virentia Scripturarum, præterfluens lacrymarum vndositas, quam de puris affectibus amor illæ cælestis eliquat; hîc sunt arbores erectissimæ, chori Sanctorum, nullaque est, quæ non multa gaudeat fructuum vbertate.* Ergo aut paradisus est vita solitaria, aut solitariæ vitæ debetur paradisus.

67. Philo lib. de mundi opificio.

Philo: *Viro autem*, (nempe Adamo) *adhuc solitariam vitam degente, necdum formata muliere, paradisus à Deo plantatus dicitur.* Parum est solitudinem esse instar paradisi; locus gloriæ est solitudo. Sollicitus ille pastor, qui erroneam ouem anxiè quę-

Lucæ.

rit, Luc.15. v.4. *Nonne dimittit nonaginta nouem in deserto?* Quidnam intelligitur deserti nomine? Planè

Gregorius hom. 34.

cœlum intelligit S. Gregor. aiens. *Dimisit nonaginta nouem in deserto, quia scilicet Angelorum choros reliquit in cœlo.* Ecce Synonymon est desertum, & cœ-

Eremus est locus gloriæ.

lum, & deserti nomine cœlum significatur. Neque enim satis dignè solitudo explicaretur, nisi paradisi, & cœli nomine vocaretur. Christus Dominus, vt suæ beatitudinis glorias ostendat, tres tantùm discipulos ducit ad Thaboris recessum: *Duxit illos in*

Matth.

montem excelsum seorsum, & trāsfiguratus est ante eos, Matthæi 17. v. 1. In via excelsi montis crepido satis solitaria erat. Addit Euangelista, *seorsum*, quod inaccessum locum indicat. Et ad hunc locum ascensu arduum, situ (quia *seorsùm*) inuisum tres solos secum vehit discipulos, relinquens cæteros cum turbis, addēs ad solitudinem loci discipulorum solitudinem. Quorsùm tam inaccessus quæritur locus ad ostēdendam gloriam? Nonne præstaret coram multitudine manifestare gloriam suam; aut saltem discipulos omnes secum ferret? Quam ob causam inac-

Abul. ibi. quæst. 18.

cessam loci solitudinem affectat Christus ad gloriā ostendendam? Luculenter Abulensis respondet: *Nempe ad ostendendam locum gloriæ.* Scilicet locus gloriæ non sunt vrbes frequentiâ hominum insignes, nec campi agricolarum causæ, & facilis est hominum accessus, sed Thaboris crepido, nempe ardui montis vertex, excelsus seorsùm & cum tribus tantummodò discipulis, vt adhuc in solitudine quærat solitudinem; ibi tanquam transfiguratur, vt

Iudith.

ostenderet recessum solitudinis esse locum gloriæ. Vnde hîc vers. 14. dicitur, quod Deus ducens populum suum ad desertam solitudinem, ibi eum quam amantissimè tractauit, pauit cœlesti manna, &c. vt sic commendaret desertum vti æmulum paradisiacæ voluntatis & gloriæ.

68. Quid ergo facient Religiosi viri, quorum vita in promptu est, tota versans inter homines ad eos

B. Borgiā in frequentia solus.

spiritualiter iuuandos? Scimus nonnullos Sanctorum huius æui, nempe sanctissimum Franciscum Borgiam, & S. Carolum Borromæum, &c. sic inter turbas hominum corpore versari, vt anima solitudinis deliciis potiretur. Quod laudabat olim sanctus Nazianzenus, inquiens: *In media luce versantes solitariæ vitæ rationem seruant.* Aliud etiam re-

Naz. Orat. de Pace. *Exercitiis spiritualibus aliquoties vacandū est.* Nazianz. Orat 27.

medium adhibuere hi præstantes sanctitate viri; scilicet statis anni temporibus in secessu & exercitiis spiritualibus vacare procul à turbis; quod præscribit idem sanctus Nazianzenus, aiens: *Ioannes in deserto, & Iesus ipse, vt actiones multitudini hominumque frequētia, ita preces quieti, locisque ab hominum commercio semotis, ferè tribuebat. Hoc exemplo præscribens, ac velut lata lege promulgans, nobis quoq; ut nonnunquam faciendum esse, vt quietem amplexemur, ac nos ab hominum frequentia in solitudinem asseramus, vt sine vlla fæce Deum alloquamur.* Sine fæce Deum alloquitur, qui in solitudine cum Deo agit; quasi qui inter homines versant, defœcatas preces non faciant; saltem turbæ, & negotia perstrepunt, & inquietant orationis silentium.

EVCHA

Digitized by Google

EVCHARISTIÆ ELOGIA.

69. INTER cætera beneficia, quæ Deus liberalissimè contulit in Hebræam gentem, illud præclarissimum iure habetur, cuius meminit hîc Achior vers. 15. aiens, quòd dum Hebræorum populus diu versaretur in vasta solitudine, *in qua nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit: illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum; & per annos quadraginta annonam de cœlo consecuti sunt.* Sanè nemo est, qui nesciat ex communi Patrum plausu, Mannæ nomine augustissimum Eucharistiæ Sacramentum adumbrari, vnde instituto meo deesse viderer, nisi aliqua sacræ Synaxis elogia breui libarem. Porrò tanta est excellentia huius cœlestis cibi, vt dixerit Dauid in Psalmo 11. v. 10. *Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum*, quæ verba ex Hebræa origine ita vertit Genebrardus ibi: *Secundùm altitudinem tuam epularis filiis hominum.* Scilicet sublimis altitudo Eucharistici mysterij tanta est, vt æmuletur augustam sublimitatem mysteriorum Diuinitatis. Prudentius sic pangit de Eucharistia:

Iudith.

Eucharistia est secundum altitudinem Dei.

Psalm.

Genebr.

Prud. præfat. Phychomac.

Mox ipse Christus, qui Sacerdos verus est,
Parente inenarrabili, atque vno satus,
Cibum beatis offerens victoribus,
Paruam pudici cordis intrabit casam,
Monstrans honorem Trinitatis hospita.

Eucharistia est honor Trinitatis hospita.

Ecce Eucharistiæ mysterium monstrat arcanæ Trinitatis decus sublime, totùmque factum est ad ostensionem diuinitatis, quæ sublimis eminet in hoc Eucharistiæ Sacramento. Ergo diuinitatem hospitam, eiusque illustriora attributa hîc rimari ambio. Et ne faciam cœlestis cibi & potus nauseam, ob longitudinem vnius paragraphi, illum in plures subiecare, pretium operæ me facturum existimo.

§. XVIII.

Meritum dignè sumentis Eucharistiam, Eucharistia corona est.

70. TAnta est huius Sacramenti dignitas, tam sublime, & augustum est sacræ synaxis mysterium, vt mentem excedat, transcendatque humanas spes. Quis est tam superbè ingeniosus, qui id excogitaret? Quis tam ambitiosè audax, qui præsumeret hanc gloriosam escam? *Ciborum ambitio*, inquit Septimius. Ambitio audacia est præsumptionis vltra propria merita, & captum: Ergo homo tenui merito exiguus, si à se spes conciperet huius gloriosi cibi, piâ ambitione religiosè superbiret. cùm vltra humanum fastigium audacter ambiret. Porrò homo è terra conceptus, è sordida materia natus, peccatis innutritus, totus degener est ignobili sanguine vilis Hic, hic inquam ambiat Dei corpore pasci, & Dei sanguinem in venis alere, & eodem ali? Agens de Sacramento Altaris, ita fatur Clemens Alexandrinus: *Vnicuique ergo nostrum licet Domino gloriari, Patre bono, æque bono sanguine me glorior esse.* O piam iactantiam! Ecce gloriatur vilis homuncio æquè bono sanguine ali, ac Christum Deum, imò ipsissimo: *Ego enim* (verba sunt S. Chrysostomi) *vos carnibus meis alo, m ipsum vobis oppono, vos omnes generosos esse volens.* Scilicet Deus corpore suo, & generoso sanguine homines alit, vt homines pristinâ vilitate relictâ, ad generosam cœli prosapiam sublimaret. Ioannis 17. vers. 22. sic loquitur Christus ad Patrem Deum: *Et ego claritatem, quam tu dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.* 71. Dubium est non leue apud Commentatores, quam hîc intelligat claritatem à Patre acceptã, & fidelibus communicatam? S. Cyrillus Alexandrinus, & Leontinus intelligunt diuinum honorem, qui humanæ naturæ Christi ex coniunctione cum diuinitate accessit: quem honorem communicauit fidelibus per corporis sui participationem in Eucharistia: quia quicquid gloriæ ex diuinitate corpori suo accedebat, largissimè communicauit Corpus suum communicantibus in Eucharistia. Sic fatur Cyrillus lib. 11. in Ioannem, c. 17. *Hanc*, inquit, *claritatem: & gloriam, Pater, quam mihi dedisti, quæ est, vt tecum vnum sim, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.* Quæ verba ex ipso Cyrilli contextu, & ex Maldonati intelligentia de Eucharistia accipienda sunt. Nempe Christus Deus fidelibus communicans in Sacramento altaris suum Corpus, & Sanguinem suum verè vnitum personæ Verbi; simul illis communicat suam claritatem & gloriam, quam Pater Deus illi dedit. O illustrem claritatem, ô generosam gloriam, & supra humanum fastigium! Tantane gloriæ prærogatiua vilissimo homini potest communicari? Planè superbè præsumeret, qui tantam gloriam affectaret. Vincit vota hominum Dei liberalitas, & huius Sacramenti munificentia superat audacem hominum ambitionem. Quis enim tantâ elatione superbiret, vt præsumat *æquè generosum sanguinem habere* ac ipsum Deũ. & *claritatem, & gloriam* Christi Dei ambiret? Transcendit spes humanas gloria, quam ab Eucharistia mutuamus: ait enim ipse Christus: *Ego claritatem, quam tu dedisti mihi, do eis* (nempe in Eucharistia, Cyrillo interprete) *vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.* Similitudinem vnionis, innuens, non identitatem.

Septim l. 2. adu Marc. c 18.

Homo æquè bono sanguine ac Deus alitur.

Clem. Alex. l. 1. Pædag. c. 6.

Chrysost. hom 61. ad populum Antioch.

Ioan.

Cyril. Alex. Leont.

In Eucharistia dat Christus claritatẽ, quam dedit illi Pater.

Maldon.

72. Ioannis 6. v. 27. Agens Christus de hoc cœlesti pane, vt aduertit Maldonatus noster ex multorum sententiâ, sic loquitur: *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis.* Profectò si cibus iste est Eucharistia, quomodo aptè dicere potuit, *operamini cibum?* Num hortatur homines, vt hoc Sacramentum instituerent? Nimirùm homo operetur Eucharistiam, quod propriũ solius Deus est? imò id humanas spes, & audaciorem cogitationem excedit. Quid mandat Christus hominibus, aiens: operamini cibum Eucharisticum? Num desiderat Christus, vt homines quodammodò cooperentur

Ioan. Maldon.

Homo quomodo possit operari Eucharistiam.

ad

ad inſtitutionem huius Sacramenti; Nam opus quomodocumque noſtrum, gratius nobis eſt, & iucundius delectat, & magis æſtimatur. Sic enim homo cooperabatur ad ſaporem Mannæ: nam vt dicitur Sapientiæ 16. v. 21. dum agitur de ſapore Mannæ, qui fuit huius Sacramenti typus: *Subſtantia tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat, & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati ad quod quiſque volebat, conuertebatur.* Opus enim ad quod quiſque quodammodo operatur, maiori in gratia, & æſtimatione habetur. Vel fortè Chriſtus hortatur, vt *operentur cibum* Euchariſticum, vt ſic ipſe quodammodò minuat non beneficium, ſed beneficij gratiam: ſiquidem tanta eſt gratia huius maximi doni, vt maximè oneret reſpicientem: Nam cùm impoſſibile ſit homini reddere ſufficientem gratiarum actionem pro tanto beneficio, hominem quaſi cogit ad ingratitudinem. Ergo Chriſtus minuere videtur beneficij gratiam, optans aliqualem hominis cooperationem, vt ita non tantummodò homines beneficio muneret, ſed etiam quodammodò condonet gratiarum actionem: (de quo infrà) ne homo oppreſſus tanti beneficij mole, impar ſit ad gratificandum munus.

Sap.

73. Verùm enim verò cùm non quieſcam in his argutiis; præſtat dicere his verbis expoſcere Chriſtum, quod mereamur hunc Euchariſticum cibum; quæ eſt pulchra P. Maldonati expoſitio. Nempe *operamini cibum* Euchariſticum, id eſt, *propriis operibus, & diligentia, Dei adiunante gratia, meremini.* Ac ſi à deſiderantis, vel accipientis merito quodam modo inſtitutionis laudem fœneretur Euchariſtia: nam conuiuatum dignitas, pompa conuiuij eſt: porrò accipientis meritum valde commendat Euchariſticum; cuius ſumma dignitas, ſicut velut denominatur demeritis illam recipientis, ſic maximè commendatur accipientis dignitate. Hinc nihil videas in ſacra ſynaxi, niſi coronas, quaſi Euchariſtia quæ à ſe dignè coronari meruit, etiam à meritis dignè accipientis, plures mutuetur coronas. Exodi 25. verſ. 23. propoſitionis menſa, quæ hanc diuiniorem menſam adumbrabat, coronis ornabatur: *Facies & menſam de lignis Setim, & inaurabis eam auro puriſſimo, facieſque illi labium aureum per circuitum; & ipſi labio coronam interraſilem: & ſuper illam, alteram coronam aureolam.* Ecce tibi Sacram menſam bis coronatam, ſemel diuinitatis corona, & iterum meritis condignè accipientis. Vis oculis cernere Calicem potatoris merito coronatum? Lege Tertullianum, ita ſcribentem: *At calix bene ſibi conſcius, & de diligentia miniſterij commendatus, de coronis quoque potatoris ſui minorabitur.* Quid dici potuit illuſtrius, quàm calicem ſui potatoris coronis redimiri, & auguſtè coronari? Neque tantùm vinum coronatur, ſed & triticeam coronam in Iſido lego apud Septimium: *Prima*, inquit, *Iſis repertas ſpicas capite circumtulit, rem magis ventris.* Nempe panis, qui res ventris eſt, in coronam aptatur, vt ex pane conſletur corona. Quin & humanum os naturaliter coronatur apud Tertullianum. *Accepiſti*, inquit, *dentes ad macellum,* (ita buccam appellat) *coronandum, cur non potius ad omnem hiatum, & rictum tuum coronandum?* Scilicet labia, & os, quod coronariam Euchariſtiam ſumere debet, debuit coronari, ne quid non regale emineat in re Euchariſtiæ. Bene ergo, & optimè dicitur, *operamini cibum* Euchariſticum, id eſt, veſtris meritis ornate, & coronate vſque ad regalem gloriam: nam humani meriti laus, pompa eſt Euchariſtiæ. O piam meritorum ambitionem!

Maldon.

Euchariſtia coronatur ab accipientis merito.

Exod.

Tertul. lib. de Reſurr. carnis, c. 16.

Septim. de Coron. mil. c. 7.

Tertul. l. de Reſurr. carnis, c. 61.

§. XIX.

Quàm venuſta, & Dei oculis grata ſit Euchariſtici Sacramenti pulchritudo.

74. INter cætera Euchariſtiæ elogia, eius pulchritudo cenſenda eſt: floret enim ambitioſâ candoris venuſtate, quæ grata hominibus eſt gratior Deo: *Qui maturitatis fructum quærit, deſpicit amœna camporum: violæ, roſæ, lilia, grati flores, ſed gratior panis,* ait S. Chryſologus. Profectò flores venuſtiſſimi, & gratiſſimi ſunt oculis, venuſtatis exaggeratio; at gratior, & venuſtior eſt his cœleſtis panis. Hiſpanè dicimus, *vn pan como vnas flores.* Nempe terrenos flores pulchritudine vincit Euchariſtia, & æmulatur cœleſtium florum venuſtam pulchritudinem, fulgores, inquam, aſtrorum. Heſychius appellat Euchariſtiam, *Cœnum lucis* quæ in nocte occultiſſimi, & arcaniſſimi myſterij prænitet: *& lux in tenebris lucet*, Ioannis 1. verſ. 5. porrò in terra lucidus florum nitor, & in cœlo flores lucis, (ſic vulgò loquuntur Poëtæ) oſtentant venuſtioris pulchritudinis pôpam. Horum venuſtatem æmulatur Euchariſtiæ gratior pulchritudo: *Candor eſt enim lucis æternæ*, Sap. 7. verſ. 26. Quæ verba Honorius 4. cap. *ſanè cùm olim*, de celebr. Miſſæ. præcipit Euchariſtiam referre. Quaſi parum foret cum aſtris certare de pulchritudine, & venuſtatis gratia ſtellas vincere; additur eſſe candorem æternæ lucis, quæ defœcatior, & purior eſt lux, ſeu lucis nitor. Vulgaris, & ſudatus Zachariæ cap. 9. v. 17. locus non vulgarem ingerit difficultatem: *Quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Planè interrogatio vim habet negandi: vnde affirmat Propheta cætera Chriſti Dei opera (neque enim poteſt agere de diuinitatis attributis) cedere gratiæ, & pulchritudini Euchariſtiæ. Et quidem vt interim omittam reliqua egregia Chriſti opera, ſaltem eius Paſſio glorioſa infinitè placuit Deo; fuit enim opus theandricum, maximè ærumnoſum, pretium ſalutis, impletio Scripturarum, reconciliationis humanæ myſterium, & quod tandem Deum iure placauit.

Chryſol. ſerm. 16. *Euchariſtia flos dicitur & Cœna lucis.*

Heſychius hom. 2. de Deipara.

Ioan.

Sap.

Honor.

Zachar.

Euchariſtiæ pulchritudo.

75. Quod ergo Chriſti opus potuit magis diuinis oculis placere, ac glorioſa Chriſti Dei paſſio? Num Euchariſtia gratior Deo erit, quàm redemptrix Paſſio? Quomodo igitur verum erit effatum Prophetæ? Vt in laudem huius Sacramenti expediam hanc difficultatem, penſanda ſunt verba S. Ambroſij, vbi ſic ille: *Vt nullus horror cruoris ſit, & pretium tamen operetur redemptionis.* Scilicet Chriſti Dei pœnaliſſima paſſio gratiſſima fuit Dei oculis. At illam circumſtant aliquæ res non bonæ: nempe tortorum ſæuitia furit, Pontifex, ſeu carnifex ſæuit, diſcipulus indiſciplinatus prodit, Apoſtolorum ſummus renegat, cæteri tunc degeneres fugiunt: inuidia, crudelitas, horror, furor, odium æſtuat, furit, infrendet. Heu quot fœda crimina admiſcentur pulchræ Saluatoris Paſſioni! Ergo, vt abſit *horror cruoris* impiè effuſi, & ſolùm maneat Paſſionis gratia, & dignitas, inſtituitur Euchariſtia, quæ ſit memoriale, vel epitome Paſſionis. Id eſt, omne, quod in Paſſione eſt Deo gratum remoto criminum horrore. Hiſpanè dices, *la Euchariſtia es la Paſſio de Chriſto en limpio.* Quod præclarè à mente vidit Euangeliſtus Propheta Iſaias cap. 25. verſ. 6. ſic Euangelizans: *Et faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defœcatæ.* Quæ verba de Sacramento altaris interpre

Ambroſ. lib. 4. de Sacram. c. 4.

Euchariſtia eſt Paſſio defœcata à tortorum ſordibus.

Eufeb. Cyril. Procop. Ruffin. Interpretantur Eusebius lib. 1. de Demonstrat. cap. vltimo. S. Cyrillus, & Procopius inibi, S. Cyprianus, vel potius Ruffinus in expositione Symboli, & communiter Interpretes. Audi Eucharisticum Christi sanguinem dici vinum defœcatum? Estne fæcis horror, & nausea in Christi sanguine purissimo? Est, est quidem à Pharisæorum inuidiâ, & Iudę perduellione, & carnificum sæuitiâ ipsi admixtus extrinsecus horror: ergo hic sanguis defœcandus, & colandus est in Eucharistia, vt fiat conniuium ex *adipe frumenti*, Psal. 147. v. 14. (id est ex frumento pingui, medulloso, adipali: nempe ex purâ farina è qua conficitur panis similagineus reiectis furfuribus,) & ex vino generoso, *defœcato*, & colato reiectaneis fæcibus ablegatis. Vnde Eucharisticus panis & vinum excellunt Christi Passionem, non merito, sed puritate, scilicet relegatis extrinsecis sordibus, & defœcationi fulgens puritate: ex qua tantam apud Deum gratiam fœneratur, vt verè dixerit Propheta: *Quid pulchrum eius, nisi frumētum electorū, & vinum germinans virgines?* Quia super omnia Christi opera, Deî oculis grata apparet Eucharistia, ob pulchritudinis politioris gratiam. Itaque Eucharistia est *Exemplar Passionis Christi*, vt ait S. Gaudentius, quia ad instar Eucharistiæ, Passio operata est; & simul Passio exemplar est Eucharistiæ, in qua resculpta est Passio absque horroribus delictorum, quæ illam circumstant.

Psalm.

Eucharistia est Passionis exemplar.

Gaudent tract. 1. de Exodo.

76. Vnde pulcher hic cibus, & potus, pulchros facit fideles, qui illum edunt, & bibunt, mutuantes venustatem à formosissimo Eucharistiæ esu. Quo alludere videtur Clemens Alexand. sic fatus: *Ad ornandum autem secundum naturam magno prædita est artificio potus temperatura, & cibi commendatio. Ex eo enim quod est ignitum, fulgor, & splendor accedit; ex humido autem nitor, & gratia; ex sicco autem virtus, & stabilitas; ex aëre autem spirandi facultas, & par æquilibrium. Ex quibus concinna, & pulchra hæc verbi, seu rationis statua ornata est. Sanitatis autem liberalis flos est pulchritudo.* Ergo, ô fœminæ, hoc stibio induantur facies vestræ, hoc purpurisso rubeant vestræ genæ, & gratiores Deo, & Angelis, & hominibus eritis, quam omni lenociniorum fuco excultæ. Hic cibus ornet virorum iuuentam, & sumptuosiùs vestiet, & expoliet; hic cibus senium exuet, & florentem iuuentutem asciscet. Quisquis pulchritudinem ambit, ambiat Angelicum huius cibi lenocinium.

Clem. Alex. l. 3. Pæd. c. 9. *Pulchritudo ab Eucharistia.*

§. XX.

Christus, quia est Patris Dei primogenitus, alimentorum nomine suis fratribus impertit Eucharistiam: quæ Sacramentum Sacramentorum sententiosissimè dicitur.

77. AD Rom. 8. v. 19. dicitur Christus *Primogenitus in multis fratribus*; vnde Christus Regio maioratu prædiues, primogenij iure quasi tenetur cæteris fratribus alimenta præbere; & quidem opulenta, vtpote fratribus diuinâ affinitate prænobilibus. Quod verò primogenitus, qui in maioratu succedit, teneatur alimenta præbere fratribus, res certior est, quam vt egeat probatione. Legi potest noster Pater Ludouicus Molina, vbi plura iura, glossas, & Doctores eruditè allegat. Ergo Christus Deus, qui primogenitus est in multis fratribus, primogenij iure quasi tenetur illis elargiri Deo digna alimenta, ne tanti Regis fratres, (sic homines appellare dignatus est) miserâ egestate premantur. Num ipse regali maioratu auctus, opiparè prandebit in cœlo, regijs gloriæ vestibus inducetur, Empyrea habitabit palatia, cæteris fratribus congrua mensa & veste, & tecto orbatis? *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*, Ioan. 6. v. 27. Quo modo homines possunt primo operari Eucharistiam, cuius institutio humanam potentiam, & fastigium excedit? Plures expositiones nuper dedimus; sed hanc reseruaui ad hanc thesim. Pater Maldonatus τὸ *operamini*, interpretatur, *Quærite*; quasi dicat Christus Deus, (qui primogenitus est in multis fratribus) ô homines, iure fraternitatis potestis quærere, & à me exigere, quia sum primogenitus, & maioratu potitus, Deo digna alimenta: nam ego primogenij iure debeo vobis præbere alimenta. Quæ alimenta Deo digna Christus Deus suis fratribus reliquit, aut relinquere potuit, nisi suum Corpus in cibum, suum Sanguinem in potum? Porrò Eucharistia alimentum est, quod Patris Dei primogenitus largitur suis fratribus iure primogenij, ne vllius rei penuriam patiantur. Audi S. Chrysostomum, sic scribentem: *Ne igitur mortalia maneamus hiantes, nec circa vestimentorum ornatum, habes enim maximum indumentū, Induimini Iesum Christum: habes mēsam spiritualem, habes gratiam superne, Ego sum panis, qui de cœlo descendi; & omnia tibi Christus factus est, & mensa, & vestimentum, & domus & caput.* Et ita concludit, vt sit ipse *primogenitus in multis fratribus: nec fratres tātùm infitus, verùm & pueruli fiamus.* Nempe quia Christus nostræ familiæ caput est, & primogeniti iure in maioratu cœlestis Patris succedit; ipse te vestit, *Induimini* IESVM CHRISTVM; ipse domus tua est, *In me manete*: ipse alimenta vitæ tibi tribuit, *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Et ne vlla in re aliquid nobis desit, omnia nobis factus est in Eucharistia, vestimentum, & mensa, & domus quippe qui caput est iure primogenij.

Ad Rom. *Christus, quia primogenitus est, tenetur alere reliquos fratres.*

Molin. to. 1. de Iustit. disput. 578. & c. 16.

Ioan.

Maldon.

Chrysost. hom. 11 ad pop Ant.

78. Quin & tanta est nostri primogeniti munificentia, vt fratribus omnibus (nemine excluso, qui verè frater sit,) hæc cœlestia præbeat alimenta; siquidem Matthæi 26. v. 27. dixit, *Bibite ex eo omnes* Ergo hoc vitæ alimentum participarunt omnes Apostoli, & Discipuli, & in eis fideles omnes: nullam arcens ætatem, nullum sexum, conditionem nullam, dummodo fratres sint. Neque infantibus hæc Eucharistiæ alimenta olim negabantur: à fonte enim baptismatis nesciente ore infantes accipiebant Christi corpus. Quod tradit S. Paulinus, ita modulatus.

Matth.

Inde Parentes Sacro ducit de fonte Sacerdos.
Infantes niueos corpore, corde, habitu.
Circumdansque rudes festis altaribus Agnos,
Pura salutiferis imbuit ora cibis.

Sic cœlesti alimonia infantat Christus tenellos, & rudes adhuc puellos, ne cui deneget alimenta. Quin & mortuorum olim cadaueribus eim... bui Eucharistiam constat ex Concilio Altisiodorensi, canon. 12. ex Concilio Carthaginensi III. canone 6. & ex sexta Synodo generali in Trullo, can. 83. Idem tradit Amphilochius in vita Basilij, & S. Gregor. lib. 1. Dialog. cap. 24. Et Sap. 16. v. 20. *Angelorum esca* dicitur, quasi Eucharistiam beati Angeli saltem spiritualiter participent, ne quis ex Christi fratribus exors sit à diuinioribus alimentis, quæ iure primogenij omnibus vbertim elargitur, ne vlla gratia vlli desit.

Paulin epist. 12. ad Seuer. *Paruulis dabatur Eucharistia. Mortuis dabatur Eucharistia.*

Conc Altis. Carthag. Trullan Amphiloch. Gregor. Sap.

79. Cæterùm quod magis commendat immensam gratiæ largitatem, quæ exundat in Eucharistia, expendam

Dionyſ. lib. de Eccleſ. Hierarch.

pendam celebrem illam ſententiam S. Dionyſij Areopagitæ, quâ Sacramentum Euchariſtiæ, appellat *Sacramentum omnium perfectiſſimum*; Græcè τελετῶν τελετή, quod de verbo ad verbum ita vertit Ioachimus Perionius, *Sacramentum Sacramentorum*. Quæ expoſitio placet P. Gabrieli Vaſquez, id eſt, Sacramentum Corporis, & Sanguinis Chriſti eſt Sacramentum Sacramentorum. Nempe quod cætera Sacramenta præſtant hominibus, idem quaſi præſtat Euchariſtiæ Sacramentum Sacramentis cæteris. Porrò Euchariſtia, in qua verè continetur Chriſtus Deus (qui eſt fons, origo, & radix gratiarum omnium) influit gratiam in reliqua Sacramenta, quia illam deriuat Chriſtus Deus in illa latens, qui eſt virtus, vita, & anima Euchariſtiæ, & à quo Euchariſtia vigorem mutuat cõmunicandi gratiam hominibus, & ita quodammodò reliquis Sacramentis; vnde Sacramentum Sacramentorum dicitur. Imò & antiquæ legis Sacramenta ab Euchariſtiæ Sacramento quodãmodò præbiberunt gratias, quas Hebrææ genti largiebantur. Nam ſi quid honoris, ſi quid auctoritatis eminebat in antiquis hoſtiis, non aliunde aſciuerunt, niſi ex eo quod adumbrabant reuerendum, & illuſtre altaris Sacrificium. Quod edĭſſerit S. Chryſoſt. ſic fatus: *Quid agis Moyſes? ſanguis ouis rationabilium hominum liberare conſueuit? valde, inquit, non eò quòd ſanguis eſt, ſed eò quia Dominici ſanguinis per eum demonſtratur exemplum.*

Ioachim. Perionius. Vaſquez.

Euchariſtia emphaticè dicitur Sacramentum Sacramentorũ.

Chryſoſt. hom. 1. ad Neophytos.

80\. Aduerte ad elegantem ſimilitudinem, qua id explicat Chryſoſtomus. *Nam ſicut regnantium ſtatuæ, quæ ſine anima ſunt, atque ſermone, nonnunquam ad ſe confugientibus hominibus anima, atque ratione decoratis ſubuenire conſueuerunt; non quia ſunt ære conficta, ſed quia retinent imaginem principalem. Ita & ſanguis ille, qui irrationabilis fuit, animos habentes homines liberauit, non quia ſanguis fuit, ſed quia huius ſanguinis oſtendebat aduentum.* Ecce tibi antiquæ legis victimas ab hoc incruento Euchariſtiæ Sacrificio, quod adumbrabant, honoris auctoritatem præmaturè mutuaſſe, ob præfatam rationem de Sacramentis nouæ legis. Audis Euchariſtiam Sacramentum eſſe Sacramẽtorum; non tantùm reſpectu Sacramentorum nouæ legis, ſed etiam vetuſtioris? Quin & ſacrificia legis naturalis, Euchariſtiæ Sacramentum præcucurrit: nam Melchiſedec legis naturalis Sacerdos Panem, & vinum obtulit. Geneſ. 14. verſ. 18. præfigurans huius Sacramenti gratiam, & illam mutuans ab hoc diuiniori Sacrificio, in quo incruentè immolatur ipſemet Chriſtus Deus, & Dei Filius, à quo omnis gratia deriuatur, & profluit. Et ita Chriſtus Deus, qui continetur in Euchariſtiæ Sacramento, gratias omnes velut præfudit anticipata munificentia, quod elogiùm munificentioris largitatis eſt.

Geneſ.

---

§. XXI.

In Euchariſtiæ munere, non tantùm ſummum bonum donatur, ſed quaſi condonatur homini gratitudinis obligatio: indéque homo debitum Dei amplificat, vnde homo videbatur non eſſe ſoluendo.

81\. SI quod beneficium maximum de omnipotentię ærario, & liberalitatis ſuæ promptuario donauit Deus, Euchariſtia eſt. *Saluator noſter diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem Sacramentum hoc inſtituit, in quo diuitias diuini ſui erga homines amoris, velut effudit.* Verba ſunt grauiſſima Concilij Tridentini, in decreto de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, cap. 2. Tanta eſt huius illuſtriſſimi beneficij magnitudo! Enim verò hoc vnicum beneficium eſt beneficiorum omnium cumulus, eſt enim hominum Salus. *Euchariſtiam medicam*, dixit Septimius. Et S. Chryſolog. *cybum ſalutis.* Eſt feſtum Chriſtianorum gaudium. *Paſcha authenticum* appellatur ab Anaſtaſio Nicæno. Et cordolij remedium vocatur à Tertulliano aiente, *Iugulatorum ſanguinem recentem, auida ſiti comitiali morbo medentes hauriunt*: quaſi Euchariſtia ſit mœſtitudinis antidotus, & profuſior animi lætitia. *Feretrum immortalitatis* appellatur ab Amphylochio immortalitatis vel mortis feretrum, ſeu ſepulchrum, aut potiùs mortis interitus. *O mors ero mors tua.* Et Iulius Firmicus Synaxim indigitat, *Futuræ immortalitatis inſignia*, ac ſi iam ſit inſignitus immortalitatis ornatu, aut prædeſtinationis charactere, qui dignè frequentat Euchariſtiam. *Pignus futuræ gloriæ & perpetuæ felicitatis* dicitur ibidem à Concilio, pignus autem (vt minimum) tantum debet valere, quantum valet res, ad cuius ſecuritatem datur. Quid vagamur per plura epitheta, cùm Euchariſtia ſit totus diuinitatis effuſio? eâ enim nobis dantur omnes theſauri ſapientiæ, & omnipotentiæ Dei. Nec ſemel tantùm vt in myſterio Incarnationis, ſed quotidie repetito beneficio. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, Matthæi 6. v. 11. Quæ verba de Sacro altaris pane interpretatur S. Ambroſius, & alij apud Maldonatũ ibi. Et quod mirere magis, cùm hæc diuinior munificentia extendat in fideles omnes, quiſque tantum recipit, quantum ſimul omnes. Quæ eſt illuſtris explicatio illius ſententiæ, Pſal. 25. v. 6. *Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.* Quam tradit Tertull. ita fatus: *Lauabo cum innocentibus manus meas, & altare tuum circumdabo Domine, vt ſolus plures*, id eſt, ergo ſolus pro pluribus ſum: tantum enim in hac menſa recipit quiuis, quàm ſimul omnes. Vides quàm ſtuduerit largior Dei munificentia incrementare grandius hoc Euchariſtiæ beneficium, & amplificare illius gratiam?

Euchariſtia eſt paſcha authenticũ. Septim. lib. de pud. c. 18. Chryſolog. ſerm. 1. Anaſtaſ. Nicen. qq. in Script. q. 93. Tertul. Apolog. c. 9.

Euchariſtia mortis feretrũ. Amphyloc. homil. de Sacrament. Iulius Firm. de erro. prof. Relig. c. 19.

81\. Trident.

Matth. Ambroſ. l. de Sacr. c. 4. Maldon.

Ad Euchariſtiã accedit omnes, ſicut vnus. Pſalm. Tertull. de pudic. c. 18.

82\. S. Petrus Chryſologus Iudæ proditoris malitiam eleganter expendit, penſitans quam iniurioſa fuerit Saluatori. *O auaritia!* inquit, *caruum eſt, quod Iudam fecit eſſe proditorem; vt hominem cogeret Deum negare: & ipſum ſanguinem taxare pretio, quem ſponte Dominus erat noſtrum largiturus in pretium.* Hinc oculis cernere licet eximiam Chriſti liberalitatem. Porrò in proditione Iudæ plures ſuppetebant cauſæ potentiſſimæ ad feriendum animum Saluatoris acerbo iniuriæ ſenſu, nam diſcipulus auctus munere Apoſtolatus illud prodit, traditque in manus inimicæ gentis, hoſtili animo in ipſum furioſæ, & quidem vili eum æſtimat, & diuendit ad cædem peracerbam. At hæc omnia intermittens Chryſol. hic, duntaxat meminit iniuriæ, quâ Chriſtus exacerbatus eſt, quia Iudas ſanguinem eius vendens, non ſiuit abſque pretio ſanguinem ſuum hominibus in Paſſione, & Euchariſtia donare. Vel vile pretium quod accepit Iudas, prætaxat Chriſtus, ne forte ipſi non permittat exercere ſummam liberalitatem, quam in Euchariſtico pane, & ſanguine eminere affectat. Verùm enim verò ſummum, ſummẽque maximum, & auguſtiſſimum Euchariſtiæ donum non eſt obnoxium diminutioni gratiæ, quantumuis Iudas accipiat pretium; neque enim diuinum Euchariſtiæ donum ſubiacet communibus legibus liberalitatis, quæ aliquali merito, aut pretio minuitur, & decreſcit; ſumma enim liberalitas eſſe nil, Ait enim Caſſiod. *Regiſt. talem eſſe Principem decet, vt quæ intra regales Cogitat, præſtet munificentia regali ...*

Chryſol. ſerm. 13. *Euchariſtia ſine pretio.*

Caſſiod. l. 1. Variar. ep. 10

Conci. Trid. ſeſſion. 13.

...atillari.

arctari. Et mox, *Clementia non habet legem*: id est, summa Principum beneficia obnoxia non sunt legibus munificentiæ vulgari, quam minuit aliquale meritum: neque enim quibus obsequium mereri eualet sublime aliquod, & augustum munus. Quis enim sibi persuadeat, Musicum egregium, quia antu demulcet aures Principis, adhuc de congruo (vt aiunt) mereri Proregem fieri nobilis alicuius regni? aut frustulam panis eleemosynæ nomine largitum, congruè mereri vnionem aliquam hypostaticam cum Patre Deo? Planè hæc leuia proportionem non habent ab illa maxima, vt oculatissimi quidam recentiores Theologi docuerunt in re meriti. Vnde summa, & quasi effusa Eucharistiæ gratia non minuitur exilis pretij, aut meriti comperatione. Euge liberalissimè Iesu! etsi pretiosus tuus sanguis taxetur, & donetur exiguo pretio, non deuenditatur summa Eucharistiæ liberalitas, quæ vili pretio nec congruè compensatur. Neque enim tantam compensationem præmit perexigui pretij ambitiosor fastus.

84. 2. Reg. 31, v 19. Berzellai homo prædiues ciuilissimo obsequio Dauidem in deserto fugientem Absolonis iras, copiosâ annonâ ad exercituum sustentationem munerauit. Neque ingrato exhibitum est hoc beneficium. Nam Dauid morti proximus mandat Salomoni, vt pro opportuno obsequio rependat gratiam, aiens 3. Reg. 2. v. 7. *Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua.* Sint filij Berzellaï perpetuò cõuiuæ regis ad compensandum beneficium suppeditatæ annonæ. Non me latet verborum sensus; sed iuuat in gratiam Eucharistiæ expendere illud, *reddes gratiam*, cum filij Berzallaï commensales Regis fiunt ob exiguum obsequium. Porrò pugnantia dicere videtur, qui dicit gratiam reddere: Nam gratia merita non patitur; & redditio supponit meritum: ergo mentitur gratiam, qui dicit reddere, & qui gratiam dicit, redditionem excludit. Verùm expende quam gratiam debeat reddere, & statim exoluitur dubium: *Sed & filiis*, inquit, *Berzellai reddes gratiam.* Quam gratiam? *Erunt comedentes in mensa tua.* Profectò tanta est gratia Eucharisticæ mensæ, quam Salomonis mensa adumbrauit, vt salua ratione gratiæ, redditio fiat. Quæ exaggeratio munificentiæ est; tantum enim, támque augustum donum non amittit gloriosum attributum gratiæ, ob leue obsequium impar tanti donatiui munificentię: nam exiguum obsequium artificium adipiscendi est, non energia promerẽdi ob improportionem. Vnde diuinioris beneficij augustior gratia à leui obsequio nõ minuitur. Tantum enim est Eucharistiæ *beneficium, quod largitate non patitur detrimentum*, inquit Cassiodorus, agens de Theodorici Regis munificentia. Nempe sublimissimum beneficium, ob summam, quâ eminet, largitatem, detrimentum non patitur: quippe quod ob leue obsequium non perdit beneficij nomen, & gratiam. Verè ergo optimè dixit Dauid Salomoni: *filiis Berzellai reddes gratiam*; addit enim: *erunt comedentes in mensa tua*: nam diuinior gratia ob summam beneficij largitatem, non patitur detrimentum. Non vereor, vt malè Latinus audiam, vt videat erga Eucharistiam benè pius.

Margin: 2. Reg. — Eucharistia donum à largitate non patitur detrimentum. — 3. Reg. — Cassiod l. 1. Variar ep 14

85. Cæterùm consultissimè dixit Concilium, quòd Christus Deus in hoc altaris Sacramento, diuinæ largitatis *diuitias velut effudit*; non enim tantummodò hominibus donauit summum corporis, & sanguinis sui beneficium, sed etiam quasi condonauit rationem beneficij, & gratiæ; ne velut cogeret homines esse ingratos, cùm homo impar sit dignas grates rependere pro tanto, támque illustri beneficio. Vnde ne magnitudine, & mole beneficij hominem obrueret, velut condonauit illi obligationem gratitudinis, ne homo soluendo non sit tanti beneficij gratiam. Enimverò Eucharistia gratiarum actio congruè interpretatur, vt ipsummet beneficium dicatur, quasi gratitudo sui, & velut gratiarum actio. Quomodo etiam aliter posset homo sublime hoc beneficium ritè exoluere, nisi ipsummet beneficium foret & gratia, & quasi sui gratiarum actio? Ecce tibi Christi Dei munificentia, sua bona velut effundens, cùm non solùm beneficium donet, sed simul veluti condonet obligationem gratitudinis. Profundè diuiniori spiritu afflatus pangit Dauid in Psalm. 15. v. 3. & 4. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam.* Calicis nomine vetusti Patres Sacram synaxim interpretantur, in quo sensu sæpe accipitur ab Ecclesia. Viuacissimè thesis nostra exprimitur in Hebræa origine: *Quid reddam Domino pro omnibus beneficiis eius super me?* Ac si dicat oppressus sum tot beneficiis, quo pacto satis gratus esse potero, & tantam gratiam rependere? Ipse Dauid sibi respondet, vel potiùs Spiritus sanctus: *Calicem*, inquit, *salutaris accipiam*: nempe quisquis dignè accipiet maximum donum corporis, & sanguinis, quod Eucharistia est, id est, gratiarum actio est, ille satis reddet Domino *pro omnibus beneficiis eius super se.* Nam ipsa Eucharistia gratiarum actio est, & ita quodammodò exoluit gratitudinis debitum.

Margin: Eucharistia beneficium instar gratitudinis est. — Psalm.

86. Imò ac si id parum foret, acceptum Eucharistiæ beneficium meritum est vlterioris beneficij, & dignitas ad alia beneficia consequenda. Porrò qui dignè Eucharistiam accipit, meritum exaggerat ad vlteriora dona. Vnde hoc beneficium beneficiorum fertile est, & alia beneficia fœcundissimè parturit; & acceptione summi huius beneficij amplificat homo merita ad alia munera consequenda. Sic opportunissimè loquitur liberalissimus Rex Theodoricus ad suum Cassiodorum, dum illum munerabat regali munificentia. (Vel potiùs Rex Christus fidelibus dignè accipientibus summum Eucharistiæ donum.) *At tu*, inquit, ô Cassiodore, *eos nos obligasti munere, quo tibi putabamus omnia reddidisse: inde amplificando debitum, vnde credi poterat absolutum.* Nempe sic geris præclarum munus, quod accipis, vt ab ita accepto, & administrato munere, non crescat tibi accipienti debitum gratitudinis, etsi amplissimum sit munus, quod recipis, sed Regi donanti accrescat obligatio remunerandi munus tibi donatum. Nam ipsâ acceptione Eucharistici doni, quod summum est, amplificatur meritum in nobis, & ita in Deo debitum ad vlterius munerandum hominem dignè Eucharistiam accipientem. Quid à disertissimo Cassiodoro dici potuit argutiùs? Quid accommodatius ad rem Eucharistiæ? in qua sic quasi effudit Deus largitioris munificentiæ thesauros, vt in ea non tantùm summum bonum, & bonorum omnium thesaurum; sed etiam velut condonet gratitudinem: quin & homo inde amplificet meritum vlterioris gratiæ, vnde suspicaretur euasisse gratificationis impotens.

Margin: Eucharistia ingenium est amplificandi debitum. — Cassiod. l. 1. epist 3.

* * *

§. XXII.

§. XXII.

Euchariſtia accepta tanta eſt voluptas, vt exundet in corpus; animus autem lætitia Beatitudinis æmula fruatur, dum Sacram Synaxim dignè frequentat.

87. Senec.ep.23.

Voluptas mũdana eſt re gaudij vacua.

BOne mentis fundamentum (verba ſunt Senecæ) *quod ſit, quæris? ne gaudeas vanis. Fundamentum hoc eſſe dixi, etiam culmen eſt. Ad ſumma peruenit qui ſcit quo gaudeat. Hoc ante omnia fac, mi Lucili: diſce gaudere. Exiſtimas me nunc detrahere tibi multas voluptates, qui fortuita ſubmoneo, qui ſpes dulciſſima oblectamenta deuitandas exiſtimo. Imò contra, nolo tibi vnquam deeſſe lætitiam. Volo illam tibi domi naſci. Naſcitur ſi intra te ipſum ſit.* Tantùm non dixit hãc duraturam lætitiam eſſe Euchariſtiam: quid enim tam intra nos eſt, quam Euchariſticus cibus, & potus pectoribus immiſſus? Pergit aptè ad rem: *Cæteræ hilaritates non implent pectus, ſed frontes remittunt, leues ſunt: niſi fortè tu iudicas illum gaudere, qui ridet. Animus debet eſſe alacer, & fidens, ſuper omnia erectus. Mihi crede, res ſeuera eſt verum gaudium.* Hæc quibus delectatur vulgus, nempe ſollicita honoris ambitio, non veræ diuitum opes, volatica delicatorum voluptas, inuentitium otioſorum gaudium, fundamento carent, inde nutant, & dilabuntur. Mundus vanas ſuggerit voluptates, breues, pœnitendas, ac in contrarium abituras. Planè mundialis voluptas in præcipiti eſt, & in dolorem vergit. Amas ſolidè gaudere? omitte paleas, quære grana ſolida, dignè frequenta cœleſtis menſæ delicias, quæ verè implent pectus, & ſecurè gaudebis. Aptè Heſychius ſic fatur de Chriſto: *Libens reconditur in præſepi, vt qui ſunt pecuini accurrant & reperiant λόγον, id eſt, ſermonem, & rationem in præſepi conſtitutam, vt ex eo recipiant dignitatem rationalem, vt qui currunt ad paleas, frumentum nanciſcantur: vt beſtiarum more feſtinent arbitrantes ſe inuenturos in præſepi manipulos hordei. & panem verum manducaturos, alimentum vitæ.* Paleas quærit, qui terrenas delicias cupit; ſolidum gaudium reperit, qui deliciatur in hoc frumento, & corpore, & mente illo ſaginatur.

Inter mundi paleas eſt quærendum Euchariſtiæ granum.

Heſyc hom. 2. de Deipa.

98. Pſalmi

Parùm foret animum ſpiritualiter deliciari in hoc lauto, & opiparo conuiuio, niſi etiam hæc lætitia refunderetur in corpus. Pſalm. 62. v. 2. *Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.* Anima ſitit Deum factum hominum potum, quin & ipſa caro multipliciter ſitit hoc cœleſte vinum. Nempe anima, & corpus Dauidis nauſeat ad regales terræ dapes, & prophericè inhiat eſculentum, & poculentum, quod innuit vox *ſitire. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, Pſal. 83. v. 3. Et quidem agere de altaris Sacramento, innuunt verba ſequentia, *Altaria tua Domine virtutum*, &c. Vnde Sancta Monica Sapientiſſima ſapientiſſimi filij mater in hunc ſenſum explicuit præfata verba apud P. Cornelium quæ ſumptâ Euchariſtiâ quaſi mente ebria exclamabat: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Nimirùm abundantia gaudiorum quibus ſancta anima Deo paſta potiebatur, ſic in carnem ipſam refluebat, vt corporeas experiretur delicias mundiali lætitiæ ſimiles. Liceat accommodititiè vti verbis illis Chriſti ad Iudæorum turbas, renuentes credere myſterium Euchariſtiæ, Ioannis 6 v. 51. *Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.* Porrò mundi vita ſeu anima, voluptas eſt: & ita ſenſus erit ad rem opportunus. Nempe ſic exultat cor, & caro dignè ſumentis Euchariſtiam vt delectetur gaudio etiam corporeo, & valdè ſimili mundialibus deliciis. Vnde Chriſtus hortatur homines mundanis voluptatibus deditos, vt cœleſte hoc manna auidè manducent, quia non ideò amittent terrenas mundi delicias, ſed illas commutabunt: dat enim in locum vitæ terrenæ, & voluptatis mundialis, Corpus & ſanguinem ſuum Euchariſticè conditum, qui velut manna illud antiquum ſubſtituat omnes ſapores, & humanas delicias. *Pro quibus Angelorum eſca* (Sapientiæ 16. v. 20.) *nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentũ in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem: ſubſtantia enim tua dulcedinem tuam, quã in filios habes, oſtendebat: & deſeruiens vniuſcuiuſque voluptati, ad quod quiſque volebat, conuertebatur.* Expende hæc vltima verba, quæ perapta ſunt ad rem præſentem: nempe Euchariſticum manna conuerti ad quod quiſque volebat, & *deſeruire vniuſcuiuſque voluptati.* Audis Euchariſticum manna vicarias vices ſubſtituere omnium terrenarum voluptatum. Bellè ergo dicitur, quòd cœleſtis hic panis datur pro *Mundi vita*, & vices agere mundialis voluptatis: quæ eſt vita, & anima hominis mundani, qui ſæculi delicias ſuſpirat. Ecce tibi quàm profundè dixit Dauid ſub perſona iuſtorum, qui frequentant altaria Domini virtutum: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Tanta enim eſt vis Euchariſtiæ voluptatis, ſic redundat in corpus; vt detur aliqua quaſi concupiſcentia Euchariſtiæ. Illud Lucæ 22. v. 15. *Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum.* ita ſcribit Tertullianus, *Concupiſcentia concupiui hoc paſcha edere vobiſcum.* Piè aduertit Pamelius τὸ *concupiſcentia* ſumi in bonam partem. Quis ſuper hoc dubitet? Sed valde rem exaggerat, voluptatem guſtandæ Euchariſtiæ ſignificari *concupiſcentiæ* nomine; quæ iucundiores carnis delicias exprimere ſolet.

In Euchariſtia deliciis etiam caro exultat.

Pſalm.

S. Monica.

Cornel in c. 25. Iſaiæ, v. 6

Ioan.

98.

Sap.

Euchariſtia ſumenda concupiſcentia.

Lucæ. Tertul lib. 4 aduerſus Marc. c. 4. Pamel.

90.

Euchariſtia cælum fragrat.

Septim lib 1 de Ieiuniis adu. Pſychic. Chryſolog. ſerm.

Matthæus.

Euchariſtia eſt præludiũ beatitudinis.

Ruffin. lib. de vitis Patrum.

Cerda in c. 49. Apolog. num 1.

Tertul lib de pœnit c 8.

Euchariſtia eſt Beatitudinis ornatus.

Per Damian ſerm. 32.

Cæterùm ſi ita corpus delectatur hoc cibo, quales erunt deliciæ, quibus anima fruitur ſuſtentata hoc diuino cibo? De præfato Manna dixit Septimius. *Cœlum fragrare*, ideſt, redolere, & ſapere cœleſtes delicias. Et S. Chryſologus. *Menſa Patris nos alit virtutis cibo, alit ſuis epulo, deliciis honeſtatis, & gloriæ.* Eſt enim Euchariſtia virtutis eſca, valetudo animæ, & voluptas gloriæ. Matthæus Epiſcopus Vormacenſis in homil. de Cœna Domini vocat Euchariſtiam *futuræ iucunditatis amabile præludium, Eccleſiæ militantis cum triumphante ſuaue glutinum, dum tandem dulcedinem qua illa fruitur ſine velamento, iſta habet ſub Sacramento.* Ecce tibi huius cibi ſuauitatem æmularis Beatitudinis delicias, & cum illâ de ſuauitate contendere. Ruffinus Beatam cœlitum gloriam appellat *Perpetuam repauſationem.* Et quidem *repauſatio* refrigerium eſt illud, quod dabatur fratribus ad bucellam, vt eruditè aduertit Cerda. Nempe *repauſatio* & Euchariſtiæ buccellam ſignificat, & Beatitudinis gloriam. Verè, verè quidem Euchariſticum manna *alit deliciis honeſtatis & gloriæ.* Præclarè Tertul. *Immolat vitulum præopimum, conuiuio gaudium ſuum exornat.* Quaſi hoc opiparum conuiuium, in quo opimior victima incruentè mactatur, ſit ornatus cœleſtis gaudij. *Et eſte celeſtial banquete ornato de la bien auenturança, y extenſio de ſus glorias.* Eſuri has beatas dapes, quarum eſus Beatitudinem ſapit, quarum vel fames delicioſa eſt. *Quam delicioſa fame affligitur, qui cœleſtis promptuarii dapibus ſaturatur, cui cœlum fit cellarium, cœleſtis promus exhibet miniſterium!* ait Petrus Damianus.

§. XXIII.

Opulentiores Dei gazæ in Eucharistia censentur, quas Christus de Salario Redemptoris vbertim expendit.

91. MAgni artificij est clausisse totum in exiguo: ergo elogium diuini ingenij est, totas diuinitatis diuitias clausisse in frusto panis, & vini guttulâ. Nempe Eucharistia est ærarium omnipotentiæ, thesaurus misericordiæ, & census diuinitatis: omnes enim Dei gazæ in Eucharistia censentur. Non possum hîc omittere, quod nemo de Eucharistia tractans omisit; sed viam ad alia vulgari loco præstruo; Genesis 27. v. 37. Esaü Isaaci primogenitus, primogenij hæreditate à Iacobo fraudatus, supplicat patrem, vt illum muneret aliquo donatiuo, aut legato. Cui respondet Isaacus: *Frumento, & vino stabiliui eum,* (Iacobum inquam,) *Et tibi post hæc, fili mi, vltrà quid faciam?* Vereor ne Isaacus decrepitus nimio senio, sit oblitus diuitiarum, quibus vbertim affluebat. Quomodo verè dicere potuit, nihil possidere præter fundos frumenti fertiles, & opima vineta? Nonne plures greges, & armenta possidebat? Numerosam seruorum familiam non alebat? Imò ex manubiis tot Regum, quos eius pater vicit, pretiosa vasa, & opulenta spolia suppetebant ad ditandum Esaü. Quem si harum rerum possessione muneraret, proculdubio opulentiùs locupletabit quàm Iacobum, quem fundorũ, & vinearum reliquit hæredem. Verùm mysteria loquitur Isaacus, mysteria, inquã, Eucharistiæ, quæ pane, & vino constant, vt à Paschasio Corbeiensi in lib. de Corpore, & Sanguine Domini edoctus, docet Lipomanus: Scilicet, diuitiæ Isaaci, & Dei, in pane, & vino continentur. *Quid bonum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Zacharię 9. v. 17. Quid? Deus alia bona non habet, nisi frumentum, & vinum? In thesauris omnipotentiæ diuinæ non reperiuntur alia bona? Non suppetunt Deo plures gratiæ naturales? immunera gratiæ beneficia? Adhuc restat cœlestis beatitudo largienda post Eucharistiã; (vt alia omittam,) ergo alia bona restant Deo præter panem Eucharisticum. Verùm omnes Deitatis Diuitiæ in Eucharistiâ reperiuntur. Argutè inquit Tertullianus. *Corpus eius* (id est, Christi) *in pane censetur.* Census autem apud Romanos (cui faciundo præerant Censores,) fuit æstimatio rei familiaris, seu diuitiarum cuiuscumque ciuis, qui censoria seueritate fiebat, ne quis quid possideret, quod à Censore non censeretur in Catalogo. Vnde ciuium nullus quicquam possidebat præter bona ab hoc magistrátu censa, qui *census* dicebatur. Itaque census erat tota cuiusque possessio. Hinc rimari datur, quid sit Christum Deum in pane censeri. Totus enim Christi census Eucharistia est, inde censendi sunt Christi Dei thesauri. Et quidem sibi consonat idem Tertullianus in Apologet. cap. 10. agens de quodam abscondito, siue latenti Deo, de Saturno, inquam (à quo Latinum dicitur, quia ibi latuit, qui adumbabat Eucharistiam, in qua est Deus absconditus, vt vulgò scriptores asserunt, Sic fatur ad rem præsentem Tertullian. *Ab illo census totius, vel natio is, vel potioris diuinitatis.* Addit: *Ab ipso* (id est, Saturno) *primùm tabula, & imagine signatus nummus: & inde ærario præsidet.* Quis est iste Deus absconditus, qui locupletior ærario præsidet, in quo census diuinitatis est, nisi hic, hic noster Deus absconditus sub velamine specierum Sacramentalium, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ, & omnipotentiæ Dei? *Quid bonum eius.* Dei, inquam, *nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Benè, & verè Deus dicere potest, postquam dedi hoc cœleste frumentum, & Angelicum vinum: Frumento, & vino stabiliui hominem; Ecquid vltra mihi superest, quod possideam, vel dare possim? In Eucharistia enim est *census totius diuinitatis.* Porrò in Eucharistia sunt bona naturæ, & beneficia gratiæ eminentiori modo, adest enim auctor naturæ, & fons omnium gratiarum. In Eucharistia sunt opes sapientiæ, thesauri omnipotentiæ, latent cœlestes delitiæ, styllæ beatæ gloriæ, repetita incarnatio, incruenta Passio, merita Christi, perfectiones, & aatributa Dei Eucharistico pani non desunt: adest compendium bonorum omnium. Ergò verè Deus, Deique opes latent, & censetur in pane Eucharistico, *La Eucharistia son todos los haberes de Dios. No tiene Dios mas hacienda que pan y vino.* Vnde homo Eucharistia donatus, totas diuinitatis diuitias possidet. O piè effusam Dei largitatem! Munificentiæ ingenium fuit clausisse totum in exiguo: vix, aut ne vix quidem sufficit hominis capacitas ad recipiendas cœlestes gratias, quæ in hoc Sacramento vbertim exundant: longè etiam vincunt spes humanas. Bellè Fulber. Carn. *Exere palatum fidei, dilata fauces spei,* (quasi spes nõ sufficiat) *viscera charitatis extende, & sume panem vitæ, interioris hominis alimentum, non arte pistoria fermentatum, sed incarnata Deitatis vitale pulmentum. Sume nihilominus vinum non sordido cultore calcatum, sed de torculari crucis expressum. Gusta, inquam, cœlestis ferculi suauitatem, sed ne nauseet terreni germinis saporem.* 93.

Eucharistia sunt diuitiæ Dei. — Genes. — Paschas. Lipoman. — Zachar. — 92. *In pane censetur Christus.* — Tertul. lib. de orat. c. 6. — Tertul. — *Spes in Eucharistia dilatanda est.* — Fulber. Carn. ep. 1.

94. Iuuat ad hãc thesim emedullare illustrem Septimij locum, qui sic scribit: *Sed ille quidem* (id est, Deus) *nec reprobauit panem, quo ipsum corpus suum repræsentat: etiam in Sacramentis propriis egens mendicitatibus Creatoris.* Planè sententiosè: ne dicam audacter! Quid est Christum in Sacra Synaxi latentem, egere mendicitatibus Creatoris? Imò Christus existẽs in Eucharistia nulla re prorsus indiget, cuius enim rei indiget, qui omnia ibi possidet, qui ibi impassibilis est? Neque enim sub pane potest angi fame, neq; siti æstuare, neque quicquã vel ab inuidia, vel ab odio, vel à potentia pati. Sed esto posset; illáne emendicaret, qui etiam ibi Deus est? Ad quid quæso indigeret mendicantibus Creatoris? Suspicari audeo his verbis summã Christi Dei sub hoc Sacramento latentis munificentiam, & quasi effusam liberalitatem significari, quæ velut egeat mendicitatibus Creatoris, quò plus largiatur. Liceat mihi ad enucleandum hunc Septimij locum, iterum vsurpare Hugonis locum ad aliud thema à me expendendum infrà. Peracutus hic Cardinalis, sic ad rem præsentẽ fatur: *Ecclesiam Christus de Salario paternæ maiestatis adamauit, & pulchram factam sibi matrimonio copulauit.* Per Eucharisticum cibum nos vniri Christo, in confesso omnibus est: physicè an moraliter, disputent alij. Verùm attenta expensione dignum est, cur Christus deamans Ecclesiam, in Eucharistiæ Sacramento illam munerare dicatur *de Salario paternæ maiestatis.* Nimirum Christus, etsi probe nouerat quando instituit hoc Sacramentum, quod *omnia dedit ei Pater in manus*, tamen ac si hæc minus sufficerent sed largitatem, quam piè ostentat in hoc Sacramento, Salarium à Patre Deo promeritum ob Redemptoris officium, quod in terris agit, accipit, vt expendat in Eucharistia. Hispanè dices: *Aun los gajes de Redemptor expende*

Septim. lib. 1. adu. Marc. c. 14. — *In Eucharistia vt egeat Christus mendicitatibus Creatoris explicatur.* — Hug. Card. in c. 1. Marc. — 95. *De salario paterno munerat Christus in Eucharistia.* — Ioan. 13.

de

de Christo en la Eucharistia. Locupletans fideles piè communicantes etiam de *salario paterna maiestatis.* Ecce tibi quare dixerit Tertullianus, quod in Sacramento Eucharistiæ eget Christus *mendicitatibus Creatoris*; quasi Christus emendicet à Patre salarium, quòd vberiùs muneret corpus, & sanguinem suum communicantes. Hâc hyperbole explicant Patres Ecclesiæ, velut effusam Christi munificentiam Eucharistia, & Eucharistiæ prædivitem gazam. Quippe Christus sciens se habere omnia in suis manibus, etiam salarium exigit à Patre Deo, vt velut augeat nobis immensas Eucharistiæ opes. Ergo Eucharistia Dei thesaurus est, & totus Christi Dei census. Hanc summi pretij margaritam (quæ totus Dei census est) non à Cleopatrâ superbè potat Antonius, sed summus Deus quotidiè potandam præbet hominibus, tantámque homini impertit gratiam, vt sublimius extorqueat meritum.

Tertul. de Idololat. c. 11 Profundè (etsi alio sensu) inquit Tertullianus. *Facilè debuit de eo impetrare, quem quotidie pascit.* Facilè impetret Deus quidquid à nobis exoptat, cùm quotidiè non pascat. Quasi Deus oret, seu roget hominem acceptæ Eucharistiæ merito sublimem, & diuinitatis gazis opulentum. Quid exaggeratius? Exorbitat meritis dignitas, vbi humanum excedit fastum summa largitoris munificentia.

---

§. XXIV.

Eucharistica hostia, Solis clypeus est, Martyrum vigor, & Christianorum asylum.

96. QVid est aliud Regum potentia, Imperatorum robur, robustorum valentia, nisi speciosa nomina ex ambitione, aut adulatione nata? Homo enim de se impotens est, flaccidus, inermis, caducus; & quantumuis à propria fortuna potens, fictilis tamen est, & in matricem puluerem breui euanescens. Quid testæ fictili cum robore? quod fragilitas habere non potest, mentiri potest. Nihil è limo diuturnum, de terra nihil perdurat. O homo vis cognatæ imbecillitati mederi? Eucharistia te obfirma: hic enim *panis cor hominis confirmat,*

Psalm. Psalm. 113. v. 16. hic nutantes vires roborat, & humanam imbecillitatem vegetat, diuinioris gratiæ vigore aduersus propriam infirmitatem, & hostiles

Martyres premuniebantur Eucharistia. inimicorum incursus. Cupis nosse vnde Martyres à naturâ suâ infirmi, & inermes, robusti, & adamantini facti sunt ad resistendum Tyrannorum sæuitię, armatæ & regali potentia, & Inferni furore? Quid imbecillitatem humanam à se fœminam, tam viriliter armauit? Opinor de armamentario Eucharistiæ cataphracti prodiere Martyres ad triumphandas Regum minas, & carnificum immanissima tormenta. Eleganter Concilium Carthaginense

Conc. Carthag. Cyprian. epist. 54. stylo S. Cypriani ita scribit, ad Cornelium Papam, *Quos excitamus,* inquiunt, *& hortamur ad prælium non inermes, & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis, & corporis Christi muniamus, & cùm ad hoc fiat Eucharistia, vt possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarios volumus, munimento dominicæ saturitatis armemus.* Scilicet Martyres gladiatorio Eucharistiæ cibo vegeti, & spiritus, & robur mutuati, tanquam leones ignem spirantes facti sunt Tyrannorum metus, & inferni terror, deludentes atroces tormentorum ictus, Eucharistiæ armis impenetrabiles. Enim verò Eucharistia scutum est, non Brontis, aut Steropis, Chalybia disculptum, sed cœlesti peritiâ, & arbitrio diuino conflatum ad inbellis nostræ naturæ robur, aduersus validissimos hostium ictus. Refert Tertullianus multas, & varias Gentium opiniones de Christianorum Deo: allucinabantur planè ignorantes quem Deum adorabamus, & sic fatur: *Alij plane verosimilius credunt Solem Deum nostrum ad Persas si fortè deputabimur; (licet Solem non in linteis depictum adoremus) habentes ipsum vbique in suo Clypeo.* Quid est verosimilius esse Christianos, vbique habere, & adorare Solem in suo Clypeo? Quid est isto Clypeus Solis? Plane poëtari videtur Tertullianus, quin & hæc sententia Gentilismum subolet. Num clanculùm adorabant Solem olim Christiani? Planè Solis claritas superstitionem proderet. O quot eruditorum ingenia cruciauit difficultas huius loci! ô quot non aptis commentationibus fatigatur hic locus! Rocensis in re Tertulliani (vt cætera omittam) eruditissimus, à me rogatus de sententia horum verborum Tertulliani seriò censebat dissimulanter hîc allusum ad Eucharistiæ Sacramentum Moris quippe esse Tertulliani erat, latenter ostendere in Gentilium Sacris insinuata, & adumbrata esse nostræ fidei Sacramenta: ad quod euincendum plura adaggerabat loca, quæ hic recensere non est nunc mei instituti satis sit Solis candorem & habitum in Clypei formam figuratum vmbram esse Eucharisticæ hostiæ. Habemus enim Christiani vbique, id est, in omnibus oppidorum templis Clypeum Solis, hoc est, Solarem Clypeum in Eucharistiæ hostia expressum. Nempe Eucharistia est Solaris Clypeus Ecclesiæ, in omnibus Christianorum templis velut in armamentariis expositus, vt aduersus hostiles incursus armemur hoc lucido, & cœlesti scuto. Et quidem Sol è cœlesti materia est, & inde nihil pati potest. Quin & simul Clypeus est, & telum: nam solares radij velut sagittæ deputantur *in splendore fulgurantis hastæ tuæ.* Habacuc 3. v. 11. quod de Solis radiis volgò accipitur. Ecce tibi Eucharistia adest nobis velut Solaris Clypeus & ignita tela, vt ex altari omnis armatura nobis suppetat ad exarmandum impetentium iras.

Eucharistia est Solis clypeus. Tertul. c. 16. Apolog. 77.

Rocensis.

Habac.

78. Psalm. 22. v. 4. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es* Vbinam aderat Prophetæ Deus, quem esse iuxta se, & sibi auxiliarem dicit? cuius præsentiæ quasi armatura munitus, audet ad sæuiora pericula. Expende quæ subiungit verba sequenti versic. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me.* Quænam est hæc mensa quæ Prophetam sic armat, & animosum reddit aduersus furiosas sæuissimorum hostium iras? Hac mensa significari Sacramentum altaris docent S. Basilius, Theodor. S. Chrysostomus, Euthym. Cassiodor. Haimo, S. Bruno, S. Thomas, Ruffinus, Origenes, Eusebius, S. Cyprian. S. Paulinus, S. Ambrosius, Augustinus, S. Cyrill Hierosolym. S. Zeno Veronens. Paschasius Hugo Burgens. & volgò Recentiores, scilicet altaris mensa non tantùm annona est, sed arma, & scutum aduersus hostium insidias, & tyrannidem. Præclarè S. Chrysostomus ibi: *Hac mensa, ait, agnoscitur altaris Domini consecratio: Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Qui sunt isti qui nos tribulant? Suggestiones inimici, excogitationes, cupiditates; delectationes, sæculi honores.* Nimirùm cœlestis hæc mensa munit hominem aduersus furias persecutorum, aduersus infernales hostes, & subdolas eorum insidias; Eucharistia armat nos contra ambitionis fastum, contra libidinis æstum, & reliquas animi pestes. Erit ergo Eucharistia appetitionum frænum, concupiscentiæ coërcitio.

Psalm. *Eucharistia armat, aduersus concupiscentiam.*

Basilius. Theodor. Chrysost. Euthym. Cassiod. Haimo. Bruno. Thomas. Ruffin. Origen. Euseb. Cyprian. Pau in Ambros. August. Zeno Chrysost.

R. P. Didac. de Celada in Iudith. N 3 citio.

citio, pax ab hostium incursibus & beata animi tranquillitas, pacatam reddens vitam, iam Angelicæ perfectionis. *Pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis, Panem Angelorum manducauit homo.* Psalm. 77. v. 24. S. Hieronym. interpretatur, *Panem fortium.* Scilicet Eucharisticum manna panis est fortium, quia robustos facit; panis est Angelorum (ait Lorinus) quia vires integras, & sanitatem conseruat, ita vt Angelis similes videantur: vel potiùs quia hic cœlestis cibus Angelicam indolem facit, id est, mores planè Angelicos, puritatem, fortitudinem, indolentiam, tranquillitatem supra humanum fastigium, & Angelicæ naturæ æmulam.

Basil. Hieronym.

Lorin. in c. 16. Sap.

99. Cyprian. S. Cyprianus nuper laudatus asstruens Martyribus designatis concedendam esse Eucharistiam, sic fatur: *Quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, si non eos priùs ad bibendum in Ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus?* Neque enim Patres Concilij Carthaginensis idoneos iudicât ad martyrium exantlandum eos, qui sancta Communione non priùs armentur. Nam Sacra synaxis cor hominis confirmat, & durat ad patiendum: est enim animi vigor, & alacritas Martyrum.

S. Thom. Liceat vulgarem locum expendere S. Thomæ, etsi ad alia themata à concionatoribus sudatum. Quærit Doctor Angelicus 3. p. q. 81. art. 1. cur Christus se communicauerit paulò ante Passionem; nam indubium est sui corporis, & sanguinis sumptionem non auxisse habitualem Christi gratiam. Quorsùm ergo Christus Deus se communicat? Quem effectum ipsi præstet Eucharistia? quid conducat Christus ipse in escam conditus, & Eucharisticè sumptus? Quod si frustrà se communicat, indignè id faceret, nam indignum Christo est, quicquam frustrà facere. Respondet S. Thom. quod Christus *ex susceptione huius Sacramenti habuit quandam spiritualem delectationem.* Mirabile planè foret Christum Deum mente, & voluntate beatum, & ita beatâ delectione fruentem, nouam delectationem spiritualem de nouo percipere. Vnde hæc delectatio commodè intelligi potest exultatio, seu alacritas ad subeundum Passionis mysterium: siquidem ideò paulò ante suum martyrium Christus instituit hoc Sacramentum, & illo vti voluit ad ingerendam sibi aliqualem ad patiendum alacritatem. Quis non miretur vbi tot causæ suppetebant Christo, quæ illum alacrem facerent ad subeundam funestissimam, & sæuissimam mortem, ex Eucharistico cibo mutuasse aliquam ad patiendum alacritatem?

Eucharistia alacritatem Christo auxit ad patiendũ.

100. Profectò cæteri homines, idonei à Cypriano non iudicantur ad patiendum, nisi confirmati huius cibi vigore, at Christus Deus, qui mille nominibus idoneus erat, saltem aliquam alacritatem idoneè fœneratur ex Eucharistiâ. Nam quisquis Eucharistiam præsumit, quasi in tuto est à persecutorum infesta malitia, neque dimouebitur vlla tormentorum vi à proposito, cuius cor, hoc robustorum pane confirmatur. De quodam insigni Reo, qui à Præfecto quærebatur ad necem; ait S. Nazianzenus. *Ad Sacram mensam confugit:* quia Sacra mensa ius effugij habet. In tuto est qui ad Sacram mensam confugit. Scholiastes disertè rem expressit, *Ius Asyli in Sacra mensa.* Nempe Sacra mensa est Christianorum asylum: ad Sacram synaxim qui confugit, persecutionem fugit, hostiles deludit insidias, in tuto, inquam, est: Nam corpore, & sanguine Christi Dei armatus facilè exarmat hostes, & quasi in tutissima arce positus, securè despicit, deuincit, detriumphat hostilem furorem. Ergo, ô homo qui ambicillus es

Eucharistia habet ius asyli.

Nazianz. Orat. pro S. Basil.

à natura, dignè frequenta Eucharistiæ mysteria, & eris fortis ex gratia. Adest vbinis cœleste armamentarium, ne inermis excipias furiosos hostes. Qui arma negligit, non præsumit vincere, sed vinci satagit. Quisquis victoriam ambit, Eucharistiæ clypeo se muniat: est enim tutamen afflictorum, asylum Christianorum triumphandi securitas, & immortalitatis insigne. Præclarè Tertullianus inquit de populo Hebræo: *In eremo manna cibatus quadraginta annis ad instar æternitatis redactus, neque humanis passionibus contaminatus.* Neque qui Eucharistia cibatur ad instar æternitatis redigitur: neque enim passionibus contaminatur humanis, qui Angelorum cibo nutritur.

Eucharistia redigit hominem instar æternitatis.

Tertul. lib. aduers. Iudæos cap. 3.

§. XXV.

Eucharistia indignè accipientibus venenum est, laqueus est ad mortem, & gehenna ad cruciatum: non quia malum quid accipit; sed quia bonum malè accipit.

HOmines non inuenit felices Eucharistia, sed facit: inueniat præparatos, vt reddat beatos. Dignum tanto hospite pectus ditat, prosperat, beat Eucharistia: Indignum verò depauperat, infelicitat, damnat. Vnde ad communionem corporis, & sanguinis Domini opus est lipidissimâ conscientia, vel quæ niteat innocenti puritate, vel quæ innocentem reddit aut amoris ignis, aut lacrymarum baptismus. Lucæ 11. v. 38. *Pharisæus autem cœpit intra se reputans, dicere: Quare non baptizatus esset ante prandium? Et ait Dominus ad illum: Vos Pharisæi quod deforis est calicis, & catini mundatis.* Quæ verba sic commentatur S. Ambrosius: *Non dubium est vocabulo Calicis, Passionem corporis declarari.* Scilicet ante Eucharisticum Calicem, qui Passionem Domini repræsentat, exigitur baptismus aliquis, qui eluat animi sordes, & conscientiam emaculet. Profectò baptismus omnia delicta, tam grauia, quam venialia extergit: imò & delictorum omnium reatum, ne vel leue peccatorum maneat vestigium in homine. Ergo ad Calicem Dominicæ Passionis, & catinum sui corporis recipiendum aliquis Baptismus pœnitentiæ præcedat, qui symbolum sit primi baptismi, & puritatem baptismo non absimilem in animo faciat; vt ita homo dignè præparatus, dignè excipiat in se Corpus, & Sanguinem Domini. Quærunt Interpretes Euangeliorum, quare cùm Christus Deus Apostolos bene pransos communicauerit, in reliquis fidelibus ieiunium exigat Ecclesia ad communicandum idem Corpus, & Sanguinem Dominicum? Augustinus ita scribit super hac re: *Liquido apparet quando primò acceperunt Discipuli Corpus, & Sanguinem Domini non eos accepisse ieiunos. Nunquid propterea calumniandus est ritus vniuersa Ecclesia, quid à ieiunis semper accipitur? Placuit enim Spiritui Sancto, vt in honorem tanti Sacramenti in eos Christiani priùs Dominicum corpus intraret, quam cæteris cibi.* Scilicet primus cibus, quô ieiunium soluitur, si cœlestis hic cibus, vt hominis anima, & corpus famescat, & sic inhiet Eucharistiam. Præparetur homo & ieiunij maceratione, & desiderij anhela cupiditate: *Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.* Præterea *Virgine saliua*, vt ait Tertullian. (alibi aliter expendendus, dum agam de ieiunij

101. *Quales baptismus debeat præcedere Eucharistia sumptionem.*

Luc.

S. Ambros.

August. ep. 118.

102.

Eucharistia accipitur virgine saliua.

Psal. 62. Tertul.

ieiunij encomiis) Virgine, inquam, ſalias recipiatur Euchariſtia, vt ſaltem ſpecies aliqua mundioris puritatis illam primò excipiat: ſic lingua virgo à detractione, à iactantia, à mendacio, ab adulatione: ſit conſcientia virgo à delictorum ſtupris: aut pœnitudinis eminentia, aut pœnitentiæ baptiſmus reſculpat. *Virginem continentiam*: vt ita *ſaluâ virgine*, id eſt, virgineâ puritate recipiamus ipſum Deum ſub cibi, & potus ſpeciebus. Porrò ſicut Verbi diuini incarnatio ſummam in Deipara Virginitatem exegit, ita Euchariſtia, quæ vulgò dicitur Incarnationis ampliatio, virginalem conſcientiæ puritatem requirit. Ergo *probet ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*. 1. Corinth. 11. verſ. 28. Nam vt cœleſtis hic cibus bene diſpoſitis ſalus eſt, lignum vitæ, & immortalitatis antidotus: ſic indigne acceptus venenum eſt.

Euchariſtia venenum dicitur male accipientibus. 1. Corinth.

Leo.

S. Leo in ſermone de Paſſione: *Hic perfidus Iudas inebriatur veneno, dum ſitit lucrum, ſtultè impius fuit.* Audis Chriſtum Deum, qui medicina, antidotus, ſalus, & vita eſt, malè acceptum verti in venenum? Heu nefariam accipientis malitiam, quæ et Deo venenum facit, & ſalutarem hoſtiam conuertit in virus!

103. *Nomen eſt Eccleſiæ Argus. P. Damian. ſerm. 61.*

Argus vniuerſalis Eccleſiæ Paulus (liceat nunc accommodare Paulo Euangeliſtæ Ioannis epithetum quod illi tribuit Petrus Damianus) ineffabilibus myſteriis in tertio cœlo imbutus, penetrans lynceis oculis, quàm profliget animam à non bona conſcientia receptus hic cibus; explorans, inquam, Paulus quid fiat in abdito humani pectoris, ita fatur, 1. Corinth. 11. verſ. 27. *Quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: Reus erit Corporis, & Sanguinis Domini.* Et ſtatim ſubdit v. 29. *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.* Id eſt, qui indignè accedit ad hoc Sacramentum, ſciat ſe reum fieri Corporis, & Sanguinis Chriſti Dei. Nempe ſicut impij carnifices, qui Chriſtum crucifixerunt, & ſceleſtiſſimus Iudas proditor, rei ſunt Deicidij: ita qui grauioris flagitij conſcius temerariè audet accedere ad hoc Sacramentum, quaſi iterùm Chriſtum prodit, & crucifigit; & ita ait Paulus, quod eiuſmodi homo impiè audax, reus fit Corporis Domini, & effuſi Sanguinis. Quid flagitioſius quàm reum fieri Dominicæ proditionis, & pœnæ debitæ ſceleratiſſimis Chriſti Dei tortoribus? Quod eleganter aduertit S. Chryſoſtomus hunc Pauli locum verſans: *Nam ſi*, inquit, *regiam contaminantes purpuram ſimiliter puniuntur, ſicut & diſcindentes, non eſt diſſimile. Domini Corpus impurâ mente ſuſcipientes, eandem ſubire vindictam cum his, qui clauis ipſum diſciderunt.* O ſummam malitiæ exaggerationem, abſque exaggerationis audacia! Quid criminoſius, quam reum fieri Chriſti proditi, & Dei crucifixi?

1. Cor.

Indignè ſumens Euchariſtiam Deicidij reus eſt.

Chryſoſt. homi. 61. ad pop. Ant.

104. *Quid ſit iudicium manducare?*

Cæterùm expendere operæpretium eſt, quid ſit, quod Chriſtum Deum indignè in Euchariſtia ſumens *iudicium ſibi manducat, & bibit*? Exiſtimabit fortè aliquis iudicium hic non tantum ſignificare ſententiam Iudicis, ſed iuſtitium, id eſt, tribunal: nempe iudicem in ſubſelliis, teſtes deponentes teſtimonia, Notarios adſtantes; lictores tribunal ſtipantes, tortores diuerſa ſupplicij genera oſtentantes ad ſententiæ executionem aduerſus reum Iudicis ſententia damnatum: quia & ſententiæ executionem: & ita *iudicium* ſignificabit ea omnia, quæ interueniunt in iudicio. Profectò Chriſtus in Euchariſtia exiſtens, vt iudex adeſt in pectore ſacrilegè communicantis, vibrans ſententiam mortis in reum Corporis, & ſanguinis ſui. Et qui ſicut Iudas in cœnâ iuſtitiæ propinæ, quod augere ſolet apud homines exiſtimationem rigoris. Adſunt etiam miniſtri iuſtitiæ diuinæ: *Nam poſt buccellam introiuit in eum Satanas.* Ioan. 13. v. 27. Quæ verba de Buccellâ Euchariſtica videtur interpretari S. Auguſtinus. Ex quo S. Anſelmus, in eundem Pauli locum ſic ſcribit: *Sicut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus non malum accipiendo, ſed malè accipiendo, locum in ſe diabolo præbuit; ſic indignè quiſquis ſumens Dominicum Sacramentum, &c.* Audis furioſos diuinæ iuſtitiæ miniſtros, & infernales lictores, & carnifices comitari Iudicem Chriſtum in Euchariſtia intrantem in hominem impium? Planè tortores non deerunt: imò nec rigoris inſtrumenta. Sic luculenter interpretari poſſumus locum illum Iſaiæ cap. 25. v. 7. Vbi poſtquam de Euchariſtiæ conuiuio ex communi interpretum ſententia egerat, aiens: *Facit Dominus in monte hoc conuiuium pinguium, &c.* cadit de his, qui indignè adſtant huic conuiuio, *Et præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati.* Quorſum in conuiuio Euchariſtico fit mentio vinculi colligati? Quid Euchariſtiam recipienti, cum vinculo colligato? Planè qui indignè Euchariſtiam accipiens, reus eſt Corporis, & Sanguinis Domini, vnà cum cibo vorat vinculum, quo ligatur, & ſuſpenditur ad æternæ mortis interitum. Hanc expoſitionem inſinuat S. Hieronymus aiens: *Abſorbere faciet faciem mortis, & vinculi.* Id eſt, indignè ſumens in Euchariſtia Chriſtum Deum, ſimul deglutit vincula, & laqueum, quò miſero ſuſpendio æternùm patibuletur ad mortem. Neque tantummodò vincula ad laqueum ſuppetunt, & lethale ſuſpendium, ſed tandem æterna gehenna ſupplicij nomine decernitur, vt commentatur ibi S. Anſelm. aiens: *Qui indignè manducat, iudicium ſibi manducat, id eſt, damnationem extremam.* Ecce tibi, qui polluta conſcientia accedit ad cœleſte conuiuium non tam ſibi bibit immortalitatis poculum, quàm vinum *Damnatorum*, vt appellat Amos, cap. 2. v. 8. *Iudicium*, vel iudicium ſibi manducat, nempe quia reus eſt Corporis, & Sanguinis Domini, accipit Iudicem ſeueriſſimi, teſtes rigidos, lictores inhumanos, infernales carnifices, vinculo collo alligata, & ſententiam damnationis æternæ. Quæ omnia breui complexus eſt Dauid Pſal. 10. verſ. 7. ita pangens: *Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.* Nam ſicut pars calicis, quæ obtingit bene diſpoſitis, eſt ſoſpitas, ſalus, vita, beatitudo, æternitas felicitatis: ita pars calicis, quæ obuenit indignis, eſt tempeſtas iudicij, & miniſtrorum procella, damnatorum laquei, ſeu vincula colligata, perpetuus ignis, & ſulphur gehennæ æternantis ad cruciatum. Itaque qui reus eſt Corporis, & Sanguinis Domini terribile ſibi iudicium manducat, & bibit, non quia malum quid accipit, ſed quia bonum malè accipit.

Ioan.

Auguſt. in Pſal. 4.

Qui indignè ſumit Euchariſtiam vinculum colligata vorat.

Iſaiæ.

105.

Hieronym.

Anſel.

Amos.

Pſalm.

106.

Ergo *probet ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*, id eſt, ſe diligenter examinet, & oculatiſſimè exploret ſuam conſcientiam, vt diuinioris menſæ dignus ſedeat conuiua. Nam qui cæcus debet eſſe ad credendum perſcrutandum myſterium, perſpicaciſſimus ſit ad ſcrutandam conſcientiam. Hinc Euchariſtia dicitur Eccleſiaſtici 15. v. 3. *Panis vitæ, & intellectus.* & 1. Petr. 2. v. 2. Euchariſtiæ poculum appellatur. *Rationabile lac*, ſeu *verbale*, vt interpretatur Clemens Alexand. vt ratio noſtra æmuletur ſublimem verbi intelligentiam, vt ſic prius nos diiudicemus, quàm à Verbo iudicemur, tanquam rei Corporis, & Sanguinis ſui. Et quia præclarâ intelligentiæ luce et … perſcru-

Eccli. 1. Petr. Clem. Alex. …

Hesych. Tertull. Chrysost. Nizetas. *Eucharistia est cælestis carbo.*

perscrutati conscientiam, dicitur suprà ab Hesychio *Cœna lucis*, & à Tertulliano *Clypeus Solis*, & à Chrysostomo homil. 61. ad populum *Fons lucis*. Et Nizetas Dauid in vita Ignatij Constantinopolitani, *diuinus panis, velut cælestis carbo gratiæ radios spargebat*. Videlicet Eucharistiæ arcanum mysterium fidei tenebris totum caligat, cæcitas est, nox est hominibus; at debet esse *Noctis meridies* (vt ille alius dixit) vel claræ diei præclara lux, eius conscientiæ, qui accedit ad tremendum hoc mysterium. Adsit in conscientia nitor, vt per obscuri conuiuij caligo, sit Cœna lucis, Gratiæ carbo, Fons lucis, & Clypeus Solis; non reatus æternæ caliginis. Bonis *Pluit manna ad manducandum*: sed *pluet super peccatores laqueos, &c.*

§. XXVI.

Crux est cupiditatum insectatio, Inferorum debellatio, Cælorum patefactio, consummatio virtutum, Passionis forma, Eucharistiæ decus, Christi Dei augustissima gloria.

107. Tertull. lib. de Cor. milit. c. 3. *Crucis signemur ad singulas actiones.* Chrysost. hom. 11. ad pop. Ant. Hieron. in vit. Paul. Adelm. de Virg. c. Anastas. Sinaita l. 1. Anag. contempl. in Genes. Tertull. lib. de idololat. c. 12.

Tertullianus sic scribit: *Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conuersatio exercet, frontem Crucis signaculo terimus.* Quod etiam tradit S. Chrysostomus, S. Hieronymus, Aldelmus. Et quasi parum frequens foret hæc Crucis repetitio, ait Anastasius Sinaïta: *Similiter etiam homo ad formam Crucis figuratam habet imaginem, vt qui sit ad imaginem Christi crucifixi.* Anastasio accinit idem Tertullianus, aiens: *Si vis Christi discipulus esse, Crucem tuam tollas; & Dominum sequaris necesse est, id est, angustias, & cruciatus tuos: vel corpus solùm, quod in modum Christi (crucifixi) est.* Nēpe non tantùm actiones nostræ, sed etiam ipsa natura nostra debet Crucem repræsentare, Crucis formam exprimere, ne vnquam memoria Crucis excidat, sed semper signo Crucis, vel naturaliter obarmemur ad debellandas Diaboli, & concupiscentiæ phalanges, ad inuadendum cæleste regnum, & ad omnia magna in re virtutis perpetranda. Sententiosè inquit Seuerus Sulpitius: *Crux digno ambitu consecrata.* Quasi Crux piè ambiat: Imò quid boni non religiosè præsumat? quid mali non auertat pia Crucis ambitio?

Seuer. Sulp. lib. 2. sacr. histor.

107. Isaias Abbas Orat. 16. *Crux est cupiditatum insectatio.* Berengar. lib. 2. de inuent. sanctæ Crucis c. 2.

Isaias Abbas sic ait: *Crux Iesu est omnium cupiditatum insectatio.* Nam Crux est temperatio passionum, appetitionum cohibitio, concupiscentiæ frænum, & quædam animæ salus, vt luculenter dixit Berengarius Abbas: *Post passionem Christi lignum Crucis absconderunt Iudæi, vt clarius Sole, & manifestius luce, salus nobis in auctore vitæ & salutis, deesset in Cruce.* Quasi lignum Crucis non tantùm sit vitæ lignum, signum valetudinis, & causa salutis, sed ipsa salus animæ, & hominis bona valetudo: nam Crux *cupiditates insectatur*, vitia frænat, concupiscentiam coërcet, & cæteras animi pestes vsque ad animæ mortem serpentes, cohibet ad vitam. Quin & serpentem Dæmonem profligat, & vincit: Septimius agens de Serpente illo æneo, quem in eremo sustulit Moyses, Numer. 21. v. 9. *Figuram designasse dominicæ Crucis à serpentibus, id est, ab Angelis Diaboli, liberatura nos, dum per semetipsam Diabolum, id est, serpentem infestum suspendit.* Iosue cap. 8. v. 29. dicitur, quod *Regem Haï suspendit in patibulo.* Ad quæ verba sic fatur

Septim. l. de Idololat. Numer.

Iosue.

Orig. *Cruci affixum est Dæmonem etiam, qui cruci vincitur.*

Origenes ibidem: *Domini nostri* IESV CHRISTI *crux gemina fuit. Quia visibiliter filius Dei in cruce crucifixus est: inuisibiliter vero in ea cruce Diabolus cum principibus eius affixus est cruci.* Nempe in Cruce Christi, & Christus crucifixus est ad salutem, & vitam sempiternam sanctorum, (est enim *Crux immortalitatis indicium*, ait Isaias Abbas; & in eadem Cruce patibulatus est Dæmon ad æternam sui mortem, & æternaturum Diabolorum interitum. Exod. cap. 17. v. 11. Cùm IESVS Naue, seu Iosue pugnabat contra Amalec, Moyses orabat in monte, extensis manibus: *Cùmque leuaret Moyses manus, vincebat Israël, sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.* Cur extensis manibus orabat Moyses ad victoriam? & cur non potiùs è genu, aut prostratus humi, qui reuerentior habitus est. Audiendus est Septimius: *Iam verò Moyses quid vtique tantùm nunc, cùm* IESVS *aduersus Amalec præliabatur, expansis manibus orabat residens, quando in rebus tam attonitis magis vtique genibus positis, & manibus cædentibus pectus & facie humi volutata orationem commendare debuisset? nisi quia illic vbi nomen* IESVS *dicebatur, dimicaturi quoque aduersus Diabolum, crucis habitus quoque erat necessarius, per quem* IESVS *victoriam esset relaturus.* Scilicet oratio signo Crucis armata eualet ad vincendum Dæmonem, illúmque affigendum cruci, & prosternendas Tartareas legiones, & intestinos hominis hostes.

Isaias Abbas Orat. 13.

Exod.

Septim. lib. aduers. Iud. cap. 9.

109. *Crux est pons.* Petr. Dam. serm. 69.

Cæterùm Christi Crux machina est, quâ è terris cælum scandimus. Petrus Damianus: *In hoc felix ille velinatus est latro, qui breui ponte crucis de patibulo ad regnum, de supplicio ad paradisum translatus est.* Ecce tibi Crux est pons, quo vorticosum huius seculi pelagus sicco vestigio tranamus, & vehimur in cælos. Nisi velis Crucem esse sublicium pontem, quo transimus fossam, qua circumdatur vrbs Ierusalem cælestis. Neque tantùm est pons, quo per fossam transuehimur in cælum; sed etiam est machina, qua cælum arietamus, & cælum inuadimus. Nam Crucis machina cæli commentum est, & cælum audet arietare, & inuadere, & vim inferre cælo: *Arietem* (verba sunt Tertulliani) *nemini vnquam libratum, illa dicitur Carthago studiis asperrima belli, prima omnium armasse in oscillum penduli impetus. Cùm autem vltimarent tempora patriæ, & aries iam Romanus in muros quondam suos auderet, stupuêre illicò Carthaginenses, vt nouum extraneum ingenium.* Scilicet Carthaginenses commenti sunt arietis muralis machinam, ad labefactandos vrbium muros; at Carthaginenses ob longam pacem arietis sui iam obliti; cùm pugnaces Romani ariete, id est, Carthaginensi machina vterentur ad expugnandam Carthaginem, stupuêre illicò Carthaginenses, vt nouum & extraneum ingenium. Qui quæso est muralis Aries, nisi Crucis machina? Crux enim *Ianuas clausas aperuit*, ait S. Chrysostomus. Quæ tametsi Cæli commentum sit, muros cæli arietare audet, & cælos inuadere. Obstupescunt enim cælici ciues arietantem Crucem muros suos, *vt nouum, extraneum ingenium.* Quid enim magis insolens? quod commentum vsque adeò ingeniosum, & extraneum, quàm exiguam Crucis machinam pendulo, & quasi violento impetu patefacere, & velut expugnare cælorum mœnia? Et quasi parùm foret Crucem cælos aperire, cælorum ianuas Crux sustulit. Quod præclarè notauit Auctor imperfecti ad illa verba: *Aperti sunt cæli*, sic aiens: *Ecce baptizato quidem Christo, cæli aperti sunt ei tantùm: postquam verò tyrannum vicit per Crucem, & resurgens ab Angelis portabatur*

Tertull. lib. de Pall. c. 1. cap. 1. *Crux cælos arietat.*

110. Chrysost. homi. de Ador. Cruc.

Imp. ... homil. 4. in c. 3. Matth.

portabatur in cœlum: videntes Angeli portitores, quia cœli iam nunquam erant claudendi, sed omnes iusti, & peccatores pariter ascensuri erant in cœlum: quia non erant necessaria porta cœli, cœlo postea nunquam claudendo, ideò non dicunt, aperite portas, & introibit Rex gloriæ, iam enim erant aperti; sed, Tollite portas principes vestras, Psal. 23. vers. 7. Nimirum Crucis *nouum & extraneum ingenium*, crebro arietantis machinæ impetu, non tantùm cœlos aperuit, sed etiam portas cœli sustulit, vt iustis & peccatoribus peruius esset ad cœlos aditus, & expeditior intrandi facultas. O Crux, extranea & ingeniosa machina, quæ tartareos milites vicit, & inferorum regna expugnauit, & diripuit! quin & cœlestia mœnia sic arietauit, vt cœlorum portas sustulerit, ne quod obstaculum esset ad intrandum in cœlos. Euge Crux machina pugnacissima! lignum planè beatum, & gloriosum, & diuinum, & *digno ambitu consecratum*:

Psal.

111\. Quin & Crux non tantùm causa est omnium Christianarum virtutum, sed etiam signum. Porrò fortitudinem exprimit, ait Aldelmus, *Cœnobialis militia pugiles, frontem vexillo crucis armatam, audacter æmulorum agminibus offerentes.* Crux præfigurat etiam silentium: inquit enim S. Hieronymus de moritura Paula: *Digitum ad os tenens, crucis signum pingebat in labiis.* Ad hæc Crux orationis energia est, vt nuper videbamus in Moyse orante expansis manibus; & in crucis figuram conformatis. De quo orandi habitu, sic fatur Tertullianus: *Sic itaque nos ad Deum expansos, vngula fodiant; cruces suspendant, ignes lambant, gladij guttura detruncent, bestiæ insiliant: paratus est ad omne supplicium habitus orantis Christiani.* Nempe ipse habitus Martyris spontanei, & religiosè orantis, crucem extensis manibus refert. In martyre autem fides constantia, & charitas maximè elucet. Et Rabanus de laude Crucis: *Tu sancta Crux peccatorum es remissio, pietatis exhibitio, meritorum augmentum, desperatorum securitas, infortunatorum felicitas* Damascenus: *Crux Christi clauis est paradisi, salus animæ & corporis, bonorum omnium datrix.* Cassiodorus: *Crux est victoria Christi, perditio Diaboli, cœlestium confirmatio, vita Iustorum.* Itaque omnis Christiana virtus in Cruce reperitur, Cruce constat. Legi potest super hac re S. Bernardus sermone de Passione Domini, & Ionas Aurelat. duobus libris de Cruce. Et S. Chrysostom. ait: *Crux est baptisma. Quid igitur Christi crux, & sepulchrum hoc nobis baptisma fuit.* Quàm limpidi recedunt homines à baptismo, tam puri abscedunt à Cruce; ô nouum baptismatis genus! Imò tota Christianissimi sapientia à Cruce est. Ioannis 16. v. 12. *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò.* Quando ea poterunt portare & penitus discere? Didymus, *Hoc dicit quod auditores verborum eius nondum fuerant omnia consecuti, sed aliqua tradens eis, ea quæ maiora erant in posterum distulit, quæ tunc non poterant, nisi primitùs in capite nostro magisterium, & forma crucis praìret.* Scilicet Christi crux est magisterium omnis Christianæ sapientiæ, & eruditio omnium mysteriorum, & summa omnium virtutum.

Aldelm. de Virg. cap. 5. *Crucis elogia.* Hieronym. Tertull. Apol. c. 78. Raban. Damascen. l. 1. de Fide, cap. 22. Cassiod. in Psal. 4. Chrysost. in c. 6. epist. ad Rom. *Crux est baptisma.* Ioan. Didym. l. 1. de Spiritu S.

112\. Et quod mirère magis, ethnicorum ambitiosior superbia, numinis decus nesciuit tribuere Idolis, nisi Crux impertiretur honorem diuinitatis. *Diximus* (verba sunt Septimij) *originem Deorum vestrorum à plastis de cruce induci.* Hæc gloria Crucis est, ingenium idololatriæ nesciuisse formare numen absque Crucis ministerio. Tanta est Crucis gloria! Scio ex S. Chrysostono, olim Cruce coronari aiens: *Coronas merebitur Crucis*: vt non modò Crux sit sceptrum regni, sed etiam corona gloriæ: *Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi*, ad Galat. 6. vers. 4. Expende verbum *Absit*, & voculam *Nisi*, quæ sic expendit S. Anselm. ibi, *Mihi ab sit gloriari in potentia Christi, vel in maiestate, seu potestate; sed in Cruce. Absit*, scilicet longè sit à me. Quid? nefas est Paulo gloriari in Christi Dei potentiâ, quâ Tartareas potestates prostrauit? aut in maiestate, quâ filius Dei declaratus est? aut in potestate, tot miracula edidit? Absit, inquit, gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Quasi dicat; gloriatio in Cruce, præcipua mihi laus est; cæteri Apostoli, & Christiani in Christi Dei virtutibus glorientur. Mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Quasi Crux Paulo sit eximior Christi laus, & potissimum elogium: *Nec antè Rex gloriæ à cœlestibus salutatur Christus, quàm Rex Iudæorum proscriptus in crucem*, ait Tertullianus lib. de Coron. milit. cap. 14.

Septimius Apol. c. 16. *Crucis gloria, & decus.* Chrysost. homil. de cruce, & latrone. Ad Galat. Anselm.

113\. Quærunt interpretum proceres, cùr Christus beatam gloriam in Thabore ostentarit Moysi, & Eliæ, & Apostolis? Quid necesse fuit anticipare gloriæ decus? vt quid ante tempus prælibat beatitudinis dulcedinem: Num impatiens erat ostentandæ gloriæ? Estne hæc ambitio gloriosæ beatitudinis, an probrosæ Crucis? Opportunè S. Chrysostomus, causas huius rei inuestigans, inquit: *Quartam verò causam Euangelista ipse tetigit. Quænam igitur illa est? Vt crucis gloriam ostendat, & tam Petrum, quàm reliquos, qui passionem formidabant ad sublimius erigeret. Non enim tacebant, inquit, sed loquebantur de gloria, quam completurus erat in Ierusalem, de cruce videlicet & passione.* Neque ideo Christus Deus beatam gloriam in Thabore ostentat, *vt crucis gloriam ostentat*; agens *de excessu* (vt scribit Vulgatus) aut *de gloria crucis*, vt interpretatur S. Chrysostomus. Quasi à gloria Crucis, & ob gloriam Crucis sint Beatæ Thaboris gloriæ: ô sublimes Crucis glorias! Huc alludere videtur S. Petrus Chrysologus, serm. 19. super illis verbis Matth. 8. vers. 19. vbi Scriba ille dixit Christo, *Sequor te quocunque ieris. Quasi posset cum Christo subire conflictum, ignominiam crucis subire per gloriam.* Nimirum, ait Chrysologus. Per gloriam subitur ignominia Crucis. Tam gloriosa enim res est Crux Christi, vt per gloriam subeunda sit. Quid exaggeratius?

Tertul. lib. de Coron. mil. c. 14. Matth. Chrysost. hom. 57. in Matth. Lucæ. *Per gloriam itur ad Crucem.* Matth. Chrysol.

114\. Christus Dominus in fine cap. 25. Matthæi, egerat de beatitudine donanda sanctis viris: Et mox inchoabat cap. 26. aiens: *Scitis quia post biduum pascha fiet, & Filius hominis tradetur.* Quorsùm postquam tractarat de beatitudine, statim agit de Passione, & cruce? Eleganter S. Hilarius ibi: *post sermonem, quo venturum se Dominus in reditu claritatis ostenderat, nunc passurum se esse admonet, vt Sacramentum crucis admixtum esse gloriæ æternitatis agnoscerent.* Videlicet arcanum Sacramentum Crucis adiunctum, seu vnitum, imò admixtum est gloriæ beatitudinis. Hispanicè dicas, *Lo retirado del mysterio de la Cruz, esta bañado con glorias de bienauenturança.* Vsque adeò enim gloriosa res est Crux Christi, vt ignominia Crucis per gloriam subeunda sit. O pia Crucis ambitio! Bellè S. Chrysostomus: *Post crucem res Christi clariores futuræ.* Quasi à Cruce splendorē mutuent.

Matth. *Crux admixta gloria æternitatis.* Hilarius. Chrysost. serm. quod Christus sit Deus. to. 5.

115\. Et quia Sacramentum Cruci admixtum est gloriæ æternitatis, ideò Christus Deus præcipua eius opera crucis gloriâ insigniuit Arnoldus Abbas Bonæuallis, sic scribit agens de Cruce: *Nec dubium quin omninò formident Dæmones Passioni formam*

Crux est Passionis forma.

Arnold. Bonaeual Opusc. de septé verb. Dom in Cruce

formam, terroremque eis characteris huius inspectio ipsa incutiat. Audis Crucem dici, *Passionis formam: Es la Cruz, la gloria, y hermosura de la Passion de Christo.* Profectò Christi Dei Passio, pulcherrima semper apparuit Dei oculis; at Crux, venustas est passionis, & illius decus. Neque tantùm Christi passio, sed etiam diuinissimum Eucharistiæ Sacramentum Crucis gloria decoratur. S. Augustinus de tempore, ita fatur: *Hoc signo Crucis consecratur corpus Domini.* Tertullianus tractans illud Ieremiæ 11. v. 19. *Venite, mittamus lignum in panem eius:* per lignum, Crucem intelligit, & per panem Eucharistiam panem interpretatur, aiens: *Utique in corpore eius lignum missum est. Sic enim Christus reuelauit, panem Corpus suum appellans: cuius retrò corpus in panem Prophetes nunciauit.* Nimirum lignum Crucis supponitur Eucharistiæ, ne augustiori Eucharistiæ mysterio deesset gloria Crucis. Porrò Crux exquisite condit Eucharisticum cibum; & hic vers. 15. liquores amarissimi immissione ligni obdulcantur: quod lignum, Crucis est typus, vt mox referendi Exodi interpretes commentantur. Quasi lignum Crucis decus sic potentiæ diuinæ, honor miraculorum Dei, Eucharistiæ sapor, & Eucharistici liquoris dulcedo, & claritudo magnalium Dei.

August. serm. 181.

Ierem.

Tertull. adu Iudæos, c. 10.

Iudith.

116\. Verùm diligenter caueat homo, ne suis delictis deuenustet, & obscuret Crucis præclaras glorias. Nam S. Gregorius Turonensis loquens de quadam aureâ cruce, cui prodigiosa margarita inserta erat sic ait: *Cum adorata fuerit Crux, si a peccato est homo immunis, & ipsa apparet clara. Caeterùm si humanæ fragilitati aliquid detulerit criminis, tota ei videtur obscura: mirámque præbet discretionem, inter innocentem & noxium, cum vni atra, alteri monstretur splendida.* Quasi ab innocentia hominum splendeat Crux, & ab humana malitiâ obscuretur, & squaleat.

Crux infuscatur humanis delictis.

Greg. Tur. l. 1. de gloria Mart.

117\. Non omittam hìc præclara Crucis epithet. aquæ Ionas Aurelianensis congessit ex S. Chrysostomo, sic scribens: Sola Christi Crux est, quæ dissoluit tenebras, & regnum Dæmonum dissipauit. Crux sanctitatem prouidit, Crux nobis Sol iustitiæ facta est. Crux spes Christianorum. Crux resurrectio mortuorum, Crux cæcorum dux, Crux desperatorum via, Crux claudorum baculus, Crux consolatio pauperum, Crux refrænatio diuitum, Crux destructio superborum, Crux malè viuentium pœna, Crux aduersùs Dæmones triumphus, Crux deuictio Diaboli, Crux adolescentium pædagogus, Crux spes desperatorum, Crux iustorum consiliarius, Crux paruulorum custos, Crux virorum caput, Crux senum finis, Crux Regum magnificentia, Crux scutum perpetuum, Crux insensatorum Sapientia, Crux Imperatorum philosophia, Crux lex Impiorum, Crux Prophetarum præconizatio, Crux annuntiatio Apostolorum, Crux Martyrum gloriatio, Crux Monachorum abstinentia, Crux virginum castitas, Crux gaudium Sacerdotum, Crux Ecclesiæ fundamentum, Crux Orbis terræ cautela, Crux esurientium panis, Crux sitientium fons Huc vsque Ionas. Et quidem fons suauissimum liquorem emanans; nam hìc vers. 15. aquæ *obdulcoratæ* sunt immissione typici ligni, quod figura fuit Crucis, vt tradunt ad cap. 15. Exod. Origenes, Theodoretus, Rupertus, Ambrosius de his qui mysteriis initiantur, c. 3. Augustinus quæst. 57. in Exod. Clictouæus lib. 8. in Ioan. cap. 17. Cyprianus libro de Zelo & livore, & passim alij Patres.

Ion. Aurel. l. 2. de cultu imag.

Crucis, multa epitheta.

Iudith

Origen. Theodor. Rupertus. Ambros. August. Clictou. Cyprian.

§. XXVII.

Commentarius litteræ.

Vers. 16 Vbicumque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit.

Vers. 17 Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui.

Vers. 18. Quotiescumque autem præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium.

Vers. 19. Quotiescumque autem pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resistendi.

Vers. 20. Denique Chananæum regem, & Iebusæum, & Pherezænum, & Hethæum, & Heuæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Hesebon prostrauerunt, & terras eorum & ciuitates eorum ipsi possederunt,

Vers. 21. Et vsque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona: Deus enim illorum odit iniquitatem.

Vers. 22. Nam & ante hos annos, cùm recessissent à via, quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt præliis à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam.

Vers. 23. Nuper autem reuersi ad Dominum Deum suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Ierusalem, vbi sunt Sancta eorum.

ABsoluit Achior narrationem petitam ex libro Exodi, illámque connectit cum aliâ 118.
Historiâ adscita ex cap. 23. & 24. Iosue, vt adstruat quomodo Deus pro Israëlitis pugnauerit. Iosue.
ait, quòd vbicumque sunt ingressi *sine arcu, & sagitta* vicerunt, scilicet, Deo pugnante pro ipsis, & profligante hoste.. Non quia inermes ipsi adoriebantur armatos hostes, sed quia non ab armorum vi sed à Dei auxilio vincebant, quod notauit Lorinus in Psal. 43. v. 4. Sic dixit Eliachimus hîc cap. 4 v. 3. Amalec ab Moyse deuictum: *Non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando.* Et tamen Iosue armatâ manu irruit strenuè in Amalecitas. Aduertit Martinus del Rio, tom. 1. Adag. Adagio 49. per *arcum, & sagittam* adagiali formâ omne armorum genus, & artem, & disciplinam militarem intelligi: sic interpretatur hunc locum.

Lorin.

Rio.

Nec fuit qui insultaret populo Hebræo, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui, vt patet ex lib. Iosue, lib. Iudicum, & libris Regum, & Paralipom. 119.

Digitized by Google

Ob delicta exscinduntur urbes & regna. Valentin. Saluianus. Hieronym. Ambrof. Quiros. Tertull.

ralipom. vbi videbis religiosum Israëlem victoriis auctum, gloriosâ pompa; idololatram verò, malè concisum, & patrio solo extortem probrosâ ignominia. Stephanus Valentinus lib. de Bello sacro, ad cap. 4. lib. 1 Machab. rem hanc, & locum hunc Iudithæ eruditè tractat, & comprobat ob flagitia, regna perire. Legatur Saluianus lib. 7. de Prouid. & cap. *Si gens Angelorum*, 56. dist. S. Hieronymus epist. 13. *Nostris peccatis barbari fortes sunt, nostris vitiis Romanus fugatur exercitus.* Ambrosius sermone 25. *Ciuitati non nisi per ciuium peccata infertur excidium, desine peccare, & ciuitas non peribit.* Adiri potest Quiros, ad Deuter. 32. n. 23. Et Tertull. aduers. Gnost. cap. 3. id tradit perelegante: non scribo eius verba, quia longiuscula.

120. Addit vers. 21. Ante aliquot annos in pœnam violatæ religionis deuictos, & hostiliter vexatos Israëlitas multis prælíis, & in turpe exilium abactos, scilicet ab Regibus finitimis, ab Ægyptiis, & Assyriis ipsi: quin forsitan aliqui ex iis, qui in Holofernis exercitu aderant, non pauci adfuêre direptioni Hierosolymitanæ. Subiungit Achior Israëlitarum plurimos, non omnes abductos fuisse in captiuitatem, quia non pauci remanebant in patrio solo, etiam post excisam vrbem Ierosolymam. Proceres in exilium ducti sunt simul cum populo, è quibus nonnulli clanculùm restiterunt in patriâ. Hæc breui perstringo, & cursim, & saltuatim narrata, cursim elucido. Si secus facerem, librum Exodi, Iosue, Iudicum vnà cogerer commentari: Quod procul à meo instituto.

§. XXVIII.

Peccatum census est; cuius causâ redituum nomine, innumeras pensitamus ærumnas.

Lucæ. Matth. *Peccatum est ægritudinum causa.*

121. Diues malorum thesaurus, Peccatum est: à quo quicquid nos vexat, quicquid corpus excruciat, animam fatigat, aut famam dehonestat. Lucæ 5. v. 13. & Matth. 9. v. 1. Offertur Christo Paralyticus curandus, & curationem inchoans bonus Medicus Christus, dixit Paralytico: *Remittuntur tibi peccata tua.* Paralysi medicinam exposcit paralyticus, & remissionem peccatorum facit Christus? Fac, ô Domine, medicinam corpori, quam postulat; & posteà medeberis animæ morbo. Cur priùs tollis morbum peccati ab anima, vt à corpore tollas morbum? Num minimè potes medicinam facere corpori, nisi priùs peccatum expellas? Caues ne non possis corpus sanare ægroti, nisi ante eiicias ab animâ peccatum? Ergo peccatum paralytici tollis, vt reddas paralytico integram corporis sanitatem: vt ablatâ malorum origine, nempè peccato, auferantur mala, quæ ex peccato oboriuntur. O bonam, & Deo dignam eruditionem! S. Hieronymus ad cap. 6. Matth. sic fatur: *Remittuntur tibi peccata tua. Datur nobis intelligentia, propter peccata plerasque euenire corporum debilitates. Et idcirco forsan dimittuntur priùs peccata, vt causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur.* Tollit Christus, vti peritus medicus, peccatum, quæ est morborum origo, vt morbus, & reliqua mala, quæ ex illo procedunt, facilius tollantur: radix enim malorum peccatum est. Ne errent humanæ coniecturæ, quibus liberè vagamur, suspicantes morbum ex hac causâ processisse, iacturam bonorum ex illa occasione: ex alia dedecus, & infamiam. *Datur nobis intelligentia,* & bona quidem, certa, & salubris intelligentia; ex

Hieron. ad c. 9. Matth.

peccato omnia nobis obuenire mala, quæ nos angunt, & fatigant.

122. Sententiosè inquit Tertullianus, *Census peccati.* Peccatum enim Census est. Nam sicut cùm censum debeo, præter capitales, quos accipio, & debeo nummos, redituum quoque stipendia debeo, quæ statutis anni temporibus exoluenda sunt, integro capitali debito: sic cùm voluptatibus, & deliciis peccandi fruitur homo, censum contrahit, pro quo reus est capitalis pœnæ, id est, æternorum cruciatuum, & gehennalis incendij. Sed ad hæc, obnoxius est pensitandi stipendia census, integro tamen, & non soluto capitali. Pendit enim pro *Peccati censu*, redituum nomine, nunc morborum ærumnas, aut charorum mortes; nunc frugum malignos prouentus, & rerum necessariarum penuriam: nunc dedecus alias immeritum, & non bonam famam: &, vt summatim dicam, quicquid ex votis non succedit, stipendij titulo pensitamus pro *Peccati censu.* Satis ad rem Paulus ad Romanos 6. vers. 23. *Stipendia peccati mors*, id est, corporea mors, seu mortales ærumnæ, & humanæ calamitates stipendia sunt, quæ pendimus ob peccatum. *Morbi* autem nomine quicquid molestum est significari solet. Appositè S. Ambrosius exscribit; *Quæstus peccati mors*, hoc est, ob peccatum commissum stipendiarij sumus, & ærumnis obnoxij & morti. Hi quæstus sunt peccati, & vsuræ, quæ nobis obueniunt propter delicta, nempe mors. Vnde homo peccando reditnum nomine pendit mortem, quam sibi dum peccat infert, vt dixit Tertullianus aduersus Iudæos cap. 2. Adam & Eua *si se diligerent, in semetipsos homicidium non commisissent.* Itaque peccatum census est; & stipendia, quæ redituum nomine pensitamus, incommoda sunt & mortes: quæ crebrò patimur. Verùm Christus Deus qui immunis fuit à peccato, immunis quoque fuit à peccati censu; quod aduertit Arnold. Carnot, inquiens: *Neque enim erat Christus peccato conceptus, cuius solius est donare peccatum. Vnde ipsi egredienti, nullum exigens tormenti vectigal.* Cæteri qui in peccatis concepti sumus, peccatis innutriti, pendimus ob censum peccati, *tormenti vectigal.* Eleganter Hildebertus: *Attende miserias hominis, intuere cineres, vectigalia peccati sunt.*

Tertull. l. de Pudic. c. 3. *Peccatum census est.* Ad Rom. Ambrof. Arnod. Carnot. tracta. de B. Maria. Hildebert. epist. 56.

123. Saluianus, Attenta animi consideratione expendens mala quibus ob peccata nostra, ferimur à Deo, qui offensus delictorum offensis, supplicia nobis immittit peracerba; ausus est dicere, Peccata hominum, esse orationem quâ eiusmodi mala impetramus; sic enim fatur Saluianus: *Scilicet quia ead aures suas Deus dicit clamoribus peccatorum, ne differatur pœna peccantium: & verè clamor, & grandis clamor est. Probat vtique nobis Deus, quòd ipse eos noluerit perdere, sed ipsi extorserint, vt perirent.* Vnde ex mente Saluiani, Peccatum clamor est, & grandis clamor, quo peccatores extorquent à Deo, vt pereant. Homóne clamore grandi orat sui ipsius ruinam? extorquet ærumnas à Deo? imò auertere satagit. Quis tam amens, qui sibi oret, & exoret mala? Pulchrè Saluianus Peccatum, Orationis genus censet. Nam sicut oratio clamor est apud Deum, & Dei liberalitatem mulcens, certò impetrat bona, quæ cupimus; sic peccatum oratio est, & *clamor grandis* apud Deum; & Dei iustitiam prouocans, certò impetrat, & extorquet mala, quæ timet. Itaque peccatum peruersa oratio est, qua perpetuò peccantes extorquemus perennes ærumnas, vel à nolente Deo. Nam vt eleganter inquit Cassiodorus: *Silet æquitas* (Iudex inquam) *si culpa non vociferatur admissa.*

Saluian. l. 2. de Gubern. Dei. *Peccatum oratio est impetrans supplicia diuina.* Cassiod. l. 9 epist. 29.

Tertull.

Homo huius mundo, vt seruus metallo datur. Tertull. Tertull. lib. de Pallio. cap. 3. expendens innumeras ærumnas, quas ob primæuum delictum pendebat Adamus, inquit, *De originis loco exterminat, quippe qui deliquerat. Dehinc cùm de originis loco exterminat, quippe deliquerat: pellitus Orbi, vt in metallo datur.* Nempe ob peccatum damnatur Adamus ad exilium paradisi, & orbi datur, vt metallo, id est, sicut reus, qui ob flagitia, aut sicut vilis seruus, qui stipendiarius seruitutis, addicitur ad vile seruitium effodiendi minas, seu secturas metallorum: sic Adamus ob peccatum. Scitè ergo Iuditha, c. 8. v. 27. peccatis Hebræorum adscribit ærumnas, quas patiebantur, adhortans Bethulienses, vt reputent diræ obsidionis mala, supplicij loco pendi ob censum peccati Et Achior hic vers. 17. ait: *Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui.* Iudith.

---

§. XXIX.

Pœnitentia peccatorem reformat in Ioannem Baptistam, & transformat in Deiparam: & albis Gloriæ vestibus induit.

124. *Pœnitentia hominem reformat in Ioannem Baptistam.* MAlorum maximum peccatum est, reddens hominem ex rationali brutum, ex filio Dei mancipium Diaboli, hæredem gehennæ: Nam peccatum ærumnarum est census, virtutum defectus, mors animæ, feretrum sanctitatis; homo enim peccans cadauerascit in mortem sempiternam. At bonus Deus hominem miseratus, tanto malo prouidit medicamentum Deo dignum, Pœnitentiam scilicet, quæ non tantùm abolet, & expungit delicta, sed ea quodammodò viuificat, animat, beat! Felix culpa, quæ animatur ad vitam! Felix delictum, quod beatur ad gloriam! Hæc laus Pœnitentiæ est; & lacrymarum elogium, vt admirabili metamorphosi delicta vertat in sanctitatem: (nam Pœnitentia est peccatum detestatum.) & ex peccatore insolente, temerario, execrabili, faciat sanctum, innocentem, immaculatum, & culpis defœcatum, omni munditiâ, & sinceritate puriorem. S. Laurent. Nouar. de homine, qui pœnitentiæ vacat, sic inquit: *Noli tu iam quærere neque Ioannem, neque Iordanem: ipse tibi esto Baptista.* Quasi dicat Nouariensis Præsul: Tantus est Pœnitentiæ vigor, & lacrymarum prærogatiua, vt ex deterrimo peccatore, delictis turpi, flagitiis infami, Dæmonum mancipio, & gehennæ reo, faciat non modò virum sanctum, sed ferè sanctorum maximum, & quo non surrexit alius maior. Pœnitentia quasi transformat hominem in Ioannem Baptistam: *Ipse tibi esto Baptista.* Quid magnificentius dici, excogitarìve de Pœnitentia potuit? Porrò Ioannes Baptista Virgo est, Martyr, Præcursor Anachoreta, Propheta, &c. quin & Angelus est: & vt summatim omnia dicam, fermè quicquid sanctitatis in Dei Ecclesia eminet, Ioannes Baptista est. Ergo per Pœnitentiam *ipse tibi esto Baptista.* Esto ex impudico Virgo, (quod aliùs Paragraphi argumentum erit;) Esto Martyr, à pœnitentiæ acerbitatibus: Esto Præcursor annuncians tibi Christum venturum: Esto Anachoreta sanctitate, Propheta vaticiniis, Angelus puritate, Baptista meritis: *Ipse tibi esto Baptista.* Magnum hoc pœnitentiæ encomium, sed maius restat.

Laur. Nouar. homil. de Pœnit.

125. Iudith. Hugo. Iudith 6. v. 7. *Tunc Holofernes præcepit seruis suis, vt comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam.* Ad quæ verba, sic Hugo Card. *Iubet Diabolus capi, & duci in Bethuliam, quæ interpretatur: Domus dolens Domino, vel Domus parturiens Dominum, & significat Pœnitentiam, quæ Dominum parturit: Maria enim mater est Domini.* Ausus ferè temerarius, nisi pius, nisi pro pœnitentiâ, nisi pro Deo! Planè hîc Hugo. Pœnitentiam sanctissimæ Deiparæ assimilat. Achior, inquit, in Bethuliam ducitur, quæ interpretatur Domus dolens, vel parturiens Dominum, *& significat Pœnitentiam, quæ Dominum parturit: Maria enim mater est Domini.* Audacter Sapientissimus Cardinalis. Nihil enim magis alienum à Deiparæ puritate, ab omni peccati labe prorsùs immuni, quàm similitudo cum peccatore etiam dolente peccata. Nam homo pœnitens peccatorum offensas dolens delictis offensus Deo est, peccati reus, & facinoribus deformis. At Deipara ab omni culpâ, imò & à debito culpæ, & culpæ suspicione exempta est, & immunis. Igitur ineptè comparatur pœnitens cum sanctissima Virgine. Imò & quàm aptè. Quia sicut Deipara Virgo speculum puritatis est, innocentiæ typus, virtutis miraculum, & sanctitatis exaggeratio & Deum verè parturiuit & peperit: sic Pœnitens cœlestis gratiæ Spiritu fœcundatus, pœnitentiæ, & lacrymarum beneficio, quasi diuino semine Deum sibi in se parturit, & parens Dei quodammodò potest nuncupari. *Pœnitentia Dominum parturit: Maria enim mater est Domini.* Vnde pœnitens quasi diuina maternitate inclytus, sic exurgit sanctimoniâ nobilis, vt non tantùm cum Ioanne Baptista, sed cum Beata Virgine possit de sanctitate quodammodò certare. *Pœnitentia Dominum parturit; Maria enim mater est Domini.* Matthæi 28. v. 1. dicitur, *Venit Maria Magdalena, &c.* Super quibus verbis sic ait S. Chrysologus, *Venit mulier, sed rediit Maria.* Nempe illa, cui dicitur: *Quid ploras?* etsi venit mulier, rediit Maria: quia lacrymæ, & pœnitentia mulierem velut transformarunt in Mariam: & quæ à lasciuiâ mulier erat, à pœnitentia fit Maria. Pulchra hyperbole; & quæ animet peccatorem ad planctum. *Pœnitentia hominem quasi transformat in Deiparam.* Matth. Chrysol. serm. 77.

Isaiæ 1. v. 18. *Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Multa multi super hoc loco; trita declino. *Peccatum vt coccinum,* enormius delictum interpretor, id est, facinus intimius, & medullitùs peccati labe imbutum, & quod elui non posse videtur, vt coccinum vermiculi succo tinctum. Vel peccatum vt coccinum, id est, meretricium; nam meretrices coccino induebantur (sic P. Cornelius hi.) vel *vt coccinum,* hoc est, purpuratum peccatum, id est peccatum Regum, nam Reges coccino, & purpurâ induuntur: vel vt *coccinum,* id est peccatum publicum, ob coccini nitorem. Itaque *peccatum vt coccinum,* vel purpuratum enorme delictum sonat, & quod ferè nullo lixiuio elui posse videtur. At tanta est lacrymarum vis, vt peccatum quantumvis imbutum nequitiæ coccino, per Pœnitentiam emaculet, & in niuis alborem seu candorem adducat. *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, & quasi lana alba erunt* Verùm quid significat Isaias docens, infecta coccino peccata, futura per pœnitentiam, vt lana alba, & vt nix? *Albis* vestitos Angelos video apud Euangelistam: & in Christi Dei gloriosâ Transfiguratione, *Facta sunt vestimenta eius alba, sicut nix.* Peccatúmne veste angelica, seu amictu gloriæ induetur per pœnitentiam? Acutus interpres Caietanus ita commentatur hæc verba Isaiæ *Per calorem coccineum peccati, merita vindictæ significantur. Per albedinem verò niuis & lanæ, significatur gloria. Nam quia diligentibus Deum cooperantur in bonum omnia, etiam ipsa peccata ideò peccata,* 126. Isaiæ. *Pœnitentia hominem induit gloriæ vestibus.* Cornel. Caiet.

ta, quæ merebantur vindiſtam, redderentur per diuina gratia largitatẽ, materia gloria. Non vides oculis ipſa peccata gehennæ fuligine nigra, Pœnitentiæ & lacrymarum beneficio indui decore gloriæ, & alba veſtibus beatitudinis? *Per albedinem vinum, & lana ſignificatur gloria.* Ergo pœnitentia peccatorem ferè tranſformat in Ioannem Baptiſtam: vt ſe ſcortum quaſi in Deiparæ prærogatiuam, à ſemiuſtulatum gehennæ incendiis, decore gloriæ veſtit pœnitentia. Quid ergo mirum ſi Deus ob iterata flagi- Iudith. tia offenſiſſimus, ſic per pœnitentiam placetur, vt dicatur hic verſ. 19. quod quotieſcumque Hebræi pœnituerunt, toties Deus factus ſit inoffenſus, & gratus populo pœnitenti, & brachio ſuo munierit, religione, meritis, & gloria ſublimarit! Tanta ſunt gloriosæ Pœnitentiæ merita!

---

§. XXX.

Sanctior ſæpè euadit peccator à Pœnitentia: quæ pia peccatoris præſumptio dicitur.

117. *Pœnitentia pia præſumptio dicitur.* Tertul. lib. de pœn. c. 4. POEnitentiæ bona ſic excedunt humanum captum, ſic prætereunt hominum perſpicaciam, vt oculatior mens non poſſit cogitando aſſequi, quod illa piè operando præſumit. Homini Pœnitentiæ candidato inquit Tertull. *Rare occaſionem inopinatæ felicitatis.* Bellè inopinata felicitas dicitur, quæ felicitat hominem ſupra humanam opinionem, & cogitatum. Clem. Alex. 2. Strom. *Fidei officium eſt Pœnitentia* ait Clemens Alex. Imò & ſpei officium quodammodo obit Pœnitentia: & quaſi ſegnis eſſet operatio animoſæ ſpei, piam præſumptionis audaciam religiosè æmulatur pœnitentia. P. Damian. ſerm. 13. *Oſculatur Maria pedes Chriſti* (verba ſunt P. Damiani) *& oculis inundantibus veſtigia Redemptoris infundit. Videt, & inuidet ſingularitatis amator, & vtrumque redarguit Phariſæi inſtantia,* IESVM, *ignorãtia, præſumptionis, Mariam.* Audis pœnitentiam Magdalenæ præſumptionem appellari? Pia planè præſumptio qua ſic pœnitens audet peccata labefactare, labefactatam iuſtitiam reſtaurare, vt à delicto ſanctior euadat, & ab iniuſtitia iuſtior.

118. Matthæus ad telonium ſedens, ſide falſâ, & verâ rapacitate inſidiabatur populi diuitiis, furax eius ſagacitas præda fuit, & præſcriptio populorum; omnium debitor erat, communis omnium prælo. Hic ille Matthæus ſic per pœnitentiam alter ipſe euaſit, vt dixerit Damian. P. Damian. ſerm. 49. *Matthæi publicani encomium.* *Quis neſciat Euãgeliſtam ab Angelico vocabulo deriuari? Non ſolum Apoſtolus eſt, ſed Euangeliſta, & vt ita fatear, Euangeliſta Euangeliſtarum non immeritò dicitur, qui inter cæteros, ac Primus omnium reperitur.* Audis Matthæum dudum doli magiſtrum, & mendaciorum architectum, *Spiritu ſancto calamum temperante,* ſic veracem poſt pœnitentiam euaſiſſe, vt Euangeliſtarum Euangeliſta non immeritò dicatur? Adde idem ſanctiſſimus Cardinalis: *Atque, vt audacter dicam, nemo poſt Chriſtum eſt, cui magis à beat ſancta vniuerſalis Eccleſia.* Nempe Matthæus antiſſimè telonarius, omnium debitor erat; & mox, (ſic pœnitentia emendauit auaritiam!) cui omnium debitor erat, nemo poſt Chriſtum ferè eſt, cui magis debeat ſancta vniuerſalis Eccleſia, quàm Matthæo. Ecce tibi humanæ fidei falſarius eſt fidei diuinæ Euangeliſta, & Euangeliſtarum Primas: omnium debitori omnes debent. Nonne hic eſt pœnitentiæ faſtus? Quis de Pœnitentia piè non præſumat, quæ virtutes dirutas ſic reſtaurat?

R. P. Didac. de Celada in Iudith.

119. Matth. *Petrus ex negatore factus eſt iuſtitia plenitudo.* Matthæi 16. verſ. 18. dicitur Petro: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Firma profectò, & ſolida petrâ, quæ futura eſt fundamentum Eccleſiæ; cuius ſumptuoſa ſtructura tantæ molis eſt, vt ad cœlos vſque faſtigietur. Paſſionis Dominicæ compaſſione, horriſonâ concuſſione *Petra ſciſſa ſunt,* Matthæi 27. verſ. 51. ſciſſa etiam eſt hæc Eccleſiæ Petra, infirmo infirmæ ancillæ timore. Quid firmabit fundamentum Eccleſiæ, quæ ſupra effractam hanc petram ſuperponitur? Infirmum planè fundamentum, quod infirmè nutauit ad vnius ancillæ verbulum. Præclarè S. Maximus: Matthæi 2. *Petrus tentationibus ſuis proficit, fletibus ſuis gaudet, periculis ſuis creſcit. Tanquam bonum enim pallor Petrus geſtem accepit; vt qui ſibi antè infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum.* Expende hæc poſtrema verba: Nimirum Petrus ita tentationibus profecit, ſic creuit periculis, ſic nutationibus ſolidatus vt ex infirmo factus ſit omnium firmamentum, quaſi ab infirmitate fortitudinem, & ſtabilitatem mutuaverit. Hæc ſunt pœnitentiæ miracula! Vnde qui Maxim. ibid. antè tam faciliè à iuſtitia, & pietate defecit *Iuſtitiæ, & pietatis plenitudo,* dicitur ab eodem ſanctiſſimo Doctore.

120. Tertul. lib. de Habitu mu. 1. cap. 1. *Pœnitentia elogium.* Tertullianus inducit Adamum, & Euam *lugentem, & pœnitentem.* Quid intendant Adamus & Eua piâ ambitione pœnitentiæ? Reſpondet ipſe lib. 2. adu. Marcionem, aiens, eſſe *Reſtitutione candidatos.* Nempe per pœnitentiam piè præſumunt in ipſis ferè reſculpere iuſtitiam originalem, & felicem innocentiæ ſtatum ſibi quaſi reſtituere. Tam magnificè æſtimabant pœnitentiam! Nec miror, nam *conſueuit Deus honorare pœnitentes, magis quàm innocentes,* ait P. Damian. & mox ſubdit: P. Damian. ſerm. 56. *Reſpectum Chriſti ſequitur fletus Petri, & lacrymarum amaritudo dulcedinem antiqua dignitatis inſtaurat.* Siquidem Petrum pœnitentia reſtaurauit in priſtinum Apoſtolatus dignitatem, *Surgens plus de venia, quàm corruit de reatu,* inquit S. Chryſolog. Chryſol. ſerm. de filio prod. Nam peccator ita per pœnitentiam ſublimis erigitur, vt appropinquet cœlo Matthæi 3. v. 2. *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.* Matth. *Inter pœnitentiam igitur, & regnum cælorum nihil eſt medium,* ait P. Damianus quaſi gratia per P. Damian. ſerm. 10. *Chriſtus inuiſcerat ſibi pœnitentem.* pœnitentiam reſculpta; & reſtaurata ſecurior ſit Beatitudinis obtinendæ, quàm felicitas inamiſſæ iuſtitiæ: nam cautior ſolet quis reſurgere à caſu, expertus miſeri lapſus ærumnas, & angores. Sic piè præſumit Pœnitentia! Sic Deus pœnitentiæ fauet, ſic pœnitentes amat! *Quam leni, & dulciſſimo Spiritu imbutus eſt ſpiritus illius, qui nouit ſpiritu lenitatis peccantes inſtruere, ſuſpendere vindictam & affectuoſis officiis inuiſcerare ſibi peccatorem donec vitæ reddatur!* ait idem Damianus. P. Damian. ſerm. 29. Quid amantius, quid fauentius, quam Deum inuiſcerare ſibi peccatorum pœnitentem? Verùm conſiguum eſt, vt Chriſtus Deus inuiſceret ſibi pœnitentem, ſiquidem pœnitens inuiſcerat ſibi Deum, cùm pœnitens miniſterium Deiparæ Chriſto exhibeat: vt aduertit Hugo ad illud Matthæi 4. Matth. *Aſſumpſit eum Diabolus,* inquiens, *alii portant in brachiis cum Simeone, &c. alii portant in vtero cum Maria, id eſt, facientes amaram pœnitentiam.* Pœnitentia enim parit Chriſtum in peccatore. Ergo vicem rependit Chriſtus; & pœnitentem, qui ſicut Maria illum inuiſcerauit, ipſe etiam Chriſtus beneuolentiſſimè inuiſcerat pœnitentem.

121. Hieron. Celebris S. Hieronymi ſententia eſt: Peccata præterita & pœnitentia expiata, minimè nocent,

Digitized by Google

Pœnitentiæ fructus est impassibilitas.

nisi rursus placeant. Extincta sunt morte pœnitentiæ, nemo ea resuscitet, nec temeritate peccandi, nec obtentu puniendi: nam quæ benè mortua sunt, malè suscitantur ad vitam. Deus delet peccata per pœnitentiam, ne audeat homo eadem rescribere ad iteratam punitionem. Quorum Deus non recordatur amplius; homo tenaci memoria reseruet ad exprobationem? Ne viuat à seueritate malitiæ, quod mortuum est à fauore iustitiæ. Malè exsuscitat humanus rigor, quod benè occidit diuinus fauor. Nescit pœnitentiæ vim, cui adhuc viuunt delicta per retractationem emortua. Matth. 3. v. 8. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Quinam sunt hi fructus, quibus potitur homo pœnitens? Qui sunt pœnitentiæ fructus? S. Maximus ibidem allegatus in Caten. *Pœnitentiæ fructus est impassibilitas animæ.* Arguté quidem, plura indicat, quàm exprimit. Scilicet pœnitentiæ fructus sit, vt nihil homo patiatur à peccato per pœnitentiam, & dignas pœnas semel expuncto. Parùm est, quod nihil patiatur homo ab infamia delicti, nihil corpus à pœnæ incommodis, nihil etiam debet pati animus à timore humanæ exprobationis, dedecoris supplicij. Nam pœnitentia & iusta semel castigatio, titulus immunitatis est, qui *impassibilem* hominem facit ab incommodis delicti commissi, & censu peccati. Vnde Deus actualem, & recentem culpam dicitur punire. Matthæi 7. v. 23. Sedit Christus in vltimi diei timendo iudicio: vbi disquisitis mortalium negotiis, dicet seuerissimè reprobis: *Discedite à me, qui operamini iniquitatem.*

Matth.

Maxim.

Pœnitentia emphaticè dicitur ablatæ peccati memoriam.

Matth.

132. Num in illâ horâ reprobi malum operantur? Quid mali tunc operentur, qui æstuant tanti iudicij pauore? Imò nec tunc aderit materia operandi malum; siquidem ferè adest operis materia. Num malum operabuntur, vbi non suppetit materia malorum? Scitè S. Hieronymus inibi: *Non dixit: Qui operati estis iniquitatem, ne videatur tollere pœnitentiam: sed qui operamini, id est, qui vsque in præsentem horam; cùm Iudicij tempus aduenerit, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habebis affectũ.* Itaque Christus Deus hîc dicitur reprobos damnare ob mala, quæ tunc operantur; non verò expressè dicitur propter mala, quæ olim operati sunt, ne Pœnitentiæ quodammodò non fauere videatur quã tot fauoribus illustrem fecit. Flagrantem actuali operatione malitiam expressè damnat Deus, recentes culpas punit; non quia desint antiquæ; sed earũ in condemnatione non dicitur hîc meminisse, nec ad damnatos pudefaciendos numerositate criminũ. Cauet enim Deus, ne vt iustitiæ faueat, deuenustet pœnitentiam: cuius efficacia tanta est, etiam in reprobis, vt commissæ est retractatæ olim malitiæ, & semel castigatione expũctæ nõ recordetur amplius, etiã ad exprobationem. Actualem malitiam punit Deus, sic abolitã non rescribit, extinctã non viuificat ad rigores; nã *Pœnitentiæ fructus est impassibilitas.*

Hieronym.

---

§. XXXI.

Pœnitentia nummus est, quo emitur cælum: ne ergo sit scalptus, vel adulter, vel detritus nimio vsu. Sit Pœnitentia ærumnosa vt martyrium, & passio Christi; & piè æmuletur audaciam delicti.

133. Bona res Pœnitentia, quæ peccata excutit, vitia examinat, merita reuocat, virtutem redintegrat, sanctitatem resculpit, & quidem sæpe impressiùs; quam (etsi res hominis propriè sit) sic imitatus est Deus, vt *in semetipso pœnitentiam dedicauerit.* (Vulgaris sententia Auctoris minimè vulgaris.) Nempe festinat Deus pœnitere, (loquitur Scriptura de Deo, more humano) & in se pœnitentiam dedicat, ne quis anteuerteret, & Deo eriperet primatum pœnitendi? Hic pœnitentiæ fastus est. Et fortè Deus, vt potuit, æmulatus est tantæ virtutis celsitudinem, vt ipse fieret pœnitentium primus, pœnitentiæ typus, & norma pœnitendi: nam *pœnitudinis modum statuit*, vt ait Basilius Seleucus. Nimirùm diluuio delens hominem, qui fuit quasi peccatum Dei (non quia peccati Deus capax; sed quia alterius peccati non capax Deus) cuius formationis Deum pœnituit: ait enim, *Pœnitet me fecisse hominem*, Genes. 6. v. 6. Sic efficaciter aliàs carissimum opus destruens, exemplar fuit hominibus seriò pœnitendi. Vnde pœnitentia, quæ propriè res hominum est, dicitur accommodatitiè vocabulo purgando, res Dei, ad exaggerationem dignitatis. Verùm mallem nullam pœnitentiam quam non bonam. Caue ne bonum malè facias: ne perfunctoria sit conscientiæ examinatio, ne speciefutus detesteris peccata ridicularià auersione, & ad relapsum pronâ: ne vacillet emendationis propositum dissimulatâ voluptate delinquendi: ne aut negligentia, aut verecundia peccata dissimulet, quæ Sacramentum simulet, & pietatem reddat sacrilegium, pœnitentiam pœnitendam faciens. Porrò eiusmodi confessio diuersorium est culparum, officina peccatorum, syngraphus damnationis, symbolum mortis, commeatus delinquendi, valetudinarium virtutis, quæ *Peccatorum valetudinarium* instituta est, vt ait Basilius Seleucus. Quæ spes salutis est infirmo, qui grauiùs ægrotat à remediis? Illius desperanda est salus, qui pro pharmaco venenum ebibit. Inspice conscientiæ latebras, examina dolorem, proba propositum, & sic cape fructus pœnitentiæ, & fruere Sacramenti opibus: & sic licebit pœnitentiæ denario cœlum mercari, & vbertim potiri Beatitudinis gazâ. Sapienter Tertullianus inquit: *Hoc pretio Dominus veniam addicere instituit, hac pœnitentiæ compensatione redimendam proponit impunitatem. Si ergo qui venditant, priùs nummum, quo paciscuntur examinant, ne scalptus, ne rasus, ne adulter; etiam Dominum credimus pœnitentiæ probationem priùs inire.* Itaque venditor priùs examinat nummum, pro quo mercimoniam paciscitur, an sit scalptus, an rasus, an adulter: sic Deus examinat pœnitentiam, quæ nummus est, quo emitur cœlum, an scalpta, an rasa, an adultera sit. Ad rem satis Cerda in explanatione huius loci: *Scalptus est nummus, cui aliquid ademptum deest. Rasus, detritus nimio vsu, & iam non asper, ac perinde vilior. Adulter, falsus, neque ex probato auro, aut argento: sic ergo pœnitentia.* Nimirum cauendum est pœnitentiæ, (quæ est nummus hominum ad Deum) ne *scalpta sit*, id est, ne aliquid illi desit ex partibus, quæ illam adintegrant. Ne *Rasa*, id est, *detrita nimio vsu, & iam non aspera.* Profectò rasa est quorundam pœnitentia à nimio vsu, & sic iam non aspera, sed mitis, lenis, leuis, mollis, & quæ potius blanditur delictis, quam detestatur: nimius vsus pœnitentiæ, pœnitentiæ vigorem corrodit, & emedullat. Euigoratur Pœnitentiæ rigor *nimio vsu* in eo qui non ob dolorem, sed ob consuetudinem, non tam confitetur, quàm narrat peccata: in quo mollis est iam cognata asperitas pœnitentiæ; mitis, & fucata contritio, ac proinde nulla

Tertul.

Pœnitentiæ modum in se dedicauit Deus.

Seleu orat. 14.

Genes.

Basil. Seleuc. orat. 17.

Pœnitentia nummus ne sit scalptus, vel adulter, vel detritus nimio vsu inani.

134.

Tertull. lib. de pœnit. c. 6.

Cerda.

languidum

languidam emendationis propoſitum, & inde nugatorium, & quia voluptatem delinquendi non abominatur, ſed [illegible] Caue tibi ne ſit adultera pœnitentia ex illegitimis & ſpuriis partibus coalita, ne in ipſis Sacramentorum adytis adulteria conſientur, ne ipſa Confeſſio ſit peccatorum adulatio, irritamentum ad vitia, & fomes ad delinquendum. Ergo precaue diligenter ne pœnitentiæ nummus ſit cuſpatus, adulter, [illegible] debita aſperitate, quæ præteritam voluptatem exaſperet pungente doloris ſpinoſitate, quæ cruenter animum, & ſerio auertatur à vitiis. O quàm rigidè aſper inuenitur eiuſmodi dolor de peccatis, in Sanctis Eccleſiæ Patribus! ô quàm [illegible] mitis reperitur in hoc æuo ad peccandum [illegible], ad dolendum de peccatis admodum miti, ſcilicet nauſeat ad antidotum, qui hiat ad venenum.

135. Clem. Alex. lib. 4. Strom. Pœnitentia imitatur cruciatus Martyrum. Sententioſiſſimè Clemens Alex. ſic Martyrum tormenta definit: *Videtur autem martyrium eſſe Expurgatio peccatorum cum gloria.* Quaſi dicat: Martyrij dolores æmulos eſſe dolorum, quibus per pœnitentiam expurgantur peccata: Sed martyrij dolorem comitem habere gloriam victoriæ, dolorem autem pœnitentiæ, ignominiam delicti, quod pœnitentia importat. Nempe dolor eſt in martyre, & in pœnitente; ſed martyrem decorat gloria victoriæ; pœnitentem verò quodammodò dehoneſtat ignominia victi: nam pœnitens aliquando victus eſt: Martyr aliquando vicit. Hæc gloria eſt martyris, illud vituperium pœnitens, ſed dolor in vtroque, ſimile vtriuſque cruciamentum. O atroces olim pœnitentium dolores martyriorum æmulos.

Drogo l. de Sacr. Dom. Paſſ. Pœnitentia dolor æmulatur Paſſioni Chriſti. Drogo ſic exaggerat Petri pœnitentiam, cùm ictus diuinis oculis, cœpit flere, & veriſſimè dolere de mentita diſſimulatione: *Attende, inquit, & vide ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. Vide quis grauiora pertulit opprobria, Chriſtus foris in corpore, an Petrus in corde?* Sanè animoſiſſimè audet Drogo pro Petri pœnitentia. Porrò etſi la carnificum temeraria inhumanitas vſque adeò deſæuit in martyres, vt eorum cruciamentum poſſit conferri cum Chriſti doloribus quos ſubiit in Paſſione. Puto quod ipſum Petri martyrium, æmulum Neronianæ crudelitatis, mite fuit ad blandum, ſi conferatur cum vel minimo Chriſti dolore; & tamen Drogo audet pœnitentiæ dolores, dolorumque æſtus quibus Petri viſcera per oculos liquabantur, cum Chriſti Dei perbreuis tormentis comparare? Profectò ipſa comparatio, exaggeratio eſt pœnitentiæ dolorum, quos perpeſſus eſt Petrus ob negationis facinus.

136. Tertull. de pœnit. cap. 1. Pœnitentia ſit ad virtutes, velut humanæ paſſiones ad vitia. Tertullianus deſcribit pœnitentiam, *Paſſionem animi quandam eſſe, quæ venit de offenſa.* & cap. 5. ait: *Pœnitentia eſt deliſtorum fructus* Id eſt, delicti ſoboles, & filia peccati. Verùm praui motus, ſeu propenſiones, quæ Paſſiones dicuntur, valde inclinant & vrgent hominem ad audacias delictorum. Attende ad libidinis inſanos ſubſultus, ad iræ temerarias ſæuitias. O quàm impotenter audent Paſſiones humanæ inſtigatæ peccati fomite! Impudentia, imprudentia, audacia, temeritas, indiuiduæ ſunt comites Paſſionum humanarum. Ergo pœnitentia, ait Tertullianus, ſit quædam pia Paſſio hominis Paſſio ob audaciam, pia ob virtutem Omnium virtutum dux & auriga, Prudentia eſt. Sed rideo in pœnitentia nimiam prudentiam: prudentia in re pœnitentiæ eſt, non eſſe nimis prudentem, & circumſpectum. Scilicet deſidiæ, non pœnitentiæ vox eſt: Multæ lacrymæ ex ſuccum reddent caput, & lippientes oculos, nimia ieiunia extenuant vires, aſperitatum rigor lædens eſt, non pœnitentia. Legó pius ſanctorum audacias in re pœnitentiæ; has tuas prudentias impendentes, non lego. Eſto, virtus temeraria non ſit, iners, & timida non eſt: audent Paſſiones ad improbitatem, audeat & pœnitentia ad expurgationem delicti. Audet vitiorum temeritas, per vitiorum præcipitia; audeat & pietas pœnitentiæ per ſublimitatem virtutis: ſit virtus vitiorum æmula, nec cedat bonitas malitiæ habeat pœnitentia æſtus Paſſionum in pietate virtutis. Vnde ſapienter pœnitentia dicitur *Paſſio animi.* Item *delictorum fructus*, & ſoboles, vt æmuletur, & piè exprimat in re virtutis vitiorum audaciam Sit ergo pœnitentia prorſus vitij imitamentum, & religioſa Paſſio animi.

Itaque talis debet eſſe pœnitentiæ aſperitas, & tantus rigor, vt imitetur diuinas iras, & quaſi temporalis gehenna, æternæ gehennæ æmuletur. Vnde inquit Septimius. *Pœnitentia de periculi timore Domini [illegible], & in peccatore ipſa pronuncians pro indignatione Dei fungitur, & temporali afflictatione æterna ſupplicia, non dicam fruſtratur, ſed expungat.* Quid magis timendum quàm diuinæ iræ? quid intolerabilius quàm gehennæ incendia? Sic ergo vice Dei indignatur homo aduerſus ſua delicta, vt eam indignationem exhibeat, quæ poſſit diuinæ indignationis agere vices. Sic eſtuet homo pœnitentiæ tormentis vt temporali afflictione dolores expungat æternos. Neque ſit pœnitentia, Vicaria diuinæ indignationis, & Subſtituta infernalis gehennæ. Quid exaggeratim? Hæc Pœnitentia ſanctis viris familiaris fuit, hæc piè præſumit, vt vidimus in elogijs, quæ paragraphis præcedentibus dedi Huius pœnitentiæ facinora compendiosè commendat Achior hîc verſ. 10. 157. Pœnitentia gehennam æmulatur. Septim. l. de pœnit. c. 9. Iudith.

§. XXXII.

An ipſa beneficij acceptio inſtar gratitudinis ſit?

VAldè anguſta eſt humanæ naturæ capacitas, quæ ex ſe bonorum inops, ſi à Deo gratiam non accipit, boni vacua eſt; ſi accipit, ipſâ beneficij acceptione ita prægrauatur, vt ſoluendo non ſit. Exiguitas humana quaſi arctat nobiliora Dei attributa; ſcilicet miſericordiam, & largitatem, nec in hominem munificentiam velut effundere ſinunt; ne beneficiorum magnitudine obrutus homo, vel ab ipſis donis augeatur debitum. Nam beneficium oppigneratio eſt ad retributionem. Itaque Deus cumulans hominem largitionibus, eum grauat magis, & magis impotentem reddit ad ſoluendum. Vtpotè qui plus debet quò plus accepit. Scitè à S. Ambroſ. diuina miſericordia appellatur *vſuraria largitas.* Quia quò citiùs, quò liberaliùs, quò ſtudioſiùs largitur Deus beneficium, eò magis obligat hominem: nam ſic augetur beneficium. At beneficium magis auctum auget obligationem retributionis. Ergo *Dei largitas piè vſuraria eſt.* Quid, ceſſabit munificentia diuina? Minimè. Maior eſt Dei largitas, quàm humana tenuitas. Nec liberalitas diuina patitur ſe vinci ab inſufficientia humanâ. Quid ergo conſilij Deo capeſſendum eſt, vt æquales Deo gratias exhibeat homo? aduerte ad Dauidis verba, Pſalm. 106 v 8. Retulerat præclara beneficia, quæ Deus in Hebræam gentem liberaliùs contulerat, & aduertens homines obæratos diuina largitate, & ſoluendi impares, ſic ait: *Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum,* 138. Ipſamet beneficij acceptio videtur gratitudo. Ambroſ. de Abraham. Pſalm.

Vox illa, *confiteantur* (alij *confitemini*, alij, *confitebuntur*) laudare celebrare, & gratias agere est. Sic vulgò ab interpretibus accipitur. Geneor. hîc: *Confiteantur Domino misericordia eius. Prosopopœia è Chrysostomo. Id est, laudibus celebrent Dominum beneficia, & miranda eius opera.* Ergo inuitat Dauid ipsa beneficia, vt gratias agant Deo pro seipsis acceptis. Quasi dicat: Misericordiæ tuæ, & dona, quæ in homines confers liberaliter, *confitebuntur tibi*, id est, gratias agent tibi. Vnde ipsa beneficia accepta erunt veluti gratiarum actiones. Ipsimet beneficiis largitis quodammodò gratias ago largitori. Et ita ferè æquales ego gratias (sensu explicando numero sequenti) nam Dei beneficia ipsissimet beneficiis inferiora non sunt. Sic ait S. Chrys. *Confiteantur Domino misericordia eius. Pro his omnibus beneficiis par est, benignum Deum laudare.* Quasi dicat: Par ferè reddes eiusmodi laude, & gratiarum actione. Nam si beneficium ipsum quasi gratitudo est, gratitudo ferè par est beneficio. Ea quippe est diuinæ munificentiæ largitas, vt ipsissimet beneficiis, eademmet beneficia quodammodò compenset, & dum plus benefaciendo obligat, tantum ferè recipiendo, remittat. Bellè dictum, sed liberè dictum. Difficile enim est percipere quomodo beneficium exceptum, sit propè compensatio, & veluti æqua retributio sui ipsius: nam beneficium obligat; compensatio obligationem eximit. Ergo obligatio, exemptio obligationis non est.

Geneb.

Chrysost. in Comment. huius vers.

139. Verùm ipsamet à beneficio orta obligatio tanta est, vt quasi eximat ab obligatione. Magnum grauamen est recipienti, recipere: nam receptio beneficij largitatem honorat, cùm eum liberalem ostendit: se recipientẽ velut dehonestat, cùm indigum probat Tertull. ad rem satis, sic scribit: *Gratus in Deum extiteris, si quod tibi Dominus offert, non recusaueris*, dicas Hispanè *Pagas con la deuda misma: asi satisfaces con ser Deudor.* Porrò debitorem esse dedecus est: nam qui beneficiis acceptis obligatur, tributarius est, & retributioni obnoxius. Vnde quodammodò gratus in largitorem existet, qui hoc dedecus libenter admittat, vna iuuans ad decus largitoris. Nam largitio laus est liberalitas: & ita ipso beneficio excepto, fidem tuam quasi liberabis, & ferè gratus eris recipiendo, nec recusando beneficium. (Non negatur gratitudinis debitum, sed debitum accipiendi ab alio exaggeratur: Porrò obligatio ipsa recompensationis, inchoatio solutionis est pro beneficio libenter accepto & quo homo sinit se obligari.)

Tertul. lib. de pœnit. c. 2. *Receptione benef. ij ferè satisfit benefactori.*

140. 3. Regum 2. v. 7. Moribundus Dauid, ait Salomoni. *Filiis Berzellai reddes gratiam: occurrerunt enim mihi quando fugiebam à facie Absalom.* Quæ verba sic expressit Iosephus lib. 7. cap. 12. *Commendo tibi Berzellai filios quos mei causa omni studio, & amore prosequeris.* Nota, quæ subiecit verba. *Non conferes in eos beneficium, sed referes pro officiis, quæ Pater eorum in me exulem congessit.* Quid quæso, incommodi esse, vt Salomon cumulatè exbluto debito gratitudinis ob beneficia in Dauidem posita, nouis beneficiis filios benè meriti Berzellaï vbertim cumularet, vt decebat regiã Salomonis amplitudinem? Caue ait Dauid, *ne conferas in eos beneficium.* Quasi dicat: sat suppetit illis & honoris, & census, atque adeò tuis beneficiis non egent. Non eos oneres beneficiis, & tributarios gratitudinis facias, aut impares. Nam qui beneficium accipit, sæpè non minùs recipiendo dat, quàm excipit. Accipit enim aliquando non grande beneficium, sed cum grandi onere. Bellè Bernard. *Onerat nos cum exonerat Deus, onerat beneficio, cùm exonerat peccato.*

Acceptione beneficij obligamus largitorem.

Bernard. ser. 15 in Psalm. *Qui habitat.*

Imò beneficij est instar, beneficiis acceptis se obligari. Liberalitatis enim genus est beneficium libenter recipere. Quod de munifico alij prodigi pariter, scilicet Deo, aduertit S. Chrysol. *Pater in dando facilis, facilior in recipiendo.* Non minùs pronus est Deus ad dandum, quàm ad recipiendum. Quod in diuinam liberalitatem Chrysologus refert. Vnde quod nollet Deus ab illo recipere munus, ægrè tulit Cainus. Luculenter ergo dixit Tertull. *Gratus extiteris, si quod tibi offertur, non recusaueris.* Scilicet ipsâ onerosâ acceptione gratitudinem inchoas. Animaduerte vsque ad insaniam de Deo querulum fuisse Cainum offerentem Deo terræ fruges. Nunquid quia Deus nihil Caino donabat, quod signum esset beneuolentię diuinę? Imò & ipse Cainus dono offerebat Deo telluris fructus. Quæ ergo indignationis causa? *Offerebat Cain de fructibus terræ munera Domino: Abel quoque obtulit, &c. & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain verò, & ad munera eius non respexit.* Quæ verba expendit S. Hieron. sic fatus: *Vnde scire potuit Cainus, quod fratris Abelis munera suscepisse Dominus, & sua repudiasset?* Hinc colligo acerbè tulisse Cainum, quòd Deus munera sua non suscepisset. Non vides Cainum offensum eò quòd Deus noluerit ab illo recipere munus? Noluit Deus Caini donum recipere, & Cainus irascitur, quia malè cum illo actum existimat, quia recusat Deus illius donum accipere; quod si recepisset, beneficij ad instar computasset, quia instar beneficij est permittere se beneficiis obligari. Hinc solent magnates vltrò oblata dona pertinaciter recusare, ne onerétur gratitudinis debito. 141.

Chrysol. serm. 1.

Gene.

Gene.

Hieron. tom. 1. lib. de quæst. Hebraic.

Nescio qua innata arrogantia refutat homo quã ab alio accipit prosperitatẽ: dehonestatur felicitas quam aliùs beneficio possideo? Recusat Abraham opima spolia, quę ab impio restaurata, illi vltrò offerebant Reges. Vnde Genes. 14. v. 23. iurat Regi: *Quod si filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas: Ego ditaui Abraham.* Et obseruat Lyra ibi. *Hoc dixit, non ad iactantiam, sed ne eius ditatio aliquomodo alij tribueretur, quam Deo.* Maluit Abraham opibus carere, quàm ab homine ditari: Diuitiæ ab alio homine acceptæ, non tam opulentare videntur, quàm infelicitare. Quod iactantia non est, sed ipsa natura beneficij accepti: nam quod alio homine habetur, quodammodo sui iniuria possidetur, cum se prodat indignum ipsa acceptione; alium locupletem & munificum ipsa largitione.

Accipere ab alio homine graue cuique est.

Genes.

Lyran.

In statu Innocentiæ cunctis affluebat bonis Adamus, intellectu ad scientias instructo, voluntate ad sanctitates procliui; animalium imperio, & paradisi deliciis fruebatur. Quid potuit appetere, quo potiretur de nouo, qui cũctis deliciis fruebatur? Diuinitatem affectauit Adeóne trũcus tũc Adamus, mortalium sapientissimus, qui manifestè impossibile appeteret? Nũ homo potest humanitatẽ deserere, & diuinitatẽ induere? Delirium. Quid ergo est illud; *eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum?* Ruper. *Indignabatur miser, quod alienum hortum sub alieno custodierit imperio, & ideo tanquam medicina captabat; vt haberet & ipse scientiã plantãdi sibimet paradisos.* Vel ipse paradisus voluptatis molestus illi erat: quod illum ab alio concesũ possidebat? Plus infelicitabat ab alio habere paradisũ, quã felicitabat paradisi possessio? Scientiã plantandi paradisos cupiebat, vt à se plantatũ, à se possideret. Sic videbatur cẽsuisse Adamus. Verè an falsò tractent interpretes eius loci.

Adamus noluit habere à se quod habebat à Deo.

Genes. Rupert. lib. 1. in Gen. c. 39.

142. Præterea Angelus Apostata, cuius patria cœlum, cuius natura creatarum optima, cuius gratia felicissima, naturali beatitate felix, supernaturali mox

Dæmon cupiuit à se habere quod habebat à D.

mox beandus, si staret, creatus est. Defecit, cecidit. Quid in causa fuit, vt caderet? *Ero similis altissimo.* Benè probat S. Thom. non adeò hebetem fuisse Angelum, vt seriò appeteret non esse sui, & esse Deum, quod sciebat proculdubio esse impossibile. Quid ergo appetiit, cùm similitudinem Dei affectauit? Disce ex S. Thoma: *Vel si appetiit illam Dei similitudinem, quæ datur ex gratiâ, voluit hoc habere, per virtutem suæ naturæ, non ex diuino auxilio.* Multis affluebat bonis Angelus rebellis, quod aliud bonum concupiuit, nisi ea, quæ affatim multa possidebat, non possidere ab alio, sed à seipso habere? Nam quò maior erat felicitas, eò augebatur magis, quòd non à se, sed ab alio eam haberet. Ergo beneficium quasi plus dehonestamenti haberet videbatur in Angeli æstimatione, quàm emolumenti. Gratum est beneficium, at obligatio gratitudinis molesta. Sat quodammodò gratus est, qui debere se patitur. Pulchrè Seneca. *Reddidit beneficium, qui libenter debet.* Multis naturæ, & gratiæ beneficiis dicitur Deus cumulasse Iuditham, quorum plena est omnis hæc historia, & tamen Inditha, quę c. 8. v. 1. primò nominatur, vel nomine ipso grata dicitur. Nam Iuditha significat *confitens gratias agens.* Nempe quodammodò grata fuit vel libenti acceptione beneficij, quæ loco alicuius gratitudinis haberi potest. Omitto specialem gratitudinem, quâ caruisse non credam. Et cùm in hoc capite recenseãtur innumera beneficia, quæ Deus in suum populũ liberalissimè contulit, & quibus Hebræam gentem quasi degrauauit, non dicitur iratus hic v. 21. quia beneficiis libenter acceptis & debitis non respondit gratitudo debita; sed quia alia flagitia perpetrarint: ac si satis foret ad aliqualem compensationem vltrò obligatos esse benefactori, & vectigales esse reddendi beneficium: nam ipsa libens obligatio initium saltem solutionis est, & inchoata solutio. Nam qui libenter beneficium accipit, & debet, iam cœpit esse gratus, non recusans se obæratum esse benefactori.

S. Thom. 1. p. q. 63. a. 3.

Senec. l. 1. de beneficiis cap. 1.

Iudithæ.

§. XXXIII.

Num Deus cùm res humanas iudicat, vtatur perspicacia sua notitiis?

143. Iob. *Iudex humanus ne iudicet vt Deus.*

SVstinendo defessus patientissimus Iobus, sic de amicis conquestus est: *Quare persequimini me sicut Deus?* Iob. 19. vers. 22. Quasi dicat: O amici, iniqui estis iudices contra me, cùm prætextu religionis me persequimini; cùm instar Dei, iudicium contra me exerceatis. Profectò non bona videtur causa Iobi, cùm eã recuset hominum iudicium simile diuino iudicio. Quod enim iudicium rationis legibus magis conforme, quàm iudicium Dei? Nullum quidem. Verùm Dei scientia perspicax est, & vel abdita cordis penetrat, & iudicat. Non sic homo, qui de cordis humani delictis temerè, & hallucinando iudicat: cùm mentis arcana sint extra territorium humani iudicij; & solùm pateant iurisdictioni Dei. Ergo iure queritur Iobus de amicis, eò quòd occultas cordis latebras iudicent, quæ extra humanam perspicaciam, & iurisdictionem sunt, quasi in alieno territorio, solius Dei iurisdictioni subiecto, contra ipsummet Iobum sententiam dicant, quæ gratuis persecutio est, & digna, vt de ea vel Iobus ægrè queratur, aiens; *Quare persequimini me sicut Deus?* Hanc interpretationem Nizetas hîc cùm aduertit,

Nizetas.

rem iudicialem agi his verbis Iobi censet. Et quidem in textum apprimè quadrat; non tamen in modum, quo Deus iudicare videtur res humanas. Nam quæ latent in imis humani cordis recessibus, sic inuestigat sæpè Deus externa inquisitione, ac si non haberet aliàs scientiam rei malè gestæ in abdito mentis humanæ.

Scitum est illud Genes. 18. v. 21. *Descendam,* (ait Deus ad Abrahamum,) *& videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non ita: vt sciam.* Pende τὸ *vt sciam.* Descendit Deus, exquirit delictum, vt sciat? Num illud nescit, qui omnia scit? Scit planè; sed scit, vt Deus, non scit, vt iudex; ideò descendit, inuestigat delictum, planè probat, *vt sciat* ad sententiam ferendam. Nempe more humano loquitur Deus. Præclarè inquit Tertullian. *Idcirco non spectabimus nos, ne videamur ab illo, qui omnia spectat? Comparas homo reum, & iudicem,* (attende ad verba quæ subdit) *Reum, qui quia videtur, reus est: iudicem, qui quia videt, iudex est.* Nempe ideò homo delicti reus dicitur, quia cùm descenderet Deus, vt exploraret delictum, illud vidit: & inde iudex factus est. Non quòd ante Iudex non foret, & homo reus; sed quia (vt dixi) ad modum humani iudicis, & quidem probi, loquitur Scriptura de Deo, vt humanos iudices sic erudiat. 144.

Genes. *Deus quid videt iudex dicitur, & quo sensu.*

Tertul. lib de Spect. c. 20.

Profectò ideò non dicitur Deus vti perspicacia sua ad iudicandos homines, & damnandos, ne cùm sit iudex hominum, præuaricator fortè videatur, causam suscipiens humani hostis. (In hâc mundi republicâ quodammodò præmonstrat Deus, se nolle vt præscientiâ; sed more humano res hominum hîc tractare, aiens, *descendam & videbo,*) Luculenter Tertullian. lib. de Pœnit. cap. 3. *Nihil à conspectu Dei remotum, vnde omninò delinquitur,* (fortè non omninò delictum vocat, aut quod occultum est, aut cum excusatione?) *Dissimulator & Præuaricator perspicacia sua non est.* Locus valde difficilis, quem vt explicem; scito, quòd Præuaricator est, teste commentatore, *Qui prodit causam,* de quo multa Iurisperiti,) verbi gratia: Aduocatus, qui non sui clientis, sed aduersarij partes susciperet; & Iudex, qui alterutrius ex litigantibus causam tacitè susciperet, dicitur Præuaricator. Itaque si Deus suâ diuina scientia in iudicando homine vteretur, hominibus, qui nihil nisi humanum norunt, videretur præuaricari: nam crimen, quod aduersarius hominis Dæmon, aut quiuis alius, non posset palam conuincere; si diuina perspicacia, vt testis sisteretur, iam Deus esset hominis Iudex, & testis damnandi delicti, quod præuaricationem apud homines sonat. Nam si Deus Iudex est, vt iudex humanus, diuina perspicacia testis non erit; ageret enim aduersarij partes, quod præuaricationis est: *Deus autem Præuaricator perspicacia sua non est.* Loquitur Tertullianus de Deo more humano apud homines, vt locutus est Moyses capite illo 18. Genesis, vt nuper dicebam. Audis hîc, vers. 21. dici: *Et vsque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona?* Quod peccatum fugit conspectum Dei? Sed cur descendit Deus, *vt sciat*, an delictorum rumor, qui ad cœlos ascenderat, verus esset? ô necessariam eruditionem adstruendos humanos iudices! 145.

Deus non est sua perspicacia præuaricator.

Tertul. lib de pœnit. c. 3.

Celada.

Iudith.

§. XXXIV.

Vſque eò temeraria eſt humana malitia, vt Dei perſpicaciam latêre præſumat.

146. *Malitia humana Deum latere præſumit.*

HOminum malitioſa natura, tota eſt ad technas compoſita, & ſubtilis ad fraudes: plena artis, plena ingenij eſt malum, & peruersè ſapiens. O quàm ſagax eſt ad architectandos dolos! quàm acuta ad excogitandas fraudes! Porrò vſque eò ingeniosè malitioſa eſt humana malitia, tam aſtutè ſagax, & vafrè perſpicax eſt in re fraudis, tam præſumit videre in excogitandis dolis, vt diuinam ſcientiam æmuletur; imò diuinæ ſcientiæ inuidiam facere, arroganter præſumens plus videre in architectandis dolis, & excogitandis vafiamentis, quàm Dei perſpicaciam, Deumque latere eius malitioſas artes. Iuſſit Pharao, Exod. 1. v. 15. vt obſtetrices dum parturientes Hebræas adiuuarent, infantulos diſſimulanter ſuffocarent. Impia profectò tyrannis, ſæuire paruulorum gentem innoxiam, nullius patrati criminis ream. Verùm hoc crudele edictum non totam ſui malitiam ſtatim publicat: plus fraudulentæ ſæuitiæ abſcondit intrinſecùs, quàm extrinſecùs prodit. Emedullanda ſunt verba Pſalmi 105. verſ. 6. *Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt.* Quæ de ferali mandato obſtetricibus dato, luculento commentario ſic interpretatur Incognitus inibi. *Ipſi Iſraëlitæ aduenæ erant in Ægypto: & ſic per viduam intelligit matrem; ſed per aduenam patrem. Moriebatur autem primo dolore pater pueri necandi; & ſi vxor vidua remanebat; conſequenter moriebatur hæc vidua relicta: poſt quorum mortes occidebatur pupillus, qui remanebat. Ex quibus ſenſus litteralis clarus apparet. Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt.* Ecce tibi aſtutam crudelitatem. Inhumanum enim videretur edictum, quo iuberet Pharao, vt ſimul infantuli omnes cum vtróque parente trucidarentur; & fraudulenta arte crudeliùs ſæuit, quò diſſimulanter furit. Occultat hominibus malitiæ ingenium, quin & Deo occultum fore præſumit: Sic enim inquit, *Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt. Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.* hoc eſt ingenium huius ſæuitiæ; malitia huius fraudis adeò profunda eſt & abſtruſa vt non tantùm humanam intelligentiam ſuperet, ſed & diuiniorem perſpicaciam planè latere præſumat. Eiuſmodi vafritiem *non intelliget Deus Iacob? Quiça no alcançara Dios los fondos de eſta maliçia.*

Exod. *Pſalm.* *Incogn.*

147. *3. Reg.* Huic themati pulchrè ſuffragatur hypotypoſis illa celebris, 3. Reg. 22. v. 21. ſic ait Michæas: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei à dextris, & à ſiniſtris: & ait Dominus: Quis decipiet Achab Regem Iſraël? & dixit vnus verba huiuſmodi, & aliter. Egreſſus eſt autem ſpiritus,* (ſcilicet Diabolus ex omnium Catholicorum ſententia,) *& ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiã illũ Cui locutus eſt Dominus: In quo? Et ille ait: Egrediar & ero ſpiritus mendax, &c. & dixit* Dominus, *decipies, & præualebis: egredere & fac ita.* Itaque Deus cupiens quaſi decipere Regem Achab, conſilium init cum Angelis, & Diabolis de modo, quo Achab decipiendus eſt. Et primò à Sanctis Angelis rogat ſẽtentiam: Ipſique dicunt deceptionis modum; qui admiſſus non fuit. Mox Deus petit à Diabolo deceptionis modum; & cum dixiſſet ſe decepturum Regem Achab, ait Dominus *in quo* decipies? Cúmque malitioſus Dæmon retuliſſet modum fraudis, vti ſagaciorem: illum vt congruẽtiorem permiſit Deus, aiens: *Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita.* Iure miratur Pſeudocyrillus in ſpeculo ſapientiæ, ſeu Apologetico quadripartito, cur Deus ad decipiendum Achabum, Diabolum cõſulat. Verba Pſeudocyrilli (ſi fortè hæſerunt memoriæ, nam iamdiu libellum legi, nec ad manum eſt,) hæc ſunt: *Pater mendacij conſulitur, artifex deceptionis.* Æquumne eſt, vt Deus conſulat patrem mendacij, & deceptionis artificem? Quid quæſo ſcit Dæmon, quod ignorent Angeli? Sapientior & oculatior erit obcæcatus Diabolus, quàm perſpicaciſſima Angelorum ſublimitas? Imò Deus, qui, quâ pollet omniſcientiâ, vno obtutu ſingula perſpicaciſſimè penetrat, opus non habet conſulere quempiam. Cur ergo conſulit Diabolum ad decipiendum hominem? Num ſagacior eſt Diaboli malitia, quàm intelligentior diuina ſcientia? Plus videat Dæmon in re deceptionis, quàm Deus? Nihilominus Dei conſultiſſima prudentia, & ſcientia *patrem mendacij conſulit, & artificem deceptionis.* Nec tantùm conſulit, ſed etiam præeligitur Diaboli ſcientia; quaſi intelligentior ſit ad fraudes, & ſagacior ad deceptionem. Ac ſi plus videat (ſcientiâ nimirum practicâ) creata malitia in fabricandis dolis, & architectandis fraudibus, quàm diuina perſpicacia. Nempe ex mente Cyrilli loquitur Scriptura de Deo humano more, vt alibi ſæpè: neque enim omniſcius Deus eget Diaboli conſilio.

Deus conſulit Diabolum ad decipiendum Achab. *Pſeudocyr.*

148. *Quo ſenſu dicatur Deus neſcire malitiam hominum.* Exaggeratior hyperbole hæc eſt, at digna, quæ tradatur etiam à Dauide aiente ex perſona impiorum: *Et dixerunt: non videbit* Dominus, *nec intelliget Deus Iacob. Eſte lançe de maliçia quiça no le alcança Dios.* Fortaſſis quia tam fraudulentam malitiam diſſimulat Deus à ſe videri; ne tam malitioſæ deceptionis vel conſcius eſſe videatur? Quid dedeceret Deum conſcium eſſe tam aſtutæ malitiæ? *Neſcio vos* dicit Deus, Matthæi 25. verſ. 12. puellis damnatis? ô Bone Deus, ſi neſcis damnatos: quomodo eoſdem damnas? ex tuis verbis, ô Domine, damnatio tua damnanda videretur iniuſtitiæ. Neſcis, & damnas? Ergo quod ignoras, punis? iniuſtiſſimè autem caſtigatur, qui ignoratur: nam dum ignoratur perſona, damnationis meritum non adeſt; quin fortaſſis præmio digna erit. Scito, & poſteà damnabis. Quod ſi ſcis, quamobrem ais: *Neſcio vos?* Scilicet adeò aſtutè malitioſa eſt humana malitia, vt Deus diſſimulet eius ſcientiam, quam latere poſſe temeraria impietas præſumit. Vnde fortè ex impiorum mente, qui *dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob;* ait Chriſtus, *Neſcio vos,* eodem facto veluti negans ſcientiam, & eandem affirmans. Affirmat, cùm damnat, neque enim damnaret Deus, niſi ſciret. Negat quodammodò, cùm inquit, *neſcio vos,* diuiniſſimè diſſimulans ſcientiam tam temerariæ malitiæ, quam vel tantùm noſſe, vel eouſque non puniſſe, fortè alicui videretur Deum dedecere. Exaggeratior hominum malitia, non niſi per arduam hyperbolem potuit explicari. Ecce hîc v. 21. *In conſpectu Dei ſui* peccaſſe dicuntur Iſraëlitæ, quò innuatur ſumma Dei perſpicacia, in cognoſcendis, & rimandis hominum flagitiis: vt nemo iam dicat: *non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.*

Matth. *Iudith.*

§. XXXV.

Digitized by Google

§. XXXI.

Discipulus indisciplinatus dehonestat Magistri doctrinam.

149. Plutarch. Præfat. politic. ad Traianum. *Discipulus eruditus gloria est Magistri.* PLutarchus instruens suum Traianum in re ciuili, bonum discipulum in politicis, & morum elegantiâ valdè eum cupit, sic illum alloquens: *Tua virtuti congratulor, & fortunæ meæ: si tamen rectè gesseris, quem probè meruisti principatum: alioqui te periculis, & me detrahentium linguis subiectum iri non dubito: cùm sermo publicus, delicta discipulorum refundere soleat in præceptores.* Porrò Magistri probrum est discipulus rudis & indisciplinatus; at bene doctus discipulus, decora magistri laus est. *Ex discipulis Magistrum ornabo*, dixit S. Nazianzenus, qui inter prima Christi Dei elogia discipulorum probitatem numerat. Neque enim satis foret à sua perfectione Christum decorari, nisi etiam alienâ bonitate ornaretur; vt naturali, & peregrino venustaretur ornatu. Scitè scripsit Stromatæus discipulos à Magistris diciplinas *mercari*: nam Magistri è cathedra scientias vendunt, non gratis largiuntur: quippe discipulus studij sudorem, vt pretium, pro scientia dat; laudem eruditi discipuli Magister accipit pretij loco: nam bonus discipulus Magistri ornatus est, qui sapientiam suam ostentat eruditione discentis: sermo enim publicus laudes, aut delicta discipulorum refundere solet in præceptores, & censum Magistri facit ex discipulis. Hæc dixerim, vt expediam locum Tertulliani vulgarem, sed difficilem, & ad hanc rem valdè opportunum.

Nazianz. Orat. pro Basil.

Clem. Alex. 2. Strom.

150. Tertull. lib. de Patient. cap. 3. *Petri gladium Christi patientiam ferit.* Tertullianus expendens mansuetudinem qua Christus Deus sanauit Malchum à Petro percussum, aut Petri impatientiam in Malchi vulnere, sic ait: ***Nec Christus vnius dicentis gladium in vlorem probauit: Patientia Domini in Malcho vulnerata est.*** Non facilè appareat, quo modo Patientia Domini in Malcho vulnerata sit. Planè caput Malchi vulneratum est, & excisa tortoris auricula: item innocentia Domini defensa fuit, & nocentissima Iudæorum audacia repressa; at Domini patientia vulnus non pertulit in Malchi ictu: imò, nec feriri potuit adamantina Christi patientia, constans, inconcussa, flectinescia ad sæuiores ictus. Cerda sic locum explicat: Quod hostes Christi, tot incentiua ad eius patientiam, adempto ergo Malcho, adempta est perindè materia patiendi ab eo hoste: & ita patientiam meam vulnerasti in Malcho, erit, ademisti mihi materiam patiendi à Malcho. Frigida expositio viuidæ sententiæ. Propterea sic intentat secundò exponere: Patientia Christi immensa erat ad omnes omnium iniurias tolerandas, ac perindè queri de Petro potuit Christus: vulnerasti non tam Malchum, quàm meam patientiam: quia hoc ipso putasti non satis mihi esse patientiæ ad hostem illum ferendum, cùm ego ferre omnes possim. Viuidior est hæc commentatio. At cùm ego olim aliquam operam, sedulam, etsi nouitiam, nauarem his Cerdæ commentariis, tertiam expositionem adieci, satis ad rem præsentem: *Nec vnius dicentis*, inquit, *gladium probauit: Patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Prænotandum illud *discentis* idem esse ac discipuli adhuc: & sensus erit facilis, & elegans. Nam quicquid discipulus didicisset, redundare videtur in Magistrum: vt enim Magistri laus est bonus discipulus, ita discipulus malè eruditus probrum est magistri. Nam vt benè ait Beda super illud Luc. cap. 10. *Qui vos audit, me audit. In discipulo Magister auditur.* Hinc est vt Petrus irruens in alium impatienter, videtur desumpsisse aliquid ex Christo impatiente. Ergo vulnerato Malcho, ô Petre, meam vulnerasti patientiam, ostendens me tibi impatientiæ aliquid suggessisse, vel dicto, vel facto, velut Magistrum. Quasi Christi Dei hæc olim fuerit ad discipulos suos vox: *Augete famam nostram per patientiam vestram*; Cassiodorus. Magisterium quod patientia commendat, culpat impatientia. Vnde *discentis* impatientia vulnus fuit patientiæ Doctoris sui, scilicet Christi. Nam, vt opportunè S. Nazianzenus: *Per discipulos Magister innotescit.* Itaque sicut à discipulorum virtute, & patientia, virtus, & patientia Christi innotescit; sic ab vnius discentis impatientia, præceptoris Christi patientia dehonestatur. Et minus patiens habetur magister ab impatientiâ discipuli: *Cùm sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in præceptores.* Ergo ne existimetur impatientiam Petri adhuc discipuli, adscribendam esse Christo illius Institutori, dixit Tertullianus: *Patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Et Achior hic vers. 21. simili argumentatione recensens plura peccata populi Dei, subiungit statim supplicia, addens; *Deus enim illorum odit iniquitatem*: ne videatur Deus Hebræi populi institutor, & rector morum, consentire Hebræorum delictis, aut deuenustari eorum flagitiis.

Cerda in Comment. huius Cap.

151.

Beda. Luc. x.

In discipulo Magister auditur.

Cassiod. l. 10 ep. 5.

Nazianz. Orat. post quæ à r Magistrum.

Plutarch.

Iudith.

§. XXXVI.

Regum Curia, vt regni, sic & vitiorum Metropolis est.

NOn est extrinsecùs malum nostrum; intra nos est, in visceribus ipsis sedet: intestinus fomes virtutes hebetat, vitia acuit, naturam confundit, perturbat, deprauat. Verùm ab experientiâ docti sumus magnarum vrbium habitatores vulgò deteriores esse. Nemo se tutò committit tantæ hominum turbæ, diuersi aliorum mores confundunt, quos quis benè composuerat. Hic ambitionem allinit, ille imprimit luxuriâ: malignus comes quantumuis candido, & simplici, rubiginem suam affricat. Ab hoc discitur auaritia, ille iras accendit, & artes vindictæ, adulationes, furta, legis & iuris nomine dissimulata: ibi affirmamus vitia, quæ videmus in magnis, & primoribus viris: & vt semel dicam, Principum Curia, Schola vitiorum est; & delictorum eruditio. Luculenter Seneca: *Non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romæ potest viuere. Non ego sumptuosus, sed vrbs ipsa magnas impensas exigit.* Quasi Romæ, aut Matriti, aut Parisiis non possit viui nisi sumptuosè, luxuriosè, ambitiosè. Potest quidem, sed magnum vitiorum incentiuum est ad vitia, tot vitiorum exempla, quæ sensim imprimuntur in animâ, & homines deprauant, & ad consimiles iniquitates alliciunt, & pertrahunt. Iosue 14. v. 15. *Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est.* Inde increbuit opinio multorum existimantium, in Vrbe Hebron sepultum fuisse Adamum, & humanæ naturæ parentem, & culpæ originem. Septuaginta Interpretes in locum horum verborum: *Adam maximus ibi inter Enacim situs est*, exscribunt, *metropolis ciuitatum Enacim ipsa*, Hebron scilicet. Idémne est apud homines, Adam & metropolis ciuitatum? Metropolis est princeps regni vrbs, vbi stant Regis palatia, pendentes;

152.

Curia Regnum est quasi alter Adam.

Senec ep. 50.

Iosue.

153. Septuagint.

dentes Senatores, consuluntur, litigantes concertant, candidati officia ambiunt, regni proceres eminent, confusa turba increbescit, vagatur, insultat, Adam verò est primus, & caput hominum, è cuius delicto originem trahit originalis culpa, quæ posteros inuitiat, & occulto fomite instigat ad vitia. Quid magis disparatum, & dissimile quàm Adam, & Metropolis? Imò quid magis simile? Porrò Metropolis est alter Adam, & causa alterius quasi originalis delicti, & extrinseci cuiusdam fomitis ad peccandum; ibi imprimitur ambitio, sumptuositas in pretio est, luxuria illinitur, &c. quibus humana natura intrinseco fomite prona ad vitium, hoc extrinseco instigata, impellitur ad delinquendum. Vnde consultissimè S. Hieronymus, quod L X X. transcripsère *Metropolim*, ipse scripsit *Adam maximus*, quasi Metropolis sic hominibus alter Adam, & veluti aliud originale delictum, homines instigans ad vitia. Hieronym.

154. *Exeuntes è Curiâ sunt aptiores ad vocationem.* Matthæi 22. v. 9. Rex ille celebraturus principis filij nuptias apparauit conuiuium lautum, & opiparum, & regali munificentiâ dignum; mittit seruos, qui inuitent ad conuiuium, regiæ curiæ proceres, metropolis nobilitatem. At Curiales recusant Regis fauorem. Post castigatam horum inciuilitatem, præcipit seruis suis: *Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias.* Matth. Quare hîc Rex non ad Curiæ plateas, vbi frequens est concursus, neque ad curialium domos mittit: sed ad vrbis exitus? nec mittit ad ingressus, sed ad egressus ciuitatis? Nónne via per quam quis ingreditur vrbem, & ex vrbe egreditur, eadem est? cur ergo signatè nominat exitum viarum, non introitum? Nec verbum in Scriptura sacra Mysterio, & eruditione vacat. Subtiliter Caietanus: *Ite ergo ad exitus viarum: loca congrua ad vocandum transeuntes.* Caiet. Non vocat hîc Rex Curiæ proceres, nec curiales viros plenos fastu, sollicitos ambitione, luxu delicatos, negotiationibus distentos: imò nec inuitare dicitur eos, qui regiam curiam ingrediuntur, sumptuositate superbos, de negotiationibus præsumentes, in ambitu totos, plenos vanissimis spebus. Sed consultissimè vocat eos, qui è regiâ curiâ exeunt, negotiationibus, & sollicitudinibus fatigati, ambitionis molestiis facti, consumptis opibus pauperes, spe frustrati. Ergo exitus viarum Curiæ, loca sunt congrua ad vocandum, & ad audiendum magni Regis vocem. Vnde sciens, & prudens Rex repulsæ metu non permittit hîc, vt vocentur curiales ad præfatas nuptias, nec qui curiam ingrediuntur: sed qui è curia exeunt, & metropolim deserunt: ab illis, quasi desperet consensum vocationis, eos tunc non vocat; hos inuitat sperans consensuros vocationi: nam *exitus viarum, loca congrua ad vocandum sunt*, non ingressus Curiæ.

155. *Curia criminosissima.* Lucæ. Ierusalem vrbs olim sancta, Regum sedes, & regni Metropolis, inde & malitiæ metropolis extitit, & sentina vitiorum, virtutis nouerca, & facinorum mater. Lucæ cap. 13. v. 31. *Accesserunt quidam Pharisæorum dicentes illi:* (Iesu, inquam,) *Exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere.* Quibus Saluator dixit, se minimè occidendum ab Herode: *Quia non capit prophetam perire extra Ierusalem.* Quid est, non capit? Theophylactus *Non decet*, quasi incongruum & indecens sit, vt Propheta religiosus, & sanctus iniustè pereat, nisi in regni Metropoli. Theophyl. Adeò enim erat criminosa, & insolens temeritate peccandi, vt caput esset, & regni, & nequitiæ; & æmula iniquitatis inuideret aliarum vrbium grandiora flagitia: indecénsque putaret, si alia, vrbs eam in malitia superaret. Et ita ait IESVS: securus sum, non me occidet hîc Herodes, quia non decet Prophetam impiè occidi, nisi Ierosolymis, regni metropoli: *& dixit hoc, quia tanta erat iniquitas Ierosolymitana, vt crimen occidendi Prophetas non permittere aliis*, ait Caietanus ibi. Caiet. Quasi indecens foret, vt non esset Metropolis vitiorum, quæ erat metropolis regni. Vt rem insolitatam apud gentes, & prodigij ad instar, dixit vers. 23. Achior laudans Hebræos, Ierosolymam, quæ erat Iudææ Metropolis, esse vrbem religiosam, & sanctam. Iudith.

---

§. XXXVII.

Commentarius litteræ.

Vers. 24. Nunc ergo mi Domine, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu Dei eorum: ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ.

Vers. 25. Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos: & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.

Vers. 26. Et factum est, cùm cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum:

Vers. 27. Quis est iste, qui filios Israël posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ?

Vers. 28. Vt ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transuerberabitur:

Vers. 29. Vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor Deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

NVnc ergo, &c. Achioris oratio eò spectabat tota, vt persuaderet Holoferni, priùs peruestigari oportere, an Hebræi offensum haberent Numen, an beneuolum, & proprium: Si offensum, facilè debellandos, sicut, & cæteræ nationes debellatæ sunt. (Legatur Pineda lib. 7. de rebus Salomonis, cap. 21. num. 5. qui hunc versiculum locupletat aliis Scripturæ locis.) At si proprium habeant Deum suum, quia persistunt fideliter in eius religioso cultu, fore irrita Assyriorum arma: nec modò repugnaturos Holofernianis viribus, sed etiam Deo suo patrono & vindice, indecorè fugandos, & prosternendos hostes. Itaque offensio numinis exarmat Hebræos, religio armat egregiè; quâ armati exarmabunt, vel victricia hostium arma. Ergo propriis offensis, non alienis armis debellantur Hebræi. Ad rem Liuius lib. 5. *Omnia prospera*

Vers. 24. & 25. 156. Pineda. Liuius

[Carol.] *prospera eueniunt colentibus Deos,* (numen inquam) *aduersa, spernentibus.* Bellè noster Carol. cap. 19. Politico-Christiani, religio, & pietas regnorum propugnacula sunt: *Pugnant Reges, vincit in Regibus suis Deus.* Quin & religioso duci militat, cælestium exercitus. Sic religioso iam Constantino cælestes spiritus pro Deo suo adsunt in auxilium, tutantes pium ducem, & regem præ religionis. Sub-

[Nazarij. *Angeli quasi ambitiose auxiliantur pio regi.*] licio venusta Nazarij verba in Panegyr. ad Theodos. *Flagrabant* (nempe cælestes spiritus) *nescio quid vmbone corusci, & cælestium armorum lux terribilis ardebat: tales enim venerant, vt tui crederent esse. Hac ipsorum sermocinatio, hoc inter audientes ferebant: Constantino imus auxilio. Habent profectò & diuina iactantiam, & cælestia quoque tangit ambitio. Illi cœlo lapsi, illi diuinitus missi gloriabuntur quod tibi militabant.* Religiosi Regis, & regni

[Scrib.] fauor; pia ambitio cælestium est. O quantula manus quantas hostium phalangas fundit suæ religionis vindice Deo! Legatur Politico-Christianus suprà.

[Vers. 26. &c.] *Et factum est, &c.* Cum multo stomacho exceperunt Achioris orationem Holofernes, & Assy-

157. [*Aulicorum politia ciuilius negat his religionem, quam ciuilitatem.*] riæ proceres; nec tamen loquentem interrupêre fastidiosi: scilicet bene aulici potiùs violant religionis, quàm comitatis & politiæ iura. Mox fremitu communi mirantur audaciam hominis deuicti, & impudentiam, & stuporem stolidi; quippe qui seriò existimet gentem inermem, imperitiâ artis bellicæ imbellem, calamitatibus ignobilem, cladibus laceratam, seruituris incommodis attritam, posse repugnare victricibus Assyriorum armis; præsertim Holoferne duce. Truculenta quæque meditantur ad impudentis sermonis mulctam. Demum id consilij capitur vt deducatur Achior ad Bethuliæ arcem, quæ ob loci asperitatem videbatur munitissima, vt expertus auxilium diuinum, quod præsagit Israëlitis, eamdem cum illis aleam subeat, & similem patiatur fortunam, dum pereat simul cum vrbe. Quo notum erit vrbi, & orbi Nabuchodonosorem vnicum esse terræ numen. O ausus felicium! Armis probare intentant, quod ratio negat. Prosperitati temeritas pro ratione est; impudentia pro audacia. Qui suis præsumit viribus, omnipotentiam in se armet, & se exarmat propriis viribus.

Quàm faueat Deus piis, & religiosis, quàm seuère impios puniat, alibi opportuniùs tradetur.

---

§. XXXVIII.

Qui in Disputationibus contumelias iactat in aduersarios, se ab illis victum publicat.

158. Veritas de se pacata est; & tamen diuturna, & implacabilia mouet bella: nam vel mite ingenium pro veritate pugnax est. Hinc Doctorum dissidia, hinc gymnasiorum palæstræ; & rationum hinc inde micantes gladij, & vibrata tela; hinc victoria ratiocinationis vi parta, eò nobilior, quò de nobiliori hoste, id est, ingenio reportatur. Verùm cùm tarò argumentorum irrefragabilis euidentia eluceat, tara victoria est in re litterariâ, aut rationis ludo. Quis enim adeò disertus est, & ratiocinando sic aduersarium concludit, vt illum mutum reddat? Vix enim occludi potest aditus ad effugium: Aut subtilitatibus vis rationis obtenebratur, aut tergiuersationibus declinatur, aut garrulitate eluditur, aut pertinaciâ resistitur. Sed caue ne erumpas in iurgia, & contumelias aduersarij, quia eiusmodi probra arguunt te victum, & vinctum argumentorum rationali laqueo; nam fastuosa bilis vices rationis non agit: non benè pro argumento substituitur contumeliosa ira. Cui suppetit neruosa ratio, patienter expectat, donec ipse eam proferat non offuscat disputationem rixis imperitis, & brutis clamoribus. Pacatus animus, victoriæ indicium est; iratus verò se victum prodit. [Iudith.] Sic Achior (cuius nomen *lumen* significat, sapientem redolet) cùm ex sacris literis, & manifestissimis experientiis conuicisset Assyrios, nec ipsis suppeteret, quâ ratione declinarent sapientum rationum pôdus, hîc, vers. 26. *Irati sunt omnes, dicentes ad alterutrum: quis est iste? &c.* Irascuntur insipienter & cõuitiantur, vt ignotum, & nihili hominem, cui rationibus respondere non valent.

Simile quid accidit, Ioannis 8 v. 46. Christus 159. [Ioann. *Deficit ingeniis prosilire solet in contumelias.*] Sapientia Dei in quâdam concione conuicit Iudæos, eius doctrinam esse verissimam, & ita pronè amplectendam, & tamen pertinaces renuebant. Vrget eosdem, vt quoquo modo respondeant rationibus, aut illis cedant, & sibi credant. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Expectamus quid sapientiores Scribæ respondeant: *Responderunt ergo Iudæi, dixerunt ei: Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Nimirum rixis; & contumeliis humana astucia contendit offuscare robur rationum, quibus par non est satisfacere: (quod in nostris disputationibus crebrò accidit.) Qui ad contumelias prosilit, victum se vel inuitus fatetur. Huc pertinent [Cassiod. l. 5. epist. 27. Philo de Confusione ling.] aurea Cassiodori verba: *Ad iniurias tunc prosiliunt, cùm se superatos turpiter erubescunt.* Nam vt benè Philo: *Cuiuscunque sententia suopte ingenio quieta est.* Quasi dicat: Quæ sententia, seu opinio, est quieta est, & pacata; error verò tumultuosum quid, & pugnax est, iras excitans in sui dedecus. Nihil, enim æquè vincit in litteraria palæstra, ac quieta ratio: & pacatus argumentator, quamtumuis prouocatus ab abduersario iurgiis, ac contumeliis.

168 [Ioan. *Patientia in contumeliis, probatio est veritatis.*] Ioannis 1. v. 47. Vidit Iesvs Nathanaëlem, venientem ad se, & dicit de eo; Ecce verè Israëlita. Dicit ei Nathanaël: Vnde me nosti? Respondit Iesvs, & dixit ei. Priusqeàm Philippus vocaret, cùm esses sub ficu vidi te. *Respondit ei Nathanael, & ait, Rabbi: Tu es Filius Dei, Tu es Rex Israel.* Valdè miror tam properâm Nathanaëlis assensionem. Et quidem Nathanaël vir erat disertus, & litteratus, & needum viderat Christum patrantem stupenda miracula, fulgurantem cælestes disciplinas. Subitanea est hæc Nathanaëlis fides, improuida credulitas & nimiùm facilis assensus. Profectò non videtur vigor fidei, sed facilitas credentis. Indagandum ergo est, quidnam hominum alioqui sapientem, sic incitauit ad repentè credendum? quæ ratio legisperitum sic reuincit? Disertissimus Chrysostomus disertissimi Nathanaëlis mentem calluit, [Chrysost. hom. 9. in Ioan.] sic inquiens. *Quia enim aduersus Iesum dicere videretur* (dixerat enim vers. 46. Nathanaël: *A Nazareth potest aliquid boni esse?*) *non culpauit, sed laudauit; cognouit quia verè est Christus, vt de sequitur: Respondens ei Nathanaël, ait; Rabbi tu es* [Ioan.] *Filius Dei, quasi dicat; Tu es, qui expectabaris; quia argumentum inaltercabile suscepit.* Pendanda sunt præcipuè postrema verba, *argumentum inaltercabile.* Scilicet Nathanaël conuiciatus fuerat Christum, dicens, *A Nazareth potest aliquid boni esse?* Quam cõtumeliam omittens Christus ex perspicaciæ sua illum absentem sub ficu viderat, probat suam diuinitatem

nitatem verbis pacatis, & inaltercabili sermone: hæc quieta ratio Nathanaëlem hominem disertum iure conuicit, & mox persuasus exclamauit; *Tu es Filius Dei, &c.* Nam arguentis tranquillus animus, Veritatis est argumentum; tumultuosus, & inquietus altercationibus veritatem offuscat.

161. Apollin l. 2. epist. 2.

Sidonius Apollinaris id in suo Theodorico sapienter aduertit, & disertè dixit his verbis: *Oblectabatur commotione superati, & tunc demum credit sibi cessisse collegam, cum fidem fecerit victoria sua, bilis aliena.* Videbat victum aduersarium, & vix credebat se vicisse, donec animaduerteret illum iratum; nam etsi aduersarius cecidisset in prælio, victus nondum ferè erat, quoadvsque bilis aliena publicaret victoriam. Magis credebat iræ superati, quam oculis. Pergit Apollinaris enarrans, quomodo Rex Theodoricus in ludicro alearum prælio se gerat: *Tabula cordi est, tesseras colligit rapidè, inspicit sollicitè, voluit argutè, mittit instanter, ioculanter compellat, patienter expectat.* (Aduerte animo ad ea, quæ succedunt verba.) *In bonis iactibus tacet, in malis ridet, in neutris irascitur, in vtrisque philosophatur.* Rectè dixit Appollinaris in omnibus actibus philosophari Theodoricum. *In bonis iactibus tacet*, ne irritet colludentem sibi. *In malis ridet*, ne irâ prodat se victum, sed hilaritate vultus, risus, mentiatur victorem: *in neutris irascitur*, ne mala ira, quam in malis iactibus repressit prudentia, præcordia exurat, eam in neutris iactibus foras euomit, cùm licet, sine iniuria sui, & absque colludentis irritamento. Bellè dictum, & sapienter factum. *In malis iactibus ridet*: scilicet aduersarij victoriam refutans risu, non adorans grauitate, aut bile. Quod argutè præstat Tertullianus: *Si ridebitur alicubi, materiis ipsis satisfiet. Multa sunt sic digna reuinci, ne grauitate adorentur*: quasi dicat vultus seueritate, & graui supercilio, aut linguæ licentia magni facimus vires aduersariorum; imò istiusmodi seueritati *adoramus*, paresque nos ostendimus. *At si ridebitur, materiis ipsis satisfiet*: sat facies ridendo, si minus ratiocinando vales: si rationum armis resistere aduersario non vales, ne contumeliis, aut graui supercilio illum adores, & imbecillitatem tuam publices. Risus mentiatur Victoriam: ne contumelia publicet impotentiam, quam publicarunt Assyrij contumeliosi non in sapientem Achiorem.

Ita ostendit se victum.

Apollin.

In ludis æquitas animi Theodorici.

Tertull. adu Valent. cap. 6.

CAPVT SEXTVM.

Vers. 1.

FACTVM est autem cum cessassent loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior: 2. Quoniam prophetasti nobis, dicens, quòd genus Israël defendatur à Deo suo, vt ostendam tibi quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor. 3. Cùm percusserimus eos omnes, sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israël tecum perditione disperiet: 4. Et probabis quoniam Nabuchodonosor Dominus sit vniuersæ terræ: túncque gladius militiæ meæ transiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Israël, & non respirabis vltrà, donec extermineris cum illis. 5. Porrò autem si prophetiam tuam veram existimas, non concidat vultus tuus, & pallor, qui faciem tuam obtinet, abscedat à te, si verba mea hæc putas impleri non posse. 6. Vt autem noueris quia simul cum illis hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo sociaberis, vt dum dignas mei gladij pœnas exceperint, ipse simul vltioni subiaceas. 7. Tunc Holofernes præcepit seruis suis vt comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam: & traderent eum in manus filiorum Israël. 8. Et accipientes eum serui Holofernis, profecti sunt per campestria: sed cùm appropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularij 9. Illi autem diuertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & sic vinctum restibus dimiserunt eum, & reuersi sunt ad Dominum suum. 10. Porrò filij Israël descendentes de Bethulia, venerunt ad eum: quem soluentes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum statuentes, percunctati sunt quid rerum esset quod illum vinctum Assyrij reliquissent. 11. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de Tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel. 12. In medio itaque seniorum, & in conspectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum. 13. Et quemadmodum ipse Holofernes iratus iusserit eum Israëlitis hac de causa tradi: vt dum vicerit filios Israël, tunc & ipsum Achior diuersis iubeat interire suppliciis, propter hoc quòd dixisset, Deus cœli defensor eorum est. 14. Cúmque Achior vniuersa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas Domino effuderunt: 15 Dicentes: Domine Deus cœli & terræ, intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende, & ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te: & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias. 16. Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa, consolati sunt Achior, 17. Dicentes:

Deus

Digitized by Google

Deus Patrum nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem, vt eorum magis tu interitum videas. 18. Cùm verò Dominus Deus noster dederit hanc libertatem seruis suis, sit & tecum Deus in medio nostri: vt sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerseris nobiscum. 19. Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam, & fecit ei cœnam magnam. 20. Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto ieiunio refecerunt. 21. Postea verò conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt, petentes auxilium à Deo Israël.

---

§. I.

Commentarius littera.

Vers. 1. Factum est autem cùm cessassent loqui, indignatus Holofernes vehementer dixit ad Achior.

Vers. 2. Quoniam prophetasti nobis dicens, quòd gens Israël defendatur à Deo suo, vt ostendam tibi quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor.

Vers. 3. Cùm percusserimus eos omnes, sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione disperiet.

Vers. 4. Et probabis quoniam Nabuchodonosor Dominus sit vniuersæ terræ. Túneque gladius militiæ meæ pertransiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Israel, & non respirabis vltrà donec extermineris cum illis.

Vers. 5. Porrò autem si prophetiam tuam veram existimas, non concidat vultus tuus, & pallor, qui faciem tuam obtinet, abscedat à te, si verba mea hæc putas impleri non posse.

Vers. 6. Vt autem noueris quia simul cum illis hæc experieris ecce ex hac horâ illorum populo sociaberis, vt dum dignas mei gladij pœnas exceperint, ipse simul vltioni subiaceas.

VERS. 1. & 2. 1. FActum est, &c. Græcus: *Vbi cessauit tumultus virorum, qui in circuitu consessus,* Nempe vbi cessauerunt obmurmurare in Achiorem summates Assyriorum, ardet ita Holofernes. Num antè iratus non erat? Erat planè, sed quousque ira non erupit in verba, iratus non dicitur. Interior iracundia sæpè à rebus ipsis est; & cohibita non tam ira est, quàm prudentia; dum extra prosilit, furor est, & amentia. Deridetur Achior cùm nominatur Propheta. Sanctum nomen deuenustat hominem prophanum. Nec absolutè dixerat Achior, Hebræam gentem defendi à Deo suo, sed à Deo non offenso, & propitio. Vnde indagandum censuit an infensum esset illis numen ob delicta. Item peruersam argumentatur Holofernes, cùm in perspicuum signum, quòd Nabuchodonosor vnicus Deus terræ sit, ait expugnandam à se Bethuliam. Sæpè Fortuna fauet improbis, imò secundæ res improbum sæpè felicitant: nam sanctissimi cuiusque vita, multa calamitas est, & aduersa fortuna, quæ aduersatur piis alludit impiis. Sæpiùs impietas fortunata est: Ne tanti æstimes Fortunæ iudicium.

Cùm percusserimus, &c. Græcus textus sic habet *Sed nos serui Nabuchodonosor percutiemus eos, tanquam virum vnum: & non sustinebunt potentiam equorum nostrorum. Comburemus enim eos in ipsis, & montes eorum inclinabuntur in sanguine ipsorum, & campi eorum implebuntur mortuis ipsorum: & non resistet vestigium pedum eorum ad faciem nostram, sed perditione perdentur.* Et mox: *Et tunc pertransibit ferrum exercitus mei, & populus ministrorum meorum costas tuas & cadet in casis eorum, quando reuertero.* Quid arrogantius? Biblia Regia, & Vatablus parùm discrepant. Itaque pergit Holofernes minitans Achiori necem; cùm percusserit Israel *sicut hominem vnum*; Carthusianus & Sà, omnes ad vnum, id est, nemo non peribit. Præstat, eâ felicitate ac si vnus esset homo. Ita Vatablus exscribens: *Perinde ac virum vnum eos delebimus.* De hac adagiali forma legatur Martinus del Rio 1. tom. Adag. 153 addit: *Tunc non respirabis vltrà, donec extermineris.* Sententia impedita; potius enim respirabit Achior quousque nece exterminetur; nam postquam quis nece exterminatus est, qui poterit respirare? Duplex succurrit expositio: Altera, si illa verba parenthesi, quasi carcere claudas, quæ sensum perturbant. Ita Serarius & Sà, sic scribendo: *Gladius mil is mea transiet per latera tua (& confixus cades inter vulneratos Israel, & non respirabis vltrà) donec extermineris*, & ita sensus erit: Meus gladius transiet per latera tua, donec extermineris. Vel ita accipe voculam illam *donec*, vt exclusiua non sit, quod infrequens non est in Bibliis, Matth. 1. v. 25. *Et non cognoscebat eam donec peperit.* Ergo postquam peperit Maria Iesum, Iosephus eam cognouit? Heluidiana consequentia. Matth. 28. v. 20. *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.* Nunquid post sæculi consummationem Christus non erit cum Ecclesia sua? Psal. 109. *Sede a dextris meis, donec ponam, &c.* Num postea filius non sedebit à dextris? Matth. 5. v. 17. *Donec transeat cælum & terra, iota vnum non præteribit à lege.* Fortassis postquam transierint, præteribit? Ergo particulæ *vsque, donec*, & similes, non semper affirmationem significant post tempus quod notatur. Legi potest S. Chrysostomus ad Matth. 1. & sanctus Hieronymus in Heluidium, qui eruditè de hac re. Vnde erit sensus, Non respirabis vltrà, sed exterminaberis: vt sit repetitio eiusdem sententiæ. Hunc sensum expressit textus Græcus suprà scriptus.

Porrò autem, &c. Ad has minas sæui Imperatoris expalluit Achior. Quid mirùm si homo gentilis, qui non triuerat Stoïcorum gymnasia, nec ἀπαθείας euaserat ab arte, impatibilitatem mentiente superbia, immutet colorem, & expaueat, & expalleat ad tantum periculum? Quid? rideret periculum, qui discrimine vitæ irridetur? & sanè inopinatum fuit illi hoc periculum, nam vnde mercabatur plausum, ludibrium reperit: & vnde sperabat laudem,

Marginalia: VERS. 3. & 4. 2. Græcus. — Biblia Reg. — Carthus. Sà. — Vatabl. — Rio. — Serarius Sà. — Matth. — Matth. — Psal. — Matth. — Chrysost. Matth. Hieron. — VERS. 5. & 6. 3.

laudem, timet mortem. Nec moram tractus fuit Achior ad componendum subitos animi motus, & pudendos pauores. Impauidus stabat Socrates in carcere, constantiæ exemplar, qui nec expalluit ad cicutæ haustum, complorantibus cunctis. De hac Socratis constantia sic Tertullianus lib. de Anima, cap. 1. *Adeò omnis illa tunc sapientia Socratis de industria venerat consulta æquanimitatis, non de fiducia comperta veritatis.* Pauet Achior ad subitum periculum à sæuitiâ Holofernis auctum, in quo vel ipse Holofernes metu maderet. Imò fortis fuit Achior, quia tantùm expalluit in tanto periculo: *O animi fortitudinem! non gemuit, non illacrymauit, non natura vi fractus est*, dixit aliàs Basilius Seleucus Oratione septima.

Tertull.

Basil. Seleuc.

§. II.

Defensio crimen dum excusat, sæpè exaggeratus accusat: silentium, iniuriarum felicior defensio est.

4. INgenium ambitionis est fuco quodam vitia subornare, studio placendi: vel saltem humanos oculos deludere satagit excusationis artificio. Malefacta nubilo excusationum obtegit, ne malefactor appareat: & quod malè fecit peiùs excusat. Quasi excusatio delictum alleuet, non potiùs degrauet: quæ non tam excusat, quàm accusat delictum. Non satis erubescit de commisso flagitio, cui pudor est illius confitendi: intrinsecùs esse vult, quod extrinsecus apparere timet: esse cupit, quod nequit videri. Censuram metuit, quam vibrant humani oculi, parum sollicitus de virtutis studio, & censura diuina. Hinc sagacissimè occultantur delicta. Apprimè describit P. Damianus ingenium excusationis, sic fatus: *Elegantissimam super his comparationem inducit Propheta Isaias, quam de sacrario sancti Spiritus asportauit. Ibi habuit foueam Ericius. Ericius si apprehendi se sentiat, vel contingi, ita confertissima spinositate densatus est, vt vndique compunctionibus, & aculeis vestiatur. Cùm verò se solitudinem adeptum putat, caput aperit, exerit pedes, & vix ficatorios motus plena deambulatione demonstrat. Si quis superuenerit, statim celerrima velocitate caput cum pedibus ad interius absconditum reportatur.* Ecce tibi graphicè depictum excusationis ingenium. Vbi ad rem præsentem nota, eum qui se excusat suspecti delicti, Ericij adinstar, *confertissima spinositate densari, & compunctionibus, & aculeis vestiri.* Vel potiùs armari aduersùs eum qui se arguit: nec modò scutum excusationis prætendit, sed telum vibrat ad compunctionem arguentis se. Conuictus Adam originalis flagitij Genesis 3. v. 12. causatur suadelam charæ coniugis aiens Deo: *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Profectò hæc excusatio, Dei prouidentiam tacitè ferire intentat. Opportunè Rupertus: *Quasi firmitatis aut rationis haberet aliquid hæc defensio, & non potiùs accusatio esset, quàm excusatio, quod se mulieris datum fatebatur Dei præuluisse imperio. In Deum quoque culpam retorquere voluit*, in Deum inquam, qui ipsi Adamo dedit feminam, quæ illum seduceret. Ac si non tam sit sua culpa, quàm Dei. O prophanam & sacrilegam excusationem, quæ in Deum retorquere culpam ambit! in Deum culpam reiicit, quò à se reijciat culpam. Ipsum Deum peccati insimulat, vt se innocentem simulet, & peccatorem dissimulet. Sic excusatio armatur Erici

Excusatio Ericio similis.

Petr. Dam. serm. 60. Isai. 34. v. 15.

Rupertus l. 3. in Gen. c. 15.

Excusatio Deum accusat.

5.

compunctionibus, & aculeis. Genesis 4. vers. 9. scelestissimè occiso Abelo, ait Deus patricidæ Caino: *Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit, Nescio: Nunquid custos fratris mei sum ego?* Ad quæ verba sic fatur Basilius Seleucus: *Etiam Deum, qui audaci facinori præsens aderat, celat mendacio notitiam adimere, sibi persuadens.* Nimirum sicut Adami impudens excusatio culpare Deum ambit, & scelerare diuinam prouidentiam: sic impudens excusatio Caïni intentat deuenustare notitiam Dei occultatione flagitij. Quid scelestius; quàm quod excusatio procaciter præsumat perstringere diuinos oculos, & culpare innocentiam Dei? Mauult dehonestare Deum, quàm inhonestus videri. Ergo excusatio Ericij ad instar confertissima spinositate *compunctionibus, & aculeis* armatur vel in Deum ipsum. Vnde quod malè agit, peiùs excusat: & excusatio non minuit delictum, sed multiplicat & incrementat: *Ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.* Psal. 140. v. 4.

Genes.

Basil. Seleuc. Orat. 4.

Psalm.

Iobi 40. v. 17. De immani bellua Behemoth, sic dicitur: *Protegunt vmbræ vmbram eius.* Id est, vmbras multiplicat, vt feliciter delinquat vmbram delicti vmbrâ excusationis abscondens, & protegens: temeritatem facinorum protegit patrocinio, siue vmbrâ excusationis, cuius beneficio Behemoth non apparet clarus, & fulgens, sed peccatorum vmbra, ab vmbris excusationis densior, obtenebrescit magis excusatione caliginem addensante. *An melius est damnatum latêre, quàm palàm absolui?* inquit Tertullianus: *Sic fit* (ait S. Gregorius versans præfata verba;) *vt summâ criminum dum defenditur, augeatur.* Nam excusatio non tam adstruit innocentiam, quàm ædificat ruinam: *Solent quidam isti miriones, etiam de quibusdam personis ab hæresi captis, ædificari in ruinam*, ait Septimius. Quid est ædificari in ruinam? Porrò ædificatio prouectio est ædificij, non demolitio operis. Quomodo potest ædificari ruina, quæ potius est destructio ædificij? Profectò excusatio dum ambit ædificare innocentiam, ruinam ædificat: porrò innocentia, quæ excusationibus ædificatur, *ædificat in ruinam*; nam huiusmodi structura sanctitatis, eius destructio est, & spiritualis ædificij ruina. Excusatio enim non minuit delictum, sed auget, cuius augmento corruit virtuti ædificium.

6. Iob.

Excusatio ruinam ædificat.

Tertull. l. de Pœnit. cap. 7. Greg. l. 13. Moral. c. 6.

Sept. lib. de Præscript. cap. 3.

Tertullianus: *Tantùm releuat confessio delictorum, quantùm dissimulatio exaggerat: Confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumacia.* Et in fine sequentis capitis, ita subiungit de Pœnitentia; *Cùm accusat, excusat: cùm condemnat, absoluit.* Nempe ipsa peccatorum confessio ingenium est satisfactionis; quæ dum delicta publicat, delicta abscondit, quia ea delet. At dissimulatio peccati, delictum auget, flagitium ampliat, prodit, exaggerat: nam excusatio proditio malitiæ est. Iob 31. v. 33. *Si abscondi quasi homo peccatum meum.* In Hebræa origine sic legitur: *Si abscondi quasi Adam peccatum meum.* Quomodo Adamus abscondit peccatum suum? Genes. 3. v. 8 *Abscondit se Adam à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.* Quod est hoc lignum in cuius medio se abscondit Adam, vt delictum absconderet? Hugo Cardinalis ibi: *In medio ligni paradisi: id est, sub ligno scientiæ boni, & mali.* Præclarum profectò latibulum. Præsumit Adamus occultare delictum ab oculis Dei, & confugit ad arborem, sub quâ deliquit? Arbor scientiæ boni, & mali peccatum Adæ fuit, & latêre satagit sub eadem arbore? Præstaret longè fugisse ab illa

7. Tertull. l. de Pœnit. c. 8.

Excusatio delictum in delicto abscondit.

Iob.

Genes.

Hugo.

Digitized by Google

illa arbore, vt ita vel notitiam illius dissimularet. Ipse se publicat, dum sic latet, & ipsâ delicti defensione, delicti reus proditur. Et quà præsumit excusare delictum, fugiens Dei oculos, confugiens ad idem delictum, sese publicat delicti reum. Non benè flagitium in flagitio latet; imò ampliatur & exaggeratur accusationis latibulo. Planè peccatum in peccati fuga, seu dissimulatione abscondit Adamus. Melius absconderet in confessione. Nam confessio delicti, delictum celat, excusatio prodit, & *dissimulatio exaggerat*. Ergo tua delicta confitendo excusa, qui dissimulando accusas. Ne peccatum peccati excusatione abscondas, sed absconde accusatione peccati. Dei oculi confessa peccata non vident, vident abscondita: & ita *Qui videt in abscondito*, publicabit, & puniet reatum, quem publicatum, iam propè non videt. Quasi cæcus sit Deus in confessa & publicata delicta: ad peccata verò excusatione ampliata, & exaggerata, oculatus & perspicax. Bene late publicatione, ne malè prodatis absconsione.

8\. *Vobis copiosus est sermo quoties error arguitur*, pulchrè dixit Ennodius. Quid ergo non excusabo errata delicta temerè suspecta, aut falsò imposita non defendam? Imò efficaciter excusanda, & pro virili defendenda sunt. Vis noscere felicissimam defensionem? Silentium tutior defensio, felicior excusatio est. Taciturnitas virtus excusat, quod garrula defensio acusat. Optima defensio, conscientia est, & silentium probat innocentem. Lucæ 23. vers. 3. apud Pilatum Præsidem accusatur Christus Deus, & multorum criminum reus sistitur. Eleganter S. Ambrosius, *Accusatur Dominus, & tacet. Et benè tacet qui defensione non indiget. Ambiant defendi, qui timent vinci. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo.* Subiiciam præter morem meum, longiuscula S. Augustini verba præclara ad rem præsentem, si longa dicenda sunt, quibus nihil est quod demere possis. Magnus hic doctor imitatus Ambrosium, sic fatur: *Forsitan mirum videtur nobis cur Dominus apud Præsidem Pilatum à principibus sacerdotum accusetur, nec aliquem eorum responsione conuincat, cùm vtique ingratam accusationem non nisi repellere solet subsecuta defensio. Mirum, inquam, sit, fratres, quod arguatur Saluator, & taceat. Taciturnitas enim negat, quod obiicitur, cùm non vult respondere, quod quæritur. Accusationem suam Dominus tacendo non firmat, sed despicit non refellendo. Benè enim tacet, qui defensionem non desperat. Festinet loqui, qui timet vinci. Melior est igitur causa, quæ non defenditur, & probatur, planior iustitia quæ non verbis adstruitur, sed veritate fulcitur. Taceat lingua necesse est, vbi ipsa veritas sibi adest. Taceat lingua in bono negotio, quæ & in malis causis obticere consueuit. Nolo sic defendi iustitiam, sicut solet iniquitas excusari. Sciuit enim Saluator, quomodo tacendo vinceret, quomodo non respondendo superaret: atque adeo causam suam maluit comprobare, quàm dicere. Sed quid de Christo Deo loquar? Susanna mulier inimicos suos tacuit, & vicit. Non enim apud Danielem in sermone tuitio est, sed in sancta fæmina, tacente lingua, pro ea castitas loquitur. Castitas enim Susannæ & presbyteros impudicos conuicit in paradiso, & in iudicio falsos accusatores obtinuit: hisque victrix reos facit testimonij, quos reos facit adulterij.* Hucusque Augustinus. Ecce tibi conscientia pro defensione est, taciturnitas dicitur festinata defensio. Saluator tacendo, se tuetur à calumnia, & silentio eliciter reiicit accusationem: Susanna dum negligit excusationem, feliciorum ambit defensionem: nam silentium ambitiosior apologia est, & certior criminis depulsio. Vnde Præfectus Ozias cap. 8. vers. 28. crimen obiectum à principe Iuditha non excusat, (etsi validè posset, quippe quem excusant multi, vt videbimus in Litteræ expositione ibidem,) ne excusatione se accuset. Tacet hic vers. 1. Achior falsò accusatur, vt silentio obiectum crimen defendat, ne exaggeret, illud excusationibus minuendo.

Margin notes: Ennod. l. 7. epist. 6. Excusatio optima est Taciturnitas. — Luc. — Ambr. l. 10. in Lucam. — August. ser. 118. de tempore. — 9. — Daniel. 13. — Iudith.

§. I I I.

Reus qui verosimilem habet delicti excusationem, non censetur habere delictum apud homines.

10\. IVdiciaria potestas suspiciosa est, & facilè super re leui grauem censuram vibrat, zelo iustitiæ exaggerante suspicionum momenta; & non semel de additis pranè censens, quasi oculos habere ad abscondita. Verùm iudex non debet esse à charitate alienus; charitas autem non agit perperàm, quia patiens est, benigna est: at benignitas delicta non accusat, sed excusat. Ergo sicut iudex damnat suspicionem reatûs, sic à probabili coniecturâ absoluat à censura iudicij, & punitionis mulcta; vt quem probabilis flagitij suspicio damnat, absoluat probabilis delicti excusatio. Ergo verosimilis innocentiæ coniectura, & probabilis delicti excusatio, delicti suspicionem accuset, & reum excuset à suspicione delicti. Ioannis 15. v. 22. ait Christus Dominus: *Si non venissem, & locutus ei fuissem, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Locus planè difficilis, & à multorum commento impeditior. Et primò sapienter hæret S. Augustinus: *Quid est, si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent? Nunquid sine peccato erant Iudæi antequam Christus ad eos in carne venisset? Quis hoc vel stultissimus dixerit*; Præterea benè notarunt interpretes non rectè cohærere posteriorem partem huius sententiæ cum priori: nam ait Christus: Si non venissem ad Iudæos, & eos docuissem cœlestem doctrinam, peccatum non haberent: at quia ad eos veni, & eos docui, *peccatum habent*, debuisse dicere. Et tamen id non dixit, sed ait: *Excusationem non habent de peccato suo.* Idémne est excusationem non habere, & peccatum habere? Nunquid ille tantùm peccatum habet, qui excusationem non habet? Ergo qui verosimilem afferat excusationem, non iudicabitur habere peccatum? Num probabilis excusatio delictum diluet, & peccati suspicionem, aut reatum delebit? Audi Caietanum hîc qui acutè, etsi
11\. subobscurè hanc expositionem indicat; aiens: *Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem (pro prætextum: qui plus est, quàm excusatio: sonat enim palliationem quandam) non habent de peccato suo. Significatur, quòd non habent colorem, seu apparentiam excusandi peccatum suum post manifestam meam prædicationem.* Quasi idem sit in exteriori iudicio, peccatum non habere, ac habere *prætextum, aut colorem, aut apparentiam excusandi peccatum suum.* Vides quàm potens sit probabilis excusatio, & verosimilis prætextus ad eluendam delicti suspicionem; & delendum criminis reatum? Quod luculenter expressit Dauid Psalm. 111. v. 5. vbi homini misericordi, & in pauperes liberali, promittit benè disponendos sermones suos in Dei iudicio, aiens: *Iucundus homo qui miseretur*

Margin notes: Excusatio probabilis pro certa absolutio apud homines. — August. tract. 89. in Ioann. — Caiet. — Psalm.

Digitized by Google

miseretur & commodat: disponit sermones suos in iudicio: quia in æternum non commouebitur. Quid est benè disponendos sermones eius in iudicio? Quid refert quod in iudicio bene loquatur, si malè operatur? Quid ei proderit quòd ingeniosè & vero similiter delicta sua excuset, sermonibus bene dispositis? Nunquid sermones benè dispositi, est absolutio delictorum? Eleganter S. Chrysostom. (Chrysost.) ibi: *Qui miseretur, & commodat, disponet sermones suos in iudicio. Hoc est, patrocinium consequetur, non deerit ei defensio, non erit ei tunc condemnatio, cùm eleemosyna pulchrè ei defensionem comparet.* Itaque apud exterius hominum tribunal idem est, *disponet sermones suos in iudicio*; hoc est, vero similiter satisfaciet obiectis criminibus, ac *non deerit ei defensio, non erit condemnatio*: nam probabilis delicti excusatio idem est ac criminis absolutio. Vnde S. Augustinus (August. ser. 18. de Sanct.) sic Deiparam orat vt exoret peccatorum absolutionem. *Accipe quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones, & cùm susceperis vota, culpas nostras orando excusa.* Quasi delicti excusatio sit criminis absolutio.

12. *Luxuria minus excusabilis.* Tertull. lib. de Monog. cap. 15.

Hinc tanta excusationis vis est, vt dicere ausus fuerit Tertullianus luxuriam esse criminosius delictum quàm Idololatriam, seu Apostasiam à fide, sic scribens de Christianis, qui tormentorũ vi deficiebant à fide; & de eis, qui deliciantur in carnis voluptate: *Vtique enim illam negationem magis excusari cupit, quæ in prælio cecidit, quàm quæ in cubiculo: quæ in equuleo succubuit, quàm quæ in lectulo: quæ crudelitati cessit, quàm quæ libidini: quæ gemens deuicta est, quàm quæ subans.* Planè infandum crimen est ferè iam iam Martyrem negligere Martyris palmã, à fide desciscere, adorare idola per execrabilem apostasiam. Delictum verò lasciuiæ de se minùs criminosum; at quia minùs excusabile, magis criminosum audacter dicitur à Tertulliano: quasi excusatio sic posset minuere delictum, vt crimen maximum apostasiæ minùs criminosum à Tertulliano dicatur quàm peccatum luxuriæ. Pulchra hyperbole, sed hyperbole.

Matth. Hieron. *Luxuria prona excusatio.*

Quærit S. Hieronymus ad illud Matthæi 1. vers. 18. *Cùm esset desponsata mater IESV Maria Ioseph, Quare non de simplici virgine, sed de desponsata concipitur?* Plures reddunt causas Expositores, quas omitto vt singularem causam adducam, affert Hugo Cardinalis (Hugo ibid.) aiens: *Cùm esset desponsata, &c. Altera causa, ne fatuis virginibus daretur causa, vel occasio excusandi de infamia, dicendo, quod mater Christi infamata fuerit.* Scilicet adeò pronum est virginibus, quas vulgi rumor impudentiæ accusat, se excusare, alias feminas impudentiæ accusando; vt diffamatæ virgines prætendunt excusationem, dicendo vel purissimam Virginem Mariam non effugisse huiusmodi infamiæ rumusculos. Ergo vt præcludatur omnis aditus excusationi luxuriæ, Beata Virgo Iosepho maritatur, & Dei filius habetur filius Ioseph. Mauult enim Deus vt præclarissima Mariæ Virginitas coniugij nomine veluti deuenustetur, & Dei filius quodammodò dedecoretur, existimatus fabri filius, quàm vt detur aliqua impudicitiæ excusatio. Quasi excusatio delicti faciat delictum innoxium, & à pœnâ immune.

13. *Excusatio interemptorum Christi, illos quasi absoluit.* Tertull. l. de Carne Christi c. 15.

Tertullianus acerrimè disputat contra Marcionem hæretica licentia affirmantem, Christum non verum, sed phantasticum corpus induisse: & cui multa suppetebant argumenta, vt Marcionis hæresim refutaret, hoc vnum valdè exaggerat, sic exclamans? *Scelestissime hominum, qui interemptores excusas Dei.* Quasi dicat, hic Marcionis error præ cæteris execrabilis est, qui Pharisæorum inuidiam, Pilati timiditatem, tortorum Christi inhumanam sæuitiam excusat: nam si Saluatoris corpus non est verum, sed phantasticum, non verè, sed apparenter tantùm Christus passus est. quod valde minuit Passionis meritum, & carnificum flagitium excusat; neque enim tam grande crimen est sæuire in phantasticum corpus, quod nec sentit, nec dolet. Profectò plures aderant rationes, quibus Tertullianus infamare poterat malignitatem huius erroris. Nempe per infamem apostasiam defecerat à fide Marcion, errabat turpiter, Ecclesiæ aduersabatur, scripturis repugnabat, insolentem hæresim inducebat contra veritatem, & totius Christianismi sensum. Quæ omnia etsi de se maxima, consultissime omittit; & in primis tam impugnat, *quia excusat interemptores Dei.* Tantam existimationem excusationis imbiberat, vt quia Christi carnifices aliquam Deicidij excusationem iam haberent, valde timeret Tertullianus, ne innoxij, & à peccato immunes haberentur apud homines, tanti flagitij rei. Quasi qui habet excusationem, peccatum non habeat.

Ergo cùm homo cupidissimè optet innoxius videri; hinc vehementer in excusationes propendet. Nec tantùm homo, sed etiam muta animantia, & insensibiles creaturæ toto naturæ impetu verba conantur, quibus se excusent à suspicione delicti. 14. *Procliue est mutis etiam animantibus se excusare.* Marci 4. v. 39. (Mare.) Præcepit Christus mari, vt turbetur, & atrociter agitetur; tunc dormit Christus, & procellâ immissâ furit mare. Audiendus est Basilius Seleucus (Basil. Selec. orat. 31.) qui sic inducit Christum alloquentem cum pelago: *Esto mihi discipulorum præceptor, ô mare, & pro flagro fluctuum terrorem stringe. Attollantur vndæ tuæ, armentur venti, iactetur vndique scapha, naufragij mina ingeminentur.* Statim discipuli timore perculsi accurrunt ad Saluatorem, vt imperij sui potentiâ detumescat mare, tranquillentur vndæ, & cesset tempestas Tum Christus *Comminatus est ei.* Scilicet imperiali voce mare reprehendit, minas pelago intentans. Cur Christus mari comminatur, mare reprehendit, quòd sic tumeat & sæuiat; siquidem ita illi imperatum est? Benè fecit mare tunc sæuiens, nec enim aliter facere potuit. Imò si aliter fecisset, sæua reprehensione dignum foret. Sed expensione dignum est, quòd postquàm comminatus est mari, & illud reprehendit, quia furebat, obtemperans diuinæ iussioni, statim *dixit mari: Tace, obmutesce.* Quasi mare vocale esset, dicitur illi quòd *taceat.* Nec modò silentium illi imponitur, sed addit: *obmutesce.* Quid? mare reprehensum, eò quòd obedientissimè obtemperauit Creatori, conabatur verba exprimere quibus se excusaret? (vt mutum Balaam iumentum, Num. 22. vers. 28.) Planè, videbatur naturaliter erumpere in voces quibus iussionem causaretur, & publicaret se absque iustâ ratione reprehendi. Vnde vix mare reprehendit Christus, cùm illi silentium indixit, & iterum mutum fecit, ne verba conaretur, & erumperet in vocem, quâ se excusaret. Adeò procliuis est natura ad excusandas suspiciones delicti, aut flagitij reatum. Vnde iam non miror Oziam cap. 8. v. 18. vt habetur in Græco textu, iure reprehensum à Iuditha, (Numer.) in excusationem naturaliter erupisse, quâ se coactum à populo diceret, diem præfixisse diuinæ misericordiæ, effusam Dei munificentiam coarctasse. Cui verosimili excusationi annuit Iuditha, quasi iam delictum eluisset probabili excusatione. Neque enim Superior debet

debet negotiari vt subditus noxius sit, sed vt à verosimili excusatione innoxius, & à delicto immunis. Magnum profectò Iudicibus documentum! Planè seruitia est aditum præcludere defensioni, quod fecit Holofernes aduersus Achiorum hîc, v.1 Tyrannis Holoferniana est, damnare inauditâ Rei excusatione. Peregregiè Ennodius. *Nullus mihi, murus potior esse aduersus peccati arietem poterit, quàm si orationum me tutela defenderit.*

Iudith. Exod l.9. epist. 16.

---

§. IV.

Regis indignatio nuntius, vel Angelus mortis est.

15. Regis ira mortis acerbior. Iob.

REgius fastus impatiens iniuriarum est: potestas offensis lacessita, sæuitia est: in se furit qui Regem offendit; Offensa tyrannum facit ex Rege: nulla enim sæuior ira est quàm Principis offensi. Iob 18.v.14. *Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius; & calcet super eum quasi Rex, interitus.* Nempe vt exaggeret Mortis furorem, eam comparat irato Regi. Quid sæuius? quid inhumanius morte, quæ est *terribilium terribilissimum* vt ait Aristoteles, & tamen vix inhumanissimæ mortis sæuitia declaratur, nisi ea comparetur Regi offenso, cuius furorem æmulatur mors, vt terribilior appareat. Vnde non tam Rex populorum, quàm *Rex formidinum* dicitur hîc in Hebræa origine. Quod expertus est Artabanus à Xerxe apud Herodotum, Charidemus ab Alexandro apud Curtium, & Achior ab Holoferne apud Eliachimum hîc vers.1. vt innumeras tragœdias omittam, quibus scatet vtraque eruditio.

Aristot 3. Ethic.7.

Herod. Curt. Iudith.

16. Daniel. Regis ira est Angelus mortis.

Danielis 5.v.5. Scelestus ille Baltassar Assyriorum rex, postquàm luxuriosè cœnauit; sacrilegè incestauit vasa templi profanis conuiuij vsibus, nimirùm ambiens diuinos honores; *In eâdem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ Regiæ, & Rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies Regis commutata est*, &c. Infaustum nuncium intimandum erat Regi; cur non mittitur rigidus aliquis propheta, qui illi intimet stragem, quam portendebat eiusmodi scriptum? Quare tam difficiles lectu, & explicatu sunt litteræ, vt Chaldæorum nemo eas audeat declarare? & cur manus tantùm in pariete scribit, & nemo apparet regens eiusmodi manum? Mortuáne erat manus, an viua? si viua, quomodo abscissa? si mortua, quomodo mouetur ad scriptionem? ô prodigiosa manus, de qua nec coniectare licet, cuiusnam sit! Non enim est manus hominis, dicitur enim: *quasi manus hominis.* Cornelius existimat, hanc manum assumptam ab Angelo: sed cur Angelus recusat quòd intelligatur esse manum Angeli, & ostendit manum hominis? Estne manus hominis, an Angeli? Lyranus censet esse manum non veram, sed imaginariam, & à Regis phantasia efformatam. Scilicet infaustum nuncium protendebatur Regi, quo máximè conturbandus, & offendendus erat, & ita nemo audet palàm illum offendere: manus mittitur, quia nemo est qui audeat mitti ad Regem offendendum? Immò manus ipsa sic efformata est, vt nullum hominem indicet, quin neque Angelum: sed phantasia alicuius manus est. Quasi omnes timeant Regem irritare: omnesque caueant Regem offendere. Prouerb. 16. v. 14. *Indignatio Regis nuncij mortis.* Porrò Regis indignatio, nuncius est mortis. quasi lata mortis sententia intimetur ei in quem Rex indignatur. Chaldaica scriptio emphaticè transtulit: *indignatio Regis angeli mortis.* Ergo quid mirum si neque homo, neque Angelus infaustum nuncium velint nunciare Regi Baltassari? horret enim homo indignationem Regis, vt Angelum mortis. Imò & Angelus Dei nequit prouocare *Angelum mortis*, id est, *Indignationem Regis*? (Non quod timeat Angelus magno Regi ennunciare mortem; sed quia speciem timoris præbet ad rei hyperbolem: sicut alias mortalium passiones, quas non habent, repræsentant.) Vnde nemo apparet, qui nunciet, vel scribat infaustum illud nuncium, sed tantùm emortui digiti quasi manus hominis videntur. Quin & mirum est vllam repertam esse manum vel imaginariam, quæ audeat regem irritare.

Cornel.

Lyran.

Prouerb.

17. Daniel. Nemo audet Regem irritare.

Daniel cap.2.v.31. sic ait ad Nabuchodonosorem: *Tu Rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento: porrò venter & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat: ferrea, quædam fictilis. Videbas autem, donec abscissus est lapis de monte sine manibus.* Hæc statua, vt ipse Daniel interpretatus est, quatuor principes Monarchias significat, & eius Monarchas. Quis ergo est, qui sic audet irruere in tot potentissimos Monarchas? Lapis de monte. Sed quis lapidem audacter iecit? Nemo profectò: Lapis enim *Abscissus est sine manibus.* Nempe nemo Dauid repertus est, qui auderet lapidem iacere in Imperatores potentissimos: nullus enim tam temerariè audax fuit, qui non dicam vires & impetum, sed neque manus auderet commodare ictui. Fuitne homo qui lapidem contorsit? Hoc vnum scio quicumque ille fuerit, manum abscondisse: *Abscissus* enim est *lapis sine manibus*, Hispanè, *Escondio la mano.* Scilicet plus hîc à Regum furore cautum est, quàm à Rege Baltassare: nam illi apparuerunt *digiti quasi manus scribentis*? hîc nec vestigium manus apparet: nam lapis, qui statuam comminuit, *abscissus est de monte sine manibus.* Profectò cautè timetur Regis ira: nam *indignatio Regis nuncij mortis*, vel *Angeli mortis est.*

18. Regis indignatio quam formidabilis sit. Matth.

Matthæi 2. Venerunt Magi ab Oriente adoraturi Christum Regem, callidè eos dimittit Herodes Rex, vt quærant puerum, & anxiè petit, vt postquam eum inuenerint, ei renuncient. At Magi inuento, & adorato Christo, redeunt ad patrias sedes: *responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem.* Quis fuit hic, qui dedit responsum in somnis, & persuasit Magos vt contempto Herodis Regis imperio, per aliam viam redirent? Id vnum ait Euangelista: *responso accepto in somnis.* Fuitne aliquis vir propheta, qui intrepidè ausus fuit id persuadere contra Herodem? Minimè, neque id venit in mentem vlli commentatorum. Strabus seriò affirmat puerum Iesum id non dixisse Magis. S. Chrysostomus, & Lyra censent non fuisse Deum; S. Hieronymus decernit non fuisse Angelum. Et sanè si Angelus foret, planè id diceretur ab Euangelista, sicut paulò antè dixerat, Angelum apparuisse Iosepho in somnis, & paulò pòst, eidem apparuisse Angelum disertè tradit. Quis ergo est hic incertus nuncius, qui id dixit Magis? Profectò prorsùs ignoratur? & impersonaliter (vt aiunt) id testatur Euangelista, tantùm aiens: *Responso accepto in somnis*, vt sic magis ignoretur persona. Non reperitur, qui palàm

Strab. Chrysost. Lyra Hieron.

lam dicatur offendere Herodem Regem? ſic timetur Regis ira, aut indignatio, vt clanculùm, & in ſomnis, & omninò occulta perſonâ, dicendum fuerit Magis, quòd valde offendebat Herodem Regem? (Non quòd cœlitum aliquis timeat; ſed quia ad rei exaggerationem, cautelam repræſentant occultè: ſicut palàm ſolent alios humanos affectus, quod etiam pro numero præcedenti dictum puta.) Nam indignatio Regis, nuncius, vel *Angelus mortis eſt.* O quàm inhumanè ſæuit hîc v.1. Rex Holofernes indignatus! Caue à Regis indignatione.

Iudith.

§. V.

Teſtis corrumpi ſolet ab amore, ab odio, ab ingenio.

19. VEritas res eſt delicata, & non vno modo fragilis. Viæ variantur, ſed communis ferè hominum meta mendacium eſt; Inde teſtis veridicus inuenitur rarus. Hic recuſatur à non bono ingenio percipiente res diuerſiſſimè ac in ſe ſunt; ille captatur à deſidia, qua oſcitanter aduertit, aut nec aduertit quidem: hunc vellicat inuidia, illi adulatur beneuolentia, alium corrumpunt odia. Ecce quàm variis itineribus itur ad falſitatem. Caueat caſta mens ne horum affectuum amore veritatem virginem conſtupret: caueat has peſtes fidus teſtis, veri religioſus amator. *Neque enim quicquam* (S.Nazian. loquitur) *mortalibus tam ſuaue ac iucundum eſt, quàm de alienis rebus garrire: idque præſertim ſi beneuolentiâ quadam, vel odio trahantur: quibus affectibus veritas vt plurimùm labefactari, ac ſurripi ſolet.* Itaque beneuolentia vitium teſtimonij eſt: & teſtimonium recuſat odia: & ab ingenio teſtificantis veritas multa patitur. Seriatim perſtringo ſingula, quò faciam medicinam infirmis hominum teſtimoniis.

Teſtis falſus à beneuolentiâ. — Nazianz.

20. *A beneuolentia veritas labefactari, ac ſurripi ſolet.* Qui amat, cæcus eſt ad vitia dilecti, oculatus ad virtutes. Vis amoris ingenium ſubornat, & mentitur virtutes, quas prædicet. Vnde beneuolentia de ſe recuſata eſt. Ioannes Baptiſta vir innutritus, & innatus omnibus ſanctitatibus, virtutibus clarus ad miraculum ſanctus; *Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet.* Scilicet neceſſe erat, vt eâ ſanctimoniâ polleret, qui factus fuerat, vt teſtimonium perhiberet. Additur, Lucæ 3.v.2. *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.* Peruestigant diligenter interpretes, cur Ioannes, qui vt locuples teſtis, & omni exceptione maior, ſiſtendus à Deo erat in filij ſui causâ, cur in quan, vitam ſolitariam agebat *in deſerto*? Nonne in vaſtâ eremo inter rupices ſtulteſceret? bruteſceret inter deſerti beſtias? Quid ſciret in ſolitudine inerudita, incompta, barbara? Quid è ſolitudine loqueretur niſi barbarias quaſdam vocabulorum? & tamen è deſerto, & *in deſerto* teſtimonium perhibet de Chriſto. Theophylactus id pulchrè edìſſerit his verbis: *Per totum tempus præteritum vſque ad ſui oſtentationem occultus fuit in deſerto, & hoc eſt quod ſubditur in deſerto: vt nulla ſuſpicio innaſcatur hominibus, vt gratia affinitatis ad Chriſtum, vel conuerſationis è teneris annis, talia de ipſo teſtaretur. Vnde ipſe teſtificans dicebat, Ego neſciebam illum.*

Ioann. 1. — Luc. *Quare ſenſu dicatur Ioannes neſcire Chriſtum de quo teſtimonium dat.* — Theophyl.

21. Præſtat vt Ioannes inter petrones, & beſtias verſetur in deſerto, quàm quòd vel leuis ſuſpicio ſit, Ioannem teſtimonium perhibere de Chriſto ob amicitiam à conuerſatione partam, ne à conuerſationis familiaritate degeneret apud homines tam illuſtre teſtimonium. Verùm quid eſt quod Ioannes addit, cùm teſtimonium perhibet, cap.1. verſ. 31. *Ego neſciebam eum*? Ac ſi non aduerteret ab eiuſmodi ignoratione fidem minui eius teſtimonio. Quis enim credat homini, qui dum de aliquo magnifica teſtificatur, addit ſe ferè neſcire de quo dicat, quas teſtatur laudes? Iſtiuſmodi teſtificatio plus ab ignoratione detrahit teſtimonio, quàm addit ad fidem de negatione familiaritatis. Nam tacitè negat, quod manifeſtè aſſerit: negat ſcire magnifica, quæ teſtatur: & dum teſtimonium exaggerat à ſinceritate teſtis, & negatione familiaritatis minuit à neſcientiâ fidem dicentis. Sincerus dicetur teſtis, ſed non admodùm ſcius. At nihilominus ſcitè addit Ioannes; vt ſubtiliter notabat Theophylactus: *Ego neſciebam eum.* Quaſi plus auctoritatis accreſcat teſtimonio ex negatione familiaritatis, ſeu amoris, quàm ex aliquali ignoratione. Scilicet ferè neſciat teſtis, dum non amet; quia apud homines plus pati ſolet teſtimonij veritas ab amore, quàm ab ignoratione. Nam qui ignorat, allucinatur; qui amat, errat. Ioannes allucinari non potuit, qui à Spiritu ſancto erat inſtinctus, ſed loquitur Theophylactus more humano, vt ſincerum præſtet Baptiſtæ teſtimonium ab omni familiaritatis ſuſpicione.

Ioann.

Apoſtoli nouitiâ virtute adhuc tyrones primam ambibant ſedem, hæc cauſa alicuius diſſidij fuit inter Petrum, & Iacobum & Ioannem. Aliquando oportuit vt Ioannes, Petri quondam æmulus, in Euangelio ſuo narraret ternam Petri negationem, & ſic ſcribit cap.18. v.15. *Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Ieſu, &c.* Quare Euangeliſta Ioannes aduertit ſe narrare ea, quibus interfuit, quod alias adnotare non ſolitat? Num ex præſentia Ioannis fides Euangelio accreſcit? Quaſi credendum foret quia Ioannes adfuit, & non quia Deus dicenda inſpirat. Verùm narraturus erat Petri olim æmuli ſui defectus, & ita conatur (ſi fieri poſſet) certiorem fidem facere, quæ alicui fortè ſuſpecta foret ob antiquam æmulationem. Quod innuere videtur S. Chryſoſtomus ſuper hac re, ſic inquiens: *Diſcipulus ille erat notus Pontifici, & introiuit, &c. vt diſcas quoniam certiùs aliis enarrat ea, quæ facta ſunt in atrio, quaſi intus exiſtens.* Itaque veluti præcauens Euangeliſta Ioannes, ne quis exiſtimet propter antiquas ſimultates cum Petro, Petri vitia publicaſſe, & ita in hac narratione fides minueretur Euangelio, roborat narrationis certitudinem à teſtis præſentia. Ac ſi in Euangelico teſtimonio, dictato Spiritus ſancti inſtinctu, metui poſſet, ne à priſca æmulatione, iam diu abolitâ, periculum foret mendacij aduerſus olim æmulum. Nimirum quia ſi in Euangelij ſummâ veritate, falſitatis periculum foret, (quod abeſt,) à ſimultate aut odio maximè poſſet timeri.

22. *Ab odio veritas laeditur teſtis.* — Ioan. — Chryſoſ. ſerm 82.

Cæterùm teſtimonij veritas, quæ violari ſolet 23.
amore, vel odio, ſæpiùs corrumpitur à teſtis ingenio. Nollem in mea causâ ingenioſum teſtem, ſed ſincerum, & candidum, qui deponat, quæ audiuit, quæ vidit, non quæ ipſe ingeniatur in re visâ, & auditâ: *Argutatio enim ſophiſtica præſtigias faciens per coniecturas quaſdam perſuaſibiles,* nimis nocet veritati. Referat teſtis: Hæc vidi, hæc audiui, non referat quod ipſe intelligit à coniectura ex circumſtantiis veroſimili, aut fortè indubia, vt ſibi apparet. Nam omnis coniectura præſtigiatrix eſt, & humanus diſcurſus nimis fallax: nec inſerenda eſt teſtis intelligêtia in narratione rei teſtificatæ. Exemplum

Philo de Cong. quær. *Teſtis ne ſit à ſe ingenioſus.*

plum esto ex Euangeliis: Christus Dominus loquens cum Iudæis in Ierosolymitano templo, inquit Ioan. 2. 19. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Quis non intelligeret Christum loqui de templo Ierosolymitano, in quo tunc disputabant? plane omnes auditores ita intellexisse mihi indubium est. Verùm cùm testes super hac re testimonium dicunt, sic ait Euangelista Matthæus c. 26. v. 61. *Nouissimè veniunt duo falsi testes, & dixerunt; hic dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.* S. Hieronym. ab Origene hæc verba commentans, sic inquit: *Quomodo falsi testes sunt, si ea dicunt, quæ dominum suprà dixisse legimus? Sed falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intelligit, quo dicuntur. Dominus enim dixerat de templo corporis sui: sed & in ipsis verbis calumniantur, & paucis additis vel mutatis quasi iustam calumniam faciunt.* Scilicet cum Christus in Templo loquens de templo ageret, quis non intelligeret de templo dicere? præterquam quod nemo quamuis disertissimus diuinaret corpus suum appellari à Christo templum, quod erat insolens & ænigmati simile. Et tamen Euangelistæ censurâ, falsus appellatur testis, *quia non in eodem sensu dicta intellig t*, etsi sensum indubitatum ab
24. audientibus, dixerit. Non enim rogatur testis, quid ipse intellexerit, sed quid audierit. Qui secùs faxit, vt falsus testis taxatur Euangelico ore. Res quæritur, non tua intelligentia: tua intelligentia non est res, quæ quæritur, sed commentum, quod à re fingitur: refert vt suspicionem, vt glossam, non vt textum, seu veritatem: aliàs vt falsus testis damnaberis, vt ij, qui Christo Deo intentarunt mortem. Quod & carnificum Christi fuit vitium. Dixerat Iesus morti proximus, Matth. 27. v. 46. *Eli, Eli, lamma sabacthani? Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant: Eliam vocat iste* ô insanos, & temerarios! *Eli*, ait, & *Eliam vocare* dicitis? Vocabuli significationem ignoratis, & sensum vocabuli affirmatis? Christúsne is, qui in auxilium vocaret Eliam? Ex nominis adsonantia sensum affingunt ad suum malitiosum placitum. ô carnifices honoris, plusquam corporis Saluatoris! Bonus testis Achior, qui cap. 5. vocatus in testimonium verè ait ad Holofernem: *Si digneris audire, Domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo, & non egredietur verbum falsum ex ore meo.* Neque à proprio ingenio, neque à suspicione, neque ab amore, aut odio, quicquam detraxit, aut adiecit. Non bonus testis Holofernes, qui hîc v. 2. non dixit quod audierat, sed quod audiisse existimauit. Ait enim ad Achiorem, *Quoniam prophetasti nobis, dicens, quod gens Israel defendatur à Deo suo,* &c. Achior autem non dixerat tunc temporis gentem Hebræam defendi à Deo suo; sed cùm erat à delicto immunis, & religiosè Deum suum celebrat. Et quod Achior conditionate dixerat, Holofernes testatur absolutè dictum. Eadem verba refert, sed diuersum sensum; quæ est perniciosa ignoratio, aut versuta malitia testium.

Ioan. Math. Hieronym. Math. Iudith.

---

§. VI.

Commentarius littera.

Vers. 7. Tunc Holofernes præcepit seruis suis, vt comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam: & traderent eum in manus filiorum Israël.

R.P. Didac. de Celada in Iudith.

Vers. 8. Et accipientes eum serui Holofernis, profecti sunt per campestria: sed cùm appropinquassent ad montana, exierunt contra eos fundibularij.

Vers. 9. Illi autem diuertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & sic vinctum restibus dimiserunt eum, & reuersi sunt ad Dominum suum.

Vers. 10. Porrò filij Israël descendentes de Bethulia, venerunt ad eum: quem soluentes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum statuentes, percunctati sunt quid rerum esset quod illum vinctum Assyrij reliquissent.

Vers. 11. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de Tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel.

TVnc Holofernes, &c. Reliquæ translationes plura verba efferunt, sententiam eandem: summa est, quod Holofernes ità dementatus, necdum ad se reuersus, iubet seruis suis, vt immeritum Achiorem saniter consulentem, insanè darent certæ morti: (sic ipse cogitabat) imperatur tradi Bethuliensibus, vtsimul cum ipsis pereat. *Neque illi*) sic scribitur in textu Græco) *equorum nostrorum vim sustinere poterunt: ipsos enim in seipsis comburemus.* Sententia plena emphasis, plena arrogantiæ. At non adegit Achiorem in supplicium, sed misit in supplicij non meriti vltricem vrbem. Modus, quo Achior asportatur in vrbem expeditus in textu est. Quæ hæc vrbs Bethulia? Lutherus præfatione in hunc librum Iudith, nullam Bethuliam agnoscit. (Vnde hunc librum figmentum appellat:) Profectò Bethulia agnoscenda non erat à Luthero. Nã Bethulia, vt docet Beda de interp. nom. Hebræ. *Virginem* aut *Virginem Dei*, vel potiùs *virginitatem* sonat. Ergo corruptissimus hominũ virginitatem, quam violare scit nescit agnoscere: virginitatẽ cupit extinguere, ipse accẽsus Luxuriæ flãmis. Fuit, fuit planè Bethulia, Galilææ vrbe in tribu Zabulon, sita in arduo monte qui per totã Galilæam excurrit. Vrbem Dothaim habet Bethulia ad plagam Australem, Scytopolim ad Aquilonẽ; versus Orientẽ habet Sepphorim seu Diocæsareã, & Tyberiadã versus Occidentem. Legi potest Brocard. oculatus testis, & Adrichomius, qui affirmat hodie extare vestigia castrorum Holofernis. Credat Lutherus oculis, qui non credit Scripturis. *Vinctus restibus* ad stipẽ, dimittitur Achior præmaturè Martyrũ æmulus. Super quo Tertull. Apolog. c. 50. ait, de nostris Martyribus: *licet nunc sarmentitios, & semaxios appelletis qui ad stipẽ semaxis reuincti sarmẽtorum ambitu exuruntur. Hic est habitus victoriæ nostræ, hæc palmata vestis, tali curru triumphamus.* 14. Vers. 7. 8. 9. 10. Deliramenta Bethulia? & vbi sita. Luther. Beda. Brocard. Adrichom. Tertull.

In diebus, &c. Duo numerantur Bethuliæ Principes, nẽpe Ozias, & Charmi. At c. 8. v. 9. additur his Chabri, quod nihil officit veritati historiæ; neque enim omnes in hoc cap. numerãtur, & sæpe accidit, vt ex his qui intersunt alicui rei, modò hi, modò cũ his alij nominẽtur. Græcus text. hoc ce tres viros hîc numerat. Explorandũ est, qui & quales hi principes viri? Aio, nõ esse ex gẽte sacerdotali, quicquid dicat Robert. Steph. in Annot. ad c. 8. & cõstat id de Ozia, qui fuit ex tribu Simeoniana, quod de aliis verosimilius apparet. Nec attentior Lyræ, Chart. 16. Vers. 11. Iudith quis fuit Ozias. Rob. Steph. Lyra. Carthus.

Historiæ Schol. Serar.

Historiæ Scholast. Serario quæst. 2. suspicantibus Oziam, & Charmi Bethulienses non esse, sed pro rei angustiis missos fuisse à summo sacerdote Eliachimo, vt tractaret rem belli. Dubia coniectura neque innixa bono fundamento. Neque enim ex eo quod dicatur: *In diebus illis erant illic principes*, colligitur aliunde missos: quasi in diebus illis non possent esse Bethuliæ principes, homines Bethulienses. Dices, quomodo potuit in Bethulia habitare Ozias, qui erat ex tribu Simeon: & Bethulia vrbs erat Zabulon? & quomodo Juditha ex tribu Simeon etiam incola erat Bethuliæ, vrbis Zabulonianæ? Post transmigrationem, permixtæ tribus erant. De quo legi potest Sanct. ad lib. 1. Esdræ cap. 11. vers. 3. Credibile est, quod notat Tortolettus lib. 1. Iudithæ vindicis, Oziam cum summo imperio res belli administrasse.

Sanct. 1 Esdræ. Tortol.

---

§. VII.

Homo perturbati animi, seu corporis affectibus agitatus, omninò sileat; ne linguæ harmonia perdatur.

17. Silens homo passionibus agitur.

ANimosior lingua, hominis ruina est, & virtutis euersio. Vir sapiens, quæ facturus est verba, priùs trutinat ad virtutis bilancem, & rationis lima castigat, antequam ore promat. Vnde perturbatæ menti, & passionum furiis agitatæ, imperandum omninò silentium est, ne mens vitiosis affectibus, quasi quibusdam facculis succensa excitet rixarum incendia. Frænet prudentia linguam, cui effrænis animi perturbatio laxauit licentiæ habenas. Exasperatus animus linguam exasperat; cui tacitè imprimit affectum, quo exagitatur. Index mentis lingua est: Pacatum & tranquillum animum indicet verbis; perturbatum, & inquietum silentio premat, ne conscientiæ fæces foras egerat cum sui, & aliorum iniuriâ. Nam multa peccat ore, animus perturbatus. Pacatam mentem exigunt sapientis verba, vt sibi & aliis consonent: imò & corpus nullâ passionum vi perturbatum, quia à quauis menti. & corporis passione, & immoderato affectu turbatur oris harmonia. Pulchrè S. Ephrem sic Deum precatur: *Pulsa Domine citharam lingua mea*. Sapienter lingua Citharæ comparatur. Nam sicut Cithara ad harmoniæ numeros temperata dulces reddit audientibus sonos; at ruptâ harmoniæ consonantiâ aures exasperat, & offendit, raucum quiddam, & inconditum perstrepens. Ita chordarum mutuâ consonantiâ opus est, vt sonus gracilis cum graui, acutus cum medio, *&c.* discordi concordiâ concinnè temperentur. Quod si tantisper, aut attollatur sonus, aut deprimatur, Musicæ consonantia perditur, & aures non demulcet; sed asperat molestè. Sic lingua, quoniam cithara est, temperata debet esse, tranquilli mentis affectus, pacatæ corporis affectiones, sedati appetitus, ne tota Musica inconcinna reddatur; sed mulceat suauitate aures, non offensâ eas obtundat *Cithara lingua mea*. Nam ab animi, aut corporis affectione tota violatur consonantia. Amas? dulciora saccharo verba facis, & multâ dulcedine mellis eloquium. Fastidis personam? Aduersaris, & nauseas in colloquio. Times? Verba animi inualentiam, & timiditatem produnt. Odisti? verba exasperas, & pungis aduersarium oris telo, aut dissimulanter,

S. Ephrem. Lingua sit vt cithara.

28.

vrbano ritu, aut manifestè rustico more. Irasceris? Tumultuaria verba effundis, & turbidius loqueris. Ad Principis colloquium admitteris? Blanditiis, & assentationibus adularis pœnitentiæ: Et, vt vno verbo dicam omnia, intemperantiam affectuum inconcinna lingua manifestat. Nam *lingua cithara est*, quæ distemperata molestat aures. Cæterùm gracilis est, & delicata citharæ harmonia: & quantumuis concinnè temperata, vel plectro, & pulsatione concinnitas numerosior perditur. Vdo tempore ab humiditate laxantur chordæ, sicco tenduntur, & leui offensâ violatur harmonia, vt reconcinnare citharam statim opus sit: sic citharâ linguæ suauiùs temperata, vel loquelâ ipsâ inconcinnè sonat; nam *in multiloquio non deerit peccatum*. A leui animi, aut corporis perturbatione absurdè sonat, & aures refutant musicam. Ergo antequam loquaris sedandæ sunt animi affectiones, & placandi appetitus corporis, ne irreuocabilia, & pœnitenda verba ab ore exeant. Benè Iacobus Apostolus cap. 3 vers. 2. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir in corpore suo* ? Sic exscribunt, aliqui codices) quasi dicat: Ne verbo offendat lingua, non satis est perfectione animi, duæ affectiones compescat, & comprimat; sed præterea opus est perfectione, & temperie corporis, vt sedatæ sint passiones, & placati appetitus; vt sic temperatus homo animo, & corpore, cithara linguæ pulsata plectro diuinæ gratiæ, dulci sono blandiatur Ecclesiæ auribus.

Iacob.

Vnde offensus animus omninò sileat, ne effrænetur in pœnitenda verba. Imò sanctissimi homines muti fuerunt ad probra, & auditæ contumeliæ pro fræno erant imperantes silentium. Iobus calamitate prostratus molestè tulit contumelias quibus illum conuitiabantur viles, & nequam homines; de quo probro acerbiùs queritur cap. 30. sic orsus: *Nunc autem derident me iuniores tempore, quorũ non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei*, Et sic pergit vsque ad vers. 11. vbi sic sententiam claudit: *Pharetram suam aperuit, & afflixit me, & frænum posuit in os meum*. Quisnam frænum immisit in Iobi ora? Num Deus? minimè: reliquit enim tantum labia circa dentes. Num dæmon? Nequaquam; nam in labiis Iobi spes illius euertendi tota fuit. Fortè amici impugnantes? Neque hi quidem: cum linguacior erat Iobus ad respondendum. Quis ergo frænum posuit in os Iobi? Dicam quod sentio à Tigurina edoctus. Probrosæ contumeliæ in illum iactatæ, Iobo pro fræno fuerunt, & imperato silentio, Dei hominem mutum reddiderunt; ne conuitiis conuitia pensaret, & in criminosa verba prorueret à passione, & contumelia instigatus, *& frænum posuit in os meum*: Hæc verba sic commentatur Tigurina: *Effrænes in me feruntur*. Idem reputant aduersarios Iobi effrænes in illum ferri, ac frænum ponere in eius ore. Opportunè Tertull. agens de homine muto ad iniurias vlciscendas ait: *Os taciturnitatis honore signatum*. Itaque silentium in contumeliis, honos labiorum est. Item signatur os taciturnitate, quasi taciturnitas sit sigillum, quo signatur tacentis os. In sigillo sculpta sunt omnia honoris, & gloriæ stemmata; sic taciturnitas quasi sigillum est, in quo omnia oris stemmata, & honorum notæ incisæ, & insculptæ sunt. Sanctissimè quidem, gloriosissimè id præstitit Iobus; nam offenso, & irritato animo à contumeliis, quis verba, quæ semel eruperunt, teneat, & reuocet; Facilius est silentium indicere, & silentij frænum ori imponere, quàm respondere pacatè contumeliis

29. Iniuria sit frænum oris sapientis.

Iob.

Tigur. Taciturnitas os signat. Tertull. lib. de patientia cap. 8.

Solus

30. *Christus pacatè respòdet iniuriis.* Solus Christus Deus valuit grauiori offensâ violatus, imperturbato & tranquillo ore respondēte verba pacata. Sistitur reus in grauissimo seniorum consessu, Præside summo Sacerdote, cui vt blandiretur de Christi offensa nescio quis vilis seruus, acto furiis animo, efferato, & truci vultu, sacrilegâ manu *dedit alapam* IESV. *Ioan.* 18. v. 22. Et mox respondit ei IESVS: *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cadis?* Pacata quidem verba; sed quæ premenda potius forent silentio. Præstaret quidem tacere ad tantam iniuriam, ne verba, quæ retundunt offensam, patientiam deuenustent; nam nobilior tolerantiæ testis, silentium est: & impatientiæ index, extemporalis responsio. Ad quod aduertens S. August. *tract.* 124. *in Ioann.* sic ait: *Cur non fecit quod ipse præcepit?* Vult nos in contumeliis mutos, & ipse vix contumeliâ afficitur, cùm statim erumpit in verba. Vereor ne hæc responsio iniuriosior sit doctrinæ Christi Domini, quàm alapa fuit personæ. Verùm non tanti faciendum est frænum ponere ori in grauiori iniuria, & silentio passionem compescere, quàm grauiter offensum verba moderari, & tranquillis verbis respondere in turbulenta iniuria: *Quando ergo meliùs respondet vera placatus, & ad perferenda grauiora tranquillo animo fit paratus*, inquit S. Augustinus suprà. Nempe in nobiliori consessu grauiori offensa dehonestatus Christus pacatè loquitur; quæ summa virtutis est, & maximum probitatis elogium, & virtutis fastigium. Eiusmodi Patientiæ sublimitas diuinitatem probat illustri argumento. Quis enim posset nisi Deus tantam ostentare patientiam, vt tam grauiter lacessitus, pacatè & tranquillè loquatur? Facilius esset omnino non loqui; at tam grauiter offendi, & tam mansuetè loqui, hoc diuinum est; & planè excedit humanum fastigium. Tu quia homo es, iniuriis irritatus, passionibus exagitatus, ori tuo extende digitum, & verba compesce, ne offensæ impetus te præcipitet. Prudenter tacuit Achior *Iudith* hîc v. 7. nec verbum respondens, iniuriis, & contumeliis offensus.

§. VIII.

Muta patientia est pia iniuriarum vindicta.

31. *Sen. ep.* 54. *Silentium in contumelia, vltio contumeliæ est.* MAgna virtus, silentium in iniuria. Excelsus animus, & Christianè philosophus mutus est in contumeliis: silentium est ad momentum, & diuturna illi laus est, & omnis sanctitatis indicium. Et quidem *Magni artificis est clausisse totum in exiguo*, inquit in re præsenti Seneca, in exigua silentij mora claudit totam perfectionem virtutis: nam qui probris lacessitus tacet, virtutes cumulat, sanctitatem exaggerat, & totas perfectionis gazas mente claudit. Et sanè qui magno animo est, linguæ probris non feritur, quia peramplo sapientis pectore tela errant, nec hærent ad vulnus, vt in præfata epistola sententiosè dixit *Seneca*: *Nullum telum in corpore eius sedet: munita solidáque est vis philosophia; quædam fatigat, & velut leuia tela laxo sinu eludit.* Ab amplitudine animi eluduntur, & patientia, & silentia fatigantur. Ergo patientia, & silentium, contumeliarum *tela eludit*, & fatigat. Vnde sententiam illam, *Mihi vindicta, & ego retribuam*, *Deuter.* 32. sic exscribunt alij: *Mihi patientia, &c.* Vbi vindictæ synonymon Patientia est. Idem enim est patientia, & vindicta, nullaque sæuior vindicta, quàm mitior patientia. Porrò nullum vltionis genus est tam sublime, quàm patientis silentium. Patienti enim silentio *fatigatur telum* iniuriæ, & etiam qui telum emisit: nam & vulnere eluditur, & vsque ad emittentem respuitur. Quod luculenter dixit Tertullianus: *Fatigetur improbitas patientia tua, plus improbum illum cadis sustinendo.* Et mox: *Nam omnis iniuria, siue lingua, siue manu incussa, cùm Patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, quo telum aliquod in petra constantissima duritiei libratum, & obtusum.* Hæc est prima ratio, qua probatur, quod non muta patientia, vltio iniuriarum est. Scilicet quoniam constantissima, & obdurata patientia tua ob duritiem, libratum & excussum telum constantissimè in aduersarium remittit; eò impetu maiori, quò maiori vi fuerat explosum: resilit enim à solida, & durâ patientiâ; & ferire conantem reciproco ictu acriùs ferit: *Et ita probum illum cadis sustinendo eius, quæ improbitas fatigatur patientia sua.* A Tertulliano didicit Ennodius & sententiam, & elegantiam sic scribēs: *Sumpsisti forsitan mentita vrbanitate iactantiam; nesciens quod auctorem repetunt tela, quæ indocilis aduersùs alteram manus emiserit* (Quam ob rem iniuria appelletur *mentita vrbanitas* alterius argumenti negotium & otium est, & quidem pulchrum) 32. *Tertul. de Patient. c.* 8. *Patientia est iniuria vltio vindicta.* *Ennod. l.* 1. *epist.* 14.

Aliam rationem valde subtilem subiungit Tertullianus: *Nempe idcirco quis te lædit, vt doleas, quia fructus lædentis, in dolore læsi est. Ergo cum fructum eius euerteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui. Tunc tu non modo illæsus, ibis; quod etiam solum tibi sufficit; sed insuper aduersarij tui & frustratione oblectatus, & dolore defensus. Hæc est patientiæ vtilitas & voluntas.* Hæc Tertulliani ratio & conspicua, & perspicua est. Sed non te prætereant illa verba: *Hæc est patientiæ vtilitas & voluntas.* Adeo enim ipsa patientia incumbit in negotium huiusmodi vltionis, ac si ad nihil aliud vtilis esset, & nihil aliud præterea vellet, hæc vna, & tota voluntas patientiæ est, vt cùm placidè muta sit, tacitè in sui vltionem loquatur aduersarij contumelias. Effectum indicat Tertullianus, non affectum patientiæ. 33. *Tertul. Patientia vltio est.*

Sanctus Ambrosius admiratus mutam patientiam Christi Domini, tot iniuriis in passione prouocati, sic ait: *Accusatur Dominus, & tacet: & benè tacet qui defensione non indiget. Ambiat defendi, qui timet vinci: non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo.* Pulchrè ait Ambrosius: *despicit non refellendo.* Nam silens Patientia in iniuria, acerbior iniuriantis iniuria est, tacitè ridetur calumniator, cùm iniuria despicitur, piè vlciscitur patientia contumelias silentio despiciendo. Ne quis prauè censeat silentio patientis iniuriam confirmari; sciat potiùs refutari silentio. Scribens Ennodius ad Florum hominem acri ingenio, & malè patientem iniurias, ait: *Abstine à responsis, damna prouocantem contemptu.* Quasi dicat, Patientiâ, & silentio non confirmas iniurias, sed refutas, & damnas; contemnis quod patienter sustines, & contemptu iniuriam depellis, & religiosè vlcisceris. Nam vt sapienter dixit Seneca: *Malè de me loquuntur homines? non de me loquuntur, sed de se.* Quæ sententia sibi videtur contradicere; & tamen aptè sibi concinit; nam qui de aliis malè loquitur detrahendo, se priùs dehonestat, & suum testimonium infirmat: quis enim credat detractori? Præterea detractionis telum, si patienter feratur, redit ad detrahentem: nam iniuriæ *contemptus damnat* prouocantem: plus enim *improbum illum cadis sustinendo.* Ergo contumeliis prouoca- 34. *Ambros. l.* 10. *in Luc. Silentium patientis damnat iniuriam.* *Ennod. l.* 1. *epist.* 4. *Seneca de Remed. fortuit.*

 tus,

tus, patienter taceat, nam eiuſmodi ſilentium in iniuriis honeſtior vltio eſt, imò acerbior.

Patientia Martyrum erat Martyrium Tyrãni. Mirabilis fuit Martyrum patientia: muti erant ad contumelias, ad tormenta. Et neſcias an tyrannus maledictis, & tormentis acerbiùs fureret in Martyrem; an Martyr patienti ſilentio ſæuiret in tyrannum. Martyrum muta patientia, eſt impatientia tyrannorum. Videtur enim extraordinarium Martyrum in patiendo ſilentium, artificium fuiſſe acerbioris vindictæ. *Hymnus Martyrum.* Non modo ſilenti ore cruentam tyrannorum rabiem intrepidè ſuſtinebant Martyres, ſed *corde tacito* ait in hymnis Eccleſia, inſani tortoris ictus, & cædes Martyres perferebant. Sat erat ore ſilenti, imò & muto, iniurias, & tormenta perpeti. Quid *corde tacito* opus fuit? Quid enim vetabat ſignata ſilentio lingua, corde intrinſecùs mutire? quorſùm tam ineffabile ſilentium affectatur à Martyre? Eiuſmodi Exaggeratio taciturnitatis, eſtne patientiæ perfectio, an artificium vindictæ? *Infans impatientia.* Tertul. l. de Patient. c. 5. Altè Tertullianus: *Eſt*, inquit, *Infans Impatientia.* Quaſi dicat: Infantia, ſiue taciturnitas in contumeliis, aut tormentis, ſæuior vindicta eſt, quin & impatiens vltio eſt, (dicam luculentiùs.) Mutum ſilentium patientis, inſtar impatientis vindictæ eſt. Scilicet ſi Martyr impatienter fureret in tyrannum, non magis ſæuiret, quàm ſæuit infanti ſiue muta patientia: adaggerans ſilentium patientis, exaggerat vltionem torquentis. Ideò non modò ſilenti lingua, ſed *corde* etiam *tacito* patitur, vt cumulatiori taciturnitate, cumulatiori etiam vindictâ, iniurias, & tormenta piè vlciſcatur. Iudith. Sic Achior ſtrenuus Ammonitarum dux, tot probris, & minarum terroribus prouocatus, muto ſilentio contumelias audit, quo exulcerabantur magis Aſſyrij, diſſimulata ſilentij vindicta. Naziang. Orat. in laudem Heronis. Pulchrè S. Nazianzenus: *Hic eſt veritatis athleta, atque eorum, qui ipſum iniuria inferenda cauſa proſequebantur, patiendi alacritate perſecutor.* Planè eleganter.

---

§. IX.

Probroſa alioqui vincula veridicos oſtendunt Prophetas; aut Martem inueniunt, aut faciunt.

35. Euſeb. Cæſ. in Chron. TArquinius Superbus excogitauit vincula, fuſtes, carceres, compedes, catenas, inquit Euſebius Cæſarienſis. Superbum planè, & crudele inuentum ad torquendum reos. Aſt diuinior Dei munificentia ante multa retrò tempora vincula, & catenas excogitauit ad mirificandos Martyres illuſtri gloria, & ſupra humanum faſtigium ſublimi. *Sancti ſuſpirãt vincula.* Niſi velis naturam humanam naturaliter honoris cupidam, agnatâ gloriæ ambitione, vltrò non tam ſuſpiraſſe in vinculis, quàm ſuſpiraſſe vincula. Geneſ. Geneſ. 39. v. 20. Ioſephus olim malè reus fit, quia benè caſtus fuerat, in carcerem ideò traditur. Putiphar enim *Tradidit Ioſeph in carcerem, vbi vincti Regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus.* Verùm his non dicitur vinctum fuiſſe Ioſephum, ſed inter vinctos obſeruatum: etſi vulgò interpretes id exiſtimant. Pſalm. Nam Pſalm. 104. verſ. 18. ſic cecinit Dauid: *Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertranſiit animam eius.* Quid eſt ferrea vincula pertranſiiſſe animam Ioſephi? Nunquid anima ferro vinciri poteſt? Hieron. S. Hieronymus ſic vertit, & explicat hoc hemeſtichium: *In ferrum venit anima eius.* Quaſi Ioſeph vltrò ambierit, & arcano virtutis impetu affectauerit ferrea vincula. Scilicet Ioſephus traditus in carcerem, vbi vincti Regis ſeruabantur, ibi inuenit tantam gratiam apud carceris Præfectum, vt tanquam Præfecti miniſter præeſſet vinctis, qui in regia cuſtodia tenebantur. Saltem cùm Præfecti vicarias vices obibat, ipſe non erat ferreis vinculis compeditus. At tunc pius, & innoxius iuuenis tantam vinculorum æſtimationem habuit, ſic affectabat catenarum gloriam, vt *in ferrum venerit anima eius.* Hiſpanè diceres, *Se le iba el alma tras las priſiones.* Sic altè de vinculorum gloria cenſebat Ioſephus, moribus præmaturè Chriſtianus, apud quos tanto in pretio habetur vinculorum glorioſa perpeſſio: quod conſtabit ex his quæ ſubiicio ad eorum laudem.

Et quidem quàm regio cultu, & ſupplici veneratione colenda ſint Sanctorum vincula, teſtantur Patrum ſcripta, Chryſoſtomus, inquit de Pauli catenis: *Illa vincula reuerentur Angeli.* Quid enim ſublimius, quàm vel ab ipſis beatis Angelis, cœleſtis regni proceribus, & ſubmiſsè coli, & reuerenter adorari catenas Pauli? Vt hinc ceſſet admiratio eximij cultus, quo à Chriſtianis primæuæ Eccleſiæ Sanctorum catenæ, & compedes colebantur. 36. Chryſoſt. hom. 10. ad epiſt. ad Coloſſ. *Reptantes adorabant catenas viui martyris.* Tertul. 2. lib. ad Vxor. c. 4. Tertullianus adhortans fœminas ne viro Ethnico nubant, hanc cauſam adnectit: *Quis* (nempe maritus Ethnicus) *in carcerem ad oſculanda vincula martyris reptare patietur?* Moris enim fuit apud Chryſtianos frequentare carceres, vbi aſſeruabantur Chriſti milites ad martyria deſtinati: neque tantùm exoſculabantur viui martyris vincula, ſed è genu venerabantur, & cernui reptantes religioſiſſimè adorabant futuri martyris compedes. Tantam enim ebiberant vincula ſanctitatem à Martyre adhuc viuente, & ſubdubia perſeuerantia ancipiti, vt etiam compedes eius, qui adhuc deſciſcere poterat, nec ſemel apoſtabat, pij fideles cernua, & reptanti adoratione venerarentur catenas, quas vel tunc Angeli venerabantur. Chryſoſt. Orat. 8. in ep. ad Epheſ. *Catenarum Pauli elogia.* Eleganter S. Chryſoſtomus: *Vinctum eſt*, inquit, *propter Chriſtum, eſt præclarius, quàm eſſe Apoſtolum, quàm eſſe Euangeliſtam. Si quis in Dominum inſanit, & eius amore vritur, nouit vim vinculorum. Maluerit Paulus eſſe vinctus propter Chriſtum, quàm habitare cælos. Hoc fortaſſe eſt præclarius quam ſedere à dextris: hoc eſt magnificentius, quàm ſedere ſuper duodecim ſedes. Si quis mihi daret totum cœlum, aut illam catenam, ego illam præferrem. Si quis me apud ſuperos collocaret cum Angelis, aut cum Paulo vincto, eligerem carcerem, & vincula. Si quis me faceret vnum ex poteſtatibus, quæ ſunt circa cœlos, aut circa thronos, aut talem vinctum, potius optarem talis eſſe vinctus. Nihil eſt illa catena beatius.* Charta deficeret ſi expendere vellem ſingula, quæ bellè dixit Chryſoſtomus: Procliue cuique eſt pulchras enucleare ſententias ad rem præſentem opportunas.

Repeto hanc vnam ſententiam ex multis: *Si quis in Dominum inſanit, & eius amore vritur, nouit vim vinculorum.* 37. Nempe qui diuino amore ardentiſſimè flagrat, & ferè vſque ad inſaniam agitur piis amoris quaſi furiis, hic vinculorum vim nouit: nam in vinculis ſumma charitatis perfectio, *Vinculum dicitur ſupra faſtigium amoris.* vel quodammodò inſania eminet. Vnde anguſtior charitas vinculi nomine nobilitatur. Oſee 11. v. 4. Oſee. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Chald. Hæc verba ſic vertit Chaldæus: *Sicut moris eſt trahi filios dilectos, traxi eos fortitudine charitatis.* Robuſtior, & ſublimior charitas, vinculum dicitur? Ad Coloſſ. Ad Coloſſenſes 3. verſ. 14. *Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.* Chryſol. ſerm. 8. Arguté S. Chryſoſtomus: *Non dixit autem faſtigium, ſed quod maius eſt, vinculum. Et tam*

ſublime

sublime perfeccion sufrir prisiones por Christo, que parece se remonta sobre de la cumbre de la Santidad. Quis vnquam cogitando inuenire poterit aliquid supra fastigium? Porrò fastigium culmen est, & altior sublimitas. Paulus peritissimus charitatis dimensor, in vinculis profundiorem, & sublimiorem charitatem reperit, ferè vltrà ipsius fastigium? In vinculis eminet amor vltra culmen, & altiorem sublimitatem? Quid si huc alludit Isaias. cap. 25. v. 7. vbi postquam egit ex communi interpretum consensu de mysterio Eucharistiæ, in quo Deus sui amoris diuitias velut effudit; postquam autem dixit: *Faciet autem Dominus in monte hoc conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ,* Isai. subdit ad rem: *Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati.* Quod autem per τὸ *facies vinculi*, intelligi possit Eucharisticus cibus, & potus de quo agebatur, insinuat S. Hieronymus, Hieronym. sic locum interpretans: *Et vorabit in monte isto faciem vinculi colligati*; quasi in Eucharistico conuiuio voretur facies vinculi colligati. Quod probabam ad caput 5. §. 15. num. 104. Audis Eucharistiam, in qua velut effusus Dei amor impeditur, vinculi nomine significari ad summi amoris commendationem? Sublimior enim charitas non dicitur fastigium, sed quod maius & sublimius est, vinculum: sic Eucharisticus amor vinculorum nomine sententiosissimè exprimitur.

38. *Quām æstimet Paulus catenas.* Cæterùm in Ecclesia illustre decus est carceres, & vincula pati, quæ Christus Deus, eius Angelus, seu Præcursor Ioannes, Apostolorum Princeps Petrus, & præclarus Christi præco Paulus, sunt perpessi. Quorum posterior sic inchoat epistolam ad Philemonem, vt sæpe aliàs. *Paulus vinctus* Ad Philem. Ambros. *Christi Iesu.* Ad quæ verba sic fatur S. Ambrosius. *Vt dignitatem epistolæ à se missæ faceret, ab iniuria sua cœpit. Sicut enim peccati causa vinciri opprobrium est: ita contra pro Christo custodiæ vincula sustinere, maxima gloria.* Vnde Paulus Actor. 26. Actor. vers. 30. Agrippam Regem alloquens ait: *Opto apud Deum non tantùm te, sed etiam omnes hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.* Quam Chrysost. hom. 52. in Acta Apost. sententiam sic commentatur, & illustrat S. Chrysostomus, aiens: *Vide qui gloriatur vinculis, qui prefert illa sicut catenam auream, ut ea non deprecatur. Vide non solum vincula, sed etiam, quod vt malefactor habitus propofuit, amplificans vinculorum gloriam.* Scilicet tanti æstimat Paulus vinculorum gloriam, quam à malefactoris falso homine amplificat, vt tametsi munificus suorum bonorum largitor, quippe qui cupiebat anathema esse à Christo, vt aliquam gratiam impertiretur fidelibus; sic nunc esse catenarum auarum, vt sua omnia omnibus communicare ambiens, tantummodò vinculorum gloriam sibi arroget. Exceptis enim vinculis se, & sua omnibus impendit, & erogat. O summam vinculorum æstimationem apud Paulum, rei Christianæ egregium arbitrum!

39. *Catena veridicos ostendunt Apostolos, & Prophetas.* Apostolus in epistola ad Philemonem vers. 13. ita scribit: *Onesimum ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelij.* Nimis subtile foret, & inde futile, si quis dixerit vincto Paulo vna vinciri, & ligari Euangelium Christi: ait enim suas catenas esse vincula Euangelij. Imò verò à Pauli vinculis non exiguam dignitatem, & auctoritatem accipit Euangeliorum sublimior veritas, nam à vinculis Apostoli, seu Prophetæ credibilior fit apud homines prædicata veritas. Ieremias veridicus Dei Propheta excidium Iudææ, & confinium regnorum sæpe prædicens, fidem apud homines mereri non valuit. Ergo vt certiorem fidem faceret sui Vaticinij, sic ipse fatur, cap. 27. v. 2. *Hæc dicit Dominus ad me: Fac tibi* Ierem. *vincula, & catenas, & pones eas in collo tuo. Et mittes ad Regem Edom, & ad Regem Moab, & ad Regem filiorum Ammon,* Et infrà vers. 9. *Vos ergo nolite audire Prophetas vestros, & Diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos, &c.* Itaque Ieremias, vt veridicus Propheta habeatur præ pseudoprophetis, & diuinis, & somniatoribus, & auguribus, & maleficis gentium, funibus circumligat sese: Lyran. *Vt Propheta non solùm verbo, sed etiam signo significaret eis*, ait Lyranus ibi. Nempe vt auctoritatem det verbis à Deo dictatis, vinculorum signo significat quod prophetat; vt amplificet prophetiæ fidem. Tanta est vinculorum auctoritas! Sanctus Chrysost. hom. 10. in epist. ad Coloss. Chrysostomus sic fatur: *Si quis mihi daret optionem, malléme videre Paulum è cœlo descendentem, & vocem emittentem, an ex carcere: mallem ex carcere. Colligatis prædicationis sunt vincula Pauli, fundamentum est illa catena.* Quasi angustiorem auctoritatem habeat Paulus in carcere compeditur, quam si à cœlo ad terras aduentaret ad Ecclesiæ eruditionem. Tantam conciliant vincula fidei auctoritatem!

Homo imbecillus ipsâ infirmitate velut catenis præpeditur; sed vincula fortem probant. Leo catenis constringitur, & domatur, infirmus catulus ligari non eget. Ergo vinculà fortem & virtute robustum virum probant. De Paulo catenis vincto sic loquitur S. Chrysostomus: *Nam & sub erat magis desiderabilis, & inimicis magis reuerendus; vt qui magni, & fortis animi ferret præmia, nempe vincula.* Nam catenæ fortem virum, & bene pugnantem palam prædicant. Hinc Clemens Alexandrinus sic fatur: *Martem autem Homerus dicit fuisse vinctum tredecim mensibus.* Nimirum pugnacissimi Martis est vincula pati, vincula aut Martem inueniunt, aut faciunt; & Mars fortis animi fert præmia nempe vincula. Quasi carcer, & vincula sint index, & probatio bellipotentis viri. 40. *Fortis aut Martem inueniunt, aut faciunt.* Chrysost. ibid. Clem. Alex. Adhort. ad Gentes.

Abrahamus olim dilectum filium Isaac duxit 41. in secretum montem, piè Deo mactandum. Et Genes. 22. vers. 9. Isaacum arctè ligat ad sacrificium: Genes. *Cùmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum.* Quorsùm funibus Zeno serm. de Abraham. *Vincula catena sunt.* vincitur Isaacus, spontanea victima? *Lætatur puer patre fideli, ipse quoque fidelior, nec recusabat mortem, quam Deus, qui vitam dederat, imperabat. Vinci pignoris alligat manus, quas ille victimandas libentius afferret; pedes quoque constringit.* Verba sunt Calet. S. Zenonis? *Vide (subdit Caietanus) varie ligandi non fuit timor, ne Isaac fugeret, aut ne exiliret ab altari, vt aries, aut vitulus cum mactatur.* Quam ergo ob causam ligatus tam spontanea victima? Quidam respondent, alligatum fuisse ne impatientia doloris vel inuoluntarium renisum in ipsa iugulatione ederet, quasi ligatus etiam recalcitrare non posset. Alij, ne, si vellet, resilire posset: nimirum plenissimè Isaacus offert Deo, & velle & posse suum. At Isaacus non vincula sibi nectit, sed vincula patitur. Nonnulli aiunt, ideò vinciri, vt esset typus Christi clauis affixi cruci. Pia profectò allegoria, sed allegoria. Cur ergo tam strictè vinculis nectitur Isaacus, dum immolandus erat Deo tanquam electissima victima? Licet suspicari victimam hanc vinculis coronari, vt esset gratior Deo, cuius gloriæ mactabatur. Porrò victimas coronari solitas in confesso est apud vtriusque conditionis peritos, de quo vbertim noster Cerda, & Cerda in 1. Æneid. lib. de Coron. Tertullianus ita scribit: *Ipsæ bestiæ, & aræ ipsi ministri, & Sacerdotes eorum coronabantur.* Ergo Isaacus destinatus

destinatus in victimam coronandus est. Adestne præparata præclaræ huic victimæ corona? Adest planè, quia adsunt vincula, quibus gloriosè adstringatur. Opportunè S. Chrysostomus ad Coloss. *Eum coronabant catenæ*: Paulum, an Isaacum? Itaque catenæ, & vincula inclytæ coronæ sunt, quibus non tam ligatur, quàm insignitur victima regali stemmate. Ergo ne quid gloriæ desit illustrissimæ victimæ, Abrahamus alligat filium suum, vel potiùs vinculis coronat, & ponit eum in altare, quò præclarior, & augustior sit victima. Et quidem vinculi nomine significari serta de Iuncis, & floribus contexta testatur ex Herodoto, & Strabone P. Cornelius in cap. 6. Baruch.

Chrysost. in præfata homil. 10. ad Coloss.

Herodot. Strabo. Cornel.

42. Denique etsi vincula reorum sit infelix nota, tamen felicissimè ornant Christianos, vsque ad æmulationem exculti fœminarum sexus. Bellè sanctus Chrysostomus nuper allegatus: *Quæcumque*, inquit, *mulieres aurea induistis monilia, Pauli desiderato vincula. Non sic vobis circa collum fulget collare, vt in huius anima fulgebat ornamentum aureorum vinculorum.* Hæc enim vincula cœlo ornant, non terræ: Deo fulgent, non hominibus: sicque Deo pulchra, & grata sunt, vt illa studiosissimà exambiat, felicissimè allectus venusto vinculorum ornamento: illáque exoluat in signum summi amoris. Liceat hic perstringere illustre illud tormenti genus, quo nouissimus Indorum Apostolus noster S. Franciscus Xauerius vsus est. Nempe studio placendi Deo compluribus funium spiris corpus suum arctissimè diu cinxit; & cùm diuturnitate arctæ cinctionis, vincula vsque ad ossa penetrassent, restitit in via, & desistere cogitur à pia peregrinatione sæuientibus plagis. Re ferè à medicis desperatâ, qui ob vulnerum profunditatem non audebant funes præscindere, ne simul vitum laniarent. De repentè Deus iacenti Xauerio benignissimè apparet, & peramanter funes præcidit, stupentibus sociis, & medicis miraculum inclamantibus. Sic grata fuit Deo tam arcta funium præcinctio. Baruch. 6. v. 24. *Mulieres autem circundatæ funibus in viis sedent. Cùm autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte, dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat, quod ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius disruptus sit.* Locus planè in paucis difficilis, qui volet pleniorem expeditionem, adeat Roam de locis singularibus, Castrum, & Cornelium. Nota ex S. Augustino lib. 4. de Ciuitate Dei, cap. 10. Et S. Athanasio, Oratione contra Idola, & Herodoto lib. 1. & Strabone lib. 11. in more positum fuisse apud Babylonias, & Cyprias & Phœnissas Virgines, quæ iam nubiles erãt, circumligatas funibus assidere in viis ad diem Veneris; tunc qui captus alicuius gratia, & pulchritudine eam ducere vellet in vxorem præ amoris impatientia funem disrumpebat, quo significabatur se illam, cuius præcidebat funem, præ cæteris dilexisse. Vnde propter fauorem eximium disrupti funis, illa gloriabunda, & insultans proximæ suę exprobrat, quod ea non sit digna habita, cum funis eius disruptus non sit. Quid accommodatius ad rem? Nempe Xauerius noster venustissimis moribus dilectus Deo, & hominibus, ambiens cœlestis Sponsi honestissimas nuptias, & arctiorem amoris societatem, *circundatus funibus in viis sedet*, neque vltrà progredi valet, nam vinculorum spiræ vsque ad ossa penetrarant. Ergo salute ferè desperata, dum *dormiret* per miraculosam Dei beneuolentiam præcisis funiculis, *proxima sua*, id est, cæteris diuini thalami, & amoris riualibus, *exprobrat, quòd ea non sit digna habita, neque funis eius* disruptus sit. Nam funium præcisio non solùm innuit summam beneuolentiam, sed quasi impatientiam, & insaniam amoris. Euge gratiosissimè hominum, qui sic placuisti Deo, gratulamur tibi sic te funibus decoratum, sic te decorasse funes, & vinculorum arctissimam cinctionem; vt funium probroso tormento gloriam pepereris singularem. Nemo pius doleat quod hîc versu 9. veridicus Achior, eò quòd veri Dei veras laudes decantauerit intrepidè, Holofernis offensi crudeles ministri, seu tortores *ligauerunt Achior ad arborem manibus, & pedibus, & sic vinctum restibus dimiserunt eum.* Tūc enim Achior iuxta nominis sui interpretationem magis fulget: *Porrò filij Israël descendentes de Bethulia, venerunt ad eum. Quem soluentes, duxerunt in Bethuliam* Sic enim è vinculis placuit diuinæ Israëlis genti, vt dignus sit hab eus, cuius funes disrumperentur, & honorificè cooptaretur in Dei populum. Tam speciosè splendebat in vinculis! tam gloriosè excipitur è vinculis!

Chryſost. *Catenæ monilia sunt pulcherrima.*

Baruch.

Roa. Castro. Cornel. August. Athanas. Herodot. Strabo.

43.

Iudith.

§. X.

Commentarius litteræ.

Vers. 12. In medio itaque seniorum, & in conspectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum.

Vers. 13. Et quemadmodum ipse Holofernes iratus iusserit eum Israëlitis hac de causa tradi: vt dum vicerit filios Israël, tunc & ipsum Achior diuersis iubeat interire suppliciis, propter hoc quòd dixisset, Deus cœli defensor eorum est.

Vers. 14. Cúmque Achior vniuersa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas Domino effuderunt.

Vers. 15 Dicentes: Domine Deus cœli & terræ, intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende, & ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te: & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias.

IN *medio itaque, &c.* Græcè sic scribitur: Ozias, Chabri, & Charmi, *Conuocauerunt omnes seniores ciuitatis: & cucurrerunt omnis iuuenis eorum, & mulierum in Ecclesiam, &c.* Qui sint hi seniores, in quorum medio constituitur Achior? Vulgò asserunt interpretes fuisse Senatum, qui regundæ Bethuliæ præerat. Non enim tantùm Hierosolymis, sed etiam in reliquis minoribus vrbibus seniores, seu Senatus erat, qui tractabant rempublicam. Ruth. 4. 1. Reg. 10. & 2. Reg. 15. & Reg. 11. Quod tradit Iosephus lib. 4. Antiquit. cap. vltim. & lib. 2. Captiu. cap. 42. Refert fideliter Achior, quæ ipsi acciderant: & qualiter ob defensum

Vers. 12. & 13.

44.

Ruth. 1. Reg. 2. Reg. 3. Reg. Iosephus.

defensum Israëlis Deum, eiúsque in Israëlitas prouidentiam, associauerit eum Holofernes Hebræo populo, vt Bethuliâ captâ, *diuersis interiret supplicijs*, ipsa & Achior. Quo significat, non vno mortis genere, sed se exponendum Assyrio exercitui fore ad acerbiorem cruciatum, & probrosiorem ignominiam. Quam ob causam dixit Holofernes v. 4. *Gladius militiæ meæ*, quasi non vni spiculatori, sed pluribus plagiariis exponendus foret.

VERS. 14. & 15. *Cúmque Achior, &c.* Additur, auditâ Achioris narratione in vnanimes preces effundi Hebræos, & Deum rogasse, primò vt intueatur superbiam Assyriorum; quasi intuitio superbiæ, sufficiens sit superbiæ punitio: rogant, vt respiciat suam *humilitatem*; P. Sà, *afflictionem*: ac si intuitio humilitatis, & afflictionis, largitio sit misericordiæ: Saluianus. *Aspectus enim diuinitatis propitiæ munus est conuersationis humanæ*, ait Saluianus lib. 1. de Gubernat. *Faciem sanctorum attende.* Quæ hæc *facies sanctorum*? Lyra, Carthus. & Hugo, merita Patriarcharum, & Prophetarum. P. Sanctius sanctos appellat ipsosmet Iudæos tunc ieiunantes; sic appellantur, Zachariæ 7. vers. 3. Textus Græcus non ait, *sanctorum*, sed *sanctificatorum*. Vnde Serarius *Sancta* vocat omnes circumcisos, Sacerdotes, Leuitas, Nazaræos, & sanctificata quæque, nempe templum, sacrificia, &c. Itaque *Sancta* quæque obiiciunt diuinis oculis, vt auertant numinis iras iam iam sæuientes in religiosam gentem. *Preces effundere* dicuntur orantes Israëlitæ; plura consimilia exempla ex scripturis agglomerat Lorinus, ad Psalm. 143. vers. 3. plura posset ex humanioribus litteris, & vers. 15. Hebræus populus à periculo deuotus, ait non derelinqui *præsumentes* de Deo, detestissimè autem prosterni, de se ipsis *præsumentes*. Quid hîc *Præsumptio*? Præsumptio in vtráque eruditione, scilicet diuinâ, & prophanâ, *Antesumptionem* significat, & *præsumere* antè sumere sonat. 1. Corinth. 11. vers. 21. *Vnusquisque suam cœnam præsumit ad manducandum*, & Plinius lib. 14. cap. 22. contra ebrietatem, inquit, præsumendam cicutam. Vnde præsumptio bona potest esse, & mala. Bona, si id quod oportet, præsumitur; mala, si quod non expedit. De præsumptione in malam partem acceptâ, possem paginam implere de Bibliis, & SS Patribus, ex Scholasticis, in disputationibus de Spe. De bona præsumptione (quam *confidere* tantùm significare, existimauit Barradius tom. 4. in Euangelia, lib. 15. cap. 15. sed est enim animosior quædam fiducia) ait Ambrosius lib. 5. de Sacr. cap. 4. *Vides quàm breuis oratio, & omnium plena virtutum? Ex malo seruo factus est bonus filius: ideò præsume non de operatione tua, sed de Christi gratia. Non ergo hic arrogantia est, sed fides. Bona præsumptio, sed moderata, &c.* Sic apud Bedam lib. 1. histor. Anglic. cap. 19. Et si voraces flammas, dum esset æger S. Germanus, euadere cogeretur, *Moueri se fidei præsumptione non est passus.* Ergo Hebræi orantes bene præsumunt de Dei bonitate. Assyrij insultantes malè præsumunt de suis viribus. Ecce tibi verbum *præsumere* in vnâ lineâ huius versiculi diuersissime acceptum. Quod notarim, vt compescatur vociferatio quorundam Theologorum, qui vbi in disputationibus incurrunt in aliquem Scripturæ locum, statim occlamant: Hoc verbum in hoc sensu accipiutur in hac periodo, ergo in eadem, eodem sensu accipiendum est. Ex hac consequentia aliam sequelam deduco: Ergo quando Christus Dominus dixit, Matth. 8. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, iussit vt mortui patris cadauer sepeliretur ab aliis cadaueribus, nam eodem nomine, eodem tenore verborum, eadem periodo id dixit.

Lyranus. Carthus. Hugo. Sanctius. Zachar.

Sancta quid significent apud Hebræos.

Lorin.

Præsumptio in bonam & malam partē. 1. Corinth. Plinius.

45.

Barrad.

Ambros.

Beda.

Matth.

---

§. XI.

Munificus Deus vel Dæmoni oranti annuit; & ab aliqua orationis improbitate occasionem sumit ad donandum.

46. Ioan. *Vel Ioui petenti donandum est.*

CÆcè nimis Cæcus ille Euangelicus dixit, Ioan. 9. vers. 31. *Scimus quia peccatores Deus non audit*: adhuc mente cœcus est, qui iam cernit oculis, non vidit Dei misericordiam ad miraculum vsque munificam, qui miraculo oculatus, auaris confunditur terrenorum obiectis: A Dei liberalitate videt, & Dei liberalitatem non videt, magis cœcus etiam oculatus, quàm fuerat antè cœcus, quasi à visu corporis mutauerit mentis cæcitatem. Indecorè arctat diuinam munificentiam, qui illam non ampliat ad peccatores. O cœce, si scis quòd Deus peccatores non audit, nescis quod *omnis qui petit accipit*, Lucæ 11. cœcutis iam videns ad ea, quæ vel cœcus videat. Porrò iustorum preces Deo gratæ sunt, sed peccatorum oratio arcanè blanditur Diuinæ clementiæ, quæ eò ostentatur magis, quò minùs cogitur petentis probitate, nam à probitate petentis decrescit liberalitas donantis, angustius donat, qui non merenti largitur: Venustior est munificentia, quæ indigno impenditur. *Omni petenti te tribue*, aiebat Christus, Lucæ 6. vers. 30. Munificentior enim benignitas excludit neminem; ingenium largitatis est improbo benefacere, nam improbitas petentis, meritum auget concedentis. Si quis Christianitatis acerbior hostis, Iupiter fuit, (si tamen fuit aliquis Iupiter) vt trunco Iouis simulacro diuini haberentur honores, vera diuinitas Christi exulabat Romano imperio. Viuus Iupiter sceleratissimus omnium fuit, vita functus, occasio sæuæ tyrannidis in Christianos, vt delubrum Iouis ditaretur, depauperabantur Christianorum templa, vt regnaret Iupiter, Christianitas omnis dirâ seruitute subiugabatur. Gentilitatis decus factum est Christianitatis euersio. Hinc enitet Christianorum liberalitas piè æmula nequitiæ Iouis. Siquidem Romani accusabant olim Christianos, quod non ditarent muneribus Iouis templa, sed pecunias omnes drogabant in pauperes. Hinc querimoniæ respondet antiquissimus Tertullianus. *Porrigat manum Iupiter, & accipiat.* Quasi dicat omni pœnitenti tribuimus. quod petit, quod indiscreta liberalitate præstatur, ita vt si petat ipse Iupiter, & porrigat manum ad accipiendum, impetrabit munus, quod postulat. Iupiter inquam, improbissimus mortalium, infensissimus hostium, idololatriæ Auctor, imò Dœmonum nequissimus. Quid enim est Iouis simulacrum, nisi simulatus Dœmon? Is si postulet à nobis munus nomine eleemosynæ, accipiet postulata: *Porrigat manum Iupiter, & accipiat.* Neque quia hostiliter sæuit in nos, neque quia deterrimus Diabolorum est, negabimus, quæ à nobis postulat munera. Sic edocti sumus ab Auctore nostræ religionis, præcipiente. *Omni petenti, te tribue*, ipsius enim in quantum possumus æmulantur indifferentem liberalitatem, quæ non contrahitur malitia postulantis. Neque enim Christiana, aut diuina munificentia pendet ab aliena malitia.

Lucæ.

Lucæ.

47. Tertull. Apolog. 42.

48. Marci. Marci 5. v. 12. Legio sæuissima Dœmonum, quæ diu multúmque misere dilacerauerat hominem quempiam, voce Christi Dei depulsa fuit; quod nimis

Deus vel Dæmonum precibus annuit

nimis grauiter ferentes mali dæmones, deprecabantur eum spiritus, dicentes: *Mitte nos in porcos, vt in eos introëamus, & concessit ei statim IESVS.* O impudentiam dæmonis! Hominem Dei hostiliter diuexauerat, & Deum vt amicum rogat? repulsam exorat, qui inimicum orat. Nisi fortè orantis malitia securitas sit impetrandi: & nihilominus dæmoni malitiosè petenti bonus IESVS concessit ei statim, quod rogat; ne quid vel Diabolo neget pius Dominus. Opportunè Basilius Seleucus: *Cur ergo, ô Domine, dæmonibus potestatem facis? Cur eorum nequitia gnarus verbis persuaderi te sinis?* Scilicet vel mali dæmonis petitio persuadet rei impetrationem? Profusa propè largitas vel impias impij Diaboli preces nescit refutare? Non est ignarus nequitiæ dæmonis postulantis, qui scit vires orationis sæpè non hebetari nequitia petentis: imò ea publicari munificentiam concedentis. Dæmoni postulanti concedit, qui nemini vult postulata negare: malitia postulantis exaggeratio est munificentiæ concedentis.

Basil. Seleuc. Orat. 23.

Intempesta nocte it Amicus ille tres panes postulaturus ab Amico, renuit ille postulata concedere, causatus importunitatem temporis. Perseuerat molestus petitor, audit impossibilem esse impetrationem, *Non possum surgere, & dare tibi.* Lucæ 11. vers. 7. adhuc pertinax instat: *Dico enim vobis* (verba sunt Christi) *etsi non dabit illi surgens, eò quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius dabit illi quotquot habet necessarios.* Quo pacto verè dicere potuit Euangelista, propter improbitatem daturum fore Deum, quod postulatur? Nonne improbitas vitium importat? Deus ne is est, qui à vitio moueatur ad dandum? Beda ex S. Augustino propter improbitatem interpretatur *tædio coactum*, & sensus erit: dabit occasione tædij importunæ petitionis. Quod satis procliuitatem Dei ad donandum exprimit? nempe Deus annuet postulatis propter tædium? Hispanè dices: *Da a poder de desgana de dar.* Id est, à tædio mouebitur ad largiendum. Ac si non tantùm occasione probitatis postulantis, & propter complacentiam in oratione; sed propter fastidium ipsarum precum condonaturus sit Deus, quæ postulantur? Verùm sensus Lucæ vimacior est. *Propter improbitatem*, inquit, Græcè διὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ, hoc est *impudentiam.* Quod aliquomodò potest venustissimè Deo accommodari; vt significetur, etiam Deum non solùm ab amicis, verùm & ab inimicis etiam suis, id est, peccatoribus, non propter amicitiam, & gratiam, à quâ illi alieni sunt; sed *propter improbitatem*, id est, occasione improbitatis, se exhibere munificum. Enim verò tam procliuis est Deus ad annuendum humanis precibus, vt non tantùm à sanctitate precum, sed etiam ab improbitate, & impudentia, occasione accepta, moueatur ad donandum. Sic Christus Deus concedit dæmonibus postulationem valde noxiam Genezaræis; sic fatetur se concessurum postulata propter petentis *improbitatem.* Bene ergo hîc vers. 15. Bethulienses conscij tot scelerum, quæ publicant; dicuntur *præsumentes* de Dei summa, & velut effusa munificentia.

Lucæ.

Beda. August. de qq. Euangel.

Deus propter improbitatem petentis quomodo annuat petitionibus.

Iudith.

Liceat in tribus paragraphis sequentibus, exaggerationibus vti ad declarandum summam Dei munificentiam, de qua hîc Bethulienses *præsumere* dicuntur; secùs non planè emendulatur audaciusculæ vocis energia.

§. XII.

Redundantia diuinæ Misericordiæ supplere videtur opera ad extrà, aliorum Attributorum.

OMnia Dei Attributa sunt infinitate magna, amplitudine immensa, venustate decora, & vt vno verbo omnium perfectionem colligam, Deo digna sunt, & reipsa Deus, quo nihil magnificentius dici, excogitariue potest. At nescio qua nobilitatis prærogatiua extollitur Dei misericordia, quæ etsi reipsa eadem sit diuinitatis natura, sublimius quid in operibus scintillat, & planè diuinitatem augustiùs ostentat. Quin & de plenitudine Misericordiæ cæterorum Dei attributorum opera accipere quodammodò videntur, non ob sui defectum, (qui enim defectus in re Dei potest esse?) sed ad misericordiæ ostentationem apud homines. Porrò cùm Misericordia idem sit reipsa, ac cætera Dei attributa, quid mirum si reipsâ eorum quasi vices agat? Quid enim diuinius de Misericordia Dei dici potest, quàm quòd suppleat non defectum, sed quod veluti addat ad plenitudinem operis attributorum? & si quid humanæ ignorantiæ non ita plenum apparet in operibus aliorum attributorum, quodammodò suppleatur ex piis quasi redundantiis Misericordiæ. Id vnum intendo, procul calumnia, nam *Misericordia eius super omnia opera eius.* Opera Immensitatis superat diuina Misericordia, superat diuinæ Veritatis, & Dei Scientiæ opera: & suppleri videtur à Misericordia, quod ruditati nostræ his quasi defecisse aliquando videtur in operibus ad extrà. Singula probo sigillatim. 49.

Deus quia immensus est, vbique est, omnibus locis quamuis remotissimis adest præsentissimus: nemo Deum fugit quantumvis omnia loca fugiat: quoniam etsi homo nullibi sit, necesse est, vt Deus ibi sit, qui præ immensitate, & loca, & inania replet: At nescio, quo sensu Lucas dixit, cap. 15. v. 3. quòd filius prodigus *peregrè profectus est in regionem longinquam.* Peregrè à Deo quis potest proficisci, qui naturaliter vbique est? Regione vlla Deo longinqua, qui naturâ suâ immensus est? Et tamen nihilominus Euangelista affirmat filium Prodigum peregrè à Deo profectum esse, & habitasse quasi procul à Deo in regione longinqua. Quærat ergo Deus filium prodigum fugientem, festinet reducere peregrè errantem. Id eius bonitas exigit. At Deus moueri è loco non potest: nam immensitas nequit ad vlteriora spatia se extendere. Si Deus ad eum non vadit, peregrè abest in regione longinqua? Deus autem ire nequit, quia immensus est: nam immensitas, quoniam vbique est, moueri non potest, nam immensitas nequit ad vlteriora spatia se extendere. Acutè S. Chrysologus versans illud Lucæ 15. vers. 20. *Pater Misericordia motus*; sic inquit, *Mouetur misericordia, qui loco potest non moueri.* Id est, Deus ob sui immensitatem non potest loco moueri. Quid ergo, non est quærendus filius prodigus, qui peregrè profectus est in regionem longinquam? Imò festinè quærendus est, non passibus immensitatis, cuius nulli sunt gressus; nam immensitas immobilis est. Quæratur ergo, & trahatur passibus Misericordiæ, qui gressibus Immensitatis quæri non potest. Agat Misericordia quasi vices Immensitatis, & motum, quem immensitas non potest, affectu peragat Misericordia 50.

Lucæ. Misericordia quasi obit officia immensitatis.

Luc. Chrysol. serm. 3.

dia. Vnde Deus *Pater Misericordiæ mortus est. Mouetur quippe Misericordia, qui loco non potest moueri.*

15. Matth. *Misericordia quasi obit officia veritatis.* Si quis locus difficilis in toto Matthæi Euangelio, ille præsertim cap. 12. vers. 40. *Fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus.* Dubij ratio statim pulsat animum. Quia etsi Christus Dominus in corde terræ, id est, in sepulchro iacuerit tribus diebus saltem dimidiatis, (demus id Euangelistæ per synecdochem) at tribus noctibus minimè in sepulchro fuit: primo enim mane diei tertiæ surrexit, vt concors est Euangelistarum narratio. Ergo duabus noctibus in sepulchro iacuit, non tribus. Vnde aut Christus manè diei tertiæ non surrexit, quod temerarium esset dicere, aut non tribus noctibus, sed duabus tantùm in sepulchro delituit. Quomodo ergo dicitur hîc ab Euangelista, quod tribus noctibus in sepulchro erit? Quomodo vera est hæc Matthæi, seu Christi Dei prophetia? Allucinaturne Christus? Apage. Planè allucinantur plures Interpretes, & locum fatigant innumeris expositionibus. Subiiciam commentationem Pelusiotæ, qui super hac dubitatione interrogatus, post tres alias expositiones hanc quartam subiicit: *quod si perfectos tres dies quærunt s illud responde. Quod Rex quoque admissa eorum, qui in metallis, ac vinculis sunt deprecatione, hoc illis pollicitus fuisset, se post tertium diem eos missum facturum, ac præstitum diem anteuertens; eos liberasset, per hanc celeritatem verum magis dixisset. Ad hunc itaque modum Dominus citiùs, quàm promiserat resurgens, ab omnibus meritò adorabitur.* Ac si dicat Pelusiota; per celeritatem indulgentiæ, non violatur veritas, sed velut suppletur à Misericordia: non quia rigorosè Rex ille terrenus omnimodè impleret quod promisit; sed quia redundantia Misericordiæ suppleret non veritatis defectum; sed velut vices veritatis. Si quid veritatis, (dato impossibili,) Deo deesset (nihil autem veri Deo deesse potest, qui est summa veritas) Misericordia quodammodo impleret? Eminentia Misericordiæ quasi vices ageret veritatis? Etsi vna nox desideraretur ad planiorem quoad homines veritatem, *per hanc in miserendo celeritatem; verum magis dixisset Euangelista?* quid illustrius ad hanc rem? Quæ quia difficilis, adducam alium locum ex S. Isidoro allegato in catena. Ad Lucæ 18. sic scribit Isidorus: *Et tertia die resurget. Admiror dementiam quærentium, cur Christus ante triduum surrexerit, si enim resurgeret tardiùs quàm prædixerat, impotentiæ esset: celeriùs verò est summæ veritatis indicium. Si quem enim cùm spoponderit suo debitori post triduum exoluere debitum, eadem die satisfacientem viderimus, non fallacem, sed potiùs veracem eum admirabimur.* Ecce tibi Misericordia quasi agit vices Veritatis, & Immensitatis (ex mente vtriusque Isidori, quorum sententiam adduxi & explicui; non tamen hic affirmo, ne rem exaggeratiùs confirmem.) Suspicor & opera omniscientiæ quodammodò suppleri à Misericordia quoad homines.

Pelus. epist. 14. lib. 1.

52.

Isidor.

53. Genes. *Misericordia quasi supplet quoad nos vices scientiæ.* Quærebat Adamus latibulum postquam peccauit: mox adest Deus vestigans peccatorem Adamum; clamat Deus in paradiso: *Adam vbi es?* Genes. 3. v. 9. Quid quærit Deus Adamum? Nonne quocumque aufugerit, ab Immensitate tenebitur, quæ etiam in abditiori latibulo adest? Præterea; Deúsne ignorare potest vbi sit Adam? Si ignorat, derogatum est Omniscientiæ diuinæ, si non ignorat, supervacaneum videtur interrogare, quod scitur. Ergo aut superuacaneè quærere videtur Deus non latentem, aut ignorare vbi lateat, dum seriò quærit, & interrogat: *Adam vbi es?* Rupertus locum explicat de arcana quadam ignoratione, qua Deus dicitur ignorare peccatores, præsertim damnatos. *Quia profectò postquam semel dixerit, ne cio vos, neminem damnatorum cognosit et Deus, neminem perditorum requiret amplius.* Hunc ad modum Deus dicitur Adamum iam peccatorem ignoraisse: sed adhuc misericorditer quærit Adamum, dicens: *Adam vbi es?* Quasi ignorationem insinuat Deus, sed admixtam misericordiæ. *Hoc enim* (adhuc Rupertus) *Benignitas quærentis intendebat.* Ac si ignoraret, quærit; & quasi defectum scientiæ, quem requisitio indicat, veluti reparat *quærentis Benignitas*? & quod detractum videtur scientiæ diuinæ, quodammodò suppletur à Misericordia? Quod in simili de filio Prodigo, cui excipiendo processit obuiam pius pater, notat ibi S. Chrysol. *Delicta non videt vis Amoris.* Videt filium; sed delinquentem filium non videt amor Patris? Scilicet ab amore quodammodò sufficitur, quod visioni videtur detrahi? Hæc Misericordiæ fastus est, & pia præsumptio. Ergo rectè Historiographus hîc vers. 15. inducit Bethulienses de Misericordiâ *præsumentes.*

Rupertus. lib. 3. in Genes. c. 14.

Rupert.

Chrysol. serm. 3.

Iudith.

§. XIII.

An culpa nimia benignitatis, re ipsa sæpe sit honesta.

54. *Dei misericordia apud nos nimia habetur.* OMnia Dei magnifica sunt, vt potè Deo digna, eximia, excelsa, infinita. Verùm Misericordia à nobilitate actuum, arcana prærogatiua videtur excellere reliqua Attributa diuina. Nimium videbitur hominibus, quod excellere dicitur opera reliquarum Dei perfectionum. Ita sanè; at eiusmodi excessus, nomen videtur vitij, sed res est virtutis. *Neque enim bonitas, & Clementia Dei iudicio caret*, inquit Nazianzenus Accidentia vitij ostendit, sed virtutis substantiam habet. Apud homines enim nihil magnificè æstimatur, nisi quod vltra modum esse dicitur. Basil. Seleuc. sic ait: *Deus parturiens magnificentiæ suæ munera, clausum habere thesaurum impotens.* Expende illud *Parturiens magnificentiæ suæ dona*? ac si Deus non tantùm propendeat in munificentiam, sed eo impetu, & tanquam adnixu, quo fœmina partioni proxima, anxiè conatur edere prolem. Præterea aduerte ad illud, *Impotens*, quasi non possit Deus se continere, quin velut effusè homines muneret munificentiæ suæ largitate? Profectò largitas hæc videtur nimia, & quæ nimietate quodammodò vitio affinis contemnatur ab hominibus. *Penuria ipsa efficit, vt ad eum qui largiendi potestatem habet, nosmetipsos conferamus; quem alioqui fortasse ob nimis exprompotam liberalitatem contemptui haberemus*: ait Nazianz. Audis nimis exprompotam liberalitatem contemptui esse? Adeò enim est sublimis Dei liberalitas, vt non satis apud nos rudes æstimatores rerum explicetur, nisi dicatur nimia, nec honoretur satis, nisi præ nimietate, contemptui sit apud homines aliquos, apud quos magnum non habetur, quod nimium non dicitur.

Nazianz. Orat. in plag. grandinis.

Seleu. Orat. 1.

Nazianz. Orat. ad Nazianzenos timens.

Lucæ 19. v. 5. Dixit IESVS Zachæo homini publicano, à diuitiis malè-partis, infami: *Hodie in domo tua oportet me manere.* Profectò, ô Domine, non tua refert, sed Zachæi; sua interest, vt Publicanus 55. Lucæ.

blicanus excipiat Deum in domum suam, & cum Deo cælestis munificentiæ largitatem; tua non refert, ô IESV, Zacchæum muneràre tanta diuinioris gratiæ largitate (liceat ex verborum cortice velitari ad mores:) Nimia videtur hæc donorum quasi profusio; imò exposita vt homines hanc liberalitatem velut indecoram, & nimiam maledictis conuitientur. Quod aduertit S. Chrysostomus inquiens: *Hodie in domo tua oportet me manere. Sed cõsider animiam Saluatoris bonitatem.* Ergo si ferè nimia dicitur pietas hæc à Chrysostomo, quis miretur, quòd *Cùm viderent omnes, murmurabant?* Si nimis exprompta dicitur Dei liberalitas, quis mirabitur, si contemptui habeatur, & pateat hominum murmurationi? Verùm enim verò apud homines satis grandis non esset Dei bonitas, nisi præ sublimitate, & quasi nimietate subiret hominum detractionem. Vltra modulum, & captum humanum debet esse perfectio, quæ Deo digna est. Nobilius Dei. Attributum non deuenustatur hominum detractionibus, sed magis publicatur eius supereminentia Vnde istiusmodi murmuratio, laus est misericordiæ, & panegyricus diuinæ liberalitatis. *Cùm viderent omnes, murmurabant.*

Dei liberalitas quæ fusa dicitur nimia.

Chrysost. citatur in Caten.

56. Matth. Matthæi 20. Vident operarij illi, eos qui parùm laborant æquale præmium accepisse, & obmurmurant ob largiorem munificentiam Patrisfamilias: *& murmurabant aduersus Patremfamilias.* Ferè conuenit inter commentatores hîc agi de retributione Beatitudinis. Ergo qui in cœlo beatitudine donantur, obmurmurare dicuntur, & aduersus Patremfamilias, nempe Deum. Ita ne in Cœlo murmuratio auditur? Cœlites obmurmurant? Et aduersùm Deum murmur est? Quam ob causam exortum est murmur? Puto, quòd ex causâ murmuris res tota patebit. Scilicet obmurmurant, quia Deus eos, qui minùs laborarunt, ferè vltra modum videtur præmiare, ob veluti excessum munificentiæ murmurant. Hæc murmuratio opprobratio Dei non est, sed eximia laudatio: nam quasi excessus benignitatis, aliquando non tam videtur esse culpa, quàm virtus. Vtinam par fuisset fides Consulis Plinij, eius ingenio, vt suspicari possem adludere ad hæc verba Matthæi, quæ verso. Is lib. 7. in epist. ad Septitium qui dicebat, ipsum Plinium reprehendi, eò quòd supra modum amicos coleret; sic rescribit Consul Plinius: *Agnosco crimen, amplector etiam. Quid enim honestius culpâ benignitatis?* Sententiosè quidem, & eleganter. Quasi dicat: Qui benignitatis excessum (non, vitiosum, sed excelsum) culpat, virtutum reprehendit, quia hic excessus benignitatis, laus est. Vnde eiusmodi homines quasi reprehendendo laudant, & murmuratione commendant. Nulla enim exaggeratior munificentiæ laus est, quàm hæc murmuratio: nam ipsa reprehensione nimia dicitur, & ab obmurmurato veluti excessu decoratur. Nam liberalitas diuina, si nimia apud homines non esset, satis liberalitas non haberetur. Paul ad Ephes. 2. v. 4. *Deus qui diues est in Misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, &c.* Ecce charitas Dei vocatur nimia à sublimitate benignitatis, non à confinio improbitatis. De quasi nimia Dei clementia piè præsumunt Israëlitæ, dicentes hîc v. 5. *Non derelinquis præsumentes de te.* Ad hanc thesim comprobandam aduocari possunt, quæ ex sancto Paulino, & Ennodio in Prologo scripsimus, n. 15.

Misericordia Murmuratione laudatur.

Plinius.

Ad Ephes.

§. XIV.

Vsque adeò munifica est Diuina Misericordia vt etsi exhausta esse tot tantisque largitionibus, piè præsumendum de illa sit, nos impetraturos, quæ petimus?

POpulares & profanæ diuitiæ sunt, quæ seruantur in arca, quæ scrinia secretiora recondunt, & in luculentis prædiis tibi iacent. Nemo se habere existimat, nisi quod habet, quod dedit, perdidisse reputat. At locuples Dei thesaurus, quò multa munificè dedit, eò plura se habere computat. Nam ditior possessio, largior munificentia est: perdidisse putat, quod habet! habere quod dedit? Ad Rom. 10. vers. 12. dicitur Deus: *Diues in omnes, qui inuocant illum.* S. Chrysostomus ibi: *Diues in omnia, & omnes inuocantes si.* Num Deus diues non est in eos, quos donis non munerat? Deus infinitè diues est, & inexhausto suæ omnipotentiæ thesauro locuples; quid ergo eius diuitiæ arctantur à Paulo, & diues in eos tantum, quos muneribus cumulat, nominatur? S. Ambrosius hunc locum diuitans, sic scribit: *Diues Deus non est, nisi in iis, qui inuocant illum; quia ipsi accipient remunerationem. Perfidis verò non est diues, quia participes non sunt bonorum eius.* Itaque Deus, in quos velut immunificus est, pauper dicitur? diues verò in eos, quos muneribus opulentat. Tantùm diuitiarum se habere computat Deus in Omnipotentiæ censu, quantùm liberalitas munificè expendit in opere? Peregregiè Leprosus ille, Matthæi 8. v. 2. inquit: *Domine, si vis, potes me mundare.* O miser homo, quid Dei potentiam minuis, cùm supplex illam adis? imò & Omnipotentiam dimidias, cùm illam augere debuisses, si posses, vt te sanaret. Quid ais: *Si vis, potes me mundare?* Ergo si nolit, id non poterit? Multum omnipotentiæ detrahis, & id tantum Deum posse affirmas, quod largiri vult. Etsi nolit tibi dare, de se potest, qui omnia potest. Iniurius in omnipotentiam impetraturus salutem Leprosus accedit? Minimè, sed adulator Misericordiæ, quam blanditiis demulcet. Nam adeò est liberalis, & munificus Deus, vt quodammodò tantùm se habere æstimet, quod largitur Isaiæ 59. v. 16. *Apauiatus* (id est, de pauperatus) *est Dominus, quia non est qui occurrat:* tanquam si in voluntate munerandi, potestas esset muneris faciendi? Potest largiri, qui largiri, vult: etsi facultas dandi alioqui deficeret; *Si vis potes me mundare.* Præclarè S. Chrysologus in re non absimili, inquit: *Sit dandi animus, & facultas non deerit largiendi.* Et Clem. Alexand. *Velis, inquit prouerbium, & poteris.* Et omnium elegantissimè S. Ambrosius hæc eadem verba commentans, ait: *Domine si vis, potes me mundare. Religionis, & fidei plena confessio, in voluntate Domini tribuit potestatem.*

57. *Deus dicitur habere quod donat.*

Ad Rom. Chrysost.

Ambr.

Matth. 58.

Isaiæ.

Chrysol. serm. 17. Clem. 2. Strom. Ambr. ad Luc. 5.

Cæterum adeò munificus Deus noster est, vt etsi adsit *dandi animus*, fortè quasi deerit facultas largiendi? Num veluti effusior misericordia infinitos Omnipotentiæ thesauros munerando ferè exhausit? (liceat vti hyperbole in re excedente humanum captum; si res Dei concipit humana tenuitas, sic in parabolis proponi videntur.) Lucæ 15. Ægrè tulit senior filius munificentiam Patris in filium Prodigum, quem vt ad fraternum amorem flectat pius pater, sic delinire intentat: *Omnia*

Dei munificentia, vel quodammodo aliena donans hyperbolicè dicitur, ac si quid alienum esse posset.

Luc.

tua

mea tua sunt. Ac si dicat, ne molestè feras fratrem aduentasse, quia ob eius aduentum census non minuetur tuus, nam. *Omnia mea tua sunt*: tota meâ substātia tè iterum munero, patere me excipere filium. Obstitit S. Augustin. his verbis: *Quid sibi vult, quod addit; omnia mea tua sunt, quasi non sint & fratris?* Quomodo pius, & liberalis Pater potuit totum censum seniori fratri donare, tanquam si non esset & fratris prodigi? Frater enim senior suam substantiæ portionem acceperat: nam petente vno ambobus substantiam suam dedit pater. Non satis piè vtriusque fratris censum totum, alteri donare videtur. Effusè donaret, quid quod suum non est, donaret. Bonorum prodigus videtur pater humanus, qui censum omnem, quem apud se habet, non suum, munere daret. *Omnia mea tua sunt*, inquit; & bona bonorum pars alterius fratris erat. Ea est liberalis Patris munificentia, vt velut de alieno (si tamen alienum quid) pie satageret donare, si posset; si forte suus census non suppeteret ad donandum?

Aug. in Caten.

59. Illustris ad hanc rem est locus Lucæ 12. v. 32. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Id est, nolite inopiam timere, qui Reges estis cœlorum. Quorsum hæc Christus? Subdit hæc verba, quibus suam mentem dissimulanter prodit: *Venite, quæ possidetis, & date eleemosynam.* Ac si dicat: Qui rex est Cœli, non eget possessione terrena; vendite prædia, & eleemosynæ nomine erogate pauperibus pecuniam. Suspicax animus piam hic in Christo subodoraret? Nam dixerat ipse: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*: ipse Christus in paupere occulte latet, & in paupere accipit, quod pauper accipit. Vnde pergit Christus: *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in Cœlis.* Hoc est: Omnem tuum cēsum in pecunias redactum, & mihi in pauperibus erogatum, signatus sacculus seruabit in cœlis: thesaurus ibi erit indeficiens tibi. *Nemo* (ait Chrysologus) *de fraude dubitet baiulorum, tua est ista translatio, per quam nostra ad Deum, Deo fideiussore portantur.* Vbi Deus fideiussor est, nihil timendum est. Attamen ego nihilominus à Misericordia quasi cauendum fore suspicarer, (si id fieri posset.) Ideóne satagit, vt apud se in cœlis deponatur tuus thesaurus, vt plus habeat quod expendat Dei liberalitas? Audi piam Chrysologi suspicionem, *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientē in cœlis. Sed si times, ne quid inde presumat, ne quid inde dispergat pietas largitoris signa, &c.* Peracutè Chrysologus quasi suspicax est liberalitate, ne à quid inde piè elargiatur Dei munificentia? Num tam sollicitâ cūrâ satagebat, vt apud se deponeretur in cœlis thesaurus hominum, vt ad manum haberet quod sumeret, & largitionibus piè insumeret diuina largitas? Ac si non sufficeret (loquitur Chrysologus de Deo, more humano, nostróque modo concipiendi, & possidendi,) totus Omnipotentiæ thesaurus, aliena, quæ expendat, ingeniosè perquirit! Pulchra profectò hyperbole, & quæ Dei liberalitatem magnificè exaggerat. Benè ergo docent hic v. 11. Bethulienses de liberalitate Dei piè *præsumendum* Nam quamvis infinita sit Dei Omnipotentia, & liberalitas, & tot tantisque largitionibus quasi exhausta foret, de diuina Misericordia *præsumendum* adhuc esset. Tam ingeniosè munifica est diuina pietas! Vix potest apud homines, nisi per hyperbolas, explicari diuina munificentia, de qua hic pij Bethulienses censent, esse *præsumendum.*

Luc.

Timendum ne est, ne diuina largitas rem nostram expendat?

Chrysolog. serm. 7.

Chrysolog. serm. 23.

Iudith.

R. P. Didac. de Celada in Iudith.

§. XV.

An Oratio nostra faustum augurium Deo sit?

60. SI quod magnum Orationis elogium, non dico inuenire apud Sanctos Patres, æquos precum æstimatores, & laudatores eximios; sed vel mente excogitare liceret; illud in primis celebre est, quod Tertul. sic scripsit: *Quidquid nobis optamus, in Deum auguramur.* Id est, nostra oratio quasi bonum Deo omen est, & ferè augurium felicissimum, portendēs Deo prosperitates augustiores. Augusta profectò orationis laus, & fide maior. Porrò augurium est signum desideria nostra felicitans certâ spe adipiscēdi cupitam aliquam felicitatem est: prognosticon dans vigorem fiduciæ consequendi rem desideratā. At Deus qui sibi sufficiens est, cui nihil deest, qui de se cumulatus est omni bono, & omni felicitate exuberat, quia se ipso plenus est, quodnam augurium potest captare, quod illi faustum quid portēdat? Deum planè negat, qui auguriis felicitari, aut augeri prædicat. Nisi forte fingas Deum, aut indigum, aut superstitiosum. Vereor ne orationis encomium, dedecus existat diuinitatis. Ad hæc, etsi Deus prosperum quid ex auguriis posset captare, difficile est orationem nostram faustè ominari Deo, Quodnam emolumentum auguraretur sibi Deus ex humanis precibus? Quid faustum Deo portenderet oratio nostra? Nobis quidem oratio bonum omen est, cuncta prospera pollicens, non Deo. Nisi fortè nostra felicitas, quæ oratione portenditur, vsque eo chara Deo est, & pretiosa, vt quidquid hominibus fausta ominatur, faustum ipsi Deo augurium sit. Aut quia nostra oratio adeò certissime beneficia impetrat, vt ominetur Deo ostensionem nobilium attributorum, nempe clementiæ, & misericordiæ, quæ largitionibus maximè publicantur. Siue certè quoniam preces nostræ alliciunt munificentiam diuinam, cuius opere nimium deliciatur Deus, & largiendo apud homines nobilitatur egregiè. Verùm enimverò plus audent Tertulliani verba, & nostræ orationis augurium augustioris felicitatis prognosticon Deo videtur. Lectorem cupio intentum ad ea, quæ subiicio.

Oratio humana Deo augurium esse dicitur. Tertul. l. de Orat. c. 5.

61. Baptista Ioannes orare docuerat discipulos suos; quo audito, Christi discipuli diuinū Magistrum adeunt, dicentes, Luc. & Matth. *Doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos* Nimirum discipul. Christum prouocant æmulatione Ioannis, vt sublimioris orationis formulam ipsi & toti Ecclesiæ tradat, & ait illis: *Cum oratis dicite, Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum aduenjat regnum tuum, fiat voluntas tua.* Sic Deum orabitis: O vtinam sanctum sit nomen tuum, & perpetuò regnes, & voluntas tua efficax sit ad efficiendum quidquid velis! Egregia profectò orandi forma Scilicet homo laboribus natus ærumnis innutritus, calamitatibus obrutus, quam vnam habet tot malorum medicinam, nempe orationem, ad tot miseriarum remedium, ad id imprimis diriget; non vt impetret bona sibi, & auertat mala; (quod negotium propriæ orationis est) sed vt postulet à Deo bona, & planè bona Deo necessaria, & quæ illi deesse non possunt. Quod notauit S. Nyssen. inquiens: *Sanctificetur nomen tuum. Si enim hoc à me non dicatur, nunquid fieri potest, vt nomen Dei sanctum non sit? Adueniat regnum tuum. Nunquid nunc Regem fieri vult vniuersi Regem,*

Luc. 11. 2. Matth. 6. 12. *Christus vult habere titulo orationis nostræ, bona quæ necessariò possidet.*

Nyssen. in horum verborum expositione.

Q 2 qui

Digitized by Google

qui semper est quod est? Sic verba Nysseni ex Græco originali exscribit Cerda ad librum Tertulliani de Oratione. Enim verò Dei nomen factum de se est; nihil enim Dei nequit non esse sanctissimum. Item Deus à natura suâ Rex est, cui æternat regnum necessariò. Ad hæc, voluntas Dei eius est Omnipotentia, (vt summates Theologorum adstruunt) ergo nequit non fieri; nisi fortè diuina omnipotentia infirma esset, & imbecilla, nec omnia, quæcumque voluit, fecit in cœlo, & in terra. Ergo inanis est oratio nostra, vt quæ postulat ipsi Deo attribuia, quæ Deo deesse non possunt. Et tamen à Christo Domino istiusmodi oratio dictata est, & sic suppliciter adoranda, & in dies identidem iteranda. Planè hîc de oratione sublime quid, & arcanum fortè prædicatur à Christo. Videlicet gaudet Deus quodammodò velut habere ab oratione nostra, quæ sibi essentialiter insunt tributa? & quod à se, & ab essentia sua habet necessariò, gaudet etiam quasi habere ab omnipotentia precaria orationis humanæ? (Sic fari liceat pro modulo nostros res diuinas concipiendi, qui nisi per hyperboles vix capit res Dei.) Porrò nostra oratio, supplex quædam omnipotentia est, omnia potens, quæ ritè rogat iuxta illud Marci 11. v. 24. *Quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis.* Vnde tota Dei omnipotentia arbitrio eiusmodi orationis, flectitur. Igitur gaudet Deus ex mente Nysseni quòd nostra oratio postulet sua attributa sibi inesse, vt etiam hoc nomine illa habere videatur? Neque si à supplici omnipotentiâ orationis attributa sua hoc titulo veluti possideat; inde fiet quod ab alio ipsamet habeat. Quia vt belle Venantius Fortunatus, fortunatè hanc rem versans, ait: *Adveniat regnum tuum. Hac ratione precatur, vt eius regnum adveniat, non, vt ipse quod possidet, hoc acquirat. Non vt illi aliunde adueniat, id est, vt ei regnum præstetur à superiori persona.* Petitur fortassis oratione, non vt sua attributa habeat Deus superiori persona, (quis Deo superior?) sed vt eadem, quæ necessariò habet, alio quasi titulo habeat à precaria omnipotentiâ Orationis? Ergo oratio nostra sic faustum *augurium* Deo est?

Ecclus. 62. *Marc.* *Venant. Fortun.*

63. Sic explico illud Psalm. 2. v. 8. Vbi Pater æternus inquit Christo Domino: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Paterne Deus vsque eò tenax est bonorum, vt nolit dare Christo suo bona, quæ ipsiusmet Christi sunt, nisi priùs eadem postulet? Dicit *hæreditatem tuam,* & hortatur vt postulet? Postula à me hæreditatem tuam. Difficultatem hanc notarunt Titelmannus & Genebrardus ibi: & quidem Pater æternus non videtur admodum se ostendere liberalem in Christum, qui alioqui valde munificus in alios solet esse. Graue enim est, vt oratione mereatur Christus, quod antequam petatur, Christi hæreditatem esse fatetur Pater. Verùm æternus Pater filij sui amantissimus, vult vt hæreditatem, quæ Christi est per naturam, faciat etiam suam per orationem, & impetrationem. Et quod possideat hæreditatem propriam, scilicet imperium in gentes, non tantùm titulo diuinitatis, sed etiam quasi titulo orationis. O magnum Orationis elogium! Quasi decus esset Christi, non tantum hæreditatem suam habere diuinitatis nomine, sed etiam orationis titulo: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Hunc nouum titulum *augurator* Christo Deo nostra oratio? Egregiène dixit Tertul. quod Oratio nostra faustum augurium Deo est? Quid exaggeratius pro oratione? Bene ergo hîc v. 15. de illa *præsumunt* Bethulienses.

Psalm. Christus cur postulat à Patre quod suum est? Titelm. Genebr.

§. XVI.

Hominum malitia vltra proprias vires impotenter audet.

64. Felix olim natura hominum à primæuo delicto miserè infelicitata est. Adhuc noua, & in materno vtero recens senescit ad virtutum: & quantumuis senex & effœta iuuenescit ad vitium, in vigore iuuentæ languet ad probitatem: in languore senectæ viget ad improbitatem: & in omni ætate sentit animus corporis iniuriam, & carnis contagium. Natura enim nostra, quæ manca & debilis est ad bonum, semper vegeta, sempérque potentissima est ad delinquendum. Quin & impotenter temeraria supra vires audet, ac si supra potentiam posset. *Atqui si nolim quicquid non posse me scio, gaudeo* dixit sapienter Seneca. Nempe gratulandum est homini, quòd non audeat temerariè vltra id, quod potest; ac si à sua imbecillitate mutuet audaciam ad delinquendi temeritatem, atque peruersè possit supra id, quod potest. Ite iubet in hanc cogitationem, Iobi locus, vt mysteriorum grauidus, sic non vnicâ parturitione contentus, sed post multas portiones (quas infrà dabo) adhuc fertilis.

Malitia audet supra id quod potest. Seneca. epist. 16.

65. Iobi 38. v. 10. ait Deus, *Circumdedi mare terminis meis & posui vectem, & ostia; & dixi: vsque huc venies, & non procedes ampliùs, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* His verbis præceptum imponi pelago, ne vltra littoris terminos effluat, & violentâ eluuione obruat terras, ferè conuenit inter expositores Bibliorum. Quid tradit acutè Basilius Seleuciensis: *Post Deus nudat aquis terra dorsa, quibusdam velut in cellis mare concludens, dum imperio in abyssum vtitur pro claustro.* Et statim subdit, *Fertur illud quidem fluctibus altè elatum, vbi verò terminos attigerit, reuertit refugitque, & Domini vocem, littoribus inscriptam, eum intuitum fuerit, curuatis fluctibus termini positorem adorat.* Verùm probabilior philosophia (cui olim subscripsi,) docet, mare naturaliter contineri intra vastas, quas nunc occupat, cauitates, ibíque à naturâ suâ stagnare, nullâque appetentia instigari, vt supra terras violentè peregrinetur. Quod cùm ita sit, statim oboritur dubium planè argutum: quare Deus ligauerit mare Diuino imperio, ne prolabatur in terras; siquidem in loco, quem modo tenet, naturaliter iacet, & velut in centro quiescit: imò nisi violentè, inde extrahi non potest, & non nisi extranea vi. Aptène imperaretur vallestri fonticulo, ne conscendat ad præalta montium cacumina? aut reptilibus, ne auium more per aëra volitent? Hoc naturæ pondus naturaliter vetat, non præceptum, ad id supernacaneum, aut fortè ridicularium. Quid ergo Deus *imperio in abyssum vtitur?* Cur imperiosè dicitur pelago: *Huc accedes, & hîc confringes tumentes fluctus tuos?* Profectò etiam nemine iubente terminos illos egredi neque vellet, neque etiamsi vellet, cum cum vltra proprium centrum, nullum agens naturale sponte fertur. Verum mare immanis bellua est, effera, turbulenta, & crudelis, & insignis peccatoris symbolum mysticè exprimens, vt opportunè aduertit S. Nazianzenus orat. in laudem Basilij. Æquum ergo fuit vt belluæ flagitiosissimis moribus perditissimæ imponatur præceptum, ne conetur vltra id quod potest. Neque enim flagitiosior malitia continetur intra suæ sphæræ cancellos, sed vltra id quod potest irrumpere, intentans temerariè supra

Iob. *Basil. Seleuc. orat. 1.* *Peccator temere audet supra vires.* *Nazianz.*

supra vires audet,& conatur vltra potentiam. Vnde vt Maris audacissimam temeritatem reprimat Deus,illi imperat ne prolabatur vltra id quod potest, *Et legem ponebat aquis ne transirent fines suos.* Prouerb. 8.vers.29.

Prouerb.

66. Matthæi 7.v.23. Inducitur Christus in extremo iudicio terram iudicans. Adsunt prædestinati beatitudine munerandi; adsunt & reprobi ad gehennam damnandi. Quibus seuerissimè dicet Christus Deus: *Discedite à me qui operamini iniquitatem.* Quare dicitur reprobis in die iudicij: *Qui operamini iniquitatem*, quam tunc iam non operantur, cùm materia desit operandi delicta? Sapienter S. Hieronymus ibi, *Non dixit operati estis iniquitatem,sed qui operamini, id est, qui vsque in præsentem horam, cùm iudicij tempus aduenerit, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum.* Scilicet reprobi vsque adeò temerariè audent peccare, vt adhuc quando rei sistuntur in tremendo vltimi Iudicij tribunali, etiam in conspectu Iudicis seuerissimi, etsi ferè *non habeant facultatem peccandi*, tamen dicuntur *operari iniquitatem*, *non operatos fuisse.* Quasi adhuc tunc supra facultatem audeant, hoc est, temerario ausu vltra vires intentent, & conentur posse supra id, quod possunt: & vbi peccandi materia deest, non desit impudens audacia, & temerarius conatus ad delinquendum. Vnde etsi materia non suppetit operandi iniquitatem, dicitur illis: *discedite à me, qui operamini iniquitatem.*

Matth. *Cùm desit peccandi materia homo audet peccare.*

Hieron.

67. Spiritus illi nequam, sicut anteeunt homines naturæ excellentia ad delinquendum. *Promptuarium malitiæ* appellantur Dæmones à S. Basilio, homil.de Inuidia. Eleganter Tertullianus, describit Dæmonum vires ad malum, aiens: *Operatio eorum est hominis euersio,sic malitia spiritualis à primordio auspicata est in hominis exitium.Itaque corporibus quidem valetudines infligunt, & aliquos casus acerbos; animæ verò repentinos,& extraordinarios per vim excessus. Suppetit illis ad vtramque substantiam hominis adeundam subtilitas, & tenuitas sua. Multum spiritualibus viribus licet,vt inuisibiles,& insensibiles, in effectu,potius quam in actu suo appareant.Si poma,si fruges in flore præcipitet,in germine exanimat,in pubertate conuulnerat, ac si cæca ratione tentatus aer,pestilentes haustus suos offundit. Eadem igitur obscuritate contagionis adspiratio Dæmonum mentis quoque corruptelas agit furoribus, & amentiis fœdis, ac sæuis libidinibus, cum erroribus variis. Omnis spiritus ales est. Hoc & Dæmones: Igitur momento vbique sunt. Totus orbis illis locus vnus est. Quid vbique geratur tam facilè sciunt, quàm enunciant.Velocitas diuinitas creditur, quia substantia ignoratur.* Pergit prolixè recensens Dæmonum technas, præstigiarum dolos, & potentiam malitiæ. O temerariè potentissimam Diabolorum audaciam! Aduerte tunc quid de Iuliano apostata, homine flagitiosissimo dicat S Nazianzenus, *Nec verò supremum bellum extimescens, nec bellum illum aduersus Ecclesias excitatam, Spiritus impuri supplementum.* Audis criminosissimum hominem dici *Supplementum* Dæmonis? Animosè exaggerat Nazianzenus nequissimi hominis malitiam. Nimirum nequam homo appellatur Diaboli *supplementum*, quasi suppleat vices spiritualis nequitiæ; & quod non præstitit Diabolus,præstet homo flagitiosus; sic audet supra potentiam, sic potest vltra vires, vt Dæmonum æmulus, Diabolorum sit supplementum, Dæmonum ministeria supplens, & fortè malitiosè intentan, quæ Dæmonis temeritas non præsumit. Sic vltra vires audet hominum malitia, vt vel Diabolicam nequitiam supplere præsumat, supra humanam potentiam impotenter potentem. Sic Deo deuoti Bethulienses hic cap.6. v.15. aiunt: homines *Præsumentes de se* à Deo deiici, & reprobari. Porrò audax est malitia, & de se, & de suis viribus præsumit supra id quod potest: nam præsumptio vltra vires audet. Vnde Holofernes intentat hic, v.13. *Omnes Deos terræ exterminare, vt solus Nabuchodonosor dicatur Deus.* Tantùm audet hominum temeritas!

Basil. Tertullian. Apolog.cap. 22.

Malitia Dæmonum describitur.

68. Nazianz. orat. 1.

Homo nequã dicitur supplementum Dæmonis.

Iudith.

§. XVII.

Homo insipiens, rudis, & fatuus arrogantiùs superbit ob ventosissimam ambitionis phantasiam.

INsipiens specie duntaxat à brutis videtur differre;forma hominis mentitur mentem, ignorantia prodit pecuinam ferè animam. Porrò insipientia est diuersorium vitiorum, altrix temeritatis, & superbiæ fomes. Nam ipsipiens non tantùm ignorat scientiam, sed nescit ignorantiam. Sat scit, qui se multa nescire non ignorat. Portio quædam scientiæ est,non ignorata insipientia. Sapienter ait Philo: *Certè admodum doctos aiunt accusare suam magnam ignorantiam. Ex his vos olim vsque ad miraculum sapiens, dicere solebat, homines meritò ipsum mirari, qui hoc tantùm sciret, scire se nihil.* Profectò sapienter desipit, qui scit se plura ignorare: & aliquando docta ignorantia *desipuisse prudentia est*, verba sunt S. Chrysologi. Tuta, prudens, & sapiens est eiusmodi ignoratio. *Qui reuelabit, quod Deus texit? Vnde sciendum est? Vnde & ignorare tutissimum est: præstat per Deum nescire, quàm per hominem scire,quia ipse præsum sit*, ait Tertullianus. Huic doctissimæ insipientiæ pertinaciter studuerunt proceres Christianæ sapientiæ. Apostoli inquam,Ioannis 14 v.4. Vbi ait Christus Discipulis, *Quo ego vado scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas. Domine nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire?* Argutè expendit S.August.hæc verba, *Vtrumque illos Dominus dixerat scire; vtrumque dicit iste nescire. Sed nescit ille mentiri: ergo isti sciebant,& se scire nesciebant.Conuincit ergo eos hoc scire.* Sæpe vidimus insipientes pertinaciter contendere, sapientiam, qua carent,ostentare, vt ipsi videantur scioli.Verùm magni Ecclesiæ Doctores constantissimè insipientiam ostentare intentant, quò insipiẽtes videantur.Nescit Thomas se scire, quod dicẽte Christo scit,mauult enim sapienter ignorare,quam insipienter scire. Docta insipientia pollent, quia sciunt suum nescire:& ab hac insipientia sapientiores euadunt prudentiores, humiliores. Stude huic doctæ insipientiæ,vt verè sapiens sis.

69. *Sapiens scit se nescire.*

Philo lib. de Plan.Noë.

Chrysol. serm 62.

Tertul.l.de anima c.1. Ioan.

Aug. Tract. 69. in Ioan.

Cæterum vera, & mera insipientia, ventosissima est, quia præsumit scire quod nescit. Vnde scioli contumeliosi sunt in sapientiores. *Hi autem quæcunque ignorant, blasphemant.* Iudæ v.10. *Non idcirco eruditio contemnenda*, (ait S. Nazianzenus orat.in laudem Basilij Magni) *quod ità quibusdam videatur: quin potius stulti,ac imperiti habendi sunt, quia hoc existimant. Qui omnes sui similes esse cupiunt, vt priuata eorum inscitia sub communi delitescat: nec quisquam ipsorum imperitiam prodat, & coarguat.* Audis artificium imperitiæ, ad hoc solum acuta, & ingeniosè, vt ingeniosa, & acuta appareat? ad cætera hebes, & bruta est,sed ingeniosè ambitiosa Genes. 1. v. 3. *Dixitque Deus: Fiat lux;*

70. Iudæ. *Arrogantia ignorantium* Nazianz.

Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris. Quid opus fuit Dei consilio, & manu ad segregandam lucem à tenebris, quæ nec diuina vi potuissent esse simul. Hinc Theologi per lucem intelligunt sapientiæ lumen, per tenebras, ignorantiæ caliginem. Sapientiam autem necesse fuit diuelli ab insipientia. *Alioquin* (ait Philo) *propter vicinitatem inductura erant confusionem, contentionibus de principatu mutuis, pertinaci ambitione luctam appetentia.* Scilicet ignorantia pertinaci ambitione præsumit principatum disciplinarum, & vanissimè ambit primatum in omni litteratura, & primum locum in scholis eruditionis. *Quàm sapiens argumentatrix sibi videtur Ignorantia humana?* inquit Tertullianus. Nempe Insipientia arroganter ambit principatum eruditionis: ait enim Philo, *Arrogantiam cognatam ruditati, & ignorantia.* Quid insolentius quàm quod despicatissima, & abiectissima ignorantia tam arroganter ambiat in re doctrinæ, & eruditionis? Sed planè elatior arrogantia agnata est ruditati, & ignorantiæ, & innatum insipientiæ vitium. Nescius enim, etiam se nihil scire nescit: qui verò nescit se ignorare, multa scire præsumit: hinc arroganter effertur, & insolentiùs superbit.

Philo lib. de Mundi Op.
Tertul. lib. de Idolol. cap. 1.
Philo lib. 2. legis Alleg.

71. Clem. Alex. l. 2. strom. *Ignorantia est phantasia præsumptionis.*

Clemens Alex. luculenter definit Ignorantiam, sic scribens: *Ignorantia est phantasia cedens, quæ dimoueri potest à ratione.* Quid ignorantiæ cum phantasia? quid insipientiæ cum ambitione? quid ruditati cum arrogantia? Ego quidem existimabam ignorantiam esse fatuam insipientiam, & brutam ruditatem; & tamen hîc Ignorantia dicitur, arroganter ambitiosa phantasia. Hispanè, *La ambicion y arrogancia es phantasia de la ignorancia.* Mirum non est, quòd scientia inflet. Naturaliter enim homo turget à scientia, sapiens enim, quasi magis homo sit, quia rationalior, & vocalior, supra cæteros extollit sese, & tumet angustiori sapientiæ bono præditus. Sed heu! non tam hodie tumet sapiens, & litteratus, quàm insipiens, & idiota! Arrogantia insipienti agnata est, & ambitio ignorantis elogium: quia ignorantia phantasiæ licentia sibi liberè affingit sapientiæ merita, ob quæ arroganter effertur: nam *arrogantia cognata est ruditati, & insipientia: vnde ignorantia phantasia est.* De bruta insipientia huius Nabuchodonosoris multa sparsim legere licet in Herodoto lib. 7. At hic ipse pecuina insipientia fatuus, sic arroganter turgebat, ita *cor eius eleuatum est*, vt dicitur hîc cap. 1. vers. 7. vt sibi soli arrogauerit diuinitatis attributa. Vnde tota Assyriæ potentia conatus est *vt ipse solus diceretur Deus*, cap. 3. vers. 13. O insanam fatui hominis arrogantiam! ô ventosissimam ambitionis phantasiam! Hic, hic inquam, & sui, dicuntur *Præsumentes de se.* Quis enim nisi insanus, & fatuus de se præsumat? arrogantia enim, & præsumptio agnata est ruditati.

Iudith.

---

§. XVIII.

Commentarius litteræ.

Vers. 16. Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa, consolati sunt Achior

Vers. 17. Dicentes: Deus Patrum nostrorum, cuius tu virtutem prædicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem, vt eorum magis tu interitum videas.

Vers. 18. Cùm verò Dominus Deus noster dederit hanc libertatem seruis suis, sit & tecum Deus in medio nostri: vt sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerseris nobiscum.

Vers. 19. Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in domum suam, & fecit ei cœnam magnam.

Vers. 20. Et vocatis omnibus presbyteris, simul expleto ieiunio refecerunt.

Vers. 21. Postea verò conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt, petentes auxilium à Deo Israël.

Vers. 16. 17. & 18.

Finito itaque fletu, &c. Finita oratione, Israëlitæ consolati sunt Achiorem (Græcus textus addit: *Et laudauerunt eum valde*), spe diuini auxilij, quo freti animosè præsumunt in sua ipsorum capita vertendas strages, quas minitantur Assyrij, fausta rerum vicissitudine. Et tunc, inquiunt, si placuerit suscipere nostram religionem, erit tibi habitanti in medio nostri, noster Deus, Deus etiam tuus. Nemo enim tenebatur olim suscipere Mosaïcæ legis cæremonias; quod si fortè vellet, prius circumcidi tenebatur, Exodi 12. *In medio nostri*, id est, inter nos. Sic passim in Bibliis, Genes. 1. v. 9. & c. 3. v. 3. & 8. & cap. 18. v. 26. & c. 23. v. 10. 72.

Exod. Genes.

Vers. 19. 20. 21. Cœna magna.

Finito consilio, quô actum fuit à Bethuliensium senatu, quid consulto opus esset in tanto rerum discrimine, Ozias Bethuliæ princeps excepit Achiorem in domum suam. Nam Achior Ammonitarum præfectura nobilis, suscipiendus erat in prænobili principis Oziæ domo. Non quidem vinctus, aut custodia septus; sed tamen aliquantulum obseruatus, & semper plurium oculis detentus, vt obseruat Tirinus: Ibique lauta cœna ipsi apparata est. Et quidem quoniam iam apparuerat stella, per totam diē oratione completa, acciti sunt presbyteri, qui simul cœnarent. Dicitur *cœna magna* instructa ad Achiorem opiparè cibandum, vel vt Saliano placet, dicitur magna, quia plures ad illā *vocati sunt*, non quia splendida: neque enim tanta Bethuliensibus suppetebat annona, nec obsidionis agonia permittebat tractare gulæ delicias. Et licèt honorabiliores presbyteri vna cœnauerint, verosimile est aliter refectos, etsi eadem mensa vsi sunt. Nam planè constat Iudæos tunc ieiunasse; dicitur enim; *Ieiunio expleto.* Item vulgare est, austerum fuisse ieiunium Hebræorum. Quod asserit Suetonius in Augusto, c. 76. & Tertullianus lib. 5. contra Marc. cap. 4. Adiri potest Mendoza lib. 1. Reg. cap. 7. ad v. 6. vbi explicat hunc Iudithæ locum. Sat hæc, ad præsens institutum. An verò hæc sit *cœna pura*, & quæ illa sit? Legatur Baron. tom. 1. Annalium sub anno 34. §. 154. Vasquez 3. p. d. 172. à n. 72. Sanct. hîc à n. 10. *Refecerunt*, nempe Achiorem, & se ipsos.

Tirin.
Salian.
Sueton. in August. Tertul. Mendoza.
Baron. Vazq. Sanct.

Vsque eò frugaliter cœnatum est, vt minimè impeditum sit orationis studium; nam mox conuocatus est omnis populus ad sacram peruigilationem, ad quam conuenerunt omnes, vt erant solliciti, & anxij de periculo. Hæ peruigiliæ diu in Ecclesia durarunt; exciderunt iam, secus ieiunia in eiusmodi peruigiliis. Plura qui volet de istiusmodi peruigilationibus adeat Bellarmin. lib. 3. de cult. sanct. c. vlt. Baron. tom. 1. Annal. Serar. q. 4. & Sanct. n. 13. qui alios etiam allegant.

Bellarm. Baron. Serar. Sanct.

Fusè

Digitized by Google

Fusè tractat Serarius quæst. 4. & Salianus n.46. an parum cauti fuerint Bethulienses in audiendo, credendóque Achiore, qui oriundus erat ex gente inimicâ Iudæorum, & iam militabat Holoferni, acerbissimo hosti Hebrææ gentis. Hi iure decernunt nullâ temeritatis notâ notandos Bethulienses. Quia Achior sincerè, & candidè videbatur loqui: quia Achioris probitas nota erat finitimis: quia verosimilia referebat: quia nihil intererat hominem humaniter excipere, & in gratia in suo constituere. Nam etsi eius orationi adhibuêre fidem, non tamen se, ac suam rempublicam illi commiserunt, vt alij populi impostoribus: Troës, Sinoni; Gabini, filij Tarquinij; Zopyro, Babylonij; Iosue, Gabaonitis; Simon Machabæus cum filiis suis, filio Abobi, 1.Machab.16.v.15.

Machab.

§. XIX.

Viro probo ferè non est consolanda iniuria, sed insultanda; cui gratulandum est de calamitate.

74. Achior vir erat genere nobilis, munere Princeps, peritiâ strenuus robore vegetus, virtute inclytus, & de populo Dei, etsi Gentilis ipse, in paucis benè meritus. Multa ob prædicationem veri Dei, passus fuit ab Holoferne, Holofernisque satellitibus. Demùm vinctis mittitur in Bethuliam, vt in carcerem, vt in Bethuliæ expugnatione acerbiores subeat pœnas, ipsâ morte atrociores. Achior benignè, & alloquio, & hospitio exceptus est à Bethuliensibus, qui eum blanditiis demulcebant, vt recrearent hominem ab agoniâ, quâ æstuabat. Dicitur enim hîc, vers. 16. Et *consolati sunt Achior*. Sed vereor ne istiusmodi consolatio, etsi in grauissima calamitate, contumelia Achioris sit; & probrum Constantiæ tanti viri; qui *blanditiis deridetur*. Verba sunt Tertulliani. Nam vir fortis, & constantiâ pollens, in laboribus indigus consolationis non est: consolamur enim cadentem animum, & consternatum, qui impar calamitati, illam sustinendo non est; cui planè succumbit, aut succumbendi metus est. Virtus siquidem robusta, & vegeta, quamuis grauissima ingruant pericula, non ita cadit animo, vt egeat consolatoris adiumento. Consolatio enim (si penitus rem inspicias) exprobratio virtutis est, non ærumnæ solamen. Vnde Iob 16.v.1. vbi ipse dicit ad amicos: *Consolatores onerosi omnes vos estis*. Chaldaicè scribitur: *Consolatores laboris*. Quasi idem sit: *Consolator laboris*, & *Onerosus consolator*. Nam consolatio dissimulanter animum indicat consternatum: vnde tacitè dehonestat afflictum hominem, & eum pusillanimitatis condemnat. Quippè vt strenuus, *Etiam de ipsis doloris sui solatiis timet*, vt ait Seneca. Nam vt bellè dixit Ennodius: *Remediis suis animus ægrescit affecti*.

Consolatio irrisio est.

Iudith. Tertull. l. de carne Christi, cap. 4.

Iob. *Timendum à consolatione.*

Seneca de Consol. ad Polyb. c. 12. Ennod. l. 6. epist. 7.

75. Lucæ 22. versu 43. Orauit Christus præ agoniâ, Passioni proximus. Tunc *apparuit Angelus de cœlo confortans eum, & factus in agoniâ prolixius orabat: & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*. Angelúsne is est, qui confortare possit Christum Deum? Quam rationem potuit Angelus Christo proponere, quam ipse viuaciùs non penetrarit? Quâ sui laude demulceretur humillimus Iesus? Imò quam laudem Angelus decantaret, quæ Christum lateret? Et sanè Angelus inaniter Christum confortasse videtur: siquidem post confortationem, *Factus in agoniâ, factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram*. Hæc ne consolatio mulcens, an afflictio fatigans? planè consolatione agonizare videtur Christus. Valde expositores angit huius loci difficultas, vnde olim ab Euangeliis abrasam fuisse hanc periodum, testatur S. Hilarius, lib. 10. de Trinitate. Sapientissimè docet magnus ille Theologus Suarez, tom. 1. in 3. part. disputat 10. in Commentario, art. 4. q. 12. vbi allegat S. Thomam ibi, Bedam ad Lucæ 22. S. Hieronymum in Diabolo 2. contra Pelagianos, S. Cyrillum Alex epist. 9. S. Damascenum lib. 3. de fide, cap. 20. S. Bernardum serm. 1. de S. Andrea, qui docent Angelum confortatoria verba dixisse, non tamen Christum de facto consolatum fuisse; siquidem qui ante consolationem etsi tristis erat, in agonia non erat; post consolationem factus in agoniâ est. Quænam fuerint hæc consolatoria verba, quæ dixit Angelus Christo, faciliùs in aliis impugno; quàm hîc decerno: & ad rem meam non spectat, dum planè constet Christum post consolationem adeò tristatum fuisse, vt cœperit agonizare. Id vnum scio, nempe consolationem non attulisse leuamen, sed fortè auctam tristitiam à consolatione, cùm mox cœperit tristior agonia vsque ad sanguinis sudorem. Quod pulchrè exaggerauit Beda ibi, aiens: *Creator creatura sua non eguit præsidio; sed homo factus, sicut propter nos tristis est; ita propter nos confortatur*. Nempe inter cætera Passionis cruciamenta hanc confortationem recenset Beda. Cuius rationem reddit S. Cyrillus Alexandrinus, inquiens: *Timiditatem Christi tempore Passionis declaratam*: Angelo confortante. Attestatur S. Hilarius. Itaque Christus in acerbissimâ Passione, quam sustinuit propter homines, ab omnibus creaturis aliquid passus est. Ab Apostolo proditur, ab amicis deseritur, ab inimicis cruciatur. Matris grauissimus dolor, dolores auxit Christi. A Patre Deo, quodammodò relinquitur quod ipse graui querimoniâ non tacuit. Tantùm à cœlo, & Angelis nihil patitur? Patitur quidem consolationem: ne aliquis sit, à quo non patiatur aliquid Christus patiens. Non quòd Angelus Christum consolando deliquerit: sicut nec pia Mater eum compassione torquendo; nec Pater Deus Christum suum in passione relinquendo. Hic enim fastus patiendi est: nempè pati ab innoxiis. Tantùm id ratum sit, verba consolatoria Angeli Christum adeò grauiter tulisse, vt post consolationem, factus fuerit in agoniâ, & inaudito naturæ prodigio sanguinem sudarit. Porrò nemo est vir fortis, qui de ipsis suis solatiis non timeat: nam homo qui alium piè consolatur, piè & tacitè dehonestare videtur viri consolandi fortitudinem, vtpote consolationis indignam. Iure ergo recenset Beda inter Passionis tormenta, Angeli consolationem, etsi piam.

Vasq. 1 part. disp. 56. c. 1.

Hilarius. Suarez. S. Thom. Beda. Hieronym. Cyrill. Damascen. Bernard. *Christus consolatus magis tristatur.*

Beda.

Cyrill. Alex. epist. 9. Hilar. l. 10. de Trinit.

76. Socrates vir sapiens, & fortis, corpore squalebat in carcere, sed animus nitebat constantiâ. Damnatus iam erat ad sæuam mortem. O quàm fœda & indecora crimina, bone Deus! iure, an iniuria damnatus sit, decernant alij. Athæus dicebatur, cinædus audiebat, & ingenuæ iuuentutis corruptor. Cuius famam non fœdarent tam infanda crimina? Cuius constantiam non concuteret tam sæua pœna? Cuius mentem non labefactaret haurienda iam veneno mors? Aderat in carcere discipulorum grex, necessariorum populus, amicorum sacellitium, vxori iam iam vidua, filij mox pupilli: vita, & honos simul tunc periclitabantur. Altè aduertit Tertullianus: *Quid enim aliud saperet vir quidem iniuria damnatus, præter iniuria solamen?* Quippe

Tertull. de An. cap. 1.

Digitized by Google

vnicum solatium solet esse iniustè damnatis, si eorum innocentia prædicetur. Nempe inuitiare fidem testium, iudicum sæuitiam publicare, appellare Deum iniuriæ assertorem, & vindicem, compati ærumnis, collacrymari: hoc aliqualis solatij loco solet computari à damnato reo. Præsertim si reus damnatus inani gloria turgeat: nam superbus sic fœdè damnatus, infrendeat necesse est ad memoriam infamis supplicij; quantò magis si illi supplicium probro detur? Vnde addit: *Necdum Philosophus gloriæ animal.* Id est, quilibet reus nil sapit, nil nisi grauatè audit, præter iniuriæ solamen: id præcipuè aptaret Philosophus & vanissimus, & ventosissimus. Aduerte quæso, & suspice verba, quæ subiunxit Tertullianus: *Cui (Socrati) nec consolanda est iniuria, sed insultanda.* Scilicet tacebant adstantes Socrati damnato, nec consolatione demulcebant ærumnas tanti Philosophi iniuria damnati. Socratem si consolarentur, potiùs iniuriâ affecissent: nam placida tunc & tranquilla erat mente Socrates, non turbata, non consternata. Ergo consolatio illi foret exprobratio pauidi animi: qui etiam tunc tanta constantia erat vegetus, vt si Socrati *insultarent*: id est, probro darent aut fœda crimina, ob quæ patiebatur, aut dira supplicia, quæ passurus erat, intrepidus, & imperterritus subsisteret placido, & tranquillo animo. Porrò si consolaretur ab amicis, notaretur pauidæ, & consternatæ mentis: si illi insultarent amici, tunc Socrates ostentaret animum impauidum, constantem, flectinescium, & tam in virtute robustum, vt nec iniusto iudici, nec sæuis supplicijs, nec decori, nec amicorum insultibus cederet. Ergo Socrati, id est, viro probro, *non est consolanda iniuria, sed exprobranda.* Nam consolatio arguit pusillum animum; insultatio autem publicaret augustiorem animi virtutem. Pulchrè ad hanc rem Hildebertus. Eximia virtus *Docet vti submissè prosperis, aduersis insultanter: biformes euentus vniformi constantia superare.* Parum hoc foret nisi addidisset Tertullianus de eodem Socrate tot angustiis, & ærumnis oppresso: *Iam de gratulatione respondemus.* Nempe gratulabantur Socrati, quod in eas angustias redactus esset, vt posset Orbi ostentare suam in rebus aduersissimis singularem constantiam. Itaque non modò in fœda calamitate non consolantur Socratem, imò gratulantur. Quid illustrius ad hanc rem? Hac super re legi potest Nazianzenus Oratione 27.

Viro probo nō est solanda iniuria, sed insultanda.

Tertul.

Hildebert. epist. 56.

Tertul l. de Anima, c. 4.

Nazianz.

§. XX.

Pia hominis miseratio, patienti grauior sæpè est miseriæ exaggeratio.

77 INsita mortalibus natura est grauiter aliorum felicitatem ferre: & si quem videt sibi prosperè antelatum, exasperatur: hinc æmulatio, & odia. Tametsi sunt plures, qui odia hæc ament, & miserum illum putent, qui nihil habeat inuidendum. Hinc votum illud viri magni pro amico, apud Carolum Scriban. *Deum rogo, vt quicumque non sustinent te diligere pronectum, medullitus æstuantes, à semetipsis liuoris proprij exigant pœnas Cùmque nullas in te habuerint causas misericordiæ, habeant inuidiæ.* Æmulos, & inuidias pati, aliqua infelicitas felicitatis est: at miserationis causas habere, vltima infelicitas reputatur. Compassio non tam lenire solet calamitatem, quàm calamitatis causas demõstrare, & quasi intento digito indicare miseriam, quam in memoriam adducit, & refricat illius sensum: magis dolet miseria dum per compassionem lenitur? leuamine crescit dolor, & à miseratione sæuit magis. Seneca morti damnatur iniustè: (nisi fortè simulata virtus, manifestum vitium fuit: & moritur Seneca reus non bonæ virtuti, sicut alij mali alicuius vitij.) (Paulina coniux videns spirantem maritum, præ doloris compassione, ipsa ægritùs dolebat, & muliebriter inclamabat. Cui tunc sic loquitur Seneca: *Mea Paulina caue hanc meam mortem ampliùs vt contumeliosam defleas, ne vel te nimis amasse, vel gloria mea inuidisse videaris.* Sic scribit incertus auctor, qui ex Tacito, & Suetonio vitam Senecæ conflauit. Scilicet Seneca adhuc gloriæ ambitione æstuans, acer vel vxoris miserationem, vt inimicam ambitæ gloriæ: nam miseratio miseriæ index est, & miserabilem probat, & ita tenuit blandæ compassionis leuamen, ne felicitas suæ gloriæ deuenustetur miseratione, quæ acerbior miserorum cruciatus esse solet.

Carol Scriban in Politico-Christ. lib. 1 cap. 1.

Miseratio calamitatem amplificat aliquando.

Auctor vitæ Senec.

Tacit. Sueton.

Lucæ 23. v. 28. Christus Deus, vti reus omnium flagitiorum, inter duos latrones, baiulans sibi lignum ducitur ad crucis probrosissimum tormentum: cui sidera luctu, petræ scissione, terra concussione compassæ sunt. Ergo piæ quædam fœminæ Ierosolymitanæ aspicientes flebile spectaculum, muliebriter lamentabantur super eum. *Conuersus autem ad illas IESVS, dixit: Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.* Cur Saluator pias lacrymas cohibet? quare miserationem vetat? quam ob causam arcet compassionem? Quis affectus magis debitus tanta iniustè patienti? Luctum ostentant astra ambitioso squalore, saxa emolliuntur blanda compassione, & flebili sexui interdicuntur lacrymæ, conspecto tam miserabili spectaculo? In quo miseratio Christum offendit? Profectò compassio pietas est, & princeps virtus. Nam Seruator, qui in Passione sua factus est schola omnium virtutum, misericordiam reiicit à Christianismo? Quid causæ est, quòd cùm alapas, probra, & verbera muto silentio tulerit conqueratur tunc de pia pij sexus commiseratione? Audiendus est Saluianus sic fatus in re simili, nempe cùm Dauid Rex Christi Regis typus, egrediebatur ab eadem Ierusalem nudis pedibus, & squalenti habitu fugiens filium Absalonem miserandum in modum; *Nudis pedibus incedens, super istis prioris status à se ipso exulans, penè iam post se viuens, deiectus vsque ad seruorum suorum, vel quod graue est, contumeliam, vel quod grauius misericordiam.* Quid illustrius? Nimirùm Dauidem dilectus filius ad necem persequitur, fermè regno deposito, exultare cogit? imò fugere, (quæ strenui ducis ignominia est,) contumeliis Semei exponit. At, quòd acerbiùs his omnibus est, ait Saluianus, deiicitur vsque ad seruorum suorum misericodiam: ac si miseratio, quæ dolorem lenire intentat, grauior ærumna fit, summa calamitatis, & exaggeratio miseriæ. Non quia compassio non bona res sit, virtus enim mala esse non potest; sed cùm causas doloris exacuat, & miserabilem hominem proponat, grauiùs exasperare solet sapientes, quàm ærumna ipsa. 78.

Lucæ.

Miseratio sæpè grauior est ipsa miseria.

Saluian l. 1 de Gubern. Dei.

Iob 42. v. 11. Postquam deseuit atrocior illa calamitas, quam tolerantissimè tulit patientissimus vir: *Venerunt ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum priùs, & comederunt cum eo panem in domo eius, & mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo, quod intulerat Dominus super eum.* O pigrum aduentum, & seram compassionem! Quando iacebat 79.

Iob.

Post calamitatem opportuna est commiseratio.

cebat Iobus calamitate prostratus, non venerunt eius cognati, vt caput mouerent super eum, & blanda compassione, ærumnæ atrocitatem lenirent; & cùm pristinæ felicitati restitutum vident, adsunt celeres, & compatiuntur pij? Tarda profectò est eiusmodi miseratio, & nisi fallor, importuna: potiùs videntur adulari felici, quàm compati pristinæ infelicitati. Imò opportuna & maximè tempestiua. Nam vt egregiè notauit S. Gregorius hæc verba expendens: *Percussi mœrorem consolari, est ei post percussionem de venia gaudere. Nam quantò quisque de restituta proximi salute cernitur hilarescere, tanti se indicat de ablata doluisse.* Quasi intempestiua sit compassio, quæ præsente calamitate exhibetur: potiùs enim videtur præsentare causas doloris, & miserabilem ostendere, quàm alleuare miserum. Quid enim grauius est homini, quàm compassione dignum videri? Ergo amici Iobi onerosi consolatores fuerunt, vel tacitè ipsâ compassione exprobrantes miseriam: non ostenderunt, quòd Iobus erat *derelictus vsque ad amicorum suorum, vel quod graue est, contumeliam, vel quod grauius, misericordiam.* Igitur fratres, & affines Iobi opportunè miserationem post ærumnam exhibent, ne videantur ipsâ miseratione causas miseriæ exprobrare. Quandoque veritas paradoxo similis est.

Greg. l. 11. moral. c. 8.

80\. Redeat iterum, semel laudatus Lucæ locus cap. 23. vers. 28. vbi Saluator compassionis lacrymas videtur refutare, aiens: *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete.* Quis siccis oculis videat Christum tanta patientem? Quis non lacrymarum riuulos fundat? & tamen Christus videtur inhibere pium planctum. Quid? forsan gaudendum erit in Christi Dei Passione, quandoquidem compassionis lacrymæ quodammodò vetantur? Eruditè Hugo inibi: *Nolite flere super me. Hinc fuit consuetudo quibusdam, quòd in Parasceue gauderent, sicut in festo.* Non approbo priscum hunc morem, insuetum nunc Ecclesiæ; nam tacitam exprobrationem miseriæ refutat Christus, & lacrymas quæ miseriam exprobrant, non quæ lugentis pietatem probant. Porrò lætari in delicti alicuius ærumnâ, non pius affectus, sed fastus ambitionis est, & præsumptio ventosissimæ philosophiæ. Stabat Socrates in carcere, mortis reus ob sceleratissima flagitia, (vera, an falsa tractet Platonis apologia pro Socrate) hausto veneno mortem expectabat, placido, & tranquillo animo: aderat vxor, circumstabant filij, stabant amici, & cognati spectatores & calamitatis, & constantiæ Socratis: *Quid autem aliud saperet vir quilibet iniuria damnatus præter iniuria solamen?* ait Tertullianus; & tamen amici, & affines Socrati non compatiuntur: imò gratulantur de ærumna, ne illius æquanimitatem compassione deuenustent. *Iam Socrates de gratulatione responderat. Nil mirandum si in carcere lemniscatas Anyti, & Melyti palmas gestiens, infringere, &c.* Verba sunt eiusdem Tertulliani. Anytus, & Melytus erant accusatores Socratis; ergo familiares damnati Socratis, ne ipsius gloriæ detrahant, sed vt potiùs accusatorum palmas, de causæ victoria lemniscatas, seu illustres, infringant, Socrati non compatiuntur, sed potiùs ambitiosè gratulantur. Quasi non tam damnatio, & mors Socratis, quàm illius compassio foret accusatorum victoria, & palma. Hinc amici Socratis ostentant gaudium, & ei gratulantur de damnatione, & morte; non miserentur hominis atrociter damnati. Hunc ambitionis fastum inuehere nitebantur in Ecclesiam, qui audientes ex ore Christi iniuria damnati: *Nolite flere super me; in Parasceue gau*-

Lucæ. Commiseratio calamitatem exaggerare solet.

Hugo.

Tertull. l. de Anima. c. 1.

debant. Saltem hinc colligere licet, quàm grauis sæpè esse soleat misero, misericordia, & patienti compassio. Vnde hic, vers. 16. pia miseratio erga Achiorem, & flebilis Hebræi populi compassio in tanta calamitate, nescio an viri fortis dolorem mitiget, & tranquillet animum; an ærumnæ sensum irritet, & molestiam adaugeat. Nam compassio pia magnanimi cruciatio est, & dissimulatæ calamitatis exaggeratio.

Iudith.

---

§. XXI.

Non gratus beneficij acceptor sæpè implet largientis munera.

Ingratitudo accipientis, laus est munerantis: qui donantis munus non rependit muneribus, implet beneficium ipsum, quod accipit: nam quantùm largitor pro gratia collata sperat, tantum detrahit beneficio. Qui donat gratia, sæpè non tam videtur dare, quàm fœnerari beneficium: qui autem dat pauperculo, qui rependere gratiam non valet, integrè donat: vnde impossibilitas retributionis, est doni plenitudo. Lucæ 10. v. 22. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Qui iam ex SS. Patribus, quos referam alibi, *to Omnia* interpretantur naturam Diuinam, & attributa ei indiuidua, alij omnem scientiam, nonnulli omnipotentiam, non pauci creaturas omnes, præsertim homines, cœlestem gloriam alij, Beda sic inquit ad præfata verba, *Omnia tibi tradita, non mundi elementa, sed hi, quibus paruulis spiritu, sacramēta filij, Pater reuelauit.* Itaque paruuli omnia Christo ducuntur: omnia habet Christus habens pauperculos, quorum misereatur, quos redimat, quibus benefaciat. Num Christo omnia deessent, si deessent pauperculi, quos muneraret? Multum deest ei, cui omnia desunt: imò nihil habet, cui desunt omnia: & tamen pauperculi omnia dicuntur Christo & pauperes, & inualidi complementum sunt census Christi, qui omnia se habere reputat, habens suos pauperculos, quibus sine spe retributionis bene faciat? Plenus est Christus vacuitate pauperum? illorum inanitas omnia sunt Christo? Lucæ 14. v. 14. *Cùm facis conuiuium voca pauperes, & debiles, &c. Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi*, Caietanus: *Quia non possunt retribuere tibi.* Beatitudo est felicitatis plenitudo: ergo plenè dicitur felix, qui dat ei, qui nequit retribuere. Num animus non gratus accipientis, beat largitorem? Beat plenè eius liberalitatem? & etiam munus, illúdque felicitat. Nam felix donum est, quod dono mercatur retributionem. Vacuum est à munificentiâ: quippe quod deficit à ratione doni. Vnde impossibilitas retributionis munerantem beat, munus felicitat, & munus complet in ratione doni.

81\. Ingratitudo cumulat beneficium.

Lucæ.

Beda.

Lucæ 14.

Caiet.

Actor. 3. Mendicus ille claudus sedebat ad speciosam portam, eleemosynas petens: rogat à Petro, & Ioanne subsidium tantæ paupertatis, & inhabilitatis. Apostoli in locum pecuniæ, qua carebant, subrogant sanitatem: *Et protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ.* Viso miraculo euidentissimo, dixit Petrus ad multitudinem, quæ stupebat, videns claudum agilem, & expeditè exilientem: *Fides, quæ per Iesum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.* Quæ dicitur integra sanitas? nam si partem cruris, aut pedis sanasset, non sanasset claudum: quia claudus adhuc maneret, si alia pars cruris, aut pedis ægrotaret. Ergo

82\. Actor. Integrum beneficium est, quod præstatur ingrato.

go necesse fuit, quòd fieret integra pedum curatio, quæ claudum sanauit. Quid igitur hîc significatur, cùm dicitur integra salus? Expressiùs dicitur in Græco Textu: *Intergritatem.* Cur appellatur integra salus, quæ facta est huic pauperi claudo? Fortassis dicitur integra sanitas, quia corpore, & animo facta est, vt aiunt Hugo, & Carthusianus. At repugnat Textus, vt notauit Lorinus. Ait enim: *Integram sanitatem istam.* Ista autem, quæ demonstratur salus, corporalis est, non occulta in anima. Vnde Glossa Interlinearis, ait, istam *id est corporalem* Profectò mirum est, hîc primò dici integram sanitatem factam cùm claudo datur. Quippe aptiùs integra sanitas dicenda foret, quæ facta est leproso aut febricitanti, aut paralytico, aut saltem cùm totum hominum ad vitam reuocat, & totum animat cadauer; datur enim beneficium salutis homini mendico, humili pauperrimo. Adde sanitatem factam in pedibus, quæ postremissima pars hominis est. Ergo donum collatum homini ægroto, pauperculo, vili, claudo, qui pes est reipublicæ, donatiuum dicitur integrum. Nam munus collatum diuiti, potenti, Principi, & cuicumque à quo speratur, aut sperari potest redonatio, sæpè non est satis integrum beneficium; tantum illi deest quantùm accipere sperat, aut potest accipere: nam impossibilitas retributionis, plenitudo beneficij est; non gratus implet beneficium, & munificentiam largitoris. Vnde integra salus iure suo dicitur, quæ facta est pedibus, vilissimæ hominum parti, & pedibus hominis mendici, vilis, inualidi, ignobilis, à quo quid speret, vel auarus exactor? Planè integrum, & magnum est donum, etsi de se paruum sit, quod non minoratur spe retributionis. Vnde Ozias Princeps Bethuliæ dicitur hîc, vers. 19. fecisse, Achiori cœnam magnam, & tamen Presbyteri vnà cœnauerunt, tunc soluentes ieiunium, quæ cœna frugalissima est, & quidem cœna, cui vix suppetebat aqua, quomodo magna esse potuit? Magna dicitur, etsi parcissima, quia Achiori præstatur, Achiori, inquam, homini tunc inualido, pauperculo, morti destinato. Impossibilitas retributionis est integritas, & magnitudo muneris.

Hugo. Carthus. Lorin.

Glossa.

83.

Iudith.

---

§. XXII.

Humana appetentia sicut auidiùs percupit aliena bona, sic iucundiùs delectatur de bonis raptis.

84. VT nostra fastidimus, sic aliena cupimus, alienis deliciamur. Nostra nobis malè dulcia sunt, etsi de se suauissima sint; aliena suauiter sapiunt, etsi insipida: furtiua dulcescunt, gustum acuunt, & voluptatem exaggerant; nostra desipiunt, nostrorum nos tædet, & nauseamus ad nostra. Quasi non tam res ipsa, quàm rei alienatio illex sit voluptatis, & voluptatis fomes: adeò volupe homini est aliena percupere? Psal. 13. v. 4. *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis*, id est, Potentes rapiunt inermis plebeculæ reculas, eo gustu, quo panis comeditur. Bene dicitur, *sicut escam panis*, ait sanctus Augustinus inibi, vt innuatur quotidiana miserorum diuexatio: nam ciborum aliorum partes aliquæ relinquuntur, vt ossa, spinæ, putamina, nuclei; at panis sumitur totus, Ergo omnia pauperis bona vorantur à diuite. Attamen substantia pauperis quotidie instar panis, rapitur, & voratur à diuite potentiori, sed sine fastidio, & cum reliquis omnibus cibis sumitur, vt panis. Mirabilis sanè est natura panis, qui comestus cum phasiano sapit phasianum, cum pomis sapit poma, cum bellariis dulcescit in eundem saporem, omniáque obsonia sine pane comedi non possunt, & à pane condiuntur, & sapiunt. Sic res quæpiam siue sit ellex sit, siue prædium, siue honos, siue esculentum quod vis, à furto velut à pane sapit? Rapinaque cæteris rebus furatis, panis præstat effectum & saporem, à quo sapit, quicquid penè sapit, Scilicet perplacent deliciæ, si furtiuæ sint; fundus furto subiatus pinguior videtur; honoris nitor, nisi denigratione alienæ famæ non decoratur; nisi illicita Venus, iucunda non est lasciuiæ; esculentum, aut poculentum quodvis à furto sapit dulciùs. *Qui deuorant plebem meã, sicut escam panis*: *Quia delectantur sicut insipidi cibi comestione.* Sic commentatur Lyranus hunc locum psalmi.

A furto dulcescit res ablata.

Psalm.

August.

Lyran.

85. Homo ille prædiues, 2. Reg. cap. 12. v. 4. cui subpetebant è gregibus tenelli hœdi, ab armentis saginati vituli, & quicquid ab aucupio, & à venatione expetunt mensatum deliciæ; cum extruit conuiuium, vt hospitem apud se diuersantem dignè exciperet: *Parcens sumere de ouibus, & de bobus suis vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos.* Adeóne delicatæ, aut deliciosæ carnes ouinæ sunt, vt homo diues emissis gregis, & armenti, & altilium, & venationis, & dulciariorum deliciis, quò lautum adornaret conuiuium, ouis carnes apponit? Caro enim ouina fatua est, prædura, & nunquam expetita ad mensas diuitum, sed fastidita vel in mensis pauperum; & nihilominus vna ouicula opipari conuiuij deliciæ sunt. Sunt quidem, nam ist[i]usmodi ouis non de grege trahitur; sed rapitur de sinu pauperis. A rapina sapit, & delicatè sapit vel ouina caro; à rapinâ conditur ouis, & saporem habet regalium mensarum. *Qui deuorant,* (furto scilicet) *plebem meam sicut escam panis.* Nomine autem *panis* hîc esculentum quodvis accipit, probat Lorinus inibi aduertens quod *comparatio cum esca, ciboue voluptatem importat* Nam *Aqua furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.* Prou. 9. vers. 17. Quæ verba sic commentatur egregiè P. Ferdinandus Salazar: Non immeritò panem, & aqua, res vilissimas vsurpauit: est enim sensus: vilissima & parum iucunda (vt putà ex poculentis, aqua; ex esculentis, panis, & ouinæ carnes) si furtiuè & clanculùm capiantur, dulcissimis dulciora, & iucundiora sunt: quasi à furto saporem adsciscant, & à rapina iucundiora sint palato. Vnde omissis aliis cibis sapidissimis, alienam ouem, furtiuam aquam, & alienum panem apponit ad exaggerandas lauti conuiuij delicias.

4. Reg. Ex furata oue opiparum extruitur conuiuium.

Lorin.

Prou. Salazar.

86. Matthæi 11. vers. 12. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Regnum cœlorum Beatitudinem significare docet S. Gregorius, Beda. Quæ expositio etsi vera, difficilem facit sensum. Porrò beatitudinis æternæ felicitas diuinæ gratiæ beneficio paritur, & meritis velut digno pretio emitur, non rapitur, non furto accipitur. Quis enim valeat, siue audeat Beatitudinem furari? num dormitant æterni cœlorum custodes? num humana temeritas vim inferat cœlo? temerariè audebit, qui præsumat gloriam Beatitudinis aut clãculùm suffurari, aut palàm furto rapere. Imò Beatitudo desinet esse, si furto surripiatur; non enim beatetur homo aliena beatitudine; nemo quidem beati

Matth. Greg hom. 10 in Euang. Beda ibi.

Beatitudo, vt dulcius nunc sapiat dicitur furto accepta.

beari poteſt alienâ beatitate ; alienâ etenim felicitate potiùs excruciamur : nam malè conſcia mens, potiùs angeretur ob furtum quàm felicitaretur ob gloriam. Et tamen Chriſtus ſeriò affirmat rapiendam eſſe cœleſtem Beatitudinem, aiens: *Et violenti rapiunt illud*, id eſt, *regnum cœlorum. Quia gloria Iſraëlis* (ſubtilis S. Hilarij expoſitio eſt) *à Patribus debita, à Prophetis nunciata, à Christo oblata, fide Gentium occupatur, & rapitur.* Itaque quò gratior ſit Beatitudo, rapienda dicitur à beandis. Quid luculentius pro hac re? Et ſanè Beatorum gloria cętrum hominum eſt, beata requies, perenne gaudium, Dei fruitio, & ſumma felicitatum. Verùm vt auguſtiùs videatur apud homines proſperare Beatorum mentes, ſurripienda dicitur à Iudaiſmo, & tanquam velut furto occupanda Gentilitati eſt: rapiendum cœlum eſt, & quaſi ſuffuranda gloria Beatitudinis, ne quid felicitatis deſit humanæ appetentiæ; quæ vt auidius nunc inhiat, ſic iucundiùs ſibi videtur deliciari poſſe de alienis bonis. Rapi ergo dicatur Beatitudo; vt nunc carior, & auguſtior homini appareat, qui alienis ſuauius fruitur.

Hilarius.

Iure quæritur hîc, verſ. 16. quomodo potuit Ozias in tanta rerum penuria facere *cœnam magnam* Achiori. Planè cœna magna fuit, id eſt, opipara, & lauta; non quia eſcæ delicatæ, & exquiſita vina appoſita ſint; ſed quia ex panario, & laguncuiis, quæ ſeruabantur ad ſuſtentandam vtcumque miſeram plebem, deprompta ſunt : vnde mutuarunt ſaporis ſuauitatem, & amplitudinis nomen.

Iudith.

§. XXIII.

Superiori ieiuno facilè obediunt populi, qui obſequia recuſant Superioris benè pranſi, & deliciosè cœnati.

87\. *Bonus Præſul temperantia menſæ deliciis.*

ET ſi plura ſint, quæ ad Præfecturam rectè obeundam, neceſſariò requiruntur : Præfecti temperantia in cibo, & potu valde facit ad muneris congruam adminiſtrationem. Nam Superior benè obeſus, & malè ſatur, peiùs imperat. Ieiunus præſul colitur à ſubditis, & facilè impetrat eorum obſequium. Temperantia enim Præfecti vigor eſt Præfecturæ, felicitas poteſtatis, & obſequij facilitas. In celebri illo Apologo Iudicum 9. cap. vbi arbores Regem aptum quærebāt in ſylua lignorum. Primo loco, Præfectura defertur Oliuæ, verſ. 8. *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe Regem; dixerúntque Oliuæ: Impera nobis; quæ reſpondit : Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, & venire, vt inter ligna promouear.* Surda planè ratio, & digna ſylnæ trunco. Cur enim præfecturam regni Oliua recuſat, quia non poteſt deſerere pinguedinem? Quaſi non poſſit eſſe Præfectus, & pinguis? Poteſt quidem : nam Reges, & Præfecti abundantiùs indulgent genio, & ſeruiunt abdomini: largioribus compotationibus ſeſe ingurgitant, & opiparis eſcis ſeſe ſaginant, & exſaturant. Quin & regni poculentas, & eſculentas delicias conquirūt ad palati voluptates. Vnde Olea, ſi regnum acceptet, non gracileſcet macie, ſed craſſiori pinguedine adipabitur. Sic dixit Iob 36. v. 17. *Requies menſæ tuæ erit plena pinguedine.* Ecce τὸ pinguedo, idem eſt, ac menſarum ſagina, & deliciæ. At bonus Rex, Præpoſitus vt rectè munus ſuum obeat, & obſequia ſubditorum impetret ad inſtar Oleæ (quæ perfecta præcepta ſignificat, teſte ſancto Gregorio) non rectè præfecturam tractabit, niſi deſerat ſuam pinguedinem, & requiem menſæ, quam fatigant Præfecti, & Principes ſaginati eſcis. Vnde ſapienter Oliua ait, vel ad regendas ſylueſtres arbores neceſſarium fore vt deſerat ſuam pinguedinem, & valedicat menſalibus deliciis; nam alioqui non valebit Præfecturæ munus rectè obire, & impetrare obedientiam ſubditorum.

Iudic.

Iob.

Gregor. 3. paſtoralis.

88\. Geneſ. 1. verſ. 26. ait Deus : *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis, vniuerſæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.* Itaque Adamus beſtiis omnibus, piſcibus, & volucribus Præpoſitus conſtitutus eſt à Deo. Eiuſmodi Præfecturam nihil eſſe aliud, quàm rationem, qua homo reliquis animantibus excellit, exiſtimat Rupertus, his verbis : *Vnde enim piſcibus maris & volatilibus cœli, beſtiis quoque & reptilibus terræ, homo præeſt, niſi ex eo quod ipſe rationalis eſt : illa autem irrati nalia ſunt?* Itaque ex ſententia Ruperti, modò etiam verè eſt homo brutarum animantium Præpoſitus; ſiquidem in eo perſeuerat ratio, quæ hominum Præfectum conſtituit. Quomodo ergo antea adulante obſequio, ſubditæ erant homini beſtiæ, & nunc recuſato obedientiæ iugo negligunt humana præcepta, & ſæuiunt in præceptorem? Benè Lyranus inibi : *In pœnam peccati* (gulæ) *dicta obedientia eſt ei ſubtracta*; ſcilicet homo non minùs modò, quàm ante ingluuiem cibi vetiti, Præpoſitus dicitur animalium ſecundum hanc ſententiam : nam per comeſtionem, rationem non amiſit, in qua conſiſtit Præfecturæ poteſtas. At poſt gulam animalia ipſa olim blandienti obſequio ſubdita, imperium hominis detrectant, & quæ ieiuno homini ſponte parebant, ſaturo obdire recuſant. Pugnabat ſtrenuè contra quinque Paleſtinæ Reges, inclytæ Hebrææ gentis dux Ioſue, & cum terga verteret hoſtilis Paleſtinorum exercitus, Sol celeri fugâ præcipitabat in occaſum, & noctem offundens, donabat aduerſarios vita, & palmam eripiebat Dei populo. Tunc Ioſue auſus maiora humano faſtigio, pia temeritate dixit, 10. cap. verſ. 12. *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Ajalon. Steterúntque Sol, & Luna donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis.* Valde auſus eſt Ioſue imperatiua voce Solem ſiſtere, & ipſum cœlo defigere in medio curſu, Res planè ſtupore digniſſima. Quis enim mortalium imperaret cœlo, & obſequium Solis præſumeret? Hoc humanum faſtum longè excellit. Verùm ſciſcitari iubet, quæ vis inauditam Solis ſtationem effecerit, & Solem ſtiterit à curſu. Fortè Sol ipſe ſtupefactus, ad Ducis audaciam ſtetit dubius, an Deo curſum olim præcipienti, an audaciſſimæ Ducis voci obſequendum foret, & dum deliberat, ſtat, & diem longiſſimam facit. Niſi quis exiſtimet Ioſuanæ fidei fuiſſe hanc imperialem efficaciam, quæ valeat ad inhibendum Solem. Quid ſi Dei Iſraëlis fuit fauor ſingularis, qui naturæ leges violentat, vt incrementet fauores erga ſuum popolum? Verùm Tertullianus ſeriò exiſtimat inſolitam hanc efficaciam Ioſuanæ vocis à ieiunio fuiſſe, altè inquiens : *Ieſum Naue debellantem Amorrhæos prandiſſe illa die exiſtimamus qua ipſis elementis ſtationem imperauit : ſtetit Sol in Gabaon, & Luna in Ajalon, vt exaudiret Deus hominem parem ſcilicet Solis?* Hæc Solis ſtatio ſtupor fuit Orbis, naturæ miraculum, & vis cœlo inſolens, & inuiſa, at tantum eſt ieiunantis ducis vigor ad impetrandum vt Sol ipſe obtemperet ieiuni Præpoſiti imperiis, & ſe ſubdat impranſo homini. Vnde Sol non obediens naturæ legibus, quæ curſum vel à conſuetudine exigebant, nec properanti naturæ ipſius, nec cœleſtium

Gen. eſ. *Animantia bruta obedit ieiuno ſuperiori.*

Rupert.

Lyran.

Ieiuno Ioſuè obedit Sol.

Ioſuè.

Tertull. l. aduer. Pſychicos c. *Ieiunus dicitur par Solis.*

cœlestium dignitati, quibus dedecus est obedire terrenis: imò oblitus sui, & diuini imperij ab ipsius conditione celeres cursus mandantis, Mandanti homini ieiuno obedit, & imperia impransi Ducis detrectare non audet, *vt exaudiret hominem patrem Solis.* Cæterùm cur impransus Iosuë dicitur *par Solis*? Num ob splendorem, quo ieiunus homo rutilat? Aut quoniam quasi cœlestis efficitur ieiunans, & in cœlestem naturam reformatur. *Par Solis* fortè dicitur impransus Iosuë, quia sicut Sol
Sanctius ad cap. 7. v. 18. Cornel. Rex cœli dicitur: (vt multis probat Sanctius, ex quo Corneliùs) sic Iosuë ieiunus, Rex cœli à ieiunio efficitur, & ius quasi habet ad imperandum cœlestibus: vt innotescat quàm iuuet ad extorquenda subditorum obsequia, Abstinentia imperantis.

90. Exod. Numer. Hinc facio lucem celebri dubio petito ex cap. 32. Exoodi, & ex Numeris cap. 11. cùm enim perseueraret Moyses in monte, Hebræa gens ad idololatriam prona conflauit vitulum, quem diuino cultu adorauit. Brutum profectò facinus & execrabile! & quidem Moyses etsi populi idololatriam ægrè tulit, tandem rem pacatè composuit; at verò cùm in deserto carnes postularet populus, adeò exasperatus est mitissimus Moyses, vt Numer. 11.
Numer. *Ieiunium mandantis est vigor mandati.* vers. 13. dixerit Domino: *Vnde mihi carnes, vt dem tanta multitudini? Flent contra me dicentes, Da nobis carnes, vt comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum: quia grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis ne tantis afficiar malis.* Quis non miretur Moysen acerbius tulisse, quod populus peteret delicias carnium, quàm idololatriam? Leue est hoc delictum comparatione idololatriæ, & tamen cùm Exod. 32. populus vitulum adorauit, seuerè vlciscitur iniuriam Dei, nec adeò excanduit, vt peteret muneris depositionem, aut mortem. At verò cùm exquisitas escas petit populus, Moyses impatiens delicti, præfecturam deponere postulat anxiè, & Deum obsecrat, vt illum interficiat, ne tantis afficiatur malis. Nimis excruciatur sensu huius leuioris delicti, qui patienter tolerauit infandum idololatriæ nefas. Omitto varias huius dubij solutiones, quæ materiam dabunt vberem aliis thematibus, & subscribam eam, quæ ad rem præsentem facit, erutam ex verbis Moysis, *Vnde mihi carnes*, inquit, *vt dem tanta multitudini. Non possum solus sustinere omnem hunc populum.* Scilicet proceres populi, & familiarum duces petebant escatiles delicias, & saginari, aut deliciari exquisitis cibis. Quod satis ad rem aduertit Ter-
Tertul. aduers. Psychicos c. 5. tullianus exponens hæc eadem Numerorum verba: *Eadem*, inquit, *ventris prælatione deploraturus erat eosdem duces suos, & Dei arbitros, quos desiderio carnis, & recordatus Ægyptiarum copiarū exacerbabat. Quis nos vescetur carne?* Quasi dicat Moyses: Familiarum duces, & Rectores copiam carnium, & esculentas delicias expetunt: inepti iam sunt ad regendum populos: Vnde solus relinquor ad tantam multitudinem gubernandam: Non possum solus sustinere omnem hunc populum. Nimirum, cùm duces populi erant mecum ieiuni, coadiutores mei erant in munere regendi populi: cùm verò saginati cupiunt carnis deliciis, solus relinquor ad regimen tantæ multitudinis: quia multitudo sæpè impransa, & ærumnis afflictata eo tempore, iam nequibit ducibus benè pransis, & opiparè cœnatis obedire, & quibus ieiunis facilè obsequebatur populus, abundè saturis obedire recusabit. Vnde solus in imperio relinquor: solus autem non possum sustinere omnem hunc populum. Hanc ob causam Moyses qui patienter tolerauit populi idololatriam, grauissimè tulit desiderium, quo duces populi expetebant carnium delicias. Diram famem, & sitim sobriè tolerabat Bethuliensis populus. At vbi Ozias Iudæ Princeps hic vers. 16. *Fecit cœnam magnam*, statim rebellant Bethulienses, & imperium eius detrectant, vt liquidò constat legenti sequentem narrationem. Iudith.

Genes. 1. v. 26. ait Deus: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrā; & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis.* Ecce tibi constitutus est homo Præfectus vniuersorum animantium: aduerte ad escas, quibus vesci debet omnium Præpositus. Statim subdit vers. 29. *Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam: & cunctis animantibus terræ omnis; volucri cœli, & vniuersis, quæ mouentur in terra.* Scilicet ex Dei consultissimo præscripto eadem mensa, cibus idem ministratur Præfecto, & subiectis animantibus: nec impar naturæ humanæ dignitas muneratа est impari alimoniâ, ac bestiæ, & volucres, etsi id sublimitas hominis exigere videbatur; ne Superior alio cibo vesceretur, quam subiectus populus. Malignè prouidebit de annona populorum, Præfectus deliciosè satur, & opiparè saginatus. Vtatur communi cibo, vt experiatur quàm arduum sit subditis tolerare annonam idoneam, seràm, vilem, charam. Taceo. 91. Genes. Genes.

---

§. XXIV.

Eleemosyna ingenium est amplificandi censum.

Liberalitas princeps virtus est, principe homine digna, & insignis nobilitatis character. Quid illustrius quàm donare? Quid ambitiosius quam posse calamitatem miserorum leuare? At homo naturaliter ambitiosus, naturaliter auarus est; & qui posset honores misericordiâ piè mercari, indecorè negligit has virtutis, & gloriç nundinas. Et qui cætera potest, misereri non potest, aut non vult posse. Tacitè notat Paulus ad Rom. 10. v. 12. eiusmodi hominum ingenium, de Deo inquiens, quod est *Diues in omnes, qui inuocant illum.* Num Deus diues non est in eos, qui illum non inuocant? Absit tam indigna mentis, & pietatis persuasio. Vnde planè notat Paulus homines immisericordes. Videas quempiam, si humanus fastus exigit, valde munificum. Nimirùm aduentauit honoratior, & amicus hospes? Opiparè sumptuosè illum excipit. De honore agitur? Non parcitur sumptibus. Res libidinis voluptatem titillat? prodigus est. Quod, Mendicus eleemosynam petit, si calamitosus misericordiam roget: ecce repentè pauper ipse est; & in memoriam cateruatim occurrunt debita, quibus obstrictus est; impensæ domus, & familiæ, quibus satisfaciendo non est; creditorum solicitudo, proprij census tenuitas. Vides hominem ad honoris, & voluptatis sumptus diuitem derepentè pauperem in omnes, qui inuocant illum? Non sic Deus, ait Paulus; hominis virium hoc est, qui quoties eleemosyna danda est, plures rerum suarum Dominos agnoscit, ne quid quod dare possit, habere videatur. Lucæ 19. statuit Christus Deus, vt Scripturas impleret, insidere iumento; & sic Hierosolymam ingredi, & qui diuinitate diues erat, caruit iumento; mittit duos

92. *Diues homo pauper est ad eleemosynā.*
Ad Rom.
Lucæ. 93.

Ets, quæ eleemosyna nomine petitur plures habet Dominos.

duos discipulos, dicens: Ite in castellum, in quod introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatum, soluite illum, & adducite. Et si quis vos interrogauerit: Quare soluitis? sic dicetis ei: Quia Dominus operam eius desiderat. Abeunt discipuli, qui missi fuerant, & inuenerunt, sicut dixit illis, stantem pullum. *Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius ad illos: Quid soluitis pullum?* Planè animaduersione dignum est, Christum Deum in terris pauperem egere aliquando vili iumento, & cùm illud per discipulos humanissimè peteret, aiens, se indigere asini operâ, statim reclamasse *Dominos* iumenti. Pluresne Dominos habebat pullus asini? vile iumentum possessio erat plurium? Opinor id; quod Christus pauper petit, plures habere Dominos, quò liberiùs, & abundantiùs multiplicatis Dominis, ei negetur, quod ipse precatur. A diuite petit pauper panem vel nummum, illius petiti nummi non tantùm diues ille est Dominus, sed auaritia diuitis, ambitio diuitis, libido diuitis. Vnde eleemosynæ petitæ plures apparent domini. At vt verum fatear, nemo possidet nisi ea, quæ pauperibus largitur, largiendo possidet, quod possidendo non habet: artificium possidendi largitio est, da pauperibus quod habes, vt non habendo possideas quod habebas: hoc Christianum est paradoxon, sed ipsissima veritas, quàm in hoc §. probo.

94. Luc. *Tantum quis possidet quantum eleemosyna largitur.* Chrysost.

Luc. 6. v. 3. *Qui aufert, quæ tua sunt, ne repetas.* Quam ob rem non debemus recuperare nostra bona, quæ à nobis suffuratus est latro? Num quia bona nostra, nostra non sunt? An quia nihil sunt bona nostra. Audiendus est S. Chrysostomus hæc Lucæ verba commentans: *A Deo percipimus omnia: quod autem dicimus meum, & tuum, nuda tantùm sunt verba. Si namque domum tuam asseris, emisti verbum carens substantiâ rei: Anima tua non possidetur à te, & quo pacto tuæ reputabuntur opes?* Attende ad elegantissima verba, quæ subiungit: *Vult autem Deus tua fore, quæ tibi pro fratribus credita sunt: fient autem tua, si pro aliis dispensaueris.* Nempè ingenium possidendi diuitias est eorundem in pauperes erogatio. Alienatione acquiris: quod possessione deperdis; da, vt habeas diuitias, quas dum habes pauper es, *Ista autem ab iniquitate appellantur diuitiæ, quia vere non sunt: paupertate enim plenæ sunt*, ait S. August. Ergo hæ diuitiæ, quia paupertate plenæ sunt, possessorem depauperant, dispensatorem ditant; diues erit, qui eas pauperibus largitur; pauper, qui eas auarè recondit. Da vt habeas, quæ possidendo non habes, tantùm enim habes, quæ largiris: ne ergo timeas, quòd largiendo pauper fias.

Aug. serm. 35 de verbis Domini.

95. *Eleemosyna danda vt donarunt cælites.* Hugo Card.

Matthæi 6. v. 10. hanc orationem nuncupare homines admonet Christus: *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.* Num terrei homines sic possunt exequi diuinam voluntatem in terris, sicut cælites eam operantur in cœlis? Nimis audet hæc oratio plena emphasi, sacramentis plena. Hugo Cardinal. sic exponit præfata verba: *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra, id est, vt simus misericordes, sicut cælites sunt misericordes;* Quo modo homines in terrâ degentes possunt ita esse misericordes, sicut Beati, qui cælestibus potiuntur diuitiis? Porrò cælites Reges dicuntur cœlorum, & sunt, ditissimum planè regnum possident, & cuius opes donando exhauriri non possunt; siquidem beatitudo æterna est, cuius opulentia imminui nequit, quantumvis opulenta dona petentibus largientur Beati. Quomodo ergo egeni mortales, sicut cælites esse possunt misericordes? Nempe mortalium misericordia ambit & imitatur misericordiam cælitum. Porrò sicut cælites munifici sunt, regali munificentiâ, vtpote cælorum reges. Item sunt liberales, sicut ij, qui minimè egent his rebus, quas donent; nam dona quamuis opulenta, cælitum opes non minuunt (quod terrenis regibus non accidit: nam isti quod donant amittunt.) Sic ergo vult Deus vt homines sint misericordes, scilicet vt cœlorum proceres, qui donãt, vt Reges, & vt Reges, qui non egent his, quæ donant, nec donatiuis quantumuis magnificis minuitur eorum thesaurus. Igitur sic oportet erga pauperes non esse liberales in terris, vt cælites sunt liberales in cœlis, securi non amittendi donatiua, quibus opulentant miseros mortales.

Parum est homines misericordes erga pauperes, 96.
non amittere, quæ donant munera: veriùs dicam, illa mirum in modum incrementant. Porrò eleemosyna artificium est multiplicandi opes; quæ hisce donationibus non minuuntur, sed augentur. Luc. 16. Zacchæus publicanus, & diues valdè ab illicito fœnore, & auaro cõmercio conflauerat thesaurum opulentum; ad meliorem vitæ frugem conuertitur à Christo, & statim cogitat de restituendis opibus furto possessis. Adnecte ad verba, quæ audacter protulit, & animosè compleuit opere: *Stans autem Zacchæus dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Iure quærunt interpretes, cur non priùs dixerit Zachæus, Restituo creditoribus, & mox do pauperibus: siquidem priùs, & magis vrget obligatio ex iustitiâ, quam liberalitas ex misericordia: satius enim videtur fore integrè restituere; tunc si quid bonorũ superesset, eleemosynas facere; cur opus consilij antevertit præcepti opus? Scilicet desiderabat Zacchæus *reddere quadruplum, si quid aliquem defraudauerat*; vt liberalior, & copiosior fieret restitutio: Vnde vt suppeterent bona ad tam liberalem restitutionem, ingeniatur arbitrium perito fœneratore dignum, nempè priùs effusè eleemosynas dispensare pauperibus, à quibus certissimè sperat pio fœnore cumulare diuitias, vt possit non simplum, sed quadruplum restituere. Dimidium bonorum expendere in eleemosynis cupit, vt sic eius opes multiplicentur, quòd possit quadruplum restituere. Discat Christianus ab hoc fœneratore artificium multiplicandi opes, & amplificandi censum, nimirum largas eleemosynas facere, & sic illi suppetet copiosus thesaurus. Vnde Nazianzenus, opus ex eleemosynis, & ad eleemosynas factum appellauit, *Pietatis promptuarium, commune locupletum ærarium.* Nam eleemosyna non alienat opes, sed seruat, auget, multiplicat: eleemosyna ærarium locuples est,
& opulentus thesaurus. Ecclesiastæ 11. v. 1. 97.
Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies illum. Da partes septem, nec non & octo: quia ignoras quid futurum sit malum super terram. Ænigmati similis est hæc sententia: Et quidem Anselmus Laud, Lyra, Caietanus, & communiter interpretes, hunc locum de eleemosyna interpretantur. Quasi dicat: Adeò liberaliter da eleemosynas, vt partes septem, imò & partes octo totius substantiæ tuæ elargiaris. Attende ad rationem, nempe: *quia ignoras quid futurum sit malum super terram.* Imò quia id ignoras, serua substantiam, & diuitias, vt habeas, quo sustenteris in tanto malo imminenti. Sed abstrusior, & arcanior est sensus: scilicet da pauperibus, vt abundanter habeas in calamitate, & egestate, quæ imminet. Nam ei, qui non dat pauperibus, omnia deerunt; da vt habeas, quia si non das, tibi deerit, quod habes. Hinc expositionem

Eleemosyna ingenium est amplificandi censum.

Luc.

Nazianz. Orat. pro Basil.

Eccles.

Anselm. Lyra Caiet.

habet Lyranus, aiens: *Quia ignoras quid futurum ſit malum, id eſt, in vita præſentis, & ab illo liberari poteris per opera pietatis impenſa indigentibus; quia ſicut prædictum eſt, pietas non ſolum habet promiſſionem vitæ futuræ, ſed etiam præſentis.* Ergo da partem ſeptem, necnon & octo, id eſt, omnia, aut ferè omnia da, ne quid tibi vnquam deſit, da vt habeas, qui nihil habes, quia nihil das. Hoc eleemoſynæ ingenio vſus eſt Princeps Ozias; quia cùm fame, & ſiti laboraret obſeſſa Bethulia, excipiens miſericordiſſimè exulem, & depauperatum Achiorem hîc, Iudith.
v. 19. dicitur feciſſe illi *cœnam magnam*, ſcilicet miſericordia multiplicante annonam: nam ſubſtantia donata creſcit, ſeruata minuitur. Ergo da vt poſſideas, quod poſſidendo non habes; diteſce, & hoc pio fœnore amplia ſubſtantiam.

---

§. XXV.

Crebra mutatio, quæ vitium videtur humanæ naturæ, ſolatium miſeriarum eſt, & beatum moleſtiarum leuamen.

98. Iob. INter cætera naturæ humanæ probra, quæ Iobus mœſtitudine actus exaggerat, illud eſt in primis, quod crebris mutationibus ſubiectus homo eſt: *Nunquam in eodem ſtatu permanet.* Quod vitium multis perſequitur S. Zeno Veron. ſic fatus, de homine: *Cuius vultus paſſibilis omni conuerſioni ſubiectus, momentis omnibus demutatur labore, ætate, languore, ira, gaudio, reſtitudine: totque induat vultus, quot animi fuerint motus: nullúſque prorſus dies, quo iugiter ſibi ſimilis eſſe videatur.* (Zeno ſer. 1. in Geneſ. *Homo mutationibus corporatur, & temperatur.*) Cæterùm iſtiuſmodi verſatilis natura, & continua variatio, neſcioan calamitas ſit, an leuamen naturæ humanæ; quæ rerum vniformitate moleſtè degrauatur. Neque enim tantummodò ægrè fert perſeuerantem laborem, ſed ob felicitatem durantem dolet. Homo enim ſedere aut cubare ſolet, vt ab ambulatione quieſcat: & mox ambulat, vt leuet moleſtiam quietis: labore requiem quærens, faſtidioſè nauſeat ad perſeuerantiam vniformem cuiuſcumque rei. Pulchrè Tertullianus, ita ſcribit: (Tertull. lib. de pallio, cap 2.) *Certè habitum vertere natura totius ſolemne munus eſt* (& ſtatim,) *Neque enim mundus, ſi non, vt mundus: denique diuerſitatis diſcordiam vices temperant. Ita mutando erit mundus omnis, qui & diuerſitatibus corporatus, & vicibus temperatus.* Rectè dicitur mundus maior, & minor, nempe homo: *diuerſitatibus corporatus*, quæ verba conſentiunt cum ſententia Zenonis, quam modò dedi. Sed notandum eſt illud: *Habitum vertere natura totius ſolenne munus eſt.* Scilicet munifica extitit natura humana, mutationis beneficium tribuens homini, qui *vicibus*
99. *temperatus eſt.* Quaſi dicat, homo habitudinem non habet bonam; nec bene ſatis ſe habet, ſed temperiem amittit, cùm in eodem ſtatu permanet. Metaphora mutuata ab harmonia citharæ. Nam ſicut cithara variis chordarum diuerſitatibus & contentarum, & depreſſarum, aut grauiter, aut acutè ſonantibus, temperatur ad harmoniæ rhythmos: & tunc dulces reddit ſonos, & auribus gratos ſic homo mutationibus temperatus, ſibi, & cæteris gratus exiſtit. Niſi mauis τὸ *Temperatus* referri ad humanam valetudinem; & ſenſus erit: Ægrotat homo, cùm perdurat in eodem ſtatu: Et mutationibus bene valet, & *vicibus temperatus eſt.* Itaque bene ſe habet homo viciſſitudinibus temperatus. Quod planè difficile eſt: nam etſi hoc veritatem habeat, quando homo tranſit ab ærumnis ad felicitatem: quomodo verificari poteſt, cùm mutatur à felicitate in ærumnas? Eiuſmodi enim tranſitus nequit hominem temperare: niſi quis audeat dicere, quòd infelicitate felicitemur, quia accidit poſt felicitatem. Verùm adeò moleſtum eſt homini durare in qualibet fortuna, etſi feliciſſimâ, vt partem felicitatis reputet, proſperi ſtatus variationem. Tam faſtidimus poſſeſſa, & nauſeamus ad perſeuerantiam in eodem ſtatu! Quod luculenter animaduertit Paulus egregius explorator naturæ, & gratiæ.

1. Cor. 15. v. 51. *Ecce myſterium vobis dico: Omnes quidem reſurgemus; ſed non omnes immutabimur.* Ad quæ verba, ſic ait ſanctus Anſelmus: 100. 1. Corinth, Anſelm.
Myſterium, id eſt, arcanum quoddam, quod multis eſt occultum. In quonam ſitum eſt hoc myſterium, ſeu arcana auſteritas huius ſententiæ? Planè omnis huius loci difficultas ſita eſt in expoſitione S. Ambroſij, cui reliqui interpretes ancillantur, ſic inquiens: *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Omnes enim homines reſurgent: ſed ſoli qui regnaturi ſunt in gloriam mutabuntur, ſiue ita, omnes reſurgemus, qui in aduentu Chriſti mortui inueniemur; non omnes immutabuntur, qui in corpore ſint reperti: quia ſoli ſancti beatitudinis gloriam conſequentur.* (*Cur iuſti ſolùm, & non reprobi dicantur mutari.* Ambroſ.) Ecce huius myſterij difficultas. Omnes homines reſurgemus in poſtrema iudicij finalis die, ſed non omnes immutabuntur: ſoli enim mutabuntur (ait S. Ambroſius ex mente genuinâ Pauli) qui ad gloriam ibunt: Ergo damnati, qui ad gehennam rapiuntur, non immutabuntur. Porrò ſi viri ſancti, qui in continuis ærumnis degunt, immutari dicuntur, quia ab ærumnis ad gloriam tranſeunt: ſic etiam reprobi immutari dicuntur, qui ab deliciis huius vitæ ad æternos inferni cruciatus tranſire compelluntur. Quis dubitare poteſt, damnatos etiam ſic immutandos? & tamen Paulus affirmat ſolos iuſtos immutandos, ſecùs reprobus: *Omnes quidem*, aiens, *reſurgemus, ſed non omnes immutabimur* ad gloriam. Vidit S. Thomas hanc quam verò, difficultatem. Et confugit ad quandam Græcam lectionem, quam ex S. Hieronymo vulgò adducunt commentatores. (S. Thom in Comment. huius loci.) Cæterùm in noſtra vulgata lectione dubium propoſitum difficile eſt; cur ſcilicet qui ad gloriam reſurgunt, dicantur immutari, ſecùs qui ad gehennales cruciatus? Verum enim verò, facilis & ſubtilis ſolutio ſuccurrit ex intento, quod verſamus. Num quia ad gloriam reſurgunt, immutari dicuntur, vel in hoc ſolum explicatur gloria cœleſtis, quia immutatio dicitur, & euariatio in alium ſtatum? Num adeò hominem tædet ſtatus prioris, vt nullo aptiori vocabulo declarari poſſint deliciæ beatitudinis, quàm ſi immutationis nomine appelletur? Vſque eò gratum & delicioſum eſt homini ſtatus 101.
præteriti variatio, vt Beatitudinis nomine appelletur? Conſentit Iob cap. 14. verſ. 14. mutationis vocabulo beatitudinem nominans: ſic inquiens: Iob.
Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea, id eſt, glorioſa beatitudo. Vnde Rupertus ait: *Immutabimur: Hæc eſt ſpes, hæc conſolatio Sanctorum.* (Rupert. de op. Spirit. Sanct. li. 1. c. 11.) Num Damnatorum immanes cruciatus, & moleſtiores pœnæ, nullo alio modo exaggeratiùs apud homines explicari potuerunt à Paulo, quàm dicendo: reprobos quaſi non immutandos, ſed paſſuros immutationis pœnas? Et cùm ex hac vita tranſeunt, ſeu à ſepulchris reſurgunt, non immutandos, ſed quaſi perſeueraturos in ærumnis anteactæ vitæ? Num etſi inferni pœnæ, multò acerbiores ſint, tamen ex perſeuerantiâ,

&

& immutatione ærumnosi status, plus fortè explicantur apud homines, quàm ex acerbiori narratione cruciamentorum futurorum post hanc vitam? Profundè ergo dixit Paulus: Ecce mysterium vobis dico, omnes quidem resurgemus, sed soli iusti immutabuntur ad gloriam, quæ ab status mutatione nimiùm commendatur hominibus: reprobi autem mutari non dicuntur, etsi resurgant, & immutantur ad grauiores pœnas: ne vel mutationis leuamen habere videantur. Vides hîc, v. 19. Achiorem à mutationis molestiis felicem. Ex Ammonitarum Dynastâ fit Holofernis mancipium, & in ipsâ seruitute statim fit Dux omnium filiorum Ammon, & Consiliarius Imperatoris: mox cadit à culmine honoris, & obnoxius iræ Assyriorum ligatur ad palum, & adscribitur populo Bethuliensi, cuius ceruicibus iam iam imminebat Holofernianus pugio. A Bethuliensibus humanissimè excipitur, conuiuio reficitur, libertate, & incolumitate afficitur. & Fortunæ vicibus perexiguo tempore toties alternantibus, eximiè felicitatur. Illustriórque euasit ab inconstantis Fortunæ vicissitudinibus, in quibus tot miseriarum solatium, & beatum molestiarum leuamen inuenit.

Iudith.

§. XXVI.

Sacro sanctum Dei templum ne fiat occasio libidinis, & licentia luxuriæ, ne ibi oculi, verba, nutus scortentur impiè.

102. Iudith. Postquam Bethulienses miseri vicem Achioris illum humanissimè exceperunt, ait sacer textus hîc, v. 21. *Posteà verò conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt.* Mirum est tot lasciuientes iuuenes, & puellas venustate conspicuas, in synagoga totam noctem agere absque suspicione impudicitiæ: præsertim lenocinantibus tenebris, quæ castitatem prodere solent. Si Hebræa gens tam religiosè, & castè synagogam, & suum templum veneratur, quâ reuerentiâ colenda sunt templa Christianorum? quâ veneratione & religione tractandum est templum Dei, vbi Christus verus Deus verè est? Barbaros imò & belluinos habet mores, qui templa non frequentat. *Et si ceremonias tuas non frequento, attamen illâ die homo sum*, ait Septimius. Quasi persuasum esset gentibus, homines, qui Deorum suorum fana non adibant, non satis homines esse, ac si essent semihomines, & semibelluæ. Gratulor Christianis valdè frequentari templa, frequentésque concursus fieri præsertim diebus festis. Sed vereor ne fœminæ impensiùs excultæ, picturatæ: & viri attentiori cultu ornati, in templo non tam frequenter sacra religionis Christianæ, quàm profana irreligiosæ libidinis. Ibi suppetit licentia videndi, & studium placendi ibi liberius est, illic conniuentiæ, & nutus, illic proditores oculi impudicitiâ negotiantur. Quid si non semel verba scortantur in templis? saltem affectus sæpè adulterij reus est: ô profanatam religionis ædem! *Malorum morum licentia pietas erit? occasio luxuriæ religio deputabitur?* ait idem Septimius. Purissimè religionis sanctiores ritus, fient lenones lasciuiæ impurioris? Rea sacrilegij religio hodie est; ô blasphemiam!

Semibelluæ dicitur qui reuerenter non frequentat templum.

Septimius Apolog cap. 42.

Septim. Apolog. c. 35.

103. *Semichristianus videtur, qui in templis lasciuit.* Ioannis 2. v. 19. ingressus est Christus Deus Hierosolymitanum templum olim religione plenum, plenum numine, ibi reperit ouium, & boum nundinationes, venales columbas, nummulariorum mensas, & ementium, atque vendentium frequentem turbam: & cùm fecisset quasi flagellum ex funiculis sarcinarum, animosè irruit in eos, seueriùs castigans irreuerentiam, aiens: *Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* Quid negotiantur hîc hi homines irreligiosi in templum Dei? puto temporaria lucella pecuniarum. Quid si negotiantur luxuriam? Quasi domus Dei sit negotiatio lasciuiæ, & occasio impudicitiæ. Ad rem Alcuinus: *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. Quotidie*, inquit, *Deus spiritualiter suam Ecclesiam intrat, & qualiter ibi vnusquisque conuersetur attendit. Caueamus ergo ne in Ecclesia Dei fabulis, vel risibus, vel cupiditatibus vacemus, ne improuisus veniens, nos flagellet, & de Ecclesia sua eiiciat.* Homo qui à templi Dei casta reuerentiâ non euitatur, nescio an satis homo sit, saltem satis Christianus non videtur. Homo in Ecclesia nullius sexus debet esse: nam si ex ædis religione sumit luxuriandi occasionem timeat ne Christus facto flagello ex eius impudentiæ funibus, eum extra Ecclesiam eiiciat, & ponat inter impios & infideles. *Caueat ne de Ecclesia sua eiiciat:* nam qui sic sacrosancta Dei templa profanat, & ita Deum blasphemat, semichristianus videtur.

Ioan.

Alcuin.

Matthæi 23. vers. 35. *Et veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ, filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare.* Etquidem cum τὸ *sanguis* in Scripturis non tantùm rem cruentam significet, *Sanguis sanguinem tetigit*, Osee 4. v. 5. sed etiam rem Veneris. *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis*, Ioannis 1. v. 13. hinc Origenes sensum deflexit ad libidinem in templo peractam, aiens: *Vsque ad sanguinem Zachariæ, quem occidistis inter templum, & altare. Ab impiis*, inquit, *memoria interficitur Dei: quoniam & templum Dei à lascinis corrumpitur, & altare eius per negligentiam orationum sordidarum, sordidatur.* Pulchrè vocat orationes sordidas, quæ ore tenus fiunt, dum nutus, & affectus negotiantur luxuriam, & flexis genibus ad altare, oculi & lingua scortantur. A squalidis his precibus, addit sordidari altare Dei; & templum corrumpi, & constuprari eiusmodi audacia libidinis. Huc alludere videtur Tertullianus lib. de Pudicitia, cap. 1 agens de quodam edicto, quod promulgauit quispiam Pontifex in quo presbyteris ab Episcopo approbatis, concedebatur facultas absoluendi à quibusuis luxuriæ delictis. Hoc edictum affixum fuit templorum valuis, vt omnibus innotesceret. Super quo ita fatur Tertull. *Vbi proponitur liberalitas ista? ibidem, opinor, in ipsis libidinum ianuis, sub ipsis libidinum titulis. Illic eiusmodi pœnitentia promulganda est, vbi delinquentia ipsa versabitur. illic legenda est venia, quo cum spe eius intrabitur.* Audis venerabilium templorum portas appellari ianuas libidinum, & Veneris titulum? quia sub titulo religionis homines luxuriantur in templis. Heu! Sancta, & pura Dei templa lasciuientium impudentiâ dehonestantur, dehonestantur, constuprantur! *templum Dei à lasciuis corrumpitur, sordidatur*, Ad rem Basilius Seleuc. agens de scortatione, ait, *Quare hortor vos morbo liberatis. Sin ad minus vultis, templorum adita ne ineatis. Nam & cooperta scabie oues, & morbis oppleta, non sunt cum sanis congregabiles.* Et mox: *Non est hic locus lupanar, sed Ecclesia.*

104. Matth. *Ne templû fiat lupanar.*

Osee. Ioan. Orig. Tract. 26. in Matth.

Tertull.

Basil. Seleuc. Orat. 41.

4. Regum 23. v. 7. dicitur de Iosia pio Rege: *Destruxit quoque ædiculas effœminatorum, quæ erant* 105. 4 Reg.

in domo Domini, pro quibus mulieres texeb nt quasi domunculas luci. τὸ *effœminatos pro scortis masculis* accipit eruditissimus Mariana. Mulieres verò esse meretrices, affirmat Lyranus, vt plures alios omittam. Hoc impium sacrilegium renouatum est ab Iasone lib. 2. Machab. cap. 4. v. 12. *Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque ephebotum in lupanaribus ponere.* Scilicet eousque deuenit impiorum hominum impudens temeritas, vt sic profanauerit sacratissimam Dei ædem, vt paticorum, & meretricum infame lupanar fecerit ex templo Dei. Adducam Tertulliani præclara verba cùm exprobrat grauissimè, *In templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari, in ipsis plerumque æditnorum, & sacerdotum tabernaculis, sub iisdem vittis, & apicibus, & purpuris thure flagrante, libidinis expūgi,* (id est, *perfici.* vt commentatur ibi Cerda oculatissimus eius interpres.) Piget. & pudet expendere hæc verba emphasis plena. Nempe videtur gentilismus sic dehonestare sacrata templa: de quo legi potest Minutius Felix in Octauio. Tertull. lib. de Pudicit. c. 5. Iuuenalis Satyr. 6 & 9. Adi Rangolij commentaria in lib. 1 Regum ad cap. 1. v. 12. qui adducit Nazianz. Chrysostomum, Epiphanium.

Mariana. Lyran. 2 Machab. *Scortati in templo.* Tertul. Apol. c. 15. Cerda. Minut. Tertul. Iuuenal. Rangol. Nazianz. Chrysol. Epiphan

106. Denique hîc non omittam Imperatores Diocletianum & Maximianum, alioqui sacrilegos Christi Dei insectatores, piissimos fuisse erga Deorum delubra. Super quo sic fatur Claudius Mamertinus Genethl. 1. ad Maximian. August. *Primùm omnium quanta vestra est erga Deos pietas? quos aris, simulacris, templis, donariis, vestris denique nominibus adscriptis, adiunctis imaginibus ornastis, sanctiorésque fecistis exemplo vestra venerationis.* Scilicet procerum pia veneratio sanctiora facit templa, quasi Principis religiosior cultus consecratio tenplorum fit. Euge, ô Christiane, qui quando vel impius Diocletianus inanium Deorum delubra sanctiora fecit ob castam reuerentiam, tu veri numinis reuerenda templa profanas & constupras impudenti luxurie. Huius religio sacrilegium est, lasciuiæ fœtor, nidor corporis, animæ mors, templum tibi pro sepulchro est; vt ibi iaceas, vbi deliquisti. *Atque adeò ipsa conuincam speciosò quidem nomine nominari templa, fuisse autem sepulchra, hoc est, sepulchra vocata fuisse templa,* inquit Alexand. Clemens. Pyra in qua ardes, luxuriæ ardor est, in bustum decinerescit in templo, templum tibi pro sepulchro fit, gehenna pro supplicio. Sic ardet zelus Christi Dei in templi corruptores, Psalm. 68. v 10. *Zelus domus tuæ comedit me.* Cibus conuertitur in comedentem: ergo violati templi zelus Christum comedens, illum quasi conuertit in zelum: ac si totus Christus sit templi zelus.

Mamert. *Templa sanctiora dicuntur à Principum veneratione.* Clem Alex. Adhort. ad Gentes. Psalm.

§. XXVII.

Fœminarum garrulitas in templis taxatur.

107. Silentij reuerentia debita est Ecclesiæ Dei: taciturnitate adoranda mysteria sunt, quæ loquelâ prophanantur. Domus Dei domus Orationis est, ad preces Deo fundendas facta, non ad miscenda colloquia; quæ orationi obstrepunt. Ergo in templo silendum est, vt debitus orationi cultus seruetur. Irreuerenter agit aduersus orationem, qui in domo orationis loquitur. Silentio adstantium adorantur preces, colloquiis dehonestantur. Ostenditur Ioanni in sua Apocalypsi agnus ille diuinitatis splendore fulgens, in augustiori throno sedens, cui adstabat Angelorum cœleste satellitium, assidebant seniores illi cœlestis curiæ Optimates adorantes Agnum, circumsonabant cœlum cœlesti melodiâ, audiebatur eximium illud Dei elogium: *Sanctus, Sanctus, Sanctus,* ad gloriam Dei dignè decantandam. Tunc Apocal. 8. v. 1. sic dicitur: *Et cùm apparuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo, quasi media hora.* statim subiungit causam facti silentij: *Et alius Angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum; & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium.* Scilicet dum Angelus offerebat Deo Sanctorum orationes factum est in cœlo silentium, quasi dimidiæ horæ. Quid? dum offeruntur Deo humanæ preces, fit in cœlo silentium, & cessatur à diuinis laudibus? & quidem trisagium illud, quod Deo decantatur, diuinæ laudis, & gloriæ diuinæ decus est. Nam strepitus diuinæ laudis decantatæ impedit, quominùs Deus exaudiat nostras orationes? Cessatúrne à decantanda diuina gloria, cùm ascendunt in cœlum humanæ preces, & Deo adsunt? Num cesset diuina gloria, vbi est ratio humana, & preces nostræ substituuntur in locum diuinæ gloriæ? Quid? magis placet Deo ratio nostra, quam eius decantata gloria, siquidem cessat gloriæ modulatio, cùm adest præsentanda oratio? Illustria hæc sunt Orationis elogia, sed nunc tantùm ad rem præsentem expendo, quanto silentio colenda sit oratio: cùm Sancti Angeli, & beati illi cœlestis curiæ proceres, dicuntur intermittere hymnos cœlestes & cantilenam, qua gloriam Dei diu noctúque modulantur, ne vlla vox vel in cœlo sonare videatur, dum oratio fit in terra. Taciturnitate humanas preces colunt Beati, & indecorum ferè existimant vel diuinas modulari glorias, dum humanæ funduntur preces: eiusmodi silentio Deum adorant, & orationem colunt. Quò forsan spectat illud Psalm. 64. *Te decet hymnus Deus in Sion.* Vbi Hebræa sonant: *Tibi silentium Deus in Sion.* Vbi hymnodia silentium, appellatur: non quia silentium fit, (quo enim modo hymnus potest esse silentium?) sed quia silentium exigit in cœlo, & in terra. Et sane pudor est, quòd in cœlo oratio colatur silentio, & quasi cessatione beatæ melodiæ, quâ Dei gloria prædicatur; & in terra perstrepat Orationis domus garrulitate fœminarum & colloquiis, quæ præsertim importunâ loquacitate peccant in templis, nescio quo loquendi pruritu instigatæ.

Silentium templis & orationibus debitum. Apocal. *Oratio cœli silentio colitur.* 108. Psalm.

109. 1. Cor. cap. 14. v. 34. *Mulieres in Ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis loqui. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.* Nescio quâ loquendi cupidine conueniunt ad Ecclesias fœminæ: quarum loquacitatem, vt cohibeat Paulus, seriò eas admonet, ne ibi loquantur de rebus etiam ad fidem, vel ad spiritualem profectum pertinentibus; ne fortè spiritualis instructionis prætextu, solitæ indulgeant garrulitati, & dehonestetur Orationis domus: in qua nec de rebus ad fidei notitiam pertinentibus permittit Paulus, vt mulieres loquantur. *In domo Dei* (ait S. Anselm. inibi,) *precibus vacent, & retinentes linguam, aures aperiant.* Nota τὸ *retinentes linguā* Contineant linguam, quæ impetu quodam fertur ad colloquia; retineant in Ecclesia linguam sanctarum precum causa. Vnde inquit Tertullianus. *Æquè praescribens silentium mulieribus in Ecclesia, ne quid discendi dumtaxat causa loquantur.* Cæterùm cùm hæc Pauli doctrina minimè frænasset mulierum in templo garrulitatem, sed adhuc in Ecclesiis autmussitarent, aut palàm miscerent colloquia:

1 Cor. *Fœminarum garrulitas in templis taxatur.* Anselm. Siue Herue. Tertull. l. 5. aduersus Marc c. 9.

loquia: nec vllâ censurâ cohiberi possent, artificioso ingenio cautum est irremediabili loquacitatis malo. Nimirùm statuerunt Apostoli in auspicio nascentis Ecclesiæ, vt Ecclesiasticus chorus fœminis constaret, non viris. Vnde ipsæ olim decantabant officia diuina. Quod his verbis tradit S. Isidorus Pelus. *Importunas in Ecclesiis loquacitates, Apostoli in Ecclesiis comprimere volentes, vt mulieres in ipsis canerent sapienti consilio permiserunt.* Scilicet animaduertebant Apostoli, nec Pauli, iussione nec vllis exhortationibus, aut censuris cohibere potuisse fœminarum in Ecclesiis garrulitatem. Vnde omissâ censurarum vi, ad artem confugerunt, statuentes sapienti consilio, vt mulieres modularentur canonicas horas, vt vel sic linguis occupatis in cantu, tunc saltem à colloquiis cessarent. Canant in Ecclesiis, & ita à colloquiis abstinebunt. Neque enim alio modo cessabunt à colloquiis mutuis, nisi linguæ impediantur. Occupentur linguæ psalmodiis, vt vel sic loquelam interrumpant. Nam si eis relinquantur expeditæ ad loquendum linguæ, non desistent à colloquiis. Hoc artificio frænarunt Apostoli earum garrulitatem in primitiua Ecclesia. Quod diu durare non potuit ob rationem, quam affert idem Pelusiota pergens: *Virum cantus suauitate ad irritandas, & extimulandas libidines abeunte; nihilò eam scenicis cantilenis præstantiorem esse existimarunt*, &c. Propter hanc causam cessatum est à fœminarum cantilenis, vt præcipitur in Concilio Antissiodorensi, can. 9. vbi dicitur: *Non licet in Ecclesia choros puellarum cantica exercere.* Verùm satis supérque indicarunt Apostoli, quàm difficile, & arduum sit mulierum linguas in templis cohibere silentio, cùm omissâ censurarum vi, ad artificium confugerint, conantes cantu ligare earum linguas, & sic à colloquiis impedire. Hinc iam non admiror S. Nazianzenum, inter præcipuas sanctissimæ fœminæ Nonæ laudes recensere: *In conuentibus, locisque sacris, nunquam illius vox audita est.* Mirabatur ætas illa fœminam tacentem in templo, & stupebat silentium in sacris. Vnde inter augustiores Nonæ virtutes ponit Nazianzenus, quod in Ecclesia *Nunquam eius vox audita est.* Vnde Iuditha cap. 8. v. 9. vocat ad se Presbyteros, ne in Synagoga, vbi ipsi aderant, audiretur eius vox. Et hîc vers. 21. Fœminæ Bethulienses, quæ adsunt Synagogæ, sint exemplo Christianis fœminis.

Pelus lib. 1. epist. 90.

110.

Pelus.

Nazianz. or. in laudem patris sui.

Iuditha.

CAPVT SEPTIMVM.

HOLOFERNES autem altera die præcepit exercitibus suis, vt ascenderent contra Bethuliam. 2. Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum, quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis & vrbibus vniuersæ iuuentutis. 3. Omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israël, & venerunt per crepidinem montis vsque ad apicem: qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma, vsque ad Chelmon, qui est contra Esdrelon. 4. Filij autem Israël vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, vnanimes orantes, vt Deus Israël misericordiam suam ostenderet super populum suum. 5. Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca, quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea tota die & nocte. 6. Porrò Holofernes, dum circuit per gyrum, reperit quòd fons, qui influebat aquæductum illorum à parte australi extra ciuitatem dirigeret: & incidi præcepit aquæductum illorum. 7. Erant tamen non longè à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam, ad refocillandum potiùs quàm ad potandum. 8. Sed filij Ammon & Moab accesserunt ad Holofernem, dicentes: Filij Israël, non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti. 9. Vt ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certè fatigati tradent ciuitatem suam, quàm putant in montibus positam superari non posse. 10. Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes. 11. Cúmque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam, ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur, vel vna die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie. 12. Tunc ad Oziam congregati, omnes viri, feminæque iuuenes, & paruuli omnes simul vna voce, 13. dixerunt: Iudicet Deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyriis & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum. 14. Et ideò non est qui adiuuet, cùm prosternamur ante oculos eorum in siti, & perditione magna. 15. Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte trádamus nos omnes populo Holofernis. 16. Melius est enim vt captiui benedicamus Dominum viuentes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cùm viderimus vxores nostras, & infantes nostros mori ante oculos nostros. 17. Contestamur hodie cœlum & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundùm

Digitized by Google

peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, & sit finis noster
breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis. 18. Et cùm hæc dixissent,
factus est fletus & vlulatus magnus in Ecclesia ab omnibus, & per multas horas vna vo-
ce clamauerunt ad deum, dicentes. 19. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egi-
mus, iniquitatem fecimus. 20. Tu quia pius es, miserere nostri, aut in tuo flagello vin-
dica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo, qui ignorat te. 21. Vt non
dicant inter gentes: Vbi est Deus eorum? 22. Et cùm fatigati his clamoribus, & his fle-
tibus lassati siluissent. 23. Exurgens Ozias infusus lacrymis, dixit: Æquo animo estote
fratres, & hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam. 24. Forsitan enim
indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. 25. Si autem transactis
quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba, quæ locuti estis.

§. I.

Commentarius litteræ.

Vers. 1. Holofernes autem altera die præcepit exercitibus suis, vt ascenderent contra Bethuliam.

Vers. 2. Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum, quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis, & vrbibus vniuersæ iuuentutis.

Vers. 3. Omnes præparauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israël, & venerunt per crepidinem montis vsque ad apicē, qui respicit super Dothaim, à loco, qui dicitur Belma, vsque ad Chelmon, qui est contra Esdrelon.

Vers. 4. Filij autem Israël vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, vnanimes orantes vt Deus Israël misericordiam suam ostenderet super populum suum.

Vers. 5. Et assumentes arma sua bellica sederunt per loca quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea tota die, & nocte.

Vers. 6. Porrò Holofernes, dum circuit ciuitatem per gyrum, reperit quòd fons, qui influebat aquæductum illorum à parte australi extra ciuitatem dirigeret: & incidi præcepit aquæductum illorum.

Vers. 1. 2. & 3. — 1. — Salian — Vatabl.

HOlofernes autem altera die, &c. Nempe alterâ die, quæ proximè consecuta est orationem Achioris. Ita Salianus, præter expositores fauet textus Græcus, & Vatablus exscribentes: *Postridie*, scilicet posterâ die iubet Holofernes exercitui, vt armetur, & pergat contrà Bethuliā sitam in montium cacuminibus. Iterum datur militum numerus, sed impar recensitus fuit, cap. 2. v. 7. (Iudith) Omitto Græci textus supputationem, quæ à Vulgato, & à se discrepat. Peditum idem numerus recensetur, scilicet *Centum viginti millia*, in Græco, *Peditum Centum Septuaginta millia, præter apparatum, & viros, qui erant pedites in eis.* Quomodò præter pedites numerātur peditum centum septuaginta millia? Vatablus rem expressit disertiùs, aiens: *Peditum centū septuaginta millia, præter impedimenta, virósque peditibus frequentes perquàm frequenti multitudine.* (Vatabl.) Equites verò viginti duo millia numerantur, cùm c. illo 2. dicantur duodecim millia Sagittariorū Equitum. Forsitan (vt illic coniectabam) Equitum Sagittariorum numerus ibi refertur, siletur autem numerus cæterorum equitum, & quia minor erat, & quia in alios armorū vsus partitus. Nisi velis cap. illo 2. numerati equites, qui Holofernē consecuti sunt, cùm ex Assyria proficisceretur, non eos, qui eū consecuti sunt à Rege missi. Et quidem satis cautum est hoc militum incrementum non coaluisse ex gentibus dedititiis, quas auxiliares admisit; nam addit: *Præter præparationes virorum illorum, quos occupauerat captiuitas.* Cæterùm cùm tot tantæque copiæ præpedirentur arduo montis ascensu, *Per crepidinem montis*, id est, *Per latus seu radicem*, ita Sà, peruenerunt ad apicem montis è quo vrbs obsidenda visebatur. Græcè dicitur, *Castrametati sunt in valle*: nempe ad radicem montis vallis erat, vbi fixerunt castra, etsi occupauerant montis verticem, qui non capiebat tam vastam hominum multitudinem.

Vers. 4. 5. 6. — 2.

Filij autem Israel, &c. Cùm Bethulienses tot millitum myriades prospexissent (cæteræ versiones rem paulò vberiùs, sed eadem sententia exprimunt;) vnanimes in oratione, cinere deturpant capita, vt squalidæ orationis specioso ambitu liberationem impetrarent: dein validè armantur, ne Assyrio militi per angustas montium fauces pateat accessus. Scilicet diuino, & humano munimento egregiè armantur. Addunt Septuaginta Interpretes, quod Bethulienses milites *Assumentes vnusquisque vasa bellica sua, & accendentes pyras super turres suas manebant custodientes totam noctem illam.*

Verùm Holofernes: dum egregij ducis munera obit, & attentâ exploratione Bethuliam procul vrbe circuit, reperit fontem ab australi plaga, per occultos terræ meatus largè influere in vrbem; & tubos per quos ductabatur, incidit quò latices diuerteret, & siti cogeret Bethulienses ad deditionem. Sententia perspicua est, etsi loquendi modus paulò impeditior. Nempe Holofernes reperit, *Quod fons, qui influebat, aquæductum illorum à parte australi extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum.* Fónsne dirigit aquæductum, an aquæductus dirigit fontem? Hinc suspicatur Serarius, fortè scribi *Dirigeret*, pro *Dirigaret*: fons enim aquæductum dirigat. (Serar.) Non tam vrget difficultas, vt vulgata editio corrigenda sit. Tirinus. (Tirin.) *Fons aquæductum dirigebat*, id est per canalem rectâ destinabat in vrbem Bethuliæ. Sanctius accipit (Sanct.) *Dirigeret*, pro facere directum: scilicet passiuam pro actiua. Sinceriùs, & aptiùs: fons dirigit aquæductum, seu aquam aquæductûs ad ciuitatem. Sic

infrà v.11.ait *defecisse cisternas*, id est, cisternarum aquam. Sic dicimus; fluuius innato aquarum pondere dirigit se in mare per vallium alueos: sic australis hic fons dirigit aquæductum, vel aquæductus aquas (continens pro contento) in vrbem Bethuliam. Vulgare hoc documentum est, aliorsùm diuertere fontes ne obsessi fruantur aquarum beneficio, & quod inferret vel nouitius dux.

3. Hist Schol. 2. Paralip. Vnde Historia Scholastica ad cap.1. Iudith. existimat, (cùm credibile sit ante Holofernis aduentum, Bethulienses hunc aquæductum obruisse terrâ ad Ezechiæ exemplum, qui 2. Paral 32.v.3 & 4. legitur obturasse fontium capita ad aduentum Sennacherib, ne agnosceretur ab hoste remotissimis regionibus veniente) existimat inquam, latentem aquæductum per auiculas fuisse proditum, cùm illæ per latentes tumulas aquam in arenti loco extraherent. Holofernes autem lustrans vndique ea loca, comperisse ibi subesse aquas. Lepidum hoc augurium irridet Serarius, vt commentitium: cùm non aues, sed Ammonitæ, & Moabitæ, id indicauerint. Benè Salianus num.50. Serarium arguit: non enim Ammonitæ, & Moabitæ hunc canalem prodiderunt, sed forte fonticulos, de quibus infrà vers. sequenti. Imò nec fonticulos, qui omnibus patebant; sed hac occasione Moabitas, & Ammonitas adiisse Holofernem, & suasisse, vt Assyriorum præsidio arcerentur Bethulienses à fonticulis. Itaque satis verosimilis est coniectura, Historiæ Scholasticæ, sed coniectura. Denique aduertit Benedictus Fernandez, sect. 4 ad c.37. Genes. hunc fontem esse B. Virginem, cuius aquæductum ad fideles directum præcidere intentat Tartareus Holofernes.

Serar. Salianus. Fernand.

§. II.

Quàm arcti, & molesti sunt ambitionis & superbiæ gressus

4. SVperbia res est plena laboris & molestiæ; arduum & laboriosum est iter ad gloriam. Cui ù emit honores ambitio; curásque eos administrat, qui populares curas occupatur. Cui labori parcit, qui inani gloriæ studet, vt ventosissimos plausus captet? Sciunt hoc Litterati facti ad scientiæ fastus sciunt candidati ad ambitum munus. Grauis tyrannus ambitio est, homines diu, noctúque misere defatigans; nec diem lætum agere permittens; neo fini huius vitæ bonis: negotium illis pro otio est. O quam confragosa via est, quæ ducit ad gloriam! quàm impedita, quàm spinosa, quam angustè lata! Quàm miserè angit eum, qui angustos honores, & acclamationum inanes voces ambit! *Non veniat mihi pes superbiæ*, aiebat Regius vates Psal.35.v.12. Superbiç dat pedes Dauid, vt notauit Didymus ibi in Catena Græcorum Patrum. Superbiæ *translatione quadam perinde ac si de animali loqueretur pedē dicit*. Scilicet veretur Dauid ambulare vanitatis passibus; vnde superbiæ pedes timet: sciens quàm molesti & intolerabiles sint superbiæ gressus, quantùm defatigent, & molestent superbos! Nullam enim quietem, aut voluptatem permittit superbia iis, qui incedunt inanis gloriæ gressibus per superbiæ angustam semitam. Orbis imperio potiebatur Alexander Macedo, regno superbus, ambitione elatus: nec totius orbis possessione satur, alio anhelabat Orbes à superbiâ, & ambitione prohibitus ne fruerentur totius mundi possessione, & deliciis Daniel. 8. vers. 5. *Ecce hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram*. Conuenit inter Expositores Hirci nomine Alexandrum Magnum intelligi; hic venit super faciem totius terræ, cuius possessionem, & delicias ipse subiugauerat sibi. At ipse totius terræ Dominus Alexander *terram non tangebat*. Non me latet littera; sed mysterio non vacat ad tropologiam modus dicendi tanti Prophetæ. Terram non tangit superbissimus Rex: quia super terram, & humanum fastum graditur, quia ambitionis negotiis adeò occupatus, & absorptus est, vt Orbis Domino vix detur terram tangere, & eius voluptate vel obiter perfrui. Terram, terræque delicias vix tangit, vix delibat, totius terræ Dominus. Adeò præ ambitione negotiosus, & occupatus totus est in te gloriæ, cui incumbit anhelus, vt nec in transitu, terram, eiúsque commoda per otium tangere concessum sit, totius terræ Domino: Totam possidet terram elatus Rex, & vix terram præ ambitione tangit. Et qui requiescere poterat in totius mundi deliciis, ab ambitione vetitus, & ad nouos gloriæ triumphos festinans, nec leui vestigio terram tangit. Tam expers terræ, á que à terrâ, terrenísque voluptatibus alienus est Orbis Dominus! ô tormentes angustias elationis! *Non veniat mihi pes superbiæ. Pes*, inquit, non pedes: nam superbus vix vno pede terram tangit; per sublimitatum fastigia graditur molestissimè.

Psalm. Didym. Cur dicitur pes superbiæ. Superbus non tangit terrā. Daniel. 5.

Sap.5.v.7. *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis; & ambulauimus vias difficiles. Quid nobis profuit superbia?* Superborum meta, & superbiæ finis, gehenna est. Ibi vanissimi homines verè torquentur, totis gehennalibus incendiis ardent, brumali frigore algent, conscientiæ vermibus æternum depascuntur, humiliationibus fruunt, & omnium tormentorum machinis miserè excarnificantur. Quorum omnium obliti, ob labores in via iniquitatis, & vanitatis perpessos, flebiliter conqueruntur sic eiulantes: *Lassati sumus in vias iniquitatis, & ambulauimus vias difficiles* Admirationi est hæc superborum lamentatio Si cinè leues sunt, quas tolerant in inferno ærumnæ, vt quæ actu patiuntur tormēta, obliti, quasi tantummodò crucientur lassitudine, & laboribus in via superbiæ, perpessis, de his tantummodò querantur, & doleant? Actu vruntur inextinguibili flammæ, excoluntur viscera verme perenni; strident rigore gelu, furunt tormentorū æternitate: & tamen ac si propter hæc non doleant, miserè lamentāntur ob labores iam diu perpessos in via vanitatis? Acerbius torquentur ob præterita vanitatis incōmoda, quàm ob præsentia gehēnæ tormēta? Accipe locum ad hanc rem expensione dignissimum.

6. Sapient. Superbia libertas.

Iob.41.v.21 Describens Leuiathan, sic scribit: *Sub ipso erūt radii solis, & sternet sibi aurum, quasi lutum.* (Quæ verba ita transtulere Septuaginta interpretes, *Lectus eius obelisci acuti: Post eum lucebit semita, existimabit abyssum quasi senescentem, non est potestas in terra, quæ comparetur ei: omne sublime videt.* Nullum est verbum, quod elationem non spiret. Vnde concludit, *Ipse est Rex super omnes filios superbiæ.* Singula breui periphrasi percurro. *Sub ipso sunt radii Solis*; id est: Superbus adeò se lucere præsumit, vt solares radios minùs splendere existimet, comparatione sui: sub ipso esse iubar Solis credit, & ab se posse Solem ipsum mutuare fulgores. Addit: *Post eum lucebit semita*, hoc est via, quâ ipse incedit, seu officium, quod gerit, etsi antea caliginosum & inglorium, postquàm ipse id munus obit, adeò illustre iam est, & conspicuum, vt deinceps præclarum sit officium, quod ipse gessit, ipsius nomine nobilitatum. Item *Post eum lucebit semita.* Omnes ambibunt, quod ipse habuit

7. Iob. Superbia in deles.

habuit munus, etsi olim inglorium, & despectum: Ad hæc, *Æstimabit abyssum quasi senescentem*, id est, ipse iuuenis senum munera tractabit: & honorem seu officium, quod senes seneli ætate, & sapientia aucti, obeunt, ipse obibit in iuuentute. Nempè adhuc iuuenis præcurret, & anteuertet canos senum honores. Quasi despiciens senum præclara munere gerere, nisi in iuuentute, ad ambitionis fastum Præterea: *Omne sublime videt*. Quia

Superbus per obeliscos incedit.

8. quod magnum, & sublime non est, indignum indicat, quod ipse videat. Omnia excelsa, & sublimia tantummodò intuetur; omnia illa, & illa tantùm digna eius aspectu, & affectu iudicat. Et qui vnus, & solus est, & omnia magna, & augusta ambit: ac si ipse solus ea omnia capere posset, & ipsi vni deberentur. Tantâ superbiæ ambitione elatus turget! Verùm expendere oportet ad rem, quam tractabam, illud, quod consultissimè scripsêre LXX Interpretes: *Lectus eius obelisci acuti*, id est, habitat supra excelsos obeliscos. Adeò si terrâ, rebusque humilibus sublatus est, vt in celsitudinibus obeliscorum habitationem collocauerit suam. Sublimia, & cuspidata pyramidum cacumina habitat. Habuit Christiana religio ad sanctitatis miraculum, Stylitam quempiam sanctissimum virum, cui præalta columna, diu pro cella fuit. Habet ventosissima superbia suos Stylitas, quibus *obelisci acuti* pro habitatione sunt, ad superbiæ miraculum: quibus habitaculum præbent pyramidum celsitudines, & obeliscorum præcelsæ cuspides. *Lectus eius obelisci acuti.* Hi inquam superbissimi homines, quorum lectus est obelisci acuti, hîc vers. 3. dicitur *venisse per crepidinem montis*: neque enim hi incedunt per campestres, aut vallestres vias, sed per fastigia sublimitatum.

Iudith.

§. III.

Multorum oratio piâ ambitione impetrare præsumit, quod Sanctorum proceres non impetrarunt.

9. MVltorum oratio, certum impetrationis præsagium est. Nam, vt eleganter S. Ambrosius lib. de Pœnit. *Multi animi dum congregantur vnanimes, fiunt magni: & multorum preces impossibile est contemni.* Pusillanimis oratio, magnanima à consortio, aliorum, & secura impetrationis, (cùm *impossibile sit contemni*) iam fermè possidet, quod precatur: nam vnanimitas orantium, pignus est possidendi. Matthæi 18. v. 19. *Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcunque petierunt, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Omnia Christi verba fiduciam spondent, spem firmant, certitudinem impetrandi augent. Super quibus verbis, sic scribit S. Cyprianus: *Quod si duo vnanimes tantum possunt, quid si vnanimitas apud omnes esset? Iam pridem de diuina misericordia impetrassemus, quid petimus: nec tandiu in hoc salutis, & fidei nostræ periculo fluctuaremus.* Sed iuuat singula Christi Dei verba expendere, quæ fiduciam spirant, & certitudine impetrationis confirmant, si oratio fiat à multis, vnanimi plurium consensu. Quod benè expendit Glossa, (nam hæc Strabi, sed illa antiqua apud S. Thomam ibi) pulchro glossemate præfata verba illustrans. Quæ primò statuit hic agi de oratione: *De omni petitione, quæ fit à consentientibus in vnitate Ecclesiæ dat confirmationem, cùm subdit: Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcunque petierint.* Audis *de omni re*? Quid amplius? quid

Ambros. *Multorum preces impossibile est contemni.*

Matth.

Cyprian. epist. 8.

Glossa.

S. Thom.

10. magnificentius promitti à Deo potest? Quid audentius aut desiderari, aut sperari? Quæ tam ampla promissio legitur? Quid non continetur sub *omni re*? Amplissima planè hæc promissio est. Certitudinem obtinendi tam amplam promissionem expende: *Fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est. Per hoc autem quod dicit: Qui in cœlis est, cum super omnia ostendit: & per hoc complere eum posse, quod petitur.* Nempe spondet Christus Deus quod multorum oratione postulatur, dandum ab eius Patre, qui in cœlis est. Quasi dicat: Ego qui sum filius eius, & inde hæres paternæ hæreditatis, ad Patrem meum vos remitto; vt ex meo censu, qui mihi obuenit filiationis iure, impleat meam promissionem. Emphaticè additur, *qui in cœlis est*: vt notum sit, sic postulantibus, *Patrem super omnia esse.* Scilicet Pater non tantùm omnipotens est, sed in cœlis habitat, & ita nulla re indiget. Porrò rei indigentia liberalitatem solet cohibere; at qui in cœlis est, nullius rei humanæ indigus est: vnde etsi de se munificus non esset, tamen liberaliter largiretur hæc omnia, vtpote sibi superuacua, & minimè necessaria. Addit Glossa: *Vnde rata est sententia consentientium, quia Deus cum eis habitat: & ideò sequitur. Vbi sunt enim duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Nimirum, si adhuc hæsitatis de impletione promissi, ego sum in medio vnanimiter orantium, quasi pignus pro re obtinenda: id est, non tantum oppignero meam fidem, sed me loco pignoris do, vt certi sitis vbertim implendum, quod munificè vobis promisi. Scitè ergo dixit S. Ambrosius; *Multorum preces impossibile est contemni.*

Glossa.

11. De vnanimi multorum oratione dixit Tertullianus aliàs expensus *Precationibus ambiamus orantes*. Scilicet multorum oratio propè ambitiosa est, cùm supra merita præsumat. Nonne præsumptio esset orationis, si ambiret impetrare: quod Pauli preces, quod preces Petri, quod omnipotens oratio Deiparæ non assequuntur? Ita planè. Audi S. Chrysostomum homil. 3. de incompr. Dei naturâ, sic scribentem: *Quod si omnis oratio tantum vim habeat, longe magis eam quæ ore multorum prouenit valere consentaneum est. Vnde id constat? Paulum ipsum dicentem audi: Qui ex tantis periculis eripuit nos, & eruit, etiam speramus quòd adhuc eripiet, vobis quoque in oratione pro nobis subuenientibus.* Videlicet quod Paulus se sua oratione adipisci dubitat, sperat impetrare oratione multorum. Et Actor. 12. v. 5. in carcere ligatus tenebatur Petrus ab Herode: *Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesiâ ad Deum pro eo.* Num multorum preces plus valeant ad Petrum liberandum, quàm ipsius Petri oratio? Eleganter sanctus Chrysostomus: *Oratio autem fiebat ab Ecclesiâ. Audite quomodo affecti erant erga præceptores; ad preces conuersi, præsidium reuera inexpugnabile, ad illud confugiebant: Non dicebant, humilis ego & nihili homo pro illo orarem?* Nempè Petrus Ecclesiæ caput erat, & columen: in illo tota res Christiana periclitabatur: charus erat, & familiaris Deo: ipse in graui vitę discrimine constitutus, à periculo viuaciùs orarent: nam calamitas energia orationis est. Et tamen nihili homines, & meritis impares, vnanimi oratione adiuncti, incolumitatem Petri impetrant, quam Petri oratio impetrare non præsumit. O pia ambitio orationis multorum!

Tertull. Apol. c. 39. *Oratio multorum ambitiosa dicitur.*

Chrysost. hom 3.

Actor.

Chrysost. hom 26 in Acta.

12. Ioannis 2. cap. Adest Christus nuptiis Canæ Galilææ

Digitized by Google

Ioann. *Oratio multorum impetrat quod Maria videtur negari.*

Galilææ, aderat & Maria : & deficiente vino, ait mater eius ad eum, *Vinum non habent.* Cui aspe- ciùs respondisse videtur Iesus, aiens : *Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea.* Quibus verbis planè videtur Christus refutare matris petitionem. Tunc illa dixit ministris : *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Cur Maria de illâ re agit cum ministris, si Iesus renuit miraculum facere? aut importuna, aut superuacua videtur istiusmodi negotiatio. Quid? confugit ad ministros, vt impetrent, quod ipsa Dei mater non obtinuit? Opportune S. Chrysostomus: *Idcirco mater & expectauit, & palàm ministros accersiuit, vt à pluribus rogaretur.* Quid illustrius pro hac re: Scilicet, faciliùs negari videtur oranti matri, quàm *pluribus rogantibus*? Num quod mater non est assecuta, intentat consequi oratione plurium? & petitionis quasi repulsam passa, confugit ad orationem multorum, vt sic certò impetret, quod per se ipsam non videtur impetrasse? Vnde *palàm ministros accersit, vt à pluribus rogaretur filius.* Hæc est pia ambitio orationis multorum, cùm supra merita piè præsumat, & impetrare intentet, quod nec Pauli oratio, nec oratio Petri; imò ferè nec Deiparæ probatio extorquere præsumunt. Qui mirantur stupendam liberationem Bethuliensium à tam dira obsidione, simul mirentur vnanimis multorum orationis efficaciam, contemplantes illos hîc vers. 4. *Vnanimes orantes, vt Deus Israel misericordiam suam ostenderet.* Nam, vt aiebat Ambrosius, *Multorum preces impossibile est contemni.*

Chrysost. homil. 21. in Ioan.

---

§. IV.

Commentarius littera.

Vers. 7. Erant tamen non longè à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam, ad refocillandum potiùs quàm ad potandum.

Vers. 8. Sed filij Ammon & Moab accesserunt ad Holofernem, dicentes: Filij Israël, non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti.

Vers. 9. Vt ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certè fatigati tradent ciuitatem suam, quàm putant in montibus positam superari non posse.

Vers. 10. Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrum centenarios per singulos fontes.

Vers. 11 Cúmque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam, ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur, vel vna die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie.

Erant tamen non longè, &c. Cæteræ exscriptiones fusiùs idem tradunt. Si quid notatu dignum adduxerint inter exponendum adnotabo Holofernis industria aliorsùm diuertit canales, per quos largus & iugis fons influebat in Bethuliam. Sed ciuibus re maximè ad vitæ sustentationem necessariâ priuatis, aliquale solatiolum relictum erat; nempe fonticuli non longè à mœnibus scaturientes. Quorum adeò erat exilis, & maligna scaturigo, vt cautium sudorem diceres, non scatebram. Ex his fonticulis clàm Assyriis, Bethulienses lingebant, & legebant aquulam, quæ comportata in vrbem, non extinguebat sitim, sed tantillum sitientes refocillabat. *Το videbantur* iungendum est cum *furtim*; & sensus erit : velut furtim hauriebant, ita Emmanuel Sà. Sed verosimile est Bethulienses visos aliquando ab Assyriis, etsi clauculùm id fecerint. Cæterùm Ammonitæ, & Moabitæ (Textus Græcus Idumæos addit. ô fratrum intestina odia! ô vel pristinæ felicitatis inuidiam! ô adulationis ambitionem!) sponte eunt ad Holofernem, & indicant non satis esse incidisse aquæductus, nisi fonticuli prope mœnia emicantes Bethuliensibus prohibeantur; ipsi enim norunt, quippè præ viciniâ illis sunt explorata omnia Israëlitarum, non longè à muris aquarum scatebras erumpere, quos fortè tunc viderant haurientes; suadéntque, vt apponatur militum custodia, quæ arceat obsessos, ne hoc fruantur subsidio: nam Hebræus populus, inquiunt non præsumit strenuo & numeroso Assyriorum exercitui resistere, armorum peritiâ, & robore, sed montium asperitatibus moliuntur frangere hostes diuturnitate obsidionis. Ergo præstat eos siti aut enecare, aut cogere ad deditionem. Porrò periculosum telum est fames, & sitis. Placuit consilium Holoferni, & eius ducibus, & constituti sunt centeni milites ad singulos fonticulos, qui arcerent Bethulienses. Græci Codices innuunt fonticulorum custodiam commissam fuisse ipsismet Ammonitis, additis quinque millibus Assyriorum. Gotfridus in Allegoriis, sic versat hunc locum: *Erant non longè à muris fontes, dogmata Philosophorum, quæ scientiæ, & honestatis aliquod conferunt solatium. Ex quibus videbantur haurire aquam ad refocillandum potiùs quàm ad potandum.*

13. Vers. 7. 8. 9. 10.

Sà.

Græcus.

Gotfrid.

Cúmque ista custodia, &c. Post transactos viginti dies, cùm prohibiti fuissent Bethulienses obsessi ne comportarent aquam è fonticulis, *defecerunt cisternæ*, id est cisternarum aquæ, & collectitiæ? *Ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur vel vna die; quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie.* Hæne bona ratio est, cur aqua deficiat, quia scilicet ad mensuram dabatur? Sanè appetitum prouocat magis, quod liberum non est. Impetu quodam fertur homo ad negata. Abundantia fastidium sui facit, penuria appetentiam. Potiùs desiderium sitit, quàm necessitas, quod si abesset, abesset & sitis. Nihilominùs alia est illorum verborum sententia, vt optimè Sanctius. Scilicet defecerunt pluuiales, & collectitiæ aquæ, eóque est adacta ciuitas, vt neque vno tantùm die satiari posset, eâ enim mensurâ diuidebatur aqua, quæ acueret potiùs, quàm sedaret sitim. Dicam luculentiùs : Ideò ad mensuram dabatur aqua quotidie; quia si absque mensura daretur, libenúnque esset totam explere sitim, non erat in ciuitate vnde vel vna saltem die satiarentur expetito potu. Plura Bibliorum loca, vbi fames, aut sitis toleratur, tradit Lorinus hunc Iudithæ locum versans ad cap. 26. Leuitici, vers. 26. Græcus textus sic habet : *Et man-*

14. Vers. 11.

Sanctius.

Lorin.

serunt

fterunt in circuitu eorum castra Assur, pedites, & currus, & equites eorum diebus triginta quatuor Et defecerunt omnibus habitantibus Bethuliam omnia receptacula suarum aquarum, & cisternæ euacuabantur. Et mox: *Quam ob rem infantes eorum linquebantur animo, mulieres, & iuuenes præ siti deficiebant, atque concidebant in plateis vrbis, portarúmque transitu, nec superat in ipsis vllum robur.* Bartholomæus Tortoletus lib. 1. Iudithæ vindicis graphicè describit poëticâ licentiâ agoniam sitis Bethuliensium: Plurimas autem vrbes munitissimas præ impatientia sitis hostibus vltrò traditas, numerat Polybius lib. 7. cap. 5. Lucanus lib. 4. Iosephus lib. 15. Antiquit. cap. 8.

Tortolet.

Polyb. Lucanus. Iosephus.

§. V.

Sycophantica delatio perniciosa semper fuit; vera & pia, olim & nunc sancta est.

15. PLerumque acerrima ex domesticâ consuetudine odia nascuntur. Quid? quòd è propinquitate & sanguine omnium maxima exurgunt; vt eiusdem vteri vehementiora quàm alieni sint incendia, quæ nullâ arte, aut flumine restinguas. Nulla tamen grauiora, quàm parentum in filios, filiorum in parentes, fratrúmque in fratres sunt. Id adeò ex eo prouenit, quòd summus amor, si exasperetur, in summum odium transeat: vt summa clementia & mititas; si efferentur, in extremam crudelitatem & ferociam degenerant. Tardè hæc lentéque eueniunt, & syluarum more, ignem concipiunt: quò nimirum tardiùs, eò vehementiùs. Hæc ferè Politico Christianus. Itaque domesticus hostis, & germanus sanguis, aut æqualitate doctrinæ, aut fortunæ, aut honoris, aut diuitiarum exasperatur; tunc exardescit inuidia, exurgit ira, cuius exitus sæuum odium est: odium verò quod non intentet malum? Si valet viribus, per seipsum malum infert, quam acerbum potest; si verò imbecillus sit, & inermis, potentiorum auxilia ambit omni arte & industria. Heu intestina fratrum odia deploranda! Sponsa aliàs pulchra, ex præcordiis dolet se denigratam suorum fratrum subdolâ arte. Cantic. 1. vers. 5. dixerat: *Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*: quæ tabernacula specie tenus fœdè squalent ab iniuria temporum; at introrsùm gloriosè nitent à superbia Regum, subdit vers. 6. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Hanc pugnacem fratrum naturam & videre, & admirari licet in Iacob & Esau, Genes. 25. vers. 25. Elegantissimè Tertullianus: *Ecce*, inquit, *duplex fœtus in loco matris tumultuatur, & nusquàm adhuc populi duo: portentosa forsitan petulantia infantiæ antè certantis, quàm viuentis; antè animosæ, quàm animatæ.* Et mox: *O infantem & æmulum, & validum, & olim contentiosum!* Ecce alter infans aduersus alterum præmaturè tumultuatur, & frater fratrem supplantare validè nititur: ita vt alteruter de altero dicere potuerit; *Filius matris meæ pugnauit contra me*, & quidem contentiosissimè.

Scribani.

Fratrum odia pestiulentiora.

Cant.

Genes. Tertul. lib. de Anima, c. 26.

16. Sed sciendum est, qui sit hic frater, qui à sanctâ Sponsa dicitur in sororem sæuissimè pugnare. Origenes arbitratur fratris nomine intelligi Synagogam, quæ acerbissimè insectabatur Ecclesiam, & eius caput Christum. Quæ vsqueadeò sæuiit in Iesum adhuc puerulum, vt Angelus dixerit Iosepho, Matth. 2. vers. 13. *Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Sic enim eius fratres persequebantur tenellum IESVM, vt securior esset in Ægypto, populo barbaro, impio, idololatra, & Hebræis infensissimo, quàm inter suos fratres. Dein Ambrosius sic fatur: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me: hoc est, impugnauerunt me corporis passiones.* Scilicet ad exprimenda intestina odia, & crudelem fratrum æmulationem, illam comparat Ambrosius passionibus corporis, quæ implacabile bellum gerunt aduersùs animam: nam concupiscentia domesticus & germanus hostis est animæ. Huc fortè alludit P. Damianus Iulianum Cæsarem ex Christiano & fratre, apostatam & sæuum hostem, appellans *fomitem*; quasi Iulianus olim frater, & Ecclesiæ domesticus, tanquàm concupiscentiæ *fomes*, seu passiones corporis, Christianos suos quondam fratres, persequeretur. Sic bellè explicantur domesticæ fratrum pugnæ, sub metaphora concupiscentiæ, aut passionum, quæ validè impugnant, & expugnant animum.

Origen. hom. 1. ex duabus.
Frater est in fratrem vt passiones vt fomes peccati
Matth.

Ambros. l. de Isaac & Anim. c. 4.

Petr. Dam. serm. 38.

17. Cæterùm cùm sanctissima Sponsa se fuscam, & denigratam esse conqueratur, statim culpam reiicit in non bonos fratres, inquiens: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me*, quasi pugna cum fratribus illam falsò culpauerit, & fœdè denigrauerit, similémque effecerit tabernaculis Cedar, & pellibus Salomonis, quæ intùs fulgebant gloriosè, foris squalebant inglorie. S. Bernardus hæc Canticorum verba torquet ad sui cœnobij Monachos, aiens: *Antè mihi contingat mori, quàm audire in vobis quempiam iuste clamantem: Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Nonne præsentis congregationis tanquam vnius matris filij omnes vos estis, singuli alterutrum fratres?* Et paulò inferiùs publicat huius pugnæ arma, & cruenta tela: *Nec cauendum*, inquit, *à grauioribus tantùm offensis, sed à clandestino quoque & venenato susurrio. Non*, inquam, *sufficit os custodire ab his, & similibus: cauenda sunt leuia, si tamen leue debet dici, quodcunque in fratrem præsumpseris voluntate lædendi. Nam quod tu leue putas, & ob hoc leuius præcipitas, plerumque alius aliter accipit, tanquam homo videns in facie, & secundum faciem iudicans, paratus festucam trabem suspicari, scintillam putare fornacem.* Non damnat hîc Bernardus veras & prudentes delationes, (procul à sanctissimo & religiosissimo viro tam acris censura contra politiam religiosam, imò & sæcularem,) sed planè damnat palàm mentitas, temerariè suspicaces, & sæuè iracundas, quæ pietati, & concordiæ aduersantur, & sub talionis pœna prudenter à multis præcauentur, & quæ pestes sunt congregationum, & earum forent excidium. S. Chrysologus animaduertens quàm inuerecundè senior frater conuitiaretur pio parenti Prodigi fratris flagitia Lucæ 15. vers. 30. ita scribit: *Inter propinquorum lumina non valent delicta versari; propinquorum quot oculi, tot lucernæ.* Quin & Prodigi filij scortationem, tametsi in longinquo patratam, & patri notam, & pœnitentia & condonatione deletam, senior frater iracundè replicat, & grauanter inculcat, ob perexiguum substantiæ lucellum. Neque satis fuit Prodigo filio longinquitas, ne lucerna fraternæ inuidiæ non publicaret fratris delicta, non ad fratris remedium, sed conuitium.

Cant.
Fratrum leuis delationes ab inuidia nõ sũt audiendæ.

Bernard. serm. 25. in Cant.

Chrysol. serm. 2. Luc.

18. Prudenter admonet S. Bernardus ne susurrio damnes *quodcunque in fratrem præsumpseris voluntate lædendi.* Nam præsumptio æmuli nimis audet, & testimonium præsertim fratris nimiam facit credibilitatem. Quod Tertullianus acerbè tulit, expertus quosdam malos Christianos, & non bene fratres, quædam suspicata crimina Imperatoribus detulisse.

Bernard.
Fratrum suspicaces delationes nimis infestarunt olim Ecclesiã
Tertull. Apolog.

detulisse. Vnde implacabile Imperatorum odium, & crudelior persecutio in Christianos desæuiit. *Denique (quod maximè accidit) domesticis indiciis nimis operata fuit huius infestatio, obstruxit viam defensioni.* Verba sunt antiquissimi huius Doctoris. Ecce tibi domesticis indicijs sic infestatam Christianam religionem, vt ferè obstructa sit via ad defensionem criminis falsò impositi. Quis enim non credat domestico, & fratri? fratrum delatio, etsi non criminis euidentiam referat, sed leuia indicia, & quæ suspicionem alioqui facerent, plenam facit fidem. Hæ sycophanticæ fratrum calumniæ nimis olim infestarunt Ecclesiam. Vnde ita de his calumniatoribus loquitur: *Fratres autem vestri sumus, iure naturæ matris vnius: etsi vos parum homines, quia mali fratres.* Quasi ab humanitate degeneret, qui sic inhumanè fratres calumniatur, culpat, inuitiat.

Tertul. Apol c.39.

19\. Planè de his sycophantis, qui ab odij liuore, sed virtutis prætextu, fratres suos falsò calumniabantur, ait S. Bernardus, sic admonens Eugenium Papam: *Clandestinas*, inquit, *& susurratas delationes non recipias: magis detractiones censueris. Et hanc velim generalem constituas regulam, vt omnem qui palàm veretur dicere, quod in aurem locutus est, suspectum habeas.* Eiusmodi enim falsidicus delator, calumniator est, Diabolus est. Luculenter Septimius qui Diaboli munera in Creatorem conuenire putabat, ita fatur: *Si Diabolus Creator est, quis erit Diabolus apud Creatorem? Ipsum vocabulum Diaboli, quaro ex qua delatura competat Creatori? fortassè detulit aliquam Dei superioris intentionem, quod ipse ab Archangelo passus est, & quidem mentie.* Benè aduertit Pamelius indicare Septimium, nomen *Diaboli* deductum à calumniæ delatione. Audis nomen Diaboli rem esse calumniæ: ô! dispereant hi Diaboli calumniatores. Et quidem præfatum locum Canticorum; *Filij matris meæ pugnauerunt contra me*, de Diabolo interpretatur sanctus Gregorius Nyssenus homil. 2. in Cantica, quem sequitur Psellus apud Theodoretum. Profectò in hoc cap. 7. à versic. 8. liquidò constat quanta passus sit Dei populus à fratribus, nempe Idumæis, Ammonitis, & Mohabitis. Verè dicere potuit: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Nam cùm Holofernes tot Bellatorum militibus non valeret expugnare Bethuliam, ij non boni fratres adeunt Holofernem, & erant finitimæ regionis gnari, & domestico & fraterno odio infensi, infidè indicant extremo hosti secreta subsidia, & non euulgandas artes fraterni populi; quâ fratrum proditione, ferè profligati sunt Hebræi. Et qui Holofernianæ potentiæ viriliter restiterunt, fraternâ proditione fermè victi sunt.

Bern. l. 5. de Consider. *Delator clancularius sæpè est suspectus.*

Septim. l. 5. adu. Marc. cap. 18. *Diaboli dicitur à delatione.* Pamel. ibi num. 190.

Cantic.

Nyssen. Psellus. Theodor. Iudith.

20\. Denique adnotare lubet, non tantùm in Religiosis quibúsque familiis, ex Religionis instituto sanctum fuisse, vt ad pietatis augmentum, & vitiorum extirpationem, aut præcautionem, prudens & pius quisque deferat præsuli certa, & non ab æmulatione suspecta crimina; sed id olim in sæculari politia obseruatum fuisse, tradit locuples, & verus auctor, Tertullianus, inquam, quos delatores communiori vocabulo appellat *Curiosos*. Quod nomen & officium ita tradit, & explicat Beatus Rhenanus, ad præfata Tertulliani verba, ita fatus: *Erant Curiosi, qui in comitatu Præsidum admissa per prouinciam renunciabant. Magister officiorum habebat sub se Curiosum cursus publici præsentalis vnum, & Curiosos per omnes prouincias, quemadmodum docet Notitia Orientis, & Occidentis.* (hæc Notitia libellus est.) Extat titulus de Curiosis & Stationariis lib. 12. Cod. est etiam similis titulus 10. lib. 11. Theodosiani. Vt innotescat obtrectatoribus, quàm faciat ad bonam politiam, notitia olim parta à bona Curiosorum delatione, ne illi obstrepant vti inuento nouo. Quod autem licita sit, pia, sancta, satis superque pro ea à nostratibus velitatum est vsque ad aduersantium vel molestiam, vel nauseam, vel potiùs bilem.

Delatores seu Curiosi habebat olim Romanorum politia.

Tertul. l. de Fuga in persec. c. 13.

Rhenan.

Theodos.

---

§. VI.

Commentarius littera.

Vers. 12. Tunc ad Oziam congregati omnes viri, fœminæque iuuenes, & paruuli omnes simul vna voce,

Vers. 13. dixerunt: Iudicet Deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyriis & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum.

Vers. 14. Et ideò non est qui adiuuet, cùm prosternamur ante oculos eorum in siti, & perditione magna.

Vers. 15. Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt vt sponte tradamus nos omnes populo Holofernis.

Vers. 16. Melius est enim vt captiui benedicamus Dominum, viuentes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cùm viderimus vxores nostras, & infantes nostros mori ante oculos nostros.

Vers. 17. Contestamur hodie cœlum & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundùm peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, & sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis.

Vers. 12. 13. 14. 15. 21.

T*Vnc ad Oziam, &c.* Ineluctabile malum sitis est, acriúsque ferit, & prosternit hostes, quàm armatus miles. Ergo Bethulienses deficiente potu deficiunt præ siti: & omnis sexus, & ætas conuolat ad Oziam principem ciuitatis: & grauiter expostulant, quod noluerit vltrò tradidisse vrbem Assyriis, quod fecere reliquæ ciuitates, & prouinciæ finitimæ. Nimirum æstuant Bethulienses præ afflictionis agoniâ, & populari more, exitu consilia metientes, Magistrum accusant, quòd non fecerit, quod ipsi quoque fieri noluerunt. Et *vna voce* hoc est pari consensu. De hoc adagio legi potest Martinus del Rio 1. tom. Adag. 153. *Iudicet*, inquiunt, *Deus inter nos & te*; id est; etsi tu sis summus huius vrbis iudex, & supra te nemo alius, at Deus qui supremus omnium iudex est, indicabit hanc causam, & te proculdubio damnabit, quasi reum magni sceleris: nam tot strages huic vrbi imminentes, vni tibi imputantur. Et propter hoc grande flagitium tuum, *vendidit nos Deus*, hostili protestari. Quid est *vendidit* Deus? Num Deus pretium accepit pro traditione sui populi in potestatem Assyriorum? Ecquod pretium hoc? quæ

Martinus del Rio.

Quid sit Deum vendere Israelitas.

hæc

Sanct. hæc venditio? Sanctius hîc, num. 7. Oziæ culpam ſuſpicatur eſſe pretium propter quod Aſſyriis vendidit Deus Iſraëlitas. Frigidè. Nam Oziæ animoſa mens reſiſtendi Aſſyriis, potiùs foret occaſio excidij, quàm pretium. P. Serarius ad cap. 2. Iudicum, q. 2. ſic interpretatur: *Vendidit Deus*, cùm facit, vt ab hoſtibus aliqui vendantur, vt de Chananæis, Gen 9. quem ſenſum tradit Caiet. Iudicum 2. verſ. 14. Hanc phraſim notat Serarius, Iudic. 2. v. 14. & cap. 3. v. 8. cap. 4. v. 2. & 9. Pſalm. 43. lib. 3. Reg. 21. Deut. 32. Exod. 30. Nahum 3. Iſaï. 50. v. 1. & Iudith. 7. hoc verſ. 13. Hæc interpretatio aliàs apta, non ſatis aptatur ad præſentem occaſionem. Cur enim Bethulienſes qui truculentas ſtrages horrent ab Holofernianâ ſæuitiâ hoſtiliter proritatâ, tantùm timeant ne finitimis venales fiant? Malum hoc leue non eſt, ſed aliud maius, & acerbius extimeſcunt, vt ex hac eadem oratione ad Oziam conſtat, & ex Holofernis ad Achiorem minis. Salianus num. 53. *Vendidit*, id eſt tradidit. Lepida interpretatio, ſed quærimus quâ energiâ dicatur Hîc Hebræus populus *vendi*?

(Margin: Serar. Geneſ. Caiet. Iudic. Pſalm. 3. Reg. Deuter. Exod. Nahum. Iſaiæ. Iudith. Salian.)

22. S. Auguſtinus quæſt. 17. in Iudices, verſans illud Iudicum 2. v. 14 *Et vendidit eos in manu inimicorum ſuorum in circuitu*, (ſic enim ipſe locum ſcribit,) ita ait: *Quæri ſolet quare dixerit* [*vendidit*] *tanquam aliquod pretium intelligatur datum, ſed & in Pſal. legitur: Vendidiſti populum tuum ſine pretio. Et apud Prophetam: Gratis venditi eſtis, & non cum argento redimemini. Quare ergo venditi, ſi gratis & ſine pretio, & non potius donati? An fortè Scripturarum locutio eſt, vt venditus etiam qui donatus dici poſſit? Hic autem ſenſus eſt optimus, &c.* Itaque *vendidit nos Deus*, idem eſt ac tradidit, aut dedit. Nam ſicut quod venditur arctiori quodam modo, & iure, quàm id, quod donatur, tranſit in ius ementis; ſic Iſraëlitæ dicuntur à Deo Aſſyriis *vendi*, id eſt, penitus tradi. Hæc expoſitio aptior eſt quam ſequuntur Hugo & Carthuſianus, Lorinus in Pſal. 43. v. 13. Ribera in cap. 3. Nahum num. 3. & noſter Auguſtinus Quiros eam inſinuat, & locupletat ad Deut. 32. num. 145.

(Margin: Auguſt. tom. 4. Pſalm. 43. v. 13. Iſai. 52. v. 3. Hugo. Carthuſ. Lorin. Quiros.)

VERS. 16. 17. *Melius eſt*, &c. Melius aiunt eſſe, vt captiui viuant, quàm trucidati pereant. *Melius* hoc eſt, minus malum, quod comparatione maioris eſt optabilius. Additur: *Conteſtamur cælum, & terram*, id eſt, omnem creaturam, cœleſtem ſcilicet, & terrenam, Angelos, & homines, & Deum patrum noſtrorum. Itat Mendoza lib. 1. Reg. ad cap. 8. verſ. 9. qui id probat eruditè, vt aſſolet. Quod autem Deus caſtigans populos dicatur *vlciſci* ſe de eorum offenſis, plenæ ſunt ſcripturarum paginæ. Nempe humano more loquitur de Deo Scriptura. In Græco textu dicitur, hæc non tantùm Oziæ, ſed & reliquis Principibus dicta, quod videtur notum ex cap. 8. v. 11. ſed quia Ozias præcipuus erat, vt ait Salianus, vel rem belli adminiſtrabat ſummo imperio, vni Oziæ dicta dicuntur: & ipſe pro reliquis reſpondet. Bethulienſium querelas poëticè amplificatas, legat qui volet in Torroleto lib. 1. Græcæ exſcriptiones nihil notatu dignum offerunt.

(Margin: Mendoza. Iudith. Salianus. Torrol.)

---

§. VII.

Acerbior calamitas aliquando calumnia eſt delicti perpetrandi, calamitate ipſa ad vitium ſæpè inſtigante imbecillos.

23. ÆRumnoſior miſeria ſæpe deiicit fortiſſimum quemque, & virtute ſanctum: & cùm grauior fortuna vniuerſo pondere incumbit, plus hominem degrauat, quàm vt ferè poſſit attolli. Scopulus diu fluctibus petitus, minas, & verbera vndarum ſæpe paſſus, aliquando furente mari ſubruitur: nam vel ſaxa diu multúmque crebris ictibus petita emolliuntur, & cedunt. Ferrum, & æs, & durior chalybs franguntur, & adamantis ſuus eſt domitor. Sic ærumna grauiori, & acerbiori calamitate, ſanctior virtus aliquando frangitur ad vitium. Iob. 36. v. 21. *Caue ne declines ad iniquitatem; hunc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriam.* Iobus ſanctiſſimus, cuius conſtantia, & virtus adamantina videbatur, acerbiori miſeria, & acri dolore ictus, expertus eſt aliqualem ruinam, vel ruinæ notam. Nec miror: quia in vnica ærumna, ſi acerbior ſit, plures video machinas impugnantes fortiſſimum quemque. Sanctus Ambroſius acrem dolorem, & qui vix tolerari poterat, iniuriam appellat, ſic fatus: *Neque ipſi nobis tanti doloris augeamus iniuriam.* Dolórne iniuria eſt? Inſolens planè loquendi modus, ſed qui rem viuaciùs explicat; grauior ſiquidem dolor vix ſine animi iniuria vulgus hominum acerbiùs cruciat: nam ſæpiùs aut impatientiam extorquet, aut impatientiæ notas, ſcilicet quæſtus, lacrymas, planctus, animi deiectiones, quæ hominis conſtantiam aut ſenſu dedecorant, aut cruentant culpa conſcientiam. Vnde peracerbus dolor *Iniuria* dicitur ab Ambroſio: & opprobrium à Iobo, cap. 19 verſ. 5. *& arguitis me opprobriis meis*: in locum *opprobriis*, Tigurina *calamitatem* vertit. Ergo vel patientiſſimi Iobi *calamitas*, appellatur opprobrium; quia probroſa illi fuit non tantùm opum, & honoris decorum ab illo auferens; ſed illum peccatorem fuiſſe apud homines probans, (vt arguebant eius amici,) aut ſaltem ferè cogens in alicuius leuis culpæ probrum. Itaque durior calamitas vſque adeò hominis conſtantiam labefactare ſolet, vt *opprobrium*, & *iniuria* dicatur.

(Margin: Calamitas dicitur delictum. Iob. Ambroſ. de fide Reſurr. Iob. Tigur.)

24. Celebris locus, & expenſione digniſſimus habetur Lucæ 22. verſ. 31. *Ait Dominus: Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret, ſicut triticum; ego autem rogaui, &c.* Indubium eſt, quòd à vanno metaphora ſumpta ſit, quâ triticum & iactari, & agitari & purgari ſolet. Perſpicua verba, ſed obſcurior ſenſus: Nam malus Dæmon ſæuiens in Apoſtolorum cædes, id vnum expetit, vt diſcipulos euentilet, & purget vt triticum? Nil mali cuperet: quid optabilius potuit diſcipulis accidere, quàm quod purgentur vt triticum? Nam vannus tantùm præſtat in area, vt oſtendat, quid palea, quid acus, quid triticum ſit? hæc ne vota Diaboli, quæ vtpotè noxia auertere à diſcipulo Chriſtus ſatagit? Impeditus planè locus, & qui exaggerat validæ tentationis, ſeu magnæ calamitatis vim. Verùm malè aſtutus dæmon benè conſcius virium calamitatis, impunitatem à Deo poſcit licenter infligendæ calamitatis, certus alicuius ruinæ. Quod præclarè vidit S. Cyprian. ſic interpretans verba illa, *Cribraret vos*, id eſt, *vexaret vos.* Quaſi dicat, non poſſit Satanas facultatem à Deo præcipitandi Apoſtolos, aut inſolentiùs tentandi, quam fortè non impetraret; ſed callidè tantùm licentiam poſcit grauius vexandi Apoſtolos, certus grauioris vexationis acerbitate vincendos fore. Vnde Chriſtus Deus pro ſuo Petro orat, ne calamitati ſuccumbat. Scit malus Dæmon ſat eſſe vel ipſis Apoſtolis grauiùs vexari, vt miſerè cadant? Hinc profero lucem difficili loco Iobi, cap. 10. v. 3. vbi de Deo ſic acerbè queritur: *Nunquid bonum tibi videtur ſi calumnieris me, & opprimas me?* Oppreſſionem, & calumniam appellans calamitatem, quam patitur; ſic ſanctus Thomas, & gloſſa ibi, & res eſt 25.

(Margin: Luc. Calamitas eſt grauior tentatio. Cypr. Lat. epiſt. 6. Iob. S. Thom. Gloſſ. Ord.)

certa

certa ex contextu. At miseria, & calamitas illa, quo iure *calumnia* dici potest? Numquid Deus acerbitate laborum calumniatur hominem? nunquid calamitas, & miseria est calumnia? Estne Deus calumniator? Porrò calumnia mendax, & malitiosa accusatio est: ergo tristior ærumna, & acerbus labor, malitiosa, & mendax accusatio est? quia calumnia est, dicente Iobo Nunquid, ô Deus, *bonum tibi videtur, si calumnieris, & opprimas me*, acerbitate doloris & miseriæ? Estne calamitas, anticipata accusatio delicti, ad quod non semel instigat? de quo, ac si iam foret perpetratum, hominem accusat; & delicti præmaturè reum facit? Profectò expertus est Iobus quàm validè vexet tribulatio, quàm robustè propellat ad ruinam, & ad deficiendum sæpè instiget. Non me hac vice opprimet, ait Iobus, tentationis moles: dabo operam viriliter resistendo, vt hæc mea calamitas non me de pietate deiiciat, & deturbet in vitium. Calumnia erit, & mendax, & malitiosa accusatio. Putabat malus Satan, vbi primùm me calamitate vexaret, statim tentationis mole opprimendum esse. Iam sibi videbatur me deiecisse, & detriumphasse miseriæ vi. At mea miseria in calumniam versa est, nam vbi fortis restiti, mendax & malitiosa accusatio apparuit. Non vides oculis quantùm Diabolus fidat vexationibus, & calamitatibus: vt seriò sibi persuadeat, Apostolos cribratione, seu vexatione prosternendos. Et fortissimus Athleta Iobus viriliter tantæ calamitati resistens, liquidò probauerit, calamitatem esse calumniam; seu malitiosam accusationem delicti futuri, vi acerbioris miseriæ perpetrandi. Aduerte hîc, v. 12. ad quæ scelera instigati sint Bethulienses calamitatis diræ efficaci suadelâ.

Calamitas dicitur calumnia.

Iudith.

§. VIII.

Sciat Præfectus se non tam homines regere, quàm feras: sciat quòd nocti etiam designatur suus Præsul.

26.

Amplum & illustre est munus Rectoris Quid maius inter homines, quàm vnum præesse pluribus? Sed hac quàm difficile, quàm arduum! Quantæ molis est ab vno capite tot coërceri capita, & vniuersam illam multitudinem, inquietam, discordem, turbidam, leniter redigi sub commune quoddam obedientiæ iugum? Planè ars artium est regere hominem multiplicem, varium versipellem: ô quanta à non bonis subditis patitur bonus Præfectus! Vides hîc, vers 12. Præfectum Oziam dira quæque patientiam à populo Bethuliensi, quem peritè, & sanctè regebat? Tumultuatur populus, acerbè queritur, dira imprecatur, ferme rebellat, deditionem intentat, sæua minitatur. Non tam Rectorem hic contemplor Oziam, quàm Martyrem; quod de B. Eleuchadio dixit P. Damianus, sic aiens: *Neque verò credendum est B. Eleuchadium dum adhuc viueret martyrij caruisse laboribus, etsi non fuerit martyrio consummatus. Non contemnendum pertulit in ipsa Ecclesiæ pace martyrium: quandoquidem etsi non cum perfidè credentibus, sed peruersè viuentibus, infœderabilem probatur habuisse conflictum.* Ergo qui Præfecturam ambit, candidus martyrij est. Et bonus Præfectus, bene Martyr erit, tot patiens tortores, quot nequam subditos; imò tot feras, vt ait Plutarchus his verbis, *Non enim cuiusuis est, neque tractatu & factu facile, vulgus & multitudinem salutaribus allici rationibus, & in officio contineri. Sat erit si velut fera,*

Iudith.

Superior ferè martyr est.

Petr. Dam. ser. 6.

Plutarch. in Politica ad Traianum Superior est velut fera.

naturæ suspiciosa & varia vocem atque aspectum Rectoris minime reformidans, regimen, & frænum admittit. Audis Rectorem, subditum velut feram regere? Itaque tot feras Regis rector, quot subditus moderatur. Hinc pulchra Principum eruditio, ne nimis seueri, & rigidi sint erga subiectos populos, ne nimis graui disciplina eos diuexent: quia humana natura de se ingenua & libera valdè efferatur seruili subiectione, & ad ingenitam libertatem aspirans, iugum excutit, & imperia detrectat. Ne igitur Princeps præsumat omnes subditorum arcanas actiones posse noscere, omnes appetitiones coërcere, omnes animi subsultus penetrare, & cohibere: hoc enim supra humanum fastigium est, neque humanum regimen id valet præstare.

rum Rectoris.

27. In prima rerum conditione creauerat Deus maria, varietate piscium referta, aëra volcrum multitudine plenum, terram feratum & serpentium feritate terribilem. Tandem creat hominem; & inter alia munera, quæ illis mandat, mandat etiam horum regimen. Genes. 1. vers. 26. *Et præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.* Omitto veterem quæstionem, quam vbertim tractant expositores: in quonam consistat eiusmodi dominatus; an in similitudine ad Deum, an in rationis sagacitate, quas feras hasce regere posset. De quo latè Pererius lib. 4. in Genes. cap. 5. vers. 16. Id vnum scio, primam Præfecturam, quam Deus commisit homini, fuisse in pisces maris, in volucres cæli, & belluas syluarum. Pisces rudes sunt, lubrici, salaces perpetuò in latebris versantur, conspectum, & vocem hominis fugiunt. Quid de libertate, & immunitate volucrum dicam? Quid de indomita natura ferarum? Et tamen hoc est primum regimen, quod instituit Deus: vt erudiatur Gubernator se non posse subditos omnes apprehendere manu ad nutum regere, mente tenere; sed quosdam latere, vt pisces; alios vocem eius fugere, vt volucres; cæteros nec ferre lupatum, nec iugum, vt venenati serpentes, vt sæuiores feræ. Opportunè Nazianzenus inum Basilium magnum Præsulem, & Orientis primatem, appellat *leonum curatorem.* Et Plutarchus nuper dixit suo Traiano, se regere hominum *feram naturam, vocem, atque aspectum Rectoris minimè reformidantem.*

Genes. Adamus rector piscium, & volucrum.

Pererius.

Nazianz. orat. de laudibus Basilij.

28. Pulchra quæstiuncula est, cur homo primo loco dicatur piscibus præsidere; dicitur enim: *Et præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis terræ.* Porrò pisces in cæcis aquarum fluctibus perpetuò versantur, semper latent hominis aspectum. Quomodo regere potest homo piscium plebem, quam semper ignorat? semper Præfectum latet? Et tamen pisce, prima humanæ præfecturæ portio est. Satiùs enim foret, vt volucres cœli primò regeret; nam volucres in perspicuo aëre versantur: aut bellias, quæ etsi in recessibus syluarum degant, facile humana industria peruestigari queunt. Insemper latentes, semperque inuisos pisces prima hominis præfectura versatur: Profectò vtilis eruditio Superiorum hîc continetur: vt sciant aliquando imperandum esse populo latenti & inuiso. Genesis 1. v. 6. *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti.* Scilicet Solem constituit diei Præsidem, qui imperet luci. Lunam verò vt præesset nocti, vt notum sit aliquod cæleste regimen versari circa noctem. Nam est aliqua præfectura, & à Deo quidem erga tenebras: meræ caligini aliquando imperandum est: sit aliquis nocti Rector. Neque enim abditi cordis recessus

Genes.

Cælestis aliquis Præsul præest nocti.

Genes.

coniecturatum temeritate regendi ſunt; neque quæ aut natura, aut religio ſcite vetat, deſeruire debent ad humanam politiam. Sic aliquis Rector diei: ſit etiam aliquis Præſes noctis, vt omnibus notum ſit, non tantùm perſpicuam lucem, ſed etiam meram caliginem, & impermiſtam luce, regendam eſſe; & quidem à Deo, qui Lunam creauit, vt *præeſſet nocti*, & hominem fecit Rectorem piſcium, qui in vaſti pelagi inuiis latibulis perpetuò verſantes humanum aſpectum latent; vnde primo homini dicitur, vt *Præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis terræ*; quæ homo nec manu, nec induſtria, nec mente cicurare, nec comprehendere valet.

29. Prouerb. Prouerb. 21. v. 1. *Cor Regis in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud.* Scilicet publicatur hîc peritia diuinæ gubernationis, in cuius manu eſt cor Regis, & quocumque vult illud inclinat. Verùm ſcire oportet, quid hîc Regis nomine intelligatur. Vulgò interpretes vocabulo Regis, Principem ſeu Regem intelligi autumaſt; legi poteſt Salazar. ibi. Beda, & Hugo, Regis nomine hominem quempiam ſignificari exiſtimant; & meritò. Hinc addubitare licet, quare cùm Deus dicitur Rector hominis, non dicatur hominis, Rector, ſed Regis? Quā ob cauſam homo cùm regitur, & gubernatur, Rex dicitur? Planè vt innuatur quàm difficile ſit hominem regere. Porrò Rex legibus immunis nobilitate ſuperbit, faſtigio dignitatis tumet; nullius imperio aſſuetus omnibus imperare ſolitat, nemini obedire conſueſcit. Ergo vt humanæ obedientiæ difficultatē exaggeret Salomon, & eminentiam gubernationis diuinæ, ait Deum hominem vt Regem ſubiectum habere. Nam ſicut arduum valde eſt Regem ſubiicere, & dicto obedientem habere; ita planè difficile eſt hominem ſui arbitrij Regem ac Dominum, habere ſubiectum. Prætereà homo dicitur Rex, & Dominus arbitrij ſui, ſuíque appetitus: ô quàm malè obediunt homini corporei motus, & humani appetitus, rebelles ſubſultus, & inordinatæ appetentiæ paſſionum! Quis iram frænet? quis laſciuiam coërceat, ambitionem inhibeat, & reliquas effrænes appetitiones ſiſtat? Planè inobedientes, & contumaces ſunt homini, qui Rector ſeu Rex eorum vocatur, vnde homo dicitur Rex, cùm à Deo regitur, vt humanæ obedientiæ denotetur difficultas; & homo appellatur Rex ſuarum actionum, vt exaggeratur quàm difficile ſit regere appetitus.

Salazar. Beda. Hugo.

Iudith. Luna conſtituitur Præſes noctis; ô quàm tenebroſa, & facinoroſa eſt nox! Dein homo renunciatur Rector piſcium, volucrum, & ferarum, quæ quis contineat in officio? Tot feras hîc, verſ. 12. regit Ozias, quot ciues tunc habuit Bethulia. Sic fiunt in Rectorem!

---

§. IX.

Innata libido ſubditos ſtimulat ad obmurmurandum de Superiore: nullum leue vitium, imò nec virtus immunis eſt à ſubditorum linguis.

30. Superiori minus licet, quia magna licent. Magnam quidem perſonam, hominum conſenſus Superiori impoſuit, hæc ipſi tuenda eſt. Multa profectò non licent, quæ humillimis in angulo iacentibus licent. Magna ſeruitus eſt magna fortuna: magnus honor expoſitus eſt magno dedecori. Quia ſuſpicax ſubditorum malitia ſemper infenſa eſt Superiorum potentiæ, curioſa in eorum vitam, garrula in eorundem defectus. Vnde permiſſa & licita ſæpè nec licent, nec permittuntur Superiori. *Cæſari quoque ipſi, cui omnia licent, propter hoc ipſum multa non licent*, ait Seneca. Sublimitas principatus, omnium oculis obnoxia eſt, & ſuſpicioſæ curioſitati expoſita, & inuidiæ æmulatrici, & odio ambitioſo ſubiecta: & ſic omnis ſuperior ſubditorum iudicio, & linguæ ſubiectus eſt. A præfectura non eminent virtutes, ſed publicantur vitia. Prurit enim ſubiectorum lingua, inſtigata, aut ab æmulatione ob ſublimitatem, aut ab impatientia ob coërcitionem, aut à maleuolentia ob caſtigationem, ad ſcrutandos curioſè, & culpandos criminoſè, & euulgandos malitioſè Superiorum defectus. Canticorum 1. v. 8. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum; & paſce hædos tuos.* Quomodo gregem paſcendo, ſe medullitùs cognoſcet, qui gregem non paſcens ſe penitus ignorat? Nunquid præfectura perſpicacia ſui eſt? Sanctus Ambroſius, hunc Canticorum locum verſans, ait: *Exi tu in calcaneis gregum, & paſce hædos tuos. Quia per greges regnum intelligimus: eò quod poteſtatis ſit gregibus præſidere. Exi ad regimen poteſtatis.* Quaſi dicat diuinus ſponſus: Etſi pulchra virtute ſis, & ornata omnium ſanctitatum pulchritudinibus, ſi tamen te ignoras, & conſcientiam tuam tui defectus latent, *exi ad regimen poteſtatis*, & ita te penitùs noſces. Nam ſubditorum perſpicax curioſitas, & malitioſa ſagacitas, & loquax obmurmuratio, ſtatim vel latentes defectus publicabit. Vnde *Si te ignoras, ô pulcherrima inter mulieres, paſce hædos tuos.* Id eſt, *exi ad regimen poteſtatis*; & ita non te ignorabis, ſed velis, nolis, te penitus noſces. Quod ſapienter animaduertit Plutarchus inquiens, *Quando præſertim eorum, qui Reipublicæ præſunt, non modò ſingula verba, nec res tantùm publicitus geſta animaduerti, notarique ſolent, ſed virtus quoque, ioci ſimul, & ſeria quæque domus, ipſa familia, vxor, cubile, curioſius conquiruntur.* Addit ipſe Plutarchus poſt pauca: *Quando populus Romanus Scipioni ſomnolentiam ſolitus exprobare traditur: quippe qui nihil præterea aliud, quod illi obiectari poſſet, haberet. Verùm in Cn. Pompeium inimicos cauillatos accepimus, vt eo digito caput ſcalpere deprehenſum. Quemadmodum enim indigniùs ferri, maiorique haberi ſolent dedecori, verrucæ, ficúſve in facie, quàm notæ, naui, atque mutilationes in reliquo corpore: ſic etiam ob eam, quæ pleroſque omnes de principatu, atque ciuilibus magiſtratibus tenet, opinionem, vtpote de re magna, atque digniſſima, quæ omni facinore, atque temeritate vacare debeat, minima quæque principum, & rempublicam adminiſtrantium errata notantur, & pro magnis habentur.* Vnde in Superiore magni defectus grandeſcunt, & maiores apparent, minores videntur magni; imò virtus aliqua ſæpe culpatur, quod non magna ſit in magno viro. O barbaram malitiam benè obmurmurantis, & malè ſubiecti populi!

Seneca de Conſol. ad Polib. c. 16.

Superioris defectus auidè inquiruntur, & obmurmurātur à ſubditis.

Cant. Ambroſ. lib. de Iſaac. & anima c. 4.

31.

Plutarch. in politica ad Traianum.

Plutarch. ibid.

Geneſ. 1. v. 16. *Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti.* Audis lunam coram Sole dici luminare magnum? A quo ergo minorata fuit; ſiquidem eadem ſtatim dicitur, *luminare minus*? Planè eiuſmodi magnitudinis defectus, non prouenit à conſortio Solis, vt aliqui opinantur; nam cùm aſſociata eſt Soli, magnum luminare prædicatur. Niſi fallor poſterius hemiſtichium explicatio eſt prioris. Porrò Sol dicitur præſes diei, & Luna præſes noctis nominatur. Hinc Sol lumi- 32. Geneſ.

luminare maius, & Luna luminare minus dicitur: quasi à subditis Sol maior sit, & Luna minor. Nam dies bonus est subditus, nitens, & præclarus, & probitatis Symbolum. At nox obscura est, facinorosa, latibulum latronum, sicariorum defensio, delictorum lena, quæ flagitiis fauet, & fouet tenebrarum lenocinio. Ecce Lunam à subiectâ nocte tenebrosâ & flagitiosâ, minor euadit, & defectum patitur: & quæ etiam ex consortio cum potiori adhuc est *luminare magnum*, à non bonis subditis dicitur, & fit *luminare minus*. A subiecta enim nocte Luna dehonestatur, dehonestatur, minoratur.

33. Quærunt noui testamenti expositores, cur quatuor Euangelistæ Euangelia conscripserint, nam si quilibet dictante Spiritu sancto Euangelium conscripsit, vnus sufficiens erat aut ad summum duo. *Iam quid dicis, annon sufficiebat vnus Euangelista?* inquit Theophylactus. Et responderat paulò antea: *Referunt quod post mortem Euangelistarum, superstiti Ioanni allata fuerint tria Euangelia, vt videret ea, atq; iudicaret, non illa vere conscripta fuissent. Ioannes autem & ipse amplioris veritatis gratiam sortitus, adimpleuit quæcumque ab aliis prætermissa fuerant: & quæ succinctius alij dixerant, ipse fusius in suo Euangelio tradidit.* Scilicet ideò scripta sunt plura Euangelia, vel aliud esset alterius supplementum: & quod omisit alter Euangelista, ab alio aut magis fusè, & dissertè narraretur. Bene est. Sed sapienter aduertit S. Chrysostomus. *Euangelistæ concorditer negationem Petri scripserunt.* Sic è Græco transtulit interpres, quem nactus est S. Thomas in catena. At Aniani interpretatio, qua vulgò vtimur, sic habet: *Sed cur*
34. *Euangelistæ omnes in hoc describendo concordarunt? non vt discipulum accusarent.* Nempe si reliqui Euãgelistæ scripsêre Euangelium, vt supplerent, quod omiserunt alij, quare Euangelistæ omnes *concorditer negationem Petri scripserunt?* Sat esset si ab vno tantùm publicata fuisset. Quid necesse fuit vt omnes fusè eam enunciarent? Nunquid vt discipulum omnibus præfectum accusarent? Ego quidem nullatenus adducar, vt credam, id factum aliqua æmulatione, aut maleuolentiâ in Petrum, qui omnium erat caput, & præsul. (tametsi sciam actionem Euangelizandi, sicut & prophetandi de se posse vitiari; item & Apostolos adhuc post acceptum Spiritum sanctum, potuisse leuiter delinquere;) tamen animaduersione dignum est, nullum Euangelistarum omisisse Petri negationem, & Præsulis defectum, quin illum fusiùs traderent, & sigillatim publicarent; etsi alia aut omittant, aut succinctiùs prodant, quæ ab aliis Euangelistis scripta sint. Nimirùm nescio quæ innata libido (aliquandò fortè ex bono fine pia) vrget subditos ad promulgandos superioris defectus. Ergo multis sublimes honores comparasse, non finis decoris fuit, sed mutatio. Non tantùm vilitas, sed & maiestas probrosa est: principatus maximè obnoxius est contumeliis detractionis. Optimus & solertissimus princeps Ozias vel propugnans Bethuliam, maledictis Bethuliensium impetitur hîc v. 13. Decernes post quinque dies illam tradere, ne siti arescat populus, & fame pereat, Iudithæ reprehensionem incurrit, c. 8. vers. 10. Itaque quicquid egit Princeps, subditorum linguas non effugit. Obmurmurationis scopus, & materia, Potestas est. Suspicor, quòd sæpiùs præfectura, quàm præfectus culpatur.

Theoph. præfat. ad Euang. Matth. *Cur negationem Petri omnes Euangelistæ concorditer scripserint.*

Chrysost. hom 82. in Ioann. S. Thom. Anian.

Iudith.

§. X.

Præfectorum odium sæpè præfecturæ laus est. Boni Præsulis ingressus sit pacificus, non molestus exitus.

PRæfecti prima gloria, in subditorum est animis. Tyranni quippe vox est: *Oderint, dum metuant.* At omnis gloria Principis non est metus subditorum amor. Ament boni, etsi oderint mali. Æqua enim Principis laus est, & à probis probari, & ab improbis improbari. Sępè subditorum odium ad gloriam facit. Ingenuus enim animus beneuolentia ducitur, pręmiis, laudibus, amore: seruilis verò, & durus, seueritate, minis, pœnis mitigatur. *Duritia vincenda est, non suadenda*, inquit Septimius. Verùm castigationis seueritas, etsi ab amore procedat, redamari nesci, auertit enim hominem, & ad iras, & odia concitat. Sed oderint, dum in officio contineantur. Nimis delicatus est Pręfectus ille, cui graue est odia ferre pro seueritate iustitiæ. Plausus subditorum captare, delicatæ gloriæ ambitio est, non amor seueræ iustitiæ. Benignitas præconia excitat, seueritas odia. *At hic sufficit peruersissimum Deum ostendi in ipso præconio solitaria bonitatis*; ait Tertullianus contra Marcionem constituentem Deum, merè pium, & beneuolum absque seueritate iustitiæ, nimis mitem, & amabilem; & inde *peruersum*, inquit Tertullianus. Nam mera, & vera Superioris laus non constatur solùm ex bonorum amore, sed etiam ex improborum odio. Quorundam conuitia laudes sunt. Impossibile est placere omnibus, quandoquidem omnes ij non sunt, quibus placere illæso iure possis. S. Bernardus ita fatur de probatissimis Pontificibus: *Quorum ingressus pacificus, non molestus exitus sit.* Scilicet nolo, inquit Bernardus, quod 36.
vbi primùm quis reipublicæ clauum accipit, & sedet in præfecturæ solio, statim rigores ostentet, & odibilem metum incutiat omnibus. Sit eius ingressus pacificus, & mitia intentet remedia: sed quia agrestes mores beneuolentiâ non mitigantur, fæu at in peruicaces, & scelestos subditos, & omnes sic contineat in officio, vt molestissimè non ferant eius defunctionem: *Non sit molestus exitus.* Hispanè dices. *No lleuen mal los subditos, que acabe el gobierno.* Quod elogium boni Præfecti est. Bonus Præfectus Sol? qui factus est, vt *præesset diei.* Et quidem nascens in Oriente gratè excipitur omnium gratulatione: in Meridie torret, adurit, sæuit igneis fulgorum radiis, cadens in Occidente perplacet: *Vt esse Phœbi dulcius lumen solet iamiam cadentis.* Habet enim non molestum, sed placidum exitum. Sic occumbere solet bonus Præsul, nam populorum non bene morigeratum ingenium nunquam valde deamat seueros iustitiæ radios, sed remissam imbecillimam oscitantem iustitiam exoptat, & quæ impunitatem permittit, centiam morum.

Animosè dixit Princeps Apostolus Paulus ad Galatas 1. v. 10. *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Nam beneuolentia in homines subditos aduersatur Apostolicæ præfecturæ? Delinquitne Præsul, qui hominibus placet? Fortè vult Paulus Præsules fingere immansuetos, duros, & inhumanos, cùm humanitas sit Præfecti laus? Subtilis Doctor Caietanus sic expendit præfata Pauli verba, *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et dixit hoc, vt quidquid humani est, alienum applicaret ab Apostolatu suo.* 35. 37.

Septim. in Sco piaco, c. .. *Solitaria bonitas crimen est in Superiore.*

Tertul. lib. 1. aduers. Marc.

Bern. lib. 5. de consid. ad Eugen.

Senec.

Ad Galat.

Caiet.

Subditis vel æquitas videtur rigor.

Digitized by Google

Nihil fit humanum in Pauli Apostolatu, vt non desinat esse Christi seruus. Itaque Præfectus non sit inhumanus, sed non debet esse nimis humanus: Nam condescensibus & remissione enigoratur iustitiæ integritas. Porrò subditorum arbitrium, seu beneplacitum non est bona iustitiæ regula. Elegantissimè æquè, ac verissimè inquit Clemens Alexandrinus. *Iis qui sunt remissi, & imbecilli, id quod est moderatum videtur nimis intensum; & id quod est æquum videtur esse summum ius, Ij veritatem existimant esse molestiam, & seueritatem, sæuitiam: & eum, qui non semel peccat, & vna deorsum trahitur, immisericordem.* Audi, ex ore magni Doctoris, quàm imbecilla, & penè nulla sint subditorum iudicia ad censendum de æquitate Præfectorum? Nam quod moderatum est iudicant intolerabile: æquitas ipsa censetur sæuitia, & prudenter dispensata iustitia, tanquam summum ius, seu summam iniuriam accusant, inuitiant, culpant, scelerant, immisericordémque, & inhumanum appellant Præfectum, qui non semel peccat cunctando, conniuendo, remittendo vel de iustitiæ æquitate. Quis timeat horum odia? imò quis horum maleuolentiam non studiosè ambiat? Qui amat Christi beneuolentiam, hominum maleuolentiam diligit. *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.*

Clem. Alex lib. 2. Strom.

38. Luc. 6. v. 22. postquam Christus Deus duodecim ex discipulis ad Apostolatus fastigium euexit illos Ecclesiæ Apostolos, & principes constituens, mox subiungit felices bonæ præfecturæ fructus. Fortè sperabas plausus, & præconia? Audi Euangelistam, *Beati eritis cùm vos oderint homines, & cùm separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum.* Profectò Apostolica præfectura odia parit, contumeliarum poprobrationem, accusationem nominum; ac si vel eorum nomen malum esset. Bene aduertit Toletus, *τὸ malum* quod est epitheton nominis in Græca origine scribi πονηρὸν, quod de Diabolo solet dici. Id est, ô noui Ecclesiæ principes sic regatis Ecclesiam, vt impiis hominibus infensi sitis, & odibiles, vt fœdis opprobriis vos onerent: vt sic horreant nomen vestrum ac Diabolum ipsum, quod non infelicitabit vestram præfecturam, sed planè beabit. *Beati eritis cùm vos oderint homines.* Porrò eiusmodi odium plena laus erit vestri principatus, & eius summa felicitas, & beata perfectio. *Gratias ago Deo, quod dignus sum, quem mundus oderit,* ait S. Hieronymus. Ergo ne time beatum subditorum odium, quem peperit iustitiæ seueritas, aut instituti ius, aut disciplinæ ratio, aut prudentia occasionis. Disce id ab hoc cap. 13. vbi bonus Princeps Ozias sustinet Bethuliensium insanum odium, quod non deuenustauit eius præfecturam, sed auxit laudem principandi.

Odium subditorum aliquando est laus Rectoris. Luc. Tolet. Annot 30. S. Hieron. ep. ad Asel. Iudith.

39. Cæterùm aduertere oportet, quod in dies experimur, videlicet ferè neminem superiorem plene placuisse subditis, quibus omnis superior in aliquo culpatur, etsi in nullo delinquat. Eleganter Sidonius Appollin. ad monachos querulos de quodam Præsule, ita fatur: *Quis non exacerbescat cùm videat sordidari virtutum sinceritatem criminatione vitiorum? Si eligimus humilem vocatur abiectus: si proferimus erectum, superbire censetur: Si minus institutum, propter imperitiam creditur irridendus: Si aliquatenus elimatum, propter scientiam clamatur inflatus: Si seuerum, tanquam crudelis horretur: Si indulgentem, facilitate culpatur: si simplicem, despicitur vt brutus: si acrem, vitatur vt callidus. Si diligentem, superstitiosus decernitur: si remissum, negligens iudicatur: si solertem, cupidus: si quietum, pronunciatur ignauus. Si abstemium producimus, auarus accipitur: Si eum, qui prandendo pascat, edacitatis impetitur: si eum qui pascendo ieiunet, vanitatis arguitur: Libertatem pro improbitate condemnant: Verecundiam pro rusticitate fastidiunt: Rigidos ob austeritatem non habent charos: Blandi apud eos communione vilescunt. At si vtrolibet genere viuatur, semper hîc tamen bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum, bicipitibus, hamis inuncabuntur.* Quid luculentius? Ergo superior virtutibus æquè, ac vitiis delinquit, & offendit subditos. Neque sic compescitur ambitio regendi.

Sidonius Apol l 7. epist. 5. *Quiuis superior culpatur à subditis.*

Non omittam hîc aliam vulgarem causam odij erga Præsulum & Præfectorum consulta, scilicet ignorantiam iuris, & rationum, quibus permoti decernunt aliter quàm vulgi opinio, & arbitrium cēset. Neque enim expedit, vt omnes causæ omnibus publicentur; neque omnes causæ eæ sunt, quæ publicari patiantur: occulta enim consilia, qui publicat, prodit. Ergo subditus, qui ignorat causas, iudicium sistat, ne è superficie censuram vibrans, damnet, quod nescit, an mereatur damnationem & odium: quod si non ignoraret, proculdubio ipse approbaret pro rei, & occasionis opportunitate. Eleganter Tertull. in simili conuincit Gentiles malè odisse, & damnasse rem Christianam, quam ignorabant: *Iustitia*, inquit, *vnum gestit interdum, ne ignorata damnetur. An hoc magis gloriabitur Potestas, quò etiam inauditam damnabunt veritatem? Hanc itaque primam causam apud vos collocamus iniquitatis, odium erga nomen Christianum* (opportuniùs erga Præfectorum consulta;) *Quam iniquitatem idem titulus onerat & reuincit, qui videtur excusare, ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quàm vt oderint homines quod ignorant? Etiamsi res mereatur odium. Tunc enim meretur cùm cognoscitur an mereatur: Vacante autem meriti notitia, vnde odij iustitia defenditur? Cùm ergo propterea oderint quia ignorant quale sit quod oderunt, cur non liceat eiusmodi illud esse quod non debeant odisse? Itaque vtrumque ex alterutro redarguimus, & ignorare illos dum oderunt, & iniustè odisse dum ignorant.* Frustra odit, & damnat Præfectorum sanctiones, qui ignorat sic sanciendi rationes; suam ignorantiam potiùs accusat, qui cùm sciat se ignorare sic decernēdi rationem, non excusat superiorum decreta: pro quibus vel præsumendum est, vel saltem non est temerariè iudicandum: temerè autem iudicat, qui damnat, quod ignorat. 40.

Subditorum ignoratio sæpè reprehendit superiorum consulta. Tertul. c. 1. Apolog.

§. XI.

Tanti æstimat Deus hominum salutem, vt hominum salus omnia Christi esse dicantur.

NEscio quid boni æstimat Deus in homine, vt tam auide concupiscat eius salutem. Ambit Deus humana seruitia, ac si ipse sibi soli non sufficeret, ac si Angelorum careret famulitio. Quid est homo quod memor es eius? satis foret si Deus hominis meminisset, ineffabile est in homine occupari. *Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum, manu, sensu, opere, sapientia, prouidentia, ac ipsa in primis adfectione*, ait Tertull. agens de hominis formatione: In reformatione verò plura edidit amoris, & estimationis documēta; vt sic vera Christi æstimatio vinceret mentitam Diaboli æstimationem. Iacobi 4. v. 5. *Ad inuidiam concupiscit Spiritus.* Hoc 41.

Tertul. l. de Resurr. Carn. c. 16. *Quàm æstimet Deus hominem.* Iacob.

Hoc est, Deus æmulatur delicias mundi, & vt ad se homines attrahat, ambitionis gloriam, voluptatis libidinem, & Dæmonis artes superat, vt commentatur Caietanus ibi. Itaque Deus verè præstat pro homine, quod Dæmon fictè offer, vt hominem ad se trahat. Matth. 4. v. 8. *Assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum; & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo, &c.* ô quam æstimat Dæmon vnum hominem! siquidem vni promittit omnia regna mundi, & gloriam eorum. Planè dat quod non habet, quæ exaggeratio æstimationis est. Sic dicimus Hispanè: *Dara lo que no tiene.* Dein dat omnem gloriam mundi, quâ se priuabit eam largiendo; vnde vt vnum lucretur hominem dat omnem gloriam mundi, quam asseruare debuisset, vt cæteros homines fallat, & ad se pelliciat. Tanti vnum æstimat, vt illum muneret omni gloriâ mundi? Ad inuidiam Dæmonis concupiscit hominem homo Deus. Dæmon dat, quod non habet Christus Deus dat totum, quod habet pro homine: *Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum.* Dæmon dat omnem gloriam mundi; Christus Deus pro homine se priuat gloria corporis, vt homini det totam Beatitudinis cælestis gloriam. Dæmon se totum pro vno homine impendit, omnémque mundi gloriam vni pollicetur; de Christo Deo ait Paulus ad Galat. 2. v. 20 *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Legatur ibi S. Chrysostomus. Ad inuidiam Dæmonis Deus concupiscit hominem, & vero amore æmulatur mentitam Diaboli charitatem. *Ergo recogita totum illi Deum occupatum, & deditum, manu, sensu, opere, sapientia, prouidentia, ac ipsa in primis affectione.*

Caiet. — Matth. — Ad Galat. Chrysost.

42. Parùm est totum Deum occupatum esse in homine. Quid si fortè hominis salus, Totum Christo Deo quodammodò foret? Ioan. 13. v. 3. de Christo morti iam proximo, quâ redempturus erat mundum, sic ait Ioannes: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Quid est *omnia*? Similis vox scribitur ab Euangelista Matthæo, cap 11. v. 17. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*, & valde dubium est apud interpretes, quid τὸ *omnia* significet ibi. S. Hilarius per vocem *omnia* intelligit Christum secundum quod Deus est, cum naturâ diuina omnia accepisset: Theopylactus Omnipotentiam interpretatur; Euthymius, *omnia*, id est quæ nota sunt Patri, nimirum id ad scientiam refert: S. Chrysostomus omnem potestatem miracila faciendi: S. Hieronymus per *Omnia* omnes homines intelligit: S. Irenæus lib. 4. cap. 37. omnia quæ per ipsum facta sunt, interpretatur: Auctor imperfecti omnia regna cælestium, terrestrium, & infernorum. Verùm Theophylactus ad illud Ioann. 13. sic ait: *Omnia dedit ei Pater in manus. Hoc est, quod credidisset ei salutem fidelium.* Itaque ex mente Theophylacti salus fidelium est *omnia* Christo. Et quod S. Hilarius existimauit esse naturam diuinam, & attributa diuinitati identificè annexa; & quod ipse aliàs, omnipotentiam intellexit, & Euthymius omniscientiam; & S. Chrysostomus miraculorum potestatem; & S. Hieronymus ius in omnes homines: & S. Irenæus dominium in creaturas, & Auctor imperfecti, cælestium regna; Theophylactus salutem hominum interpretatus est: ac si salus hominum hæc *omnia* Christo quasi esset. Nempe sic totus Deus homini occupatus, & deditus est, vt salus hominum, *omnia* quodammodò sit Christo Deo. Quid, nisi Christus facturus fuisset salutem hominis, omnia non haberet Christus? Imò nihil habere videretur: nihil enim habet, qui omnibus caret. Ergo si salus hominum est *omnia* Christo, omnibus quasi caruisset, nisi homines lucraturus fuisset. Hyperbole exaggeratior videtur, & ipsissima veritas est, nam cùm Christus Deus decretus sit, vt saluaret homines, ad hominum salutem faciendam, & personâ Verbi, & tot attributis eximiè munerata est sanctissima eius humanitas. At quid luculentiùs pro hac re, quàm sic Christum æstimare hominum salutem, vt hominis salus occasionaliter omnia Christi dicatur? Et cùm Deus salutem hominum illi committit, gratulabundus ait: *Omnia mihi tradita sunt.* Falluntur, falluntur planè Bethulienses, & agitati cæco timore aiunt hic, v. 13 *Vendidit nos Deus in manibus Assyriorum.* Non facilè, non vili vendit Deus homines, quos vt omnia reputare sibi videtur.

Ioan. *Hominum salus est omnia Christo!* Matth. — Hilar. — Theophyl. Euthym. — Chrysost. Hieron. Irenæus. Impe[r]f. — Theophyl. — 43. — Iudith.

§. XII.

Aliquibus ab ægritudine corporis, animus quoque ægrit; aliis infirmitas, vigor virtutum est.

Homo ad immortalium adeptionem nimis mortalis est. Ab originali delicto obnoxius est mortalitati, & inde morbis, qui mortem corporis accelerant; vereor ne sæpè etiam mortem animæ. Porrò vir non eximiè perfectus, dum corpore ægrotat, animo etiam grauius ægrotare solet. Nam ægritudini cognatum vitium est doloris impatientia, nimia corporis cura superuacaneum deliciarum studium, nausea virtutis, otiositas, torpor, querimoniæ, & aliæ animæ pestes, quæ hominem deturpant. Sæpè non benè valet animus, quando malè habet corpus. Caue ne morbus carnis serpat in spiritum, & vitio hominis inuitetur mens & vulnus corporis fœdet animum. Timothei elogium est, *Pulchrè admodum ægrotare*, vt notauit Clemens Alex. Quid morbo cum pulchritudine? Ægritudo fœda est, non venusta infirmitas deforme, & distortum reddit corpus; sed animum pulchrè venustet. Nam pulchritudo proportio partium est. Ergo Timotheus in infirmitate pulchrè ægrotabat, quia virtutum proportionem seruabat. Nempe doloris patientia indicebat linguæ silentium silentium querimonias inhibebat: tolerantia detrectabat leuamen, & delicias exquisitas mortificatio vetabat: otium ægritudinis non erat orationis negligentia, sed precum ardor, & fiduciæ vigor: aptâ proportione sibi consonabant virtutes in ægritudine, & ita *pulchrè admodùm ægrotabat.* Pulchrum admodùm Timothei encomium est, quod in tanta humorum distemperie, proportio virtutum non defierit. Pulchrè ægrotat Timotheus, quandoquidem alij tam turpiter infirmantur.

44. — *Pulchrè ægrotare.* — Clem. Alex. lib. 1. Pædag. cap. 2.

Sanctus Chrysologus agens de vocatione Matthæi, quærit cur Matthæus telonio turpis, adscitus sit in Apostolatûs fastigium, & nemo infirmorum, quos curauit Christus Deus, meruit eius collega fieri? *Fratres*, inquit, *deteriùs sedebat in telonio publicanus iste, quàm paralyticus, de quo anteà diximus, iacebat in lecto. Quia ille carnis patiebatur paralysim, iste mentis: in illo fuerat compago turbata membrorum, in isto totus ordo fuerat sensuum dissipatus: ille iacebat captus carne, sedebat corpore & animo iste captiuus: ille doloribus succumbebat inuitus, iste vitiis voluntarius seruiebat. Quare Publicanus, qui maior videtur in crimine*

45. Chrysolog. serm. 30. — *Infirmorum nemo adscitus est ad Apostolatum*

mine, maior habetur in munere? Nam mox apoſtolatus certa preditus dignitate, totum orbem ſplendore Euangelicæ prædicationis irradiat; & paralyticus ſola dignus venia habetur. Nempe prælegit Christus ad apoſtolatus faſtigium hominem ægrotum mente, ne eligat ægrotum corpore, quaſi corporalis ægritudo in aliqnibus ineptitudo ſit ad diſcipulatum. Sic enim diuturnus morbus ſolet animum deprauare, & diu inolitâ conſuetudine inuitiare, vt infirmitas quoſdam quodammodò ineptos faciat ad Chriſti diſcipulatum. Hinc probat Chryſoſtomus (Chryſoſt. hom. 26. 2. Cor.) illud Pauli 2. Corinth. 12. v. 9. *Virtus in infirmitate perficitur*, non eſſe intelligendum de corporali aliquo morbo. Nam ægroti munus prædicationis obire non poterant. Profectò non ſemel ſuſpecta foret prædicatio hominis malè ægroti; & non benè valetudinis ſtudioſi. Nam ſæpè ægroti otiatio, & valetudinis aliquale ſtudium, forte impediret prædicationis fructum. Saltem notum ſit Chriſtum ægrotos animo elegiſſe, ne eligeret valetudinarios corpore: quaſi magis ſuſpectus foret morbus corporis, quàm ægritudo mentis.

46. Matth. Adſtipulatur ſibi ipſe S. Chryſologus ſerm. 15. cùm agens de puero Centurionis agrotante, Matthæi 8. c. 6. auſus eſt dicere, non modò extra Chriſti collegium, ſed etiam extra Chriſti ſeruitium eſſe ægrotos. (Chryſol. *Ægrotus quaſi relegatur à ſeruitio Chriſti.*) Sic fatur eleganter Chryſologus: *Domine puer meus iacet, &c. Qui vocat Dominum, fatetur ſuam fideliter ſeruitutem. Et quomodo hic Centurio, qui ſic agnoſcit Dominum puerum ſuum auſus eſt profiteri, quaſi neſciens ſerui peculium ad Dominum pertinere? Puer meus: meum dico, quia iacet: ſi tuus eſſet Domine, non iaceret.* (Pſal. 133. v. 1.) *Probat hoc Propheta: Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini: qui ſtatis, &c. Stant ſerui tui, hominum ſerui iacent. Puer meus, quia iacet; vt tuus ſit, ſurgat. Meus, quia paralyticus, vt tuus ſit, iam ſanetur. Meus, quia malè torquetur, vt tuus ſit, iam non ſit in pœna.* Longiuſculè, ſed nihil omittendum.

47. Luc. Lucæ 8. v. 46. Mulier quædam totos duodecim annos ægrotauerat ſanguinis fluxu, quæ erubeſcens fœdum morbum verbis ſuis prodere, tacita fide attactu fimbriæ veſtimentorum Chriſti, ſanata eſt. (Chryſol. ſerm. 33. *Ægritudo eſt paſſionum cauea.*) Super qua re ſic ſubtiliter fatur S. Chryſologus: *Dicere non eſt auſa, ne circunſtantium confunderet, & oneraret auditum, ne fieret populorum fabula, qua tot annis ſtadium & σκάμμα* (id eſt ludorum cauea) *fuerat paſſionum.* Ecce ægritudo dicitur cauea, ſeu cubile paſſionum, quæ inſtar ferarum animum exagitant. Porrò cauea receptaculum ferarum eſt: ſi morbus receptaculum ferarum habetur: nam in ægritudine irritatur impatientia, ſæuit ira, torpet prudentia, delicias expetit gula, & reliquæ paſſiones deſæuiunt. Ergo aliquibus morbus feritas paſſionum eſt, & licentia audaciùs delinquendi. Hinc febris calor in quibuſdam eſt confinis gehennalis ardoris, & augurium perennis incendij. (P. Dam. ſerm. 43.) Audi P. Damianum ſic aientem: *Exaggeratur calor, & in ipſam animi ſedem ignis furioſus irrumpit. Iam flammis vltricibus peccantis ſubſtantia conflagratur, & æternalium ſentit præludia tormentorum.* Nempe ægritudinis flammula creſcit in gehennale incendium, & calor febris cum ardore inferni commutatur. Vnde non ſemel infirmitas corporis ægritudo eſt animi, delictorum ſcholâ, & peccatorum audacia. (Iudith.) Quod oculis cernere licet hîc, v. 14. vbi Bethulienſes ſiti ârentes, fame exanimes, corpore ægri admodum, vt expreſſiùs dicitur in textu Græco, impatientiâ ærumnarum muliebriter queruntur de Præfecto, deſperant de auxilio diuino, &c. Nempe male vexantur corpore, ſed peiùs animo.

Tametſi plures, quibus non bene fundata eſt virtus, non ſemel abutantur infirmitate, & deteriores fiant ab ægritudinis moleſtia; at iis qui robuſtiore virtute ſunt præditi, ægritudo corporis fit animæ valetudo, & robuſtior ſolus. 48. (*Ægritudinis encomia.* Nazianz. Orat. ad ciues Nazianzenos.) Vnde ait Nazianzenus: *Anima morbo affecta Deo propinqua eſt.* (2. Cor. Ambr.) Paulus 2. Cor. 12. v. 9. *Virtus in infirmitate perficitur.* S. Ambroſius inibi, *Conſummatur*: quem locum plures explicant de corporali morbo. Præſertim Paulinus epiſt. 1. aiens: *Quem potentem, vt prædicat Apoſtolus, faciebat infirmitas*, quaſi corporis infirmitas ſit animi potentia, & valentia ſpiritus. Eleganter Saluianus. (Saluian lib. de Guber. Dei.) *Nequaquam nobis delenda eſt hæc afflictio infirmitatum, quam intelligimus matrem eſſe virtutũ. Ideo ſancti viri infirmiores ſe eſſe faciunt, quia ſi fortes fuerint, ſãcti eſſe vix poſſunt.* Et poſt pauca ſubdit: *Infirmitas carnis vigorem mentis exacuit, & affectis artubus vires corporum in virtutes transferuntur animorum.* Sic eſt proficua aliquibus medica infirmitatis vis, quæ illis eſt animi vigor, & incrementum ſanctitatis. Fac ſis bene ægrotus, qui malè ſanus es.

---

§. XIII.

Salus ægritudinis eſt præſagium, aut inchoatio: ſicut & vita, repetita mors eſt.

HOmo inconſtantiæ imago eſt, temporis ſpolium, fortunæ luſus, corruptionis ſpeculum, 49.
bulla detumeſcens, vmbræ ſomnium, ſomnus vigilantis, pila, quâ ludit Deus, animal proiectum ad omnem fortunæ contumeliam, & cunctas naturæ infirmitates. (Herod. Clem. Alex.) *Videtur Herodotus inducere dicentem Solonem. O Crœſe, omnis homo nihil eſt aliud, quàm calamitas.* Necdum planè lucem vidit, & tenero vagitu ærumnas præſagit, lacrymulis prophetis infauſtè ſibi ominatur: nondum natus homo, faſciis, vt vinculis ligatur, ob quem alium reatum, niſi quia natus eſt ad vitam breuem, inconſtantem, & calamitoſam? Homo enim imbecillum corpus eſt, nudum, inerme, & infirmitati obnoxium. Quæ dies à dolore immunis, aut non vectigalis ægritudini, aut non ſtipendiaria morbis? Ipſamet vita aut infirmitas eſt, aut infirmitatis periculum: ipſa ſalus cenſus ægritudinis, & morborum prognoſticon. (*Speranda eſt ſalus poſſeſſa.* Luc.) Lucæ 8. v. 43. mulier illa, quæ duodecim annos fœdum ſanguinis profluuium patiebatur, animoſa fide acceſſit ad IESVM, & attactu fimbriæ veſtimentorum eius, *Confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.* Et cùm Saluator inquireret diligenter quis eum tetigiſſet, & ipſa piam audaciam ſuæ fidei palàm confeſſa eſſet, publicans ſe furtim fimbriam tetigiſſe, & ſtatim priſtinæ ſanitati fuiſſe reſtitutam: tunc ait illi IESVS, (Matth.) Matthæi 9. v. 22. *Confide filia, fides tua te ſaluam fecit.* Hæc verba ſibi pugnare videntur: nam ſi mulier illa priùs ſalua facta fuit,, quorsùm illi mandatur,
vt confidat? Quid confidat ſanitatem conſequi, ſi 50.
ſalutem iam conſecuta eſt? Quis ſperet habere, quod poſſidet? Poſſeſſio res fruitionis eſt, non negotium fiduciæ. Fiducia otiatur circa poſſeſſa, quæ ſemper anhelat poſſidenda. Cur ergo mulieri ſanitatem conſecutæ, mandatur vt ſperet ſanitatem? Profectò vſque adeò imbecillis, & caduca eſt humani corporis valetudo, & rediuiua infirmitas, vt cùm primùm obtinetur, quaſi iam amiſſa ſit, iube-

tur

tur pia fœmina, vt eam tunc speret, cùm eam adipiscitur. Tot periculis obnoxia salus est, tam facilè redit infirmitas, vsque eò volaticum est sanitatis bonum, vt vel tunc cùm possidetur, iubeatur sperari: quasi ipsamet possessio salutis, sit materia desiderij, & negotium fiduciæ. Huc proculdubio allusisse videtur Tertullianus, inquiens de homine: *ex aliqua valetudine sanitatem suam patitur.* Vulgò reiicitur Latinius scribens, *Sanitatem suam patitur*, facili sensu, sed frigido. Nempe homo ex aliqua infirmitate conualescens, *sanitatem suam patitur.* Tam propinqua enim est saluti infirmitas, vt vel cùm quis benè valet, non dicatur potiri bonam valetudinem, sed illam quasi morbum, pati; quasi Deus sit præambula ægritudinis, & inchoatio morbi. Ergo si cùm quis valet iam præmaturè morbum festinantem patitur: rectè sanatæ iam mulieri dixit Christus: *Confide filia*; etsi fides tua te saluam fecit, nempè spera quod habes, confide te adeptam, quod possides.

Salus ipsa patitur valetudinem. — Tertull. Apol. c. 27. Latinius.

51\. Nec mirum videri debet ipsam valetudinem pro morbo reputari, & salutem ægritudinis speciem esse, quandoquidem ipsamet vita, vera mors est. Nam cùm quis vitam natiuitate auspicatur, tunc mori incipit; ergo vita mors est, & corpus animæ sepulchrum. Sententiosè inquit Trismegistus: *Homo est corruptionis vinculum, viua mors, sensitiuum cadauer, sepulchrum circumuertibile.* Addit Clem. Alexandr. *Sibylla quoque dicit Mortales homines caro qui tantùm, & nihil estis.* Et infrà: *Nonnulli corpus dicunt esse monumentum animæ, vt quæ in præsentia sit sepulta: & quoniam id significat quæ significat anima, ideò rectè appellatur σῶμα.* Heraclitus quoque dicit, *Generationem esse mortem.* Ergo si Generatio est mortis initium, mors erit finis mortis. Hinc argutè Tertullianus, requiem sepulturæ appellauit, *Asylum quoddam mortis.* Nam mors ius & potestatem habet in viuentes, quos dies noctésque perpetuò depascit, & erogat; at homo vita functus, non est præda mortis, morique subditus, sed à morte securus, & immunis à censu, & exactione, & tyrannide mortis. Quasi sepulchrum sit immunitas mortalium, asylum mortis, & securitas non moriendi, vita verò multiplex mors, aut mors viua.

Vita nostra mors viua est. — Trismegist. — Sibyll. Clem. Alex. l. 5. Strom. — Heracl. — Tertul. Apol. c. 37.

52\. Seneca sapienter scribit: *In hoc enim fallimur, quod mortem procul esse coniicimus, magna pars eius iam præteriit, quidquid ætatis verè est mors tenet.* Porro cùm vitam quis inchoat, tunc mori incipit: cùm moritur, mori iam desiit. Eleganter S. Nazianzenus sic Basilium inducit loquentem ad Præfectum minitantem Basilio sæuam mortem: *Mors beneficij mihi loco erit, citiùs enim me ad Deum transmittet; cui viuo, & munere meo fungor maximaque ex parte mortem obij.* Ioan. 4. vers. 47. quidam regulus rogauit Iesum, vt in domum suam citò descenderet, & sanaret filium eius. Causam quare festinaret, apposuit Euangelista, aiens de puero ægroto: *Incipiebat enim mori.* Vereor ne bonus Theologus Ioannes, hîc non sit benè philosophus. Nam mors in instanti tota peragitur; homo cùm mori incipit homo non est, sed cadauer est. Mors enim celerrima in opere suo est, nec morulas impendi, breuissimi enim instantis compendio dispendium vitæ fit. Ergo non satis philosophicè dicitur mors incipere. Non audio nuperrimas nouantium philosophorum nugas, quibus ius est integrum è proprio cerebro architectandi opiniones: quorum argutias præmaturè reieci dum olim philosophiam tradebam. Fateor de vltima portione mortis, aut de postrema morte non tam philosophicè, quàm moraliter id dici; at de vita quæ pluribus mortibus constat, & Philosophicè & moraliter dicitur, quod incipit, & quidem à natiuitate, quâ omnis homo mori incipit. Et vbi primùm quisque nascitur, dici de eo potest, quòd *incipit mori.* Sapienter Philo, *Nonne infans puero cedit, puer pubenti, pubens adolescenti, adolescens iuueni, iuuenis viro, vir seni, senectus morti? Et fortasse singulæ ætates decedendo præmoriuntur: natura nos paulatim docente non timere mortem extremam omnium, quæ do priores facilè tulimus, infantiæ, pueritiæ, pubertatis, adolescentiæ, iuuentutis, virilitatis, quæ omnes ætates ante senectutem euanuerunt.* Sic puer hic Centurionis etiam à natiuitate incipiebat mori; sic Basilius iam senex maxima ex parte mortem obiit: quia quicquid ætatis retrò est, mors tenet. Nec instantaneo interitu decedimus, sed diuturno, & prolixo. Cùm ergo singulæ ætatum portiones præmoriantur, & vita ipsa simulacrum mortis sit; imò bona valetudo infirmitatem præsagiat, & æmuletur, & confinis sit ægritudini, & morbis cognata.

Vita est repetita mors. — Senec. ep. 1. — Nazianz. Orat. de laud. Basil. — Ioan.

53\. Philo lib. de Ioseph.

54\. Geneseos 4. Iustum Abelum infidè occidit impius Cain; infame profectò patricidium, & omnium pœnarum reum: Tremit Cain supplicij diuini metu, & ab obuio quoque mortem timet: *Dixitque ei Dominus: Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque Dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum.* Hæc blandior indulgentia Dei planè est impunitas peccandi, imò licentia delinquendi. Elementa ipsa tanto scelere irritata, vindictam parricidij expostulant, & talionem expetunt, & Deus vitam concedit Caino? Impius mulctetur vitâ, & subeat crudelem mortem quam pio fratri impiè intulit: cædes cæde luatur, non vitâ. Imò vita luenda est tam impia cædes, vt non vna morte, sed pluribus vindicetur fratricidium. Parum foret mortem iusti Abeli morte Caini vlciscendam; vnde Deus vita, id est, multiplici morte scelus Caini vindicat. Quod præclarè notauit Basilius Seleucus, sic fatus: *Omnis qui occiderit Cain septuplum punietur. Vita fruere, qua nefariè fratrem spoliasti. Abelo nemo hanc faciat iniuriam. Celerem Abelo mortem adduxisti, seruiis mortem appete, dum vita supplicio fit.* Nempe nefarium Caini flagitium inultum remanere vna ipsius morte: diuturniùs viuat, vt diutiùs moriatur. Addantur vitæ homicidæ Caini, anni quos victurus erat Abelus, & viuat etiam Abeli vitam, & sic non tam potiatur duplici vita, quàm patitur plurimas mortes. Vnde dicitur illi: *Vita fruere, qua nefariè fratrem spoliasti,* quasi vita Abeli addatur Caini vitæ in acerbius supplicium tanti flagitij. Quis amet vitam, quæ pro supplicio est illatæ mortis? Quis vitam desiderat, plures mortes inscius appetit? Vides hic vers. 16. viuam Bethuliensium mortem? Vix nati sunt infantes & sæuæ morti subiacent; fame, siti, mœstitudine, periculis anguntur omnes, & sæuas strages omnia minitantur. O mortalium ærumnosam vitam! ô repetitas hominum mortes!

Genes. *Vita datur supplicij nomine.* — Basil. Seleuc. Orat. 4. — Iudith.

§. XIV.

Commentarius litteræ.

Vers. 18. Et cùm hæc dixissent factus est fletus & vlulatus magnus in Ecclesia ab omnibus. & per multas horas vna

voce clamauerunt ad Deum, dicentes.

Vers. 19. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus.

Vers. 20. Tu quia pius es miserere nostri, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te populo, qui ignorat te.

Vers. 21. Vt non dicant inter gentes: Vbi est Deus eorum?

Vers. 22. Et cùm fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati siluissent.

Vers. 23. Exurgens Ozias infusus lacrymis, dixit: Æquo animo estote fratres, & & hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam.

Vers. 24. Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo.

Vers. 25. Si autem transactis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba, quæ locuti estis.

VERS. 18. 55. *ET cùm hæc dixissent, &c.* Bethulienses seriò agunt cum Ozia, quasi res Iudææ desperata esset, de tradenda vrbe Assyriis. Sed non omninò desperasse constat, quia statim obortis lacrymarum riuulis inclamatum Nomen est, & exoratum auxilium diuturna precatione, quâ prætendebant diuinam ciere misericordiam. *Ecclesia* cœtum sonat in quocumque sit loco, hoc est, hominum ingentem copiam; identidem sic vsurpatur in Scripturis. Sed iam sanctiori vocabulo *Ecclesia* sumitur pro multitudine fidelium sub Christi Vicario congregata. Item accipitur pro loco, in quo conuentus aut congregatio fit; scilicet accipitur locus pro eo, quod in loco fit, quod apud Ecclesiasticos, & prophanos auctores in vsu est. Parco exemplis, quæ obuia sunt etiam imperito.

VERS. 19. 20. 21. *Peccauimus cum patribus nostris, &c.* Quid clamant Israëlitæ, ad Deum suum? *Peccauimus cum patribus nostris, &c.* Quorsùm hic peccatorum mentio! intentantne irritare iustitiam diuinam, reuocando scelera in diuinam memoriam? Dein quare suorum parentũ peccata diuturnâ obliuione emortua, exsuscitant? Porrò diuina mens humanis culpis exasperatur, non tranquillatur. Num quia semel dixerunt se peccasse, se excusant ob commune delictum? & vitiati traducis sobolem causantur? Sanè lacrymis oblitterant peccata, ob quæ immittit Deus tam seueram pœnam. Vnúmque è duobus petunt anxiè, aut indulgentiæ clementiam, aut supplicij inclementiam, sed à manu Dei, non à manu gentis idololatræ: ne scilicet idololatræ in ipsos sæuiant cladibus, in ipsorum Deum, irrisionibus: Conuitiáque iactent in ipsum, quasi aut imbellis non possit, aut immitis nolit suum tueri populum ab hostili potentia. Prudentissimum quidem stratagema, quo suum ipsorum periculum Deo etiam imminere aiunt, & vnam & eandem causam sui, & Dei agi intentant, vt Deus se tuendo, tueatur & ipsos. Vnde Tortoletus inducit Bethulienses sic acclamantes ad Deum: (Tortolet.)

——Miserere laborum,
Et causam defende tuam, tibi prima minantur
Detrimenta, tuis te trudere sedibus audent:
Scilicet id superest, propriis vt viribus exlex,
Arroget Assyrius nostræ stipendia cladis,
Illudatque Deo.

A periculo sublime hoc ingenium; ingeniosa calamitas est: nam vexatio dat intellectum, & ab infortunio sapit, qui à felicitate desipit. Hac arte vsus est Moyses, Deuter. cap. 9. vers. 18. Dauid, Psal. 78. v. 9. Azarias, Daniel 3. 47. Scitè aduertit noster Tufus ad cap. 2. Eccli. v. 13. bene coniungi in hoc vers. 20. *Pius & misericors.* Nam pius est natura, misericors in effectu, aut Pius misericordiam tribuendo: Misericors à miseria liberando. Päez in Cantico Moysis, vers. 7. Annot. 2. Ideò ait Bethulienses dixisse: *In tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere, &c.* Quia Dei flagellum mitius quàm hominum est, & propterea illo potiùs, quàm hominum feriri precabantur. (Deut. 9. Psalm. Daniel. Tufus. Päez.)

VERS. 22. 23. 24. 25. 56. *Et cum fatigati, &c.* Plorando defessi sunt Israëlitæ, & exhaustis lacrymarum fontibus, adhuc collacrymatur Princeps Ozias, & in aliqualem spem diuini adiutorij erigit Bethulienses, quibus pollicetur deditionem post quinque dies, nisi eo tempore auxilij affulgeat spes; quia fortè ad ipsos quinque dies aquula suppetebat, qua vel leuiter recreari possent, vt suspicatur Charthusianus. Nempe Ozias deditionem procrastinat, vt cunctatione frangat hostes, aut effulgeat liberationis spes. Aptè Philo lib. Quod deterior, &c. *Tergiuersari enim præstat, quàm vinci: quam cunctationem inimici appellãt timiditatem, amici verò securitatem.* An culpam admiserit Ozias præscribendo tempus diuinæ clementię, quod videtur innuere Pererius in cap. 8. Exod. n. 4. opportuniùs tradetur sequenti cap. ad v. 11. Salianus suspicatur hanc promissionem firmasse Oziam iureiurãdo, quod ex Græca editione ad c. 8. adstruit. Tortoletus lib. 2. vt mitteret in Ierusalem ad Ioachimum Pontificem, qui rebus ferè desperatis auxilium mitteret contra Assyrios. Sulpitius nõ quinque, sed quindecim dierum inducias petit, librarij manifestus lapsus, non viri attentissimi. Addit Vatablus, quod Ozias: *Dimisso ad vallum suum populo in muros, & turres vrbis abiêre singuli, vxoribúsque & liberis domos suas remissis, se ipsos in vrbe vehementer afflictauerunt.* (Carthus. Philo. Perer. Salianus. Tortolet. Sulpit. Vatabl.)

---

§. XV.

Lacrymæ sunt auspicium vitæ, pietatis adeps Conscientiæ euaporatio; mortis ablutio, gehennæ extinctio, oculorum baptismus: atque oratio sine supplicatione impetrans.

MAtthæi 5. vers. 5. dicuntur *Beati qui lugent;* quia spe beatitudinem anteuertunt, & lætitiâ gloriosæ beatitudinis æmulâ perfruuntur. Imò infelices sunt qui lugent: nam lacrymæ aut instantes ærumnas dolent & deflent, aut futuram calamitatem præsagiunt, & anticipato doloris sensu prophetant. Res profectò diuersissimæ: nam si lacrymæ beant, quomodo infortunium important? malè felicitat, quod infelicitando beat. Scilicet lacrymæ bonæ sunt, & non bonæ. Pro calamitate temporali muliebriter illacrymari, res indigna viro est (quod tracto in paragrapho sequenti:) In causa verò peccati exterminandi, & diuinæ gratiæ promerendæ bonæ sunt, & optimæ. S. Zeno Veronensis ita scribit; *Mundum vt adsalet, infans fusus ingrediens sponte vitæ reptantis prauiis lacrymis auspicatur.* (57. Matth. Lacrymæ sunt vitæ auspicium. Zeno serm. 2. de Nat. ...)

auspicatur. Quasi lacrymæ sint, & auspicium vitæ, & faustum augurium felicitatis, indicium sublimioris sanctitatis. Anima virtutis, & pietatis adeps dicuntur à P. Damiano: *Pietatis adeps, qui intus latitat, foras per oculos emanat.* Quia sicut enormiora crimina ex adipe iniquitatis promanāt. (Psal. 72. vers. 7. *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum:*) ita ex pinguiori probitate stillant, & eliquantur piæ lacrymæ. Per oculos enim euaporatur latentis conscientiæ feruor, Quod dixit S. Chrysologus ad hunc modum fatus: *Pœnitens a medicina succurrat, ferrum compunctionis accedat, apponatur adustiis tunc dolorum, adhibeantur suspiriorum tunc fomenta, tumentis conscientiæ feruor euaporet, tunc reatus vlcera lacrymis abluantur.*

Petr. Dam. serm. 19. *Lacrymæ sunt pietatis adeps.* Psalm.

Chrysol. serm. 167.

58. Et quidem Basilius Seleucus hortatur homines, *Vt vitia lacrymis extinguamus.* Ac si non ita tùm peccata, sed etiam vitia extinguantur oculorum fontibus Nec mirum est criminum feruorem extingui lacrymis, cùm etiam æternitatem illam gehennæ pyram interstingnant lacrymæ. Audiendus est S. Maximus: *Quænam est illa aqua,* inquit, *quæ consumit flammas, nec ipsa consumitur à peccatoribus, sed gehennæ consumit incendia?* O validissimam lacrymarum efficaciam, quæ inextinguibile illud gehennæ incendium interstinguere valet, & euigorare acrem vrendi vim! Nimirum lacryma est gehennæ nix, quæ homini lacrymanti extinguit inferni perpetuò flammantem pyram, hæc enim lugenti non ardet. Plus audet Tertullianus quod fletui potest adaptari: *Nonne mirandum, & lauacro dilui mortem?* Mors peccatorum sordida est, & labe præsentis culpæ, & squalore futuræ gehennæ. Ergo sordidissima mors extergitur, emaculatur, diluitur lacrymarum vndis: & à fletu candicat, & præniteт gemmanti lacrymarum venustate, vnde exclamat sequenti capite: *Quanta vis eius*(aquæ) *& gratia, & ingenia, quot officia!* Quæ sunt hæc lacrymarum ingenia? Nempe planctus, arbitrium est emendationis, artificium reconciliationis, ingenium gratiæ, & gratia animæ: nam lacrymæ delent vitiorum fœditatem pulchritudine virtutis, venustant peccata, ea transformando in pœnitentiam, diluunt mortem eam emaculando planctus lixiuio, & decorando ornamentis gratiæ. Tanta est huius aquæ gratia! hoc officium, hoc ingenium lacrymarum: *Bonæ lacrymæ, in quibus est redemptio peccatorum,* exclamat S. Ambrosius. Quasi lacrymæ sint redemptrices, & vicariæ Dominicæ Passionis. O grande lacrymarum elogium, & ingenium amplificandæ gratiæ lacrymarum? Apprimè quadrat in lacrymas, quod de saliua Christi ingeniosè dixit S. Chrysologus, ad illud Ioannis 9. v. 6. *Expuit in terram, & liniuit super oculos eius, Diuino ore luciferam dat saliuam, vt sanitatis gutta baptizaret oculos peccatoris:* quasi lacrymarum guttæ oculos baptizent. O quàm ardent oculi ad concupiscentiam! quot peccatorum reus est humanus visus! Oculi sæuè irantur, furiosè minitantur, lasciuè scortantur, oculi subornant concupiscentiam, insidiantur virtuti, produnt sanctitatem: & omniū ferè delictorum origo sunt, aut occasio. Verùm piæ lacrymæ oculos baptizant, oculorum fomitem temperant, & compescunt: *Nam sanitatis gutta baptizat oculos peccatoris.* Imò totum hominem, vt aduertit Hugo Cardinalis, aiens: *Luctus est mentis humanæ baptisterium.* Quid est enim aliud lauacrum lacrymarum, nisi secundus baptismus? Allegátque Hugo illud S. Gregorij, *Mens lacrymis baptizata videt limpidiùs.* Quid mirum quod oculi lacrymis baptizati, & à lippitudine peccatorum clari videant limpidiùs, & cernant perspicaciùs?

Basil. Sel. Orat. 6. *Lachrymæ interstinguunt vitia.*

Maxim. hom. 1. de Eleemos. *Lacrymæ interstinguunt gehennam & mortem.*

Tertul. l. de Baptismat. cap. 1.

59. Ambros. l. 6. in Luc. *Lacrymæ baptizant oculos.*

Chrysol. serm. 176.

Hugo Card. in cap. 5. Matth.

Gregor.

60. Neque tantùm peccatorum morbos, & vlcera sanant lacrymæ, sed etiam Dæmonem validum humani generis hostem vulnerant, & profligant. Nam *ferè viperæ, & aspides, ipsique reguli serpentes, aridis, & inaquosa sectantur,* inquit Tertullianus, malè enim habent in aquis: *Contribulasti capita Draconum in aquis,* Psal. 73. vers. 13. Quid est in aquis *contribulasse*, vel *confregisse*, vel *concidiasse*, (vt alij scribunt) caput Draconis? Vrbanus IV. *Contribulare venenatæ superbiæ caput in diluuio lacrymarum.* Lacrymarum imbribus quasi telis caput veteratoris serpentis contribulatur, confringitur, conciditur. Blandum, & molle iaculum viditur aqueum telum, sed quod durè ferit, & cruentat aduersarium Dæmonem, ac si veneno medicatum foret ad sæuiorem ictum. Altè Clemens Alexandrin. non longè à fine inquit: *Confligamus in structa acie aduersus Malum, ignita Mali iacula extinguamus aqueis à verbo tinctu cuspidibus.* Nempe sicut sagittarum cuspis veneno medicari solet, vt venenatam plagam medullitùs serpentem ad mortem instigat; sic iacula, quæ Christianæ acies vibrant aduersus Dœmonem, aqueo lacrymarum quasi veneno allini, & tingi oportet, vt cuspidibus lacrymis velus veneno, medicatis, sæuiùs feriant malum Dæmonem; vt homines aqueis cuspidibus à verbo tinctis confringamus capita infernalium Draconum in aquis.

Tertul. l. de Baptismat. cap. *Lacrymæ sunt aquea tela*

Vrbanus in Psa. m. 10.

Clem. Alex. in Exhort. ad Gent.

61. Præterea lacrymæ sunt orationis energia, precum vigor, & impetrandi securitas. S. Gregorius apud S. Thomam explicans illud Lucæ 14. v. 32. *Legationem mittens rogat, &c.* sic fatur: *Dum ergo adhuc longè est, mittamus ad eum legationem, lacrymas nostras.* Nempe lacrymæ Legati ad instar agunt causas nostras apud Deum. Pulchrè Ennodius: *Ille admittat lacrymas meas, cui clausa ora fabulantur: cui ad plenam legationem sufficit ex compunctione diffluens imber oculorum.* Diligens, & attenta est legatorum industria, sagacissimè, & ciuilissimè omnia officia obit, vt extorqueat rem, quam impetrare intendit. Bellè dixit Saluianus loquens de populo Hebræo: *Officiosa vndarum patientia liberatur.* An lis lacrymarum vndas officiosè patientes dici? Scilicet lacrymæ officiosæ sunt; nam officiositas est articulum placendi, & arbitrium promerendi, omnium gratiam obsequiis captare ambit, omnibus alludit, arridet omnibus, se se vltrò blanditiis insinuat; & ita omnium animos, & voluntates conciliat & ad se trahit. Sic lacrymæ legationem suam officiosâ patientia obeunt, extorquentque quidquid impetrare intentant. Blandâ enim vi quod orant, exorant. Psalt. 38 v. 13. *Auribus percipe lacrymas meas.* *Quia violentæ sunt in precibus,* ait Hugo. Quin & lacrymæ vim orationis habent absque orationis pudore; impetrant absque supplicatione. Iudith. 8. v. 14. Sanctissima fœmina taxans deficientem Bethuliensium fidem, inquit: *Sed quia patiens est Dominus, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus.* Quo genere orationis Deus exorandus est in re ferè desperata? Num vocali supplicatione, an lacrymarum tacita effusione? Anselmus Laudatus: *Fusis lacrymis postulemus, quæ pondera vocis habent, quæ impetrant, non supplicant.* Quid molestius quàm supplicare? Quid iucundius quàm impetrare? Quid felicius, quàm absque supplicatione impetrare? Hoc solius fletus elogium est, qui sine pudore rogandi gaudet felicitate impetrandi. S. Maximus de Petri negatione agens, de eius lacrymis sic elegantissimè fatur: *Lacrymæ ergo verecunda consulunt,*

Gregor. in Luc. *Lacrymæ sunt legati.*

Ennod. l. 4. epist. 24.

Saluian. l. 1. de guber. Dei. *Lacrymarum officiosa patientia.*

Psalm. Hugo in c. 5. Matth. *Lacrymæ impetrant absque pudore rogandi.*

Iudith.

Anselm. Laud.

62. Maxim. hom. 1.

consulunt, pariter & saluti, neque erubescunt in petendo, & impetrant in rogando; lacrymæ, inquam, tacitæ quodammodo preces sunt, veniam non postulant, & merentur. Nisi quod vtiliores lacrymarum preces sunt, quàm sermonum, quia sermo in precando fortè fallit; lacryma omninò non fallit. S. Maximo accinit magnus Ambrosius agens de Petri planctu, censetur elegantiùs: *Lauant lacrymæ delictum, quod voce pudor est confiteri. Et veniæ fletus consulunt, & verecundiæ. Lacrymæ sine horrore culpam loquuntur. Lachrymæ crimen sine offensione verecundiæ confitentur: Lacrymæ veniam non postulant, & merentur.* Itaque lachrymæ feliciter circa diuinam misericordiam negotiantur, nam sine oratione exorant, sine supplicatione impetrant, absque pudore rogandi, habent vigorem impetrandi. O bona fletuum oratio, quæ dum tacet vocalior est; dum negligit orare, nescit feliciùs impetrare, silendo vociferatur, & tacendo imperiali voce, quod piè cupit, factiuè exequitur. Hic lacrymarum fastus est, & piæ orationis ambitio. Sic Bethulienses hic, vers. 18. præ fame tabescentes, præ siti aridi, obsidione oppressi, conscientiâ scelerum anxij, excidio proximi, re desperatâ per oculos conscientiam euaporant, pietatis adipem eliquant, oculos lacrymis baptizant, instantem mortem fletu diluunt, & gehennæ ardorem planctus refrigeratione interstinguunt; atque fletibus orant, vt sine supplicatione impetrent. Quod piè meditati sunt Bethulienses, abundè præstiterunt, & cupitam sospitatem in lacrymis feliciter repererunt. Ergo Bethuliensium consilium sit Christianorum eruditio: ora lacrymis, vt sine pudore roges, sine supplicatione impetres, sine anxietate obtineas, exorandi securus: lacrymæ enim sunt ingenium impetrandi.

Ambros. lib. 10 in Lucam.

Iudith.

---

§. XVI.

Lacrymæ, etsi in terram sponte cadunt, in cœlum relabi piè præsumunt.

63. LAcrymæ sunt pietatis adeps per oculos eliquatus, cordis particulæ, peccatorum diluuium, vigor orationis, charitatis vapor, auspicium pœnitentium, proficientium eruditio, & perfectorum consummatio. Ergo qui lacrymas fundit pro rebus caducis, pretiosas margaritas prodigit, perdit, proculcat. Profectò lacrymæ è sublimi oculorum loco naturaliter ad terram descendunt. Heu! errant lacrymæ, quæ terrena deplorant, & error hic cum hominibus nascitur. *Errauerunt ab vtero.* Psalm. 57. v. 4. homo àb infantia flebilis nascitur, deflens, quas patitur miserias, & quas patiendas arcano naturæ instinctu præsagit. Præclarè Tertull. *Mentior, inquit, si non statim infans ad vitam vagitu salutauit, hoc ipsum se testatur sensisse, atque intellexisse, quòd natus est, omnes simul ibidem dedicans sensus. Ita prima illa vox de primis sensuum vocibus, & de primis intellectuum pulsibus cogitur. Plus est quod de prospectu lachrymabilis vitæ, quidam augurem incommodorum vocem illam flebilem interpretantur, quod etiam præsciens habenda sit ab ingressu vitæ nedum intelligens.* Vides infantulum rudem necdum natum, & flebili vagitu præsentis vitæ ærumnas lugentem, imò prætententem futuras? ô malè expensas præmaturas lacrymarum diuitias, quibus, & tua crimina redimere, & Deum placare, & cœlum coëmere feliciter posses? *Ad Deum stillat oculus meus*, ait Iob. cap. 16. vers. 21. Quasi dicat Iobus: Calamitas amissi regni, extinctæ sobolis, exhausti corporis, afflictæ valetudinis, & tot dolorum acerbitas, non potuerunt educere ex oculis meis, vel vnam lacrymulam, siccis oculis suffero ineluctabilem calamitatem: scio enim quàm exiguum sit muliebre hoc lacrymarum leuamentum, quod non laxat curas, & minuit tormenta, sed stringit animum, & incrementat cruciatus. *Ad Deum stillant oculi mei*, id est, oculorum meorum nubes rorida sursum mittit lacrymarum imbres. Mirum, (sic fatur P. Pineda ibi,) quod quæ in sinum descendere, & in terram cadere videntur lacrymæ, non descendant tamen, sed ascendant ad Deum, & contrario motu, quàm imber, & stillicidia in cœlum stillent. Sed mirabilis huius rei illa est causa occultior humanis oculis, quòd sicut Sol terræ vapores suo caloce tepefactos, sursum euehit; ita piorum hominum feruentes à charitate lacrymas, benignissimus Dominus excitat, & eleuat ad se. Eccles 35. v. 18. *Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum.* Vides hoc lacrymarum naturale miraculum, quæ in terram cadentes, relabuntur in cœlos? *Ad Deum stillant oculi mei*, inquit Iobus. Ergo ad Deum solum stillant oculi nostri.

Psalm.

Tertul. l. 1. de Anim. cap. 19. *Prophetæ infantium lacrymæ.*

Iob.

Lacrymæ in terram cadunt, & in cœlum relabuntur.

Pineda.

Eccles.

64. Angebatur quondam Dauid implacabili Saülis odio sollicitè inquirebant ad mortem, nullus illi locus satis tutus erat vel à Regia ira, vel Absalonis impietate: oppressus aliquando ærumnosæ tristitiæ fluctibus, obortis lacrymis muliebriter Dauid suam flebat calamitatem de quo agens, Psalm. 118. v. 28. sic inquit: *Dormitauit anima mea præ tædio.* Origenes, S. Hieronymus, S. Ambrosius, *Stillauit anima mea præ stultitia*: Treuetus edoctus tantâ tantorum Patrum auctoritate, locum sic scribit, & explicat: *Stillauit anima mea præ tristitia.* Alij: *defluit anima mea*; alij *soluitur*, nonnulli, *agonizat.* Nempe Dauid strenuus, fortis, & pius vir animaduertens se vbertim fudisse lacrymas propter instantem calamitatem, & temporarias ærumnas, neque oculos eius stillasse ad cœlum, sed ad terram, sic puduit muliebris planctus, vt disertè non dixerit; *Stillauit anima mea præ tristitiâ: sed dormitauit anima mea præ tristitia.* Quasi dicat: Non attentus, & vigilans, sed sopitus, & dormiens fudi eiusmodi inutiles, & fœmineas lacrymas viro prudenti, & vigili indignas. Scilicet dormitauit anima mea, cùm oculus meus lacrymas stillauit ad terram, non ad Deum; cùm anima mea agonizabat, soluebatur & diffluebat per oculos, imprudens feci; mei impos dormitabam. Vnde S. Hieronymus, vt Scripturarum, sic & mentis Dauid Arbiter, non scribit, *anima mea præ tædio dormitauit*, sed *stillauit anima mea præ stultitia*, ô fatuas & stultas lacrymas muliebriter effusas propter res temporarias! stultè contemnit, & perdit lacrymas quisquis eas ponit in terrâ, illas fundens pro terrenis rebus; in cœlo collocandæ sunt, artificio pietatis corrigendæ, dirigendæque in sublime cœlorum, & Iobi æmulatione in cœlis reponendæ sunt. *Ad Deum stillat oculus meus*; sed *Heu! ad terram distillauit anima præ stultitia!*

Psal. Orig. Hieronym. Ambrosi. Treuet. *Lacrymæ fatuæ pro temporalibus.*

Profectò lacrymæ fusæ pro terrenis bonis, seu ærumnis instantibus, inutiles sunt, stultæ sunt, steriles sunt. Vir seu maritus animæ, sine sanctarum operationum dicitur Spiritus sanctus à Beda. Ergo lacrymæ, quæ ab spiritu non fouentur, & animantur, infœcundæ sunt, & steriles. Tertullianus versans illud Genes. 1. vers. 2. *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, in hunc modum fatur: *Superuenit* 65.

Beda in c. 1. Exod. Tertul. lib. de Bapt. cap. 4.

Digitized by Google

Lacrymæ pro rebus mundialibus viduæ sunt.

nit statim Spiritus de cœlis, & aquis, (siue baptismi, siue lacrymarum) *superest, sanctificans eas de semetipso, & ita sanctificatæ vim sanctificandi combibunt.* Itaque superuenit Spiritus sanctus fœcundans lacrymarum aquas tanquam sponsus, subiungit enim idem Tertull. cap. sequenti, sic profundè rem meditatus: *Sed enim nationes extraneæ potestatem eadem efficacia (in aquis) idolis suis subministrant; sed viduis aquis sibi mentiuntur.* Viduas appellat aquas, seu lacrymas, quæ idolis, seu rebus mundanis administrantur, non Deo, quæ non stillant ad cœlum, & ad terram defluunt. Illi, inquam, qui flebili planctu ob temporaria incommoda lacrymantur, sibi mentiuntur, cum inani leuamento consolantur dolorem suum; videlicet in *viduis aquis* aliquod laxamentum, frustra ambiunt. Quid est, viduis lacrymis? Vidua, quæ verè vidua est, solitaria est, orba, squalida, mœsta, sterilis desolata, & ferè emortua, cùm maiori ex parte sui obierit. (De Viduarum orbitate legi possunt Commentatores Pauli ad cap. 6. prioris epist. ad Timotheum.) Nempe lacrymæ, quas non maritat Spiritus sanctus, qui est vnicus lacrymarum sponsus, viduæ sunt; id est, fructu infœcundæ, pietate steriles, virtutibus solitariæ, orbatæ vigore gratiæ, tristes ab ærumnarum sensu, squalidæ ex terræ sordidæ attactu; desolatæ ob impatientiam doloris, mortuæ ab spe cœlestium. O viduas id est, malè viuas, & bene mortuas lacrymas, quas effundit impatientia infortunij! mentiuntur laxamentum, & meri cruciatus sunt; prætendunt pietatem, & pietatem frustrantur fructu suo; deplorant carnis mala, & viduantur Spiritu. O vtinam semper *stillet ad Deum oculus meus.*

Ad Tim.

66. *Luc. Lacrymas pro rebus temporalibus effusas, cernere vetat Christus.*

Lucæ 9. v. 59 Dixit IESVS cuidam è turba: *Sequere me, ille autem dixit, Domine permitte mihi primùm ire, & sepelire patrem meum.* ô filium piè officiosum in parentes! Quid sanctius hac pietate, quæ etiam erga extraneos tot encomijs dilaudatur in Tobia? Audi Christi responsum planè inspeparatum: *Dixitque ei IESVS: sine vt mortui sepeliant mortuos suos.* Valde angit Interpretes, cur Christus Deus arceat filium à pietate sepeliendi parentem. Num piissimus Dominus vetat pietatem erga parentes, quam æterna ipsius naturæ lex piissimè humanis cordibus scripsit? Bellè Chrysologus: *Sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Christus non deesse voluit exequijs paternis, sed prophanis luctibus noluit interesse.* Videlicet Christus ideo illi recens discipulo mandat, ne exequias parentibus debitas prosequatur; vt non intersit prophanis luctibus, vt non videat lacrymas inaniter effusas pro temporali calamitate. Itaque non tantùm præcauit Christus, ne ipse lacrymetur pro morte terreni parentis, sed etiam suadet ne vel oculis suis videat temporales lacrymas, quas extorsit temporalis ærumnæ dolor, ne fortè & ipse doloris impatientiâ actus, & æmulatione aliorum delinitus muliebriter lamentetur, & lacrymas prodigè fundat, quas necessum est auarissimè asseruare ad delenda peccata, & placandum numen Nimirùm ne oculi huius discipuli stillent ad terram, qui ad cœlum stillare debent, pia sublimioris luctus ambitione.

Chrysol. serm. 13.

67. Qui nimis mundialium bonorum amissionem deplorat, nimis ea videtur amare, & ipso luctu eadem suspirare: nam ambitiosior luctus ambitio est amissi boni; luctu enim alitur, & crescit fames boni per calamitatem deperditi, quasi lacrymæ sint ardor desiderij, & rei desideratæ fomes. Regius Psaltes anhelans cœlestem beatitudinem, sic fatur ad Deum Psal. 41. v. 3. Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie; vbi est Deus tuus?* Si suauissimum beatitudinis fontem Dauid sitit, cur ait lacrymas illi fuisse panem, & non potiùs potum; potu enim restinguitur sitis, non pane; imò potiùs pane inaccrescit sitis. Quinetiam lacrymæ aptiores sunt ad potum, quàm ad escam. Audienda sunt acutissima S. Augustini verba inibi sic aientis: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ, non amaritudo, sed panis suauis sitienti mihi illum fontem; quem quia bibere nondum poteram, auidiùs meas lacrymas manducabam. Non enim dixit: Factæ sunt mihi lacrymæ meæ potus, ne ipsas desiderasse videretur sicut fontes aquarum. Sed seruata illa siti, qua rapior, seruata illa siti, qua inardesco ad fontes aquarum, panes mihi factæ sunt lacrymæ meæ, dum differor. Et vtique manducando lacrymas meas, sine dubio plus sitit ad fontes.* Nempe Dauid ardenter sitiebat suauissimum beatitudinis fontem anhelo ore cupiens inebriari dulcissimo gloriæ liquore, & ideo non ait se bibisse lacrymas, tanquam potum, sed manducasse velut escam panis; nam aquæ sitim extinguunt, panis verò sitim monet, & vrget. Ergo Dauid lacrymis pasci, & ali dicitur tanquam cibo, quippe à quo crescit fames beatitudinis exoptatæ. Quasi lacrymæ manducatæ ardentiùs faciant sitire bonum absens, & cupitum. Igitur qui beatitudinem sitit, vescitur planctu tanquam pane, à quo inaccrescit sitis. Et ita qui vescitur velut pane, ipsis lacrymis, quibus augetur pro rebus temporariis, & caducis, & earum amissione, potiùs alit sitim illarum rerum, & tacitè fatetur planctu se rerum mundanarum ambitione teneri, quas fletu suspirat, & lacrymis ambit. Lacrymæ non sunt potus, sed panis, cuius esu crescit sitis rei optatæ, & suspiratæ per lacrymarum effusionem. O facinus! Ne ergo oculi nostri stillent in terram, qui ad Deum stillare debent. *Quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis,* Matth. 6. v. 33. *Non ait vtique, Quærite primùm regnum Dei, & deinde ista quærite; sed hæc omnia, inquit, apponentur vobis, scilicet etiam non quærentibus.* Verba sunt S. Augustin. Itaque ambitiosior lacrymarum oratio perperam affectat mundialia bona: malè deploratur, quod non bene desideratur, fœmineæ lacrymæ sunt quas extorquet calamitatis sensus aut non siccat masculus animi vigor. O muliebrem Bethuliensium fletum ob mala obsidionis! dicitur enim hic vers. 18. *Factus est fletus, & vlulatus magnus in Ecclesia ab omnibus.*

Psalm.

Lacrymæ cur non potandæ sed manducandæ.

August. in Psal. 41.

68.

Matth. August. l. 2. de serm. Domini in monte.

Iudith.

§. XVII.

Homo erudiat proprias virtutes à corporis schola & iniquitatis propria magisterio

69. FAcilis est vitiorum disciplina. Nemóque est tam rudis à natura, qui non sit habilis ad malitiam, & ingeniosus ad peccandum. Nascimur ad malum docti, naturâ ipsa erudiente nos ad has artes occulto nequitiæ magisterio. Nemo non rudis ad virtutem est, nemo rudis ad vitium: hoc ingenium à natura omnes arripuimus, & vitiis exprimimus. Sed qui à nobis cadimus, porrigamus gratia adiuuante nobis manum, quâ surgamus à lapsu, & qui peccando scandalum fecimus nobis; à peccato resumamus vires ad virtutem. Esto bonus tui magister, & à peccato ipso accipe eruditionem ad sanctitatem, & ab feruore quo præceps rapiebaris ad vitia, mutuò accipe calorem ad probitatem

Corpus dicitur virtutum schola, & quo sensu.

Perge

Perge ad virtutem per obstantia vitia, quod præscribit Seneca: *Hoc durum, & laboriosum negotium* (aliàs *ingenium*) *nobis datum sciás, scilicet imus per obstantia*; id est, eundem nobis ad sanctitatem est adiumento vitiorum. Quomodò iuuabunt nos? Magnitudo tuæ malitiæ fit bonum exemplar ad Christianam Philosophiam. Antiqua peccata non sint tibi obstaculo, sed magisterio. Pulchra est disciplina virtutis, quæ à vitio est. S. Chrysol. ser. 12. sic inquit satis ad rem: *Corpus est animæ domicilium, murus Spiritus, virtutum schola.* Aptène dicitur Corpus virtutum schola! Imò Corpus iure dicitur malitiæ seminarium, promptuarium vitij, febris animæ, ruina sanctitatis, fomes libidinis, animi cadauer, ferétrum mortis, ardor intemperantiæ, excidium virtutum, & quodvis execrabile attributum in corpus quadrat. Quomodò hoc corpus diris execrandum, tam magnificè prædicatur à Chrysologo, vt dicatur *magisterium, & schola virtutũ?* Imò à corporis operâ dediscit animus omnes ad virtutum disciplinas. Profectò profunda est sententia Chrysologi, & sententiosissimè appellatur corpus *schola virtutum.* Porrò virtutes ipsæ erudiendæ sunt à vitiis in gymnasio corporis: nam vitium animosum est, & nimium audet peccandi libidine, stimulis voluptatis exagitatum: discat igitur virtus eminentiam ab animositate vitij. Quàm exprompti, quàm hilares, quàm ex animo præcipites ferimur ad prauitatem! Ne torpeamus aut cespitemus ad virtutem. Ardemus ad malum; & non bonus vitij calor depascit intimas hominis medullas, ne tepidi simus, aut algeamus ad bonum. Ad ambitionem, & indefessi, & prodigi sumus: ne citò lassemur, ne auari simus ad eleemosynas. Et (vt summatim dicam) crescant virtutes ad exemplum nostræ prauitatis, animentur virtutes comparatione vitiorum, & à vitiis discant eminentiam. Sit corpus, & eius opera, schola virtutum. Hinc dixit Tertullianus: *Mala necessaria fuisse ad illuminationem bonorum.* Nimirum peccata nostra facem præferant, & illuminent bona opera illustriora illa reddendo, & vrgendo hominem ne tardiùs currat ad bonum, qui velociùs cucurrit ad malum. Nam sicut qui in tenebris est, passim hæret, & vix progredi potest, in luce currere quisque valet: sic vitia illuminare debent ad cursum, quo in vitam æternam contendimus. Redit S. Chrysologus & suam vindicans sententiam, inquit: *Impietas ministerio iniquitatis curabatur.* Ac si dicat: quasi languet pietas, cui non medetur præfato modo impietas; roboranda quodammodò virtus est, & ad robusta opera perducenda ope vitij. O quam benè valet vitium, quàm robustum, & vegetum est! Sic valeat virtus. Improbitas medicina fit probitatis: & impietas medicus pietatis.

Sence ep. 53. — Chrysol. — 70. *Virtutes propria quodammodò erudiũtur à propriis vitiis.* — Tertul. adu. Hermog. cap. 13. — Chrysol. serm. 19.

71. Cæterùm hoc vitij magisterium ab scholâ Pauli est, qui ad Rom. 6. v. 19. sic fatur: *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: Ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Benè notat S. Chrysostom. *Nec dixit propter infirmitatem vestra, vel voluntatis, vel propensionis, vel alacritatis, sed carnis.* Vnde constat quòd de venereis voluptatibus agit Paulus. Et sensus est facilis, & pulcher: ô Romani eâ alacritate, & studio, quo à libidine stimulati inhiabatis rem veneream, & in luxu deliciabamini; non languidiori propensione desiderate rem cœlestem, inhiate sanctitates, discite ab *scholâ corporis*, à magisterio vitij alacritatem ad virtutem. Luculenter S. Anselm. ibi (si opus illud Anselmi est,) expendit τὸ *Sicut*, ita scribens: *Quid est autem, sicut illud, ita & hoc agite? Nisi quemadmodum ad peccandum nullus vos cogebat timor, sed ipsius libido voluptasque peccatis; sic ad iustè viuendum, &c.* Nimirùm sponte olim deliciabamini impotenter venereo luxu, & temerarij ruebatis ad vitia; ergo temeritas libidinis vestræ, & inhians voluptas fit magisterium ad sanctitatem. Audeat piè virtus, vt audebat impiè vitium, temeritas improbitatis, fit probitatis schola: *Vt Matthæus* (ait sanctus Chrysolog.) *qui erat fraudator pecuniæ, fieret gratiæ distributor: de impietatis schola ad pietatis magisterium perueniret, fieretque doctor misericordiæ, qui auaritiæ fuerat institutor.* Ecce Matthæus sanctus, à se ipso peccatore discit: ipséque peccator, est schola, & magisterium sui ipsius. Sapienter Tertull. vertans illud Pauli, 2. Cor. 12. v. 9. *Virtus in infirmitate perficitur*, inquit, *Iustitia iniquitate perficitur.* Nónne iniquitas Iustitiam exterminat, & corrumpit; quomodò eam incrementat, & perficit? Iniquitas non expolit iustitiam, sed deuenustat; non gignit, sed adulterat. Porrò iniquitas non profectus, sed defectus virtutis est. Verùm si Iniustitia vt exemplar sumatur ad virtutem, perfectio illius erit, & incrementum. Nam iniquitas audax est, audeat & virtus, & animosiùs sectetur sanctitates: iniquitas temeraria est; probitas non sit pusillanimis: edisćat sublimitatem à vitio: vt à corporis scholâ, & vitij magisterio auctior, & illustrior euadat virtus. Sic dum Bethulienses se exacuunt ad sanctitatem, vt iratum Numen propitium reddant, in memoriam adducunt præterita delicta, aientes hic vers. 19. *Peccauimus iniustè egimus, iniquitatem fecimus.* Nempè sublimem temeritatem piè imitetur virtus, & animosiùs audeat, arcanè erudita vitij magisterio.

Ad Rom. Chrysost. hom. 12. in c. 6 ad Rom. *Virtus propria fit eruditur ad audaciam à proprio vitio.* — Anselm. — Chrysol. serm. 30. — 2. Cor. Tertul. l. de fug. in persec. cap. 2. — Iudith.

§. XVIII.

Maiora hominum delicta ex occasione nobilitant augustiora Dei attributa.

72. Malitias peccati alibi vbertim do, vt peccator à criminibus deterreatur, nunc ne flagitiosus quisque desperet, sed animetur ad sanctitatem recuperandam, vtilitates delictorum tracto. Nam arreptâ ansâ ab infinitâ peccatorum malitiâ, magis elucet infinita perfectior attributorum Dei. Quo enim modo augustior Dei misericordia nosceretur: nisi erga tantam malitiam versaretur, illam condonando? Porrò ex enormitate peccati prædicatur diuina largitas à prauitate humanorum excessuum gloriam mutuante. Neque enim infinitè bonus Deus agnosceretur, nisi peccator esset infinitè malus. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.* Psalm. 24. vers. 11 Perpetrarat Dauid peccatum grande: adulterium homicidio exaggerauerat. Deum sibi iratum noscens, ad tribunal diuini iudicij confugit; sacco, & cinere volutatus, dolore fractus, lacrymis obrutus, & singultibus hians, propitiationem anxiè petit à Deo. Verùm attende ad causam, quam allegat, vt Deum alliciat ad veniam: *Propitiaberis* inquit *peccato meo: multum est enim.* Id est, veniam peccati certissimè spero quoniam peccatum meum grande est, & nimis enorme. Insipienter videtur agere Dauid, cùm maiorem peccati sui malitiam allegat ad veniam. Quis enim non insanus

Psal.

confissi

confessi delicti veniam postulans, non proponit rationes; quæ illud extenuent aut excusent? Præstaret dixisse: propitiabere peccato meo, nam seductus sum Bersabee pulchritudine nimiâ, luxuriæ flammas iaculata est tanta venustas: Non te latet humanæ carnis imbecillitas: incautus corrui, cautelam deinceps voueo. Rebellaui semel; parce olim amico, & ero semper tibi fœderatus: Semel reus veniam meretur: quia semper amicus fuit. Carnis caducæ imbecillitatibus, & luxuriæ fraudibus ignosce. Lubrica res est caro, & casui proxima. Tu pius porrige dexteram labenti.

73. Profectò hæ, aliæque similes rationes proponere congruum foret, quæ iras Dei sedarent, & ad propitiationem illicerent. Et his omissis enormitatem sceleris exaggerat Dauid, ac si vellet Deum irritare ad punitionem, non propitiari ad veniam. Planè hic desipere videtur Dauid. Imò consultissimè sapit, & blanditur Deo de enormitate delicti. Nam Deus parcens grandiori peccato magnam suam misericordiam ostentat: Neque enim magnum foret exiguam malitiam condonare. Auget Dauid culpam, vt augeat Dei liberalitatem, quæ elucet magis maius crimen relaxando. Quod acutè notauit Cardinalis Caietanus, hæc Dauidis verba his verbis expendens: *Ne videatur sub dubio petere, ait: Parces culpæ meæ; & rationem subdit, quoniam grandis ipsa: hoc est, quoniam nomini tuo reseruatur condonatio culpæ ex sui magnitudine: decet enim tuum nomen magna facere, & illud magnificari ex condonatione magni sceleris. Vbi nota non alleuiare peccatum suum Dauidem, sed quod priùs vocauit rebellionem, modò grandem culpam confitetur.* Non minuit Dauid suam culpam, ne vnà extenuet diuinam largitatem, quam potiùs prædicat augendo delictum; nam delicti grandior remissio, occasio erit, ex qua augustior misericordia præniteat. Non enim satis esset publicandæ infinitæ misericordiæ, nisi crimen nimis grande. Adauctum crimen incrementat parcentis liberalitatem. Nam si non essent grandia peccata, quibus parceret Deus, grandis Dei misericordia frustrà Deo inesse hominibus videretur, (obiectum enim misericordiæ diuinæ est humana miseria) saltem non sic magnificè innotesceret.

74. Acutè Tertullian. sic fatur: *Ausim dicere, si hæc* (scilicet esse *infirmam, imbecillam, inhonestam, perditam, peccatricem, damnatam,*) *carni non accidissent, benignitas, gratia, misericordia, & omnis Dei vis benefica vacuisset.* Ingenij libertate plura audet passim Tertullianus, etiam quando nihil sibi audere videtur. At cùm ipse nimis se audere dicit, attentionem exigit ad sententiæ insolentiam. Ausus est dicere, nisi infirmus esset homo, nisi imbecillus, inhonestus, peccator, & perditus, quasi frustrato nomine forent augustiora Dei attributa, nempe, Benignitas, misericordia, & beneficentia. Nam cùm obiectum misericordiæ sit miseria, cùm infinitè à Deo absit miseria, ipse sibi non videtur egere misericordia: quia vbi impossibilis est miseria, superuacanea videtur misericordiæ nomenclatura. Ergo misericordiæ munus & opus, est nostros excessus curare. Vnde deficientibus nostris excessibus superflua videretur misericordiæ saltem vox: nam deficiente re & opere misericordiæ, ad quidnam misericordiæ poneretur vocabulum? Ergo nisi humani excessus, & enormia delicta homini non accidissent, hoc sensu Misericordia, *& omnis vis Dei benefica vacuisset.* Et quidem ad veniam concedendam exiguæ noxæ, sat esset exigua benignitas. Crescit ergo opus, & notitia Misericordiæ diuinæ, quò magis increuêre delictorum enormitates, in quibus relaxandis magis elucent benefica Dei attributa. Igitur apud homines ex grandioribus delictis, grandior apparet Dei benignitas: nam Dei infinita bonitas, non cognosceretur satis nisi ex infinita peccatorũ malitia. Vnde enormius flagitium retractatum decus est diuinæ benignitatis, nitor beneficentiæ, & ornamentum Misericordiæ. *gratias diuinitati referimus*. (ait Cassiod.) *quæ dona sua vestris potius ornauit excessibus.* Quid luculentius? Scitè ergo Dauid sciens excellentissima Dei attributa debere notionem, & ostentationem suis grandioribus delictis retractatis, eorum insolentiam sapienter allegat; vt Deum alliciat ad veniam, & de eorum magnitudine deplorata blanditur Deo atque in animosiorẽ spem erigitur, aiens: *Propitiabere peccato meo: multum est enim.* Hanc Psalmi ponderationem olim ab aliquo insinuatam, non puduit sic locupletare.

Cassiod. l. 1. Variar. epist. 13.

Tertull. lib. de Resurr. Carn. cap. 9.

Deficiente hominum miseria, quasi vacaret Dei munificentia.

Caiet.

75. Vidit Dominus Lucæ 19. v. 5. Zacchæum statura pusillum, rapinis magnum, è Sycomoro spectantem eius transitum: decreuitque illi dare veniam tot delictorum, quæ diuitiis acquirendis, & acquisitis cognata sunt: & cùm se munificum voluit ostendere, sic inquit: *Zacchæe festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere*, ô velut effusam Christi liberalitatem? Vadit ad criminosum Zacchæi tectum tot furtis infame, vadit vt Zacchæo tot flagitiorum condonet veniam, & ait Christus suâ interesse? *In domo tua oportet me manere.* Non tua interest, ô Domine, sed Zacchæi. *Considera*, (ait S. Chrysost.) *nimiam Saluatoris bonitatem.* Porrò sua interesse ait Saluator, quod Zacchæi refert. Num peccatoris Zacchæi bonum vtilitas est Christi? Bonus Christus, qui vtilitatem Zacchæi, commodum suum reputat: imò emolumentum peccatoris commodum suum facit. Nimia hæc Christi bonitas Chrysostomo videtur, quia sibi expedire ait, quod expedit non Christo, sed Publicano. Imò verò Christo expedit: nam ex peccatorum venia nobilitatur eius misericordia, & augustior apparet eius beneficentia, qua Zacchæi excessibus condonatis adornatur eximiè, & augetur ad gloriam.

Luc.

Christi interest misereri peccatorum.

Chrysost.

76. Psalm. 118. v. 126 sic pangit Dauid: *Tempus faciendi Domine, dissipauerunt legem tuam.* Quasi dicat Domino; impij, & flagitiosissimi homines per summum tui dedecus te contempserunt, dissipantes legem tuã, tuáque mandata impiè pessundantes. Nunc, tunc tempus est faciendi; quidnam faciendum est in vltionem diuinæ legis dissipatæ? Nempe stringe gladium iræ tuæ; Vibra omnipotentiæ arcum, & medicatis tuæ iracundiæ sagittis configue præuaricatorum insolentiam. Nullum sit vindictæ genus quod non experiantur à te. Vnde indefinitè dicitur *tempus faciendi*, nec dicitur quid faciendum sit: vt nihil non faciat Deus in peccatorum punitionem. Hic sensus loci expeditus, & germanus videretur, nisi sanctus Augustinus, altiùs rem contemplatus esset: *Tempus faciendi*, tempus miserendi intelligens, his verbis *Tempus faciendi Domine dissipauerunt legem tuam. Quid ergo tempus, vel quid faciendi voluit intelligi Domino? Illud quidem quod paulo antè dixerat: Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: hoc faciendi tempus Domino.* Ac si dicat Dauid ex mente Augustini: Flagitiosissimi quique homines magno tui dedecore legem dissipant tuam, tuam voluntatem nihili faciunt, & præcepta impudenter violant? Hoc tempus, tempus est opportunum

Psalm.

Tempus peccandi obseruat Deus, vt misericordiam ostentet.

Aug. ibi.

tunum ad miserendum eorum: quæso Domine, ne te prætereat hoc tempus ad publicanda augustiqra attributa diuinitatis. Flagitiosior præuaricatio, opportunior occasio est, non ad iram, sed ad miserationes: nam ex criminosioribus delictis maius tibi munificentiæ nomen facies. Nunc, nunc tempus est faciendi secundùm misericordiā tuam magnam, quæ ex maiori præuaricatione apparebit maior, & ex augmento delicti, valdè incrementabitur. Fortassis tàm aptam miserendi occasionem non nanciscetur misericordiæ munificentia. Nunc tempus est faciendi misericordias, Domine: quia dissipauerunt legem tuam. Nam magnificentia Benignitatis tuæ occasiones arduas expectat ad ostensionem tantæ magnanimitatis. Sapienter dixit Aristoteles. *Est magnanimi otiosum esse, ac tardum, nisi vbi magnus est honos, vel opus & paucas quidem agendas res aggredi.* Sanè otium magnanimi proprium est: nam cùm eius obiectum, & opus sit res magna, (res enim paruas contemnit magnanimitas) res autem magnæ, quas aggrediatur, crebrò non occurrunt, diu cessat, & otiatur Magnanimus. Vnde magnanimo expedit non omittere occasionem rei magnæ peragendæ, & suam ostentandi magnanimitatem. Rectè ergo Dauid admonet Deum, ne cùm impij atrociora crimina perpetrarunt, (quæ magna res misericordiæ est, & grandis occasio diuinæ magnanimitatis ostentandæ,) miserendi tempus tunc opportunum, omittat, quo nobilitet diuiniora sua attributa, aiens: *Tempus faciendi Domine; dissipauerunt legem tuam.* Vnde Bethulienses hîc, vt magnam Dei misericordiam cieant, propriis delictis suorum parentum delicta adaggerant, aientes, v. 19. *Peccauimus cum Patribus nostris, iniustè egimus; iniquitatem fecimus.* Maiora accumulant flagitia, vt magnam Dei misericordiam prouocent, & statim subdunt: *Tu quia pius es, miserere nostri.*

Magnanimitas agnatum est otium.

Arist. lib. 4. Ethic. c. 3.

Iudith.

---

§. XIX.

Hominum grauiora peccata, opulentiores, sunt Dei thesauri.

77. PEccatum est grande debitum, quo adeò obærata est natura humana, & ad soluendum impotens, vt egeat ad debiti solutionem incarnati Verbi opibus, vt totis Christi Dei gazis solueretur Deo humani peccati debitum. Verùm nescio quo pacto vsque eo monstrosum peccatum est, vt ipsummet peccatum, quod tam copiosum debitum est, simul etiam fit diuinitatis ærarium, & Christi Dei opulentiores diuitiæ: (Peccatum, inquam, aut pœnitentiæ lachrymis defœcatum, aut quia occasio est ostentandi diuitias diuinæ munificentiæ, quæ opes sunt, Dei.) Deuter. 32 recensuerat Moyses atrocissima delicta, & agens Dei personam, inquit, v. 34. *Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* Thesaurus est ærarium vbi omnigena & pretiosior gaza asseruatur. Peccata nostra quomodò esse possunt Dei opes, & locupletior thesaurus? Et quidem thesaurus, quem tanti facit, vt eum sigillo suo muniat ad securitatem. Quid! fures inhiant istiusmodi diuitias? Peccatúmne gaza Dei, & adeò solicitè sigillata ad custodiam? ita sanè; neque id insolens est in Scripturis. Iob. cap. 14. v. 17. sic ait: *Signasti quasi in sacculo delicta mea: Sed accumulas ad iniquitatem meam* sic Chaldæus vertit. Et
78. Septuaginta viri ita hæc vltima verba scribunt: *Annotasti si quid inuitus transgressus sum.* Hoc est, (ait Astunica,) in sacculo illo, in quo sua peccata consignasse dixerat, reposuisti etiam peccata illa quæ inuitus admisi. Doctissimè adludunt Septuaginta ad adolescentiæ crimina, quæ homines, inuiti propè admisisse videntur. Itaque Deus non tantùm in sacculo, seu marsupio seruat peccata, ac si essent pretiosa moneta; sed eadem auidè, *accumulat?* Quin etiam delicta, quæ Iobus inuitus, & quasi ignorans in adolescentiā commisit, reponit in sacculo, vbi seruat delicta? Adeò auarus est, delictorum seruandorum, vt semipeccata adolescentiæ accumulet ad maiora crimina, ex quibus cōflat thesaurum? Nec prætereundum est; quod eadem *obsignat*, tanquam rem magni pretij. Nam vt eruditè annotat Sanctius ibi: *obsignantur illa, quæ maximè seruari cupimus.* Quod probat ex Clem. Alex. 3. lib. Pædag. ex Marone, lib. 1. Georg. ex Plinio, lib. 32. cap. 1. ex Plauto in Asinaria. Vidésne quàm solicitè accumulet Deus in suis thesauris humana delicta, & quàm cautè eadem seruet, & obsignet in sacculis? Tantíne pretij scelera nostra sunt, quippè, quæ Deus sic recondat inter suas opes, & accumulet in thesauris?

Peccata quo sensu dicantur thesaurus Dei.

Deut.

Iob.

Sanct. Clem. Alex. Virg. Plin. Plaut.

Illud Psalmi 67. v. 19. *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.* Etsi ibi iuxta litteram agatur de Moyse, tamen Paulus ad Ephes. 4. intelligit de Christi Dei Ascensione in cœlum Caietanus autem explicans locum Pauli, sic ex Hebræa origine legit: *Ascendisti in excelsum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in Adā.* Et τὸ *Adam* accipit Eugubinus non pro homine, sed spetiatim pro Adamo protoparente, & gentis humanæ, & originalis peccati. Vnde ex sententia Caietani, & Eugubini sensus est: Christus ouans, ascendens in cœlum triumphali pompâ, captiuam in triumpho duxit captiuitatem, id est, mortem, idololatriam, peccati tyrannidem, quæ in Deum rebellauerant: accepitque à Patre Deo dona in Adamo, hoc est, quæ soluat Adamus. At quis non miretur, quòd Christus Dominus dona à Patre recepit, quæ soluat Adamus Christus enim ob rem benè gestam in mundo, ob debellatum rebelle regnum, & peccati tyrannidem: ob illustrem victoriam, quam in cruce proprio cruore reportauit, cùm triumphator ascendit in cœlum, magna præmia merebatur, tanto digna facinore. Nam Deus, qui præmiaturus erat inclytam Christi victoriam, de se valdè munificus est; imò Pater, & ita liberalior debuisset esse in filium. Vnde necesse est, vt præmium Christo triumphatori à Patre donandum, sit Deo, & Deo Patre dignum, dignum, quod præmium sit tantæ victoriæ. Et tamen asserit Dauid, quòd Christus præmium, seu donatiuum pro tanta victoria accepit in Adam: *Ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in Adam.* Hispanè dices viuacius. *Le libran el premio en Adan, dicha falida, banco que quebro.* Porrò Adamus ære alieno oppressus est pro debito sui delicti: Iam diu decoxit diues quondam ille, & opulentus mercator Adam, soluendo non est pro sui, & suorum debito; & Deus Chirographum remittit, vt dona, quæ Christo in præmium largitur, soluat Adamus? Num Deo non adsunt omnipotentiæ thesauri, & infinitæ munificentiæ gazæ? Quid habet tunc Adamus ex quo Christo soluat, nisi ærumnas, nisi calamitates, nisi primæuum delictum, reliquorum omnium originem, & seminarium? Spoliatus est gratia, nudatus iustitiā, inops gloriæ, relictus est promptuarium malitiæ, fomes culpæ, ærarium deli 79.

Psalm.

Caiet.

Eugub.

Dei sopes quomodo sint in peccato, & in Adam.

delictorum, thesaurus originalis peccatorum. Hæ miseriæ affatim abundant in Adamo, sat diues delictorum est. Verùm enim verò, sat hoc ad solutionem est: nam abundantior malitia nostra, à penitentiæ lacrymis pretiosa est:(pœnitentia enim est peccatum lachrymis expunctum:) opulentissimæ sunt Dei diuitiæ: peccata enim nostra condita sunt apud Deum, *& signata in thesauris suis*, quos congerit ex delictis. Vnde cùm Christi res benè gestas præmiare statuit Deus ditiori dotatiuo, non dicitur dari chirographum in omnipotentiæ infinitas opes, sed in thesauros Adami remittit solutionem. *Ascendisti in altum, &c. accepisti dona in Adam.* Vt qui soluendo non est pro suis, suorúmque peccatis, ex iisdem peccatis deploratis thesauros facit largioris liberalitatis diuinæ ostentandæ. Vnde hîc, v. 19. Bethulienses oppressi tot egestatibus, tot peccatorũ arcanas diuitias proponunt Deo: dicentes: *Peccauimus cum Patribus nostris*; proponunt enim ante oculos diuinæ pietatis diuitem peccatorũ censum; quorum occasione locupletiores Misericordiæ diuitiæ planè ostentabũtur. Quid opulẽtiùs quàm peccatum à pœnitentiæ lachrymis pretiosum? à peccato enim diuitiæ Misericordiæ publicantur. Iudith.

---

§. XX.

Alterius crimen, mei criminis excusatio est; quæ vel ex proco lenonem faciet.

80\. GRata sunt homini aliorum delicta; nam iis excusat sua. Sicut enim aliorum sublimis virtus, nostra est reprehensio: sic aliorum crimina nostrorum excusatio est. Minuitur enim facinoris enormitas, si commune sit delictum, nec vnius sit sit specialis malitia. Vnde auidè procurat homo similes vitio consortes aut studio quærere, aut mendacio facere, vt propriu n extenuet malitiam, dum ostendit esse communem. Hinc est quod homo in proprij delicti patrocinium promptuarium habet alienorum criminum, quæ indagat solicitè, audacter exaggerat, aut malitiosè fingit. Theodoretus explicans illud Genes. c. 6. v. 2. *Videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchra acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* Valde miratur Theodoretus, cur inter viros alioqui literatos increbruerit, certáque persuasione euulgetur, istiusmodi filios Dei, qui vidisse, & accessisse ad filias hominũ dicuntur, fuisse sanctos Angelos; quod & textui, & incorporeæ Angelorum naturæ videtur repugnare. Nã Angelica natura, vt immunis à corpore est, sic etiã libera est à carnis illecebris, & venereis titillationibus. Vnde ergo tã insolens opinio hominum mentes occupauit? Sic respondet Theodoretus præfato loco: *Quidã nimis stupidi, & stolidi existimarunt eos Angelos esse, putantes sua forsan intemperantia patrocinium habituros, si Angelos eiusdem criminis reos esse tenerent.* Itaque homines malitiosè stupidi, & prauè stolidi publicarunt veneris illecebras Angelos titillasse, & vel spirituales mentes fœditate luxuriæ inquinatas, ad propriæ lasciuiæ patrocinium: nã Angelicã luxuria excusabãt suã. Ausi sunt hi homines Angelos libidinibus polluere, vt vel sic propriæ libidinis sordes quodãmodò emaculẽt, leuentq; delictũ; quod sancti Angeli, etsi corporis expertes, effugere non potuerũt.

Alienum crimen mei criminis videtur excusatio.

Theod. quæst. 47. in Genes.

81\. Lasciuiebant iuuenili ardore malitiosi illi, & annosi Iudices, allecti nimia Susannæ pulchritudine; ardebat lasciuiæ incendium in languidis, & frigidis eorum corporibus; iuueniliter deperibant, & ambibant formosam Susannam. Quam solam in pomario ex insidiis adortã, rem inhonestam blanditiis, & nimis ardentissimè persuadent, irrita eloquentia. Verùm quis non miretur, quibus verbis quilibet eorum tentauit venustissimæ puellæ castitatem? Sic inquiunt Danielis 13. v. 20. *Assentire nobis, & cõmiscere nobiscum.* Non tam me mouet tam ardentem libidinem in tam emortuis, & cadaueresc&etilde;tibus senum membris; quàm verba, quibus quilibet Susannam solicitat ad venerem. Porrò procus quisque tam ardenter amans, cauta Zelotypiã solet angi, & zelare in adamata puella, ne aspectus, vel verba cum altero ineat: vnde riualis, qui simul ambit amatã fœminam, pro hoste illi est: Et ob salutata limina rixari solent vsque ad cædes. Quo ergo pacto quisque horum senum insanit, vt simul procus & leno est; & Susannæ seriò persuadet, vt etiam cum alio sene concumbat? Planè hic amans amẽs est, & sui oblitus, & amoris nescius; præ amore delirat: Et puellam, quam auidissimè deperit, lenonis instar solicitat ad alterius amorem. Hoc planè monstrum est, & in re amoris insolens, & amori, quo exagitatur, contrarium. Verùm enim verò adeò studebant propriæ famæ, hypocritæ, & malitiosi hi vetuli, vt quò alter consortem in flagitio haberet, & proprium facinus excusaret, personam, & officium lenonis induerit, & alter alterius lapsũ solicitaret: patrocinari cupiens suo crimini, ab alterius flagitio. Decertabant secum hi duo affectus; nimirum zelotypia ex ardenti amore orta, quæ ad insaniam vsque feruere solet; & desiderium faciendi patrocinium propriæ luxuriæ de luxu alterius: & quanquam zelotypia furor sit, & impatientia riualis; nihilominus cedit potentiori affectui, excusandi proprium crimen, crimine alterius. Et quilibet horum amantium ex proco fit leno; & alter alterotrius amorem procurat, vt proprium, sic inquiens: *Assentire nobis, & commiscere nobiscum.* Quid exaggeratius? Rationem reddit Beda explicans illud Lucæ 22. v. 24. *Facta est autem contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior,* sic aiens: *Sicut boni in Scripturis exempla Patrum, quibus proficiant, & humilientur, inquirunt. Sic reprobi: si quid fortè in electis reprehensibile reperierint: quasi suas ex eo nequitias obtecturi, libenter solent amplecti.* Nam aliorum improbitas excusat improbitatem nostram; imò quodammodò non perfectos ostendit.

Dan.

Ex riuali fit leno, qui de alterius crimine cupit excusare suum.

Lucæ. Beda.

82\. Genes. 2. vers. 2. *Compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat.* Quid est, *Compleuit*? Num incompletæ, & imperfectæ erant creaturæ vsque ad hanc diem? Ergo Deus incompletas, & imperfectas creaturas produxerat. Non adducar vt id credam. Quid enim è Dei manu imperfectum euadat? Hugo sic commentatur hunc locum valdè subtili ad rem præsentem commentatione: *Compleuit, id est, Completionem apposuit; scilicet ipsum diem septimum.* Nempè cùm alium postremum diem fecit Deus, priores compleuit, & perfecit dies; nam vel sola positione aliùs postremi diei, cæteri dies & opera eorum, perfectiora euaserunt. Siquidem imperfectio aliorum sicut excusat imperfectionem nostram; sic perfectio nostri est: quæ incompleta, & imperfecta sit res, cuius incompletionem, & imperfectionem non perfecit aliena imperfectio, à qua perfecta reputatur. Ergo Betholienses, vt sancti, & perfecti appareant coram Deo, quem tunc maximè propitiare procurant, opportunè meminerunt hîc, v. 19. delictorum, quibus fœdati sunt antiqui Hebræi, ac si aliorum delictum esset suorum excusatio; & alienis erratis ipsi perficerentur. Quod humani ingenij vitium est

Genes. Hugo. Iudith.

§. XXI.

An Deus, ſi immunificus foret, Nemo hominibus eſſet?

83. NEmo inexercitus magnus habetur; nam opus, menſura eſt magnitudinis: ceſſatio, gloriam defraudat, quam operatio mercatur: gloriam ſibi inuidet, qui malè otiatur, cùm poſſit benè facere. Proceres philoſophorum egregiè mentiti ſunt, allucinantes mundum fuiſſe æternum: quorum quidam à Deo prima omnium rerum causâ, ab æterno productum fuiſſe argutantur. Horum argutias facilè eluſi, cùm ludebam olim in philoſophiæ gymnaſiis. Vna ratio poſſet aliquantulùm vigere, vt conſtitueretur mundus ab æterno operatus à Deo: nimirùm ne Deus ſummus rerum opifex totam æternitatem ceſſaret ab operando ad extrà; quia ſic ab æterno erga creaturas immunificus foret; nec munificentiam oſtentaret ſuam quoaſque præſcripto à ſe tempore, vt Moyſes refert, Geneſeos. 1. v. 1. *Creauit Deus cœlum, & terram.* Quomodo Deus tranſegit infinita æternitatis ſpatia, quin aliquid crearet; quin cuiquam aut prouideret, aut benefaceret? otiabitur tunc diuinitas nihil ad extrà operando? *Sit itaque* (nempe Deus ille inexercitus, quem nouère Philoſophi, & Iouem appellauerunt) *infinito retrò æuo in maxima, & altiſſima quiete, & otio plurimo, placida, & (vt ita dicam) ſtupentis diuinitatis: qualem iuſſit Epicurus.* Verba ſunt Tertullian. Quid magis ſtupidum apud Philoſophos, quàm ſtupentem Deum fingere? nam Deus totus oculus eſt, totus mens eſt, totus prouidentia eſt, & cura rerum. At Philoſophus qui vacantem, & otiantem conſtituit Deum ſuum, & ſtupentem Deum conſtituere cogitur. Sic tractabantur ridiculi illi ethnicorum dij, aut diuinitatis nugæ. Ergò Deus operando vindicatur ab hac humani ſtuporis calumniâ. Vnde Moyſes priùs proponit mundo Deum operantẽ, quàm probet eſſe Deum, dicens: *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Nonne præſtaret vt priùs Moyſes diceret: quis eſſet hic Deus? & deinde doceret, mundum fabricaſſe? Scilicet noluit Moyſes, vt priùs mente conciperemus Deum, quàm audiremus Deum operantem: ne ſi Deus aliquando non operans audiretur, humana tenuitas, quæ perfectiones metitur ab opere, fortè minùs decorè ſentiret de Diuinitate: ne contemnat vt otiantem, quem operantem ſuſpiciat: ne deuenuſtaretur vt ſtupidus, qui vigor rerum eſt & vitâ omnium.

Deus non operans, & benefaciens, dicitur ſtupens à Philoſophus.

Geneſ.

Tertul. lib. aduerſ. Valent. c. 7.

Gen.

84. Profectò natura Dei eſt benefacere, liberalem, & munificum eſſe: cùm ſumma bonitas ſit. Scitum hoc eſt ex Philone, ex Guerrico Abbate, & diſertè id tradit Seneca, nam cùm de beneficiis quæ Deus hominibus largitur, tractat, inquit: *Vtuntur dij natura ſua.* Vnde eſſe Dei, ſeu eius natura & vita, eſt benefacere. (Actum pro aptitudine iuxta ſcholarum ritum vſurpo, ne aliquis inſcius oblatret;) liberalem eſſe, & munificum: Ioannis cap. 1. v. 4. *In ipſo vita erat.* Quę eſt hęc vita Dei, quę ſtatim prędicatur à Ioanne, vt magnifica concipiamus de Verbo Dei? S. Chryſoſt. *Nomen autem vitæ hic non ſolùm conditionis eſt, ſed prouidentiæ.* Itaque vita Dei, qui illuſtrior conceptus Dei eſt, eius ſolertiſſima prouidentia eſt, quâ ſingulis creaturis, nociua arcet, proficua prouidet, & omnibus ſemper munificentiſſimè benefacit. Hæc liberaliſſima prouidentia, Vita Dei dicitur à Ioanne vt commentatur S. Chryſoſt. Quid? vita careret Deus, ſi ceſſaſſet beneficentiſſima prouidentiâ? Altè ad rem Tertull. *Epicurei aſſerunt, Deum otioſum, & inexercitum, & vt ita dicam, neminem hominibus.* Pende illud. *Neminem hominibus.* Nempe Deus, ſi immunificus foret, & ceſſans à benefaciendo, quantumuis eius eſſe neceſſarium, & indefectibile ſit, (*ego ſum qui ſum:*) tamen haberetur *quaſi nemo hominibus.* Ac ſi dicat: Dei eſſe, deeſſe non poteſt: ſi tamen aliquatenus minui, & deeſſe poſſet, maximè id fieret, ſi immunificus foret, vel à benefaciendo vacaret, aut ceſſaret. Tunc enim etſi in ſe maximum quid eſſet, nempe Deus: at *nemo hominibus eſſet.* Vnde Deus qui Iſai. 55. v. 7. dicitur *Multus ad ignoſcendum*, vel vt alij ſcribunt: *Deus miſericordia plurimus* ſi neque ignoſcit, neque miſeretur, nec benefacit, erit *quaſi nemo hominibus*; etſi in ſe maximus eſſet.

Philo.
Guerric.
Seneca lib. 1. de Benef. c. 1.

Ioan.
Chryſoſt. hom. 4. in Ioan.

Deus ſine operatione prouidentiæ, dicitur, nemo hominibus apud Philoſophos.

Tertul. Apolog. c. 47.

Iſai.

85. Septimius agens de tolerantia Chriſti Dei dum in terris vixit, ſic ait: *Adultus non geſtit agnoſci, ſed contumelioſus inſuper ſibi eſt.* O quot contumelias Chriſtus eſt paſſus! Naſcitur in bruto præſepio vt vilis & abiectus homuncio; circumciditur, vt peccator; fugit, vt imbecillus; lapidari tentatur, vt blaſphemus; reiicitur vt Samaritanè hęreticus; proditur, vt ſeductor; minoris fit, quàm Barabbas; vapulat, vt vile mãcipium, crucifigitur, vt reus omnium ſcelerum. Et cùm hæc probra poſſet adducere, Septimius ad exaggerandam Chriſti patientiam; id vnum prædicat, nempe, totum illud tempus quo domi priuatè viuens, tanquam vacans egit, vſquequò cœpit operari, & hominibus docendo: & benefaciendo prodeſſe. Nam dum illa magna improperia perpeſſus eſt Chriſtus, multa operabatur mortalibus proficua; at toto illo tempore quo ante ſuum baptiſmum domi ſuæ vixit nihil operari dictus eſt; vacabat; (ne dicam quaſi otiabatur,) ſaltem negligebat operari ob arcanam myſteriorum diſpenſationem. Videlicet quia ſpectabat maturam ætatem, & apud homines congruam ad operandum. At tunc vel maximè *Contumelioſus ſibi eſt.* Nam qui Deus eſt, dum non benefacit, quaſi *contumelioſus ſibi eſt*: quia dicitur *quaſi nemo hominibus.* Benè ergo Bethulienſes hîc, verſ. 20. allegant munificam Dei naturam, vt ipſorum miſereatur Deus, & ipſis benefaciat dicentes: *Tu quia pius es, miſerere.* Id eſt, vtere natura tuâ; ne ſi ceſſes à benefaciendo, contumelioſus tibi ſis, & nemo hominibus dicaris.

Septim. lib. de paciencia cap. 3.
Chriſtus dum non operatur, dicitur ſibi contumelioſus.

Iudith.

§. XXII.

Tantus eſt diuinæ Iuſtitiæ rigor, vt vel expectatione terrere iuſtos dicatur; & Deum ipſum per quàm maturè faciat confugere ad ſuæ miſericordiæ aſylum?

86. PErdurat adhuc tempus deputatum diuinæ miſericordiæ, & indulgentiæ velut effusè liberali, & munificentiſſimè (vt ſic loquar) prodigæ: ſic enim decet diuinæ Miſericordiæ attributum. Erit, erit ſua dies diuinæ Iuſtitiæ, & indignationi deſtinata, in qua effuſus furor repreſſæ indignationis exundet in homines nequam, vt omnibus in confeſſo ſit diuinam Iuſtitiam, haud imparem eſſe Miſericordiæ. Quinetiam etſi eiuſmodi Attributa in ſe paria ſunt eminentiæ perfectione, imparia erunt effectuum oſtentatione. *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis* Ad Hebr. c. 10. v. 29. Deum appellat viuentem cùm caſtigat, quaſi non tam viuax, & efficax cùm miſeretur. Viuacior enim, & efficacior videtur Deus quando iuſto furore accenſus flagitia punit offenſus, quàm

Ad Hebr.

Dei iuſtitia liberè agit in ſuppliciis.

cùm munera tribuit munificus? Hanc viuacitatem diuinæ vltionis præsertim ostentat Deus in horribili illâ die finalis iudicij, *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit.* Psal. 93. v. 1. Vltionem ingeminat, vt rigorem vindictæ exaggeret: neque tantùm Deus dicitur, sed Dominus, vt supremum dominium in homines criminosos exercere appareat: & opportunè addit: *liberè egit*: quod habet notandam energiam, vt notauit Aiguanus. Siquidem cæteri Indices iuxta leges supplicia infligunt reis. At Deus, qui est absolutus creaturarum Dominus *liberè egit.* Id est, pro suo arbitrio, & voluntate rigores exercebit, & rigidè animaduertet in homines sibi offensos. Procul est à Deo tyrannica illa vox: *Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas,* quæ nimium exaggerat tyranni impotentem impetum, cùm irata eius voluntas, tyranno pro lege est, non attendens ad innocentiam rei, sed ad arbitrium iræ: procul, inquam, à Deo, quia procul à Deo iniustitia. At vt hyperbolicè adaggeret Dauid seueritatem diuinæ vindictæ, consultissimè consimili voce vtitur: nam tyrannus dicitur pro voluntate sæuire, & Deus vltionum dicitur *liberè agere*, & pro arbitrio punire. Non quia modum excedat Deus in suppliciis; sed quia modum, seu legem, non seruat, cum nullo legum modo cohibeatur, qui suprà omnes leges est. Hæc pia tyrannis est, & iusta crudelitas. Sic Deus vltionum liberè egit? ô seueritatem diuini iudicij! Heu furorem diuinæ vindictæ! Non timet criminosus, & nocens reus, & pauet innocens quisque & innoxius? Innocentium metus est disciplina pauoris. Quid non timeat reus, tot criminibus obligatus, in tanto innoxiorum pauore? Iustorum pauor in suprema iudicij vindictâ exaggeratio est diuini furoris.

87. Agens de supremi Iudicij rigoribus, ait Lucas, c. 21. v. 25. *Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur.* Ecce tibi ante faciem tremendi iudicij elementa concussa, & tamen innoxia sunt elementa. Ecce Sol, & Luna, & stellæ patientur deliquia, tametsi non delinquerunt. Dein arescent homines præ timore, & expectatione. Non mirarer homines impios, & reprobos arescere *præ timore* districti iudicij: quid enim non timeat æternùm damnandus gehennalibus cruciamentis, vbi corpore, & animo ferales inferni pœnas certò luet? At homines iusti timebúntne *præ expectatione*, quâ æternam beatitudinem spe prægustant? Iusti homines, Christi socij & familiares, & Iudicis dextri laterones erunt: Capient à sententia Iudicis æternam cœli hæreditatem: qua perennibus gaudijs perpetuò beabuntur, & istiusmodi spe, seu expectatione arescunt & pauent? Scilicet tanta erit districtio finalis iudicij, vt ab spe, seu expectatione arescant iusti homines mox beandi? Parum est præ timore damnandos arescere: imò ipsimet iusti vel ab spe terrebuntur, & præ expectatione arescent? Porrò cùm iratum Iudicis vultum aspiciant, & æternali rigore seuerum, diuinas iras minitantem, non modò impij homines præ timore expallescent; sed pij, & sancti præ expectatione, seu filiali timore expauescent. Quin spes soluit metum: hîc vel spes timorem incutit; Exilior animus spe adipatur, & saginatur, at hîc à spe aret, & tabescit, & iucundior expectatio induit timoris naturam? Tanta est diuinæ iustitiæ seueritas, & seueritatis diuinæ furor? Quòd verò

88. in hoc loco *expectatio* sumatur pro spe, seu bonæ rei fiduciâ, fortè verosimile videtur ex contextu: nam agitur de bonis, & malis hominibus; malis autem conuenit metus, *qui arescent præ timore*; bonis verò conuenit expectatio, quæ ferè semper pro spe vsurpatur; quod obseruare licet in Auctoribus benè Latinis. Hanc expositionem insinuat S. August. epist. 80. his verbis: *Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione. Nunc autem ista mala, quæ tanquam summa, extremaque creduntur, vtrique regno, Christi scilicet, & Diaboli videmus esse communia. Pariter quippe his boni affliguntur, & mali.* Itaque mali, tabescent præ timore: boni præ spe, seu filiali timore velut marcescent. Vnde non tantùm homines impij, qui erunt rei diuini iudicij, sed elementa delictis vacua, cœli ipsi delictorum impotes, quin & iusti homines mox omnino beandi, vel ab spe, seu filiali metu timere dicuntur, quod miraculum pauoris est. & exaggeratio diuinæ Iustitiæ. Adde ipsos Angelos, qui *virtutes cœlorum* dicuntur ab Euangelistâ, etsi iam beati, prædicto metu valdè extimescere. Hunc Angelum metum adstruit Iobus, cap. 41. v. 16. inquiens: *Cum sublatus fuerit* (nempè Leuiathan, puniente eum diuinâ iustitiâ, vt intelligunt S. Thomas & Dionys.) *timebunt Angeli, & territi purgabuntur.* Quid est Sanctos Angelos præ timore iustitiæ diuinæ purgari, nisi madere præ metu? ita commentantur Vatablus, & Isidorus, quod fœdi timoris naturam opportunè declarat, teste Arist. etsi incorporea Angelorum substantia aliena sit ab istiusmodi fæcibus: sumpta ab homine metaphora, rem apprimè exaggerat Iobus.

89. Animosæ perpetuò sunt Tertulliani voces, sed vt erat ingenio rigidus, de diuina iustitia animosius buccinat semper, contemplatur diuinam Iustitiâ ob Adami, & posteriorum temeraria flagitia, minas spirantem & rigores, & supplicia fulminantem peracerba. Nempe eiecit Adamum à paradiso, vinæ morti damnauit; orbem alluuionis naufragio extinxit &c. sic fatur: *Deus post tot, ac tanta delicta humanæ temeritatis à Principe Generis Adam auspicatæ, post condemnatum hominem cum seculi dote; post eiectum paradiso, mortique subiectum, cùm rursus ad suam misericordiam maturauisset.* Quid, quæso sibi vult Tertullianus, aiens, Deum maturauisse ad suam misericordiam, quando diuina iustitia in iras agitur, & furores vindictæ eructat? Consulens ius est illustrior commentator ita subtili glossemate locum illustrans: *Maturauisset: quia Deus postquam puniuit Adam, illico perquam maturè confugit ad suam misericordiam, tanquam ad receptaculû.* Id est, tantus est diuinæ iustitiæ furor, tàm terribilis est in reos criminosos, vt dum eos fulminat vindictæ rigoribus, non modò ipsi rei præ timore paueant, & côcutiuntur innoxia elemêta, & inculpatæ stellarum sublimitates, & amicissimi quiq; Sanctorum, ... Angelicæ potestates filiali metu velut terrentur à furore iustitiæ; sed Deus ipse quasi timeret suam iustitiam (loquitur de Deo Tertullianus more humano; & vt homines res Dei concipiunt, explicat exaggeratiori hyperbole,) illico *perquam maturè confugit ad suam misericordiam tanquam ad receptaculum*: Deúsne suam iustitiam timet? Fugeréne potest Deus immensitate immobilis? Deúsne is est, qui confugiat ad suæ misericordiæ asylû? Nimis audet Tertullianus, vt exaggeret diuinas iras? mauult Deum afficere adumbrato timore suæ iustitiæ, quàm ipsius iustitiæ rigorem non summè explicauisse? Nesciunt; nesciunt diuinam iustitiam Bethulienses, qui nunc hîc, v. 20. dicunt Deo: *Tu flagello vindica iniquitates nostras.*

Marginalia: Psalm. — Aiguan. — Luc. *A rigoribus extremi iudicij non tantùm timor, sed spes expauescit.* — Aug. — Iob. — S. Thom. Dionys. Lyra Vatabl. Isid. — Arist. 4. Problemat. sect. 32. — Tertul. lib. de pœnitent. cap. 2. *Deus ab irâ suâ quasi côfugit ad suam misericordiæ asylum.* — Cerda. — Iudi. 8.

§. XXIII.

Qui pios & iustos persequitur, sacrilegij ferè reus est, & suspectus atheismi.

90. Seneca lib. 2. de Irâ c. 11. Vox publici affectus est illa, quam edidit Seneca, aiens; *Necesse est multos timeat, quem multi timent*; quin & necesse est, quod ille, quem boni timent. Deum non timeat: nam qui bonos persequitur, non timet illorum patronum, Deum: imò nec fortè Deum cognoscit, quem si cognosceret, non persequeretur in bonis. Planè irreligiosus in Deum est, quisquis impius in bonos est. Non benè sentiebat de Deo impius Cain, vsque ad necem persequens immeritum Abel: Pharao obstinatissimè insectans Hebræam gentem, contumeliosus fuit vero Deo, quem impiè se ignorasse testatur: impius Holofernes furiosè vexans Dei populum, atheus erat, bellum indicens religioni & cœlo. Demùm quis nisi impius Nero meruit auspicari primam Ecclesiæ persecutionem? Nemo enim nisi aliquis Nero debuit iure malitiæ bonos persequi. Tertullianus, sic super hac re fatur ad Romanorũ proceres: *Consulite commentarios vestros illic reperietis Neronem hanc sectam, tum maxime Romæ orientem, Cæsariano gladio ferociisse. Sed tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest, non nisi grande quod bonum à Nerone damnatum.* Nempe Nero impius in homines, sacrilegus in Deum. Nero inquam, qui vel in nomine suo patitur impietatis probrum, hic, hic est, qui primus in homines fideles, & pios per summum numinis dedecus, sæuissimè ferocijt. Dedeceret enim si alius præter impium blasphemum, & sacrilegum Neronem desæuiret in pios & religiosos viros; Nam bonos persequi, nota irreligiositatis est, & numinis contemptus. Irreligiosus est in Deum, qui impius est in bonos; nec tam pios persequitur, quàm Deum in ipsis.

Quis nisi aliquis Nero persequatur iustos?

Tertul. Apolog. c. 5.

91. Actorum 9. v. 4. Saülus spirans minas, & minitans terrores & cædes in piam Christianorum gentem pergit Damascum, Christianos dirè persequens luce, & voce cœlitus tonante, & fulgurante pios terrores, cadit in terram iam alter ipse. Cui sic intonat Christus Deus: *Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit: Quis es Domine? & ille: Ego sum IESVS, quem tu persequeris.* Christum insectatur Saülus, an Christianos? verum Deum persequitur, an viros bonos? Quis tam impudenter temerarius, qui persequatur Deum, qui sui ipsius asylum est quis tam impiè audax, qui præsumat nocere Deo, qui à Deitate suâ tutus est, ab omnipotentia securus? Et tamen Saülus dicitur furiosâ crudelitatis ambitione non tam Christianos persequi, quàm Deum. Sapienter S. Augustinus, ita fatur: *Ego sum IESVS, quem tu persequeris. Membris adhuc positis in terra, caput clamat in cœlo: & non dicebat, quid persequeris fideles meos, sed, Quid me persequeris?* Deum potiùs persequitur, qui bonos insectatur: qui iustos vexat, impiè debacchatur in Christum Deum: & qui mutus Passionis probra, & cruciamenta tulit, in cœlo beatus conqueritur de iniuria: de iniuria, inquam suorum vel potiùs suâ, aptiùs dicam, de sua suorum iniuria queritur: nam iniuria suorum, sua ipsius iniuria est. Appositè ad rem S. Martialis: *Ve autem illis qui præsentibus intenti, Deum non diligunt, & vos persequuntur: non enim vos, sed Deum persequuntur. Patitur enim Deus in vobis, qui in eum creditis,* Ergo si Deus patitur persecutionem, qua fideles vexantur, cõsultissimè non dixit Christus Saülo: Quid persequeris fideles meos? sed *Quid me persequeris?* Impius enim est in Deum qui pios persequitur: & persecutio in homines, sacrilegium in Deum est.

Actor.

Aug. serm. 14 de Sanctis tom. 8.

Qui iustos infestatur, Deum persequitur.

Martial. ep. 1. ad Tolosanos, cap 18.

92. Dauid hostili odio afflictatus, auxiliarẽ sibi Deũ postulans, voces persecutorum sic refert Deo: *Multi dicunt animæ meæ: Non est salus ipsi in Deo eius.* Psal. 3. v. 3. Vocula *eius* desideratur in Hebræo fonte, & ita sensus est: Persecutores mei seriò mihi suggerunt, quod nullus est Deus, qui me saluet, & iustos tueatur & protegat. Et ita negando Dei prouidentiã erga iustos, Deũ vnà negant. Vnde piorum persecutores Deum auferunt per sacrilegũ atheismum. Quæ est pulchra Genebrardi explicatio, super præfato Psalmo, sic scribentis: *Hoc pronomen (eius) desideratur in fonte, sed rectè additum explicationis causa, quòd piorum persecutiones oriantur, ex persequentium atheismo, vel certe impietate, Dei que contemptu.* Audis quòd atheismi reus videtur, qui sanctos & pios homines vexat? quasi fieri non possit, nisi ex contemptu Dei, vt persecutor sæuè insectetur iustos. Nempe suspectus fidei est qui debacchatur in bonos: in Deum impudenter audet, qui in iustos crudeliter sæuit. Nescias an bene Catholicus sit, qui bonos diuexat. Tertullianus agens de persecutionibus, quas Deus sæpe permittit, & aliquando Christianis immittit, altè subiungit verba attentione dignissima, aiens: *Catholice fieri hæc.* Quasi dicat: etsi Deus aliquando bonos, & pios exerceat in stadio laborum, eos affigens, & (si fas est dicere) persequens; at *Catholice id fit*; quia Deus est, qui pro suo arbitrio potest iustos vexare, affligere, & persequi in palæstra ærumnarum.

Psalm.

Qui iustos persequitur atheus dicitur.

Genebr.

Tertul. lib. de Fuga in persecutione, c. 3.

93. Nempe Deus Catholicè sanctos, & iustos homines persequitur quia Deus est. At homo pios homines persequens, non Catholice (quid, hæreticè?) persequitur. Nec mirum est, cùm piorum persecutor sacrilegij reus, & atheismi suspectus videtur: Proh quam impudens audacia est iustum persequi! immunis erit à graui pœna, qui tãtæ culpæ reus est? *Nescis fatue, quòd quisquis motus putat se persecutorem, alium persecutorem habet,* ait Philo. Potentes persecutores potentem persecutionem patientur. Nam etsi Deus vindex desit, ipsamet persecutio persecutoris pœna est. Genes. 4. vers. 23. *Dixitque Lamech vxoribus suis. Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum.* Quæ verba sic vertunt Septuaginta interpretes: *Virum occidi in vulnus mihi, & adolescentulum in liuorem mihi,* alij, *In cicatricem mihi.* Scilicet cùm aduersus aliquos furis, non tam alios feris, quàm te ipsum vulneras: dũ alios persequeris, in te ipsum sæuis, ne differatur sacrilegij supplicium. Verùm temporaria plaga præludium erit æterni supplicij, & feralis gehennæ, cui addicitur crudelis iustorum persecutor. Porrò Holofernes impiè sæuit in veridicum Achiorem, & pios tunc Israëlita; vnde pij Bethulienses obsidione dira, & crudeli persecutione fatigati, dixerunt Achiori c. 6. v. 17. *Deus patrum nostrorũ, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem, vt eorum magis tu interitum videas.* Nempe Holofernes impius pij populi persecutor, persecutorem inuenit Deum; & excidium, quod populo Dei moliebatur, passus ipse est: ac demum æternis cruciamentis mancipatus. Caue, caue solerter ne bonis infectus sis, ne habearis in Deum impius, & persecutio tua recidat in caput tuum. Et iidem Bethulienses hîc, v. 20. dicunt Deo: *Noli tradere confitentes te populo, qui ignorat te.* Qui enim iustos persequitur, Deũ ignorat, atheus est, & ignoratum Deum insectatur in iustis

Deus dicitur Catholicè quasi persequi iustos.

Philo lib. 1. de Cherubim. Genes.

Septuag.

Iudith.

§. XXIV.

§. XXIV.

Dum homines castigat Deus, se videtur abscondere, quasi ipsum suum Iustitiæ bonum erubescat.

94. OMnia Dei attributa Deus ipse sunt: & inde bona, perfecta, & optima sicut Deus ipse. Hinc diuina Scientia bona est; similiter & Immensitas, & Omnipotentia: Misericordia Dei bona etiam est, & eius Iustitia quantumvis iram, & furorem exerceat, pariter bona est: neque aliter potest, quippe quæ Deus sit. Sed aliquando homini *ipsum suum bonum erubescendum est*, ait Tertullianus. Nam & Deus erubescit bonum suæ iustitiæ, id est, seueriores iustitiæ rigores? Anthropopathos id fortè dici posset, sicut pati, pœnitere, & irasci dicitur, quia experimur à Deo consimiles effectus, tametsi propria patientia, pœnitentia, & ira repugnet Deo. Sic Deus ipsum suum Iustitiæ bonum erubescere videtur, quandoquidem erubescenti similis cùm seueriùs punit, aut auertit vultum, aut cooperit faciem, aut abscondit se, quæ sunt erubescentiæ signa. Sic iustitiæ opus suum, à se peregrinum esse censet, Isai. 5. à v. 26. Propheta inducit Deum vehementer iratum Hebrææ genti, & acerbissimas strages, & excidia minitantem vsque ad finem capitis. Et mox inchoat caput sextum dicens: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri; duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius.* Et licet *&* *faciem eius* in Hebræâ origine tam significet faciem suam, quàm faciem eius; vnde Chaldæus, Forerius, Vatablus referunt ad Seraphinos, qui facies suas, & pedes suos duabus alis velabant; tamen vulgatus Interpres, S. Hieronymus epist. 142. Petrus Damianus epistol. 6. S. Cyrillus, & Hugo, ad Deum referunt: & ita verior sensus est Seraphinos duabus alis velasse faciem Dei, & duabus alis velasse Dei pedes. Quare tunc Deus velat faciem suam? quam ob rem Deus se abscondit, & eripit humanis, vel Angelicis oculis? Causam præmisit ipsemet Propheta verbis proximè præcedentibus ita buccinans: *Rugitus eius vt Leonis, rugiet vt catuli Leonum; & frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit, qui eruat. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.* Scilicet cùm Deus acerbissima quæque intentat in populum suum, terram caligine obtenebrat, prohibet cœlorum fulgores; & duabus Seraphinorum alis velat faciem suam, quin & pedes similiter abscondit, ne appareant vel eius vestigia, per quæ inuestigari, vel reperiri possit. Sic Deus ipsum suum iustitiæ bonum quasi erubescit, vt tam sollicitè dum punit, faciem suam velet, pedum vestigia abscondat, tenebris cæcis obscuret terras, & prohibeat astrorum radios, ne appareat, dum grandia supplicia exequitur. *Como si Dios se corriera de castigar, se esconde quando castiga.*

Tertull. de Virgin. veland. cap. 1.

Deus quasi erubescens castigare, se abscondit dum castigat.

Isai.

95.

Chald. Forer. Vatabl. Hieron. P. Dam. Cyril. Hugo.

96. Deus perspiciens obstinatam Pharaonis pertinaciam meditatus tot Ægyptiorum strages, cum tam dura Ægypto ingruerent portenta, quæ totam ferè regionem miserè vastauerunt. Exod. 7. v. 1. *Dixit Dominus ad Moysen: Ecce constitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit Propheta tuus.* Quorsùm Deus dum depopulaturus est Ægyptum Moysen constituit Vice-Deum? Quis potest Diuinitatem substituere? Nunquid abesse properat Deus, qui vicarium suæ Deitatis Moysen relinquit? Et Prophetam, ceu nouæ Deitatis ministros, creat Aaronem? Res planè noua, & in Scripturis insolens! Quis vnquam Regum Proregem constituit in regno, vbi ipse præsideret? Prorex absentiam Regis substituit, & vicarias absentis Regis vices obit. Verùm Deus acerbissimè Ægyptum puniturus, ac si toto plagarum tempore, absens foret, constituit Moysen Vice-Deum, quasi erubescat Ægypto palàm adesse, dum miserè affligatur tota regio: tunc enim ipse Deus abscondit se. Nam etsi liberalissimè faueat Hebræis, tamen peracerbè vexat Ægyptios. Hanc loci expositionem subinsinuat Dauid in Psal. 113. *In exitu*, inquit, *Israël de Ægypto, Domus Iacob de populo barbaro.* Ecce agit Dauid de prodigiosa liberatione Hebræorum, & seuera Ægyptiorum punitione. Et ita subdit v. 10. aliàs 2. *Super misericordia tua, & veritate tua: ne quando dicant Gentes: vbi est Deus eorum?* *Veritas* hîc iudicium, & punitionem significat animaduersore Lorino ex multorum sententia. Et ita opportunus est sensus si ad Hebræam originem attendamus, quæ sic habet: *Super misericordia tua, & veritate tua* (id est iudicio) *Quare dicent Gentes vbi est Deus eorum?* Quasi eo tempore, quò Deus constituit Moysen Deum vastandæ Ægypti, sic abfuerit, dum affligebatur populus, vt dixerint Gentes; vbi est Deus Hebræorum? Sic Deus sese abscondit diligenter, dum acerbiùs punit, vt Gentes existimauerint Hebræorum Deum pacisci cum immensitate & toto illo tempore planè abesse. Sic Deus ipsum suum Iustitiæ bonum quasi erubescit præ Misericordiæ magnitudine.

Exod.

Deus dum affligit Ægyptum creat Vice-Deum ne ipse appareat.

Psalm.

Lorin.

97. In die illâ magnâ iræ Domini, in qua ostentabit Deus seuerioris iustitiæ rigores, in qua impios ad æternatura gehennæ cruciamenta condemnabit post discussas mortalium causas, in die, inquam, supremi iudicij iudicialem apparatum ostendit Euangelista Matthæus cap. 24. v. 29. ita fatus. *Statim post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stella cadent de cœlo; & tunc plangent omnes tribus terræ.* Omitto an in die iudicij interstinguenda sint cœlorum lumina, hominum tantùm opinione, an oppanso velo, an verâ extinctione, in quo valdè desudat interpretum industria. Quàm vellem, vt indagasses etiam causam tantæ obscuritatis. Quorsùm enim in die iudicij tanta tenebrarum caligo excæcabit hominum oculos? Quid, fugit Christus lucem? Causam indicare videtur Euangelicus Propheta Isaias, c. 13. v. 9. aiens: *Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisque ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea; quoniam stellæ cœli, & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splendebit in lumine suo.* Nimirùm Sol fulgores suos cohibet, Luna retrahit splendorem suum, stellæ obtenebrantur, cœlum, & terra caligant, quia adest dies Domini *crudelis*, (expende hanc istam vocem) & plenus indignationis, & iræ, & furoris, in quo iustissimè & acerbissimè animaduertitur in scelera hominum, *Iudice furibundo, & misericordiam nesciente*, ait Petrus Damianus. Ideo ergo Deus eripit visum ab hominibus, & densis caliginibus abdit sese, quia seueriùs puniet, ostentans iræ suæ rigores. Sic Deus ipsum suum Iustitiæ bonum quasi erubescit præ Misericordiæ magnitudine.

Matth.

In die iud. ij Sol obscurabitur, ne Deus seuerè castigans palàm videatur.

Isaias.

Petr. Dam. serm. 43.

98. Mirabile planè est Deum crebrò apparere solitum Ioue, toto tempore suæ calamitatis tempore ne

Dum castigatur Ionas, Deus non apparet. semel apparuisse. Ascendit nauem, exurgunt venti, atrociter sæuit procella, vectores consulunt Deos suos. Dij responsa præbent, nec Deus Ionæ vsquam apparet. Proiicitur Propheta in procellosos maris fluctus, deglutitur immanis bestiæ rictu, descendit in Ceti ventrem, orat supplex Deum, nec Deus Ionæ vsquam videtur. Dœmum bestia Ionam euomit ad littus, Ioan. 3. v. 1. & statim apparet Deus nō semel, sed crebrò. O arcanam Dei prouidentiam! Scilicet dum animaduertit Deus in Prophetam, & illum peracerbè vexat, quasi absens tunc foret, nulquam apparet; at cùm desæuit calamitatis dira tempestas, & cessauit diuinæ iustitiæ furor, statim apparet; nam dum rigores exercet, se abscondit Deus, & eripit è mortalium oculis. Sic Deus ipsum suum Iustitiæ bonum quasi erubescit præ Misericordiæ magnitudine! *Nec auertit faciem suam, ne videat in finem*, Psalm. 10. vers. 11. Vnde Bethulienses dirâ calamitate vexati, anxiè timent hîc, v. 11. *Ne dicant Gentes; vbi est Deus eorum?* Nam Deus dum seueriùs castigat, & iustitiæ rigores exercet, sic se abscondit à Bethuliensibus, vt quasi absens foret, putent Gentiles nusquam esse, qui nullibi apparet, & sic impiè negant eius immensitatem dicentes: vbi est Hebræorum Deus: tam abditè se abscondit quasi pudore castigandi. O diuinæ clementiæ exaggerationem.

(Margin: Ionæ. — Psalm. — Iudith.)

---

§. XXV.

Iudex sit pertinaciter flectinescius in exequendo sententiam benè consultam, & legitimè decretam.

99.

PRopria Iudicis virtus Constantia est, quâ & fortia consilia eligat, & electa constanter seruet inconcussa: ne eum aut fauor demutet, aut obsequia mulceant, aut adulatio blandiatur, aut munera corrumpant, aut deprecationes inflectant. Esto docilis & rationi facilis, dum consulit; esto etiam flectinescius ad exequendum, quod semel consultissimè amplexus es, consilium. Bellè dixit Plato apud Stobæum serm. 46. *Prudentium Præcipuum mores, valdè cauti, iustique ac salubres sunt: indigent verò etiam acrimonia quadam, & acri efficacique pertinacia.* Itaque ex mente Platonis, Pertinacia, quæ aliorum vitium esse solet, virtus est prudentis iudicis: qui adeò tenax recti esse debet, vt constanter pertinax esse oportet, ne desistat, à sententia, quam consultè, pariter ac iustè capessit. Sacerdotum Principes, & Iudæorum optimates, leuem iudicem experti sunt Pilatum, antequam decerneret quicquam in nece Christi. At postquam semel Pilatus decreuit, vt crucifigeretur, simúlque mandauit, vt causæ titulus figeretur cruci; causæ, inquam, titulus trilingui charactere notus; quantumvis Hebrææ gentis proceres instanter rogauerunt, vt tolleretur de cruce Titulus causæ, respondit Pilatus, Ioan. 19. vers. 22. *Quod scripsi, scripsi.* Iocari videtur Pilatus in re grauissima: in Deicidio nugaris? Quis neget te scripsisse, quod scripsisti? Iocando sæuis; imò plus sæuis nugando, quàm furendo: nam scurrili contemptu plus Christum dehonestas, quàm mortis dedecore. At nunquam magis seriò, & iustè iudicem agit Pilatus, quàm cùm dixit: *Quod scripsi, scripsi.* Id est, semel scripsisse sat est Iudici: quod semel benè scripsit Iudex, irreuocabile rescriptum est; vel pertinaci constantia perdurandum est in sentētia semel scripta, & publicata. *Quod scripsi, scripsi*, Hugo Cardinalis ibi, *immutabiliter scripsi*: nam immutabiliter scribit iudex. Siquidem, vt annotat Glossa interlinearis: *Non potest mutari, quod Pilatus scribit*: nam Pilatus iudex est, etsi aliàs leuis. Quia iudex quantum leuis, & inconstans priusquam sententiam ferat, flexilis esse potuit; at postquàm rectè sententiam scripsit, adeò *pertinax* esse debet, vt *immutabiliter scripserit*, ita vt vel quod Pilatus alioqui inconstans iudex scripsit, *mutari non possit*. Iudex enim pertinaciter iustus esse debet, & quasi obstinatè constans: quia tunc pertinacia, virtus est, & velut obstinatio, laus. Sic se gessit Pilatus cum Christo Domino. Aduertamus qualiter se gesserit Deus in exequendo latam sententiam.

(Margin: Plato. Stobæ. — *Iudicis pertinacia in bona sententia exequenda laudatur.* — Ioan. — Hugo. Interlin.)

Sciebat Christus Deus, siquidem omnia sciebat, se damnatum à Patre Deo, vt pro reatu humanæ gentis mortem acerbissimam subiret, qua fieret satis diuinæ iustitiæ, pœnas debitas pro humanis sceleribus poscenti. Nihilominus Lucæ 22. v. 44. in horto Gethsemani positis genibus orabat, dicens: *Pater si vis, transfer à me calicem hunc.* Quid efficacius dici, excogitatíve potest ad mulcendum paternum animum, & ad impetrandam propriam vitam, nullius sceleris ream; Innocens Christus rogat, & anxiè, & suppliciter rogat: quin & Patrem Deum rogat, vtrolibet nomine pientissimum. Imò (quod mirere magis) ipsemet semetipsum rogat. Et quia Deus, & homo est, rogat, vt homo; rogatur, vt Deus. Quid non impetret tot nominibus exaudienda deprecatio? Et tamen obsurdescit Pater, nec filij precibus annuit, imò neque ipse, vt Deus annuit sibi, vt homo est, postulanti. Cur nam, quæso, qui cæteros homines tam placidè audit, tam citò exaudit; petentem hominem Deum, imò & seipsum non audit? Audiendus est S. Ambrosius præfata verba sententiosissimè expendens: *Transfer*, inquit, *à me calicem hunc. Quasi homo mortem recusans; quasi Deus sententiam suam seruans.* Verba planè Ambrosio digna. Quasi dicat: Christus est qui rogat, Christus, inquam reus innocens, Deo charus, & Deus homo: Deum orat, patrem orat, quin & seipsum Deum orat: Et tamen vitam postulatam non exorat, quia Deum, quia Patrem suum, quia seipsum Iudicem orat. Nam vbi lata est sententia à Deo iudice, nec Deus ipse, vel in propriâ causâ petens, nec ipse pro se exorabit se. *Quasi Deus sententiam seruans.* Seruat enim sententiam suam Deus, neque eam reuocat, nec flectitur tot tantísque ipsius reuocandæ causis. Nonne hæc videtur quasi pertinacia? *Sed egent Principes acrimonia quadam, acrique & efficaci pertinacia*, pia tamen, & Deo digna. Quid illustrius pro hac re?

(Margin: 100. — Lucæ. *Christus vt homo mortem recusat, vt Deus sententiam suam seruat.* — Ambros. in Ioan. Comment. in Luc.)

101. Psalm. 140. v. 6. *Absorpti sunt iuncti petræ Iudices eorum.* Hunc locum sic explicat S. Bernardus, ita fatus: *Absorpti planè in affectum iustitiæ; & petræ soliditatem, cui iuncti sunt, imitantes. Tùne putes flexibile quippiam inueniendum in iudicibus iunctis petræ?* Itaque ex mente Bernardi Iudices recti, & integerrimi, iustitiæ vera metamorphosi debent lapidescere ad humana obsequia, ad flebiles reorum proceres, ad potētum minas, ad munerum corruptelas, & ad apparentium rationum decipulas. Imitentur petrinam duritiem, & in re benè consulta, & legitimè decreta exprimant saxeam constantiam: nec quippiam flexibile in illis appareat. Et vt scopuli, qui nec vdore aquarum, nec blandimentis vndæ illecebris, nec sæuientium fluctuum minis cedunt, sed innatæ duritiei pertinacia victores semper, semper exerto capite triumphant;

(Margin: Psalm. Bernard. serm. 10 in Psalm. Qui habitat. *Iudices aliquando sint iuncti petræ.*)

phant; sic efformanda est Iudicum integritas. *Absorpti sunt* (affectu iustitiæ) *iuncti petra iudices eorum.* S. Hilarius ibi: *Continuati petræ.* Enarratores Græci, *Instar petræ.* In Hebræa origine: *Absorpti sunt*, id est, *dearticulati sunt.* Quæ exscriptiones energiam quamdam addunt interpretationi Bernardi. Saxeam hanc constantiam, quam non verentur aliqui vocare pertinaciam, vocauit Tertullianus *Atrocitatem* aiens: *Nouitatem virgines vestra, & atrocis apud Delphos.* Quid est *Atrox* apud Delphos, nisi Delphicus Apollo? quod conuenit inter Expositores. Sed cur Delphici Apollinis oraculum vocatur atrox? Pamelius exponit, dici atrocem propter constantiam. Sic Cato, vt aduertit Beatus Rhenanus inibi, dicitur ab Horatio *Atrox, hoc est, Constans, vt exponit Acron.* Itaque vsque eò constans erat in sua sententia prudentissimus Cato, vt eius prudentissima constantia *Atrocitas* dicta sit. Ergo qui Iudex est, constantiæ pertinaciâ, saxeam duritiem exprimat, in re bene consultâ, & legitimè decretâ. Sic Princeps Ozias hîc, vers. 13. perstat in sententia bene consulta nō tradendi vrbem Assyriis; etsi omnis Bethulia & precibus, & minis eum à proposito deiicere tentet; procrastinat deditionem, vt ipse fallat animos dediticios.

Hilar.

Bonus Iudex erit atrox in sententia bene consulta.

Tertul. l. de Exhort. Castit. 13.

Pamel. Rhenan. Horat. Acron.

Iudith.

§. XXVI.

Principandi pericula valdè exaggerantur.

102. PRæfectura, res est plena periculi; qui ambit aliis principari, nescio an satis delinquere timeat. Planè difficile est hominem regere, animal omniū maximè varium, & multiplex. Vnde Præfectus sæpè non tam videtur populorum iudex, quàm officij reus. Dum alios iudicat sæpe fit iudicij reus; & quidem acerbissimi: Nam *iudicium durissimum his, qui præsunt fiet.* Sap. 6. v. 6. Si bonus vir est, simplici & candido animo præditus, decipitur subditorum fraudibus; si astutus sit & sagaci mente callidus, subditos sæpe decipit. Et ita cogitur, vt sit simplex & multiplex, res planè diuersissimæ; quò simplicitas astutiam temperet, & astutia instruat simplicitatem. Quod præcipit Naz. inquiens: *Summopere necesse est Antistitem simul & simplicem esse, & quàm maximè varium, ac multiplicem.* Si seuerus sit, & tenax recti. Sciat dixisse P. Damianum: *Summum ius malitia est.* Si verò valde pius sit, & vel leuiter negligat obseruantiam legum: pro comperto habeat leuem præsulis negligentiam sæpè fuisse graue Reipublicæ detrimentum; & leuem alioquin omissionem, grande esse malum. Ergo Præfectura impedita res est, & sublimis locus, non tam sedes est quam præcipitium incautis. *Prosilire promptè ad honores indicat nos temerarios esse,* inquit S. Cyrillus. Non omittam hîc Nazianzeni locum, quem ad aliud thema aliàs versabam, qui sic ait: *Quemadmodum sublimi, & pendulo fune gradientibus hac vel illac deflectere minimè tutum est, nec quamlibet parua inclinatio paruum periculum affert: Verùm eorum securitas in æquilibrio posita est. Ad eundem quoque modum vt animo in partem quispiam siue ob vitium, siue ob imperitiam propendeat, haud leue periculum tum ipsi, tum subditis imminet, ne in peccatum prolabantur.* Igitur funambulus in sublimi loco est, sed nō satis tutò graditur per angustam & pendulam funis semitam; nam leuis inclinatio est præcipitationis

Sap.

Superior sit simplex & multiplex.

Nazianz. Orat. 1.

Petr. Dam. serm. 51.

Qui ambit principatum temerarius dicitur.

Cyril. in cat. ad cap. 14. Luc.

Nazianz. Orat. 1.

Superior funambulo comparatur.

periculum, sic Præpositi sublimitas instar sublimis & penduli funis est, periculosè viuit, per altum, & pendulum funē graditur. Si mens à loci fastigio patiatur vertiginem, si leuiter offendat, si tantillùm hac illàcve inclinet, si tantisper dormitet industria, prolabitur: Solerti cautione opus est ei, cui leuiter offendere periculum ruinæ est. Periculosè audet, qui imperare ambit. Iobus miseriis obrutus, significat præsentis status calamitatem, comparatione grauissimi mali, quod optat, vt euaderet, quàm tunc patiebatur ærumnam. Iob 7. vers. 15. *Quamobrem suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea.* Desperátne Sapientissimus Iobus? Quid est suspendium, quod elegit? Num laqueum optat, quo vitam breui finiat, & sic euadat tot ærumnas? Iucplentes Glossa Interlinearis, *Suspendium, desideria ad alta.* Ecce Iobus sublimem locum suspendiū appellat, & laqueum. Vnde Præfectus non tam Iudex dicitur, quàm suspendij, & laquei reus: nec modò funambulus vocatur; hoc est, casui proximus, sed reus suspendij, & flagitiosus funem; quasi iustitiæ munus, reatus multiplex fit.

103.

Iob.

Præfectura suspendium dicitur. Gloss.

Ad hæc, Præfectura absque sufficientia, non tantùm temeritas est, funambuli periculum, & suspendij reatus; sed non bonus Præfectus tanquam Ecclesiasticâ censurâ seu anathemate percussus, vitandus est, vt dicebam ad cap. 1. Sed etiam Christianismo non satis aptus visus fuit à Tertul. sic scribenti: *Sed Cæsares credidissent super Christo, si aut Cæsares non essent sæculo necessarij, aut si Christiani potuissent esse Cæsares.* Grandis profectò hyperbole, sed quæ magnificè explicat quàm sit facinorosus Principum fastus, & quàm repugnet sublimissimæ sedis superbia, religionis Christianæ humilitatibus.

104.

Cæsares hyperbolicè dicuntur vix apti ad Christianismum.

Tertul. Apol. c. 21.

Et pergit l. b. de Idolol. inquiens: *Cæterùm purpura, & cætera insignia dignitatum, & potestatum inserta dignitatis, & potestatibus Idololatria ab initio, dicata, habent profanationis suæ maculam.* Audis Idololatriam olim insertam dignitatibus? Tanto enim insertiori typho sæpe turget Princeps, tam arrogantem huit spiritus à sublimi sede, vt præfectura quodammodò gentilismum sit, & Idololatriæ genus. Quæris causam? Quia Princeps, seu Magistratus ita sæpe tumet muneris angustâ sublimitate, sic se venerari cupit, sic adorari permittit, ac si diuini honores illi deberentur. O vtinam homines tam submissè venerentur numen, quàm venerantur Principem, & Magistratum!

Tertul. l. de Idol. cap. 18.

105. Adeò periculosa res est bonum Principem agere, & subiectos populos moderatè regere, vt non pauci prisci sæculi sapientes seriò existimauerint, Deum non gubernare mundum. Planè hallucinati sunt. Sed causa huius erroris esto eruditio nostra. Expende Septimij verba, *Sunt qui etsi Deum non negant, dispectorem planè & arbitrum, & iudicem non putent, sic Deum honorantes, dum curis obseruationis, & molestijs animaduersionis absoluunt, cui ne iram quidem adscribunt.* Expende τὸ *Absoluunt*, nam etsi auctor benè Latinus est, Christianè etiam eruditus est, & ad peccati absolutionem tacitè videtur adludere, vt ex contextu non obscurè eliciunt. Quasi dicat: Gentiles, qui non ita magnificè de Deo censent, vt nos, negant illum Iudicem esse, ne cogantur illum distrahere curis Præfecturæ, quia si Iudex esset, necessarium foret, vt inuigilaret obseruationi legum, vt attenderet humanæ malitiæ, & delictorum peruestigationi, & vel irasceretur dum punit, vel politiam negligeret, si dissimulat animaduersionem. Vnde Philosophi dum Deum Iudicem esse negant, eum magis sibi videntur honorasse, *Dum curis obseruationis, & molestijs animad*

Gentiles Deum Iudicem negant, ne criminosum faciant. Septim. l. de Testim. animæ, cap. 2.

animaduersionis absolutam: Id est, anticipatam veniam illi tribuunt reatus committendi in præfecturæ administratione. Scilicet tanti Philosophi nec mente concipere potuerunt Deum Iudicem, quin etiam delictorum rerum facerent, & negant iudicē, ne cogantur fateri criminosum Deum, ac si omnis Iudex obnoxius sit reatui delinquendi. Sic censebant ethnici Philosophi! sic habebatur periculis plena, res præfecturæ! Quid enim periculosius, quam *Totius Orbis fastu suscipere*? ait Mamertinus suo Maximiano Augusto in Panegyr. Ozias bonus & solertissimus fuit Princeps, & tamen piè gubernans rem Bethuliæ, hîc vers. 25. planè deliquit, & incurrit crimen, ob quod seuerè reprehenditur à Iuditha. Si pius & prudens, & peruigil Princeps sic deliquit, quid non timeat Index oscitanter attendens ad rem gubernationis? Quis ambiat quod timere debuit? *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Luc. 12. v. 32. Vel spes principandi timorem incutit.

Mamert. Iudith. Luc.

CAPVT OCTAVVM.

Vers. 1. ET factum est, cùm audisset hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari, filij Idox, filij Ioseph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben. 2. Et vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ: 3. Instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua; & sepultus est illic cum patribus suis. 4. Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex. 5. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur. 6. Et habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & & neomenias, & festa domus Israël. 7. Erat autem eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum & gregibus ouium plenas. 8. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa malum. 9. Hæc itaque cùm audisset, quoniam Ozias promisisset quòd transacto quinto die traderet ciuitatem, misit ad presbyteros Chabri, & Charmi. 10. Et venerunt ad illam, & dixit illis: Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? 11. Et qui estis vos qui tentatis Dominum? 12. Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet, sed potiùs qui iram excitet, & furorem accendat. 13. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum, diem constituistis ei. 14. Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus 15. Non enim quasi homo, sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. 16. Et ideo humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi. 17. Dicamus flentes Domino, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam: vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur. 18. Quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adorauerunt Deos alienos. 19. Pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis: nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum. 20. Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum, & humiliabit omnes gentes, quæcumque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dominus Deus noster 21. Et nunc fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri vt probarentur, si vere colerent Deum suum. 22. Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. 23. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. 24. Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt. 25. Exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt. 26. Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur 27. Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella Domini quibus quasi serui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. 28. Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri: Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio. 29. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & ti-

mens

mens Deum. 30. Et dixit illis Iudith: Sicuti quod potui loqui, Dei esse cognoscitis. 31. Ita quod facere dispofui, probate si ex Deo est, & orate vt firmum faciat Deus consilium meum 32. Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea: & orate, vt sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israël. 33. Vos autem nolo vt scrutemini actum meum, & vsque dum renunciem vobis, nihil aliud fiat, oratio pro me ad Dominum Deum nostrum. 34. Et dixi ad eam Ozias princeps Iuda: Vade in pace, & Dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

§. I.

Commentarius littera.

Vers. 1. Et factum est, cum audisset hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari, filij Idox, filij Ioseph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Raphaïm, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben.

Vers. 2. Et vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ.

Vers. 3. Instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua; & sepultus est illic cum patribus suis.

Vers. 4. Erat autem Iudit hrelicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex.

Vers. 1. ET *factum est*, &c. Hucvsque sacer Historiographus eò rem Hebræam adduxit, & ineluctabile periculum narrauit, vt præniteat magis Iudithæ honor, & gloriosa desperati populi liberatio; quæ adeò præ rei insolentia supra humanum videtur captum, vt à Nouatoribus sacrum figmentum dicatur; quasi generoso diuini Numinis pietas, maior non sit humani ingenij captu. Plus audet diuina bonitas, quàm humana temeritas: Liberè fingat ingenij phantasiâ, aut poëtices licentiâ; ea tamen longè superat omnipotens Dei pietas. Plus Deus fecit, quàm poëtæ fingunt; nec suis figmentis assequi possunt Diuinam largitatem, de se maiorem humano ingenio, & insolenti audaciâ. Lutherus hæreticâ licentiâ effutit benè ebrius in Symposiacis c.59. & malè pius in præfatione Germanica in suam huius libri versionē, hunc librum *Historiam non esse, sed poeticum quoddam commentum, Homerico, aut Virgiliano simile.* Et mox concludit, sic aiens: *Mihi videtur Iudith Tragœdia* Reinerius tom. 2. fol. 13. & ipse Lutheri vmbra, *Trag.comœdiam* appellat; & Chytræus eiusdem fæcis homo, *Tragœdiam* indigitat in Onomastico suo. Sed Catholicâ fide sancta est huius Historiæ canonica auctoritas, quàm asserui in expensione tituli huius libri, §. 1. O vtinam similes Comœdiæ exhiberētur in theatris ad componendos animi mores, non ad constuprandos! de quo agam §. 3. huius capitis.

Hæc Iudithæ Historia tragicomœdia dicitur ab hæreticis. — Luther. — Reinerius — Chytræus

2. Et primò recensetur Iudithæ genealogia, qua nobilissimos numerat proauos: solet enim Scriptura cùm egregium aliquod facinus narrare aggreditur, prosapiam heroïs, aut heroïnæ præmittere. Expedita est auorum linea sursum ascendens à Iuditha ad Ruben vsque, etsi in Græco textu pauciores numerentur, etsi 1. Paralip. cap. 4. v. 24. aliquis ex progenitoribus diuerso nomine notetur; quod fieri solet aut quia aliquis binomius est, aut quia nomen ex tractu temporis, aut comportatione ad alia idiomata, aliquid acquirit, aut deperdit. Illud omnibus interpretibus litigiosum facessit negotium, quod sacer textus finit progenitores Iudithæ, dicens: *Filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben.* Et quidem difficultas statim animum pulsat: nam dicitur tandem Iuditha filia Simeonis, filij Ruben. Et ne quis ambigeret Simeonem hunc esse patriarcham Simeoniæ tribus principem, inquit ipsa Iudith, cap. 9. vers. 2. *Domine Deus patris mei Simeon*: & refert facinus, quo simul cum fratre Leui vltus est stuprum Sororis. At Simeon hic, frater, non filius fuit Ruben. Hac de causa S. Fulgentius epist. 2. cap. 14. Bellarmin. tom. 1. lib. 1. cap. 12. Serarius, quæst. 1. Salianus, num. 57. Paëz in Cant. Moys. vers. 8. annot. 1. Mariana, Tirinus & alij, Mendum hic esse existimant, & dupliciter corrigunt; aut enim dicendum est, *filij Simeon*, non *filij*, sed fratris *Ruben*: vt innuat Simeonem secundum esse à primogenito Ruben, quod valde Iudithæ commendat nobilitatem. Ita Serarius. Aut loco *Ruben*. legendum *Israël*, vt sic dicatur: *Filij Salathiel, filij Simeon, filij* (non *Ruben*,) sed *Israël*. Et sanè Israël scribunt Biblia Sixtiana, Regia, & Vatablus; ita Bellarm. lib. 1. de verb. cap. 12. Serarius quæstion. 1. Salianus numer. 58 in hanc inclinat Sanct. proleg. 9. Addit Tirinus fortè *Simeon* & *Ruben* non esse patriarchas, qui fuerunt filij Iacob, sed intermedios Iudithæ progenitores. Displicet coniectura, quia indubium est, Iuditham fuisse ex tribu Simeonis Patriarchæ. Quorsum autem tam longam progenitorum lineam sursum versus, seriatim Scriptor duceret, nisi tandem deueniendum foret ad aliquem illustrem, & notum progenitorem, qui princeps esset familiæ, & à quo progenita Iudith egregiè cognosceretur, & nobilitaretur? Cur sistitur in Simeon, & Ruben ignotis, & intermediis progenitoribus?

1. Paral. — *Iuditha genealogia.* — Iudith. — Fulg. Bellarmin. Serarius. Salian. Paëz. Mariana. Tirinus. — Bellarm. Serar. Sanctius. Tirin. Carthus. Histor. Scholast.

3. Aliam expositionem offert Dionysius Carthus. in commentario sequētis capitis ex Historia Scholasticâ nempè cùm Iudithæ genealogia sic terminatur: *Filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben*, Ita intelligendum esse, vt à Iudithæ patre *Merari* vsque ad *Simeon* tradatur genealogia Iudithę per lineam paternam: cùm verò tandem dicitur. *Filij Ruben*, τὸ *Filij*, non appellata supra Simeon, qui proximè præcessit, sed super Salathiel, qui remotè; qui Salathiel per maternam originem trahit generationem à Ruben primogenito Iacobi. Vnde dicitur Iuditha filia *Merari, &c. filij Salathiel*, qui per lineam paternam fuit filius Simeon, & per maternam lineam fuit filius Ruben. Præcipua difficultas

huius

huius expositionis est, quod τὸ *Filij*, cùm dicitur *filius Ruben*, non appellet supra immediatum *Simeon*, (cùm tota serie appellet supra immediatè præcedentem) sed supra mediatum Salathiel; quod monstrosum videtur in Scripturis.

4. Sanctius. • Ad huius dubij solutionem attendendum est ad id, quod præclarè obseruat Sanct. ad c. 4. huius lib. numer. 7. nempe Matthæum cap. 1. recensere genealogiam Iosephi, qui putabatur Christi pater. Lucam verò genealogiam B. Virginis; & ita sedantur interpretum tumultus, qui putant eandem lineam scribi ab vtróque Euangelista. Et ita rem componit eruditissimus Sanctius: sic explicans illud Lucæ 3. *Et ipse* IESVS *erat incipiens, quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, &c.* ita vt τὸ *Qui*, cùm dicitur, *Qui fuit Heli*, non referatur ad Ioseph, qui immediatè præcesserat, sed ad IESVM, qui mediatè. Et ita sensus erit, Ipse IESVS erat incipiens annorū triginta, qui putabatur filius Ioseph, qui IESVS nempe, nō Ioseph) fuit filius Heli. Ex quo verosimile est, quando dicitur in hoc versiculo: *Filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben*, illud *filij Ruben*, non appellare supra *Simeō*, qui immediatè præcessit, sed supra *Salathiel*, qui mediatè. Et quidem Luc. 3. genealogiam B. Virginis tradi, aliàs multis dabo,

(Sanct. Lucæ.)

5. Oppones; quæ laus Iudithæ est, dici filiam Simeonis, & Rubenis? Magna profectò nobilitas Iudithæ, quæ oriunda est è duobus principibus Patriarchis, natu maioribus. Vrges vocem *Filij* diuersissimè accipi in eadem periodo, nunc referendo paternam, nunc maternam genealogiam. Hanc obiiciunculam solui alibi: neque enim hoc infrequens est in Scripturis. Sic dicitur Matth. 8. v. 22. *Permitte mortuos sepelire mortuos suos.* Fortè permittit, vt cadauera sepeliant cadauera? Planè ridicularia expositio foret. Instabis: quomodo ergo Ruben ex diuersa tribu duxit vxorem? Et quomodo Dauid ex tribu Iuda, duxit Michol ex tribu Beniamin? Nam, vt bene Carthusianus hanc difficultatem enodans: fœmina quę hæres non est paternæ hæreditatis, cuiuis nubere potest. Hæc tertia expositio verosimilis mihi est; (etsi durinscula) quia nihil emendat in emendatâ, & correctiori vulgata editione; & sanè nulla alia verosimilior suppetit in re difficili. Tametsi nihil mihi difficile est, ne quid corrigam in vulgata editione.

VERS. 2. 3. & 4. *Quis Manasses Iudithæ maritus.* *Et vir eius, &c.* Dicitur vidua Manasses, qui ex eadem tribu ac Iuditha videtur fuisse, (quis id seriò audeat affirmare?) Manasses fuit homo prædiues, vt constat ex hoc c. vers. 7. Occasio mortis apponitur, quod cum ineunte vere in messe hordeacea instaret sedulò super messores, præ nimio æstu contraxit morbum à quo obiit. Quinam morbus ab æstu contractus, res medica est. Legi potest

Valles. Lorin. Vallesius de sacr. Philos. cap. 46. Lorinus ad Psalm. 110. vers. 3. plura conglobat exempla ex Bibliis eorum, qui tempore messis præ æstu periclitabantur. Probanda videtur Serarij, quæst. 2. & Tirini

Serarius. Tirin. coniectura, non instasse Manassem super messores sui agri, sed præfecturâ publicâ fungi, & præesse agris metendis, vt expresè dicitur in textu Græco. Quod autem eiusmodi præfecturæ fuerint apud Hebræos, constat ex Acbutio, qui, vt in eius vita,

Ioseph. Iosephus tradit, eo magistratu functus fuit. Manasses defunctus tumulatus est in Bethulia ciuitate sua, non intra ipsam, sed extrà in agro, vt disertè traditur in Græcis; quod moris fuit apud Hebræos.

Luc. Legantur Interpretes ad Lucæ 7. vers. 12. ad illud: *Efferebatur, &c.*

§. II.

Christianorum mysteria adeò excelsa sunt vt præ magnitudinis sublimitate aliquibus fabulæ viderentur.

VEritas fugit latebras, amat lucem. Falsitas lucifuga est; & pauet ad euidens luminis argumentum: timet prodi, quæ timet publicari; nam dum publicatur, proditur. Honoratur mendacium dum non cognoscitur, cognitum deridetur, tota eius laus est non cognosci, sed abscondi: Vnde etsi mendacium vbique colitur, nusquam colitur; quia non ipsum colitur, sed quod videtur, & nunquam videtur, quod est, sed aliud. Illudit oculos, ne ipsum illudatur; & fugit aspectus, vt solent rei declinare inquisitores. Ergo suspectum mendacij est, quod agnosci timet, quod exploratores oculos non patitur. Vnde quondam suspecta falsitatis fuit Iudithę Historia, nam ipsa de se inquit: *Vos autem nolo, vt scrutemini actum meum.* Fabulosæne erant Iudithæ res gestæ, quia recusant exploratores? Delirat Lutherus in symp. c. 59. Stultescit Reinecius, tom. 1. fol. 13. desipit Vvitaherus, c. 2. Contr. 1. q. 1. & ipse Caluinianus, & eiusdem fæcis homo; tudit rude vulgus hæreticorum; hi quidem postquam scrutati sunt Iudithæ actus hæreticis oculis, id est, cæcis; vno ore, sed profano & sacrilegio, seriò affirmant, Iudithæ res gestas, non esse Historiam, sed *sacrum quoddam, & spirituale commentum.* Eorum inania fundamenta, & ex se nutantia facile labefactant Bellar. lib. 10. de Verb. Dei, Gretser. tom. 1. in defens. Bellarm. Serar. prolegom. 4. ad lib. Iudith, Sanctius ibi. Sed quo sensu vero, & Catholico Historia Iudithæ, & magna nostræ fidei mysteria, dici possint Fabulæ, (quod bonâ veniâ Lutheri fiat) in hoc §. ostendam. Ea enim sunt mysteria fidei, tam sublimia & excelsa, vt cùm re ipsâ veritas meracissima sint, præ magnitudine, nescio quid fabulosum velut ostentāt, quò eorum sublimitas exaggeratur ad maiestatem. Porro Sapientiæ 7. vers. 26. Verbum diuinum æternâ Patris generatione productum, dicitur *Candor lucis æternæ, speculum sine macula, & imago bonitatis illius. Imago* scribitur εἰκὼν, inde εἰκονισμός: & notat ibidem Ceruantes, quod Auctor Rhetor. ad Herenn. figuram Iconismum appellat, *fictionem* Non quia Verbi generatio fictio sit, (absit eiusmodi impia cogitatio,) sed quia adeò augusta, & sublimis est, & supra humanum captum, vt sublimitate quasi æmuletur fictiones; re autem, ipsissima fit veritas,

(6.)

(Lutherus. Reinec. Vvith.)

(Bellarm. Gretserus. Serar. Sanctius.)

(*Mysteria Christianorum quo sensu Catholico dici possint imitari fabulas.*)

(Ceruant. Cicero.)

Expensione dignissimum est, cur Christus Deus nostræ religionis mysteria in parabolis loquebatur, *& sine parabolis non loquebatur eis*; præsertim rudi populo & in ipsum non benè animato. Et quidem videbatur Christus verba perdere, & operam; & auditores perdebant fructum, quem ex tanti Magistri disciplina lucrari debuissent; & sanè parabolæ Christum Dominum videntur dedecere, quia parabola obscurus sermo est, imò & sermo fictus. Nam *Parabola oratio est rei ficta ad eam, quæ futura est*, vt describit S. Iustin. lib. Resp. ad Ort. Respon. 60. Num fictio in ore Christi Dei reperiri debuit? Porrò fictio confinis mendacio est: absit ergo longè à Christi verbis parabola, & fictio. Profectò maximè expediebat, vt in parabolis, vel sub fictis verbis, traderet Christus diuina mysteria: nam Parabola, quia fictus sermo est, plus

(7.)

(*Cur Christus loquitur in parabolis.* Iustin.)

Mendaciisne explicantur Dei verissima mysteria? Nazianz. orat. 1. in Iulianum.

plus audet; audentior autem sermo ipsius explicat Christianæ fidei sublimia Sacramenta; Ergo parabola fingendo adæquat veritatem: vnde grandiora mysteria in parabolis tradit Christus. Quod in fabulosis ethnicorum mysteriis aduertit S. Nazianz. aiens: *Veritatem in figmentis demonstrantia.* Quasi dicat; sub fabularum inuolucro, sua adorabant mysteria, quò fabularum licentia adæquaret magnitudinem mysterij; cui pro dignitate explicando, sæpè non sufficit narratio. Maiora sunt nostra mysteria, quàm vt historicè possint ab hominibus exæquari; dum quasi poëticè exaggerantur, vix exæquatur eorum sublimis celsitudo. Satis ad rem inquit S. Ambros. *Mendacium nostrum celebrat veritatem Dei.* Neque mendacium specie tenus.

Ambr in Psalm. 30.

8. Petri.

Sanctus Petrus 2. epist. 1. v. 16. ita scribit: *Non enim doctas fabulas secuti, notã facimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem.* Quam ob rem disertissime Pontifex, tam seriò adstruis Euangelium, non esse fabulam? vel fabulæ suspicio Euangelium infamat. Imò magnificè sublimat: nam quod vobis fabula videtur, Euangelium est: specie quidem fabula; (tanta est mysteriorum sublimitas!) reipsà Euangelium, & ipsissima veritas. Lucæ 24. v. 11. referunt sanctissimæ, & fide dignissimæ fœminæ discipulis Resurrectionis Dominicæ mysterium: *Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum, verba ista.* Neque enim diuina mysteria dignè explicarentur, nisi in morem fabularum auderet oratio. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua.* Psalm. 118. v. 85. ait Regius Psaltes: Quasi dicat: (liceat sic ad mores velitari ex verborum cortice; scio aliam esse rei medullam,) disertissimi Gentium, fabulones habentur: & rectè quidem: nam ex proprio cerebro effingunt, & heroum facinora, quæ laudent, & Deorũ numen, & mysteria, quæ adorent: at istiusmodi fabulæ, quantumuis mendaciis excreuerint, non euaserunt adeò eximiæ, & grandes, vt comparari possint cum mysteriis veræ religionis: quæ sublimitate videntur fabulæ, & bene composita hominum figmenta, re autem simplex & mera veritas est. Fallor, si non hùc alludit Tertullianus, agebat de æterna, & arcana Christi Dei generatione. *Non* (inquit, Christus natus est) *de Patris semine, non de Sororis incesto, nec de stupro filiæ: Deum patrem passus est, non squamatum, aut cornutum, aut plumatum; Iouis ista sunt, & numina vestra.* Plures hîc recenset fabulas; & mox referens augustam Christi Dei generationem, mentes humanas superantem, subiungit Tertullianus: *Accipite hanc fabulam, similis est vestris,* & infrà, cap. 23. *Ecquis ille Christus cum sua fabula?* Nimis audet Tertullianus cùm appellat fabulã, Christianæ religionis mysteria. Fabulane est æterna Verbi generatio? Verbi eiusdem incarnatio, fabula est? Euangelia fabulationes sunt? Profectò Magnus hic doctor dehonestat totam rem Christianam! Imò valdè commendat, & sublimat & fidei maiestatẽ exaggerat. Porrò arcana fidei sacramenta, re quidem sunt verissima, præ amplitudine autẽ & sublimitate videntur figmenta, quibus doctæ gentilium fabulæ nequeunt comparari. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Omnia mandata tua* (id est, lex tua) *veritas. Finguntur hæc de Ioue, sed de te vera sunt. Imperator?* ait Mamertinus. Vulgare est illud S. Ambrosij *Magnus planè vir Abraham, quem votis suis philosophia non potuit æquare; minus est quod illa finxit, quàm quod iste gessit: maiorque ambitioso eloquentia mendacio*

Luc. *Quo sensu verissima nostra religionis mysteria possint dici fabula.* Psalm.

Tertul. Apolog. c. 21.

Abrahamus excedit heroës pöetarũ. Mamert. in Panegyr. Ambr. l. 1. de Abraham. cap. 1.

simplex veritatis fides. Adeò excelsa sunt fidei mysteria, adeò sublimia sunt facinora herois Abrahami, & heroïnæ Iudithæ, vt ea nec votis, nec figmentis ambitiosæ poëtarum fabulæ potuerint exæquare fingendo. Historia Iudithæ, re meracissima veritas est, magnitudine, & sublimitate supra ambitiosas fabulas. Sic, esto fabula Iudithæ historia, si placet hæreticis. Præclarè S. Zeno Veronensis. *Hæc enim est proprietas Dei, id operari, quod non potest credi.* Nempe, ni supernaturaliter eleuetur tenuitas humani intellectus; Vnde Euangelista Ioannes dicitur quodammodò feliciter temerarius; sic enim scribit S. Hieronymus. *Coactus est ab omnibus penè Asiæ Episcopis de diuinitate Saluatoris altius scribere, & ad ipsum, vt ita dicam, Dei Verbum, non tam audaci, quàm felici temeritate prorumpere.*

Zeno serm. de Resurr.

Hier. in prolog ad Eusebium.

§. III.

Theatralis voluptas est delictorum schola, arx libidinis, Veneris sacrarium, consilium, seu consistorium impudicitiæ.

PErbellè adnotat S. Cyprianus expressè non esse dãnata theatra, nam res prohibitæ *admonent sæpè dum introducuntur,* & plerumque in præceptis quædam vtiliùs tacentur; præceptorum loco seueritas loquitur, & ratio loquitur, quæ Scriptura conticuit. Rationis voces, hîc dabo, quas buccinarunt Sancti, & antiqui Ecclesiæ Patres contra Comœdias, olim impias, & impudentes, & nunc planè non bonæ sunt, Dauid Psalm 1. v. 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* Quæ est hæc cathedra pestilentiæ, è quâ nostra natura, etsi de satis ad delinquendum docta, ampliùs eruditur? Clemens Alex docet hîc de spectaculis, inquiens: *Cathedra autem pestilentiæ, & theatra fuerint, & iudicia.* Itaque Cathedra, seu schola, vbi docentur scelera, theatrum est. Opportunè S. Cyprianus: *Concurritur in illud pudoris publici lupanarium, ad obscœnitatis magisterium, ne quid secretò minùs agatur, quàm quod in publico scitur. Quid inter hæc Christianus fidelis facit? Cui vitia non licet nec cogitare, quid oblectatur simulacris libidinis, vt in ipsis depositâ verecundiâ audacior fiat ad crimina; discit facere, dum consuescit videre.* Audis theatrum dici cathedram pestilentiæ, & obscœnitatis magisterium. Ibi pudica Virgo discit amare, & amari: ibi vxorata adulterij artem, & technas discit: ibi lenones erudiuntur, & riuales. Iracundus discit vltionum ius iniustum, & vt summatim dicam, theatrum eruditio est vitiorum omnium, præsertim luxuriæ. Vnde aduertit Septimius, *quod prudentissimi Romanorum theatra stuprandis moribus orientia statim destruebant.* Nam Comœdiæ constuprant; & quidem theatrales fœminæ aptè appellantur à Tertulliano libro de Pallio, capit. 4. *Simulacra libidinis,* id est, totæ ad libidinem factæ, nam fœminæ ætate aptæ, vultu nobiles, facie venustæ, lenocinio elegantes, aditu faciles, aëra toxicant illicio pulchritudinis, & omnes Veneres, Cupidinésque spirant. *Aspice lupas popularium libidinum nundinas,* inquit aliorsum idem, cap. 8. Porrò theatrum emporium est obscœnitatum, vbi feria in libido, & lascivia publicè pudorem nundinatur. *Illas tamen, quas infelicitas sua in seruitutem pro-*

9. Cypr. lib. de Spectac. *Prohibitio aliquando est rei prohibitæ admonitio.* Psalm.

Clem. Alex. lib. 1 strom. *Comœdia est Cathedra pestilentia.* Cypr. suprà.

Comœdia constuprant mores.

Tertul. Apolog. c. 6.

stituit, libidinis publicæ occultat locus, & dedecus suum de latebris consolantur: erubescunt videri etiam, quæ pudorem vendiderunt. At istud publicum monstrum omnibus videntibus geritur, & prostitutarum transitur obscœnitas, ait Cyprianus, de theatralibus mulierculis. Quid impudentius? Quid periculosius? Cypr. suprà.

10. Sententiosè Septim. appellauit theatrum *arcem omnium libidinum impudicarum.* quod maximum comœdiarum malum est. Porrò milites, qui in campo præliantur, expositi sunt hostium ictibus. At qui in arce sunt tutantur murorum, & mœnium molibus, ne feriantur ab hostibus, & tutò machinas explodunt, & bellica tormenta in hostes contorquent. Sic theatrum *arx libidinis* est; nam in theatro tuta est impudicitia, quia à multis defenditur eiusmodi delectatio *quasi ad remissionem animi appetatur voluptas*, vt aiebat S. Cyprianus. Vnde libido à theatri mœnijs tuta aëra inficit, & infundit venena lasciuiæ, & amatoriis iaculis populariter sæuit. Securè ferit, qui ex arce militat; secura habetur libido theatri tot patronis quasi præsidiario milite, defensa. Bellè ergo Comœdias appellat Septimius, *Arcem omnium libidinum impudicarum.* Tot enim assertores habent nunc comœdiæ, vt quasi licita sint delicta theatrorum, securè & impunè adeantur. *Spectacula pulchritudinū, & licentia vanitatum*, vocantur theatrales ludi à S. August. Nam species remissionis animi, quæ ostenditur, licentia est luxuriandi, irascendi, insaniendi; ac si theatrum sit criminosissimi cuiusque delicti conceptaculū, à quo voluptuosa libido æstuat, sæuior iracundia ardet, vt vix sit enorme flagitium, quod non à theatro fit. *Nullum malum difficiliùs extinguitur,* (ait S. Cyprianus iam citatus loquens de hâc re) *quam quod faciles reditus habet, dum & multitudinis consensu asseritur, & excusationem blāditur.* Herodes Galilææ Optimates inuitat, opiparè saginat, ebriat, potat; impudenter saltat puella, & feralem discum, nempe Baptistæ caput, exigit pro mercede intemperantiæ. Audi Basilium Seleuciæ, *Herodias autem filia ostentans habitu matris mores, exactum materna libidinis simulacrū, aspectu impudenti fracto corpore, anima diffluente, iactis in cœlum manibus pedes in altum subrigebat, habitu feminando suam turpitudinem publicabat.* Potéstne viuaciùs exprimi theatralis obscœnitas? Tantùm deerat vt non in regio conuiuio, sed in theatro exhiberetur. Et quidem quò magis exaggeraret Basilius impudentem saltatricis puellæ libidinem, inquit: *Herodias saltationem adornans conuiuij, theatrum insiluit.* Parum enim videbatur expressa puellæ impudentia, quâ per iocum truncauit caput Ioannis Baptistæ, nisi theatralis saltatio, & libido scenica appellaretur Quasi theatralis impudentia meta sit obscœnitatis, & exaggeratio libidinis. Pudet singula Basilij verba, particulatim expendere, quæ plena sunt emphasi, plena histrionicis turpitudinibus

Septim. l. de Spectac. c. 10. *Comœdia sunt arx libidinis.*

Cypr. suprà.

Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei, c. 32. *Chorea theatrorum impudentes.*

Basil. Seleuc. Orat. 18.

11. Cæterùm res scenica artificium est delinquendi incendium luxuriæ, & libidinis fomes, otium populi, & Diaboli negotium. *Adulter nescio quis Diabolus, & à suis cultoribus sic indigitatus, qui obtentu intemperantiæ Christi milites ad indecora spectacula inescat,* ait Basil. Quiuis Dæmon perniciosissimus hominibus est, at qui allicit, & pertrahit ad comœdias, impudentior est, & adulter, & vafer obscœnitatum leno. Aduertit noster Mariana in Opusculo de hac re prope theatrum ædificata esse lupanaria, vt conceptam in theatris libidinem illico despumarent. Quis ergo, vt festa Cœlitum religiosiùs celebret, histrionicam exhibebit? non mundissimo Numini, sed immundo Cupidini: non Virgini Mariæ, sed impudenti Veneri theatralia hæc festa placent. Vnde Tertull. *Theatrum propè Veneris sacrarium est.* Venerem colit, qui theatralibus ludis Sanctorum festa colit: specie religionis Cupidinem tacitè veneratur. *In spectaculis enim quadam apostasia fidei est,* inquit Saluianus: Hyperbolicè dictum: irreligiosa enim peruersio est, vt obscœnitatibus Comœdiarum, & impudicis histrioniæ saltationibus colāmus Sanctorum festa: nam sic in publico Deus colitur, in occulto Venus. Vnde scenica res quodammodò apostasiæ genus est: nam *theatrum Veneris sacrarium est. Heu! quale est de Ecclesia Dei, ad Ecclesiam Diaboli tendere?* Exclamat Septimius agens de spectaculis, Histrioniam gentem appellans *Ecclesiam Diaboli*, & sanè dedecet ludiones impudentissimos, & famosas meretriculas, non semel personam agere, aut Christi Dei, aut Deiparæ Virginis, aut cuiusuis è cœlicolarum grauissimo senatu. His festiuis ludis præsumat Christianus populus Deum promereri, quibus numen profanatur? Quod luculenter expendens Septimius ait; *Honorem inquietant diuinitatis; maiestatis vestigia obsoletant.* Quodammodò constupratur Virginitas, quam publica meretrix repræsentat, planè deuenustatur virtus, & ridetur Sanctitas in personâ criminosi fabulonis.

Basil. Orat. 17. *Adulter Diabolus praest comœdiis.*

Mariana.

Comœdia sunt Veneris sacrarium. Tertull. lib. de Spectac. c. 10.

Saluian. l. 6. de Gubern. Dei.

Tertull. suprà c. 25.

Septim. Apolog. 15.

12. Redeo ad Psalm. 1. quem ex Clement. Alex. prælibaui: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.* Quæ verba, sic scribit, & exponit Septimius: *Felix, qui non abiit in consilium impiorum:* Omne spectaculum concilium vocat impiorum. Quasi dicat; Theatrum concilium est impietatis, vbi peruersa dogmata decernuntur: luxuria dicitur honesta recreatio, sæuitia nominatur defensio, versutia appellatur prudentia, criminosissima occupatio indigitatur otij recusatio: quod homines aliàs benè morati, quasi in concilio quodam decernunt. *Non desunt,* (inquit S. Cyprian.) *vitiorum assertores blandi, & indulgentes patroni, qui præstant vitiis auctoritatem, & quod est deterius, censuram Scripturarum cœlestium in aduocationem criminum conuertunt, quasi sicut innocens spectaculorum ad remissionem animi appetatur voluptas; nam eo vsque eneruatus est Ecclesiastica disciplinæ vigor, & ita, omni languore vitiorum præcipitatur in peius, vt iam non vitiis excusatio, sed auctoritas detur.* Audis patronos, & assertores spectaculorum definire Theatrum esse honestam recreationē animi: sic decernitur in concilio impiorum Proculdubio huc alludere videtur Tertul. appellans theatrum *priuatū Consistorium impudicitia.* Ergo ne faueto prauis dogmatibus theatrorum: ne frequentato has libidinum scholas, & omnium vitiorum magisterium. *Nam cùm mens hominis* (verba sunt S. Cypriani; quibus Tertullianum imitatus est,) *ad vitia ipsa ducatur, sibi quid faciet, si habuerit exempla natura corporis lubrica? quæ spontè corruit, quid faciet, si fuerit impulsa? Habet Christianus spectacula meliora, si velit; habet veras, & profuturas voluptates, si se collegerit. Videbit in quibusdam fidem cum igne luctantem, religione superatas feras: intuebitur, & animas ab ipsa morte reuocatas, & in his omnibus iam magis videbit spectaculum, Diabolum illum,* (Holofernem inquam) *qui totum detriumphauerat mundum, sub pedibus Iudithæ iacentem. Quàm hoc decorum spectaculum, quàm iucundum, quàm necessarium.*

Psalm. Septim. de Spectac. c. 3. *Comœdia sunt Concilium, seu Consistorium impietatis.*

Cypr. suprà.

Tertull. li. de Spectac. c. 17. Cypr.

Ad iucundam hanc Tragicomœdiam inuitandi fideles sunt, Iudithæ venustatem contemplentur, quæ castitates spirat: eius fortitudinem audiant, quæ vigorem ingerit: eius sapientiam noscant, qua Diaboli frustrentur versutias: applaudant strenuò tantæ Heroinæ facinori, quo eius promereantur gratiam. Adsit, quinis impunè huic bonæ Comœdiæ, quam non bonus Auctor Vvitaherus, seu Lutherus repræsentat; sed Sanctissimus Pontifex Eliachim afflatu Spiritus Sancti composuit.

§. IV.

Vidualis castitas præ difficultate rursùs ferè Virgo, & Martyr dicitur.

13. Tertull. de Exhort. Castit. c. 1.

FLorentis Tertulliani peràtiqua vox est, *Prima felicitas, prima virginitas est.* Ergo Iuditha etsi castissima: quia hîc vidua dicitur, necesse est vt caruerit hâc prima felicitate. Et quidem omnes Iudithæ virtutes excelsæ fuerunt, illustres, felices, dignæque tam illustri matrona: nũ Iudithæ castitas infelix erit amissione virginitatis? Planè pudicitia viduali excelluit, sed quæ passa fuit virginitatis detrimenta. Verùm enim verò vsque adeò illustris fuit vidualis Iudithæ castitas, vt felicitatem virginitatis ambiens, æmula fuerit felicioris virginitatis. Profectò Castitas virgo felicior est, at vidualis continentia ærũnosior: nam facilius est carere inexperta voluptate, quàm cohibere naturam assuetã veneri.

Vidualis castitatis difficultas in pulchra iuuenta.

Clem. Alex. 3. Strom.

Scitè inquit Clemens Alex. *Nos castitatem, & eos quibus hoc à Deo datum est, beatos dicimus: monogamiã, & quæ consistit in vno solum matrimonio honestatem admiramur.* Admiratio digna, & monstro similis est fœmina, quæ in pulchra iuuenta abstinet à diu expertis libidinibus, nec adhuc æstuat veneris igniculo.

Hildeb. ep. 41.

Aptè Hildebertus. *Caro, & mulier duplex infirmitas, & consortiũ vix discens discedere voluptatem. Apud neutrã tuta est religio, donec maturior ætas vtriusq; restinguat incendiũ.*

Luxuria experta vix detriumphatur.

Et Epistola sequenti: *Vix de cupiditate triumphat de quo semel cupiditas triũphauit. Cupiditas leges oblitterat, ius omne persequitur, diuinas abradit sanctiones.* Quid elegantius: luculenter exaggerat Hildebertus pericula continentiæ vidualis: quæ eo illustrior est quò maiora pericula detriumphauit, eò augustior, quò plures, & sæuiores vicit hostes.

Paulin. Epist. 1.

Hildeberto accinit S. Paulinus, sic scribens nobili viduæ: *Neque te diuitiæ, matrimonio familia consularis adeesta, neque post coniugium peccandi licentia, & cœlebs iuuenta ab angusto salutis introitu, & arduo itinere virtutis, in mollem illã, & spatiosam multorum viam reuocare potuerunt.* Audis viduitatem dici peccandi licentiam? Quid exaggeratius?

Clemens. lib. 3. Strom.

Vnde Clemens Alexand. ita scribit: *Iam nonnulli quoque præferunt Viduã Virgini: quod attinet ad continentiam, vt quæ, quam experta est voluptatem, magno, & excelso animo contempserit.* Difficilior fortè Viduitas, sed felicior est Virginitas: & ita Virginum status iure præfertur viduali.

14. Vnde cùm vidualis continentia tot tantáque pericula subit, & exantlat ad seruandam castitatẽ, meritò cõparatur martyrio.

Hildeb. *Vidua casta dicitur martyr.*

Quid somnias teneros artus, & exquisitis educatos deliciis, longum posse ferre martyrium? Verba sunt Hildeberti suprà ad eandẽ viduam. Hildeberti assentit Septimius, aiẽs

Septim. lib. de Exhort. Castit.

Plura exempla certa de nostris inueniam, & quidẽ tantò potiora, quantò maius est viuere in castitate, quàm pro ea mori; hoc est, anima in bonum misceri quàm viuendo separari animam. Nempe continentia sæuum & perenne martyrium est, quo quis viuendo sæpius moritur: nam Castus, viuos Martyr est, spirans cadauer; tótque patitur tortores, quot mortes: natura pro tyranno est; voluptas, crudelitas; inclinatio, carnifex; titillatio, sæuitia; blandimenta, tormenta; vnde intestino martyrio dies, ac noctes excarnificatur amicâ hostilitate, & charâ sæuitia. Bellè paulò antè dixerat: *Erunt nobis in testimonium fœmina quædam sæculares, ob vniuiratus obstinationem, famam consecutæ.* Quasi vidualis castitas sit quædam propè obstinatio seruandæ pudicitiæ. Porrò obstinatio est pertinax constantia, quæ nec rationibus euidentibus, nec suppliciis minitantibus, nec cruciatibus expertis cedit, sed stat flectinescia in proposito. Ergo Tertullianus nomine vitij exaggerat excellentiam vidualis continentiæ, & pertinacis martyrij constantiam obstinationem appellat.

15. Philo. lib. 2. de Cherubin. *Vidualis castitas est Virginitatis æmula*

Porrò tam laboriosa est castitas in viduis, vt à difficultate priuilegium virginitatis ferè dicatur consecuta; nam *eam, quæ mulier fuerat, restituit in virginitatem pristinam*, ait Philo. (Sic quodammodò elogium Virginitatis permittit coniugatis.

Ennod lib. 9. epist. 31.

Ennodius ita scribens suo Auieno vxorem ducenti: *Habeas continentis praui in frugem, & dulcedinem coniugati. Legi Dei pareas solutio virginalis, dum quod in se subtrahit, reddit in sobole.*) Et quod impossibile videtur naturæ, perficitur gratiæ priuilegio?

Clem. lib. 7. Strom.

Pulchrè inquit Clemens Alexand. *Qui enim concupiuit, & se ipsum continuit, vt vidua, quæ est rursus Virgo per temperantiam.* Ecce tibi ex vidua rursus veluti Virginem.

Tertull. Apolog. 9. aduer. Valent. c. 10. Irenæ Rhenan. Tertull. 1. ad vxorem, c. 6.

Et Tertull. *Quidam multò securiores totam vim huius erroris Virgine continentia depellunt.* Continẽtiam Virginem appellans. Pulchram rationẽ reddit lib. de Virgin. veland. cap. 10. aiens: *Non enim & continentia Virginitati antistat? Nam Virginitas gratia constat, continentia verò virtute.* Nimirùm Virginitas gratia, & integritas naturæ est; at continentia est castitatis virtus, & virtutis gratia; quæ natura non constat solùm, sed gratia, & virtute; à qua rursus quasi Virginitatem mutuat. Quod monstro simile. (Non propterea negandum est Virginitatis statum sublimiorem esse viduali; sed non semel vidualem esse difficiliorem, credendum est.) Vnde cœlebs *Fœmina mare* appellatur à Septimio & *Masculo fœmina* dicitur ab Irenæo apud Rhenanum inibi. Et Tertull. futuræ viduæ mandat, vt exinde quietem sexui suo nubendi abstinent, a iniungat. Nam viduitas debet esse quies sexus voluptatis torpor, lasciuiæ cadauer, & hyems venereæ flammæ, quæ interstenguat carnis fomitem, & luxuriæ incendia; habeátque stipendia senectutis, vt inquit S. Ambrosius lib. de viduis ita scribens: *Non quò senectus sola viduam faciat, sed quò viduitatis merita, stipendia senectutis sint.* Quænam sunt stipendia senectutis? *Cupiditatibus sedes immunes sunt*, inquit Iuncus apud Stobæum:

Iuncus. Stobæ. serm. 116.

Nimirum sicut senectus immunis cupiditatibus est: ita debet esse vidualis castitas: quippe quæ iugi martyrio pacatam senum longæuitatẽ anima, & Virginitatem æmuletur. Ea fuit Iudithæ vidualis castitas, ad asperitatibus martyrij æmula, ab restinctione fomitis in pulchra iuuenta præmaturè senex, & rursus veluti Virgo: ne quasi Virginitatis prærogatiua deesset non Virgini, sed viduæ Iudithæ.

§. V.

Maiorum vetus olim pietas, sanctius propagat naturalem posterorum virtutem.

16. Emissen in homil. ad Monachos. *Virtus refutat humanā nobilitatem.*

PRæclara Eusebij Emisseni vox est: *Qui Christianæ militiæ mancipatus, dicere se præsumit ingenuum, penè est vt neget se Christi sanguine cōparatum.* Ergò cùm augustior maiorum gloria inutilis fit ad rem virtutis, quod est stemma Christianæ nobilitatis, clarior prosapia aliunde petenda est, nimirum à generosâ parentum virtute, quę auitos mores arcanos quodam modo transfundit in posteros, vel per traducem probæ indolis, vel prouidentioris pædagogiæ ministerio, vel exemplaris virtutis imitamento, quæ omnia valde faciunt ad probitatem filiorum, qui sæpe moribus exprimunt paternam sanctitatem, vt videre licet in Iuditha hîc, v. 1. vbi recensetur nobis, & sancta eius prosapia. (Iudith.) Vnde cap. sequenti, v. 2. auitos Simeonis Patriarchæ mores æmulari satagit imitatione virtutis, quod abundè præstitit. Bellè Euripides: (Euripid. in Archelao.) *In liberis etenim virtus nobilium concipitur, & generosæ nuptiæ præstant opulentis.* Nam generatione generosa indoles concipitur, quæ educatione, & imitatione expolitur ad omnem probitatem.

(Lucæ.) Vetus quæstiuncula est, quare Euangelista Lucas c. 1. v. 6. celebraturus Ioannis Baptistæ elogia sanctitatis, præmisit vtriusque parentis præclaram virtutem: *Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis ac iustificationibus Domini sine querela.* Porrò sanctitatis non est res humanæ generationis, sed regenerationis diuinæ, neque enim virtus est opus naturæ generātis, sed gratiæ auxiliantis. Opportunè S. Paulinus. (Paulin. epist. 10. *Filij parentibus respondent sanctitate ingenitā.*) *Opinor,* inquit, *& hoc ad cumulum diuinæ gratiæ pertinere quod sanctitatem laudandam, de laudibus generis prædicare ordior.* Et mox: *Vides Euangelistam, de commemoratione natalium Sancti, dictionem fecisse meritorū, vt iis quos erat de propriis meritis prædicaturus, nomina auita præferret. Auxit meritū Sacerdotis, commemorata nobilitate coniugij; & laudaturus vitam, genus antè laudauit, vt venerabilior existeret, qui sanctis parentibus responderet sanctitate ingenita, quasi quadam iustitia hæreditate.* Expende, sanctorum parentum filium, dici respondere *sanctitate ingenita* parentibus sanctis. Quid est *sanctitate ingenita*? Suspicor his verbis Paulinum innuere quandam æmulationem diuinæ generationis. Siquidem æternus Pater suum filium sic generat, vt eius sanctitatem, & perfectiones non generet, sed communicet: ita humanus pater (si humana licet conferre diuinis,) substantiam filij generat; sanctitatem verò quodammodò communicat, non generat: nam filij *sanctis parentibus respondent sanctitate ingenita.*

17. Ioann. *Filius exprimit parentū virtutem.* Ioannis 5. v. 19. ait Christus Deus: *Amen dico vobis, non potest filius à se facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem; quæcunque enim ille fecerit hæc & filius similiter facit.* Locus in paucis difficilis, & Ariano prælio nobilis. Mitto nunc arduum litteræ commentarium, & moralem subiicio ex Petro Damiano, (Petr Dam. serm. 17.) qui ita scribit *verisimile quippe est, vt quidquid virtutis in Sanctorū filiis cernitur, totū ab ipsis parentibus traditū fuisse credatur: Non potest quidquam filius facere, nisi quod viderit patrem facientem.* Ecce tibi, inter filium Dei, ad Patrem Deum, & humanos liberos, ad sanctos parentes, similitudinem agnouit P. Damianus in virtutum operibus, vel virtutibus operū. Nota voculam *quidquid*, ad exaggerationem similitudinis. Porrò si filius non est plena similitudo paternæ virtutis, tanquam ab eâ degener, vt spurius & nothus denotatur. Hanc indole, & educatione ebibit.

Ventosissimè sese olim iactabant Hebræi, eò quòd ab Abrahami vetusta, & præclarâ stirpe genus ducerent. Et cùm animaduerteret Baptista Ioannes ipsos vitiis ignobiles, & degeneres ab illustri Abrahami prosapia, sic in eosdem inuehitur Matthæi 3. v. 9. (Matth. *De adulterio natus videtur qui nō est similis parenti.*) *Ne velitis dicere contra vos Patrem habemus Abraham.* Ecquis non miretur, Hebræos contra se dicere, se oriundos esse ex Abrahami stirpe? O quoties diuinas effugêre minas allegando præclarum tanti parentis nomen, qui sæpe fuit incolumitatis titulus! Adducam elegantissima verba S. Chrysostomi: (Chrysost.) *Quid prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Melior est enim alicui, vt in eo glorientur parentes quia talem filium habent, quàm vt ipse in parentibus glorietur. Sic & vos nolite gloriari, dicentes quia patrem habemus Abraham; sed magis erubescite, quia filij estis eius, & sanctitatis eius non estis hæredes.* (Aduerte ad verba quæ subdit,) *De adulterio enim natus videtur, qui non assimilat patrem.* Propè adulterat naturam degener operatio; patre Diabolo natus videtur, non ex parente diuinæ sanctitatis participe, qui Diaboli vitium, non patris virtutem exprimit. Spurij elogio dehonestatur, qui degenerat à maiorum virtute. Vel saltem parentibus impiè renunciat, vt dixit Tertul. (Tertull. Apolog.) *Vbi religio? vbi veneratio maioribus debita à vobis? habitu, victu, instructu, sensu, ipso denique sermone proauis renunciastis. Laudatis semper antiquitatem, & nouè de die viuitis. Per quod ostenditur dum à bonis maiorum institutis deceditis, ea vos retinere, & custodire, quæ non debuistis, cum quæ debuistis, non custoditis.* Itaque proauis renunciat, quisquis auitos mores imitando non exprimit.

18. S. Ambros. ita super hac re eleganter fatur: (Ambr. in c. 1. Lucæ.) (Nō pudet scribere sudata verba, quæ dicendis aditum præstruant) *Docet nos diuina scriptura, non solùm mores in his qui prædicabiles sunt, sed etiam parentes oportere laudari, vt veluti transmissa immaculatæ puritatis hæreditas, in his, quos volumus laudare, præcellat. Non solùm igitur à parentibus, sed etiam à maioribus Sancti Ioannis nobilitas propagatur, non sæculari potestate sublimis, sed religionis successione venerabilis.* Quasi stabilior, & sanctior sit virtus, quæ longa annorum serie à maioribus propagatur in posteros, in quibus auita parentum sanctitas & altiùs figitur, & totò vindicatur à nouitate. (*Nobilior est sanctitas, quam à parentibus exprimunt filij.*) Sanctior enim quodammodò & generosior est vetus virtus, quàm nouella, & nouitia: generositatem quippe mutuatur à vetustiori antiquitate. Vulgaris quæstiuncula est cur Principes Iesuanæ familiæ, perantiquâ sanctitate inclyti censeantur? Matthæi 1. v. 1. (Matth.) *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob, &c.* Quod etiam de Ioannis prosapia notabamus. Num maiorum virtus honestat Christi, aut Ioannis illustrem sanctimoniam? incrementúmne suscipit vtriusque sanctitas à vetusta proauorum pietate? de Ioanne Baptista, ita scribit Beda; (Beda.) *Iustis autem parentibus Ioannes est genitus, vt eò confidentius iustitiæ præcepta populis daret, quo hæc ipsa non quasi nouitia didicisse, sed velut hæreditario iure à progenitoribus accepta seruaret. Vnde sequitur: Erant autem ambo iusti apud Deum.*

Digitized by Google

Deum. Quasi sanctitatis præcepta, quæ Ioannes tradebat, & ipsa sanctitas, quam opere exprimebat, forent sanctiora, quò antiquiora; nec nouitia esset virtus, quæ à progenitoribus accepta erat, sed perantiqua, & admodum vetusta, quæ est nobilitatis laus; Sit ergo virtus Christi, & Ioannis, nobilis vetustate progenitorum, felix nouitate operationũ: Habeat recentis nitorem, & antiquitatis gloriam, vt magis commendetur vtriusque laudis nobili priuilegio.

Plutarch. apud Stob. serm. 10. *Quam prosit parentum nobilitas.*

Neque dissentit profana literatura, à diuiniori sapientia: Plutarchus enim hæc habet: Absurda est Sophistarum contra nobilitatem calumnia, quia vulgaria etiam, & omnibus notissima non considerant: nempe quòd generandæ sobolis gratia, generosi equi, & canes emuntur: item Vitium, Olearum, & reliquarum arborum optima quæq; semina Homini autem ad futuram successionem, generis nobilitatem conferre putant; sed tantumdem valere siue Barbaram, siue Græcam originem. *Neque credunt latentia quædam principia, & semina virtutis in generatione liberis communicari*, vt Telemacho Vlyssis, de quo Homerus, clarissimo vocabulo vtens dixit: *Instillata patris virtus tibi: tanquam assereret ad paucas seminum guttas paternæ virtutis bona confluere.* Hucusque Plutarchus, Idem scitè tradiderat Aristoteles, agens de Nobilitate. Omitto verba, quia longiuscula, quia legi possunt à quouis, quia ferè expressa à Plutarcho.

Homer.

Aristotel.

---

§. VI.

Non tam vetusta maiorum stemmata, quàm recens cuiusque virtus, generosiorem cudit nobilitatem.

19. Plutarch. *Quid sit nobilitas.*

PLutarchus in lib contra Nobilitatem, ita scribit: *Quid aliud nobilitatem esse putamus, quàm opes antiquas, aut veterem gloriam? quorum neutrum in nostro arbitrio est. A duobus igitur alienis superbum istud nobilitatis nomen pendet.* Quorum alterum inconstantis fortunæ est, diuitias alternãtis; alterum res est humani fauoris pro licentiâ beneuolentiæ, aut pro iniuriâ odij adulantis, siue aduersantis. Et vtrumque ipsâ antiquitate (à qua dicitur vegetari) abroditur, & ab inuidia mordetur, & consumitur. Nam vetustas à se ipsâ (etsi aduersaria vis desit) flaccessit, & euigoratur, & corruit. Non est firmum nobilitatis fulcrũ, aliorũ opinio, quæ incerta res est, vaga, fugitiua, tot mutans formas quot humores Præclarè inquit Epicharmus apud Stobæum: *Quisquis suapte natura procliuis ad bona fuerit, nobilis est, quamuis matre fuerit Æthiope.* Nam vt inquit Euripides, *Bonus vir mihi nobilis videtur. Qui verè non iustus est, licet à patre meliore quàm Iupiter sit, ignobilis mihi censetur.* Profectò vera nobilitas res propria hominis est, & eiusdem laudatior. Quod alienum est, nostrum non est: ergo auita maiorum nostrorũ laus, nostra laus non est, sed aliena: & inde negotium inuidiæ, non res gloriæ. Proprij mores veram nobilitatem cudunt; virtus propria, proprius nobilitatis genius est *Sostratus*, (apud Sophoclem) *cum ei parentum obscuritas à quodã obijceretur: Atqui, dixit, propter hoc ipsum admirationi magis esse debebam, quoniam genus à me incipit.* Incipiat genus tui à te: tu ipse sis census tui. Siue sordeas parẽtum obscuritate, siue fulgeas maiorum claritudine: Hęc alienas à te cense, te æstima; fac tibi genus illustre, & esto parens, & soboles tuæ gloriæ.

Epicharm. Stobæus. serm 86. Eurip. in Dictye.

Sophocl. in Tereo.

R. P. Didac. de Celada in Iudith.

Generationem eius quis enarrabit? Isaiæ 53. v. 8. Adeóne abstrusa & arcana Christi Dei generatio est, vt enarrari nequeat? Ergo aut nimis audax fuit Euangelista Matthæus, qui à generatione Christi secundùm carnem auspicatus est Euangelium, aut saltem Ioannes temerariè diuinam Verbi generationem enarrare præsumpsit. Vtrumque ex alterutro redarguitur. Nisi fortè alia sit inenarrabilis; & humanis oculis inuisa generatio Christi. Audi coniecturam, non assertionem super re grauissimâ Matthæus cap. 1. vers. 1. sic inchoat Euangelium suum, *Liber generationis Iesu Christi, &c.* Hæret Hugo Cardinalis in Euangelij limine: *Quare, inquit, vocat hunc librum generationis, cùm alia multa contineat?* Certè nimis augustè inscribitur titulus huius Euangelij, cùm maior & augustior eius portio contineat Christi doctrinam cœlestem, stupenda miracula, vitam planè diuinam; sinceram cum hominibus conuersationem, & tandem mortem, quâ consummauit Redemptoris elogium. Illa tantula tanti operis particula, quæ necdum explet caput, in quo generatio Saluatoris describitur, dabit nomen Euangelio, & hæc perampla excludentur ingloriè? Profectò hæc omnia dicuntur Christi generatio, nempe diuinior Christi doctrina, augustior sanctitas, miraculorum eminentia, sublimior virtus, generosè contumeliosus interitus; hæc, hæc inquam, est Christi generatio, quia ab his Christus Deus singulariter quasi generatur, & genus ducit à propria virtute. Vnde dum hæc omnia in libro suo narrat Euangelista Matthæus, ait, *Liber generationis Iesu Christi.* Ac si Christus Deus non tantùm sit Patris Dei filius in æternâ generatione genitus; & filius Virginis in tempore generosè prognatus; sed etiã sit sui quodammodò filius, & genus ducat à propriâ virtute. (Hispanè dicimus: *Cada vno es hyo de sus obras.*) & genus suum à se etiam incipere, & esse exhibeat. Vnde liber, in quo eius præclariores virtutes continentur, consultissimè inscribitur *Liber generationis Iesu Christi.* Profectò Christus, qua Deus est, augustâ Patris Dei generatione sublimis est, & quâ homo, generosâ Virginis natiuitate augustus est, & tamen tam illustres generationes hîc omittit Euangelista ad inscriptionẽ Euangelij, (secundum hanc coniecturam,) & illud inscribere videtur à præclarâ sui à se quasi generatione. *Generationem eius quis enarrabit?* At si census, seu æstimatio nobilitatis Christi à se, & à suis virtutibus etiam fit. Quod alienum non est à modo loquendi Scripturarum, vt iam explico.

26. Isaias. *Christi generatio à suis operibus?*

Math. Ioan.

Math.

Hugo.

Geneseos 6. v 9. cùm Moyses publicare intendit illustrissimam Noëmi prosapiam, sic inquit: *Hæ sunt generationes Noë, Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit.* Hæcne generatio Noëmi; an eius illustrior virtus, perfectior sanctitas? *In tantum autem* (ait Philo) *scriptura magnificat hunc virtutis amatorem, vt in stemmate eius, non more aliorum, auos, proauos, maiores que cæteros, recenseat, siue paternos, siue maternos, sed virtutes quasdam; tantùm non disertè clamitans, nullam aliam familiam, cognationem, patriam sapientis esse præter virtutes, & earum actiones. Ita sunt, inquit, generationes Noë, Noë homo iustus, perfectus in generatione sua, Deo placuit.* Nempe generatio, & stirps Noëmi, eius virtutes, & earum actiones sunt: ipse sui soboles, & hæres est. Respuit scilicet auorum præclara stemmata, vt ipse se ipsum generet ac veram virtutis nobilitatem, in qua quiuis esse potest à se genitus: nam dum ipse virtutes, gratia obstetricante, parturit,

21. Genes. *Noe generatio à sua virtute.*

Philo lib. de Abrahamo.

sui parens, & filius est, arcana virtutis generatione. *Generationem eius qui enarrabit?*

22. Apocal. Ambr. Aretas. Andr. Cæsar. Rupert.

Apocalypsis 5. vers. 5. *Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.* Et cap. 22. v. 16. *Ego sum radix, & genus Dauid.* Diu torsit interpretum ingenia, quo pacto dici possit Christus Deus, radix Dauidis; quia potiùs Dauid radix est IESV Christi, qui fuit trigesimus à Dauide. Omitto explicationem S. Ambrosij, Aretæ, Andreæ Cæsariensis, & Ruperti, quibus è recentioribus plures ancillantur; quia censeo notum esse Hebraïsmum, (de quo aliàs.) S. Bernardus, ita super hâc fatur eleganter: *Non Dauid radix eius, sed ipse radix Dauid. Meritò ergo, Dauid sancte, filium tuum vocas Dominũ tuum: quia non tu radicem portas, sed radix te.* Nempe Christus verè propagatus est de radice Iesse, & filius Dauidis est, & Dauid eius radix, à regiáque Dauidis stirpe traxit humanam nobilitatem: Deinde cùm Christus à suis virtutibus, & earum actibus, nouam quodammodò sibi generationem auspicatus sit, & genus sibi fecerit arcano virtutis sacramento, quouis illustrissimo nobilitatis genere, dicitur suorum operum filius; hinc Christus est radix suæ nobilitatis, quæ retrò trahitur etiam ad parentes, auos, & maiores, qui ex illâ nobilitantur, & fulgent sobolis claritudine. Vnde Dauid est radix nobilitatis Iesuanæ, & IESVS est etiam radix nobilitatis Dauidicæ. Christus nobilitatur antiqua Dauidis prosapia, & Dauid præmaturè illustratur recenti nobilitate, qua eius soboles Christus IESVS arcano generationis modo, ex propria virtute, Noëmi adinstar, prognatus, genus sibi fecit, & sui quasi parens à virtute suâ est, & velut soboles, & filius sui. Ecce tibi, Dauid est radix Christi secundum carnis propagationem, & Christus est radix Dauid secundum propriæ virtutis, & operationis nobilitatem. Dicamus ergo cum Moyse, non iam de Noëmo, sed de Christo. *Hæ sunt generationes IESV Christi, IESVS Christus vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis.* O arcanã sui à se generationẽ! *Generationẽ eius quis enarrabit?*

Bern. serm. 1. Paschæ. *Filius Radix est parentis.*

23. Iudith.

Vnde Iuditha c. 16. v. 14. vt exaggeratiùs deprædicet Bethuliensiũ virtutem, ait, *Filij puellarum cõpunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos.* Filios puellarũ appellat eos, id est, nullo hæreditario robore vegeti, sed enigorati, & imbecilli, vt potè imbecilliũ puellarũ soboles; qui tamẽ sic à propria virtute robusti facti sunt, vt Assyriorum acies fugauerint, euerterint, profligauerint: Et qui à parentum generatione *filij puellarũ* sunt; à propriæ virtutis, & operationis nobilitate, genus sibi fecerint: *Son hijos de sus obras*, & digni qui maiores suos nobilitẽt nouæ & arcanæ ingenuitatis illustri stemmate. Sic etiam Iudithæ illustrissimi natales recensentur hîc, v. 1. & exinde genus, quod propria virtute, & eius actibus sibi fecit, quod laudat Ozias Bethuliæ Princeps, quod prædicat Ioachim summus Dei Sacerdos: quin & omnis Hebræorũ populus, propriæ nobilitatis quã ipsa sibi fecit, encomiastes factus est. Et ipsa Iuditha, c. 9. v. 2. recensens nobilitatem, patris sui Simeon, quã æmulari satagit, non eam commendat à maiorum gloria, sed à propria virtute, qua ipse sibi fecit illustre genus, & sibi propriã nobilitatem peperit.

Clem Alex li. 1 Strom. c. 8. *Bonus filius maculas Parentum extergit.* Ambrof.

Iuuat hîc subnectere, quasi huius §. appendicẽ, pulchra verba Clementis Alex. *Quid enim Adæ profuit talis eius nobilitas, & quòd eius nullus esset pater mortalis? Ipse enim pater hominũ turpia quidem prõpto & alacri animo delegit.* Quærit S. Ambrosius in cap. 3. Lucæ, quare Christus Deus elegerit propagari ex pluribus fœminis ab impudentia, & ignobilitate famosis: & respondet: *Ne maculata quoque originis non recusaret iniuria: vt beneficium redemptionis etiam à suis maioribus inchoaret: ne quis putaret originis maculam impedimentum esse posse virtuti: nec se insolens de sui nobilitate iactaret.* Expende ad rem, quam versamus, illud: *Ne quis putaret originis maculam impedimentum esse posse virtuti*; Virtuti inquam, qua ipse à propriâ virtute, & eius actibus, sui parens, & soboles est, sibi faciens illustre genus.

§. VII

Multiplicatur census administratus per Domini sui manus; serui administratores censum dissipant.

Genesis 26. v. 4. venditus in Ægypto *Ioseph inuenit gratiam coram Domino suo, & ministrabat ei; à quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa, quæ ei tradita fuerant, & multiplicauit tam in ædibus, quàm in agris cunctam eius substantiam.* Et addit sacer textus: *Nec quicquam aliud nouerat* (scilicet Putiphar Iosephi Dominus,) *nisi panem quo vescebatur.* Est Hebraïsmus, significans Putipharem fuisse omnino vacuum à cura rerum suarum, nihílque earum solicitum: vel *Nihil aliud nouerat* (nempe Ioseph) *nisi panem, quo vescebatur.* Id est; Iosephus cùm in potestate sua haberet omnia bona Domini sui: cúmque ex illis multa deriuare posset in emolumentum suum: nihil planè sumpsisse sibi ex illis præter quotidianum cibum: atque hunc fuisse panem siccum, qui erat cibus seruorum. Ita exponit Peretius. Verùm quia rarò vel nunquàm tã fidelia Iosephi seruitia inueniuntur: nollem vt tot essent Putiphares, qui sic totum censum credant seruis procuratoribus, vt nihil habeãt, quod non sit in potestate eorum; per quorum manus omnia geruntur, vel potiùs dissipantur. Sciat Dominus quid habet, quid agat procurator; nil nisi Domino consulto, & iubente agatur: nam negligens Dominorum confidentia depauperat censum, & euertit amplissima patrimonia. Porrò Euangelium est, Villicum illum iniquitatis, Luc. 16. v. 1. adeò versutum esse in deriuandis ad se diuitiis Domini sui, vt vel illo cõscio, non cessauerit ingeniosè dissipare bona illius. Et Regi, Matth. 18 v. 24. rationem petenti à procuratoribus, oblatus est seruus, qui regio censui defraudauerat decem millia talentorum; Talentum autem auri Hebraicum, continebat quantum aurei nostrates 1250. pendunt, vt docet Mariana, quod immensam reddit summam. Imò in Christi pauperis paupere collegio, nescio quis Iudas Procurator procurabat capere diues emolumentum ex eleemosynarum reculis, & pecuniolis. Adeò nemo aut rarus administrator inuenitur, qui fidele præstet seruitium Domino. Ergo nisi per manus, & arbitrium Domini cuncta gerantur, non ad nutum serui, locupletior substantia profligatur.

24. Genes. — *Procuratores censum Dominorum palàm dissipāt.* — Perer. — Luc. — Matth. — Mariana de Ponder. & Mensur. c. 6.

25. Ioann.

Ioannis 6. v. 11. Christo Deo cibaturo innumeram hominum multitudinem in deserto, quinque tantum hordeacei panes, & duo pisces aderant: *Accepit ergo IESVS panes, & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus. Vt autem impleti sunt: dixit discipulis suis; Colligite; quæ superauerunt fragmenta, ne pereant: collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis.* Vidésne oculis panum multiplicationem

tionem vsque ad miraculum? ex quinque panibus, quinque hominum millia cibantur, & ex fragmentis, quæ supersunt, duodecim corbes implentur? Ita planè; sed aduerte ad causam, quam Euangelista Ioannes insinuat: *Accepit* IESVS *panes, & distribuit discumbentibus.* Dominus IESVS accepit panem in manus suas, & ipsemet impertit discumbentibus, timendum non est, quòd desint panes, sed certò sciendum, quod superrerunt. Id pulchrè expendit Toletus, comparatione factâ cum manna non affluenter dato; sic aiens, *Forsan voluit Dominus se hoc facto Moyse superiorem ostendere: hic enim non propriis manibus manna porrigebat, sed de cœlo Angelorum opere factum descendebat, & nihil poterat in alterum diem asseruari; at Christus suis manibus panes multiplicauit.* Quasi dicat: Moyses olim Hebrææ gentis Propheta maximus in deserto cibauit eundem populum manna: At sibi istius nihil superrerat, etsi Angelorum operâ & industriâ descendebat è cœlo. Nam quod ipse Moyses non immediatè per se distribuebat, non valde abundabat; etsi per manus Angelorum, & cœli ministeria, fiebat. Num cœlum sibi vsurparet aliquam annæ portionem? Num Angelorum auaræ manus? aut quæ in alios vsus detinarent cœlestes cibos? minimè quidem. At alienæ manus erant, non propriæ Moysis, qui imperium gerebat populi. Vnde nihil superetat ex manna. *At Christus suis manibus panes multiplicauit.* Verùm quia Moyses administrator erat, ideo manna non superfuisse addit egregiè Basilius Seleucus, sic fatus: *Verum quod loquor, aliunde clarè disca mus. De cœlo manna quondam Israelitis dabatur, sed quia miraculi administer seruus erat, necessitati quoque donum seruiebat; & cùm manus lectione manna ...* *expleret, quodque residuum euanescebat, &c.* Id est, Christi Domini manus panes multiplicant; nam per se panes expendit; cùm verò in deserto quondam Dominus alimenta dedit populo per manus aut Angelorum, aut Moysis, quia per seruos etsi fidelissimos res administrabatur, nihil superfuerat abundanter, ne dicam, aliquid requiri. Cæterum quis Dominus habet administratores fideliores Moyse, aut Angelis? caueant ergo ne depauperentur eiusmodi administratione. Hoc vnum scio, cùm Christus Deus per proprias manus cibos largitur, omnia abundare vbertim, quasi veritus sit, ne si per alios res administret, non modò non supersit, sed desit necessarium.

In manu Domini panes multiplicantur.

Tolet. in Comment. huiu verb.

Basil. Sel. Orat. 37.

46\. Mirabatur aliquis, cur Christus Deus, qui dat omnibus affluenter, qui diues est in misericordia, qui sanabat omnes; cùm sanitatem quandam expensam agnouit in fœminam illam, quæ sanguinis patiebatur fluxum, Lucæ 8. v. 46. tam sollicitè inquisierit, *Quis est, qui me tetigit?* (nulla premam aliorum vestigia.) Iam iam moritur Archisynagogi filia, quò pergis; & festinato opus est & cursum sistis, ô Domine, vt inquiras, qui salutem à te consecutus sit? Imò quis saltem à te non consequitur? Omnes sanâs, & nescio quam fœminam, quæ fidei antidoto salutem à te consecuta est, tam impensè vestigas? Auarè dat, qui tam sollicitus est de dono. Hæc olim tua velut effusior liberalitas? Ne timeas, vt thesaurus omnipotentiæ, ex quo beneficia depromis, imminuatur; inexhaustum enim est omnipotentiæ ærarium, quod nec largitionibus nec furtis exhaurietur. Ita planè, nec largitionibus, nec furtis exhaurietur. At nihilominus quasi canet Christi Dei sollicitior prouidentia, ne imminuatur liberali negligentiâ administrantium, ærarium omnipotentiæ? Saltem notanter aduertunt Euangelistæ; dum constanter scribunt causam cur Christus sollicitus sit dicens: *Quis me tetigit? nam ego noui virtutem de me exiisse.* Sic scribitur Marci 5. Luc. 8. Virtus *exiisse* dicitur, non dicitur emissam, non dispensatam fuisse; sed quasi inscio Christo, nec expresè sanitatem illam dispensante, hæc est vis verbi illius *exire*, quo constanter vtuntur Euangelistæ. Et S. Chrysologus, donum quod quasi inscio Christo, dicitur *exiisse*, non emissum, seu positiuè datum, Fraudem sententiose appellat. Nam per fraudem expenditur, quod *exit* à Domino, quod non per manus Domini expresè donatur. Itaque (loquitur Euangelista humano more, sicut cùm interrogat Christus, quæ scit; sic *exire* dicit, quod emittit) cùm exit donum, cùm non dicitur per manus, & voluntatem Christi emitti, & dispensari; cùm suspicio est expendi bona, alio dispensante, quàm Christo Domino, sedulò conatur, & sollicitè inquirit Christus, quasi veritus ne si per proprias manus, manus non impenditur, prodiga, & fraudulenta expensio fiat: sic patet energia verbi *exire.* Et satis insinuant hanc exaggerationem ipsi Euangelistæ, vt caueant Domini, ne quid doni domo exeat, quod ipsi aut nesciant, aut non emittant. Quia per ipsorum manus administratio facienda est; nam hac in re negligentia, prodigalitas est euersio patrimoniorum est. Sic Manasses diues erat valde, nam ipse erat administrator rerum suarum. Vnde hîc, vers. 2. dicitur, quod ipsemet *instabat super alligantes manipulos in campo*, non per administratores, & vicarios, qui propriis lucris incubant, non Dominorum emolumentis.

Lucæ. Christus nihil dispensari vult, nisi sciens.

Marc. Luc.

Chrysol. serm. 33.

Iudith.

§. VIII.
Commentarius litteræ.

Vers. 5. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.

Vers. 6. Et habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & & neomenias, & festa domus Israël.

Vers. 7. Erat autem eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum & gregibus ouium plenas.

Vers. 8. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui loqueretur de illa malum.

ET *in superioribus, &c.* Iudithæ viduæ religiosa vita paucis describitur. Et quidem in domus suæ extremâ contignatione tenuit separatum gynæceum, vbi remota non tantùm ab exterorum turbâ, sed etiam à Domesticorum strepitu, cum muliebri comitatu agebat religiosam vitam. In gynæceo erat recessus, in quo cum puellis suis orationi vacabat. Secessus hic dicitur *Secretum cubiculum.* Sic Matth. 6. vers. 6. *Tu autem cùm oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem in abscondito.* Quod hîc dicitur *secretum cubiculum*; sequenti cap. v. 1. dicitur *Oratorium.* Textus 25. Vers. 5.

Matth.

Iudith.

Græcus pro secreto cubiculo vertit: *Fecit sibi tabernaculum in domate domus suæ*: Quia Oratorium referebat quandam speciem Mosaici tabernaculi, quod extentum erat in supremâ contignatione, seu tecto domus. In hoc gynæceo seiunctiò à domus reliquę strepitu, viuebat Iuditha, quò magię abstineret ab aspectu, & colloquio exteræ, imò & domesticæ turbæ. Præclarum profectò Viduis documentum, & exemplar, vt aduertit Martinengus in Glossa ad Genes. c. 1. & quod taxat eas viduas, quas vitandas hortatur Paulus 1. ad Timoth. 5. v. 13. Nec modo Christianis, sed etiam Gentilibus mos fuit istiusmodi religiosos secessus, sed oratoria extruere, in quibus reponebant Deorum icunculas; & Lararium appellabantur. Et quidē Eustrathius ad 2. Iliados tradit, veteres ædificare solitos virginibus superiora in ædibus loca, vt difficulter adiri, inuenirique possit. Super quo legi potest Pineda ad Eccle. 2. vers. 4. numer. 8. Et Sotomaior in Cant. ad illud, cap. 3. *In cubiculum genitricis meæ*. Et Lorinus in Psalm. 127. v. 3. ad illud: *In lateribus domus tuæ*, qui hunc Iudithæ locum elucidant.

Oratoria olim vsitata apud Ethnicos. Martineng. 1. Timoth. Eustrath. Pined. Sotom. Lorin.

28. Vers. 6. *Et habens super lumbos suos, &c.* Experta voluptas, & gustata libido auidius allicit, & incitat. Hinc virginis castitas felicior, viduæ laboriosior. Ergo vt expertæ veneris igniculos temperet Laditha, tenera mēbra sacco exasperat, vt cilicio carnem fodicante, lasciuiam frænet, & plus cogitet de modestiâ sedandâ, quàm de voluptate sectandâ. Verùm quàm se armarint religiosi viri, & piæ fœminæ his ciliciorum asperitatibus contra carnis lasciuiam; quámque his armis exarmauerint Venerem, plenæ sunt sacræ, & Ecclesiasticæ Historię. Parco vulgari eruditioni, & nemini non notæ. De quo agam ad cap. 9. v. 1.

Cilicio exasperabat Iuditha tenellas carnes. Sed iuuat nosse quotuplo tempore delicata membra cilicino sacco lancinarit. ô ferè immitis pœnitentiæ pium ardorem! toto vitæ tempore sacco induta erat, quia toto quo ieiunabat tempore cilicium gestabat: ieiunabat autem omnibus diebus vitæ suæ. Id est, *viduitatis suæ*, vt scribitur in textu Græco. Nam superstite marito verosimile non est contabuisse ieiuniis, nec interuli sacci sordibus squaluisse. Cæterùm quàm fuerint austera Hebræorum ieiunia narrat Philo de vita Moysis, aiens ante vesperum non solui; subscribit S. Hieronymus, lib. 2. contra Iouin. Latret licet Stomachus esuriali rabie.

Philo. Hier.

29. Seuerum hoc ieiunium interrumpebat pia fœmina, Sabbatis omnibus; Sabbatum enim genialis erat, & gaudij dies. Imò traditur à R. Moyse Ægyptio, lib. 3. de temp. cap. de Sabbato, & de Ieiunio, prohibitum fuisse Iudæis, appositâ pœnâ, ieiunare Sabbato, nisi ab hostibus obsideretur vrbs. Sic Christianâ religione vetitum est die Dominica ieiunare. De qua re extat Canon. 65. Apostol. apud Clem. lib. 6. de Constit. cap. vlt. & lib. 7. Const. cap. 24. & ibi Turrian. noster aduocat Damasc. lib. de Ieiun. & alios. Idem tradit S. Ignat. epist. 5. ad Philip. Tertull. in Apolog. cap. 16. & in Concil. Carthag. IV. can. 64. scribitur: *Qui studiosè ieiunat die Dominico, non credatur Catholicus.* Eadem fermè docet Concil. Gangr. cap. 18. legi potest, cap. *Si quis*, 7. & cap. vlt. d. 30. & cap. *Sacerdos* 26. q. 7. & cap. *placuit*, cap. *Ieiunium*, cap. *Ne quis*, cap. *Ieiunia*, de Consecr. d. 3. Videri potest S. Basil. de Spiritu sancto, & S. Epiphan. in Epitome fidei, & S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. ad 3. & in 4. d. 15. q. 3. art. 3. Causa, & origo cur die Dominicâ non ieiunetur, tradit Baronius anno Christi 57. & 58. & Bellarm. lib. 2. de bonis operibus, cap. 18. & seqq. Et quidem Iudæos Sabbatis otiari, & vacare, epulis refert S. Hieronym. in Isaiæ cap. 15. *Neomenia* festum erat in auspicio mensium celebratum. De Sabbato, & Neomenia, & reliquis Hebræorum festis legi potest Cardinalis Toletus, in Ioannis 7. cap. Benè refutat Baronius in Annal. ad annum Christi, 34. & Serar. q. 7. quædam à Gentilibus argumentula, quæ nituntur probare, Iudæos Sabbata sua ieiunasse, quorū solutione abstineo: quia scitum ab omnibus est, Iudæorum res, & neglectas, & ignoratas fuisse à Gentilibus. An Iuditha ieiunauerit etiam Prosabbata, & Pronumenia disputat Serarius quæst. 10. & 11. affirmat Tirinus ex Græco textu.

R. Moyses. Clem. Turrian. Damascen. Ignat. Tertul. Conc. Cart. Conc. Gang. Basil. Epiphan. S. Thom. Baron. Bellarm. Tolet. Baronius. Serar.

Erat autem eleganti aspectu nimis, &c. Dicitur Iuditha pulchra nimis, id est, valde. Sic Esther. cap. 2. dicitur *pulchra nimis*, & Susanna Danielis 13. *pulchra nimis*, appellatur. Psalm. 47. & 95. *Magnus Dominus & laudabilis nimis*; & Psalm. 96. *Nimis exaltatus es super omnes Deos.* Nolo vsque ad tædium lectoris agglomerare loca ad id probandum, quæ vbertim suppetunt vel imperito. Ecce fœminam genere illustrem, pulchritudine nobilem, conditione viduam, diuitiis florentem, pietate insignem, in qua formæ venustas cum Religione certabat: per hanc matronam inclytam, mirabile facinus ad Orbis stuporem præparabat Deus. Cæteras Iudithæ dotes inuenies in Scriptura attestatas; secùs ætatem. Salianus ad annum mundi 3346. num. 56. triginta tres annos habuisse tradit, cùm descendit ad Holofernis castra. Bellarmin. tom. 1. lib. cap. 12. quadragenariam facit. Serar. in cap 6. quadraginta quinque annos illi tribuit, Gretserus quinquaginta, Torniellus, anno 5. ætatis 331. dat illis tres & quinquaginta. Quod difficile videtur; nam infra, cap. 12. v. 12. *puella* dicitur, & S. Fulg. epist. 2. cap. 15. inquit, esse *ætate virentem*; & Guadelupensis in cap. 2. Lucæ, ait esse iuuenem: quod planè constat ex hoc versiculo, in quo dicitur pulchra nimis; tanta autem venustas in iuuenta floret, non in senili ætate, nisi ad miracula confugias hîc superuacua; & planè conficta ad eludendas difficultates, quas soluere ægrè possunt, qui hanc Historiam ante Babylonicam captiuitatē asserunt accidisse. Nos verò qui post captiuitatem contigisse statuimus, in pulchriori iuuenta, & florenti ætate dicimus cepisse Holofernem pulchritudinis illicio, venustate captiuasse, virtute detriumphasse, & obtruncasse suo ipsius pugione.

Serar. Tirinus. Vers. 7. & 8. Esther. Daniel. Psalm. *Anni Iuditha.* Salianus. Bellarm. Serar. Gretser. Torniel. Iudith. Fulg. Guadal.

Addit sacer Historiographus: *Cui vir suus reliquerat diuitias multas.* Hinc arguit Pineda lib. 1. de rebus Salom. cap. 7. Iuditham fuisse sterilem; nam si filios habuisset, eis paterna hæreditas legitimo iure obuenisset. Verùm hoc argumentum sterile est ad id probandum. Tantùm enim euincit Iuditham tunc liberos non habere, quod asserit Serar. ad cap. 16. quæst. 8. ex eo autem quòd liberos tunc non habuerit, non bene probatur esse sterilem: potuit enim priùs fecisse aborsum: potuit nata proles præmaturè obiisse; potuit eius vir Manasses sterilis fuisse. Quod verò filios non haberet Iuditha, cùm accidit hæc Historia, mihi verosimilius est, ob rationem suprà factam, nam si filios habuisset, eis contigisset mariti hæreditas, non ipsi Iudithæ: Dein nulla illorum mentio fit, cùm alia minutiora narrentur: quo argumento vsus est S. Augustinus lib. de Viduis cap. 7. vt probaret viduam illam, quæ Lucæ 2. erat in templo, & puerum Dominum salutauit, caruisse prole. Denique hîc, cap. 16. dicitur in textu Græco: *Antequam*

30. Pineda. Serarius. *Iudith an fuerit sterilis.* August. Lucæ. Iudith.

quam mereretur diuisit bona sua omnibus propinquis Manasse viri sui, & propinquis sui ipsius generis. Neque enim credibile est sanctissimam matronam adeò malè moratos filios educasse, vt promeriti sint ex asse exhæredari. Itaque filios non habebat Iuditha, quod tacuit sacer textus: *Pudor enim est fœminis nuptiarum premia non habere, quibus hæc sola est causa nubendi.* Verba sunt sancti Ambrosij in c. 1. Lucæ. Caruit Iuditha liberorum decore, sed caruit naturalis parturitionis probro. De quo eleganter Tertullian. lib. 3. adu. Marc. c. 11. aiens: *Age, iam perora, cloacam vo. a vterum tanti animalis, id est, hominis producendi officinam: persequere & partus immunda & pudenda tormenta, & ipsius exinde puerperij spurcos, anxios, & lubricos exitus.*

Ambros. — *Partus communes spurcitia.*

Ad hæc dicitur, *Erat in omnibus famosissima*, id est famæ probatissimæ, ait Emanuel Sà; *Quoniam timebat Dominum*: nam mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Quod est *verbum malum*, quod nemo de Iuditha loquebatur? Viegas in Apocal. c. 14. sect. 4. ad laudem castitatis id refert: hoc est omnium ore castissima audiebat, absque vlla inhonestatis suspicione. Et hoc est: neminem de Iuditha loqui verbum malum. Notat Mendoza, 1 Reg. ad cap. 12. v. 4. Annot. 10. sect. 3. hunc locum commentans, quod firmissima solet esse illa sanctitas, quæ nullis opprobriis quatiatur, sed publicis præconiis solidetur: aliquando enim prosperior felicitas iuuat ad virtutem; & sanctos cudit honor. Verùm instar miraculi est, quod nemo fuerit, qui verbum malum de Iuditha locutus sit, cùm minutissimos corporis, & animi defectus cauillentur homines; de quo legi potest Plutarchus in Polit. ad Traianum, parum à principio.

Sà. — Viegas. — Mendoza. — Plutarch.

§. IX.

In vita Religiosa nomina ærumnarum sunt, nō ærumnarum vacua.

31\. QVi suspirant sæculi delicias, culpant Religiosam vitam quasi tetricam, peracerbam, & intolerabilem Monachorum perpetuum cubile, vocant æternum carcerem; obedientiam Prælatis exhibitam, appellant duram seruitutem; ieiunia, humicubationes, vigilias, humilitates, cilicia, & reliquas religiosæ vitæ asperitates, quasi diram tyrannidem perhorrescunt. Nimirùm religionis incommoda metiuntur ex incommodis sæcularibus: & quoniam sæculi amatores acerbè ferunt paupertatem, dedecus, inediam, pernoctationes, & cæteras vitæ humanæ molestias: existimant eiusmodi vexationes etiam infelicitare monachos; quibus potius beantur. Profectò Religiosæ vitæ frons cum sæcularibus ærumnis conuenit, sed introrsùm dissimillima sunt omnia; fruuntur enim seruitute liberâ, egestate, diuite, humilitate ingenua, inedia saginata, asperitate placida, & calamitate felici. Nam quod intolerabile est sæculi amatoribus, periucundum est religiosæ vitæ cultoribus. Eleganter S. Gregorius Nazianzenus de Monachis agens: *Vidésne hos pauperes victu, ac tecto carentes, hos humiles & terrenos: & supra terrena, qui inter homines versantur, & rebus humanis sunt superiores; qui vinculis pressi, & liberi sunt; qui nihil in mundo habent, & omnia habent, qui mundo superiores sunt: hos inquam, propter mortificationem immortales, propter solutionem Deo coniunctos: quorum est abijci, & quorum simul est super thronos sedere: qui nudi sunt, & incorruptibili vestiuntur indumento; qui in solitudine huius sæculi, alterius sæculi frequentia ac celebritate fruuntur; qui voluptates abijciunt, & tamen perpetuam atque inexplebilem animorum oblectationem habent?* Audis quàm sint felices Monachorum ærumnæ? Vides quàm prosperæ sint Religiosorum calamitates: Profectò vita religiosa exarmat laborum sæuitiam, & felicitat humanas miserias, mellit acerbitates humanas: & quod in sæculo infelicitat, in Religione prosperat, & vbertim beat. Egregiè sanctus Climacus dixit: *Monasterium esse quoddam cœlum terrenum*: nam cœnobialis vita cœlestis beatitudinis est æmula in terris, Olympia gaudia ingerens in terrenis angoribus & ærumnis. Nonne Paulus cœlesti quadam lætitia refusus in calamitatibus, exultans aiebat: *Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra?* 2. Corinth. 7. vers. 4. O ingenium gratiæ, quæ ex funesto tribulationis veneno sugit salutares lætitiæ succos præsertim in Religionis terreno paradiso, aut cœlo!

Religiosorum vita incōdior, & beatior. — Nazianz. Orat. 1 in Iulianum. — *Monasterium est cœlum terrenum.* Ioannes. Climac. Gradu 4. — 2. Corinth.

32\. Sententiosè Religiosum Cœnobium comparatur terreno Paradiso; sic vocauit illum S. Antonius apud Plati lib. 3. cap. 14. qui vbertim hoc argumentum tractat. Et S. Bernardus ad Cleric. cap. 21. loquens de Religiosis congregationibus, ait: *Nec verò locum reputes corporalem paradisum hunc voluptatis interne.* Valde commēdatur Religiosa vita comparatione Paradisi voluptatis, in quo posuit Deus omnium deliciarum vberrimum promptuarium. Sed profundior est comparatio Religionis ad Paradisum, quàm vt superficie tenus appareat. Profectò (nisi ego fallor) in hac comparatione publicatur, quàm sint iucundæ, & deliciosæ Religiosorum ærumnæ, quæ in homine sæculari & prophano, laboriosæ sunt, & pœnales. Genes. 2. v. 15, nuper creatum Adamum collocauit Deus in Paradiso voluptatis. Quo fine? *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradiso, vt operaretur, & custodiret illum.* Profectò pugnare sibi videtur sacer textus; non enim aptè cohæret sententia. Reponit Dominus hominem statu innocentiæ felicem in paradiso voluptatis, seu deliciarum, in quo fruatur paradisiacis deliciis & illum affigit ad agricultu æ sudorem? Quod sapienter addubitat S. Augustinus aiens: *Videamus quid sit, quod dictum est, vt operaretur. Nunquid forte agriculturam Dominus voluit operari primum hominem? An non est credibile quod eum ante peccatum damnauerit ad laborem?* Largior Dei misericordia blandiitur innocenti Adamo, ducens illum in paradisum voluptatis, & laboriosum agricolationis laborem illi imponit? Num ærumnoso agriculturæ sudore mercabitur homo paradisi voluptates? Et quidem quàm laboriosa sit agricolatio, publicat Moyses infrà cap. 3. vers. 23 illam recensens inter cætera supplicia inflicta Adamo originalis delicti reo: *Et emisit, inquit, eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est.* Quid ergo Deus damnans peccatorem Adamum, supplicij loco ponit, *vt operaretur terram*, & quando illi liberalissimè fauit, posuit eum in paradiso, *vt operaretur illum*? Num Deus benè punit Adamum damnans illum ad agricolationem quem vt paradisiacâ voluptate frueretur, destinanit ad agriculturam in paradiso? Præuidit hanc difficultatem S. Thomas, qua pollebat ingenij perspicaciâ, & respondet, aiens: *Nec tamen illa operatio esset laboriosa, sicut post peccatum, sed fuisset iucunda.* Sed huius rei causam perspicuè insinuat Moyses, inquiens, Adamum innocentię gratiâ florentem,

Antonius. Hieronym. Platus. Bernard. *In paradiso religionis labor ipse deliciosus est.* — Genes. — August. l. 8. de Genes. ad litt. — Genes. — S. Thom. 1. p. q. 102. art. 3 in corp.

rentem, in paradiso positum, excolere paradisum, ut mox tanti delicti reum, expelli è paradiso, & damnari ad excolendam terram extra paradisum positam. Nimirùm homini in paradiso ærumnosus agriculturæ labor placidus est, & iucundus, & paradisiacas delicias sapit; ac idem agricolationis labor extra paradisum supplicium est, & pœnalis calamitas tanti flagitij digna. Profundè ergo vita Religiosa vitæ paradisiacæ comparatur: quia labor extra paradisum Religionis, intolerabilis est; in Religionis paradiso iucundus, & deliciosus est. Sęculares ærumnæ infelicitant: Religiosæ planè beant.

34. Parum est Religionis labores comparari paradisiacæ voluptati: nisi etiā assimilentur beatæ cœlitum gloriæ. S. Basilius Magnus inter alia elogia, quæ de vita Monastica scribit, inquit, *Nihil esse in terris tam magnum, & tam pulchrum, quod ei comparari possit: itaque è solo cœlo petendam eius similitudinem*: in quâ similitudine vbertim excurrit. Porrò in cœlo species quasdam esse quasi ærumnarum, docent Scripturæ, & Patres, (vt multis adstruam ad cap. 16. §. 24.) non quòd beatos affligāt; sed quia feliciùs beant. Vnde Apocalypsis 4. v. 8. de quatuor illis animalibus, qui Beatorum proceres erant dicitur: *Et requiem non habebant die ac nocte.* Quid? Beati pernoctabant irrequieto, & ærumnoso labore? Et 2. Cor. 4. vers. 17. *Æternum gloriæ pondus* dicitur. Numquid superna Beatorum gloria pondus est, quod beatos degrauet? Quin & agens de summa summi Dei beatitate Claudius Marius Victor sic pangit: *Immensum mole beata Regnum erat ipse suum.* Audis Beatitudinis gloriam dici pondus, & immensam molem? Ergo Beati requiem non habent, & æterno pondere, & immensâ mole premuntur. O ærumnosam gloriam! Imò longè feliciorem, & augustiorem. Nam cùm apud homines humana voluptas fugax & fallax sit; at veræ & solidæ sunt calamitates: hinc assumit Scriptura nomina ærumnarum, vt publicetur, beatas delicias nō esse fallaces, vt sunt humanæ; sed vt humanæ ærumnæ, esse solidas & veras. Nempè veriùs prosperat voluptas beata, quàm infelicitat humana calamitas. Redeo ad præsentem thesim. Ideo religiosa vita comparatur à Basilio beatitudinis gloriæ: quia sicut in gloria beatitudinis nomina sunt ærumnarum, sed re ærūnarum vacua, & plena gloriæ succo: dicuntur enim Beati requiem non habere, & æternâ requie fruūtur: dein beatitudo appellatur æternum pondus, & immensa moles, non quâ beatus premitur, sed qua agilis ipse, vberiùs beatur. Ita in religiosâ vitâ gloriæ æmulâ, nomina tantùm ærumnarum audias, re vacua. Siquidem Religiosus, qui verè religiosus est, Ieiunio saginatur, vigiliis requiescit, pœnitētiæ asperitate deliciatur, disciplinæ Religiosæ immēsâ mole, non premitur, sed sublimatur; non degrauatur, sed beatur. Sic, sic taxandæ sunt Religiosæ vitæ pœnales ærumnæ; non sæculari libra pensandæ, sed æquo pondere Sanctuarij. In Religione nomen laboris mentitur molestiam, & glorias verè loquitur. Sic Hebræa gens cap. 5. vers. 15. quadraginta annis versans in vastâ solitudine, *In qua nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit; illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum; & per annos quadragiata annonam de cœlo consecuti sunt.* Audis in horrenti eremo, dulcissimo potu, & cœlesti annona pasci, & deliciari Dei populum? Nescit laborem virtus. Sic Iudith sponte expetebat tot asperitates ad delicias gratiæ.

Basil. Commo. c. 10. *In religione nomina laborum sunt, vt in cœlo.*

Apocal.

2. Corinth.

Claud Marius lib. 1. Sacr poëmat in Gen.

Iudith.

§. X.

Virtus Christiana pia tyrannis est; reddens Christianum vitæ exulem, viuum martyrem, & cadauer viuum.

Nil virtus pacatum habet: tam internè illi metus est, quàm externè. Etsi mitis, & innoxia est, iras habet implacabiles, & pugnacissimè bellat aduersus hostem externum, & internum: húncque acerbè tractat, & cruentè ferit, ita vt sanctior homo inhumanior hostis sibi sit, intestinas inimicitias violenter secum gerens Matth 11. v. 12. *Regnū cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Itaque vim à se patitur homo sæuam violentiam aduersùs se exercet: Omnésque corporis, & animi voluptates sibi abnegans, dura quæque sibi imperat, spontaneúsque sui carnifex homo est. Profundè à S. Nazianzeno, istiusmodi homines virtute insignes appellantur *Virtutis aliptæ, spirantes columnæ, viui martyres.* Aliptis cura erat de Gladiatorum robore (hoc Epitheton alibi expendo:) dicuntur *spirantes columnæ*, id est, animatæ, & vi sentiendi præditæ, quæ non emortuo, & insensili conatu tota domorum pondera sustentant; sed viua, & spiranti patientia molem ædificiorum sustinent perpetua & indefessa tolerantia, sub onere gementes. Præterea sententiosissimè dicitur, *viuus martyr*, qui perpeti mortificatione passiones suas frænat, & retūdit: & virtutis facinora intentat. Tacitè veros, sed vulgares Martyres, *Mortuos Martyres* appellat Nazianzenus. Nam vulgare martyrium vocauit Tertul. *Compendium mortis*, quia non longo tempore, vel gladius eorum ceruices truncat, vel tortore membratim lacerant pia membra, vel à bestiis discerpuntur, vel à flamma cinerescunt; & ita etsi peracerba, præpropera tamē morte doloris materia præripitur: ac moriendo fit, ne sic viuendo, diutiùs moriantur. Vnàque cum morte moritur cruciamentorum sensus. At qui impensè ad sui mortificationem incunbit, perpetuus sui carnifex est; *viuus martyr*. Non enim vno vulnere cadauerascens amittitur doloris sensus, sed acuitur, & viuescit; tantóque viuaciùs dolet, quantò crebriùs mortificatur, & dolorem sibi facit acerbiorem, & diuturniorem. Et ita fit non Martyr emortuus, sed viuus, & sensitiuus. Rem hanc pulchrè dedit idem S. Nazianzenus Orat. Apolog. ad eosdem, &c. sic exprimens huius martyrij vulnera: *Iram velut belluam quandam sustineamus, linguam velut ensis aciem retundamus, & voluptatem velut ignem extinguamus: oculos frænemus, rabiosum tactum, gustúmque vellicantem coërceamus, effusum & petulantem risum irridcamus.* Ecce tibi *viuum martyrem*, aut *viuum cadauer*, vt dixit S. Zeno Veronensis. Cadauer, inquam, emortuum ad vulnerū tolerantiam; sed viuum ad sensum doloris. A cadauere mutuatur insensilem patientiam; à viuacitate exaggeratur cruciatuum sensus. Erit igitur istiusmodi patientia emortuè viuax, & viuacissimè emortua: nempe *viuum cadauer.* Quod bellè dixit S. Chrysologus explicans illud ad Rom. 12. *Obsecro vos, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam*, sit inquit: *Mirum sacrificium, vbi corpus sine corpore: sine sanguine sanguis offertur!* Vnde idem Basilius ab eodem Nazianzeno vbi suprà, dicitur in carne viuens, *Carnis expers.* 36

Tertullianus primævæ Ecclesiæ homines notari ait quasi essent, *Exules vitæ*, quia etsi inter viuos

35

Matth. *Religiosus dicitur viuus martyr.*

Nazianz. Orat de laud Basil.

Nazianz. Tertul. l. 5. aduers Marc c. 14.

Zeno de S Arcad.

Chrysol. serm 118.

Tertul. Apol c. 41

Exul vita dicitur Religiosus.

uos sunt, à vita exulant. Enimverò quemadmodum qui exilio damnatur, extorris à patrio solo est, orbatus charissima vxore, & dulcissimis liberis, censu carens, & cognatis voluptatibus, alienus à fruge vitæ huius, &c sic sanctissimus quisque homo, qui seriò spiritoale bellum indixit sibi, *exul vitæ* est adhuc viuens; & ab huius vitæ voluptatibus exulat, inter voluptates peregrinatur in sua patria, & in patrio solo extorris est, & in vita à vita exul. Propinquus enim exulat à propinquis, & longè abest à proximis, & viuens exulat à vitâ. Aptè inquit P. Damianus, serm. 52 ad Messalinum tyrannum: *Quid hoc Messaline? cur iterum vesanus? eia ergo dic mihi, quis potest exulem in exilium mittere? quis peregrinum peregrè destinare?* Nam qui sic se gerit, & ita viuit *vitæ exul est, martyr viuus, & viuum cadauer.* Sic virtus exagitat virtutis cultores! hanc vim exercet in suos, ne dicam, hanc tyrannidem. Fallor si id non expressit Basilius Seleucus de egregio Abrahami facinore, propriâ dexterâ proprium filium iam mactantis, sic locutus: *Qui Dei desiderium ingenti affectus tyrannide superius declarauit.* Pulchrè Basilius pium pij parentis desiderium, Tyrannum appellauit, & præclaram Abrahami virtutem, Tyrannidem dixit. Porrò Tyrannus violentus Dominus est, per fas, seu nefas populos opprimit; & conscius non boni tituli Imperij obtinendi, suspectus omnibus est, & inde suspicax; suspiciones pro testibus illi sunt ad quemque damnandum, arbitrium pro reatu, spurij metus pro legitimâ causâ: trucia quæque meditatur, sæua quæque exercet, & ob leuem rumusculũ cruentat gladium, & sæuit insanè. Et, vt summatim dicam, Principis potestate (quæ summa est) fũrit, hoc est Tyrannum esse. Hæc vis est Tyrannidis. Ergo quisquis volet penitus noscere, & exploratum habere ingenium virtutis: demat illicitã tyrannidis, & relinquat tyrannidem; & hæc est natura virtutis: nempe Religiosus furor, iusta iniustitia (si fas est dicere) & crudelis pietas, & pia tyrannis; quæ Iudithæ pia veluti sæuitia imperauit secreti cubilis carcerem, stricti cilicij asperitatem, perpetem inediam, macilento ieiunio indefessam, squalorem voluntarium in tanta venustate, pauperes diuitias in tam copioso censu, ferè Virginem continentiam in pyra corporis. Siccine angit Virtus sui cultores? Hæcne pietas sanctitatis, an tyranna crudelitas? Sic sic efformat Religiosa pietas cœlestes heroës, & heroïnas. Imò (quod mirere magis) sic efformauit voluptuosa Gentilitas suos heroës, semideos & Deos ipsos; tacitè cõfessã absque cruciatibus, qui æmulentur fæuiorem tyrannidem, non posse fabricari Deo. Quod eleganter scribit Tertullianus, etsi pluribus verbis, ex quibus nullum omittam, quia nullum omittendũ: *Quantùm autem de ipsis simulacris nihil aliud deprehendo, quàm materias sorores esse vasculorum. Et quidem contumeliosè, & in ipso opere sacrilegè; vt reuera nobis maximè, qui propter Deos ipsos plectimur, solatium pœnarum esse possit, quod eadem ipsi patiantur vt fiant. Crucibus, & stipitibus imponitis Christianos: quod simulacrum non priùs argilla deformat, cruci & stipiti superstructa? In patibulo primùm corpus Dei vestri dedicatur: vngulis deraditis latera Christianorum: an in Deos vestros per omnia membra validiùs incumbunt asciæ, & runcinæ, & scobinæ? Ceruices ponimus ante plumbum, & glutinum, & gomphos: sine capite sint Dij vestri. Ad bestias impellimur, certe quas Libero, & Cybela, & Cereri applicatis: Ignibus vrimur, hoc & illi à prima quidem massa in metalla damnamur: inde censentur Dij vestri. In insulis relegamur: solet in insulis aliquis Deus vester aut nasci, aut mori. Si per hæc constat diuinitas aliqua, ergo qui puniuntur, consecrantur, & numina erunt dicenda supplicia.* Vnde sanctissimus quisque viuus martyr est, exul vitæ, & viuum cadauer: atque piâ tyrannide ex terreno homine, homo cœlestis fit.

Basil. Seleuc. Orat. 14.

Virtus dicitur pia tyrannis.

Labores fecere Deos Gentium.

Tertul. Apol c. 12.

---

§. XI.

Monachorum vita quasi peccare nesciens, ferè alterius speciei homines facit: Orbis est supplementum, Ecclesiæ complementum, Euangelium viuum, & planè in ærumnis æmulatur felicia Beatorum gaudia.

Vitæ ratio & institutum huius præclaræ fœminæ, sic describitur à versiculo 5. huius 8. capitis: *In superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum in quo cum puellis suis clausa morabatur: & habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ. Et erat hæc in omnibus famosissima quoniam timebat Dominum valde, neque erat qui loqueretur de illa verbum malum.* Hoc vitæ institutum seiunctum à communi hominum viuendi ratione, in quo homo sibi, & Deo viuit cum aliquibus eiusdem propositi hominibus vili victu, & vestitu contentus, ieiuniis macilentus, cilicij horrore compunctus, diuinis laudibus vacãs; exemplaris typus est Religiosæ vitæ nostrorum cœnobialium, vt vulgò Scriptores agnoscunt, quam omnes Catholici mirè suspiciunt & dilaudant; *neque est qui loquatur de illa verbum malum.* Tametsi Lutherus, Caluinus, Vvitaherus, & eiusmodi facis homines aut monstra, vnà cum hoc libro Religiosorum institutum dehonestare, constuprare, & exterminare conantur. Sed ab iis vituperari, laudari est: neque enim nisi grãde aliquod bonum potuit à Luthero damnari. *Videant nos* (ait S. Paulinus agens de se & sui cœnobij Monachis) *non manè ebrios, sed vespere ieiunos, nec hesternò non inflati vino, sed hodierno abstemij, nec de crapula libidinis dementer instabiles, sed vigiliis honestatis integrè saucios, & sobriè temulentos, quos parsimonia faciat, non vorago titubare.* Ergo si hæreticus furor insanit aduersùs religiosos cœnobitas, Catholicâ pietate cogente, aliquas eorumdem laudes Sanctorum monumentis exprompras publicare operæ pretium me facturum existimo; vt hoc pietatis lixiuio eluam sordes, quibus Religiosum statum conspurcare licentia hæreticâ intentant impij. Ergo hic cuiuspiam Religiosi hominis Encomiastes ero, & simul Religiosi status.

Profectò vir Religiosus, & spiritualis, qui non Mundo, sed Cœlo, non sibi, sed Deo viuit vitam spiritualem ac cœlestem, sic carnalium affectionũ expers est, vt nesciat an satis homo sit, etsi verè homo est, quo magis admirère magis. Præfectus quispiã minabatur S. Basilio Monachorum Principi immanes cruciatus. Cui respondit S. Basilius apud sanctum Nazianzenum: *Iam tormenta quid agere queant, cùm corpus desit?* Audis Basilio corpus deesse? ac si totus Basilius esset spiritus, & corporis expers, quod supra humanum fastigium esset. Vnde S. Ambrosius ait non semel permittere Deum sanctissimos cuique in leuia peccata incidere, *Ne virtutibus egregiis plusquam homo crederetur.* Nam cui corpus, seu corporis affectiones deessent, plusquam homo videretur: vel saltem homo alterius speciei à sceleratis & impiis hominis. *Quare in*

18. Iudith.

Religiosi hominis fragilitas.

Paulin. ep. 7.

39.

Nazianz. in Orat. de laud. Basil.

Ambros. in c. 5. Luc.

Religiosus videtur alterius speciei homo.

Tert. l. 1. ad Vxor. c. 9.

quam

gum duorum fidelium vnius speciei, inquit, Tertullianus: ac si homo infidelis seu carnalis esset diuersæ speciei ab homine religioso & spirituali; Sanctus Paulinus ita fatur eleganter de Victore sanctissimo viro: *Ingenitâ simplicitate tam puri animi fuisse perhibetur, vt peccare nesciuit; iam in extrema ætatis senectute puer & malitia paruulus: non solum gratiæ, sed & mentis infantiam gerit.* Profectò ab vtero homo imbuitur malitiæ non bonâ eruditione: ad peccandum omnes docti, & ingeniosi sumus, at Victor, ac si foret alterius naturæ, *peccare nesciuit*, quasi agnata esset illi sanctitas? *Fidem moribus anteuertunt*, dixit S. Gregorius Nazianzenus de Religiosis viris in Orat. in laudem Patris sui, Et in Orat. in laudem Basilij Magni, dicitur S. Basilius, *Philosophus inter philosophos etiam ante philosophiæ decreta*. (Philosophiæ nomine virtus innuitur, vt aliàs sæpè:) *Et quod maximum est, Sacerdos Christianus ante initum Sacerdotium.* Nónne plu quàm homo videtur, aut saltem fere alterius speciei, qui præmaturè antè susceptum Sacerdotium, Sacerdos videtur; (Heu! alij post susceptum ordinem videntur sæculares!) ô naturale miraculum vitæ Religiosæ!

Paul ep. 14. *Religiosus peccare nescit.*

Greg. Nazianz.

40. S. Gregorius Theologus Monachos appellat, *Spirantes columnas*, id est Christianæ fidei Atlantes, in quorum humeros incumbit Ecclesiæ moles. Profectò columnę elogium est tolerantia, quæ tota ædificij pondera sustentat: eóque firmior stat columna, quò grauius sustinet pondus. At Religiosus vir columna est, non brutâ & insensili tolerantiâ stans, sed viuâ & spiranti; *Spirantes columnæ*, id est, marmoreæ ad sustentandũ; spirantes, & viuæ ad sentiendum. Sentiunt quod tolerant, pondus, & nihilominus adhuc propè pertinaciter sustinent. Vnde tolerantior patientia Religiosi viri, obstinatio dicitur Tertullianus ait de patientia Christianorum nascentis Ecclesiæ: *Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est.* Elegantius: *Sunt qui existiment Christianum (expeditum morti genus) ad hanc obstinationem abdicatione voluptatum erudiri.* Porrò obstinatio non bene audit: nam peruicaciam sonat, & obduratam pertinaciã in arrepto hæreseos proposito. Ita sanctitate proceres grauissima Religionis onera Atlanteis humeris sustinent piâ veluti pertinaciâ. Nempe grauissimæ obedientiæ iugum humilitatis abiectionem paupertatis humilitatem, abstinentiæ debilitatem, pœnitentiæ calamitatem, & Religiosæ vitæ molem: ita vt quò plures ærumnæ tolerantur marmoreâ, seu quasi obstinatâ firmitudine stent alacres & inflexiles, velut *spirantes columnæ*, viuæ ad sentiendum, marmoreæ ab robustè sustentandum supra humanas vires.

Gregor in Orat de Basil laud.

Religiosi sunt spirantes columnæ quasi obstinatâ patientes.

Tert Apolog. c. 50 & lib de spectac cap. 1.

41. Clem. Alex. de iisdem sic fatur: *Qui sunt voluptates superiores, qui vincunt animi motus & perturbationes, qui sunt Gnostici, id est, cognoscendi potestate præditi, qui Mundo sunt maiores.* Expende illud *Mundo maiores*. Profectò prægrandis, & immensitatis æmula est Mundi moles. Mirum quidem est, vt homuncio pauperculus, sordidulus, humillimus in angulo inuisi Cœnobij obscurè latens, in tantam excreuerit immensitatis molem, vt cum mundo de magnitudine certare valeat? imò superare possit. Nimirum Religiosus supra terram est, aquas enatat, super aëra volat, igneam sphęrã superat, & immensam cœlorum magnitudinem transcendit; quia *Mundo maior* est, qui supra omnia est, vt sub Deo tantùm sit. S. Nazianzenus sic fatur; *Vt Deus cunctis Ecclesiis, & animabus, ac denique vniuerso Orbis supplementò luceat.* Quis rogo, est Orbis supplementum, nisi sanctissimus quisque Religiosæ vitæ cultor, qui statim quasi agnata virtute supplet Orbis vices, & defectus? Quid illustrius? Scilicet, terra sterilescit, aquæ exundant, aër imbres negat, ignis sæuit, cœlum proficuos influxus sistit? Orationis ope, & sanctitatis auxilio occurrit his malis, & supplet elementorũ partus, & cœlorum influentias, Religiosus vir. Fœcundatur hominum malitia, & Dei gratia sterilis est bonorum operum partu, denegante Deo congruas vires ad virtutem? Supplici precum omnipotentiâ, numen placat, & Orbi restituit pia Dei munera. Religiosus vir. Qui verè est & dicitur *Orbis supplementum*, cùm suppleat Orbis defectus. *Son los buenos Religiosos supplemento del Mundo, pues sustituyen sus defectos.* Nisi velis, ideo Religiosum hominem dici *Orbis supplementum*, quia ipse in se exhibet Deo, quicquid boni, bonitatis sterilis Mundus non exhibet, substituens ipse Orbis defectus. Quia in vno Religioso reperitur quicquid boni Mundo deest. Luculenter S. Gregorius Theologus vocat suæ ætatis Monachos, *Generis nostri primitias: hac columna: has fidei coronas: & Ecclesiæ complementi.* Quasi parum foret Religiosum Monachum dici Mundo maiorem, & Orbis supplementum, dicitur etiam *Complementum Ecclesiæ*. Videlicet Dei Ecclesia, Christi doctrinâ & sanguine inclyta, Doctorum eruditione irradians, martyrum passionibus purpurascens Præsulum auctoritate sublimis, tot miraculis, & exemplis eximiè illustris; necdum summè perfecta foret, nisi eius perfectio compleretur Religiosæ vitæ sublimi institutio *Es la vida Religiosa el lustre, y lleno de la perfeccion Christiana.*

Clem. Alex. 2. Strom. *Religiosus Mundo maior.*

Religiosus est Orbis supplementum. Nazianz. Orat. 5.

Religiosus est corona fidei, & Ecclesiæ complementum.

Gregor. Orat. 6.

42. Monachis aptari potest, quod de Martyribus dixit Tertullianus: *Hominis propria religionis pignora.* At si Religiosus status sit pignus veritatis, quam fides, & Religio Christiana edocet. Vnde sanctus Paulinus dixit, quod S. Martinus ex Monacho Episcopus. *Fidem exemplis, & dictis fortibus armat.* Et *Fidei coronas*, nuper appellauit Monachos S. Gregorius. Profectò nemo accipit ad debiti securitatem, nisi pignus, quod tantum, aut plus valet, quàm res debita. Ergo religiosa vita, quæ *pignus religionis* nostræ dicitur, æmulatur totius religionis pretium, & piè ambit Christianæ æstimationem, & esse Complementum Ecclesiæ. Neque vt maximum habendum est, præfatum elogium, cùm S. Paulinus sanctissimus Monachorum, officiosè religiosam sui collegæ charitatem appellat, *Plenitudinem Euangelij.* Quasi monachorum officia impressa sint Euangelio, aut Euangelium impressum monachorum officiis. Quid sublimius? Porrò vita & charitas religiosa iure vocatur, *Plenitudo Euangelij.* Nam Euangelium aut ore dicitur, & linguæ sermone & verba sunt; aut calamo, & attramento scribitur, & erunt emortuæ litteræ; at dum vita & mores Euangelium spirant, dignius Euangelium impressum est vitali typo: sublimiùs enim Euangelizant vita & mores, quàm verba, & Scripturæ. Opportunè Hugo Cardinalis super argumento S. Hieronymi in Matthæum, sic fatur ex S. Chrysostomo: *Matthæus non solùm sermone, sed & vitæ correctione Euangelium prædicauit.* Audis Euangelium viuaciùs impressum in moribus Matthæi? Vides religiosam vitam viuidè spirantem Euangelij plenitudinem? Egregiè Nazianzenus appellauit Basilium, *Spiritus domicilium, fidei fulcimentum, Domini voluntatem.* At vita S. Basilij, ipsa Dei mens, & voluntas foret.

Tert lib de Coron mil. cap. 7

Religiosus fidem armat.

Paul ep. 12. Greg

Religio est plenitudo Euangelij.

Hugo Card.

Chrysost.

Naz. Orat in laudem fratris sui.

43. Et quidem spiritualis homo, qui in terris cœlestem

stem agit vitam, *Nihil terra præter corpus reliquit*, ait S. Gregorius: ac si cætera supermundanus sit, atque cœlestis vitæ candidatus, & æmulus. Elegantèr Philo: *Sed quod est propositum de parandis diuinis, vereque Olympiis virtutibus: in hoc quibus sunt infirmissima corpora, sed anima validissima.* Scilicet homo Religiosus adhuc interris, non terreas virtutes alit, sed cœlestes, veréque Olympias, beatorum perfectionem æmulantes, velut inuidiâ piè ambitiosâ. S. Gregorius Nazianzenus hæreticorum maleuolentiâ dehonestatus, sic de se fatur: *O Trinitas (ac venia detur audaciæ,) Dei, ipse sum imago supernæ gloriæ.* Nempe Nazianzenus verè monachus est, non tantùm moribus repræsentat Euangelium sibi impressum, sed etiã eius vita virtutes Olympias exprimẽs, imago est supernæ gloriæ, & Olympiæ felicitatis. Sic beatur homo Religiosæ vitæ instituto, vt in se exprimat feliciorem sanctitatẽ beatitudinis æmulam. Nam etsi quotidie moritur, iugi religionis martyrio, excarnificatus piâ lanienâ; at perennat virtus, tot cruciamentis beatè felix. *Malo inuidiã Deo facere, per voluntatem eius pereundo, quàm bilẽ per meã euadendo*, ait Tertullianus. Quotidie moritur Religiosus, religiosæ vitæ perẽni martyrio lancinatus; at vsque adeò augustâ virtute viuit, vt inuidiosus dicatur Christo. Planè hyperbolicè, videlicet, si Christus Deus posse inuidia tangi maximè inuideret religiosæ Cœnobitarũ vitæ, cuius ipse princeps institutor fuit, fundans Apostolorum Collegium: quod noster Hieronymus Plati eruditè, pariter ac piè probat. Sed quod longiùs excurro in laudibus Religiosæ vitæ, quam exaggeratiùs commendant hæreticorum odia quàm Sanctorum encomia. Ne verò desit horum elogium, hũc paragraphum subtexui hæreticæ maleuolentiæ, quæ cumulus laudis est viro Catholico.

Greg. Orat. in Laudem Gorgoniæ. Philo in lib. de Agricultura. *Religiosus est imago supernæ gloriæ.* Nazianz. Orat in Ægyptior. Episcop. ap. Pulsum. Tertul. lib. de Fuga in persecut. c. 10. Hieron. Plat.

---

§. XII.

Amor grata Tyrannis est, libera seruitus, dulce martyrium, viua mors, & infernalis gehennæ felix æmulatio.

44 AMor sæuè blanditur, & blandè sæuit, sæuit tamen, etsi blandiendo: assentatoriè palpat, & dum voluptate titillat sensum, angores, & dolores excitat immites; promittit dulcia, & mellita venena propinat gratus est amoris labor, vulnus voluptuosum, & felix calamitas. Amor sui ęnigma est: nam spondet delicias, & ærumnas intentat, sed deliciosas. Grata sæuitia amoris est, sed sæuitia. *Amor inest*, (verba sunt Moschi de Amore fugitiuo, apud Stobęum.) *Mens improba, mellea lingua gratia: quod loquitur non sentit. Fraude, dolique puer fallax, mendacia miscens, crudeles ludos agit.* O amoris delicias molestissimas! Amor valentia, ac vis animi est, & amore languet chara sponsa, Cant. 5. vers. 5.

Si non languet amans, credite, languet amor.

Verè pangit ille quicumque nostratum poëtarũ. Ad hæc amor puer est, & pueriles nugas, & ludos agit, sed breui tempore senes facit: *Venisti chare adolescens, tertio demum die venisti, sed amantes vel vno die senescunt*, inquit Theocritus apud eumdem Stobæum suprà. Opportunè dicitur à Nazianz. *Amor dulcis tyrannus.* Tyranni ingenium implacabile est, immite, & turbulentum, sæuitiâ delectatur, acerbitatibus deliciatur, sic amor delicia tyrannis est, & grata crudelitas. Huius dulcis tyranni cruciamenta, hîc duo.

Moschus. Stobæ. serm. 63. Cant. *Amoris grata tyrannis.* Theocrit. Nazianz. Orat. 27.

Paulus 1. Cor. 13. v. 7. sic loquitur de charitate: *Charitas omnia suffert*: Dixerat paulò antè, quòd patiens est, nunc addit amorem omnia pati, omnia ferre. O animosam amoris tolerantiam, quæ audet omnia pati, & perferre omnia! sanctus Anselmus ibi: *Omnia suffert: suprà dictum fuerat; quia patiens est, id est, non murmurans in aduersis sed corde tacito cuncta perferens; & nunc dicitur, quod omnia suffert, & in actu sustinet quidquid aduersitatis acciderit.* Nempe tam laboriosa res est amor, quod actu omnia sustinet, & tolerantissimè perfert. Qui omnia dicit, nihil excipit; nil non sustinet amor; sed pacatè, & placidè, imò dulciter omnia suffert, quasi idem sit amare, & sufferre. Et ita S. Cyprianus, non legit, *Charitas omnia suffert*, sed *omnia diligit.* Ac si ipsissima res sit sufferre, & diligere. *Amar es sufrir.* Ergo amor omnia suffert, id est, diligit: nam diligere sufferre est. Sigillatim percurrẽda sunt singula, quæ amor sustinet, Quæ expressa lego, Cant. 8. v. 6. vbi agitur de reciproco amore diuini Sponsi, & cœlestis Sponsæ: *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* Quid est quòd amãs, sigillari petat cor, & brachiũ? Ecquod est hoc sigillum? Sãctius inibi intelligit notã, quæ indicet aliquid esse nostrum, non suũ qualia sunt signa, quæ pecori, aut mercibus nostris imprimimus, aut stigmata, quibus mancipia nostra compungimus. Vnde Paulus, qui persæpe se appellat Christi seruum, stigmata Domini Iesv in corpore suo se portare dicit ad Galat. 6. v. 17. Itaq; Paulus ab amore fit stigmaticus seruus Christi, super omnia à se dilecti. Vel aliter ad 16 expendi possunt illa verba: *Pone me vt signaculũ, &c.* eodẽ Sanctio Interprete, ita vt signaculum significet claustrum, aut seram, qua aliquid tanquam omnino nostrum ab aliorum vsu vindicamus. Et sup. c. 4. v. 12. *Hortus conclusus, & fons signatus* dicitur. Nempe amor carcer quidam est, quo sponte detinetur amans grata amoris catena constrictus.

45 1. Cor. *Amor omnia suffert.* Anselm. Cypr. tract. de simplic. Prælat. Cant. Sanct. Ad Gal. Sanct.

Additur: *Fortis est vt mors dilectio.* Verè morti cõparatur amor: quia sicut mors maxima calamitatũ est, ita amor summa calamitas est, sed grata, & felix. Præfectò Amor *dulcis tyrannus* dicitur à Nazianz. Ergo Amãs Martyr est, qui pia beneuolentiæ tyrannide excruciatur vsque ad mortem, quod egregiè notauit Sanctus Ambrosius, versans hæc Cant. verba, *Fortis est vt mors dilectio*, super quibus sic fatur; *Est & illa mors Sanctorum Martyrum valida, cuius non impar est charitas, quæ adæquatur Martyrum passioni.* Quid non patitur Martyr? Bonorum proscriptionẽ, & infamię notã perfert, tractatur vt seruus flagitiosus: Experitur vincula, & carceres, & tandẽ morti crudelissimæ addicitur. Sic tenet charitatis affectus adæquatur diræ, & duræ martyrũ passioni: nam amor blanda tyrannis est, & occultum martyriũ: Pulchrè Tertul. inquit: *Dilectio hominem Martyrẽ excudit.* Expende verbum *excudit*, quod plenũ emphasis, plenum acuminis est. Quasi dicat: Amor typus, & forma Martyrum est. Hispanè dices: *Et amor acuña Martyres.* Dicitur amor martyres cudere, ducta metaphora à monetâ, quæ typo excusa, impressa Regis imagine, valor augetur metalli: pretiũ enim & æstimatio metalli etsi pretiosissimi augetur ab imagine Principis impressâ typo sigillari. Vnde amor dicitur *signaculum*, inquit Teodoretus ibi, aiens: *Pone me vt signaculum, vult ergo Saluator noster, vt eum pro signaculo habeamus, & notam ipsius*

46 Ambr. l. de Isaac & anima cap. 8. *Amor hominem martyrẽ excudit.* Tertull. in Scorpiac. aduersus Gnost. cap. 6. Theod.

ipsius in omnibus tam dictis, quàm factis imprimamus: Sic enim erunt numismata regia, non adulterina, sed regiam imaginem praeferentia. Videlicet amor signaculum est, veros Martyres excudens: imprimit enim passionem Christi Dei, qui est typus, & forma Martyrum, in Martyris corpore, & à Passione Christi Martyri per ipsius amorem impressâ, fit Christi Martyr referens stigmata, seu stemmata passionis in corpore suo. Sic fortè aiebat suprà Paulus: *Ego stigmata Domini IESV in corpore meo porto.* Quasi amor, qui dulcis tyrannus est, praeuenerit martyrium, quod à Nerone pertulit, & praecox Martyr fuerit Paulus ab amore, praeuento carnificis officio. Prius enim fecit martyrum sub amore, quàm sub Nerone: nam dilectio hominem martyrem excudit: quia *fortis est vt mors dilectio.*

47\. Subiungit opportunè ad rem, quam nunc versamus: *Dura sicut infernus aemulatio.* Interpretes passim aemulationis nomine eximiam dilectionem commentantur. Satis sit referre ex Ghislerio (Ghisler.) veteres Patres aemulationis vocabulum sumere pro vehementiori dilectione. Itaque vehementior dilectio dura est sicut Infernus. Paraphrasis Chaldaica sic habet: *Fortis est vt mors dilectio, robustus sicut gehenna zelus.* Ecce tibi eximius amor (qui zelus, seu aemulatio dicitur,) assimilatur inferno, seu gehennae. (Omitto nunc Bezam, & similes Haereticorum quisquilias, qui nullibi Bibliorum infernū pro gehenna accipi blasphemant?) Scitè amor inferno comparatur: nam vt ait Honorius apud nostratem Martinum del Rio ibi: *Dura sicut infernus amulatio: quia sicut infernus duriter, quos absorbuerit, retinet:* Nimirum infernus locus poenarum est, vbi damnati diris cruciatibus exagitantur. Quis damnatorum gehennalia supplicia recensere audeat, aut valet? Ergo eximius amor *robustus est sicut gehenna.* ô grandem hyperbolem ad exaggerandas amoris aerumnas! Vel comparatio cum inferni cruciamentis exaggeratio est poenarum, quas sustinet amor. Huc proculdubio alludere videtur sanctus Ignatius Martyr totus Christi amore flagrans, qui sic scribit: *Ignes, crux, ferarum concursus, sectiones, laniena, ossium discerptiones, membrorum concisiones, totius corporis solatio, Diaboli tormenta in me veniant, tantummodo vt IESVM nanciscar.* Scilicet tenerrimus amor durissimi Martyris sic illum agit, & angit, vt tota Diabolorum tormenta, & gehennae incendia prouocet; nam vehementioris charitatis flammis dulcissimè exuritur amore Christi aestuans, robustus enim est sicut gehenna, vehemens amor. Neque enim Plutonis regna carent amoris cruciatibus, quos malè sustinent. Ait enim Moschus apud Stobaeum suprà: *Pueri amoris.*

Parua manus: verùm longè iaculatur, in ipsum
Saepe Acheronta iacit, Plutonia regna lacessens.

Ergo eximius Amor durus est, sicut infernus, robustus.

48\. Itaque Amor vehemens omnia suffert, siquidem stigmata seruitutis patitur, carceres sustinet, martyria, & mortes perfert, quin, & gehennales cruciatus feliciter aemulatur Amor, dulcis beneuolentiae piâ, & gratâ tyrannide. At (quod mirere magis,) amor plura perferre ambit, quàm ferre potest; supra vires audet, impossibilia intentat. Paulus eximius Christi amator ad Rom. 8. v. 35. sic fatur: *Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Certus sum? quia neque mors, neque vita, neque Angeli,* (neque boni, neque mali, ait Anselmus,) *neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum,* (id est, coelestis beatitudo, ait infernalis, gehenna, ita S. Chrysost.) *neque creatura alia, poterit nos separare à charitate Dei.* Aduertis quàm audacter prouocet charitas Pauli omnia, quae saeuos dolores facere possunt, nec omittens ipsos tortores Daemones, neque creaturas omnes instantes, seu existentes, imò & futuras lacessens. Exemplo etiam Paulum cruciatus possibiles prouocare dulci charitatis vi, & gratâ amoris tyrannide, extimulatum; ait enim *neque creatura aliqua poterit.* Quod subtilis Doctor Caiet. his verbis adnotauit: *Superiùs dixit de facto: Quis nos separabit; modò verò loquitur de possibile dicendo: Poterit.* Quasi dicat Paulus, nulla creatura quantumuis efferata, & crudelis siue ex praeteritis, etsi iterum reuiuiscerent saeuiendum in me, siue ex praesentibus, quae duriter instent ad me cruciandum, siue ex futuris, quae anticipata existentia praecoci productione praecurrant aduersus me: nulla, inquam, poterit, *loquitur de possibili*, ait Caiet. quasi impossibile iam sit vllis possibilibus, aut impossibilibus cruciamentis me separare à perseuerãte charitate in Christū. Quia nullae creaturae id possũt in Paulū bene amantem, & iam eximiè praedestinatum. ô illustrem Paulinę charitatis animositatem! Ac si leues forent cruciatus, quos creaturae omnes infligunt miseris animantibus, (reduc in memoriam martyrum dira tormenta, & damnatorū gehennalia cruciamenta;) audet Pauli amor prouocare aerumnas possibiles; imò impossibiles, quibus impossibile fore piè praesumit, vt imminuant, aut labefactent eius amorem; etsi non adsuetum tãta pati, saltem audentem maiora possibilibus tolerare. Quid exaggeratius? Vides hic à v. 5. in Inditha puellâ tenerâ, & imbecillâ dulcem amoris tyrannidem: ieiuniorum inediâ tabescit, flagellationum piâ lanienâ cruentatur, spinosi cilicij horrore lacinatur, in cubiculo aeterno clausa tenetur, velut in diro carcere, viua martyr est, aut viuax cadauer; perpetuò moritur, vt aeternùm viuat, aerumnas gehennae aemulas hic patitur, vt in beatitudine sempiternet gloria, O piè crudelem amoris tyrannidem! Fortis est vt mors dilectio, durus sicut infernus vehemens amor. Euge deliciosa amoris calamitas, quę prae nimia patiendi voluptate, fallis passionis aerumnas!

Marginalia: Chisler. — Chald. *Amoris gratia aerumna, ingrata inferorum gehenna comparantur.* — Beza. — Honor. — Ignat. epist. ad Rom. — Mosch. — *Amor impossibilia audet.* — Ad Rom. — Anselm. — Chrysost. — Caiet. — Iudith.

§. XIII.

Religiosi quique ad coelum euntes per viam quae Christus est, caueant diligenter, ne eundo Christum conculcent.

QVi ab vtero errat, diu errauit; at quis reuocet ad viam diuturnos errones? Procliuis, & lata est via, qua errat homo, sed errando recta pergit ad inferos. Ergo reuocandi sunt gradus, quibus pererrat, & dirigendi sunt ad viam, quae ducit ad coelum. Arcta est haec via, sed necessariò capessẽda, ne proruas ad inferni barathrum. Quaenam haec via, quae ducit ad vitam, nisi Christus, qui ait Ioan. 14. v. 6. *Ego sum via, veritas, & vita?* De hac via; ait Paulus ad Hebr. 10. v. 20. *Initiauit nobis viam nouam, & viuentem.* Quomodo Christus est via viuens? Num quia est via permanens, florens, vigens? An quia frequens viator, eundo, 49.

Marginalia: *Christus via est: & inde conculcari nefas est.* — Ioann. ad Hebr.

&

& redeundo, quasi eam vini ficat perpetuo sui motu? Dicitúrne viuens, quia ipsa mouetur, (sic aquæ dicuntur viuæ;(& ita ducit, & perducit homines ad cælum? Planè Christus dicitur *via viuens, & noua*, Græcè ὁδὸν πρόσφατον, id est, *recens, noua, nullius pede hactenus conculcata*, vt interpretatur Cornelius. Quid?si Christus via est, aut per eam eundum non est, aut planè conculcanda est; quo enim alio modo per viam inceditur, nisi eam conculcando impressis vestigiis? quot gressus explicat viator, toties viam proculcet necesse est? Igitur si Christus via est, & si aliquando recens, & noua. & nullius pede conculcata; tamen conculcanda est ab imbecillis, & claudicantibus viatoribus, qui per eam iter faciunt, ô quanta patitur Christus à Christianis! ô quoties Christus conculcatur, & pessundatur vel ab iis, qui incedunt per eum, & gradiuntur ad vitam! Et quidem Christus obliuiscitur, *quod per conculcet ea*. Iob 39. vers. 15.

Gaiet.

Iob.

50. Psalm. Psalm.17. v.31. *Deus meus, impolluta via eius.* Quod dici potuit quando hæc via erat *recens, & noua, & nullius pede hactenus conculcata*, quando immundi hominum pedes iter per illam faciunt, quodammodò dici potest illud Psalm. 9. *Inquinatæ sunt viæ illius.* Nam pes immundus inquinare solet viam, per quam ambulat, & pedum sordibus squalet iter. Hinc mihi lux loci imprimis obscuri. Ioan. 13. v. 10. Lauare incipit IESVS pedes discipulorum, intentat Petri abluere pedes; piè recusat ipse pium Magistri obsequium, cui dixit IESVS: *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis.* Si totus Petrus mundus est, quomodo indiget, vt pedes lauet? Profectò si totus est purus, & mundus, necesse est; vt pedes etiam mundi sint, si enim pedes squalent, non est mundus totus, qui enim immundos habet pedes, quomodo totus mundus est? Quod si pedes habet mundos quale indiget, vt pedes lauet? Cur loti pedes ampliùs lauandi sunt? Et mundi sunt, quare ampliùs mundandi? Quamobrem expetitur tanta munditia Apostolicorum pedum? Num quia per viam quæ Christus est, debent incedere, & vestigiis terere immaculatam viam? Perbellè Origenes: *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet. Insinuat Dominus, quod hoc erat mysterium; lauando enim, & exsiccando pedes eorum, faciebat eos decoros, debentes Euangelizare honesta, vt ostendere valeant iter factum, ac pergere per eum, qui dixit: Ego sum via.* Itaque Christus mundos Apostolorum pedes magis, ac magis abluit, & extergit, ne vel ad cœlum mundo, vel leuiter inquinentur, & ipsum, (qui via est) calcando, quodammodò inquinet. Lauat, & amplius purificat mundissimos Apostolorum pedes, cauens ne vel eundo ad cœlum, & eum vel leuiter proculcando, ipsum vel leuiter offendant, & quodammodò maculent. Vsque eò vel ad cœlum difficilis via est; Sic vel eundo ad cœlum (non qua itur) conculcamus Christum! ô peruersos mortalium gressus! heu immunda mortalium vestigia!

Psalm.

Ioan.

Pedes Christianorum sint mundissimi, quia Christus via est.

Iudith.

Orig allegatus in Catena ibid.

51. Desiderabat Sponsa Sponsum videre suum, illum alloqui, & in purissimos eius amplexus ruere. Ecce sponsus ad fores pulsat, Cant. 5. v. 3. *Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea; quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Quis dubitet sponsam agnouisse sponsi sui vocem, præsertim cum tot beneuolentiæ epitheta expresserit? Quis non crederet sponsam quàm citissimè cursuram ad ianuam, vt diu desideratum sponsum videret? Aut sponsam audi: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quid refert sponsam lauisse pedes, vt vadat, & ianuam aperiat cœlesti sponso? Num in via, quâ tendit ad Deum, timet, coinquinare pedes? ô grande mysterium! (exclamat Augustin.) *Ergòne timet inquinare pedes veniendo ad eum, qui lauit suorum discipulorum pedes? Timet certè; quia per terram venit ad eum.* Immaculata sponsa timet suos maculare pedes eundo ad sponsum cœlestem, quia per terram itur in cœlum? Sed rogo per quam terrenam viam itur in patriã cælestẽ, nisi per illum, qui Caro factus est, vt homines efficeret cœlestes, & qui via factus est, vt nos ad cœlum dirigat? Audi S. Greg. Nyssen. sic scribentem: *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos. Ego, id est, Christus, sum Via; quam non licet tangere eum, qui hominis mortui non solum indumentum.* Aduertis, quia Christus est via, ideò cœlestem sponsam recusare per illam incedere, ne noctu, & incautè incedendo per illam, terat eam pedibus, & eam conculcet, & sic lotos suos pedes maculet, & simul quodammodò inquinet viam? *Laui pedes meos*, inquit, *quomodò inquinabo illos?* Scilicet vel leues præcauet lapsus in opere virtutum. Vnde Christus, quia nostra Via est purissimos vult pedes nostros, & quantumvis mundos, à lhuc lauat aiens; quod qui lotus est, indiget vt pedes lauet; Quid ergo? eundum non est in cœlum per viam, quæ Christus est? quæ alia restat via, quâ non erretur? Adeóne timendum ne nos euntes in cœlum Christum conculcemus? O vtinam sic festinaremus celeres, vt currentes vix, aut ne vix quidem tangeremus aut offenderemus viam, per quam currimus, sicut Alexander Macedo currebat per viam ambitionis, & voluptatis; de quo sub Hirci nomine dicitur, Dan. 8. v. 5. *Ecce Hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram.* Sic celer curre per viam, quæ Christus est, vt vix tangas viam, id est, ne leui noxâ offendas: Aut forte Christus Via viua est (sicut aquæ, quæ sponte mouentur, dicuntur viuæ) *Initiauit nobis viam nouam, & viuentem.* Ad Hebræos 10. quæ non vestigiis conculcanda est, sed ipsa vehit homines portat, & ducit ad cœlum. Ergo Iuditha valde timet, vel à pietatis gressibus. Vnde hîc v. 5. dicitur, quòd *in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.* Clausa manet, passus vel ad tem plû cohibet, à pedibus timet, à gressibus pilis præcauens, clausa domi moratur, ne ad Deum eundo vestigiis conculcet, & inquinet virtutis viam, vel leuiter offendens.

Cant.

Sponsa timet ne coinquinet pedes eundo ad sponsum cælestem.

Aug. Tract. 47. in Ioan.

Nyss. Homil. 11.

Dan.

Hebr.

Iudith.

§. XIV.

Virtus non contenta angustiis suæ durationis, æternitatem æmulatur: vnde dicitur carere tempore.

52. VIrtus in homine est, sed res est Dei ab homine operâte est, sed sine Deo cooperâte in homine nõ est: Indebita est homini, & cui Deus plura debet: éstque debitor, vnde creditor esse poterat, E cœlo originem trahit, & in terris despicatissima versatur: inde despicitur, vnde suspicienda foret. Supra naturam hominis est, & tamen miraculum non est: nisi velis eam appellare, naturale miraculum. Diuinus quidam est vigor, mortalibus supernè

supernè insitus: vnde quædam diuinitatis elogia per participationem mutuatur, & quantùm fieri potest, in homine asseruat, & exprimit: & (vt alia nunc omittam,) quâdam specie participatæ æternitatis, siue immensitatis fruitur. Adeò enim magna virtus est, vt tanquam non capiat suç propriæ durationis angustias, in ampliorem durationem latè sese infert, & in longum æuum se extendit amplissimè. Perbellè ait Philo. *Virtutes carent tempore*: non quia in aliqua duratione non fiant, neque aliquod durent tempus: ecqua enim est creatura quæ suum non habeat tempus? Num virtuti defraudabitur, quod conceditur aliis? Planè dicitur virtus carere tempore, quia ac si non arctaretur duratione sua, longè se veluti extendit in fructu ad ampliora spatia, quæ capiant tantæ magnitudinis amplitudinem.

Virtus caret tempore, quo sensu id verum. Philo lib. de sacrif. Abel.

53. Ioann. Ioan. 14. v. 17. loquens Christus Deus de Spiritu sancto, eiúsque gratiis largiendis Ecclesiæ, sic ait: *Apud vos manebit, & in vobis erit.* Sine aptè collocanda verba, vt non aptè congruat sententia? Cadit sensus, imò iacet: Nam vt notauit cautè S. Augustin. de Verb. Dom. serm 4. *Prius est esse alicubi, quam manere.* Ergo non rectè dicitur priùs *manere*, & posteà *esse*. Quomodo enim manere potest, quod non est? Igitur prius est esse, & post dicetur manere. Vnde frigere videtur secũda pars sententiæ, nempe. *In vobis erit*, siquidem dixerat, *Apud vos manebit*: quod enim manet est; imò si manet, diuturnè est. Priúsne manet virtus in homine, quàm in illo fit? Saltem manere dicitur ferè antequàm fit: *nam virtus caret tempore* in fructu suo: & anteuertere dicitur sui existentiam, asseritúrque existere, quin & permanere, antequam dicatur esse. Iosue 3. v. 1. *Igitur Iosue de nocte consurgens.* Ecce magni Ducis vigilem curam, eius prouidentia præcurrit Solem, quò solem mox superet Imperio. Quis non credat cùm adhuc tenebræ essent, surrexisse, cùm asserat Scriptura, *de nocte consurgens*? Lyranus ibid. *In Hebræo habetur de mane consurgens*, Lyrano vulgò interpretes ancillantur. Nam idem est nox, & mane? Nox tenebras habet? Manè tenebras refutat. Ergo hæc communis Interpretatio negat, quod adstruit textus; aut qui ad opus Dei surrexit manè, bellè dicitur surrexisse de nocte, vt amplificentur virtutis spatia: quod diluculo fit, non tantùm diluculi tempus quasi duret: sed præcedentis noctis ambiat spatia, quæ occupare dicitur: *nam virtus caret tempore*, quia ambit ampliora spatia.

Aug. Iosue. Lyran.

54. Iudith. *Ieiunium sic ambit vltra sua spatia durare.* Iudith c. hoc 8. v. 6. de sanctissima Iuditha dicitur, quòd *Ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ præter Sabbata, & neomenias, & festa domus Israël.* Eximia profectò virtus, quæ extorsit à delicata puellà tam virile ieiunium, Verùm incredibile est omnibus diebus vitæ suæ ieiunasse. Vellem vt cùm sacer historiographus excepit à ieiunio sabbata, & alia festa, excepisset etiam annos infantiles, & puellares; quin etiam totos annos, quibus viro superstite, nupta vixit. Opportunè Carthus. *Ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ: quibus in viduitate permansit. Maritatis autem mulieribus non licebat sic ieiunare sine consensu mariti.* Cur ego omnibus diebus vitæ suæ ieiunasse dicitur, & tantùm excipiuntur dies festi? Cur innuitur ante viduitatem ita senerè ieiunasse, cùm ferè constet, non ieiunasse dum erat maritata? Imò exceptio affirmat regulam in contrarium, & qui dies festos vnicè excipit, reliquam ætatem ieiunasse affirmare videtur. Planè specie tepus insinuatur Iuditham dum maritata erat, ieiunasse, etsi minimè ieiunauit, quia in viduitate ieiunauit, & ieiunium viduæ quasi non contentum viduitatis solius spatiis, propè ampliatur ad reliquam tempus: *nam virtus caret tempore*, præfato sensu, infrà ampliùs explicando.

Carthus.

55. Fides, ambit amplificare durationem, Marc. Marc. 9. v. 23. Accessit ad IESVM quidam homo, cuius filius sæuo dæmone vexabatur, postulatus remedium tanti mali. A quo cùm Saluator fidem postularet, ipse inquit: *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.* Incredulum se esse fatetur, & credere se affirmat? Fidem mentitur, vt vel mentita fide salutem impetret filio? Si adhuc incredulus est, quomodo inquit, *Credo Domine.* Planè negat, quod fatetur; & sic mysteria loquitur pius pater. Beda hæc verba exponens, ita scribit: *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Si enim credebat, cur incredulitatem dicebat? Si verò incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebat?* Et mox: *Vno, eodemque tempore is, qui necdum perfectè crediderat, simul & credebat, & incredulus erat.* Quasi dicat; tunc incredulus erat, & tunc petebat fidem, & tamen audactor dicit, se tunc credere, etsi tunc incredulus est; cedet enim postea: & ita nunc quasi credit præmaturâ fide. Vnde cùm incredulus adhuc est, ait; *Credo Domine*, & ante tempus; quo credit, se credere dicit; *nam virtus caret tempore*, dum æternitatem æmulatur in fructu.

Beda.

56. Prouerb. *Virtus praesto cur dicitur æternitas.* Prouerb. 8. v. 18. Ait sapientia: *Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia.* Theodotion: *Substantia antiqua.* Et quidem sapiens à sapientia habet sufficientem censum: & laudem, quç eruditionem consequuntur. At quam ob causam dicitur esse *Substantia antiqua*, quam nunc possidet? fructus virtutis, qui nunc decerpitur, multò anteà decerptus fuit? Cur sapientiæ prouentus, qui modò capitur, iam olim præceptus dicitur? Et quidem *Substantia durabilis* dicitur in Originali Hebræo, quod dicitur à Theodotione, *Substantia antiqua.* Et planè dicitur antiqua, quia durabilis, est, & quia in æternum durabit, vt exponit Salazar ibidem? aiens: *Vetera, & antiqua non solùm dicuntur ea, quæ à multo antehac tempore perdurarunt, sed etiam quæ dehinc multo tempore durabunt.* Profectò luculenter ad rem. Scilicet laus, & fructus virtutis, qui non percipitur, & habetur, dicitur *Substantia antiqua*; ac si iam olim hominem bearit; imò antiqua dicuntur, quæ deinceps futura sunt. Planè præsens tempus, exiguum videtur spatium ad virtutis fructus. Vnde ambit durationem ampliare, & dilatare spatia, & velut complecti præteritam, & futuram durationem. Virtus enim adeò diuina res est, vt æternitatis æmulatrix non sit contenta propriæ durationis angustiis: nam, *Virtus caret tempore*, æmulatione æternitatis. Sic virtus eminentiã exaggerat Philo. Quæ Philonis sententia vera est, si intelligitur de fructu virtutis, qui perennabit ad glorias. Quin etiam virtus præuias tempore gratias exambit.

Salaz.

§. XV.

Nimietatem non patitur mediocritas Moralis virtutis, quæ ab excessu degenerat in vitium.

57. MVlta virtuti non licent, quæ vitio licent: angustior est sphæra merendi, quàm delinquendi: licentior est vitij natura virtus arctiùs cohibetur

Virtutis excessus reprimendi sunt. hibetur. Non licet sanctitati nimirum audere. Improbitas verò temeraria est, & rem pietatis vertit in vitia, virtutem feriens mucrone virtutis. Maxima virtus moralis, mediocris est, & à mediocritate magnitudinem metitur. Non licet nimis crescere, cui summa statura mediocris est. O inuidiam vitij, quod hinc inde circumstat, & insidiatur virtuti, quò eius retardet incrementa. Nec virtus permittitur nimis audere, ne à nimio ausu degeneret in temeritatem, ô piam virtutis audaciam! virtutis (quid aliud possit à coërcitione piè repressam! ô quàm auderet sanctitatis vigor, nisi reprimeretur vigore sanctitatis. *Sint lumbi vestri præcincti*, Lucæ 12. v. 35. Lumborum præcingendorum nomine, varia vitia præcingenda interpretantur Commentatores, libidinem præsertim: sed rigorosus litteræ seruator Maldonatus, sic ait: *Sint lumbi vestri præcincti. Non sola hic castitate, sed omnibus omnino virtutibus instructos nos, atque paratos esse iubet Christus.* Virtutésne omnes præcingendæ, & restringendæ sunt iussu Christi Dei? Planè noua, & insolens videtur hæc doctrina de virtutibus. Nimirum homo de se languescit ad virtutem, & non modò ad illam, non animatur à Christo vt viuaciùs audeat, sed inhibetur, vt compescat studium sanctitatis? Calcari opus est ad pietatem, non fræno; laxanda, & descingenda virtus est, non præcingenda & coarctâda. Solertiam docet Christus an desidiam? Planè oscitabunt homines ad virtutem ab hâc doctrinâ. Verùm enim verò (liceat sic velitari ad mores: litteralem sensum alias dabo præfatis verbis Christus mortaliter agit cum inclytæ sanctitatis Heroïbus, quibus castiganda est ad virtutem audacia, nulla animanda de negligentia, redundantia pietatis cohibenda est, non laxanda; & lacinia virtutis cinctione comprimenda: *Sint lumbri vestri* (id est, virtutes) *præcincti*: Perappositè Tertul. *Tunica priùs cingulo correpta*. Itaque redundantia, seu lacinia virtutis (nomine vestis denotatæ) corripienda est. Nempe quod Euangelista dixit, *Præcingere*, piâ audacia dixit Tertull. *Corripere*, studens corrigere virtutis excessus. Quis vnquam crederet Christû coërcere, seu corripere præexcellsam sanctitatem? Virtúsne digna est, quæ corripiatur à Christo? Verùm si nimis excelsa est, virtus iam non est: quia ab excessu degenerauit in vitium. Non corripitur virtus, sed excessus virtutis, quæ à magnitudine nimia vitiatur. Vnde iure culpatur nimia virtus, vt compescatur aliquis sanctitatis insolens vigor; & planè notificetur sâctorem Heroïbus, pios ausus etiam in re sanctitatis à pietate desciscere, & declinare in temeritatê. Pulchrum planè Encomium Christianæ religionis, in quâ sic audent sanctissimi quique reprimendi sint ab ipsâ virtute vitij timore.

Luc.

Maldon.

Tertul. lib. de Pallio, cap. 5.

58. Eccli. Nazianz. Orat. *Quid est eu. iustus, &c. Nimia virtus, virtus non est.* Ecclesiast. 7. v. 17. *Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quàm necesse est.* Quid? multa sanctitas hîc prohibetur? Vetatur eximia sapientia? S. Nazianzenus sic ait: *Ne magnopere iustus sis, nec supra modum sapias. Nemo igitur sapientior sit, quàm conuenit, nec lege exactior; nec luce splendidior, nec amussi rectior, nec præcepto diuino sublimior.* Profectò est aliqua pietatis de pietate veluti æmulatio, & in re virtutis sua ambitio est, & fortè insolentior, quia nacta est angustioris materiæ generositatem. Scilicet audet homo nimis iustus, esse lege exactior, luce splendior, amussi rectior, cœlo sublimior: ambit enim temerariè Deum æmulari. Matthæi 8. v. 21. *Accedens vnus ex Scribis, ait illi: Magister sequar te quocumque ieris: & dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent: &c.* Iure quæ-

Matth.

runt S. Hieronym. S. Hilar. & S. Chrysost. hîc, cur hunc Scribam animosè audentem repulerit Christus, & iuuenem ferè inuitum statim adegit in sui collegium? Vltrò volentem reiicit, & nolentê admittit? Pretiosiórne alicuius tepiditas, quàm alterius feruor? Pulchrè S. Chrysologus. *Decipit, non accedit, qui promittit Dominum incautè sequi, sed ad omnia, Dixisset cautiùs, sequar te: quocunque ieris, sic dicit, qui inter se, & Dominum quid intersit ignorat.* Incautè audet in re virtutis, qui temerariè præsumit pari vestigio Christum sequi, quocunque ierit. Christum non sequi pigritia est; quocunque ierit, ambitiosè sequi, temeritas supra virtutis metas, & humanum fastigium: nam nec moralis virtutis mediocritas, nec Dei æmulatio permittunt tantam ambitiosæ virtutis sublimitatem. Hieron. Hilar. Chrysost. Chrysolog. Serm. 19.

Christus Deus passioni proximus ait Petro, Ioan. 13. v. 36. *Nô potes me modò sequi, dicit ei Petrus; quare non possum te sequi modò? animam meam pro te ponam. Animam tuam pro me pones?* (Verba sunt S. Augustin.) *Insultando quasi dicat: Itáne facies pro me, quod ego nondum pro te? Præire potes, qui sequi non potes.* Scilicèt priùs cecidit Petrus præsumêdo, quàm negâdo. Et ferè pia temeritate audens Christum præire, iniurius extitit Christo, ambiuit discipulus Magistri Dei nimiam sequelâ: tanti ausus sublimitatem non patitur humana mediocritas, nec gloriosior diuinitatis fastus: hominem negat qui sic præsumit; priùs negauit Christum nimis audendo, quàm timendo nimis. Exolescit virtus nimietate vigoris, & Christus satagit, ne illum virtute præeat Petrus. Vnde humanam tenuitatem accusans, insultando dicit: *Præire potes, qui sequi non potes?* Enim verò Petrum præsumpsisse Christum præire, pia ambitio fuit, & audentior virtutis fastus. 59. Ioan. August. Tract. 66. *Petri ausus in re virtutis.*

Versabatur in eremo Elias, & ait illi Deus, 3. Regum 17. v. 9. *Vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te.* Quodnam hoc præceptum viduæ datû, & quando impositum illi est. Ego existimo nunquâ id expressè mandatum fuisse viduæ: nusquâ enim talis præcepti mentio. Hoc subtilis Glossa interlinearis aduertit, sic scribens: *Præcepi mulieri viduæ: Id est, dedi ei vnde pascat te.* (Quod alibi ad mores tractô; siquidem perexigua facultas vel pauperi donata, præceptum dicitur alendorû pauperum.) Cur igitur Deus inquit se prouidisse de sustentatione Eliæ, præcipiendo fœminæ, vt illû pasceret, cùm eo vsque nihil suggesserit? nempe ideò dicit se præcepisse mulieri vt pascat Eliâ, ne videatur Dei misericors virtus præueniri à pietate illius fœminæ. Fœmina quidem pascet Eliam, sed eiusmodi pietas dicatur præceptû Dei, & Deum anteuertisse pietatem fœminę iubendo pietatê, ne videatur anteire misericordiam diuinâ, quę quasi tardiùs accederet, si Deum præueniret ad piam sustentationem Prophetæ: Veluti sera enim esset prouidentia Dei, si prouidentia hominis illam præoccuparet, & primas ferret. Vnde dicitur Deus anteuertendo præcepisse, nempe dando viduæ vnde Prophetam pascat, vt notauit Anselmus Laudun. vt æmulari videatur humanæ virtuti ne anteceat diuinam, saltem temporis prærogatiuâ aut desiderio, quæ non potest eminentia perfectionis. Scilicet veretur Deus ne hæc fœmina nimis feratur ad virtutem? Quid? id non ferè timet à Iuditha? Dicitur enim versicul. 7. *eleganti aspectu nimis*, quod de pulchritudine virtutis interpretantur, qui rem moralem tractant. 60. 3. Reg. Glossa. *Humana virtus quasi ambit anteuertere diuinam.* Iudith.

Digitized by Google

§. XVI.

An excelsa hominum sanctitati quodammodo Deus inuideat?

61. *Christus admiratur quorundam virtutem.* HVmana natura quanquàm à se vitiorum fertilis, tamen à diuinâ gratiâ fœta, feracissima virtutum est; quæ eò excellunt magis, quò in peregrino, & non apto solo fructificant. Colimus enim adeò plures feliciter sanctos, vt humanum fastigium supergressos fuisse suspicetur humani ingenij infelix tenuitas, malignè capiens gratiæ naturalia miracula. Porrò tam augusta est quorumdam virtus, vt stupore defigat homines, & Christum Deum specie admirationis suspendat. Animosam Centurionis fidem expertus Saluator admiratione illâ mirè dilaudauit, & auxit. Luc. 7. v. 9. *Quo audito Iesus miratus est.* Super quâ re, sic philosophatur Beda: *Sed quis in illo fecerat ipsam fidem, nisi ille, qui admirabatur? Sed etsi alius eam fecisset, quid miratur, qui præscius erat?* Nimirum tam excelsam sanctitatem Deus operatur in aliquibus Sanctis, vt etsi anticipatâ notitiâ illam nouerit Deus, cui nihil est nouum; tamen tantæ virtutis excellentia, nisi diuinâ admiratione non videtur sufficienter hominibus publicari. Admiretur Christus Deus, cui est nihil admiratione dignum, vt dum tam eximia virtus admiratione digna censetur, eius celsitudo exaggeretur admiratione: quia nisi noua & insolens rei magnitudo, non sufficit ad ciendam admirationem. Ergo Christus alicuius virtutis factus Encomiastes, eam admiratione tanquam eleganti panegyri luculenter dilaudat.

Luc. Beda.

62. Porrò quis non miratur, virtutem humanam esse commendationem virtutis diuinæ? Venustatur Dei eximia virtus, eximiâ virtute hominis: & hominum excelsa sanctitas, Sanctitatis diuinæ encomium est. *Adimpleo ea quæ desunt Passionum Christi in carne mea*, aiebat Paulus ad Colossenses. 1. v. 24. Diuinum Dei incarnati opus fuit eius diuinissima Passio, quâ asseruit homines, compilauit inferos, impleuit cœlos, & augustiora diuinitatis attributa publicauit mundo. Num vlla potuit esse in homine tam excelsa virtus, quæ complementum sit diuini operis, & quidem eximioris, excelsioris, diuinioris? Deéstne aliquid Passioni Christi? Esto desit: poteritne humana virtus sufficere ad illud implendum? Mortalium sanctitas audebit esse complementum illustrioris virtutis Dei? Valde videtur dehonestari Christi Passio his verbis Pauli. Vt sublimet humanas passiones quodãmodò deuenustat diuinas? Egregiè Caietanus ibi: *Dicendo, adimpleo in carne mea, ea quæ desunt Passionum Christi, apparenter significat aliquid diminutionis in Passione Christi: secundum tamẽ veritatem non significatur diminuta passio Christi: sed significatur quod deest illi coniunctio ipsius cum afflictionibus nostris.* Itaque Passioni Christi deest coniunctio cum afflictionibus nostris: & afflictiones nostræ tanti æstimantur à Spiritu sancto, vt dicantur complementum Passionis Christi. Non quia Passio Saluatoris diminuta sit. Non enim esset magnificum rei diminutæ esse complementum: at rei plenissimæ, & perfectissimæ complementum esse, excelsa laus est, & singulare elogium afflictionum humanarum. Opportunè valdè, & animosè, inquit Nazianzenus de laudibus sororis Gorgoniæ: *ô Christi exinanitio, & serui forma ipsius Gorgoniæ mortificatione decorata!* Scilicet afflictio, & mortificatio huius sanctissimæ fœminæ ornamentum fuit Christi, & decus Passionis: & Pauli Passio complementum Passionis Christi. Vnde dicitur Passio Pauli adimplere, quæ desunt Christi Passionibus. Aliter Hildebertus Pauli Passionem commendat, nempe à motiuo, sic inquiens. *Paulus passus est pro Christo, Christus pro mundo.* Quid, quæso, perfectius est, quid maius est, Christus Deus, an Mundus? Heu! quam exiguus est totus mundus comparatione diuinæ sublimitatis! Ergo etsi à persona diuinior sit Passio Christi, quàm Pauli; à motiuo proximo (quod vocant) valde excellit Passio Pauli ex mente Hildeberti. Vnde rectè potest eius *complementum*, ac decus.

ad Coloss. Caiet. *Passio Christi decoratur nostris ærumnis.* Nazianz. *Paulini martyrij exaggeratio.* Hildeb. ep. 9.

93. Sententiosissimè inquit Tertullianus, agens de Martyrum constantiâ, ærumnis tormentis: *Cicatrices illæ vtique inuidiosæ apud Christum.* Christúsne inuideat Passioni martyrum? quid habent martyrum Passiones, quod inuidere possit Christus? Christus Deus est: quid, rogo, tam magnum bonum est, cui inuideat Deus? quid non cumulatius, & eminentius in Deo fit? Christus in cœlo est animo, & corpore, immensum, & æternum beatus; quid illi desit, qui seipso fruendo, possidet omnia? Inuidiâne apud Deum, præsertim rei humanæ? Planè inter Paradoxa huius Doctoris id censendum videtur. Imò inter eximia humanæ virtutis elogia. Porrò Christus Deus tanti æstimat humanam aduersitatem patientiam, tanto in pretio in cœlis sunt mortalium passiones, & afflictiones humanæ, vt (si posset inuidiæ zelo affici) eiusmodi Passionibus planè inuideret; Paulinus sui Vitriaci virtute facit Christi pompam, ita scribens: *Cum primo Christi amore succensus, ordine ante ipso Domino quandam oce is sui pompam.* Nempe ob eximiam Vitriaci Sanctitatem ouat Christus, & quasi ambitiosam triumphi sui pompam ducit; Ac si augustior Sanctorum virtus, ambitio quædam esset Dei Hanc hyperbolem insinuat Basilius Seleu. inducens Deum loquentem ad Samuelem, qui admiratus venustatem, & proceritatem grandioris fratris Dauid, sic fatur; *Tu mortali oculo corporis magnitudinem dimensus, mirabaris; ego verò quæ mihi videtur soli pulchritudo, eam exambio.* Expende τὸ *exambio*, cùm ait Deum animi Dauidici pulchritudinem ambire. Num humanæ virtutis pulchritudinem exambit Deus? Apud Deúmne ambitio erit sanctitatis humanæ? Quis erit Deo immoderatus honor, quem prætendat? Procul à Deo ambitio. Procul inquam, sed humana, quæ misera est: Est autem sua quodammodò ambitio in cœlis, sed modesta, sed pia, & digna cœlo. Hæc virtutis humanæ sublimitatem ambit, ac si spectaret honorem à nostris virtutibus. Tertullianus sic fatur: *Semel Christus pro nobis obiit. Si vicem repetis, num ille salutem de mea mote expectat:* Vel dubitandi ratio exaggerat laudem nostræ tolerantiæ, & humanæ virtutis. Profectò sublimior hominis virtus, augusta Dei laus est; imò & decus; siquidem Gorgoniæ mortificatio decus dicitur Passionis Christi; & Pauli ærumnæ complementum sunt Christi passionum. Et Vitriaci virtus pompa Saluatoris est, apud quem Martyrum cicatrices inuidiosæ dicuntur. Vnde Christus piè ambit eiusmodi virtutum pulchritudinem. Et sanè nimia morum pulchritudo, & elegantia est, quæ sic decorat Deum, cui Deus quasi inuidet, & quàm piè ambit. Est ergo Iudith hîc.

Tertull. lib. de Pudic. cap. 16. *Quid sit eximias virtutes dici inuidiosas apud Christum.* Paulin. epist. 16. *Martyrũ cicatrices inuidiosæ apud Christum?* Basil. Seleu. Orat. 14. Tertull. in Scorpiac. aduers. Gnost. cap. 6. *Sanati Christus de nostro martyrum expectat?*

Digitized by Google

Iudith. hic, verſ. 7. *eleganti affectu nimis*, nimiſque apud Deum venuſta, morum pulchritudine, & elegantia. *Nimis* dicitur: nam hic virtutis quidem exceſſus videtur, ſaltem virtutis factus eſt.

§. VII.

Natura humana in Iuditha gratiam æmulatur.

64. NAtura humana Originis labe infecta, & ſordet criminum fœtoribus, & degenerat vitij ignobilitate, & deflectit curuitate delicti: cuius concupiſcentia radix delinquendi eſt, matrix culpæ, naufragium ſanctitatis, virtutis euerſio, & fomes ad peccātum. Verùm aliqui Sanctorum proceres adeò pacatè rem ſanctitatis egerunt, vt ab ipsâ natura eos adiuuari ad virtutem viderêtur, & quaſi innata ad Sāctitatem appetentia agi. Dicam audacius: Bona naturæ indoles pro gratia illis fuit, & ita naturali quaſi fomite vrgebātur ad virtutem. (Bona, inquam, indoles indebita, quæ gratia naturalis eſt. Abſit calumnia.) De hac indebita, & gratioſa indole tantùm ago in hoc §. Adde etiā gratiam internæ inſpirationis, ſed quæ ſit ordinis naturalis. Ad Rom. 6. v. 19. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibite membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem*. Valde equidem Paulus præcipit; ſed quis poterit tantæ perfectionis tenere faſtigium? Et ſanè tota diffi cultas in cōparatione conſiſtit; neque enim tantùm præcipit, vt iiſdem membris quibus luxui, & cupiditatibus olim ſeruitum eſt, modò ſeruiatur virtuti: Sed *ſicut* ſeruitum eſt vitio, & concupiſcentiæ, *ita* ſeruiatur virtuti, & ſāctitati. Planè modum præſcribit, modum exigit Paulus. Quod acutè aduertit Caietan. ibi his verbis: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra. Ad executionem exteriorem, quæ per corporea membra fit, manifeſtè hoc ſpectat. Et dicendo (ſicut,) monet modum proportionalem tam penès cogitationes, quàm affectus, ſtudia, & vigilantias, quibus vſi ſunt ad exhibēdum membra propria ſeruire immūditiæ. Hinc apparet, quòd de peccatis veneris loquitur.* Ergo *ſicut* ferebantur ad vitia, & cupidines, *ſic* percipit ferri ad virtutes. O quàm ardenti ſtudio, quanta cum voluptate fertur quis ad vitia! Quàm ardet animus ad vindictam! quæ ambitio honorum eſt! qua appetentia helluones conuiuia inhiant! ô quam delitioſè appetitum titillat libido! quàm volupe eſt ad voluptates ferri! quàm ardet fomes ad vitia! Sine poteſt homo ferri ad pietatem, vrgeri ad virtutē, extimulari ad ſanctitatē?

65. Sic, ſic præcipit Paulus: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ: ſi exhibere membra veſtra ſeruire iuſtitiæ*, &c. Eadem vigilantia eodem affectu, eodem ſtudio; ſimilibus agi ſtimulis ad virtutem, & nono alio fomite accendi ad ſanctitatem; ac ſi foret fomes ad virtutem, & libido ad pietatem. Animoſè dixit S. Nazianzenus: *Ita progrediebamur* (nempe in via perfectionis) *Deo & cupiditate adiutoribus vtentes.* Vulgare, & crebrū eſt Deo auxiliari vti ad progrediēdum de virtute in virtutem; at rarum, & inſolens, vti cupiditate ad ſanctitatem. Porrò cupido viuidus affectus eſt rei nummariæ, aut venereæ, aut alterius rei voluptuariæ. Num aliqua pietatis libido eſt? Eſtne ſtimulus ad virtutem? datur fomes ad Sanctitatem? Planè affirmat Nazianzenus ſe, & Baſilium, *cupiditate* vrgeri ad virtutem, ac ſi bona indole, & naturali ingenio agerentur ad pietatem: Et ſicut alij exhibuerunt membra ſua ſeruire immunditiæ: ſic B. Virgo, ſic Nazianzen. & Baſilius, ſic Iuditha, &c. fere exhibuerunt membra ſua, vt quādam ſanctitatis cupidine ſeruirēt iuſtitiæ, & ſanctitati. Concinit Philo ita de Abrahamo inquiens: *Dei legem, & mandata fuiſſe omnia, non ſcripto vllo edoctum, ſed abſque Scriptura, ſecutum appetitum ingenij ſui ſanctiſſimi.* Audis appetitum ad virtutem, cupidinem ad ſanctitates? Concupiſcentiam quoque agnouit Petrus Damian. ſerm. 22. aiens: *Peregrinus, & Laurentius vterque pergit ad laureum: quibus vna eſt concupiſcentia.* Datúrne concupiſcentia ad labores, ad martyrium, ad pietatē? Quin & Deus dicitur inſpirare cupidinem rerum cœleſtium. Sic Philo aiens: *Aſpirante his volucrem cæleſtemque cupidinem Deo benigniſſimo.* Audis Cupidinem ad virtutem? Ennodius Ticienſis quoſdam Hæreticos, qui libertatem duntaxat ad malum homini permittebant, his verbis expugnat: *Quæ iſta libertas eſt, ſi valet, eſt, vbi hoc datur ſolum velle, quod puniat? Quid enim boni à nobis Deus noſter rectè quæreret, qui appetentiam eius ac voluntate ſubtraxerat?* Ecce tibi in ſanctiſſimis viris *boni appetentiam*, quam nuper Philo *cupidinem* appellauit.

Samian. alioqui ſeuerior hominum reprehenſor, hanc ſanam virtutem publicat. Verſabat verba illa Act. 17. v. 18. *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus*, in Deo inquam, & ſic addit: *Non enim dixit ab ipſo nos, ſed in ipſo moueri. Docens ſcilicet inſitam intra virtutes ſacrat, omnium noſtrum eſſe ſubſtantiam.* Ac ſi naturā noſtra verſans inter diuinas virtutes, virtutis aliquid, ex arcano illo affectu, ſeu velut attactu attrahat, & participet, quò æmulari poſſit diuiniorem gratiam. Quod adnotauit ſubtilis Baſil. Seleuc. ſic fatus: *Age modò & nos ad medullam Dauidicæ bonæ veniamus, vid. mus anima, gratiæque contentionem, animi virtutem, & gratia miracula.* Ecce tibi aut gratiam æmulantem naturæ, aut naturam æmulam gratiæ, ô nobile, & Dei oculis dignum certamen, in quo Danidis proba indoles cum diuiniore, & certiori gratia quaſi contendit: & benè temperatum ingentium cum diuino auxilio certat ad pietatem. Auxilium gratiæ pro ſe allegat in hac cōtentione, ſe vnac ùs impellere ad virtutem; bona indoles, ait diuturniùs fauere pietati; perpetuò tranquillare paſſiones, & præſidium eſſe ſanctitatis, tentationes hebetantiſſimè & quādam cupiditate, & propēſione ad virtutem ſæpè allicere. Eleganter Nazianzen. poſt medium allegatæ Orationis de excelſa Baſilij naturā, inquit: *At hic noſter ita omnia peragrauit, vt in illo gloriæ materiam quæſiſſe natura videretur.* Nimirum natura humana ab originali delicto diffamata eſt, quòd eſſet ſeductrix animarum, filiorum nouerca, ſentina vitiorum, tædium virtutis, & peſtis ſanctitatis. Verùm in Baſilio, in Iuditha, &c. ſic natura ſupra naturam ipſam eminebat, ſic excellebat indoles, vt natura æmulans gratiæ miracula, & quaſi refutare priſtinam infamiam, *& materiam gloriæ quæſiſſe videatur*. Clem. Alexand. *In tota hac recte quæſiuimus oratione, virtúſne fuerit natura.* Ac ſi dubium ſit an natura aliqua in gratiæ naturam transformata ſit? ſic glorioſè natura eminet adiutrix gratiæ? Sic ferax gloriæ natura eſt à naturali, ſed indebitā indolis bonitate? quæ gratia quædam ordinis naturalis eſt, & egregiè adiuuatur à gratia internæ inſpirationis facili ductu.

Neque tantùm iſtiuſmodi natura, gratia eſt, 67.

Margin notes: Ad Rom. — Paulus in Iuditha fomes ad virtutem? — Nat. Orat. de S. Baſil. — Concupiſcentia ad virtutem. — Philo lib. de Abrahamo. — Philo lib. 1. Allegor. — Ennod. l. 1. ep. 19. — 66. — Actor. Saluian. l. 2. de Gubern. Dei. — Baſil. Seleuc. Orat. 15. — Natura æmula gratiæ. — Nazianz. — Clem. Alex. l. 7. Strom.

(modo explicato, procul Pelagianismus:) & aliqualis cupiditas ad virtutem, & materia gloriæ, sed etiam fertilis est beatitudinis. Mat. 13. v. 31. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiēs homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus. cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus.* Num regnum cœlorum seminatur in homine? Quis est ager hominis (dicitur enim *in agro suo*,) nisi cor hominis? Audiendus est Paulin. sic scribens: *Ager tu Christo es: & cor tuum fertile à Deo semen exceptum spirituali fruge multiplicat.* Itaque regnum cælorum, seu beatitudinis semen, seminatum in agro Christi, quod est cor hominis, excelsâ indole præditum; ferax beatitudinis est, & exceptum eiusmodi gloriæ semen amplissimè multiplicat. Nempe bona indoles, naturalis gratia est, fertilis virtutum, & ferax beatitudinis ex diuino semine, quod immensùm auget, dilatat, multiplicat, incrementat. O præclarum naturæ elogium, & auxiliaris gratiæ æmulum priuilegium! Hominísne ingenium beatitudinis ferax erit, quod aliàs passionum, & cupiditatum spinas & tribulos germinare solitat? Non tantùm animi sanctimonia prædicatur in Iuditha in hoc capite, sed etiam vers. 7. corpus ipsum nimis elegans, & pulchrum dicitur: quod de venustate virtutis, & morum elegantia accipiunt, qui rem moralem tractant opportunis tropologiis.

[margin: Sua ingenij indoles fertilis est gloria ex gratia semine. — Paulin. epist. 4. — Iudith.]

§. XVIII.

Inopiæ malo, vel Christus Deus sub Diabolo esurit, & sub Samaritide sitit.

68. PRudens Senecæ vox est ad suum Lucilium: *Aliquid quotidie aduersus paupertatem auxilij compara, nec minus aduersus cæteras pestes.* Porrò nimia paupertas (non loquor de paupertate virtute; sed de dirâ egestate, cuius occasione alienando humana imbecillitas adigitur ad culpam;) sæpè pestis est ad indecora quasi cogens homines, & ad flagitia, & animæ interitum. Tanta est mortalium imbecillitas! Ad improbitates infeliciter pertrahit felici suadelâ. Purior castitas secura non est, si dirâ egestate prematur; pertinacior constantia submittitur ab inopia: robustior fortitudo paupertati cedit: & vt summatim dicam; omnis virtus sæpè infœcunda est, & à nimia egestate non semel abortum facit. Iob. 30. v. 3. *Inopia, & fame sterile.* Quin & virtus captiua est sub egestate. Bellè Nouat. *Ex mea me inopia redimo* Nam dura necessitas non semel Castitatis est inconstantia, Constantiæ pauor, Fortitudinis scopulus, Iustitiæ defectus, Prudentiæ seductrix, Temperantiæ venenum, Sanctitatis naufragium, Virtutum ruina, quia est vitiorum occasio, & improbitates tacitè persuadet. David Psal. 30. v. 11. *Infirmata est in paupertate virtus mea.* S. Hieronym. *Infirmata est in iniquitate virtus mea.* Ac si idem sit dira egestas, & iniquitas. In Ierem. Orat. c. 5. *Pellis nostra quasi clibanus exusta est à facie tempestatum famis.* Ecce inopia cibi, & potûs, tempestas dicitur, quia sæpè occasio naufragij est; hoc tantùm intendo. *Vt dum mater criminum necessitas tollitur, peccandi ambitus auferatur*, dixit Cassiodorus. Quasi dira egestas sæpè sit facinorum matrix, & delinquendi ambitio.

[margin: Seneca ep. 2. — Nimia egestas quiddā est virtutum sterilis. — Iob. — Laur. Nou. homil. de Pœnit. — Psalm. Hieron. Ierem. — Cassiod. l. 9. ep. 13.]

69. Sic virtus cum modico censu, sed sufficienti; quasi in tuto est ab inopiæ peste, & hoste. 1. ad Timoth. 6. v. 6. *Magnus quæstus pietas cum sufficientia:* Quid hîc *sufficientiæ* nomine intelligat Apostolus, interpretatur S. Aug. *Quocirca optent sibi, ut suis sufficientiam rerum necessariarum, de qua sic Apostolus loquitur: Magnus quæstus pietas cum sufficientia.* Itaque Pietas, siue Virtus cum sufficientia rerum necessariarum, quæstus magnos facit: meritorum lucrum est, & vsura virtutum. & sanctitas Angelicæ perfectionis æmulatrix. S. Hilar. ad illud Matth. 4. *Cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*, sic ait: *Totidem diebus annorum quibus plebs* (scilicet Iudæorum) *in eremo, vita Angelorum, habitúque mansit.* Quomodo verum esse potest, quòd Hebræa gens in eremo quadraginta annorum spatiis Angelicam vitam egerit; cùm liquidò ex sacris Literis constet plures ex Hebræis in deserto infidos fuisse, quosdam detractores, rebelles alios, impuros, idololatras &c. Ita sanè accidit. At hoc merum Hebræorum vitium fuit; nam Deus illis præstitit annonam è cœlo: & vestes, & calcei attriti non sunt; itaque nulla re ad vitam necessaria eguerunt in deserto? hoc inquam, hoc planè est Angelicam vitam agere. Nam in nullius rei ad vitam necessariæ indigus est; tâta potest in virtute lucra facere, (*magnus quæ inspietas cum sufficientia*) vt Angelicam sanctimoniam valeat imitari; & felicem innocentiæ statum, quem habuit Adamus in paradiso. Quod S. Hilar. disertè docet: *Hebræa gens in eremo vita Angelorum, habitúque mansit.* In hunc sensum expedita sunt verba Oseæ, c. 6. v. 7. qui ita de Iudæis fatur: *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum meum, ibi prauaricati sunt in me.* Difficile est Hebræam gentem peccasse sicut deliquit Adamus; Quin & in paradiso peccasse longè difficilius est: In quæ verba sic S. Hieronym. *Ipsi autem imitati sunt Adam, vt quod ille in paradiso fecerat pactum meum, legémque præteriens; isti in terra facerent. Et ibi, hoc est, in paradiso omnes præuaricati sunt in me.* Nota vltima verba, in quibus tota sententiæ vis, & energia est; *Et tibi, hoc est in paradiso præuaricati sunt*, Iudæi sicut Adam. In paradiso, inquam, vbi nihil Hebræis deerat in terra promissionis; in paradiso, vbi omnia ad vitam necessaria suppetebant: in paradiso vbi omnium reru sufficientia potiebantur: in paradiso, vbi innocentiæ felicem statum imitari possent; ibi præuaricati sunt. Hæc intimi doloris mihi causa est; ait Propheta: hoc Deum exasperat, & acerbè ferit, vt cùm in sufficientia rerum possent paradisiacam vitam æmulari, (imò Angelicam, vt aiebat Hilarius) ibi præuaricati sint: Hoc impietatem adauget, & Hebræi populi peccata cumulatiùs exaggerat. Quasi qui nulla re indiget ad vitam necessaria, munitus sit aduersus host les tentatoris incursus, & cadat nemine ad vitium impellente, & sine occasione delinquat. Nam strictior inopia, sæpè procliuis occasio ad peccandum est; & vel ipsum Deum, (nisi incapax delicti foret,) fortassis cogeret ad delictum.

[margin: 1. ad Tim. — Aug. epist. ad Probam c. 6. — Sufficientia rerum temporalium potest Angelicā vitam æmulari. — Hilar. Matth. — Hilar. — Oseæ. — Hieron.]

70. Tres Iobi olim amici, acri disputatione illum deuincere conati sunt: Quorum rationibus satisfecit Iobus. Tunc Eliu auxiliarum operam aduersùs Iobum præstaturus, sic illum adoritur, cap. 34. Iob v. 10. *Viri cordati audite me: Absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.* Super quibus verbis, sic S. Greg. *Ecce fastu superbiæ inflatus, eos tãtummodò, qui quasi dignè intelligendo se assequi valeāt, quærit: & sic quod sentiebat erumpit, dicens: Absit à Deo impietas, &c.* Porrò Eliu linguatas triuerat illius ætatis academias, non vulgarem scientiam eructare præsumebat, & vt erat iuuenili vigore,

[margin: Iob — Greg.]

vigore, viuido ingenio, & superbiæ fastu arroganter elatus, eos tantummodò, qui digne intelligendo se assequi valeant, quærit. *Viri cordati audite me.* Ad homines sapientes verba facio, & quibus omni, qua pollent sapiétia, opus est, vt quæ dicam verba penetrent. Quænam verba sunt? Arrecta te aure auidè auscultant: *Absit à Deo impietas, & ad Omnipotente iniquitas.* Quis non rideat insipientiam arrogãtem Eliu? Quid notius vel rudiori plebi, quàm Deum impium non esse, neque Omnipotentem iniquum? Hanc sententiam vt reconditiorem eruditionem charius diuendebat? De hac sententia lippis, & tonsoribus nota sibi blã hebatur? Ad id viros cordatos, & sapientes optat audiétes & attentis animis facit expectatione recõditioris sententiæ? Cæterum specie tenus sententiã facilis, & vulgaris est, & nemini nõ nota; id verò, quod medullitus recondit, arcanum est; augustius quid animis sapientum intimat; *Absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.* Profectò vox illa *Omnipotens* synonima non est, idem omnino sonans, ac vox *Deus*. Neque hic casu ab ore Eliu cecidit τὸ *Omnipotens*, sed energiam habet expansione dignissimam, & sapientiorum attentione. Nam τὸ *Omnipotens* idem est, ac *sibi sufficiens*, quod notauit Lorinus. Dixit igitur Eliu: Procul est iniquitas *ab Omnipotente, seu sibi sufficiéte.* Ac si dicat; longè abest iniquitas à Deo, non tantùm quia Beatus est, quia immutabilis est, &c. sed etiã quia sibi sufficiens est, & nullius rei indigus. Quia si insufficiens sibi esset, & aliqua re indigens, fortè non abesset à Deo iniquitas. Nam dira indigentia adeò sæpe instigat ad iniquitatem, vt vel Deus iustus, & sanctus forsitan non esset, si indigus esset. Sapienter ergo Eliu dixit: *Absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.* Quæ sententia adeò illustris olim fuit, vt meruerit Dauidem commétatorem; qui sic inquit Psal. 15. v. 2. *Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges.* Laur. Quia tibi ipsi sufficiens es. Quia Deus, nec summè beatus, nec iustus, nec sanctus foret, nisi foret sibi sufficiens, & minimè indigus aliorum bonorum: nam si aliquo egeret, Deus non esset.

Procul impietas ab Omnipotente: quia sibi sufficit.

Lorin. in Ps. 15. v. 2.

Psalm. Laurent.

71. Benè doctus in Scripturis Gilbertus Genebrardus sic ex Kimchi hunc versum exscripsit: *Bonum meum super te nequaquam est.* Nam qui alicuius bonis indiget: bona, & personam, qua eget, habet super se. *Nemo non subiicitur ei, cuius eget*, ait Tertullian adu. Hermog. cap. 8. Hic attende, quanto cum acumine dixerit Tertul. de Carn Christ, c. 9. de Christo in eremo esuriente, & ad Samariæ puteum sitiente, id est, in arctiori necessitate constituto: *Esuriit sub Diabolo, sitiit sub Samaritide.* Expende voculam illam *sub.* Premitur fame Christus Deus in deserto, tunc accessit tentator (*Esuriit Christus vt tentandi materiam Diabolus inueniret*, ait S. Chrysol.) & tanquã cum sibi subdito agit cum Christo? eius necessitate adeò elatus superbiit Dæmon vt non cibo, sed lapideo pane subiugãdum putat? *Esuriit sub Diabolo* Esuriens Christum Deum Diabolo quasi subdit? Saltem in Dæmonis existimatione, etsi falsã. Tanta est vis necessitatis, vt in hoc verbum hyperbolicè coegerit Tertullianum: *Sitiit sub Samaritide.* cùm Christus ex itinere fatigatus sudans, æstuans, frigidam sitiret; ad quodammodò indecora ipsa necessitate quasi cogitur, vt nemor foeminam vile alloquitur, cum meretrice diu confabulatur; non dubitat discipulorũ admirationem; supplex petit, quod vel scrupulosa Samaritana dare renuit? Dira necessitas Christũ ad hæc veluti adigit, & tãquam subditum Samaritidis constituit? *Sitiit sub Samaritide: Esuriit sub diabolo.* Hęc benè explorata habuit S. Maximus cùm inducit Dæmonem sic fantem, cùm à Christo superatus est in deserto: *Adam ille certe Dei manibus factus, meis quondã cessit insidiis, hic natus è fœmina, neq; suis necessitatibus flectitur.* Ac si res noua, & apud mortales insolẽs sit, non flecti ad delinquendum, qui diris necessitatibus agitur, & angitur Horũ benè scius Dauid, anxius Deum exorabat: Ps. 24. *De necessitatibus meis erue me.* Et Manasses coniux Iudithæ, illi sufficiẽtem censum reliquit hic, v. 7. ne egestate oppressa ad indecora cogeretur; & inopia illi foret ruinæ occasio; sed rei sufficientia virtutum quæstus foret.

Genebr. Kimchi. Tertull. Christus in necessitate constitutus sub Diabolo esurit, & sub Samaritide sitit.

Chrisol. serm. 11.

Maxim. hom. de Ieiunio.

Psalm. Iudith.

§. XIX.

Bona opinio apud homines valde iuuat ad virtutem, cohibetque humanam licentiam ad delinquendum.

72. CVram habere de bono nomine, laudabile est, & valdè facit ad sanctitatem: vallum est ad virtutem bonum nomẽ Nam præclara hominum opinio calcar addit ad probitatem; aut saltem passiones humanas fræaat, ne præcipitent ad improbitatem Fulcitur virtus bona opinione; siquidem non bona fama licentia est ad delinquendũ. Ruit ad vitia, cui apud homines nihil perdendum superest Sæpè continemur in officio, boni nominis repagulo, & præclara existimatio timor est delinquendi, & custodia legum, & vigor imbecillioris sanctitatis. Bonum facies, benè existimando; malum facit non bona opinio: Oseæ 9. v. 15. *Omnes malitiæ eorum in Galgala.* Quæ verba sic commẽtatur S. Hieronym. *Omnis malitia eorum in reuelatione.* Ac si dicat Oseæ ex mente Hieronymi: Malitiã Israelis non tantum fuit Idolola triæ delictum apud Galgala: quàm publicatio eiusmodi delicti tam Idololatria vnum delictum est, at *reuelatio* eiusmodi flagitij *omnes malitia sunt.* Delictum vnum, vna malitia fuit, *reuelatio* verò, & infamia nota ex publicatione eiusmodi delicti *omnes malitia sunt*: quia malitia publicata occasionem facit ad omnia flagitia; redditque homines steriles ad omnem probitatem. Vnde postquam Propheta dixit: *Omnes malitiæ eorum in reuelationis*, subnectit: *Radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam facient.* Quia infamia ex publicata culpa exsiccat virtutis radices, ne fructificet germina pietatis & vbertim deprauat ad omnes malitias. Sic interpretor illud Iobi 27. v. 7. *Sit vt impius inimicus meus.* Id est, vbi ritè ab hoste vindictã cupere nequeo, quàm quod habeatur vt impius, & non bonam de eo existimationem habeant homines: malũ enim quod mihi inferat, & impensè procurat, in suum ipsius caput residet & ruet præceps in omnia mala ex quo facio. Iuxtem sequentibus Iobi verbis; aliter forte non satis expeditè interpretandis.

Infamia matrix est delictorum Oseæ.

Hier.

Iob.

73. *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.* Iob 27. v. 5. Amici Iobi totis viribus, & multis rationum argutijs intẽdebant sanctissimo viro persuadere, vt se peccatorem existimaret, palámque profiteretur se ob propria flagitia à Deo tot pœnarũ cruciamẽtis acerbè vexari. Hunc verò fuisse amicorum animum, multis probãt interpretes, præsertim Sanctius non semel id inculcans. Indubium mihi hoc est, & ex cõtextu perspicuũ Cæterùm quorsum Iobus respõdet amicis, ad impensè procurantibus, se ab innocentia non recessurum? Quasi

Iob. Bona fama dicitur innocentia.

Sanctius.

Paul ep. 24. *Religiosus peccare nescit.*

gum duorum fidelium vnius speciei, inquit, Tertullianus: ac si homo infidelis seu carnalis esset diuersæ speciei ab homine religioso & spirituali; Sanctus Paulinus ita fatur eleganter de Victore sanctissimo viro: *Ingenitâ simplicitate tam puri animi fuisse perhibetur, vt peccare nesciret; iam in extrema ætatis senectâ puer & malitia paruulus: non solum gratia, sed & mentis infantiam gerit.* Profectò ab vtero homo imbuitur malitiæ non bonâ eruditione: ad peccandum omnes docti, & ingeniosi sumus, at Victor, ac si foret alterius naturæ, *peccare nesciuit*, quasi agnata esset illi sanctitas? *Fidem moribus anteuerterunt*, dixit S. Gregorius Nazianzenus de Religiosis viris in Orat. in laudem Patris sui. Et in Orat. in laudem Basilij Magni, dicitur S. Basilius, *Philosophus inter philosophos etiam ante philosophiæ decreta*. (Philosophiæ nomine virtus innuitur, vt aliàs sæpè:) *Et quod maximum est; Sacerdos Christianus ante initum Sacerdotium.* Nónne plusquam homo videtur, aut saltem fere alterius speciei, qui præmaturè antè susceptum Sacerdotium, Sacerdos videtur; (Heu! alij post susceptum ordinem videntur sæculares!) ô naturale miraculum vitæ Religiosæ!

Greg. Nazianz.

40. Gregor. in Orat. de Basil. laud.

40. S. Gregorius Theologus Monachos appellat, *Spirantes columnas*, id est Christianæ fidei Atlantes, in quorum humeros incumbit Ecclesiæ moles. Profectò columnę elogium est tolerantia, quæ tota ædificij pondera sustentat: eóque firmior stat columna, quò grauius sustinet pondus. At Religiosus vir columna est, non brutâ & insensili tolerantiâ stans, sed viuâ & spiranti; *Spirantes columnæ*, id est, marmoreæ ad sustentandū; spirantes, & viuæ ad sentiendum. Sentiunt quod tolerant, pondus, & nihilominus adhuc propè pertinaciter sustinent. Vnde tolerantior patientia Religiosi viri, obstinatio dicitur Tertullianus ait de patientia Christianorum nascentis Ecclesiæ: *Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est.* Elegantius: *Sunt qui existiment Christianum (expeditum morti genus) ad hanc obstinationem abdicatione voluptatum erudiri.* Porrò obstinatio non bene audit: nam peruicaciam sonat, & obduratam pertinaciā in arrepto hæreseos proposito. Ita sanctitate proceres grauissima Religionis onera Atlanteis humeris sustinent piâ veluti pertinaciâ. Nempe grauissimæ obedientiæ iugum humilitatis abiectionem paupertatis humilitatem, abstinentiæ debilitatem, pœnitentiæ calamitatem, & Religiosæ vitæ molestiam; ita vt quò plures ærumnæ tolerantur marmoreâ, seu quasi obstinatâ firmitudine stent alacres & inflexiles, velut *spirantes columnæ*, viuæ ad sentiendum, marmoreæ ab robustè sustentandum supra humanas vires.

Religiosi sunt spirantes columnæ quasi obstinatè patientes.

Tert. Apolog. c. 50. & lib. de spectac. cap. 1.

41. Clem. Alex. 2. Strom. *Religiosus Mundo maior.*

Clem. Alex. de iisdem sic fatur: *Qui sunt voluptates superiores, qui vincunt animi motus & perturbationes, qui sunt Gnostici, id est, cognoscendi potestate præditi, qui Mundo sunt maiores.* Expende illud *Mundo maiores*. Profectò prægrandis, & immensitatis æmula est Mundi moles. Mirum quidem est, vt homuncio pauperculus, sordidulus, humillimus in angulo inuisi Cœnobij obscurè latens, in tantam excreuerit immensitatis molem, vt cum mundo de magnitudine certare valeat? imò superare possit. Nimirum Religiosus supra terram est, aquas enatat, super aëra volat, igneam sphęrā superat, & immensam cœlorum magnitudinem transcendit; quia *Mundo maior* est, qui supra omnia est, vt sub Deo tantùm sit. S. Nazianzenus sic fatur; *Vt Deus cunctis Ecclesiis, & animabus, ac denique vniuerso Orbis supplemento luceat.* Quis rogo, est Orbis supplementum, nisi sanctissimus quisque Religiosæ vitæ cultor, qui statui quasi agnata virtute supplet Orbis vices, & defectus? Quid illustrius? Scilicet, terra sterilescit, aquæ exundant, aër imbres negat, ignis sæuit, cœlum proficuos influxus sistit? Orationis ope, & sanctitatis auxilio occurrit his malis, & supplet elementorū partus, & cœlorum influentias, Religiosus vir. Fœcundatur hominum malitia, & Dei gratia sterilis est bonorum operum partu, denegante Deo congruas vires ad virtutem? Supplici precum omnipotentiâ, numen placat, & Orbi restituit pia Dei munera, Religiosus vir. Qui verè est & dicitur *Orbis supplementum*, cùm suppleat Orbis defectus. *Son los buenos Religiosos supplemento del Mundo, pues sustituyen sus defectos.* Nisi velis, ideo Religiosum hominem dici *Orbis supplementum*, quia ipse in se exhibet Deo, quicquid boni, bonitatis sterilis Mundus non exhibet, substituens ipse Orbis defectus. Quia in vno Religioso reperitur quicquid boni Mundo deest. Luculenter S. Gregorius Theologus vocat suæ ætatis Monachos, *Generis nostri primitias: hac columna: has fidei coronas: gregis Ecclesiæ complementi.* Quasi parum foret Religiosum Monachum dici Mundo maiorem, & Orbis supplementum, dicitur etiam *Complementum Ecclesiæ.* Videlicet Dei Ecclesia, Christi doctrinâ & sanguine inclyta, Doctorum eruditione irradians, martyrum passionibus purpurascens Præsulum auctoritate sublimis, tot miraculis, & exemplis eximiè illustris; necdum summè perfecta foret, nisi eius perfectio compleretur Religiosæ vitæ sublimi institutio. *Es la vida Religiosa el lustre, y lleno de la perfeccion Christiana.*

Religiosus est Orbis supplementum Nazianz. Orat. 5.

Religiosus est corona fidei, & Ecclesiæ complementum.

Gregor. Orat. 6.

42. Tert. lib. de Coron. mil. cap. 7 *Religiosus fidem armat.* Paul ep. 12. Greg.

42. Monachis aptari potest, quod de Martyribus dixit Tertullianus: *Hominis propria religionis pignora* Ac si Religiosus status sit pignus veritatis, quam fides, & Religio Christiana edocet. Vnde sanctus Paulinus dixit, quod S. Martinus ex Monacho Episcopus. *Fidem exemplis, & dictis fortibus armat.* Et *Fidei coronas*, nuper appellauit Monachos S. Gregorius. Profectò nemo accipit ad debiti securitatem, nisi pignus, quod tantum, aut plus valet, quàm res debita. Ergo religiosa vita, quæ *pignus religionis* nostræ dicitur, æmulatur totius religionis pretium, & piè ambit Christianæ æstimationem, & esse Complementum Ecclesiæ. Neque vt maximum habendum est, præfatum elogium, cùm S. Paulinus sanctissimus Monachorum, officiosè religiosam sui collegæ charitatem appellet, *Plenitudinem Euangelij.* Quasi monachorum officia impressa sint Euangelio, aut Euangelium impressum monachorum officiis. Quid sublimius? Porrò vita & charitas religiosa iure vocatur, *Plenitudo Euangelij.* Nam Euangelium aut ore dicitur, & linguæ sermone & verba sunt; aut calamo, & attramento scribitur, & erunt emortuæ litteræ; at dum vita & mores Euangelium spirant, dignius Euangelium impressum est vitali typo: sublimiùs enim Euangelizant vita & mores, quàm verba, & Scripturæ. Opportunè Hugo Cardinalis super argumento S. Hieronymi in Matthæum, sic fatur ex S. Chrysostomo: *Matthæus non solum sermone, sed & vita correctione Euangelium prædicauit.* Audis Euangelium viuaciùs impressum in moribus Matthæi? Vides religiosam vitam viuidè spirantem Euangelij plenitudinem? Egregiè Nazianzenus appellauit Basilium, *Spiritus domicilium, fidei fulcimentum, Domini voluntatem.* At vita S. Basilij, ipsa Dei mens, & voluntas foret.

Religio est plenitudo Euangelij.

Hugo Card.

Chrysost.

Naz. Orat. in laudem matris sui.

43. Et quidem spiritualis homo, qui in terris cœlestem

stem agit vitam, *Nihil terra præter corpus reliquit*, ait S. Gregorius: ac si cætera supermundanus sit, atque cœlestis vitæ candidatus, & æmulus. Eleganter Philo: *Sed quod est propositum de parandis diuinis, vereque Olympiis virtutibus: in hoc quibus sunt infirmissima corpora, sed anima validissima*. Scilicet homo Religiosus adhuc interris, non terreas virtutes alit, sed cœlestes, veréque Olympias, beatorum perfectionem æmulantes, velut inuidiâ piè ambitiosâ. S. Gregorius Nazianzenus hæreticorum maleuolentiâ dehonestatus, sic de se fatur: *O Trinitas (ac venia detur audaciæ,) Dei, ipse sum imago supernæ gloriæ*. Nempe Nazianzenus verè monachus est, non tantùm moribus repræsentat Euangelium sibi impressum, sed etiã eius vita virtutes Olympias exprimẽs, imago est supernæ gloriæ, & Olympiæ felicitatis. Sic beatur homo Religiosæ vitæ instituto, vt in se exprimat feliciorem sanctitatẽ beatitudinis æmulam. Nam etsi quotidie moritur, iugi religionis martyrio, excarnificatus piâ laniena; at perennat virtus, tot cruciamentis beatè felix. *Malo inuidiã Deo facere, per voluntatem eius pereundo, quàm bilẽ per meã euadendo*, ait Tertullianus. Quotidie moritur Religiosus, religiosæ vitæ perẽni martyrio lancinatus; at vsque adeò augustâ virtute viuit, vt inuidiosus dicatur Christo. Planè hyperbolicè, videlicet, si Christus Deus posse inuidia tangi maximè inuideret religiosæ Cœnobitarũ vitæ, cuius ipse princeps institutor fuit, fundans Apostolorum Collegium: quod noster Hieronymus Plati eruditè, pariter ac piè probat. Sed quod longiùs excurro in laudibus Religiosæ vitæ, quam exaggeratiùs commendant hæreticorum odia quàm Sanctorum encomia. Ne verò desit horum elogium, hũc paragraphum subtexui hæreticæ maleuolentiæ, quæ cumulus laudis est viro Catholico.

Greg. Orat. in Laudem Gorgoniæ. Philo in lib. de Agricul tura. *Religiosus est imago supernæ gloriæ*. Nazianz. Orat in Ægyptior. Episcop. ap- pulsum. Tertul. lib. de Fuga in persecut. c. 10. Hieron. Plat.

§. XII.

Amor grata Tyrannis est, libera seruitus, dulce martyrium, viua mors, & infernalis gehennæ felix æmulatio.

44 AMor sæuè blanditur, & blandè sæuit, sæuit tamen, etsi blandiendo: assentatoriè palpat, & dum voluptate titillat sensum, angores, & dolores excitat immites; promittit dulcia, & mellita venena propinat gratus est amoris labor, vulnus voluptuosum, & felix calamitas. Amor sui ęnigma est: nam spondet delicias, & ærumnas intentat, sed deliciosas. Grata sæuitia amoris est, sed sæuitia. *Amor inest*, (verba sunt Moschi de Amore fugitiuo, apud Stobęum.) *Mens improba, mellea linguæ gratia: quod loquitur non sentit: Fraude, doli, que puer fallax, mendacia miscens, crudeles ludos agit*. O amoris delicias molestissimas! Amor valentia, ac vis animi est, & amore languet chara sponsa, Cant. 5. vers. 5.

Si non languet amans, credite, languet amor.

Verè pangit ille quicumque nostratum poëtarũ. Ad hæc amor puer est, & pueriles nugas, & ludos agit, sed breui tempore senes facit: *Venisti chare adolescens, tertio demum die venisti, sed amantes vel vno die senescunt*, inquit Theocritus apud eumdem Stobæum suprà. Opportunè dicitur à Nazianz. *Amor dulcis tyrannus*. Tyranni ingenium implacabile est, immite, & turbulentum, sæuitiâ delectatur, acerbitatibus deliciatur, sic amor delicia tyrannis est, & grata crudelitas. Huius dul-

Moschus. Stobæ. serm. 63. Cant. *Amoris grata tyrannis*. Theocrit. Nazianz. Orat. 27.

R. P. Didac. de Celada in Iudith.

cis tyranni cruciamenta, hìc duo.

45 Paulus 1. Cor. 13. v. 7. sic loquitur de charitate: *Charitas omnia suffert*: Dixerat paulò antè, quòd patiens est, nunc addit amorem omnia pati, omnia ferre. O animosam amoris tolerantiam, quæ audet omnia pati, & perferre omnia! sanctus Anselmus ibi: *Omnia suffert: suprà dictum fuerat; quia patiens est, id est, non murmurans in aduersis sed corde tacito cuncta perferens; & nunc dicitur, quod omnia suffert, & in actu sustinet quidquid aduersitatis acciderit*. Nempe tam laboriosa res est amor, quod actu omnia sustinet, & tolerantissimè perfert. Qui omnia dicit, nihil excipit; nil non sustinet amor; sed pacatè, & placidè, imò dulciter omnia suffert, quasi idem sit amare, & sufferre. Et ita S. Cyprianus, non legit, *Charitas omnia suffert*, sed *omnia diligit*. Ac si ipsissima res sit sufferre, & diligere. *Amar es sufrir*. Ergo amor omnia suffert, id est, diligit: nam diligere sufferre est. Sigillatim percurrẽda sunt singula, quæ amor sustinet, Quæ expressa lego, Cant. 8. v. 6. vbi agitur de reciproco amore diuini Sponsi, & cœlestis Sponsæ: *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio*. Quid est quòd amãs, sigillari petat cor, & brachiũ? Ecquod est hoc sigillum? Sãctius inibi intelligit notã, quæ indicet aliquid esse nostrum, non suũ qualia sunt signa, quæ pecori, aut mercibus nostris imprimimus, aut stigmata, quibus mancipia nostra compungimus. Vnde Paulus, qui persæpe se appellat Christi seruum, stigmata Domini IESV in corpore suo se portare dicit ad Galat. 6. v. 17. Itaq; Paulus ab amore fit stigmaticus seruus Christi, super omnia à se dilecti. Vel aliter ad rẽ expendi possunt illa verba: *Pone me vt signaculũ, &c.* eodẽ Sanctio Interprete, ita vt signaculum significet claustrum, aut seram, qua aliquid tanquam omnino nostrum ab aliorum vsu vindicamus. Et sup. c. 4. v. 12. *Hortus conclusus, & fons signatus* dicitur. Nempe amor carcer quidam est, quo sponte detinetur amans grata amoris catena constrictus.

46 Additur: *Fortis est vt mors dilectio*. Verè morti cõparatur amor: quia sicut mors maxima calamitatũ est, ita amor summa calamitas est, sed grata, & felix. Præfectò Amor *dulcis tyrannus* dicitur à Nazianz. Ergo Amãs Martyr est, qui pia beneuolentiæ tyrannide excruciatur vsque ad mortem, quod egregiè notauit Sanctus Ambrosius, versans hæc Cant. verba, *Fortis est vt mors dilectio*, super quibus sic fatur; *Est & illa mors Sanctorum Martyrum valida, cuius non impar est charitas, quæ adequatur Martyrum passioni*. Quid non patitur Martyr? Bonorum proscriptionẽ, & infamię notã perfert, tractatur vt seruus stigmosus: Experitur vincula, & carceres, & tandẽ morti crudelissimæ addicitur. Sic tenet charitatis affectus adæquatur diræ, & duræ martyrũ passioni: nam amor blanda tyrannis est, & occultum martyriũ: Pulchrè Tertul. inquit: *Dilectio hominem Martyrẽ excudit*. Expende verbum *excudit*, quod plenũ emphasis, plenum acuminis est. Quasi dicat: Amor typus, & forma Martyrum est. Hispanè dices: *Et amor acuña Martyres*. Dicitur amor martyres cudere, ducta metaphora à monetâ, quæ typo excusa, impressa Regis imagine, valor augetur metalli: pretiũ enim & æstimatio metalli etsi pretiosissimi augetur ab imagine Principis impressâ typo sigillari. Vnde amor dicitur *signaculum*, inquit Teodoretus ibi, aiens: *Pone me vt signaculum, vult ergo Saluator noster, vt eum pro signaculo habeamus, & notam*

1. Cor. *Amor omnia suffert*. Anselm. Cypr. tract. de simplic. Prælat. Cant. Sanct. Ad Gal. Sanct. Ambr. l. de Isaac & anima cap 8. *Amor hominem martyrẽ excudit*. Tertull in Scorpi c. aduersus Gnost. cap. 6. Theod.

Digitized by Google

ipsius in omnibus tam dictis, quàm factis imprimamus: Sic enim erunt numismata regia, non adulterina, sed regiam imaginem praeferentia. Videlicet amor signaculum est, veros Martyres excudens: imprimit enim passionem Christi Dei, qui est typus, & forma Martyrum, in Martyris corpore, & à Passione Christi Martyri per ipsius amorem impressâ, fit Christi Martyr referens stigmata, seu stemmata passionis in corpore suo. Sic fortè aiebat suprà Paulus: *Ego stigmata Domini IESV in corpore meo porto.* Quasi amor, qui dulcis tyrannus est, praeuenerit martyrium, quod à Nerone pertulit, & praecox Martyr fuerit Paulus ab amore, praeuento carnificis officio. Prius enim fecit martyrum sub amore, quàm sub Nerone: nam dilectio hominem martyrem excudit: quia *fortis est vt mors dilectio.*

47. Subiungit opportunè ad rem, quam nunc versamus: *Dura sicut infernus aemulatio.* Interpretes passim aemulationis nomine eximiam dilectionem commentantur. Satis sit referre ex Ghislerio (Ghislet.) veteres Patres aemulationis vocabulum sumere pro vehementiori dilectione. Itaque vehemētior dilectio dura est sicut infernus. Paraphrasis Chaldaica sic habet: *Fortis est vt mors dilectio, robustus sicut gehenna zelus.* Ecce tibi eximius amor (qui zelus, seu aemulatio dicitur,) assimilatur inferno, seu gehennae. (Omitto nunc Bezam, & similes Haereticorum quisquilias, qui nullibi Bibliorum infernū pro gehenna accipi blasphemant?) Scitè amor inferno comparatur: nam vt ait Honorius apud nostratem Martinum del Rio ibi: *Dura sicut infernus aemulatio: quia sicut infernus duriter, quos absorbuerit, retinet:* Nimirum infernus locus poenarum est, vbi damnati diris cruciatibus exagitantur. Quis damnatorum gehennalia supplicia recensere audeat, aut valet? Ergo eximius amor *robustus est sicut gehenna.* ô grandem hyperbolem ad exaggerandas amoris aerumnas! Vel comparatio cum inferni cruciamentis exaggeratio est poenarum, quas sustinet amor. Huc proculdubio alludere videtur sanctus Ignatius Martyr totus Christi amore flagrans, qui sic scribit: *Ignes, crux, ferarum concursus, sectiones, laniena, ossium disceptiones, membrorum concisiones, totius corporis solatio, Diaboli tormenta in me veniant, tantummodo vt IESVM nanciscar.* Scilicet tenerrimus amor durissimi Martyris sic illum agit, & angit, vt tota Diabolorum tormenta, & gehennae incendia proritet; nam vehementioris charitatis flammis dulcissimè exuritur amore Christi aestuans, robustus enim est sicut gehenna, vehemens amor. Neque enim Plutonis regna carent amoris cruciatibus, quos malè sustinent. Ait enim Moschus apud Stobaeum suprà: *Pueri amoris.*

Chald. *Amoris grauis aerumna inferorum gehennae comparatur.* Beza. Honor. Ignat. epist. ad Rom. Mosch.

Parua manus: verùm longè iaculatur, in ipsum
Sape Acheronta iacit, Plutonia regna lacessens.

Ergo eximius Amor durus est, sicut infernus, robustus.

48. *Amor impossibilia audet.* Itaque Amor vehemens omnia suffert, siquidem stigmata seruitutis patitur, carceres sustinet, martyria, & mortes perfert, quin, & gehennales cruciatus feliciter aemulatur Amor, dulcis beneuolentiae piâ, & gratâ tyrannide. At (quod mirere magis,) amor plura perferre ambit, quàm ferre potest; supra vires audet, impossibilia intentat. Paulus eximius Christi amator ad Rom. 8. v. 35. (Ad Rom.) sic fatur: *Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Certus sum? quia neque mors, neque vita, neque Angeli,* (neque boni, neque mali, ait Anselmus,) *neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum,* (id est, coelestis beatitudo, ait infernalis, gehenna, ita S. Chrysost.) *neque creatura alia, poterit nos separare à charitate Dei.* Aduertis quàm audacter prouocet charitas Pauli omnia, quae saeuos dolores facere possunt, nec omittens ipsos tortores Daemones, neque creaturas omnes instantes, seu existentes, imò & futuras lacessens. Exemplo etiam Paulum cruciatus possibiles prouocare dulci charitatis vi, & gratâ amoris tyrannide, extimulatum; ait enim *neque creatura aliqua poterit.* Quod subtilis Doctor Caiet. his verbis adnotauit: *Superius dixit de facto: Quis nos separabit; modò verò loquitur de possibile dicendo: Poterit.* Quasi dicat Paulus, nulla creatura quantumuis efferata, & crudelis siue ex praeteritis, etsi iterum reuiuiscerent saeuiendum in me, siue ex praesentibus, quae duriter instent ad me cruciandum, siue ex futuris, quae anticipata existentia praecoci productione praecurrant aduersus me: nulla, inquam, poterit, *loquitur de possibili,* ait Caiet. quasi impossibile iam sit vllis possibilibus, aut impossibilibus cruciamentis me separare à perseuerāte charitate in Christū. Quia nullae creaturae id possūt in Paulū bene amantem, & iam eximiè praedestinatum. ô illustrem Paulinę charitatis animositatem! Ac si leues forent cruciatus, quos creaturae omnes infligunt miseris animantibus, (reduc in memoriam martyrum dira tormenta, & damnatorū gehennalia cruciamenta;) audet Pauli amor prouocare aerumnas possibiles; imò impossibiles, quibus impossibile fore piè praesumit, vt imminuant, aut labefactent eius amorem; etsi non adsuetum tāta pati, saltem audentem maiora possibilibus tolerare. Quid exaggeratius? Vides hîc à v. 5. in Iudith a puellâ tenerâ, & imbecillâ dulcem amoris tyrannidem: ieiuniorum inediâ tabescit, flagellationum piâ lanienâ cruentatur, spinosi cilicij horrore lacicinatur, in cubiculo aeterno clausa tenetur, velut in diro carcere, viua martyr est, aut viuax cadauer; perpetuò moritur, vt aeternùm viuat, aerumnas gehennae aemulas hîc patitur, vt in beatitudine sempiternet gloria, O piè crudelem amoris tyrannidem! Fortis est vt mors dilectio, durus sicut infernus vehemens amor. Euge deliciosa amoris calamitas, quę prae nimia patiendi voluptate, fallis passionis aerumnas!

Anselm. Chrysost. Caiet. Iudith.

§. XIII.

Religiosi quique ad coelum euntes per viam quae Christus est, caueant diligenter, ne eundo Christum conculcent.

QVi ab vtero errat, diu errauit; at quis reuocet ad viam diuturnos errones? Procliuis, & lata est via, qua errat homo, sed errando rectà pergit ad inferos. Ergo reuocandi sunt gradus, quibus pererrat, & dirigendi sunt ad viam, quae ducit ad coelum. Arcta est haec via, sed necessariò capessēda, ne proruas ad inferni barathrum. Quaenam haec via, quae ducit ad vitam, nisi Christus, qui ait Ioan. 14. v. 6: *Ego sum via, veritas, & vita?* De hac via; ait Paulus ad Hebr. 10. v. 20. *Initiauit nobis viam nouam, & viuentem.* Quomodo Christus est via viuens? Num quia est via permanens, florens, vigens? An quia frequens viator, eundo, & 49.

49. *Christus via est: & inde conculcetur necesse est.* Ioann. ad Hebr.

& redeundo, quasi eam viui ficat perpetuo sui motu? Diciturne viuens, quia ipsa mouetur, (sic aquæ dicuntur viuæ;) & ita ducit, & perducit homines ad cælum? Planè Christus dicitur *via viuens, & noua*, Græcè ὁδὸν πρόσφατον, id est, *recens, noua, nullius pede hactenus conculcata*, vt interpretatur Cornelius. Quid si Christus via est, aut per eam eundum non est, aut planè conculcanda est; quo enim alio modo per viam inceditur, nisi eam conculcando impressis vestigiis? quot gressus explicat viator, toties viam proculcet necesse est? Igitur si Christus via est, & si aliquando recens, & noua, & nullius pede conculcata; tamen conculcanda est ab imbecillis, & claudicantibus viatoribus, qui per eam iter faciunt, ô quanta patitur Christus à Christianis! ô quoties Christus conculcatur, & pessundatur vel ab iis, qui incedunt per eum, & gradiuntur ad vitam! Et quidem Christus obliuiscitur, *quod per conculcet ea*. Iob 39. vers. 15.

Gaiet.

Iob

50. Psalm.17. v.31. *Deus meus, impolluta via eius.* Quod dici potuit quando hæc via erat *recens, & noua, & nullius pede hactenus conculcata*, quando immundi hominum pedes iter per illam faciunt, quodammodò dici potest illud Psalm. 9. *Inquinatæ sunt viæ illius.* Nam pes immundus inquinare solet viam, per quam ambulat, & pedum sordibus squalet iter. Hinc mihi lux loci imprimis obscuri. Ioan. 13. v. 10. Lauare incipit IESVS pedes discipulorum, intentat Petri abluere pedes; piè recusat ipse pium Magistri obsequium, cui dixit IESVS: *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis.* Si totus Petrus mundus est, quomodo indiget, vt pedes lauet? Profectò si totus est purus, & mundus, necesse est; vt pedes etiam mundi sint, si enim pedes squalent, non est mundus totus, qui enim immundos habet pedes, quomodo totus mundus est? Quod si pedes habet mundos quale indiget, vt pedes lauet? Cur loti pedes ampliùs lauandi sunt? Et mundi sunt, quare ampliùs mundandi? Quamobrem expetitur tanta munditia Apostolicorum pedum? Num quia per viam quæ Christus est, debent incedere, & vestigiis terere immaculatam viam? Perbellè Origenes: *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet. Insinuat Dominus, quod hoc erat mysterium; lauando enim, & exsiccando pedes eorum, faciebat eos decoros, debentes Euangelizare bonesta, vt ostendere valeant iter factum, ac pergere per eum, qui dixit: Ego sum via.* Itaque Christus mundos Apostolorum pedes magis, ac magis abluit, & extergit, ne vel ad cœlum mundo, vel leuiter inquinentur, & ipsum, (qui via est) calcando, quodammodò inquinet. Lauat, & amplius purificat mundissimos Apostolorum pedes, cauens ne vel eundo ad cœlum, & eum vel leuiter proculcando, ipsum vel leuiter offendant, & quodammodò maculent. Vsque eò vel ad cœlum difficilis via est; Sic vel eundo ad cœlum (non qua itur) conculcamus Christum! ô peruersos mortalium gressus! heu immunda mortalium vestigia!

Psalm.

Psalm.

Ioan. *Pedes Christianorum sint mundissimi, quia Christus via est.*

Orig allegatus in Caten ibid.

51. Desiderabat Sponsa Sponsum videre suum, illum alloqui, & in purissimos eius amplexus ruere. Ecce sponsus ad fores pulsat, Cant. 5. v. 3. *Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea; quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Quis dubitet sponsam agnouisse sponsi sui vocem, præsertim cum tot beneuolentiæ epitheta expresserit? Quis non crederet sponsam quàm citissimè cursuram ad ianuam, vt diudesideratum sponsum videret? Aut sponsam audi: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quid refert sponsam lauisse pedes, vt vadat, & ianuam aperiat cœlesti sponso? Nam in via, quâ tendit ad Deum, timet, coinquinare pedes? ô grande mysterium! (exclamat Augustin.) *Ergòne timet inquinare pedes veniendo ad eum, qui lauit suorum discipulorum pedes? Timet certè; quia per terram venit ad eum.* Immaculata sponsa timet suos maculare pedes eundo ad sponsum cœlestem, quia per terram itur in cœlum? Sed rogo per quam terrenam viam itur in patriā cælestē, nisi per illum, qui Caro factus est, vt homines efficeret cœlestes, & qui via factus est, vt nos ad cœlum dirigat? Audi S. Greg Nyssen. sic scribentem: *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos. Ego, id est, Christus, sum Via; quam non licet tangere eum, qui hominis mortui non soluit indumentum.* Aduertis, quia Christus est via, ideò cœlestem sponsam recusare per illam incedere, ne noctu, & incautè incedendo per illam, terat eam pedibus, & eam conculcet, & sic lotos suos pedes maculet, & simul quodammodò inquinet viam? *Laui pedes meos*, inquit, *quomodò inquinabo illos?* Scilicet vel leues præcauet lapsus in opere virtutum. Vnde Christus quia nostra Via est purissimos vult pedes nostros, & quantumvis mundos, adhuc lauat aiens; quod qui lotus est, indiget vt pedes lauet; Quid ergo? eundum non est in cœlum per viam, quæ Christus est? quæ alia restat via, quâ non erretur? Adeóne timendum ne nos euntes in cœlum Christum conculcemus? O vtinam sic festinaremus celeres, vt currentes vix, aut ne vix quidem tangeremus aut offenderemus viam, per quam curimus, sicut Alexander Macedo currebat per viam ambitionis, & voluptatis; de quo suo Hirci nomine dicitur, Dan. 8. v. 5. *Ecce Hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram.* Sic celer curre per viam, quæ Christus est, vt vix tangas viam, id est, ne leui noxâ offendas: Aut fortè Christus Via viua est (sicut aquæ, quæ sponte mouentur, dicuntur viuæ) *Initiauit nobis viam nouam, & viuentem.* Ad Hebræos 10. quæ non vestigiis conculcanda est, sed ipsa vehit homines portat, & ducit ad cœlum. Ergo Iuditha valde timet, vel à pietatis gressibus. Vnde hîc v. 5. dicitur, quòd *in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur.* Clausa manet, passus vel ad tem plū cohibet, à pedibus timet, ágressibus pils præcauens, clausa domi moratur, ne ad Deum eundo vestigiis conculcet, & inquinet virtutis viam, vel leuiter offendens.

Cant.

Sponsa timet ne coinquinet pedes eundo ad sponsum cœlestem.

Aug. Tract. 47. in Ioan.

Nyss. Homil. 11.

Dan.

Hebr.

Iudith.

---

§. XIV.

Virtus non contenta angustiis suæ durationis, æternitatem æmulatur: vnde dicitur carere tempore.

52. VIrtus in homine est, sed res est Dei: ab homine operāte est, sed sine Deo cooperātē in homine nō est: Indebita est homini, & cui Deus plura debet: éstque debitor, vnde creditor esse poterat. E cœlo originem trahit, & in terris despicatissima versatur: inde despicitur, vnde suspicienda foret. Supra naturam hominis est, & tamen miraculum non est: nisi velis eam appellare, naturale miraculum. Diuinus quidam est vigor, mortalibus supernè

supernè insitus: vnde quædam diuinitatis elogia per participationem mutuatur, & quantùm fieri potest, in homine asseruat, & exprimit: & (vt alia nunc omittam,) quâdam specie participatæ æternitatis, siue immensitatis fruitur. Adeò enim magna virtus est, vt tanquam non capiat suæ propriæ durationis angustias, in ampliorem durationem latè sese infert, & in longum æuum se extendit amplissimè. Perbellè ait Philo. *Virtutes carent tempore*: non quia in aliqua duratione non fiant, neque aliquod durent tempus: ecqua enim est creatura quæ suum non habeat tempus? Num virtuti defraudabitur, quod conceditur aliis? Planè dicitur virtus carere tempore, quia ac si non arctaretur duratione sua, longè se veluti extendit in fructu ad ampliora spatia, quæ capiant tantæ magnitudinis amplitudinem.

Virtus caret tempore, quo sensu id verum.

Philo lib. de sacrif. Abel.

53 Ioann. Ioan. 14. v. 17. loquens Christus Deus de Spiritu sancto, eiúsque gratiis largiendis Ecclesiæ, sic ait: *Apud vos manebit, & in vobis erit.* Sí ne aptè collocanda verba, vt non aptè congruat sententia? Cadit sensus, imò iacet: Nam vt notauit cautè S. Augustin. de Verb. Dom. serm 4. *Prius est esse alicubi, quam manere.* Ergo non rectè dicitur priùs *manere*, & posteà *esse*. Quomodo enim manere potest, quod non est? Igitur prius est esse, & post dicetur manere. Vnde frigere videtur secúnda pars sententiæ, nempe. *In vobis erit*, siquidem dixerat, *Apud vos manebit*: quod enim manet est; imò si manet, diuturnè est. Priúsne manet virtus in homine, quàm in illo fit? Saltem manere dicitur ferè antequàm fit: *nam virtus caret tempore* in fructu suo: & antecedere dicitur sui existentiam, asseritúrque existere, quin & permanere, antequam dicatur esse. Iosue 3. v. 1. *Igitur Iosue de nocte consurgens.* Ecce magni Ducis vigilem curam, eius prouidentia præcurrit Solem, quò solem mox superet Imperio. Quis non credat cùm adhuc tenebræ essent, surrexisse, cùm asserat Scriptura, *de nocte consurgens*? Lyranus ibid. *In Hebræo habetur de mane consurgens*, Lyrano vulgò interpretes ancillantur. Nam idem est nox, & mane? Nox tenebras habet? Manè tenebras refugat. Ergo hæc communis Interpretatio negat, quod adstruit textus; aut qui ad opus Dei surrexit manè, bellè dicitur surrexisse de nocte, vt amplificentur virtutis spatia: quod diluculo fit, non tantùm diluculi tempus quasi duret: sed præcedentis noctis ambiat spatia, quæ occupare dicitur: *nam virtus caret tempore*, quia ambit ampliora spatia.

Aug.

Iosue.

Lyran.

54 Iudith. *Ieiunium piè ambit vltra sua spatia durare.* Iudith c. hoc 8. v. 6. de sanctissima Iuditha dicitur, quòd *Ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ præter Sabbata, & neomenias, & festa domus Israël.* Eximia profectò virtus, quæ extorsit à delicata puellâ tam virile ieiunium. Verùm incredibile est omnibus diebus vitæ suæ ieiunasse. Vellem vt cùm sacer historiographus excepit à ieiunio sabbata, & alia festa, excepisset etiam annos infantiles, & puellares; quin etiam totos annos, quibus viro superstite, nupta vixit. Opportunè Carthus. *Ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ: quibus in viduitate permansit. Maritatis autem mulieribus non liceret sic ieiunare sine consensu mariti.* Cur ergo omnibus diebus vitæ suæ ieiunasse dicitur, & tantùm excipiuntur dies festi? Cur innuitur ante viduitatem ita seuerè ieiunasse, cùm ferè constet, non ieiunasse dum erat maritata? Imò exceptio affirmat regulam in contrarium, & qui dies festos vnicè excipit, reliquam ætatem ieiunasse affirmare videtur. Planè specie tepus insinuatur Iuditham dum maritata erat, ieiunasse, etsi minimè ieiunauit, quia in viduitate ieiunauit, & ieiunium viduæ quasi non contentum viduitatis solius spatiis, propè ampliatur ad reliquam tempus: *nam virtus caret tempore*, præfato sensu, infrà ampliùs explicando.

Carthus.

Marc. 9. v. 23. Accessit ad IESVM quidam homo, cuius filius sæuo dæmone vexabatur, postulatus remedium tanti mali. A quo cùm Saluator fidem postularet, ipse inquit: *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.* Incredulum se esse fatetur, & credere se affirmat? Fidem mentitur, vt vel mentita fide salutem impetret filio? Si adhuc incredulus est, quomodo inquit, *Credo Domine.* Planè negat, quod fatetur; & sic mysteria loquitur pius pater. Beda hæc verba exponens, ita scribit: *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Si enim credebat, cur incredulitatem dicebat? Si verò incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebat?* Et mox: *Vno, eodemque tempore is, qui necdum perfectè crediderat, simul & credebat, & incredulus erat.* Quasi dicat; tunc incredulus erat, & tunc petebat fidem, & tamen audacter dicit, se tunc credere, etsi tunc incredulus est; cedet enim postea: & ita nunc quasi credit præmaturâ fide. Vnde cùm incredulus adhuc est, ait; *Credo Domine*, & ante tempus; quo credit, se credere dicit; *nam virtus caret tempore*, dum æternitatem æmulatur in fructu. 55

Fides, ambit amplificare durationem. Marc.

Beda.

Prouerb. 8. v. 18. Ait sapientia: *Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia.* Theodotion: *Substantia antiqua.* Et quidem sapiens à sapientia habet sufficientem censum: & laudem, quę eruditionem consequuntur. At quam ob causam dicitur esse *Substantia antiqua*, quam nunc possidet? fructus virtutis, qui nunc decerpitur, multò anteà decerptus fuit? Cur sapientiæ prouentus, qui modò capitur, iam olim præceptus dicitur? Et quidem *Substantia durabilis* dicitur in Originali Hebræo, quod dicitur à Theodotione, *Substantia antiqua.* Et planè dicitur antiqua, quia durabilis est, & quia in æternum durabit, vt exponit Salazar ibidem? aiens: *Vetera, & antiqua non solùm dicuntur ea, quæ à multo antehac tempore perdurarunt, sed etiam quæ dehinc multo tempore durabunt.* Profectò luculenter ad rem. Scilicet laus, & fructus virtutis, qui non percipitur, & habetur, dicitur *Substantia antiqua*; ac si iam olim hominem bearit; imò antiqua dicuntur, quæ deinceps futura sunt. Planè præsens tempus, exiguum videtur spatium ad virtutis fructus. Vnde ambit durationem ampliare, & dilatare spatia, & velut complecti præteritam, & futuram durationem. Virtus enim adeò diuina res est, vt æternitatis æmula non sit contenta propriæ durationis angustiis: nam, *Virtus caret tempore*, æmulatione æternitatis. Sic virtus eminentiã exaggerat Philo. Quæ Philonis sententia vera est, si intelligitur de fructu virtutis, qui perennabit ad glorias. Quin etiam virtus præuias tempore gratias exambit. 56

Prouerb. *Virtus præsens dicitur æternitas.*

Salaz.

§. XV.

Nimietatem non patitur mediocritas Moralis virtutis, quæ ab excessu degenerat in vitium.

MVlta virtuti non licent, quæ vitio licent: angustior est sphæra merendi, quàm delinquendi: licentior est vitij natura virtus arctiùs cohibetur 57

Virtutis excessus reprimendi sunt. hibetur. Non licet sanctitati nimirum audere. Improbitas verò temeraria est, & rem pietatis vertit in vitia, virtutem feriens mucrone virtutis. Maxima virtus moralis, mediocris est, & à mediocritate magnitudinem metitur. Non licet nimis crescere, cui summa statura mediocris est. O inuidiam vitij, quod hinc inde circumstat, & insidiatur virtuti, quò eius retardet incrementa. Nec virtus permittitur nimis audere, ne à nimio ausu degeneret in temeritatem, ô piam virtutis audaciam! virtutis (quid aliud possem?) coërcitione piè repressam! ô quàm auderet sanctitatis vigor, nisi reprimeretur vigore sanctitatis. *Sint lumbi vestri præcincti*, Lucæ 12. v. 35. *Luc.* Lumborum præcingendorum nomine, varia vitia præcingenda interpretantur Commentatores, libidinem præsertim: sed rigorosus litteræ seruator Maldonatus, sic ait: *Maldon.* *Sint lumbi vestri præcincti. Non sola hîc castitate, sed omnibus omnino virtutibus instructos nos, atque paratos esse iubet Christus.* Virtutésne omnes præcingendæ, & restringendæ sunt iussu Christi Dei? Planè noua, & insolens videtur hæc doctrina de virtutibus. Nimirum homo de se languescit ad virtutem, & non modò ad illam, non animatur à Christo vt viuaciùs audeat, sed inhibetur, vt compescat studium sanctitatis? Calcari opus est ad pietatem, non fræno; laxanda, & descingenda virtus est, non præcingenda & coarctãda. Solertiam docet Christus an desidiam? Planè oscitabunt homines ad virtutem ab hâc doctrinâ. Verùm enim verò (liceat sic velitari ad mores: litteralem sensum alias dabo præfatis verbis) Christus mortaliter agit cum inclytæ sanctitatis Heroïbus, quibus castiganda est ad virtutem audacia, nulla animanda de negligentia, redundantia pietatis cohibenda est, non laxanda; & lacinia virtutis cinctione comprimenda: *Sint lumbi vestri* (id est, virtutes) *præcincti*; Perappositè Tertul. *Tertul. lib. de Pallio. cap. 5.* *Tunica priùs cingulo correpta*. Itaque redundantia, seu lacinia virtutis (nomine vestis denotatæ) corripienda est. Nempe quod Euangelista dixit, *Præcingere*, piâ audacia dixit Tertull. *Corripere*, studens corrigere virtutis excessus. Quis vnquam crederet Christũ coërcere, seu corripere præexcelsam sanctitatem? Virtúsne digna est, quæ corripiatur à Christo? Verùm si nimis excelsa est, virtus iam non est: quia ab excesso degenerauit in vitium. Non corripitur virtus, sed excessus virtutis, quæ à magnitudine nimia vitiatur. Vnde iure culpatur nimia virtus, vt compescatur aliquis sanctitatis insolens vigor; & planè notificetur sãctorem Heroïbus, pios ausus etiam in re sanctitatis à pietate desciscere, & declinare in temeritatẽ. *Salaz.* Pulchrum planè Encomium Christianæ religionis, in quâ sic audent sanctissimi quique reprimendi sint ab ipsâ virtute vitij timore.

58. *Eccli. Nazianz. Orat.* Ecclesiast. 7. v. 17. *Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quàm necesse est.* Quid? multa sanctitas hîc prohibetur? Vetatur eximia sapientia? S. Nazianzenus sic ait: *Ne magnopere iustus sis, nec supra modum sapias. Nemo igitur sapientior sit, quàm conuenit, nec lege exactior; nec luce splendidior, nec amussi rectior, nec præcepto diuino sublimior.* *Quid est ex. iustum, &c. Nimia virtus, virtus non est.* Profectò est aliqua pietatis de pietate veluti æmulatio, & in re virtutis sua ambitio est, & fortè insolentior, quia nacta est augustioris materiæ generositatem. Scilicet audet homo nimis iustus, esse lege exactior, luce splendior, amussi rectior, cœlo sublimior: ambit enim temerariè Deum æmulari. *Matth.* Matthæi 8. v. 21. *Accedens vnus ex Scribis, ait illi: Magister sequar te quocumque ieris: & dixit ei Iesus: Vulpes foueas habent: &c.* Iure quæ-

runt S. Hieronym. S. Hilar. & S. Chrysost. hîc, cur *Hieron. Hilar. Chrysost.* hunc Scribam animosè audentem repulerit Christus, & iuuenem ferè inuitum statim adegit in sui collegium? Vltrò volentem reiicit, & nolentẽ admittit? Pretiosiórne alicuius tepiditas, quàm alterius feruor? Pulchrè S. Chrysologus. *Chrysolog. Serm. 19.* *Decipit, non accedit, qui promittit Dominum incautè sequi, sed ad omnia, Dixisset cautiùs, sequar te: quocunque ieris, sic dicit, qui inter se, & Dominum quid intersit ignorat.* Incautè audet in re virtutis, qui temerariè præsumit pari vestigio Christum sequi, quocunque ierit. Christum non sequi pigritia est; quocunque ierit, ambitiosè sequi, temeritas supra virtutis metas, & humanum fastigium: nam nec moralis virtutis mediocritas, nec Dei æmulatio permittunt tantam ambitiosæ virtutis sublimitatem.

Christus Deus passioni proximus ait Petro, 59. Ioan. 13. v. 36. *Ioan.* *Nõ potes me modò sequi, dicit ei Petrus; quare non possum te sequi modò? animam meam pro te ponam. Animam tuam pro me pones?* (Verba sunt S. Augustin.) *August. Tract. 66.* *Insultando quasi dicat: Itáne facies pro me, quod ego nondum pro te? Præire potes, qui sequi non potes.* *Petri ausus in re virtutis.* Scilicèt priùs cecidit Petrus præsumẽdo, quàm negãdo. Et ferè pia temeritate audens Christum præire, iniurius extitit Christo; ambiosus discipulus Magistri Dei nimiam sequelã: tanti ausus sublimitatem non patitur humana mediocritas, nec gloriosior diuinitatis fastus: hominem negat qui sic præsumit; priùs negauit Christum nimis audendo, quàm timendo nimis. Exolescit virtus nimietate vigoris, & Christus satagit, ne illum virtute præeat Petrus. Vnde humanam tenuitatem accusans, insultando dicit: *Præire potes, qui sequi non potes?* Enim verò Petrum præsumpsisse Christum præire, pia ambitio fuit, & audentior virtutis fastus.

Versabatur in eremo Elias, & ait illi Deus, 3. 60. Regum 17. v. 9. *3. Reg.* *Vade in Sareptha Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te.* Quodnam hoc præceptum viduæ datũ, & quando impositum illi est. Ego existimo nunquã id expressè mandatum fuisse viduæ: nusquã enim talis præcepti mentio. Hoc subtilis Glossa interlinearis aduertit, sic scribens: *Glossa.* *Præcepi mulieri viduæ: Id est, dedi ei vnde pascat te.* (Quod alibi ad mores tracto; siquidem perexigua facultas vel pauperi donata, præceptum dicitur alendorũ pauperum.) *Humana virtus quasi ambit anteuertere diuinam.* Cur igitur Deus inquit se prouidisse de sustentatione Eliæ, præcipiendo fœminæ, vt illũ pasceret, cùm eo vsque nihil suggesserit? nempe ideò dicit se præcepisse mulieri vt pascat Eliã, ne videatur Dei misericors virtus præueniri à pietate illius fœminæ. Fœmina quidem pascet Eliam, sed eiusmodi pietas dicatur præceptũ Dei, & Deum anteuertisse pietatem fœminę iubendo pietatẽ, ne videatur anteire misericordiam diuinã, quę quasi tardiùs accederet, si Deum præueniret ad piam sustentationem Prophetæ: Veluti sera enim esset prouidentia Dei, si prouidentia hominis illam præoccuparet, & primas ferret. Vnde dicitur Deus anteuertendo præcepisse, nempe dando viduæ vnde Prophetam pascat, vt notauit Anselmus Laudun. vt æmulari videatur humanæ virtuti ne anteeat diuinam, saltem temporis prærogatiuâ aut desiderio, quæ non potest eminentia perfectionis. Scilicet veretur Deus ne hæc fœmina nimis feratur ad virtutem? Quid? id non ferè timet a Iuditha? *Iudith.* Dicitur enim versicul. 7. *eleganti aspectu nimis*, quod de pulchritudine virtutis interpretantur, qui rem moralem tractant.

§. XVI.

An excelsa hominum sanctitati quodammodo Deus inuideat?

61. *Christus admiratur quorundam virtutem,*

HVmana natura quanquàm à se vitiorum fertilis, tamen à diuinâ gratiâ fœta, feracissima virtutum est; quæ eò excellunt magis, quò in peregrino, & non apto solo fructificant. Colimus enim adeò plures feliciter sanctos, vt humanum fastigium supergressos fuisse suspicetur humani ingenij infelix tenuitas, malignè capiens gratiæ naturalia miracula. Porrò tam augusta est quorumdam virtus, vt stupore defigat homines, & Christum Deum specie a imitationis suspendat. Animosam Centurionis fidem expertus Saluator admiratione illâ miri dilaudauit, & auxit. Luc. 7. v. 9. *Quo audito Iesus miratus est.* Super quâ re, sic philosophatur Beda: *Sed quis in illo fecerat ipsam fidem, nisi ille, qui admirabatur? Sed etsi alius eam fecisset, quid miratur, qui præscius erat?* Nimirum tam excelsam sanctitatem Deus operatur in aliquibus Sanctis, vt etsi anticipatâ notitiâ illam nouerit Deus, cui nihil est nouum; tamen tantæ virtutis excellentia, nisi diuinâ admiratione non videtur sufficienter hominibus publicari. Admiretur Christus Deus, cui est nihil admiratione dignum, vt dum tam eximia virtus admiratione digna censetur, eius celsitudo exaggeretur admiratione: quia nisi noua & insolens rei magnitudo, non sufficit ad ciendam admirationem. Ergo Christus alicuius virtutis factus Encomiastes, eam admiratione tanquam eleganti panegyri luculenter dilaudat.

Luc. Beda.

62. Porrò quis non miratur, virtutem humanam esse commendationem virtutis diuinæ? Venustatur Dei eximia virtus, eximiâ virtute hominis: & hominum excelsa sanctitas, Sanctitatis diuinæ encomium est. *Adimpleo ea quæ desunt Passionum Christi in carne mea*, aiebat Paulus ad Colossenses. 1. v. 24. Diuinum Dei incarnati opus fuit eius diuinissima Passio, quâ asseruit homines, compilauit inferos, impleuit cœlos, & augustiora diuinitatis attributa publicauit mundo. Num vlla potuit esse in homine tam excelsa virtus, quæ complementum sit diuini operis, & quidem eximioris, excelsioris, diuinioris? Deéstne aliquid Passioni Christi? Esto desit: poterítne humana virtus sufficere ad illud implendum? Mortalium sanctitas audebit esse complementum illustrioris virtutis Dei? Valde videtur dehonestari Christi Passio his verbis Pauli. Vt sublimet humanas passiones quodammodò deuenustat diuinas? Egregiè Caietanus ibi: *Dicendo, adimpleo in carne mea, ea quæ desunt Passionum Christi, apparenter significat aliquid diminutionis in Passione Christi: secundum tamē veritatem non significatur diminuta passio Christi: sed significatur quod deest illi coniunctio ipsius cum afflictionibus nostris.* Itaque Passioni Christi deest coniunctio cum afflictionibus nostris: & afflictiones nostræ tanti æstimantur à Spiritu sancto, vt dicantur complementum Passionis Christi. Non quia Passio Saluatoris diminuta sit. Non enim esset magnificum rei diminutæ esse complementum: at rei plenissimæ, & perfectissimæ complementum esse, excelsa laus est, & singulare elogium afflictionum humanarum. Opportunè valdè, & animosè, inquit Nazianzenus de laudibus sororis Gorgoniæ: *ô Christi exinanitio, & serui forma ipsius Gorgoniæ mortificatione decorata!* Scilicet afflictio, & mortificatio huius sanctissimæ fœminæ ornamentum fuit Christi, & decus Passionis: & Pauli Passio complementum Passionis Christi. Vnde dicitur Passio Pauli adimplere, quæ desunt Christi Passionibus. Aliter Hildebertus Pauli Passionem commendat, nempe à motiuo, sic inquiens. *Paulus passus est pro Christo, Christus pro mundo.* Quid, quæso, perfectius est, quid maius est, Christus Deus, an Mundus? Heu! quam exiguus est totus mundus comparatione diuinæ sublimitatis! Ergo etsi à persona diuinior sit Passio Christi, quàm Pauli; à motiuo proximo (quod vocant) valde excellit Passio Pauli ex mente Hildeberti. Vnde rectè potest eius *complementum*, ac decus.

ad Coloss.

Caiet.

Passio Christi decoratur nostris ærumnis.

Nazianz.

Paulini martyrij exaggeratio. Hildeb. ep. 9.

63. Sententiosissimè inquit Tertullianus, agens de Martyrum constantiâ, ærumnis tormentis: *Cicatrices illæ vtique inuidiosa apud Christum.* Christúsne inuideat Passioni martyrum? quid habent martyrum Passiones, quod inuidere possit Christus? Christus Deus est: quid, rogo, tam magnum bonum est, cui inuideat Deus? quid non cumulatius, & eminentius in Deo sit? Christus in cœlo est animo, & corpore, immensum, & æternum beatus; quid illi desit, qui seipso fruendo, possidet omnia? Inuidiáne apud Deum, præsertim rei humanæ? Planè inter Paradoxa huius Doctoris id censendum videtur. Imò inter eximia humanæ virtutis elogia. Porrò Christus Deus tanti æstimat humanam aduersitatem patientiam, tanto in pretio in cœlis sunt mortalium passiones, & afflictiones humanæ, vt (si posset inuidiæ zelo affici) eiusmodi Passionibus planè inuideret; Paulinus sui Vitriaci virtutē facit Christi pompam, ita scribens: *Cùm primo Christi amore succensus, ordi ante ipso Domino quandam ore is sui pompam.* Nempe ob eximiam Vitriaci Sanctitatem ouat Christus, & quasi ambitiosam triumphi sui pompam ducit; Ac si augustior Sanctorum virtus, ambitio quædam esset Dei. Hanc hyperbolem insinuat Basilius Seleu. inducens Deum loquentem ad Samuelem, qui admiratus venustatem, & proceritatem grandioris fratris Dauid, sic fatur; *Tu mortali oculo corporis magnitudinem dimensus, mirabaris; ego verò quæ mihi videtur soli pulchritudo, eam exambio.* Expende τὸ *exambio*, cùm ait Deum animi Dauidici pulchritudinem ambire. Num humanæ virtutis pulchritudinem exambit Deus? Apud Deúmne ambitio erit sanctitatis humanæ? Quis erit Deo immoderatus honor, quem prætendat? Procul à Deo ambitio. Procul inquam, sed humana, quæ misera est: Est autem sua quodammodò ambitio in cœlis, sed modesta, sed pia, & digna cœlo. Hæc virtutis humanæ sublimitatem ambit, ac si spectaret honorem à nostris virtutibus. Tertullianus sic fatur: *Semel Christus pro nobis obiit. Si vicem repetit, num ille salutem de mea mea expectat:* Vel dubitandi ratio exaggerat laudem nostræ tolerantiæ, & humanæ virtutis. Profectò sublimior hominis virtus, augusta Dei laus est; imò & decus; siquidem Gorgoniæ mortificatio decus dicitur Passionis Christi; & Pauli ærumnæ complementum sunt Christi passionum. Et Vitriaci virtus pompa Saluatoris est, apud quem Martyrum cicatrices inuidiosæ dicuntur. Vnde Christus piè ambit eiusmodi virtutum pulchritudinem. Et sanè nimia morum pulchritudo, & elegantia est, quæ sic decorat Deum, cui Deus quasi inuidet, & quàm piè ambit. Est ergo Iudith hîc

Tertul. lib. de Pudic. cap. 16. Quid sit eximiæ virtutis dici inuidiosas apud Christum.

Paulin. epist. 16.

Martyrii cicatrices inuidiosa apud Christum? Basil. Sel. Orat. 14.

Tertull. in Scorp. adu. Gnost. cap. 5. Saluet Christus de nostro martyrum expectat?

Iudith. hic, verſ.7. *eleganti affectu nimis*, nimiſque apud Deum venuſta, morum pulchritudine, & elegantia. *Nimis* dicitur: nam hic virtutis quidem exceſſus videtur, ſaltem virtutis factus eſt.

---

§. VII.

Natura humana in Iuditha gratiam æmulatur.

64. NAtura humana Originis labe infecta, & ſordet criminum fœtoribus, & degenerat vitij ignobilitate, & deflectit curuitate delicti: cuius concupiſcentia radix relinquendi eſt, matrix culpæ, naufragium ſanctitatis, virtutis euerſio, & fomes ad peccandum. Verùm aliqui Sanctorum proceres adeò pacatè rem ſanctitatis egerunt, vt ab ipſâ natura eos adiuuari ad virtutem viderêtur, & quaſi innata ad Sâctitatem appetentia agi. Dicam audacius culè: Bona naturæ indoles pro gratia illis fuit, & ita naturali quaſi fomite vrgebâtur ad virtutem. (Bona, inquam, indoles indebita, quæ gratia naturalis eſt. Abſit calumnia.) De hac indebita, & gratioſa indole tantùm ago in hoc §. Adde etiã gratiam internæ inſpirationis, ſed quæ ſit ordinis naturalis. Ad Rom.6.v.19. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibite membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.* Valde equidem Paulus præcipit; ſed quis poterit tantæ perfectionis tenere faſtigium? Et ſanè tota difficultas in cõparatione conſiſtit: neque enim tantùm præcipit, vt iiſdem membris quibus luxui, & cupiditatibus olim ſeruitum eſt, modò ſeruiatur virtuti: Sed *ſicut* ſeruitum eſt vitio, & concupiſcentiæ, ita ſeruiatur virtuti, & ſâctitati. Planè modum præſcribit, modum exigit Paulus. Quod acutè aduertit Caietan. ibi his verbis: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra. Ad executionem exteriorem, quæ per corporea membra fit, manifeſtè hoc ſpectat. Et dicendo (ſicut,) monet modum proportionalem tam penès cogitationes, quàm affectus, ſtudia, & vigilantias, quibus vſi ſunt ad exhibẽdum membra propria ſeruire immũditiæ. Hinc apparet, quòd de peccatis veneris loquitur.* Ergo *ſicut* ferebantur ad vitia, & cupidines, *ſic* percipit ferri ad virtutes. O quàm ardenti ſtudio, quanta cum voluptate fertur quis ad vitia! Quàm ardet animus ad vindictam! quæ ambitio honorum eſt! qua appetentia helluones conuiuia inhiant! ô quàm delitioſè appetitum titillat libido! quàm volupe eſt ad voluptates ferri! quàm ardet fomes ad vitia! Sicne poteſt homo ferri ad pietatem, vrgeri ad virtutẽ, extimulari ad ſanctitatẽ?

Paulus in Iuditha fomes ad virtutem!

Paulus, egutat.

65. Sic, ſic præcipit Paulus: *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ: ſic exhibere membra veſtra ſeruire iuſtitiæ, &c.* Eadem vigilantia eodem affectu, eodem ſtudio; ſimilibus agi ſtimulis ad virtutem, & nono alio fomite accendi ad ſanctitatem; ac ſi foret fomes ad virtutem, & libido ad pietatem. Animoſè dixit S. Nazianzenus: *Ita progrediebamur* (nempe in via perfectionis) *Deo & cupiditate adiutoribus vtentes.* Vulgare, & crebrũ eſt Deo auxiliari vti ad progrediẽdum de virtute in virtutem; at rarum, & inſolens, vti cupiditate ad ſanctitatem. Porrò cupido viuidus affectus eſt rei nummariæ, aut venereæ, aut alterius rei voluptuariæ. Num aliqua pietatis libido eſt? Eſtne ſtimulus ad virtutem? datur fomes ad Sanctitatem? Planè affirmat Nazianzenus ſe, & Baſilium, *cupiditate* vrgeri ad virtutem, ac ſi bona indole, & naturali ingenio agerentur ad pietatem: Et ſicut alij exhibuerunt membra ſua ſeruire immunditiæ: ſic B. Virgo, ſic Nazianzen. & Baſilius, ſic Iuditha, &c. ſere exhibuerunt membra ſua, vt quâdam ſanctitatis cupidine ſeruirẽt iuſtitiæ, & ſanctitati. Concinit Philo ita de Abrahamo inquiens: *Dei legem, & mandata fuiſſe omnia, non ſcripto vllo edoctum, ſed abſque Scriptura, ſecutum appetitum ingenij ſui ſanctiſſimi.* Audis appetitum ad virtutem, cupidinem ad ſanctitates? Concupiſcentiam quoque agnouit Petrus Damian. ſerm. 22. aiens: *Pergentinus, & Laurentinus vterque pergit ad lauream: quibus vna eſt concupiſcentia.* Datúrne concupiſcentia ad labores, ad martyrium, ad pietatẽ? Quin & Deus dicitur inſpirare cupidinem rerum cœleſtium. Sic Philo aiens: *aſpirante his volucrem cæleſtẽmque cupidinem Deo benigniſſimo.* Audis Cupidinem ad virtutem? Ennodius Ticienſis quoſdam Hæreticos, qui libertatem duntaxat ad malum homini permittebant, his verbis expugnat: *Quæ iſta libertas eſt, ſi valet, eduſerat, vbi hoc datur ſolum velle, quod puniat? Quid enim boni à nobis Deus noſter rectè quæreret, qui appetentiam eius de voluntate ſubtraxerat?* Ecce tibi in ſanctiſſimis viris *bonam appetentiam*, quam nuper Philo *cupidinem* appellauit.

Naz. Orat. de S. Baſi.

Concupiſcentia ad virtutem.

Philo lib. de Abrahamo.

Philo lib. Allegor.

Ennod. l. ... ep. ... 9.

66. Saluian. alioqui ſeuerior hominum reprehenſor, hanc naturæ virtutem publicat. Verſabat verba illa Act. 17 v.18. *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus*, in Deo inquam, & ſic addit: *Non enim dixit ab ipſo nos, ſed in ipſo moueri. Docens ſcilicet inſitam intra virtutes ſacras, motum noſtrum eſſe ſubſtantiam.* Ac ſi naturâ noſtra verſans inter diuinas virtutes, virtutis aliquid, ex arcano illo affictu, ſeu velut attactu attrahat, & participet, quò æmulari poſſit diuiniorem gratiam. Quod adnotauit ſubtilis Baſil. Seleuc. ſic faruis: *Age modò & nos ad medullam Danidicæ hiſtoriæ veniamus, vide omnia animæ, gratiæque contentionem, animi virtutem, & gratiæ miracula.* Ecce tibi aut gratiam æmulantem naturæ, aut naturam æmulam gratiæ, ô nobile, & Dei oculis dignum certamen, in quo Danidis proba indoles cum diuiniore, & certiori gratia quaſi contendit: & benè temperatum ingenium cum diuino auxilio certat ad pietatem. Auxilium gratiæ pro ſe allegat in hac cõtentione, ſe vehementiùs impellere ad virtutem; bona indoles, ait diuturniùs fauere pietati, perpetuò tranquillare paſſiones, & præſidium eſſe ſanctitatis, tentationes hebetans; imò & quâdam *cupiditate*, & propẽſione ad virtutem ſæpè allicere. Eleganter Nazianzen. poſt medium allegatæ Orationis de excelſa Baſilij naturâ, inquit: *At hic noſter ita omnia peragrauit, vt in illo gloriæ materiam quæſiſſe natura videretur.* Nimirum natura humana ab originali delicto diffamata eſt, quòd eſſet ſeductrix animarum, filiorum nouerca, ſentina vitiorum, tædium virtutis, & peſtis ſanctitatis. Verùm in Baſilio, in Iuditha, &c. ſic natura ſupra naturam ipſam eminebat, ſic excellebat indoles, vt natura æmulans gratiæ miracula, & quaſi refutare priſtinam infamiam, *& materiam gloriæ quæſiſſe videatur.* Clem. Alexand. *In tota hac rectè quæſiuimus oratione, virtúſne fuerit natura.* Ac ſi dubium ſit an natura aliqua in gratiæ naturam transformata ſit? ſic glorioſè natura eminet adiutrix gratiæ? Sic ferax gloriæ natura eſt à naturali, ſed indebitâ indolis bonitate? quæ gratia quædam ordinis naturalis eſt, & egregiè adiuuatur à gratia internæ inſpirationis facili ductu.

Act. or. Saluian. l. 1. de Gubern. Dei.

Baſil. Sel. Orat. 5.

Natura aliqua ... ſit gratia animæ.

Nazianz.

Clem. Alex. l. 7. ſtrom.

67. Neque tantùm iſtiuſmodi natura, gratia eſt,

(modo explicato, procul Pelagianismus:) & aliqualis cupiditas ad virtutem, & materia gloriæ, sed etiam fertilis est beatitudinis. Mat. 13. v. 31. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiēs homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus. cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus.* Num regnum cœlorum seminatur in homine? Quis est ager hominis (dicitur enim *in agro suo*,) nisi cor hominis? Audiendus est Paulin. sic scribens: *Ager tu Christo es: & cor tuum fertile à Deo semen exceptum spirituali fruge multiplicat.* Itaque regnum cælorum, seu beatitudinis semen, seminatum in agro Christi, quod est cor hominis, excelsâ indole præditum; ferax beatitudinis est, & exceptum eiusmodi gloriæ semen amplissimè multiplicat. Nempe bona indoles, naturalis gratia est, fertilis virtutum, & ferax beatitudinis ex diuino semine, quod immensùm auget, dilatat, multiplicat, incrementat. O præclarum naturæ elogium, & auxiliaris gratiæ æmulum priuilegium! Hominisne ingenium beatitudinis ferax erit, quod aliàs passionum, & cupiditatum spinas & tribulos germinare solitat? Non tantùm animi sanctimonia prædicatur in Iuditha in hoc capite, sed etiam vers. 7. corpus ipsum nimis elegans, & pulchrum dicitur: quod de venustate virtutis, & morum elegantia accipiunt, qui rem moralem tractant opportunis tropologiis.

Matth. *Aliqua excellentior indoles fertilis est gloriæ ex gratia semine.*

Paulin. epist. 8.

Iudith.

§. XVIII.

Inopia malo, vel Christus Deus sub Diabolo esurit, & sub Samaritide sitit.

68. PRudens Senecæ vox est ad suum Lucilium: *Aliquid quotidie aduersus paupertatem auxilij compara, nec minus aduersus cæteras pestes.* Porrò nimia paupertas (non loquor de paupertate virtute, sed de dirâ egestate, cuius occasione alienando humana imbecillitas adigitur ad culpam;) sæpè pestis est ad indecora quasi cogens homines, & ad flagitia, & animæ interitum. Tanta est mortalium imbecillitas! Ad improbitates infeliciter pertrahit felici suadelâ. Potior castitas fœcunda non est, si dirâ egestate prematur; pertinacior constantia submittitur ab inopia: robustior fortitudo paupertati cedit: & vt summatim dicam; omnis virtus sæpè infœcunda est, & à nimia egestate non semel abortum facit. Iob. 30. v. 3. *Inopia, & fame sterilis.* Quin & virtus captiua est sub egestate. Bellè Nouar. *Ex mea me inopia redimo.* Nam dura necessitas non semel Castitatis est inconstantia, Constantiæ pauor, Fortitudinis scopulus, Iustitiæ defectus, Prudentiæ seductrix, Temperantiæ venenum, Sanctitatis naufragium, Virtutum ruina, quia est vitiorum occasio, & improbitates tacitè persuadet. Dauid Psal. 30. v. 11. *Infirmata est in paupertate virtus mea.* S. Hieronym. *Infirmata est in iniquitate virtus mea.* Ac si idem sit dira egestas, & iniquitas. In Ierem. Orat. c. 5. *Pellis nostra quasi clibanus exusta est à facie tempestatum famis.* Ecce inopia cibi, & potûs, tempestas dicitur, quia sæpè occasio naufragij est; hoc tantùm intendo. *Vt dum mater criminum necessitas tollitur, peccandi ambitus auferatur*, dixit Cassiodorus. Quasi dira egestas sæpè sit facinorum matrix, & delinquendi ambitio.

Senec. ep. 1.

Nimia egestas quasi quædam est virtutum sterilis.

Iob. Laur. Nouar. homil. de Pœnit.

Psalm. Hieron. Ierem.

Cassiod. l. 9. ep. 13.

69. Sic virtus cum modico censu, sed sufficienti; quasi in tuto est ab inopiæ peste, & hoste. 1. ad Timoth. 6. v. 6. *Magnus quæstus pietas cum sufficientia*: Quid hîc *sufficientiæ* nomine intelligat Apostolus, interpretatur S. Aug. *Quocirca optent sibi, ac suis sufficientiam rerum necessariarum, de qua sic Apostolus loquitur: Magnus quæstus pietas cum sufficientia.* Itaque Pietas, siue Virtus cum sufficientia rerum necessariarum, quæstus magnos facit: meritorum lucrum est, & vsura virtutum, & sanctitas Angelicæ perfectionis æmulatrix. S. Hilar. ad illud Matth. 4. *Cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*, sic ait: *Totidem diebus annorum quibus plebs* (scilicet Iudæorum) *in eremo, vita Angelorum, habitúque mansit.* Quomodo verum esse potest, quòd Hebræa gens in eremo quadraginta annorum spatiis Angelicam vitam egerit; cùm liquidò ex sacris Literis constet plures ex Hebræis in deserto infidos fuisse, quosdam detractores, rebelles alios, impuros, idololatras? &c. Ita sanè accidit. At hoc merum Hebræorum vitium fuit; nam Deus illis præstitit annonam e cœlo: & vestes, & calcei attriti non sunt; itaque nulla re ad vitam necessaria eguerunt in deserto? hoc inquam, hoc planè est Angelicam vitam agere. Nam in nullius rei ad vitam necessariæ indigus est; ista potest in virtute lucra facere, (*magnus quæstus pietas cum sufficientia*) vt Angelicam sanctimoniam valeat imitari; & felicem innocentiæ statum, quem habuit Adamus in paradiso. Quod S. Hilar. disertè docet: Hebræa *gens in eremo vita Angelorum, habitúque mansit.* In hunc sensum expedita sunt verba Oseæ, c. 6. v. 7. qui ita de Iudæis fatur: *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum meum, ibi præuaricati sunt in me.* Difficile est Hebræam gentem peccasse sicut deliquit Adamus; Quin & in paradiso peccasse longè difficilius est: In quæ verba sic S. Hieronym. *Ipsi autem imitati sunt Adam, vt quod ille in paradiso fecerat pactum meum, legémque prætereuntes fecerunt in terra sancta. Et ibi, hoc est, in paradiso omnes præuaricati sunt in me.* Nota vltima verba, in quibus tota sententiæ vis, & energia est; *Et ibi, hoc est in paradiso præuaricati sunt*, Iudæi sicut Adam. In paradiso, inquam, vbi nihil Hebræis deerat in terra promissionis; in paradiso, vbi omnia ad vitam necessaria suppetebant: in paradiso vbi omnium rerū sufficientia potiebantur: in paradiso, vbi innocentiæ felicem statum imitari possent; ibi præuaricati sunt. Hæc intimi doloris mihi causa est; ait Propheta: hoc Deum exasperat, & acerbè ferit, vt cùm in sufficientia rerum possent paradisiacam vitam æmulari, (imò Angelicam, vt aiebat Hilarius) ibi præuaricati sint: Hoc impietatem adauget, & Hebræi populi peccata cumulatiùs exaggerat. Quasi qui nulla re indiget ad vitam necessaria, munitus sit aduersus hostiles tentatoris incursus, & cadat nemine ad vitium impellente, & sine occasione delinquat. Nam strictior inopia, sæpè procliuis occasio ad peccandum est; & vel ipsum Deum, (nisi incapax delicti foret,) fortassis cogeret ad delictum.

1. ad Tim.

Aug. ep. 121. ad Probam c. 6.

Sufficientia rerum temporalium potest Angelicā vitam æmulari.

Hilar. Matth.

Hilar.

Oseæ.

Hieron.

Tres Iobi olim amici, acri disputatione illum deuincere conati sunt: Quorum rationibus satisfecit Iobus. Tunc Eliu auxiliarum operam aduersùs Iobum præstaturus, sic illum adoritur, cap. 34. Iob. v. 10. *Viri cordati audite me: Absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.* Super quibus verbis, sic S. Greg. *Ecce fastu superbiæ inflatus, eos tātummodò, qui quasi dignè intelligendo se assequi valeāt, quærit: & sic quod sentiebat erumpit, dicens: Absit à Deo impietas, &c.* Porrò Eliu linguatas triuerat illius ætatis academias, non vulgarem scientiam eructare præsumebat, & vt erat iuuenili vigore, 70.

Iob

Greg.

Digitized by Google

vigore, viuido ingenio, & superbiæ fastu arroganter elatus, eos tantummodò, qui digne intelligendo se assequi valeant, quærit. *Viri cordati audite me.* Ad homines sapientes verba facio, & quibus omni, qua pollent sapiẽtia, opus est, vt quæ dicam verba, penetrent. Quænam verba sunt? Arrecta te aure auidè auscultant: *Absit à Deo impietas, & ad Omnipotente iniquitas.* Quis non rideat insipientiam arrogãtem Eliu? Quid notius vel rudiori plebi, quàm Deum impium non esse, neque Omnipotentem iniquum? Hanc sententiam vt recondi- tiorem eruditionem chariùs diuendebat? De hac sententia lippis, & tonsoribus nota sibi blãdiebatur? Ad id viros cordatos, & sapientes optat audiẽtes & attentis animis facit expectatione recõditioris sententiæ. Cæterùm specie tenus sententiã facilis, & vulgaris est, & nemini nõ nota; id verò, quod medullitùs recondit, arcanum est; angustius quid animis sapientum intimat; *Absit à Deo impietas, & ab Omnipotẽte iniquitas.* Profectò vox illa *Omnipotens* synonima non est, idem omnino sonans, ac vox *Deus* Neque hic casu ab ore Eliu cecidit τὸ *Omnipotens*, sed energiam habet expensione dignissimam, & sapientiorum attentione. Nam τὸ *Omnipotens* idem est, ac *sibi sufficiens*, quod notauit Lorinus. Dixit igitur Eliu: Procul est iniquitas *ab Omnipotente, seu sibi sufficiẽte.* Ac si dicat: longè abest iniquitas à Deo, non tantùm quia Beatus est, quia immutabilis est, &c. sed etiã quia sibi sufficiens est, & nullius rei indigus. Quia si insufficiens sibi esset, & aliqua re indigens, fortè non abesset à Deo iniquitas. Nam dira indigentia adeò sæpe instigat ad iniquitatem, vt vel Deus iustus, & sanctus forsitan non esset, si indigus esset. Sapienter ergo Eliu dixit: *Absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.* Quæ sententia adeò illustris olim fuit, vt meruerit Dauidem commẽtatorem; qui sic inquit Psal. 15. v. 2. *Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges.* Laur. Quia tibi ipsi sufficiens es. Quia Deus, nec summè beatus, nec iustus, nec sanctus foret, nisi foret sibi sufficiens, & minimè indigus aliorum bonorum: nam si aliquo egeret, Deus non esset.

Procul impietas ab Omnipotente: quia sibi sufficit.

Lorin. in Ps. 15. v. 2.

Psalm. Laurent.

71. Bene doctus in Scripturis Gilbertus Genebrardus sic ex Kimchi hunc versum exscripsit: *Bonum meum super te nequaquam est.* Nam qui alicunus bonis indiget: bona, & personam, qua eget, habet super se. *Nemo non subiicitur ei, cuius eget,* ait Tertullian. adu. Hermog. cap. 8. Hic attende, quanto cum acumine dixerit Tertul. de Carn. Christ. c. 9. de Christo in eremo esuriente, & ad Samariæ puteum sitiente, id est, in arctiori necessitate constituto: *Esuriit sub Diabolo, sitiit sub Samaritide.* Expende voculam illam *sub.* Premitur fame Christus Deus in deserto, tunc accessit tentator. (*Esurit Christus vt tentandi materiam Diabolus inueniret,* ait S. Chrysol.) & tanquã cum sibi subdito agit cum Christo? eius necessitate adeò elatus superbibit Dæmon vt non cibos, sed lapideos pane subiugãdum putarit? *Esuriit sub Diabolo.* Esuries Christum Deum Diabolo quasi subdit? Saltem in Dæmonis existimatione, etsi falsã. Tanta est vis necessitatis, vt in hoc verbum hyperbolicè coëgerit Tertullianum: *Sitiit sub Samaritide.* cùm Christus ex itinere fatigatus, sudans, æstuans, frigidam sitiret; ad quodammodò indecora ipsa necessitate quasi coguntur? nempe scortum vile alloquitur, cum meretrice diu confabulatur, non deuitat discipulorũ admirationem; supplex petit, quod vel scrupulosa Samaritana dare renuit? Dira necessitas Christũ ad hæc veluti adigit, & tãquam subditum

Genebr. Kimchi. Tertull. *Christus in necessitate constitutus sub Diabolo esurit, & sub Samaritide sitit.*

Chrisol. serm. 11.

Samaritidis constituit. *Sitiit sub Samaritide: Esuriit sub diabolo.* Hæc benè explorata habuit S. Maximus cùm inducit Dæmonem sic fantem, cùm à Christo superatus est in deserto: *Adam ille certè Dei manibus factus, meis quondã cessit insidiis, hic natus è fœmina, neq; suis necessitatibus flectitur.* Ac si res noua, & apud mortales insolẽs sit, non flecti ad delinquendum, qui diris necessitatibus agitur, & angitur. Horũ benè scius Dauid, anxius Deum & exorabat: Ps. 24. *De necessitatibus meis erue me.* Et Manasses coniux Indithæ, illi sufficiẽtem censum reliquit hîc, v. 7. ne egestate oppressa ad indecora cogeretur; & inopia illi foret ruinæ occasio; sed rei sufficientia virtutum quæstus foret.

Maxim. hom. de Ieiunio.

Psalm. Iudith.

§. XIX.

Bona opinio apud homines valde iuuat ad virtutem, cohibetque humanam licentiam ad delinquendum.

CVram habere de bono nomine, laudabile est, & valde facit ad sanctitatem: vallum est ad virtutem bonum nomẽ. Nam præclara hominum opinio calcar addit ad probitatem; aut saltem passiones humanas frænat, ne præcipitent ad improbitatem. Fulcitur virtus bona opinione; siquidem non bona fama licentia est ad delinquendũ. Ruit ad vitia, cui apud homines nihil perdendum superest. Sæpè continemur in officio, boni nominis repagulis; & præclara existimatio timor est delinquendi, & custodia legum, & vigor imbecillioris sanctitatis. Bonum facies, benè existimando; malum facit non bona opinio: Oseæ 9. v. 15. *Omnes malitiæ eorum in Galgala.* Quæ verba sic commẽtatur S. Hieronym. *Omnis malitia eorum in reuelatione.* Ac si dicat Oseæ ex mente Hieronymi: Malitia Israelis non tam fuit Idololatriæ delictum apud Galgala: quàm publicatio eiusmodi delicti: nam Idololatria vnum delictum est, at *reuelatio* eiusmodi flagitij *omnes malitia sunt.* Delictum vnum, vna malitia fuit, *reuelatio* verò, & infamia nota ex publicatione eiusmodi delicti *omnes malitiæ sunt*: quia malitia publicata occasionem facit ad omnia flagitia; redditque homines steriles ad omnem probitatem. Vnde postquam Propheta dixit: *Omnes malitiæ eorum in reuelationis,* subnectit: *Radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam facient.* Quia infamia ex publicata culpa exsiccat virtutis radices, ne fructificet germina pietatis & vbertim deputat ad omnes malitias. Sic interpretor illud Iobi 27. v. 7. *Sit vt impius inimicus meus.* Id est, vberrimè ab hoste vindictã cupere nequeo, quàm quod habeatur vt impius, & non bonam de eo existimationem habeant homines: malũ enim quod mihi inferat, & impensè procurat, in suum ipsius caput recidet: & ruet præceps in omnia mala ex quo facio. Item sequentibus Iobi verbis; aliter fortè non satis expeditè interpretandis. 72.

Infamia matrix est delictorum. Oseæ.

Hier.

Iob.

Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iob 27. v. 5. Amici Iobi totis viribus, & multis rationum argutijs intẽdebant, sanctissimo viro persuadere, vt se peccatorem existimaret, palámque profiteretur se ob propria flagitia à Deo tot pœnarũ cruciamẽtis acerbè vexari. Hunc verò fuisse amicorum animum, multis probãt interpretes, præsertim Sanctius non semel id inculcans. Indubium mihi hoc est, & ex cõtextu perspicuũ. Cæterùm quorsum Iobus respõdet amicis, id impensè procurãtibus, se ab innocentia non recessurum? 73.

Iob. *Bona fama custos innocentiæ.*

Sanctius.

Quasi

Quasi amici prætenderent, vt à probitate decisceret; quod neque in mentem illis venerat. Potiùs enim intendebat, vt Iobus sibi persuaderet, se peccatorem esse, & palam omnibus id fateretur, etsi eiusmodi confessione aliquam iacturam faceret boni nominis, quod ipse de se, & cæteri conceperant. Ipse nihilominus respondet id constanter renuendo inquiens: *Donec deficiam, non recedam ab innocẽtia mea.* Planè bonam de se opinionem appellans suam innocentiam: & quidem sapientissimè, & verissimè conspicuum nomen, innocentiã suam vocat. Nam innocentia, & sanctitas sæpè à bono nomine est, bono nomine alitur, & bona opinione fulcitur. Porrò ferè non satis firma virtus est, quæ arce bonæ existimationis non munitus. Nam innocentia bonæ opinionis fulcris sustentatur sæpè, quibus deficientibus, & ipsa nutat; & non semel corruit: Pulchrè igitur bona opinio innocentia appellatur à Iobo, sic dicente: *Donec deficiam non recedam ab innocentia mea.* Quod liquidò constabit ex probatione sequenti.

74. *Christus bona fama se armat ad Passionis luctam.*

Christus Dominus magnam luctam subiturus in Passione sua cum furentibus Synagogæ, & inferni legionibus, multimodè munitur ad certamen. Cingitur satellitio Discipulorum, quos gladiis succinctos cupiuit, & vigiles, & attentos facit: Eucharistiæ cibo animatur, armatur præuiæ orationis armis; & totius diuinitatis vigore cataphractus decernit ad Passionis certamen procedere. Verùm etsi spiritus promptus est, viuidus, & flectinescius; at quia caro est infirma, ad eam adhuc muniendam noua arma expetit è cœlesti armamentario. Sic enim cùm iam iam adoritur prælium, Patrem Deum exorat, Ioan. 17. vers. 5. *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui priusquam mundus esset apud te.* Quæ verba innumeris commentationibus vexant Interpretes, quas recensere operosum esset. S. Cyrilli Alexandrini interpretatio & in literam, & in rem præsentem quadrat apprimè. Expendit Græcus Doctor verbum Græcũ, quod est in originali pro *clarifica*, & *claritate*: nempe δόξασον & δόξα, quod glorificare & gloriam significat, & opinionem. Vnde sic ait: *Et nunc clarifica me tu Pater, &c. Quoniam, ô Pater, homo factus, id solùm esse hominibus videor, nec cognitus sum coæternus tibi esse; δόξασόν με, Tu, id est, talem opinionem, atque fidem hominibus de me largiaris, qualem haberent credẽtes me apud te semper fuisse, etiam antequam mundus esset.* Ecce ex mente Cyrilli Christus Dominus Passioni proximus à patre Deo postulat, vt bonã opinionẽ de se ingerat hominibus; acsi valde vtilis sit Christo passuro, & imbecillitatẽ carnis publicanti, egregia de se existimatio. Profundè quidem rem tetigit Magnus Pater Cyrillus: Scilicet Christus Dominus adoriens Passionem, carnis suæ imbecillitatem roborare cupit, nõ tantùm discipulorum satellitio, orationis armis, Eucharistiæ vigore: sed & bonæ opinionis adiumento, inquiens: *Nunc clarifica me tu Pater, &c.* Id est, bonam existimationem de me habeant homines. Nam hæc bona opinio carnis imbecillitatem denuò roborabit. Mirũm profectò est, & stupore dignissimum, Christum Dominum tot virtutibus munitum, tanti æstimasse præclaram de se opinionem hominum, ad ampliùs roborandam infirmitatem humanitatis, vt tam anxiè sollicitet Patrem Deum, quò illi conspicuam existimationem apud homines faciat, ad subsidium, & fulcimentum. Tantùm iuuat ad virtutem bona fama.

75. Paulus 1. ad Timoth. 3. v. 7. agens de Episcopo eligendo, sic scribit: *Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt*, (hi sũt Iudæi, Gentiles, & hæretici; vt ait sanctus Anselmus:) Quam ob causam oportet eum habere bonam opinionem apud Iudæos, & Gentiles, & hæreticos? *Ne in opprobrium incidat, & in laqueum Diaboli.* Nam qui diffamatus est, & in opprobriũ incidit, laqueo diaboli persæpè captus est. Tã necessarium est bonum nomen, vt qui bonam amiserit famam, à diabolo capi, & iam possideri dicatur, atque inter illius mancipia numerari. Theophyl. prædicta verba Pauli cõmentans, ait: *Oportet testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt; ne in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli: Quod in eadem peccata incidet, in quæ illi.* Quinam illi *Iudæi* nimirum ex mente S. Anselmi, aut Gentiles aut hæretici, aut Diabolus ipse; nam τὸ *Diabolus* præcessit. Quasi dicat Apostolus: Qui sanctus esse debet, & virtutis exẽplar, habeat bonam opinionem etiam apud perfidos Iudæos, apud licentiosos Gentiles, & errantes hæreticos, quin & apud Dæmonem, ne in opprobrium incidens, incidat in eorũ & peccata: & boni nominis præsidio destitutus, ex Episcopo sanctissimo fiat obstinatione Iudæus, moribus Gentilis erroribus Hæreticus, & tota Dæmonum impietate deprauetur. Ergo valde oportet illum testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt.

1. Timoth. Anselm. Diffamatus sæpè fit ex uitio flagitiosior reus.

Theophyl.

Ioannis 6. v. 7. *Respondit eis Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est?* Quisnam hic, qui adhuc est Apostolus, & diabolus est? S. Chrysost. *Considera Christi sapientiam: neque enim eum Christus manifestum fecit, ne inuerecundum faciat, & sic litigiosior fiat.* Nempe vel Iudas ipse deprauabitur, & flagitiosior erit, si eius nequitia publicetur. Nam qui sine honore viuit, sine verecundiæ fræno præceps fertur ad vitia. Iuditha hic vers. 8. dicitur *famosissima; neque erat qui loqueretur de illa verbum malum.* Et munimento, & adiumento bonæ famæ ad fastigium virtutis ascendisse perhibetur, vt aduertit Mendoza allegatus in expositione Literali.

Ioan. Chrysost. hom. 46. Iudith. Mendoza.

§. XX.

Commentarius litteræ.

Vers. 9. Hæc itaque cùm audisset, quoniam Ozias promisisset quòd transacto quinto die traderet ciuitatem, misit ad presbyteros Chabri, & Charmi.

Vers. 10. Et venerunt ad illam, & dixit illis: Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium?

Vers. 11. Et qui estis vos qui tentatis Dominum?

Vers. 12. Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet, sed potiùs qui iram excitet, & furorem accendat.

Vers. 13. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum, diem constituistis ei.

Hæc

76. VERS. 9. & 10. HÆc itaque, cùm &c. Clausa in secessu suo pia fœmina negligebat, quicquid extrà fiebat. Sed cùm audisset, quòd Ozias Bethuliæ princeps decreuerat vrbem tradere Assyriis, nisi intra quinque dies adforet auxilium, misit ancillam, quæ accerseret Senatores Chabri, & Charmi. Inurbanè egisse cuipiam videbitur, præstaret enim si ipse iret ad viros principes, & vrbis præfectos, quàm eos ad se vocare. At prudentissima fœmina noluit seniores in loco publico reprehendere corā multitudine, quæ tunc aderat, vt opinatur Serarius (Serarius.) quæst. 16. vel pulchra, & vidua mulier noluit Sacerdotum domos adire, vt autumat Salianus (Salianus.). Quid si voluit secretò cum Senatoribus agere de sua profectione ad Assyriorum castra, rémque totam clanculùm cum illis communicare? (quod fecisse quidam existimāt, ad vers. 31.) id absque arbitris præstandum erat. (Iudith.) At vrbis Præfecti, quia fœminæ claritudinem, & sanctimoniæ famam probè nouerant, incunctanter venerunt ad illam, spectantes aliquid boni ab eius consultissimo iudicio; & forte religiosam fœminam, vt Prophetidē suspiciebant (Serar.), cuius sententiam audire cupiebāt in deplorato rerū statu, vt notauit Serarius. Cur Ozias summus vrbis Præfectus vocatus non fuit cum Chabri, & Charmi? Fortè ne coram illum reprehenderet. Statim venerunt ad illam Presbyteri Chabri & Charmi, quos non multò post sequutus est Ozias, nam in fine orationis, iam ibi aderat. Reprehensionem orditur inquiens: (Iudith.) *Quod est hoc verbum, in quod consensit Ozias?* Verbum hîc sumitur pro re, vt cap. 2. vers. 1. *Consensit*, ait, Oziam excusans, quasi non sponte decreuerit, sed coactum ab ciuium impatientiā, illis consenserit de tradenda hostibus vrbe, nisi intra quintum diem auxilium adsit.

VERS. 11. 12. & 13. *Et qui estis vos, qui tentatis Dominum?* Nota est duplex significatio huius verbi *Tentare*: significat enim experiri, seu explorare: sic dicitur in hoc cap. v. 22. *Pater noster Abraham tentatus est*: sic apud benè Latinos dicitur, *tentare alicuius vires*, hoc est, explorare.

77. *Quid sit tentare Iudith.* Alia significatio, in qua sæpius in Bibliis sumitur verbum *Tentare*, est, instigare, seu extimulare ad malum, irritare, prouocare; sic dicitur Iacob (Iacob.) 1. v. 13. *Ipse autem neminem tentat.* Et Dæmon dicitur homines tentare, hoc est, ad malum instigare, seu inflammare. Dicuntur autem Principes isti Deum tentare, quia illum prouocant, vt seueriùs agat cum illis: *Non est hic sermo, qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat.* Itaque procerum culpa in eo consistere videtur, quòd præscribit tempus diuinæ clementiæ; sic dicitur: *Et in arbitrium vestrum, terminum constituistis ei.* Et ita non tanquam cum Domino, sed ferè cum seruo videntur egisse cum Deo. Porrò Domini, non serui est, ad suum arbitrium alium habere. Nec opinor, Oziam propriè *tentasse* Deum; sed non firmā spe, sicut decebat Dei populum, auxilium diuinum expectasse, quod piissimis precibus implorabant. An peccauerit Ozias, dicam infrà ad v. 14. Nisi velis ideò proceres à Iuditha reprehendi, quòd ex suo ipsorum arbitrio quinque dies constituerint, in quibus expectarent diuinam opem, quasi quinque dierum spatium, longissima sit mora respectu diuinæ Misericordiæ, de se certissimæ ad succurrendum miseris. Sic exponit hunc locum Benedict. Fernand. (Fernand.) ad Geneseos 22. sectione 3. numero 4. sed planè ad mores

§. XXI.

Bonus Gubernator non palàm detrahit delinquentibus; sed corrigit delicta. Diuersissima res est detractio, & reprehensio.

78. CIuilior Gubernatoris politia sæpè constat omissionibus; at silentio ferè semper constat. Præfectus, quā præfectus est, multa sciat necesse est, quæ multā taciturnitate intra abdita mentis condat, ne foris malè erumpant, quæ introrsùm bene latent. (*Superior reprehendat, nō detrahat.*) Dē subditorum defectibus semper taceat, vt semel proficuè loquatur ad emendationem: sic hominis vitia insectabitur, non hominē. Aliud est vitia reprehendere, aliud obmurmurare de vitiis. Murmuratio irritat delinquentes, reprehensio cohibet delicta. *Admonet nos quidem Deus noster*, (ait S. Aug. (August.) serm. 16. de verbis Domini secundùm Matthæum) *non negligere inuicem peccata nostra: Non quærendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas.* Ne dum tu scrutaris subditi actiones, quæras quid reprehendas, (qui pruritus detrahendi est.) sed quid corrigas, quod est officium boni Præfecti. Redige te ad pauca verba; quibus, si fieri potest, subditum clàm emendes; nam effutire in obuias aures occultos defectus, abusus est notitiæ, reipublicæ infelicitas, & correpti ruina. Caueat ne fit detractor, qui debet esse correptor. Matth. 18. vers. 15. ait Iesus Apostolis, (Matth.) qui futuri erant Ecclesiæ Antistites: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Inter*, Id est coram te: vt interpretatur Maldonatus ibi ex Origene (Maldon. Origen.). In quæ verba sic scribit S. Augustinus (August.) suprà: *Nam si solus nosti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor.* Qui reum suspecti delicti, aut non probati, aut occulti palàm arguit, defectum non corrigit, sed prodit: fidei proditor est, non correptor delicti, Iudæ æmulus, non iustitiæ æmulator.

79. Itaque Christus Deus Apostolos instruens quomodo se debeant gerere cum iis, qui coram singulis eorum deliquerint, mandat vt secretò corripiant, Dein adhibeant duos, aut tres testes coram quibus reum delicti arguant: mox mandat, vt si correptus adhuc non audierit, flagitium deferant Ecclesiæ, hoc est, Ecclesiæ Gubernatori, vt interpretantur S. Chrysostomus, & Euthymius (Chrysost. Euthym.). (*Superior soli sibi sciat defectum etsi grauissimos subditorum.*) Quòd si adhuc eos non audit, ait Christus Deus: *Sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus.* Notanda sunt verba ad rem præsentem, quæ sic subtiliter expendit Origenes (Matth. c. 18. Orig.) Tract. 6. in Matthæum: *Nouissimè autem nōn pariter dixit, sicut Ethnicus, & publicanus, sed iā sit tibi.* Nempe sit tibi (id est, Apostolo, quo cū loquitur Christus,) sicut Ethnicus, & publicanus, tibi, inquam, non aliis, hoc est, licet delictū adeò enorme sit, vt tu illum habeas quasi Ethnicum, & publicanum, qui omnium flagitiorum Rei existimantur, tamen per te, tibi soli, sicut Ethnicus & publicanus sit, non aliis. Ne prodas delictū, quod alij nesciunt. Tibi corrigendi ius est: non detrahēdi: corripe peccantem, ne detrahas peccatori: corripe delictum, ne obmurmures de delinquente. Sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus: caue autem ne per te sit aliis sic existimatus. Emēdandi tibi datur potestas, nō detrahendi: vide ne ex correctore detractor fias. Nam sic deuenustare subditos, Pharisæorum vitium est, non Apostolorum.

Matth. 9. v. 11. Cùm Christus epularetur cum publicanis,

Digitized by Google

Matth. publicanus; *Videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester?* Super quibus verbis, sic Chrysostomus: *Ita quando discipuli deliquisse in aliquo videbantur, Christum alloquuntur: Ecce, inquiunt, discipuli tui faciũt, quod non licet in Sabbato facere. Hîc verò, ad ipsos discipulos Christo detrahunt.* Scilicet Pharisæorum politia est; cùm falsò censebãt Christum in aliquo deliquisse, non illum admonere, sed Christo apud discipulos detrahere: quando autẽ illis videbatur discipulos peccasse, non illos alloquebantur, sed de illis malitiosè obloquebãtur apud Magistrum. O Pharisæorum prauam corrigendi politiam! Caueat Christianus præsul ab hac scelerata Pharisæorum correptione. Vide ne sis Christianus Pharisæus. Elegãter Nazianzenus: *Nec mirum cùm & honestis & præclaris rebus offendantur, tum illius temporis Pharisæi tum etiam nostrates. Pharisæorum enim non solum genus, sed etiam morum, vitæque ratio efficit.* Ergo bonus Gubernator ne prodat subditum ob notitiam defectuum, nec illum dehonestet detractione, sed corrigat admonitione.

Chrysost. hom. 31. in Matth. *Correptio Pharisaica est obmurmuratio clã.*

Nazianz. exhort. ad Virg.

81. Matth. 25. v. 34. Inducitur Christus in die iudicij orbem iudicans, iustos beatitudine munerãs, iniustos seuerissimè puniens: & Sanctorum laudes sigillatim recenset, reproborum culpas præstrictim commemorat. Quam ob causam id præstat Christus? Nonne satiùs foret particulatim referre damnandorum crimina, vt per acerbũ gehẽnæ supplicium non videretur sæuitiæ furor, sed iustitiæ rigor? Pulchram rationem ad rem præsẽtem adducit Origenes, aiens: *Quoniam misericordia iudicis erat, benefacta quidem hominum largiùs prædicare, & ampliare; malefacta autem eorum transitoriè memorare, & breuiare,* Scilicet etiam quando summus orbis iudex Christus ostentat rigorum seueritatem, & acerbiorem sententiã fulminat in reprobos breui compendio eorum malefacta perstringit, & transitoriè memorat, vt vel minimùm loquatur de subditorum culpis. Prælegit bonus iudex non exprimere omnem damnatorum reatum, tametsi valdè seuerus inde censeatur, quàm longiùs referre culpas, & de illis obloqui, ô cœleste magisterium! mauult Christus iudex clementiæ suæ detrahere ob suspicionem rigoris, quàm reis velut detrahere ob largam commemorationem flagitiorum.

Matth. *Christus parcus delictorũ publicator.*

Origen. Tract. 34. in Matth.

Luc. 13. v. 8. Cùm venisset Dominus vineæ, in qua plantata erat ficulnea, vt quæreret fructũ illius, & tres omnino annos infructiosã deprehenderet, mandat colono, vt illam succidat, ne frustra terram occupet. Cui bonus colonus ciuilissimè respondit: *Domine dimitte illam & hoc anno, vsquedum fodiam circa illam, & mittam stercora.* Colonus hic Præsul est, vt Theophylactus, & Hugo interpretantur, ô bonum gubernatorẽ, & piè politicum! culpam sterilitatis in se potiùs quàm in ficulneam reiicit; negligentiæ suæ deputat, quod vitium subiectæ arboris fortè fuit; mauult se dehonestare, quàm ficulneam sterilitatis culpare: sibi detrahit, ne detrahat subditis. Quod notauit sapienter magnus auctor Maldonatus, sic fatur: *Dimitte Domine illam vsq; dum fodiam circa illã. Exprimit affectum & diligentiam boni coloni, non libẽter plantas exscindit, non libenter perdit: & quod fructum ficus non tulerit, culpam in se potiùs, quàm in illam conijcit, quòd fortasse antè non bene coluerit pollicetur se in posterum culturum diligentius. Idem facere boni Ecclesiæ pastores debent.* Ergo bonus Ecclesiæ pastor non est, qui vt se, & suam neglĝentiam aut imperitiam excuset, accusat subditos, & illos culpat, vt culpam à se reiiciat: coràm mulcet, & adulatur, clam dehonestat, & prodit. Heu! eiusmodi pastor subiecti gregis pestis est: & suam imperitiam detractione redimit, peritiam gubernandi mercatur pretio dedecoris subditorum. Itaque bonus gubernator clanculùm arguit, & corripit subditos non palàm & in publico detrahit, & deuenustat. Sic princeps Iuditha hîc, vers. 9. non pergit in publicum, vt reprehendat Oziã, & presbyteros Chabri, & Charmi, (quod notaui in expositione litteræ ex communi interpretum,) sed illos in domum suam vocat, & secretò reprehendit, ne detrahat delinquentibus, sed corrigat delicta. Quod apprimè præstitit. Iudith.

Luc. Theoph. Hugo.

Bonus Præsul, se accusat, vt excuset subditos.

Maldon.

§. XXII.

Bonus Præpositus sibi sciat subditorum defectus.

Boni Præpositi est aut negotium, aut otium, plura de subditis scire, quò exploratum habeat vniuscuiusque ingenium, virtutes ac vitia, vt sic peritè rempublicam administret. Sagaci operã scrutetur tacitè singulorum defectus, (quæ Præfecturæ licentia est) sed sagaciùs celandum est, quod secretò nouit. Nam Præfecturæ sciẽtia, vt diuina est, ita debet esse arcana. Aliis ignorat Superior, quod sibi scit præfecturæ licentiã. Mysteria prodit quisquis arcana, quæ suspicione, aut occultã exploratione noscit, temerarius publicat. Præuaricator notitiæ est, qui (quantùm res ipsa patitur,) non sibi solus conscius est. Imitentur summum Orbis Præfectum, Deum inquam, cuius perspicacia nullius famæ obest, denenustãque neminẽ, quem non dehonestauit sui flagitij, aut defectus infamia. 81. *Bonus Superior Dei ad instar non publicet occultos defectus.*

Iob. 25. v. 5. excellentias Dei naturæ, & diuinitatis elogia ostentans, sic inquit: *Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.* Cur omisit Solem, cùm Iobus Deum prælucere, ait lunæ, & stellis, earúmque fulgores obscurari prædicat à diuinioribus diuinæ naturæ splendoribus? Et quidem si diuinus fulgor præferretur Solis radiis, sublimius laudaretur à Iobo. Num veritus fuit Iobus comparare, aut antepone re diuinũ Deitatis fulgorem solaribus radiis? Quid? Luna, & stellæ offuscarentur ad præsentiam diuinitatis, & Sol minimè obnubilaretur ab augustioribus diuinitatis radiis? Adducam verba S. Thomæ (quę aliàs versaui aliter) ad auctoritatem, & solutionem præfati dubij: *Considerandum, quòd de Sole mentionem non facit, quia non appareret sensibiliter, quòd ad præsentiam maioris luminis, lumen eius obtenebretur. Sed Luna, & stella etiam ad præsentiam corporis Solis offuscantur.* Subtilissimè Angelicus Doctor! Scilicet, nunquam visus est Sol offuscari maioris luminis claritudine, sed prænitere semper ad præsentiam omnium; secus Luna, & stellæ, etsi alioquin luminosissima sint astra. Vnde Lunam, & stellas obtenebrari inquit, ad præsentiam Dei, quod de Sole non dicit, ne Sol, qui nũquam apud homines visus est ab maiori luminoso deficere, & obnubilari, hanc à Deo contumeliam patiatur, Lunæ, & stellarum extinctiones publicantur, quia notissimæ sunt, Solis verò necessaria extinctio ad præsentiã Dei tacetur; ne licet verus, occultus tamen defectus Solis palàm publicetur. Pondera τὸ *sensibiliter.* Cùm ait S. Thomas, *De Sole mentionem non facit, quia non appareret sensibiliter, quod ad præsentiam*

Iobus

Quare diuinum splendorem non dicatur offuscare Solem, sed Lunam, & Stellas.

S. Thom.

Digitized by Google

sentiam maioris luminis lumen eius obtenebretur. Defectus enim Solis in conspectu Dei euidenti discursu notus est; at quia non apparet sensibiliter, à Dei perspicacia non proditur. Nam sensibiles defectus tantùm publicat Deus.

83. Et sanè Præpositus, qui sibi soli conscius est defectuum, nec eos communicat cum aliis, qui eos ignorant, nihil ad subditum attinens ignorabit. Nemo veretur alienas culpas illi intimare; quin & ipse subditus se, & sua libenter propalat; sciens quod ab eiusmodi notitia non erit reus apud Præpositum; sed vt filius paternè absoluĕdus, & amãter ad reliqua præmuniendus; non supplicio dissimulato, & incautis cautionibus notandus in posterum. Luc. 15. vers. 21. Prodigus filius luxuriosè criminosus, meliora sapiens redit ad Patrem, sic loquens: *Pater peccaui in cœlum, & coram te, &c.* Non leue facessit negotium commentatoribus, hanc sententiam expedire. Siquidem filius hic nequam non peccauit coram patre, sed clam Patre. abierat enim in regionem longinquam; ibique procul degens prodigè luxuriatus est. Non ego verè dicit: *Pater peccaui coram te.* Multa hîc mouent interpretes. Ergo sanctum Augustinum ad rem præsentem adduco: *Coram te autem, in ipso penetrali interiori conscientiæ.* Coram Patre peccasse dicitur, quia non tantùm, quę absĕte illo peccauit, sed etiam quæ in penetrali interiori conscientiæ commisit, ad Patrem ipse detulit; securus paterni regiminis; nam quæ sic secretò noscit de filio, non publicat, sed occultat; non prodit, sed celat, vt decet paterna viscera, & bonum Præpositũ. Nec prodigum filium spes fefellit; nam vt conscientiam delinquentis filij agnouit diuinus Pater, & bonus Iudex, totus fuit in occultando errantis subditi delicta; nè ea deinceps quis nosceret præter eos, qui eadem nouerant. Quod opportunè aduertit sanctus Chrysologus expendens illa verba: *Dixit autem Pater ad seruos suos, citò proferte stolam primam, & induite illum.* Super quibus sic Chrysologus; *A seruis antè vestiri voluit, quàm videri, vt soli Patri nota esset nuditas.* Viderant serui, qui Patri adstabant filij prodigi nuditatem, quibus statim inquit; Festinate, proferte citò stolam primã, & filio dignam, antequàm ab aliis nudus videatur. Mihi tantùm nudus sit, qui me suæ nuditatis conscium fecit; cæteris vestitus appareat. Vos, ô famuli, id scitis, nemo sciat alius. Et si possibile foret, à vobis, qui vidistis, ego eius celarem nuditatem. *A seruis antè vestiri voluit, quàm videri:* Saltem nemini notus sit erronis filij defectus, & nuditas nemo præter vos sciat, quia nemo præter vos id vidit. Ad hoc ipsum illustrandum subnecto locum mihi in primis illustrem.

Fideli Superiori pervia est subditi conscientia.

Luc.

Aug. lib. 2. qq. Euang. cap. 33.

Chrysol. serm. 3.

84. Matthæi, 1. v. 20 Angebatur Iosephus Zelotypiæ cruciamentis. Videbat oculis virgo sponsus Virginis sponsæ intumescentem vterum, non audebat Deiparam mente damnare, sed vix poterat non dubitare; in suspicionum remedium, re nemini communicata, voluit occultè dimittere eam. *Hac autem eo cogitante, Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, &c.* Quærit Chrysostomus, *Cur in somnis, & non potius apertè, sicut & Pastoribus, & Zachariæ, & Virgini?* Palàm apparet Angelus Pastoribus rusticanis, & Zachariæ dubitãti: & clanculùm, & per somnia Iosepho, quem iure angebat vehemens rei grauissimæ suspicio? Num Iosephus ad miraculum Sanctus non meruit apertè videre Angelum, quem meruerunt cernere Pastores? Agonia Zelotypiæ angebatur Iosephus, & perfunctoriè, & per somnia Angelicos sermones sub-audit? Imaginatione videt Angelum, Angelique sermonem dormiendo imaginatur, quem vix realis aspectus, & colloquium sedare, & animare poterant. Excipe ab eodem Chrysostomo subtilĕ dubij solutionem; *Angelus Domini apparuit in somnis: Quod nulli fuerat ipse confessus, sed inclusum tantummodò mente voluebat,* nam dicitur: *Hac autem eo cogitante;* Nempe id tantùm mĕs, & imaginatio id nouerat Pende τὸ *Tantummodo mente voluebat,* Quasi dicat Chrysostomus: Iosephus mente, imaginatione suspicax versabat sponsæ suæ defectus; & occultè eam volebat dimittere. Nemini suspiciones suas dixerat: Imò nec sensus exteriores vllam notitiam habent defectuum sponsæ, *quos tantummodò mente voluebat.* Ergo appareat Angelus in somnis Iosepho, ne eius oculi, vel aures, quæ nihil rei norunt, sciant suspicionem, quam animo, & imaginatione versat. Inter dormiendum loquatur Angelus menti, & imaginationi Iosephi, vt potentiæ, quæ sciũt suspiciones, sciant tantùm satisfactiones. Sensus autem externi, qui vel suspiciones ignorant, ignorent etiam satisfactionem Angeli, ne ex eius loquelâ defectus notitiam coniiciant. Dormiant sensus externi, & cùm sopiti sunt, & ligati, Angelus loquatur imaginationi, & animo Iosephi, ne sensibus ignorantibus notificetur, vel suspecta culpa. Vsque adeò cautè agit Deus in publicatione, vel suspicati criminis, vt sollicitè præcaueat, ne vel plures sensus illud norint! Præcaueat similiter bonus reipublicæ Præpositus: Quod legitur fecisse typus ille prudentiæ, & Christianæ politiæ Sanctissimus Protoparens Noster Ignatius.

Chrysost. homil 4. in Matth.

Iosephi sensus ignorent satisfactionem, quia ignorabant suspicionem.

Chrysost.

S. Ignat.

85. Et S. Basilius re, & nomine Magnus in ipsa delinquentis conscientia solebat occultos defectus subditorum punire, pio castigandi artificio, quod notauit Nazianz. *Quis, inquit, officio probè functus benignitatem, aut suauiorem se præbuit? vt pote cuius pertenuis risus, laudatio esset, & silentium obiurgatio in propriá nimirum cuiuque conscientia culpam explorans, ac puniens.* Subtile profectò supplicij genus, sed bono Præposito dignum. Scilicet secretas subditorum culpas, quas castigatione, vel obiurgatione publicare nefas erat, silentio, & vultus grauitate tacitè in propria cuiuque conscientia, & pectoris recessibus castigabat, ne præuaricator esset perspicaciæ, & proditor præfecturæ. Tã cautè se gerebat in re honoris proximorum, quæ valdè delicata est, & nimis vel à suspicione leui patitur! Sic Inditha hî, vers. 9. cùm statu esset reprehendere Senatores Bethuliæ, illos secretò vocat, ne in publico illos sceleris arguat, vt notabam in expositione literali huius versiculi.

Basil.

Nazianz. Orat. de laudibus Basil.

Superiorum in ipsa conscientia reprehendat defectus subditorum.

Iudith.

86. Pulchrum dubium est apud Theologos, cur Deus non publicauerit in Scripturis Angelorum delictum? Alia plura flagitia hominum disertè tradita sunt, & primæuum Angelorum delictum sic tacetur, vt coniecturis potiùs allucinemur, quàm aliquid certum statuamus. Quid obstat quominus id reuelauerit Deus? Num dehonestaretur Angelorum natura, si palam publicaretur eius delictum? Verùm defectus, qui emendari non possunt publicati non debent à summo omnium Principe Deo: Quod præclare aduertit Petrus Damianus aiens: *Ob hoc forsitan Angelorum peccatum in Scripturis non inuenitur expressum, ne Scriptura mandaretur, quod emendari non poterat.* Nimirùm mali Angeli nolunt, nec possunt emendare delictum à se commissum. Vnde Deus non vult illud publicare; nam bonus Præfectus Deus, delicta nostra nunc nisi ad emendationem non publicat.

Delictum Angelorum cur non expressum in Scriptura.

Petr Dam. serm. 52.

Digitized by Google

87. Matth. *Cum iurdo necesse est, vt clamoribus, agat Superior.* Hugo. Verùm aliquando delicta subditorum publicantur à Superiore ob culpam subditi contumacis. Matthæi 3. v. 3. dicitur Ioannes Baptista, *Vox clamantis*. Quid necesse est, vt Ioannes clamet, & sic clamando publicet delicta hominum? Satiùs foret si ea aut clàm reprehenderet, aut submissâ voce perstringeret. Opportunè Hugo Cardinalis hæc verba expendens, ait: *Vox clamantis; non loquentis tantùm, non prædicantis, sed clamantis, vt maiorem affectum exprimat. Clamantis: quia surdi erant Iudæi.* Isai. Isai. 42. *Quis surdus nisi seruus meus?* Nempe ideo sæpe clamore opus est, quem omnes exaudiant, quia surdus est peccator, nec audit submissam reprehensionis vocem. Vnde aliquando sic clamatur, vt omnes audiant reprehẽdentis vocem; quia sine clamoribus surdi non audiunt. Ergo sibi imputet, qui non audit corrigentis susurrum.

---

§. XXIII.

Improbitas inurbanè vsurpat præstantiorem locum; Virtus negligit has ambitionis nugas.

88. VIrtus nõ est inurbana & rustica, neque enim politiæ renuntiauit virtus, quæ etsi valde curat de ciuilitate; tamen nescio quas magnificas nominum appellationes, & sedis præcedentias, & similes obsequiorum ceremonias, seu nugas iure negligit, non omittit: nam improbi hominis, & ambitiosi est non attendere ad hanc ciuilitatem, & sibi præripere primarium locum, quem impensè ambit. Planè hæc inurbanitas, rusticitas ambitionis est, homine ingenuo indigna, & proprium vitium, seu indicium improbissimæ mentis. Nam quis affectat, & arripit primam sedem, nisi planè indignus? siquidem dignus aut eiusmodi nugas contemnit, aut honores paleares negligit. Ioan. 13. vers. 6. Christus Deus morti proximus lauat discipulorum pedes; & cùm seriatim discipuli omnes eiusmodi balneo abluendi forent, quis dubitaret Apostolorum principem, principem locum occupasse? Sed Chrysostomus attentè perscrutans Euangelij verba, sic inquit: *Credibile est proditorem stultum existentem ante Petrum recubuisse; quod Euangelista significauit cùm dixit: Cœpit lauare, deinde venit ad Petrum.* Quis non miretur Iudæ impudentem rusticitatem; ante Principem Apostolorum sedet, qui hominum postremissimus est? Sic stultescit iniquitas, vt ab inurbanitate gloriam captare præsumat! quis per rusticitatem prætendat ascendere ad primatus fastigium? Iudas est qui ante Petrum sedet: Proditor Christi est, qui sic inurbanè agit. Opportunè Christus Deus iacet ad pedes Iudæ, quando Iudas impudenter audet præripere locum Petro.

Inurbanè præripiens principe locum, est Iuda æmulus. Ioann.

Chrysost. hom. 69. in Ioan.

89. Marc. *Dæmon cuncles inurbanè propter sedis præeminentiam.* Fallor si Iudas non extitit æmulus Diabolicæ inurbanitatis. Marci cap. 5. vers. 7. Sæui illi Dæmones sepulchra inhabitantes, vbi vident Iesum, procidunt, illúmque adorantes, aiunt: *Quid nobis, & tibi, fili Dei?* ô præeminentiæ ambitionem! Filium Dei appellant, & se præponunt loco? postponunt illum, quem adorant? quem adoratione anteponunt nominationis loco posthabent? Negant verbis quod adoratione fatentur. Sic obrutescit Diabolica ambitio! Sed planè auidè concupiscit sedis præeminentiam. Isaiæ 14. vers. 13. Primus ille ex Angelo Dæmon, sic dicebat: *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis;* sedere ambit, cùm cæteri curiæ cœlestis optimates, corã Dei solio stent; Apocalyp. 7. v. 9. *Vidi turbam magnam, quã dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, &c. Stantes ante thronum, & in conspectu Agni,* Et statim: *Et omnes Angeli stabant.* Super his verbis, in quibus cœli Optimates stare dicuntur, sic fatur P. Damianus, *Sed Virgo singularis stat à dextris in vestitu deaurato: Moyses vt videas transeuntem Dominum stat in petra: Elias stat in conspectu Domini. Solus ille transfuga Spiritus, dissensionis principiũ, princeps malitiæ, malorũ summa, voluit cõsedere. Sedebo, inquit, in monte testamẽti. Omnes stãt, & tu sedere præsumis? Ipse filius, idẽ quod Pater, sedere nescit, donec dicat ei Pater; Sede à dextris meis.* Quid illustrius pro hac re? Nimirũ Princeps ille malitiæ, Angelus apostata à Deo deficit, turbat cœlos, rebellat in Deum: Quã ob causã Angelus olim à natura suã bene sapiens tumultus excitat in cœlo, & sese dat in tantum discrimẽ? Bellè dixit P. Damianus: Vt coram Dei solio, sedeat ipse stãtibus cæteris. Hæ ambitionis nugæ perturbant cœlum, conspirationem cient Angelorum, & ex Angelis Dæmones faciunt. ô inanem Dæmonum rusticitatem! Hinc fortè cautior euasit *Angelica Vrbanitas*, sic loquitur S. Chrysostomus, vt politiam Angelorum, & Angelicam naturam venustet, & inurbanitatem Dæmonum condemnet.

Isai.

Apoc.

P. Dam. serm. 5 ...

Chrysost. c. 1. Ioan.

90. *In cœlis negliguntur nugæ antecessionis humanæ in loci præminentia.* Redeo ad verba P. Damiani, quæ omisi, non neglexi: *Omnes*, inquit, *stant, & tu* (ô Dæmon) *sedere præsumis? Ipse filius idem quod Pater, sedere nescit, donec dicat ei Pater: Sede à dextris meis.* Vides Christi Dei vrbanitatem? aduertis quàm comiter se gerat Dei filius cum Patre Deo? Imò Dei generositatem dedecet eiusmodi ciuilitas; negligitur in cœlis hæc politica vrbanitas, generosis animis indigna. Psalm. 109 vers. 1. *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.* Sessionem àd extris honoratiorem locum apud homines innuere, probabam alibi. Ecce filius sedet à dextris Patris. Et in eodem Psalmo, vers. 5. inquit Dauid: *Dominus à dextris tuis.* Si Christus Deus ad dexteram Patris sedet, quo pacto dicitur, Patrem esse à dextris eius? potiùs dicendum foret, sedere à sinistris. Exiguum spatiũ sedit à dextris, qui in tam exiguo internallo dicitur sedere ad sinistrã? Fortassis Christus Deus sedẽdo defessus erat, & mutauit locum. Num inciuilitatẽ aliquã corrigere cupit, & dexteram, quę prẽstãtior habetur locus, relinquẽs, transiit ad sinistrã Patris? Nisi fortè sinistra præstãtior locus est, vt adstruit Nebrissensis. Profectò negliguntur in cœlis nugæ ambitiosioris politiæ. Aduerte hîc, vers. 9. quàm parùm curent Bethuliæ Senatores de his politiæ nugis. Iuditha illos conuocat in domum suam, ipsi vltrò eunt, neque aduertunt cur ipsa non potiùs ierit ad eos, vtpote principes & Senatores Hebrææ gentis. Seuerior virtus nec populi quidem facit has vanæ gloriæ nænias.

Psalm.

Nebriss.

Iudith.

---

§. XXIV.

Bonus iudex solerter vitet acceptionem personarum: nesciat reum, vt sinceriùs sciat reatum.

STultus est qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed statum eius, phaleras, frænos, & reliquum equestrem apparatum: Sic stultissimus est, qui hominem æstimat ex conditione, ex nobilitate ex diuitiis, quæ sunt quasi quædam hominis 91.

vestes.

vestes. Seruus est? sed fortassis liber animo. Ignobilis est? Sed fortè ingenuus est mente. Pauper est? hoc illi forsitan nocebit, aliis non nocebit. Ergo homo non nisi ex homine æstimandus est, nam totus hominis census homo est, non conditio, non nobilitas, non opulentia. Hinc seria Iacobi vox est, cap. 2. v. 1. *Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri* IESV CHRISTI *gloriæ.* Non faciat fauor inæquales quos natura fecit æquales. Porrò non æquitas, iniquitas est: & inter nocentissima vitia, valde perniciosum est. Acceptio personarum; & quo vix caret vlla præfectura. Benè ait S. Bernardus ad Eugenium Pontificem: *Est item vitium, cuius si te immunem sentis, inter omnes, quos noui, ex his qui cathedras ascenderunt, sedebis me iudice, sol tarius.* Adeò hoc vitium occupauit omnia subsellia, tribunalia omnia, vt nemo, aut ferè nemo sit ab acceptione personarum immunis, etiam in sanctissimis Ecclesiæ cathedris. Hunc censorem consanguinitas subuertit, alium diuitiæ subornant, alteri blanditur venustas. Hic donis corrumpitur, ille ambitione flectitur, & importunis Procerum precibus, quæ supplex tribunalium violentia est. *Nos non ab homine aut laudis aut præmij expensum captamus, sed à Deo exactore, & remuneratore indifferentis benignitatis: ijdem sumus Imperatoribus, qui & vicinis nostris.* Verba sunt Tertulliani. Scitè appellant Deum, *Exactorem indifferentis benignitatis* Exactor quippe rigorosus (ne dicam durè inurbanus,) tribunalium minister est, qui tributa Principi debita, totâ Principis auctoritate exigit à subiecto populo. Sic Deus vel voluit molesto Exactoris vocabulo in re acceptionis personarū: vt ita notum sit quàm durus & acerbus sit contra eos, qui indifferentem benignitatem non præstāt omnibus; sed quibusdam fauent, ad aliorum ruinam. Nam sic merita superuacua sunt, cùm aut affinium beneuolentia, aut munerum auaritia, aut pulchritudinis præstigiæ, aut ambitionis officiositas, pro meritis fit, ô æquæ iustitiæ iniquos ministros! meritorum euersores, facinorum patronos! apud quos innocens deliquit; delicti reus innocens est: apud quos benemeritus otiatur inglorius; immeritus, & otio dignus, fauoris scala sublimes honores scandit. Ergo bonus Princeps, & æquus iudex indifferenti distributione iura, & præmia dispenset. Merita, & demerita norit; cætera sapienter ignoret.

Iacobus.

Acceptionem personarum ferè omnia tribunalia plorant.

Bernard. lib. 1. de con sid. ad eundē.

Deus exactor est indifferentis benignitatis.

Tertul. Apolog. c. 30

91. Matth. 25. Virgines fatuæ ob virginitatem superbæ, oleum bonorum operum neglexerunt, & oscitanter *dormitauerunt, id est, in peccatis inuolutæ sunt,* ait Hugo. Et tunc clamor exortus est, publicans, quòd Christus venit, & quidem Index, vt S. Hieronymus, S. Augustinus, S. Chrysostomus, S. Gregorius, & passim veteres & nouiores interpretes cōmentantur qui in die Iudicij Virginibus fatuis petentibus misericordiam, seuerè respōdet? *Amen dico vobis, nescio vos. Hoc verbum gehenna difficilius est,* inquit S. Chrysostomus, quia aui dānationis est præuium, aut damnationē importat. At non leuem continet difficultatē. Nam (vt aliàs expendebā) sibi minimè cohæret. Porrò si Christus Iudex fatuas hasce virgines nescit, quomodo illas iure dānat? Quis vnquam vel imperitus iudex dānat reum, quē ignorat? Temerarius est, qui condēnat, quē nescit: nam iustitia diligenter scrutatur, & medullitùs inspicit personæ merita; ergo qui personam ignorat ignoranter iudicat; iudiciū enim de personæ meritis deliberat, quod non sibi constabit ignorata persona. Vnde iudex condemnans reum, quem ignorat, se imperitiæ, non reum sceleris condemnat. Quomodo ergo Christus iudex fatuas virgines iure damnans, dicere potuit: *Nescio vos?* Præclarum profectò Iudicium documentum: Siquidem æquus iudex, & qui studiosè vitare intendit Acceptionem personarum merita causæ scrutatur, & inspicit, a quo planè nos[c]it; personas non scit, nec id curat. Sed omnino negligit. Non ignorat causā, sed personas nescit, vt integerrime causam diiudicet. Vnde causam damnandorū probè noscens, consultissimè ait: *Nescio vos,* ô virgines fatuæ: Quasi homo more dicat: Ego qui iustus sū iudex, Nescio an venustæ sitis, & Gratiarum manibus factæ puellæ, (non sum acceptor faciei um,) sic legitur Syriacè 1. Petri 1. Nescio an sitis vetusta nobilitate conspicuæ, in tenera ætate? Nescio an opulentia, & procerum necessitudo vos tueatur, & vindicet à periculo nō bonæ causæ. Personas, & earum qualitates quasi nescio; & causæ merita tantùm ad iudicium scio: *Nescio vos.* Satis ad rem S. Basilius sic ait Iudicibus: *Absint tibi ob oculos fratrum differentia, hic pauper, ille diues, hic hospes, alius domesticus: si iudicaueris ne inæqualia videat, diutem sublimem, pauperem humilem.* Expende illud: *Si iudicaueris, ne inæqualia videas*: Sic se gerat iudex, vt verè possit dicere reis: *Nescio vos*: solam & merā causam vestram scio; Scio quod sit meritum, aut demeritum, non cuius sit.

Matth.

August. Chrysost. Greg.

Chrysost. hom. 79. in Matth.

Iudex sciat merita causa, nesciat personas.

1. Petri 1.

Basil. hom. 12. ex variis.

Matthæi cap. 2. vers. 20 S. Iosepho peregrinanti in Ægypto: *apparuit Angelus Domini, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israël.* (Locus non semel expensus, & adhuc enedullandus:) Nomine terræ Israël intelligit Hugo Cardinalis, Hierusalem: aiens: *Quia non distinxit in quam partem ire debeat, intellexit eam, quæ dignior est, scilicet Hierusalem.* Itaque Angelus Domini mandat Iosepho, vt redeat in Hierusalem, ibique habitet cum puerulo Iesu, & Virgine Matre. Statim obedit Iosephus, & cùm nōn procul esset à Hierosolymis, *audiēs, quod Archelaus regnaret pro Herode patre suo, timuit illicò ire.* Nempe probè noscens sæuos Archelai mores, iure timuit Iosephus, ne impius rex restauret paternas iras in puerum Iesum, & Matrem eius; & quem eius pater inter Innocentium cædes quæsierit, sponte tunc oculis oblatum crudeliter perimeret. Prudens planè Iosephi metus: & quidem valde pius: cùm non sibi præcaueret, sed puero Deo, & Matri Virgini. Quid faciendum viro piè meticuloso, & ad nutum obedienti? Metus sistit in via, quem Angeli imperium vrget. Æquū videtur, imò necessarium, quòd Angelus mutet præceptum, & permittat, vt aliò diuertant: Sic Angelus adulabitur suæ Reginæ, Deiparæ scilicet: sic officiosus erit in suum Regē, & Dominū, & gratiam vtriusque promerebitur, aut rescindendo aut suspendēdo Imperiū eundi in Hierusalem, vbi periculum timetur. Sed adhuc perstat Angelus præcipiēdo: *Non mutat Angelus preceptū,* ait Anselmus Laudu. inibi. Ita vt necesse fuerit, quod Iosephus *admonitus in sōnis,* (& quidē non vt olim ab Angelo, sed immediatè à Deo, vt insinuat S. Hieronymus in simili de Magorum admonitu.) *secessit in partes Galileæ.* Nimirùm Angelus inflexibilis manet, & gratiam, quam Iosepho viro pauperi, & humili, non præstitit, negat præstandam fore, aut Reginæ Mariæ, aut puero Deo Nempe timebat etiam sibi Iosephus, & cùm timētis Iosepho non annuat Angelus, adeò flectinescius perseuerat in proposito, vt nec timori Dei-

93.

Angelus nec personam Mariæ, & Iesu accipit.

Anselm. Laud.

Hier. ad c. 2. Matth.

Digitized by Google

paræ, Angelorum Reginæ: nec metui pueri IESV cedit: nec Angelus dispensat in præcepto, sed necesse fuit, quòd Iosephus admonitus, non ab Angelo, vt olim in Ægypto, sed à Deo ipso (dicitur enim, *admonitus in somnis*; non vt olim, *Angelus Domini apparuit in somnis*,) permissus deflectere ab Hierosolymitano itinere, & diuertere in oppidum Galilææ. Tam longe abest Angelus ab acceptione personarum! Tam longè etiam abest Iuditha, vt non modò ciues Bethulienses, & Bethuliæ proceres, sed ipsummet Oziam Bethuliæ principem, coràm reprehenderit hîc, v. 10. eò quòd inconsultè consenserint post quintum diem tradere vrbem Holoferni Nam ibi tunc aderat Ozias, aut statim adfuit, vt expendimus in litteræ commentario. Disce à Iuditha, nec Principis Oziæ personam accipere; disce ab Angelo nec Deiparæ Virginis, nec Christi Dei personam accipere: sciunt enim Deum esse *exactorem indifferentis benignitatis*.

§. XXV.

Commentarius litteræ.

Vers. 14. Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus.

Vers. 15. Non enim quasi homo, sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur.

Vers. 16 Et ideo humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi.

Vers. 17. Dicamus flentes Domino, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam: vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur.

Vers. 18. Quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adorauerunt Deos alienos.

Vers. 19. Pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis: nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum.

Vers. 20. Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum, & humiliabit omnes gentes, quæcumque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dominus Deus noster.

VERS. 14. & 15. 94. *Serar. An Ozias peccauerit paciscens de tradenda Bethulia intra quinque dies.*

SED *quia patiens, &c.* Si specie tenus consideretur horum procerum delictum, leuiculum apparet, & illud alleuat Serarius, quæst. 18. multis rationibus, quæ statim sese menti dant affatim. Fecêre enim hi principes quantùm potuerunt diuina, & humana præsidia tentantes. At postquam siti deficere homines videbant, quod Peccatum fuit decernere intra quinque dies vrbem tradere hostibus, ad quod temeus aliquid aquulæ (sed quotulum?) supererat? Et quidem Bethulienses non dubitant, an Deus posset, aut sciret eos liberare, sed an vellet: quod Deum tentare non est, vt docet Valent. 2. 2. disp. 6. quæst. 14. Vnde Tortoletus lib. 1. Iudithæ vindicis affirmat, Oziam diuino afflatum spiritu id tempus præscripsisse. At vel sola reprehensio Iudithæ arguit culpam procerum; & principum ingenua & tacita peccati confessio, deliquisse confirmat. Ita Serarius, quæst. 18. Perer. ad cap. 8. Exod. num. 4. Salian num. 64 & Sanct. hîc: Iustin in prioris ad Corinth cap. 10. v. 9. Mendoza in lib. 1. Reg. c. 13. v. 11. Paez in Cant. Moysi, num. 3. annot. 3. secuti Lyranum, Hugonem, Carthusianum. Et quidem Carthus. ad c. 8. Iudith, Serarius, quæst. 18. Salianus, num. 63. & 64 plures afferunt rationes, quibus culpent consultum Oziæ, quas facilè quis soluat. Authoritas Iudithæ magnum authoritatis pondus habet. *Valent. Tortolett. Serar. Perer. Salian. Sanct. Iustinian. Mendoza. Paez. Lyra. Hugo. Carthus.*

Ergo singula commentatione lustro, *Quia patiens est Dominus, &c.* Non reperitur stricta Patientia in Deo, quia Diuinitas expers læsionis est; quadantenus autem Deus patitur iniquitates nostras. Hortatur autem vt *in hoc ipso* pœniteant, id est, de ipso delicto: quia patiens Dominus est, nec irascitur ob iniuria, quasi homo, qui ira actus parcere nescit, & inimicas persequitur; non sic Deus qui pœnitentia placatur, & malum, quod minitando prædixerat, miserendo quasi retractat, vt patet de Niniuitis, Ionæ 3. Legi potest super hoc Martinus del Rio tom. 1. Adag. 112. qui hunc locum Iudithæ versat, & ad hoc tractat luculenter. Multa orationis potentia à lacrymis, dabitur aliàs. Legi potest Quiros ad cap. 58 Isaiæ, num. 46. qui hunc locum egregiè exponit. 95. *Lucæ. Rio. Quiros.*

Et ideò humiliemus illi animas nostras. Carthus. & Tirinus, animas humiliari aiunt, confessione peccatorum Sinceriùs; proni & supplices nos ipsos offeramus Domino, vt nobiscum misericorditer agat ad suum arbitrium: & sicut perterriti sumus in superbis minis Assyriorum, hoc est, *in superbia eorum* sic illi diuino præsidio superatis, *gloriemur de hac nostrâ humiliatione*. *VERS. 16. & 17. Carthus. Tirin.*

Quoniam non sumus secuti delicta patrum nostrorum, &c. Quasi dicat; Patres nostri sæpe diuinas iras experti sunt, ob adorata gentium idola: nos innocui sumus ab hac culpa; vnicum enim Deum adoramus, & religiosè colimus omnes: vnde non est cur similia vereamur. Imò potiùs *exquiret sanguinem nostrum*, id est, vlciscetur nos *de afflictionibus inimicorum nostrorum*, nempe de afflictionibus, quas ab hoste immani patimur. Textus Græcus vberiorem Iudithæ ad proceres orationem texit, quam referre, nihil refert. *VERS. 18. 19. & 20.*

§. XXVI.

Diuina Patientia seuerior rigor est; Ira verò patientior indulgentia.

ERrat, errat qui infidæ felicitati fidit; & qui prosperitatem æstimat beneficium. Hic profectò gratias agit pro supplicio, & gratus est in punitorem seuerissimum. Cùm fortuna tibi adludit blandè, æstima dotam in te sæuire. Qui castigat, verè parcit; qui parcit: crudeliùs castigat. Mallem Deum iratum, quam dissimulantem, & tunc propitium. Dissimulando duriùs punit; puniendo ipsa ira pacit. Placatum tibi Deum time; iratum, & 96.

seuerum

seuerum ama. Et tene supplicium vt felicitatis præsagium, & felicitatem æstima calamitatem. Quassabatur Ionæ nauis furentibus vndis, & dehiscente compage sordebat naufragium. Timent nautæ periculum; Ionæ 1. v. 4. *Periclitabatur nauis, & timuerunt nautæ.* Nautæ dicuntur timere, & vectorum tacetur timor? Nauitæ artem sciunt rei naualis, illorum in tempestate securitas serenat nauigantium animos, qui ad illorum vultus mouentur. Atrocissimè iactatur Ionæ nauis, nautæ pauescunt, & clamores excitant; & tacetur clamor vectorum? Hi non dicuntur timere in tanto nauitarum metu? Maiorem facit admirationem, quod dein refertur. Ionas proiicitur in mare, cessat tempestas, tranquillantur vndæ, & à periculo liberi, vbi primùm *Stetit mare à feruore suo, & timuerunt viri timore magno*, v. 16. In periculo Nautæ dicuntur timuisse, non vectores in tranquillitate verò omnes timent, etiam qui virili, & obfirmato animo antè intrepidi erant in procellâ. Quam ob rem in tranquillitate viri timent, qui in tempestate securi erant? Fortè tempestas augens nauseam, cerebrum euertit cum stomacho? an atrocissima tempestas securior est quàm serenum mare? *Timore magno* timent securi, qui securi erant in periculo magno. Profectò Zeno Veronensis huc alludere videtur, inquiens in simili: *Nostrum mare, quos voluntariè suscepit, feliciter naufragos facit.* Pulchrè dictum: *Feliciter naufragos*, & calamitosissimè sospites. Porrò tempestas feliciter alludit; & tranquillitas minaciter terret. Nam *quos amat Deus, arguit, & castigat.* Apocal. 3. v. 19. Quos Deus calamitatibus exagitat, verè acceptos habet; & temporali punitione æternum parcit. Quos verò negligit, naturales reatus dissimulatione omittens, infelici prosperitati hic tradit, vt gehennalibus tormentis æternùm mancipet. Time nunc patientiam Dei, ama diuinas iras. Ab ira Dei sospes euades, à patientia diuina damnaberis. Patientia sæuit, ira parcit.

Ionas. *Prosperitas timenda est.*

Ionas.

Naufragium felix.

Zen. Veron serm 10.

Apocal.

97. Proceres vrbis Bethuliæ, tunc Holofernianâ obsidione oppressæ, nescio quid decreuêre nocentissimum in patriam, irreligiosissimum in Deum: quos Spiritu Dei afflata Iuditha seuerissimè reprehendit, & ad emendationem ipsos hortans, sic inquit, cap. 8. vers. 14. *Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus.* Quæ verba minùs negotij facessunt interpretibus, quàm par esset. Quasi dicat; Incunctanter precibus, & planctibus Deus mulcendus est, & properâ pœnitentiâ propitiandus est, quia patiens est. Quare Patientia Dei, aut materia dicitur nostræ pœnitentiæ, aut festinandæ pœnitentiæ occasio vrgens? *Quia Deus patiens est, in hoc ipso pœniteamus.* Imò Patiẽtia Dei inducias facit ad peccandum: nam dum magnanima Dei patientia tolerantissimè suffert hominum errata, quasi commeatum facit ad delinquendum, & longiora spatia tribuit ad pœnitendum. Feruor iræ, quæ celerrimè sæuit, tempus pœnitendi arctat, tarditas patientiæ ampliat indulgentiæ spatia. Non ergo festinanda est pœnitentia, *quia Deus patiens est*, sed quia iratus. Aptiúsne dixisset Iudith (si dici id potuisset,) *Quia Deus impatiens est, in hoc ipso pœniteamus*? Et tamen oppositum affirmat; & de opposito idem concludit. Scilicet: *Quia Deus* est Iudithæ sapientia, & arcanus verborum sensus. *impatiens est in hoc ipso pœniteamus.* Profectò alta Quippe Dei tolerantior Patientia, re verâ iratior furor est? Dei tolerantior patientia, (si licet si dicere;) impatientior ira est. Blandior indul-

Iudith. *Patientia Dei furor iustitiæ est.*

R. P. Didac. de Celada, in Iudith.

gentia citiùs est placanda, ne dum vindictam negligit, seueriùs vlciscatur. Pro commentatione huius loci Iudithæ, adducam grauissima verba Prophetiæ Nahum, qui rem hanc eximiè expressit his verbis, cap. 1. vers. 2. Dei patientem furorem, aut quasi impatientiam indulgentem publicantibus: *Deus æmulator, vlciscens Dominus, & habens furorem: vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis: Dominus patiens, & magnus fortitudine.* Cùm tot Dei iras, cùm furorem spirantem vindictas terribiles, Propheta buccinaret; expectabam vulnera, expectabam excidia, & vastationes, & strages: & tamen concludit, *Dominus patiens*: & sententiosè quidem; nam Dei velut negligentior patientia, furor est Iustitiæ, & exaggeratio vindictæ. Castigat dum parcit, dum parcit, seuerissimè quasi furit. Ergo à festinata pœnitentia placanda est Patientia Dei: Ergo scitè dixit Iuditha: *Quia Deus patiens est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus.*

Nahum.

Iudith.

98. Arguté quidem Tertullianus hâc super re scripsit: *O seruum illum beatum, cuius emendationi Dominus instat, cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit!* Beatum appellat in quem Deus animaduertit; ac si punitio pignus sit beatitudinis; item iram Dei, qua hic castigat, vocat piissimam *dignationem*, felicem indulgentiam, & anticipatam veniam; tanquam si diuinus furor dum ad vindictam feruet, iam deferbuerit; & dum sæuit ad vltionem, iam desæuierit; & punitione non castiget, sed indulgeat. Nam si aliquando Deus hominum flagitiis offensus, per summam patientiam dissimulat vindictam, *dissimulatione quasi decipere* videtur homines. Solet homo iniuriis lacessitus, vt inimicum cumulatiùs referiat, impatientiam suam dissimulare versutè, vt sic neglectus ab hoste, & opportunitatem vltionis natus, immaniùs iniurias repetat. Callidè potentiam suam armat vafritie, & versutiis auget potentiam, supplens arte, quod deficit viribus. Procul sunt à Deo eiusmodi cauilli, & vafrities: Decipere non potest summa, & sincerissima bonitas. At loqui ut Tertullianus de Deo secundùm rusticanum hominum stylum, vt exaggeret diuinæ Patientiæ rigorem. Rectè ergo dicitur felix, *ille quem admonendi dissimulatione non decipit Deus.* Caue à Patientia diuina: nam ira Dei indulgentior clementia est. Patientia velut impatientior furor. Quod expressit Isaias cap. 42. vers. 14. *Tacui semper*, (Septim. *Tacui à principio*; vox autem *principium* æternitatem indicat, vt multis probaui, Ioann. cap. 1.) *Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar.* Quasi dicat, muta patientia æternùm vsus sum; erumpat ira, quasi dolore parturientis acta, qui vehemens dolor est. Præclarè sanctus Nazianzenus ait, *O Christe quomodo tuam illius temporis lenitatem, & Patientiam feram?*

Tertul. lib. de Patientia cap. 11 *Patientia Dei intolerabilis est homini.*

Isaias. Septuag.

Nazianz. Orat. in Iulianum.

§. XXVII.

Sua sibi Patientia quasi detrahit Deus, & honore miserendi, contumeliam dissimulandi præsentat.

99. Omnia Dei Attributa summæ perfectionis condecigent: nam diuinitatis vigor omnia

Digitized by Google

Dei transcendit, & nobilitat. Nihil enim Dei est, quod Deus non sit: hinc summa perfectio, & infinita laus. Verum à Misericordia maximum elogium, & augustiorem commendationem apud homines captat Deus. Quid enim de se nobilius, & numini connaturalius quàm benefacere? Summè felicis esse solet, neminem, qui felicitari possit, permittere infelicem, quasi ab infelicitate alterius detrahat sibi, & alieno bono prosperetur: inde suæ clementiæ magnificus ostentator est Deus à misericordia laudem incrementans suam. At admiror diuinæ misericordiæ eminentiam, quâ dissimulare, & negligere videtur punitionem nostrorum criminum; ab ipsa enim suæ perspicaciæ, aut Iustitiæ videtur detrahere. Adducunt Pharisæi ad Christum, Ioan. 8. v. 5. fœminam recèns in adulterio deprehensam; & aiunt: *In lege Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum.* In quo hîc tentant Pharisæi Saluatorem? nam si Moysis præceptum implendum esse respondeat Christus, nullum ibi periculum erit; cur ergo Pharisæi nacti sibi videntur felicem occasionem accusandi Saluatorem? Adeóne certi sunt ore Christi damnandam non fore adulteram? Saluatórne omitteret punitionē tam fœdi criminis? nū negligat decernere pœnam iustissimè iustissima lege sanctam? Nónne nimia esset indulgentia negligere legem, & impunitum omittere adulterium publicum, & à reo confessum? Pulchrè S. Augustinus: *Pharisæi animaduerterant eum nimiùm esse mitem.* Quid est *nimiùm mitem* esse Christum? Num in Saluatore potest vllus excessus etiam mansuetudinis inueniri? Quid nimium sit in Christo, quando virtus in mediocritate consistit? nam moralis virtus, si nimia sit, degenerat in vitium ab excessu virtutis. Verùm etsi vitium procul Christo abest; at si vitij capax foret; (quod absit,) ab excessu Misericordiæ excederet, & à nimia notaretur clementia, quâ punitionem veluti dilatione negligens, quodammodò deuenustare apud homines videretur suam potentiam. Cuidam temerariè criminoso, & de diuina misericordia præsumenti ad multiplicanda delicta, sic scribit Pelusiota. *Ne diuinam lenitatem ludibrio habeas*: ac si tacitè notet diuinitatem, quæ à misericordia facit patrocinium delinquendi, & à diu dilatâ pœna, vel facili peccati venia, plus homo audet ad crimina. Vnde Cyprian. citatus à Cerda, in c. 2. lib. 1. de Patient. ait: *Qualis verò, & quanta patientia, quòd in contumeliam suæ maiestatis, & honoris, &c.* nam contumelia Dei videtur, tam patiens ipsius clementia in peccatores.

Christus dicitur nimiùm misericors, & vsque ad hominum ludibrium.

Ioan. Deut. 10.

August. tra. 33. in Ioan.

Pelusiot. l. 1. epist. 45.

Cypr.

100\. Tertullianus sic luculenter rem hanc expressit. *Sustinet Deus ingratissimas nationes, luxuriam, auaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie insolescentem; vt sua sibi patientia detrahat. Plures enim Domino idcircò non credūt, quia sæculo iratum tandiù nesciunt.* Pende illud: *Suâ sibi patientia detrahit.* Ac si ipse Deus contumeliosus sibi sit apud homines, tandiù sustinens tot criminum temeritates, & immanitates facinorum Et à lenissimæ patientiæ nobili ostentatione quodammodò dedecoretur, vel quasi hominum delicta non viderit; vel quia eadem non punit. Et licet non pauci in infidelitate permaneant, nec eius perspicaciam, aut iustitiam ob id credant; tamen mauult clementiam ostentare suam, quàm fidem aliorum sic procurare: ac si plus honestetur clementiæ publicatione, quàm Gentium lucratione.

Tertull. lib. de patient. cap. 2. *Deus suam sibi patientiâ quasi detrahit.*

101\. Addubitant interpretes quare Christus Deus duplici contumelia appetitus, nempe quòd Samaritanus esset, & haberet Dæmonium, respondit se Dæmonium non habere, & taciturnitate visus fuit consensisse, se Samaritanum esse? Et quidem iniuriæ nomine, Saluatori impingunt Samaritani vocabulum quod magnum dedecus erat: nam Samaritani, vt Iudæorum hæretici habebantur; cur Christus huic iniuriæ videtur consentire silentio, cùm aliam satisfactione refutet? Quid in hac contumelia gloriosum est? Sed quid in contumelia gloriosum esse potest? Sanctus Paulinus eleganter scribit: *Spoliatos nos Diaboli latrocinio, & vulneratos in via, præterierat frater in Leuita, frater in Sacerdote; sed non præteriuit ille Samarites, qui propter nos huius etiam nominis suscepit iniuriam. Hic hominem suum prætermissum à prauiis, nec curatum, miseratus accepit.* Id est, Maxima Christi est iniuria Samaritanum dici; at Samarites ille Euangelicus, etsi patria, & Religione turpis, tamen clementia clarus est, & à misericordia illustris: Vnde Christus Deus auidè excipit Samaritani nomen, quasi plus decoris acquirat notæ misericordiæ titulo, quàm contumelioso Samaritæ nomine. Nempe dicar Samaritanus expressè, dum vel tacitè appeller misericors: quasi minùs deuenustet Christum Samaritani exprobratio, quàm illum nobilitat clementiæ exaggeratio. Planè Sapienter ait Iuditha hîc, v. 14. *Quia patiens est Dominus, in hoc ipso pœniteamus.* Nempe sicut cæteri ex patientia Dei, & tolerantissima eius clementia animosiùs peccant, illámque contemptui habent; nos è contrario, quia patiens, & benignus est Deus, eo ipso pœnitemus, qui affectus generosus valde est. Nempe diuina pietas, quæ aliis quasi occasio est contemnendi numinis, sit nobis materia illum religiosiùs colendi, & diuiniùs venerandi: ne iterum quæratur cum Psalmista Psalm. 128. vers. 3. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* Scilicet supra immensitatem dolorum, & eminentiam diuinæ misericordiæ, fundant peccandi licentiam, qua Deo videtur adulari. præclarè Tertullianus, postquàm congessit multa Scripturæ loca, quibus diuina misericordia exaggeratur, inquit: *Talia, & tam sparsilia eorum, quibus & Deo adulantur, & sibi lenocinentur, effœminantia potius quàm vigorantia disciplinam.* Et mox: *Deus Zelotes qui naso non deridetur, adulantium scilicet bonitatem eius.* Audis sceleratissimos peccatores adulari Deo de misericordia, vt sic commeatum sibi faciant delinquendi?

Samaritani probrorum nomen, cur non refutat Christus. Ioan. c. 8.

Paulin. ep. 4.

Iudith.

Psalm. *Peccatores adulantur Deo de nimiâ misericordiâ.* Tertull. l. de Pudic. c. 2.

§. XXVIII.

Nimia benignitas, impunita relinquens hominum peccata, licentia foret delinquendi, & libido peccandi.

101\. IVstitia sine bonitate sæuitia est; bonitas absque iustitia præuaricatio potestatis esset. Benignitas rigores temperet, rigor benignitatum commendet & sic alterutra virtus ab æmula suâ decoretur. Hæretica Marcionis vox est, quòd *Deus de sola bonitate censendus sit.* Quem errorem sapienter refutat Tertullianus: *At hîc sufficit peruersissimum Deum ostendi in ipso præconio solitariæ bonitatis.* Nam etsi Deus titulo Deitatis infinitè bonus, & clemēs sit: sed solitaria bonitas, & expers iustitiæ, Deum dedecet. Esto, Deus sit, *Suapte ingenio clemens*, vt ait Philo,

Tertull. l. 1. cōtra Marc. cap. 26.

Philo in l. de Mūdi Opif.

Digitized by

Philo, idest, ingeniosè pius: & vnicè bonus; at solitariè, & merè bonus non est; qui enim Deus est, sit etiam summè iustus necesse est. Si ergo solitaria esset bonitas in Deo sine iustitiâ, aliquâ affinitas malitiæ foret, & velut peruersitas diuinæ præfecturæ (neque enim Deus foret, si iustus non esset) quę à iustitię absentia præberet peccandi licentiam. Sententiosissimè inquit Tertullianus de Deo Marcionis vnicè bono; *Qui est iste Deus tam bonus, vt homo ab illo malus fiat?* Nam mera bonitas in Deo sine attributo iustitiæ occasio esset repetitæ malitiæ in homine. Porrò pœnalis animaduersio humanam sistit temeritatem; at indulgentia à suppliciis infligẽdis cessans, fouere videtur peccata. *Videtē profunditatem mysterii, vbi peccantium sordes sanguine sunt innocentis abluta Hac autem remissio non te ad peccatum nutrit.* Verba sunt S. Maximi. Quasi timeat maximus hic Doctor, ne nimia Dei bonitas videatur peccatis fauere, peccata fouere, & nutrire, & velut profusior Dei indulgentia appareat humanæ temeritati occasio aliqua delinquendi.

Nimia misericordia nutriret peccata.

Tertul. lib 1. c. 13.

Maximus. hom. in tradit. Symb

103. Vnde sanctus Gregorius Nazianzenus sic inuehitur cōtra eos, qui susceptionem Baptismi differebant, vt ita licentiùs peccarent, securi remissionis; *Ne beneficium tanquam iniuriam prorogemus, nec expellemus, vt plura peccata congeramus, quò plura nobis condonentur: nec Christum cauponemur, & emercemur.* Scilicet iniuriam facit Christi Passioni, & Christum mercatur, vt Pontifices & Pharisæi; & eundem auarissimè cauponatur, vt vilis caupo: qui Dei misericordiam, & Christi sanguinem assumit ad patrocinium delinquendi, & fretus bonitate diuinâ præsumit licentiùs delinquere: ac si Dei bonitas sit licentia peccandi, titulus delinquendi, & securitas temerariè audendi contra diuinam patientiam: *Ecce enim etsi non auctor, sed assentator mali inuenitur Deus*, inquit Septimius aduersus Hermogenem, fingentem Deum merè misericordem. Nam sola Clementia, quæ sociam non habet iustitiam, etsi non sit auctrix peccati; at humanæ malitiæ videtur adulari, dum ei licentiam delinquendi permittit. Benè definitur Assentatio: laus immodica, & supra merita. Ergo Deus merè bonus, quem Hermogenes de suo cerebro finxit, Assẽtator esset malitiæ, quam perpetua impunitate, quasi rem licitam permitteret, & impuni permissione rem esse licitam tacitè publicaret. Et ita floreret malum afflatu meræ bonitatis: homo malus esset, quia Deus bonus, esset nimis bonus.

Nazian. Orat in SS. lumina.

Deus nimis bonus, Deus Hermogenis haeretici esset, & assentator malitia.

Septim. c. 10. aduers. Hermog.

104. S. Chrysologus agens de bono Patre non boni filij, Prodigi inquam, ita scribit: *Quis sit Pater in dando facilis, facilior in recipiendo?* Nempe dum exaggerare intendit Chrysologus benignitatem diuinam, illam tanta laude quodammodò alicui videbitur deuenustare; dum *Facilitatis* illam notat. Porrò facilitas puerilis affectio est, saltem non admodum virilis, Et Marcion, suum Deum fecit, *Balbutientis adhuc benignitatis.* Quis non timet constantem seueritatem? quis non contemnit facilitatem? Math. 6. v. 24. *Nemo potest duobus Dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterū diliget; aut vnum sustinebit, & alterum contemnet.* S. Augustinus commentans hanc sententiam sic fatur: *Dixit autem, alterum contemnet, non odio habebit, nullus enim vera cōscientia potest Deum odisse. Contemnit enim, id est, non timet eum: cùm quasi de eius bonitate securus est.* Scilicet peccator à mera bonitate Dei securus, securitate peccandi contemnit bonitatem diuinam, dum ludit de clementia Dei immunis à pœna facinorum. *Nimirū Dominus ingratis benignus: vt non magis irascatur contumeliis clementia sua, quam blandiatur*, inquit Tertul. Idest, impunis delinquendi securitas, contumelia dicitur diuinæ clementiæ, & bonitatis contemptus. Adhuc loquitur idem Doctor lib. de Pœnitentia. c. 6. *Certi enim indubia veniæ delictorum, medium tempus interim furantur, & commeatum sibi faciunt delinquendi. La impunidad es falso conducto de delinquir:* nam licentiùs peccat, qui securè deliquit. Pergit in idem cap. 7. *Redundantia clementia cœlestis libidinem facit humanæ temeritatis. Nemo id irco deterior sit, quia Deus melior est, toties delinquendo, quoties ignoscitur.* Expende illud: Redundantiam cœlestis clementiæ libidinẽ facere humanæ temeritatis. Quasi sola, & effusior Dei misericordia absque iustitia, foret non frænū, sed calcar humanæ audaciæ libido peccandi, & fomes delinquendi: quippè quæ fouere, & nutrire videretur flagitia dissimulatione supplicij. Adhuc perstat idem antiquissimus presbyter Carthaginẽsis agens de Deo Marcionis merè bono: *O Deum veritatis prævaricatorem, sententiæ suæ circumscriptorem! Timet damnare, quod damnat, factum sinit, quod fieri non sinit: mauult ostendere quid, quam probare. Hoc erit bonitas imaginaria, disciplina phantastica, & ipsa transfunctoria præcepta, secura delicto. Audite peccatores, quippè non dum hoc estis, vt esse possitis.* Quid luculentius? Verùm Deus noster qui non tantùm summè misericors est, vt fingebant olim Hæretici; sed etiam summè iustus ne dissimulatione vindictæ libidinem faciat humanæ temeritatis, & nimis indulgendo, sibi contumeliosus sit adulando hominum malitiæ aduersus Deum temerariæ, sic minatur, Isaiæ 42. v. 14. *Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul.* Nam quò benignior indulgentia eò erit districtior vindicta: & dissimulantior patientia thesaurizat indignationẽ in die iræ. Vnde sapiẽtissimè ait Iuditha hîc, v. 14. *Quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus:* Id est, ideo pœniteamus, quia Dominus valde benignus, & patiens est; quasi tolerantior patientia, & dissimulantior clementia sit exaggeratio diuini rigoris. Caue à dissimulatiori patientiam Dei.

Chrysol. serm. 1.

Septim l. 4. adu Marc. cap 17. Math.

Aug. l. 2 de serm. Dom. in monte, cap. 12.

Peccator contumeliosus est diuinæ misericordiæ.

Tertul. l. de Pudicit. c. 10.

105. *Nimia misericordia esset libido peccandi.*

Tertul. l. 1. aduers. Marc. c. 27.

Isaiæ.

Iudith.

§. XXIX.

Diuinus rigor velut complementum est Diuinæ Misericordiæ.

106. Homo iniuriis lacessitus naturaliter crudelis est ad vltionem, & omnes animi, & corporis vires auxiliares aduocat ad sæuitiam. Imò & clementiam, & misericordiam, diuersissimas quidem facultates, sollicitat, vt furori ferant auxilium ad cædes, & strages. Nescio quod scelus commissum fuit; & facinoris auctor latebat; tunc Theodoricus apud Cassiodorum ingẽtem auri massam promittit proditori scelestissimi Rei. *Delectat nos munificos esse in amore vindictæ*, inquit Rex. Ecce ira, & iusta seueritas, vel ipsam munificentiam auxiliarem adsciscit ad vindictam. Pius est Theodoricus, vt sæuiat; liberalis, vt puniat, munificus, vt seueriùs castiget. Ex clementia conflat vltionem. Hoc est ingenium hominum, cui adnata sæuitia est, & crudelitas penè naturalis. Verùm quemadmodum homo cogit munificentiam seruire rigoribus: sic bonus Deus facit rigores seruire munificæ liberalitati: Et arcum suum curuat in nubibus

Iustitia humana seruit misericordia, & munificentia Iudicis.

Cassiod. l. 1. Var. ep. 36.

Digitized by Google

bus; vt eadem machinâ, quâ se scelerato, sagittaturum minatur, ipsos erigat in spem veniæ; & signum belli facit præsagium pacis, & iræ indicium reddit misericordiæ documentum.

107. Psalm. Psalm. 76. v. 10 *Nunquid obliuiscetur misereri Deus: aut continebit in ira sua misericordias suas?* Semel iram ponit, cùm Deus seueriùs irascitur, & multoties misericordiam numerat in ira. Et vox *continebit* emphatica est; ac si impotens sit Deus, etiam cùm irascitur, cohibere, aut continere misericordiam, quin etiam tunc prosiliat? tanquam si ex necessitate quadam erumpat Deus in miserationes, etiam in ipso rigore vindictæ? quasi impatiens sit clementiæ, illámque *continere* non possit in ira? *Aut continebit in ira sua misericordias suas*, Hier. Sanctius Hieronymus ita locum hûc scripsit: *Aut compleuit in furore misericordias suas.* Ac si dicat regius Psaltes ex mente Hieronymi: Adeóne Dei misericordia exuberat, vt etiam in magno die furoris sui, & tremendo iudicij die, inter iras seuerissima, & furorem rigoris, valeat ostentare, imò & *complere misericordias* Poteritne Deus sic misericordiam dilatare suam, vt ipsa supremi Iudicij seueritas sit complementum misericordiæ, & decus munificentiæ? Potest, potest quidem. Et opto lectorem attentum ad huius rei probationem.

108. Magnus finalis Iudicij dies, totus spirat diuinas iras, & implacabiles rigores. Et primùm omnes homines auditâ voce Archangeli resumptis corporibus sistentur ante tribunal Christi; ad cuius sinistram erunt reprobi homines; ad cuius dexteram collocabuntur prædestinati: Quos Iudex hilari & placato vultu, & suauissimis verbis ad æternaturam felicitatem euocabit, Matth. 25. vers. 34. Matth. *Sicut dicet Rex his, qui à dextris eius erunt. Venite benedicti Patris mei, possidete paratū vobis regnum à constitutione mundi.* O quàm commouebitur reproborum inuidia hâc voce! quæ plus fortè cruciabit reprobos, quàm incendia gehennæ. *Tunc dicet his, qui à sinistris eius erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c.* Et mox Diabolorum opera detrudentur impij in æternum inferorum ergastulum, æternum arsuri gehennalibus incendiis, & omnibus tormentorum machinis mancipati. O durum spectaculum! ô perénis animarum, & corporum carnificina! In hac rigoribus destinatâ die penè oblitus videtur Deus misericordiæ suæ. Sed profectò durum, & insolens (ne dicam indecorum) videtur, quod à bono Deo, qui toties nobile attributum Misericordiæ iactat, & commendat, quasi superexcedat seueritatem Iustitiæ; Vltimum verbū, quod Orbi dixit, opus seuerioris iustitiæ sit, & eructās Iustitiæ seueritatem. In hoc acerbissimo verbo: *Ite maledicti in ignem æternum*, deliciabitur piissimus Deus? Castigetur nequitia reproborum; sed præstaret potius reprobos priùs damnasse, & postea prædestinatos suauissimè compellere, & illos cumulare digna felicitate diuinæ munificentiæ, vt in æternùm delectaretur Deus dulcissimo miserationis verbo: *Venite benedicti; Possidete regnum, &c.* Declinentur diuina ora suauitate munificentiæ, nō exacerbentur acerbitate supplicij. Vltimúmne Dei verbum tam acerbum erit, nullo miserationis verbo temperādum? Planè Deus in hac magnâ Iustitiæ suæ die, *Continuit in ira sua misericordias suas.* Verùm acerbior hæc seueritas adauget laudem diuinæ misericordiæ, & ostētat largiorem munificentiam. Fateor, vltima verba Christi Dei sunt: *Ite maledicti in ignem æternum.* Sed

Quomodo Deus in die iudicij punit ex misericordia.

109. qui verba plena irarum audit, aduertat ad causam tanti furoris, in qua elucet exaggeratior benignitas Dei: *Ite*, ait *maledicti in ignem æternum. Esuriui* (in pauperibus) *& non dedistis mihi manducare; sitiui & non dedistis mihi bibere, &c.* Seuerior ira Dei castigat defectum humanæ misericordiæ; rigorem in pauperes punit zelus misericordiæ. Furore agitur Deus in reprobos, sed ob blandum amorem misericordiæ. Non tam punit Deus, quā publicat quanto in pretio illi misericordia sit; siquidem tam acerbè armatur, & pugnat in Misericordiæ vltionē. Vnde seuerior hæc vindicta, opus clementiæ à motiuo est, & exaggeratio diuinæ munificentiæ, & complementum misericordiæ. Ergo altè Dauid ex mente Hieronymi: *Complebit in furore misericordias suas.* Planè compleuit, quippe eiusmodi furor castigans immisericordes, elogium munificētiæ, & completio est misericordiæ: nam in rigoribus Iustitiæ causa agitur Misericordiæ. Et sic causa condemnationis additur ad sententiam supplicij Psalm. 93. vers. 1. *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit.* Quid hîc non spirat rigores, ira, acerbitates? Planè ita est; sed ibi agnoscenda est velut effusior misericordia: Hugo, *liberè egit*, idest, *liberaliter egit*. Nempe cùm Deus in vltimâ die plenus furore, Deus vltionum dicitur, tunc liberè, hoc est, maximè liberaliter, & misericorditer egit; cùm iratus sit ob defectum misericordiæ. Fallor, si huc non respexit Tertull. inquiens: *Qui apud Deum discis tam optimum, quàm iustum. De suo, optimum,* (id est, munificum, & misericordem) *de nostro, iustum. Tamen hoc ipso optimum, quòd iustum.* Expende τὸ *Hoc ipso optimum, quod iustum*; Id est: Cum maximè *iustum*, & seuerum se ostendit Deus, tunc maximè *optimum*, munificum, & misericordem se intimat: scilicet aduocando iustitiam auxiliarem in vltionem violatæ misericordiæ. Benè ergo ait Iudith hîc. v. 15. *Non enim quasi homo sic Deus comminabitur; neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur* Nam homo ira aestus punit immisericorditer; Deus verò ex misericordia irascitur: neque in ira sua continet misericordiam suam.

Psalm. Hugo. Tertull. de Resurr. Carn. c. 14.

§. XXX.

Suspensa expectationis molestia exaggeratur.

110. Menand. MEnandri in Nauclero præclara vox est: *O Iupiter colendissime, quantum malum spes est!* Quid enim molestius quàm contemplari bonum quo & cares, & arduum adeptu scis? siquidem absētia rei cupitæ affligeris; & ipsâ rei bonitate cruciaris: quia tantùm possides absentiam boni optati, & pendenti animo angeris. Vnde Cassiodorus dixit: *Solos spei Labores*, Quasi cæteræ calamitates huius vitæ vacuæ à calamitate essent, & mentiti labore; quia ab spe veri, & soli. Disertè Plinius, *Desiderium absentium nihil perinde ac vicinitas acuit. Quòque propius accesseris ad spem fruendi, hoc impatientius careas.* Ergo spes boni, impatientia mali est. Prouerb. 13. vers. 12. *Spes quæ differtur, affligit animam.* Aduertit Iansenius in Hebræa origine sic scribit. *Spes protracta, infirmitas est cordis.* Porrò comitialis morbus inter reliquas ægritudines molestior, & ærumnosior est; nam cordolium mœstissima tristitudine hominem angit, & agonia deliquij homo tabescit, & temporatim cadauerascit, & res est plena periculis, instigans ad præcipitia, & noxia quæque. Sic spes protracta, impatientia

Spes protracta cordolium est. Cassiod. in Procem. Variar. Plinius l. 6. epist. 1. Prouerb. Iansen.

Digitized by Google

patiētia boni est, inquieta agonia, cordolij similis. Sententiosè ait Theognis apud Stobæum: *Spes, & periculum inter homines similia sunt. Sunt enim vtrique difficiles dæmones.* Itaque non tantùm spes periculum est, sed etiam velut intestinus & difficilis Dęmon dicitur. Quia carentia cupiti boni, possessio est nequioris diaboli, à quo & fatigatur, & angitur ad instar Energumeni. Vnde qui spe suspensus est, vnicè laborat, tristitiam, & pericula subit cordolij, & difficili exagitatur dœmone: quod nimis ostendit spei molestias. Addam & alia quæ rem adaugeant.

Stobæ. Spes prętérita est difficilis dæmon.

111. Lucæ 21. vers. 25. Prædicit Christus præambulos timores supremi Iudicij, aiens: Solem obnubilandum, Lunæ defectum, stellarum deliquia, elementorum horrisonas concussiones, Iudicis rigores conscientię impatientiam, damnationis pauores, quibus impij homines territabuntur, & tabescent. Et addit: *Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione*. Frustra videntur interpretes quęrere causas tam ingentis pauoris; cùm in promptu adsint tot, tãtæque, quæ possent metum incutere potentissimè. Caietanus, vt erat subtili ingenio præditus, sic scripsit in Commentario huius loci: *Arescent his hominibus præ timore: in intellectu perplexitas, in affectu timor. Et expectatione: non significatur spes, sed mora euentus.* Hæc posteriora verba dignissima sunt expensione: ait enim Caietanus, causam ob quam impij homines angentur, & tabescent, fore *moram euentus* O infaustos expectationis labores! Scilicet in illâ tremendi iudicij expectatione horribili, elemētatim endâ cōcussione collidimur, & infremunt è cœlo tot prodigia territant impios; conscientiâ scelerum excruciātur, vultu iudicis expallescunt, mox fulminanda sententia in ipsos carnificantur; iam iam hianti gehenna deuorantur, & tamen pauent ob *moram euentus* certissimè aduersi? Hæccine causa tanti metus, vbi tot, tantæque causæ pauoris vegent? Adest minax Iudicis vultus, adest sententia terrores fulgurans, adest hians, & iam fumans gehennæ hiatus; & reprobi arescunt ob *moram* iam iam imminentis iudicij, dum præuias Iudicis minas experiuntur? O expectationis labores! ô impatientiam imminentis pœnæ, & diu dilati & exoptati boni!

Expectatio gehennæ amara. Luc.

Caiet.

112. Lucæ cap. 12. v. 35. *Sint lumbi vestri præcincti, &c. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum.* Serui diu expectant Dominum, & diuturnâ expectatione anguntur; quod præmium mercedis nomine pro expectatione expectent? *Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Magnum profectò præmium, & velut effusior remuneratio. Dominè, qui supremus omnium Dominus est, in Beatitudinis opiparo conuiuio minister erit mēsæ, in quâ recumbunt expectantes serui? Vt emedullem hunc locum adducam sudata S. Chrysol. verba, à nemine ignorata, sed à nullo sic expensa: *Amen dico vobis, quia præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Nimirum vt talionem rependeret, dissimulat se in ipsa diuinitate diuinitas.* Attende ad illam sententiam, *vt talionem rependeret*, hoc est, Deus ipse ministrat expectatoribus seruis, vt æqualem gratiam, seu retributionem rependat ministris, qui ipsum expectauerunt. Dominè ministret, vt ministerium expectationis ad æqualitatem rependat seruis? Scilicet Christus Deus, cui seruitia debent creaturæ omnes ob creationis beneficium: & homines redemptionis titulo, (vt alios omittam,) Deus inquam, qui hosce seruos munerauit Beatitudine, Conuiuij nomine expressâ quæ est bonorum summa, quare præter hæc sese demittit, vsque ad humile ministrandi diseruitium? vt *talionem rependeret*, quo remuneret *expectationem* seruorum tanta res, tàmque difficilis & molesta. Expectatio est, vt parùm æstimet Deus eam remunerare acceptando seruorum obsequia, elargiendo totam Beatitudinis gloriam, nisi fastigium suæ Maiestatis ad vile serui ministerium demitteret, vt talionem rependeret pro expectatione? Sic Iuditha hîc, v. 20. exhortans Bethulienses ad tolerantiam tot laborum, inter cæteros toleratu difficiliores recenset expectationem bonorum, aiens: *Expectemus humiles consolationem.*

Luc. Expectatio-nis incredibile præmium.

Chrysol.

Iudith.

§. XXXI.

Commentarius litteræ.

Vers. 21. Et nunc fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri vt probarentur, si verè colerent Deum suum.

Vers. 22. Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est.

Vers. 23. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles.

Vers. 24. Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt.

Vers. 25. Exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt.

Vers. 26. Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur.

Vers. 27. Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella Domini quibus quasi serui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus.

Et nunc fratres, &c. Bethuliæ Principes dicuntur presbyteri, nō quia essent Sacerdotes, qui fortè erant laici; Gręco enim vocabulo presbyteri dicuntur senes: & hic senatores appellantur: prudentia enim cana esse solet. Nec propterea existimandū est hos principes viros, seu senatores semper esse ætate senes? sæpè enim senatoris nomen dat, non ætas, sed prudentia aut munus. Dein rectè dicit à senatoribus, seu præfectis dependere animas subiecti populi, qui senatus consiliis stat, aut cadit: nimisque potest superioris consilium, & consulta ratio ad permouendos animos populi, & hùc aut illùc trahendos prout res postulat. Noster Arias Tractat. 6. de imitatione Christi, cap. 47. de bono VERS. 21. 22. & 23. 113.

Arias.

Digitized by Google

bono exẽplo Sacerdotis intelligit, à quo depẽdet
populorum salus. Nam vt præclarè inquit S. Am- Ambros.
bros. in Luc. 19. *Sermo eius habena est, stimulus est*
Hortatur ergo Iuditha senatores, vt ad meliora
speranda erigant populum, maiorũ exemplo, quo-
rum fides egregia explorata est varijs tentationi-
bus. Hebræorum protoparẽtes primò ponit, nem-
pe Abrahamum, qui dilectum Isaacum mactare
iussus; fidelissimè paruit: Et sic *Dei amicus effe-
ctus est.* Id est, declaratus, seu eius amicitia cum
Deo aucta est, quia charior Deo fuit à tentatione,
Basil. Sel. Orat. 7. in qua animosè se gessit. De quo ita scribit Se-
leucus: *Tentatione purgat Abrahamum patientia
simulacrum*, qui statim dicitur: *Amicitia diuinæ
nundinator.* Sic Isaacus tentatus est, dum vltrò li-
gari passus est; nam cùm esset vigintiquinque an-
norum, vt tradit Iosephus lib. 1. Antiquit cap. 24.
valuit parenti reluctare, sed noluit; imò spontè iu-
gulum præbuit. Sic Iacobus multos exantlauit la-
bores, dum Esaü fratris fugit iras, sic Moyses dum
peruicacem populum & rebellem tulit. His Pa-
triarcharum tentationibus Pentateuchon scatet,
quæ obuia sunt vel rudi populo. Addit *per multas
tribulationes transijsse fideles.* Quid est transiisse fi-
deles per tribulationes nisi in tribulationibus cõ-
Arias seruasse patientiam? Ita Arias in pio libello de
Imitatione Christi, Tract. 3. c. 12. Nam patientia
in tribulatione quædam fidelitas est; & impatien-
Sanctor. tia, infidelitatis quædam species. Ex hoc loco San-
ctotis. ad Matth. 7. validè animat homines ad spe-
randum.

Vers. 24. & 25. 114. *Illi autem &c.* Pergit, & inducit eos, qui impa-
tienter tulerunt molestias, quas in deserto tole-
randas obtulit Deus; ob quas malè, & impatiẽter
Numer. perpessas, & murmuratione exceptas, serpentium
morsibus perierunt: Num *exterminatorem*, hîc
appellat Angelum, siue bonum, siue nequam,
cuius operâ castigata fuit effrænis linguæ licen-
tia? Ait *Improperium murmurationis suæ*, quia
cum detraxerint Deo, de eius prouidentia immur-
murando, ad improperium Dei obmurmurasse
dicuntur.

Vers. 26. & 27. *Et nos ergo non vlciscamur nos pro his, quæ pati-
mur.* Impedita sententia: Num se tradendo im-
mani hosti ad certam mortem, seu captiuitatem
durissimam, vindictam ipsi sument? Num iniu-
rias sibi illatas ab Holoferne vlciscentur Bethu-
lienses, sese ipsi dedendo? Duplex expositio suc-
currit. Altera est, plures è Bethuliæ populo despe-
rasse de adiutorio diuino, & in Deum querulos,
eò quòd suo populo non opitularetur, decreuisse
vrbem tradere: quò planior erat aditus ad Ieru-
salem capiendam, & templum diripiendum, & di-
ruendum, & omnem religionem euertendam. Er-
go vt se vindicarent de Deo, agebant de tradenda
Bethulia pro his, quæ patiebantur Dei, & religio-
nis causâ, Deo negligente res Iudaïcas. Vnde ait
Iuditha: *Nos ergo non vlciscamur nos pro his, quæ
patimur.* Id est, ne, quia Deus videtur res nostras
negligere, vlciscamur nos de ipso, ipsius templum,
& gẽtem tradendo hosti, ad contemptũ numinis,
& religionis euersionẽ. Vel aliter: Hebræa gẽs, seu
quiuis religiosus populus adeò charus est Deo, vt
si sponte irruant in graue aliquod malum, non
tam videantur malum inferre sibi quàm Deo, qui
neglexit auxiliũ ferre populo charo, & beneme-
rito de religione. Vnde irruendo in certum discri-
men, se vlcisci de Deo, dicũtur. Adde tertiam ex-
positionem ex cap. 1. v. 12. nempe *vlcisci* non su-
mi hîc relatiuè pro iniuriæ vindicta, sed pro graui
damno, in quod irruunt voluntarij: & ita sensus
erit. Pro his, quæ patimur malis, æquum non est,
vt sponte in grauiora irruamus. Legatur commẽ-
tarius literæ in præfatum. v. 12. vbi hunc locum Iudith.
prænaturè explicui. Aliam expositionem addu-
cit Tirinus: *Nos ergo non vlciscemur nos pro his,* Tirin.
quæ patimur. Id est: Non irascamur, non obloqua-
mur, non indignemur, quasi volentes nos vlcisci
de Deo ob flagella quæ patimur. Huic commen-
tationi non parùm fauet contextus: nam paulò
antè dictum fuit, impatientes ærumnarum, & in
Deum obloquentes, in deserto seuerè punitos.
Secunda expositio moralior videtur, cæteræ & li-
terales, & idoneæ.

§. XXXII.

*Tribulatio seu persecutio arbitrium est cæle-
stium opum congerendarum.*

Tribulatio ferè præpropera delictorum ve- 115.
nia est, index diuini amoris, sãctimoniæ præ-
sagium, & dissimulata prosperitas. S. Zeno sic in- Zen. Ver. serm. de Patient.
quit: *Iob felicitatis pristinæ statum dissimulando non
perdidit, sed mutauit.* Itaque Iobi calamitas, non *Periculis periter grex à bono pastore*
amissio, sed dissimulatio felicitatis fuit. Parùm es-
set Deo, prosperitatibus beare, nisi calamitatibus
felicitaret; porrò tribulatio ingenium beandi est,
& arcana Christianismi felicitas: *Ego sum Pastor*
bonus, dicebat Christus, Ioannis cap. 10. v. 11. Bea- Ioan.
tus grex, cuius pastor Christus est! procul fera ra-
pax à Christi ouili: securè pascitur, quem pascit
tam bonus Pastor. Verùm Matth. 10. vers. 16. in- Matth.
quit: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio lupo-
rum.* Oues simplices, & inermes mittit inter sæ-
uos lupos, & se bonum pastorem prædicat. Bonus
pastor animam suam dat pro ouibus suis; dies, no-
ctésque excubat, ne mala bestia in gregem irruat;
quod si irruat, inuadit ipse alacer, & proprio peri-
culo redimit ouium discrimen. Quando bonus
pastor dimittit oues lupis? At ea est persecutionis
prosperitas, & securitas, vt verè bonus pastor Chri-
stus periculis pascat, & saginet gregem suum, per-
secutionibus felicitet, & vel lupis seruet: persecu-
tionem enim exarmat persecutio, & ipsa sui tute-
la & incolumitas est: peccata quasi expellit, sãcti-
tates conciliat, virtutes coronat, & mentes beat.

Iobus ad patientiam factus vir, diris exaggitatus Iob.
calamitatibus, nunquam ærumnis satur, sic aiebat, *Tribulatio quasi anticipata venia delictorum est.*
cap. 6. v. 9. *Et qui cœpit, ipse me conterat, &c. Hæc
mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non par-
cat.* Scilicet tam auidè cupit perseuerantiam labo- Tertull. de Pudicit. c. 2.
rum, quos patitur, vt se consolari existimet ærum-
narum diuturnitate: Optat vt Deus non parcat in
fligendis doloribus, vt parcat peccatis. Eleganter
Tertul. *Omne delictum aut venia expungit, aut
pœna.* (Expende diligenter quæ subiungit verba)
venia ex castigatione, pœna ex damnatione. Itaque
castigatio quædam *venia* dicitur delictorum. Tri-
bulatio pœnitentiæ æmula est, & quodammodò
anticipata venia criminum: ærumnis velut remit-
tens, quod delictis admisit; laborando fere ex-
pungens, quod deliciando contraxit.

Præterea Tribulatio, quæ veluti venia delicto- 117.
rum dicitur, necesse est, vt quodammodò sanctitas
sit, imò augustissima sanctitas nominatur. Ioan. 10 Ioan.
v. 36. *Quem pater sanctificauit, &c.* Quænam hæc
Christi Dei sanctificatio? Num à diuinitatis san-
ctitate, vt arguit noster Vasquez; an à personalita-
te Verbi, vt censent recentiores; an fortè à gratiæ
habitualis sanctimonia; his enim omnibus sancti-
tatis

Digitized by Google

tatis generibus Christus sanctus est. Adde diuinû amorem erga Deum, viuax profectò sanctimoniæ genus. Audiendus est Theophylactus hîc, inquiens: *Quem Pater sanctificauit: Sanctificauit eum hoc est, sanxit sacrificari pro mundo.* Nempe Christi Passio, iniuriæ & cruciaméta, sanctificatio eius dicuntur? Planè nouum, & augustum sanctitatis genus, Passio est, & acerbior Christi tribulatio? Qui tot titulis sanctus est, nouo quasi sanctificationis ingenio gaudet? Parùm fortassis esset Tribulationis sanctitatis nomine decorari, nisi etiam Beatitatis titulo fulgeret: quia atrocior persecutio, & calamitas patienter tolerata, aut anticipata beatitudo dicitur, aut præsagium beatitudinis obtinendæ: S. Zeno Veronens. sic scribit: *Clamat de profundis, & Paulus obrutus calamitatibus beatis, cùm pro nomine Domini latrones in itineribus, latrones in ciuitatibus patiatur, cùm à Judeis virgis ter cæsus, naufragio trino diluitur, cùm insani populi furibunda tempestate lapideis imbribus feliciter grandinatur:* Expende *feliciter grandinatur:* Et præsertim, *Beatis Calamitatibus.*

[Theoph. *Aerumna quasi sanctificat, & beat.*]

[Zeno Ver. ser. de Iona.]

117. Cætera tribulationis epitheta, breui complexus est Tertullianus sic sententiosissimè inquiens: *Arbitrium Domini persecutio.* Verba (vt apparet) à re politica videntur petita. Solent Principes ne exhauriatur regia gaza ad præmianda magni ducis facinora, vel ad molem substruẽdam, vel ad quiduis aliud, in quod magnus sumptus impenditur, adhibere industrios quosdam viros, qui perspicaci ingenio, & diuturnâ politiâ, sagacissimè artẽ peruestigent, quâ ingens illa numerorum copia colligatur. Verẽtur enim ne si ex publico ærario depromatur, aut magna ex parte minuãtur, aut certè exhauriantur regij thesauri; Eò vsque audet humanum ingenium! Ait ergo Tertullianus; tam opulentos gratiarum thesauros tribuit Deus his, qui persecutionem patiuntur, vt veluti metus posset esse, ne minueretur, aut exhauriretur Omnipotẽtiæ ærarium, (hyperbolicè rem explicat Tertullianus,) arbitriorum ingenio compararet gratiarum opes: *Arbitrium Domini persecutio* Itaq; ipsa persecutio, & tribulatio ingeniosum arbitriũ est, quo sic Deus diuitat persecutione afflictos, vt tanquã non sufficerent omnipotentiæ gazæ, ad arbitriorũ industriam confugiat Deus. Ergo & Arbitrium est persecutio, & immensus gratiarum cumulus arte persecutionis acquiritur. Sic profusa gaudia expectat Iobus à tribulatione; veniam delictorum Tertullianus, sanctificationem Theophylactus, beatitudinem Zeno: quia persecutionis arbitrio, opes omnis generis congeruntur. Vnde opportunissimè dixit Juditha hîc, v. 22. *Memores esse debent quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est:* Dei amicus à tribulatione fit?

[Tertul. de Fuga in persecut. cap. 2. *Persecutio seu tribulatio est arbitrium Domini.*]

[Iudith.]

§. XXXIII.

Patientia virtutum perfectio est, redemptio gratiæ, & donatrix gloriæ.

118. SAnctissima Judith benè docta in re virtutum, adhortans proceres ad patientiam calamitosissimæ obsidionis, patientiæ elogia breui commemorat ab hoc vers. 22. illi adscribens virtutes omnes, quæ maximè floruerunt in sanctioribus Hebreæ gentis Patriarchis, quasi Patientia vna virtus cùm sit, cumulus omnium virtutum esset, & tanquam vna plures, (si liceat sic loqui,) quod huius §. argumentum erit. Nam vt egregiè S. Zeno Veronensis: *Non virtutes possunt esse virtutes; nisi rerum disciplinam, conuersionemque, quasi quadam sollicita mater, Patientia custodiret.* Porrò omne vitium impatientia virtutum est. Ergo qui est præditus patientiâ virtutum, vitiorum impatiens est, & qui patiẽs est, caret hoste virtutum; nempe impatientiâ; & sic tranquillè fruitur coronâ virtutũ. Profectò prima Christianismi virtus, fides est: hæc patientiæ debetur: nam hîc dicitur sanctissimos olim Patriarchas *per multas tribulationes transisse fideles.* Quasi eorum fides à patientia extiterit: Nec miror, cùm *ea nos ostendant Christianos, quæ patimur ad exemplum ipsius Christi.* Verba sunt Septimij libro de baptismo, cap. 3. Egregiè Tertullianus versans illud 1. Corinth. 13. *Manent fides, spes, charitas,* sic inquit: *Fides quam Christi patientia induxit: spes, quam hominis patientia expectat; Dilectio, quam patientia comitatur.* Ecce patientia ex senẽtia Tertulliani est illustris Theologalium virtutũ Trinitas: nam patientia vna cùm sit, quasi trina virtus est: est enim fides, quia *fidem munit;* (vt inquit ipse cap. 5.) est spes: quia *hominis patientia expectat* promissam felicitatem, ne desperet impatientia desiderij: est charitas; quia *charitatem adiuuat.* (vt ait cap. illo 5.) Præterea ait Antiochus: *Pœnitentia indiga admodum est patientia, citra cuius operam perfici nequiquam possit. Patientia pœnitentiam perficit, & eam velut indice ostentat præinsigni patientia redimitam.* Audis quàm cognata, vel agnata sit patientia pœnitentiæ, vt ipsius consummatio, & perfectio sit. Ad hæc patientia, orationis gerit vices: Nam vt ait Tertullianus: *Patientia petitiones commendat, deprecationes affirmat.* Et cap. 3. dixerat: *per patientiam misericordiæ matrem:* Ac si patientia efficacissimè misericordiam impetret, & munificentissimè dona tribuat eâ liberalitate, qua solet pia mater munificã esse in filios.

[Zeno Ver. serm. de Patientia.]

[Tertul. l. de Patientia, cap. 12.]

[Antioch. hom 78.]

[Tertul. lib. de Patiem. c. 13 & 3.]

Longum foret omnes virtutes sigillatim recẽsere. Adducam verba S. Zenonis, apta ad rem, etsi longiuscula, scribenda tamen: *Profectò sola patientia est, ad quam prorsus res omnis spectat, dubium quippe cùm non sit, spem, fidem, iustitiam, humilitatem, castitatem, probitatem, concordiam, charitatem, omnes artes, omnésque virtutes constare non posse sine eruditione, & freno. Est enim* (nempe patientia) *matura, semper humilis, cauta, prudens, prouida, omni necessitate contenta, quauis turbationum tempestate trãquilla.* Neque modò hîc ait, castitatem cõstare patientia, sed infrà sic subdit alloquens patientiam: *Tu Virginitati præstas, ne flos eius vllo morbo, vllo tempore deflorescat.* Et quidem castitatem patientia constare, seu virginitatem patientia perfici planè constat. Et idem exaggeratiùs docuit Clemens Alexand. inquiens de Christo: *Cùm omnia sustinuisset, erat continens, diuinitatem operabatur IESVS:* nempe quia Christus omnia tolerantissimè sustinebat, ideò dicitur continens: Nimis audet Alexandrinus Clemens: Scilicet Christus erat castissimus, quia proles castissimæ virginis, quia caruit lasciuiæ fomite, quia purissima castitate præditus ab instanti Incarnationis: tum vel maximè, quia homo Deus erat, & sic luxuriandi impotens. Et tamen licet tot, tantæque causæ aderãt continẽtiæ Christi Dei, aliam adiecit Stromateus, nempe patientiam, ne qua causa Christo deesset ad castitatem. Quid illustrius? 119.

[Zeno serm. de Patient.]

[*Castitas Christi etiam à patientia est.*]

[Clem. Alex. 5. Strom.]

Parum esset patientiæ, nisi vna virtus cùm sit, omnes virtutes quodammodò esset, & quidem perfectè, (dicam luculentius,) nisi esset omnium virtutum 120.

Antioch.

virtutum perfectio: Nam vt ait Antiochus suprà, *Bonorum si quæ in nobis sunt, cardo, & caput patientia est*: Itaque non tantùm virtutes non possunt esse virtutes sine patientia, sed etiam patientia quasi consummatio, & perfectio omnium virtutum est. Iacobi 1. vers. 4. *Patientia opus perfectum habet.* Nonne & reliquæ virtutes opus perfectum habent? Neque enim essent virtutes, nisi haberet opus perfectum. Quid peculiare est in patientia, ob quod dicitur habere opus perfectum? Et quid est hoc opus perfectum, quod habet patientia, & quod non habent virtutes cæteræ. Præclarè id dixit Zeno Veronensis: *Quia patientia non tantum in multiplicandis virtutibus, laudem ponit, quàm in finiendis.* Itaque patientiæ opus non tantùm est multiplicare virtutes, sed illas ponere, consummare, perficere, ac si patientiæ opus sit cōsummatio, & perfectio virtutum. Zenoni consentit S. Gregorius 5. Moral. explicans illud Lucæ 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras*, sic inquiens: *Quid enim est animas possidere, nisi perfectè in omnibus viuere, cunctisque mentis motibus, quasi ex arce virtutis dominari?* Ergo patientia virtutum multiplicatio est, Sanctitatis perfectio, & meritorum exaggeratio.

Patientia est virtutum perfectio.

Zeno serm. de Patient.

Greg.

121. Tertullianus loquens de primævæ Ecclesiæ populo, ait: *Pati exoptat, vt totam Dei gratiam redimat.* Quid est quòd patientia dicitur redimere totam Dei gratiam? Gratiáne redimi potest? Num gratia captiua est? Imò gratia redemptio est à captiuitate. Quomodo ergo patientia redimere potest gratiam? Puto quod redimere hîc emere significat. Et sic sensus euadit planè luculentus, sed difficilis. Nempe patientia totam emit gratiam. Verùm gratia emi non potest patientiæ meritis: quia meritum tollit rationē gratiæ. Nam vbi meritum aliquod est, non gratia, sed remuneratio datur. Num adeò excellit patientiæ largitum præmium, vt etsi tantam Dei gratiam emeret, nihilominus gratia quæ daretur ob patientiæ meritum, quasi gratia maneret? Tanta gratia datur ob patiētiam, tàm excellit humanę virtutis meritum, vt licèt præmium sit, dici possit quodammodò gratia? Præmium, quia datur ob meritum; Gratia, quia tàm excellit humanum meritum, vt ferè possit dici gratia? Sic munificè Deus patientiam munerat, vt præmium ipsum dicatur beneficium, & gratia? An quia dat etiam innumeras virtutes, quæ sunt patientiæ comites, & asseclæ: & ita superexcedens præmium? Igitur sententiosè dixit Tertul. quod *patientia totam Dei gratiam redimit.* Fortè aliquis malit, ideò patientiam dici redimere totam Dei gratiā, quia tota Dei gratia, quæ tribuitur ad peragenda opera reliquarum virtutum, velut captiua est sine patientia, quæ consummatio, & perfectio cæterarū virtutum dicitur, nec satis expedita est ad peragenda reliquarum virtutum opera sine patiētia. Vnde patientia, quæ cōsummatio, & perfectio dicitur cæterarum virtutum, *totam gratiam redimit.* Non tam Gotthorum Rex ad suos Palatinos, quàm Christus ad suos familiares, in hanc præclaram vocem erumpit: *Augete famam nostram per patientiam vestram.* Cassiodorus.

Tert. Apolog. c. 50. *Patientia totam Dei gratiam redimit.*

Cassiodor lib. 10. ep. 5.

122. Nec satis est, quòd patientia sit virtutum perfectio, & gratiæ redēptrix, nisi etiam dicatur beatitudinis donatrix: & quidem Christo. Lucæ 24. vers. 26. *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Profectò si gloria Christi, gloria sui ipsius est, quo pacto dici potest, oportere quòd Christus per patientiā intraret in gloriam? Opportunè Petrus Damianus: *Duæ propensius necessariæ probantur esse virtutes; charitas, videlicet, & patientia. Per charitatem quippe Dei filius ad nostra descendit: per patientiam verò susceptam nostræ substantiæ veritatem ad paternam gloriam sublimauit.* Patientia Christi ipsum sublimauit in cœlum, an diuinitas? an persona Verbi cui vnita erat humanitas, & sic ipsi debebatur in cœlis sublimari? Patientiáne euexit, & inuexit Christum ad cœlos? Patientia sublimat? Num si Christus nō pateretur, in cœlum non sublimaretur? Mitto has quæstiunculas ad aliùs scholæ examen. Id vnum audio ex ore Sanctissimi, & literatissimi Petri Damiani, nempe quòd Christus *per patientiam, susceptam nostræ substantiæ veritatem ad paternam gloriam sublimauit.* Scilicet tantam gloriæ sublimitatem vult debere patientiæ, & patientiæ quoque titulo possidere rediuiui corporis glorias, vt sic honoret patientiam adscribendo hāc gloriam patientiæ, & sic sublimet gloriam, eam patientiæ etiam nomine possidendo; ne quod sit opus, ne qua sit operatio Christi, quæ non fulgeat prærogatiua patientiæ. Nam de Christi operationibus sic ait Petrus Damianus: *Quid in his omnibus nisi maiestas inuictæ patientiæ claruit?* Multa quidem alia clarent, nempe virtutes, doctrina, miracula, gratia, & gloria. Verùm hæc omnia à patientia quasi mutuantur claritudinem.

Lucæ.

P. Damian. Serm. 2.

Gloria Christi etiam à patientia est.

Petr. Dam. ibid.

§. XXXIV.

Frequens consuetudo peccandi à fide paulatim auertit: vnde impudens peccator, Semichristianus olim habebatur.

123. Repetita malitia artifex errorum est, & hæreseos fomes, dissimulanter instigans ad apostasiam. Nemini non notum est illud Pauli 1. ad Timotheum 1. v. 19. *Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.* Quæ verba sic commentatur S. Anselmus ibi: *Contemnere peccata diligentes, nauē animæ scopulis errorum fregerunt.* Ecce tibi fidem naufragam peccatorum procellā exagitatam, ad errorum syrtes impingere, & miserum naufragium facere. Nempe repetitum peccatum ferè suspectum hæresis est: quia repetita malitia compēdiaria via est ad errandum. Proh! quot strages fecit in fide impudens delinquendi libertas! Heu Germaniam vtramque! heu olim Gallias! heu nunc magnam Britanniam! vbi peccandi licentia, ius errandi fuit. Porrò delictum hæreseos negotium est. Septimius: cùm in exercitu Imperatoris vnus tantùm Christianus miles inter multos commilitones Christianos repudiaret coronæ decus, cæteris Christianis coronas admittentibus, inquit: *Inter tot commilitones solus Christianus.* Nunquid & alij, qui coronæ ambibant honorem, & qui erubuerunt Christianam humilitatem, aut silentio redemerunt tormenta, fidem Christi non habebant? Quare solus ille Christianus dicitur? Cæteri Christiani non erant? *Quasi reliqui semichristiani*, inquit Commentator inibi. Nimirum Semichristiani dicuntur cæteri, ac si non integrè Christianus sit quisquis honores inhiat, & voluptates suspirans Christianos labores tolerare detrectat.

124. Audacter Tertullianus ita fatur, Gentiles alloquens: *De vestris semper æstuat carcer, de vestris semper metalla suspirant, de vestris semper bestiæ saginantur: Nemo illic* (in carcere) *Christianus: aut si & aliud, iam non Christianus.* Quid? tunc Christianorum

1. ad Tim.

Anselm.

Peccator Semichristianus dicitur: & quo sensu.

Septim. Lib. Coron. mil. cap. 5.

Cerda.

Tertul. Apol. adu. Gent. c. 44.

norum nemo fur, aut homicida, aut seditiosus, aut maledicus, aut lasciuus? Nonne hæc flagitia fide salua possunt perpetrari? Qua fronte dicere audet Tertullianus, quod si Christianus quispiam reus est furti, aut homicidij, aut adulterij, &c. iam non est Christianus: profectò indubium est, fidem non amitti propter eiusmodi delicta. Ipse Tertullianus occurrit ob ectioni, aiens: *Sed dicet aliquis, etiam de nostris excedere quosdam à regula disciplinæ. Desinent tunc Christiani haberi penes nos.* Audis quòd etsi per istiusmodi flagitia non statim profligetur Christiana disciplina; at vsque adeò tenera habebatur infantis Ecclesiæ fides, tam delicata erat fidei valetudo, vt haberetur iam vt infidelis, (etsi fidem non amisisset) qui grauioris delicti reus esset: & ita penès Christianos non satis Christianus habebatur: nam qui delinquendo expellit bonam conscientiam, fidem habet naufragam: & in hoc sensu Semichristianus dicitur.

Tertul. c. 16.

125. Cæterùm quantâ audaciæ temeritate peccator insectetur Christum Deum; expressit Beda ad illud Ioan. 8. v. 59 *Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Quot malas*, inquit, *cogitationes quis assumit, tot lapides in IESVM mittit: ac deinde quantùm ad se pertinet, si ad deliberationem transit, IESum extinguit.* Proh defectus humanos Deicidij reos! Christum lapidat, quisquis scelera meditatur; in Christum furit, quisquis agitur malitiæ furore; Christum, quantùm ad se pertinet extinguit, quisquis atrociora delicta audet. P. Damianus, ita dehortatur à delictis: *Vide ait, ne rursus tibimet ipsi crucifigas filium Dei, rursum fabricans crucem, in qua crucifigatur ille, qui resurgens ex mortuis iam non moritur. Intuere ne mortiferam crucem efficias, in qua facias filium Dei amaris doloribus interire.* Nempe peccator crux Christi est, & simul carnifex: ipse in semetipso Christum crucifigit, aut peccatori figit, quæ de se est acerbior crux. Caue ne tuarum voluptatum velut acerbissimis clauis crucifigatur in te Christus: time peccatorum Deicidium. Sanctus Augustinus explicans illud Ioannis cap. 7. v. 18. *Qui à semetipso loquitur propriam gloriam quærit*, ita scribit: *Dominus noster magnũ nobis exemplum præbuit humilitatis, dum habitu inuentus vt homo, quærit gloriam Patris, non suam. Sed tu quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris; quando aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris.* Expende hæc postrema Augustini verba, in quibus peccatum appellat calumniam Dei. Num impius, dum delinquit, tacitè calumniatur mysteria fidei nostræ? Gloria beatitudinis vilis illi est, gehennæ incendia non satis videntur vrere, cùm ita ob breuem & volaticam voluptatem contemnat; videlicet in Christum, Christique mysteria *calumniam meditatur*, cùm ea sic contemnit, ac si forent poëtica commenta. Clemens Alex. agens de Christianorum moribus, quos appellat Christianam philosophiam, ita fatur: *Quæ est secundum traditionem diuinam philosophia, constituit, &c. Qua sublata videtur fabula Saluatoris œconomia.* Nempe Christianis, qui vti Christianus non viuit, Christo Deo calumniam meditatur, quia Saluatoris œconomiam, seu Christianam disciplinam, velut inanem fabulam æstimare videtur: nam si gehennæ ignem attentè verum crederet, si beatitudinis gloriam viuaciter veram censeret, si Ecclesiæ Sacramenta, & Dei mysteria pro dignitate reputaret; non sic viueret, ac si fabulæ forent, & futilia poëtarum commenta. Audis enormiorem peccandi licentiam suspectam infidelitatis haberi?

Ioan. Beda.

Peccator Christum sibi quasi crucifigit.
P. Dam serm. 47.

Peccator Deo calumniam meditatur.
Ioann.
Aug tract. 19 in Ioan.

Clem Alex. lib. . Strom.

126. Omne peccatum, & contemptus veri Dei est, & creaturæ supra Deum æstimatio, quod videbitur fortè alicui idololatriæ negotium. Quid? omnis peccator erit idolorum cultor? ô grauem censuram, & seueriori censurâ dignam! Audi Tertullianum, cùm flagitia appellat, *exitiosa, deuoratoria salutis, aduersus Dominum sapiunt. Sine dubio idololatriam admittit quicumque delinquit.* Audacter dixit, *si e dubio*; mitiùs dixisset, peccatorem ferè suspectum esse idololatriæ. Qui Tertulliano non credis, crede Euãgelio, in quò peccator sæpè correptus, nec emendatus, habetur vt Ethnicus, Matthæi 18 v. 15. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum, &c. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus* Fratris nomine, *Christianus* intelligitur, vt benè aduertit Maldonatus ibi. Dein hic agi de peccatis mortalibus, existimant S. Hieronymus, S. Hilarius, S. Chrysostomus, Theophyl. S. August. serm. 6. de verb. Domin. secundùm Matthæum, S. Ambros. in cap. 17. Lucæ. Verùm Origenes homil. 5. in Matthæum censet agi de defectibus venialibus, quod eleganter probat his verbis: *Nouissimè autem quia non pariter dixit, sicut Ethnicus & publicanus, sed ita sit tibi. Qui ergo in peccato leui correptus ter, secundùm quod diximus, non se emendat, nos quidem sic eum debemus habere, quasi publicanum, & Ethnicum. An autem etiam à Deo quasi publicanus & Ethnicus iudicetur, non est nostrum pronunciare, sed est in iudicio Dei.* Nêpe seriò censet Origenes, hîc agere Christum Dominum de peccato leui: non enim absolutè dixit Christus; Sit tanquam ethnicus & publicanus, sed: *Sit tibi*: qui fortè Deo talis non erit. Vnde qui peccatum graue commisit, secundùm Augustinum, & alios; (aut leue secundùm Origenis sententiam, quam non approbo,) si ter admonitus, non corrigit delictum, iubetur haberi sicut Ethnicus, & gentilis. Quid exaggeratius? Profectò ita verum est, quod homines bonam cõscientiam repellentes, naufragium fidei patiantur. Vsque adeò delicta, etiam leuia, esse confinia erroribus, existimauit Origenes, vt etiam leuioris noxæ reus, si contumax fuerit in delictis habendus sit velut Ethnicus, & Gentilis, etsi verè Christianus sit, & Dei fidem, & gratiam non amiserit. *Sit tibi sicut ethnicus*; quia vt per hyperbolem inquit Tertul. *Sine dubio idololatriã admittit quicunque delinquit.* Scilicet, repetitum delictum ferè suspectum est erroris, & quodammodò via ad hæresim, aut apostasiam. Quod pulchrè innuit hîc, v. 23. sapientissima Iuditha, aiens: quod Abrahamus, Isaacus, Iacobus, Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas & varias tribulationes & tentationes probati, & examinati, *Transierunt fideles*, Id est, tentationis instigationi non assentiendo, nec committendo peccata, fidem non amiserunt, nec infideles facti sunt, sed transierunt fideles. De quo vberiùs egi in Literæ expositione. Non quia fides quouis peccato amittatur, qui puerilis esset error; sed quia repellentes bonam conscientiam paulatim faciunt fidei naufragium.

Tertul. lib. de idololatria, cap. 1.
Peccator quo sensu dicitur suspectus infidelitatis.

Matth.

Maldon.
Hilar.
Theoph.
Euthym.
Aug.
Ambr.
Orig.

§. XXXV.

Detractor voluptate murmurandi continuatur, luxuriatur, & aliquo modo laetatur?

127. V*Entus Aquilo dissipat nubes, & faciem tristem lingua detrahens*: sic legitur ex Hebræa origine, Prouerb.

Digitized by Google

virtutum perfectio: Nam vt ait Antiochus suprà, *Bonorum si quæ in nobis sunt, cardo, & caput patientia est*: Itaque non tantùm virtutes non possunt esse virtutes sine patientia, sed etiam patientia quasi consummatio, & perfectio omnium virtutum est. Iacobi 1. vers. 4. *Patientia opus perfectum habet.* Nonne & reliquæ virtutes opus perfectum habent? Neque enim essent virtutes, nisi haberẽt opus perfectum. Quid peculiare est in patientia, ob quod dicitur habere opus perfectum? Et quid est hoc opus perfectum, quod habet patientia, & quod non habent virtutes cæteræ. Præclarè id dixit Zeno Veronensis: *Quia patientia non tantum in multiplicandis virtutibus, laudem ponit, quàm in finiendis.* Itaque patientiæ opus non tantùm est multiplicare virtutes, sed illas ponere, consummare, perficere, ac si patientiæ opus sit cõsummatio, & perfectio virtutum. Zenoni consentit S. Gregorius 5. Moral. explicans illud Lucæ 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras*, sic inquiens: *Quid enim est animas possidere, nisi perfectè in omnibus viuere, cunctisque mentis motibus, quasi ex arce virtutis dominari?* Ergo patientia virtutum multiplicatio est, Sanctitatis perfectio, & meritorum exaggeratio.

Antioch.

Patientia est virtutum perfectio.

Zeno serm. de Patient.

Greg.

121. Tertullianus loquens de primæuæ Ecclesiæ populo, ait: *Pati exoptat, vt totam Dei gratiam redimat.* Quid est quòd patientia dicitur redimere totam Dei gratiam? Gratiáne redimi potest? Num gratia captiua est? Imò gratia redemptio est à captiuitate. Quomodo ergo patientia redimere potest gratiam? Puto quod redimere hîc emere significat. Et sic sensus euadit planè luculentus, sed difficilis. Nempe patientia totam emit gratiam. Verùm gratia emi non potest patientiæ meritis: quia meritum tollit rationẽ gratiæ. Nam vbi meritum aliquod est, non gratia, sed remuneratio datur. Num adeò excellit patientiæ largitum præmium, vt etsi tantam Dei gratiam emeret, nihilominus gratia quæ daretur ob patientiæ meritum, quasi gratia maneret? Tanta gratia datur ob patiẽtiam, tàm excellit humanę virtutis meritum, vt licèt præmium sit, dici possit quodammodò gratia? Præmium, quia datur ob meritum; Gratia, quia tàm excellit humanum meritum, vt ferè possit dici gratia? Sic munificè Deus patientiam munerat, vt præmium ipsum dicatur beneficium, & gratia? An quia dat etiam innumeras virtutes, quæ sunt patientiæ comites, & asseclæ: & ita superexcedens præmium? Igitur sententiosè dixit Tertul. quod *patientia totam Dei gratiam redimit.* Fortè aliquis malit, ideò patientiam dici redimere totam Dei gratiã, quia tota Dei gratia, quæ tribuitur ad peragenda opera reliquarum virtutum, velut captiua est sine patientia, quæ consummatio, & perfectio cæterarũ virtutum dicitur, nec satis expedita est ad peragenda reliquarum virtutum opera sine patiẽtia. Vnde patientia, quæ cõsummatio, & perfectio dicitur cæterarum virtutum, *totam gratiam redimit.* Non tam Gotthorum Rex ad suos Palatinos, quàm Christus ad suos familiares, in hanc præclaram vocem erumpit: *Augete famam nostram per patientiam vestram.* Cassiodorus.

Tert. Apolog. c. 50.

Patientia totam Dei gratiam redimit.

Cassiodor lib. 10. ep. 5.

122. Nec satis est, quòd patientia sit virtutum perfectio, & gratiæ redẽptrix, nisi etiam dicatur beatitudinis donatrix: & quidem Christo. Lucæ 24. vers. 26. *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Profectò si gloria Christi, gloria sui ipsius est, quo pacto dici potest, oportere quòd Christus per patientiã intraret in gloriam? Opportunè Petrus Damianus: *Duæ propensius necessariæ probantur esse virtutes; charitas, videlicet, & patientia. Per charitatem quippe Dei filius ad nostra descendit: per patientiam verò susceptam nostræ substantiæ veritatem ad paternam gloriam sublimauit.* Patientia Christi ipsum sublimauit in cœlum, an diuinitas? an persona Verbi cui vnita erat humanitas, & sic ipsi debebatur in cœlis sublimari? Patientiáne euexit, & inuexit Christum ad cœlos? Patientia sublimat? Num si Christus nõ pateretur, in cœlum non sublimaretur? Mitto has quæstiunculas ad aliùs scholæ examen. Id vnum audio ex ore Sanctissimi, & literatissimi Petri Damiani, nempe quòd Christus *per patientiam, susceptam nostræ substantiæ veritatem ad paternam gloriam sublimauit.* Scilicet tantam gloriæ sublimitatem vult debere patientiæ, & patientiæ quoque titulo possidere rediuiui corporis glorias, vt sic honoret patientiam adscribendo hãc gloriam patientiæ, & sic sublimet gloriam, eam patientiæ etiam nomine possidendo; ne quod sit opus, ne qua sit operatio Christi, quæ non fulgeat prærogatiua patientiæ. Nam de Christi operationibus sic ait Petrus Damianus: *Quid in his omnibus nisi maiestas inuictæ patientiæ claruit?* Multa quidem alia clarent, nempe virtutes, doctrina, miracula, gratia, & gloria. Verùm hæc omnia à patientia quasi mutuantur claritudinem.

Lucæ.

P. Damian. serm. 2.

Gloria Christi etiam à patientia est.

Petr. Dam. ibid.

§. XXXIV.

Frequens consuetudo peccandi à fide paulatim auertit: vnde impudens peccator, Semichristianus olim habebatur.

123. Repetita malitia artifex errorum est, & hæreseos fomes, dissimulanter instigans ad apostasiam. Nemini non notum est illud Pauli 1. ad Timotheum 1. v. 19. *Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.* Quæ verba sic commentatur S. Anselmus ibi: *Conscientiæ peccati negligentes, nauẽ animæ scopulis errorum fregerunt.* Ecce tibi fidem naufragam peccatorum procellâ exagitatam, ad errorum syrtes impingere, & miserum naufragium facere. Nempe repetitum peccatum ferè suspectum hæresis est: quia repetita malitia compẽdiaria via est ad errandum. Proh! quot strages fecit in fide impudens delinquendi libertas! Heu Germaniam vtramque! heu olim Gallias! heu nunc magnam Britanniam! vbi peccandi licentia, ius errandi fuit. Porrò delictum hæreseos negotium est. Septimius: cùm in exercitu Imperatoris vnus tantùm Christianus miles inter multos commilitones Christianos repudiaret coronæ decus, cæteris Christianis coronas admittentibus, inquit: *Inter tot commilitones solus Christianus.* Nunquid & alij, qui coronæ ambibant honorem, & qui erubuerunt Christianam humilitatem, aut silentio redemerunt tormenta, fidem Christi non habebant? Quare solus ille Christianus dicitur? Cæteri Christiani non erant? *Quasi reliqui semichristiani*, inquit Commentator inibi. Nimirum Semichristiani dicuntur cæteri, ac si non integrè Christianus sit quisquis honores inhiat, & voluptates suspirans Christianos labores tolerare detrectat.

1. ad Tim.

Anselm.

Peccator Semichristianus dicitur: & quo sensu.

Septim. l. in Coron. mil. cap. 5.

Cerda.

124. Audacter Tertullianus ita fatur, Gentiles alloquens: *De vestris semper æstuat carcer, de vestris semper metalla suspirant, de vestris semper bestiæ saginantur: Nemo illic (in carcere) Christianus: aut si & aliud, iam non Christianus.* Quid? tunc Christianorum

Tertul. Apo. adu. Gent. c. 14.

Digitized by Google

norum nemo fur, aut homicida, aut seditiosus, aut maledicus, aut lasciuus? Nonne hæc flagitia fide saina possunt perpetrari? Qua fronte dicere audet Tertullianus, quod si Christianus quispiam reus est furti, aut homicidij, aut adulterij, &c. iam non est Christianus: profectò indubium est, fidem non amitti propter eiusmodi delicta. Ipse Tertullianus occurrit obiectioni, aiens: *Sed dicet aliquis, etiam de nostris excedere quosdam à regula disciplinæ. Desinent tunc Christiani haberi penes nos.* Audis quòd etsi per istiusmodi flagitia non statim profligetur Christiana disciplina; at vsque adeò tenera habebatur infantis Ecclesiæ fides, tam delicata erat fidei valetudo, vt haberetur iam vt infidelis, (etsi fidem non amisisset) qui grauioris delicti reus esset: & ita penès Christianos non satis Christianus habebatur: nam qui delinquendo expellit bonam conscientiam, fidem habet naufragam: & in hoc sensu Semichristianus dicitur.

Tertul. c. 16.

115. Cæterùm quantâ audaciæ temeritate peccator insectetur Christum Deum; expressit Beda ad illud Ioan. 8. v. 59. *Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Quot malas,* inquit, *cogitationes quis assumit, tot lapides in IESVM mittit: ac deinde quantum ad se pertinet, si ad deliberationem transit, Iesum extinguit.* Proh defectus humanos Deicidij reos! Christum lapidat, quisquis scelera meditatur; in Christum furit, quisquis agitur malitiæ furore; Christum, quantùm ad se pertinet extinguit, quisquis atrociora delicta audet. P. Damianus, ita dehortatur à delictis: *Vide ait, ne rursus timet ipsi crucifigas filium Dei, rursus fabricans crucem, in qua crucifigatur ille, qui resurgens ex mortuis iam non moritur. Intuere ne mortiferam crucem efficias, in qua facias filium Dei amaris doloribus interire.* Nempe peccator crux Christi est, & simul carnifex: ipse in semeptiso Christum crucifigit, aut peccatori figit, quæ de se est acerbior crux. Caue ne tuarum voluptatum velut acerbissimis clauis crucifigatur in te Christus: time peccatorum Deicidium. Sanctus Augustinus explicans illud Ioannis cap. 7. v. 18. *Qui à semetipso loquitur propriam gloriam quærit,* ita scribit: *Dominus noster magnū nobis exemplum præbuit humilitatis, dum habitu inuentus vt homo, quærit gloriam Patris, non suam. Sed tu quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris; quando aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris.* Expende hæc postrema Augustini verba, in quibus peccatum appellat calumniam Dei. Num impius, dum delinquit, tacitè calumniatur mysteria fidei nostræ? Gloria beatitudinis vilis illi est, gehennæ incendia non satis videntur vrere, cùm ita ob breuem & volaticam voluptatem contemnat; videlicet in Christum, Christique mysteria *calumniam meditatur,* cùm ea sic contemnit, ac si forent poëtica commenta. Clemens Alex. agens de Christianorum moribus, quos appellat Christianam philosophiam, ita fatur: *Quæ est secundum traditionem diuinam philosophia, constituit, &c. Qua sublata videtur fabula Saluatoris œconomia.* Nempe Christianus, qui vt Christianus non viuit, Christo Deo calumniam meditatur, quia Saluatoris œconomiam, seu Christianam disciplinam, velut inanem fabulam æstimare videtur: nam si gehennæ ignem attentè verum crederet, si beatitudinis gloriam viuaciter veram censeret, si Ecclesiæ Sacramenta, & Dei mysteria pro dignitate reputaret; non sic viueret, ac si fabulæ forent, & futilia poëtarum commenta. Audis enormiorem peccandi licentiam suspectam infidelitatis haberi?

Ioan. Beda.

Peccator Christum sibi quasi crucifigit. P. Dam. serm. 47.

Peccator Deo calumniam meditatur. Ioann. Aug tract. 29 in Ioan.

Clem Alex. lib. 1. Strom.

126. Omne peccatum, & contemptus veri Dei est, & creaturæ supra Deum æstimatio, quod videbitur fortè alicui idololatriæ negotium. Quid? omnis peccator erit idolorum cultor? ô grauem censuram, & seueriori censurâ dignam! Audi Tertullianum, cùm flagitia appellat, *exitiosa, deuoratoria salutis, aduersus Dominum sapiunt. Sine dubio idololatriam admittit quicumque delinquit.* Audacter dixit, *si e dubio*; mitiùs dixisset, peccatorem ferè suspectum esse idololatriæ. Qui Tertulliano non credis, crede Euāgelio, in quo peccator sæpè correptus, nec emendatus, habetur vt Ethnicus, Matthæi 18 v. 15. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum, &c. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus.* Fratris nomine, *Christianus* intelligitur, vt benè aduertit Maldonatus ibi. Dein hic agi de peccatis mortalibus, existimant S. Hieronymus, S. Hilarius, S. Chrysostomus, Theophyl. S. August. serm. 6. de verb. Domin. secundùm Matthæum, S. Ambros. in cap. 17. Lucæ. Verùm Origenes homil. 5. in Matthæum censet agi de defectibus venialibus, quod eleganter probat his verbis: *Nouissimè autem quia non pariter dixit, sicut Ethnicus & publicanus, sed ita sit tibi. Qui ergo in peccato leui correptus ter, secundum quod diximus, non se emendat, nos quidem sic eum debemus habere, quasi publicanum, & Ethnicum. An autem etiam à Deo quasi publicanus & Ethnicus iudicetur, non est nostrum pronunciare, sed est in iudicio Dei.* Nēpe seriò censet Origenes, hic agere Christum Dominum de peccato leui: non enim absolutè dixit Christus: Sit tanquam ethnicus & publicanus, sed: *Sit tibi*: qui fortè Deo talis non erit. Vnde qui peccatum graue commisit, secundum Augustinum, & alios; (aut leue secundum Origenis sententiam, quam non approbo,) si ter admonitus, non corrigit delictum, iubetur haberi sicut Ethnicus, & gentilis. Quid exaggeratius? Profectò ita verum est, quod homines bonam cōscientiam repellentes, naufragium fidei patiantur. Vsque adeò delicta, etiam leuia, esse confinia erroribus, existimauit Origenes, vt etiam leuioris noxæ reus, si contumax fuerit in delictis habendus sit velut Ethnicus, & Gentilis, etsi verè Christianus sit, & Dei fidem, & gratiam non amiserit. *Sit tibi sicut ethnicus*; quia vt per hyperbolem inquit Tertul. *Sine dubio idololatriā admittit quicunque delinquit.* Scilicet, repetitum delictum ferè suspectum est erroris, & quodammodò via ad hæresim, aut apostasiam. Quod pulchrè innuit hic, v. 23. sapientissima Iuditha, aiens: quod Abrahamus, Isaacus, Iacobus, Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas & varias tribulationes & tentationes probati, & examinati, *Transierunt fideles*, Id est, tentationis instigationi non assentiendo, nec committendo peccata, fidem non amiserunt, nec infideles facti sunt, sed transierunt fideles. De quo vberiùs egi in Literæ expositione. Non quia fides quouis peccato amittatur, qui puerilis esset error; sed quia repellentes bonam conscientiam paulatim faciunt fidei naufragium.

Tertul. lib. de idololatria. cap. 1. *Peccator quo sensu dicitur suspectus infidelitatis.*

Matth.

Maldon. Hilar. Theoph. Euthym. Aug. Ambr. Orig.

§. XXXV.

Detractor voluptate murmurandi continuatur, luxuriatur, & aliquo modo lætatur?

127. VEntus Aquilo dissipat nubes, & faciem tristem lingua detrahens: sic legitur ex Hebræa origine, Prouerb.

Digitized by Google

origine, Prouerb. 25. v. 23. Porrò res homini suauissima, detractio est: nescio quæ occulta & arcana voluptas blanditur linguæ, dum lambit aliena mala; malè dulcem suauitatem de aliorum defectibus capit obmurmurantis amarum os: quod suauissimè ad maledicentiam titillatur. *Neque enim quicquam* (verba sunt S. Nazianz.) *mortalibus tam suaue, ac iucundum est, quàm de rebus alienis garrire.* Quid tam suaue helluoni est, ac conuiuiorum deliciæ? quid tam voluptuosum lasciuo, quàm Venus? quid tam lætum & expetitum viro probo, quàm cœli gaudia? At detractor voluptate detrahendi conuiuatur, luxuriatur, & quodammodò beatur. Singula seriatim perstringo.

Detractio dulcis est detrahenti. Naziana. Orat. 1.

118. Regius Psaltes, Psalm. 13. v. 14. de eiusmodi gente obmurmuratrice, sic inquit: *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: quorum os maledictione & amaritudine plenum est*, &c. Statim sequenti versiculo concludit: *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.* Locupletabo locum, quem perstringit benè acutus interpres Iacobi. Quorsùm detractores, qui pascuntur alienis defectibus dicuntur reliquos homines ad instar panis deuorare detrahendo? quid simile habet esus panis, cum detrahentium verbis? aut salubris panis voratio cum morbido obmurmurantium ructu? S. August. *Quid addit in cibo panis? Tanquam panem manducant populum meum. Cætera enim, quæ manducamus, possumus modò illa, modò illa. Non semper hoc olus, non semper hanc carnem, non semper hæc poma, semper autem panem.* Adde omnia esculentorum genera cum pane iucundè manducari, & sine pane fastidium, non voluptatem facere. Vnde omnes cibi tam sapidissimè à pane sapiunt, qui sine pane desipiunt, & fastidiuntur; Profundè ergo inquit David: *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.* Id est, quotidiè auidè detrahunt, sicut quotidiè editur panis sine fastidio. Imò sicut panis condimentum est, & bonus sapor ciborum omnium; sic à detractione delectant quæcunque accidunt siue prospera illa sint, siue aduersa; nec tantùm res infelices, insuaues & amaræ sunt absque murmuratione, sed etiam secundæ & felices, insipidæ sunt & fatuæ: quod luculenter dixit Saluianus, verba Psalmi dissimulanter commentatus: *Sine murmuratione, & querela nos Deus noster esse precepit. Quando hæc in humano genere non fuerunt? Si æstus est, de ariditate causamur: si pluuia, de inundatione conquerimur: Si infœcundior annus est, accusamus sterilitatem: si fœcundior vilitatem. Adipisci abundantiam cupimus, & eandem adepti accusamus. Quid dici hac re improbiùs, quid contumeliosius potest? Etiam in hoc de misericordia Dei querimur, quia tribuat, quod rogamus.* Quid opportuniùs ad hanc rem? At mensarum deliciæ non tam voluptatem illiciunt, quàm res venereæ.

Psalm. Patr. *Detractio sententiosè pani comparatur.* August. Psalm 52. Saluiã. lib. 3. de Gubern. Dei.

129. Dauid Psalm. 49. v. 19. *Os tuum abundabat malitia, & lingua tua concinnabat dolos* Hoc posterius hemistichion sic scribit, & commentatur S. Augustinus inibi: *Et lingua tua amplexa est dolositatem.* Porrò *Concinnare* amatorium lenocinium est, prouocans Venereos amplexus, & lasciuientes delicias Vnde S. Augustinus vt detrahentis & malitiosæ linguæ voluptates declararet, inquit: *Et lingua tua amplexa est dolositatem. Non ait: Lingua tua admisit dolositatem; aut perpetrauit dolositatem; sed vt ostenderet tibi quandam delectationem in ipso malo facto; amplexa est inquit.* Ecce tibi detractionis suauitatem titillantis Veneris amplexibus comparat; vt prodat murmurationis *delectationem* luxuriæ libidinibus affinem esse. Fallor si huc non videtur alludere Saluianus, cùm ait: *Detrahendi libido terminum non habet, nunquam saturatur.* Pende, τò *Detrahendi libido*: quæ vox Veneris delicias sæpius sonat. Ergo obmurmuratio adeò iucunda homini est, tam placido prurito linguam titillat, vt libidinosos amplexus, & Veneream libidinem præ voluptate exprimat.

Psalm. Aug. *Voluptas detrahendi Venerem amulatur.* Saluia lib. 3. de Gubern. Dei.

Celebris est Vineæ parabola, Matth. 20. v. 11. in qua operarij munerantur denario diurno, hoc est Beatitudinis præmio, vt docent ferè expositores omnes. Et tamen: *Accipientes murmurabant aduersus patremfamiliæ.* Num in cœlo Beati summæ Beatitatis præmio donati, obmurmurant? *Sed hinc ista ambiguitas prorumpit*, (ait S. Chrysostomus) *cur cum reuerà primi laborassent, ideòque placuissent, & diurno sudore coruscassent, pessima ad extremam passione vexentur, videntes enim eadem illos præmia consecutos, qui per vnam horam laborauerunt, murmurabant.* Cœlúmne locus est murmurationis? Num Beati murmurando Beatitudinis gloriam deuenustant? Super quo expostulat obmurmuratio, vbi summa felicitas est. Quid molestum esse potest Beato, quod murmurando detrectet? aut quid boni deesse, quod murmure exoptet? ô detractionis suauitatem! ô delicias murmurationis! Num quia *mortalibus nihil tam suaue ac iucundum est, quàm de rebus alienis* obmurmurare (vt aiebat S. Nazianzenus) ita ne quid humanarum deliciarum desit in cœlo, Beatos quasi murmurantes in Beatitudine inducere videtur? Non quia Beati iniquè obmurmurent, (procul à cœlo iniquitas detractionis,) in cœlo dicitur esse detractioni simile gaudium, & murmurationi pares deliciæ, nostro rudi modo concipiendi res diuinas: Sic S. Chrysologus dixit Christum quasi suadere auaritiam, cùm ait: *Facite vobis sacculos, &c. thesaurum non deficientem in cœlis.* Cœlites quodammodò murmurasse traduntur, ne quid, quod mortalium appetentiam excitat, & exsatiat, in cœlo deesse credatur; Vt vel hinc detractores delicias expetant Beatitudinis, cui inest murmurandi iucundior voluptas, sine re, & vitio murmurationis; Vsque adeò deliciatur homo murmuratione! Ergo Israëlitæ sic deliciabantur murmuratione, vt ac si parum esset de hominibus obmurmurare; quò plus esset, de quo murmurandi voluptatem caperent, vel de ipso Deo murmurauerunt; vt dicitur hîc, v. 24. *Improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt*, vt vel de ipso Deo, & de rebus Dei capiant obmurmurandi voluptatem, & delicias detractionis.

130. Matth. *In cœlo dicitur esse voluptas murmurationis, absque iniquitate detractionis.* Chrysost. hom. 66. in Matth. Iudith.

§. XXXVI.

Maledicentia bestiarum scholis eruditur; Passioni Christi, & feralibus gehennæ cruciamentis præ acerbitate quodammodo comparatur.

Nil tam iucundum homini est quàm de alienis defectibus garrire, dulcescit lingua carpens aliena vitia, & detractione deuorans proximi famam. Verùm quantum deliciatur detractor obmurmurando, tantùm tormenti affert ei, de cuius fama detrahit; detrahentis lingua honorum laniena est, & immane cruciamentum: Lacinatur, laceratur, discerpitur miser tuis dicteriis, & à maledicentiâ tuâ perit, & tumulatur tuæ linguæ sepulchro: *Sepulchrum patens est guttur eorum.* O impiam 131.

Digitized by Google

Detractio eru ... tur scho a bestiarum.
Tertul. in Apolog. c. 35.

impiam pietatem? Cadauerascit, impie, à tua lingua, & pium sepulturæ officium illi præstat? Os tuum carnifex est inhumanus, & tumulator humanus. Heu ferialia munera! Tert. sic fatur: *Ipsos Quirites consulito, an ul cu Cæsari sua pariat illa lingua Romana. Testis est Tyberis, & schola bestiarum.* Præclaros testes, & patronos detractionis aduocat (de detractione ibi loquitur) Tyberim inundationum turbinibus infamem, humanum, furiosum; crudelem in ciues, impium in patriam qui Romanorum diuitias, & delicias, possessiones, & spes vnius alluuionis impetu, aut furax rapuit, aut vorax exorbuit immanitate. Hæc Tyberis. Dein cõuocat *Scholā bestiarum*, Cuius gymnasia, arenæ sæuitia, & amphiteatri crudelitas; cuius alũni, carnifices gladiatores, bestiarij; cuius eruditio tigrinæ rabies, & ipsę bestiales: cuius disciplina, carnificina est. In hac schola versatur detractio, hic eruditur ad maledicentiam detractorum lingua: vnâ eademque officinâ exercetur & laniena corporum, & honorum.

131. *Detractio comparatur Christi tortoribus in Passione.*

Quid acerbius tormentis, quæ tolerauit Christus in Passione? quid intolerabilius gehennalibus incendiis? His affinis est pœna, quam suffert is, qui subest licentiæ detractionis. Vtrumque breui do. Valde angit commentatores discordia Marci à reliquis Euangelistis, Marcus cap. 15. v. 25. inquit hora tertia Christum in cruce pependisse, aiens: *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Ioannes verò, cap. 9. v. 14. Christum à Pilato damnatum affirmat horâ quasi sexta, dicens: *Erat parasceue paschæ, hora quasi sexta.* Itaque si hora sexta damnatus est Christus, & tam multa facta fuerunt post Pilati damnationem vsque ad Crucifixionē, quomodo inquit Marcus hora tertia iam fuisse cruci affixum? Locus planè difficilis, & à multis interpretum glossis difficilior. Opportunè S. Augustinus sic dubium apponit, & exponit: *Quid est, quod Marcus dicit: Erat hora tertia quando crucifixerunt eum, nisi quia hora tertia crucifixus est Dominus linguis Iudæorum, hora sexta manibus militum?* Scilicet, cùm Iudæorum procacissimæ linguæ in domo Iudicis Pilati Christum sæuissimè pupugerũt, ex illa hora Seruator dicitur cruci affixus, neque enim linguarum furor & sæuitia dignè aliòqui exprimeretur, quàm dicendo, tunc Christũ fuisse affixum cruci. Nimirum acerbissimum Saluatoris cruciamentum Crux fuit, & supra humanam tolerantiam arcanis cruciatibus pœnas incrementantibus: vnâ doloris augmentũ factum fuit amoris immensi argumentum. Ergo vt Euangelista Marcus exactè propalaret mundo, quam grauiter tulit Christus Deus maledicẽtiam Iudæorum, qui Christum accusantes, exacuerunt linguas suas, Euangelico ore ex Augustini sententia, palàm ait: Ab hora tertia Crucifixum non immanitate clauorum, sed punctione linguarum. Ac si non satis explicuisset Euangelista maledicentiæ acerbitatē, nisi illam assimilasset patibuli cruciamentis. Nempe ab hora tertia Christus dicitur crucifixus, quia ab ea hora fixus est linguis Iudæorum. Ac si non minora passus sit à linguis, quàm à clauis; à cruce, quàm ab ore; crucifigentium licentiâ, quàm à Iudæorum maledicentiâ! Liceat cum Augustino maledicentiam hyperbolicè taxare.

Marc.
Ioan.
Aug. tract. 117. in Ioan.

133. Iob. *Detractionis acerbitas æmulatur gehennæ cruciatus.*

Iob. 21. v. 33. sic fatur de impij hominis morte: *Dulcis fuit glareis Cocyti.* In Hebræa origine sententia inuersa est: nempe: *Lapides vel silices, vel glareã Cocyti dulcuisse impio.* Quid est homini flagitioso & nequam post mortem obdulcuisse inferorum fluuium? Cocytum, inquam, damnatis reproborum lacrymis ripas exundantem, & insanis eorumdem eiulatibus littora attonantem? A fabulis mutuatur Iobus Cocyti nomen, vt lamentabiles damnatorum pœnas exaggeret, & tamen ait, dulce esse reprobis lacrymarum flumen? Quid iucundum ibi erit damnato, cuius lectus incendium est, cuius gloria, ignominia; cuius deliciæ, cruciamenta sunt, pro voluptate dolor, pro cibo fames, pro potu lacrymæ, & Cocyti fluenta? Quid dulce in gehenna? Scilicet quasi dulce est vlteriùs non proscindi maledicentium linguis; nam emortuorum res sacratæ sunt & viuis religio est, mortuis parcere: nam *mortis asylo* (vt appellat Tertullianus) securi sunt defuncti à maledicentiâ. Acutè Isidorus Clar. ad locum illum Iobi, inquit: *Silices vel glaream dulcuisse impio;* quoniam, *Securus est quod propter mortem nihil certi de eo, aut pro eo pronunciare queatur.* Nempe defunctus in asylo mortis collocatus, vel religione gentium tutus est à maledicentia; morte effugit peregrè hominum conspectus, & ita de eo nihil certi obmurmurando pronũciari potest. Et propterea ait per hyperbolem Iobus, quòd vel Cocytus inferni fluuius, currens à damnatorum lacrymis amaris, obdulcuit impio, ac sic tãtæ pœnæ adinstar solatij sit, morte, & gehenna declinasse rigores linguæ maledicæ? Quid exaggeratius? Ab hac hyperbole publicatur quàm ægrè ferant homines detrahentium licentiam.

Tertul. Apolog. c. 17.
Isidor.

134. Psalm. *Beatitudinis portio est non timere detractiones.*

De homine beatitudinis felicitate donato videtur agere regius Psaltes, dum inquit, Psalm. 111. *Beatus vir qui timet Dominum, &c. Gloria & diuitia in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Et elogia sic finit: *In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.* Quid est *non timebit ab auditione mala*? Quid timeat Beatus? Lorinus ibi, (etsi τὸ *Beatus* non intelligat de de beato, sed de beando;) illud *ab auditione mala*, interpretatur detractionem: Quasi dicat; Beatus non timebit audire murmurationem. Vsque eò excruciat animum cuiusque, audire homines indecorè contra se ipsum obloquentes, vt velut metus sit, quòd Cœlites id ægrè ferant? quasi magnam beatorum laudem prædicat Dauid, quòd non timeant audire de se mala? Neque enim murmuratio Cœlitibus parcit, quæ Deo non parcit. *Aures illæ* (ait Petrus Damianus,) *quæ in Cœlis audiunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus, audiunt in terris, Dæmonium habes: ne aures tuæ detractionis virus apertis, propitiisque auribus susciperent.* Sic docet Iuditha hîc, v. 34. Israëlitas *Improperium murmurationis suæ contra Dominum protulisse.* Tantùm audet temeritas linguæ! quæ Deum conuitiatur, & probra in illum iactat per summum summi Dei dedecus. Quæ obmurmuratio tam exacerbauit Deũ, vt *Exterminati sint ab exterminatore, & à serpẽtibus perierint.* Scilicet acerbitas supplicij publicare hominibus ambit, quàm grauatè tulerit Deus obmurmurationis licentiam.

Lorin.
P. Dam. serm. 47.
Iudith.

§. XXXVII.

Detractionis vitium punitur luxuria incommodis; & per ministerium Serpentis Seraphim: patiturque idololatriæ supplicium.

135. OTiosorum hominum vitium, detractio est, sed quod multum negotium facessit ei, cuius famæ detrahitur; nescio quo occulto sapore deli-

ciatur homo garriēs de alienis vitiis; arcanâ enim quadam voluptate prurit lingua, dum obmurmurando, vitia & fama corrodit, sapidissimè titillatur alienis defectibus. At acerbitas supplicij non est impar voluptati detrahendi: magna voluptas obnoxia est magni supplicij, quo ab inutili detractionis vitio frenetur obmurmuratoris audacia, vt sapiēs pœna indicium sit magnæ culpæ, quæ vltra merita quodammodò punitur. Numerorum 14. v. 1. *Igitur vociferans omnis turba murmurati sunt contra Moysem, & Aaron cuncti filij Israël.* Quod adeò grauiter tulit Deus, vt vix potuerit Moyses sistere diuinas iras, ne illo die perderet omnes Israëlitas. Tandem mitior factus, hac durissimâ mulctâ ferit Deus detractores, sic aiens: *Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem vestram.* Quam fornicationem? Nonne crimen populi fuit detractio? quare detractio fornicatio appellatur. Fortassis vt indicetur obmurmurandi voluptas fornicatio dicitur. Acutè ad rem præsentem Anselmus Laudunensis: *Filij vestri portabunt fornicationem vestram: id est, pœnam fornicationis.* Nimirum filij detractorum subibunt pœnas Luxuriæ, absque voluptate Luxuriādi, ô quàm sæuas pœnas patiuntur lasciui homines! quarum acerbitatē eludit Veneris voluptas. Bona sua prodigè impendunt effusis largitionibus, vt lenonis industriam emant, vt venustam fœminam munerum philtro concilient sibi: riualium odia & discrimina sustinēt, brumæ frigora, & Luxuriæ æstus patiuntur: zelotypiæ rabie, amorum impatientia sanè excruciātur. Si frui nō datur, voluptatis lacerantur spebus; si optatis amplexibus frui licet: nauseant præ tædio, & molestissimas Veneris ægritudines & diuersissimos angores sustinere coguntur; & planè vtuntur intestino Luxuriæ incēdio, quod scintilla quædam est gehennalis flammæ, & prophetia infernalis ignis perpetuò sustinendi. Has pœnas inscius patitur amans, vel amens; at lasciuiendi voluptas eas fallit, imò & mellit. Ad hæc cruciamenta damnātur detractores, quæ merè patiantur absque vllius voluptatis leuamine. Hæc Luxuriantium pœna detractoribus imponitur. Vnde dicitur: *Filij vestri portabunt fornicationem vestram; id est, pœnam fornicationis.* Qui intolerabilius?

Detractor subit luxuriæ incommoda absque voluptate luxuriandi.

Numer.

Anselm. Laudun.

136. Itérum obloquitur populus contra Moysem, & Deum. Numerorum 21. vers. 6. *Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes.* Quod etiam traditur hîc vers. 25. Benè detractores puniuntur ignitos supplicio, quod prognosticon sit gehennalis incendij, cui iam certissimè destinantur: nam detractio prophetia est reprobationis, & minæ infernalis gehennæ, vt indicat sanctus Gregorius explicans illud Matthæi 20. *Et accipientes murmurabant*, aiens: *Sed potest quæri quo modo murmurare dicti sunt qui ad regnum vocantur? Cælorum enim regnum nullus, qui murmurat, accipit; nullus qui accipit, murmurare potest.* Item obmurmurator serpentium veneno sapienter punitur, vt venenata linguarum malitia indicetur: & pœna ipsa sit sapiens, & astuta, vt serpens: neque enim rudi & bruto flagello, sed sapienti & callido, vt sapienter infligat acriorem pœnam, & sciat vbi molestiorem inurat plagam ad faciendum acerbiorem doloris sensum. Ad hęc aduertere oportet pro τὸ *ignitos*, in Hebręo esse *Seraphim*, (scio causam, sed noto mysterium ad mores:) Vnde sic locus effertur: in pœnam detractionis *misit Dominus in populum Seraphim serpentes.* Cur Seraphinis delegatur munus castigandi oblocutionis vitium? quare non infernales ministri, sed cœlites deputātur? Suspicabitur fortè aliquis, cœlestes, & beatos spiritus grauiùs animaduertere in delicta, acrioriſque flamma quàm ipsos dœmones: nam cœlites vtpote beati, & gloriosi inexpertes sunt pœnalis incendij, nec ab experientia (quæ peritur magister est,) noscunt flammarum acerrimam vim, quam suo malo experiuntur mali dœmones: Ergo cœlestes Seraphim vrant detractores, & sic forsitan acerbiorem infligent pœnam, quàm diaboli, qui ab experientia præsentiscunt, & horrent immane supplicium ignis; & ita fortè mitiùs quodammodo agent cum detractoribus. Profectò immanis solet esse pœna, quam taxat homo à pœna immunis, & totus in deliciis. At hæc ratio pulchrè probaret in homine; non in Angelo, aut Seraphino; quorum pietas experientias transcendit. Sed cur Seraphinis committitur punitio huius sceleris? Fortè vt adhuc acerbior sit pœna. Nam Seraphini ardentiori flagrant amore in Deum; vnde familiaritate & amicitia coniunctiores sunt, & studiosiores erga Dei summè dilecti honorem. Et ita amicissimis committit Deus negotium castigandi obmurmurationem contra se. Amicitia enim officiosior est, & in amici obsequium, vehementiùs irascitur in conuiciatores sui amici, ardētiorique zelo inflammatur ad vltionem iniuriæ. Porrò in Principe humano delegare amicissimo suæ iniuriæ vltionem, non iustitia, sed propè sæuitia foret; in Deo autem à quo procul abest sæuitia, summi rigoris exaggeratio est. Vnde negotiū castigandi detractores amicissimis Seraphinis committitur, ad acerbiorem obmurmurantium pœnam.

136. Numer. Iudith.

Gregor. homil. 19. Matth.

Detractio cur punitur per ministerium Serpentium Seraphim.

Adhuc obmurmurat Iudæa gens in deserto, Numerorum 11. v. 1. *Interea ortum est murmur populi, quasi dolentium de labore contra Dominum. Quod cùm audisset Dominus, iratus est, & accensus in eo ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem.* Quænam est hæc extrema castrorum pars, quam exussit ignis, superiórne pars castrorum, an inferior? Lyra existimat esse posteriorem, (Hispanè *La retarguarda*) vbi Principes populi morabantur, sic aiens: *Per extremam partem castrorum intelliguntur maiores de populo, & seniores populi; qui erant principales, meruerunt mortem.* Et statim subiungit: *Mortem autem seniorum ideò distulit vsque ad istum locum, in quo fuerunt negligentes de repressione murmurationis populi, quem tenebantur regere, sicut & Moyses: & quia fortè murmurauerunt cum populo.* Scilicet proceres Hæbręi populi meruerunt mortem, cùm Exod. 32. v. 4. per stultissimam & execrabilem idololatriam adorauerunt vitulum in Horeb; & iustam punitionem; quam tunc omisit Deus, executus est, cùm non represserunt murmur populi, sed simul cum populo ipsi murmurauerunt. Nimirum dissimulauit Deus punitionem plurium delictorum, quę hi summates scelestissimè commiserant. præsertim idololatriæ flagitium de se valde execrabile, & nimis offensum Deo. At verò tam seuerè castigat Deus detractionis vitium; vt ac si parum esset supplicium, quod ob detractionem merentur; reatum pœnę debitæ ob priora flagitia, & quem Deus aut condonauerat, aut dissimulauerat, pœnam, inquam, illam infligit in punitionem detractionis. Videlicet supplicium debitum ob idololatriæ crimen, & ob alia immanta flagitia, quòd priùs omiserat, infligit Deus detractoribus, vt non tantum detractionis pœna mulctentur detractores,

137. Numer.

Lyra.

Detractio subit idololatriæ supplicium, & quomodo.

Exod.

tractores, sed etiam idololatriæ pœnâ iã olim aut condonatã, aut omissã. Vnde Deus vt seueriùs obmurmuratores puniat, eorum *mortem ideò distulit vsque ad istum locum, in quo fuerunt negligentes de repressione murmurationis populi, & quia fortè murmurauerunt cum populo.* Et ne supplicium videretur excessiue detractionis meritum, imputat etiam reatum perfidæ idololatriæ, & cæterorum criminum, quæ scelestissimè perpetrarunt. Hæc detractioni sgrauissima supplicia hîc, v. 24 & 25. recenset Iuditha aiens: *Illi autem qui impatientiam suam, & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerūt, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt.*

138. Matth. IESVS Passionis proximus erat, Matthæi 26, v. 6. & cùm esset in Bethania, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguēti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. *Videntes autem discipuli indignati sunt dicentes: vt quid perditio hæc,* Nō omnes discipuli obmurmurati sunt, sed vnus Iudas, vt expressè habetur in Euangelio Ioannis cap. 12. v. 3. & aduertit Matthæus v. 14. quòd *Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Magna quæstio est, inter commentatores super qua actione ex præcedentibus appellat vocula *Tunc*. S. Chrysost. sic scribit: [*Tunc*] *istud, ad quodam tempus referendum est? Quando ista locutus esset.* Nempe Iudas tunc abiit, vt proderet Saluatorem, *quando ista locutus est,* aduersus mulierem, quando contra piā fœminam sub prætextu pietatis, impiè obmurmurauit. Tunc Deus neglexit Iudam, illúmque permisit præcipitari in tam execrabile delictum, vt proderet Christum Deum. *Tunc* quando obmurmurauit? ô seuerissimum detractionis supplicium! Nimirum plura delicta commiserat Iudas, ob quæ in tantum flagitium permitti licebat: nemo enim repentè fit pessimus. Prætereà valdè dehonestabatur doctrina Christi, & Apostolorum reuerentia, si vnus ex Apostolis fuisset proditor: Imò electio Christi, quâ illum adsciuit ad Apostolatus culmen, nimis deuenustabatur, apud homines: humana enim prudentia nō capit eligere, quem scit reprobandum, quem præsagit sacrilegè apostatam, quem præscit impiè proditorem: sic aut ignorantiæ, aut imprudentiæ arguetur Christus. Verùm enim verò vbi videt Christus Iudam impiè obmurmurantē, veluti suæ existimatinis negligens, Iudam sui proditorem esse permittit in pœnam oblocutionis, quò detractionis pœnam exaggeret; & sic, deterreat homines ab execrabili obmurmurationis vitio, dum publicat, quod vbi primùm murmurauit Iudas, *Tunc, quādo illa locutus esset* (vt ait Chrysostomus,) *abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Qui exaggeratius?

Ioan. *Detractio Iudæ fuit causa illius derelictionis.*

Chrysost. hom. 81. in Matth.

§. XXXVIII.

Alieni defectus, qui immurmurantur, adeò certi hominibus videntur, ac si Euangelium essent.

139. NOn bona est natura nostra, quæ sicut sibi bona semper optat, non mala; ita in aliis mala esse præsumit, non bona. Nescio quâ innatâ malitiâ malis aliorum pronè assentimus, dissētimus bonis. Probitatem aliorum, quam audimus, quam oculis videmus, aut minuimus dubitando, aut sinistrè interpretando eludimus. In summa, bonum aliorum nobis est incredibile, malum verò semper est Euangelium. & dum homo dissimulanter cupit, quod nemo sit bonus preter ipsum, ipse bonus non est, semper mala de aliis credens Nemo enim bona, quæ audit aliorum, facilè credit. Quæ intolerabilis malitia est Hæc vox *Euangelium* (vt notant Interpretes noui Testamenti,) apud profanos auctores nuncium significat, siue faustum, siue infaustum: in quâ significatione promiscuè accipitur à benè peritis linguæ Græcæ, & Latinæ. Verùm iam collecta est huius nominis significatio, & apud Biblia, & Patres tantùm bonum nuncium, & optimum scilicet historiam Christi Dei, eius gesta, & sermones Euangelium significat. Itaque qui nomen *Euangelium* audit, Euangelium intelligit: id est, quod aliquis è quatuor Euangelium testatur, & quod potissimè creditur totius Ecclesiæ consensione. At hâc vocem *Euangelium* de tristibus etiam nuntiis dici haud obscurè constat ex 1. Regum 4. v. 17. Vbi in Originali est Hebræo, qui nunciauit Heli Sacerdoti fugatum à Philistæis populum, arcam Dei captam, & duos filios eius mortuos fuisse in prælio, *Euangelista* dicitur. Item, 2. Regum 1. versl. 20. Dauid lugens mortem Saulis, & Ionathæ, ait: *Ne ista euangelizetis in plateis Ascalon.* Sic ex Hebræo textu transfert Maldonat. in Præfat. ad Euangelia. Ecce vbi malum nuncium dicitur Euangelium. Variis expositionibus præfata loca fatigant Interpretes, nec satis expediunt difficultatem. Sed venusta est ad mores Tropologia: Porrò dubitari non potest prædicta nuntia allata Heli Sacerdoti, & Dauidi infausta esse, vtpote, quæ denunciabant captam arcam Dei, & profligatum eius populum, reportatā à Philistæis victoria. Cur ergò malum nuncium malæ rei, dicitur Euangelium? Aptissimè quidem, nam malum nuncium adeò certum est; tam indubiè creditur vt vix Scriptor sacer librorum Regum, certitudinem, quâ malo nuncio assentimur, explicaret, nisi eiusmodi nuncium, *Euangelium* dixisset, & nunciantem appellasset *Euangelistam*, Nam malum nuncium *Euangelium* dicitur ob certitudinem, & malus nuncius quasi quidem *Euangelista* vulgò creditur. Tam promptè malo assentimur malo credimus? Imò Euangelistæ, vt Euangelia fidem facerent hominibus, nescio quid non bonum (procul calumnia, iamiam me explico,) de Christo tradiderunt?

Malum nunciam quare dicatur etiā Euangelium.

1. Reg. 2. Reg. Mald.

Sanctus Chrysologus tractans illud Matthæi 2. *Fuge in Ægyptum*, vellet vt Euangelista abstinuisset à verbo *Fuge*, quod imbecillitatem, & impotentiam subindicat. *Fuge in Ægyptum, reuerentius diceret, vade in Ægyptum.* Nonne expediebat maximè, vt Euangelista reuerentiùs de Christo loqueretur? Si non irreuerenter, saltem non admodum reuerenter de Christo id dictum videtur. Nom bene Euangelistæ persuadebunt Orbi diuinitatem Christi (rem planè difficilem,) si aliquando non reuerenter de ipso loquuntur; Fortassis huc alludit S. August. inquiens, quòd Christus *sexta ætatē per Euangelium diffamatus est.* Eodem vocabulo famam, & infamiam denotat, quia scilicet cùm publicatur eius gloria, simul nonnulla velut probra de illo nunciantur. Cæterùm Sanctus Isidorus Pelusiota, dubium hoc exaggerat, quia incongruum videbatur quòd Euāgelista suasuri Orbi Christi diuinitatem, & gloriam, sponte referrent nunc imbecillitatem fugientis,

140. Chrysol. serm. 151. Matth.

Euangelium narrat contumelias Christi, vt sic faciliùs credatur.

Aug lib. 12. contra. Faustum c. 14. Pelus. lib. 1. epist. 54.

Digitized by Google

gientis, nunc defectus esurientis, mox lacrymas plorantis, & timoris ſe occultantis, & aliquando æſtus extimeſcentis, & agoniam ſudantis, & tot, tantáque probra patientis, & tandem morientem, & cadaueraſcentem Deum publicarent. Præſtaret quidem has contumelias diſſimulaſſe, vt ob res tantùm præclarè, & magnificè geſtas, diuinitas & probaretur efficaciùs, & faciliùs crederentur. Imò conuenientiſſimum fuit, quòd iſtiuſmodi Chriſti contumeliæ ſigillatim, & diſertè propalarentur ab Euangeliſtis, vt plenam fidem apud homines

141. faceret Euangelium. Nam dum homines probra Chriſti audiunt, ea quaſi Euangelium, & ſummam veritatem habent: miſcentur autem inter probra, miracula, & Virtutes Chriſti vt vnà credantur, ſimúlque cum probris Chriſti virtutes, & laudes credant, vtpote permixtas contumeliis. Hæc ſunt Peluſiotæ verba: *Quæ etiám in re teſtimonium ſuū Euangeliſtæ ab adulatione, & gratia vſque adeò purum ſeruauerunt, vt probra etiam, quæ ſibi acciderunt, litteris mādarint.* Res planè admiratione digniſſima. Scilicet narrabant Euāgeliſtæ hiſtoriam adeò certam nempe Euangelium ipſum, & quidē coram iis, qui penè interfuerāt ipſiſmet rebus, aut audierant doctrinam, aut miracula viderant; nihilominus Euangeliſtæ ea arte vſi ſunt, quò Euāgelium ipſum ab iiſdem experientia certum, crederetur, *probra, quæ Chriſto acciderunt; litteris mandarant*, vt incredibilitatem, quam Euangelium fortè apud homines non haberent, eò quòd oculis viſum eſt, vel ex eo quòd Euangelium eſt, augeant, eò quòd probra, & contumelias continet. Tam procliue eſt hominum ingenium ad credendum aliorum malum, vt Euangelij humana credibilitas augeatur ab enunciatione proborum. Quò fortè ſpectauit Baſilius Seleuciæ, ſic inquiens: *Oportet Euangelij difficultatem proponi, Euangelium damnatum tenere.* (Aliter aliàs expendebam hunc locum,) Quaſi dicat; etſi Euangelium quia etiam narrat probra Chriſti, damnandum videtur alicui, qui à ſuperficie res iudicat, vtpote recenſens, quæ videntur Deo indigna; at huiuſmodi difficultas *proponēda* neceſſariò fuit, quò Euangelium planè crederetur, quia eiuſmodi Chriſti indecora, Euangelij credibilitatem exaggerant apud homines.

Baſil. Seleuc. ſerm. 41.

142. Cæterùm tam credibile omnibus fit quidquid non bonum de aliis, dicitur: vſque adeò homo pronus eſt ad credendum malum alterius, vt vel Deum ipſum in hanc mentem facilè inducendum exiſtimarent Iobi amici, qui temerariis coniecturis non bene de Iobo ſentiebant, ipſúmque maledictis exaſperabant. Ait ergo Iobus, cap. 13. v. 9. *Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, &c. Aut placebit ei, quem clare nihil poteſt? aut decipietur, vt homo, veſtris fraudulentiis? Fraudulentias* Iobus appellat, (inquit Sanctius inibi,) ſiniſtram mentem, quam de ipſo conceperant, prauitates, quas reprehendebant in ipſo. Ait ergo Iob, malū, quod de me cogitatis, facilè vos credidiſtis, & cæteris facilè perſuadetis; homines enim eſtis: homini verò impietas, & malitia alterius, res certa eſt, & (ſi Chriſtianè dici liceat,) Euangelium videtur. At Deo meam malitiam perſuadere nō poteritis; non enim eſt homo, ſed Deus, atque adeò non pronus eſt ad credendum veras eſſe prauitates, quæ de aliis obmurmurantur, *Deus non decipietur, vt homo veſtris fraudulentiis.* Profectò admiratione dignum eſt, amicos Iobi viros alioqui ſapientes, exiſtimaſſe malitiam, quam tractabant in Iobum credēdam eſſe à Deo, & malitiæ innata

Homo pronus erat Deo perſuadere probra, quæ de aliis publicant.

Iob. Sanct.

perſuaſibilitate fore, vt Deus ſibi perſuaderet verū eſſe malum, quod de Iobo iactabatur: Ac ſi malitia ipſorum non tantùm hominibus, ſed etiam Deo credibilior ſit. Tentant in fraudem inducere Dei, vt malè ſentiat de Iobo, confiſi credibilitate mali detractione publicati. Tanta eſt credibilitas malitiæ apud homines! Ioannis 4. cap. In illo celebri 143. colloquio, quod Chriſtus habuit cum Samaritana, ipſi patefacit occultos ſuæ mentis defectus, & inauditam licentiam luxuriandi cum ſex viris, tunc illa ex peccatrice prædicatrix effecta, relicta hydria, pergit in vrbem, Chriſtum prædicans Deum. Et notat Euangeliſta v. 39. *Ex ciuitate illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis: quia dixit mihi omnia quæcumque feci.* Expoſitores huius loci leuitatis arguunt Sichimorum ciues. Non enim erat ſufficiens teſtimonium fœminæ vilis, & inhoneſtæ, vt homines corda[…] anica religione deſerta, religionem nouam à nouo, & paupere, & inuiſo homine inuectam acciperent, nullo miraculo patrato ibi, quo id probaret apud ipſos, ſicut alibi patrarat: & quod conſtare videbatur magis, quod relictâ licentiâ lazioris vitæ, quā idololatria permittebat, in arctam Euangelij vitam libenter ibant. Quænam, quæſo, arcana vis impulit vrbanos homines ad amplectendam anguſtam Euangelij viā ob leuis fœminæ leue teſtimonium? Theophylactus hoc dubium excitauit, & ita ſubtili ingenio ſoluit; *Propter ſermonem mulieris multi Samaritani credunt; vtpote prudenter apud ſe iudicātes, quod vitam ſuam mulier non vulgaſſet ad hoc, vt gratificaretur alteri.* Scilicet ſic videntur argumentari homines à naturâ ſuâ proni ad credendum veros eſſe alienos defectus: Hæc mulier vt probet Ieſum verum eſſe Prophetam, planè fatetur omnia ſua crimina, etiam occulta Ieſum reuelaſſe. Ergo aut credendum eſſe Ieſum falſum dixiſſe; eò quòd fœmina huiuſmodi delicta non commiſit, aut ſi credunt vera occulta crimina, quæ Chriſtus ipſi reuelauit, neceſſariò fatendum eſt eiuſmodi hominem diuino inſtinctu ea nouiſſe, & eiuſmodi criminum patefactionem eſſe ſupra humanum faſtigium. Ergo cùm auidè ferantur omnes homines ad exiſtimandum vera eſſe delicta, non potuerunt non cenſere Chriſtum eſſe Prophetam, aut Deū, qui ſolus occulta noſcit. Vnde ne exiſtiment falſa eſſe delicta, quæ audierunt, planè fatentur Ieſum eſſe Prophetam, & Meſſiam. Itaque ex eo quod homines illi tota naturæ proclimtate ſibi perſuadent vera eſſe, quæ de illa muliere dicūtur crimina, ſibi etiam perſuadent Ieſum eſſe Deū, & Prophetam, & malunt Ieſum ignotum colere, vt Deum, & relicta idololatriæ licentioſâ vitâ graue Euangelij iugum ſubire non recuſant, ne deſinant exiſtimare veros eſſe defectus, quos audierūt. Scilicet credunt Chriſtum eſſe Deum, (rem planè arduam) ne deſinant credere vera eſſe aliena crimina.

Quare Samaritana impudica crederent Samaritani res Chriſti. Ioan.

Theophyl.

Detractio ingenium eſt perſuadendi.

Dubium eſt celebre apud Interpretes, cur Chri- 144. ſtus Dominus in quodam Sabbato ſanitati reddens paralyticum illum triginta, & octo annos iacentem apud Probaticam piſcinam, iuſſerit vt tolleret grabatum ſuum, & ambularet; ſiquidem onus portare vel per minimum ſpatium in Sabbato non licebat, vt conſtat Ieremiæ 17. v. 24. & 27. Iure ergo videntur Iudæi obmurmuraſſe dicentes Paralytico ſanato: *Sabbatum eſt; non licet tibi tollere grabatum tuum.* Ioan. 5. verſ. 10. Quam ergo ob cauſam Chriſtus Dominus violatione Sabbati quaſi dehoneſtare vult inſigne miraculum?

Hieron. Ioan.

Detractione publicatur miraculum vt facilius credatur.

taculum? & detractionibus Iudæorum deuenustare prodigium omnibus sæculis prædicandum? Nonne gloriosius foret Christo, vt admirationibus, & laudibus prædicarent miraculum, nec obscuraretur murmurationibus Iudæorum? Meris præconiis exponatur, non maledicentiæ Iudæorum, ne miraculi splendor obscuretur linguis detrahentium. Huic dubitationi respondet sapientissimus noster Maldonatus sic scribens: *Constat hoc loco Christum Iudæorum reprehensione ad illustrandam gloriam Dei, miraculi magnitudinem vti voluisse. Fecit enim illa reprehensio, vt miraculum quod paucis videntibus factum fuerat, in totam, dum reprehenditur, ciuitatem euulgaretur.* Scilicet Christus voluit, vt illustre hoc miraculum publicaretur, & præclarum, quod merebatur, præconium haberet. Vnde non vult, quod diuulgetur merâ laude, sed permittit, vt publicetur vituperio; non laudatione, sed detractione. Porrò angusta est sphæra laudis, & languida laudantium vis. Detractio autem res celeriùs publicat, easdem auget, & cumulatiùs incrementat, & ita Christus cupiens facere hoc miraculum illustrius & augustius, illud permittit vituperio, & detractioni, non meræ laudi. Cùm ergo tam credibile sit apud homines quidquid obmurmuratur; hinc Deus permisit hanc Hebræorum murmurationem, vt latiùs publicetur, & certiùs credatur eius prouidentiæ eminentia: Et quæ laudibus vix credebatur, dum de illâ improbè obmurmuratur, credibilior fit apud homines. Ergo hîc, vers. 24. & 25. murmur excitatur in Hebræo populo de annonæ penuria, vt sic obundantia cœlestis mannæ, & coturnicum, & aquæ è silicibus profluētis, & latiùs publicetur, & feliciùs credatur sub laruâ detractionis. Super quo argumento plura aliàs tradentur.

Maldon.

Iudith.

---

§. XXXIX.

In ærumnis oportet mentem diuertere à cogitationibus animum excruciantibus, & eam applicare ad sensus dolorem mitigantes.

145. SEntentiosè satis dixit S. Ambrosius in cap. 8. Lucæ: *Homo ipse sua est auctor ærumnæ.* Non tam res aduersæ homines cruciant, quàm sensus rerum: nam ipsæ res, externæ nobis sunt; at cogitatio rei medullitùs hæret. Vnde sapienter ait Seneca: *Non tam re, quàm opinione laboramus.* Totus noster labor ab opinione nostra est; ipsa nos exagitat, atque cruciat: quoniam non ipsa ærumna, sed opinio, & sensus ærumnæ, molestior ærumna est. Aliò diuertenda mens ne diutiùs hæreat calamitatis cogitatio, vel saltem ne animus verset eiusmodi fella. At nescio qua arcana vi rei aduersæ fellea cogitatio animum mellit, & perniciosa voluptate afficit. Mœrentis animi voluptas est ærumnam mēte voluere, & rationes plurimùm animum an[?]icantes, & exacerbantes diutiùs gustare, quæ dum excruciant, demulcent damnanda voluptate. Iobus viriliter omnia Diaboli tormenta excepit: Honoribus priuatus, opibus spoliatus, orbatus filiis, vulgo expositus; insectatus ab amicis; ab vxore instigatus, à Dæmone, & mente, & corpore exagitatus est. Quin & Deus cruenta, & medicata tela in Iobum cōtorsit. Sed oportet expendere quid ex his tulerit molestiùs tolerantissimus vir, plagas ipsas, an opinionem, & sensum plagarum? Super qua plagâ acerbiùs conquestus sit? ipsius quæstus audiamus attentè? cap. 6. v. 4. sic plangit: *Quoniam sagitta Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum.* Numerositas sagittarum, quas Deus in me vibrat ex indignationis suæ pharetra, me exanimat, & spiritum exhaurit meum. Quænam est hæc sagittarum indignatio? Aptè Vatablus ex Hebræa origine: *Sagittæ Domini in me sunt, quarum venenum ebibit spiritus meus.* Quasi dicat: Hæc sæuior plaga est, quòd positus in tanta calamitate spiritus meus ebibit venenum sagittarum, quas Deus in me torquet. Non enim tam grauiter, & acerbè me vexat tot ærumnarum numerosa plaga, quàm mea cogitatio, quæ auidè ebibit, & exugit venena ærumnarū. Quippe vix cogitare possum, quæ dolorem minuant, & animum leuent; ad venena plagarum sitit animus, acerbitates cogitat, & molestissimas rationes, & in eis molestissimè deliciatur. Hæc intolerabilior calamitas est, & quæ me grauiùs angit: mentis acie exacuo rationes molestiæ, venenum ærumnarum ebibit animus meus: *Tomo la pesadumbre por donde quema.* Ego mei plagiarius sum. Ego cogitatione mea aduersus me sæuio crudeliter, & quæ plagis ipsis acerbiùs fero: hoc gemo. Non sagitta, sed venenum, quod ego è sagitta sugo, intolerabilem facit dolorem, & spiritum ebibit meum, id est, me exanimat. Et quidem homo quantumvis hebes, & truncus, est ingeniosus in ærumna ad vincendam rationem, & sensum, quo se exagitet, & vexet; calamitatémque sic cogitabundus mente versat; & exaggerat, vt imprudens imas sui exedat medullas, & abrodat animum, ô prauum ingenium, & in seipso crudele! Tua cogitatio te enecat, tute ipse te perimis, non ærumna: *Qui quasi putredo* (aiebat Iobus) *consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.* Tinea e veste nascitur, & vestem rodit, & perdit. Simili tineâ consumendus sum; (dicebat Iobus.) quod præclarè aduertit S. Nazianzenus, inquiens: *Quandoquidem ossium cor sensu præditum,* scilicet mea cogitatione, & sensu versans rationem molestiæ, animum meum abrodet, & consumit multò acerbiùs quàm ærumna ipsa. Clemens Alexandrinus exponens Petri epistolam, illud primi capitis: *Reportantes finem fidei vestræ salutem animarum.* τὸ *salutem animarum,* sic audactor commentatur: *Hinc apparet, quod non est naturaliter anima incorruptibilis, sed gratia Dei per fidem, & iustitiam, & per intellectum efficitur incorruptibilis.* Sententia huius loci, si ad sensum, quæ verba afferunt, attendatur, merita censura notatur in margine. At hæc vltima verba nescio quid acuminis fulgurant, si hyperbolicè vsurpentur. *Apparet,* inquit, *quòd anima per intellectum efficitur incorruptibilis.* Ac si dicat, ab intellectu dependet mors, aut vita animæ: id est, si homo permittat intellectum in ærumna, nec cohibeat naturaliter excogitantem sensus, qui molestiam versant, & illam ingeniosè acuunt, & exaggerant; non modò homo consumetur confectus eiusmodi cogitationibus, sed & anima ipsa, (exaggerata est hyperbole,) alioqui incorruptibilis, ac si corruptibilis esset, tabescet. Vnde *Anima per intellectum efficitur incorruptibilis.* Id est, si anima deficere posset, maximè à viuacitate, qua intellectus attentè considerat in calamitate, non ea, quę calamitatem leuent, sed quæ animam degrauant, quæ excruciant animum, & exurunt imas hominis medullas. Vtinam hic sensus venisset in mentem Clementi Alexandrino. Ergo præstat mentem diuertere ab his tetris cogitationibus, & dono intellectus viuere

Seneca

Arbitrium leuandi ærūnas est mentē diuertere, nec cogitare quæ excruciant animum.

Iob.

Vatabl.

146. Iob. cap. 17. v. 28.

Ne à proprio intellectu suis tabescat homo.

Naziant. Orat. pro S. Basil.

Clem. Alex. tom. 2. Bibliotb.

re; vestigare, inquam rationes, quæ dolorem minuant, & in eis diutiùs immorari: sic homo vitabit ærumnæ molestiam, & ipse erit effugiũ sui ipsius ab his diris, & duris cogitationibus confugiens ad lætiores, & prudentiores, quæ animum mitigant, pacatum reddunt. A se confugiat ad se, & sit suimet asylum. Quod fortè nos admonet ipse Clemens Alexandrinus, aiens: *Homo te ipsum consecra in templum*, &c. Ab hominis arbitrio pendet esse sui ipsius templum siue asylum, vbi tutus sit, & securus ab eiusmodi molestis sensibus instigantibus ad ruinam animæ. Et sicut qui est in asylo securus est à Iudicum Satellitio; sic qui ad se confugit, diuertens acerbitatem cruentam sui ipsius: esto tuiipsius effugium, esto meliora cogitando asylum tui.

Clem. Alex. Adhort. ad Gent.

147. Imitetur homo prudentiam grani frumenti, de quo Ioannes cap. 12. v. 24. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit*, &c. Pulchrè dicitur homo à Basilio Seleuco *Spica rationalis*. Quia quantumvis ab Agricola rusticano proiiciatur in terram, & rusticè conculcetur, non queritur se conculcari, nec dicit se proiici, etsi verè conculcatur, & proiicitur. Sed meliora sapit, lætiora meditatur, & sibi, vt potest, persuadet se non proiici, sed cadere: casu quodam in terram cecidisse, non contemptu proiicientis. Quod notauit Theophylatus ad illud Lucæ 8. *Et dum seminat, aliud cecidit secus viam*, sic aiens: *Non dixit, quòd seminans proiecit aliud secus viam, sed quòd ipsum cecidit*. Hæc sapientior prudentia est, & humana, & diuina. Patientissimè tulit Iacob, innumeras, quæ illi acciderunt ærumnas. Vnde sicut fide commendatur Abrahamus, & spe Isaacus, ita & Iacobus lõganimi tolerantiâ, qua innumeros labores exantlauit. Causam tolerantissimæ patientiæ Iacobi, insinuat Moyses, Gen. 45. v. 26. *Et nunciauerunt ei dicentes: Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in tota terra Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans*, &c. Quamobrem dicitur audito felicissimo nuncio Iacobum, quasi è graui somno euigilasse? Inattentúsne erat, & quasi sopitus ad reliqua, qui vigilans dicitur ad prosperum nunciũ? Ita quidem, quâ erat alta prudentia præditus. Dum Iacobus profanum, & auarum socerum tolerabat, dum rusticanum fratrem, dum charissimæ Rachelis funera, dum Iosephi mentitam lanienam, dum terræ Chananitidis famem ferebat Adeò per summam prudentiam diuertebat mentem à fellibus tot ærũnarum, vt quasi sopitus esset ad acerbitates calamitatum. Neque vt Iob diuinarum sagittarum venena sugebat, sed quantùm poterat insensibilis erat, ad molestias. Nam vt scitè ait S. Chrysost. *Intellectus potest dissoluere passiones*. Nempe diuertendo mentem, & sic se reddit sopitum ad ærumnas, quas sic velut in somnis tolerat. At verò ad bonum nuncium, quasi euigilat, & sensum tunc excitat, & mentem acuit, & fruitur boni nuncij bono gaudio. Ergo ad calamitates inattentus erat Iacobus, & sopitus; attentus, & euigilans ad sanctam felicitatem. Hâc prudentia mirabili, & cælesti arte, non obruebatur molestiarum mole. Et ex prosperitatis voluptate faciebat medicinam tædio, & molestiis ærumnarum. Vnde Iacobus audito bono nuncio, *quasi de graui somno euigilat*, & inde de tolerentia, laudem meruit.

Basil. Sel. *Animum diuertere oportet in ærumnis.*

Lucæ. Theoph.

Senec.

Chrysost. ad c. 21. Luc.

148. Iob 20. v. 10. *Et manus illius reddent ei dolorem suum*. Hoc est, ipse propriis manibus in se sæuit & armat aduersùs se sensuum sæuitiam. Cùm præstet prudentiæ arte exarmare molestias, non illas versando quà cruciant, sed quà aut minus feriant, aut dolorem leuent. Et veneno antidotum conficiendum ex ingenio prudentiæ. Sanctus Basilius Seleuciæ, Encomiastes factus est mulieris illius Chananææ, quæ apud Matth 5. v. 27. dicitur confugisse ad Christum. Et tamen durè actum cum illa est. Et quidem fœmina erat; Debuit ergo humanè tractari: alienigena erat, vrbanè accipienda fuit: Deum alienigenam animosâ fide rogat? & tamen Christus non respondit ei verbum. Cæterùm mitiùs cum illa actum esset, si Christus Dominus adhuc perseueraret tacendo: nam pertinaci fide, & oratione deprecatus Christus duriter respondit: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere Canibus*. Porrò *nisi talis fuisset mulier*, (inquit Basilius) *forte inhumanitatis, aut impotentiæ Saluatorem condemnans, abiisset* Sed adhuc peruestigandum est, in quo enituit huius piæ fœminæ excellsa virtus, & ingenium prudentiæ verè piæ, & præmaturè iam Christianæ. Scilicet audierat à Saluatore: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere Canibus*. Ad quæ verba ingeniosè (pergit Basilius) *reposuit: etiam Domine. Contumeliam teneo, curationis pignus. Etiam catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum: spondet mihi salutem Canis appellatio*. Profectò piè ingeniosa fuit hæc mulier, & digna, quæ proponatur Ecclesiæ, vt typus, & fidei, & prudentiæ. Sed in quo elucet acumen prudentiæ? Audierat se Canem à Christo vocari: hac contumelia grauissima non est accensa, aut exacerbata, sed ingeniosè contumeliam quasi *pignus curationis accepit*. Nam catelli etiam, inquit, edunt de micis Dominorum suorum. Canis dicor, Ergo æquum est vt accipiam à te Domino, & Deo meo, micam sanitatis Nã micæ canibus ad sustentationem debentur. Salutem mihi, spódes Canis appellatione. O ingeniosa prudentia, quæ non attendit ad rationem contumeliæ, neque ad molestos verborum sensus; nec exugit & ebibit venenum contumeliæ. Imò salutares succos haurit ex felle verborum Ingeniosè exarmat contumeliam, & armat fidem, quia salutem impetrat. Et quasi non intellexisset vim probri quà contumelia est aduertit ad probrum, quà pignus sanitatis est. Prudenter ait Seneca: *Non expedit omnia videre, omnia audire; multæ nos iniuriæ transeant, ex quibus plerasque non accipit qui nescit, Non vis esse iracundus? nec sis curiosus. Qui inquirat quid in se dictum sit, qui malignos sermones etiamsi secretò habiti sint, eruerit se ipse inquietat. Quadam interpretatio eò perducit, vt videantur iniuriæ; itaque alia differenda sunt, alia dirimenda, alia donanda, c*æ*teraque in lusum, iocúmque vertantur*. Quid prudẽtius? Quin & obliuione, & temporis lapsu medicinam angoribus facies. Eleganter Ennodius: *Semper remedium doloris obliuio est: quia quod ratione non possumus, temporum prolixitate sepelimus. Benè est quia diuturnitate senescit afflictio, & magni doloris consolatio per silentium procuratur. Nam in huiusmodi negotiis plus agitur, nihil agendo*. O nimis verè!

Iob.

Matth. Ba. l Sel. *Chananææ mira, prudentia.*

Senec. lib. 3. de Ira, c. 11.

Ennod l. 9. epist. 28.

§. XL.

Non re, sed opinione laboramus, & à nobis instigamur ad angores, & culpas.

Adhuc persisto in superioris thematis probatione, quod valdè facit ad mores instruẽdos. Quid enim vtilius, quàm animum à passione instigatum cohibere, ne à cogitatione eorum, quæ illũ excruciant, effrænis feratur; sed mali imaginatione omissâ 149.

Digitized by Google

Ærumnæ indignatio timenda est pra ipsa ærumna.

omissâ, attendat ad ea, quæ ipsum lenire possunt & compescere passionem. & tranquillare animum? Aliter enim homo voluntarius sui carnifex erit, & stultè tabescens ad ruinam sui impellet se. Quippe nihil tam molestum homini est, quàm à propria imaginatione angi, & excruciari. Tyrannicè desæuit malus Dæmon aduersùs immeritum Iobum; charissimorum filiorum orbitatem, & superstitem vxorem minimè bonam patiebatur Iobus honore & diuitiis spoliatus, & amicis obsessus ad ruinam ærumnosissimè ægrotabat nullo non morbi genere excarnificatus; vt vivum cadauer Iobum dixeris in calamitate. At ille si non mutus, saltem flecti nescius, patientissimè stabat aduersus hostiles diaboli impetus. Verùm postquam innumeros dolores, quibus agitabatur, recensuisset; de hoc vno vnicè conqueritur. Deum querulè sic alloquens cap. 7 v. 13. *Si dixero, consolabitur me lectus meus, terrebis me per somnia.* hoc est, vt Glossa interlinearis commentatur: *Per imaginationes.* Nempe excruciatur Iobus tot veris cruciatibus, qui impatientiam extorquerent à patientissimo quoque; & tamen vsque eò ab imaginatione sua fatigatur, vt maximè de imaginatione conqueratur suâ ipse se acerbiùs excruciabat, quàm tot calamitates, quas patitur. Nam postquam imaginationis suæ sæuitiam recenuit, addit; *Suspendium elegit anima mea.* Id est, crudelem, & infamem mortem præoptarem, quàm imaginationis meæ calamitatem. Hinc ergo metiendum est, quàm graue malum ab imaginatione sua patiatur homo; cùm Iobus tot tantisque acerbissimis ærumnis exagitatus, tam ægrè tolerit hoc suæ imaginationis malum, minúsque doloris, & molestiæ expertus sit à verâ calamitate, quàm à calamitatis assidua cogitatione. A qua non tantùm timet malum pœnæ, sed etiam malum culpæ, ad quam tam profunda, & sæua meditatio rei aduersæ hominem præcipitat.

Iob. Glossa.

150. *Ioan.* Ioannis 11. v. 33. Vbi peruenit Christus ad castellum Marthæ, & Mariæ, cernens lacrymantes, quas diligebat, fœminas, & attēdens ad amici Lazari calamitatem: *Infremuit spiritu, & turbabit semetipsum.* Quid est spiritu fremere? Qua occasione (etsi inopinata foret, & aduersa,) potuit Christus Deus turbari? Quid perturbabit Deum? Audiendus est Beda disertissimè præfatam sententiā commentans. Christus *turbauit semetipsum*: *Quis enim eum posset, nisi se ipse turbare?* Itaque Christus Dominus se turbauit, non turbauit Christum rei visæ acerbitas. Plus molestiæ nunc patitur animus Christi à se, quàm à rebus ipsis aduersis? Acerbiorem molestiam à se patitur, quàm à calamitate? & à quo calamitas non extorquet turbationem, in se ipse turbationis molestiam permittit, vt alias humanas passiones; vt plus patiatur pro hominibus: *Quis enim alius posset, nisi se ipse turbare?* Scilicet Christus, quia Deus est, nullâ perturbatione non bonâ potest exagitari; at si potest: non tam eum turbaret aduersa res, quàm rei aduersæ imaginatio. Ergo caue tibi à te, caue ô homo, à tua imaginatione, quæ tam validè instigat, & perturbat rationem! Omitte causas, quæ sensum rei aduersæ acuunt: & esto diligens, & attentus ad rationes, quæ sensum minuunt, & dolorem leuiunt: quæ vtilior philosophia est: ne imaginatione rei aduersæ passionem & doloris sensum augens, fis carnifex, & tui lanius.

Beda.

Quàm validus, & acerbus hostis sit imaginatio.

151. *1. Cor.* 1. Corinth. 11. v. 18. *Conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse.* Valdè excruciat commentatorum ingenia, verbum illud *Oportet*, cùm dicitur: *Oportet hæreses esse.* Nam minimè oportet hæreses esse; imò maximè oportet, nō esse hæreses in Ecclesia. Quod enim maius ac perniciosius malū potest Ecclesiæ cōtingere, quàm hæresis? Heu! scit hoc Germania, scit Anglia, scit Flādrica prouincia hâc peste profligata. Vt hanc difficultatem expediret S. Anselmus, *Hæresis* nomine sectam intelligit, cui nō assentior vt assentiar aliis. Legatur Cornelius hîc. Ita verò satis ad rem præsentem fatur S. Ambrosius Apostolus: *sciendo nonnullos mente corruptos, dicit: Oportet hæreses esse. Non vtique voluit, nec optauit; sed quia sint, futurum dixit.* Quasi dicatur ex mente Ambrosij: Deo reuelante, certissimè sciebat Paulus futuras esse hæreses in Ecclesia: Vnde id non impeditur humana industria, quantumvis attenta, & sedula. Ergo cùm id certò sciat, etsi pro scandalis, quo impedire poterat, vti solet, & pro infirmitatibus, quę curari poterant, infirmari, *&c.* at pro hæresibus, necessitate consequenti tam necessariis, non sic angebatur; nō attendens ad ea mala, quæ inde prouenient Ecclesiæ Dei; imò expendens vtilitates, quæ inde percipientur, (quas mox recenset,) persuasum est Paulo id expedire. Vnde absolutè ait: *Oportet hæreses esse* ô præclaram documentum! Scilicet Paulus æmulator egregius Christianæ religionis, quem angunt minora Christianorum delicta: quę humana sollicitudine impediri possunt; quasi iam fere gauderet videns maximum hæreseos crimen, ait *Oportere*, vt sint hæreses in Ecclesia. Non quia absolutè id oporteat, sed quoniam quod vitari non potest, prudentissimè affirmat consequenter *oportere*. Siquidem tot tàmque validas rationes excogitarat ad leniendum sensum tantæ calamitatis, vt etiam in hæresi maximo Ecclesiæ malo? plures vtilitates excogitauerit, & inuenerit. (Nam tunc maximè floruit, & Christiana disciplina, Christianorum fides.) Tu fac similiter in quavis ærumna, quæ tibi accidat; neque enim tam erit tibi molesta, vt erat Paulo hæresis Corinthiorum: diuerte mentem ab iis fŭriis, quæ animum angunt, & inuestiga rationes, quæ animum sedent & vtilitatem inueniant in re illa aduersâ, quàm pateris. Esto piè disertus, & disertè Christianus. Hanc eruditionem luculenter tradit Iuditha hîc, vers. 17. adhortans Bethulienses, vt ipsi se tranquillent, cogitando illam calamitatem ad tempus immissam amica Dei manu, non hostili animo; ad emendationem, non ad perditionem.

Pauli singularis prudentia in conformatione cum voluntate Dei.

Anselm.

Cornel.

Ambros. in huius loci comment.

Iudith.

---

§ XLI.

Commentarius littera.

Vers. 28. Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri: Omnia, quæ locuta es, verà sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.

Vers. 29. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier sancta es, & timens Deum.

Vers. 30. Et dixit illis Iudith: Sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis:

Vers. 31. Ita quod facere disposui, probate si ex Deo est, & orate vt firmum faciat Deus consilium meum.

Vers. 32. Stabitis vos ad portam nocte ista,

&

Digitized by Google

& ego exeam cum abra mea: & orate, vt sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israël.

Vers. 33. Vos autem nolo vt scrutemini actum meum, & vsque dum renunciem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.

Vers. 34. Et dixit ad eam Ozias princeps Iuda: Vade in pace, & Dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

VERS. 28. & 29. 152. *ET dixerunt illi, &c.* Tam altâ prudentiâ reprehendit Bethuliæ proceres prudentissima Iuditha, vt neque ipsi, qui acri reprehensione notati erant vel vnum verbulum, quod notarent, repererunt, quod valde exaggerat consultissimam Iudithæ prudentiam. Rarò enim quisque dum reprehendit, non incurrit digna reprehensione ô reprehensiones reprehẽsione dignissimas! Legatur sanctus Gregorius 3. part. Pastoralis. (Gregor.) In Græco addunt seniores excusationem facti sui, dicentes ad Iuditham: *Sed populus sitiit vehementer, & coegerunt facere nos secundum ea, quæ locuti sumus eis; & inducere iuramentum super nos, quod non transgrediemur. Et nunc ora pro nobis, quoniam mulier pia es, & mittet Dominus pluuiam ad impletionem cisternarum nostrarum & non deficiemus vltrà.*

VERS. 30. & 31. Ait Iuditha: *Sicut quod loqui potui, Dei esse cognoscitis, ita quod facere dispo sui, probate si ex Deo est.* Locus impeditus, quo enim modo possunt probare, vel approbare, quod ignorant? ait enim ipsa: *Nolo, vt scrutemini actũ meum.* Num postulat à Principibus prudens fœmina, vt approbẽt, quod nesciunt an mereatur approbationem? Hunc locum expedio duplici expositione: Prima: Quæ ego vobis locuta sum, adeo verè & iuste dicta iudicatis, vt absque vlla reprehensione effluxerint; quæ laus in verbis rara est. Ergo si verba probatis, probate, id est, approbate facta. Hanc expositionem affert Tirinus; & indicat Salianus, num. 69. (Tirin. Salianus.) Et quidem facilius est labi in verbis, quàm in factis: in verbis lapsa non sum, igitur nec in factis labendi metus erit. Secunda expositio: Sicut quod loqui potui, Dei esse cognoscitis, & approbatione nunc commendatis: ita probate, id est, probabitis, seu approbabitis, quæ facere dispono, Scilicet ponitur imperatiuum pro futuro, quod in Bibliis fieri solitat. Legatur Sanctius hîc super hac re. (Sanctius. Sà.) Pater Sà *Probate*, exponit *expendite.* At si Iudith auet, vt eius actus expendatur, quomodo inquit: *Nolo, vt scrutemini actum meum?*

VERS. 32. & 33. 153. *Stabitis vos, &c.* Rogat Iuditha Optimates, vt illa ipsa nocte stent ad portas vrbis, ne ipsa dum foras exit, præpediatur à custodibus; nam in tanta rerum perturbatione, Magistratuum iniussu nemini licebat ab vrbe exire, noctu præsertim, vt obseruat Salianus. Ego exeam cum Abra mea. *Exeam* pro *exibo.* (Salian. Marcell. Serar. Sanctius.) Plura istiusmodi adducunt ex Marcello Serarius quæst. 22. & Sanctius quæ non iuuat transcribere. Abra Græcè ἅβρα commune vocabulum est, & ancillam significat: at hîc accipitur pro speciali quadam, qua in rebus grauioribus vti solitam fuisse Iuditham, nouimus ex hoc cap. vers. 9. nam textus Grecus refert misisse Abram suam, quæ accerseceret vrbis principes. Hãc Abram esse nutricem Iudithæ fabulatur Tortolettus lib. 1. & v. 33. (Tortol.)

De hac Abra agemus ex professo ad cap. 10. v. 2. Addit, *Vos autem nolo, vt scrutemini actum meum.* Cur recusat Iuditha, vt eius actum scrutẽtur proceres? Quia agnouerat pia fœmina scutũ esse præstantissimum, rei agendæ silentium; Sic commentatur hunc locum Guadalupensis ad cap. 1. Lucæ. Adde quod actionis scrutatio actionem fascinat. Nam qui rem discutit, eam prodit.

Et dixit, &c. Dicitur Ozias Princeps Iuda, id est, vnus è principibus. sicut Nicodemus appellatur, Ioan. 3. v. 1. Princeps Iudæorum. (VERS. 34. Ioan.) At si Ozias erat è tribu Simeoniana, quo pacto dicitur Princeps Iuda? Benè Salianus: (Salian.) quia ibi Iuda non pro tribu, sed pro regno ponitur: præsertim cùm permixtæ essent tribus reduces è captiuitate Babylonica. Sed quomodo ipse inquit ad Iuditham: *Vade in pace,* Siquidem ipsa domi suæ erat? Vade, inquam, in pace, id est, exi vrbe, vt molitis, vade fortunatè quò Deus te agit, vt vrbem hanc, & gentem Hebræam incolumem serues à diris, quæ sæuissimi hostes minitantur.

---

§. XLII.

Qui obmurmurando aliquem culpat, plus ipse à suâ maledicentiâ culpatur, deuenustatur, reprehenditur.

QVi dat honores, non qui honores recipit honoratior est. 154. Quis donare potest, qui id, quod donat, ipse non habeat? Largitio argumentum possessionis est: honorem habet qui honorem dat. Qui honorem aufert honoris indigus est, & fan à sibi quærit de alterius infamia. O infame commercium! Ergo in veri Principis arbitrio & ore secura est hominum fama: nam loquentis nobilitas securitas honorum est, & bonæ opinionis confugium. Itaque nobilis lingua asylum famæ est, in quo nulla iniquitas noxia est: nulla pequitia rea est; imò gaudet priuilegio immunitatis: (Linguâ viri nobilis fit, asylum culparum.) sicut nocentissimus quisque in asylo tutus est, & innoxius, etsi alibi (vbiuis sit) criminosissimus sit, & sceleri, & sceleris pœnæ obnoxius. Sic reus delictorum omnium, etsi nullibi tutus sit, in ore viri nobilis in tuto est; quia in asylo est. Psal. 44. (Psalm.) quem de Principe Salomone plerique interpretantur, sic dicitur vers. 3. *Diffusa est gratia in labiis tuis*: Pergit v. 9. *Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis.* Quid est *à domibus eburneis?* Quæ sunt hæ domus eburneæ! Chaldæus *palatia* intelligit, Cyrillus *turres*, S. Hieronymus autem ait: (Chald. Cyrillus. Hieron.) *Melius in Hebræo scribitur, de templo dentium.* Audis templum dentium? Quid est templum dentium, nisi os Principis Salomonis, quod templum iure appellatur? Nam os viri Principis debet esse templum, quod iure asyli potitur. (Morosus ero si hîc scribo, quę vbertim suppetũt, nemini non nota de immunitate Asyli. Legi potest Ioannes Caluinus in Logico Iuridico, (Caluin.) qui breui dat affatim multa, verbo *Asylum.*) Et quidem flagitiosissimus reus, qui immanium scelerum conscius confugit in templum, iure gaudet immunitate asyli, etsi in cõfesso illi sit flagitium, etsi publica infamia sit notatus, etsi cõuictus in foro, & tribunalibus, nihilominus dum in templo est, in asylo est, & immunis à delicti pœnis, quod illustre priuilegium Templi, seu Asyli est, quo immunitatis iure vtitur reus, qui confugit ad templum. Sic os viri, aut fœminæ Principis, *templum dentium* dicitur, & reorum asylum, in quo tutus est noxius quivis, etsi sceleratissimus

Digitized by Google

simus & omnium criminum reus:nam flagitiosus quisque in ore nobilis viri in asylo est. Non modò nihil pati debet à lingua ingenui hominis,sed officio eiusdem linguæ tutus esse debet, ne quis reum,qui ad eius ora confugit, vexet,exagitet, laceret. Reus, qui id exigit ab homine nobili, ius suum exigit,quia asyli immunitas,ius Rei est,& rigore iustitiæ misericordiam exigit. Caueat ergo homo nobilis ne quis quid ab eius ore patiatur; deuenustat enim suæ nobilitatis iura, qui verbo aliquo aliquem dehonestat:publica delicta publicare non licet: quia etsi testatissima sint, tuta debent esse *in templo dentium*, in asylo linguæ: nam verba,quæ alium culpant,vix à culpa innoxia sunt: saltem viro ingenuo digna non sunt.

155. Sapient. De Verbo æterno æterna Dei generatione dicto, sit dicitur Sapientiæ 7.vers. 26.*Candor est lucis æternæ,& speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.* Vulgo exsibilatur Beza, qui hæc verba de Christo vt homines exponit,cùm de Verbo Dei passim exponatur à Patribus. Ita Phæbadius lib.contra Arrianos, S.Augustinus lib. de Incarnat.Verbi; cap.14. Plures alios adaggerat Ceruantes ibi, Theoria 99. & vulgò Commentatores ad cap.1 Epist.ad Hebræos. At si Verbum diuinum speculum est Patris æterni, quamobrem non dicitur hic imago omnium attributorum, sed tantùm *bonitatis*? Porrò speculum quidquid coràm adest,repræsentat & fideliter reddit, adulterinúmque,& infidele esset speculum,quod non redderet visui quidquid è regione adstat: infidum enim esset speculum, quod obiectam faciem non redderet totam,sed frontem, aut oculos. Quomodo ergo Dei Verbum, quod speculum pellucidum est, *tantùm dicitur imago bonitatis Dei*? Non sola Dei Bonitas elucet in hoc Verbi speculo? Cur in illo non appareat etiam Omnipotentia,& Sciētia, & Iustitia,& Ira Dei? Quare bonitatem exprimit, & publicat nec dicitur hic exprimere:& publicare cætera Dei attributa?Non nemo anteuertit dubium; dubij solutionem nemo. Adde ad difficultatem ipsum commentum Anselmi Laudunensis, qui explicat *τὸ imago bonitatis, id est,plena repræsentatio.* Plene repræsentat, quod tantùm bonitatem,quæ vnum attributum est, repræsentat? Anselmo consentit Lyranus,& Holcot.Mallem vt ingeniarentur solutionem,quàm quòd exaggerarent dubium. Verùm enim verò cùm fide sanctum sit diuinum Verbum esse speculum, necesse est, vt omnia repræsentet. At ad commendandum apud homines,diuinum Verbum (quod quia specialiter verbum est, inde eius proprium esse, vt Verbum est,est dicere, & hic *imago*, Græcè εἰκὼν dicitur, id est,dictio,vt notat Ceruant.Theoria 99.ideò (etsi repræsentet)non dicitur hic repræsentare diuinam scientiam,nec omnipotentiam; nec iustitiam,*&c.* Nam diuina Scientia,non tantùm bona,sed etiam mala cognoscit, Omnipotentia compescit improbas hominum audacias,Iustitia punit scelera.Vnde cùm repræsentare Verbi diuini,sit dicere,non dicitur hic repræsentare, seu dicere; etsi repræsentet, nisi vnam bonitatem diuinam,non scientiam Dei, quæ saltem habet pro obiecto partiali aliquid prauum; non iustitiam,quæ versatur irascendo in delicta, & sic de aliis attributis, quæ ordinem ad humanam malitiam etsi obiectiuam important,ne Dei Verbum deuenustetur apud homines, apud quos malè audiunt verba, quæ aliorum malitiam dicunt. Vnde cùm Sapientia commendare dicitur apud homines diuinum Verbum, etsi illud appellat speculum,addit esse *imaginem bonitatis*, neque hic sit mentio scientiæ,neque iustitiæ, aut aliùs attributi,quod prauitatem,vel obiectiuam importat ne dicatur diuinum Verbum illam dicere, etsi re ipsa illa dicat, & repræsentet.

Beza in epistol ad Hebræos,c.1.

Phæbad. August. Ceruant. Hebr.

Verbum cur dicitur imago bonitatis, non fit mentio aliorum attributorum.

Anselm. Laudun.

Lyran. Holcot.

Ceruant.

Paulus quo vrebatur virtutis Zelō, Petrum aliquando reprehendit, ad Galat.2.v.11.*Cùm venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restitit,quia reprehensibilis erat*: & vers 14. reprehensionis causam scripsit,sic Petrum alloquens: *Si tu, cùm Iudæus sis,Gentiliter viuis non Iudaicè, quomodo gentes cogis iudaizare*:Hinc oborta est litigiosa quæstio inter Sapientiæ Proceres Hieronymum & Augustinum,an Petrus verè deliquerit?an Paulus falsò reprehenderit?Et quidem si Paulus verè culpauit Petrum; ergo Petrus culpæ reus fuit: & verè auertebat homines à Christianismo, & suadebat Iudaïsmum; quo quid absurdius? Quod si Petrus non deliquit: ergo falsò reprehensus est à Paulo: ergo Paulus falsò dixit, Petrum reprehensibilem esse:Hinc Scylla hinc Charybdis, vbivis naufragij periculum. Cæterùm S.Augustinus pro Paulo stat affirmans verè culpasse Petrum; quia verè reprehensibilis erat. S. Hieronymus Petrum defendit,absurdum existimans Petrum Ecclesiæ Primatem,Spiritus sancti organum, & Verbi diuini linguam,adeò defecisse,vt cogeret homines iudaïzare. Omitto quæstionem non cursim, seq plena charta alibi dirimendam. Et adduco verba S. Augustini 2 tom.epist.19.ad S. Hieronym.scribentis, & sic illum arguentis: *At enim satius est credere, Apostolum Paulum aliquid non verè scripsisse, quàm Apostolum Petrum,non rectè aliquid gessisse.* Non quod S Hieronymus id concedat, (Absit,vt fidei columen id absolutè asserat:)sed sic accipiendus Hieronymus est,vt ex quadam hypothesi thesim nostram confirmet. Nempe fieri non potest; vt Paulus in Epistola ad Galatas verum non dixerit. Est enim Canonica epistola, & æqualis veritatis, ac ipsum Euangelium. At si fieri posset, vt Paulinæ epistolæ, & ipsum Euangelium verum non foret; id maximè accideret,cùm aliquem hominem culpat & quasi reprehensibilem taxat; siquidem vsque adeò non bonæ fidei, & auctoritatis apud homines habetur, qui alicuius publicat defectus, vt si ipsa Scriptura posset esse suspecta falsitatis apud homines; tunc maximè foret, cùm alicuius defectus loquitur, cùm delicta publicat, cùm aliquem reprehensibilem ostendit. Quid exaggeratius pro hac re? Vnde Iuditha etsi Prophetissa habebatur ab his Præfectis etsi Dei ore locuta existimatur,tamen quando culpat Oziam, & Bethuliensem Senatum, opportunè ei dicunt in hoc vers.28.*Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehēsio.*Nam si verba Iudithæ,quæ sæpe Scriptura sancta sunt,possent esse suspecta falsitatis, (quod dicere absit ab homine Catholico,)id maximè fieret, quando alienos defectus publicat, & reprehensione culpat aliquem:

156. Ad Galat.

An Paulus verè Petrum reprehēderit.

August.

Iudith.

§. XLIII.

Deus imperat verè simili humano Superiori.

Natura humana dese libera est grauissiméque fert subiici obedientiæ iugo,quod miris artibus conatur excutere. Non semel intentat sibi,& aliis callidè persuadere Superioris præceptum occasioni dissonare,aut difforme esse rationi; imò & aliquando audet censere, opponi Dei legibus,& diuinis præceptionibus, vt sic recuset obedientiæ subiectio 157.

ſubiectionem. Verùm ne his præſtigiis decipiatur ſubditus, admonendus seriò eſt, Deum non præcipere contra præceptiones latas à Superiore humano: quem etſi ſui Vicarium ſic colit Deus, vt quod Deus præcipit, non modò non diſſonet, ſed valde conforme ſit creati Præpoſiti iuſſionibus. Numeror. 11. v. 7. Petierat Moyſes à Deo, vt ſeligeret è ſenibus populi nonnullos, qui illum adiuuarent in populi gubernatione, & ipſi forent in imperio coadiutores. Annuit Deus Moyſis petitioni; iubétque vt ad oſtium tabernaculi congreget Septuaginta viros ex Senioribus Iſraël: *Vt deſcendam* (inquit Deus) *& auferam de ſpiritu tuo, tradámque eis, vt ſuſtentent tecum onus populi*, &c. Multum negotij faceſſit interpretibus explicatio huius ſententiæ, quã extricare valde laborioſum viſum fuit S. Auguſtino. Inſolens enim videtur, quòd Deus auferat de ſpiritu Moyſis, vt de illo tribuat Septuaginta Senibus, quos ſimul cum Moyſe Præfectos populi conſtituit. Quid peccauit Moyſes petens Præfecturæ coadiutores, vt mulctetur Spiritus imminutione? Num Deo non ſuppetit gubernandi ſpiritus, qui cenſet auferendum fore ex Moyſi ſpiritu, vt impertiat reliquis? Vel tam auarus eſt Deus Spiritûs gubernandi, vt alioqui munificentiſſimus, nolit eum largiri, niſi ex Moyſe detrahat, quod largiendum eſt? S. Auguſtinus tres huius loci expoſitiones refert, quarum poſtremam ipſe approbat. Prima eſt. *Auferam de ſpiritu tuo. Putari poteſt de Spiritu ipſius hominis dictum, quo humana natura completur corpore adiuncto qua conſtat ex corpore, & Spiritu, quem etiam animam dicunt.* Et poſt pauca ſecundam expoſitionem ſubiungit: *Quamuis poſſet etiam, ſicut alij interpretati ſunt, intelligi Spiritus Dei in eo quod dicitur: de Spiritu tuo, qui eſt in te: vt dictum ſit, tuo, quia ſit etiam noſter, qui Dei eſt, cùm accipiamus eum.* Tertiam ſubdit his verbis: *Facilior eſt abſolutio quæſtionis, qua intelligimus nihil aliud Deũ ſignificare voluiſſe, niſi ex eodem ſpiritu gratiæ, illos quoque habituros adiutorium.* Itaque ne quis de populo recuſet obtẽperare iuſſis Moyſis prætextu parendi Septuaginta ſubpræfectis à Deo conſtitutis; ſecundùm vltimam, quæ eſt Auguſtini expoſitionem: aufert Deus de Spiritu Moyſis, id eſt, de ſpiritu gratiæ Moyſis, vt quaſi iiſdem inſpirationibus Senes agantur; neque diſſonent gratiæ internæ, quibus inſtruitur à Deo Moyſes, ſed quaſi eædem ſint. Vel iuxta ſecundam interpretationem: Auferam de ſpiritu tuo, id eſt, de Spiritu ſancto qui eſt in te, & communicabo illũ ſenibus præficiendis, ne vel Spiritus ſanctus diuerſa inſpiret, ſed eadẽ ſapere faciat omnes quotquot gubernant. Verùm prima expoſitio maiorem habet energiam ad rem præſentem: *Auferam*, inquit, *de ſpiritu tuo, id de anima tua, tradamque eis*. Ac ſi anima Moyſis, qui Superior princeps eſt reliquorum, quaſi transferenda ſit (ne dicam partienda quia indiuidua eſt) in alios ſubpræpoſitus, vt eadem ac Moyſes cogitent, eadem velint, eadem ſentiant, loquantur & eadem: ne quis ſenſus, ne qua vox diuerſa ſonet à voce principis Superioris. Ad quam rem comprobandam, elegantem adducam expoſitionem S. Gregorij.

Superiores eodem ſpiritu imbuerent. Numer.

August. tom. 4 in qq. ſuper Num q. 18

158.

159. Heli ſummus Sacerdos Hebræi populi cœpit offenſus eſſe Deo dum Samuel adoleſcebat ætate, & virtute, 1. Reg. cap 3. v. 1. *Factum eſt in die quadam, Heli iacebat in loco ſuo, Samuel dormiebat in templo Domini: Et vocauit Dominus Samuel qui reſpondens ait, Ecce ego: & cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego: vocaſti enim me. Qui dixit: non vocaui.* Quod iterum atque iterum eodem modo accidit. Opportunè quærunt interpretes, cur Samuel vocante Domino cucurrit ad Heli ſummum Sacerdotem, quaſi ille vocauerit Samuelem. Num vox Dei ſimilis erat voci Heli Sacerdotis? Erat planè; alioqui Samuel diſertus admodum puer, non exiſtimaſſet, ſe ab Heli vocatum ſi non ſimili voce vocaretur. Sapientiſſimè inquit S. Gregorius inibi; *Numquid Deus, qui ad ſecreta ſua cognoſcenda vocauit quem voluit, voce tantùm Heli ſimili & non potuit vocare, qua voluit?* Potuit quidem: ſed moris non eſt, vt Deus loquatur niſi voce ſimili Superioris voci. Neque enim tantummodò, Deus non mandat diuerſa ab humano Superiore, etiam repulſo, vt Heli; ſed quando aliquid iubet, etſi abſolutiſſimus Dominus ſit omnium, tamen non modò res præcepta non diſcrepat à præceptis Superioris humani; ſed voce etiam ſimili mandat. Ita vt inde exiſtimet attentiſſimus quiſque, Dei præcipientis externam vocem, ſimilem, vel eandem eſſe ac Superioris vocem. Nihil enim neque humanum, neque Diuinum permittit Deus, vt diuerſum ſit à Superiore creato à ſe conſtituto. Vnde neque inſpirationes dãdas Septuaginta Subpræfectis, neque animam ipſã ferè patitur eſſe diuerſas, aut inuicem diſſentire. Conſultiſſimè ergo Iuditha hîc, verſ. 31. ſollicitè procurat, vt Bethuliæ principes approbent, quòd Deus inſpirauerat faciendum.

1 Regum. Deus mãdat voce ſimili humano Superiori.

Gregor.

Iudith.

§. XLIV.

Non reputatur vulgò beneficium, quod præſtatur inuitis, grande donum eſt, quod à volente volenti datur.

160. VVlgò non reputatur beneficium, quod accipere cogeris; nec beneficium debere, cui nolis; nec quod nolis beneficium, accipere. Illud maius beneficium habetur, quod datur ſecundum petentis voluntatem: humana munificentia expectat arbitrium eius, qui beneficium quærit, vt ſic amplificet eius æſtimationem: nam contumelioſum eſt humanum beneficium quod præſtatur inuitis. Diſertiſſimè ait Seneca: *Si neceſſitas tollit arbitrium*, (nempe accipiendi beneficium) *ſcies te non accipere, ſed parere. Nemo in id accipiendo obligatur, quod illi repudiare non licuit. Si vis ſcire an velim, effice vt poſſim nolle. Vitam tamen tibi dedit: Non refert quid ſit quod datur, niſi à volente volenti detur. Si ſeruaſti me, non ideo ſeruator es. Venenum aliquando pro remedio fuit, non ideo numeretur inter ſalubria. Quædam proſunt, nec obligant.* Scilicet ſapor beneficij dulceſcit à deſiderio & voluntate petentis: (Non aio rationem beneficij & gratiæ: nemo enim eſt tam nouitiè Theologus, qui neſciat primam & meram gratiam excludere merita, & pia deſideria accipientis:) maximi enim quis æſtimat, quod deſiderat humanum beneficium, quàm quod negligit, & contemnit. Das ſitienti aurum? repudiat grande donum, areſcit enim præ ſitis æſtu. Das frigidam, quæ ſitim rigat? grandiùs illum muneraſti exiguo donatiuo: nam vtilitas, & arbitrium petentis, exaggeratio beneficij eſt. Admirantur communiter interpretes, quod Chriſtus Deus dixerit paralytico illi, an vellet ſalutẽ, Ioã. 5. v. 6. Octo & triginta annos iacuit paralyticus in grabato, preſſus moleſtæ infirmitatis, & diræ paupertatis calamitate: Seſe illi vltrò obiicit Saluator, & dicit illi: *Vis ſanus fieri?* Quid opus fuit id interrogare? cur arbitrium ægroti quærit ad largitionem ſalutis? quis vnquam ſanitatem repudiauit? ô interrogationem

Sen. l. 2. de Benef. c. 18. Beneficium non eſt, quod præſtatur inuitis?

Ioan.

Digitized by Google

terrogationem aut nimis superuacuam, aut arcanam nimis! Profectò voluit Christus amplificare doni magnitudinem, si donaretur secundùm petentis arbitrium: nam voluntas accipientis, ingenium est incrementandi donum: quia nolēs, aut non volēs contemnit vltrò oblatum beneficium. Præclarè Cassiodor. *Non est beneficium, quod præstatur inuitis: nec cuiquam videtur vtile, quod aduersâ voluntate conceditur.* Nempe quod præter voluntatem accipientis conceditur, inutile beneficium reputatur; accipientis voluntas, æstimatio beneficij est, quod magis cēseri solet ex accipiētis voluntate, quàm ex rei donatæ pretio. Vulgò dicitur: *El deseo del que le recibe, los preçios al don.*

Cassiod. lib. 1. Variar. epist. 38.

161. Hebræa gens maximi fecit semper singulare illud beneficiū, quo è cælo Manna accepit in escam longissimæ peregrinationis. Angelorū esca, & cælestis panis dicitur, & sexcentis aliis encomiis celebratur sæpè in Script. Exod. 16. v. 14. Nū. 11. v. 7. Psalm. 75. v. 25. Sap. 16. v. 20. Ioann. 6. v. 3. Quæ, rogo, extitit causa cur inter alia illustriora beneficia, quibus Deus munerauit Hebræos, principem locum obtineat Mannæ largitio? Nū Manna est maximum donorum, quæ contulit Deus populo? quare sic altè hæsit memoriæ? cur in censu beneficiorum in paucis æstimatur Manna? Rem tetigit Sapiens ex doctrina Salomonis, Sapientiæ 16. v. 20. sic fatus: *Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem; & omnis saporis suauitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat.* (Aduerte diligenter ad verba, quæ subdit) *& deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur.* Quasi dicat: Ideò Manna dicitur Angelorum cibus, cælicus panis, deliciarum penus, voluptatis promptuarium, Eucharistiæ prælibatio, beneficiorum summa; quia tametsi Manna erat quasi coriandri semen coloris bdellij, instar pruinæ, scilicet res non magnæ æstimationis, aut pretij; tamen *deseruiebat vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur.* Hæc potissima fuit causa, ob quam tanti æstimatum fuit beneficium Mannæ. Quid enim gratius cuique, quàm quod quisque desiderat? Voluntas desiderantis munificentia est concedentis. Opportunè Ennod. *Sicut habenda sunt quæ exiguntur in pretio, ita ingesta vilescunt.*

Exod. Numeri. Psalm. Sap. Ioan. Ideo tanti æstimatum fuit Manna quia erat secundum cuiusque volūtatem, & voluptatem.

Ennod. l. 9. epist. 30.

162. Matthæi 15. v. 28. Chananæa mulier audentiori fiducia salutem filiæ supplicat; Christi silentio contemnitur, nutu repudiatur, verbis deuenustatur, negatione deridetur; & adhuc persistit supplicans animosâ fide. Quam Christus admiratus exclamat: *ô mulier, magna est fides tua! fiat tibi sicut vis.* Nimirum parum foret, si tanta fides impetraret sanitatem filiæ; adhuc maius beneficium illi concedit Christus pro tantæ fiduciæ merito, scilicet quòd fiat secundùm eius voluntatem. Neque enim dixit Christus; Sanetur, vel salua sit filia tua; sed ad dignè tantam fidem munerandā, & vt beneficium amplificet, ait; *Fiat tibi sicut vis.* Id est, Dono tibi beneficium secundùm voluntatem tuam; quod vis, iam habes: iam possides, quod optabas. Card. Caiet. ad illud Matth. 18. v. 19. *Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, fiet illis. Non contra*, inquit, *aut præter illos: vt intelligas non promittit exauditionem, nisi secundum voluntatem petentium.* Quid accommodatius ad rem præsentem? Verùm cùm Christus Deus admiratione exaggerauit petentis fidem, verbis etiam exaggerat beneficiùm, quod præstatur pro tantæ fidei merito: ait enim: *Fiat tibi sicut vis.* Nempe ac si parum foret, vt fieret quod volebat, addit, quòd fiat sicut vult. Quasi non tantùm rem beneficij, sed modum illius sit ad arbitrium & voluntatē petentis. Porrò exigebat Christi Dei liberalitas, vt remuneraret laudatissimam fidem maiori aliquo beneficio præter postulatum. At grandius quid præstat, quandoquidem non tantùm rem petitam & desideratam concedit, sed etiam modum illius permittit arbitrio, & voluntati petētis. Tanti æstimat homò, quod cupit beneficium, quasi beneficij ratio à petentis voluntate censeatur. *Son los quilates del beneficio, ser conforme al deseo del que le pide.* Quod probè noscens piissima Iudith, attendens quod populus Bethuliensis non solùm percupiebat liberationem ab obsidione Holoferniana, sed ardenter suspirabat, vt fieret intra quinque dies; ait hîc, v. 32. principibus Bethuliæ: *Orate, vt sicut dixistis, in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israël.* Nempe ad exaggerandum liberationis beneficium, Iuditha & Deus non tantùm concedunt liberationem ab hostibus, sed modum, & tempus: nam intra quinque illos dies Holofernes capite truncatus est, fugatus Assyriorum exercitus, & illustrior victoria parta: quæ hyperbole liberalitatis est.

Hyperbole liberalitatis est beneficiū mundiale secundum petentis volūtatem. Matth.

Matth. Caiet.

Iudith.

§. XLV.

Ex mutua super quauis re consensione maris, & fœminæ: ex sepulchrali attactu quodammodò præcauetur proritamentum ad luxum.

163. Res periculis plena luxuria est; nihil est quantumuis de se leue, quod non minitetur grauissimam ruinam: ferè nullum maris & fœminæ commercium tutum est: nam vir nescio quo occulto fascino toxicat fœminæ castitatem, & castior fœmina lasciuiam toto corpore spirat reciprocâ titillatione ex attactu, ex visu, ex colloquio; quin ex consensione super qua vis re. Multa olim damnant SS. Patres, & nunc benè morati viri, in spectaculis, quorum exhibitio toxicum est virtutis; sed in re furoris, & sæuitiæ plenâ nescio quid blandum ad lenocinium luxuriæ acutè inuenit Tertull. sic fatus: *In omni spectaculo nullū magis scandalum occurrit, quàm ille ipse virorum, ac mulierum accuratior cultus, ipsa consensio, ipsa in fauoribus aut conspiratio, aut dissensio inter se de commercio scintillas libidinum conflabellans.* Multa occurrunt execranda in spectaculorum furoribus, multæ probitatis Christianæ pestes, sed perniciosius, quod latet scandalum, est, communis approbatio facinoris. Scilicet applaudet vir rei benè gestæ, annuit fœmina: acclamat vterque? & laudant vnà egregium bestiarij, aut gladiatoris facinus; & laudatio benè inflicti vulneris, vulnus infligit castitati, quæ vel ex leui consensione ad approbandum facinus allicitur ad consentiendum in voluptate, & leuissimæ consensionis commercium scintillas ingerit libidinis; & mox incendium est, quo ardet voluptas, & totus homo decinerescit lasciuiæ flammis. Ecce ex quantula occasione per magnam castitatis ruinam!

In spectaculis consensio viri & fœminæ, scintillas luxuriæ flabellat.

Tertull. lib. de Spect. c. 25.

Abrahamus ad omnem sanctitatem factus vir, eximiè castus fuit, vt decebat Dei familiarem: Demortuâ, & deploratâ Sarâ perrexit ad filios Heth, & dixit, Gen. 23. v. 4. *Date mihi ius sepulchri* 164.

Genes.

Digitized by Google

Hugo.
A contactu cadaueris vxoris timet Abrahamus ſcintillas libidinis.

vobiſcum, vt ſepeliam mortuum meum. Mortuam meam dixiſſe potiùs debuit. Bellè Hugo: *Maſculum pro fœmina ponit.* Scilicet morte Saræ diſſolutũ eſt matrimonium, & iã Sara illius vxor non eſt, & cauet vel ore tractare fœminã nõ ſuam. Vſque adeò timet à fœmina caſtitas Abrahami! Pergit, & petit ab Ephron, *Vt det ſpeluncam duplicem.* Quid, quæſo, cauſæ eſt, cur nõ eligit ex oblatis ſepulchris ſimplicẽ ſpeluncã, ſed duplicẽ? Cur in altera vult Sarã humare, alterã ſibi ſeruat? num vna eademq; ſepultura non capit vtrumque? (ô quã exiguus, & anguſtus loculus capit magnorũ hominum puluiſculos!) Cur diuidet ſepultura, quos nexuit amor, & matrimonium iunxit? Rectè

Abulenſ. in Comm. c. 13.

Abulenſis: *Vocatur ſpelunca duplex, quia erant duæ ſpelũcæ, & in vna ſepeliebatur vir, in alia uxor.* At diiuncti morte erant; nam mors matrimoniũ diſſoluit; & à fœmina iam non ſua vel in funere diuelli procurat, ne vel frigidorum cadauerum contactu, libidinis ſcintillulã velut excitetur? & cuius ſexum ore mutat, appellando *mortuum meum*; ſatagit in tumulo ſeparare, ferè veritus in ſepulchro fœminei cadaueris leuem affrictum, & attactum frigidum? Ab ſuperuacanea & hyperbolica hac cautela cape neceſſarium documentũ. Exaggeratio cautionis, ſit cautela pudoris. Op-

Clem. 2. Strom.

portunè ſcripſit Clem. Alex. 2. Strom. *Obruitur adulter lapidibus, ſed non in eodem loco* (ac adultera) *ne mors quidem ſit eis communis.*

165. Cauentur ſepulchrales cadauerũ contactus ad redundantiã cautionis in re luxuriæ. Num commercia, quæ vitantur in ſepulchris, tuta erunt in

ad Galat.
An in cælo fœminæ cõuertentur in viros.

cælo? Audio Apoſtolum dicentem ad Galat. c. 3. v. 20. *In Chriſto nec maſculus, nec fœmina ſumus.* Quid commercium Fideliũ cum Chriſto mutat eorum ſexum? nec ſatis tuta cõuerſatio eſt maris, & fœminæ, etiam in Chriſto? Chriſtus auctor eſt & aſylum caſtitatis, eritne periculum in ipſo tu-

Paulin. ep. 11.

tamento? Minimè. Sed S. Paulinus ſcribens Seuer. Sulpicio, & Baſulæ coniugi, ſic ait: *Quod alteri veſtrum datur, vtrinſque veſtrum eſt; quia in vtroque veſtrum vna ratio manet, & ſexum euacuas fides: quia in virum perfectum ambo concurritis.* Pulchrè

Chriſtianus vxori ſuæ ſolùm maſculus eſt.
Tertullian. Apo. c. 46.
ad Epheſ.

dictum Chriſtiana *fides quaſi euacuat ſexum* (nam vt audacter dixit Tertull. *Chriſtianus vxori ſuæ ſoli maſculus naſcitur*;) Sed ideò dixit, fidem euacuare ſexum, quia, vt ait Apoſt. ad Epheſ. c. 4. v. 13. Chriſto *Occurremus omnes in vnitate fidei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Quid eſt in cælo fore omnes beatos perfectos viros? Num in beatitudine fœminæ vireſcent in ſexum alterum? Num cælum, quod viros vltrò excipit, fœminas non admittet? Quid? fœminæ ſanctæ exuent muliebrem ſexum, vt in cælum ingredi valeant? Valde enim vrgere videntur verba Apoſtoli; omnes ſcilicet Beatos in reſurrectione mutandos *in virum perfectum.* Fateor id indicat

Paulin.
Baſil.
Hier.
Hilar.
Arian.
Auguſt.
Scot.

Paulinus ſuprà allegatus, & S. Baſil. & S. Hier. in Pſal. 114. & S. Hilar. ad Mat. 22. S. Athanaſ. ſer. 3. contra Arian. & ex antiquis plures apud S. Aug. lib. 22. de Ciuit. c. 17. quibus ſubſcripſit Scotus cũ aliis in 2. diſt. 20. Non approbo expoſitionem hanc, quam vulgò reiiciunt Interpretes. Quid? vbi nec ſuſpicio periculi admitti poteſt, viri Chriſtianè ſapientes non admittunt aliquod maris & fœminæ cõmercium etiam pium, & beatũ?

166. Verùm cùm Tertull. vel à ſolo viri ſexu, abſque muliebri meruit, audacter errat in cauſa pietatis, affirmans beandas fœminas priùs in Angelos conuertendas: Alloquens enim mulieres, ſic

Tertull. lib. de Habitu mul. c. 2.

ſcribit: *Nam & vobis eadem nunc ſubſtantia Angelica repromiſſa, idem ſexus, qui & viris.* Ac ſi eius mente nec Angeli eſſent expertes libidinum; dixerat enim initio huius capitis: *Nam illi damnati in pœnam mortis deputantur: illi ſcilicet Angeli, qui ad filias hominum de cælo ruerunt.* Vel Angeli, inquit, poſthabita Beatitudinis ſumma felicitate, à voluptate Veneris titillati, prolapſi ſunt ad venuſtiores fœminas: Fallitur; ſed tanti viri audacia planè demonſtrat, quàm vehementer extimulent

Iudith.

animos laſciuiæ proritamenta. Vnde Iuditha hîc, v. 33. perennes, & feruentes orationes à Sancto populo pro ſe exigit, dum adit aliquale periculum pudicitiæ, etſi à Deo inſpirata, & Angelo comite pergat.

---

§ XLVI.

Chriſti à fœminis ſibi ſupernacanea cautela, neceſſaria nobis eruditio ſit.

NVllum cum fœmina colloquium, nullus ad fœminas aſpectus, nulla cogitatio de fœmina, fermè ſatis tuta eſt: periculum præcurrit amori, & vota ſua anteuertit libido: à voluptate quodammodo præuenitur conſenſus, & vltrò velut cogitur; tanta eſt voluptatis vis! Porrò nullum non magnum periculum eſt, ad quod adigit magna Veneris voluptas. Ita edocta eſt lubrica hominum natura tot caſuum experientiis. Hoc 167.

Chriſti cautela à fœminis, ad eruditionem noſtram.

Chriſtus docere voluit Eccleſiam, in ſe præcauẽs caſum, ad quem à Diuinitate ſanctus, nullatenus impelli potuit. Scilicet Chriſt⁹ cauet in ſe pericula noſtra; & cui impoſſibile eſt cupiditatis periculum, vel leuiſſimas deuitat occaſiones, vt homines ad tanti præceptoris exemplum, ſimiliter euitemus. Adducunt ad Chriſtum Phariſæi mulierem calentis adulterij ream, vt ipſe cauſam luxu-

Ioan.

riæ iudicet Ioann. 8. ſemel, & iterum digito ſcribit in terra, ne intueatur fœminam proſtituti pudoris. Renuunt Phariſæi huiuſmodi lapidare, propriæ conſcientiæ rei; vnus poſt alium exihant, incipientes à Senatoribus. *Et remanſit ſolus Ieſus, & mulier.* Cui dixit Saluator; *Nemo te condemnauit? neque ego te condemnabo. Vade & iam amplius noli peccare.* S. Auguſtinus ſic ſcribit:

Aug. Tract. 33. in Ioann.

Nemo te condemnauit. Quid eſt Domine? faues ergo peccatis? Non ita: attende quod ſequitur: vade, &c. Scilicet Chriſtus vnicus omnium iudex eſt, quippe cui data eſt omnis poteſtas in cælo & in terra. Num Chriſtus videtur fauiſſe peccatis; impunitum omittens publicum adulterum? minimè quidem. Si cauſam rogas, cur Chriſtus peccatis non fauerit, *attende quod ſequitur: vade, &c.* Remanet Ieſus ſolus cum fœmina laſciua, peccatis non fauet, nec fouet peccata: nam cùm remanſiſſet ſolus cum muliere; non eam moratur, vt cauſam diſceptet, & ſententiam dicat, ſed ſtatim dimittit eam. Porrò Chriſtus ſolus iudex eſt, ſed ſolus non vult fœminam iudicare: ſolitudinem cum fœmina recuſat, quem à periculo excuſat diuinitas? Præſtat impunitam omitti adulterij impudentiam, quàm ſolum eſſe cum fœmina, & ſcrutari luxuriæ delicta; remittatur legis ſeueritas, ne remittatur exemplaris pudoris lex. Non timet Chriſtus periculum ſibi; ſed nobis offert cautelam noſtri periculi: Hæc eſt Chriſti cautela, qua non ſibi, ſed nobis cauet. Quod acutè

Chryſol. ſerm. 115.

aduertit S. Chryſol. *Cùm in Euangelio à Scribis, & Doctoribus legis apud Dominum iſta accuſaretur adultera,*

Digitized by Google

adultera auertit faciem suam Dominus, & declinauit in terram, ne crimen cerneret, quod puniret. Et maluit in puluere scribere veniã, quàm dare in carne sententiam. Quid illustrius? nostra eruditio esto. Num qui à solis verbis cauit, oculos neglexit?

168. Christus versans in vasta eremo, stipatus multa hominum turba, tam modestè agebat, vt notauerit Euangelista Ioannes, aliquando Christum oculos è terra leuasse Ioan. 6. v. 5. *Cùm subleuasset oculos Iesus.* Super quibus verbis sic inquit Beda: *Dixit cùm subleuasset oculos Iesus, vt disceremus, quia oculos non erigebat huc atque illuc, sed pudicè sedebat attentus cum discipulis suis.* Itaque tam impensè gerebat demissos ad terram oculos Iesus, tam seuerus pudicitiæ cultor hac in re fuit, vt quia semel in eremo sublimauit oculos, curiosè illud notauerit Euangelista, vt rem insolitã, quod pudicitiæ tribuit Beda, ac si faceret ad pudicitiam Christi tam diligens oculorum demissio, ne visus incurreret in fœminas. S. Laur. Nouat. expendit Magdalenæ conuersionem ad Christum. Hæc pia fœmina paulò ante à venustate celebris, ab impudentia nota, accessit retrò ad Christum; quare retrò? sciens ipsum declinaturũ oculos à pulchræ fœminæ conspectu: & valde desiderans à Christo videri; sic inquit ad illum? *Corrige ad me aspectum tuum.* Ac si dicat Magdalena ex mente Nouatiensis: *Pudicè sedes attentus*, renuísque fœminam aspicere? indulge quæso misericordiæ tuæ, & peccatis mei: *Respice in me, & miserere mei*; quia tibi vni periculum esse non potest aspiciendi fœminam! Vsque adeo incompta ego à pœnitentia squaleo, vt ad pietatem nunc moueam, non prolectem ad voluptatem; pudicè poterit me quiuis aspicere; quin & dirige ad me aspectum tuum, me miseram intuendo: *Corrige ad me aspectum tuum.* Ne tibi caueas à meo aspectu: nihil enim est cur illum timere videaris, fœminam videbis, olim formosam & famosam; nunc horridam, & squalidam. Sic exprimit Magdalena suæ pœnitentiæ habitum; sic exaggerat oculorum pericula, inquiens: *Corrige ad me aspectum tuum.* Tam pudicè cauebat Christus ab oculis, non ob sui periculum, sed ad nostrum documentum.

Ioan. Pudicitia & cautela oculorum Christi.

Laur. Nouat. homil. de Pœnit.

169. Prætereà Christi hac in re cautelam, licet exaggerare; cùm ipse è funere gloriosior resurgeret, Magdalena inopinato, ac festiuo gaudio corruere intentat ad pedes Iesu, & ipse piam fœminam à tactu vetet, inquiens: Ioan. 20. v. 17. *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem.* Quid prohibet, vt sanctissima mulier resurgentis Christi sancta exosculetur vestigia? Corpus corpore & anima beatus est, viator non est. Imò quia Deus expers periculi à Diuinitate est. Et tamen attactum fœminæ arcet, inquiens: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem*, id est, nondum ascendi in cælum. Quid? in Cælo erit Christus securior periculi? Si in cælo periculum non est, neque nunc periculũ est Christo in terris: nã Saluatori æqua est vtrobique impossibilitas delinquendi. Quid ergo est, *Nondum ascendi ad Patrem*, id est, ad cælum? Profectò si vera esset opinio multorum PP. & Scholasticorum relata in hoc c. 8. §. 45. asserentium, Beatos (vnâ exceptâ B. V.) fore in cælo fœminei sexus expertes; (quia prædestinati resurgẽt *in virum perfectum*) elegans ad rem præsentem foret ratio. Quasi dicat: Noli me tangere, ô fœmina; nondum enim ascendimus ad cælum, vbi tu fœminei sexus expers, poteris liberè me tangere. Ergo hîc recusat Christus fœminæ tactus pudicissimos, & sanctissimos, quos differt ad cælestem patriam, vbi nulla sexus discretio, non quasi deuenustabit amplexus etiam in terris pios, & expetendos. Omitto hanc exaggerationem, quia nõ satis firmo fulcitur fundamento. Et adduco locũ egregium ex Marci 5. v. 31. vbi mulierilla, quæ patiebatur sanguinis fluxum, accessit ad Saluatorem inter reliquam turbam, & tunc dixit Iesus, *Quis me tetigit?* Hugo Card. expendens illud Gen. 23. v. 4. vbi ait Abraham ad Hebræos: *Date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum*: de Sara emortua loquitur, & cur non appellat illam *mortuam*, sed *mortuum meum*? Num quia iam vxor eius Sara non est, morte dissoluente matrimonij ius? Inde veretur fœminam non suam ore nominare? Opportunè Hugo: *Masculum pro fœmina ponit. Simile Marci 5. Quis me tetigit? [Quis] dicit Dominus, sciens tamen quod mulier tetigerat eum.* Itaque Iesus planè scit diuinitatis perspicaciâ, quod mulier ipsum tetigerat, & tamen non inquit; *Quæ me tetigit?* sed *masculum pro fœmina posuit*, Num mutat tangentis sexum, vt dissimulet fœminæ attactum? dissimulat scientiam, ne fateatur, se tactum à muliere? Cauétne à fœminæ pio attactu, vel ore prolato? Quid? dehonestaret Iesũ publicè fateri se piè contactum à pia femina? Cauet, cauet Christus Deus vel à referendo femineo attactu: non quia periculum illi foret, sed vt mortales erudiat ad scrupulosam huius periculi cautelam. Tertull. inter cætera Ioan. Baptistæ elogia, hoc vel maximum recenset, quod dignus esset, qui tangeret Christum, sic aiens? *Qui non tantùm prædicauit, aut demonstrauit coram, verùm etiã baptizauit Christum. Quis enim corpus Domini dignius initiaret, quàm eiusmodi caro; qualis & concepit illud, & peperit?* Itaque caro Baptistæ, quæ Christum tactura erat in Baptismo, oportuit ad id, esse eiusmodi caro, ac caro B. V. Id est, Virgo caro. Quid dignius de Ioanne dici potuit? Quid ad rem præsentem exaggeratius? Ergo quis miretur, quòd pudicissima Iuditha sic vereatur ire ad lascíuum Holofernem, etsi diuinâ prouidentiâ, & speciali Dei instinctu acta? Vnde hîc vers. 33. continuam Sancti populi orationem exigit, quâ imperet periculi securitatem.

Ioan.

Christus quã tenuit pios feminæ attactus vel nominare.

Marci. 170.

Genes.

Hugo.

Caro Ioannis Baptistæ dicitur sicut caro Mariæ Tertull. lib. de Monogamia.

Iudith.

§. XLVII.

Curiositas tabes virtutum dicitur, adulterij cupido, infidelitatis rea, & damnatio serpentis diaboli.

Laudanda Locrensium lex, quæ, si quis peregrè reuersus rogasset, numquid noui? eum mulctâ afficiebat. Sic cohibebatur ciuium curiositas, quæ vt bonum non quærit, sic malum quod effutiat, semper aut vestigando inuenit, aut diuinando fingit: nam Curiositas, teste Plutarcho, *studium est quoddam cognoscendi mala aliena*: morbus, qui nec ab inuidentia purus esse videtur, nec ab improbitate: Cur, ô homo, in malis perspicaces habes oculos, in bonis cæcos? Sicut gallina cui idoneus cibus appositus est, & ipsa sterquilinium vltrò adit, auidè scalpens terram, *Sicubi vt in fimo, vel granum appareat vnum.* Leue hoc vitium videtur otiosis, & tamen humanæ societati perniciosum est, inuidiæ, & offensionis plenum. Et quidem aut morbus, aut extinctio virtutis est: nam curiositas *Paralysis est ac tabes*: paralytica est virtus, aut potius tabescit à curiositate. Nec tantùm virtutes interstin

171. Plutarch. de Curios.

Curiositas est vitiorum promptuarium.

Plutarch. supra.

interstinguit, sed vitia creat, & suprà quàm dici potest, incrementa. Sententiosè dixit Seneca: *Non expedit omnia videre, omnia audire, multa nos iniuria transeant: ex quibus plerasque non accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus; ne sis curiosus. Qui inquirit, quid in se dictum sit, seipsum inquietat.* Nec modò ira à curiositate, sed & garrulitas, & detractio: *Fieri non potest, vt curiositatem non comitetur maledicentia.* Mitto alia vitia, quæ toto opusculo de Curiositate publicat Plutarch. Quin & curiositas ferè infidelitatis rea est, & luxuriæ, & grauioris supplicij dignissima. Singula breui do ad Curiositatis odium.

Seneca lib. 3. de Ira, c. 11.

Plutarch.

172. Thomas, Ioan. 20. v. 27. renuit credere Christum resurrexisse, quem viderat sepultum; instant condiscipuli, vt eum flectant ad credulitatem; ille flecti nescius pertinaciter discredit donec videat. *Venit Iesus, & stetit in medio; deinde dicit Thomæ; infer digitum tuum huc, & vide manus meas, &c.* Porrò, vt Fides laudatissima Christianorũ virtus est, sic infidelitas est execrabile delictum; & in paucis flagitiosum. Dein, quod fuit in orbe crimẽ, tam dirum, & inexpiabile, quàm, crucifigentium temeraria Iniquitas? quod flagitium Deicidio æquari potest? Audi ergo hoc Curiositatis elogiũ ex aureo S. Chrysologi ore, incredulitatem, vel potiùs curiositatẽ Thomæ, sic expendentis: *Cur Thomas vestigia fide sic requirit? cur tam piè patientem, tam durè discutit resurgentem? cur ea vulnera, quæ manus infixit impia, deuota dextera sic resulcat? Cur latus, quod impij militis lancea patefecit, refodere manus nititur obsequentis? cur dolores persecutorum furoribus irrogatos famulantis Curiositas renouat immitis?* Ecce tibi Curiositatem infidelitatis ream, & resculpentem vulnera à tortoribus in Passione Christo inflicta. Planè *immittis Curiositas*, Mysteria Christianitatis turbat, requirens vestigia fidei, resulcans manuum plagas, refodiens lateris vulnus, reuocans de se tortorum immites dolores. Quid deterius Curiositate, quæ Christianæ fidei inquietat sacramenta? Quis crederet à Curiositate violari fidem Dei? Planè violatur etiã thalami fides Curiositatis vitio. *Siquidem* (verba sunt Plutarchi) *videtur & adulterium esse Curiositas alienæ voluptatis.* Satis execrabile à se est adulterij vitium, neque satis odij habere visum fuit disertissimo Philosopho, nisi illud curiositatis labe fœdaret. Quasi plus peccatetur in adulterio curiositatis voluptate, quàm libidine voluptatis. Audacia est Plutarchi.

Ioann.

Curiositas inquietat fidei Mysteria.

Chrysolog. serm. 84.

Adulterium curiositas alieni thori.

Plutarch. suprà.

173. Cæterũ Curiositas vsque adeò molesta est curioso, tam odiosa omnibus, vt ipsa sui pœna sit; imò suppliciũ grauissimo flagitio dignum. Non semel ambigebam quo pacto Genes. 3. v. 14. Deus mulctans serpentem ob malitiosè seductos protoparentes humani generis; pœnæ nomine dixerit: *Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ.* Numquid variatur serpentis natura post suppliciũ? Sanè verosimile id non est. Ergo damnatur serpens ad naturalem cibũ? at deliciari solet animal esu ciborũ. Quorsum ergo datur serpenti in tanti flagitij pœnam, naturali vti cibo? nisi fortè deliciæ in pœnam dantur. Eucher. aliò diuertit sententiam sic inquiens: *Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ: tertium tentationis genus figuratur, quod est Curiositas. Qui enim terram manducat, profunda & tenebrosa penetrat.* Itaque serpens Dæmon ob deprauatum hominum genus punitur. Curiositatis perseuerantiâ. Scilicet, inquit Deus: In pœnam tã execrandi facinoris, tibi permitto curiositatis vitium, nempe auidè peruestigare aliena delicta, inquietè excubias agere ad diuinandos alienos defectus, sæpè falli, & fallere, odia hominũ ex infami vitio cõtrahere. Neq; enim ipse Deus repetisse videtur grandius suppliciũ, quo ob tantã culpam animaduerteret in malũ dæmonẽ, quàm damnare illum ad perpetuã curiositatem, & inuidiam curiositati agnatã: *Terram comedes, &c. quod est curiositas.* Ex sapienti pœna, quâ Deus tantũ Dæmonis crimen punit, taxa molestã, & odiosam malitiam curiositatis, quam grauissimè hîc v. 33. Iuditha notat in Principibus Bethuliæ, aiens: *Vos autẽ nolo vt scrutemini actum meum*, ne curiositas fascinet, & perdat præclarum facinus, quod intento.

Ad Curiositatis vitium damnatur dæmon.

Genes.

Eucher.

Iudith.

§. XLVIII.

Suspicio, inquisitio, seu iudicium de crimine, præpropera damnatio est, & irreuocabilis sententia.

Delicata res est honor, tenera famæ valetudo est, & quæ à remediis ægrotat, & à suspicione læditur; nõ bona suspicio bonæ famæ morbus est, & quidẽ grauissimus, ne dicã, irremediabilis; delicti disquisitio delinquẽtẽ prodit; accusationis labes nec absolutionis lixiuio detergitur: reus criminis ipsã accusatione cõdẽnatur, tardè sẽtẽtia absoluit, quẽ accusatio prodit, suspicio damnauit: iudiciũ ipsũ in re honoris, sẽtẽtia est, cõdẽnatio est. Ioan. 3. v. 18. *Qui credit in eum, nõ iudicatur.* Nota est Theologorũ disceptatio, quo modo qui credit in Christũ nõ iudicabitur, cũ dicat Paul. 2. Cor. 5. v. 10. *Omnes nos manifestari oportet ãte tribunal Christi.* Et quidem omnes prorsus homines sistendi sunt in die iudicij, vt iudicẽtur à Christo neque vllus erit, qui effugere possit iupicẽ Deũ. Fidésne liberabit à iudicio? Quid? Fideles excipiẽtur ne causã dicãt apud tribunal Christi? Aptè Theoph. *Quid est, qui credit in Filiũ nõ iudicatur? Nunquid si immundã egerit vitã, nõ iudicatur?* Cui acutè respõdet Hugo ibi ex multorum PP. sẽtẽtia, *Non iudicatur iudicio condẽnationis.* Itaque idẽ est ex communi interpretum mente iudicari, & damnari. & iudiciũ synonimon est damnationis. Vnde suprà v. 17. dixerat Euangelista: *Non enim misit Deus filium suum, vt iudicet mundum.* id est, vt damnet. Aptène ponitur ab Euãgelista *iudicari* pro damnari? Numquid non multi iudicabuntur, qui minimè damnabuntur, sed planè absoluẽtur? Cur quæso, iudicium ponit pro condemnatione? Planè, quia apud homines nemo qui accusatur, prorsus absoluitur; nam accusatio, & iudicium, quoddã condemnationis genus est. Bellè Chrysolog. *Delicta qui discutit, prodit.* Porrò in iudicio discutitur crimen Rei, & ventilatur, patrauerítne illud, an nõ, indagatio fit, adest sinisteritas suspicionis, probabilitas cõmissi delicti, ante acta vita ad verisimilitudinẽ facinoris disquiritur. Esto, tandẽ absoluatur. At reus fuit facinoris, & flagitij suspectus, & verosimile habitum fuit perpetrasse fœdum illud facinus. O feram absolutionem, quã præcessit ipsius accusationis, seu iudicij præmatura dãnatio! Disertè Plin. *Dum defenditur, turpis: dũ accusat, sceleratus probatur.* Nã ipsa obiectatio turpis facinoris; imò ipsius refutatio turpem arguit reũ turpis facinoris. Et refutãdo, & à se repellẽdo infame delictum, tacitè ipsã defẽsione infamatur; nã planè fatetur se reũ, & suspectum esse flagitij. Ergo periclitatur fama, periculo infamiæ, & iudicium condemnatio est, & accusatio damnationis infamia:

174. Suspicio seu accusatio delicti, præpropera dãnatio est.

Ioan.

2. Cor. 5.

Theophyl.

Hugo.

Ioann.

Chrysol. serm. 3.

175.

Plin. lib. 6. epist.

Suspicio seu accusatio est velut censura Ecclesiastica.

Digitized by Google

infamia: & omnis accusatio, seu delicti inquisitio, præmatura damnatio est: & iudicium, anticipata sententia. S. Naz. inter acerbissima, quæ passus est Basilius, recenset, quòd inquisitio facta fuit de eius probitate sic fatus, *Ille* (nempe Prætor) *rursum furore concitatur, & Magistratum quosdam mittit, qui sancti viri cubiculum perscrutentur, ignominia causâ potiùs id faciens, quàm quod eiusmodi quicquam necesse esset.* De hac Basilij iniuria sic loquitur Cyrus Theodor. *Prefecte, quodnam dedecus, quæ iniuria? Quanam hac? requiris in domo sanctissima, tectisque puris Angeli, mulierculas?* Quid si Saluianus vt ita erat acri ingenio, alludens ad Ecclesiastica tribunalia dixerit *Censura iudicij?* Ac si sola accusatio, & merum iudicium: ante vllam Iudicis sententiam censura Ecclesiastica sit, qua homo sic notatur infamiâ delicti (cuius reus est) vt tanquam si excommunicatus esset, omnes fugiant eius communionem, & contubernium: & suspendatur ab officij exercitio, &c. nam qui est criminis suspectus, aut reus, his ab accusatione, seu iudicio censuris lædi, quotidiana probat experientia.

Naz. orat. de Basil. laud.

Cyrus Theod.

Saluian. lib. 1 de Gubern. Dei.

176 Matthæi. 5. v. 22. *Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Raca, reus erit concilio, Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Iræ nomine acre vindictæ propositum, nempe occidendi fratrem, significari, communis, & verior interpretatio est apud Maldonatum inibi. Propositum fraterni sanguinis effundendi, criminosum valde est, & à quo valde homines voluit Christus deterrere & tamen solùm *iudicium* pro condemnatione, seu supplicio erit; dicitur enim: *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit indicio.* Item *Raca* iniurium vocabulum est, & criminosius quàm clam intentata cædes; & tamen huius criminis reus, concilio dignus censetur, & nulla condemnationis, seu pœnæ mentio fit. Num iudicium merum pro supplicio erit? Planè id indicat Euangelista, & aduertit Hugo ibi, sic præfata verba commentans: *Iudicium est, quando cum reo agitur, & adhuc locus defensioni conceditur. Concilium dicitur, quando de sententia danda agitur inter iudices. Gehenna dicitur illatio pœnæ*, Itaque cùm Christus Deus hic maximè intentat homines dehortari, & deterrere à conuitiis, & iniuriis; aduersus fratres, *Iudicium & Concilium* minitatur, non condemnationem, non condemnationis pœnam.

Matth. Accusatio & inquisitio delicti pœna dicitur infernalis Maldon.

Hugo.

177 Porrò accusatio, & iudicium anteuertunt iudicis sententiam; magnúmque dedecus ex accusatione, & delicti peruestigatione reputatur pro supplicio grauissimi reatus. Scilicet reus iudicij accusatur, infamatur delicti suspicione, cautio adhibetur de suspecto, inquisitio fit, dehonestatur apud testes, quos interrogant, crimen ventilatur apud Iudices, examinantur suspicionum vel testimoniorum momenta. Exponitur vt malè tractetur ab iis, qui ei inuidebant, aut odio habebant. Quodnam grauius dedecus è condemnatione? sat deuenustatur quis suspicione, dehonestatur accusatione, infamatur inquisitione. Vnde tribunal meritò pro districta condemnatione reputatur, & iudicium præpropera, & irremediabilis condemnatio est. Et ita qui irascitur fratri suo, intentans illius cædem, qui conuitium iactat in fratrem, ad iudicium, & concilium damnatur, tanquam ad acerbum, & immane supplicium. Non omittam verba, quæ Hugo inibi animosè adiecit inquiens: *Nota, quod iudicium, concilium, gehenna pœnam significant infernalem.* Id est, irreuocabilem; nam irreuocabilis est inferni pœna, sic pœna ex accusatione, seu iudicio, quia accusationis infamia nec absolutione dilui solet; semper enim durabit suspicionis dedecus, & delicti metus. *Quid enim casta mentis integritas in alterius suspicione maculatur?* Verba sunt Tertull. de Cultu fœm. c. 12. Et quidem nimis. Nam scrutatio à non bona suspicione orta, valde deuenustat hominem, & fascinat virtutem. Vnde Iuditha hîc, v. 33. dixit proceribus Bethuliæ? *Vos autem nolo, vt scrutemini actum meum.* Timet sancta fœmina ne scrutatione prodatur. Non quia malè operatura erat: sed quia suspicax inquisitio, vel dehonestat personam, sic fascinat opus etsi præclarum.

Hugo.

Iudith.

§. XLIX.

Diuisio in Ecclesia, quædam quasi hæresis est, in Beatitudine esset infelicitas; & in ipso Deo perfectio non est, quod distinctionem inducit.

SIcut pax summa est Christianæ perfectionis, & summæ virtutis encomium; (Nam *Pax Angelorum Collegio sociat*, ait Eligius Nouiomensis,) ita discordia summum malum est, & vitiorũ elogium: maiúsque, ac criminosius malum, quàm apparet specie tenus, discordia est. 1. Corinth. 11. v. 18. *Conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse.* Apud Corinthios scissuræ erant, & dissensiones; quod delatum est Paulo absenti, & statim id credidit. Ratio autem, quâ inductus est, vt id sibi persuaderet, fuit, *Quia oportet hæreses esse.* Planè istiusmodi ratio Paulo indigna videtur. Nam scissuræ, siue seditiones inter Corinthios, diuisio seu discordia quædam erat, at discordia etsi pacem turbat, hæresim non facit. Nisi quis adeò desipiat, vt existimet dissensionem, seu seditionem, hæresim constituere, quod valdè temerarium, & stultum foret: sic enim nulla foret Ciuitas, aut Communitas, quæ sæpius infecta nõ fuisset hæreseos labe. S. Anselm. ait eiusmodi scissuras esse, *Maximum omnium malorum.* Parũ hoc est, nisi hæresis in fide dicatur à Paulo, vt rectè notat Cornel. hîc. Itaque in Ecclesia primitiua tã enorme crimen discordia habebatur, vt hæreseos nomine censeretur; quasi erraret in fide, qui discordiæ malo scindebatur à fratribus. Fortassis quia turbata pax occasio hæresum est, aut inchoata hæresis. Vsque eò odiosum erat discordiæ malum, vt hæreseos nomine notaretur. Hæresim autem esse in Ecclesia *Maximum omnium malorum*, & docet Anselm. & nemo est, qui non videat: Vnde euersio Ecclesiæ militantis discordia est, quid & euersio foret Ecclesiæ triumphantis. 178

Elig. hom. 1. Pax Angelorum Collegio sociat. Corinth.

Discordia inter fratres quomodo sit hæresis suspecta.

Anselm.

Cornel.

Iobi 25. v. 2. *Potestas, & terror apud Deum est, qui facit concordiam in sublimibus*, Per τὸ *sublimes*, intelligit S. Hieronym. *Sanctos*. S. Thom. *cælos* vel *Angelos*. Vtrique subscribit Hugo, aiens: *In sublimibus, id est, in perfectis hominibus, vel in Angelis, vel in Electis, in quibus est discordia concors.* Quid? Deus in cælis, etsi à natura sua incorruptibilibus; & in cælestibus hominibus, & Angelis concordiam facere vsque adeò studet vt potestatem summam exercens, quasi terrorem incusserit cælis, ne (vt olim,) leui rumusculo cælestis pax turbetur? Profectò Beatitudo vel à leuicula discor- 179

Iob. Hieron. S. Thom. Hugo. Discordia si esset in cælicolis, beatitudinem infelicitaret.

dia planè infelicitaretur. Tametsi impossibilis sit seditio in cælis, discordia in Beatis; tamen videtur præcauere Deus, ne leuis discordia suboriatur? Deúne terret in cælis Beatorum pacatissimas mentes? De hoc terrore multa interpretes. (Fortassis est perfecta cognitio, qua Beati cognoscũt, quàm grande malum sit discordia.) Satis est ad præsens institutũ, hac opportunâ cautelâ discordiam præcaueri in Beatis, ne tenui dissidio (quod iam suboriri non potest) summa Beatorum felicitas degeneraret in infelicitatem. Nam vel tantillum discordiæ summam perfectionem Beatitudinem redderet degenerem, & imperfectam. Vnde discordia in Ecclesia, hæresis dicitur, & in Beatitudine, si fieri posset, infelicitaret: quin etiam quod distinctionem inducit in Deo, perfectio nõ est. Nempe quod non vnũ, sed distinctum in Deo est; quamuis in Deo, perfectio nõ est. Attentũ, & Theologum vellem Lectoré ad id, quod subiicio.

180. Deus noster & Trinus est, & Vnus; Vnus in essentia, & essentialibus attributis; Trinus in personis, & proprietatibus personalibus. Ad hæc, Deus cũ summè bonus sit, summè perfectus est. Verũ etsi certum sit quodlibet essentiæ diuinæ attributum perfectionem esse. Nam quidquid in Deo est, est etiam cum ipso identificatum, & ipsissimus Deus est: at Deus est perfectio: ergo & quoduis attributum est perfectio. Nihilominus quærit subtilior Theologiæ Schola, an proprietates personales in Deo sint perfectiones, an nõ? Multa super hoc Theologis omitto, & in re subtili assentior subtili Doctori in 3. d. 1. q. 1. & 4. (Cui præter suos, subscribunt multi è nostratib.) asserenti, relationes diuinas secundũ rationé formalem, non esse perfectiones; quod planè arduũ videtur. Nam cũ relatio diuina adhuc formaliter, sit res, & aliquid Dei, necessarium videtur fore perfectionem. Quid enim Dei non erit perfectio, cùm Deus summè bonus, & perfectus sit? Eritne perfectio in homine esse album, in Angelo esse sanctum, in Deo esse misericordem; & in Patre Deo non erit perfectio esse Patrem, nec in Filio Deo, esse Filium; nec in Spiritu-Sancto, esse Spiritum-S. Adde, quòd ratio Patris, & ratio Filij, & ratio Spiritus-S. est res ipsissima, ac Deitas; Deitas perfectio est: ergo & istiusmodi rationes personales, perfectiones erunt in Deo. Non me territat hæc difficultas, cùm aduerto rationes personales esse diuersas in Deo. Porrò quidquid in Deo vnũ est, neque ab alia persona distinctũ, perfectio est: sic in Deo perfectio est Deitas, perfectio est omnipotẽtia, perfectio est misericordia, &c. At diuina Paternitas, Filiatio diuina, & diuina Spiratio, etsi identificatæ sint cũ Deo, qui summa perfectio est, perfectiones non sunt. Nam in quo non adest ratio vnitatis, adhuc in Deo perfectio non est. Tam longè abest diuersitas à perfectione. Quod perspicuè docet S. Bernard. sic aiens: *Vbi vnitas, ibi perfectio: reliqui numeri perfectionem non habent.* Quid illustrius pro hac re? Fallor, si non alludit etiam Tertull. lib. 1. aduers. Marcion. c. 4. licet aliã quæstionem versans, sic enim inquit: *Deus summum bonum solitudinem quandam de singularitate præstantia suæ possidens, vnicum est*, id est, in Deo perfectionis, seu *præstantiæ* laus in *solitudine:* siue *singularitate*, qua est vnus, sita est. Annuit etiam Naz. Orat. in S. Baptisma, ita scribens: *In Patre, & Filio, & Spiritu-Sancto, &c. quorum opulentia*, (id est, diues perfectio,) *natura identitas est.* Itaque paternitas, filiatio, & spiratio, licet diuinæ sint, quoniam Patrem Deum discernunt à Filio, & à Spiritu-S. perfectiones non sunt. Caue à diuersitate animorum, quæ in Ecclesia hæresis quædam dicitur; in Beatitudine infelicitas foret; & in Deo ipso perfectio non est, quod distinctionem inducit. Quod exaggeratius? Diuisionem solerter cauet Holofernes prudens Assyriorum dux: Nam c. 5. v. 15. *Præcepit adunari vniuersum exercitum virtuti suæ:* scilicet præcauet, ne diuisione dissipetur virtus sui potentissimi exercitus. Et dum Bethuliæ principes perfectam virtutem precantur Iudithæ, pacem precantur, etiam cùm ad bellum contra Holofernem pergit.

Scot.
Vasq.
Quod non est vnum in Deo, perfectio non est.

Bern. lib. 2. de Considerat. ad Eugen.
Tertull. l. 1. adu. Marcio. c. 4.

Naz. Orat. in S. Baptisma.

Iudith.

§. L.

Pax, & animorum consensio, Trinitatis imitatio est.

MAxima Communitatũ laus, & supra hominum fastigiũ, & ingenium, Pax est. Quippe tacito naturæ impetu homines distrahuntur, & ingenij, & studiorum diuersitas aliò nos rapit, vt vix paucos inuenias pace, & vnitate concordes. Concordia naturæ, discordia studiorum est: vnde mutua animorum consensio attollit hominem supra humanũ fastigium, & Deo Trino, & vni similem reddit. Quid sublimius, quàm vt homines diuersitatem personalem, & vnitatem essentiæ diuinæ in se ipsis Pacis beneficio imitentur, & exprimant? Ioan. 17. v. 11. *Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos.* Hoc anxiè optat, & enixè precatur Christus Dominus, vt fideles ingeniis, & studiis diuersi, vnum sint, sicut Pater, & Filius, & Spiritus-S. vnũ sunt in natura, etsi personarum proprietatibus diuersi. Audi S. Aug. *Non ait, vt nobiscum sint vnũ, aut simus vnum ipsi, & nos, sicut vnum sumus nos, sed ait, vt sint vnum sicut & nos; ipsi vtique in natura sua sint vnum, sicut & nos in nostra vnum sumus.* Quid? ex Augustini mente Christus precatur Patrem, vt homines sint vnum in natura humana? ait enim Aug. vt homines in natura sua sint vnũ? Nimirum egregia foret postulatio, vt homines in essentia sua non discrepent, quod etsi non postuletur à Christo, necessariò erit. Nunquid August. naturam hominis appellat Pacem? Vtinam summa Virtus, Pax scilicet, foret naturalis homini, homini inquam, cui quodammodo innatum est diuisionis vitium, & virtus vnitatis inquilina. Saltem postulat Christus, vt fideles sint *cor vnum, & anima vna*, & sic reciproco charitatis nexu copulentur arctè, vt in Personarum multitudine, vnitatem diuinæ essentiæ imitentur: *Vt sint vnũ, sicut & nos*, Christus Dominus optat. Quod pulchrè docuit Clem. Alex. sic fatus: *Multi in vnam cogi dilectionem per monadicæ essentia vnionem festinemus.* Quasi dicat: seriò curent homines, vt fraterno amore, & indiuidua animorum consensione, Monadicam Dei essentiam imitentur, quãuis eorum genij, & mores diuersi sint: sicut in diuinis accidit Personarum diuersitas. Nam Pater æternus personali proprietate auctoritatem ostẽtat, diuinum Verbum Sapientiam, Spiritus-S. beneuolentiam, quæ proprietates valde inter se discrepant; & nihilominus tres Personæ Monadicã habent naturam diuinam. Sic homines natura, & studiis diuersi, Monadicam essentiam Pace, & vnitate quodammodo consent.

181.
Pax est Trinitatis imitatio.
Ioan.
Aug. tr. 107. in Ioan.
Clem. Alex. Adhort. ad Gentes.

S. Nazianzenus sic scribit: *Quoniam facti sumus vnum, vnius Domini, & de Trinitate concordes, vnanimes,* 182.

Naz. Orat. 7. de Pace.

vnanimes; Et infrà, *Quibus præcipuum est, vt pacificè, & absque seditione agant; vt vnum sint à sancta accipiant Trinitate: Quoniam & illa Deus est vnus, ac esse creditur, non minus propter concordiam, quam substantia identitatem. Atque ideò Deo, & diuinis sunt proximi, qui Pacis bonum amplecti videntur.* Quid luculentius pro hac re dici potuit? Quod nuper docebat nos Augustinus, orationem Christi Domini (*(Vt sint vnum, sicut & nos)* sic interpretans: *Vt homines in natura sua sint vnum.* Vnde sicut esse diuinum, & personarum diuersitate, & vnitate naturæ, Pacis vinculo indiuiduæ constat; sic satis homo fortè non erit, qui eiusmodi consensionis vnitate careat eo modo, quo ab homine haberi potest, Sic interpretor illud Iobi elogium, c. 1. v. 1. *Vir erat in terra Hus nomine Iob: & erat vir ille simplex:* Id est, erat vir ille non multiplex, sed *vnus, & simplex*; (vt Helcana 1. Reg. 1.) Alij ex Originali legunt, *vir integer*, (de quo alibi.) Quasi dicat, homo non vnus cum fratribus, sed multiplex, non est homo integer; aliquid illi deest de ratione hominis; Essentiam defectuosam habet, & mutilam, cui deest simplicitas, & vnitas cum fratribus: S. Iobus in se simplex, & pace populis coniunctus, *vir integer est*, & nihil humanæ naturæ illi deest. Ergo fideles simus, etsi plures numero, vnum in natura, consensione animorum, Monadicam essentiam imitantes. Adunemur, vt exprimamus diuinam similitudinem: vt simus natura integri, & integri virtute.

Iob. 1. Regum. Iudith.

CAPVT NONVM.

Vers. 1. QVIBVS abscedentibus, Iudith ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum: & prosternens se
Domino, clamabat ad Dominum, dicens: 2. Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem: 3. Et dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem; & omnem prædam in diuisionem seruis tuis; qui zelauerunt zelum tuum: subueni quæso te Domine Deus meus mihi viduæ. 4. Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum quod ipse voluisti. 5. Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti. 6. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es, quando post seruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum. 7. Sed aspexisti super castra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos. 8. Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos. 9. Sic fiant & isti, Domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur, 10. Et nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi. 11. Erige brachium tuum sicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculũ tui nominis, & dejicere gladio suo cornu altaris tui. 12. Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur: 13. Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ. 14. Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum; & virtutem, vt euertam illum. 15. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus fœminæ deiecérit eum. 16. Non enim in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. 17. Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. 18. Memento Domine testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, vt domus tua in sanctificatione tua permaneat: 19. Et omnes Gentes agnoscant; quia tu es Deus, & non est alius præter te.

§. I.

Commentarius littera.

Vers. 1. Quibus abscedentibus, Iudith ingressa est oratorium suum, & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum, dicens.

BIBLIA Sixtiana sic versiculum exscribunt: *Iudith autem procidit in faciem suam, & imposuit cinerem super caput suum. Et mutauerat, quem induerat saccum: (& erat nuper oblatum in Ierusalem in domo Dei thymiama vespere illius,) & clamabat voce magna Iudith, & dixit.* Consentiunt Septuaginta, & Biblia Regia & Complutensia, & Vatablus, etsi paulò diuersis verbis. Cùm allegatur versio Septuaginta Interpretum, non ideò affirmo ab ipsis esse einsmodi translationem, scio enim id valde ambiguum esse. Sed voco translationem

Vers. I. 1. Bibl. Sixt. Septuag. Bibl. Reg. Complut. Vatabl. Septuag.

Digitized by Google

Bibl. Regia. Septuaginta Interpretum, quam in eorum Bibliis excusam reperio. Aduerte etiam has omnes translationes præter vulgatam, è Græco textu esse: neque enim aliud exemplar suppetit. At Biblia Gothica, & Pagninus, & Clarius non dissentiunt à vulgato interprete. Hic dum iam explicatur, simul explicabitur dissidium Græcæ exscriptionis à versione Hieronymiana.

Gothic. Pagnin. Clarius.

2. Tabernaculũ pro domo. Iudith.

Quibus abscedentibus: Scilicet Ozias, Bethuliæ Princeps, & Presbyteri Chabri, & Charmi, ab ea discesserunt consulto negotio profectionis ad Assyria castra, vt dicitur in fin. c. præced. *Abscesserunt*, inquam, è domo Iudithæ: nam etsi dicatur in Græc. text. *Et reuertentes è tabernaculo, ierunt in ordines suos*, Tabernaculum vocat domum Iudithæ, vt exponit inibi Salian. noster, ad ann. mundi 3346. sic dicitur Psal. 90. v. 10. *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Illis, inquam, discedentibus, *Iudith ingressa est oratorium suum:* quod suprà, c. 8. v. 5. appellauerat *Secretum cubiculum*, à se sibi structum in suprema domus suæ contignatione, de quo inibi legimus. Ita Lyranus, Carthus. Serar. in comm; Salian. vbi suprà. Barth. Tortolet. l. 2. Iudithæ vindicis. Quâ autem horâ Juditha ascenderit in ædiculam domesticam, tradit Græc. text. nempe *sub tempus sacrificij vespertini*, quod solet Hierosolymis offerri in Templo, vt priuata oratio publicæ & solemni coniuncta, efficacior redderetur ad impetrandum diu expetitum beneficium. Et puto quod vniuersa eius familia iussa est tunc orationi vacare: nam multorũ oratio certiùs & citiùs impetrat quod exorat.

Salian. Psal.

Lyranus. Carthus. Serarius Salian. Tortolet.

5. Iudith. *Et induens se cilicio, &c.* Græc. text. non habet, *induens se cilicio*, sed potiùs oppositum; sic enim ad verbum: *Nudauit id quod induebatur cilicium.* Quod negotium facessit Interpretibus. Neque enim verosimile est piam & religiosam fœminam, quæ habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, (vt dicitur suprà, c. 8. v. 6.) illud exuisse, cùm dira obsidionis calamitas perurgebat: præsertim quando oratione exambit flectere ad miserationem offensum Deum: quem probè noscit deliniri eiusmodi asperitatibus. Verùm nisi ego fallor, non aduersatur Græc. text. vulgatæ editioni, sed explicatiùs idem tradit. Triplex explicatio succurrit. Primò, τὸ *Nudauit cilicium*, idem sit ac palam ostendit. Nam cùm semper Juditha gestaret cilicium appressum carnibus, & ita reliquis vestibus coopertum, cùm ad orationem accessit, detractis cæteris vestimentis, illud nudauit, non exuit, id est, palam apparuit, quod semper occultum erat: sic vers. seq. ait de Dina, *Nudasse femur*, id est palàm detectum fuisse. Vnde à vulgato dicitur, quod *induit se cilicio*, id est, apparuit tunc induta cilicio, quando detractis vestibus solo cilicio vestita erat. Nempe moris est Scripturæ sacræ ex rerum apparentia rem affirmare. Sic Sol, & Luna Gen. 1. v. 16. *Luminaria magna* dicuntur comparatione stellarum, tametsi stellæ molis amplitudine Lunam longè excedant. Et Ezechielis 27. v. 11. præsidiarij milites arcis Tyriæ pygmæi appellantur, non quia cubitalis staturæ forent, sed quia positi in mœnium sublimitate, sic apparebant, eos suspicientibus ex inferiori solo, vt notauit egregiè noster Prado ibi. Et Matt. 2. v. 52. *Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia* apud Deum, & homines; id est, videbatur proficere sapientiâ, & gratiâ, vt commentantur communiter Interpretes. Mitto sexcenta alia loca, quæ vbertim suppetunt in Bibliis: nolo onerare locum, sed explicare. Hæc expositio placuit Serar. in comm. capitis, & Emanueli Sà, & Tortoletto l. 2. nec displicet Saliano. Aliam interpretationem affert, & magis approbare videtur idem Salianus, vt Juditha exuerit interius, quo asperabatur cilicium, illúdque commutasse in saccum, quo humeri, pectus, & totum penè corpus affligeretur. Hæc dixerim in gratiam Græcæ translationis. Benè aduertit Baëza tom. 3. lib. 14. c. 9. §. 10. tempore magnæ calamitatis ostẽtasse Iudìtham asperitatem cilicij absque periculo gloriæ inanis. Ego quidẽ tanti non facio Græcam exscriptionem, quam in multis mendosam sæpè notaui, vt præfata verba sinceriùs non explicem. Nempe Juditha sese ad orationem comparans, non exuit intimum cilicium carnibus appressum, quo semper macerabatur ad dolorem; sed ad orationem ingressa, ampliorem saccum induisse, qui totum operiret corpus, ad illud magis exasperandum, tum etiam ad deformitatem, & & commiserationem: nam habitus sordibus hominem deformans, misericordiam diuinam feliciter excitat. Ita Lyran. Dionys. Carthus. & noster Sanctius. Non adducar, vt credam, veram esse Hugonis coniecturam, Scilicet Iuditham exuisse assuetum corpori cilicium; vt alloqueretur Oziã, & reliquos Bethuliæ proceres, & postea induisse: nam interius cilicium intrinsecùs latens, nec officit ciuilitati, nec inaniter ostentat virtutis ambitionem. Quin nec dedecebat fœminam sanctimoniæ, & prophetiæ laude celebrem, in angusto illo rerum articulo palam indui cilicio, & sordido pœnitentium amictu ad placandum numen populo offensum.

Quid sit nudasse ciliciũ Iudith.

Genes.

Ezech.

Prado. Matth.

Serarius. Sà. Tortolet. Salianus.

Baëza.

Lyranus. Carthus. Sanctius. Hugo.

5. Cinis in capite significat ambitiosi luctus. Posuit *cinerem super caput suum.* Sparsionem cineris super caput, signum fuisse ambitiosioris luctus, constat ex hoc Iudithæ lib. c. 4. v. 16. & c. 7. v. 4. & Estheris 4. v. 1. & 2. Reg. 13. v. 19. & passim in Psalmis, & Prophetis. Et Mat. 11. v. 21. *Si in Tyro, & Sidone, &c. in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent.* Legi potest ibi Maldonatus, qui non tantùm ibi adaggerat plura Bibliorum loca, sed etiam probat Gentiles, & exteras nationes imitatas fuisse solemnem hunc Iudæorum morem. Quod liquidò constat ex hoc Matthæi loco, vbi id asseritur de Tyro, & Sidone, & ex Ionæ 3. v. 6. vbi Niniuitæ sacco, & cinere veniam impetrarunt, Mat. 12. v. 41. Tortolettus supra Iuditham non *cinerẽ*, sed *puluerem* capiti imposuisse canit. Puto eodem sensu nam Iosue 7. v. 6. dicitur: *miseruntque puluerem super capita sua, & dixit Iosue: Heu Domine Deus, &c.* & 1. Reg. 4. v. 12. & lib. 2. v. 12. & Thren. 3. v. 29. & Ezech. 27. v. 30. sumitur enim puluis pro cinere: nempe genus pro specie. Vnde vbi vulgatus exscribit *cinerem*; Vatabl. vertit *puluerẽ*. Aut puluerem spargebant super caput, vt insinuat Pineda in c. 7. v. 4. Quod verosimilius videtur: nam stationarij milites, qui suprà c. 7. v. 4. viso exercitu Holofernis, miserunt cinerem super capita sua, fortè obuio puluere sparserunt capita: nam nimis difficulter illis suppeteret cinis in militari statione præsertim campestri. Quæret aliquis quare in magna calamitate super capita spargitur cinis: Respondet Pineda explicans præfata Iobi verba: *Sparserunt puluerem super caput suum in cælum*, quòd illa pulueris iactatio fiebat, non tam in caput, quàm sursum, cælum versùs, & aërem capiti imminentem, tum vt cadente puluere caput aspergeretur, tum vt significaretur cælum tunc minimè serenum esse, sed turbulenta & nubila

Iudith. Esther. Regum. Matth. Maldon.

Iona. Matth. Tortol. Iosue. 1 Regum. Threnor. Ezech.

Vatabl.

Pineda.

Iudith.

Iob.

nubila omnia, & quasi vehementi aliqua tempestate exorta, puluerem excitatum; sic Deo ex cælis despicienti suam calamitatem, lugentes, & afflicti præsentem faciebant. S. Gregorius lib. 35. Moral. cap. 2. aliam rationem tradit: *In cilicio quidem asperitas, quæ punctio peccatorum; in cinere autem puluis ostenditur. Et idcirco vtrumque hoc adhiberi ad pœnitentiam solet, vt punctione cilicij cognoscamus quid per culpam fecimus, & in fauilla cineris perpendamus, quid per iudicium facti sumus.* Lyran. hic diuersam rationem reddit: *Induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum; & vtrumque fecit ad humiliationem sui sciens quòd oratio humiliantis se nubes penetrat.* Hæc ratio Lyrani, & illa Gregorij aptè explicant cur super caput spargatur cinis: alia verò Pinedæ, cur sursum mittatur versus cælum: scilicet, vt descendat in caput. Adde, preces à sacci, & cineris sordibus ambitiosè audere impetrationem. Dauid, inquit Saluian. l. 2. de Gubern. *Prouidum pœnitentem cum patrocinio ambitiosi squaloris assumit.* Super hac re legi potest Tertull. Apologetic. c. 40. in vltimis verbis, quæ vbertim locupletat noster Cerda, & Basil. Seleuc. Orat. 12. de Iona, & Patianus.

Gregor. — Lyran. — Saluian. — Tertull. Cerda. Basil. Seleuc. Patian.

7. *Et prosternens se Domino.* Tortoletus censet non toto corpore procubuisse, & hæsisse terræ, sed è genu orasse Iudicham, ita canens:

Tortolet.

Poplite humi fertur duplicato, ac vota profundit.

Præmaturè imitatur Christum, qui Luc. 22. v. 41. *Positis genibus orabat.* Greg. Nyss. in Caten. *Quid sibi vult flexus genuum, de quo dicitur, & positis genibus orabat: humanus quidem vsus est pronos terræ supplicare maioribus, facto ostentantes fortiores esse, qui rogantur. Palam est autem humanam naturam nihil habere Deo condignum. Et ideò honorifica signa, quæ inuicem exhibemus, fatentes nos humiliores esse respectu excellentiæ proximi, trãssumpsimus ad obsequia incomparabilis naturæ. Vnde ille qui nostros languores portauit, ac pro nobis intercessit, per hominem, quem assumpsit, genu flectit orando, sanciens non esse superbiendum orationis tempore, sed per omnia humilitati conformandum; quia Deus superbis resistit, dat autem humilibus gratiam.* Morosus ero si chartam impleam hac vulgari eruditione, quam eructat affatim vtraque eruditio. Et sanè probabilius censeo Iudicham non humi stratam orasse, sed genibus flexis: nam etsi Christiani in grauioribus necessitatibus oraturi sese vsque ad humũ prosternant, id non fuisse apud Iudæos in more positum obseruauit Cæsar Baronius 1. to. Annal. ad ann. Christi 58. his verbis. *Videas interim Paulum absque vllâ necessitate Iudæorum moribus inseruiendo, inter suos positum, patrios in deprecando ritus seruasse: genua enim in precibus flectere Iudæi consueuerunt. Nam & de Salomone ait diuina Scriptura: vtrumque genu in terra fixerat:* Hæc ille. Vnde sensus erit: *Prosternens se Domino,* id est. flexis genibus inclinata, & humilis. Tametsi non longè abesset à veritate, qui diceret, humi stratam, Oratorij pauimento pronam adhæsisse, quod videtur significare τὸ *prosternens se.* Et quidem in tanto tantæ calamitatis periculo, quid mirùm si piè quasi exorbitaret vehemens deuotionis affectus, extimulatus periculi magnitudine? Quid verò significet flexus genuum in oratione, tradit Iustin. Martyr (si illius sunt quæstiones illæ, quæ inter eius opera excuduntur) q. 115. sic fatus: *Ea propter genium per sex dies inclinatio, symbolum, & nota est lapsus per peccata nostra.*

Luc. Nyssen. — Iudæi non prostrati, sed genuflexo orabant. — Baronius. — Iustin.

8. *Clamabat ad Dominum.* In Græco text. additur: clamabat voce *magnâ.* Putabit aliquis Iudicham ingenti clamore, & clamosâ vociferatione vocem contendisse in oratione. Putas & molestè totam domum perstrepere vociferationibus, & inurbanè viciniam inquietasse? fortè agebat cum surdo Deo? Imò etiam si vellet, gracilis vox puellæ à ciliciis, & inedia, & oratione effœtæ, & exhaustæ, vociferari non eualeret, nisi incondito, & absurdo clamore. Profectò voce magnâ ad Deum Iuditha clamat in oratione, quæ magno affectu orat & mẽtis clamoribus modulatè vociferatur. Exod. 4. v. 15. Peruigebat Pharao in deserto Israëlitas & linguâ mutus erat Moyses, mente linguatus. Vnde dixit Dominus ad Moysen: *Quid clamas ad me?* cũ nec tunc quidem mutiret. S. Bern. ser. 16. in Psal. 90. *Clamor in Dei auribus est desiderium vehemens.* Cassiodor. in Psal. 16. *Ipsum est oratio perfecta, cuius causa clamat, & lingua, & actus, & sermo, & vita, & cogitatio.* Audis clamorem non tantùm esse rẽ linguæ, sed etiam causæ & actus, & vitæ & cogitationis. 3. Reg. 18. vers. 27. Gentiles prophetæ ad falsos Deos *clamabant voce magnâ*, existimantes pro maiori sono vocis audiendos. Illos autẽ irridet Elias, *Clamate voce maiori, &c.* Eleganter Tertull. in l. de Orat. c. 13. *Atqui cum modestia, inquit, & humilitate adorantes, magis commendemus Deo preces nostras. Sonos etiam vocis subiectos esse oportet: aut quantis arteriis opus est, si pro sono audiamur? Deus autem non vocis, sed cordis auditor est, sicut conspector. Dæmonium oraculi Pythij: Et mutum, inquit intelligo, & non loquentem exaudio. Dei aures sonum expectant? Quomodo ergo oratio Ionæ de ventre Ceti per tanta bestiæ viscera, ab ipsis abyssis per tantam æquoris molem ad cælum potuit euadere. Quid amplius referent isti, qui clariùs adorant, nisi quòd proximis obstrepunt?* Succedat magistro discipulus, Cyprian. inquam. *Non passim ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem commendandam modestè Deo, tumultuosâ loquacitate iactare.* Et Arator l. 1. Hist. Apost. sic pulchrè cecinit:

Græc. text. — Mens clamat ore tacito. — Exod. — Bernard. — Cassiodor. — 3. Reg. 18. v. 27. — Tertull. — Cyprian. — Arator.

——— nimiùmque sonora
Causa petit, quod lingua tacet, nec cessat ab aure
Clamosâ pulsante fide.

Super hac re lege Rangol. in l. 1. Reg. c. 1. v. 12. & Bisciol. to. 2. l. 15. c. 8. & Cerd. in Tertull. ad lib. de Orat. c. 13. Præclarè aduertit Sanctius, quia Iudithæ congrediendum erat, & cum offenso Deo ad extorquendam clementiam irati numinis, & cum Holoferne ad illum blanditiis detriumphãdum: ad expugnandum diuinum pectus Iudithã se armasse, & ornasse orando, squaloris ornatu ambitioso, & cineris pigmentis; ad capiendum verò Holofernem, & eius oculos alliciendos assumpsisse postea vnguentorum odores, oris lenocinia, & exquisitam munditiem. Neque minus delinitur Deus sordibus pœnitentiæ, quàm Holofernes munditiis venustatis.

Rangol. Bisciol. Cerda. Sanctius.

§. II.

Hypocrita infidelitatis candidatus est, desperationi velut obnoxius, & æmulus proditoris Iudæ.

SI quis desiderium suum superbiæ clausit, & sic aditum præclusit inani gloriæ, cum sanctissimo quoque de probitate certet. Porrò res inquieta hypocrisis est, ipsa se exagitat, cerebrum monet, nõ vno modo grauis & molesta virtuti. Leuis gloriola 9.

gloriola est, & non leuiter inflat; exiguus igniculus est, & semiustulat vigorem gratiæ, impotentia virtutis est, & potenter nocet; insidiatur probitati & palam eam euertit. Fomes vitiorum est, iustitiæ torpor, pietatis nouerca, flagitiorum patrocinium, euersio sanctitatis, & virtutum excidium. Diligenter præcaue ab inanis gloriæ pestifero contagio, quod dissimulanter serpit sub leuis noxæ prætextu, & gehennales mores eructat. Qui viuit gloriæ, gehennæ moritur: qui sperat inanis gloriæ plausum, tacitè desperat de beatæ gloriæ felicitate, Luc. 3. vers. 4. refertur illud Isaiæ 40. v. 3. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur*. Origenes, Beda, & Hugo nomine *montis* intelligunt superbos, & inanis gloriæ studiosos, de quibus sic fatur S. Chrysost. apud S. Thom. *Omnis mons & collis humiliabitur. Colles autem desperatos appellat: non solum autem ob superbiam mentis suæ, sed propter desperationis sterilitatem: collis enim nullos fructus producit.* Nempe superbi montes bonorum operum steriles sunt, & noxiæ herbæ feraces: malè fœcundi, & peiùs steriles: infœcundi probitate, vberes improbitate: qui cælestes imbres frustantur, & virtutum operibus nutriunt superbiæ fastum. Ij inquam, elati montes significant homines desperatos, ac si elatio sit desperatio quædam, & quodammodo impotentia virtutis, ô infelix inanis gloriæ studium! quod omen est infaustæ reprobationis, & ius ad gehennale incendium. Ac si hypocrisis, & inanis gloriæ amor sit veluti licentia ad desperandum, & gehennæ titulus. Exerat homo vires arbitrij, & diuinæ gratiæ vigore auertat hanc liberam necessitatem, & sciat inanem gloriam esse quoddam quasi genus desperationis. Sic fouet vitia, sic depopulatur sanctitatem hypocrisis!

Hypocrisis est ius ad gehennam. Luc. Isaiæ. Orig. Beda. Chrysost.

10\. Lucæ 12. v. 46. Agens Christus Dominus de illo seruo nequam, qui moram faciente Domino, scelestissimè egit, sic inquit: *Veniet Dominus serui illius in die, quâ non sperat, & horâ, quâ nescit, & diuidet eum, partémque eius cum infidelibus ponet.* Quid est, quòd cùm Dominus castigat flagitiosum seruum, dicitur eum ponere cum infidelibus? Euangelista Matthæus, c. 24. v. 51. hanc eandem rem commemorans, ait: *Et diuidet eum, partémque eius ponet cum hypocritis?* Ecce tibi, qui à Matthæo dicitur *hypocrita*, à Luca dicitur *infidelis*. Hypocrisisne est spei iactura; fidei quasi amissio, & quædam infidelitatis species? Saltem hypocrisis validè impellit ad infidelitatem. Heu! quot homines videmus propter Superbiam in turpes hæreses incidisse! *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis?* Ioan. 5. v. 44. Ad hæc verba alludere videtur S. Chrysost. sic aiens: *Vult autem Dominus in hoc ostendere causam, propter quam non poterant credere Christo Pharisæi; hoc est, quia omnia faciunt, vt videantur ab hominibus. Impossibile enim est, vt credat Christo cælestia prædicanti qui gloriam hominum concupiscit terrenam.* Et ita hypocrita qui vanitati studet, inter infideles ferè connumeratur à Christo. Nam vt probabo seq. §. parum fidit de verbis Christi, qui coram hominibus bona opera facit ob vanam gloriam. Ergo hypocrisis fit suspecta quodammodo infidelitatis, & velut rea apostasiæ. Luc. 22. v. 46 Christo oranti in horto accedit Iudas, & pacis osculo illum prodit ad mortem. *Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo filium hominis tradis; Quasi dicat* (verba sunt Ambrosij inibi;) *Propter te suscepi, ingrate, quod tradis in hypocrisi.* Scilicet enormius crimen, quod fuit Christi Dei proditio, hypocrisis malitia fuit infectum. Ipsa infidelis Iudæ proditio, hypocrisis est? Dedeceret enim insolentius flagitium non fuisse opus hypocrisis? Nempe Christus humilitate concipitur à Virgine; & hypocrisi traditur à Iuda: Apostasia ab Apostolatu, & proditio Christi Dei, hypocrisis opus est; Heu hypocritæ sunt æmuli proditoris Iudæ, infidelitatis candidati, & desperationi obnoxij.

Luc. Hypocrisis suspecta infidelitatis est, & rea proditionis Iudæ. Matth.

Ioan. Chrysost. hom. 57. in Matth.

Lucæ.

Ambros.

11\. Matth. 9. v. 13. inquit Saluator discipulis suis: *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* Locus planè difficilis. Quomodo enim verum est Christum nō venisse propter iustos, si omnis Ecclesiæ iustitia à Christo est? Num Christus non venit propter Virginem matrem, quæ Christi gratiâ vsque adeò præmaturè præuenta fuit, vt nec incurreret debitum originalis delicti contrahendi? Quid? Christus non redemit Præcursorem? nec Zachariæ, & Elisabethæ gratiam meruit, quia erant iusti ambo? Fortè alio Redemptore vsi sunt? Nugæ. Quid ergo significat Christus aiens, se non venisse propter iustos; siquidem propter nos omnes, & propter omnium salutem corporatus est? Præclarè Raban. *Non veni vocare iustos falsos, qui in sua iustitia gloriantur, vt Pharisæos; sed illos qui se peccatores agnoscunt.* Nempe Pharisæi propter simulatam ab hypocrisi iustitiam, ironicè vocantur iusti, vt notat S. Hilar. S. Hieron. S. Chrysost. Beda, Theophylact. Euthym. Itaque propter hypocritas Pharisæos Christus non venit: (eo sensu, quo Christus loquitur, & intelligitur à præfatis Ecclesiæ PP. Procul calumnia.) Quid exaggeratius quàm hypocritas aliquo modo dici exules à gratia, & extorres à redemptione, & Christum illorum redimendorum occasione quasi non venisse? Ac si hypocritarum causa ferè desperata sit, & hypocritæ desperationi obnoxij.

Matth. Quo sensu dicatur Christum non venisse vocare hypocritas.

Rabanus.

Hilarius. Hieron. Chrysost. Beda. Theoph. Euthym.

12\. Ergo Christianus, qui verè est Christianus, tam longè debet esse ab hypocrisi, vt dixerit Auctor operis imperfecti, explicans illud Matt. c. 6. v. 17. *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua; sic longè te facere debes ab ostentatione ieiunij, vt si potest fieri, quod non decet, etiam ea facias, quæ ex diuerso luxuria, & epulationis videntur esse indicia.* Nimirum suadet magnus hic auctor, vt (si quando liceret) operemur virtutem sub specie vitij, non vitium sub specie virtutis: vt sicut in hypocritis apparet in opere virtus, sed intrinsecus vitium est; sic sub apparentia vitij operemur virtutem: quæ erit pia quædam hypocrisis, & ambitiosior virtus ad meriti laudē: quæ dū virtutem abscondit, virtutis laudem incrementat. Saltem solerter fugienda est hypocrisis, exemplo Iudithæ, quæ in secreto domus virtutes occultabat: Et illis *abscedentibus ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio, &c.* hîc v. 1. ne inanis gloriola dissimulanter insidiaretur virtuti: quæ dum blandè homini adulatur, virtutem sæuè corrumpit.

Matth. Imperf. homil. 5. in Matth.

Licétne ostentare apparentias vitiorum ad fugiendam hypocrisim.

Iudith.

---

§ III.

Bona pietatis opera propter inanem gloriam in publico facta, quodāmodo blasphemiæ sunt.

13\. Diligenti curâ Sanctissima fœmina, vt pia exerceat opera, recluditur in penitiori ædium suarum cubili, remotis arbitris, iuxta præscriptū Domini, Matth. 6. v. 6. *Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, &c.* Sed quorsum Christus Dominus ab aliis grauioribus criminibus non ita dehortatus homines, ab hoc inanis gloriæ vitio non semel,

Matth.

Digitized by Google

iterum, sed sedulò, & seriò nos remouet, quasi à magno flagitio? Imò S. Iudith, aliàs perfectissima, & Deo attentissima fœmina, adeò vitat popularē auram, vt in suarum ædium penetralibus delegerit secretum cubiculum ad vacandum Deo, ne inanis gloriæ vitiolum incurrat. Ad declinandam leuem vanitatis noxam, nimis sedula, & attenta inuigilat: præstaret intendere totas animi vires ad fugienda grauiora alia crimina, quæ plus vrgent, & nocent. Verùm quàm metuendá sit Pietas in publico exercita, ne quis in execrandum vanitatis scopulum impingat, satis luculenter docet Iob. c. 1. v. 5. Huius viri Sanctissimi filij, fraternam pietatem alternis conuiuiis confouebant. Verosimile autem non est, neque ferculorum multitudine, aut pretio, neque ebriis compotationibus, neque lasciuiente aut conuiuiorum melodiâ, aut saltatione, à bono parente benè instructos filios, conuiuij pietatem fœdasse; & tamen: *Cùm in orbē transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, consurgénsque diluculo offerebat holocausta pro singulis, dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, & maledixerint Deo in cordibus suis.*

Iob. Hypocrisis blasphemiæ malitiam æmulatur.

14\. Valde admiror cautelam, Iobi, vt apparet, supernacaneam & nimis scrupulosam: erant eius filij iuuenes, erant principes prædiuites commixti Husitidi genti tunc perditissimæ, quod fomitem ad atrociora flagitia indies subministrabat, & filiis in istiusmodi flagitiorum periculis versantibus, nihil timere dicitur: Et tamen filiis piis conuiuiis mutuá charitatem confouentibus, tam anxiâ suspicatur, & veretur crimina vt insomnes agat noctes, surgat peruigil diluculo, & oret Deum, & sacrificia mactet, ne fortè in pio opere peccent filij. Profectò nimia hæc cautela est, & indigna cordato viro, nedum Iobo, diuinâ & humanâ sapientiâ instructissimo. Nempe certa peccatorum pericula non timet, & ita satagit ob leues de bono opere suspiciones? Præterea quid in pio conuiuio blasphemias filiorum timet? *Ne fortè maledixerint Deo in cordibus suis.* Num res conuiuij, pietate, & charitate pleni, arcta est ad iactandas in Deum infames blasphemias Consulamus Magni Gregorij oraculū in hoc dubio, si fortè strictū nodū extricet: *Filij* (inquit) *in cordibus maledicunt, cùm recta nostra opera a non rectis cogitationibus prodeūt.* Scilicet ille Deum maledicit, & in eum iniurius est, & blasphemus, qui sic in publico recta virtutis opera exercet, vt à non recta cogitatione prodeant opera, sed inanem gloriam spectent. At impeditior manet locus ab explicatione Magni Gregorij; non lucē sed noctē offudit Iobi verbis hæc cōmentatio. Porrò quomodo fieri potest, vt filij Iob Deo in cordibus maledicant, & eum iniuriosè blasphement, cùm operantur recta opera, quæ à non rectis cogitationibus prodeunt, videlicet ob finem inanis gloriæ?

Greg. Max. l. 1. Moral. cap. 37.

Gloria inanis blasphemiæ æmula est.

15\. Non enim apparet quonā modo opus bonum in publico patratum, vt putà oratio Eleemosyna, &c. ob finē inanis gloriæ facta, blasphemiæ sint? Nam blasphemia est, *Iniuriosa in Deū locutio:* quæ etsi potissimum fiat verbis, aliquando tamen fit operibus, id significantibus, vt ex Augustino, Isidoro, & Gloss. docet S. Th. 2. 2. q. 13. art. 1. in corp. Quis ergo tam lynceis oculis præditus est, vt in Oratione, aut eleemosyna, aut quovis pio opere publicè, & propter vanitatem facto, *iniuriosam in Deum locutionem* reperiat? vna & sola Chrysologi perspicacia necessaria erat, & planè sufficit ad rē hanc dirimendam. Attentam expectat mentem acumen S. Chrysologi. Promiserat Christus Dominus centuplum, Matth. 19. v. 29. pro re quapiā propter ipsum aut relictā, aut pauperibus erogatā. Quis dubitat Christum Deum impleturum fore promissum? Blasphemus in Christum foret, qui ambigeret de promissi adimpletione, quippe qui esset iniurius in diuinam veracitatem. At qui istiusmodi bona opera quibus *centuplum* promissum est, in publico, & ob inanem gloriam operatur, planè videtur dubitare de fide Christi, & promissi, diuini adimpletione. Tot enim aduocat testes oculatos, quot spectatores boni operis facit. Ac si dicat tacitè: Estote testes (si fortè aliquādo opus sit, vt vos sistam) me hoc opus bonum fecisse, cui Christus *Centuplum* in præmium promisit; ne forsitan opus à me factum, & simul tam largam mercedem Deus abneget. Hæccine iniuria non est? quæ euidentior blasphemia dici potuit, quàm palam dubitare de Veracitate diuina, & de Misericordia malè sentire? cùm testes paret, si fortè Deus neget debitum? Audi S. Chrysol. *Homo si in paupere Deo fœneras, testes homines non requires: de accipientis fide disputat, qui sine mediatoribus nihil dat.* Profectò videtur conuinci blasphemiæ, qui inanis gloriæ nomine eleemosynam in publico largitur, faciens de spectatoribus testes, si fortè Deus neget debitum. Rectè ergo S. Greg. aduertit homines *Deum maledicere*, & blasphemos in Deum esse, *cùm recta opera* in publico facta *à non rectis cogitationibus prodeunt*, sed vanitatis causâ fiunt. Denique sapienter Iob de bono filiorum opere timet, ne fortè *filij in cordibus maledicant Deo.* Ad rem inquit Saluianus: *Mendacibus interdum, atque periuris cautione factâ, & dato fideiussore, res creditur: Christus tibi, & fidelissimam cautionem, & fideiussores optimos dedit? Cautionem, scilicet Euangelium: fideiussores, Apostolos suos, &c. & non credis ei, nec fidem accommodas?* Huc alludere videtur Theoph. aiens: *Est antē superbia Dei contemptus; quoties enim aliquis non Deo, sed sibi adscribit bona, quæ facit, quid est aliud quàm Dei negatio?* Audis superbiam dici Dei contemptum? Et inanem gloriam blasphemiam nominari.

Lessius, lib. 2. c. 45. dub. 5. August. Isidor. Gloss. S. Thom.

Chrysol. serm. 9.

Matth.

16\.

Chrysol.

Salianus l. 4. de Eccl.

Theoph. in Luc. 18.

§. IV.

Homo, quia inani gloriæ obnoxius est, vel à se ipso celet bonum opus: opus bonum quod cautè ambit latere, piè ambitur à Deo.

17\. Malitia suopte ingenio quærit latebras, inquit Philo, quod etiam oculorum experientia notum est: *Secretis patrocinantibus scelus*, ait Saluian. Scilicet malitia esse vult, quod videri non vult: pudet censeri, quod esse, non pudet. Inde ingeniosè latere ambit, secreta sedulò procurans, tanquā malitiæ asylū. *Foris pietas, intus malitia; duplex iniquitas*, Drogonis verba sunt. Scilicet latens malitia, & publica pietas, est exaggeratio iniquitatis. Vnde nō modò malitia, sed etiā sanctior virtus suopte ingenio quærit latebras; hac in parte pietas piè æmula vitij est. Hinc virtus ingenio pietatis latēre ambit: ac si homini non tantùm propriæ malitiæ, sed etiam suæ bonitatis erubescendum foret. Et benè quidem virtus erubescit in publico; quia ab ostētatione publicatur, & degenerat in vitij ignobilitatē. Nā manifesta virtus, sæpè est occultum vitiū: aspectus enim hominū, fascinum pietatis est. Ad rem Tertull. adhortatur virgines ne in publicū prodeant, vt non prodant virginitatem:

Philo lib. 1. legis Alleg. Saluian. l. 1. de Gubern. Dei.

Drogon de Sacr. Dom. Passionis Gloria inanis virtutem fascinat.

18\.

Tertull. l. de Virg. veland. c. 15.

Digitized by Google

virginitatem : *Nam eſt aliquod metuendum apud Ethnicos : faſcinum vocant infeliciorem laudis, & gloriæ enormitatem.* Itaque humanus aſpectus honeſta opera faſcinat, & venena ſpirat, quibus bona virtutis valetudo vitiatur, & deprauatur. Planè faſcinatio præſtigiæ quædam naturales ſunt, quibus periculosè tabeſcit faſcinatus, vt macie conſumptus intereat. Caue oculorum faſcinum, caue aſpectuũ præſtigias, ne valetudo virtutis deſciſcat in morbum vitij. Sit ergo pulchra virtutis facies clauſa pudoris ſerâ, & circumſpectionis claue, vt non incurrat in publicos aſpectus, tanquã in ſcopulos probitatis: nã omnis virtus virgo eſt, & oculis intuentium, & fauoribus applaudẽtium ſæpius conſtupratur; & ex pudica virgine fit meretrix impudentiſſima ab ſtudio inanis gloriæ, quæ ſpecies aliqua luxuriæ eſt. De quo aliàs.

18. Salubriter nos admonet Septimius, quod *Gloria reconſueuit.* Id eſt præſcriptionem ex lõga, & repetita conſuetudine allegat, vt inanis gloria, quaſi ex lege obliget. Hinc ſubdit, c. 11. *Gloria inſoleſcit* : nam velut lege latâ obligare præſumit; Quæ audacior inſolentia excogitari poteſt, quã quod inaniſſima vanitas tam ſublimem principatum in homines ambiat? Vel aliter accipe præfata verba: vt ſcilicet gloria inanis *inſoleſcat;* quia *reconſueuit* non tantùm gloriam captare de excelſis virtutum operibus, ſed etiam de qualicumque bono, quàm exili & dubio. Luculenter Tertull. loquens de Nouitiis Chriſtianis, qui publica pœnitẽtiæ opera aſſumũt, vt Deo ſatisfaciãt, & tamẽ ob finem inanis gloriæ deprauantur, ita ſcribit: *Imperfectis luminibus incerta reptant : & dicũt quidẽ priſtinis renunciare & pœnitentiã aſſumunt, ſed includere eam negligunt. Interpellat enim illos ad deſiderandũ ex priſtinis aliquid, ipſe finis deſiderãdi. Velut poma cũ iam in acorẽ vel maturitatem ſeneſcere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipſi gloria ſua adulantur.* Sicut pomum poſt nimiam maturitatem, putridum, & graueolens, & dignum ſterquilinio; ſi verò aliquantulam ſui portionem conſeruat à putredine immunem, ſibi blanditur ſeſe tacitè iactans, eò quòd ſic pulchrum, & ſuaue fuerit ſecundum omnes ſui partes. Nempe pomum ſemiputridum *adhuc ſua gloria adulatur* de portiuncula incorrupta; & inanem gloriolam captare ambit de particula illæſa à putredine. ô quãtula laus, vel potiùs non omnimoda ignominia excitat inanem gloriam in pomo! in homine, inquam, gloriæ ſtudioſiſſimo: *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, vt requieſcam in die tribulationis.* Habac. 3. v. 16. ne particula nõ omninò putrida iactantiã creet, & licentiã ambitionis captet, quia illi pepercit vermis. Mallẽ putredinem benè humilem, quàm vigorem malè ſuperbum, *adhuc ſua gloria adulantem* ô inſolentiam iactantiæ vel de ignominia ſuperbientem!

Septim. l. de Cult. fœm. cap. 19.

Gloria inanis reconſueſcit & inſoleſcit.

Tertull. l. de Pœnit. c. 6.

Habac.

19. Ex hoc inanis gloriæ fomite ortum eſt quòd idem Tertull. audacter dixerit: *Prædicatio diſcipulorum ſuſpecta fieri poſſet de gloriæ ſtudio, ſi non adſtat illi auctoritas Magiſtrorum, imò & Chriſti.* Nimirum diſcipuli publicè prædicabant hominem crucifixum, quod Gentibus videbatur ſtultitia; & ipſi pannoſi, & ignobiles, & *negati honoribus,* vt ait Chryſolog. rudi & incompto eloquio, crucis probra, abiectionem humilitatis, & patientiæ contumeliam prædicabant. Vnde hic faſtus? Et tamen niſi Deus fauor adeſſet, *Prædicatio diſcipulorum ſuſpecta foret de gloriæ ſtudio.* Sic turget exiguitas humana! ſic flagrat homo fomite ambitionis, & ſtudio inanis gloriæ! Sic lux inſidiatur operibus bonis: vt humilius & abiectius bonum in publico factum, obnoxium ſit ambitionis, & ſuſpectum inanis iactantiæ, quæ *gloriæ ſua aduletur,* etiam in minimis, & contumelioſis (ſi fas eſt dicere) bonis. In tantùm conualeſcit ſuperbia, ita contra virtutes coniurauit elatio, vt virtutis venerabile nomen ſic profanetur ab inanis gloriolæ ſtudio! Vnde vera virtus iure timet ab oculis hominum, quin & à propriis.

Tert. lib. 4. cont. Marc. c. 2.

Sublimis virtus ſuſpecta fuit inanis gloriæ.

Chryſol.

Matt. 6. v. 1. *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.* Et mox v. 3. *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito.* Sollicitos nos eſſe iubet Chriſtus Deus, vt non publicè faciamus bona pietatis opera, ne videantur ab hominibus. *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.* Miſſas facio plures commentationes, quæ difficilem locum implicant, magis quàm explicant. Imperfectus, per dexteram ſuperiorem voluntatem intelligit, per ſiniſtram inferiorem appetitum. Ac ſi dicat Chriſtus ex mente huius Doctoris: Non ſciat totus homo bonum quod ipſe facit, ſed partem ſui lateat. Hanc expoſitionem hauſiſſe videtur à Clem. Alex. vbi ſic ſapienter ſcribit: *Si eleemoſynam facis, nemo ſciat. Sed neque ipſe qui miſeretur debet ſcire ſe miſereri: ſic enim erit aliquando quidem miſericors, aliquando verò non.* Nempe tam occultè debet quilibet operari bona pietatis opera, vt nõ tantùm fugiat alios, ſed etiam ſe ipſum in quantùm poſſit effugiat. ô inſignem hyperbolem! Porrò ſi homo ignorat ſe operari bonum, planè bonũ non operatur, (vt concors eſt Theologorum ſententia,) ſiquidẽ bonum opus nõ ſolùm à materia, ſed à bonitatis notione bonitatem fœneratur: ergo deficiente notitia, vt deficiat bonitas neceſſe eſt. 20.

Matth.

Homo ob metum inanis gloriæ, celet opus ſuum à ſe ipſo.

Imperfect. hom. 13.

Clem. Alex. l. 4. Strom.

Hinc emergit difficultas operandi bona pietatis opera. 21. Quia bonitas operis operantem latet, non euadit opus bonum: ſi non latet, ſed planè cognoſcitur ab operãte ſuſpectũ eſt opus inanis gloriæ, quæ ſic blãdè adulatur operãti, vt vel ipſa notitia aliqualis periculi res ſit. Quid ergo faciendum? quoniã ſi neſcit ſe miſereri, miſericors non eſt; ſi ſcit, vanitati obnoxius eſt. Acutè ait Clem. Alex. quòd dum Chriſtus præcipit, vt neſciat ſiniſtra quod facit dextera, planè mandat, vt non planè ſciat; ſed aliquã ſui parte id ignoret; & ſibi caueat à ſe, & ipſe ſuſpectus ſibi ſit. Hæc ignoratio ſcientia virtutum eſt, & neceſſaria cautela, ne ipſe ſibi placeat, & tacitè ſibi blandiatur de bono virtutis. Eſto benè cæcus, ne ſis malè videns: *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Neque ipſe qui miſeretur debet ſcire ſe miſereri: ſic enim erit aliquando quidem miſericors, aliquando verò non.* Id eſt, ex parte: quod hîc ſignificat *aliquando.* Satius eſt enim minùs miſericordẽ eſſe, quam miſericordem non eſſe: imò hæc quaſi dimidiata miſericordia, plena pietas eſt.

22. Addit Chriſtus Deus de opere in ſecretis facto, quòd videtur à Patre Deo: *Et pater tuus, qui videt in abſcõdito.* Ac ſi opus publicitus factũ nõ videatur à Deo? Profectò pium opus, quod ambit oculos hominum, fugit oculos Dei. Num Deus noſter videt opus in abſcondito, in publico non videt? Quaſi Dei intellectus perſpicax ſit ad occulta, cæcus ad perſpicua, & publica? Quis enim vel lynceis oculis videat bonum, quod nõn eſt? Ergo occulta bona, & quæ ſoli ipſi patent, videt Deus, hæc illi placẽt, hæc exoptat, & ambit, quæ verò publica, & nota ſunt, vt notha & ſpuria ſæpè reprobat

Matth.

Deus eſt oculatiſſimus ad virtutes occultas: ad publicas quaſi non videat.

Digitized by Google

reprobat. Abiit olim Samuël in Bethleem, vt quempiam è filiis Isai vngeret in Regem Israël 1. Reg. 16. v. 6. Et cernens Samuel primogenitum Eliab, virum eleganti aspectu, intentat illum nomine Dei eligere. *Vidit Eliab, & dixit: Num coram Domino est Christus eius? Et dixit Dominus ad Samuëlem: Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* Quis crederet falli magnum Prophetam Samuëlem eligentem Eliabum primogenitum, altitudine, & vultu spectabilem præ cæteris? Sed Deus non censet iuxta intuitum hominis; sed occultam Dauidis virtutem prælegit. Eleganter S. Basil. Seleuc. (alias expensus ad aliud thema,) sic scribit *Tu mortali oculo corporis magnitudinem dimensus mirabaris. Ego verò quæ mihi soli videtur, pulchritudo, eam exambio.* Scilicet Deus videt tunc occultam Dauid virtutem, quæ Deo soli cognita est. Et addit de secreta Dauidis virtute, *Illam exambio.* Ac si occulta hominis virtus, sit quasi pia Dei ambitio. Sic enim illam amat, vt eam ambire dicatur. Ac si dicat: Publica & nota virtus, ambitio hominis sæpè est; at occulta, quæ mihi soli fit, & quæ me vnicum spectatorem optat, quasi mea ambitio est: quippe quæ non expectat manem hominum gloriam, sed spectat gloriam vnius Dei. Vereor enucleatiùs emedullare verbum. *Exambio*, ne pius amor erga secretum virtutis, ducat in publicam audaciam exaggerationis. Ergo inter Iuditha, c. 8. v. 5. vt exerceat omnia virtutum munia, quæ oculos & admirationem hominum figere valent, *In superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur. Et habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat*, &c. Opus quod gloriam ab homine non ambit, exambit gloriam Dei. ô piam pij operis ambitionem! Et hîc, v. 1. dicitur: *Quibus abscedentibus ingressa est oratorium suum; & induens se cilicio*, &c. Ambi latère vt videri merearis.

1. Reg. 16.

Basil. Seleuc. Orat. 14.

23.

Iudith.

§. V.

Beata horrentis cilicij spinositas, delicta expungit, regiam dignitatem recuperat, innocentiam quasi resculpit, & piam Christo inuidiam sollicitare ambit.

24. Cilicini sacci asperitas arbitriū est placandi diuinam seueritatem, quam humanorū criminū temeritas exasperauit; Cilicium est ingeniū reconciliationis, & artificiū propitiationis; leuis sacci molestia hominis peccata expungit, gratiā Dei mercatur, & auertit gehennalia cruciaméta. Quis contemnat exiguo, & voluntario supplicio supplicia æterna redimere? Recusat animi sanitatem qui respuit corporis asperitatem. *Vos primū appello fratres*, (verba sunt S. Patiani) *qui criminibus admissis pœnitentiam recusatis: vos, inquam, post impudentiam timidos, post peccata verecundos. Qui peccare non erubescitis, erubescitis confiteri; qui cum mala conscientia Dei sancta contingitis, & altare Domini non timetis, qui diuina patientia insultatis, qui tacenti Deo velut nescienti, pollutam animam, & profanum corpus ingeritis. Quid ergo desiit Deus nostra curare? An vltra conspectum mundi recessit, & neminem spectat è cælo? An patientia illius ignorātia est? Absit. Videt ergo quæ facimus, sed vtique expectat, & patitur, & pœnitentiæ tempus indulget, & Christo suo præstat, vt differat, ne citò pereant, quos redemit. Bene tu peccato intellige, spectarus à Domino, potes illum placare si velis.* Sed corporalibus asperitatibus placandum esse Deum multis suadet totâ ferè Parænesi, seriò adhortans ne pro criminibus admissis exteriorem pœnitentiam negligamus. Damnari ambit, non absolui, qui corporis pœnitentiam recusat. *Nam homo temporali afflictione, æterna supplicia, non dicam, frustratur, sed expungit*, inquit Tertull. Frustra pœnitenti sæuit infernalis, & æterna gehenna, quam temporalis asperitas eludit: saccus enim cataphractum reddit hominem aduersus Orci ignita tela, infernúmque exarmat: quia temporalis afflictio corporis criminameretur expungere, & eorum meritas pœnas. *El cilicio, y penitencia corporal remata cruentas con Dios.* Nempe exasperatæ patientiæ merito auertuntur diuinæ iræ, & peccator omnium scelerum reus, diuinam gratiam paruo mercatur: quia multam gratiam promeretur.

Cilicii exasperantis elogia.

Patian. in Parænes. ad pœniten.

Cilicium delicta expungit.

Tertull. lib. de pœn. c. 9.

Sententiosè dixit Tertull. quod *pœnitentia in sacco, & cinere incubat.* Vox incubare petita est à secunda genitura, quâ volucres fouent oua, vt vitalem excludant prolem. Sic pœnitentis saccus malè exasperans, & benè pungens, hominem fouet & animat ad spiritualem vitam. *Viuo, inquit Dominus, & pœnitentiam malo, quàm mortem. Ergo pœnitentia vita est, cùm præponitur morti:* Verba sunt Septimij. Profectò sicut saccus exasperans hominem fouet ad salutem, & spiritualem vitam: sic mollis, & delicata vestis debilitat, & frangit corpus Chrysost apud S. Th. ad c. 7. Luc. v. 21. *Quid existis in desertum videre, hominem mollibus vestimentis indutum?* ita fatur: *Mollis vestis dissoluit rigidam animam, etsi rigidum corpus assumat, & asperum: facilè per huiusmodi molliciem delicatum reddit & fragile. Facto verò corpore molliore, necesse est & animam participare læsionem.* Audis durum corpus, & rigidam animam lædi, frangi, emolliri à veste molli? Quin & effeminari censet Ambrosius aiens, *Plerosque melioris curæ vestis effeminat*; nam pugnacem Achillem cum veste ferè mutasse naturam, ait Tertull. *Habitum transferre ita demū cultus probrum est, si non consuetudo, sed natura mutetur*; scilicet sic mollescit homo vestium deliciosâ mollitie, vt fermè naturam mutet vir effeminatus muliebri vestium luxu. Hinc proceres sanctitate viri cilicinâ asperitate corpus suum vtiliter edomarunt. Victor Vticensis; ita scribit: *Eugenius asperitate cilicij senile atterebat corpus, nudâ namque super humum cubitans stratum sacci sui rigabat imbribus lachrymarum.* S. Paulinus, lib. 2. de vita S. Martini, sic de ipso pangit in veteri editione: *Quin & contextus cetis coopertis amictu*, etsi Iuretus in notis ex Fortunat. restituat:

25. Tertull. ibid.

Sacco incubare, quid?

Septim. ibid. cap. 4.

Luc. Chrysost.

Vestis naturam mutat.

Ambros. ad præfata verba Luc.

26. Tertulliam. de pallio cap. 4.

S. Paulin. intextus cilicinis funibus.

Vict. Vtic. l. 3. de persecutione vandalica.

Paulin. Iuret. Fortun.

Quin & contexto setis coopertus amictu

Nempe Martinus sic ceti, sine balænæ exasperabatur cilicinâ asperitate, tam arcto, & spinoso stringebatur cilicio, vt ipse Martinus contextus sacco videretur, aut saccus contextus Martino ipsi: quasi perpungens saccus non illi consuetudo, sed natura foret, & aliqua corporis pars attexta, & hominis appendix. S. Patianus agens de Dauide pœnitente: *David iacuit in cinere sordenti, sacco insuper horrente deformis. Ille quondam gemmis assuetus, & purpuris, texit in ieiunio* (in sacco etiam) *animam suam.* Ecce tibi animam intextam ieiunio, & sacco. Parco paginam implere Sanctorum exemplis, quæ passim suppetunt vel indocto. Non omittam S. Hilarium cilicium

Patian in Parænesi ad pœnit. Cilicium prophetat.

Hilar. Ca. 12. in Matth.

appellasse *Habitum prophetalem.* Non tantùm quia dedecet Prophetam, seu Euangelij præconem cilicio non castigari; sed quia ipse saccus indicium est summæ virtutis, & prophetia futuræ felicitatis, & felicis beatitudinis.

27. Profectò sordidus sacci horror ambitioso squalore piè præsumit regalia dona extorquere de diuina munificentia, & supra merita valet ad impetrandum. Porrò Cilicium regalis vestis est, regnū ambit, & regale solium recuperat. Saccus Regum purpura est, & imperialis trabea. Rex ille Niniuæus Ionæ 3. v. 8. quondam malè impius, iam ingeniosè pius, famelcente ieiunio macilentus, & horrido sacco intextus, arbitrio cilicij rescindi depositionis interminatam sententiam, & regnum ferè iam amissum restituit sibi: *Obliuiscitur se Regem esse, dum proiicit purpuram, dum diadema deponit, cilicio autem vestitur, & sacco, ieiuniis perseuerat, orationibus immoratur:* Verba sunt S. Maximi. Sic beneficio sacci non cadit è solio. Victor Antioch. explicans illud Marc. 1. v. 6. *Erat Ioannes vestitus pilis cameli*, ita fatur: *Hic habitus & pœnitentiæ, & luctus, & regiæ quoque potestatis, vt nonnullis placet, symbolum præ se ferebat.* Quin & Baltazar iam amissum recuperat regnum sacci arbitrio, Daniel. 4. v. 33. Pulchrè S. Patianus nuper laudatus, ita fatur: *Rex ille Babylonius exomolesim desertus operatur, & septennij squalore decoquitur: Leonum in illo iubas, impexa cæsaries, & barbarus horror exuperat, & longè incuruis vnguibus manus horrentes, aquilas mentiuntur, cum fœnum in morem bouis ederet, pallentium ruminator herbarum. Hac tamen illum Deo pœna commendat, & in sua quondam regna restituit. Quem horrebant homines, Deus recipiebat, ipsâ illâ malæ tractationis calamitate felicem.*

28. Scilicet Baltazar summus orbis Rex, Septennij squalore sordidus, vnguium adunco rigore deformis, iubarum, & horrentis capillaturæ barbarico horrore exasperatus, naturali, & intexto sibi cilicio asper, piè ambibat pristinam regni felicitatem, quam naturalis sacci piâ ambitione sibi restituit. Quasi sacci rigor, & cilicij asperitas forent meritum ad regnandum, & restitutio pristinæ felicitatis. Matth. 3. v. 4. dicitur: *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & Zonam pelliceam circa lumbos suos:* Super quibus verbis sic fatur S. Chrysost. *Propterea vestimentum de pilis camelorum habuit, vt habitu quoque ipso mundi contemptum doceret, suadens cæteris nihil cum terra habere commune, sed ad priorem nobilitatem reuerti, quam certè habuerat Adam priusquam de victu, vestitúque curaret. Ita ille tunc habitus pœnitentiæ, pariter & regni indicia præferebat.* Nimirum Ioannes à sacco pilis camelinis hirsuto, candidatus erat restitutionis in pristinum innocentiæ statum, quem nobis amisit Adamus. Ioannis Cilicium religiosa ambitio fuit resculpendi in se felicem innocentiæ gratiam, & deperditi regni piè ingeniosa recuperatio, vt sacci asperitas quasi restituat, quod perdidit gula palati, & regalis vitæ, seu pristinæ innocentiæ, regiam purpuram quodammodo recuperet deformis sacci squalidus horror. Nam sacci asperitas, candidata regni est, per quam tacitè ambimus regnare, & recuperare felicem innocentiæ statum.

29. S. Aug. ita scribit: *Si quæris, inuenies, non aliter in nobis regnare Iesum nisi per asperitates:* Nam qui sibi blandiuntur, & mulcent effeminatā pompā sericarum vestium, tenebrarum solent esse subditi, & mancipia cacodæmonis. At qui horrentem saccum assumunt, regnum Christi sunt, & beati regni candidati, ambientes felicitatem cælestis regni, & beatam Dei similitudinem Peccauit Adamus tot delictorum originali peccato, diuini rigoris sententiâ seuerissimè feritur, & acerbissimis suppliciis meritissimè mulctatur. Post fulminatam mortis sententiam, Gen. 3. v. 22. *Fecit Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos: & ait. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.* Quare vbi primū induit Adamus pellium asperitatē, & præcox cilicium, dicit illi Deus, se esse sibi similem? Num Deus sacco pro decore induitur? An saccus facit hominem Deo similem? Arguté Tert. hunc Genes. locū versans, ait: *Et si Adam propter statū legis* (id est sententiæ diuinæ,) *deditus morti est, sed spes ei salua est dicente Domino, Ecce Adam factus est tanquam vnus ex nobis.* Scilicet Adamus iam peccator audit ex Dei ore viuæ mortis sententiā, quā ærūnis damnatur; mox Dei iussu induit saccū pelliceū. At ipse cilicinus saccus factus est Adamo præsagiū immortalitatis, & augustior similitudo ad Deū. Siquidē vbi horrentē saccū induit, simul audit esse, *saluam eius spem*, & factum esse tanquam Deum. O præclarum asperioris sacci encomiū! ô Ciliciū non tam asperū, & pœnale, quàm deliciosum, & beatum? Priuilegium nescit merita: Sublimior est

30. hæc gratia, quam vt eam ambire possit cilicij meritum. *Nos verò ieiuniis aridi* (inquit Tertull.) *& omni continentiâ expressi, ab omni vita fruge dilati, in sacco, & cinere volutantes, inuidia cœlum tundimus, Deum tangimus.* τὸ *inuidia*, pro odio accepi, hunc vulgarem locum aliàs versans, Quid si inuidia hic pro odiosa æmulatione vsurparetur? Sensus erit ad rem præsentem peropportunus, Nempe Christiani sacco, & cinere volutantes sic Deo sunt conspicui, augustâ sacci veste decori, vt inuidiâ quodammodò Deum tangant, id est sollicitent. Quasi Christus Deus inuideat ambitioso sacci squalori, & inter beatæ gloriæ vestes reputet. Sic Martyrum cicatrices dicuntur ab eodem auctore inuidiosæ apud Christum. Ac si Christus inuideat cicatricibus Martyrū, & sacci asperitatibus. Pulchra planè hyperbole ad cōmendationē horrentis sacci, & extimulandos Fideles, vt beatā sacci vestem studiosè induant, quæ delicta expūgit, regiam dignitatem reparat, innocentiā quasi resculpit, homines similes Deo facit, & piā Christi inuidiam quodammodò sollicitat. Vnde hic v. 1. Iudith *Ingressa oratorium suum, & induens se cilicio*, &c. hæc omnia horrentis sacci priuilegia confestim experta est. Quis ergo negligat beatas ciliciorū spes? *Quid dicitis pœnitentes? Vbi est vestra carnis interitus? An quod in ipsa pœnitētia lautiores semper inceditis, conuiuio farti, balneis expoliti, veste compositi?* Sin carpit nostrates pœnitētes S. Patianus suprà allegatus. Discat sacci asperitatem peccator, qui est voluptatis magister. Nauseabit ad antidorum, qui hiauit ad venenum?

Discamus à P. Damiano quale fuerit cilicium pueruli Ioannis, vt pudeat nos impœnitētiæ nostræ. Qui sic fatur: *Rigida vestis durissimis hispiditatibus circumtexta, rigore squalifero corpus afficit Patriarchæ: carnémque tenerrimam immatura districtio disciplinæ feritate coarctat, teneros artus, & sacratiori spiritu superfusos continui cassat lōgitudo martyrij.* Et mox: *Nec aliquem, nisi fallor, legimus in veteri officina ad legis huius aspirasse fastigium. Vestis aspera, cibus tenuis, mens deuota perfectum consecrant Patriarcham.*

Cilicium pia regni ambitio est.

Ionæ.

Max. homil. 1. de litaniis.

Victor. Antioch. Marci.

Daniel.

Patian.

Cilicium quasi resculpit originalē gratiam.

Matth.

Chrysost. hom. 10.

Aug. l. 1. de Concord. Euang. c. 10.

Cilicium resculpit Dei imaginem. Genes.

Tert. lib. 1. aduers. Marc. c. 25.

Tertull. Apol. c. 40.

Ciliciū quo sensu dicatur inuidiam Christo facere.

Iudith.

Patian.

P. Dam. ser. 22.

Cilicium Ioannis pro martyrio.

§. VI.

§. VI.

Cinis concupiscentias sistit fertilémque facit humani cordis agellum; & cacas naturalis rationis litteras excitat.

31. QVicquid superbia ambit, aut auaritia reponit, aut voluptas suspirat, tenue habent gaudium, fallax, volaticum, & sæpè nullum; nomina sunt re vacua, vmbræ absque corporis soliditate, fabulæ, quas decantat Mundus, qui ab experientia cogitur palinodiam recantare. Et sanè tenue omne mundiale gaudium est, si diligenter inspexeris; nihil enim solidi voluptates habent: quibus euenire videtur, quod Sodomę, & Gomorthę, vbi pomum gignitur, quod licet speciem referat maturitatis, mandi tamen non potest: nam fuliginem intrinsecus fauillaceam tantum extima cutis cohibet, quæ vel leui pressa tactu fumum exhalat, & fatiscit in vagum puluerem. Credas Mundi amatoribus poma hæc nota, ita ad viuum illorũ exprimunt mores. Nempe Mundus Sodomiticæ regioni similis est. *Apparet forma regionis, sed inuenitur regio cineris*, inquit Orosius l. 1. c. 5. Totus mundus, regio cineris est: quicquid pulchrum & speciosum, quicquid suaue, & iucundum, quicquid augustum & gloriosum, specie tenus delectat, sed fictile, & futile est, nil solidi habens præter cinerem. Psal. 7. v. 9. sic fatur Dauid: *Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat.* Lyran. ibi: *In puluerem per cadaueris mei incinerationem.* Quasi dicat Dauid: Quid si ab hac execratione per manus inimicorum mihi nunc accidat, quod tandem omnibus felicibus necessariò accidet? Scilicet quod *gloria mea*, id est spes regni à Deo promissi, honos Goliathi deuicti, decus affinitatis cum Rege, nuptiæ cum Michol principe, & venusta, & Gratiarum manibus factâ puellâ, hæc, inquam, *Gloria mea*, in cinerem deducatur: in cinerem enim omnis gloria conuertitur, in cinerem tandem soluitur omnis Mundi gloria: nihílque habet solidi præter cineres. Memini me legisse in Græcis Apophthegmatis, cùm quispiam irrisor videret quemdam Philosophum subtiliter de rebus naturalibus disputantem, quasi per iocum illi dixisse, Edissere nobis quot libras fumi habet hoc lignum? Cui seriò respondit sapiens Philosophus: *Expende cineres*, planè vsque ad miraculum sententiosè respondit. *Expende*, inquam, *cineres*, nempe pondera cineres huius corporis: & reliquum, fumus inanis est. Quasi dicat: nihil ponderis, solidum nihil est in quouis corpore præter cinerem, cætera vana sunt, futilia, inania, fumus. Miraris in hominis corpore, pulchram iuuentam, venustam formam, ætatis florem, diuitiarum superbiam, honoris fastum, famam sapientiæ, deliciarum luxuriam, & quicquid mundanâ gloriâ fulget, *Expende cineres* cætera fumus sunt, quem citò difflat, & dissipat aut Fortunæ inconstantia, aut inconstantis natura fatum. Planè omnis Mundi gloria vltrò decinerescit, & in matricem puluerem citò soluitur. Omnis quippe gloria mundi in puluerem reducitur, sicut luxuriantes Sodomiticæ regionis arbores. De quibus sic eleganter Tertull. *Olet adhuc incendio terra, & si qua illic arborum poma cernantur, oculis tenus cæterùm contacta cinerescunt.* Miraris Sodomæ fruteta, paradisum mentientia, ambitionem frondium, inoculatas fructuum spes in floribus, luxuriantia poma? Oculorum tenùs gloriantur, introrsum cinis sunt, & vagus puluis. *Expende cineres*; reliqua, fumus inanis est, & fauillacea gloria: nihílque momenti aut solidi habent præter cinerem. *Comparatus sum luto, & similis factus sum fauillæ, & cineri*, Iob. 30. v. 19.

[Margin: Orosi. — Psal. — Lyran. Mundialia bona præter cinerem, fumus sunt. — 32. Apophteg. Græca. — Tertull. c. 40. Apolog. — Iob.]

33. Cæterùm si vel futuri cineris memoria, pietatis fœcunda est, ipse cinis infœcundus non est, sed admodum fertilis. Cassiod. l. 4. Var. ep. 50. de Vesuuio ita fatur: *Vomit fornax illa perpetua Puniceas quidem, sed fertiles arenas:* (cineres sic vocat,) *quæ licet diuturnâ fuerint adustione siccatæ, in varios fœtus suscepta germina mox producunt, & magnâ quadam celeritate reparant, quæ paulò antè vastauerant.* Ne quis existimet cinerem agnatâ adustione esse infœcundum, miram illi tribuit Cassiodorus fertilitatem, quâ longè superet campos pingui glebâ felices: siquidem quod cineres Vesuuij aggeres, vel insanus cinerum nimbus insolenter vastauit in aruis, idem vbertim reparat cinerum fœcunda fertilitas. Neque id, quod opportunum est ad rem moralem, insolens est in re naturali. Nam Plin. ita scribit: *Transpanis cineris vsus adeo placet, vt anteponant fimo iumentorum: quod quia leuissimum est, ob id exurunt. Vtroque tamen pariter non vtuntur in eodem aruo.* Audis à Principe naturalis historiæ, arua cinere stercorari ad vberiores prouentus? Quin & peritiores agricolæ frondentes arbores, & pubescentes fructus cinere puluerant ad ambitionem fœcunditatis. *Sunt* (adhuc Plin.) *qui puluere quoque vuas alimentis, pubescentésque puluerent, & vitium, arborúmque radicibus spargant. Quod certum est Narbonensi prouincia, &c.* Ambis in animi tui plantario pietatis arbores serere, prouentuum fertiles? cinere stercora cordis tui agellum: cupis fœcunditatem virtutum? puluera caput tuum, (homo quippe arbor inuersa est, ideò radix eius caput est,) quod radix est, cineris pului sculo, vt vberes fructus facias in re pietatis. Quod fecit hîc, v. 1. Iuditha, dum *posuit cinerem super caput suum.*

34. Iob. 13. v. 12. *Memoria vestra comparabitur cineri?* vel vt Hebræi scribunt: *Memoria vestra sermones, vel parabola cineris.* Quæ est hæc memoria, in qua sermones cineris scripti sunt? & qui sunt hi cineris sermones? Eruditè notat noster Salazar, litteras cæcas olim dici, quæ in charta scriptæ videri non poterant, donec arte aliqua excitarentur. Formam scribendi cæcas litteras tradit Plin. ita scribens: *Narránque lacte eius inscripta charta*, (loquitur de herba lactaria, quæ vulgò dicitur *Lechitrezna*) *cum inaruerit, si cinis aspergatur, apparêre litteras*, Hos fortè appellat Iob. *Sermones vel parabolas cineris.* Acuta magis, quàm solida commentatio, sed ad rem præsentem opportuna. Nempe homo charta Dei est, in qua plura cæcè scripta sunt. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, Psal. 4. v. 7. Quodnam est hoc cæleste lumen; seu illuminatæ litteræ, quæ in nobis insculptæ seu signatæ, vel potiùs *Significatæ* sunt; vt commentatur Tertul. S. Aug. ibi ait in homine signatam, aut significatam imaginem Dei, ad cuius similitudinem homo formatus est. Apud S. Brun. *Rationalitas mentibus nostris impressa*, intelligitur. Hugo de S. Vict. c. 5. in Psalmos, idem docet Hugo Card. *Signatum est super nos lumen vultus tui. Hæc est ratio.* Burg. *Gratiam*; S. Isid. in c. 15. Exod. *Christum*, S. Cyryll. l. 8. in Ioan. c. 29. *Spiritum S.* Cassiod. *Crucem*: Genebr. *legem naturalem* intelligit impressam, signatam, seu significatã in nobis.

[Margin: Cassiod. Cinis fertilis est, præsertim in re virtutis. — Plin. lib. 17. nat. histor. c. 9. — Plin. — Iudith. — Iob. — Salazar. Prouerb. 1. n. 15. Plin. l. 26. c. 8. — Cinis excitat naturalis rationis litteras. — Psalm. — Tertull. l. 5. aduers. Marcion. c. 11. August. Bruno. Hugo Vict. Hugo Card. Burgen. Isidor. Cyrill. Cassiodor. Genebr.]

 Itaque

Itaque in homine à primæua origine impressa seu significata est imago Dei: & per gratiam imago Spiritus-S. aut Christi, aut eius Crucis. Saltem naturaliter illi impressa est Ratio, quæ est Syndæresis, seu lex naturalis. Sed heu! primæuus error deleuit hanc scripturã, litteras cæcas iure dicere poteris: sic oblitteratæ sunt! & ita nec videri, nec legi poterunt; ergo excitentur cineris beneficio. *Narrant* (imò quotidiana experientia videmus,) *si cinis aspergatur, apparere litteras.* Videas homines, in quibus vix apparet vestigium legis naturalis seu rationis impressæ; adeò errant peccandi consuetudine! vix, aut ne vix quidem videntur Christiani; sic Christi lex oblitterata est. Sed si has cæcas litteras inspergas cinere, statim excitantur, apparent, & legi intelligíque possunt. Tunc enim apparet quàm verè dixerit Iob: *Memoria vestra, sermones, seu parabola cineris.*

35. Quis credat cineribus vim medicam inesse? Audiendus est Plin. qui ex M. Varrone hæc transcripsit: *Lix cinis est, inquit, foci. Inde enim cinis lixiuus potus medetur, vt licet videre gladiatores cùm deluserint, hac iuuari potione. Quin & carbunculum genus morbi, carbo tritus cum melle sanat.* Et quidē animi morbos certiùs curat cinis. Prou. 30. v. 15. *Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, affer, affer. Tria sunt insaturabilia, & quar tum, quod nunquam dicit, sufficit.* prius hemistichium sic vertunt Septuag. Interpret. *Sanguisugæ tres filiæ erant dilectione dilectæ, & quarta non sufficit dicere satis est.* Profectò mens Septuag. Interpret. est, Sanguisugæ nomine cupiditatem in vniuersum intelligi, cui adscribunt quatuor omninò filias, ex quibus tres insaturabiles sunt, sed quarta præ reliquis saturari nescit. Tres quidem sunt, Ira, Luxuria, Auaritia; quarta verò ambitio est. Et quidem has quatuor vnius cupiditatis esse filias luculenter disserit S. Aug. his ferè verbis: *Libido generale vocabulum est omnis cupiditatis. Est enim libido vlciscendi, quæ ira dicitur; est libido habendi, quæ auaritia nominatur; est libido seu appetentia delectabilium, quæ luxuria dicitur; est libido gloriandi, seu dominandi, quæ iactantia, seu ambitio appellatur.*

Plin. lib. 36. nat. hist. c. 21. Varro.

Prouerb.

Cinis optimum medicamentum est.

Septuag.

Aug. lib. 14. de Ciuit. Dei c. 15.

36. Nempe Sanguisugæ seu cupiditatis tres filiæ, Ira, Luxuria, Auaritia inexplebiles sunt: quarta filia, quæ his accedit, id est, ambitio præ reliquis expleri nequit. Qua ergo medicâ vi compesci potest insaturabilis sanguisugæ, seu cupiditatis sitis? Quis medebitur ferè immedicabili morbo, quo miserè ægrotant mortales? ô! quis medicinam faciet fermè irremediabili malo? Galen. tom. 5. clas. c. 1. docet sanguisugas, cùm venæ tenaciùs adærescũt, & dulciùs inescatæ voluptate humani sanguinis, hominem exanguem, & exsuccum reddunt, inspersо cinere vltrò desistere. *Ab attrahendo quidem non desistunt, donec cinere os earum aspergatur.* Verba sunt Galeni principis Medicorum. Nempe homo exasperatus iræ furore, & vindictæ libidine, aut luxuriæ ignibus æstuans, aut auaritiæ cupiditate inhians pecunias, aut honorum superbiâ ambiens sublimitates; si puluerетur cinere, statim concupiscentiæ sanguisuga reuellitur, imò sponte desistit inhibitâ cineris medicinâ ô salutiferum cinerum remedium ad curandos humanos morbos, Ægrotare cupit, qui facili remedio non succurrit serpenti morbo, & sensim corporis, animæque vires depopulanti. Bethuliensium exemplum sit schola Christianismi, & eruditio salutaris remedij. Ergo, ô homo, Incineratio salubre concupiscentiæ remedium est.

Galen.

§. VII.

Humanæ preces à ieiunio, à sacco, & cinere sunt ambitiosè potentes.

Omnis Oratio chara Deo est, nec difficulter postulata impetrat: nam etsi perennes sint omnipotentiæ thesauri, & effusa Dei munificentia plus delicietur donando, quàm homo recipiendo: magísque è re Dei est dare, quàm hominis miseri accipere. Verùm nihilominus non semel obsurdescit Deus, precésque nostras & audire dissimulat, & differt annuere postulatis. At tunc vegetanda est oratio ieiuniis, armanda ciliciis, & sacco, & cinere roboranda: nam eiusmodi molestiæ gratam reddunt orationem, impetrandi facilem, incredibilíque solicitudine rem postulatam negotiantur à Deo. Regius Psaltes, vt erat in Psalmis & precibus doctus, sic erat impetrandi peritus. Quod si quando Deus semel, & iterum rogatus renuebat postulata concedere, & sacco & cinere armabat orationem, quo exarmabat Dei iras, & ingenio asperitatum mitem illum reddebat, & exorabilem. Quod graphicè depingit Saluian. sic scribens: *Gemmas regias Dauid abdicat, crepitantia auro textili indumenta deponit, purpurâ exuitur, diademate exhonoratur, cultu, & corde mutatur: totum regem cum ornatibus suis abiicit, prouidum pænitentem cum patrocinio ambitiosi squaloris assumit, ieiunio exigitur, ariditate siccatur, fletu effunditur, solitudine carceratur.* Singula verba nitent, nitet singulorum venusta sententia. Illud tamen præ- 37.

Oratio à cilicio piè ambitiosa est.

Saluian. l. 2. de Guberna. Dei.

nitet; *Cùm patrocinio ambitiosi squaloris.* Quasi dicat: Humana oratio Deo effusa simplex quædam petitio est, simpliciter & absque artificio desiderata petens; at oratio quæ accedit cum patrocinio ieiunij, sacci, & cineris, *Ambitiosa* Oratio est: Aut quia arroganter sed piè superba, præsumit rē postulatam impetrare; aut quia ambitiosè negotiatur, quod postulat. Vidistíne in regia Curia cãdidatũ ambitiosum, stimulis honoris, & ambitionis actũ: seruus assistit, & ministrat iudicibus, blãditur adulationibus, obsequiis mulcere, & muneribus corrũpere eosdē tentat; & vt summatim dicam, nullũ non mouet lapidem ambitio, vt negotietur quos inhiat honores. Planè ingeniosè negotiosa ambitio est. Nec minùs ait Saluian. negotiatur Oratio sacci & cineris ambitioso patrocinio. Quò alludere videtur Tert. *Edam iam nunc ergo ipse negotia Christianæ factionis,* Quænam hæc negotia? *Coimus cœtum & congregationem, vt ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est.* Ecce tibi negotium Christiani populi precum est *ambitio,* quæ placidã vim, & spontaneam violentiam infert Deo. 38.

Tert. Apol. c. 39.

Ionæ 3. c. v. 4. Inspirante, imò & cogente Deo, prædicabat Propheta Niniuitis amplissimæ vrbis miserandũm excidium: *Et crediderunt viri Niniuitæ in Domino, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis, & sic clamauerunt ad Dominum in fortitudine.* Frustra tentant Niniuitæ irritam facere Dei voluntatem: Edoctus Propheta diuino oraculo euersionem indicit, & Niniuitæ reuocare diuinam sententiam conantur? Quia in sacco, & cinere orant, mutare præsumunt voluntatem diuinã decernentem vrbis ruinam? nimis fidunt ambitiosis precibus. Audiendus est Strabus Fuldensis super his verbis: *Ieiunio saccum addunt, & inanis venter, & luctuosus habitus Deum fortius deprecantur. Qui offenderant Deum luxu, & ambitione* 39.

Ionæ.

Oratio à cilicio, & cinere piè quæ si luxuriatur, & ambit.

Strab.

eorum,

eorum, damnationem placant, per quæ prius offenderant. Quaſi dicat Strabus: Niniuitæ vitæ luxu, & ambitione Deum offenderant; nunc luxu & ambitione iſtiuſmodi precum placare, & propitiare contendunt. Ergóne ſacco & cinere fuſæ preces, *luxu & ambitione* deuenuſtari dicentur? Abſit luxus ab oratione, abſit ambitio à precibus, abſint non bonæ res à re orationis, quæ tota pia, & diuina eſt. Verùm aliùs loci eſt tradere cauſam, ob quam oratio *luxus* nuncupetur; nunc ambitioſa dicitur, aut quia nimis negotiatur; aut quia quaſi arroganter ſuperbit, ſed piè præſumens rem poſtulatam impetrare; & diuinam mutare ſententiam. Adeóne eualeat Niniuitarum oratio ieiuniis macilenta, ciliciis exaſperata, vt Deo vim inferat? vt diuinam ſententiam demutet? Mutabiliſne Deus erit, quia Niniuitæi pœnitenti oratione mutantur? Pudor eſt vel hæc cogitare. Erubeſcat Orationis iſtiuſmodi ambitioſa arrogantia. At non erubeſcit diuina pietas ſententiam flectere, cùm audit iſtiuſmodi preces. Luculenter Baſilius Seleuc. *Niniuitæ operiebantur ſaccis,* &c. *His expurgatur iniquitas; diuina ſententia retrò cedere non erubeſcit.* Non enim erubeſcit Deus immutabilis velut mutare ſententiam, (illæſo immutabilitatis attributo,) nec curat de inconſtantiæ ſuſpicione apud homines, cedens ferè ambitioſæ orationi; vel ex eo arroganter, ſed piè ſuperbæ, quòd vim inferat Deo, etſi gratam & ſpontaneam; & inde efficacem, vnde placidam.

Baſil. or. 12.

40\. Tertull. ſic de Chriſtianis inquit: *Nos verò ieiuniis aridi, & omni continentiâ expreſſi, ab omni vitæ fruge dilati, in ſacco, & cinere volutantes, inuidiâ cælum tundimus, Deum tangimus.* Locus quidē vulgò notus, ſed peritis adhuc ignotus; loquitur Tertull. de ſolennibus Chriſtianorum precationibus, quibus pluuiæ beneficium, aut quodvis aliud poſtulabant à Deo Chriſtiani ieiuniis macilenti, ſaccis puncti, cinere ſqualidi; iſtiuſmodi autem preces aſſerit, *inuidia cælum tundere, Deum tangere.* Quid eſt inuidiâ cælum tundere? Num per metonymiam *cælum* accipitur pro *cæleſtibus*, vt ſenſus ſit: Cælites ipſi, & beati Spiritus tangūtur piâ humanæ orationis inuidiâ, quia vident humanas preces ieiuniis & ſaccis armatas placidam vim Deo inferre? efficacioréſque quodāmodo eſſe quoad aliqua, quàm cælitum precationes? Fortaſſis poſſent cælites inuidiâ tangi, ſi inuidentiæ capaces forent. Vel *cælum* accipe pro Deo, (quod probare pudor eſſet,) & ſenſus erit hyperbolicus, ſcilicet: Si Deus inuidiæ non eſſet incapax, eiuſmodi orationis omnipotentiæ inuideret, maximéque vellet eam ſuæ omnipotentiæ quaſi adiungere? Quod valde exaggerat excellentiam iſtiuſmodi precum. Niſi fortè (quod verius puto,) *inuidia* odium ibi ſignificet: Si Deus non exaudit nos ieiuniis aridos, ſacco & cinere volutantes, vt gratiam impetremus; odioſus reddetur, & tanquam immiſericors, & humanus, diffamabitur: Siquidem auarus aut crudelis audiet, ſi vſqueadeò afflicto populo vt gratiam impetret, negat poſtulata. Malè inquam, ſentiet Ethnicorum gens, quæ circumſtat, de Deo noſtro, ſi ſe exhibeat ſurdum, & immiſericordem, renuens petita concedere, hoc eſt: ſic orantes *inuidia*, id eſt, odio *cælum tundimus, Deum tangimus,* hoc eſt, grauiter Deum ferimus, ſic dicitur de cælo tactus, ſi quis fulminatur) noſtris precibus, niſi illas exaudiat. Quaſi dicat Tert. eiuſmodi orationi niſi annuat Deus, ad id abſurdi deducitur, vt eius pietas decoretur, Deiquē nomen infenſum gentibus, ac odioſum Chriſtianiſmo reddatur. Hæc eſt germana expoſitio loci alioqui difficilis, quæ apprimè facit ad rē, quā verſamus. Sic c. 4. v. 9. Hebræi *induerunt ſe ciliciis, & clamauerunt ad Dominū,* vt oratio à ciliciis ambitioſa, inuidia cælum tundat, Deū tangat, & ita quod orat, certò exoret; & Iudith hîc, v. 1. *Ingreſſa eſt Oratorium ſuum, & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum: & proſternens ſe Domino, clamabat ad Dominum.*

Tertul. Apol. c. 40.

Oratio à cilicio, & cinere dicitur cælo inuidioſa.

Iudith.

---

§. VIII.

Vicaria interceſſio apud humanos principes, frigida ſolet eſſe, & infœcūda impetrationis.

41\. HVmana Oratio, optimus eſt interpres miſericordiæ principalis: ſupplicationibus ſubditorū debet Princeps palā manifeſtaſſe, quantū liberalitas poſſit: nam humanæ preces ritè nuncupatæ, impetrant à bono & munifico Principe quantū petunt, ſi petunt quantū indigent. Ergo felicior oratio eſto propriæ neceſſitatis proles, quaſi propria indigencia ſit vigor impetrationis. Vicaria oratio ſæpè frigida eſt, ieiuna eſt, & infœcūda impetrationis. Eneruis enim eſſe ſolet ſupplicatio aliena, quippe quā non animat propriæ neceſſitatis vigor; futili negantis ratione contentus eſt precarius interceſſor: nam rationes petēdi vt malè callet, ſic facilè cedit cauſæ: & quod ſua non intereſt, ſuā repulſam non æſtimat. ô quàm ſecuri impetrationis orabant Chriſtiani naſcentis Eccleſiæ! Cauſam tradit locuples & vetuſtus auctor Tert. aiēs: *Sine monitore oramus, quia de pectore.* Profectò feliciter exorat, qui è pectore orat, neque monitore extraneo, neq; Precario Aduocato eget apud Principes, qui è pectore rogat, qui propria neceſſitate admonetur, qui vrgetur ſua indigētia, qui propriæ calamitatis eloquētia orat aut iure meritorū exorat. Conſtātius vir probitate illuſtris, epiſtolas commendatitias ad Fauſtum petierat ab Ennod. qui ſic ad eū ſcribit, *Tranſcripſit Conſtantius ad aliena iura ſudorē ſuum, qui debere vult commendatitiis quod meretur.* Quid alieno iure petis quod tuo exigere poteris? Propriis ſe meritis quodammodo exuit, quiſquis interceſſionē induit alienā. Ius tuū aliena ſupplicatione ſæpè exarmas: & validū propriæ orationis vigorē, lāguido alienæ ſupplicationis ſuffragio permittis.

Sine monitore orandū Tert. Apol. c. 3.

Ennod. lib. 3. epiſt. 3.

42\. Matthæi 15. v. 23. Apoſtoli amica familiaritate Chriſto coniunctiſſimi, ipſi aderant, cùm mulier illa Chananæa exiit à finibus Tyri, vt rogaret ſalutem filiæ. Quæ ne quid non tentaret, tacito nutu ſupplicat Diſcipulos Domini, vt apud ipſum interceſſores exiſtant ad impetrandam optatam valetudinem. Opportuna valde ad rem præſentē eſt elegans expenſio huius vicariæ interceſſionis apud Baſil. Seleuc. *Dimitte* (inquiunt) *eam, quia clamat poſt nos.* Ad quæ verba ſic fatur Baſil. *Interim verò Apoſtolorum chorus, cùm neque mulieris voces ferre poſſet, Vicarius interceſſor apud Saluatorem interuenit, ac mulieris oratores fiunt Chriſti diſcipuli, & infirmis mulieris ſuſceptis precibus, hortabantur Dominum: Dimitte illam, quia clamat poſt nos.* Ecce typum Vicariæ interceſſionis apud terrenos Principes, & mundi proceres, Nempe diſcipuli adhuc rudes in re virtutis, interceſſionem ſecularem ſapiunt, & imitantur Palatinos mores. Suſcipiunt inquam, rogant negotium intercedendi pro Chananæa, & ita intercedunt *mulieris oratores, infirmis ſuſceptis precibus. Dimitte eam, quia*

Matth.

Quàm frigida eſſe ſolet Vicaria interceſſio.

Baſil. or. 10.

clamat poſt nos. Sic Vicarius interceſſor ad Saluatorem interuenit. Dimitte, inquam, ſiue voti compotem, ſiue impotem voti, dum dimittas, quia clamat poſt nos. Aduerte ad rationem, quam Vicarius interceſſor ſuggerit. Nempe, quia moleſta eſt nobis; nam aures omnium obtundit clamoſis vociferationibus. Præſtaret, vt allegarent animoſam fidem Gentilis fœminæ, beneficam Dei munificentiam miraculi patrandi gloriam, &c, & tamen à tædio interueniunt, à nauſea faſtidioſa intercedunt, vt notum ſit, quod ſic interuenit Vicarius interceſſor nondum planè ſanctus.

43. ad Rom.

Lyra. Chryſoſt. Theoph. Oecum.

Ad Rom. 8. v. 26. *Ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* (Vel vt alij excribunt,) *gemitibus contrariis.* Sed inueſtigandum eſt, quid intelligat Apoſt. *Spiritus* nomine. Lyra *Angelum* interpretatur. S. Chryſoſt. Theoph. & Oecumen. *virum ſpiritualem:* Quaſi Angeli in cælis, & in terris Viri Sancti, & ſpirituales, dum Vicarij interceſſores pro nobis orant, inenarrabiliter orent; nempe contraria ſæpè poſtulant iis, quæ nos cupimus & rogamus quia probè ſciunt contraria vberiùs præfutura nobis. Cæterùm nonulli apud

Cornel.

Cornelium inibi, nomine *Spiritus*, portionem animæ ſuperiorẽ intelligunt, & ita euadit ſenſus

Vel pars hominis frigidè rogat pro comparte.

peraptus ad rem præſentem. Scilicet, eget corpus noſtrum, ſeu inferior hominis pars aliquo bono, quod valde concupiſcit, vt putà ſalutem, opes, gloriam, &c. ſi non id petat ipſa inferior portio, ſed Vicaria interceſſio demandetur portioni ſuperiori, (etſi pars ſit eiuſdem hominis,) notum ſit, quod ſæpè portio ipſa ſuperior poſtulat pro nobis, precariâ ſeu Vicariâ Oratione, gemitibus inenarrabilibus, nempe contrariis; contraria ſæpè ſupplicans: Sic, ſic rogat *Vicarius interceſſor!* Sic alterâ partẽ hominis, dum Vicaria interceſſione pro comparte ſupplicat, ſuſpectâ dicit Apoſt. cõtrariæ interceſſionis. Nempe neceſſitas poſtulet; quod neceſſitas exigit nec hominis pars vel cognatæ comparti ſecurè fidit negotium impetrationis? Quid exaggeratius? Conſultè ergo prudẽ-

Iudith.

tiſſima Iudith, quæ paulò antè, nẽpe c. 8. v. 33. à viris principibus, ſcilicet Ozia, & reliquis Presbyteris petiit, vt pro ipſa orarent apud Summum Principẽ, nõ ſatis fidẽs precaria rogatione, hic, v. 1. ipſa pro ſe orat & exorat quam exambit gratiam.

---

§ IX.

Commentarius litteræ.

Verſ. 2. Domine Deus patris mei Simeõ, qui dediſti illi gladium in defenſionẽ alienigenarũ, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem:

44. Bibl. Sixt.

Biblia Sixt. *Domine Deus patris mei Simeon, cui dediſti in manu gladium in vltionem alienigenarũ, qui ſoluerunt vuluam Virginis in pollutionem, & nudauerunt femur in confuſionem, & polluerunt vuluam in opprobrium. Dixiſti enim, Non ſic erit.*

Septuag. Bibl. Reg.

Septuag Interpret. & Biblia Reg. & Complut. *Polluerunt vuluam in opprobrium*, excripſerunt, *Profanauerunt virginitatem in opprobrium.* (Cætera non diſſident à Sixtianis.) Quaſi aliquid ſacrũ foret virginitas, & negotium vel otium pudici-

Vatabl.

tiæ. Vatabl. aliquantulum diſcrepat, ſic ſcribens: *Domine Deus patris mei Simeonis, cui tradidiſti gladium ad vlciſcendum alienigenas, qui virginis vtero ad fœditatem recluſo, & ad turpitudinem nudato femore, locos probros profanarunt, (tu enim dixiſti, ne id fiet.)* Biblia Gotthica, Pagninus, & Clarius non diſſentiunt à vulgato interprete.

Domine Deus patris mei Simeon. Verè Iuditha 45.
Simeonem Patriarcham appellat patrem ſuum; quia cùm ipſa fuerit ex Simeoniana Tribu, (vt probabam ad c. 8. v. 1.) principem ſuæ familiæ, parentem vocat ſuum, iuxta vulgarem Scripturæ morem, in qua poſteri appellantur filij; & aui proaui, ataui, &c. parentes nominantur, quæ res notior eſt, quàm vt indigeat probatione. Vnum duntaxat Matthæi caput, primum, inquam, plura ſuggerit exempla. Vnde neceſſe non eſt, vt dicamus cum Hugone, qui citat interlinearem Gloſſ. (fortè aliam gloſſam nactus eſt Hugo,) priuilegium eſſe Patriarcharum, vt Patres totius poſteritatis appellentur. Additur; *Dediſti illi gladium.* Quinam gladius hic à Deo Simeoni datus? Sanctius indicat gladium hunc datum à Deo eſſe eiuſdem Dei beneplacitum: placuit enim Deo, vt vindicaretur inſolentior iniuria principis Sichem vi conſtuprantis ſororem. Cornelius mox citandus, probabile putat, gladium à Deo datum eſſe permiſſionem ſæuitiæ Simeonis, ad vltionem ſtupri. Idem inſinuat Martin. del Rio, in c. 34. Geneſeos. Emanuel Sà, *gladium*, interpretatur, *fortitudinem.* Cornel. & Tirin. in c. 34. Geneſis v. 25. *Gladium* intelligunt, *animos, vires, & arma à Deo* data Simeoni, & Leui vt vindicarent Dei offenſam, & iniuriam ſuæ familiæ impudenter illatam. Quæ expoſitio veroſimilior eſt. Sic Deus dicitur præcepiſſe Nabuchodonoſori euertere & expugnare Tyrum, ſic aliis tyrannis dat vires, animos, opes, arma ad puniendos ſibi rebelles; videlicet vt ſumatur vltio iuſta, quam expugnandi populi promeriti ſunt. Et cùm huic voluntati diuinæ parent tyranni, iure dicuntur accepiſſe gladium à Deo, quanquam ipſi eo abutantur ex propria auaritia aut ſæuitia.

Quomodo Deus dedit gladium Simeoni.

Matth. Hugo. Gloſſa. Sanct. Cornel. Martin. del Rio. Sà. Cornel. Tirin.

In defenſionem alienigenarum. Defenſionem, id 46.
eſt, vltionem. Ita Lyra, Hugo, Carthuſianus, Sanctius, Sà, Tirinus, Salianus, Tortolet. Serarius hîc q. 1. Peterius de Benedict. Patriarcharum, Cornel. in c. 34. v. 25. Geneſ. Leſſius lib. 2. c. 9. dub. 8. n. 50. Vnde Græcæ Scriptiones nuper relatæ pro *defendere*, habent *vlciſci.* Et ſuprà, c. 1. v. 12. ſumitur *defendere* pro *vlciſci:* ibi enim iurat Nabuchodonoſor, quòd *defenderet* ſe de gente, quæ illum non inuaſerat, ſed contumelioſa fuerat in eius Legatos. Quod ibidem adſtruebam ex locutione Scripturæ, ex Patribus, & ex Latiniſſimis Auctoribus. Piget hic reſcribere, quæ vel ad Lectoris nauſeam ibi ſcripſimus. Addit Hugo τὸ *defendere* poſſe accipi propriè: quia filij Iacobi parati erant ſe defendere, ſi eos Sichimitæ impugnarent. vel aliæ finitimæ nationes, vt etiam obſeruat Lyranus. Lyrano, & Hugoni aſſentitur nemo: tum quia, vt probabam, *defendere* benè poteſt accipi pro *vlciſci*, & ita expeditior eſt loci ſenſus: tum quia gladius à Deo Simeoni datus eſt in defenſionem, ſeu vltionem ſtupri ſororis, vt ibi dicitur; non tamen ad præparationem animi, vt repugnarent Sichimitis, aut confinibus populis, ſi fortè eos expugnare vellent ob facinus expugnandæ vrbis Sichimitarum. *Alienigenas* vocat Sichimitas, vtpote Heuæos, & ita exteros ab Hebræis Chaldæa gente, quæ adhuc perigrinabatur in Chananitide, quovſque rediens ex Ægypto, vt indigena ibi habitauit.

Lyra. Hugo. Carthuſ. Sanct. Sà. Tirin. Salian. Tortolet. Serar. Peter. Cornel. Iudith. Hugo. Lyra. Defendere ponitur pro vlciſci.

Qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, 47.
id eſt,

Digitized by Google

Carthuſ. id eſt, ſua pollutione corruperunt virginem, vt ait Carthuſ. libidinis ſpurcitias denotans. *Denudauerunt femur virginis*, Dinæ inquam, filiæ Iacobi, Geneſ. cuius raptus, & ſtupratio nota eſt ex Gen. cap. 34. v. 2. Dicitur in plurali *violatores* & *denudauerunt*, non quia à pluribus violata ſit Dina, ſed ab vno principe Sichem, filio Hemor, nempe per ſynecdochem ſumitur pars pro toto. Vel dicuntur plures *violatores* quia adiuuerunt ad patrandum Carthuſ. flagitium ſtupri, vt exponit Carthuſian. Dein ait Res inhoneſta honeſtè ſignificatur. *Virginis femur nudatum*, vt Oratione figurata res non caſta caſtè ſignificetur. Moris enim eſt Scripturarum, rem, quæ ſi propriè dicatur, honeſtè declarari non poteſt, per illud exprimi, quod vicinum eſt rei obſcœnæ; quippe a quo abeſt turpitudo. Vnde concubitus hic dicitur, *nudatio femoris*; & genitale membrum appellatur *pes* vmbilicus, inguen, cauda, vt obſeruauit Sanctius, & Sanctius. Iob. eruditè tradit ad c. 40. Iob. explicans illud verſic. 11. *Virtus illius in vmbilico ventris eius.* Addit Iuditha femur Dinæ denudatum, *In confuſionem* quia nudata virgo Dina, flagitij conſcia, etiamſi non publicaretur, non poterat ipſa ſecum non erubeſcere; nec aliorum pati oculos, niſi proprijs oculis cadentibus præ confuſionis pudore.

48. Ex verbis, & ſententia huius verſiculi, grandis exurgit quæſtio luctâ Hæreticorum exaggerata: probare enim hinc intendunt, hanc Iudithæ hiſtoriam à canone Scripturarum relegandam, quoniam ſententia huius verſiculi contraria videtur iis, quæ dicuntur Gen. 34. v. 30. vbi ſic ex- Geneſ. candeſcit Iacob, aduerſus Simeonem & Leui: *Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius.* Et c. 49. v. 5. multò grauiùs inuehitur in hoc facinus, aiens *Simeon & Leui fratres, vaſa iniquitatis bellantia, in conſilium illorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non ſit gloria mea. Quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & diſpergam in Iſraël*, Ex quo ſic arguunt: Quod Iacob, & Moyſes tam ſeuerè reprehendunt, & mulctant, malè laudatur à Iuditha; quæ gladium à Deo Simeoni datum affirmat, & Simeonem zelauiſſe zelum Domini ſeriò aſſerit. Itaque videndum nunc eſt quo pacto idem facinus laudetur à Iuditha, & à Iacobo reprehendatur.

49. Comeſtor. Petr. Comeſtor in Hiſtoria Eccleſiaſtica agens de rebus Iudithæ, ita ſcribit: Iudith. *orauit ad Dominum dicens: Domine Deus patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in alienigenas, dirige manum ancillæ tuæ. Nec commendauit factum Simeonis, quod deteſtatus eſt Iacob, ſed vltionem factam à Domino, per manus impij.* Verùm hæc expoſitio non eſt idonea: non enim laudat Iudith vltionem factam à Deo; ſed zelum Simeonis, quem ait zelatum fuiſſe zelum Domini. Videndum ergo eſt quomodo hic zelus, quem Iudith commendat, reprobauerit Iacob, & furor pertinax ab eo dicitur, & dura indignatio. Neque maiori probabilitatis fun- Carthuſ. damento ait Carthuſ. poſſe laudari Simeonis facinus; quia caſtigauit ſtupri peccatum, de quo nondum Sichimitæ pœnituerant. Quaſi quivis ſæuire poſſet: & occidere peccatorem qui pœnitentiæ ſatisfactione non expiauit delictum. Re- Bæza. ctè Bæza, tomo 1. libro 4. capite 5. paragrapho 10. ex hac expoſitione Carthuſiani colligit, quantùm Deus pœnitentiam æſtimet, cùm nulla alia Sichimorum ſatisfactione placetur, etſi plures vltrò obtulerint pro ſatisfactione offenſæ.

Aliqui Doctores apud Cornelium in cap. 34. 50. Geneſis, ad verſ. 25. excuſant facinus Simeonis, Cornel. & Leui, nec graue delictum in eo agnoſcunt. Quia non videntur deliquiſſe eò quòd propriâ auctoritate in arma irruerint: nam cùm familia Iacob eſſet Reſpublica ſeparata à regno Sichimorum, & Hemor pater Sichem conſtupratoris eſſet Rex, vi & armis res tractanda erat. Nec videtur obſtare, quod Ioſue 11. Alor dicatur habuiſ- Ioſue. ſe principatum in omnia illa regna, ad quem poſſent appellare. Nam homines peregrini aduerſus An Simeon & Leui excuſari poſſint in cæde Sichimorum. Regem Sichimorum præualere non poterant in iudicio. Præſertim cùm ſtuprum non habebatur enorme crimen apud laſciuientes populos & ſponſione connubij Sichimitæ putarentur ſatis feciſſe iniuriæ; Dein non videntur deliquiſſe mendacio doloſo, & pernicioſo, qui vſi ſunt licito ſtratagemate, dictantes,

—— *Dolus, an virtus quis in hoſte requirat?* Virg.

Neque Simeon, & Leui deliquiſſe videntur odio erga inimicos; quia ſimile odium fortè non cenſebatur crimen apud Hebræos: ſicut neque poſteà fuiſſe veritum, ſeu criminoſum odium externum aduerſùs inimicos, docet S. Auguſtinus, Auguſt. S. Hilarius, S. Gregorius, Rupertus, Salmeron, Hilar. Maldonatus, quos allegat & ſequitur noſter Æ- Greg. Rupert. gidius in tom. de Fide, diſp. 4. dub. 7. concl. 2. & Salm. 4. num. 122. & 124. Vnde aliqui è noſtris inue- Maldon. huntur in recentiores quoſdam, qui grauiùs ob Ægid. id cenſent contra Maldonatum. Sed hi recentiores ab aliis vapulent, non à me, qui aliud ago. Præterea excuſari poſſunt à peccato imprudentiæ, ſeu temeritatis cuius damnatur à S. Thoma, S. Thom. Caietano, Pererio, Cornelio, Tirino: nam irrue- Caiet. runt ſtipati numeroſâ virorum turba, vt notat Perer. Auguſt. in Gen. qu. 108. Neque aliter poſſent mu- Cornel. ros ſubruere, vrbem expugnare, & tot viros, pe- Tirin. remiſſe. Auguſt. Neque accuſandi videntur crudelitatis, quaſi ſæuierint aduerſus populum innoxium: quia vt notauimus ex Carthuſiano, propterea Carthuſ. plures dicuntur *violatores* Dinæ, quia ſtupro conſenſerunt, & ſuo principi tulere ſuppetias ad flagitium ſtupri. Quod notauit Martinus del Rio 51. in c. 34. Gen. Rio. Inexcuſabilior reatus videtur perfidia: nam fœdifragi videntur fuiſſe: cùm Gen. 34. Geneſ. verſ. 15. filij Iacob dicantur ſpopondiſſe puellam Dinam Sichem, ſi ipſe, & eius populus circumcideretur; ergo dum id Sichimitæ præſtiterunt, in fide in ipſos ſæuitum eſt à Simeone, & Leui. Hoc argumento ducuntur communiter Expoſitores Geneſeos vt damnent facinus Simeonis. Verùm hoc telum à numeroſitate iaculantium validum eſt, à ſe non ita validum, ne dicam, plumbeum. Porrò veroſimile alicui videbitur, Simeonem, & Leui non conſenſiſſe in eiuſmodi fœdus, ſed cæteros fratres; cuius non leuis coniectura ſumi poſſet, ex eo quod cæteri fratres non primò irruerunt in Sichimitas cum Simeone, & Leui, vt conuenit inter Geneſeos interpretes, & manife- Geneſ. ſtè liquet ex allegato c. 34. v. 26. & 27. Dicuntur autem per Syllepſim filij Iacob iniiſſe fœdus, etſi non omnes illud percuſſerint: Quod ſæpè in Scripturis factum legimus; Matthæi 26. v. 8. nar- Matth. ratur obſequium Magdalenæ effundentis pretioſiſſimum vnguentum ſuper caput Saluatoris: *Vi-* Marcus. *dentes autem diſcipuli indignati ſunt dicentes, &c.* Et quidem vnus Iudas, aut aliqui diſcipuli tantùm, vt ait Marcus cap. 14. v. 4. obmurmurarunt quod aduertunt Chryſoſtomus, Euthymius, Chryſoſt. Euthym. Theophy

Theoph. Hier. Match. Ioan. Theophylactus, Hieronymus, Beda, & vulgò Interpretes. Et Matth. 14. v. 15. dicitur, diſcipulos interrogaſſe Chriſtum, vnde emere poſſent panes, ad cibandam copioſam illam hominum turbam. Ioannes verò c. 6. v. 7. exponit ſolum Philippum id interrogaſſe. Et Matth. 27. v. 44. ſcribitur latrones, qui cum Chriſto crucifixi erant, illi improperaſſe: *Si filius Dei es, ſalua temetipſum & nos*; & conſtat ex Luc. c. 23. v. 39. vnum tantùm latronem hoc feciſſe. Luc. 23. Mitto alia loca, quæ cæteruatìm occurrunt ſtudioſo. Et quidem ſapientiſſimus Pater Gaſpar Sanctius, non accuſat Simeonem, & Leui, vt fœdifragos, ſed vt nimis furioſos, de quo nimio furore reprehenduntur à patre Iacobo. Sanct.

52. Vnde hi auctores, qui aſſerunt Simeonem, & Leui non deliquiſſe inuadendo vrbem, & occidendo violentos Dinæ conſtupratores, expeditè admodum explicarent hæc Iuditha verba, quibus laudatur facinus Simeonis & gladium à Deo illi datum aſſeritur; & zelaſſe Domini zelum affirmatur. Iudith. Ideò autem à Iacobo ſeueriſſimè fuiſſe reprehenſos, quia virum pacatiſſimum turbarunt, & odioſum fecerunt Chananæis, à quibus, etſi bello iuſto prouocatis valde timebat Iacob. Sicut Geneſ. 15. verſ. 1. poſt victos Reges valde Abraham timuit, ne deuicti Reges reſtaurarent bellum, vt ibi aduertunt interpretes; Geneſ. neque propterea dicendum eſt Abraham iniuſtè illos inuaſiſſe. Nihil affirmo ſuper probabilitate huius interpretationis, ſatis ſit propoſuiſſe coniecturæ fundamentum, Non aucupor noua ſed ſolida.

Nil eſſe laudabile in facinore Simeonis cenſent aliqui. Comeſtor. Dionyſius. Magall. Alij è contrario videntur cenſere, nil à Iuditha laudabile eminere in Simeonis facinore, quod expreſsè tradit Comeſtor ſuprà, & valde inclinat Dionyſ. Carthuſ. qui latè id probare intendit. Non longè abeſt ab hac ſententia Magallanes in Ioſue cap. 5. ſect. 2. Annot. 5. num. 2. & 3. Nec miror id in animum ſuum induxiſſe Carthuſianum, apud quem nutat fides huius hiſtoriæ Iudithæ; vt ſuprà adnotabam.

53. Lyranus. Hugo. Serarius. Sanctius. Cornel. Fernand. Tirinus. Pereir. Salian. Lyranus, Hugo Cardinalis, Serarius, & Sanctius hîc, Cornelius, & Benedictus Fernandez in c. 34. Geneſis, & Pereira in c. 49. & Salian. ſuprà allegatus, tertiò cenſent duo eſſe maximè diuerſa in Simeonis facinore, alterum laudabile, & honeſtum, quod Iuditha commendat: alterum iniquum & crudele, quod Iacobus deteſtatur, & horret: laudabilis fuit zelus, quo iniuriam ſtupri ſorori ſuæ illatam, & turpem illam ignominiam à ſua familia depellere exambiunt Simeon & Leui. Idem actus externus poteſt eſſe laudabile, & ſimul graue delictum. Hunc zelum Deus approbaſſe videtur; dedítque gladium, quo & occiſus eſt ſtuprator Princeps Sichem, exterſa labes, quam ex alieno violentóque concubitu Dina ſoror contraxerat. Numer. Hoc placuit Deo, ſicut etiam placuit illos trucidari, quos Num. 25. fœda libido cum alienigenis fœminis copulauit. Hoc laudat Iuditha. Ad hæc fuit etiã aliquid quod reprobauit Deus, & quod Iacobus deteſtatus eſt; nempe, aut violationem fœderis initi, aut nimium furorem in plebem in-

54. noxiam. Quis enim neſciat aliquem à Deo accipere poteſtatem: & tamen illâ ſæpè abuti, dum ſuo ſe moderatur arbitratu, & auaritiæ, ſeu vindictæ libidine, non Dei ductu, & voluntate? Ierem. Ier. 25. v. 8. Nabuchodonoſor gladium accipit à Deo, quem ſtringat in ſceleratos tunc Iudæos: *Pro eo quod, inquit, non audiſtis verba mea, ecce ego mittã, & aſſumam omnes nationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meum, & adducam eos ſuper terram iſtam.* Et tamen vehementer iraſcitur Deus in Regem Nabuchodonoſor, cui gladium, & vires dedit, eo quòd plus æquo debacchatus eſt in Iudæos. Et Zachariæ 1. Zachar.
v. 15. *Zelatus ſum Ieruſalem, & Sion zelo magno, & irâ magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas: quia ego iratus ſum parum, ipſi verò adiuuerunt in malum.* Ecce tibi Nabuchodonoſor. & alij Gentiles Reges accipiunt à Deo poteſtatem, vires, opes, arma ad puniendum aliquem rebellem populum, vnde ſeruus Dei dicitur Nabuchodonoſor; ipſi verò inſanè debacchãtur, & perdunt, quem Deus tantùm caſtigare paterno animo intẽdit. Sic accidit in facinore Simeonis & Leui, quos Deus aſſumpſit, vt ſororis ſtuprũ punirent, & ita gladiũ ſuum dedit in eorũ manu, & zelũ Dei zelare dicuntur: & ſic laudantur à Iuditha, & præmiantur ſpoliis. At verò quatenùs eorum inſanus furor crudeliter ferociit in Sichimitas, vituperatur iure à Iacobo Patriarcha. Hæc interpretatio communior eſt, & planior videtur; quippe quæ conciliat loca Geneſeos cum hiſce Iudithæ verbis, quæ exponimus.

Cæterùm difficile eſt, in hac expoſitione, quod Iuditha verè laudat Simeonis facinus, quod graue flagitium fuit; & aſſerit in præmium illius datam fuiſſe à Deo vrbis prædam, & opulenta Sichimorum ſpolia. At lethale delictum, quod ſimpliciter eſt auerſio à Deo, eius offenſa, & reatus damnationis æternæ, quomodo poteſt mereri Dei laudem, & à Deo præmium? Reſpondet Cornel. in c. 34. Gen. *In vno eodémque opere poſſe eſſe aliquid boni, quod præmiat Deus; & aliquid mali, quod odit, & deteſtatur.* Idem iiſdem verbis ſcripſit Tirin. imbi & manifeſtè inſinuat Perer. in 2. benedictione Patriarcharum. Profectò etſi difficile videatur in Theologia eundemmet actum externum ex ſe & ex motiuo bonum, & ab aliqua circumſtantia grauiter deprauatum, poſſe mereri apud Deum præmium aliquod temporale, id non adeò mirabitur, qui penitiùs ſcrutatus ſit Theologorum ſcripta. Nam tametſi Vaſq. 1. 2. diſp. 70. c. 2. cenſeat nullo probabilitatis fundamento dici idem opus eſſe poſſe ſimul bonum, & malum moraliter; tamen Suarez l. 12. de Gratia c. 4. n. 11. & 12. docet eundem actum externum eſſe poſſe ſimul bonum, & malum ex duplici actu interno illud imperante; vnde ſimul merebitur pœnam, & laudem. Ex qua doctrina aſſerit bonam intentionem mendacij Obſtetricum, & laudatam, & muneratam eſſe apud Deum Exodi 1. Et ſimiliter meretricem Raab, Ioſue 2. & 6. & ad Hebr. 11. Eandem doctrinam tradit Granado contr. 2. de Actib. human. Tract. 14. diſp. 1. à n. 8. aiens: *Dico ſecundò, actus moralis externus perſeuerans vnus & idem in genere naturæ poteſt eſſe ſimul bonus & malus.* Pro qua ſententia allegat S. Thomam, & Medinam, & Conradum 1. 2. ad q. 20. art. 6. affirmantem, *eundem actum externum prout ſubeſt diuerſis in intentionibus, eſſe poſſe bonum, & malum.* Idem disertè docet, & probat Iacobus Almainus Tractat. 1. Moral. c. 12. concl. 2. Qui cùm ſibi obieciſſet: *Ergo idem actus erit ſatisfactorius, & demeritorius pœnæ.* Reſpondetur, *quod verum eſt de denominatione extrinſeca* (prouenientie ab actu interno) *ergo pro eodem actu beatificabitur, & punietur. Non eſt inconueniens; quando beatificatur pro illo actu non immediatè, ſed mediante altero actu.* Et Henriquez lib. vlt. cap. 19. num. 5. ita ſcribit: *Quod verò quidam recentiores aiunt cum Caietano 2. 2. quæſt. 33. art. 2. ad 3. & quæſt. 83. articulo 5.*

Margin notes (right column): 55. Cornel. Tirin. Pererius. Vaſquez. Suarez. 56. Exod. Ioſue. Ad Hebr. Granat. S. Thom. Medina. Conrard. Almain. Henriq. Caiet.

Abulenſi

Digitized by Google

Abulensis. Medina. *Abulensi ad 1. Reg. c. 19. q. 21. Medina C. de Rest. q. 27. opus ex obiecto, & fine operantis bonum, non amittere præmium si admisceatur extrinseca circumstantia venialis alterius actus: intelligitur de aliquo præmio temporali, vt idem Caietanus, & Abulensis. & alij explicant.* Hucvſque Henriq. Caiet. Prætereà Caiet. to. 1. Opuſcul. Tract. 31. reſp. 13. planè fatetur poſſe eſſe bonitatem ſubſtantialem moralem actus externi, etſi actus ille venialiter vitiatus ſit. Quomodo autem vulgò dicatur, Malum ex quocunque defectu, & bonum ex integra cauſa, ita explicant Almainus, & Granado, vt non aduerſetur huic opinioni: Et ſanè in communi Theologorum ſententia affirmante actum imperantem comparari cum actu imperato quaſi circumſtantiam illius, non facilè reddetur ratio cur ex motiuo veniali non poſſit imperari actus charitatis, ſeu contritionis qui non ſit deteſtatio virtualis venialium, cum quibus bene poteſt componi; vt indubium eſt apud Theologos.

57. Ex hac doctrina facilè expediri poteſt, quo pacto facinus Simeonis à Iacobo vituperetur, ob nimium & exorbitantem ardorem vindictæ, & ſæuitiæ ferocitatem; & illudmet facinus laudetur à Iuditha inſtinctu Spiritus-S. locutâ; ſimúlque mereatur apud Deum præmium, non æternum Suarez. (vt expreſsè notat Suarez) ſed temporale, nimimirum opima Sichimorum ſpolia. Nam idem facinus potuit imperari à zelo Dei, quo zelauerunt & mulctauerunt execrandum ſtuprum ſororis Dinæ, & ſimul ab imprudenti, temerario, & exorbitanti zelo vindictæ vltra iuſtitiæ metam. Vnde idemmet Simeonis facinus quatenus imperatur ab intentione iuſtæ vindictæ, laudatur à Iuditha, & dicitur zelus Dei, & muneratur temporali ſpoliorum præmio: quatenus verò prouenit à nimio & ſæuo furore, vituperatur à Iacobo viro pacatiſſimo, aiente: *Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum quia dura.* Hæc expoſitio planè extricat Iudithæ locum.

Reſtat obiectiuncula: Si Deus dedit Simeoni gladium, & poteſtatem, cùm Deus ſit auctor & Dominus vitæ & mortis, quomodo delinquit qui gladio Dei ferit? Reſponde, Sæpè à Deo dari poteſtatem aliquam, & ſæpè miniſtros eâ abuti, Deus enim dedit gladium ad vindictam, non dedit ad ſæuitiam. Porrò non fuit Dei voluntas, vt ſtuprum crudeliter puniretur, ſed vt iuſtè caſtigaretur. Sicut ſuprà adnotatum eſt de Nabuchodonoſore, cui Deus dedit gladium, & poteſtatem, vt puniret Iudæos, & Tyrios, non vt in eoſdem ſæuiùs ferociret.

---

§. X.

Illuſtrior nobilitas immunis non eſt, ſed vectigalis, & ſtipendiaria.

58. Nobilitas vectigalis eſt ſibi, & omnibus. NObilitas vulgò habetur immunis à tributo; ſed re verâ tributaria eſt; & eò tributaria magis quò illuſtrior. Porrò vilior plebs tributum pendit Reip. aut Principi; at homo ingenuus ſibi debet, vt plura tributa exoluat cæteris. Vnde Nobilitas non immunis, ſed ſtipendaria naſcitur. Sæpè Paulus ſuam deprædicat ingenuitatem, tum quia ex illuſtri ſemine Abrahæ ortum ducit, tum quia ex ingenua Iſraëlis gente proſapiam trahit: adhæc quia ciuis Romanus eſt, æquo nobilitatis iure fruens, ac Quirites nobiliores. Quid ergo? immunem ſe cenſet ob tot immunitatis iura? Minimè, ſed maximè ſtipendiarium. Ad Rom. Ad Rom. 1. cap. v. 14. *Græcis, & Barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum.* Quorſum, ô Paule, te nobilem deprædicas, ſi tandem te omnibus obnoxium & vectigalem facis? Debitor omnibus es, & te immunem & ingenuum iactas? Quæ tua nobilitas eſt, ſi omnibus ſtipendiarius es? Verùm tributarius omnibus eſt, qui nobilis eſt. Plura aliis præſtare, ſibi debet, qui ingenuus eſt: vel ab ipſa ingenuitate tributarius exiſtit. Sibi enim debet homo ingenuus, omnibus honorificentiæ, & beneficentiæ tributum exoluere. Audi Theophylact. Theoph. Pauli nomine dicentem: *Ego verò debitor ſum, & irrecuſabile debitum habeo.* Enim verò ignobilis, & ruſticana plebs debitum habet Principi, ſed quod recuſari priuilegio poteſt, homo verò nobilis irrecuſabile debitum pendit, & quod nullo priuilegio deuitare poteſt: nam irrecuſabile debitum eſt, quod quiſque ſibi debet, non aliis: ſiquidem cùm ipſe ſemper ſibi ſuperſtes ſit, ſemper ſibi debet, quod iure nobilitatis debet. *Vn hombre principal nace con muchas obligationes à ſu nobleza; y no ay priuilegio quele exima dellas.*

Refert Tertull. ignobilis corporis humani natales; nimirum ex infimo elemento, terrâ ſcilicet, ortum ducit, è luto, inquam, limo, & cœno; infamis enim origo è terra eſt. Mox recenſet Animæ ingenuam nobilitatem, nempe quæ ortum trahit ex ore Dei, ex diuino afflatu, quæ, auguſtior origo eſt. Quid enim nobilius quàm ex diuinitate ſpirante natales trahere? Verùm ſeriò aduertendum eſt, quo nomine appellet ſubtilis hic Doctor, eiuſmodi ingenuam originem animi: Sic enim orditur librum de Anima: *De ſolo cenſu animæ congreſſurus, &c. Cenſum animæ*, illuſtres animæ natales nominat. Inconſideranter oſcitaſſe videtur Tertull. cùm animæ nobilitatem, & ingenuam immunitatem, *cenſum* appellat & vectigal animæ. Animáne vectigalis eſt, & cenſuale tributum pendit, quia nobilis eſt, quia Angelis affinis eſt, & diuinæ immunitatis æmula? Imò inde nobilis, & immunis à quovis tributo, vnde illuſtrem proſapiam à Deo ducit, & ex Dei illuſtri afflatu originem habet. Ita planè eſt: ſed nobilior hæc proſapia altè *Cenſus* dicitur à Tertull. Nam auguſtior nobilitas vectigalis eſt, & ſibi debet tributũ omnibus exoluere: & à ſe exigit nobilitatis tributũ. Homo enim ingenuus ſuæ debet nobilitati non degenerare in verba, neque in opera ſuæ ingenuitatis indigna; ſibi debet opem ferre miſeris, non deprimere, ſed leuare calamitoſos, ſubuenire cũctis, honorare omnes. Quod faciebat illuſtris ille Ioachim, Daniel. 13. v. 4. *Eo quod honorabilior eſſet omnium.* Vnde opportuniſſimè illuſtrior animæ origo, non dicitur immunitas, ſed cenſus. Imò cenſus immunis, ſeu immunitas tributaria omnibus. Nobilis enim, quia nobilis eſt; multa à ſe exigere, plura omnibus debere debet. Sapienter inquit Senec. *Magna ſeruitus eſt magna fortuna.* Et infrà: *Cæſari quoque ipſi, cui omnia licent, propter hoc ipſum multa non licent.* Et mox: *Ex quo ſe Cæſar orbi terrarum dedicauit, ſibi eripuit. Et ſiderum modo, quæ irrequieta ſemper curſus ſuos explicant, nunquam illi licet, nec ſubſiſtere, nec quicquam ſuum facere.* Nempe auguſtior nobilitas tota vectigalis eſt, & omnibus pendit ſtipendia.

59. Tertull. Nobilitas cenſus. Daniel. Senec. de Conſol. ad Polyb. c. 26.

Quin etiã diuinitas ipſa, quæ auguſtior nobilitas eſt; quaſi ſtipendaria eſt hominibus, non immunis à tributo, quod humanæ ærumnæ à Deo exigunt. In plures claſſes diuiſit quondam ſuos Deos ſtulta Gentilitas: Primum diuinitatis locum obtinuerunt 60. Dij qui magis ſancti habebantur erant magis tributarij.

obtinuerunt triuiales, & factitij quique Dij: Secundum excellentiores alij: In tertia classe eminebant diuiniores dij & opulentiori, & augustiori bonitate seu diuinitate præstantes: Qui defæcatiorem obtinebant naturam, & diuinitatem nobiliorem habere videbantur apud Ethnicos. De quibus sic inquit Septim. *Sed enim agri tributo onusti viliores; hominum capita stipendio censa ignobiliora. Dij verò, qui magis tributarij, magis sancti; imò qui magis sancti, magis tributarij.* Quasi dicat: ager qui vectigalis est & homo tributarius ignobilitatis notam ex istiusmodi censu subeunt; At verò Dij augustiores & illustriores plura tributa pendunt ex ingenita nobilitate. Nam dij qui plus bonitatis, & nobilitatis habent, plus stipendij pendunt hominibus; illustrioris diuinitatis tributo onusti. Neque enim nobilior diuinitas immunis est, sed vectigalis, & tributorum censu degrauata. Nam magni Dij (sic illos appellabant) quo illustriores sunt, & plus sibi debent; eò plus debent hominibus Hominis enim ærumnosi cēsus est præclarior diuinitas, à qua iure suo homo miser exigit leuamen in casu, solamen in mœstitia opem in pauperie, honorem in infamia, remedium in ærumna, &c. Vnde augustior diuinitas, non est immunis à censu, sed grauiori censu onusta, & misero homini tributaria: *Dij enim qui magis tributarij, magis sancti; imò qui magis sancti magis tributarij.* Audi Iob. c. 7. v. 20. sic Deum alloquentem: *Peccaui: quid faciam tibi, ô custos hominum? Cur non tollis peccatum, & quare non aufers iniquitatem meam.* Quo alio modo posset exigere à Deo rē sibi debitam? Planè iure suo à Deo exigit tributum misericordiæ, cuius pendendi quasi obnoxia, & tributaria est augustior Dei nobilitas. Sic Bethulienses hic c. 7. v. 20. idem tributum velut iure suo expetunt, dicentes Deo: *Tu quia pius es miserere.* Nempe misericordiam miseris debes ob Deitatis piam & ingenuam nobilitatem. Ergo exolue nobis miserationis tributum. Et Iudith. in hoc c. 9. v. 2. propositâ clarâ patriarchalis prosapiæ nobilitate, se obnoxiam reputat subueniendi Bethuliensibus, tanto sui periculo. Itaque falluntur illustriores viri, qui existimant ingenuam nobilitatem non esse stipendiariam; sed nobilitatis iure omnia sibi licere. Præclarè inquit Clem. Alex. *Gnostici nobilitate & libertate abutentes viuunt vt volunt, volunt autem libidinosè; se nullâ re teneri arbitrati, vt qui sunt quouis genere superiores, filij regales. Regi autem dicunt, lex scripta non est.* Et statim: *Quibus autem se esse censent nobilitate superiores eos debent etiam superare moribus.*

Septim. Apol. c. 13.

Iob.

Iudith.

Clem. Alex. l. 3. Strom. Nobilitas putatur licētia luxuriandi.

§. XI.

Non solùm pietas humanæ virtutis, sed etiam impietas vitij, occasio est pietati diuinæ ad miserandum.

61. VBi discrimen inter malos bonósque sublatū est, confusio sequitur, & vitiorum eruptio. Itaque adhibenda est moderatio, quæ sanabilia ingenia distinguere à deploratis sciat. Nec Principem promiscuam habere ac vulgarem clementiam oportet, nec abscissam. *Non tam omnibus ignoscere crudelitas est quam nulli.* Modum teneat humanus Princeps: quia temperamentum ei necessarium est, ne interim fortuna & clementia pro culpa sint. Deo autem, cuius esse clementia est, nulla est scripta Misericordiæ lex. Iure transilit humanæ benignitatis metas, qui vltra humanū fastigium est: Nec satis Deus est, qui non nimis benignus est. (Nimium appello quod infinitè transcendit humanum modum & captum.) Porrò vsque eò velut effusa diuina clementia est, vt *commeatum delinquendi* fecisse videatur homini: sæpè enim impunitas, peccandi licentia est, occasio delinquendi, & pereundi quasi ius. Iure dici potest de hominum vniuersitate sub clementissimo, Deo, quod de Romana Republica dixit Seneca sub humano Principe: *Obuersatur oculis latissima Roma, Reipublicæ cui ad summam libertatem nihil deest, nisi pereundi licentia.* Siquidem non semel delictum (liceat de diuina clementia audaciusculè loqui) quasi pro merito est: dum aliquando non tantùm virtus est incentiuum misericordiæ, sed & culpa ipsa, specie tenus, videatur (dispari merito) quasi illex clementiæ, & occasio largioris gratiæ. Sæpè enim cietur diuinæ misericordiæ largitas à virtutis meritò, sæpè etiam à demerito offensæ occasionem sumit clementia. Quod elegāter adumbrasse videtur Basil. Seleuc. his verbis: *Deus nobis compassus est, si hoc de illo dicere licet, cui ingenitum est non pati: & iras iure debitas in charitatem vertit indebitam.* Ecce tibi diuinæ vindictæ meritum in clementiæ occasionem.

Senec. lib. 1. de Clem. c. 2.

Tertull. Delicta sæpè occasio sunt maioris misericordiæ.

Sen. ibi. c. 1.

Basil. Sel. Orat. 38.

Gen. 6. v. 5. *Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus; Delebo, inquit, hominem,* &c. Iure accenditur in homines diuinus furor, quia spontè proni sunt ad malitiam, quam abundè operantur, & audacissimè perpetrant: Ergo dignissimâ eluuionis inundatione meritas luat pœnas mundus tantorum criminum reus. Benè est, diuina Iustitia puniat, quos humana licentia palam accusat. Sed audiamus diuinam vocem paulò post, id est, c. 8. v. 21. vbi post castigatum Orbem superstiti familiæ Noëmi, sic pacatissimè fatur: *Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines; sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur vltra percutiam omnem animam viuentem sicut feci.* Nempe pollicetur Deus nunquam deinceps ita punire homines, quia homo suopte ingenio procliuis est ad delinquendum, & à natiuitate peccatum habet à cognita culpa. Quis non miretur, imò stupeat hanc occasionem miserendi? Hæccine erit nunc causa clementiæ illex, quæ nuper fuerat occasio acerbioris supplicij? Nunc blanditur clementiæ, quod priùs irritauit iustitiam? Castigat Deus, quia *cuncta cogitatio cordis intenta est ad malum;* & parcit quia *sensus & cogitatio humani cordis in malū prona sunt?* O pulchram diuinæ clementiæ exaggerationē! Parùm profectò foret eminentiæ largioris benignitatis, si tantùm moueretur ad miserandum ex motiuo (obiectum Theologi vocant,) misericordiæ, nisi etiam alliceretur ipsa etiā occasione seuerioris iustitiæ. Nempe sit occasio ad miserendum illud met quod permouit ad puniēdum; quò diuina pietas non contenta quasi angustiis infiniti sui obiecti, eius quasi transcendat metas, & latissimè sese inferre videatur in acerbioris iustitiæ sphærā? sitque occasio blandioris clementiæ, quod fuerat motiuum seuerioris vindictæ. *Quasi Deum inuenire propitium merces sit iniquitatis,* opportunissimè inquit Hildebertus.

62. Genes. Motiuum iustitiæ diuinæ sæpe est misericordiæ occasio.

Gen.

Hildebert. epist. 15.

63. Matth. 15. v. 23. Cùm mulier Chananæa à filiæ calamitate Euangelij fidem anteuerteret, elingui fiducia

ſiducia, & clamoſis vociferationibus Chriſtum precatur charæ puellæ ſanitatem, Chriſtus audientiam diſſimulat; & illa occlamans obtundit aures diſcipulorum: *Et accedentes diſcipuli eius rogabant Ieſum dicentes: Dimitte eam: quia clamat poſt nos.* Quid eſt, *Dimitte eam,* niſi vt negotio infecto dimittatur? Quaſi dicat: Clamoſæ voces huius rogatricis vetulæ omnibus te ſequẽtibus quã moleſtæ ſunt, citò dimitte eã, ſiquidem eius filiæ non mederis. Hunc ſenſum ſonant diſcipulorum verba ſuperficie tenus inſpecta. At ſi attentiùs cõſiderentur, alia eſt medullæ ſententia, quã expromit S. Chryſoſt. ad ea verba, ſic fatus: *Dimitte eam Æſtimo diſcipulos ad calamitatem mulieris eſſe triſtatos; ſed tamen non ſunt auſi dicere: Da ei hanc gratiam; ſed dimitte eam. Sicut & nos cùm volumus alicui perſuadere, multoties cõtraria dicimus.* Nempe diſcipuli à diuturna experientia edocti Myſteria clementiæ Chriſti, eum ſupplicant, vt ſupplicantem dimittat fœminam, nõ vt dimittat, ſed vt ſupplicationem admittat, & ei annuat. Parùm enim foret diuinæ miſericordiæ ſi Deus rogatus, beneficium concederet, niſi etiam negantibus, & contrarium petentibus idem beneficium annueret. A negatione, & renutu diſcipulorum mouetur ad largiendum; & dimiſſio, quæ gratiam negare videtur, eiuſdẽ fit impetratio gratiæ. Vel renutui annuit Chriſtus; & quod allicit ad negandũ fit illiciũ concedendi. Vnde diſcipuli fœminæ repulſam precati, clementiã deprecantur. *Sicut & nos cùm volumus alicui perſuadere, multoties cõtraria dicimus.* Inde vltrò explicatur difficilis ille locus Pauli ad Roman. 8. v. 26. *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus;* ſiue vt alij verba ſcribunt, *Gemitibus contrariis.* Porrò illuſtrior miſericordiæ diuinæ cõmendatio eſt, quòd promiſcuè ſiue à ratione cõcedẽdi, ſiue ab occaſione negandi ad largiorẽ munificẽtiã ſoleat promoueri: ô abſtruſũ clemẽtiæ diuinæ Myſteriũ, cui caſtigãdi fomes dat anſã miſerẽdi! Quid bene poſtulãti negabit, cui ſic blãditur cõtraria poſtulatio?

Matth.

Vel motiuũ negandi eſt Deo illiciũ concedendi.

Chryſoſt.

Ad Rom.

64. Matth. c. 26 v. 69. Narrat Petrum in atrio Pontificis ab ancilla interrogatum, an eſſet Chriſti diſcipulus, diuinum Magiſtrũ renegaſſe Magnũ profectò tanti Magiſtri probrũ Raban. Maurus expendẽs hanc Chriſti iniuriam, ita ſcribit: *Quid ſibi vult, quòd primũ Petrum prodit ancilla, cùm viri magis illum potuerint recognoſcere? niſi quod iſte ſexus peccare in nece Domini videretur, vt eius Paſſione redimeretur.* Nempe non tantùm inhumani tortores deſæuiunt aduerſus Chriſtum in eius Paſſione; ſed etiam ſexus muliebris acerbè vexat Chriſtum, vt ita feliciùs eadẽ Paſſione redimatur: Non quia neceſſe foret vt Chriſtus torqueatur à redimendis: Procul hæc mens à ſapiẽtiſſimo Rabano, quod Hæreticorum nemo nugãdo finxit: ſed quia Chriſtus Deus, qua præeminebat clementia, non tantùm à boni meriti virtute allicitur ad miſericordiam; ſed etiam à delicti, quin & à grauioris offenſæ enormitate occaſionem ſumit clementiæ, (*Propitiabere peccato meo multum eſt enim,* aiebat Dauid, Pſal. 24. v. 11; quaſi exaggeratior malitia eſſet opportunior clemẽtiæ occaſio; indeq; anſam arripit Deus ad ignoſcendũ. Vnde benigniſſimus erga fœmineum ſexum, permittit multa ab eodem ſexu pati in eius Paſſione, quò largior emineat clementiæ virtus. Et notum ſit Chriſtum Deum non ſolùm ex bono merito virtutis humanæ allici ad miſerandum; ſed etiam ex non bono merito vitij occaſionem ſumere ad miſericordiam feliciùs impendendam. Sic dilatatur diuinæ clementiæ virtus, vt liberè quaſi diuagetur per iuſtitiæ ſeuerioris materiã: quò & meriti virtus ſit illex clemẽtiæ, & peccati crimĩnoſioris impietas ſit eiuſdẽ clemẽtiæ illuſtrior occaſio. Quod cùm exploratũ eſſet ſanctiſſimæ Iudithæ, piè præſumit de diuina clementia, aiens, hîc v. 17. *Exaudi me miſerã deprecantem & de tua miſericordia præſumentẽ.* Quod religioſè præſumpſit v. 2. allegans ad miſericordiæ impetrationem, Simeonis patris ſui deteſtabile alias flagitiũ excidij Sichimitarum, ſic diſertè dilatans miſericordiæ diuinæ metas, vt nuper diximus de Dauide.

Raban.

Munificentióne eſt Chriſtus erga ſuos carnifices?

Pſalm.

Iudith.

§. XII.

Iudices modulentur ſententias ad ſupremi Principis conſultiſſimum iudicium.

IVriſprudentia conſtat ratione, & concordia: ſic 65.
Ratio tyrannicum rectoratum arcebit, & concordia etiam in Ariſtocratia, Monarchiam æmulabitur, quæ eſt laudatior regendi ſpecies. Monarchiam præfero, non adſtruo hic probationibus; (legatur Herodot. l. 3. Toloſan. de Republica l. 5. cap. 3. & politiores politici huius æui.) Sed quid prodeſt, quod ſummum ius ſit apud vnum Principem, ſi tot ſunt diuerſæ ſententiæ, quot ſunt diuerſi Iudices: vt rectè vſurpari queat vulgare prouerbium: Quot capita in Ciuitatibus, tot ſententiæ in litibus, pro arbitrio licentiæ, & libidine affectus? Iudex *Præſes legum eſt,* ait Senec. non *legum Tutor,* aduertit Tertull. in Apolog. aduerſus Gentes. Neque enim ius tractandum eſt quaſi pupillus pro Tutoris arbitrio. Sit Iudex *Præſes legum* non interpres, pro ingenij licentia, pro munerum auaritia pro nutus priuilegio, pro affectus libidine; leges interpretans ad egregium ſuum placitum. Si enim ius flectitur ad nutum iudicis, nil ſanctum erit in iuriſprudentia, ſed omnia mutabunt ad cuiuſque Præfecti voluptatem. Parùm refert quòd ſummum ius ſit penes vnum Principem, ſi tot ſint diuerſa iudicia, voces, ſententiæ, quot ſunt illius ſubpræfecti. Sic Monarchiæ vox vna plures; plures multitudine Rectorum, vna ſententiarum concordia: ne maiora Ariſtocratiæ damna addat Monarchiæ incommodis, & pernicioſum monſtrum ex vtraque confletur. Sit idea Iudicum ipſa Principis mens, ſit mens Principis, ipſa conſulta ratio, quæ frænos Rectorum moderetur, ne eorum effrænis licentia corrũpat Principis præfecturam: nam quod priuati iudices cenſent, cẽſetur Principis iudicium. Vnde Theodoric. Rex ſic ſcribit Eugenio iudici à ſe conſtituto, apud Caſſiodor. *Ore tuo iudicia noſtra loquebatur.* Quaſi dicat Rex: Etſi tu, Eugeni, in tribunalibus ore tuo loqueris; at vox mea videtur audiri; ſaltem iudicium meum eſſe in ore tuo exiſtimatur. Ergo ſic iudica, vt verba à te ſint; & iudicium à me, id eſt, Rege dignum. Ne diuerſa, imò pugnantia, & minimè cohærentia videar habere iudicia. Nam tametſi per multorum iudicum ora Rex loquatur, at Iudiciorum conſulta prudentia, & neceſſaria Concordia, Regis prudentiam loquantur, & cõmendent: ne alius à me videar, & toties diuerſus, quoties diuerſi Iudices diſſentiũt.

Herodot. Toloſ.

Iudex nõ ſit tutor, ſed Præſes legũ.

Sen. lib. 1. de Ira. cap. 5. Tertull.

Sententia Iudicis ſit de ore Regis.

Caſſiodor. l. 1. Variar. epiſt. 12.

Obſeruabam alibi, Gen. 34. v. 25. dici, quòd Si-
meon, & Leui fratres Dinæ, gladiis ingreſſi ſunt vr- 66.
bem confidenter, interfectiſque omnibus maſculis, Hemor, & Sichem pariter necauerunt. Sic vlti ſunt ſororis ſtuprum. Quod facinus tunc reprehendit

Geneſ.

ſcriptura,

Digitized by Google

scriptura, vti infidum, temerarium, cruentum. Verùm aduertere oportet, quòd in hoc loco Geneseos, vbi hoc facinus, quod perpetrarunt hi Principes Hebrææ familiæ, damnatur; dicitur *gladium* inuasisse vrbem. At hic v. 2. vbi Iudith non improbat, sed commendat eorum audaciam, (quo autem sensu facinus in Genesi reprobatum hîc approbet Iuditha, explicui in litteræ Commentario:) vnius gladij fit mentio. *Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, &c.* Nimirum Principum improbitas gladios multiplicat; at verò probitas eos minuit, quasi plurium Præfectorum vnus sit gladius. Vnde Paul. ad Rom. 13. v. 4. cùm legitimos iudices, & à Deo datos inducat, in plurali illos appellat *Potestates & Principes*, & concludit. *Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat.* Multi *principes*, plures *potestates* vnũ gladium portare dicuntur? Ita sanè; quia bonorum Principum, & Potestatum fit mentio. Hæc dixisse necessarium fuit, vt viam præstruam ad enucleationem celebris loci ex Genesi, c. 3. v. 24. vbi Deus Adamo offensus ob primæui delicti culpam illum cogit toto paradiso exulare, ne iam mortalis à culpa, comedat de ligno vitæ, & perenni morte viuat in æternum. Itaque ad custodiam paradisi designat plures Cherubinos, quibus tantæ prouinciæ præfecturam mandat.

Vnus gladius armet multos iudices.

Iudith.

Ad Rom.

67. *Eiecítque Adam; & collocauit ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium ad custodiendam viam ligni vitæ.* Nemo est mediocriter instructus Hebraicæ linguæ rudimentis, qui nesciat τὸ *Cherubim* esse in numero multitudinis; & in confesso ferè est apud expositores, non vnum Cherub. dũtaxat, sed plures Cherubinos præfectos fuisse. Vtinam sic inuestigassent, quare pluribus Cherubinis vnus tantùm Gladius designatur? Vnicus enim gladius exigua armorum supellex est ad plures armandos. Porrò si Cherubini armis non egeant, vel vnus gladius superuacuus est: si indigent armis, cur cæteri inermes stabunt in pugnaci præfectura: imbecilli enim, & inermes adstabũt ad repugnandũ humanæ temeritati audenti paradisum intrare. Quid est multi Cherubini iudices, & vnus duntaxat gladius? Nisi quòd gladij nomine sententia iudicis designatur, vt aduertit Rupert. prædicta verba explicans, lib. 3. in Gen. c. 32. *Gladius sententia est diuini iudicij.* Nimirũ præfectos designat Deus, sed vnũ tantũmodò gladium illis præbet, id est, vnâ sententiâ dicant. Non vult Deus, vt in sentẽtiis dicẽdis discrepent, qui à Deo iudices designantur. Nam cũ os iudicum loquatur diuinum iudicium, Deus sibi nõ constare, sed repugnare videretur, in sententiarũ discordia. Ergo gladius vnus sit, id est, vna sententia, etsi plures sint Cherubini, id est, multi diuersique Præfecti. Ne quos eadem Dei mens, & potentia armat, secum sententiarum gladiis decertent.

Genes.

Multi Cherubini vno gladio armãtur.

Rupertus.

68. Genes. 1. v. 1. *In principio creauit Deus cælum & terram*, τὸ *Deus* in Hebræa Origine non est in numer. singulari, sed in plurali אלהים *Elohim*, siue deducatur ab אל *El*, id est, *Fortis*, siue ab אלא *Ala*, id est, *obligauit*. Itaque (vt notant vulgò Interpretes) *Elohim* significat gubernatores, iudices, vnde sensus erit: *In principio Iudices, creauit cælum & terram.* Quocirca notant Aben Ezra, & Rabbini Deum hîc vocari *Elohim* ad declarandam eius maiestatem, trésque eius dotes in Gubernatore conspicuas, scilicet intelligentiam, sapientiam, prudentiam. Profectò prima sacræ Scripturæ verba consultissimè proponunt optimorum iudicũ exemplarem ideam: nimirum Iudices in plurali æmulaturos vnitatem Dei, & licet plures sint in numero, vt Deus in personis, sit tamen ad gubernandum vna intelligentia, vna sapientia, vna prudentia, vna vox, vna duntaxat operatio: *In principio creauit Iudices.* Non dicitur, *crearunt*, ne operatiuas voces multiplicet. Sic debet esse in iudicibus concors sententia, vt vel plurium iudicum sit vna mens, eadem sententia: ipsissima vox. Ne 69.
hic destruat, quod alius adstruit: ne tribunalia repugnent tribunalibus, & iura quæ ab aliquo iudicum consessu honorantur vt Sancta, in alio deuenustentur quasi prophana, magno subditorum detrimento. Sic ius diuidetur à iudicum discordia; sic iurisdictio dissipabitur animorum, & sententiarum discrepantia, quam præstaret esse communem, & eandem. Eleganter Claudius Mamertinus ad Maximianum Augustum, sic ipsi, & fratri Diocletiano adulatur: *Ita duplices vobis diuinæ potentiæ fructus pietas vestra largitur, & suo vterque fruitur, & consortis imperio. Diuersum sanguinem affectibus miscuistis: non fortuita in vobis est germanitas, sed electa. Diuidere inter vos Dij immortales sua beneficia non possunt. Quicquid alterutri præstatur, amborum est.* Et mox vt exaggeret vtriusque Principis consensum, nec ab ingenij diuersitate, neque ab ætatum discrepantia diuersum, ita fatur: *Intelligimus enim geminum vobis, quamuis dispares sitis ætatibus, inesse consensum. Neque tu illi videris promptior, neque tibi ille cunctatior; sed inuicem vosmetipsos imitamini, inuicem vestros affectatis annos, Si vos estis iuniores ambo, ambo seniores. Neuter plus suis moribus fauet, vterque se vult hoc esse, quod frater est.* Vide quàm non diuiserit horum Principum animos, nec sententias, vel tanti Imperij ambitiosa amplitudo, vel indispari ætate naturæ diuersitas vel dispar ingenium in vnitate principandi. De quibus rectè dici potuit; *Principes mandauit.* Tanta erat animorum, & sententiarum consensio: sic Moyses de summo illo Principe Deo dixit: *Iudices creauit.*

Plures iudices, sed vna vox, & sententia.

Aben. Ezra. Rabbin.

Mamert. in Panegyrico Genethliaco. Concordia iudicũ exaggeratur.

Quòd si profani Romanorum Principes vnâ sententiâ, & eadem voce seculare imperium moderabantur, pudeat aliquos, (si qui sunt,) Ecclesiasticos iudices inter se, & à legibus Pontificiis discrepare. Sententiosè P. Damian. appellat S. Petrum summum Ecclesiæ Principem, *linguam fidei*, id est, Fidelium, seu Ecclesiæ. Sit ergo vniuersalis Ecclesiæ vna sententia, vna vox; siquidem eadem lingua est. Neque enim vna Ecclesia plures habet linguas; quod monstruosum esset. Iure exulant ab Ecclesia Dei Hæretici, qui non audiunt hanc vnicam *fidei linguam*, qui dissonant ab hac Petri voce. Caueat Ecclesia ne tacitè obmurmuret diuersa vox, & quam Petri lingua non loquitur. 70.

Petrus est lingua fidei & quare?

Pett. Dam. serm. 26.

Gen. 1. v. 14. In quarta die mundialis opificij creat Deus Solem, & Lunam, & stellas vt præsint diebus, & noctibus, & sic scribit Moyses Opificis voces: *Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, &c. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti:* Oleaster sic prima verba vertit, ex Hebræa origine: *Erit luminaria in extensione calorum.* Audis vocem, qua creantur mundi Præsides, nempe Sol, & Luna, non tantùm esse vnam, & eandem, sed etiam quasi ambo luminaria sint idem luminare, dici: *Erit luminaria?* Sic, sic debet esse vna mens, vna sententia, imò (si fieri posset) vna natura omnium Præsidentium, & Gubernatorum. 71.

Gen.

Oleaster.

Solis, & Lunæ concors præsidentia.

Digitized by Google

Gubernatorum. Sed animaduersione dignum est, quod ex Astrologorum Schola edocet Theologorum & Patrum consensus, Solem seu Præsidem diei esse cælestis luminis auctorem, à quo Luna, & astra reliqua, quæ præsident noctibus, mutuantur fulgores, quos cæli voces, seu linguâ appellat P.Damian. Pergit Mamertinus: *Solem ipsum, Lunámque cernimus, qui totius mundi funguntur officiis* (hoc est Præfecturis.) *non nisi post multa secula certa lege temporum conuenire.* Loco, inquam, quo maius sit miraculum, hos duos orbis Præsides longo locorum interuallo dissidentes, non tantùm simili, sed eadem ipsissimáque fulgorum lingua terris præsidere, vna mente, eodem iudicio, ipsissima luminis voce: neque vnquam dissenserint, discrepauerint nusquam, sed in tanta locorum discordia, vocalium fulgorum cōcordia semper hos mundi iudices, & Præsides conuenire. Quod granditer dixit Tertull. *Luna* inquit, *modulationibus menstruis variat.* Profectò τὸ *Modulat.* ad Præfectorum concordem gubernationem spectat, sumpta metaphora à musicorū numeris, & consonantiis, & translata ad tribunalia: dicente eodem in lib. de Baptismo, c.8. *Modulari sublimitatem.* Et aduers. Hermogen. c.2. illud Prou.8.v.30. *Cum eo eram cuncta componens,* legit: *Cuncta modulans,* (Mitto alia verba eiusdem auctoris, ne imperitum vulgus iterum nauseet ad plura Tertulliani loca? Ingenio renunciasse videtur, cui non sapit Tertull.) Ecce Luna Præses, & Regina noctium, non modò fulgorum vocem mutuatur à Sole, Cælorum Præside, & Rege, sed vocales luces, harmonicè modulatur ad Solis numeros, ne ab illo dissonet, si tantisper ab eodem discrepet; menstruis enim modulationibus sententiarum luces loquitur, & præsidentiam suam obit, mutua à Sole fulgorum loquela. O vtinam supræfecti suæ præsidentiæ fulgores, & regiminis voces mutuarentur à prudenti Principis iudicio, & voces modularentur ad consultas Principis voces. Nec si dissonarent aliquæ Iudicum sententiæ, datæ, pro nutu, pro affectu, pro assentatione, pro muneribus, pro libidine.

P.Dam. Mamert.

Tertull. lib. de Pallio, cap.1.

Prouerb.8.

§. XIII.

Virginitas carnem habet angelificatam: vitiorum redemptio est, corona gratiæ, & splendor libidinis.

72\. Cogitatio non extrahitur à collegio carnis. Tertull. lib. de Resurr. carn. c.15.

HOminis anima etsi de se carnis exlex, vtpote spiritualis, & Angelicæ naturæ æmula; quia tamen carni immersa est, & corporea eluuione exundata, carnem redolet, carnis affectus sapit. Vsque adeò cognata est animo carnis corruptela, & carnalis affectionis affinitas! Arguté Tert. *Adeò autem non sola anima transigit vitam vt nec cogitatus licet solos, auferamus à collegio carnis. Siquidem in carne, & cum carne, & per carnem agitur ab anima quod agitur in corde.* Vsque eò agnata sunt homini carnis vitia, & luxuriæ pestes! Hinc Virginitas, princeps planè virtus, supra hominis virtutem est, planè hominem vltra humanæ virtutis fastum euehens, & candidatum Angelicæ perfectionis efficiens, Mat.22.v.30. Agens Christus Deus de Virginibus, ait: *Neque nubent neque nubentur, sed sunt* (non, erunt) *sicut Angeli Dei in cælo.* Sic locum scribit Theophylact. & alij plures: quod etiam expressit Luc.c.20.v.35.& 36. aiens: *Æquales enim Angelis sunt.* Nempe virgines in terris degentes, sunt, non inquit, *erunt*, sed nunc sunt, sicut Angeli Dei in cælo: quæ illustrior prærogatiua virginum est; quasi virgines terram habitantes, non tam sint similes Angelis in terra versantibus, quàm Angelis Dei in cælo: pulchra planè antithesis terræ cum cælo. Nam summa laus est, Angelicam naturam carnis expertem, in ipso cælo castè viuere, at humanam naturam carne constantem, carnisque appetitui sic obnoxiā, vt nec spirituales cogitatus auferre liceat à collegio carnis, ita immunem esse à corporis contagio vt æmuletur in terra puritatem Angelorum versantium in cælo; hæc laus eximia, & incomparabilis est. Hinc apud Septim. caro virginea dicitur: *Caro reformata, & Angelificata.* Fortasse non ita magnificum foret hominem virginem dici Angelificatum ob æmulationem Angelicæ naturæ; ast carnem ipsam innata infirmitate carnis languentem, agnato fomite instigatam, naturalibus igniculis semiustulatam, hancmet ipsissimam carnem arcana castitatis metamorphosi reformari in naturam Angelificatam, hoc magnum quid est, & portento simile. Quid enim portentius, quàm carnem ipsam fœdis libidinibus pollutam, sic fieri carnis expertem, & à corporis passionibus immunem, vt in carne carnis contagia non sentiat, sed pia æmulatione Angelicam puritatem ambiētē, sic Angelizari, vt ipsa sit in terra, sicut Angeli Dei in cælo. *Omnis caro* (ait S.Zeno) *quando flagitiosis illecebris huius mundi, ac tenebris feralibus agitur, profectò pecuina est.* Quid illustrius quàm pecuinam carnem reformari in carnem Angelificatam? O Virginitatis naturale miraculū! *Nisi Virgo tertium genus est, monstrosum aliquod,* ait Tertul.

Matth.

Theoph. Luc.

Virginitas habet carnē Angelificatā.

Septim. lib. de Resurr. carn. c.26.

Zeno serm. de Resurr.

Tertull. de velandis virginibus c.7.

Hildebert. Turon. ep.35. sic fatur de Virginitate: *Virginitas contenta paruo, sollicita est pro natura, non ambitiosa pro matrona. Virginitas curarum est silentium, & pax carnis, virtutum principatus, naturæ obliuio, vitiorum redemptio.* Ecce Virginitas dicitur virtutum princeps, quasi principatum gerat in reliquas virtutes? Appellatur Virginitas *naturæ obliuio*: quoniam Virgo est tanquam exul suæ naturæ, & velut desertor naturæ humanæ, transit ad Angelicam naturam, angelificata carne. Dein *Pax carnis* nominatur Virginitas, quia, vt ait Septim. Castitas *Concupiscentiam humat.* Ac si pudicitia esset mors concupiscentiæ, & libidinis tumulus, vbi humatur appetitus; & velut in asylo quodam lasciuiæ, pax summa carnis est. Pulchrè dicitur *Vitiorum redemptio*: redemptio, inquam, alia æmula passionis Dominicæ, seu redemptionis humani generis? Scilicet Virgo dicere potest: *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea.* Quod de se dixit Paul. ad Col.1.v.24. de Virginitate dicit Hildebert. Non quia Christi Dei passio sufficiens non sit ad redemptionem, & ita indiguerit secunda *redemptione vitiorum*: sed quia Virginitatem ad consortium vberioris redēptionis vult Christus adsciscere, quo Virginitatē eximiè honoret augustiori sublimitate. Et quia Virginitas maximè iuuat ad vitiorum redemptionem cùm ferè interstinguat peccati fomitem, & quodammodo resculpat originalem gratiam, hominem quasi restituens feliciori innocētiæ statui. Vnde argutè ait Tert. *prima felicitas, prima Virginitas est*: quasi felicitas Virginitatis sit, quòd hominem velut restituat in statum primæ felicitatis aut futuræ gloriæ. *Virginitas enim vitam nostram de corruptione ad sanctitatis gloriā colligit,* ait Basil.

S.Gregor. Naz. Orat.30. quæ est ad Virginem exhortatio

73\. Hildebert. Virginitas est vitiorum redemptio

Septim. lib. ad vxor. c.4.

Ad Coloss.

Tertull. l. de Exhort. castit. c.1. Basil. l. de vera Virgin. Naz. or. 30.

exhortatio, ſic ſcribit: *Matrimonium libidinis venia eſt, Virginitas ſplendor.* Splendor inquam, libidinis, quæ vox proximè præceſſit, & ita ſupra illā appellari videtur. Quo modo matrimonium ſit venia libidinis explicui ad c. 4. §. 15. Nunc ſentētiosè dicitur Virginitas *libidinis ſplendor.* Parum foret quod Virginitas ſit ſplendor hominis caſti, (*ô quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate!* dicitur Sap. 4. v. 1.) niſi etiam foret ipſius libididinis ſplendor, & fomitis decus. Siquidem illuſtris redditur ipſa concupiſcentia ſplendore virginitatis: nam fomes ad luxum, Virginitatis beneficio fit materia virtutum, & occaſio illuſtrioris pudicitiæ: & libido, quæ erat ſtimulus ad laſciuiendum, ſic caſtigatur, & honeſtatur principis Virginitatis vigore, vt reformetur in rem caſtitatis: vt inde incrementetur, virtus, vnde fouetur vitium. Et ita ſubtiliter S. Naz. Virginitatem appellat *libidinis ſplendorem.* Ergo præclara, & regalis virtus eſt Virginitas, *virtutum principatum* obtinens, vt retuli ex Hildebert. quippe *In Virgine gratia coronatur*, dixit Tert. Quaſi Virginitas ſit gratiæ corona. Porrò Gratia eſt regina omnium virtutum, Virginitas verò huius auguſtæ gratiæ corona eſt, præclarum decus, & illuſtre ornamentum, ſplendor iuſtitiæ & ſanctitatis nitor. Gratior enim eſt gratia in Virgine, ſanctior eſt in Virgine ſanctitas. Quid mirum vt virginitas ſit corona gratiæ, & nitor virtutis, ſi eſt ſplendor libidinis? ô angelicam virtutem, & humano faſtu ſublimiorem? *Qui poteſt capere capiat.* Gratulor Iudithæ omniū virtutum cumulatiſſimæ, hac vna caruiſſe virtute, (nam c. 8. v. 1. vxorata dicitur,) vt vnius B. Virginis Deiparæ eſſet ſingularis prærogatiua, primum omnium Virginitatem dedicaſſe, ne qua femina Dei matrem Virginitate præcederet. Nempe cedit Iuditha virginitatis laudi, vt vnius Mariæ elogium ſit, Prima Virginitas. Porrò Iuditha adhuc puella, & recens nupta, viro orbata eſt, quaſi ad id tantùm nupſerit, ne de Virginitate Deo conſecrata, primas ferret Deiparæ. Ergo quę piè & comiter virginitate caruit, quaſi non caruit alicuius Virginitatis laude, quæ, vt aliàs diximus, velut *Virgine continentiâ* floruit. Ergo cùm tanta ſit Virginitatis laus: quis miretur Dinæ fratres, adeò inſaniiſſe ob conſtupratæ Sororis ignominiam, vt dicitur hîc, verſ. 2. De quo multa diximus in Litteræ commentario.

Sapient.
Virginitas eſt libidinis ſplendor.

Tertull. l. 1. ad vxor. c. 4
Virginitas eſt corona gratiæ.

Matth.

Iudith.

§. XIV.

Sæpè acerbiùs ſuffunditur ſanguis verecundiæ ſeu confuſionis tormento, quàm effunditur effuſionis cruciamento.

74. HOmo veriſſimè dicitur gloriæ animal; ſic enim vrgetur agnato ambitionis fomite, vt non tantùm cùm ipſi arridet lætior fortuna; tumeſcat ad gloriam; ſed infelicitati, tormento, iniuriæ inſidietur, vt inde capiat vberioris materiā gloriæ: Quod fuit arbitrium Stoicorum, ridentiū alternantes Fortunæ vices, & gratulantium infamiæ, ex qua oſtentabant magnanimitatis elogiū. Verùm apud omnes confuſio inter grauiſſima hominis mala cenſetur, nam pudor delicti comes eſt, & criminis proditio: aut ſaltem illius indiciū. Qui non timet pudore ſuffundi, non timebit pudenda patrare. Itaque confuſio inter acerbiores calamitates iure habetur, & grauioris infortunij exaggeratio eſt. Vnde Iuditha hîc, v. 2. vt Simeonis, & Leui ſæuitiam in Sichimitas quadantenùs excuſet, refert Dinæ confuſionem: *Domine Deus*, inquit, *patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & nudauerunt femur Virginis in confuſionem.* Nempe inſolentia ſtupri, & ſoror ſubacta quaſi ſcortum vile, & tormentum pudicæ Virginis vi conſtupratæ, & dedecus auitæ nobilitatis exhonoratæ, & iniuria, quâ Iacobi familia contempta fuit à Sichimitis; hæc omnia, vno *confuſionis* vocabulo preſſit Iuditha, probè noſcens, quàm graue malum ſit confuſio. Quod in hoc §. breui dabo.

Iudith.

Confuſio dicitur Dinæ ſtuprum.

Matth. 21. v. 37. prædiues ille Paterfamilias, 75.
Deus, inquam, plantauit vineam, & illam locauit agricolis: & opportuno tempore miſit ſeruos ſuos, vt annuos reditus exigerent, quos barbarico auſu agricolæ lapidauerunt, ceciderunt, occiderunt. Dein iniuriæ quaſi oblitus, mittit plures ſeruos, quos repetita malitia inhumaniter trucidauerunt. Tandem ad exaggerationem bonitatis miſit filium ſuum, *Dicens: Verebuntur filium meū:* quem illi impudentiori temeritate peremerunt. Auctor operis Imperfecti ſic eleganter hoc facinus expendit: *Ecce enim poſt tanta beneficia Dei, & ſine admonitione Domini debuerant Domino iuſtitiæ ſua tributa perſoluere: tamen non reddentibus eis, miſit paucos ſeruos ſuos, quibus occiſis, addidit bonitatem, cùm docuiſſet iraſci. Item pluribus interfectis, accumulauit bonitatem, & miſit filiū ſuum; & bene non quaſi ad obnoxios pœnæ ſententiam baiulantem, ſed patientiæ veniam: & poſt tot ſcelera, adhuc eis miſericordiæ locum ſeruabat, Sic enim dicit: Forſitan filium meum reuerebuntur.* Attende ad verba quæ ſubiicit ad rem præſentem aptiſſima: *Ergo miſit confundere illos, non autem punire. Nam pro tantis iniuriis benigno Domino ſufficiebat ſola vindicta puderis.* Quid luculentius? Scilicet æquiſſimus, & ſeueriſſimus Deus tantum ſcelus, toties repetitum exambit plectere *ſola vindicta puderis.* Vnde vt impudenter inſoleſcentes caſtiget, illos confundere cupit, quod eſt magnum boni viri tormentum, & pœnæ exaggeratio

Confuſio eſt acerbiſſimū ſupplicium.

Matth.
Imperf. hom. 40. in Matth.

Numeror. 12. v. 10. obmurmurabant Maria & 76.
Aaron contra Moyſen, vtriuſque fratrem, propter vxorem eius Æthiopiſſam. Et iratus Dominus, euocat eos ad tabernaculum; & aſperiùs loquitur, eò quòd detraxerint Moyſi: *Et ecce Maria apparuit candens lepra, quaſi nix.* Et quare Aaron conſors culpæ, exſors pœnæ eſt? obmurmurationis flagitium pariter perpetrarunt, ergo pariter puniendi ſunt. Plectatur nemo, aut vterque: punitio vnius, ex alterius impunitate redarguitur, aut è contrario. Niſi fortè ſexus caſtigatur, non culpa, quæ foret punienda libido, non æquitas punitionis. Senſim lepra ſerpit, & corrodit Mariæ carnes, & Aaron liber eſt à pœnæ reatu? Imò egregiè punitur. Pulchrè Saluian. *Maria enim ſupplicio afficitur, vt Aaron confuſione mulctetur.* Scilicet ob idem crimen ab vtroque commiſſum, Mariæ corpus exeditur & abſumitur ſerpente lepra, qui ærumnoſus, & infamis morbus eſt, & à contagio execrabilis; at Aaron ejuſdem flagitij conſors, pro lepræ calamitate *confuſione* plectitur: ne leniori ſupplicio puniatur, qui non leuius flagitium commiſit, confuſio Aaronis pro lepra Mariæ ſit. A lepra candet Maria à confuſione rubeſcit Aaron; lepra corrodit Mariæ carnem, confuſio abſumit Aaronis præcordia. Nec minùs torquetur Aaron confuſionis tormento, quā Maria lepræ

Numer.
Aaronis cōfuſio pro lepra Sororis eſt.

Saluian. l. 1. de Gubern. Dei.

Digitized by Google

lepræ supplicio. Maria enim supplicio afficitur, & Aaron confusione mulctatur. O similis culpæ consimilis pœna!

77. Confusionis tormentum. Ob multa scelera, quæ Iudæa gens diu commisit, indignatus Deus, noluit olim charissimum populum perimere Chaldæorũ gladiis, sed ignominia captiuitatis mulctatur, *Ego & tu porta cõfusionem tuam*, (inquit Deus, Ezechiel. 16. v. 52.) *qua vicisti sorores tuas peccatis tuis scelestius agens ab eis*. Septuag. Interpretes sic vertunt: *Tu sustine tormentum tuum*. Tormentum, inquam, confusionis. Quasi dicat Deus: Mei populi scelera vltorem gladium exigebant ad vindictam tanti reatus; at ne prorsus dispereat populus quondam meus, gladium permuto in confusionis tormentum, quasi affinis pœna sit: *Suffundere maluit hominis sanguinem, quàm effundere*, eleganter dixit Tertul. Tam graue enim malum, & tam acerbum tormenti genus est confusio hominis vt *sola vindictâ pudoris* (vt nuper ille paterfamilias) plectat Deus scelera, quæ pœnas cũ sanguine reposcunt. Quasi consimilis mulcta sit, sanguinem suffundere præ confusione, quàm effundere profusione. Vtrumque supplicium sanguine constat; in illo suffunditur in vultu, potiori hominis parte; in hoc effunditur in terra, breuiori sensu vulneris. Nam confusionis tormentum diu suffundit sanguinem, & ad cuiusque occursum sumitur vindicta pudoris, perennante confusionis cruciamento: at in effusione, primum vulnus auffert cæterorum sensum. Vnde iratior Deus maluit suffundere sanguinem, quam effundere. Adnotare lubet in gratiam Septuag. Interpret. qui *tormentum* exscripserunt pro *confusione*; confusionem appellari tormentum apud politioris eruditionis proceres. Seneca ita scribit: *Cum homini probo ad rogandum os corruat, & suffundatur rubor, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus.*

Ezechiel.

Tertul. Apol aduers. Gent. c. 4.

Senec. lib. 2. de Benefic. 1.

78. Ad Hebr. Confusio recensetur inter acerbiores Christi pœnas. Ad Hebr. 12. v. 2. *Aspicientes*, inquit, *in Auctorẽ fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contemptâ*. Siue *gaudium* sit parata immortalitas, vt vult Caietan. siue Beatitudo, vt commentatur Anselmus; siue regnum temporale, vt opinatur Strabus; siue quoduis aliud grande & excelsum bonum: tamen Christus elegit crucem & passionem, *confusione contemptâ*. Nonne alia multa erant toleranda in eius passione, quæ acerbiorem dolorem facerent? cur tantùm meminit confusionis? Anselmus Laudunensis: *sustinuit crucem, confusione contemptâ*, id est, *neglectâ verecundia humana*. Causas huius verecundiæ seu confusionis in Passione, tradit latè Lyran. ibi. Sed expensione dignissimum est, ex tot cruciamentis, & dehonestamentis, quæ Christus Deus in sua passione & probrosissimè, & acerbissimè sustinuit, mentionem dumtaxat fecisse hîc Paulum contemptæ confusionis, seu humanæ verecundiæ, qua diuina Christi facies suffundebatur in Passione. Nonne infidè proditur à discipulo? vincitur cautè vt vaferrimus noxius? nonne profanè saliuatur os reuerendum? vapulat vt vile mancipium? spineo serto asperrimè coronatur? sustinet crucis molem sæculorum delictis graue? figitur acerbè pendulo corpore vsque ad vitæ defectum? Nonne hæc sunt sæuiora cruciamenta, & ardua magis toleratu; quare tantùm meminit cõfusionis inter tot sæuissimos cruciatus? *Sustinuit*, inquit, *crucem confusione cõteptâ*: quasi tota acerbitas passionis *confusione*, & *humana verecundia* quodammodò censeatur, cætera acerbissima cruciamenta omittit Paulus? Et ac si parum foret effundere sanguinem, elegit à pudore suffundere. Quid exaggeratius ad hanc rem? Hinc cernere licet, quàm graue tormentum passuri sint reprobi in illo vltimi Iudicij theatro, cùm appareant tot clancularia flagitia, peracerbo confusionis tormento dignissima. Qui timet confudi, timeat facere confusione digna.

Caiet. Anselm. Strab.

Anselm. Laud.

§. XV.

Commentarius litteræ

Vers. 3. Et dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem; & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: subueni, quæso te Domine Deus meus mihi viduæ.

Biblia Sixti aliter transtulêre hunc versiculũ: *Et pro his, quæ fecerunt, dedisti principes eorum in cædem, & stratum eorum, quod nouerat deceptionem eorum, in sanguinem, & percussisti seruos super Dynastas, & Dynastas super thronos eorum: & dedisti vxores eorum in direptionem, & filias in captiuitatem, & omnia spolia in distributionem filiorum dilectorum à te: qui etiam zelauerunt zelum tuum, & abominati erant contaminationem sanguinis sui, & inuocauerunt te in adiutorem. Deus Deus meus, etiã exaudi me viduam.* Alij apud notas eorundem Biblior. illud: *Stratum eorum, quod nouerat deceptionẽ eorum*, scribunt, *Quod rigauit decerptam*. Nempe rem inhonestam honestè significant Septuag. & Bibl. reg. *Et stratum eorum irrigauit deceptum in sanguine*. Eodem, vt opinor sensu; nam *sanguis* sumitur pro re, & pruritu Veneris. Iuxta illud Ioan. 1. v. 13. *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis*. vt docent Chrysost. Theophyl. Euthym. & Beda ex S. Aug. Lucifer in l. de non parcendo in Deum delinq. illud, *Dynastas super thronos eorum*, legit, *Super thronum eorum, qui accepit dilectam*, Dinam, inquam, Vatabl. rem sic explicatiùs tradit: *Ob quæ ad cædem exposuisti principes eorum, vt decerpti stratum suum rigarent sanguinem, cum seruis super principes, principibúsque in sedibus suis trucidatis, vxores eorum in prædam, inque captiuitatem filias, & omnia spolia tradidisti diuidenda charis tibi filiis, iis qui indignatione tua accensi, oblatum sanguini suo vitium abominati sunt, & opem tuam implorauerunt. Tu Deus ille, mi Deus, me etiam exaudi viduam.* Has scriptiones scripsi vice commentamenti, quo explicatur enucleatiùs sententia vulgatæ editionis. 79.

Bibl. Sixt.

Ioan. Chrysost. Theoph. Euthym. Beda. Lucifer. Vatabl.

Et dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem. Quod disertè habetur, Gen. 34. v. 25. vbi dicitur quod *Irruerunt super occisos cæteri filij Iacob, & depopulati sunt vrbem in vltionem stupri: paruulos quoque eorum, & vxores duxerunt captiuas* Non laudat hîc Iuditha quòd à filiis Iacob sæuitum est in imbecillam fœminarũ plebem, & aduersus infantes innoxios, nec implorat auxiliatem sibi Deum ad consimile flagitium patrandum: sed commendat animos, & vires à Deo datas ad vltionem stupri, similéque robur petit ad patrandum egregium facinus, quod mente voluebat. Addit: *Et omnem prædam in diuisionem seruis tuis*. Seruos Dei appellat filios Iacob, vel quia verum Deum colebant. Sic iidem etsi fœdati impia proditione iuuenis Ioseph, ipsi iam 80.

Genes.

Qui appellentur serui Dei.

 Ægypti

Genes. Ægypti principi, supplices aiunt, Genes. 50. v. 17. *Nos quoque oramus, vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc* Vel seruos Dei appellat, qui ministri fuerunt Dei in vltionem stupri. Sicut Ierem. Ierem. 25. v. 8. ait Deus: *Ego assumam Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum*, etsi Nabuchodonosor Iudith. erat sceleratus, impius, Idololatra. Præda dicitur data *in diuisionem*. Profectò si τὸ diuiſio appellet supra vxores, & filias Sichimitarum, posset significare diuisionem à maritis vel à patribus, vt adnotabam suprà ad c. 4. v. 10. vel durũ Matth. aliquod supplicium. Quo sensu dicitur Matt. 24. v. 51. de seruo nequam: *Veniet Dominus serui illius in die quâ non sperat, & diuidet eum, partémque eius ponet cum hypocritis*. Posteriusque ita accipi secundùm distributionem (quod aiunt) accommodam. Nempe vxores, & filias diuident à maritis, & patribus; & grauiùs eas mulctabunt, vtpote chara pignora inuisorum parentum; reliqua verò spolia inter se diuident. Verùm credibile non est tam inhumanè sæuiisse Iacobi filios in gentẽ innoxiã, & cùm generatim loquatur de omni præda censendum est, non tantùm pretiosam supellectilem, rem nummariã, & pecuniã inter se diuisisse, sed etiã fœminas, & pueros ad seruitia. Cui expositioni suffragantur omnes Græcæ exscriptiones.

81. *Qui zelauerunt zelum tuum*, Notus Hebraïsmus, qui sæpè irrepsit in Græcum, & Latinum 3. Reg. 1. Machab. idioma, 3. Reg. 19. v. 10. *Zelo zelatus sum pro Domino*. & 1. Machab. 2. v. 54. *Zelando zelum Dei*, & v. Zachar. 58. *dum zelat zelum legis*, & Zachar. 8. v. 2. *Zelatus sum Sion zelo magno*, & alibi sæpè. Porrò vt aduer- Ribera. tit Riber. in c. 1. Zachar. zelus dicitur dolor cum Quid significet, zelo zelare. ira mistus, cùm alter potitur re, quam nos cupimus: vel cùm eam malè iactari affligique cernimus. In priori acceptione accipitur apud Ezech. c. 16. v. 42. *Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar ampliùs*, hoc est, non dolebo, nec puniam te, etsi te lasciuientem video. In posteriori Zachar. acceptione sumitur Zachar. 1. v. 14. *zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno*. Id est, doleo, ac irascor tam crudeles fuisse Chaldæos; & alias nationes Ioël. aduersus Iudæam gentem: & Ioël, c. 2. v. 18. *Zelatus est Dominus terram suam*, hoc est grauiter doluit, tam crudeliter ab inimicis vexari. Et hîc Simeon, & Leui zelauerunt zelum Dei, id est, grauiter, doluerunt, & irati sunt, videntes sororem suam fœdè constuprari, & Deum suum grauiter offendi. Cæterùm notandum est, quod vocis repetitio *zelo zelare*, Epitasin habet, nam eiusmodi geminatio auget vim, & frequens est in Scriptu- Osee. ris. Osee 1. v. 2. *Fornicans fornicabitur*, id est, falacissimè fornicabitur: *Zelo zelare*, id est, studiosissimè Thren. zelauit. Thren. 1. v. 2. *Plorans plorauit*, id est, lu- Luc. ctuosissimè plorauit. Luc. 22. v. 15. *desiderio desi-* Osee. *deraui*, id est, valde desideraui. Osee 1. vers. 6. *obliuione obliuiscar*, id est, non permittam redire in memoriam meam. Aduertendum hîc est, hæc participia non esse apud Hebræos participia, sed Infinitiuos; nempe *Fornicari fornicabitur, Plorare* Hier. *plorabitur*: Sed Septuag. Interpret. & S. Hier. explicationis gratia solent eiusmodi infinitiuos per participia vertere, quia quod apud Hebræos obscurum non est, à nobis vix intelligi posset si diceretur, Plorare plorauit, Fornicari fornicabitur.

82. *Subueni quæso te Domine Deus meus mihi viduæ*. Plura merita posset allegare Iudith, vt exaudiretur à Deo; & tamen viduitatis proponit titulum, quasi ambitiosiorem ad gratiam impetrandam. Et quidem consultissimè, vt aduertit Dionysius Carthus. nam Deus est, *pater orphanorum, & index* Carthus. *viduarum*. Psal. 67. v. 6. Vidua apud Hebræos vo- Psalm. catur אלמנה *Almanah, quasi ab* אלם *alam, colli-* Quid significet nomen viduæ. *ganit, obmutuit*; quia viro emortuo velut colligata, & vincta domi sileat & obmutescat, nec valeat se defendere, & ius suum tueri. Et vidua Græcè dicitur χήρα à χηρόω *desolo*, quia desolata est, vnde Anselm. Laudunensis sic ait: *Subueni mihi* Anselm. Laud. *viduæ desolatæ*. Deus autem dicitur Iudex vidua- Tert. l. 1. ad vxorem, c. 7. rum, id est *assertor*, & vindex, vt exponit Tertull. Psal. Et Dauid Psal. 145. v. 9. ait *Pupillum, & viduam suscipiet*, S. Hier. eriget, Hebraïcè יעודד iehoded, id est, *exaltans, erigens, confortans, fulciens, sustentans, adiuuans*. Iob. 31. v. 16. *Si oculos viduæ expe-* Iob. *ctare feci*. Hebraïcè, *Oculum viduæ non consumpsi*, Nicet. differendo quod postulat. Septuag *Viduæ oculum non tabefeci*. Nicetas ibi, *Non sum passus lachrymis, aut assiduo oculorum coniectu, intentionéque contabescere*. Vnde Iob non tantùm supplicationes viduarum, sed vel nutus exaudiebat. Quasi religio foret eas confestim exaudire. *Altare Dei* appellat viduas S. Ignatius. Itaque Iuditha omnes impe- Ignat. in epist. ad Tarsenses. trationis titulos adaggerat, cùm ait, *Subueni, quæso te, Domine, mihi viduæ*. De viduis plura scripsimus ad c. 8. v. 4.

§. XVI.

Zelus prætextu virtutis, proprias iniurias vlciscens spiritualis nequitia sæpè est.

Res bona zelus Dei est, & quem iure magni- 83. ficant sacræ Litteræ, nam scintilla Dei amoris est; & diuinus quidam vigor, quo quis armatur in vltionem diuinæ offensæ; & quæuis in Deũ delicta exterminare adnititur totis viribus & linguæ, & operis. Cæterùm cautela adhibenda est Zelus quorundam, à non bono ingenio est. maxima in zelo, ne specie tenus, iniurias in Deum vlciscamur; & re verâ commissas aduersus nos offensas vindicemus. Examinet Zelotypus an (vt Phinees) zelet zelum Dei, an proprium sui ipsius: nam sæpè zeli nomine ambimus religiosum nomen: non rarò proprias offensas excusamus: & aliquando zelus permissa quædam murmuratio est; & specie virtutis præteximus vitium: & naturale ingenium ad detrahendum, seu pruritum linguæ ad immurmurandum honestamus obtentu zeli. Graue hoc genus hominum, & inuisum! Berzellaï vir bonus, & opulentus, & canitie venerabilis, Dauidem quondam Absalonis iras fugientem annonâ, & opera adiuuit egregiè. Feliciter confecto bello, non ingratus Dauid officiis Berzellaï dixit illi: *Veni mecum, vt requiescas secu-* *rus mecum in Ierusalem*. 2. Reg. 19. v. 33. Recusa- 2. Reg. uit Regis fauorem Berzellaï, dicens: *Quot sunt dies annorum vitæ meæ, vt ascendam cum Rege in Ierusalem? Quare seruum tuus fit oneri Domino meo?* Profectò hæc Berzellaï ratio valde futilis videtur. Nam minimè foret grauis Regi, neque appa- Zelus non bonus à non bona mente saepe est. ret in qua re illi futurus esset oneri, homo diues valde, vir prudens, canitie spectabilis, & fortè consiliis, & ope proficuus. In quo senex capularis, id est, octo generarius oneri erit Dauidi, ipsũque degrauabit, si secum habitet in Ierusalem? Profectò senex præ ætate nimia ad munia inutilis, immunis sedet domi; curiosus indagator rerũ, quæ accidunt, & otiosus immurmurator: quod senum ingenium est, extincto iam florido sanguine, cui successit humor putridus, & tetricus: Itaque senex ab otio ætatis, & à natura senectutis, omnia censu, & sensu suo taxat, de omnibus obmurmurat.

obmurmurat. *Alius inertiâ torpet; alium defatigat ex alienis iuditiis suspensa semper ambitio*, ait Senec. de Breu. vit. c. 2. Quamobrem, inquiet, otiosus Rex hoc anno ad bellanō procedit? Cur domi deliciatur? Ius minimè seruatum est illi reo. Cur non coërcetur impij illius audacia? ô quanta tributa nunc sub Rege depēdimus, qui olim immunes eramus sub Iudicibus! Vix præsumpsit Berzellaï octogenarius, ingenium, & linguam senilem se posse compescere, quo vno maximè degrauetur Rex, (neque enim aliud suppetit in quo posset grauis esse Dauidi,) vnde conscius sui ingenij, ait: *Quare seruus tuus sit oneri Domino meo?* Nam Principi, Gubernatori, & cuiuis alij priuato viro, graue est & molestum hoc obmurmurandi ingenium; quod specie quidem zelus est: sed reuerâ est ingenij malignitas. Graue hoc.

84\. At grauius est, quosdam armari zelo quasi Dei ad vindicandas proprias iniurias; & negligentes aut propinqui, aut familiaris, aut amici defectus, zelare eum, cum quo intestinas inimicitias gerunt; inimicum sanctissimum esse desiderant, & in nullo: deficientem. Quod si tantisper à virtute deficiat, eiusmodi hominem quasi piè zelant: & cùm negligentes sint suæ, & suorum sanctitatis, omnes sanctitates anxiè volunt reperiri in eiusmodi homine. Matth. 5. v. 6. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* iustitiæ nomine omnes virtutum species intelligit Chysostomus hic. Ergo esurienda & sitienda omnis virtus est. Quid Mysterij latet in hac simplicitate verborum; Pulchrū quidem ad rem præsentem. Nemo aliis esurit, aliis nemo sitit; sed sibi esurit, sitit sibi potum, aut cibum, Sic virtutes esuriendæ, & sitiendæ sunt. Tibi esuri, tibi sanctitatem siti. Nemo pro alio esurit, pro alio nemo sitit; & tu nec tibi, nec tuis esuris; & sitis sanctitatem aliis. Caue ne hæc sitis portentosa sit, & inhumana. Esuri tibi, quod præscribit Christus; ne tu esurias aliis, ad quod te stimulat nothus zelus.

Zelus sit velut fames, nemo aliis famescit, sed sibi.

Matth.

Chrysost.

85\. *Tabescere me fecit Zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.* Psal. 118. v. 139. Satis acutè Hier. & Ambros. ad Christum diuertunt hæc verba, fortè vt Dauidem excusent. Deficio, ait Dauid, & tabesco præ zelo: quia *vexatores mei, molestatores mei*, (sic alij scribunt) *inimici mei* obliuiscuntur, & negligunt legem Dei. Siccine zelat Dauid molestatores suos? Itáne zelat delicta subiecti populi? Tabescebat Thamar fraterno stupro violata: insultabat Absalon fraterno sanguine cruentus, iacebat cadauer Amnonis vltionem clamans: impunis erat Ioab procerum cæde violatus, & tamē non tabescebat Dauid; & modò tabescit, quia eius molestatores, & inimici non seruant legem Dei? Erat zelus Dei iste zelus Dauidis, an zelus proprius? ipse dicit, *zelus meus*. Sic in se pinxit Dauid zelum istum non bonum, sed zelum hypocritam, & inimicum, quo multi agitantur, & alios exagitant. Vel forsitan instigabatur à zelo non bono sed ipso renuente. A qua specie delicti vindicat Symmachus Dauidem, sic locum exponens: *Tacere me fecit Zelus meus, quia obliti sunt*, &c. id est: Quando zelantissimè obseruo inimicos meos, nec ita zelo proximos, aut familiares, suspectus est mihi eiusmodi zelus, etsi specie virtutis me incitet; & ne foras erumpat mirâ taciturnitate os meum obsigno; *Tacere me fecit Zelus meus.* Id est, non modò non loquor, de his defectibus, quos zelus obseruat in meis inimicis, sed ipse zelus me facit tacere; suspecta mihi sunt verba, quæ instigante eiusmodi zelo erūpere conantur: zelus linguā frænat, non armat.

Psalm.
Hier.
Ambros.
Dauid dicitur tabescere à zelo inimicorum.

Symmach.

Cæterū quā grauiter; & molestè toleretur persecutio, pij zeli nomine facta, & prætextu virtutis altè explicuit Paul. ad Ephes. 6. v. 11. *Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli*: id est, calūniatoris, seu criminatoris) *quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes*, &c. *Contra spiritualia nequitia in calestibus.* Non sufficiunt quæuis arma aduersus insidiosas criminationes calūniatoris insidiosi: armaturâ Dei opus est: quia graue ingruit bellū; & quidē periculosius, quā illud, quod Iobo illatum est, ait Anselm. Imò etiā illo, quod aduersùs nos gerit caro, & cōcupiscētia voluptatis, quod grauissimū est, intestinū est, periculosissimū est. Magna quippe vis voluptatū est, *& facilè imposturam facit quod delectat.* Quodnam est hoc bellum, quod acerbitate superat Iobi luctas, & carnis illecebrosa pericula: & quod istorum comparatione appellat Tertull. periculū *reuera?* Disertè illud explicuit Paul. *Contra spiritualia nequitia, in calestibus? In calestibus*, inquit Anselm. id est, *in montis nostra sanctis virtutibus patimur impugnationem;* Quasi dicat Paul. Induite vos armaturā Dei, quia ex insidiis periculosum vrget bellu, *contra spiritualia nequitia, in calestibus*, id est cōtra eos, qui spirituali nequitiā in re cælesti, siue in re virtutis, insidiosè, & subdolè vos oppugnāt, Armamini contra *spiritualia* machinamenta *nequissima* versutiæ: contra eos, qui per callidam *nequitiam* spiritualia obiectant crimina; & zelo virtutis *spiritualia* prætexūt, *sed spiritualia nequitia*, re verâ obiectant, id est, *proprias nequitias spirituales.* Zelus ille bonus nō est, sed insidiosus, & nequā: Nequitia spiritus est, aut *spiritualia nequitia.* Hispanismo bellè explicatur: *Os hazen en la guerra con spiritualidades llenas de malicia.* Præfatā expositionē insinuat Caietan. in his verbis: *Contra spiritualia nequitia in calestibus. Describit Apostolus eosdē à malitia excellentissima. Non dicit aduersus spirituales nequitias, sed* (quod plus est) *aduersus spiritualia nequitia. Habet nequitia carnalia, habet spiritualia.* Hoc genus hominum iactantium virtutes (vt sic dicā malitiosas, & spirituales nequitias, graue est hominibus, & Deo valdè offensum. De his videri posset dixisse Christum; se non venisse in mundū, vt eos vocaret, (eo sensu quo loquitur Euangelista) quasi eos detrectet, & exterminet à sui consortio? *Non veni vocare Iustos, sed peccatores.* Matt. 9. v. 13. Quia nō tā auersatur notos peccatores, quā simulatos hos iustos, & insidiosos. Tractās Chrysol. præfatā sentētiā, sic ait, *Non veni vocare iustos, sed peccatores. Non hic Dominus iustos respuit, sed superbos: & eos notat, qui cū non sint, esse se iactant iustos.* Nimirū Pharisæi prætextu virtutis sese iactabant, & zeli pij specie superbè notabant actiones Christi Dei. Iustos specie tenus his similes, non venit Christus vocare, quia obiectabant *spiritualia nequitia in calestibus?*

86\.

ad Ephes.
Zelus aliquando est spiritualis nequitia de rebus cælestibus.

Anselm. in huius loci commentario.

Tertull. de fuga in pers. c. 1.
Anselm.

Caietan. in eiusdem loci comment.

Non venit Christus vocare zelotypos nequam. Matth.

Chrysolog. serm. 29.

87\. Saltat lasciuiens puella dū Herodes sua natalitia conuiuādo celebrat. Iurat illi Herodes se daturum, quod postulauerit; postulatū caput Ioannis exscinditur, & in disco infertur mensis. Quid hîc non truculentū & ferale? Illúdne caput Ioannis, quod tā facilè abscindatur? Mors Baptistæ ad augendas conuiuarū delicias? Vita Ioannis inhonestæ rei pretiū? Sic vilipenditur in terra, qui tāti æstimatur in cælo? insolens iniuria: ingens planè contumelia Baptistæ irrogatur. Verū has omnes

Zelo religionis Baptista occiditur.

iniurias quasi leuiores præteriit Basil. Seleuc. & hanc vnam exaggerat, scilicet ob impletionem iuramenti, occisum fuisse Ioannē, quasi Baptistā perimere religio esset, non impietas. *Papæ prodigiosā tragœdiā! iurisiurādi religionē fingit Herodes*, ac si prodigiosa in Ioannem tragœdia fuerit, non quòd occidatur, sed quòd ob religionē occidatur: scilicet quia impia impiæ cædis causa nō honestauit Ioannis cædē, quæ specie tenus deuenustatur ob motiuum pietatis; nam impiè sæuit, qui ob pietatem sæuit. Hæc fuit prodigiosa Ioannis tragœdia, ob religionem irreligiosè tractari.

88. Execrabile fuit Pilati delictum, quo innocentissimum Christum Deum damnauit ad probrosissimam, & atrocissimam mortem, nec omnium scelerū reo dignā. Et quidē innocentiā Saluatoris probè nouit. Quid criminosius? & nihilominus ait illi Iesus, Ioan. 19. v. 11. *Qui me tradidit tibi, maius peccatū habet.* In quonā sita est hæc maior, & insolentior malitia Iudaici populi? Num quia vitiauit testes, vt Christū dānaret? aut quia inuidiā egit? fortè quia ingratissimus fuit in tantū, tāque munificū benefactorē? an quia Deū ipsū occidit, quod exaggeratio flagitiorū est; Hæc omnia prætermittit Aug. sic fatus: *Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Nec timendo quidem præsertim innocentem hominem, homo debet occidere, sed id Zelando facere multò maius malum est.* Scilicet ideò qui tradidit Christū flagitiosior Pilato dicitur esse, non tā quia Christū Deū occidendū tradidit, quàm specie virtutis, & prætextu religiosi zeli id fecerit, quasi maius flagitiū foret, specie virtutis delinquere, quàm ipsum Deum prodere, & tradere sæuissimis tortoribus. Heu quorundā Principum impiissimam pietatē! Astutè, & nequissimè Nabuchodonosor sæuissima odia in prouincias innoxias, zelo *defensionis* dissimulat, & honesto *defensionis* vocabulo tegit maleuolentiæ venenū, vt habetur c. 1. v. 12. & hic v. 3. Simeō, & Leui, veluti *Zelando Zelum* Dei, atrociter debacchantur in Sichimitas, sub prætextu pietatis.

Ioann. Zelus non bonus sæpè excedit malitiam Pilati.

August. tract. 116.

Iudith.

89. Malè Apostolus, & benè proditor Iudas Christū Deū vendidit furori inimicorū, quem vt hostibus traderet, pergit cum hostili manu ad hortū: Luc. 22. v. 47. *Et appropinquauit Iesu, vt oscularetur eū. Iesus autem dixit illi: Iuda osculo filium hominis tradis?* Christus mutus est ad passionis probrissimas contumelias, & acerbissimos cruciatus, & queritur de osculo? Plus cruciat Iesum osculum, quàm alapæ, quàm saliuæ, quàm verbera, & crux? Ambrosius: *Osculo tradis? hoc est amoris pignore vulnus infligis? & pacis instrumento mortem irrogas!* Ac si non tam ægrè ferat Christus sæuissima Passionis cruciamenta, quàm amoris pignore, beneuolentiæ specie, & virtutis prætextu, illum tradere, & in illum sæuire. Vnde tanquam oblitus tanti flagitij, & infandæ malitiæ, quæ in scelestissimo Iuda reperta fuit, de hoc duntaxat conqueritur, quasi id vnum acerbiùs tulerit. Ergo ne virtute virtutē impugnes, & virtutes ferias mucrone virtutis, & bonitatis specie malus sis. Ne honesto nomine propriæ, & honestæ *defensionis* alios ferias, & zelo pietatis impius sis. Sentētiosè inquit Tertull. *Non timebitur nisi iusta, & ordinata Dominatio; diligi autem potest etiam adultera.* Adultera dominatio dicitur, quæ iusta non est nec intēdit correctionis fructū; cuius sterilis est, sed voluptatem castigandi, & proprij doloris vlciscendi.

Luc. Osculo tradi ægrè fert Christus.

Ambros.

Tertullian. l. 1. aduers. Marc. c. 27.

§. XVII.

Impiè sæuit, quisquis prætextu pietatis sæuit.

QVantum excruciat inflictus dolor, tantùm eius imminuit molestiam, aut honesta causa patiendi, aut inuidia, aut amentia, aut ira inferentis molestiam. Furor enim castigantis defensio rei est, & ita iudicis tacitè defendit, quam damnat causam. Quippe non iure, sed iniuriā egere fatetur, qui passione, non ratione agit: & ita vel inuitus defendit, quem damnat: minuitque, quò exaggerat supplicium. At qui affectum prauum astutè dissimulat simulátque prætextu bonæ causæ se pœnam infligere, sæuiùs ferit reum: & quia deest dissimulata defensio, proueniens à passione, qua iudex agitur; & quia reum mulctat non tantùm cruciatu corporis, sed ab infamia delicti: nam dolet ob pœnam, dehonestatur ob culpam. Ioan. 16. v. 2. *Venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Quæ verba in prædictum sensum accepit S. Cyrill. atque *Christum prædixisse Apostolis summum periculorum omnium.* Ac si dicat, maximum periculorum est non persecutio, non cruciatus, non ipsa mors, humanarum calamitatum maxima; sed causa, quā in vos desæuient, nempe, vt religiosos se exhibeant in Deum; siquidem tam impij, & flagitiosi æstimandi eritis apud homines, vt vos persequendo arbitrentur se gratum quid Deo facturos: Et ita & dolore pœnæ, & infamiā delicti simul mulctabimini: quod est *summum periculorum omnium.* 90.

Non bona causa patiendi exaggerat supplicium.

Ioan.

Cyrill. lib. 10 in Ioan. c. 35

1. Reg. 19. v. 9. *Factus est Spiritus Domini malus in Saül: sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam: porrò Dauid psallebat manu sua. Nisúsque est Saül configere Dauid lanceā in pariete.* Quærunt interpretes an Saül tentarit lanceā configere Dauidem quando agebatur malo Spiritu; an postquam illū Dauid Psalmis excantauerat; iámque pacatus erat Saül, nec agitatus à malo Dæmone. Seriò existimo sedato & tranquillo animo, nec acto Dæmonis furore, Saülem lanceam contorsisse in Dauidem. Quam sententiam simul cum pulchra ratione adducit Basil. Seleuc. his verbis: *Paulum à Dæmonis exitu leuatus Saül, & aduersorum detersā caligine in Dauidem, quem præsentem cognouerat hastam eiaculatus, medicina pretium eadem obtulit:* (Aduerte ad rationem, quam affert Basil.) *quasi ad mentem sobriam ideò se recepisset, vt iterùm seruiret inuidia*, id est, odio. Quasi dicas: Ideò Saül lanceam non contorsit in Dauidem dum Dæmoniacis furiis agitabatur, ne furore percitus insanire videretur, sed dum Dæmone liberatus, ad sanam mentem rediit, vt sobriè videretur sæuire; nec putaretur ira, sed ratio: nec haberetur furor, sed consilium. Ne si furens Dauidem feriret, vnā tantùm plagā eum vulneraret; quam excusaret, seu sanaret furor, qui excusaret Saülis facinus. At si iam Saül sobrius Dauidem feriret, duplici eum plaga cruentaret, nempe & vulnere, & vulnerandi consilio, quod sobriè & pacatè capessit. Vnde vt Saül magis fureret in Dauidem, sobriè furit; nam sobrietas vulnerantis tela vegetat ad vulnus: vno eodemque ictu ferit corpus, & famam: corpus ictu, famam sobrietate vulnerantis. 91.

1. Reg.

Iudex sobrius plus ferit pœna quàm furiosus.

Basil. Seleuc. Orat. 15.

Parum erat charitati, & patientiæ Christi Domini tolerare tot, tantáque cruciamentorum genera, nisi etiam infamiam consultissimæ sententiæ contra se latæ, pateretur. *Collegerunt ergo Principes, & Pharisæi concilium, &c.* Ioan. 11. vers. 47. 92.

Ioan.

quod

Christus damnatur à Senatu apparēter probro & consilioso. Lyran. quod summum Christi dedecus fuit. Scilicet damnari consultissimorum hominum suffragiis; qui non iræ aut furoris impetu, (sic res specie tenus apparebat,) & præcipitantes sententiam; sed sobriè, pacatè, consultè prouidentes, & religioni erga Deum, & paci erga Rempublicam. Quod attentè aduertit Liranus, sic aiens: *Pontifices, qui erant maioris auctoritatis, & magis litterati, & Pharisæi, qui videbantur præ aliis religiosi: ex quibus factum eorum grauius erat.* Ecce tibi Christum damnatum à religiosis iudicibus, & consultiore Senatu, quò sententia eorum grauior apparebat. Adde quod Caiphas tunc summus Sacerdos: *Cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit, quòd Iesu moriturus erat, &c.* Itaque Christus ad mortem condemnatus est, non tantùm à grauissimis grauissimi populi Senatoribus sed etiam à prophetante Caipha, quò grauior & iustior videretur sententia lata contra Christum. Ab ignorāti Senatu damnatur Christus. Hanc Christi ignominiam ortam ex grauitate, & prudentia eiusmodi Senatorum, detergere conatus est Origenes allegatus in Catena. Tractat subtilis hic Doctor, an tunc Caiphas verus propheta fuerit, bono Dei spiritu actus, an malo Dæmone instigatus? ex quo sic argumentari licet: Si Diaboli instinctu prophetauit Caiphas non probrum; sed

93. elogium est Christi, phanaticâ, & inuidiosâ ipsius prophetiâ damnari. Si autem Caiphæ prophetia vera, & à vero Spiritu fuit, attendendum est ad omnia, quæ prophetauit; ex quibus planè defendetur causa Christi Domini. Sic ergo fatur Origenes: Orig. *Vnus autem ex eis Caiphas nomine cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam &c. Si autem quis velit veridicum & in hoc esse Caipham, fatebitur etiam cuncta, quæ sunt in hoc loco, prophetiam esse veridicam, incipiendo ab illo: Vos nihil scitis: nihil enim nouerant, qui Iesum ignorabant.* Itaque vnum è duobus necessarium est, aut quod falsa fuerit Caiphæ in Christum prophetia, aut quòd vera sit: Si falsa; ipsa suffragij Pontificis falsitas, vt potè à malo Dæmone spirata, Christum non deuenustat, sed valde honestat. Si autem vera est Caiphæ prophetia; cùm ab illis verbis incipiat: *Vos nescitis quicquam*, ô Pontifices, & Pharisæi, necesse est, vt à nesciis, & sic impiis, & iniustis hominibus Christus damnetur. Enim verò etsi Christus Dominus saturari cupiuerit cruciamentis, & opprobriis, hanc contumeliam non tulit, nempe vt à sobriis, & sapientibus consiliariis, & iudicibus condemnaretur; sed vnà cum sententia Iudicum, inuidiosam eorum ignorantiam publicauit; & sobrio (vt videbatur) consilio Christus refragatur, iudices ab odio, & ignoratione recusans: vt condemnatione suâ non tam ipse Christus, quam iudices condemnentur. Quin & prophetica Spiritus-S. voce iudicibus, dum iudicant, dicatur palam: *Vos autem nescitis quicquam*, cùm de damnando Iesu agitis. Audis Nabuchodonosorem hic, vers. 12. honesto titulo defensionis bellum inferre his prouinciis; nec tantùm eas depopulando vastat, sed allegando titulum defensionis, eas deuenustat, quasi iure mereantur vastationem, quam ipse intentat iniustè. Iudith. Iudicis probitas grauior est pœna damnati. O cauillos astutioris malitiæ! *Ergo hoc agite boni Præsides, cruciate, torquete, &c. Probatio est enim innocentiæ nostræ, iniquitas vestra.* Verba sunt Tertulliani in Apolog. cap. 50. Id etiam videre licet in zelo Simeonis, & Leui, qui hic v. 3. crudeliter sæuiunt zelo iustitiæ.

§. XVIII.

Iudex proprias iniurias puniens, seuerissimè rigidus est. Inde exaggeratur finalis. Iudicij rigor.

Valde potest iudex in re potestatis suæ; sed in propria causa, etsi idem potest, tamen plus audet, quàm potest; tunc eius potestas audacia est, & commune ius degenerat in crudelitatem: proprius dolor sæuissimè armat iudicis manus, & qui omnia potest, sui impotens furit in proprios inimicos desiderio vindictæ. Matth. 16. v. 18. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Quid est; *portæ inferi non præualebunt aduersus Ecclesiam?* Aptè Maldonatus: Per portas inferi omnem diaboli potentiam significari, non dubium est, illud verò dubium quare per portas potentia significetur. Communis interpretum expositio est, ideò maximam diaboli potentiam per portas metaphoricè significari, quia portæ solent esse munitissimâ pars vrbium, & quia portis vrbis obsessæ robustissimum præsidium adhiberi solet, vnde dixit Christus, adeò forte robustam Ecclesiam, vt neque à portis Inferi valeat expugnari. Sed fortè videbitur alicui languida expositio; quia portæ vrbis, portarúmque præsidium quamuis munitissimum & validissimum, nec solet, nec valet irruere in hostes, sed hostium retardare impetum, & sistere audacem armorum temeritatem; at hic significatur inferi portas ruere in Ecclesiam, nec præualere posse aduersus eam; agitur enim de inferorum actiua vi ad Ecclesiam in pugnandam, vt sonant verba Christi; & tacitè aduertit S. Hieronymus ibi. Vnde adhuc præualet difficultas, cur portarum nomine *Omnis diaboli potentia significetur.* Imò audacior, & sæuior potentia planè innuitur. Porrò portarum nomine in sacris Bibliis, iudices, & tribunalia, (quia erant in vrbium portis) significari, némo nescit, & pudor est probare rem vulgò notissimam. Vt ergo indicet Christus Deus Ecclesiæ suæ valentiam, ait: *Nec portæ inferi præualebunt aduersus eam.* Quasi dicat: mea Ecclesia inimicitias palam aget cum inferi potestatibus, & furiis, nempe cum crudelissimis cacodæmonibus, qui etsi de se infensissimi sint, & robore potentes & audaciâ temerarij; tamen vt magis eorum sæuissimam rabiem, & robustiorem potentiam publicet Christus, eos in *portis* constituit, & iudices nominat quasi inferni tribunalia. Ac si apertè dicat: non modò dæmones non valebunt expugnare meam Ecclesiam, (quid sæuius dæmone?) imò nec dæmones iudices: ac si iudicis vocabulum adaugeat furorem & sæuitiam. Itaque inferorum furiis accrescit aliquid siue potentiæ, siue furoris, dum iudices agunt in causa propria; vnde opportunè ait Christus commendans Ecclesiæ suæ robur: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Et quidem tot iudices & præsides, qui nascentem Ecclesiam oppugnarunt, non ineptè portæ inferi dici possunt, quæ non præualuerunt aduersus eam.

94. Matth. Maldon. Portæ quid significent.

95. Hieron. Iudicis humani potestas in causa propria audet supra Dæmonem.

Agens Christus Dominus, Ioan. 3. vers. 36. de temporali supplicio, quo puniendus erat populus Iudæorum, eò quòd obstinato animo non credebant doctrinæ, & miraculis Saluatoris, sic ait: *Qui autem incredulus est Filio, ira Dei manet super eum.* Ast cur non ipse Christus, sed Pater dicitur 96. Iudicis rigor in propria causa. Ioan.

Digitized by Google

Chrysost. hom. 34.

hic punire incredulitatis delictum? Benè S. Chrysost. *Vide qualiter hic ad patrem reducit eum, qui est supplicij sermonem: Non dixit ira filij, quamuis ipse sit iudex, sed Patrem eius instituit.* Id est, Christo data est potestas omnis iudiciaria, & tamen iudicium puniendæ incredulitatis in se commissæ remittit ad Patrem: videlicet ne hominibus aliquo modo videri posset excessisse; puniendo sibi rebelles, & incredulos? Christus quia Deus est, excedere non potest iustitiæ metas; at si excedere potuisset, videretur fortè, acerbiùs animaduertendo in sibi infideles, & contra se nimiùm peccantes. Planè egregia hyperbole. Vt autem nimij rigoris omnis tollatur adhuc apparens suspicio, omne incredulitatis iudicium ante finale, dicitur remitti ad Patrem; scilicet ad aliam personam, ne eius punitio, rigor potiùs videatur, quàm iustitia, vtpote sententia in causa propria fulminata. Hæc Christi Dei non necessaria cautio, nostra eruditio est. Caueat Iudex rigores, dum suas agit causas; vel potiùs caue rigores Iudicis vindicantis proprium dolorem præfecturæ potentiâ.

97. Christus dicitur esse iudex in sua causa ad exaggerationē rigoris.

Cæterùm priuatum iudicium infligendi temporariam pœnam incredulis quodammodò recusare potuit Christus; sed postremâ vltimi iudicij die sedebit orbis Iudex; in illo iudicio ostentaturus diuinæ iustitiæ rigores æternùm repressos. Nimirum, vt fauor, & eminentia Misericordiæ diuinæ enituit illò vsque: ita oportebit, vt iræ diuini rigoris tunc ostententur, ob temporis breuitatem supplente iustitiâ diuturnitatem redundantis misericordiæ diu exercitæ. Rigores huius vltimi iudicij prædixêre Prophetæ, tradidêre Euangelistæ, & Christus multis expressit. Sed addam aliquid non vulgare in vulgari huius rei narratione, quæ habetur, Matth. 25. v. 41. vbi scribitur, quod Christus Deus seuerissimè dicet damnatis: *Discedite à me maledicti in ignem æternum; Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: Sitiui, & non dedistis mihi potum; hospes eram, & non collegistis me, &c.* Quis interpretum non aduertit plura alia peccata perpetrauisse reprobos, eáque liquidò probata esse in illo tribunali; cur ergo ob solam immisericordiam damnantur? Dein, esto, reprobi, immites fuerunt in pauperes; at nō fuerunt immisericordes in ipsummet Christum.

Matth.

98. Nam ipsi reclamant: *Domine quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem.* Cur ergo delicta, ob quæ reprobi vnicè damnari dicuntur, immisericordia in Christum est? Planè in hac die ostentat Christus omnium iudex, diuinæ Iustitiæ seuerissimos rigores, quos, vt magis publicet, inquit se nuncupatim suâ sententiâ ferire eos, qui in se deliquerunt. Nec enim vllâ ratione potuit hominibus magis exaggerare districtioris iustitiæ seueritatem, quàm fulminando sæuitiam in sibi infensos, & offensos, nempe in illos, qui illū spreuerunt. Vnde ait. *esuriui, &c.* Hoc est, innotescat orbi vltimi Iudicij rigor: quia in eo iudex suam causam aget, proprias iniurias speciatim vlciscetur. Hæcne exaggeratio tantæ seueritatis est, an præmatura quasi excusatio rigoris? Aduerte sæuitiam Nabuchodonosoris, cap. 2. v. 6. dicentis Holoferni: *non parcet oculus tuus vlli regno.* qui crudelissimus rigor est, vt expendi in Litteræ rigore: Scito etiā hos populos iniurios fuisse Regij vnde Rex sæuissimus est, in causa propria, & furiosè castigat propria delicta. Et Simeon & Leui sæuiūt atrociter in Sichimitas, vt traditur hîc v. 3.

Iudith.

§. XIX.

Commentarius litteræ.

Vers. 4. Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse voluisti.

Sixti Biblia sic locum vertunt, & explicant: *Tu enim fecisti quæ ante illa, & illa, & quæ nunc, & superuenientia cogitasti: & facta sunt quæ in mente habuisti, & assuerunt quæ deliberasti, & dixerunt, ecce adsumus.* At τὸ *cogitasti* omittit Lucifer. Biblia Regia: *Tu enim fecisti priora illorum, & illa, & posteriora; & præsentia, & superuenientia cogitasti.* Biblia Septuag. interpret. & Complut. vix dissentiunt à Sixtianis. Vatablus expressiùs rem tradit: *Tu enim & ea quæ priora sunt illis, & illa, & quæ secuta sunt designasti: tu præsentia quoque, & futura præmeditatus es. Tibi adstat quorum iniisti consilium, & ecce præsto sumus, inquiunt.* 99.

Bibl. Sixt. Lucifer. Septuag. Complut. Vatabl.

Tu fecisti priora, & illa post illa cogitasti. Ansel. Laudun. id est, *ordine disposuisti omnia.* Quasi nihil aliud hic significetur, quàm Deum omnia ordinatè disposuisse. Quæ est etiam interpretatio Hugonis. Sed nimis generaliter accipiunt hæc verba. Sicut etiam Lyranus, qui *priora* intelligit ea, quæ in mundi creatione facta sunt, aut sicut refert Sanctius, quæ præcessere Simeonis facinus, *priora* appellat. Ipse Sanctius existimat, τὸ *priora* significare, ante tempus illud, quo angustè premebatur Bethulia obsidione dirâ, Deum multa admiranda fecisse, & post Simeonis æuum alia. Quam expositionem indicat translatio Biblior. Reg. Planè diuinat qui sic locum explicat, neque enim vlla extat mentio alicuius illustrioris prouidentiæ nuper exhibitæ erga miseros Bethulienses, quovsque Iuditha eos liberauit: nihil autem vulgare & obscurum hic deprædicaret Iuditha, quæ magna, & Heroum æmula meditabatur.

Anselm. Laud. Hugo. Lyran. Sanct. Bibl. Reg.

Placet Carthus. cui fauet Tirin. qui τὸ *priora* intelligit de victoriis pristinis, quas adiutrice Dei ope reportarunt Hebræi de potentissimis hostibus. Quas victorias scripsit Moyses in Pentateucho, & referuntur Iosue 10. Iudic. 7. & 8. & 11. 4. Reg. 19. & 2. Paralip. 20. Hæc appellat *priora.* Addit: *Et illa post illa.* Emmanuel Sà, & Tirin. id est, alia post alia exempla tuæ vindictæ. Dicit [alia post alia,] quia continenti penè tractu alia aliis successerunt; neque vllum fuit tempus in quo nō extarent diuinæ virtutis præclara documenta, quibus suum populum egregiè Deus adiuuit aduersus exteras, & potentiores aduersariorum vires. Notanter ait, *illa post illa,* (non alia post alia) vt significet Iuditha, eiusmodi beneficia sibi, suæque genti collata, præsentissima esse suæ memoriæ, nunquámque ab illa excidere. Nam quæ per istiusmodi pronomina, *istud, hoc,* aut *illud, &c.* significantur, semper memoriæ oculis denotantur. *Si tu sustulisti eum, dicito mihi,* ait hortulano Magdalena, Ioann. 20. v. 15. Quem dicit *eum*: Quis est is, quia nullius meminerat; ille, inquam, quem semper in memoria versat, quem præsentissimum habet, de quo existimat omnes cogitare. Vnde Iuditha agens de beneficiis diuinis, non ait *alia post alia*; sed cùm horum beneficiorum nullam mentionem fecerit, inquit, *illa post illa* id est, quod semper memoriæ meæ præsentissimum est, quod existimo è nullius memoria vnquam posse excidere. 100.

Carthus. Tirinus. Sà. Tirin. Præsentissima beneficiorum memoria. Ioan.

Addit

Digitized by Google

101. Lyran. Carthuſ. Addit Iuditha: *Et illa poſt illa cogitaſti.* Quid eſt, *Cogitaſti?* Benè aduertunt Lyra, & Carthuſianus, cùm dicitur, Deum alia poſt alia cogitaſſe, non eſſe ſic intelligendum, vt aliquid priùs cognoſcat, & poſteà aliud; qui ab æternitatis ineffabili inſtanti omnia perſpicaciſſimè, & pleniſſimè cognoſcit, ſimúlque Deo obiectiuè præſentantur; quæ in temporis duratione dicuntur præterita, præſentia, futura. Tam longè enim abeſt Deus, vt re ipsâ alia poſt alia cognoſcat, vt cognitio Dei nunc verſans circa rem præteritam, & præſentem, & futuram, nec ratione ratiocinatâ (vt aiunt Vaſquez. Suarez. Albert. Ruiz. Philoſophi) differat, vt docet Vaſq. 1. p. diſput. 64. c. 4. Suar. l. 1. de Scientia futurorum, c. 7. Albertin. tom. 1. quæſt. 1. Theolog. in prim. corollar. n. 5. & 6. & Ruizius tom. de Scientia, diſp. 29. ſect. 4. n. 5. Dicitur autem Deus alia poſt alia cogitaſſe, non quia ſucceſſiuè vnum poſt aliud cognoſcat, ſed quia res faciendæ fiunt aliæ poſt alias, vt notauit Lyranus. Mitto Theologicæ Scholæ ſubtilitates de ordine prioris, & poſterioris in diuina cognitione, quem ordinem metiuntur Scholaſtici Doctores à concatenatione obiectorum, & eorum prioritate, aut poſteritate naturæ. Super quo agit diſertè noſter P. Erize. 1. part. Tract. 3. de prædeſt. Erize. Cogitatio miſeriæ, dicitur ſublevatio à miſeria. diſp. 21. c. 2. n. 10. Dein alia poſt alia beneficia dicitur Deus *cogitare*, dum præſtat. Num quia cogitatio ſeu cognitio Dei, eſt eius omnipotentia ſimul cum voluntate? Subtilius hoc quàm ſolidius dicetur, nec ſatis ſolidum eſt in re Theologiæ. Num quia Deus ſic procliuis eſt ad miſerendum, vt vel cogitatio beneficij ſit eiuſdem exhibitio? *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum,* Luc. Luc. 23. v. 4. Memoriam, an miſericordiam ſupplicat bonus iam latro? Quid miſeriæ noſtræ recordatio, eſt miſericordiæ exhibitio: Moraliſſima hæc, hîc quarto litteratiſſima. Ergo, inquit, Iuditha: *Et illud poſt illud cogitaſti* præbere, inquã, Sà. Tirin. Carthuſ. aut facere, vt benè interpretantur Sà, & Tirinus. At verò Carthuſ. hîc. *Illud poſt illud cogitaſti, id eſt, vnum poſt aliud facere decreuiſti.* Eodem, vt opinor, ſenſu. Addo hoc verbum *cogito* in Scriptura, Geneſ. etiam ſignificare idem quod *facio*, aut *operor*. Geneſ. 40. v. 20. inquit Ioſephus fratribus ſuis, mericuloſis ne rependeret iniuriam: *Vos cogitaſtis de me malum.* Et tamen non cogitauerunt tantùm, ſed & vendiderunt in ſeruum, & multa mala aduerſus Ioſephum præſtiterunt.

102. Carthuſ. *Et hoc factum eſt, quod ipſe voluiſti.* Hîc Dei omnipotentia commendatur, vt aduertit Carthuſ. *Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo, & in terra,* Pſal. Luc. Iſaiæ. Pſal. 134. v. 6. & Luc. 1. v. 37. *Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum.* & Iſaiæ 46. v. 10. *Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet.* Moroſus ero, ſi hîc congeram loca, quæ Dei omnipotentiam comprobent: cùm vel Plato apud Guitm. Plato. Guitmundum lib. 1. de verit. Euch. dixerit, Rerũ naturam eſſe, quod vult Deus. Et quidem: *Hoc factum eſt, quod ipſe voluit: Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* Geneſ. Gen. 40. v. 19. Abeat Caluinus, faceſſat Melanchton, qui hæreticâ licẽtiâ hinc colligunt, tam eſſe opus Dei, proditionem Iudæ, quã Petri vocationem: quaſi fatali decreto Deus prædeterminet, & cogat humanum arbitrium, voluntatis diuinæ omnipotentis: nam diuina omnipotentia non eget hæretico auxilio. Hoc enim factum eſt ab humana etiam voluntate, quod Deus voluit voluntate abſoluta efficaci, non prædeterminante, ſeu cogente arbitrium, ſed congruè alliciente ad conſenſum. Celſo, nam aliùs Scholæ hic ſudor eſt: tametſi in ſimilibus locis id tractent noſtri Commentatores: ſed curſum, leuiter, ſalutatim: & ita non pro rei dignitate. Malo ſcripturientem calamum compeſcere, quàm anguſtè multa congerere, aut ampliſſimè præter commentatoris inſtitutum exſpatiari. Nec digitum intendo ad Auctores, quia plures, quia obuij.

Omnes enim viæ tuæ paratæ ſunt: & tua iudicia 103. Verſ. V.
in tua prouidentia poſuiſti. Bibl. Sixt. *Omnes enim* Bibl. Sixt.
viæ tuæ paratæ, iudicium tuum in præcognitione. Se- Septuag.
ptuag. & Bibl. Complut. & Regia hoc poſterius Complut.
hemiſtichium ſic vertunt: *& iudicia tua in proui-* Regia.
dentia. Vatablus: *In expedito enim ſunt inſtituta* Vatabl.
tua, & prouiſa iudicia.

Hæc vocula *via* latiſſimè patet in Scripturis. 104.
Varias & multiplices acceptiones vltrò offerunt, & Dauidis Pſalmi, & Salomonis Prouerbia, & Lucæ Euangelium. Hîc *via parata*, &c. ſignificat, promptum eſſe quicquid Deus facere cogitauit, nec eſſe vllam creaturam, quæ exprompta non ſit ad obediendum vel nutui prouidentiæ, & omnipotentiæ diuinæ. Ita Hugo, Carthuſ. Vatabl. Sanctius, & Sà. Subiicio Carthuſiani verba, quæ impeditam huius verſiculi ſententiam feliciter extricant: *Omnes,* inquit, *viæ tuæ paratæ ſunt. Id eſt, à te prædiſpoſitæ ſunt tuæ actiones, atque in promptu habes agere omnibus modis tibi placentibus, & exhibere actus quoſcumque volueris, Et tua iudicia, id eſt, iuſta, & iudicialia opera tua, in tua prouidentia poſuiſti: id eſt, in præordinatione, & libertate ſapientiæ tuæ: itaque quicquid forinſecus agis, & iudicas, ex certa & æterna prouidentia procedit.* Vnde Paul. ad Epheſ. 1. v. 11. *Omnia,* inquit, *operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* Scilicet τὸ *Poſuiſti tua iudicia in tua poteſtate;* idem eſt, ac ſi dicat: Conſultiſſimè tuo perſpicaci, prudenti, & omnipotenti conſilio prouidiſti, antequam exequereris quicquid ad extra executum eſt iuſto tuo iudicio, ad expugnandos noſtros aduerſarios, & populum tuum ſublimandum tot illuſtriſſimis victoriis. Lege, ſi placet, Pinedam in c. 40. v. 3. Iob, qui hunc verſic. & præced. ad hunc modum explicat. Quaſi dicat Iudith: Non caſu, non inconſultò, non temerè, non imbecillè olim, & nuper decreuiſti, hoſtes populi tui profligare, & nos ſoſpitare, & illuſtres facere illorum excidio: itaque idem etiam nunc facilè & exprompτum tibi eſt. Ergo mi Deus, ait Iuditha, tu te æmulare, tu eſto tui exemplar, & quia alia poſt alia beneficia diu nobis exhibuiſti, vt vindictam ſumeres de inimicis noſtris, ne quæſo, obliuiſcaris tui. Quaſi allegat præſcriptionem miſericordiæ diuinæ: nam beneficia Dei noua beneficia pariunt, & collatum beneficium titulus eſt largiùs benefaciendi.

(Margin: Hugo. Carthuſ. Vatabl. Sanctius. Sà. — Ad Epheſ. — Pined.)

§ XX.

Commentarius litteræ.

Verſ. 6. Reſpice caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut tunc caſtra Ægyptiorum videre dignatus es, quando poſt ſeruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu ſuo, & in multitudine bellatorum.

Septuag. Interpret. & reliquæ Exſcriptiones 105.
Græcæ omittunt verſic. hunc 6. & deinceps 7. Septuag.
& 8. Strabus ita locum interpretatur: *Sicut luxu-* Strab.
rioſos luxurioſis comparat, ita nunc ſuperbis ſuper-
bos.

Digitized by Google

bos. Nempe prius Iuditha petiuerat exemplum à Sichimitis Dinæ conſtupratoribus, etiam nunc à ſuperbis Ægyptiis. Aſſyrij enim & gloriæ libidine, & libidinis gloria infames erant, vt ſæpè adnotabam. Vnde percupit libidinis pœnas luant, vt Sichimitæ; & caſtigetur eorum ſuperbia, vt Ægyptiorum elatio mulctata fuit tot plagis, & tandè funeſta cæde Hiſtoria nota, & petita ex lib. Exod.

Exod. c. 14. Expendere oportet quid ſignificet τὸ *Reſpice*

Auguſt. S. Aug. in Expoſit. Cantici B. M. eruditè notat,

Triplex ſignificatio verbi Pſalm. verbum *reſpicere* triplicem habere ſignificationē, in ſacris Litteris, quando Deo tribuitur. Scilicet ſignificat primò contemplationem ſeu ſimplicem rerum notitiam: reſpicit enim Deus omnia, quia omnia cognoſcit, nihilque omninò eſt, quod diuinam perſpicaciam effugiat. Pſal. 112. *Humilia reſpicit in cælo, & in terra.* Secundò dicitur *reſpicere* quando alicui fauet, & munificâ beneficiorum largitione in illo complacet:

Luc. Luc. 1. ait B. V.

Geneſ. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ* & Geneſ. 4. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad*

Exod. *Cain autem non reſpexit.* & Exod. 2. *Reſpexit Dominus filios Iſraël.* Tertiò *reſpicit* Deus quando

Habac. ſeueriùs punit, & affligit: Habac. 1. *Quare non*

Pſal. *reſpicis ſuper iniqua agentes?* Pſal. 103. *Qui reſpicit*

Iudith. *terram, & facit eam tremere.* Et hîc *Reſpice caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut tunc caſtra Ægyptiorum*

Ribera. *videre dignatus es.* Legatur Ribera ſuper c. 1. pro-

Nauarret. phetiæ Habac. & Nauarrete in Thren. cap. 5. ad illud: *Intuere, & reſpice opprobrium noſtrum.* vbi eruditè ſuper hac re.

106. *Confidentes in quadrigis,* &c. Hîc præſtringit Iuditha barbaricam confidentiam in armis, & armatorum robore, dum inermi ſpe, diuina ope fulti adorimur hoſtem. Bene eſt, cataphractus procedat miles ad prælium; at ſpes diuina feliciùs militem armat, & exarmat hoſtem. Quod ſuprà dixit Heliachim meticuloſis Hebræis, c. 4. v. 13.

Iudith. *Memores,* inquit, *eſtote Moyſi ſerui Domini, qui Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro pugnando ſed precibus ſanctis orãdo, deiecit.*

1. Reg. 17. 1. Reg. 17. v. 45. dixit Dauid ad Philiſthæum: *Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini.*

Lyranus. Lyranus: *Tu venis ad me cum gladio, &c. id eſt, confidens de armis, & virtute tua, ego autem venio in nomine Domini: id eſt, confidens de virtute diuina.* Ergo Dauid puer & inermis, ſpe diuinâ armatus, gigantem viribus, & armis robuſtum, præfidentem in virtute ſua, exarmauit, deiecit, trucidauit. Profectò arma, & vires, quæ de ſe arroganter præſumunt, victoriæ impedimenta ſunt, & ruinæ præſagium.

Vers. I. 107. *Sed aſpexiſti ſuper caſtra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos.* Hic etiam verſiculus omiſſus eſt in reliquis tranſlationibus præter Hieronymianam. Biblia Gothica, Pagninus, & Clarius Brixianus non diſcrepant à noſtra exſcriptione. τὸ *aſpexiſti* explicatum eſt verſiculo proximè præcedenti. *Et tenebræ fatigauerunt eos,* Ægyptios, inquam. Ha-

Exod. betur hæc hiſtoria, Exod. 14. v. 19. Pharao enim inſequebatur Hebræos, & cùm iamiam poſtremam aciem inuaderet: *Tollens ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſraël, abiit poſt eos, & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens poſt tergum, ſtetit inter caſtra Ægyptiorum, & caſtra Iſraël: & erat nubes tenebroſa* (Ægyptiis) *& illuminans noctē* (Hebræis) *ita vt ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.* Non vacat modò impugnare Caietanum, & Cornelium affirmantes, has tenebras per diem oppanſas, non tempore nocturno. Caiet. Cornel.

Cimerias has tenebras efficit nubes eâ parte, qua pertingebat Ægyptiorum caſtra; ſiue denſato aëre à craſſis ſpiſſatiſque vaporibus tenebroſo, vt ait Cornel. ſiue vt docet S. Nyſſenus apud Cornel. Nyſſen.

Lippoman. in c. 14. Exod. *Nubes non preſſo aëre vaporibus conſtipata, ſed aliud quoddam diuinius, atque altius quàm humana mens percipere valeat.* Lippom.

Quicquid de hoc ſit, ſupereſt explicandum, quomodo fatigauerit Ægyptios præfata caligo. 108. Quo modo caligo Ægyptios fatigauerit.

Hugo æſtimat, eiuſmodi tenebras non propriè Ægyptios fatigaſſe; ſed Ægyptios à caligine impeditos progredi, quaſi fatigatos reſediſſe, & à perſecutione Hebræorum deſtitiſſe. Ac ſi Iuditha dixerit, tunc hominem maximè fatigari, cùm inimicos non perſequitur. Verùm fallitur Hugo: nā Hugo.

ſi caligo ſtetit Ægyptios quominus Hebræos inſequerentur, quomodo illos inſequentes ipſi Ægyptij ſubmerſi ſunt in mari? Caietan. ſic ait *Fuit* Caiet.

nubes caliginis, & obſcuritas illuminatione cæleſti ſuſpenſa. Hæc ſcilicet grauior eſt fatigatio, & moleſtior calamitas, cùm homini ſuſpenditur diuina illuminatio, & cæleſtis influxus. At Ægyptij non adeò grauiter & ærumnosè tuliſſent, quòd illis ſuſpenderetur cæleſtis illuminatio, quippe qui aſſueti erant denſioribus tenebris. Lyranus verò Lyra.

ideò cenſet Ægyptios caligine fatigari, quia *erat nubes tenebroſa ex parte Ægyptiorum, & illuminās noctem ex parte Hebræorum.* Quaſi non tam fatigarentur Ægyptij proprio malo, quàm aliorū bono: Ideò autem tenebræ dicuntur fatigaſſe Ægyptios, non præcisè, quia denſior illa caligo moleſta illis erat; ſed quia cùm ipſi anhelo ardore præcipites ferrentur in Hebræos, quos iamiam comprehenderant, & à tergo inuadebant pauidos & exanimes, oppanſæ ſunt ab Angelo denſiſſimæ tenebræ, quæ ita Ægyptios excæcarunt, vt Hebræos, quos proximè habebant, videre non poſſent. Cúmque oppoſita nubis caligo ipſos impediret, ne deſæuirent in Hebræos ſibi nimis infenſos, vehementer angebantur, & diſcruciabantur. Lyra.

Vnde tenebræ fatigauerunt eos. Ita Lyra, Carthuſ. Carthuſ.

Sanctius. Sanctius.

Aduertit Caiet. ad eum locum Exodi: *Ecce,* inquit, *effectus ex tenebris, & caligine impedientibus Ægyptios, ſubſecutus, quod quamuis vterque exercitus tam vicini erant, vt eſſent demonſtrabiles, tanquam compræſentes, iſte, iſti, totâ tamen nocte non appropinquauit iſte Ægyptius iſti Iſraël, proficiſcente vtroque exercitu totâ illa nocte.* Scilicet impij Ægyptij denſiſſimis tenebris fatigantur, & impediuntur; populus Dei ſplendore nubis illuſtratur, & agilis redditur ad feſtinandum. At tenebrarum filij etiam per tot difficultatum obſtacula non currunt lentiùs ad iniquitatem, quàm filij lucis ad terram promiſſionis. Proh lentitudinem humanæ laſſitudinis ad virtutem! Caiet. 109.

Tenuit pedes eorum abyſſus, & aquæ operuerunt Vers. VIII. 110.

eos, nempe Ægyptios. Adhuc Iuditha refert hiſtoriam Exodi, vbi c. 14. v. 27. ſic ſcribitur: *Fugientibus Ægyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus.* Et c. 15. v. 5. *Abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis.* Exod.

Dixit autem Iuditha, quòd abyſſus tenuit Ægyptiorum pedes, quia maris Rubri fluctus, qui ſurſum conglobati altè ſteterant ad præbendum iter Hebræis, refluentes ad priorem locum, vaſto gurgite obruerunt Ægyptios, & ita pedes feſtinantium vetuerunt à perſecutione Hebræorum, ita

Carthus. Sanct. Anselm. Laud. Hugo. ita Carthus. & Sanct. Deinde Anselmus Laud. & Hugo, aiunt, abyssum dici pedes Ægyptiorum tenuisse, vt nemo eorum euadere posset periculum, & ruinam. Nempe cùm pugnatur aduerso Marte ; solitant timidiores milites terga vertere, & fugâ sibi consulere : non sic accidit Ægyptiis, ait Juditha, sed abyssus tenuit, & detinuit pedes eorum, ne effugerent periculum, & communem ruinam. Apta hæc, sed aptius aliquid meditari licet occasione huius vocabuli *abyssus*, quæ altam profunditatem significat, quin & fundum ipsum aquarum. Porrò fundum maris, seu profundi locus, plenum est limo, seu cœno, quod præpedire solet vestigia altè impressa ; limo impacti hærent pedes. Ergo, vt significet Juditha, Ægyptios non enatasse super vndas, sed vastis fluctibus obrutos, fuisse demersos vsque ad profundum maris, (quod dixit Moyses: *Descenderunt in profundum quasi lapis*) ait Juditha: *Tenuit pedes eorum abyssus*. Id est, maris fundum, quod solet esse limosum, & cœnosum, velut compedes tenuit pedes eorum, ne persequerentur Hebræos, ne vel vnus ex eis superstes foret à communi Ægyptiorum ruina. Quasi dicat Juditha, Ægyptij omnes profundissimè submersi sunt: nam cùm descendissent in profundum quasi lapis, limosa abyssus eorum altè impacta vestigia præpediuit. Liceat proposuisse coniecturam satis verisimilem ex collatione ad loca Exodi, ex quibus hanc narrationem exprõpsit Juditha. Hanc expositionem insinuare videtur Pineda, l. 4. de reb. Salomonis, c. 13. n. 6. Est ergo huius rei summa. Sicut Ægyptij numero, & armis potentiores, dum persequebantur ad cædẽ Hebræos inermes & inualidos, diuinæ potentiæ ope luctuosum excidium passi sunt ; idem contingat Assyriis. Similis causa consimilem prouidentiam reposcit. Vnde Juditha pergit :

Abyssus pro compedibus fuit Ægyptiis.

Exod.

Pineda.

Vers. IX. 111. *Sic fiant isti, Domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur.* Nempe Assyrij non minori ardore quàm Ægyptii rabidè anhelant exsatiari Hebræorum cruore ; neque minùs confidunt, & gloriantur in Ducum peritia, & armorum potentia: ergo disparẽant simili excidio. Græcæ exscriptiones nil notatu dignum adducunt, nisi diuersa armorum genera, quæ ad rẽ præsentem superuacanea sunt. Notat Emmanuël Sà, *τὸ contis* significari hastas oblõgas, quas venabula appellat Tirinus. Reliqua armorum genera nota sunt imperitis. Tortolet. l. 2. Judith. vindicis, sic eleganter pingit, hunc versic. explicans :

Sà.

Tirin.

Scilicet ille opibus fidit ; latéque potenti
Telorum segete, ac frustrà putat ignea nimbis
Fulmina torqueri, nec tangere posse tyrannos.

---

§ XXI.

Secretum dandi beneficium lenocinatur munificentia largitoris; Donúmque exaggerat ad liberalitatem, dum abscondis ad gratiã.

112. Sen. lib. 2. de Benef. c. 2. Beneficium quod indigenti præstamus, sæpè offendit, nisi abscondatur : *Beneficium non est, cuius sine rubore meminisse non possum*, ait Seneca. Præcipiunt ita quæ beneficentiæ præceptores, quædam beneficia palam danda, quædam secretò Palam, quæ consequi gloriosum est, vt militaria dona, & honores, & quicquid aliud notitia pulchrius fit. Rursus quæ honestiorem non faciunt, sed succurunt infirmitati, egestati, ignominiæ tacitè danda sunt, vt nota sint solis, quibus prosunt: *Interdum, & ipse qui iuuatur, fallendus est, vt habeat, neque à quo acceperit sciat.* Archesilaus (vt aiunt) amico pauperi, & paupertatem suam dissimulanti, ægro autem, & ne hoc quidem confitenti deesse sibi in sumptum ad necessarios vsus; cùm clam, succurrendum iudicasset, puluino eius ægrotantis sacculum subiecit, *vt homo inutiliter verecundus, quod desiderabat, inueniret potius, quàm acciperet.* Quid ergo? ille nesciet, à quo acceperit? *Nesciat si hoc illi beneficij pars est. Ille nesciet accepisse se, ego sciam dedisse me.* Parum est, inquis. Parùm, si fœnerari cogitas. Sed si dare quo genere accipienti maximè profuturum erit, dabis. Contentus eris te teste. Alioqui non benefacere delectat, sed videri benefecisse. Volo, inquis, sciat. Debitorem quæris. Volo vtique sciat. Quid si illi vtilius est nescire, si honestius, si grauius, non aliam partem abibis? Volo vt sciat. *Ita tu hominem seruabis in tenebris?* Hæ voces non videntur Ethnicæ, sed planè Christianæ, & quæ veri Dei munificentiam redolent. Nam in tenebris facere pietas Christianismi est, & elogium diuinæ liberalitatis ; vt vmbra ambitiosè abscondat, quod largior munificentia præstat. Benè adumbiatur beneficium, vt sine rubore accipiatur; vt beneficij pars sit, quòd nemo sciat egestatem, & ignominiam accipientis ; ne dum miseriæ.

Misericordia leuet, non publicet miseriam.

Actor. 5. v. 15. Petri voluntas erat miraculorũ officina: *Ita vt in plateas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quempiam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis.* Non adducar, vt assentiam Thomæ Bozio existimanti ex his verbis colligi, vno tantùm ex omnibus infirmis obumbrato, cæteros ægrotos fuisse sanatos. Neque id docent Arator, & S. Chrysostomus, quos pro se allegat, neque ex præfatis verbis sufficienter probatur. Et quidem Patres Ecclesiæ, & cæteri Commentatores miraculi vim benè tribuunt vmbræ Petri, mutuatâ cælitus facultate. Venerabilis Beda ad præfata Actorum verba sic scribit: *Tunc Petrus vmbrâ sui corporis visibiliter alleuabat infirmos : Pulchrè ipse quidem rectus incedit, sed vmbrâ comitante iacentes erigit.* Audis Petri vmbram adiutricem esse miraculorum, quæ grandiora habentur, quia ab vmbra adiutrice patrantur? Nam communiter interpretes existimant hic impletum esse quod Christus dixit, Ioan. 14. v. 12. Apostolos maiora operaturos miracula, quàm operatus est ipse. Pulchrè Carthus. ad ea Actor. verba: *Passione instante dixerat Christus: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Christus non euidenter legitur suâ vmbrâ curasse infirmos.* Planè ita est ; sed Christus Deus voluntatis suæ nutu ad magnum internallum valetudines fecit, fœtentia cadauera rediuiuâ restauratione leuauit à funere; quæ miracula re ipsâ grandiora videntur. Videntur quidem ad speciem, sed non sunt ad veritatem : nam *Christus non legitur curasse infirmos suâ vmbrâ*. Quasi miraculorum census, & beneficij maior æstimatio ad vmbra sit, qua obumbrat, & celat beneficium. Nam liberalitas, quæ publicum amat, quæ lucem expetit, detrahi pietati, quod impertit spectatorum oculis. At beneficij miraculum vmbra factum & vmbræ caligine absconsum, incrementatur à tenebris, nobilitatur ab vmbra, à qua generosius, & augustius euadit: & quod rei, deest, mutuatur ab vmbra occultationis.

113. Actor.

Thomas. Bozius. Arator. Chrysost.

Vmbra curare exaggeratio beneficentiæ est.

Beda.

Ioann.

Carthus.

Vnde

Digitized by Google

Vnde ſecretum vmbræ artificium eſt nobilitandi miraculum, & exaggerandi beneficium.

114. 4. Reg. 4. Reg. 20. v. 9. Ezechias morti proximus lachrymarum pretio vitam redimit. Dei inſtinctu promittit illi Iſaias vitam diuturnam; ſigni optionem dat: *Vis*, inquit, *vt aſcendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus?* At Ezechias eligit: *vt reuertatur retrorſum decem gradibus* Idem ſcribitur Iſaiæ 38. v. 8. *Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas deſcenderat in horologio Achaz in Sole, retrorſum decem lineis: & reuerſus eſt Sol decem lineis per gradus, quos deſcenderat.* Pluribus Commentis vexant hæc loca, tam Bibliorum interpretes, quam Aſtronomiæ periti. Omitto eorum expoſitiones, vt citius adnotem Ezechiam elegiſſe in ſignum optatæ ſalutis, vt *reuerteretur vmbra*, per decem lineas, non tamen, vt citiùs finiretur. Opportunè notat Vatablus Solem non fuiſſe regreſſum ad Orientem, ſed tantummodò vmbram gnomonis ſeu ſtyli horologij Achaz, reuerſam eſſe ad Ortum, & iterum deſignaſſe primam horam, & mox vmbram cucurriſſe celeri obumbratione omnes lineas depictas in horologio. Quaſi magnitudo celebratiſſimi miraculi tantùm fuerit multiplicatio repetitæ vmbræ. Quid vmbræ cum tanto miraculo? Scio Lauretum Cert. vmbræ nomine intelligere cum Auguſtino præſentem vitam: ſiue æternam beatitudinis requiem cum Gregorio: ſiue mundi fauorem cum Hieronymo. Ecce tibi rem, quam verſamus, magnificè delineatam. Nempe Deus intendit miniſterio ſolaris lucis ſtupendum patrare miraculum, quo ſuam largiorem munificentiam erga Ezechiam commendet, & tamen lucē remouet à liberalitatis miniſterio, vmbrámque identidem repetit, repetitam multiplicat ad ſignum grandioris beneficij: & in medio Sole vmbram quærit, vmbrámque facit, qua & donet beneficium, & illud abſcondat in vmbra. Benè Solem reiicit, ne adiuuet ad liberalitatem, ne illam dum publicat, prodat. Meram vmbrām mauult, ſub qua beneficium abſcondat, dum largitur. Nec tam multiplicatio eſt vmbræ, quam exaggeratio muneris; nam pars beneficij eſt, illud obumbrationis tenebris occultare.

Iſaiæ
Cur ab vmbra grandius miraculum.
Vatabl.
Laur.
Aug. ad Pſal. 22 & 43.
Greg. 8. Mor.
Hier. ſuper Ezech. c. 31.

115. Matth. Matthæi 20. v. 30. Egredienti Chriſto ab Iericho, frequentibus turbarum copiis ſtipato, occurrunt duo cæci, à fide oculati, à neceſſitate linguati à ſtrepitu multitudinis admoniti, quod Ieſus ibi præteribat, clamauerunt dicentes: *Domine miſerere noſtri, Filij Dauid. Turba autem increpabat eos, vt tacerent.* Cæci ſanitatis miraculum exoptant, Chriſtus cæcorum curationem exambit, turba perſtrepit, & impedit patrationem miraculi, & præmaturè obſtat oculorum reſtaurationi Super hac re Baſil. Seleuc. ita cæcorum nomine fatur: *Oculorum rogatores ſedemus, tuæ præſentiæ inſidiantes.* Ex inſidiis expectant, vt oculorū reſtitutionem furentur à Chriſto? Iniurij ſunt aduerſus munificentiam, qui inſidias tendunt, vt beneficium accipiant. Quaſi ab inuiſo accipit, qui arbitrio inſidiarum ambit beneficium. Verùm altè rem meditatus eſt Baſil. Quaſi dicant cæci: Frequentium ſpectatorum turba faciendo beneficio obſtat: Nam largior Chriſti munificentia recuſat beneficium dare pudori accipientis, qui dare intendit gratiæ donantis, & vtilitati acceptantis. At quantùm oculata tantæ multitudinis præſentia impedit, tantùm noſtræ cæcitatis vmbræ, & oculorum tenebræ lenocinantur ad gratiam.

Tenebræ cæcitatis inſidiantur munificentiæ.
Baſil. or. 36.

Vnde vmbræ cæcitatis humanæ inſidiantur liberalitati diuinæ, quæ in abſcondito dare beneficiū exoptat. Nempe tenebræ noſtræ cæcitatis ad gratiam inuitant, liberalitatem procurant, & planè inſidiantur Ieſuanæ munificentiæ: Cæcitas enim ſecreti ad inſtar eſt, quæ abſcondit beneficium, & gratiam obumbrat. Scimus ingenium diuinæ munificentiæ, quæ beneficium, quod renuit dare coram oculatā turbarum multitudine, dabit tenebrarum ſecretò, & obſcuræ cæcitatis inſidiatricibus vmbris. Vnde obſcura cæcitas liberalitati ingenioſè inſidiantur ad gratiam.

Gen 1. v. 2. Summus ille rerum archetypus, & opifex Deus, dum in prima rerum molitione fœcundæ munificentiæ omnipotentiā operando ad extra, creaturarum omnium magnificam molitionem fauſtè auſpicatur; vix in lucem editas creaturas, ſapienter obumbrat. In principio creauit Deus cælum, & terram: *Et tenebræ erant ſuper faciē abyſſi, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Quorſum Deus magnificam rerum molitionem obumbrat; quare præcoces tenebras offundit Deus, dum largiorem liberalitatem oſtentat? Celat fabricæ gloriam, cùm gloriam fabricandi intentat; ô importunè præmaturas tenebras, dum Deus munificæ gloriæ fulgores exambit! Luculēter S. Ambroſ. legerat ex Hebræa origine: *Spiritus Dei fouebat aquas* (adhuc tenebris obſcuras) *id eſt, viuificabat, vt in nouas cogeret creaturas, & fœtus ſuos animaret ad vitam.* Sed attende ad rationē ob quam ad res omnes dilucidè architectandas, eaſdem liberalitatis ingenio tenebrarum vmbris obſcurat: *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Nos*, inquit Ambroſ. *cum Sanctorum ſententia congruentes, Spiritum-S. accipimus, vt in conſtitutione mundi operatio Trinitatis eluceat.* Scilicet, ideò Deus cùm res omnes fœcundæ omnipotentiæ liberalitate producit, tenebras offundit mundo: *Vt in conſtitutione mūdi opera Trinitatis eluceat.* Lux enim, & gratia largioris munificentiæ in beneficij tenebris magis elucet. Obumbrat tenebris beneficiū, quò benefaciēdi largitas præniteat magis, fœnerans à tenebris claritudinem. Nam dū pudorē accipiēdi remouet, dandi liberalitatē exaggerat. Hinc procliue eſt ſimili expenſione locupletare quod infrà v. 5. dicitur: *Factū eſt veſpere, & manè dies vnus.* Nimirum à veſpera, ſeu vmbra inchoat Deus nobilioris diei fabricam, & lucem diei auſpicatus ab vmbra veſperæ; ſiue quia Deus creauit lucem in altero hemiſphærio; quod huic noſtro opponitur, vt autumat Catherinus, & ita vmbræ noctis, lucē Dei præceſſerunt? ſiue quia tēpus, quo tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi, veſpera ſeu nox vocatur, cuius noctis manè, ſeu dies fuit creatio illa primæuæ lucis, vt docet Abul. Quouis modo id fiat, ſaltem nobiliorem diem, & tanti opificij primæuam gloriam ab vmbra veſperæ auſpicatur Deus, ad Deificæ liberalitatis elogium.

116. Geneſ.
Mundi opificium ad vmbra fœnerat claritudinē.
Ambroſ. l. 1. Hexam. c. 8.
Geneſ.
Cather.
Abulenſ.

117. Luc. Luc. 1. v. 35. Dū in penitiori ſecreto Marianæ Domus agitur de magno Incarnationis diuinæ Myſterio, vbi munificētioris Omnipotentiæ Oceanus exundauit vberiùs, ſic dicitur Mariæ piè Myſterium cunctanti, & caſtiſſimè percunctanti diuinę corporationis modū: *Spiritus-S. ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obūbrabit tibi.* ô inopportunū *obūbrationis* vocabulū! & quod magnum faceſſit negotiū interpretibus! Quid hîc, *obūbratio* cū liberalioris omnipotētiæ vires beneficæ exeruntur ad deificandam Chriſti humanitatem & cumulatioribus

Digitized by Google

cumulatoribus gratiæ donis ditandam Mariam? Latè, (ne dicam prolixè,) rem hanc dedi, Lucæ Euangelium explicans. Tolet. existimat, *obūbrauit* esse nuptiale vocabulum, & verbum honestum, quo à viro sumitur metaphora. Vir enim obumbrat feminam in opere nuptiali. Quasi dicat. Pater amplexabitur te, & sua virtute te fœcundam efficiet. Non patiar aliquid minus pudicum vel verbis insinuari in Virgine Christum Deum generāte. S. Ambros. censet *obumbrandi* verbo significari gratiam, quā B. V. præuenta est, ne in Christi conceptione aliquem libidinis æstum persentiret. Procul, procul à Virgine Deipara libidinis suspicio, quæ nullo æstuauit libidinis fomite: Quid si fortè ad virtutem? (de quo aliàs) Quidam apud Theophylactum verbum Græcum ἐπισκιάζειν, id est, *obumbrare*, accipiunt à picturæ metaphora, qua pictores prima imaginis lineamenta, obumbrare picturam dicunt. Hispanè *Pintura en bosquexo, o sombras.* At non imperfectam, & adumbratam picturam, sed perfectum, & omni arguti penicilli perfectione absolutum Christum in primo incarnationis momento credimus, & adoramus. Euthymius misericordem, & liberalissimam Dei protectionem erga B. V. agnoscit, significatam *obumbrationis* vocabulo. Quod dilucidè docuit S. Hilar. his verbis: *Spiritus-S. obumbrauit tibi. Ne quid per humani corporis imbecillitatem dissideret, virtus Altissimi virginem obumbrat, infirmitatem eius, veluti per circumfusam vmbram confirmans, vt ad sementinam ineuntis spiritus efficaciam corporalem, diuina virtutis obumbratio temperaret.*

[Margin: Tolet. Ad not. 100. — Ambros. In lib. de his qui Mysteriis initiantur. — In obumbratione largius Deipara muneratur. — Theoph. — Euthym. — Hilar. lib. 2. de Trinit.]

118. Audis ex Hilarij ore virginem circumfusam vmbra ad eam magnificè confirmandam, vt simul cū ineuntis spiritus efficacia Verbi corporationem diuinam perficeret? Scilicet in Verbi diuini humana incarnatione omnis vis Dei benefica exerit omnipotentiæ vires. Christus enim omni delicti originalis labe immunis generatur; in eodem instanti hypostasi diuinæ diuinissimè vnitur; infinita gratia habituali (si verum est quod nuperi Theologi adinuenerunt) muneratur cum tantorum donorum appendicibus gratiis. Ad hæc B. V. ampliatam tunc accipit virginitatem, & illibatæ pudicitiæ nomine, & generoso titulo Matris; gratia plena tunc maximè dicitur à glorioso gratiarum augmento. Quid si beata cælitum gloria, pro articulo Incarnationis munerata est? *Insolescente vtero* (vt exaggeratis Tertulliani verbis vtar quibus benè Latini in bonam partem vtuntur) diuinitatis pleno, mente etiam gratiis superplena, referta gloriis. Et tunc, tunc quidem cùm Spiritus S. munificentioris omnipotentiæ gazis cumulatiùs munerat infantem Deum, & matrem Virginem, tunc Mariam obumbrare dicitur. Quid cæcis vmbris cum præclariori liberalitate? Quorsum dum largiùs munerat, obscuriùs obumbrat? Certè quia pars beneficij, obumbratio est, illúdque cumulatiùs, dum obumbrat, exaggerat. Planè beneficij absconsio est benefaciendi ingenium, & munificentiæ exaggeratio.

[Margin: Tertull.]

Juditha hìc, v. 7. anxiè optat, vt Deus se auxiliatem & beneficum exhibeat Hebrææ genti aduersus Holofernem quemadmodum se præbuit olim, quando excusserunt in Ægypto Pharaonianum iugum. Et vt beneficia omnia erga suum populum in Ægypto collata, quibus oppresserunt Ægyptios insultantes, vno verbo argutè complectatur, sicut Deipara vmbras, sic Juditha tantùm recenset *tenebras*, aiens: *Tenebræ fatigauerunt eos.* Vno *tenebrarum* vocabulo breuí recensens omnem vim Dei beneficam erga Hebræos, & diuinam iram circa Ægyptios, opprimentes Hebræos. Quò notum sit vmbram ænigma esse exaggerationis munificentiæ. Quia sæpè corrumpitur gratia, quæ spectatorum oculis datur, non subleuandæ calamitati: cæcum beneficium, præclarius est liberalitatis encomium: nam secretum dantis multiplicat, largiendi munificentiam.

[Margin: Judith.]

§ XXII.

Commentarius litteræ

Vers. 10. Et nesciunt quia tu ipse es Deus noster, quia conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi.

Omnes translationes consentiunt vulgatæ 119.
præter Vatabl. qui ita hunc versic. scribit: *Nec cognoscunt te Dominum bellorum esse dissipatorem, nomine tuo Dominum.* Ambiguum est valde quid significet *conterere bella*, quorum verborum commentationem omittunt interpretes. Dionys. Carthus. sic locum commentatur, *Qui conteris bella ab initio, id est, ab antiquis temporibus contriuisti bellatores iniquos, & bella eorū cassasti:* Quod verum & notum est ex c. 34. Gen. & ex cap. 14. & c. 17. Exod. & c. 7. Iosue, & ex c. 8. Iudic. & frequenter in libris Reg. & Paralip. vbi Hebræa gēs spe auxilij diuini armata gloriosissimè potentissimos hostes contriuit, deuicit, detriumphauit. At difficultatem posset ingerere, quòd *bellum* dicitur Deus contriuisse, non *bellatores* iniquos. Verùm hic bellum accipi pro bellatore indubium erit ex frequenti idiotismo linguæ Hebrææ, vbi Substantiuum ponitur pro adiectiuo, vel quasi adiectiuo. Lucæ 1. v. 69. *Erexit nobis cornu salutis*, id est, vt obseruat Maldonat. ibi, *cornu salutare*, vel *cornu Saluatoris*, vt commentatur Cardin. Tolet. Ioann. 6. v. 53. *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Id est, spiritualia, viuifica, salutaria, vt interpretatur inibi Maldonat. ex August. Cyrill. Ammonio. Genes. 6. v. 3. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est:* Id est, carnalis Et 1. Cor. 15. v. 50. *Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Id est, homines carnales. Benè ergo hic *bellum sumitur* pro *bellatore*; sicut *salus* pro *saluatore*, &c. Vnde sensus est satis expeditus: *Qui conteris bella ab initio.* Hoc est, à priscis temporibus bellatores iniustos & tyrannos arrogantes præsumentes de potentiæ suæ viribus, & vegeto robore, conteris, proculcas, detriumphas.

[Margin: Vatabl. — Carthus. — Genes. Exod. Iosue. Iudic. Reg. Paralip. — Substantiuū sumitur pro adiectiuo, vel quasi adiectiuo. — Luc. Maldon. — Tolet. Ioan. August. Cyrill. Ammon. Genes. 1. Cor.]

Quod Hieronymus dixit, *Conteris bella*, seu 120.
bellatores. Vatabl. exscripsit, *dissipator bellorum*, seu bellatorum. Hoc Dei elogium modulatè prædicat Dauid, Psal. 77. v. 31. ita deprecans Deum: *Dissipa gentes quæ bella volunt:* Id est, tyrannum quemque, qui fretus armorum potentiā, iniustè bellaturit, vt exponit Agellius ibidem. Nempe Deus olim, & nunc dissipat & conterit vltroneū bellatorem, qui valentiā suā arroganter elatus, prouocat, & lacessit iniustè imbecilliorem se.

[Margin: Vatabl. — Psalm. — Agell.]

Alteram loci expositionem subinsinuat Dionys. suprà, aiens: *Conteris bella*, Id est, *bella eorum cassasti.* Hoc est, cassa, & inania reddidisti; sine effectu, inquam, victoriæ, cùm ad nihilum redigerentur iniustè bellatores. Quod aptè significatur verbo *conterendi*. Nam quemadmodum quod cōteritur sic maceratur & comminuitur, vt à contritione, & comminutione penè vanescat in vagū

[Margin: Dionysius.]

puluerem.

Exod. puluerem: sic iniusta bella cassa fiunt, à Deóque conteruntur, rediguntúrque in nihilum. Exod. 32. v. 20. Moyses *arripiens vitulum, quem fecerant, combussit & contriuit vsque ad tenuitatem*: id est, massam è vitulo extractam contudit, & contriuit in minutum puluisculum, *quem sparsit*, id est, *dissipauit*. Deuter. Et Deut. 9. v. 4. *Qui conterat eos, & deleat.* & c. 28. v. 20. *Donec conterat te, & perdat*; & alibi passim in Bibliis.

121. Hugo. Hugo Carens. aliter locum scribit: *Qui congeris*, inquit, *bella ab initio*. Putarem fuisse mendum Notarij, aut Præli, nisi idem verbum *congero* repeteret in commentario. Nescio vnde hanc lectionem hauserit. Nam Græcus textus scribit *συντρίβων*, quod verbum *conterere* significat, non *congerere*. Et Biblia Gothica, Pagninus, & Clarius Brixiensis, qui Hieronymianæ Versioni adhærent, *conteris* scribunt. Ergo irrepsit mendum, & in textum Hugonis, & in commentarium & malè commentatur, quod malè legerat.

Dei nomina recensentur, & explicantur. *Dominus nomen est tibi.* Quia nunc minimè extat Chaldaicum exemplar, ex quo S. Hier. transtulit hunc Iudithæ librum: & ille Hebraïcè scriptus, in has partes non deuenit; quicquid dicat Munst. Munsterus præfat. in Hebraïcum Tobiam Constantinopoli à Iudæis excusum; ambiguum planè est, quod sit hoc nomen *Dominus* ex nominibus Hieron. Dei. Decem omninò Dei nomina recenset S. Hieronymus tom. 3. epist. 136. Primum nomen est Septuag. Aquil. אל *El*, quod Septuag. *θεὸν*, id est, *Deum*, Aquila *ἰσχυρὸν* id est *fortem*, interpretatur. Secundum est אלוהים. *Elohim*. Tertium אלוהי *Elohe*, vtroque nomine ipse Deus dicitur. Quartum צבאות *Sauaoth*, seu *Sabaoth*, quod Septuag. *Dominum virtutum*, Aquila, *Dominum exercituum* transtulerunt, & frequenter etiam vulgatus interpres. Quintum עליון *Helion*, quod nos *Excelsum* dicimus. Sextū אשר אהיה *Ascher ehieh*. *Qui sum*, siue *Qui ero*. Septimum אדני *Adonai*, quem nos Dominum generaliter appellamus. Octauum יה *Ia*, quod in Deo tantū ponitur: & in *Halelu-ia* siue *Alleluia*, extrema quoque syllaba sonat. Nonū *τετραγράμματον*, יהוה quod *ineffabile* putauerunt; & his litteris scribunt, י *Iod*, ה *He*, ו *Vau*, ה *He*, quod quidā non intelligentes propter elementorum similitudinem, cùm in Græcis libris reperierint, *pipi*, legere consueuerunt. Decimum שדי *Schaddai*, quod nos *robustum*, *sibi sufficientem*, vel *omnipotentem* possumus interpretari. Cùm inquam, exemplaria nec Hæbraïcè, nec Chaldaïcè suppetant, non facilè est diuinare ad quod nomen ex hisce alludat Iuditha. Fortè alludit ad *Sabaoth*, quo Dominus exercituum dicitur, quia bellorum hîc mentio:

122. ait enim Iuditha. *Qui conteris bella ab initio, Dominus nomen est tibi.* At vero similius est, ad nomē *Adonai* respexisse Iuditham, quod *Dominum* generaliter significat, vt ait Hieron. Et quidem in Græcis exemplaribus *κύριος* scribitur, quod nomen Dominum etiam generaliter denotat. Inquit enim Iuditha, *Dominus nomen est tibi*, Quasi dicat: *Tu propriâ potestate, & auctoritate, vniuersis, & singulis dominaris, cuius respectu omnis creatura dominans, est instrumentum & serua, imbecillis, de-* Dionys. *pendens, exigua.* Quæ est commentatio Dionysij. Psalm. Vnde dicitur Psal. 65. v. 7. *Qui dominatur in virtu-* Isaiæ. *te sua in æternum.* & Isaiæ 42. v. 8. *Ego Dominus, & hoc est nomen meum.* Et quidem Iuditha allusisse Exod. videtur ad c. 5. Exod. Nam cùm v. 1. & 2. Moyses, & Aaron primò ingressi sunt ad Pharaonem, dicentes: *Hæc dicit Dominus Deus Israël; Dimitte populum meum*, &c. Respondit Pharao: *Quis est Dominus Deus, vt audiam vocem eius? Nescio Dominum, & Israël non dimittam.* Aduertit verò inibi Abulens. Abulensis Pharaonem non dixisse se nescire *Deum*, quod lumine naturæ notum est, sed se nescire *Dominum*, id est, prouisorem, gubernatorem, & patronum populi sui Israëlitici. Quod mox tot plagis mulctatus, vel inuitus didicit & palam professus est, Exod. 12. v. 31. aiens ad Moysen, & Aaronem: *Ite, immolate Domino, sicut dicitis.* Ait itaque Iuditha: *Et nescierunt* (Assyrij sicut Pharao,) *quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi:* Quo modo verò nomen Deo conuenire possit, latè tractat S. S.Thom. Thomas 1. p. q. 13. totis duodecim articulis.

§. XXIII.

Commentarius litteræ.

Vers. 11. Erige brachium tuum sicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deiicere gladio suo cornu altaris tui.

Biblia Sixt. *Tu frange eorum fortitudinem in virtute tua, & prosterne robur eorum in furore tuo. Deliberauerunt enim polluere sancta tua & contaminare tabernaculum requietis nominis gloriæ tuæ, & diruere cornu altaris tui.* Quæ exscriptio non exiguam lucem præfert vulgatæ. *τὸ robur* Lucifer dixit *κράτος* id est, *tenacitatem*, quasi perseuerantia, & tenacitas in aliqua re sit instar roboris. Vnde vel imbecillitas pertinaciter perseuerans in aliquo robusta est ad illud perficiendum, & consummandum. Septuag. *τὸ frangere* scripsêre *rumpe eorum fortitudinem*, & illud *polluere sancta*, vertunt *profanare sancta*. Biblia Regia, & Complut. nō discrepant à Septuag. interpret. Vatabl. paulò aliter hunc versic. scribit, sed eodem sensu. Biblia Gothica *τὸ tabernaculum nominis tui* transferunt, *tabernaculum honoris tui*, ac si nomen Dei sit eius honos, & gloria. 123. Bibl. Sixt. Lucifer. Septuag. Bibl. Reg. Complut. Vatabl. Gothica.

Erige brachium tuum. Nomine brachij potentiam significari conuenit inter Expositores. Ita Anselmus Laudunensis, Lyran. Dionys. Hugo, & Sanct. fauent Græcæ scriptiones nuper relatæ. Et iure quidem optimo: nam in brachio, dextera, & lacertis, hominis robur viget. Quod autem brachium sumatur pro potentia, constat ex Psal. 10. v. 15. & Psal. 36. v. 17. & Psal. 43. v. 4. & Psalm. 70. v. 18. & 76. v. 16. & 78. v. 11. Deuter. 33. v. 27. 1. Reg. 2. v. 31. Isaiæ 33. v. 1. & 48. v. 14. & 55. v. 5. Ezechiel. 22. v. 6. & 30. v. 21. Daniel 11. v. 22. Osee 7. v. 15. Zachar. 11. v. 17. Luc. 2. v. 51. Ioannis 12. v. 38. Actor. 13. v. 17. Benè Anselm. Laud. & Hugo energiam huius verbi *Erige* sic expediunt: *Erige brachium tuum*, id est, *potentiam, quam videris dimisisse.* Quasi potentia Dei languere videatur, cùm illam non exercet Deus benefaciendo. Additur *Cadat virtus illorum in iracundia tua.* Cùm ira Deo tribuitur, non est propriè accipienda pro iracundiæ passione, sed pro similitudine effectus: *Quia enim proprium est irati punire, Dei ira punitio metaphoricè vocatur*, quæ sunt verba S. Thomæ 1. p. q. 3. art. 2. ad 2. idem tradit infrà q. 19. art. 11. in corp. & alibi persæpè. S. Aug. allegatus in Catena ad 124. Anselm. Lyran. Dionys. Hugo. Sanct. Psal. Deuter. 1. Reg. Isaiæ. Ezechiel. Daniel. Osee. Zachar. Luc. Ioann. Acta. Anselm. Hugo. Ira Dei qualis? S.Thom. August. Matth.

ad illud Matth. 3. v. 7. *Quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira*, sic fatur: *Deus propter quandam operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem secundum scripturas irascitur: nec tamen vllâ passione turbatur. Hoc enim verbum vindictæ vsurpauit effectus, non ille turbulentus affectus*. Et Tertull. lib. de testimonio animæ cap. 2. his verbis iram Dei vindicat: *Sunt qui Deum honorantes, dum curis obseruationis, & molestiis animaduersionis absoluunt, cui nec iram quidem adscribunt. Nam si Deus, inquiunt, irascitur corruptibilis, & passionalis est. Porrò quod patitur, quodque corrumpitur, etiam interitum potest capere, quem Deus non capit*. Et paulò post: *Vnde igitur naturalis timor animæ in Deum si Deus non nouit irasci? Quo modo timetur qui nescit offendi? Quid timetur nisi ira? vnde ira nisi ex animaduersione?* Et Nouatian. lib. de Trinit. c. 5. *Dei etiam iracundias legitimas, & indignationes quasdam descriptas tenemus, & odia relata cognoscimus*. Bellè dixit, *iras Dei legitimas*: hominum enim iræ illegitimæ sunt, spuriæ, degenerantes à lege virtutis. Hanc legitimam iram Deo adscribunt ferè singuli Bibliorum libri. Imò translator Latinus Septuaginta interpretum vocem Græcam Θυμὸν *furorem* vertit, vt notat Pamel. in scholiis ad lib. de Trinit. n. 23. Eodem sensu ira, & furor Deo attribuuntur in Scriptura.

Tertull.

Nouatian.

Septuag. Pamelius.

125. *Promittunt se violare sancta*. Cùm promissio sit obligatio alicui facta de re proficua (aliàs esset comminatio,) non facilè se expediunt commentatores ab hoc verbo, *promittunt*. Lyranus censet Holofernem cum reliquis Assyriorum proceribus Nabuchodonosori promisisse euersuros omnia Deorum Templa, vt ipse Nabuchodonosor solus diceretur Deus, quod refertur suprà cap. 3. v. 13. Verùm hæ minæ aliarum etiam prouinciarum religioni imminebant: aliquod proprium, & peculiare periculum iamiam impendens religioni, & templo Iudæorum, indicat hic Iuditha. Vnde meritò Holcoth in c. 2. Sapientiæ, Hugo, Carthusianus, & Sanctius hic, τὸ *promittunt*, interpretantur, *sperant* vel *iactant se*, vel *arroganter præsumunt se* violaturos, & profanaturos Iudæorum sancta. Liceat duas alias expositiones subscribere & earum censum Lectori, permittere, scilicet, vt τὸ *promittere se violare sancta*, significet Assyrios id certò asserere, & indubiè asseuerare. Sap. 2. v. 13. de illo viro sanctissimo sic submurmurant impij homines: *Promittit se scientiam Dei habere*. S. Bonauentura ibi, *Promittit*, id est firmiter asseuerat. Ita locum exponit Gloss. Vatabl. Ceruant. sic Assyrij *promittunt*, hoc est, asseuerant se violaturos sancta Hebræorum. Deinde idem Ceruantes ita vertit ex Græco textu præfata Sapientiæ verba: *Non solùm promittit, prædicat, & profitetur, sed etiam enunciat, euulgat, & indicit, veluti cùm solennitas indicitur*. Nempe Assyrij *promittunt se violare sancta* Israëlis, hoc est, id in publico dictitant, & palàm euulgant. Vtraque expositio satis commoda videtur, nisi vtrique incommodet nouitatis nota. *Et polluere tabernaculum nominis tui*, id est, templum tibi erectum, dicatum, sanctum: *Polluere*, hoc est, euertere, aut profanare ritu Gentium. Dicitur tabernaculum, vel templum *nominis tui*, vel vt ait Græcus textus *nominis gloriæ tuæ* id est, templum sacratum nomini, & gloriæ Dei. Siue autem τὸ *nomen* accipiatur pro re significata per nomen (vt sæpissimè fit in Scriptura) siue pro ipso nomine, congruus euadit sensus. Nempe aut templum tuum, aut templum insignitum nomine tuo. Quàm autem grauiter ferat Deus profanari templum suum: multis tradit M. Nauarret. ad Thren. c. 1. ad illud: *quia vidit gentes ingressas sanctuarium*, vbi hunc Iudithæ locum versat.

Lyranus. Promittere quomodo accipiatur pro comminari. Iudith.

Holcoth. Hugo. Carthus. Sanctius.

Bonauent. Glossa. Vatabl. Ceruant.

Nauarrete.

126. *Et deiicere gladio suo cornu altaris tui*. Tirinus secutus Emanuëlem Sà, existimat per *cornu* designari gloriam, & maiestatem *altaris* sacrificiorum, quæ in altari offerebantur Deo. Dubium non est quin *cornu* significet regiam maiestatem, & gloriam, vt probant Beda, Theophylactus, & Euthymius ad c. 1. Luc. vnde sensus euadit satis aptus. Quasi dicat Iuditha: ô Domine, tua maximè interest Assyrios euertere, qui arroganter, & impiè minantur diruere templum tuum, & altare euertere, vbi victimæ immolabantur gloriæ tuæ. Nempe nulla exinceps victima tibi mactabitur, nullum thymiama fragrabit tibi, si Assyrio gladio deiiciatur cornu, id est, gloria altaris tui.

Tirin. Sà. Quid sit cornu altaris.

Proponam aliam loci expositionem: fortè alicui arridebit non incongruâ coniecturâ. Indubium est *cornu* significare potentiam Hebraïca phrasi, quia vt ait Theophylact. in c. 1. Luc. cornuta animalia totum ferè robur habent in cornu: Psalmo 17. versu 3. *Protector meus, & cornu salutis meæ*. Et Psal. 43. v. 6. & Psal. 74. v. 6. & v. 11. & 131. v. 17. & 148. v. 14. Et Luc. 1. v. 69. *Erexit nobis cornu salutis*. Et Deuter. 33. v. 17. *Cornua rhinocerotis, cornua illius*. Et Amos 6. v. 14. *Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* Et Abac. 3. v. 4. *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius*. Ait itaque Iudith: Assyrij minitantur *gladio suo*, id est, suâ potentiâ, & viribus *deiicere cornu altaris tui*, id est, potentiam tuam, quâ protegis templum tuum, & altare, vbi victimæ immolantur gloriæ tuæ. Quasi dicat: Tecum, ô Deus, de potentia certant Assyrij, & cornu, hoc est, potentiâ copiarum suarum, arroganter præsumunt deiicere cornu altaris tui & te viribus vincere: ne patiaris, vt profanum Assyriorum cornu superet cornu religionis, & protectionis tuæ, & vt templum tuum tuo numine plenum, cedat Assyriorum audaci temeritati plenæ irreligione, impietate, & profanitate. Zela, inquam (tuam omnipotentiam, ne inferior videatur potentiâ Assyriorum, & cornu impietatis Assyriæ vincat diuinum cornu pietatis tuæ. Suffragatur huic expositioni quod Iuditha in hac oratione æmulatur metaphoras poëticas, & Canticorum Schemata. Quod liquidò constabit conferenti hanc orationem cum Cantico ipsius Iudithæ, quod Deo pangit cap. 16.

Theoph. Psalm.

127. Sanctius hic n. 14. & 15. asserit ex Caietano, & Lippomano, altare sacrificiorum, & thymiamatis fuisse cornutum, quia in quatuor altaris angulis totidem erigebantur radij, referentes cornuum figuram. Quod etiam videre oculis licet in aris Romanorum, in eorum enim nummis insculpeæ aræ sunt, & in quatuor eorum angulis erecta eminent quatuor quasi animalium cornua. Vnde ad hæc cornua altaris, quasi ad tutissimum asylum confugiebant sontes capitalis flagitij rei. Quod fecit Adonias, 3. Reg. 1. v. 51. & 3. Reg. 2. v. 28. Ait ergo Iuditha ad Dominum: Eò audaciæ, & temeritatis venerunt Assyrij, vt non tantùm minitentur strages hominibus confugientibus ad asylum, seu cornu altaris, sed etiam sese iactent, quod euersuri sint cornu ipsum altaris. Verùm vt opinor non tam exploratæ erant Holoferni res Iudæorum, & eius ceremoniæ. Abstrusos populi Hebræi ritus pernosceret, qui populum vix noscit?

Sanctius. Caiet. Lippom.

Cornu altaris significat asylum.

3 Reg.

Dein si nec Adonias, nec Ioab apprehenso cornu altaris declinare potuêre iras Salomonis, religiosissimi tunc Principis, quin occiderentur, vt ibi refertur; quid mirum, quod ibi Bethulienses tuti non forent ab Holoferniano furore?

Vers. XII. 128. *Fac Domine vt gladio proprio eius superbia amputetur.* His verbis prodit Iuditha quid animo versabat: videlicet, descendere in Assyriorum castra, & à vestibus & aliis lenociniis auctâ pulchritudine, sic placere lasciuienti Holoferni, vt posset nancisci opportunam occasionem illius capitis animosè truncandi. Benè aduertit Strabus, & Hugo id non dixisse Iuditham ab odio Holofernis, seu delectatione pœnæ, sed ab amore iustitiæ. *Eius superbia amputetur.* Superbia amputanda est, an caput? Superbum inquam, caput. Ita Carthusianus: nam superbia in capite eminet, caput arroganter erigit, & fastuosè attollit; sicut humilitas caput demittit.

Strab. Hugo. Carthus.

Gladio proprio: Summus enim victoriæ fastus est, si quis non stringat gladium in hostes, sed suo ipsorum gladio eos perimat, & conficiat. 1. Reg. 17. v. 51. Dauid gladio Philistæi Philistæum truncat. Plura Scripturæ loca congerit noster Mendoza tom. 3. ad cap. 13. v. 23. annot. 15. sect. 2. vbi egregiè tractat hunc Iudithæ locum Paëz in Cant. Moysi. Benè aduertit Lyranus id propheticè dixisse Iuditham, res enim ita accidit, vt proprio gladio perimeretur Holofernes, id dicetur infra c. 13. v. 8. *Fac,* inquit, *Domine,* &c. Nempe non sibi arroganter adscribit præclarum illud facinus, ne defraudetur Deus gloriâ facinoris, sed eam Deo restituit, quippe qui facinus inspirauit, egregiè adiuuit, feliciterque perfecit per inermem, & imbellem fœminam.

1. Reg. Mendoza. Paëz. Lyran.

§. XXIV.

Bonorum temporalium neglectus, Oratio est ad illa impetranda.

129. Oratio ne bona mundialia postulet.

Bonorum promptuarium Oratio est, ad precũ nostrarum arbitrium adsunt thesauri omnipotentiæ diuinæ, quos etsi infinitos, infinita orationis vis quasi exhauriet, quid enim potest donare Deus, quod oratio non valeat impetrare? delinitur humanis precibus diuina seueritas, & supplicationem facit impetrationem, flectitúrque officiosæ orationis piâ ambitione. Ac si non aliter valeat; nam Deus ferè accusabitur perfidiæ: cùm eius chirographum apud nos sit, quod dicitur Ioan. 16. v. 23. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo,* Sed aduerte his verbis non tantùm securitatem impetrandi quod postulatur, sed materiam orationis contineri: debemus enim petere *Quid:* hoc est, bona cælestia, & æterna non terrena, caduca, & sordida. Audi Bedam inibi: *Si diuinam gratiam, si verè beatam poscimus vitam. Quicquid autem aliud petitur, nihil petitur.* Itaque cùm tantùm postulamus temporalia bona, non oramus, etsi orare videamur: quia cùm non petimus *Quid,* nihil petimus, & specie tenus orat, qui nihil petit: nam oratio est petitio alicuius rei: ergo qui nihil petit, non orat, cùm desit orationis res. Clem. Alex. sic fatur: *Quid sibi volunt Pythagorei cùm iubent voce precari? Non quòd, vt mihi quidem videtur, existimarent Deum non exaudire eos, qui tacitè loquuntur, sed quod iustas vellent esse preces, quas non vereretur quis fundere, multis eas scientibus.* Addit Matth. 6. v. 6. *Orantes autem nolite multum loqui:* Quæ verba singulariter exponit

Ioan. Beda. Clem. Alex. l. 4. Strom. Matth.

Theophylact. (cuius verba nuper ad alium sensum expendebam) sic scribens: *Battalogia est nugacitas, vt v. gr. petere aliquid terrenum, gloriam, diuitias, victoriam. Battarismus enim inarticulata vox qualis est puerorum. Tu igitur ne nugax, & multiloquus sis.* Eleganter Theophylact. nugacem appellat orationem, quæ terrena quæuis supplicat, & eiusmodi orationem Battarismo comparat. Est autem Battarismus inarticulata seu muta infantium vox, quâ verba non tam exprimit, quam balbutie suâ conatur: quæ quia inarticulata est, significationis expers est, nihilque notificat audientibus. Sic oratio supplicans temporaria bona, battalogia est, quæ balbutit more pueruli postulantis; sed Deus (qui orationis auditor, & exauditor est) non intelligit, quid petitur, quia terrena bona nihil sunt. Vnde qui sic orat, oratione nugatur, mentitur orationem, & fallit aures petitionis specie, rem tamen orationis non exprimit. Dedecet viros battalogia, seu puerilis oratio vacua orationis medullâ. Pulchrè S. Zeno Veron. *Ne attendas carni, neque ea, quæ carnis bona videntur studio impensiori sectaris: id est, sanitatem corporis, decorẽ, cultum vultus, voluptatem carnis, atque delicias: neque vitæ longioris vota suspires, non diuitias sæculi, non ambitionis gloriam, non potentiam caducæ fragilitatis mireris; & nihil omninò, quod ad præsentis vitæ ministerium pertinet, magnum æstimes ad petendum.* Hæc omnia exulant à materia orationis; oratione enim *aliquid* petendum est; & ita qui nihil oratione petit; nugatur, & pueruli battalogiâ voces fingit, sensus fallit, & orationem mentitur; imò non satis honestè orat. Perbellè S. Aug. *Quisquis à Deo quærit præter Deum aliquid; non castè Deum quærit.* Luxuriat oratio, quæ à Deo aliquid præter Deum, résque Dei postulat.

Theophyl. 130. Zeno ser. 10. Aug. ser. 13. de verbis Domini.

Dicet aliquis? Ergo pro rebus temporalibus nunquam orandum est, nec Oratio erit, quæ suspirat mundialia bona. Est, est aliqua oratio, quæ impetret terrena bona; at, hæc oratio sæpè non est, quæ illa petat, sed quæ negligat; non quæ æstimet, sed quæ depretiet: nam oratio pro addipiscendis bonis temporariis, eorum neglectus est. Rex Achaz in periculo regni amittendi versabatur: & religiosè astutus nequit à Deo petere incolumitatem sui regni, id est, regales diuitias, & delicias, sæculi fastum, gloriæ ambitionem, regni solium, & reliqua temporaria bona, quæ regia felicitas Regi dat. Imò nequit petere signum diuini fauoris, *Pete tibi signum,* ait illi Isaias c. 7. v. 10. Et dixit Achaz: *Non petam, & non tentabo Dominum. Tentare,* prouocare, & irritare est. Legatur Sanct. ad Iudith, c. 8. n. 28. Num oratio res est, quæ irritet Deum, & non, quæ placat, & permulcet? Quid Rex Achaz regnum contemnit, & regiam superbiam, & delicias aulicas? imò perquàm auidissimè cupit. Cur ergo ait: *Non petam, & non tentabo Dominum?* Scilicet sciebat benè astutus Rex orationem pro rebus mundialibus, non esse orationem, quæ illas petit, sed neglectum, quo despiciuntur; & renuit orare supplicatione, vt sciat impetrare neglectũ. Orationem communem omittit, vt arcanâ oratione impetret. *Non petam,* ait, vt neglectu petitionis impetret. O singulare documentum, & quo edoctus est Rex Achaz à proauo Salomone, hac in re sincerissimè callido, & astutissimè prudenti!

131. Neglectus bonorum mundialium eorum oratio est. Isai. Sanct.

3. Reg. 3. v. 11. post mille hostias mactatas: *Apparuit Dominus Salomoni, dicens: Postula, quod vis, vt dem tibi.* Qui anticipatâ Sapientiâ cùm Sapientiam

132. 3. Reg.

Digitized by Google

Salomon nō petendo bona mundialia, ea impetrat.

pientiam postulasset, dixit Dominus Salomoni: *Quia postulasti Verbum hoc, & non petiisti tibi dies multos, nec diuitias, &c. sed postulasti sapientiam ad discernendum iudicium: Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, &c. Sed & hæc quæ non postulasti, dedi tibi*, diuitias scilicet, & gloriam. Quia Salomon Rex petit prudentiam ad iustè regendum populos sibi commissos à Deo, eam impetrat: item quia non petit diuitias, nec gloriam, &c. illa à Deo extorquet. Quod aduertit S. Paulin. sic fatus: *Salomoni, quia sapientiam petere elegisset, etiam cæteras opes, quas non poposcerat, ob hoc ipsum, quia non desiderauerat, contulit.* Nec oratio prudentiam postulans minùs valuit ad eam adipiscendam, quàm neglectus diuitiarū, & gloriæ ad impetrandam gloriam, & diuitias: Ergo despectu extorquentur temporaria bona, & eorum neglectus attentior oratio est. Vnde qui ea despicit, acquirit, & neglectu impetrat, quod æstimatione deperdit. Itaque oratione perduntur bona, quæ despectu obtinentur: Æstima, vt perdas; neglige, vt impetres: nam rerum mundialium neglectus propria eorum oratio est. Prudenter ergo Hebræa gens, c.4. v.10. non tam suarum rerum sollicita est in oratione, quàm rei diuinæ, orans: *Ne darentur Sancta eorum in pollutionem.* veriti, ne si tantùm bona temporalia oratione peterent, petendo amitterent, quæ neglectu impetranda forent. Quod facit Iuditha hic, v.11.

Paulin. epist. 10.

Iudith.

§. XXV.

Commentarius littera.

Vbi tractatur, an Iuditha deliquerit se sumptuosiùs ornando ad pelliciendum Holofernem.

Vers. 13. Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ.

Vers. XIII.
133.
Bibl. Sixt. Lucifer. Rio. Septuag. Complut. Bibl. Reg. Vatabl.

Biblia Sixti sic locum transtulère: *Percute seruum è labiis deceptionis meæ super principem, & super ministrum eius. τὸ labiis deceptionis*, vertit Lucifer Calaritanus, *labiis persuasionis.* Noster Martinus del Rio, *labiis doli*, vel *fraudis*. Septuag. interpretes, Biblia Complut. & Reg non dissentiunt, nisi quod *ministrum* exscribunt *seruum* Vatablus: *Fac vt per me capiatur laqueo oculorum suorum.* Et illud, *Percuties eum ex labiis charitatis meæ*, Paulò ante sic exscripserat: *Per labia falsa mea, seruum super principem, principémque super seruum trucidando,* &c. Biblia Gotthica illud, *Capiatur laqueo oculorum suorum*, vertunt *Capiatur gladio oculorum suorum.* Id est, Acie oculorum suorum captus perimatur, & pereat.

In comperto, & in confesso omnibus erat Holofernem iniustè tyrannum, & tyrannicè inuasorem, Assyriis copiis armatum, spoliis prouinciarum, & finitimorum victoriis insolentem, vi & armis Bethuliensium superari non posse, & ideò Iuditha statuit proprio sui ipsius gladio Holofernem iugulare: quod vt perficiat anhelâ oratione diuinum auxilium sollicitauit præcedenti versiculo. Quod illustre facinus vt commodè patraret, decreuit adiungere naturali pulchritudini omnia lenocinia venustatis, vt hominem ad venerem pronum inescaret, & sic caperet oculorū suorum laqueis, & pulchritudinis illecebris irretiret: id exorat, aiens: *Capiatur laqueo oculorum suorum in me.* Neque tantùm oculis Holofernianis insidiari intentat, sed etiam auribus machinulam, libidinis apponit, nimirum sermonum blanditiis, & mellitis verbis mollem alioqui animum delinire exambit; id indicat, cùm dicit: *Percuties eum ex labiis charitatis meæ.* Quod vt piè intentet, & viriliter perficiat successu felici, Deum enixè precatur ardentissimis votis. Hic est verborum cortex, vt conuenit inter expositores; sed extricanda sunt verba, & emedullanda sententia, quæ satis difficilis est, vt ex dicendis liquidò constabit.

Capiatur laqueo oculorum suorum: Holofernis oculos incautos ad videndam pulchritudinem Iudithæ, laqueos appellat. Nam vt benè aduertūt Pineda in c.42. Iob, Baeza tom. 2. lib. 10. c. 3. §. 1. hæc Iudithæ verba explicantes; non est laqueus pulchritudo honestissimæ fœminæ sed concupiscentia Holofernis, & vaga oculorum eius licentia. Quàm sint periculosi fœminæ venustæ aspectus, multis dabo infrà, cùm tracto ad mores hunc versic. Consultò Iuditha oculos vocat laqueos; quibus homo illaqueatur, & capitur. Prouerb. 6. v. 25. *Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius.* Septuag. *Ne capiaris oculis tuis.* S. Ephrem in lib. contra impudicos: *Ne te vincat pulchritudinis desiderium, neque illius aspectu capiaris.* S. Ambr. lib. 1. de Pœn. c. 14. *Ipsi nobis oculi nostri retia sunt: & ideò scriptum est: Neque capiaris oculis tuis. Ipsi nobis ergo tendimus retia, quibus inuoluimur, & implicamur, ipsi nobis vincula nectimus.* Nolo esse longior in vulgari eruditione. Plus negotij facessit. 134.

Pineda. Baeza.

Prouerb. Septuag. S. Ephrem.

Ambros.

Labiis charitatis meæ. Aduertunt Anselmus Laud. Carthusian. & Eman. Sà, τὸ *labia* accipi pro verbis seu sermone, qui labiis efformantur. Item *labia charitatis* dicuntur, verba chara, & amabilia; nempe notus est Hebraismus: nam cùm Hebræi careant Adiectiuis, eorum loco ponunt Genitiuum. Exempla vbertim suppetunt in Bibliis, Luc. 1. v. 69. *Cornu salutis*, id est, cornu salutare, & Psal. 17. v. 3. eodem sensu sumitur *cornu salutis*. Et Psal. 5. v. 7. *Virum sanguinum*, id est, virum cruentum cædibus alienis. Itaque *charitas* ponitur hîc non pro virtute, quæ princeps est Theologicarum virtutum, sed pro dilectione. Id est, pro verbis dulcibus, mellitis, pro amatoriis sermonibus, omnis lenocinij saccaro conditis, qui sapiunt fauos & spirant blanditias amorum. Ita Anselm. Laud. Lyran, Carthus. Hugo, Tirin. Emanuël Sà & Sanctius hic: Martinus del Rio tom. 1. Adag. sacror. adagio 226. Pineda in c. 41. Iob: Salian. ann. mundi 3346. Serar. hîc q. 2. & in c. 13. q. etiam 2. & 6. In Græco textu pro τὸ *labiis charitatis* scribitur χειλέων ἀπάτης, id est, *labiis deceptionis*, aut *doli*, aut *fraudis*. Verùm statim occurrit difficultas, quo pacto labia charitatis dicantur labia deceptionis, dolus, & fraus; Martinus del Rio nuper allegatus, ait, multa in hisce Iudithæ verbis sese offerre acuminum amatoribus, quæ subtiliter ventilentur; at se edoctum à suo magistro Ioanne Maldonato, in sacræ Scripturæ elucidatione sobriam simplicitatem semper sectandam, quasi magis solidam. Quod verum est, & indubium his qui verum sensum enucleant, sæpè verò genuinus sensus emedullari nequit, nisi subtiliùs agatur. Vnde vellem, vt sapientissimus vir nobis subtiliùs apperuisset huius loci sententiam: licet omisisset grammaticis, an τὸ *charitas*, à Græco fonte manet, an absque aspiratione *caritas* dicēda 135.

Anselm. Carthus. Sà.

Luc. Psal.

Anselm. Lyran. Carthus. Hugo. Tirinus. Sà. Sanct. Pined. Salian. Serarius.

Rio.

Maldon.

sit?

ſit?& an qui hæc dulcia verba proferunt,habént-
que labia charitatis, *aretalogi* dicentur?Sanè *cha-
ritatem* ſumi etiam in malam partem, tradit S.
Paulin. Paulin.epiſt.31.*Qui tam*,inquit,*viles fuerunt cha-*
Amian. Marcell. *ritate luxuriæ*.& Amianus Marcellinus:*Per libidi-
nes varias charitas diſperſa torpeſcit.*

136. Ergo expediti iam à verbis, veniamus ad rei
difficultatem.Ratio dubij in eo ſita eſt, quo mo-
do ſanctiſſima Iuditha à Deo piè petat,vt fœmi-
neis & amatoriis blanditiis ſuæ linguæ in melle
ſitæ,doloſæ,& fraudulentæ,ipſa propinet Holo-
ferni dulce pudicitiæ venenum ad animæ,& cor-
poris interitum?Profectò iſtiuſmodi labia dolo-
Prouerb. ſa planè deteſtatur Deus: Prou.13.v.3. *Anima*,
Soph. inquit,*doloſa errant in peccatis*,& Sophoniæ 3. v.
13.*Reliquiæ Iſraël non loquentur mendacium,& nõ
inuenietur in ore eorum lingua doloſa*.& Pſal.30.v.
Pſalm. 19.& Pſal.108.v.1.& Pſal.119.v.2.& Pſal.5.v.7.
*Virum ſanguinem,& doloſum abominabitur Domi-
nus*.Et præſertim Pſal.11.v.3.& 4. *Labia doloſa in
corde,& corde locuti ſunt. Diſperdat Dominus v-
niuerſa labia doloſa.*Quid enim deteſtabilius, quam
verbis dulcibus ſimulaſſe amicitiam, vt ſæuiùs
ferociat aduerſus incautos; Plato in Hippia mi-
nore allegat illud Homeri, Iliade.

Plato. *Inimicus enim mihi ille æquè atque Orci portæ,*
Homer. *Quiſquis aliud abſcondit in præcordiis, aliud ve-
rò ſonat.*

Ab hac difficultate petita à *labiis doloſis*, facilè
ſe extricat, qui aduertit non omnem dolum eſſe
2. Cor. malum. 2.Cor.12.v.16.*Cum eſſem*(ait Paul.) *aſtu-
tus dolo vos cepi*.Super hac re plura interpretes ibi
& Iuriſconſulti in D.4.tit.3.*de dolo malo*. Vbi ita
ſcribitur: *Non fuit contentus prætor dolum dicere,
ſed adiecit,malum: quoniam veteres dolum etiam
bonum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipie-
bant: maximè ſi aduerſus hoſtem, latronémve quis
S Thom. machinetur*. Legi poteſt S.Thom. 2.2.q.55.a.4.Et
Theoph. quidem Theophraſt.pulchritudinem appellauit.
Tacitam fraudem,neque ideò pulchritudo pecca-
tum eſt,quia fraus dicitur;alioqui formoſus quiſ-
Auguſt. que eſſet venuſtatis reus. S.Aug.ſpeciatim de Iu-
ditha loquẽs,to.10.ſer.66.de Diuerſis,ait,*Dedu-
citur ad prætoriũ,fraus Holofernis*,& paulò inferiùs
*Illa enim tam barbaros animos inſidioſi ſui vultus
fraude confuderat, vt eum ligaret multarum arte
fabularum, vt redderet inter exercitus vinctum, in-
ter arma captiuum*.Et ſerm.67.*Dum Regi alto ſer-
mone imaginariis verbis blanditur*.Et S.Ambr.in l.
de vidua.*Iudith,periculi negligens,mortiſque contẽ-
ptu fortior,vt commentitium ſtrueret dolum,veſtem
illam iucunditatis, quã viuente viro veſtiri ſolebat,
Ambroſ. ſe induit*.Neque enim credi poteſt,vt Ambroſ.vi-
duis proponens piæ viduitatis exemplar,impie-
tatis exemplum attuliſſet, ſed quod pietatem re-
dolet,& religionem ſpirat.Profectò lingua Iudi-
thæ ſapienter æmulatur bellica ſtratagemata, &
permiſſas bellatorum fraudes, ſeu prudentes do-
los.Vnde ſuperuacaneum videtur, quòd ait San-
Sanct. ctius, τὸ *labia charitatis* interpretari etiam poſſe
de charitate ſeu amore ſimulato erga Aſſyrios,dũ
illis promittit tradere vrbẽ obſeſſam,abſque vllo
Iudith. labore;quod dixit infrà c.11.v.4.Itaque labia do-
loſa & labia charitatis,idem ſonant hic. Nempe
ſimulatas amorum blãditias licito ſtratagemate.

137. Ardua magis exoritur difficultas, quæ multo-
rum diu torſit ingenia,ſcilicet an pia Iuditha im-
piè deliquerit,dum exaggerans natiuam pulchri-
tudinem lenocinio ſuperbioris ornatus, & ama-
toriis verbis,inſidiatur Holofernis concupiſcen-
tiæ,alliciens illum ad molliores Veneris volupta-
tes,aiens: *Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me,
& percuties eum labiis charitatis meæ.* Quis erit à
delicto immunis,dum ſollicitat alienum crimen?
Quidam apud Lyran.& Carthuſ. planè fatentur Lyran.
Iuditham peccaſſe, cùm Holofernis concupiſcẽ- Carthuſ.
tiam irritare prætendit, Quod mihi veroſimile
non eſt. Tum quia eſſet graue delictum, vtpote
delinquens in graui materia Quis autem ſibi per-
ſuadeat de Iuditha,Deo addictiſſima,& omni vir-
tutum genere inſtructiſſimâ grauiter contra Deũ
deliquiſſe?Præſertim cùm infrà c.10.v.4.dicatur, Iudith.
*omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute
pendebat*.Tum etiam quia credibile non eſt piiſſi-
mam, & ſapientiſſimam fœminam vſque eò ſto-
lidè deſipuiſſe, vt à Deo precaretur auxilium ad
lethale flagitium perpetrandum. Cùm ergo om-
nes auctores,quos referam ad c.10.v.12. & 13.
quibus etiam addi poteſt S.Th.2.2.q.110.a.3.ſe-
riò affirment, Iuditham non peccaſſe, non facilè
hanc difficultatem declinant. Quidam ex his aſ- Iuditha non
ſerunt eiuſmodi ambitioſo cultu, & mellito ſer- quacumque
mone non prætendiſſe Iuditham, vt Holofernes Holofernis
ipſam venere deperiret, ſed gratam illi apparere, gratiam ex-
& gratiam Principis aucupari, vt ita opportunè ambit.
poſſet eũ trucidare.Aſſentirer,ſi aſſequi poſſem, 138.
quo modo præcisè quia ſapiens, diſerta, & pul-
chra ei Iuditha videretur,& ita gratiam Holofer-
nis ſibi conciliaret, poſſet Iuditha ſperare in tri-
dui breui ſpatio ſe captare poſſe occaſionem
illius perimendi,niſi ad libidinem adamata,ex fa-
miliaritate poſſet nanciſci tori opportunitatem
ad illum proprio gladio perimendum; dixerat
enim: *Fac Domine,vt proprio gladio eius ſuperbia
amputetur*.Porrò niſi cæco libidinis amore flagra-
ret Holofernes,non ſe permitteret hoſtili fœmi-
næ & ab hoſtilitate ſuſpectæ; ſed eam,etſi gratã,
relegaret à ſe in locum diſſitum,vbi quantumuis
inſidiaretur aſtutè,non poſſet quicquam in Aſſy-
rios machinari: Præſertim quia ſolertiſſimus dux
benè notat fœminæ ſapientiam,& ſolertiam.Imò
quadantenus ab illa cauebat;ſiquidem ad tridui
tantùm ſpatium ius illi fecit liberè exeundi in
vallem & reuertendi in prætorium. Vnde refu-
tare licet coniecturam Serarij q.2.in c,13.nempe Serar.
optaſſe Iuditham quoquo modo adamari ab Ho-
loferne, quod licitè poterat ille facere, ambiens
eius nuptias; vt Iudith.illi nupta,opportunè poſ-
ſet coniugali familiaritate illi perſuadere,vt à Iu- Iudith.
dæa excederet;ſin aliter,vitã eum priuaret.Profe-
ctò difficilè Iuditha animum ſuum induceret, vt
perſuaderet Holoferni imaginario marito, vt Iu-
dææ parceret, quippe qui in mandatis acceperat
a Nabuchodonoſore,vt *omnes Deos terræ extermi-
naret, videlicet, vt ipſe ſolus diceretur Deus*, ſuprà
c.3.v.13. Tum etiam quia verſic.præced. à Deo
poſtulabat, vt *proprio gladio eius ſuperbia amputa-
tur*.Ergo id moliebatur Iudith.non animum per-
ſuadendi,vt Iudææ parceret:quem animum ſi ge-
reret, non aptè dixiſſet,labiis fraudis, ſeu doli id
intendere.

Lyra,Carthuſ.Serar.Sà,Sanct.Salian.& Tirin. 139.
ſeriò cenſent,verè optaſſe Iuditham,vt adamare- Lyra.
tur ab Holoferne ardore libidinis ad concubitũ, Carthuſ.
ſed licitum à connubio, quo honeſtaretur con- Serar.
cubitus. At huic expoſitioni incommodat; quòd Sà.
Carthuſ.aſſert ex Deuter. eiuſmodi connubia ve- Sanct.
tita eſſe mulieri Hebrææ cum viro gentili: Reſ- Salian.
pondet Lyra:Expetere Iuditham, vt Holofernes Tirin.
eius deſideraret connubia,quia licitè homo gen- Carthuſ.
tilis Deuter. Lyra. Salian.

tilis poterat mulierem Hebræam ducere in matrimonium; ipſam autem Iudithain ſtatuiſſe non annuere eiuſmodi nuptiis, vtpote ſibi illicitis. Salian. exiſtimat benè potuiſſe Iudithain Hebræam nubere gentili viro, pro Dei gloria, pro religionis conſeruatione, & totius populi ſalute, quæ viduitatis bono longè præponderant. Sanè Iuditha non dicitur cogitaſſe de nuptiarum blanditiis, ſed de ſanguine, cæde & excidio Holofernis, nimirum *vt proprio gladio eius ſuperbia amputetur.*

Iuditha non cogitat de nuptiis. Lyra. Carthuſ.

140. Tota ergo difficultas in eo vertitur, quomodo potuerit Iuditha licitè velle, ardore libidinis adamari ab Holoferne: nam vt arguunt Lyra, & Carthuſ. hîc; qui eligit media, illa amat vt conducunt ad finem: ergo Iudithæ finis fuit incolumitas religionis & patriæ liberatio: medium huic fini proximum fuit cædes Holofernis; ad occidendum Holofernem eligit, ardenter ab illo amari; ad quod valde conducit ambitioſior ornatus natiuam pulchritudinem exaggerans: ergo Iuditha voluit ardenter amari ad concubitum: nam alius amor non præberet illius occidendi occaſionem. Ecce difficultatis robur: ſed quod euigorare pronum eſt ex ſolutione Lyrani, & Carthuſiani, & Tirini, & Sà: aiunt enim; *Aliud intendebat Iudith, aliud præuidebat:* Ex hac doctrina argumento reſpondent, & facilè reſponderi poteſt: Nempe Iuditham intendiſſe liberationem patriæ, & ex hoc fine elegiſſe cædem licitam ſæui tyranni; præuidiſſe autem, non intendiſſe libidinem Holofernis: neque enim neceſſe eſt, vt qui vult finem, ipſe ponat omnia media, quæ ſunt inter ipſe illa mediorum ad finem, ſat enim eſt ſi ab alio poſita, ipſe præuideat, & ordinet ad finem. Quod luculenter tradit M. Aluiz Tract. 3. diſp. 4. ſect. 3. prope fin. in ſimili de permiſſione peccati, quam ideò cenſet eſſe prædeſtinationis effectum. Ergo Iuditha prima intendit tanquam finem liberationem patriæ, & mox medium huic proximum, id eſt, cædé licitam Holofernis; exinde eligit ſe comptiùs ornare omni lenocinioru genere, ex quo ornatu addito natiuæ pulchritudini, certò nouerat, cognitâ viri intemperantiâ, ardentiſſimè ſe fore ab illo adamandam: non tamen intendit eiuſmodi amorem laſciuum; ſed præuidet, & præuiſum iam ordinat ad opportunitatem cædis. Neque verò exiſtimandum eſt, Iuditham peccaſſe præbendo Holofernis ruinæ occaſionem, quam ipſa non intendebat: ſicut non delinquit qui vſuras ab vſurario petit; neque qui admittit iuramentum ad firmitatem contractus initi, per Deos falſos, vt Publicolæ reſpondet S. Aug. Quæ doctrina vulgaris eſt inter eos, qui caſus conſcientiæ tractant. Hanc loci expoſitionem cenſeo reliquis probabilioré, Quid ſi ſubtilior, quàm ſimplicior: imò ſubtilior, & ſimplicior: nam in Iudithæ anguſto illo rerum articulo multo acumine opus fuit ad ingeniandum ſtratagema liberationi proficuum, nec nocivum conſcientiæ ſanctiſſimæ, fœminæ, vt ferè conuenit inter Expoſitores. Quin & Dei inſtinctu Iudith agebatur, vt ſæpè admonuimus.

Qui efficaciter intendit finem non debet ipſe exequi omnia media.

Tirin. Sà.

Aluiz.

Auguſt.

---

§. XXVI.

Oculorum vaga licentia fomes eſt ad libidines, & paſſiua ſcortatio.

141. NOn deſunt, qui totum hominem, atque adeò in latentes virtutes, & vitia, ex oculis duntaxat metiantur. Nam oculi in quibuſdam timidi, læti, lucidi, blandientes; in aliis ſanguinei, truces, tenebricoſi, flaueſcentes, ignei ſunt quaſi teſtes, & indices animi. Oculus enim naturalis animæ lingua eſt, per quam loquitur occulta cordis vera, inaffectatâ, & ſimplici loquela. Quiuis homo facilè credit oculis; at pius, & religioſus oculis non ſe credit, probè noſcens; oculos eſſe verú, & merum virtutis periculum, virginitatis faſcinum, libidinis minas, venenum caſtitatis, voluptatis illecebras, gehennæ ſcintillas, pietatis funus, & ſepulcrum ſanctitatis. Caue tibi à tuis oculis. Mallem eſſe benè cæcus; quàm malè oculatus. Planè licentiores oculi negotium ſunt humanæ calamitatis. Vulgò fertur, quaſi Clementis Alexandrini ſententia: *Teſſeram virtutis ferant oculi.* Bellè dictum, vtinam verè: Mihi enim atteńtiùs legenti omnia eius opera, nuſquam occurrit hic aphoriſmus ad ſanandos oculorum morbos. Veriùs eadem ſententia reperitur in Valerio Epiſcopo: *veloces,* inquit, *iactus oculorum.* Proculdubio alludere videtur cum Pſeudo Clemente ad teſſeræ ſeu aleæ ludum. Hic ludus planè temerarius & præcipitatus eſt, & qui vel vno volutatu magnam opum iacturam facit; perbreui enim tempore ludentis cenſum reciprocat, hominémque ſubitò depauperat. Ergo oculorum nictatio, teſſeræ ludus eſt; in quo virtutis opes, & cæli gazas *veloci oculorum iactu* amittit incautus aſpectus: *Vn cielo ſe pierde en vn abrir de ojos: al tumbo de vn dado ſe arieſga la ſaluacion.* Attendat homo quod eius in oculis verſatur vitij, & virtutis teſſera, quæ leui iactu non leuem iacturam facit.

Teſſera oculorum ludus præceps.

Clem.

Valer. hom. 16.

Iſaiæ 3. v. 16. *Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant.* Quid eſt oculis ſeu nutibus ire? Pedibus incedere ſolemus, non oculis. Cornelius ſic locum explicat, vt Deus perſtringat hic principes & pulchras puellas Ieruſalem, quod incedant flectendo oculos; obliquè ſcilicet oculos iaciendo in iuuenes & amaſios, & petulanter eis annictando, quod meretriciæ procacitatis ſignum eſt, & caſuræ (ne dicam cum S. Hieron. morituræ) virginitatis indicium. Nempe fœmina, quæ ambitioſæ venuſtatis licétia, ſic oculos petulanter obliquat nutibus it, oculis incedit. Ad quod alludere videtur S. Hilar. aiens: *Libidinoſa viſus tranſcurrentis affectio.* Audis oculorum inceſſum, imò & curſum? *Emiſſitios, & exploratores oculos agnoſcit.* Septim. Quaſi oculi ad obiecta mittantur: abeántque redeántque celeres, explorantes illecebras pulchritudinis, *libidinoſa viſus tranſcurrentis affectione.* Pulchrè ad rem Tertull. in lib. de Idololatria, c. 2. *Oculus,* inquit, *libidinosè impingit:* Et lib. de Pudicitia, c. 14. *Nonne & nunc in faciem alicuius impingens?* Ac ſi dicat: Audio in Iſaia, Ieroſolymitanas puellas venuſtatis licentia emiſſitios oculos aut obliquere, aut rectâ mittere, quaſi exploratores amaſiorum; lego viſus tranſcurrentis petulantiam, quia *nutibus oculorum ſuorum eunt.* Sed auſim affirmare, quod emiſſitij oculi, qui hoc modo eunt, non tam incedunt, quam paſſim impingunt. Hiſpanè vulgò dicimus: *Dan de ojos à cada paſſo.* Oculorum enim via offendiculis plena eſt, & frequentia incurrit lapſus pericula. Hic deliciatur videndi licentia & phantaſias tacitus imaginatur, & idola pulchritudinis profanus adorat. Ille cum pulchritudine ebibit dulce venenum luxuriæ, & viſæ pulchritudinis nouo fomite acriùs extimulatur. Alius perit in aliena forma, & ibidem funeſta iucunditate tumulatur. Heu oculos, virtutis funera, caſtitatis ſepulcra! Qui oculis incedit.

142. Iſaiæ. Cornel. Culpatur oculorum inceſſus. Hieron. Hilar. Canon 4. in Matth. Sept. in l. de Pallio, c. 3. Tertullian.

Digitized by Google

incedit, paſſim offendit, libidinosè impingit, cadit ad ruinam, moritur ad æternitatem. O fuge has Syrtes, qui ad cælum tendis: nam videre, ruina eſt; videri, periculum. Profectò affectus, qui per emiſſitios oculos illabitur, periculosè labitur, & libidinosè impingit. Vnde magna cura compeſcenda eſt oculorum licentia, *Cum & noſtra & alterum cauſa verſetur in ſtudio periculoſiſſimi decoris; ac proinde oculorum incurſibus moleſtum*, inquit Septimius. Chriſtianus in Baptiſmo? mundo renunciauit. Mundus Chriſtiano non vernat, ſed marcet. Sed *Oculos impudenter extollit, quorum lenocinio mundus in flore eſt*, ait S. Zeno Veronenſis: ô quam multa paucis!

Septim. lib. de cult. fœmin cap. 2.
Zeno ſerm. in Pſal. 130.

143. Agnatum hominibus vitium eſt, oculis explorare alterius ſexus pulchritudinem, & ſuſpenſo affectu, & viſu, in viſa pulchritudine deliciari. Prouerb. 16. v. 30. *Qui attonitis oculis cogitat praua, &c.* Ad quæ verba benè Salazar inquit: Oculi attoniti dicuntur illi qui immoti hærent ex quadam extaſi, aut ſuſpenſione. Ad id confirmandū aduocat Virgilium, & Claudianum Panegyric. 3. in laudem Stiliconis. Et quidem elogium amantium eſt ſuſpenſos tenere oculos, & quaſi pendulos à pulchritudine adamatâ. Vnde S. Chryſolog. procurat, ne vlla virgo a mundiali voluptate *ſuſpendat affectum*. Quaſi fœminarum naturale vitium ſit oculos ſuſpendere ab ore amaſij. Eleganter S. Nazianz. ſuper hac re loquitur: *Si illitos fuco, & ceruſsâ colores, & pigmenta perſpexeris; vxorem hoc ornatu ſpolia: ſi procacem, & petulantem linguam, coerce: ſi meretricium riſum, triſtem effice: ſi intempeſtiuos greſſus conſtringe: ſi oculum elatum, & ſuſpenſum, reprime:* Scilicet Nazianzenus Salomoni alludit, elatos & ſuſpenſos ab aliis vitiis, fœminarum oculos taxans: & vitium muliebris naturæ præſtringit, quæ ſollicitè deſiderat, & anxiè ſuſpirat amaſios videre, & ſuſpenſo cum oculis affectu, eoſdem cernere. Ac ſi iuuenilis venuſtas, non tantùm ſit fœminei aſpectus illex, ſed oculorum magnes, qui arcano libidinis illicio ad ſe attrahat, & à ſe ſuſpendat fœmineos oculos, & vultûs. O impatienter patibulati ſuſpendantur viri, qui patienter ſuſtinent vxorum oculos ſuſpenſos ab aliis, quàm à ſe! *Si perſpexeris oculum elatum, & ſuſpenſum, reprime* Martiali cenſura. *Nunc iubentur oculi cuſtodire cenſuram*, ait Saluianus. Caſtitas in penetralibus mera caſtitas eſt; in ſecreto, ſeu ſui ſolitudine ſecurior habetur: pudicitia enim in publico ſeſe ſpectatoribus publicat, & proſtituit obuiæ ſpectatorum Luxuriæ. Nam virgines in publico *ſe exuere ſpectatoribus, tanquam corporum cauponibus, non poſſunt*, inquit Clemens Alex. Scilicet fœmina, quæ virorum oculos non fugit, pudicitiam ſuam cauponatur, id eſt, venalem exponit cuiuis viatori. Porrò cauponis negotium eſt, annonam cuiuis prætereunti diuendere: ſic fœmina in publico, annona eſt omni oculorum concupiſcentiæ expoſita, planè oculorum ſcortationem patitur, dum pulchritudinem ſuam cauponatur: *La hermoſura en publico, es caſtidad en meſon, o en venta.* Et Septimius eiuſmodi fœminas, quas publicitas proſtituit omnium oculis, ſcitè appellat: *Popularium libidinum nundinas.* Idem petit Tertul. *Laudabo*, inquit, *vigorem ſi aliquid virginitatis nundinarent.* Idem dixerat cap. 3. eiuſdem libri. Caſtitas in publico, velut in emporio proſtat emptoribus oculis; nam fœmina in publico, dum videre cupit, dum videri ambit, pudicitiam nundinatur. Deniter caſtitas alius ſexus oculos, id eſt, nundinas pudicitiæ, & popularium libidinum commercium.

Prou.
Salaz.
Chryſolog. ſerm. 140.
Suſpenſi oculi ab alio ſexu.
Nazianz. Orat. 31.

144. Spectatores ſunt caupones viſæ pulchritudinis.

Saluian. l. 2. ad Eccleſ.
Clem. Alex. l. 2. Pedag. c. 5.
Septim. l. de Pallio, c. 4.
Tertul. l. de velandis virginibus c. 13.

Adami elogium eſt, dici, *Præuaricationis auctorem*: quippe eius primæuum delictum, originalis delicti cenſus eſt, & eius vna culpa culparum omnium matrix eſt, & peccatorum velut fomes originalis. Huc videtur alludere S. Chryſolog. ſic fatus: *Nonne oculus præuaricationis eſt auctor?* Suſpicor hic Chryſologum innuere oculos eſſe quaſi Adamum alterum, & quaſi originalis delicti reos, & nonum fomitem ſeu concupiſcētiam ad delinquendum. Tertullianus agens de pulchra & ornata fœmina, ait: *Quid illis* (id eſt ſpectatoribus) *concupiſcentiam importamus?* S. Greg. Nyſſen. *Oculis cupiditatem expleuit.* Et Valerius Epiſcop. *Ecce cupiditas oculorum noſtrorum.* Et Baſil. *Oculorum pellaciam*, dixit. Ecce tibi humanus oculus eſt cupiditas, pellacia, concupiſcentia ſeu fomes alter peccandi, inſtigans reliquos ſenſus ad delinquendum: nam fruitiones cæterorum ſenſuum ſic connexæ ſunt cum oculis, vt eorum opera conſultè oculis tribuantur à S. Auguſtino, & Exodi commentatoribus, ad illud c. 20. v. 18. *Cunctus autem populus videbat voces.* Luculenter Baſil. Seleuc. ſic fatur de cæcis illis oculorum rogatoribus: *Oculorum priuatio vitam facit minime vitalem. Nam ſi pedes affecti fuerint, corpori curſus adimitur, oculi interim ſuo aſpectu dolorem leuant: Et ſi morbo impediantur, amicos oculus exorat ad ſubſidium trahens. Et ſi aures virtute ſua deſtituantur, oculus nutibus neceſſitatem ſolatur. Extincto verò oculo ſenſuum colligatio vniuerſa commoritur.* Audis extinctis oculis ſimul commori reliquos ſenſus; & illis viuentibus, cæteros pariter viuere? Ergo ſicut vetus Adam auctor eſt humanarum præuaricationum, vtpote in quo vniuerſitas hominum deliquit, nobiſque accendit præuaricandi fomitem, qui omnes ſenſus inſtigat ad delicta: ſic humani oculi quaſi alter Adam, ferè omnium præuaricationum ſunt auctores, aliiſque ſenſibus concupiſcentiam ingerunt ad delinquendum. Vnde quemadmodum Adam dicitur quaſi habere reatum omnium delictorum; ſic oculus laſciuè vagus, & libidinosè petulans, dicitur ob fomitem reus vitioſitatis omnium ſenſuum: quia eorum delicta ferme oculis imputantur. Ergo ſicut *extincto oculo, ſenſuum colligatio vniuerſa commoritur*; ita à libidinosè vitali oculorum vita reliqui ſenſus viueſcunt ad culpam. Ne antiquum fomitem, nouo oculorum fomite, foueamus. 145.

Chryſolog. hom. 139.
Oculus ſæpè fomes eſt ad concupiſcendum.
Tertul. l. de Cultu fœmin. c. 2.
Greg. Nyſſ. l. de Virgin. cap. 19.
Valerius hom. 17.
Baſil Seleuc. Orat. 2.
Auguſt.
Exod.
Baſil. or. 16.

Ieremias Threnor. 3. v. 51. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.* 146.
Concupiſcendo enim viſibilia, inuiſibiles virtutes amiſit. Nam communis concupiſcentia per oculum corporis pertulit prædam cordis. Sed expendendum eſt, quonam modo oculi deprædentur animam, & virtutis gazas commutent cum miſera inopia. S. Gregor. *Deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpam.* Verùm difficilè intellectu eſt, oculos animam deprædari, & eſſe reos furti. Nam furtum eſt, alienæ rei vſurpatio inuito Domino, vt definiunt Moralis Theologiæ Doctores. At Anima cùm liberi arbitrij ſit domina, ipſa inuita nec furax viſus rapaceſve oculi illam poſſunt ſpoliare, & priuare virtutibus, quarum vſque adeò eſt tenax, vt niſi vltro, eis ſpoliari non poſſit. Profectò largitor furtum non patitur, furtum enim furacem violentiam indicat. Niſi fortè quis contendat, inuita anima poſſe hominem oculis furtum committere: qui

Hier.
Oculi ſponte quaſi cogunt ad culpam.
Greg. l. 21. Moral.

planè

planè nugaretur in Metaphysica, & erraret in re Theologiæ. Idem Gregor. difficultatem soluat ibidem, ita scribens: *Quisquis per has corporis fenestras* (de oculis loquitur) *incautè exterius respicit, plerumque in delectationem peccati etiam nolens cadit, atque obligatus desideriis incipit velle, quod noluit. Praeceps quippe anima dum ante non prouidet ne incautè videat quod concupiscat caca post incipit desiderare, quod vidit.* Nempe oculorum cæca perspicacia, sic rationem obcæcat ad libidinem voluptatis illecebris, vt oculatè seducta voluntas in *delectationem peccati etiam* (si fas est dicere) *nolens cadat.* Planè vltrò vult, quia peccat, aliter non foret peccatum; sed quasi inuita, & nolens vult. Tanta est oculorum pellacia, violentia! Vnde oculi consultissimè dicuntur raptores ad culpam & deprædari animam, illámque spoliare propriis virtutum diuitiis: quia tantâ voluptatis violentiâ animam alliciunt ad culpam, vt eâ spontaneè quasi inuita, oculi dicantur furtum in eam committere. Ergo scitè dixit Propterea: *Oculus meus deprędatus est animam meam.* ô prodigiosam oculorum violentiam! Sponte aliquid cogi potest: Hoc est naturale oculorum miraculum.

147. Septimius agens de oculorum vaga licentia, suspicatur, quòd homo *Virgo tertium genus est monstrosum aliquod.* Sic visus fascinat, seu prostituit pudicitiam, vt monstri adinstar videatur homo virgo. Nam vt ait S. Hieronymus ad Eustochium, *Nullus aspectus tutus.* Et S. Ambros. apud Cerdam super libro de veland. virg. Virgines cõpras, & spectatoribus expositas, appellauit *viles aspectus.* Quasi humani oculi teneram virginitatem constuprent, & pudicitia ab humano aspectu vilescat, & prostituatur obuiæ spectatorum libidini. Aptè Clemens Alexandrinus ita scribit de oculorum scortatione: *Horum non solùm vsus, sed etiam aspectus, & auditus deponendam esse memoriam, vobis annunciamus. Scortata sunt aures vestra, fornicati sunt oculi: & quod est magis nouum ante amplexum vestri adulterium admiserunt aspectus.* Ad id cumulatiùs comprobandum plura catervatim adaggerabo Tertulliani loca, dubius quem seligerem; omnia enim mutuò inter se certant de elegantia verborum, & grauitate sententiæ. Lib. de veland. virginib. c. 3. his verbis hortatur virgines faciem velandam in publico: *Propter eiusmodi igitur capita nundinantia trahuntur virgines sancta in Ecclesiam erubescentes quod cognoscantur in medio, pauentes quod detegantur accersita quasi ad stuprum. Omnis publicatio virginis bona, stupri passio est. Et tamen vim carnis pati minus est; quia de officio natura venit. Sed cùm spiritus ipse violatur in virgine sublata velamine, didicit amittere quod tuebatur. Denudasti puellam à capite, & tota iam virgo sibi non est alia est facta.* Quid elegantius? quid exaggeratius? Et c. 2. eiusdem libri ita scribit: *Nam illam consuetudinem, qua virgines negat, dum ostendit, nemo probasset, nisi aliqui tales, quales virgines ipsa. Tales enim oculi volent virginem visam, quales habet virgo, qua videri volet. Inuicem se eadem oculorum genera desiderant. Eiusdẽ libidinis est videri, & videre. Tam sancti viri est suffundi, si virginem viderit; quàm sancta virginis, si à sancto virgo visa sit.* Pergit idem auctor disertissimè agens de virgine pulchra, quæ dum in publicum prodit, pudicitiam vulgò prostituit. *Ipsa,* ait, *concupiscentia non latendi non est pudica: patitur aliquid, quod virginis non sit. studium placendi vtique & vir. Quantùm velis bona mente conetur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis, & multis, dum digitis demonstrantium titillatur, dum nimium amatur: dum inter amplexus, & oscula* sic se olim salutabant Christiani, vt notat P. Cerda ibi) *assidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam placere desiderare.* Tandem oculorum concupiscentiam sic taxat c. 16. ita fatus: *Oro te, siue mater, siue soror, siue filia virgo, vela caput. Si mater propter filios, si soror propter fratres: si filia propter patres: omnes in te atates periclitantur. Indue armaturam pudoris, circumdue vallum verecundia, murum sexui tuo strue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos.* Planè luculenter.

Cæterùm valde expromptum est oculorum periculum: quis enim deuitet videri, aut videre? inde in promptu est oculorum scortatio. Quod acutè explicuit Iulius Firmicus aiens; *In oculorum tamen illecebras oculorum passiuis cupiditatibus incurrens.* Quid significat oculorum passiua cupiditas? cupiditas enim non innuit negotium patiendi, sed rem agendi denotat. B. Rehenanus ad illud Septimij lib. de Monogamia c. 5. *Passiuus tibi census*, inquit, quod *Passiuus* idem est ac, *Infinitus, liber, vagus, licentiosus.* Itaque oculorum passiua cupiditas, idem est, ac licentiosa, libera & vaga, quia exprompta est, ac facilis. Sed passiua oculorum cupiditas emphaticè dicitur, *Infinita:* quia cùm agilis sit visus, & nimis expeditus, facilè sæpè repetitis aspectibus diu scortatur, aut impudicè coniiciendo oculos, aut eosdem admittendo inuerecundè; oculus non satiatur visu pulchritudinis adamatæ. Cæteræ voluptates actibus suis exsatiantur, & nuper illecebra, nunc tædium est: nauseamus ad satietatem. At oculorum libido infinita est, dum actibus suis increscit; nam dulcis aspectus illex est voluptatis, & fomes ad libidinem: & inde cupiditas videndi reparatur, vnde videbatur fore exsatiata; & quæ videbatur fessa videndo, plus videre, & videri ambit perenni concupiscentia, id est, passiua seu infinita libidine. Quod ergo remedium tam exprompta libidini? Tertull. hanc antidotum propinat: *Quis audebit oculis suis premere faciem clausam, faciem non sentientem, faciem (vt dixerim) tristem. Premere* hîc (adnotante Cerda in horum verborum ecphrasi) verbum notissimum est, nam qui lasciuè intuetur virginem, & oculos in ea defigit, non tam virginem aspicit, quàm premit, & opprimit. Ergo pulchra facies in secreto penitioris domus sit clausa, vti fera in cauea, ne passiua oculorum cupiditate intuentes feriat, & feriat, & referiatur eodem oculorum telo: sit clausa, vt eius pudicitia non referetur intuentium oculis prostituto aspectibus pudore, Sit clausa, & (si necessitas exigat exire in publicum) *non sentiens*, id est, demissis oculis venustiori modestiæ lenocinio, non admittens intuentium oculos, nec reciprocans vrbanitatum seu cupiditatum aspectus. Sit clausa, id est, habens in publico non tantùm demissos oculos cadentibus palpebris, sed etiam *sit Tristis,* hoc est modestè seuera, quò retundet ignita oculorum iacula, & à passiua cupiditate immunis sit.

Vnde castissima Iudith tot præsidiis ipsa armata aduersus oculorum cupiditatem, exantlare piè ambit Holofernem, videndi illecebris, (piè, an impiè explicui in Comm. Litteræ) Deum sic orans hîc v. 3. *Capiatur laqueo* (Bibl Goth. *gladio*) *oculorum suorum in me.* Aduerte oculos venustam puellam spectantes, dici *laqueos* quibus anima capitur,

Marginalia: Greg. — Cerda. — 149. — Iul. Firm. l. 5. Mathes. Oculorũ passiua cupiditas. Rhenan. Septim. — 147. Septim. c. 7. de Veland. virg. — Hier. Ambros. Oculorum scortatio. — Clem. Alex. in Adhort. ad Gent. — Tertull. 148. — Tertul. l. de Veland. virg. c. 15. Cerda. — 150. Iudith. — Bibl. Goth.

Digitized by Google

capitur, irritetur; dici *gladios* quibus feritur graui caſtitatis vulnere ad æternaturam mortem: Nec prætereundum eſt prudentiſſimam fœminam, ſic piè præſumpſiſſe de oculorum periculo, vt ex omnibus ſenſibus, huic potiùs piè inſidiari intenter: ô repetitas & funeſtas ab oculis calamitates, clades, ſtrages!

Gell.

Chryſoſt. Lucæ.
Ex luto, & ſaliua Chriſti conflantur oculi.

151. Denique non omittam hîc difficultatem, quæ ſtatim occurrit. Nempe, ſi tot tantáque pericula ab oculis imminent, ideoque nonnulli apud Gellium lib. 10. vltrò ſe oculis orbarunt, vt remoto videndi periculo, faciliùs, & feliciùs virtuti vacarent; quomodo Chriſtus Deus egregius hominum amator, toties in Euangelio oculos reſtituit hominibus cæcitate laborantibus, vel potiùs cæcitate fruentibus? Præſtaret oculorum periculoſa lumina extinguere quàm redaccendere. S. Chryſoſtomus allegatus in Catena ad illud Lucæ 18. v. 24. vbi cæco illi oculos deprecanti, dixit Chriſtus: *Reſpice, fides tua te ſaluum fecit* (potiùs videtur damnare ad periculum videndi) *& confeſtim vidit*: ita fatur Chryſoſtomus: *Veſtitur autem vox Chriſti in lucem languentis: erat enim Verbum veræ lucis, unde ſequitur: & confeſtim vidit.* Vides ex Saluatoris puriſſima voce quaſi materiatos fuiſſe oculos, quos Chriſtus Deus reſtituit cæco? Ab eiuſmodi oculis ſaluus fit, qui ab humanis oculis periculum ſaluationis ſubiret. Chryſoſtomo concinit Theophylactus de more, qui explicans illud Ioan. 9. v. 6. quando Chriſtus vt daret oculos cæco à natiuitate, *Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloë*, eleganter addubitat, quare lutum es ſaliua Chriſti coactum, dilui iubeat Siloë aquis. Tollit inſtrumentum miraculi, vt miraculum pateat? *Deinde*, verba ſunt Theophylacti, *vt ne putes, quod terra fuerit miraculum, iubet vt omne deponat lutum. Quidam autem dicunt quòd & lutum non ſit depoſitum, ſed formatum in oculum.* Quo alludere videtur Clemens Alexand. aiens: *Oculi autem Verbo inuncti.* Scilicet ſaliua Saluatoris non tantùm ſanat cæcitatem, ſed curat infirmam oculorum naturam. Nempe lutum ex Chriſti ſaliua coalitum præbeat materiam oculis, vt ſanet agnatos oculorum morbos. Neque enim Saluator dat periculum, ſed remedium; dat oculos abſque oculorum vitio; ne qui curatur à cæcitate, ægrotet à viſu, vt qui feliciter cæcus erat ad culpam, feliciùs videat ad gratiam.

Ioan.

Theoph.

Clem Alex. l. 2. Pædag. cap. 12.

---

§. XXVII.

Oculorum nutibus aliquem traducere, clancularia irriſione, vrbanum detractionis genus eſt.

Iudith.

Sen. l. de Remed. fort.
Oculus vrbanè detrahit.

152. OCuli malè inſtituit non tantùm libidinis malo, ſed etiam obmurmurationis vitio laborant: nam aſpectus hîc, verſ. 13. & dicitur laqueus ad implicandum animam turpiſſimis libidinibus, & ſimul gladius ad iugulandam aliorum famam. Non benè audit detractor, ipſâ detractione ſeſe dehoneſtat, & prodit: neque dum obmurmurat tam de te loquitur, quàm de ſe: *Non poteſt vllam auctoritatem habere ſententia, vbi qui damnandus eſt damnat*, inquit Seneca. Patientia offenſi, offendentis linguam plus offendit, & ſilentium ipſum fatigat, & referiri obmurmurantis improbam audaciam. Cùm ergo apud prudentes viros contumelioſum ſit detrahendi vitium, quidam ne non delicientur ſubſannandi voluptate, nequeunt ruſticanè obmurmurare linguâ, quo vrbanè, oculis inquam, detrahant. Nimirum inſidâ, & malâ pace linguam exarmant, & armant oculos nutuum detractione. Implent oculos maledicentiâ, vt vrbano ſtylo ſubſtituant linguæ ignominiam. Vnde officina videndi, arbitrium murmurandi facta eſt. Neque enim oculi tantùm ſunt irritamenta voluptatis, & duces libidinis, cùm huic adulterium monſtrent, huic inceſtum propinent, illi expromptam ſcortationem, & facilem paratu libidinem elaborent; ſed etiam latitudines procurent, & extra terminos ſuæ potentiæ dilatari præſumentes ambitione delinquendi alienum linguæ officium licentioſè ſubſtituant, & oculorum nutibus linguatè obmurmurare, & aliorum mordere famam dentato oculorum ore, planè ambiunt. Hanc oculorum linguatam detractionem caſtigare mens eſt in hoc §. ne vrbanè fiat quod niſi prauè fieri non poteſt.

Prouerbior. Chald.

Oculi adnutu irriſorio mordent.

153. Prouerbior. 16. v. 30. *Qui attonitis oculis cogitat praua: mordens labia ſua perficit malum.* Chaldaica paraphraſis, ſic locum exſcribit: *Qui annuit oculis ſuis, & cogitat peruerſa.* Aduerte quòd nutus dicitur oculus attonitus: tonitru autem vox cæli, aut nubium eſt, quâ mortales attonat Deus, quaſi aſpectus ſeu adnutus vocalis ſit, & oculi ſint linguati horriſonâ cæli voce. Quod clariùs expreſſit poſterius ſententiæ hemiſtichium: *Mordens labia ſua perficit malum*, qui annuit oculis ſuis. Quid quæſo eſt labia mordere? τὸ *Mordens* in Hebræa origine eſt קירץ *korets* à radice קרץ *karats*, quod verbum ſæpius oculis tribuitur: & ita vulgò Hebraïzantes legunt: *Et annuens labiis ſuis perficit mala.* Audis hominem verſutum, ſeu verſipellem dici labiis ſuis annuere, & oculis mordere? Profectò nutus, & abnutus negotium oculorum eſt, non linguæ: & morſus res eſt dentati oris, non lucidi aſpectus. Aut fortè, ſi potes dantato oculorum lumine morde aduerſarium. *Pectines Solis*, aut luminis legimus in Tertulliano: at dentes in oculis ſeu luminibus nuſquam audimus, ô placidos luminum dentes! Imò ſæuos & truces. Siquidem oculorum nutus officium dentium ſubſtituunt, & diſſimulato nictu vrbanè obmurmurant, furtiuè mordent, lacerant aliorum famam. Pſal. 57. v. 7. *Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum*; quaſi non tantùm in ore, ſed etiam alibi in oculis inquam, dentes ſint ad detractionis morſum amariſſimum. Vnde oculi mordere dicuntur à Salomone.

Tertull.

Pſal.

Iſaiæ.

Sanctius.

Tranſl. Hiſp.

Philo.

154. Seueriſſima ſupplicia Hieroſolymitanis fœminis minitatur Deus, Iſaiæ 3. v. 16. Quænam earum culpa, quæ ſic prouocauit diuinas iras? *Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, &c.* Quidnam eſt nutibus ire, quod ſic proritat iracundiam Dei? Fortè meretricius inceſſus hîc taxatur: nam vagæ, læuiculæque mulierculæ inter eundum petulantibus oculis nictant, arrident aliis, propinántque amantibus libidinis poculum, neque minùs ipſæ interim perniciosè hauriunt: quæ eſt interpretatio Sanctij ex communi Expoſitorum ſententia. Non abnuo magiſtro. Sed Prophetæ verba aliam etiam capiunt expoſitionem, quam parturit Tranſlatio Hiſpanica, ſic exſcribens illud, *Nutibus oculorum ibant? Falſeantes de ojos.* Nimirum oculorum deflexis nutibus diſſimulanter obmurmurant, & quod linguæ detrahunt, indulgent oculis adulterinâ detractione, & ſeductrice oculorum linguâ: id ſonat, *Falſeantes de ojos.* Ad quod

alludere

Digitized by Google

alludere videtur Philo Hebræus in lib. de specialibus legibus, vbi inquit, *Stultorum pupillæ oberrant*, Græcè μύη, hoc est nitant: Quasi idem sit nictare, ac oberrare, seu falli aut fallere. Et quidem oculorum nutibus innui seductionem, perspicuum est ex illo Prouerbior. 6. v. 25. *Nec capiaris nutibus illius.* Quæ verba sic expressit Chaldæus: *Nec seducat te palpebris suis.* Nam cui vrbana lingua detrahere renuit, ne contumeliosa sibi sit, eundem palpebris vrbanè prodit oculus, & nutu seductario actiùs pungit. Audiendus est Tertullianus; ita scribens de Chamæleonte: *Circumspectu emissitij ocelli, imò luminis puncta vertiginant.* Vidi oculis, oculorum aciem, seu nictationem dici *luminis puncta*; quibus obmurmuratrix oculorum vis circumspectu, & emissitiis oculis vtens, luminis dissimulata tela eiaculatur, quibus punctim ferit: & cruentat aliorum famam. Caue ne qui tibi linguâ adulantur amicè, inimicis oculis dissimulanter prodant spuriâ detractione. Ne falsi oculorum nutus (*Falseantes de ojos*) seducant te palpebris suis, in te puncta luminis subobscurè vibrantes.

Emissitij ocelli, luminis puncta. Prou. Chald. Tertull. l. de Pallio, c. 3.

155 Ecclesiastici 27. v. 25. *Annuens oculo fabricat iniqua, &c. In conspectu oculorum tuorum indulcat os suum* (vide sympathiam oculorum & oris ad nictandum) *& super sermones tuos admirabitur, nouissimè autem peruertet os suum, & verbis tuis dabit scandalum.* Nimirum subsannationis nutus fabricat iniuriam, & famam destruit, nictandóque obdulcat oculorum ora voluptate detrahendi; sed tandem scandalum & perniciem parat. Quodnam est hoc malum, quod nutus fabricat? Prouerbiorum 10. v. 10. *Qui annuit oculo dabit dolorem.* In Hebræa origine ita scribitur: *Secans oculo dabit dolorem.* Quod autem *secare oculis* sit idem quod innuere seu nictare, in comperto est ex vtraque eruditione: & ex hoc loco liquidò constat. Et ratio est, quoniam nictator oculis secare dicitur, quia irrisione si quis vel detractione dolorem & contumeliam affert aliis, animos illorum, quos subsannat, mirum in modum sauciat. Hinc excitatur querela Dauidis, vel potiùs Saluatoris, Psal. 34. v. 19. *Qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, annuunt oculis.* Vocula enim *Et*, cùm dicitur in vulgata editione, *& annuunt oculis*, à quibusdam expungitur apud Lorinum ibi: Vnde inimici & proditoris est, nutibus aliquem subsannare. *Acie figere, & digito destinare, & nutu tradere*, dixit Tertull. Quid est oculorum *acie figere*, nisi *oculo secare? Digito* intento *destinare*, planè est sannis irridere, & vt infamem ostendere. Et *nutu tradere*, vel potiùs *Traducere*, vt Andræas Hoyus indicat legendum, est deridentium, & oculorum lingua obmurmurantium aliquid inter se clanculum, quod palam facere, non fit impunè: cùm neque coniectis in hominem, rémve oculis, id facere licet: tum clanculario saltem adnutu vaferrimè demonstratur. Quod si oculorum acies nutu figit, & traducit irrisoriè, nil mirum si ingentem faciat dolorem, & qui annuit oculis *acie figere*, & *oculo secare* dicatur. Vnde hîc v. 13. *Gladius oculorum* dicitur, qui non tantùm castitatem iugulat amatoriis ictibus, sed etiam famam nutu traducit; nictatione figit, secat animam. Heu oculorum pericula! Certè oculi lasciuiæ fomes sunt, illecebræ ad rapinam, detractionis vrbanæ arbitrium, *irritamenta vitiorum; & duces scelerum.*

Eccli. Oculi secare detractione. Prou. Psalm. Lorin. Tertul. l. de Pallio, c. 4. Hoyus. Iudith. Senec. de Remed. fort.

§. XXVIII.

Hominis voce linguatus est malus Dæmon ad patrandum flagitiosiora scelera.

HOminis lingua, malitiæ promptuarium est, & virtutum pestis, & excetra malorum. Quædam vitia mercede voluptatis linguam conducunt, aliis gratis lingua seruit, & sumptuosè militat aduersus virtutem. Nulla fortè est perniciosior iactura virtutis, quàm ea, quæ à lingua est. Homines, ait S. Nazianzenus: *In verbis perinde, atque in alea ludo versantur.* Aleæ ludus præceps admodum est, & vno volatu opulentas facultates vertit ad extraneos: sic linguæ præcipitis vsus, arcanos virtutis thesauros commutat in deterrima vitia, omnémque malitiam opulentat, vegetat, animat. Prouerb. 14. v. 3. *In ore stulti virga superbiæ.* Pro τὸ *virga*, Hebraicè habetur חוטר (*hoter*, quæ vox *baculum*, & *sceptrum* significat; quasi lingua garrula sit *baculum*, & fulcrum, quo nititur malitia, & basis iniquitatis. Viuaciùs dicitur *sceptrum*; ac si lingua habeat sceptrum, & regiam potestatem ad omne nefas. Lingua rixas excitat, luxuriam fouet, iras alit, simultates nutrit, iactantiam prodit, superbiam ædificat; honorem denigrat, infamiam propagat: *Lingua ignis est, Vniuersitas iniquitatis.* Iacob. 3. v. 6. Oecumenius, *mundus iniquitatis*; quasi lingua expoliat, concinnet; & adornet iniquitatem (quæ expositio alterius §. materies, & argumentum esto.) Syriaca: *mundus peccati*, id est, *vn mundo de peccados. Vniuersitas iniquitatis, mundus peccati*; ac si omne peccatum à lingua fit, & linguæ ministerio constet. 156

Lingua est aleæ ludus. Naz. or. 1. de Theologia. Prou. Lingua est mundus iniquitatis. Iacob. Oecum. Syriaca.

Matthæi 3. v. 11. Baptista Ioannes hæc prædicit de Christo Deo: *Ipse vos baptizabit in Spiritu-Sancto, & igne.* Quis est hic Baptismus igne Spiritus-Sancti perficiendus? Baptismum aquæ, cui supernatat munificentior Spiritus-Sancti gratia, suscipit, & suspicit Ecclesia; At non conuenit inter Expositores, & Scholasticos, quidnam sit hoc igneum Baptisma Spiritus-Sancti, & vbi, & quomodo perficiendum. Audi grauissima S. Hieronymi verba, præfatam Matthæi sententiam commentantis: *Vos baptizabit in Spiritu-Sancto, & igni; quia ignis & Spiritus-Sanctus, quo descendente sedit quasi ignis super linguas credentium.* Quasi ignis Spiritus-Sancti sit humanæ linguæ Baptismus. Nempe cùm hominis lingua sit vniuersitas iniquitatis, malitiæ mundus, & quasi aliud generale, seu originale delictum, quod serpit in omnes, oportebat, vt speciali aliquo Spiritus-Sancti Baptismo ignis excoqueretur generale linguæ vitium, & lingua baptizaretur ad spiritualem munditiem. Quò alludere videtur S. Chrysolog. aiens: *Mundate labia, iustificate linguam:* Ac si ipsamet lingua igneo Spiritus-Sancti baptismate iustificanda foret à communi labiorum vitio. 157

Matth. Lingua baptizatur. Hier. Chrysol. serm. 62.

Luc. 16. v. 24. Diues ille quondam delicatus, nondum satis obduratus ad ferendas inferni flammas, sic alloquitur Abrahamum: *Miserere mei & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Ad hæc verba acutè sic addubitat Chrysolog. *Vt refrigeret linguam meam: quasi reliquum corporis ab incendio haberet immune.* Et mox: *Lingua maius sentit incendium.* Quare sic æstulatur lingua in inferno, vt quasi reliqua membra vacarent ab incendio, adustio linguæ sic affligit 158

Luc. Lingua magis excruciatur à gehenna. Chrysol. serm. 66.

Digitized by Google

aſſligit damnatum, vt vnius linguæ refrigerium exambiat? nonne ſapiens pœna pro criminum ſede, & qualitate excruciabit damnatos (Cur linguæ agglomerantur globi, niſi quia participat criminum omnium exitialem malitiam? Siquidem cùm lingua ſit *Vniuerſitas iniquitatis*, & quaſi generale quoddam peccatum, rea eſt viuacioris incendij. Vnde diues ille damnatus, gehennalibus incendiis æſtuans expetit vt Lazarus *refrigeret linguam, quaſi reliquum corpus ab incendio haberet immune.* Lingua enim tantò maius ſentit incendium, quantò ſeſe dilatat ad ampliora delicta, & inuitiatur reliquorum criminum flagitioſo reatu.

159. Luc. Titus. Lingua humana, Dæmonis ſinguа dicitur.

Luc. 11. v. 14. *Erat Ieſus eyciens Dæmonium, & illud erat mutum.* Titus Boſtrenſ. eleganter notat quod *mutum vel ſurdum dicit Dæmonium*: & potiùs hominem Dæmonio obſeſſum debuit dicere mutum. Quamobrem, non homo ille energumenus, ſed Dæmon ipſe dicitur mutus, quando hominis impeditur lingua, non Dæmonis? Cur vitium hominis imputatur Dæmoni? Similem quæſtiunc. tractat. S. Chryſologus ſuper illis verbis Marc. 9. v. 16. *Attuli filium meum habentem ſpiritum mutum.* Sic fatur Chryſolog. (Chryſol. ſerm 52. Marc.) *Non dixit attuli filium meum, ſurdum, & mutum, ſed attuli filium meum habentem ſpiritum ſurdum, & mutum. Nunquid nequitia ſpiritualis humanis diſtinguitur membris, & ſenſibus anguſtatur humanis, & debilitates noſtras, noſtras perferat paſſiones?* Scilicet quando homo linguæ ſuæ vſuram amiſit, tunc Dæmon dicitur mutus, ac ſi humana lingua potiùs ſit lingua Dæmonis, quàm hominis: neque enimt am homo, qui ſuæ linguæ perdidit vſum, mutus dicitur; & planè Dæmonium appellatur mutum, quando hominis lingua impeditur. Heu! humana lingua infernale aut Dæmoniacum (ſic fari liceat, (membrum dicitur! Et malus Dæmon aptiſſimum ſuæ malitiæ inſtrumentum aſſumit, quaſi plus nociturus lingua humana, quàm Dæmoniaca. Vnde, etſi ipſe ſemper linguatus ſit, & propriæ linguæ vſum expeditum habeat, cùm lingua humana muta eſt, & ipſe quoque mutus nuncupatur Euangeliſtæ ore. *Erat Ieſus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum.* ô humanam, vel potiùs Diabolicam linguam!

160. Geneſ.

Haud abſimile eſt illud Geneſis 3. verſ. 1. vbi aſtutus ille ſerpens à Diabolo inſtinctus, nequioris malitiæ vaframento protoparentes calidiſſimè euertit: Scilicet formam mutuauit ſerpentis, qui Symbolum eſt vaferrimæ aſtutiæ, & hominis linguam, ſeu vocem illi ſuggeſſit: ſiquidem ſerpentem Dæmonem humanâ voce vſum fuiſſe, in confeſſo ferè eſt apud Expoſitores. (Serpens Dæmon humana voce & linguâ vtitur.) Audiendus eſt ſuper hac re Baſil. Seleuc. (Baſil. Seleuc. Orat 2.) *Serpens, inquit, hominis ſubiectus erat arbitrio: ſic enim factum eſt, vt linguam Diabolo commodarit.* Ecce tibi accommodata inſtrumenta ad nequiorem malitiam: nempe adeſt ſerpentis malitioſa aſtutia, atque Dæmonis infernalis malitia; & ne quid ad nocendum deeſſet, humanam linguam mutuatur ab homine, & ſic patratur exitiale nefas humanæ euerſionis. Mirater tantum flagitium commiſſum niſi hominis lingua interueniſſet ad nefas. Non ſerpentis venenato ſibilo, non ſæua, & arcana Diabolorum voce, ſed humana linguâ patrandum erat exitiale nefas primæui delicti. Lingua euertitur victrix Aſſyriorum potentia hîc v. 13. quæ belli machinis vinci non poterat.

§. XXIX.

Commentarius litteralis.

Verſ. 14. Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam illum; & virtutem, vt euertam illum.

VAtablus ita ſcribit hunc verſiculum: *Confirma animum meum, vt contemnam illum, & quâ perdam illum virtute, me corrobora.* Cæteræ ſcriptiones Græcæ omittunt hæc verba. Biblia Gotthica, Lyra, Hugo, Carthuſianus, ſic habent: *Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam illum; & virtutem eius, vt euertam illum:* Lyra, & Hugo in margine huius capitis, nouam verſionem exſcribunt: *Da mihi in animo conſtantiam, vt conteram illum, & in virtute tua, vt euertam illum.* Sententia huius verſiculi facilis & expedita eſt. Nempe Iuditha fœmina princeps, & planè heroïna, ſed fœmina, audet virile facinus, & ſupra humanas vires: vnde fœmineæ imbecillitatis conſcia, ſuſpecta ſibi eſt de muliebri inconſtantia ad exequendum facinus vltra muliebre faſtigium. Vnde à Deo petit viriles animos, & conſtantiam piè, pertinacem: *Ne fœminea inſtabilitate, aut mollitie, ſeu formidine vincar, & flectar*, ait Dionyſius. Sed quid eſt, *Vt contemnam illum?* Tantine Iuditha æſtimet Holofernem vt ſibi ſollicitè caueat, ne non poſſit contemnere illum? Carthuſianus cenſet, valde difficile eſſe contemnere tyrannum; fortè quia tyrannus nimirum timendus eſt, cùm ipſe contemnat ius, & fas, omniáque pro libidine adminiſtret, & violenter vel in chariſſimos & familiariſſimos pro nutu deſæuiat. Quid (præter Deum) à mortalibus timendum magis, quàm tyrannicum regimen? Non potentiam ſed tyrannidem Holofernis timet Iuditha, timet & probus quiſque: quia apud tyrannum pietas ſolet eſſe reatus; & impietas impunè ouat, & triumphat. Præterea fœminarum agnata ambitio maximi æſtimat viros peritia illuſtres, nobilitate conſpicuos, opibus ſuperbos, victoriis inclytos: vnde timet Iuditha, ne titubet caſtitatis conſtantis, ſi tenerè adametur, & fauoribus augeatur à principe Holoferne. Aliter, & benè quidem explicat Lyra illud *contemnam.* Vt ſenſus ſit: *Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam illum, id eſt, vt non timeam, nec horream occidere illum.* Nam ad grande illud facinus aggrediendum virilior conſtantia ſolitat expaueſcere, & expalleſcere. Cui expoſitioni fauet illa marginalis exſcriptio, quæ pro *τὸ contemnam illum*, vertit, *vt conteram illum.* Adhuc ſimpliciùs explicari poteſt locus: Ait enim Iuditha: *Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam illum*, hoc eſt, illius copias militares, victrices Holofernis acies, ipſius robur, vires, valentiam, qua toto orbe formidabilis habetur. Quaſi dicat: Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam, hæc omnia, ego imbellis fœmina audeam pia temeritate illum inuadere, truncare, detriumphare, Pergit:

Et virtutem, vt euertam illum. Id eſt, animos & vires, quæ *virtus* appellatur, vt illum viriliter ſuperem, & trucidem. Verùm non eſt omninò prætereunda antiquior verſio: *Da mihi, &c. & virtutem illius, vt euertam illum.* Num tyrannicas vires, & tyranni potentiam petit, Iuditha à Deo, ad euertendum Holofernem? Carthuſian. ſic locum interpretatur

161. Vers. XIV. Vatabl. Bibl. Gotth. Lyra. Hugo. Carthuſ. — Dionyſ. — Carthuſ. — 162. Iuditha timet amari. — Lyranus. — 163.

interpretatur. *Da mihi virtutem illius, vt euertam illum, Id est, abusum potestatis eius, vt euertam illum.* Quasi dicat Iudith: Scio Holofernem me tam ardenter amaturum, vt cæca libidine imprudens, se, suáque omnia mihi, imò & voluntatis suæ arbitrium tradat, sui potestatem mihi peramanter faciens; fac ergo vt piè eius potestate abutar licita ingratitudine, qua beneficia in me munificè collata, rependam truci cæde, ob beneuolentiam erga populum meum. Quis enim nisi inhumaniter ingratus, abuti potest beneficio aduersus caput conferentis? Scilicet, Permitte me esse ingratam aduersus tyrannum, vt grata sim erga Dei cultum, & patrios Lares. At moralior, quam litteralior est eiusmodi interpretatio. Ait ergo Iudith. *Da mihi virtutem illius, vt euertam illum.* Id est, Permitte in manu mea gladium, qui est virtus, & valentia illius, vt illum euertam. Quod suprà dixerat: *Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur.* Idem, inquam, repetit Scripturarum more.

Sit femina aduersus procos beneficos ingrata.

VERS. 15 161. *Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus feminæ deiecerit eum.* Biblia Sixti: *Frange eorum celsitudinem in manu feminæ.* Non discrepant Septuaginta, Biblia Complut & Regia. Vatablus: *Pertinebit enim hoc ad memoriam nominis tui, si eum feminea manus prostrauerit.* Quasi dicat Juditha: Non meæ gloriæ inuigilo; hoc vnum exambio, vt Dei perfulgeat nomen, & amplificetur Imperium: si ego Holofernem, sæuum religionis hostem truncauero. *Hoc memoriale nominis tui.* Quid est. *Memoriale*? Innocentius explicat illud Psalm. 101. v. 13. *Hoc memoriale tuum in generationem & generationem*, de memoria, qua nostri memor erit Deus. Feliciùs S. Bruno ibi exponit de memoria, quâ retineri debet à nobis eiusmodi beneficium. Vnde, *Memoriale tuum in generationem, & generationem*, quidam vertunt, *memoriam, mentionem de Deo, famam, celebritatem.* Itaque sensus est: *Erit hoc memoriale nominis tui*, id est, monimentum, quod perpetuò prædicet famam, celebritatem, & gloriam nominis tui; *non enim poterit imputari virtuti humanæ, sed diuinæ* (ait Lyra) *cùm manus feminæ deiecerit eum*, feminæ, inquam, id est, *sexus fragilis*, inquit Anselmus, & Hugo, *Eum*, id est, Holofernem, hominem superbum, præpotentem, crudelem, cui nullus Principum potest, vel audet resistere. Vnde apertissimè innotescet, hoc esse illustre opus prouidentiæ, & omnipotentiæ diuinæ: Tibi, ô Deus accrescent tantæ gloriæ stipendia mihi fæminæ elogiũ cognatæ imbecillitatis: quæ est expositio Carthusiani. Præfata verba explicat Serarius in Exodũ ad c. 3. v. 14. & ad c. 6. v. 3. & Petrus Faber in I. Dodecameri c 5.

Sixti. Vatabl. Quid significetur nomine memorialis. Innoc. Psalm. S. Bruno. Lyra. Anselm. Hugo. Carthus. Serar. Faber.

VERS. 16. 165. *Non enim in multitudine est virtus tua, Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* In Bibliis Sixtianis suauissima hæc: *Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus, sed humilium es Deus, minorum es adiutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum saluator.* Septuaginta, Biblia Complut. & Regia ferè non dissentiunt Vatablus paulò aliter scribit, sed eodem sensu. Expendenda sunt singula: *Non in multitudine est virtus tua, Domine.* Hîc *virtus* idem est, ac potentia, vires, robur: in Bibliis obuia sunt exempla vel imperito. Sensus ergo est: Holofernes arroganter confidit in multitudine bellatorum, vt Zara Æthiopum Rex contra Regem Asa. 2. Paralip. 14. v. 11. *Sed non est apud te vlla distantia, vtrùm in paucis auxilieris, an in multis:* quas voces ingeminauit Iudas, 1. Machab. 3. v. 18. & Artabanus apud Herodot. lib. 7. & Ferrãdus Cartag in 1. regula, idem probat ex hoc loco Iudithæ. Nam humani reges egent militum multitudine, & auxiliaribus sociis: at Deus cùm in se. & ex se sit omnipotens, ipse eualet hostes profligare siue in multis, siue in paucis, suæ voluntatis nutu. Ita Lyra, Hugo, Carthusianus, Sanctius & Serarius quæst. 2.

Bibl. Sixt. Vatabl. 1. Paral. 1. Mach. Herod. Ferrand. Lyra. Hugo. Carthus. Sanct. Serar.

Neque in equorum viribus voluntas tua est. Hîc *voluntas* sumitur pro beneplacito; Ita Carthus. & P. Sâ. Nempe beneplacitum est tibi non in robore quadrigarum, vel in valentia numerosi exercitus; sed viribus animosæ spei, hostes vincere, & profligare: Iuxta illud Psalm. 146. v. 10. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, neque in tibiis viri beneplacitum erit ei.* Hæc verba psalmi eũdem reddere sensum, ac verba Iudithæ, disertè tradit Lorinus inibi. Nota Tò *equos* per figuram Leptotitos accipi pro equitantibus super equos; sicut è contrario, sæpe *eques* sumitur pro *equo*, vt docet Seruius ad 3. Georgic. & Macro. lib. 6. c. vltimo, & Gellius lib. 18. cap 5.

Carthus. Sa. Psalm. Equus pro equite. Lorin. Seru. Macrob. Gelli.

166. *Nec superbi ab initio placuerunt tibi.* Superbi ab initio quos deiecit Deus, sunt Angeli apostatæ, quos superbè tumentes præcipitauit in gehennæ baratrum, Isaiæ 14. & gigantes suis viribus arroganter superbientes quos immensis diluuij gurgitibus obruit. Cæterùm cùm Deus valde detestetur superbiæ typhum, remissè videtur loqui Iuditha, aiens; superbos *non placuisse* Deo; imò maximè illi displicuerunt. Ita planè, sed moris est Scripturarum sæpe vti figura, quæ Liptote dicitur, hoc est diminutio, vel λιτότης, id est, tenuitas: solitas enim res magnas parùm significantibus verbis exponere. Prouerb. 6. v. 12. *Homo apostata, vir inutilis* & suprà Iudith. cap. 1. vers. 12. & 2. vers 1. iurauit Nabuchodonosor, *Quod defenderet se*, & sæuam vltionem meditatur, vt inibi pluribus exposuimus. Michææ 2. v. 1. *Va qui cogitatis inutile*, & tamen Tò *inutile* Hebraicè dicitur און *aven*, quod inutile, & peccatum, & idolum significat: de quo latè interpretes in cap. 4. Osee. Et 1 Machab. 2. v. 1. *Non est nobis vtile relinquere legem, & iustitias Dei.* Hoc modo loquendi vti etiam Homerum & Virgilium tradit Gellius lib. 2. noct. Attic. cap. 6. ibi possunt videri. Et huius figuræ rationem reddit Ribera in Michææ cap. 2. num. 1. & 2. Vnde Iuditha inquit; *Nec superbi ab initio placuerunt tibi:* Id est, nunquam placuerunt: indicium autem est sceleratioris malitiæ nullum vnquam fecisse opus Deo placitum. Ecce res ipsa sui extenuatione ingeniosè exaggeratur.

Isaiæ. Aliquando res ipsa extenuatione exaggeratur. Prou. Iudith. Michææ. 1. Mach. Gelli. Ribera.

Sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Locus facilis, neque interpretis indigus, & quem eruditè versant Hector Pintus in Ezechielis cap. 41. ad illa verba, *Et ostium lateris adorationem*, & noster Lorinus in Psalm. 101. v. 18. explicans eandem sententiam: *Respexit ad orationem humilium, & non spreuit precem eorum.* Inibi plura conglobant Scripturæ loca, huic Iudithæ sententiæ parallela Nolo onerare locum, videantur in præfatis auctoribus. Adde Carthusianum hîc, qui ex Scriptura & Patribus idem confirmat.

Hector. Ezech. Lorin. Psalm.

Ee §. XXX.

Digitized by Google

§. XXX.

Castitas, quæ sibi nimis suspecta, & meticulosa est, desciscit à generositate perfectioris pudicitiæ.

167. TEnera res est virginitas: nitor sanctitatis est, & inde delicatus, & fugitiuus splendor. Flos virtutis est: at flores vnâ die è papillis erumpunt læti, nitent, florent; & deflorescunt, & marcent eâdem die. Non est valdè gloriosa res Castitas, quæ ab obfirmato proposito non satis in tuto est; sed nimis sibi timet: nam frequens, & anxia suspicio circa periculum amissionis, deuenustat gloriam possessionis. Cæteris virtutibus frueris dum animum ad ipsas componis, & dum opposita vitia emendas; alia tamen gloria est virginitatis ab omni mentis labe puræ, & splendidæ; quæ sæpe dũ se ad honestatem sollicitiùs componit, dissoluitur; & dum accuratiùs emendat, emendatione digna sæpè facit: & cùm anxiè sibi præcauet occasiones, ab ipsâ sollicita præcautione nõ satis tuta probatur. Heu! videas aliquos, qui cùm inhonestatẽ nimis meticulosè fugiunt, in libidinem incurrũt, & libidinis anxia fuga castitatem nõ tutantur, sed in remedio periclitantur. Vnde aliquando solicitior fuga, suspecta libidinis est. Vide ne inhonestatis antidotus libidinẽ propinet. Caue sæpè à sollicitiori remedio. Sic est tenera castitatis valetudo! Huius thematis sensum, thematis pro'atio publicat.

168. Luc. Castitas non sit nimis suspiciosa periculi. Lucæ 1. v. 29. apparet Angelus virgini Deiparæ sub specie iuuenis venustissimi, placidè virginem affatur, vrbanè, & honorificè salutat. At B. Virgo honestatis typus, & pudoris meta, *Turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.* Quid turbatur pacatissima Mariæ mens ab Angeli aspectu & colloquio? Neque enim peregrinatur in Angelo, quæ associata Angelorum collegio frequens erat ad eorum conuersationem. Nolo esse longior in referendis Sanctorum Patrum sententiis, quas vbertim tradit sapiẽtissimus Cardin. Toletus. (Tolet.) Adducam expositionem Theophylacti in horum verborum commentario. Sic scribit Theophylactus (Theoph.): *Considerat autem Maria de salutatione, qualisnam esset; num absurda, & procatrix, ac qualis viri ad puellam? an diuina?* Ad eundem modum opinatur S. Bernardus (Bernard.) in ser. de B. Virgine in illud Apocalypsis 12. *Signum magnum*, &c. & S. Hieronym. (Hier.) in epistola ad Eustochium. Verùm P. Maldonatus plurimorum Patrum interpretationem secutus, ægrè fert, Beatissimam Virginem amatoria verba vel subaudiisse, vel illi suspecta fuisse. Sic generosè de Deiparæ puritate sentiebat! Scribam præter morem meum eius verba, quæ planè æmulantur Ambrosij in excogitando, acumen; in eloquendo, felicitatem: (Maldon.) *Sanctissimam Virginem vel suspicatam tantùm fuisse aliquid amatorium, indignum mihi videtur tantâ eius puritate. Simplex esse debet, & minimè suspiciosa virginitas, quæ non solùm, quæ non licent, appetendo, & quòd minùs est, cogitando: sed etiam de aliis, vt se ipsam tueatur, suspicando, quodammodò maculatur. Angelicam ergo prorsus in Maria puritatem ponendam existimo: Angeli verò ne suspicari quidem, aut timeri periculum vllum puritati suæ possunt.* Verba planè Ambrosiana pietate, & maiestate digna. Scilicet felix & beatus Mariæ pudor non tantùm indignũ se putat, cogitare quicquam minùs purum; sed etiã nimis meticulosè refutare: suspecta est illi omnis eiusmodi suspicio; maculum quodãmodò putaret vel nimis suspicacem cautelã à macula. Planè Maria æmulatur Angelicam puritatẽ abdicatione suspicionis: ac si nec possibile sibi existimaret vllum pudicitiæ vel periculum, vel detrimentũ. Vsque adeò enim delicata res est purior virginitas, vt ab auxiliatrice gratia tutã se piè præsumat in propositi asylo, absque nimiæ suspicacis cautelæ præsidio. Nam periculi inhonesti fuga, rẽ periculi repræsentat; quæuis autẽ inhonesta repræsentatio occasionis ansam de se porrigit vulgo hominum. Ergo Mariana puritas fugit fugam periculi, neque hîc periculum inhonestatis suspicatur, quam sic tutatur felicior gratia. Suspecta est illis omnis suspicio, ne suspicio tacitè culpet quam gratia præmaturè tuetur. Quid luculentius pro hac re?

169. Vel excusatio libidinis non est satis tuta. Mirantur interpretes Iosephi modestiam, qui sollicitati adulterij accusatus, maluit haberi flagitij, quàm libidinis excusatæ reus. Genesis 39. v. 15. proponitur Adolescentulus Ioseph, in ætate, quæ temperantiam proderet, in occasione, cui voluptatis violentia facilè cederet. Lenocinantur iuuenis libidini, feminæ venustas, pretiosior vestis, vel nuditas ornatior ad luxum, muliebris fucus, beneuolentia, artes, verba, oculi spirantes libidinum faces. Ioseph pia obstinatione adulterium recusat, quasi fore impossibile. Sic enim ait: (Genes.) *Quomodo possum hoc malum facere?* Sed tandem ac si timeret, & sibi suspectus foret, *Relicto in manu eius* (id est feminæ) *pallio, fugit, & egressus est foras.* Ecce tibi causam, ob quam Iosephus impudicitiæ accusatus excusationem non intentat; quam præclarè poterat: nam indicium retenti pallij, non se, sed petulantem feminam accusabat. Profectò eximia Iosephi castitas quæ paulò ante stuprum sibi, (ac si foret Angelus) ferè censebat impossibile, iam ab ipsa nimis anxia fuga periculi, suspecta sibi fuit. Vnde tametsi fuga sit præsidium castitatis, tamen ipsa valde meticulosa fuga innuit lapsus periculum, & ferè labantem pudicitiam arguit: nec satis tutus est, qui ansam periclitandi fugit. *Illa manus in Iosephum iniecit armatas libidine: ille tenacibus manibus retentam permittens vestem libidinis effugit ansas.* Pergit Basilius Seleu. (Basil. Orat. 8.) *Cùm pallij, quo manus accusantur, sit gestatrix, linguæ accusanti creditur.* Nimirum tametsi femina illa ostensione pallij, se libidinis accuset; at Iosephus non se excusat; nam ansa occasionis, & periculum luxuriandi fuga comprobatum, eximiam eius virginitatem fermè accusant. Adeò enim delicata res est purior virginitas, vt non solùm illicita appetendo, vel cogitando, sed etiam solicitius fugiendo, vel suspicando, quodammodò deuenustatur: (vt nuper dixit eleganter Maldonatus.) Non quia occasio fugienda non sit ad declinandum periculum; sed planè fuga periculum arguit, & imbecillitatem ad lapsum manifestat: non enim satis in tuto est, qui nimis fugit periculum, ipsa enim fugiendi anxietas addere solitat stimulos ad libidinem.

170. Daniel. Susanna timet vel ab excusatione pudoris. Danielis 13. celebris est Susannæ pudicitia. Accusatur à procacibus senibus, ab imperito populo adulterij falsò damnatur: Quis non miretur mutum castissimæ feminæ silentium? Arguitur adulterij, & tacet? Taciturnitas, quæ non vult respondere quod quæritur, concedere videtur quod obiicitur. Accusationem enim suam haud videtur

despicere

despicere non refellendo, sed confirmare tacendo. Benè quidem tacet, qui defensionem desperat. Bona causa semper ambit iustam defensionem: ne taciturnitas videatur concedere, quod negat conscientia. Verùm Susannæ pudicitia adeò pura & delicata est, vt vel à defensione timeat: suspecta est illis omnis excusatio. Et quæ in pomario adulterii recusauit, in tribunali recusat excusationis reatum. Ne vel ab excusatione, quæ libidinem refutat, prohibetur libidinis suspicio. Eleganter S. August. vel potius S. Maximus, ita scribit: *Susanna mulier inimicos suos tacuit, & vicit. Non enim apud Danielem in sermone tuitio est, sed in sancta femina, tacente lingua, pro ea castitas loquitur. Castitas enim Susannæ affuit in iudicio, quæ Euæ defuit in paradiso. Ibi enim pudori eius consuluit, hic saluti: Ibi ne macularetur pudicitia, hic, ne innocentia damnaretur.* Sic castissimæ Susannæ suspecta fuit vel iusta defensio, aut verissima excusatio. Purior castitas vel à defensione timet: & mauult iniustè pati probrosi criminis reatum, quàm esse ream excusationis: ne defensio quæ stuprum excusat, mentem accuset vel anxii timoris, vel nimiæ suspicionis, quæ procul est à castitate sanctiori, cui vel fuga nimis anxia insidiari clanculum solet.

Aug. serm. 118. de tempore. Maxim.

171. Geneseos 24. v. 65. E Mesopotamia egreditur Rebecca, Isaaco desponsata; Palæstinæ terminos ingressa, vidit Isaacum spatia facientem in agro, rogat quis esset, & vbi sponsum suũ esse comperit, è camelo desilit, & *tollens citò pallium operuit se.* Sudata verba Tertulliani, lubet expendere, si fortè aliquid non ita vulgare in vulgari loco liceat inuenire: *Desponsata quidem habentem exemplum Rebecca, quæ dum ad sponsum ignotum adhuc ignota produceretur simul ipsum cognouit esse quem de longinquo perspexerat, non sustinuit dexteræ colluctationem, nec osculi congressionem, nec salutationis communicationem, sed confessa quod senserat: id est; spiritu nuptam negauit virginem velata ibidem.* Adnotent hîc alii oculis fieri præmaturã viri & feminæ cõgressionem. At Tertullianus profundius rem concepit mente & parturiuit verbis. Nempe Rebecca dum velari festinat, ne vltra virum prospiciat, vel ab ipsâ prospectus fugâ, quâ se velat, virginitatem quasi prodit, & quodammodò culpat: nam tacitè *confessa quod senserat, id est spiritu* (seu mente) *nuptam, negauit virginem, velata ibidem. Tal vez el demasiado recado arguye flaqueça.* Ipsa enim sollicitudo, & impensior cura, quæ ansas libidinis auertit, labantem pudicitiæ constantiam sæpe arguit; & studium fugæ publicat imbecillitatem pudoris: siquidem vel nimis sollicita suspicio periculi, suspecta est perfectæ castitati: & vel periculi fuga, & fugit periculum, & se non esse in tuto demonstrat. Iuditha pudoris laude inclyta, in toto hoc capite 9. auxiliarem Deum precatur enixe, vt ipsa perficiat facinus egregium Hebræi populi liberandi. Postulat à Deo, vt Holofernes sit ipsi gratus, & sui amoris igniculis exagitetur, *Capiatur laqueo oculorum suorum in me & percuties eum ex labiis charitatis meæ.* Nunquid Iuditha sibi non timet ab amore Holofernis? sibi suspecta non est? Aduerte ad verba, quæ immediatè subdit vers. 14. *Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum.* Nempe petit constantiam ad Holofernem contemnendum, non ad redamandum principem, disertum, & munificum amatorem quod videtur adnotasse Carthusianus. Non enim audacter præsumit Iuditha de sua pudicitia, sed neque palam timet, nec suspecta illi est. Saltem renuit nimis sibi timere, ne anticipatus à formidine angor propositum purissimæ castimoniæ deuenustet. Vnde postulat constantiam, qua Holofernem contemnat, non qua Holofernianæ libidini non cedat. Ergo omnis eximia castitas dicat cum virgine Iosepho: *Quomodo possum hoc malum facere?* Adoro Tertull. de hac re hyperbolem: *Ex eo enim virgo desinit, ex quo potest non esse.*

Genes. Castitas nimis meticulosa se prodit. l. de Velan. Virgin. c. 11. Tertull.

Iudith.

Carthus.

Tertull. c. 11. l. de Velan. Virg.

§. XXXI.

Crescit meritum cum munere; vilitas officii sistat ambitionem merendi.

Nihil habet pauper miseria durius in se, quàm quod ridiculos homines facit. Haud facilè emergunt, quorum virtutibus, vilitas officii obstat, huic rara fides, exigua auctoritas, ambitio ad merendum nulla quæ ab æstimatione sui sæpe crescere solet. *Crescit enim in illo meritũ, cui manus datur officium,* inquit Cassiod. Nec semel decrescit, qui nũquam eualet emergere, neque ab officio animari ad bene merendum. Cassiodoro cõcinit Ennodius *Circa humiles,* inquit, *rara dignatio; optimus ille, qui celsior.* Suam arcanam quasi ambitionẽ habet virtus, & ab honoris munere extimulatur ad plus merendum: & nescio quid amplius meriti extorquet honorata dignitas, quod inhonoratum meritum aut otiosius meruisse sentitur, aut plenè non meruisse. Sic à vilitate personæ, & merita languere & vilescere solent. Dicimus Hispanè: *La dignidad pona en nueuas obligaciones: De quien se espera menos, menores obligaciones le corren.* Cælestis ille virtutum seminator pia prouentus auaritia exiit seminaturus rationale virtutis semen: *Et dum seminat* (Lucæ 8. vers. 5.) *aliud cecidit secus viam, & conculcatum est: & aliud cecidit supra petram, & natum aruit. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exorta spinæ suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.* Quater mittit cæleste semen diuinus iste seminator, & de tribus sationibus, vel fruges, vel herbã saltem percipit. Illa tantũ seminis pars, quę in via vestigiis obuiis exponitur, sic sterilescit ad fructũ, vt cõculcatione suffocata, nec tãtulũ geminet ad viriditatẽ. Optimè Sanctus Cyrillus *Aliud cecidit secus viã, arida autem est, & inculta quodãmodo omnis via, eo quod à cunctis conculcatur.* Profectò arua quantũuis pinguia sic à squalore vestigiorum arescunt, sic à vilitate conculcationis sterilescunt, vt non modo fructum non ferant, neque herbam, sed neque alterutrius spem conentur spondere. Nam quod conculcatur, quod vilipenditur, ab ipso conculcationis vilipendio infœcundum, & sterile, & aridum fit. Præsumit, nõ sperat, qui ex fundo à conculcatione vili, vel spem fructuum sperat. Nã proculcatio, ariditas terræ est, & negatio prouẽtus. Petrosus ager, & spinosus spes facit in herba; proculcatus autẽ vel spẽm fructuũ præmaturè negat.

172. Cassiod. l. 3. Variar. epist. 1. Ennod. l. 9. epist. 13. Proculcatus sterilescit. Luc. Cyrillus.

173. Lucæ 15. v. 18. filius ille nequam, & prodigus, frugi, & generosi patris degener impudenter partem suæ hæreditatis exposcit à patre, temerariè se absentat à paterno gremio, luxuriosè impendit censum iuuenili scortatione. Generoso sanguine satus iuuenis, in terra longinqua peregrinus, ab indecorã egestate vilescit, & squalidum ministerium suilli gregis pascendi sordidè subit. Quin-

Digitized by Google

imò etiam dum tunc meliùs ſapit, patris ſui mercenarius eſſe intentat. *Surgam*, inquit, *& ibo ad patrem meum & dicam ei : Iam non ſum dignus vocari filius tuus : fac me ſicut vnum de mercenariis tuis*. O ſordidas nobiliſſimi hominis cogitationes! etiam cùm meliùs ſapit, eſſe optat mercenarius ſeruus: Hic, hicmet pergit ad patrem ſuum,& oſculo reſtitutus in priſtinâ filij dignitatem, ſtatim generoſos haurit ſpiritus, & vltrò detrectat vile mercenariorum officium. Quod ſapienter aduertit S.Aug. ita ſcribens : *Iam non ſum dignus vocari filius tuus : Cùm enim panem non haberet, vel mercenarius eſſe cupiebat, quod poſt oſculum patris generosè iam dedignabatur.* Audis eundemmet hominē,qui dū miſer; & vilis erat,vile ſuilli gregis ſeruandi miniſterium expetit, & ſordidum mercenarij officium exambit,dum aſcendit ad dignitatis honorē confeſtim exuere ſuillos mores & mercenariam vilitatem, & generoſius ſapere? Ea nimirum, quæ nobiliſſimi patris nobilem filium non dedecent. Quaſi ipſa dignitatis ſublimitas generoſos animos ingereret ad virtutem. Eleganter Caſſiod.rationem reddit, quare *creſcit in illo meritum cuius maius datur officium. Non quia fiat homo alter honoribus, ſed quia modeſtior efficitur, à quo conuerſationis ordo modeſtior poſtulatur. Quis enim opinionem ſuam vituperabiliter tractari velit, quam ſpecialiter ad laudes electam eſſe cognoſcit.* Vnde filius prodigus paſcens porcos non dedignatur vile mercenariorum officium, nec mercenarios mores? at.ille honoribus auctus,non eſt ipſemet; generoſos ad virtutē ſpirat animos & ipſiſſimus ille,alter homo fit, iam *modeſtior efficitur, à quo conuerſationis ordo modeſtior poſtulatur.* Neque enim opinionem ſuam vituperabiliter tractari vult,quam ſpecialiter ad laudes electā eſſe cognoſcit.Sæpe enim maior dignitas eſt virtutis cuſtos,meriti prōptuarium,& vitiorum frænum:è contrario autem vilitas,peccandi licentia,& priuilegium vitij.

Luc.

A dignitate creſcit merendi ardor.

Aug. de Quæſt. Euang.l.2. quæſt.33.

Caſſiod. l.3.Variar. epiſt.10.

174. Exodi 9.v 8. Grauiſſima muſcarum plaga fermè domuerat peruicacem Pharaonis animum; vocat Moyſem, & Aaronem tantæ calamitatis auctores,& ius liberum illis indulget,vt in tridui otio mactent victimas Deo ſuo,dum tamen id fiāt in terrâ Ægypti,non extra ſui regni terminos. *Et ait Moyſes : non poteſt ita fieri : abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo noſtro?* Quænam eſt hæc Ægyptiorum abominatio non immolanda Deo? Et quidem ſi pecudes in honorem veri Dei mactandæ ſunt, qui ſunt falſi Ægyptiorum Dij, quo pacto *abominationes Ægyptiorum* vocat ipſos Ægyptiorum Deos? Niſi fortè adeò erant impij Ægyptij, vt Deos ſuos abominarentur. Scio ſacræ Scripturæ idiomate abominationem dici quidquid ad idololatriam pertinet; vnde cùm pecudes mactandæ eſſent, quæ erant Ægyptiorum Dij, rectè notantur abominationis nomine. Hoc, inquam, obuium eſt etiam mediocriter peritis in re Bibliorum. Verùm Anſelmus Laudunenſis ſingulariter τὸ *abominationes* explicat, ita vt ſignificet viles pecudes, oues inquam, quas, vel edere ob vilitatem detrectant Ægyptij. Sic fatur Anſelmus: *Abominationes Ægyptiorum immolabimus Domino Deo noſtro? Ægyptij enim oues dedignantur edere.* Pende.Tò *dedignantur*. Scilicet oues nullo in pretio ſunt apud Ægyptios, & oues,ouiúmque ſoboles ſacrificandæ â nobis ſunt Deo noſtro? iniquum ergo erit (ait conſultiſſimè Moyſes,) vt ea quæ dedignantur & vilia habentur apud Ægyptios, in Ægypto offeramus magno Deo noſtro. Quaſi dicat: neceſſe eſt vt exeamus vltra Ægyptij terminos, vbi magno æſtimantur oues, & arietes & agni, quæ victimæ futuræ ſunt noſtri ſacrificij; nam tametſi eædem pecudes ſint vbique, & Deus noſter ſit ſemper æquus rerum æſtimator, irreligioſum planè cenſemus, id quod adeò vile eſt,& dedignantur Ægyptij;in eâ regione vbi vile eſt,Deo noſtro immolare.Ecce tibi eadē ipſiſſima res à vilitate ſic deuenuſtari, ſic exui, & ſpoliari à propriâ virtute,vt à vulgari æſtimatione vilitatis,nec meritum habeat,vt Deo immoletur:& ipſamet res alibi,vbi in eodē merito, depoſuit iam ab Ægyptiaca æſtimatione vilitatem,cēſetur digna victima, quæ magno Deo honorificè offeratur,quaſi meritam,& generoſam obſequij victimā.Sic creſcit in illo meritum, qui maiori habetur in dignitate! Sic ſordet in illo meritum,qui vili habetur in pretio! Quaſi cum munere, & à munere creſcat prærogatiua Virtutis.

Exod.

Ouis vbi vili pretio habetur,nō eſt Deo offerenda.

Anſelm. Laud.

Moyſes deſignatur à Deo princeps Hebreæ gētis,vt illam liberet à ſeruitute Ægyptiaca,& vſque ad terram promiſſam educat Et Exod.4.v.10.ſedulo procurat Aaroni fratri aliquam præfecturam; Quod tametſi Moyſes diſſimulanter ſollicitat,non latuit interpretes occulta Moyſis negotiatio: At ſciſcitabitur quiſpiā,quā ob cauſam Moyſes expetat dignitatem quà ſublimet Aaronem, aliàs virtute illuſtrem, & prophetiæ dono reuerendum ab omnibus? Animo iam præfectus erat, qui meritis prælmaturè ferebat præfecturam,etſi re præfecturæ vacat.Num honoris officio opus erat,vt virtute,& canis venerabilis, magnam haberet erga ſuos populares auctoritatem?imò quid Præfectura refert, vt Ægyptij homines Aaronē venerentur,quē miraculorum prodigia reuerendum maximē fecerāt? Aaronē ſuſpicient à Præfectura,an à virtute?Quid ſuſpecta erit Aaronis ſanctitas apud ſuos contribules.& miraculorū vis apud Ægyptios,niſi Præfectura ſublimetur? Audi Caſſiod. *Omnia ſiquidem bona ſuis ſunt iuncta cum fructibus, nec credi poteſt virtus, quæ ſequeſtratur à præmio.* Tam facit ad opinionem dignitatis faſtigium?Nempe Aaronis ſanctitas valde erat ſpectabilis apud Hebræos: itèm Aaronis virtus ad patranda miracula nimis erit ſuo malo Ægyptiis nota. At ne Hebræi, & Ægyptij decolorent ſanctiſſimam Aaronis virtutem, exambit conſultiſſimus Moyſes, vt Aaron dignitate ſublimetur; neque enim ab hominibus credi poteſt meritum, quod nō ſublimatur à præmio. Fortè ſuſpecta erit virtus miraculum in Aarone,ſi in vulgari vilitate verſaretur:fortè meticuloſā erit Araonis virtus ad patranda miracula, ſi aliquis è vulgo ſit.Sic,ſic putatur degenerē, aut nullam eſſe virtutem in vulgari homine,& quam nulla meritę dignitatis ſublimitas animat,vegetat, cōmēdat ad generoſius merendū! Credi nō poteſt virtus,quæ ſequeſtrata ab honoris præmio,vileſcit. 175.

Exod.

Virtus impræmiata, vix creditur virtus.

Caſſiod. l.1.Variar. epiſt.3.

Vnde addubitant ſæpe Exodi commentatores, quare grandia illa miracula,quæ auſpicata ſunt libertatem Iſraëlitici popoli de dira Pharaonis ſeruitute, operatus ſit Aaron, & eam non patrauerit Moyſes.Exod.8.v.6. *Et extendit Aaron manus ſuas ſuper aquas Ægypti, & aſcenderunt ranæ, operueruntque terram Ægypti.* Et ſæpe alibi Araoni adſcribuntur illuſtriſſima hæc miracula,non Moyſi: plures rationes agglomerant vulgò interpretes. Pulchram rationem affert Paulus Burgenſis cōtra Poſtillatorem,ad præfatū Exod c.8. *Plaga,inquit, fuit facta per manum Aaron, qui erat minor in gradu. Et hoc magis oſtenditur diuina potentia,* 176.

Exod.

Maius quid eſt,priuatū hominem eſſe,ſeu haberi magnū.

Burgen.

in

Digitized by Google

in quantum per minorem seruum vincebat male ficos. Scilicet non valde magnũ reputarent Ægyptij, vt Moyses in summo summi principatus honore cõstitutus sic ampliaret virtutem, vt prodigiosa illa miracula perpetraret: nam maior potestas, viuaciores exerere solet vires ad virtutem; at verò tantam in miraculis virtutem operari minorẽ Præfectum, & ministrum Moysis, plus virtutis ostentat, quò vilior est persona. Vnde vt crescat miraculorũ stupor in populis, *minor seruus* patrat miracula, vt à propria operãtis vilitate augeatur prodigij magnitudo, ac si hominis vilitas naturalis detrahat virtuti, quam eandem maior dignitas incrementare videtur: *Crescit enim in illo meritum, cui maius datur officium*, vt nuper admonebat Cassiodorus.

177. Hic Deus quo magis ostentet suæ virtutis vires, despicata, & vilia eligit instrumenta, & ita clariùs elucet, & grandiùs eminet eius infinita vis. Quia mirissimum est hominem vili æstimatione sordidum magna patrare. *Ignobilia, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in cõspectu eius.* 1. Corinth. 1. v. 28. Hoc fuit arcanum Christi Dei consilium ad detriumphandum Orbis factum, eligere ex infima plebe homines, nulla sapiẽtia nobiles, nulla nobilitate inclytos, nulla dignitate sublimes; viles, inquã, publicanos, sordidos piscatores. Quod egregiè notauit S. Petrus Chrysol. *Petrus, & Andreas, Iacobus, & Ioannes, germanitas combinata; imò congeminata paupertas; pauperes censu, loco humiles, viles arte, obscuri vitâ, labore communes*, (Iornaleros, gente que se alquilaba) *negati honoribus*. Attentiùs pende hæc vltima verba: *Negati honoribus*; id est, fere dignitatum incapaces. Tantæ enim sunt vires, quas suggerit clarioris officij decus, vt diligenter caueat Christus, ne illustre miraculum conuersi ad se orbis, adscribatur viribus, quas sublimior dignitas tribuit. Sic dignitatis honor æmulatur Dei virtutem, vt homines *honoribus negatos* assumat, ne dignitas ministri insidietur diuinæ potentiæ, & apud homines sibi vsurpet miraculorum gloriam. Quod attestatur Iuditha hic v. 15. cùm Deum sibi auxiliarem rogans ad præclarissimum facinus Holofernianæ cædis, ait: *Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus feminæ deiecerit eum.* Nec contenta semel id insinuasse, idem repetit insultans Holoferni, cap. 16. v. 8. sic occinens: *Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus; nec filij Titan percusserunt eum; nec excelsi gigantes opposuerunt se illi; sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum.* Suam imbecillitatem magis ostendit, quò ostentet magis diuinam virtutem, quam debilitare infirmioris ministri vilitas non potuit.

1. Cor. Apostoli negati honoribus orbem subiugãt Christo Chrysol. serm. 28.

Iudith.

§. XXXII.

Humilitas gratiæ amplificatio est, consummatio virtutum, & æmula beatæ gloriæ.

178. HVmilis seipso inanis est, sed virtutibus refertus, & Deo plenus, 4. Reg. 4. v. 3. *Pete vasa vacua non pauca.* Super quibus verbis sic ait S. Nazianzenus, *Quæ vasa, id quod vix humani sensus capiunt, inanitione ipsâ replebantur.* Nam inanitio humilitatis, plenitudo virtutis est. Parũ enim erat humilitatem esse sanctitatis basim, & virtutis fundamentũ, vt ait S. Bernard. lib. 5. de Consid. ad Eugen. *Virtutum bonum quoddam, ac stabile fundamentum, humilitas. Nempe si nutet, illa virtutum aggregatio, nonnisi ruina est.* Parum, inquam, est humilitatem esse stabilitatem sanctitatis, & firmamentum virtutum, nisi etiam sit, earum corona, & consummatio. Quoniam inquit Hildebertus: *Humilitas nomine intelligitur iustitia, tanquam cæterarum consummatio, & clausula virtutum.*

4. Reg. Nazianz. Orat. in Laudibus Basil.

Humilitas est virtutum consummatio, & clausula. Bern. Hildeb. epist. 71.

Morosus essem, si omnes virtutes particulatim percurrerem, probans humilitatem esse consummationem omnium, præcipuas recensere sufficit, vt oculis videatur præclarum hoc humilitatis elogium. Basilius Seleuc. Orat. 28. sic fatur: *Humilitate comite Continentia in admiratione est & Fides fit amabilior, & Iustitia purgatior, & verior Misericordiæ fructus, & Pœnitentia tunc creditur, quando cum humilitate coniugata est.* Ecce tibi tunc credi Pœnitentiam, quando sociam habet Humilitatẽ, quasi alioqui Pœnitentia suspecta sit inanis gloriæ, & rea superbiæ. Præterea amabilior. & viuacior est Fides, quã fundat humilitas. Adhæc Continentia humilis in admiratione est: (probabam enim alibi. superbiam speciem quandam esse lasciuiæ) Præclarè S. Bernard. *Potest placere Humilitas, quæ Virginitatem deplorat amissam. Sine Humilitate autem (audeo dicere,) nec Virginitas Mariæ placuisset. Super quem, inquit, requiescit Spiritus meus, nisi super humilem? Si igitur Maria humilis non esset, super eam Spiritus sanctus non requieuisset. Patet itaque vt de Spiritu sancto conciperet, sicut ipsa perhibet, respexit Humilitatem ancillæ suæ Deus, potiùs quàm Virginitatem.* Piè audet Bernardus in Encomiis Humilitatis, illam extollens supra augustiorem Mariæ Virgitatem.

Humilitas facit fidem amabilem. Seleu.

Bern. serm. 1. super Missus est.

Humilitas excellit Mariæ Virginitatem.

179. Dein *verior est misericordia*, quæ munificentiam combibit ab ipsa inanitione, & sufficientiã liberalitatis ab Humilitatis paupertate: quasi Humilitas sit fomes ad miserandũ, sufficientia misericordiæ, & thesaurus pietatis. Ad rem Tertull. sic fatur loquens de Christo: *In virtutibus Deum, in pusillitatibus hominem: vt tantùm homini conferat, quantùm Deo detrahit. Totum denique Dei mei penes vos dedecus, Sacramentum est humanæ salutis.* Ac si pusilla Humilitas Saluatoris Deo detrahat, vt misereatur hominis. Subiungit; *Ex æquo agebat Deus cum homine, vt homo ex æquo agere cum Deo posset. Deus pusillus inuentus est, vt homo maximus fieret.* Quin & Humilitas energia Iustitiæ est, & seueritatis vigor. Audi S. Maximum *Cùm videtur Christi Humilitas, tunc magis timetur eius diuinitas.*

Tertull. l. 2. contr. Marcion. c. 27. Humilitas Christi quo modo Deo detrahat.

Maxim. hom. 1. de S. Latrone.

Adde, quòd ab Humilitate *Iustitia purgatior* euadit; id est, mundior est sanctitas à consortio humilitatis. S. Gregor. *Probatio sanctitatis non est signa facere, sed de proximo meliora, quam de se ipso sentire.* Itaque humilitas probatio sanctitatis est. Mentitur sanctitatem, qui illam Humilitate non probat: nam demonstratio sanctitatis est probatio Humilitatis. Argutè Basil. Seleu. *Quantò enim fastum comprimit, tantò gratiam attrahit: & modus amplificandæ gratiæ est Humilitatis vis.* Nempe Humilitas est ingenium amplificandæ gratiæ, & arbitrium incrementandi sanctitatem.

Greg. l. 20. Moral. c. 8. Humilitas est ingeniũ amplificandæ gratiæ.

Basil. Sel. Orat. 28.

Lucæ 18. vers. 10. Duo homines ascenderunt in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter publicanus. *Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic publicanus, &c. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum:*

 dicens,

dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Vides quàm sit breuis Publicani huius oratio, & quàm fuerit prolixa precatio Pharisæi? Eleganter S. Zeno Veronensis, *Publicanus autem*, inquit, *non membratim Deum, sed totus exorat: quia timore totus est humilis.* Scilicet superbus benè potest diu orare, & prolixas Deo fundere preces; at etiam dum diu precatur, non totus orat; dimidiatur enim superbus dum vel Deum supplicat; & quasi partitus, non totus, sed membratim orat: quoniam vel Dei esse supplicem superbia clanculùm detrectat. Necessitate ipsâ potiùs quàm oratione supplicat: nec adhuc diu orando, integrè orat; vt Humilis sit elogium singulare, quòd totus orat. Non vt superbus membratim & dimidiatè; sed perfectè & integrè orationem consummat. Publicanus verò *non membratim Deum, sed totus exorat, quia timore totus est humilis.* Gratulor humilitati, quòd sit integritas orationis, precum vigor, & energia impetrationis.

Zeno serm. in Psal. 139.

180. Cæterùm Humilitas non tantùm est charitatis amplificatio, & incrementũ gratiæ, sed quasi perseuerantia gratiæ. *Humilitate sursus consummatur: quo de ærumnis transitur ad veram sufficientiam,* ait Hildebertus Turonensis; Ergo si humilitas est quodammodò perseuerantia gratiæ: necesse est, vt etiam certitudo beatæ gloriæ. Vnde Clemens Alexandrinus diligenter inquirens, in quo consistat beatitudo, ait, quod *Aristenes dicebat esse fastus vacuitatem.* Quasi superbi fastus vacuitas seu inanitio Humilitatis sit participatio beatitudinis. Porrò si quæ saltem in terris datur cælestis beatitudinis participatio, in humili reperitur Nam humilis nihil timet, sperat nihil; omnia illi sufficiunt, quia nihil illi deest: nihil illi molestũ est, quia vel abiectione suâ delectatur; quasi in cẽtro quiescit, quia nihil supra se quærit. Imò cùm careat ambitionis pœnis, & superbiæ molestiis, (quippe qui nec ambit, nec superbit,) sibi sufficit quia Deus illi sufficit. Bellè ergo *fastus vacuitas*, æmula dicitur gloriæ, & quædam beatitudinis species.

Hildeb. epist 71. Humilitas est Beatitudinis æmula. Clem. Alex. 2. Strom.

181. Denique cùm Humilitas sit firmamentum pietatis, fides pœnitentiæ: virginitatis laus, liberalitatis thesaurus, iustitiæ vigor, venustas fidei, spei fulcrum, charitatis illex, consummatio virtutum, amplificatio gratiæ, & beatæ gloriæ æmulatio, quid mirum si maximi æstimetur à Deo? Vis scire quanti æstimetur? Audi Christum dicentem, Lucæ 10. v. 22. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Quid est *Omnia?* Quid *Omnium* nomine intelligitur? Putabit aliquis *Omnium* nomine, omnipotentiam intelligi, quæ omnia continet eminenter; aut diuina attributa Verbo ab æterno communicata: aut principatum regnorum omnium, aut rerum omnium ius & dominium, aut miraculorum virtutem, aut virtutum omnium cumulum. Scitè Beda inibi: *Omnia sibi tradita: non mundi elementa, sed hi quibus paruulis Spiritu, Sacramenta filij Pater reuelauit.* Magna profectò Saluatoris dignatio. Nempe à Patre Deo accepit omnia Christus Deus: accepit æternâ generatione naturam diuinam, Dei attributa, & quicquid perfectionis est in Deo; accepit etiam Angelorum principatum, cælorum regimen, terrarum imperium; & quicquid pulchrum, & pretiosum, & sanctum est in cælo, & in terra Et tamen vsque adeò æstimat humilitatem, vt cùm dicit, *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo,* magnus auctor Beda paruulos & humiles intelligit; quasi humilis sit omnia Christo; Quid pretiosius? quid amantius? Nec mirum est, nam cùm humilitas sit virtutum breuiarium, consummatio pietatis, religionis compendium, & sanctitatis clausula, sic æstimatur à Christo, vt vna Humilitas omnia sibi esse dicat, & *Omnium* nomine, Humilitas innuatur. Sic est Deo amabilis vna Humilitas! Quod probè noscens Iudæa gens, satagens in calamitate diræ obsidionis habere Deum sibi propitium, ait illi cap. 6. v. 15. *Respice ad nostrã Humilitatem.* Quare non ambit, vt Deus respiciat ad cæteras virtutes, & bona opera, quæ tunc religiosissimè exhibeat Deo? nisi quia omnia, quæ Deo placent in homine, in Humilitate abbreuiantur, & fulgent: Humilitas enim gratiositas virtutum est, & compendium reconciliationis diuinæ. Et Iuditha hîc vers. 16. *Humilium semper tibi placuit deprecatio.*

Luc. Humilis omnia dicitur esse Christo.

Beda.

Iudith.

§. XXXIII.

Humana necessitas & miseria, instar orationis est, indigentiâ impetrans id, quo indiget.

Basilij Seleuci pulchra sententia est: *Miseria ipsa patronos dat:* quin & miseria ipsa supplicationis mater est, vigor orationis, & energia precum; quasi vis orationis, necessitas postulantis sit. Dicam audaciusculè: Necessitas ipsa! (etiam ore, & corde silente,) aliquod orationis genus est: & quidem efficacissimum ad impetrationem. Hanc mentem debes Tertulliano, aienti; *Humanam apponit necessitatem, tanquam deprecatricem.* Ergo humana miseria, & ærumnosa necessitas deprecatio est, quæ tacitè impetrat, quod miseriæ clamoribus rogat: muta vox miseri est; sed miseria ipsa vocalis est, validè clamans, & misericordiã impetrans tacito miseriæ clamore Exod. 14. v. 15. Concludebantur persequentibus Ægyptiis Hebræi inter mare, & hostes; inter vndas & gladios. Hinc mare æstuabat, spumabat, fremebat; inde arma coruscabant minabantur, iamiam feriebant: Hinc aquarum, inde armorum strepitus; Ægyptij alacres perstrepunt, Hebræi timidè vociferantur; vnus Moyses muto ore tacet. Tunc, *ait Dominus ad Moysem, Quid clamas ad me?* Audi Origenem ibi; sic super his verbis disputantem: *Quomodo clamat? Nulla eius vox clamoris ad me. Velim scire quomodo Sancti sine voce clament ad Dominum.* Vis scire? tunc Sancti clamant, cùm opera, & necessitas eorum muto ore vociferantur. Opportunè Ambros. *Quid clamas ad me? Sonum eius non audio, vocem eius agnosco; silentium eius lego, clamorem eius in operibus deprehendo.* Nempe calamitas ipsa sine voce vocalis est: angustia, & vrgentior necessitas clamor est, & grandis clamor est. Moyses enim *humanam opponit necessitatem tanquam deprecatricem.* Ore muto silet Moyses, sed humana necessitas, & ærumnosa calamitas orat, precatur, & deprecatur auxilium. Et præsto adest Deus clamosis mutæ miseriæ vocibus, aiens; *Quid clamas ad me?* Silicet, quod necessitate ipsâ precaris, iam deprecatus es necessitatis ipsius precibus. Argutè Ennodius, *Proclinior ad impetrandum via est, quoties à religioso aliquid exigit obiectio deprecantis: coactus enim præstat affectum, qui miseriis supplicantis inuitatur.*

181. Basil. Orat. 20. Orationis genus est, ipsa ærumnosa necessitas.

Tertull. lib. 4. ads. Marcio. c. 21.

Exod.

Orig.

Ambrof. in Psal. 118.

Ennod. l. 4. epist. 15.

Ioannis 2. vers. 4. adest Christus nuptiis Canæ Galilææ, adest & Christi mater; quæ præsagit vinum 183.

Digitized by Google

num defuturum conuiuis;& præmaturè pia, supplex accurrit ad filium, aiens: *Vinum non habent.*
Cui respondet Filius: *Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.* Cur non annuit Christus piis pijssimæ matris precibus? Quid expectat Saluator ad patrationem miraculi? Quid quæso extorquebit miraculum, si supplicatio Deiparæ illud non impetrat? Luculenter Chrysost. aiens: *Quid mihi & tibi mulier? Alia præterea causa afferri potest non minus necessaria, ne qua in miraculo suspicio oriretur,* (pende verba, quæ suspendit) *ab indigentibus enim, non à Matre id quærendum erat.* Nempe tantum miraculum impetrandum erat à Christo, non tam Matris, quàm indigentiæ precibus? Itaq; Iesu Mater rogat miraculum, neque tunc annuit Dei filius Matris precibus. Quis audeat impetrare, quod Matri quasi negatur? Quæ omnipotentior oratio, quàm Maria? nulla profectò. At cum Maria postulat, nondum vrget necessitas: *Nondum venit hora mea.* Expectat igitur Christus Deus, vt oratio fiat ab vrgenti necessitate: *Ab indigentibus enim, non à matre, id quærendum erat.* Vt quod non impetrauit Maria, impetraret necessitas. Quid exaggeratius? Sic dicitur hic, vers. 8. quòd *Clamauit omnis populus instantiâ magnâ*, afflictatus tantâ calamitate. Nempe quidam clamabant ore, alij ore tacito clamabant corde: at omnium vna calamitas, vna vox erat, & validus clamor. Nempe *humanam apponunt necessitatem, tanquam deprecatricem:* Et sic certò impetrant Dei auxilium & illustrem victoriã de Holoferne teterrimo Hebrææ gentis hoste. Et hic v. 16. humilationem, & tolerantiæ mansuetudinem appellat vim orationis.

Ioan. Necessitas ipsa æmula est Marianæ orationis. Chrysost. hom. 20. in Ioan. Iudith. Tertull.

§: XXXIV.

Commentarius litteræ.

Vers. 17. Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tuâ misericordia præsumentem.

184. Biblia Sixt. *Domine cælorum, & terræ, creator aquarum, & Rex omnis creaturæ tuæ, tu exaudi orationem meam.* Septuaginta, Biblia Complut. & Regia pro τὸ *Deus cælorum*, exscribunt, *Dominator cælorum:* cætera non discrepant à Sixtianis Vatablus; *Dominus cælorum, & terræ, creator aquarum, Rex rerum ab te creatarum omnium, tu exaudi preces meas, quæ misericordia tua freta sum.* Hæ diuersæ exscriptiones vtcunque locum explicant; sed enucleatiùs explicandus est. Nempè nuper Iuditha dixerat, Deum ad operandum ardua quæque, non egere numeroso, & valenti ministrorum numero, vt humani Reges; id in hoc versiculo luculenter probat; quia Deus creator est cæli, & terræ, & aquarum: id est, creaturarum omnium, nam omnis corporea creatura, cæli, & terræ nomine censetur in Scripturâ. Addit, *creator aquarum:* quia ex aquis plures cælestes, & terrestes creaturæ materiatæ dicuntur. Ita Lyranus, & Hugo exponunt hæc Iudithæ verba. Vnde genuinus sensus est. Cùm conditor sis, ô Deus creaturarum omnium omnia tibi ad nutum obediunt, & nullus est, qui possit tuæ voluntati resistere, vt benè Carthusianus. Fauent Græcæ exscriptiones, appellando hic Deũ, cælorum Dominum, Dominum aquarum, & omnium creaturarum dominatorem, id est despoticum dominium habentem in creaturas. Vnde Sanctius superuacaneè videtur dixisse; ideò Deum nuncupari hic, cælorum, & aquarum Dominum, quia de cælo pugnatũ est pro Iosue contra Chananæos, & pro Debbora contra Sisaram. Et aduersùs Pharaonem pro Israelitis, maris aquæ diuisæ sunt, & Iordanis siccum præbuit iter eisdem. Neque enim Iuditha portenta similia exãbit è cœlo, aut ex aquâ, sed opportunitatem, vt Holofernem suo ipsius acinace perimat: *Fac* inquit, *Domine, vt proprio gladio eius superbia amputetur.*

Bibl. Sixt. Septuag. Complut. Bibl. Reg. Vatabl. Cur dicatur Deus creator aquarũ. Genes. Lyran. Hugo. Carthus. Sanct.

Exaudi me miserã deprecantem. Profectò humana miseria illex est diuinæ misericordiæ; neque tantùm preces acuit; sed impetrationem feliciter negotiatur. Sic versiculo præcedenti, vt scribitur in textu Græco, Dum alloquens Iuditha fatur: *Humilium es Deus, minorum es adiutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorũ saluator.* Ideò autem se dicit miseram, etsi facilè posset ipsa calamitatem declinare concilians Holofernẽ sibi, quia scilicet *Afflictionem, & miseriam sui populi reputabat suam*, ait Lyranus. Addit. 185.

Iudith.

Et de tua misericordia præsumentem. τὸ *præsumentem* posse etiam sumi in bonam partem (tametsi sæpiùs in malam vsurpetur.) probabam suprà ad cap. 6. vers. 5. vbi aiunt Bethulienses ad Deum: *Non derelinquis præsumentes de te*, vbi multa loca attuli ad id adstruendum, quæ ibi videri possunt. Singulariter hæc verba commẽtatur hic Carthusianus, aiens: *De tua misericordia præsumentem: quia per te facere spero, quod meis viribus me posse implere diffido.* Quasi humilis diffidentia de se, & suis viribus, sit pia præsumptio de misericordia diuina. Sic castigat Iuditha superbam hominum arrogantiam, & ambitiosam de se præsumptionem?

Lyranus. Præsumere sumitur in bonam partem. Iudith. Carthus.

MEmento Domine testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, vt domus tua in sanctificatione tua permaneat. VERS. 18. 186.

Sixtiana Biblia sic transtulêre hunc locum *Da verbum meum, & deceptionem, in vulnus, & liuorem eorum qui contra testamentum tuum, & domum sanctificatam tuam, & verticem Sion, & domum possessionis filiorum tuorum deliberauerunt dura.* Septuaginta, Biblia Regia & Complutens. τὸ *liuorẽ* vertêre *cicatricem.* Lucifer: *Da verbum, versutiam & suasionem in vulnere, & in liuorem eorum.* Alij in notis Romanorum: *Da verbum meum, & deceptionem, & vulnus & liuorem eius.* Vatablus: *Fœderis tui Domine memento. Conuerte sermonem meum in fraudem, & vulnus, ac flagellum eorum, qui contra testamentum tuum, &c. dura ceperunt consilia.* Sint hæ scriptiones aliquale huius versiculi commentamentum. Singula tamen verba breui excursione interpretor.

Sixtia. LXX. Bibl. Reg. Lucifer. Vatabl.

Memento Domine testamenti tui. Loquitur Iuditha de Deo anthropopathos, more inquam humano: Deus enim neque obliuisci, neque recordari potest, omnia enim ei præsentissimè adsunt. Porrò sicut quando homo diu neglexit aliquid operari, cùm tandem illud operatur, dicitur illius rei meminisse: sic de Deo cõcipit humana mens: petitque Iuditha vt Deus opere testetur se meminisse testamenti sui: Quod dixit Zacharias, Lucæ 1. v. 72. *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.* Testamentum in Bibliis idem est ac pactum, seu fœdus:

Mach. Testamentum sumitur pro fœdere. 1. Mach. 1. v. 12. *Exierunt ex Israël filij iniqui, & suaserunt multis dicentes: Eamus & disponamus testamentum cum Gentibus.* Sic *arca fœderis*, seu *arca testamenti* dicitur. Vulgarior hæc eruditio, & quæ longâ probatione non eget. Sensus itaque est Memento, Domine, fœderis olim initi cum partibus nostris, Deuter. 30. v. 1. vt si quando populus tuus ab iniquitate se conuerterit ad te, tu misereatis illius, & iniurias, quas aduersùs eum moliuntur, in sua ipsorum capita conuertes. Ita Anselmus Laud. Lyra, Hugo, Sanctius, Emanuel Sà, & Carthusianus. Qui addit τὸ *testamentum* posse vsurpari pro religione, & cultu Vt sensus sit: *Memento testamenti tui*, id est, obseruantiæ & religionis, quam per Moysen nobis tradidisti, vt eam conserues. Hæc expositio valde concinit cum præcedentibus.

(Deut. — Ansel. Lyra. Hugo. Sanctius. Sà. Carthus.)

187. *Da verbum in ore meo.* Id est, da mihi labia Charitatis, & gratiæ, quibus Holofernem piè decipiam, & religiosa fraude incautum perimã; ita Lucifer, & Vatablus, & reliquæ exscriptiones Græcæ: *Et in corde meo consilium corrobora*: Nempè petit consiliosam prudentiam, vt solerter deliberet de agendis, & agenda feliciter exequatur. Cor sumitur pro mente, quæ est cogitatoria facultas: *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Matthæi 9. v. 4. Addit scopum, quem intendit, *vt domus tua* (id est, templum tuum) *in sanctificatione tua permaneat*, id est, in religione, & cultu, qui in nobis vnicè viget. & ab Holofernis impia tyrannide iã nutat, & casuro similis ruinã minatur. Hæc adeò facilia sunt, vt nec dici deberent, sed nec prætermitti possunt, ne imperitus querulè desideret, quæ doctus fastuosè fastidit.

(Lucifer. Vatabl. — Matth.)

VERS. 19. *Et omnes gentes agnoscant, quia tu es Deus, & non est alius præter te.*

Biblia Sixtiana: *Et fac super omnem gentem tuam, & omnem tribum, cognitionem ad sciendum quia tu es Deus omnis virtutis & potentiæ, & non est alius protegens genus Israel nisi tu.* Septuaginta interpretes. Biblia Gotthica, Lucifer Calaritanus, & Vatablus parùm in verbis dissentiunt. In Complutensi, & Regia versione aliquid ex his desideratur; sed quod sententiam non mutat. Huius versiculi sensus expeditus est. Nempè auditâ populi, & religionis tuæ liberatione per imbellis feminæ manum operatã, omnes gentes cognoscent, verum esse Deum, quem adorat Hebræa gens, & præter eum nihil esse diuinum, neque in cælo, neque in terra. Scilicet ingeniosâ peritiã ambit Inditha; vt non tam populo suo grande hoc liberationis beneficium indulgeat Deus, quàm suæ ipsius gloriæ, cui ipsa impensè studet.

(LXX. Bibl. Goth. Lucifer. Vatabl. Bibl. Regia.)

§. XXXV.

Christus Deus elogium incarnationis quodammodo debere videtur Orationis merito.

188. INter summas orationis laudes, illa in paucis celebris est, quod Christus Deus (ex omnium virtutum defloratione constructus homo) prope ex oratione videtur conflatus, ex precibus coalitus. Nempe vbi primùm decretum est, vt Deus fieret homo, contemplari licet virtutes omnes pio ambitu quasi candidatas, exambire magnum Incarnationis ministerium, angustum fore sibi reputantes, si earum opera diuinum Verbum caro fieret. Humilitas in Maria officiosa adest, adest, & Obedientia placens obsequij gratiâ, adest & Virginitas ornatu pudoris venusta, adest sedulus omnium virtutum Chorus religiosâ ambitione procurans proximam operationem mysterij: sed (dicam audaciusculè,) Orationis singularis prærogatiua est; cæteris virtutibus palmam præripuisse ad arcanã operationẽ magni seculorum mysterij. Ad quod comprobandum sufficeret affirmare, veterũ Patriarcharũ, & Prophetarum orationes Sacris Bibliis consignatas, meruisse (saltẽ de congruo, vt loquũtur Theologi,) Incarnationis substantiã. Quæ est sententia S. Thomæ 3. p. qu. 2. art. 11. Valentiæ qu. 2. punct. 8. Suarez disput. 10. sect. 6. Tanneri quæst. 3. dub. 7. n. 152. Puteani inibi dub. 2. Bonacinæ disput. 2. quæst. 12. punct. 5. §. 1. Caietani quæst. 2. art. 11. Aluareæ quæstio 2. art. 11. disp. 17. num. 16, Cabreræ ibi disput. 5. num. 17. & vulgò Thomistarum contra Sotum in 4. distinct. 2. qu. 1. & contra Vasquez tom. 1. in 3. part. disp. 22. cap. 4. n. 38. & disput. 23. cap. 5. num. 27. Nec iuuat, nec vacat id probare, quod mihi semper vero similius visum fuit. Quod remitto ad serias Theologorum Sholas. Satis nunc esto, Sanctorum Patrũ orationes ipsam Incarnationis substantiam meruisse, impetrasse, perpetrasse supplici precũ vi precariè omnipotenti. Vt ita orationi debeantur non tantùm diuinæ Incarnationis circumstantiæ, sed etiã ipsa Incarnationis substantia. Magnum planè orationis elogium!

(Antiqui Patres meruerunt Oratione substantiam Incarnationis. — S. Thom. Valent. Suar. Tann. Putean. Bonac. Caiet. Aluarez. Cabrera. Thomistæ. Scotus. Vasquez.)

Verùm grandius quid est, B. Virginem proximè incarnationem operari precaria orationis efficacia. Luc. 1. vers. 38. dum Gabriel Incarnationis suadendæ minister virginem alloquitur, explicato iam arcano diuinæ concorporationis modo, sic Maria, plaudente cælo & solo, respondet Angelo: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbũ tuum.* Valde dubium est apud cõmentatores an hæc verba sint Mariæ consentientis, an optantis? Mitte nunc sentẽtiã sancti Irenæi lib. 3. cap. 3. S. Damasceni lib. etiam 3. cap. 2. & Bedæ ibi, quia diu perplacet S. Ambrosius magnificè de oratione opinatus. Sic fatur Ambrosius: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Habes obsequium, vides votum: Ecce ancilla Domini: apparatus officij est: fiat mihi secundum verbum tuum, conceptus est voti; Conceptum votum* intelligit orationem Ambrosius, vt ex contextu liquet, & censet optimus interpres Maldonatus ibidem. Ecce Beata Virgo rosea ore spirat suauissima verba; *Fiat mihi secundum verbum tuum*, quibus proximè successit Incarnationis mysterium: neque eidem annuit Angelo, sed Deum deprecatur, vt statim corporetur quod & tunc Spiritus sancti opera virgine cooperante factum est. O felix oratio, quæ faustè inchoat, & beatè auspicatur augustissimum diuinæ Christi Dei Incarnationis arcanum! Pulchrum planè orationis elogium, & cui propè inuideant virtutes reliquæ. 189.

(Luc. B. Virgo oratione peragit Incarnationẽ. — Irenæus. Damasc. Beda. Ambr. — Maldon.)

Neque prima duntaxat vitæ auspicia, sed etiã vitæ ipsius diuturnitatem velut exambit Christus quodammodò debere orationis merito, Luc. 11. vers. 1. *Factum est, cùm esset Iesus in quodam loco orans, &c.* Super quibus verbis sic scribit S. Cyrillus: *Cum autem habeat omnis boni plenitudinem, cur orat, si plenus est, & in nullo penitus eget? Ad hæc dicimus quod competit ei ex modo dispensationis in carne, cum voluerit humana prosequi.* Scilicet Christus Deus nullius rei est indigus, quippe qui homo 190.

(Luc. Cyrillus.)

Deus

Digitized by Google

Deus est & ab Incarnationis instanti exundans gratiis omnibus. Quorsũ ergo orat, qui omnibus abundat; Orat (inquit Cyrill.) *ex modo dispensationis in carne, cùm volueris humana prosequi.* Nimirũ fortè videtur orare, vt vita ipsius Christi, & ipsa Hypostatica vnio, quæ illi est omnium gratiarum ius, & thesaurus æternum perseueret? Non quia alioqui non perseueraret, sed quod aliunde habet forte vult habere titulo, & velut debito orationis. (Ex vulgari Theologia verisimilius est, idem donum posse pluribus titulis possideri, quod nemo nescit; qui aliquid scit) Saltem Christum potuisse diuinitus mereri continuationem Incarnationis docet Suarez disput. 10. sect. 4. Tannerus disp. 1. quæst. 3. dub 7. num. 149. Puteanus quæst. 2. art. 11. dub. 1. concl. 3. Et sicut incarnatus est ex veterum Patrum antiquis precibus, & recenta B. Virginis oratione; sic optare quodammodo videtur eiusdam Incarnationis diuturnitatem, seu hypostaticum nexum diu possidere etiam felici orationis titulo. Neq; hoc debet mirum alicui videri, cùm etiam regiã anctoritatem, quam habet sõmo diuinitatis titulo possidere dicitur etiam orationis nomine. Psalm. 2. v. *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Vide, quòd Maiestatẽ regiam, quam habet à diuinitate petit, à Parte, vt eum habeat etiam orationis iure.

Christusne orando petiuit Incarnationis conseruationem. Suarez. Tanner. Putean.

Psal.

191. Christus moritur orationis ministerio. Putean.

Quin etiam Christus Deus suam feliciter funestam mortẽ, qua tartareis hostibus profligatis, deuicto inferno Crucis erexit trophæum, ad Diaboli inuidiam, & Dei gloriam, quasi debere vult orationis ministerio. Lucæ 23. v. 23. *At illi instabant vocibus magnis postulantes, vt crucifigeretur.* Ad quæ verba sic fatur opportunissimè Beda: *Quia verò totam accusationem, quam aduersus Dominum detulerunt, sollicita Pilati interrogatione videbant euacuatam, tandem ad solas se preces conuertunt.* Vnde confestim Pilatus, *adiudicauit fieri petitionẽ eorum.* Vides precationis, (etiam non bonæ) ministerio, Chistum Deum, qui vitam inchoauit ab oratione, etiam ab oratione finire. Vt qui vitam quodammodò orationi debeat, debeat & mortem: ne quid sit in Christo, quod ab Oratione non fit. Et non mirum videatur, vt ab Oratione quodammodò habeat esse, cuius nomen quasi oratio est Ioan. 1. vers. 1. *In principio erat verbum.* Non *verbum* sed *sermo* aut Ratio scribitur à Tertulliano in Apologetico cap. 21. à S. Cypriano libro 2. contra Iudæos cap. 3. S. Hilario lib. 2. de Trinitate; ab Ambrosio lib. de fide contra Arrianos. Sapientissimus Cardinalis noster Toletus Adnotat. 1. in cap. 1. Lucæ aduertit Græcam vocem λόγος, quam vulgatus Interpres interpretatus est *verbum*, significare etiam *orationem*. Fortè hîc oratio, idem significat quod *sermo, verbum, ratio.* Quid si Deus ita voluit honorare nomen orationis, vt se nuncupari voluerit pulcherrimo orationis vocabulo? Sicut Apocalypsis 3. v. 4. Deus appellatur *Amen*, qui est vox annuentis: *Hæc dicit, Amen testis fidelis, & verus, qui est principium creaturæ Dei*: *Amen* autem nouum est Christi Dei nomen vt notauit Ribera ibi. Quis miretur quod qui habet concedentis nomen, nomen petentis non refutet?

Beda.

Ioan.

Tertull. Cyprian. Hilar. Ambros. Tolet.

Ribera.

Ex dictis liquidò constare videtur, Christum Deum olim prædestinatum priscis Sanctorum Patrum precibus, recenti oratione Deiparæ incarnatum ad vitæ auspicium, & supplicatione Iudæorum damnatum & eius sacratissimum nomen vel ab oratione, vel saltem ab orationis impetratione censeri. Quid magnificentius dici potest de oratione. Nonne hic piè præsumit oratio? Rectè ergo Iuditha in hoc cap. vers. 17. bene docta in re orationis, suam deprecationem de misericordia diuina *præsumere* affirmat.

---

§: XXXVI.

Oratio ad Deum, laxamentum est ab angoribus, & ærumnis humanis.

Flebilis mortalium natiuitatis prophetia est ærumnarũ, quibus durè angitur homo toto vitæ curriculo. Hinc inuectititia gaudia auidè expetit, & sollicitè quærit à creaturis. Sed frustrà labor. Spe oblectamẽta sunt, re, mera & vera cruciamenta. Nam omnis creatura inops gaudij est; vana suggerit leuamenta, breuia, pœnitenda, & in contrarium abitura. Consolatio, quæ ab homine est frontem tantisper remittit, sed non implet pectus; medicinam non facit, sed dolorem; & bono licet animo replicat dolendi causas, nõ tollit. Hinc fit vt ærumnosius ægrotemus à remedio. Ergo quandoquidem omnis humana consolatio ad dolorem, & angorem vergit, discamus gaudere ne nos premant, & obruant obuiæ tristitiæ sæui fluctus. Tene Orationis portum, & sospes, & securus eris, ridebisque tristium calamitatum procellas. Oratio, oratio inquam, potest te præstare felicem, & verè hilarem. Disiice, & conculca omnia, quæ extrinsecus solatia mentiuntur, & introrsum excruciant. Futile gaudium tibi promittitur à creaturâ. Ad verum gaudium specta, de Deo gaude, & gaudebis solide. *Tristatur quis in vobis? oret.* Iacob. 5. v. 13 O facile, obuium, & expromptè parabile ærumnarum laxamentum! ô probatissima antidotus contra mœstitiæ venena! Ne à creaturâ gaudij inope emendices gaudium. Quære à Deo veræ lætitiæ vbere fonte, vera gaudia, & dum sollicitè quæris, affatim reperisti. Oratio quærit, inuenit, & potitur exoptato gaudio. 192.

Iacob.

Altè mœstus erat Dauid, tot calamitatum fluctibus penè obrutus: ab amicis proditur, ab inimicis impetitur, à Rege ingrato, & crudeli sęuè quęritur ad necem. Extortis fugit à patrio solo, inops penuriam patitur, vt perduellis proscribitur, syluicola perigrinatur, timet extrema quæque, profundè mœret ob immeritas calumnias, & ærumnas. Audi voces Dauide dignas Psalm. 76 vers. 3. *In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis.* (in oratione sublatis) *nocte contra eum, & non sum deceptus.* Attentius aduerte ad verba, quæ subdit: *Renuit consolari anima mea: Memor fui Dei, & delectatus sum* τὸ *Renuit* sic explicat Apollinarius: *Recusabam precordiis consolantem audire.* S. Hieronymus, *Noluis se consolari anima mea.* Psalterium Ambrosianum. *Noluit consolari anima mea*, scilicet ab alio. Vinacius vertit Cassiodorus. *Negaui consolari animam meam* Quasi dicat Dauid: cùm tot ærumnis dirè premebar, & feralissimis calamitatibus penè obruebar, & viuendi tædio nauseabam ad omnia mœstitudinis laximẽta, *renui, nolui, negaui* consolationem, & sæuientis tristitiæ leuamentũ. Et cùm propè pertinaciter recusarẽ & præ tristitia abiicerem quodcumque leuamen, & me illi *negarem*: tunc, tunc inquam, *memor fui Dei, & delectatus sum.* Nempe sic sæuam tristitiam, tristitiæque causas deludit & fugat vel leuis & subita præcatiuncula, vt feralem mœstitiam verterit in festũ, gaudium,

193. Oratio laxamentum est ab humana tristitia.

Psalm.

Apoll. Hier. Ambr. Cassiodor.

gaudium, & felicem & beatam lætitiam. O facile & expromptum remedium.

194. Oratio ſancti latronis fruſtrat ærumnas.

194. Infamis cauſæ dedecore, & ſæuiſſimi cruciamenti dolori. us angebãtur ambo latrones: Compatiẽti Chriſto, & Collegæ paſſionis improperabant inhumanè impiis blaſphemiis: Nec Chriſtus Deus latronis vtriuſque latero, & damnationis ſocius, mitigabat cruciamenti ſæuitiam, nec Chriſti Dei aſperſi ſanguine, laxamentum ſentiebant ab immanitate ſupplicij, & ſæuienti pœnæ diro cruciatu. Et ecce tibi latronum alter cæleſti inſtinctu confugit ad diuinas preces, Luc. 23. v 42. clamans: *Domine memento mei, cùm veneris in regnum tuum.* Cuius præcatiunculæ arbitrio, & mitigauit tormẽti immanitatem, & paradiſi glorias ſpe prælibauit. Audi pulchra verba Euſebij Emiſſeni: *Memento,* inquit, *mei: Glorioſà voce præſentes temperat cruciatus. Temperat dicimus, quia etſi pœna cœperit in latrone, conſummatur in martyre. Hodie mecum eris in paradiſo.* Nempe pius latro dum feralibus pœnis dirè excruciatur, ſic tormenta laxauit arcano orationis artificio, vt felicitarit ſupplicia, & beârit cruciamenta factus orationis ſpe præproperus paradiſi inquilinus; coloniam tranſmittẽs in cælum. Infelicis latronis pœnas ſuffert, ſed orationis beneficio eas tolerat felicitate Martyris: pia martyrij gaudia proſperant infauſtas latronis pœnas Porrò martyrum gaudium exaggeratioris lætitiæ ſymbolum eſt, præcox gloriæ prægustus, & paradiſiacæ beatitudinis ab ſpe præmatura libatio Ergo immane ſupplicium quod à latronis impatientia cœpit, Orationis ingenio æmulatur Martyrum glorias, & ambit paradiſi delicias. Sic enim Oratio *præſentes temperat cruciatus: quia etſi pœna cœperit in latrone, conſummatur in martyre.* Quocirca latro etſi diro excarnificatus ſupplicio, Orationis Echum audit: *Hodie mecum eris in paradiſo*; In tormentis ſpe prælibans beatas paradiſi glorias.

Luc.

Emiſſ hom. de B Latr.

195. Idolum quia neſcit orare nequit conſolari.

195. Iob. 13. v. 4. Vir à calamitatibus celebris: fortunæ pila, patientiæ meta, ſanctitatis gloria. Quis Iobi duras ærumnas vel recenſere audeat? Iacebat ille nuper glorioſè opulentus, facultatum inops, honoris pauper, filiis orbus, ab vxore inſectatus, corpore ægerrimus, corde mœſtiſſimus: adſunt impigri eius quondam amici, vt illius calamitates conſolationes mitigẽt. Faſtidit Iobus amicorum leuamen, & oneroſos, & prægraues conſolatores eos appellans: *Cultores peruerſorum dogmatum* nominat. Pro quibus verbis ſic ſcribitur in Hebræâ origine, *Sanatores*, vel *conſolatores idoli.* Id eſt falſos, inanes, mendaces: vel ſi mauis truncum, aut ſtipitem conſolantes: ſic diſceptant interpretes Litteralis ſenſus. Verùm ſciſcitari iuuat quare Iobus amicos conſolatores humanam conſolationem amicè ſuggerentes, vt temperent calamitatum miſeriam, appellẽt conſolatores idoli? Quid ſimile habet Iobus in ſterquilinio ſqualidus, cũ Idolo in ſublimi ara conſpicuo, & ſplendido? Quis affectet conſolari Idolum, gentium Votis, & precibus inclytum? Idolum omnes ſupplicant, Idolum ſupplicat neminé. Imò fortè hæc eſt energia horum verborum. Quaſi dicat Iobus: Cùm idolum ſit mutum quoddam ſimulacrum, neminémque orare poſſit: Hinc fit vt vos, ô amici, perinde me conſolemini, ac ſi conſolaremini Idolum, quod etſi omnium orationes excipiat, orare nequit: & inde nec poteſt cõſolationem accipere. Quaſi omne in ærumnis ſolatium ab oratione ſit; nec vulgò poſſit conſolationem accipere, qui nequit Deo preces fundere. Vnde vos dum fruſtra nitimini me conſolari, oneroſi conſolatores eſtis, ſeu conſolatores Idoli. Nempe humano leuamine ſic me conſolari nitimini, vt qui affectaret conſolari Idolum, quod ineptum eſt ad ſupplicandum, & orandum: cùm mutum idolum orare non poſſit, nec idolum deceat oratio. Liceat ſic locum hunc ad Mores verſare *Miſeram* ſe dicit Iudith, antequam Deum deprecetur, verſ. 17. & ab oratione ſic de Deo *præſumit*, vt delibet gaudia victoriæ: nam mox induta feſto, & eleganti ornatu, non tam lætam victoriam parat, quàm præmaturè celebrat victoriæ triumphos.

Iob.

Iudith.

---

§. XXXVII.

Chriſti Dei velut parcitas in terris, munificè negotiari videtur liberalitatem in cælis.

196. Seneca in lib. de paupertate.

196. SEntentioſè dixit Seneca: *Magnus ille eſt, qui in diuitiis pauper eſt.* Imò paruus, illiberalis, & auarus eſt, qui ipſis opibus velut depauperatus, pauperem vitam agit in ſummâ rerum copiâ. Nã in egeſtate inopem agere, paupertas eſt; in diuitiis verò pauperem eſſe, magnanimitas non eſt, ſed auaritia. Verùm homo qui diuitias recondit & diligenter aſſeruat, vt largius donet, bene magnus eſt, verè diues eſt. Quid enim magnificentius, quàm ſecum parcius agere, vt erga alios munificentior exiſtat? Ergo Magnus ille eſt, qui in diuitiis pauper ſibi eſt, vt alios ſuâ paupertate diuitet opulentius. Profectò auarè diuitias recondere, vt in opportuna occaſione munificentius donet, ingenium liberalitatis eſt & munificentiæ largioris exaggeratius ænigma. Quærunt aliqui cauſam, ob quam Deus infinitè munificus, in hac vita perſæpe non ſe præbeat admodum liberalem erga homines. Quare Dei miſericordia beneficiis ſuis non anteuertit neceſſitates humanas? Auarè recondet munera, qui munerare cumulatius exambit; Citò dicam, vt ſemel quod res eſt, aperiam ſciſcitantibus. Aliquando non admodum exprompta & liberalis videtur Dei miſericordia in terris, vt magnificentior videatur in cælis. Tot enim tãtáque gloriæ munera apparat Deus ad munerandum homines in futura beatitudine, vt veluti auarè videatur aliquando agere in hac vita, quò munificentius agat cum electis in vita beata. Nẽpe Deus agit cum hominibus humano idiomate: & res Dei explicat vt res hominũ: & infinita ex finitis pro humano captu metitur. Vnde Deus ad intimandum Eccleſiæ quàm liberaliter & quaſi effusè donet beatis cæli glorias, aliquando videtur in terris parcius agere in rebus gratiæ, quò cenſum videatur cumulatius exaggerare ad munera beatitudinis. Tantas enim gloriæ gazas opulentiſſimè donat in cælo beatis, vt non tantùm ex infinito omnipotentiæ theſauro, ſed etiam ex diuturnâ olim velut parſimoniâ, videantur expromptæ ad largioris munificentiæ oſtentationem.

197. Luc. Deus ſe præcingit, vt mox cumulatius beare videatur.

197. Lucæ 12. v. 37. agens ex communi interpretum conſenſu de beatæ gloriæ largitione, ita ſcribitur: *Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Satis difficilis quæſtio eſt, quo vero ſenſu dici poſſit, quod Deus in cælo præcinget ſe ad miniſtrandam gloriam Beatis. Quid ſignificat hæc Dei præcinctio in cælis? Omitto plura, quæ ibi catervatim adaggerant

Digitized by Google

Theoph. gerant commentatores, vt citius dem singularem Theophylacti commentationem accommodatissimam huic rei. *Pracinget se*, (inquit Theophylactus) *in eo quod non totam vbertatem bonorum largitur; sed hanc cohibet secundum certam mensuram.* Nempè *Pracingere* propriè significat, priùs se cingere. Vnde cùm agatur de beatitudinis gloriâ, luculentus euadit sensus ad mores. Ac si dicat Euãgelista Lucas ex mẽte Theophylacti: Deus vsque eò liberalis, & munificus est in cælo erga beatos, vt priùs scilicet in hac vita, *Non totam bonorum vbertatem largiatur, sed eum cohibet secundum certam mensuram*, quò in cælo liberalior appareat in beatitudinis largitione. Hunc sensum reddit τὸ *Pracinget se, & transiens ministrabit illis* delicias Empyreæ beatitudinis. Hispanè viuacius explicatur vulgari hispanismo: *Parece que se ciñe Dios, y se estrecha en los demas gastos, para hacer mas caudal que dar en la bienabenturanza?* Alibi hunc locum tradens ad aliud thema, aduertimus, Deum loqui more humano vt decet loquentem cum hominibus (sic dicitur pœnitere, recordari, obliuisci, &c.) Porrò sicut seculares principes aliquando detrahunt de quotidianis sumptibus, vt semel possint ex subsidiis etiam diu congestis in opportunâ occasione largiorem munificentiam ostentare: Sic Deus specie tenus videtur se præcingere in hac vita; id est, vbertatem largitionum ad mensuram cohibere, quò opulentius beet, & beatius opulentet Beatos immensâ beatitatis gaza. Tanta enim est beatitudinis gloria, quâ prædestinatos vbertim munerat in cælo, vt quasi non sufficeret Omnipotentiæ promptuarium, ex eo quod detrahit quotidianis sumptibus, exaggerare videatur diuinum censum, vt vberius suppetat ad largiendum. Profectò tanta est beatitudinis gloria, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, vt neque cogitatu humano, quantumuis piè audeat, possimus eam assequi. Vnde præfatâ hyperbole vtitur Euangelista ex mente Theophylacti, vt aliquo modo eius magnitudinem rimari valeat homo.

198. Serio ambigunt, & iure mirantur interpretes, quomodo Deus ab essentia liberalis, quasi recuset dare hominibus, quod suum quodammodo est: Psalm. *Postula* (inquit Psal. 2. vers. 8.) *à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Et Matth. 6. v. 11. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Ergo si regnorum principatus dicitur propria Christi hæreditas, quid necesse est, vt petitionis merito illam velut pretio redimat? Dein si panis noster est, quare supplicationum rubore, illum cogimur mercari? & à Deo quidem. Aut ne dicatur noster, si petitionis pretio emendus est, aut si noster dicitur; vltrò donandus nobis à Deo est, etiam non petentibus. Nam quod nostrum est, nobis donari, non apparet negotium gratiæ, sed res videtur iustitiæ. Scio S. Chrysologum: Deum patrẽ ab auaritiæ vitio multis defendere, quando non admodum spontaneè videtur largiri bona filio Prodigo. Saltem ex auctoritate Chrysologi certum est, filij Prodigi petitionem offendisse Patrem; ait enim: *Petitionem offensam genitoris largitas comprobauit.* Quis non miretur iustam petitionem offendisse Patrem Deũ? Præsertim si aduertat ad filij Prodigi verba, Lucæ 15. v. 12. *Pater da mihi portionem substantia, qua me contingit.* Suam ipsius rem iure suo quiuis postulat. Quid ergo offenditur liberalis pater eiusmodi iusta petitione? ô munificam Dei patris liberalitatem, auaritiæ specie exaggeratam! *Petente vno ambobus diuisit, vt scirent filij, quod ante tenebat pater, non fuisse auaritia, sed amoris.* Nempe Pater (quod munificentiæ nomen est & liberalitatis titulus) non propter auaritiæ studium dicitur offendi petitione filij exigentis propriam substantiam; sed vt munificentius munerare videatur filios immensitate gloriæ, non detrectat quodammodo haberi minus liberalis; quod non auaritia, sed vera & mera liberalitas est: nam *quod ante tenebat pater, non erat auaritia, sed amoris.* Siquidem tum opulentè beare filios in beatitudine exambit, vt aliàs quasi parcum se quodammodo exhibeat, quo apparatum faciat munificis gloriæ largitionibus. Eleganter Saluianus, sic fatur de Deo exigẽte retributionem gratam ab hominibus pro beneficio accepto; *Sed Deus inquit, non eget retributione. Non eget quidem iuxta omnipotentiam sed eget iuxta misericordiam.* Quid illustrius.

Dei velut parcitas in terris, negotiari videtur liberalitatem in cælis.

Chrysol. serm. 1.

Chrysol.

Luc.

Salu. l. 4. ad Eccles.

199. Quin & Christus, qui etiam vt homo, est filius naturalis Dei (procul, procul ab homine Deo omnis seruitus, qui à diuinitate totus ingenuus est) ac si seruus foret, sollicitat negotiatione meritorum ob industriam & sudores redemptionis, stipenda à Patre Deo demereri. Vnde dixit Hugo ad cap. 1 Matthæi quod *Christus Ecclesiam de salario paterna maiestatis adamauit.* Nempè Christo, quia Deus est, vbertim suppetit inexhaustus omnipotẽtiæ thesaurus, sibi ad nutum exprompus ad copiosas beatæ gloriæ largitiones. Nihilominus ob egregiam operam, quam in negotiis redemptionis exhibet Patri Deo, salariũ piè velut auarus exambit, vt etiam à salarij subsidiis, & congestis opibus munificentius prædestinatos muneret in beatitudinis gloria, ô liberalitatis singulare præconium! Verè filius, & totius hæreditatis verus Dominus, tanquam seruus salarium demeretur in terris, vt magnificentius liberalitatem suam ostentare videatur in cælis!

Christus de salario redemptoris munerat liberalius.

Dubitabit quispiam, Cur Deus nullius rei indigus, (quippe sibi vbertim sufficit,) plura ab hominibus petat. Num auarè humanas etiam opes corrogare studet, vt plus congerat, quod recondat in sui sensus ærario? ô liberales Dei petitiones! Eiusmodi postulatio non est res auaritiæ, sed negotium munificentiæ, Lucæ 20. v. 25. ait Christus, *Reddite qua sunt Casaris Casari, & qua sunt Dei Deo.* Ad quæ verba sic fatur Origines in Catena: *Postulat autem è nobis Deus, non quia necessarium habet, vt ei aliquid tribuamus: sed vt postquam ei dederimus, hoc ipsum nobis tribuat.* Quod arbitrium munificentiæ est & liberalitatis ingeniũ. Sic etiam dicitur Deus fœnerator, nõ illiberaliter auarus, sed munificè liberalis. Quod eleganter tradit Hildebertus his verbis: *Porrò munera Dei damno sunt possessoribus otiosis quibus nolle negotiari ad lucrum, probè negotiatur ad supplicium. Magnus fœnerator est Deus noster, importunè vsuras exigit ipse creditor noster. O beatum commercium in quo, nec vsuras exigens criminis arguitur, nec soluens in aliquo grauatur! ô felicem negotiationem, in qua creditor est opportunè importunus, & debitori plus quàm debet, debetur.* Quid luculentius pro hac re? Pende attentius hæc vltima verba, in quibus vigor totius sententiæ apparet. Nempè Magnus fœnerator est Deus noster, siquidem non ex auaritia, sed ex liberalitate vsuras quasi auarè videtur exigere, vt ita sollicitet, & negotietur hominum beatum lucrum: nã ex eiusmodi vsuris plus ipse vult debere, quàm debetur ipsi; quò enim plus gratiæ illi debet homo, eò magnificentiùs eum munerat augustioribus gatis

200.

Luc.

Orig. Deus à nobis aliqua petit ad vberiorem largitatem ostendendam.

Hildebert. epist. 15.

gazis gloriæ. O piiſſimam & munificentiſſimam Dei velut auaritiam; quâ ingerantur incrementa largioris liberalitatis! Si, quod ſpeciem auaritiæ præbet, mera liberalitas eſt, quanta erit mera liberalitas? Si quaſi parcitas reciprocat in munificentiæ glorias, quàm munifica erit in gloria liberalitas? (Iudith.) Quis non piè *præſumat de Dei miſericordia in cœlis*, quam tam glorioſè vel adumbrata parcitas ſic commendat in terris?

---

§. XXXVIII.

Oratio non tantùm piè præſumit rem poſtulatam, ſed etiam appendices exambit gratias.

201\. NEmo qui orat audebit negare ſe beneficium accepiſſe; alioqui, qui Deum rogat non eſſet bonus interpres liberalitatis diuinæ, quæ fideli orationis commẽtario feliciter declaratur. (Oratio impetrat ſupra quàm intelligit.) Pluries oraui, inquis, nec ſemel exoraui. Fortè ad gratiæ cumulum differtur beneficium, non aufertur. Fortè maius quid accepiſti, & commutatum eſt quod poſtulaſti in id quod poſtulare debuiſſes. Neque enim vlla videtur oratio ab impetratione vacua. (Luc.) Imò plura impetrat, quam petit. Tam eſt fœcunda impetrationis oratio! tanta eſt diuinæ pietatis redundantia, vt plura condonet precibus, quàm mẽs noſtra capit, quàm humana cupiditas exoptat. Ad illud Luc. 22. v. 42. *Non mea voluntas, ſed tua fiat,* (Dion. Alex.) ſic fatur Dionyſius Alexandrinus: *Deus enim inexpertus malorum eſt, vult autem nobis dona largiri ſupra id, quod petimus, vel intelligimus.* Nimirum diuina munificentia vſque adeò liberaliter ſua dona parturit vt pertingat donando, quò neque humana mens, neque auidior appetentia attingit optando, quod ad redundantiam diuinæ largitatis ſpectat. Quaſi parum foret largiri quod oramus, plura etiam alia quæ non petimus, exoramus: quæ ſunt velut conſequentiæ orationis.

202\. (Oratio, quæ ſibi petit, aliis etiam impetrat. Matth. Hugo. Chryſoſt.) Matthæi 6. verſ. 9. Chriſtus Deus attendens ad humanæ naturæ inopiam, bonorum promptuariũ illa apponit obuium, videlicet orationẽ, à quâ depromat cæleſtium munerum gazas: *Sic ergo*, inquit, *vos orabitis: Pater noſter qui es in cælis, &c.* Quare dum priuatè quis orat, iubetur dicere, *Pater noſter*; *noſter* dixit, non meus, aduertit Hugo ex S. Chyſoſtomo. Profectò qui Deum appellat Patrem, confidenter orat, quia dum Patrem nominat, ſe filium fatetur; filius autem ius habet ad paterna bona filiationis priuilegio Ergo quò certiùs rem impeteret, cõſultiſſimè iubetur petere à patre. Sed cur non dicit, *Pater meus*, ſed *Pater noſter*: niſi vt non tantùm ſignificet ius ſuum, ſed ſimul ius aliorum, & dum petit ſibi aliis etiam diſſimulanter impetret beneficia. Quaſi ſterilis foret oratio, quæ exorat quod ſibi ſoli petit, niſi etiam vnà exoret (Luc.) aliis, quod non petit. Luc. 15. v. 12. Filius ille pietatis auarus, luxuriæ prodigus, ſic orat Patrem ſuum: (Chryſol. ſerm. 1.) *Pater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit, & diuiſit illis ſubſtantiam ſuam.* Bellè aduertit S. Chyſologus: *Petente vno, ambobus totam ſubſtantiam mox diuiſit.* O velut effuſam liberalitatem! Quid eſt, quod petente vno, ambobus concedit, quod vnus vni ſibi poſtulauit? cur quia vnus ſibi ſoli petit etiam aliis non petentibus tribuit? ſufficeret bono & munifico patri vbertim poſtulata tribuere. At orationi vnius fere non ſufficit obtinere quod petit, niſi etiam exoret vltra id quod poſtulat, ſupra id quod intelligit, aut præſumit. Tam enim ambitioſè (vt ſic loquar) audet humana oratio, vt ad redundantiam impetrationis, non contenta obtinere, quod poſtulat, vltra id quod mens intelligit, & optat cupiditas, ambiat impetrare. Vnde *petente vno, ambobus ſubſtantiam mox diuiſit.* Quò omnibus innoteſcat, humanam orationem vbertim redundantem eſſe impetrationis.

Actor. 3. verſ. 4. Petrus, & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam: Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris ſuæ baiulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Specioſa. Is cùm videret Petrum, & Ioannem incipiẽtes introire in templum, rogabat, vt eleemoſynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne dixit: Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid acce- (Actor.) pturum ab eis: *Petrus autem dixit illi: Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Et apprehenſâ manu eius dexterâ alleuauit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius, & plantæ. Et exiliens ſtetit, & ambulauit, & introiuit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.* (Oratio habet appendices gratias.) Quis erit tam hebes, quis tam truncus, qui hanc hiſtoriam audiens, & credens, vtpote ab Euangeliſta ſcriptam, dubitet Petrum cum Ioanne hoc illuſtre miraculum perpetraſſe? Planè id affirmare videtur Euangeliſta Lucas, & concors interpretum conſenſio, & ipſa narrationis hiſtoria id expreſſè affirmat. At myſterio non vacat, ſanitatem Claudi operatam eſſe inter orandum, id eſt, quando publica, & ſolennis fiebat oratio. Non eſt minùs detrahere Apoſtolo miraculi gloriam, ſed commendare orationis laudes. Nihil affirmo dum refero (Baſil. Sel. Orat. 21.) Baſilij Seleuci elegantiſſima verba: *Petrus, & Ioãnes aſcendebant circa horam orationis nonam, & quidam vir qui erat claudus ex vtero matris ſuæ baiulabatur. Orationis appendix erat claudi curatio.* Profectò ſtupendum miraculum eſt curatio hominis à natiuitate claudi, & quod dubio procul videtur tribuendum Chriſti Dei virtuti, operanti per verba, & attactum Apoſtoli: & tamen Seleucus Præſul illud videtur etiam attribuere publicæ orationi; quia horâ orationis tantum miraculum factum eſt. Quaſi dubium ius publicæ illius orationis, quodammodò de miraculorum patratione æmuletur Chriſti Dei virtutem in Petro operantẽ. Sed animaduertendum eſt in ſolemni templi Hieroſolymitani oratione, minimè poſtulari ſanitatẽ claudi curati: quo ergo iure eiuſmodi orationi attribuenda eſt? Niſi fortè quod non petitur impetratur, quod repugnat rei impetrationi. At conſultò dixit Baſilius: *Orationis appendix erat claudi curatio*: Scilicet erudire vult homines redundantias orationis; neque enim oratio quod petit duntaxat accipit, ſed habet etiam oratio appendices, & quod minimè in mentem ſupplicantis venit, appendicis nomine tribuitur, ne tantùm quod petit accipiat, ſed vltra mentem orantis ſecundum infinitam miſericordiam concedentis: ô illuſtres orationis appendices, planè indices diuinioris munificentiæ!

204\. (Salomon impetrat orationis corollaria.) 3. Regum 3. v. 13. Rex Salomon ſuperbo ſtructuræ genere ædificauit Dei templum, ornauit pretioſa ſuppellectile, dedicauit feſtiuis plauſibus, & numeroſis victimis: Mox apparet illi Deus, vt pium, & opulentũ obſequium remuneret. Optionem

uem munerum facit:elegit consiliosam ad gubernandos populos prudentiam. Placuit Deo Salomonis petitio, & sic Salomoni liberaissimè fatur Deus: *Sed hæc quæ non postulasti dedi tibi diuitias videlicet, & gloriam: vt nemo fuerit similis tui in regibus, cunctis retrò diebus.* Parum erat piæ orationis ambitioni, vt impetraret peritiorem prudentiam, quam rogabat, nisi etiam orationis appendix foret opulentia gloriosior, & gloria opulentior, quam Salomon alia agens, & petens exorauit Quod eruditè adnotauit sapientissimus Pater Maldonatus versans hunc Regnorum locum, dum optimè explicauit illud Matth. 6. v. 33. *Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* Quæ videtur metaphora sumpta à rebus non admodum pretiosis, quæ in rerum pretiosarum emptione, non computantur in pretium, sed dantur pro corollariis. Quod confirmat illustri Salomonianæ orationis exēplo, quod nunc expendo. Profectò quod S. Basilius appellat *orationis appendicem*, vocat hic sapientissimus vir *orationis corollarium.* Scilicet legitima oratio suas habet appendices, sua corollaria habet, quæ sunt legitimæ orationis, legitimæ, & necessariæ consequentiæ. Sic enim est munifica diuina largitas, sic religiosè præsumit humana oratio, vt ac si foret exiguum postulata impetrare, piè exambiat diuites donorum appendices, & opulenta munerum corollaria! Planè hæc est piè ambitiosa orationis præsumptio quam expressit Iuditha hîc v. 17. aiés: *Exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordiâ præsumentem.* Neq; solùm sui incolumitatem, & populi liberationē deprecata est, sed plures etiam appendices gratias, nempe opulenta spolia, nominis claritudinē, & alia eiusmodi orationis corollaria, quæ sparsim in hoc libro recensentur.

3. Reg. — Maldon. Matth. — Iudith.

§. XXXIX.

Vel adumbrata vel somniata preces piè acceptantur à Deo ad nomen orationis, & rem impetrationis.

105. CÆli natura, vt loco sublimior est terrenis omnibus, sic & munificentior est: vtitur cælū naturâ suâ, & proficuos influxus suæ munificentiæ bonos interpretes, perpetuò mittit ad terram, quæ grauissimis suis ponderibus sedens immota *circa se properantis cæli fugam spectat.* Non tantùm cùm præ ariditate terra fatiscit, & magnis hiatibus anxiè quasi orat, inhians cælestes imbres; sed etiam quando inerti lassitudine fessa, non curat fœcunditatem, affatim à cælo fœcundatur. Neque cæli accessus duntaxat, sed vel fuga ipsa cæli salutaris terræ est, & proficua, fœcunditatis gazas illi liberaliter impertiens, ac si cælum rogaretur à terra. *Et erit in die illâ, Exaudiam dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram, Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum.* Osee 2. v. 21. Ergo terra precariò diues est. Sed quis hos terræ clamores, quibus fœcunditatem à cælo impetrat vnquam audiuit. Imò ingentes telluris hiatus, oscitantiam & inertiam dixeris: & tamen terra orare cælum dicitur, & cælum terræ preces exaudire perhibetur: ô mutum clamandi genus! ô adumbratam peccandi formam! Terræ sitim, Orationem reputat Cælum, quam attentissimè exaudit, & cumulatissimè ligat largis imbribus. Scilicet orationis vmbram, seu leue vestigium, & orationem reputat Deus, orationem appellat, & impetrandi energiam illi impertit abundè. Sic enim Deus exambit orationes humanas, sic exoptat dona sua mortalibus largiri, vt vel orationis vmbram, & quæ longè abesse videtur à re orationis tanquam legitimam orationem acceptet, exaudiat, muneret.

Seneca lib. de diuin. prou. — Arcana telluris oratio. — Osee.

Lucæ 1. vers. 18. Apparet Angelus Zachariæ in templo, & felix nuncium de ortu, de nomine, & elogiis nascituri filij prædicit; Hæret ad verba Angeli Zacharias, & miraculo incredulus sic respondet Gabrieli: *Dixit Zacharias ad Angelum vnde hoc sciam?* Planè indicat se non credere, nisi signum videat. Si adsit signum, fidem promittit rei attestatæ; secus non crediturus Signum non petit, sed neque recusat. Quis dicat vel dubitationem hærentis fidei, & penduli assensus esse orationem, quâ postuletur dubij solutio? Commentitium videtur eiusmodi orationis genus. Sed audiendus est Beda commentans verba quibus Angelus castigat Zachariæ dubietatem. *Ecce* (inquit Angelus Zachariæ) *eris tacens, & non poteris loqui* Ad quæ verba sic fatur Beda: *Dat signum, quod rogatur, vt qui discredendo locutus est, iam tacendo credere discat.* Nempe duo facit Angelus eâdem operâ, & punit Zachariæ incredulitatem, & petendi dat signum, quo credere ferè cogitatur. Eadem res & supplicium, & beneficium fuit, supplicium peccantis, beneficium precantis. Quæ sunt sapientissimi Maldonati sapientissima verba. Vide qualiter vel dubium rei attestatæ dicatur Zachariæ oratio. Aliud est dubitare, aliud verò quærere, & rogare solutionem. Quis vnquam dubitando orauit; Quis dubietate fidei, meritum precationis, & felicitatem impetrationis obtinuit? ô insigne humanæ orationis priuilegium! ô diuinioris munificentiæ encomium! meritum orationis reputat, qui elogium liberalitatis procurat. 106.

Luc. Zachariæ dubium reputatur oratio. — Maldon.

Insolescebat Agar & superbo Abrahami coniugio, & prolis felicitate; Sara autem sterilitatis malo fortè exasperata, & ancillæ imprudentiâ, cum illâ muliebriter rixatur, (rixentur interpretes iure, an iniuriè:) Fugam vltrò init Agar & exulare cogitur paupere viatico. Errat in solitudine, & lassa subsidit, vtero prægrauata. Apparet illi Angelus, bono animo esse iubet, numerosam ab Ismaële sobolem pollicetur, & reditum suadet ad Abrahami domum. Tunc Agar (vt habetur Geneseos 16. vers. 13.) *Vocauit nomen Domini, qui loquebatur ad eum: Tu Deus qui vidisti me.* Eruditissimus noster Mariana ex Hebrea origine orationem agnouit in verbo illo; *vocauit*, quod alij exscripserunt, *Inuocabit*, Vbinam est hæc oratio? quid precatur? Attentius perscrutare verba sacri textus, & vix reperies, nec vix quidem. Mariana sic locum expedit, ad rem præsertem opportunè: *Vocabit nomen Domini, qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui vidisti me Quidam*, inquit, (*inuocauit*:) *& sic principium orationis erit: Tu Deus qui vidisti me.* Ecce tibi inuocare, seu vocare nomen Domini, oratio dicitur, ac si vel Deum ore nominare, species sit orationis. Præterea aduerte, quod Agaris oratio est; *Tu Deus qui vidisti me*? ô hucusque inuisam, & inauditam orationem! Sicut desipit eruditus interpres? Oculi Dei, seu diuina perspicacia dicitur oratio nostra? Profectò munifica Dei perspicacia, seu benefici Dei oculi, oratio nostra non sunt, nec esse possunt: oratio enim est res negotiationis humanæ, non attributum perfectionis diuinæ. Verùm vsque adeò Deus noster cupiens est orationis humanæ, sic sua beneficia 107.

Genes. — Marian. Dei appellatio, & Dei oculi vocatur oratio.

Digitized by Google

parturire procurat, vt vel diuini nominis appellatioñe, vel suæ perspicaciæ oculos intuẽtes humanã miseriam misericorditer orationẽ appellet, vt orationẽ reputet, & ac si foret oratio, potẽter impetret.

208. Psalm. David Psalm. 9. v. 17. aliàs. 38. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: preparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Qui se præparat ad postulandum, nondũ orat, quomodo ergo exaudiri potest; Nisi fortè Deus innuat vel; silentiũ orationis apud se esse linguatũ, & eius liberalitatem auritã ad mutes silentij voces. Et quidem cùm humana oratio musicæ, & modulatissimæ citharæ cõparetur, *Preparatio* ad orationem, erit veluti citharæ chordas ad harmoniam temperare, & ad musices numeros cõponere, quod molestissimũ solet esse vel musicæ studiosissimis: nam raucũ & inconditũ sonum exhibet auribus, satisque compensatur voluptas musicę demulcentis aures, molestiã audiẽdi absonam præparationem citharæ. Ac si dicat Psalmographus, Non tantùm delectat diuinas aures consona orationis cithara ad virtutis harmoniam præparata; sed etiã temperatio, vel præparatio ipsa Deum suauissimè demulcet. At τὸ *Preparationem* Remig. interpretatur, *Meditationem* Cassiod. *Concupiscentiam.* Et ita sensus erit ad rem opportunus. Nempe, Deus humanam meditationem, seu considerantiam necessitatis; quin & sensum molestiæ, seu concupiscentiam liberationis, etiam quando ipsam liberationem minimè postulat, pro oratione reputat, & quasi oratio foret, eam exaudit. *Preparationem cordis, seu meditationem cordis, seu concupiscentiam cordis* eorum audiuit auris tua; Hispanè dices: *El pensar y abondar vno en la materia de sentimiento; el deseo de salir bien de vn aprieto, para con Dios, corre placa de feruosa oracion.*

Sensus ærumnæ, dicitur oratio ad Deum.

Remig. Cassiod.

209. Cassiod. Genes. Iuuat adhuc enucleare, & ditare interpretationem Cassiodori, *Concupiscentiam cordis eorum audiuit auris tua*, ex illo Geneseos 21. v. 16. Vbi Agar non iam, vt nuper, sponte, sed coacta exire cogitur cum puero Ismaele è domo Abrahami; tenellus puer præ siti animam exhalabat, præmaturam filij mortem lugubri planctu deflet Agar: *Sedens contrà, leuauit vocem suam, & fleuit. Exaudiuit autem Dominus Deus vocem pueri.* Ad quæ verba sic scribit Oleaster: Fleuit mater; & Dominus, non quidem matris, sed pueri vocem audisse dicitur. Quod contra aliquos probat Mariana ex articulo feminino originis Hebrææ: Quis non miretur matrem orasse, & filium exaudiri? Quomodo audiri potest, qui non orat? Oleaster inde valdè commendat puerorum orationem. Quidam extollunt beneuolas amicorum preces, quæ vel nescienti amico impetrant beneficium. Alij B virginis Mariæ (quæ communis fidelium mater est) orationem sublimant. Benè est, ita dicatur: at puer Ismaël laborat, non orat; periclitatur, non precatur: aquam non postulat, sed concupiscit; & inde Deus rectè dicitur exaudiuisse eius orationem, quia de ☩ Psalmista inquit, *Concupiscentiam cordis audiuit auris tua.* Nimitùm ipsam indolentiæ concupiscentiam, tanquam orationem acceptat Deus, & non orationem, velut orationem liberalissimè reputat ad rem impetrationis. Nonne hæc adumbrata oratio est? Imò Somniata, vt illa Chananææ in corde meditata oratio, antequam filiæ salutem postularet, & impetraret à Christo. De quã sic apud Basilium Seleucum orat. 20. loquitur mulier Chananæa primò repulsam passa Saluatoris: *Quando, inquit, vocem? qua leuamentum somniabam s* &c. Oratio somniata futilis oratio est, orationis nomen habet, re orationis vacuum. Quid impetret somniata oratio? Verùm tanti est apud Deum vel somniata oratio, vt & orationis nomine venustetur, & re impetrationis nõ destituatur. Sapienter ergo Iudithæ preces *de misericordia Dei præsumunt*, hîc v. 17. Siquidem quæ vix, aut ne vix quidẽ preces sunt quasi preces Deus reputat, acceptat, exaudit. Quid non piè præsumat vera Iudithæ oratio, quando adũbrata, & somniata honoratur orationis nomine, & impetrationis re?

Concupiscentia boni appellatur oratio.

Oleaster.

Mariana.

Somniatæ preces cualent ad impetrandum.

Iudith.

---

§. XL.

Dignitatis solitudo ambitur ab omnibus: qui æqualis sit magno, non parum illi de magnitudine detrahit.

Olim, & nunc nemo ex propriis tantùm se fore magnum existimat: ex aliorum tenuitate magnitudinem suam adstruit ambitio, & se habere putat, & quod ipsa habet, & quod non habet alter. Vnde sibi adimi credit, quod alteri adiicitur, & crescere præsumit aliorum decrementis, & de singularitate famam aucupatur. Audacter Magi ingressi Hierosolymam, Christum appellant Regem, aientes, Math. 2. v. 2. *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum: Vidimus enim stellam eius in Oriente.* Quæ est stella eius? Cuiusnam sunt stellæ reliquæ? quod iubar in cælis micat quod à Christo Deo non mutuetur fulgores. Cur quæso, hæc stella singulariter dicitur eius stella? Sanctus Maximus hom. 4. Epiph. *Bene eius, quia quamuis omnes ab eodem creatæ, stellæ ipsius sunt, hæc tamen propriè Christi erat, quæ specialiter Christi nuntiabat aduentum.* Nempe reliquæ stellæ, non sic dicuntur stellæ Dei; quia commune omnium munus est, omnésque pariter gloriam Dei vocali taciturnitate deprædicant, nullâque specialem obtinet dignitatem, aut munus, quod aliæ stellæ non præstent. At hæc Magorum stella nobili vocabulo appellatur stella Dei, quia non obit commune omnium munus, sed specialiter Christum annuntiat, à quo speciali munere superbam hanc nomenclaturam mutuatur, quo illustri vocabulo cæteræ carent, quia commune (licet præclarum) munus cum aliis obeunt. Vnde hæc stella cæteras antecellit nomine, & stella Dei singulariter dicitur; quia etsi cæteræ sint stellæ Dei, hæc tamen quia expers consortis in officio est, grande, & illustre hoc nomen possidet, non tam à munere, quàm à muneris singularitate, & carentiã consortis. 210.

Stella Dei dicitur, quæ singulariter lucet.

Matth.

Max.

Genesis 1. v. 16 dicitur *Fecitque Deus duo luminaria magna*, nempe Solem, & Lunam, & statim subiungitur: *Luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti.* Cur luminare minus dicitur quod paulò ante dictum fuit luminare magnum? Tam citò decreuit? Vulgò dicitur Lunam Solis comparatione, cui associatur, euasisse *luminare minus*, etsi priùs dicta fuit luminare magnum. Hæc coniectura in eo peccat, quòd Luna coniunctior erat cum sole quando dicitur luminare magnum, imò eodem vocabulo significatur cùm scribitur: *Fecit Deus duo luminaria magna.* Quam ergo ob rem mox, *dicitur luminare minus?* Aduerte attentius ad verba sacri textus: *Luminare maius, vt preesset diei; & luminare minus, vt preesset nocti, & stellas.* Quod pulchrè notauit Philo aiens: *Diei præfecit Solem, tanquam magnum Regem, nocti verò Lunam, cum cæterarum* 211.

Genes.

Luna dicitur luminare minus quia simul cum stellis lucet. Genes.

Philo lib. de mundi opific.

stellarum

ſtellarum multitudine. Scilicet Sol,quia ſolus præeſt,dicitur,luminare maius,& magnus Rex: Luna verò appellatur *luminare minus*: quia præeſt cum cæterarum ſtellarum multitudine, & ſic à conſortio ſtellarum minoratur; profectò Sol magnus dicitur,quia ſine conſorte præeſt, Luna verò,quæ in præfecturâ admittit conſortem, minor appellatur à conſortio ſtellarum decreſcens; & quæ priùs magna erat, iam minor eſt à conſortis munere. Cùm Luna ſola præſidere nocti dicitur, ſimpliciter magna audit, minor verò à ſocietate conſortium ſtellarum, quæ conſortio dignitatis portionem ſuffurantur à Lunâ.

212\. Tertull. lib. de carne Chriſti c. 3. Chriſtus æqualis Patri eſt, quin à tanta Chriſti magnitudine Pater decreſcat. Ad Philip.

Tertull. ſcitè dixit: *Periculum ſtatus ſui Deo nullum eſt*. Reddiderat paulò antè rationem, *Nihil Deo par eſt*. Nimirùm Deus nequit à diuinitate deponi; nequit enim diuinitas minui: quia nemo poteſt eſſe par Deo: nam ſi aliquid eſſet æquale Deo, illico detraheretur Deo, quod illi alteri adiicitur. Hinc lux loco Pauli ad Philipp. 2. v. 6. qui agens de Chriſto Deo, inquit: *Non rapinam arbritratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*. Valde impedita ſententia: hæreo in verbis Pauli, vt ſententiam emedullem. Ait enim Apoſtolus, Non fuit furtũ, quod Chriſtus Deus æqualis ſit Patri Deo. Num quiſquis æquatur alteri apud homines, illud ipsũ, in quo creſcit vt adæquetur, ſuffuratur ab illo, cui adæquatur? Rectè poteſt quis, aut à meritis, aut ambitione ita ſublimari vt æquetur magno viro, quin ab illo quidquam detraxerit; nam abſque ſublimiſſimi decremento, ſolo ſui incremento æquari poteſt cuique quantumuis ſublimiſſimo. Ergo vt quis æqualis fiat magno, neceſſarium non eſt, vt à magno ſuffuretur magnitudinis portionẽ. Imò ſemper neceſſariũ eſt: nam eo ipſo quod quis magno euadit æqualis, neceſſe eſt, vt ab eo auferat ſolitudinẽ in magnitudine. *Quando quidquid habet alter, ſe computat perdidiſſe*: vt aliàs dixit S. Chryſologus. Ergo Paulus, vt rem ſupra humanam experientiam, & captum, & inter præcipua Chriſti Dei encomia, collocat quod Chriſtus æqualẽ ſe conſtituendo Patri Deo, eiuſmodi æqualitas non fuerit rapina, (quia eadem eſt diuinitas vtriuſque perſonæ.) Quaſi dicat Paulus: Etſi Chriſtus faciat ſe æqualem Patri, nihil ab illo furatur ex conſortio æqualitatis, ſicut accidit inter homines, nam qui ſe parem magno facit, tametſi ex propriis meritis creſcat, tamen à Magno ſuffuratur ſolitudinem in magnitudine. De Magnatibus dicitur: *Qui ædificant ſibi ſolitudines*, Bellè ergo Tertullian. *Periculum ſtatus ſui Deo nullum eſt*, ſcilicet quia *nihil Deo par eſt*. Præfatam Paulini loci expoſitionem ſubobſcurè tradit Hugo.

Chryſol. ſerm. 2.

Iob. 3. v. 14.

Hugo. ad c. 3. Geneſ.

213\. Protoparentes humani generis creauit Deus multa rerum diuinarum, atque humanarum notitia præditos, & tamẽ aſtutus ſerpens, vt eos pertraheret ad gulam arboris vetitæ, ſic ſuggeſſit: *Eritis ſicut Dij, ſcientes, &c.* Geneſ. 3. v. 5. quibus verbis Euam tentauit, & vicit. Non adducar vt credam, feminam ambiiſſe diuinitatem; tum quia ſtultiſſima ea ambitio foret: tum quia id non propoſuit malus dæmon, qui non dixit, *Eritis Dij*, ſed *ſicut Dij*. Adde quod id verè habebat tunc homo, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatus fuit. Tam ſtolidus fuit vt ambiret, quod poſſidebat? Quo ergo modo his verbis deiecit hominem callidus ſerpens? Quid energiæ occultauit his verbis, vt ſtatim perſuaſerit ſapientiſſimæ feminæ contemptum diuini præcepti, & eiuſdẽ impudentem violationem? Opportunè Procopius: *Volens* (Dæmon) *vt inſueſcerent nihil magni ſentire de Deo, & vt exiſtimarent non eum ſolum Deum, ſed poſſe, & alios eſſe tales*. Nempe totum tentationis ingenium in eo ſitum fuit, vt dæmon diceret, *ſicut ay*, quo exiſtimaretur, non vnum tantùm quem viderant, ſed plures eſſe Deos, & ſic *nihil magnum ſentirent de Deo*: quaſi nõ eſſet vnus, & ſolus, ſed alij eſſent diuinitatis conſortes. Quo artificio ſic Eua contempſit (Deum, quem iam exiſtimauit non eſſe ſolum, ſed pares, & cõſimiles habere Deos, vt ſtatim manum porrigeret ad pomum vetitum, turpi Dei contemptu. (Dicam luculentiùs:) Cùm Deus credebatur vnus, adeò colebatur, vt non auderet homo vel tangere arborem diuino præcepto vetitã; at cùm alios diuinitate pares habere exiſtimatus eſt, vſque eò viluit eius auctoritas, vt confeſtim violarint eiuſdẽ præceptum. Nimirùm nihil magnum ſentientes de Deo, qui alios æquales Deos habere dicebatur. Nam Deus niſi ſolus in diuinitate eſt, Deus non eſt. Ad rem Tertull. *Veritas Chriſtiana diſtrictè pronuntiauit, Deus, ſi non vnus eſt, Deus non eſt*. Et infrà cap. 7. *ipſa idola gentium Dei vulgò; ſed Deus eâ re, quâ nemo Deus dicitur*. Vnde à ſolitudine vnitatis, maieſtatem diuinitatis poſſidet. En Nabuchodonoſoris ſuperbiſſimam ambitionem, qui c. 3. v. 13. dicitur præcepiſſe *Holoferni, vt omnes Deos terræ exterminaret, vt ipſe ſolus diceretur Deus*. Quaſi parum foret eius ſuperbiſſimæ elationi eſſe Deum, niſi ſolitudinem in diuinitate poſſideret: nam à conſortio decreſcit honoris ſublimitas. Ergo conſultiſſimè Iuditha hic verſ. 19. ait: *Et omnes gentes cognoſcent quia tu es Deus & non eſt alius præter te*.

Deus ſi ſolus non eſſet in natura, Deus non eſſet.

Eua contemnit Deũ putans poſſe eſſe plures Deos.

Tertull. l. 1. aduerſ. Marcio. c. 3.

Iudith.

§. XLI.

Sanctorum Proceres, piè ambiunt Deo lucere non mundo, vni Chriſto viuere, non ſibi.

NEmò aliis naſcitur, moriturus ſibi: ergo homo ſibi viuat, qui ſibi vnicè moriturus eſt: 214.
imò quia homo ſibi moriturus eſt, viuat non ſibi, ſed Deo, qui vita mortalium eſt. O verè felix, & feliciter beatus, qui non viuit venæ ambitioni, ſed veræ gloriæ, qui non viuit mundo, ſed Deo. Porrò ſicut Heliotropium natiuâ vi perpetuò ad Solem, ſic ſpectet vita noſtra ad Deum, Deique gloriam, negligens mundialem pompam, & quidquid in mundo eſt, quod auertit à Chriſto, quod Deum non ſpirat, quod Deum non ſpectat. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi*, Cant. 6. v. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi*, c. 2. v. 17. Quid eſt *Ego illi*? Non tam Sponſæ os loquitur, quàm affectus, plus ſignificat quàm dicit. *Ego illi*, ait ſponſa, id eſt, ego tota ſponſo meo viuo, illum ambio, illum ſuſpiro, illi deſtino opera mea, illi ſoli ſtudeo. S. Bernardus: *Dilectus intendit mihi, & ego illi, ille mihi, quia benignus, & miſericors eſt; Ego illi, quia non ſum ingrata: ille mihi gratiam ex gratia, ego illi gratiam pro gratia: ille meæ liberationi, ego illius honori: ille ſaluti meæ, ego illius voluntati: Ille mihi, & non alteri, quoniam vna ſum columba eius: Ego illi & non alteri, neque enim audio vocem alienorum*. Ego illi, 215.
ait ſancta Sponſa, quia totam me illi mancipaui, meáque omnia deſtinaui: ipſi, non alteri, neque enim alterius vocem audio, non titillantis voluptatis præſtigias, non concupiſcentiæ illecebras, non diuitiarum ſuperbiam, non ambitionis faſtum, neque audio, neque intelligo mundi voces: quidquid cogito, quidquid diligo, quidquid ope-

Soli Deo viuere non Mundo.

Cantic.

Bern. Serm. 68.

Digitized by Google

ror, soli Deo refero: Ergo illi viuo, necalij præter ipsum. Viuant licet alij mundo, viuant hominibus, quibus placere student, ego Deo soli viuo, & ita compesco mundiales concupiscentias, & seculi pompam. *Quis* (inquit ex Seneca Politico Christianus.) *sub alicuius rustica arboris proiectus vmbra, luxuriæ suæ pompam solus explicuit? nemo oculis suis lautus est, sed apparatum vitiorum suorum pro modo turba expectantis expandit. Itaque irritamentum est omnium, in quæ insanimus, admirator, & conscius: ne concupiscamus, efficies, si ne ostendamus, effeceris: ambitio, & luxuria, & impotentia scenam desiderant; sanabis ista, si absconderis.* Multò sanabis magis, si vni Deo viuas; Deo viuere, his caruisse est. Dic cum sponsa: *Ego illi, & non alteri, neque ego audio vocem alienorum:* quæ summa virtutum est & Christianæ perfectionis fastigium.

Seneca. Carol. Scrib. cap. 2.

116. Psalm.

Deo viuere, non sibi.

116\. David ad sanctitatem factus vir, sic de se dixit, Psalm. 21. vers. 11. *In te proiectus sum ex vtero.* Et vers. 31. *Et anima mea illi viuet.* Etiam sub diademate sedem suam virtus reperit. Nempe ab vtero natus sum, inquit Dauid, non regni solio, non ambitionibus seculi, non mundi deliciis, non otio, & gulæ, (quæ Regum vitia sunt,) sed ad Deum ab vtero proiectus sum; quia illi soli natus, illi soli ab incunabulis seruio, illi soli viuo: ad Deum dirigo omnes meos actus, omnes vitæ meæ functiones illi soli dedico, illi operationes meas ab infantia destino, cui soli viuo, non mihi. Accinit Paulus ad Galat. v. 19. *Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus.* Desiitne Paulus viuere quia ait, se iam non viuere? Minimè: nam præstantiorem, & augustiorem mutuauit vitam. Opportunè S. Anselmus: *Viuo autem iam non ego, &c. Ego quidem à me ipso extinctus sum, quia carnaliter non viuo, sed tamen essentialiter extinctus non sum, quia in Christo spiritualiter viuo.* Scilicet Paulus sibi extinctus, & mortuus est, quia Christus vigor, & vita eius est; incepit in Christo bene viuere qui desiit in se malè mori O felix vita: quæ Christo viuit! ô vera mors, quæ mundo viuit! Huius vitæ viuificæ ardenti tenebatur desiderio S. Ignatius Martyr in epistola ad Romanos, vbi eos vehementer hortatur, ne precibus suis eius Martyrium impediant, aiens: *Metuo enim charitatem vestram, ne ipsa me lædat. Vobis enim facile est, quod vultis facere.* Et post pauca: *Ignoscite mihi fratres: ne mihi impedimento sitis ne ad vitam perueniam, Iesus enim est vita fidelium: Ne me velitis mori: mors namque est vita sine Christo.* Ecce tibi quàm viuat vni Christo Martyr Ignatius. Cui etiam vixit alter ipse Ignatius, sanctissimus, inquam, protoparens noster: cuius vnicum stemma fuit: *Ignatius ad maiorem gloriam Dei.*

ad Galat.

Anselm.

Ignat. M.

117. Baruch.

Sanctus eximius vni Deo lucet.

117\. Baruch c. 3. v. 35. agens de principatu Dei erga cælestia lumina; sic fatur: *Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt: vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas.* Taceo stellas agere excubias in cælo, prætereo fulgores vocari astrorum lætitiam, omitto perpetem stellarum cursum appellari præparationem ad vlterius obediendum: & expendo stellas dici lucere Deo factori suo. Porrò naturalis ambitio lucis est, sic fulgores ostentare suos, vt omnium oculos ad se rapiat. Celas lucem? ipsa se prodit: abscondis in abditissimo recessu? vel per rimulas se manifestat, & hominum oculos solicitè quærit: nescit latere, qui videri ambit. Vnde vel humillimi Apostoli quia dicuntur fore instar lucis, Matthæi 5. vers. 14. appellantur, *lux mundi*, quæ illuminat omnē hominem venientē in hunc mūdum: natura enim lucis est, lucere omnibus. Verùm hæ mysticæ stellæ apud Baruch (ô cæleste prodigium!) soli Deo dicuntur lucere. *Luxerunt ei, qui fecit illas.* Nempe cælorum astra terras exortu suo illustrant, & omnibus lucent; at hæ terrarum stellæ, cælum tantummodò illustrant fulgore suo. *Los astros del cielo amanecen y dan luz a la tierra, mas estos astros de la tierra amanecen, y dan luz al cielo.* Parum hoc est: *luxerunt*, inquit, *ei, qui fecit illas.* Scilicet soli Deo lucent, non lucent hominibus, non cælo, non Angelis, sed vni Deo lucent, ad Deum corrigunt suos radios, ad illum solum fulgores suos destinant, cui explicant splendorem suum Mundo obscura apparent hæc miraculosa astra; nigris tenebris squalere videntur, nullo fulgore illustres, vt luceant soli Deo Prodigij adinstar est reperiri lucem, quæ hominibus non luceat, sed luceat vni Deo, ad illum solum dirigēs virtutis radios, illum solum illustrans vitæ suæ fulgore, illi soli destinans lucidas suas functiones. Hic fastus Dauidicæ, & Paulinæ sanctitatis est Quin & hæc pia virtutis ambitio suspiciēda est in sanctissima Iuditha; quæ in secretiori parte domûs fecit sibi abditum cubile, vt procul à contubernio domesticorum, à societate hominum, ieiuniis macilenta, orationibus intenta, ciliciis exasperata, honoribus negata, ab omni vitæ fruge remota, non sibi, sed Deo soli luceret, vni Deo viueret.

Matth.

Iudith.

Dauid Psalm. 4. vers. 5. sic de se fatur, vel potiùs Spiritus sanctus de Dauid: *Scitote quoniam mirificauit Dominus Sanctum suum.* Genebr. ex Hebræa origine vertit, *Sanctum sibi*: Quod apprimè quadrat ad rē præsentem. Et sensus est: Scitote quod Dominus Danidem *mirificauit*, id est, mirum fecit, nempe miraculis clarum, pietate illustrem sanctitate conspicuum, munificentia nobilem, & omnium virtutū genere inclytum: sic mirificauit Dominus Sanctū sibi. Hoc est ille qui Sanctus est vni Deo, sic mirificatur, vt pietate niteat, sanctitate excellat, miraculis celebretur, virtute clarescat, & omnium virtutum dotibus ad miraculum vsque præemineat. His elogiis mirificatur qui est Sanctus vni Deo, non sanctus hominibus. Caue à pietate ambitionem, caue à virtute fastum, id est, caue hyprocrisim.

Psalm.

Genebr.

Dauid est sanctus Deo.

Paulus ad Philippēs. 1. v. 21. *Mihi viuere Christus est* Nimirum *viuere* Pauli est Christus Deus; nam illi soli viuit Paulus; Pauli enim vita non tam est eius anima, quàm Christus Deus; vita Pauli Christo constat, sine quo cadauer est, cum quo fruitur præstātiori vita. Egregie Theophylactus: *Mihi viuere Christus est. Mihi spiritus, & lumē, & vita est, tum naturalis, tum supernaturalis, tum beata.* Quid Christus Deus est Paulo vita naturalis? O hyperbolé! naturales functiones à Christo, per Christū, & propter Christum Paulus obit? Christus Paulo substituit vices animæ? Et quasi parum hoc esset, addit Christum sibi esse vitam supernaturalem, & beatam. Quid exaggeratius? Nempe Paulus, sicut Dauid, verè dicet *Anima mea illi viuet* illi soli vitio, per illum solum viuo, propter illū solum viuo, procul. ô procul este terrena tanquam profana: *Mihi viuere Christus est* Cui luceo, cui respiro, cui viuo. *Ego dilecto meo.* Cætera vt mihi molestissima, fastidit anima mea, cadauerescọ sine Christo. 118.

ad Phili.

Theoph.

Christus dicitur vita Pauli.

CAPVT

CAPVT DECIMVM.

VERS. 1. FACTVM est autem, cùm cessasset clamare ad Dominum, surrexit de
loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum 2. Vocauitque, abram
suam, & descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se
vestimentis viduitatis suæ 3. Et lauit corpus suum, & vnxit se myro
optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum,
& induit se vestimentis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assum-
psitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis or-
nauit se. 4. Cui etiam Dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista com-
positio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideò Dominus hanc in illam
pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. 5.
Imposuit itaque abræ suæ ascoperam vini, & vas olei, & polentam, & palathas,
& panes, & caseum, & profecta est. 6. Cúmque venissent ad portam ciuitatis,
inuenerunt expectantem Oziam & presbyteros ciuitatis. 7. Qui cùm vidissent
eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. 8. Nihil tamen interrogantes
eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus Patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne
consilium tui cordis suâ virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalem, & sit no-
men tuum in numero sanctorum & iustorum. 9. Et dixerunt hi qui illic erant, om-
nes vnâ voce: Fiat, fiat. 10. Iudith verò orans Domtnum, transiuit per portas ipsa &
abra eius. 11. Factum est autem, cùm descenderet montem, circa ortum diei, occurre-
runt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, dicentes. Vnde venis? aut quò va-
dis? 12. Quæ respondit: Filia sum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quoniam
futurum agnoui, quòd dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos,
noluerunt vltrò tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro. 13.
Hac de causa cogitaui mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indi-
cem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, vt non cadat vir
vnus de exercitu eius. 14. Et cùm audissent viri illi verba eius; considerabant faciem
eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.
15. Et dixerunt ad eam: Conseruasti animam tuam, eò quòd tale reperisti consilium,
vt descenderes ad Dominum nostrum. 16 Hoc autem scias quoniam cùm steteris in
conspectu eius, bene tibi faciat, & eris gratissima in corde eius: Duxerúntque illam ad
tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam. 17. Cúmque intrasset ante faciem eius,
statim captus est in suis oculis Holofernes. 18. Dixerúntque ad eum satellites eius:
Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro
his meritò pugnare contra eos debeamus. 19. Videns itaque Iudith Holofernem se-
dentem in conopœo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis
intextum. 20. Et cùm in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super
terram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente Domino suo.

§. I.

Commentarius littera.

Vers. 1. Factum est autem cùm cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum.

1. VERS. 1. Bibl. Sixt. Septuag. Bibl. Complut. Regia. Vatabl. BIBLIA Sixti sic scribunt hunc versiculum: *Et factum est, vt cessauit clamans ad Deum Israël omnia verba hæc; & surrexit à deiectatione.* Septuaginta, Biblia Complut. Regia: *Et surrexit à ruina.* Vatablus, *surrexit procubitu.* Scilicet prostratio ad precandum appellatur *Procubitus*, *Deiectio*, & *Ruina.* Mallem cum S. Iuditha in oratione hanc deiectionem, & ruinam, quàm aliquorum sublimitates, dum è terrâ subleuantur, & attolluntur ad fastigium: hæc enim ruina orationis, sublimitas est, & culmen virtutis. Oratio dicitur deiectio, & quo sensu?

Cessauit clamare ad Dominum. Clamare dicitur tacito feruore orationis, non clamosâ oris vociferatione, vt notat Carthusianus. Carthus. Et nos multis probauimus suprà, cap. 9. ad versum primum super illis verbis: *Clamauit ad Dominum.* Addit sacer textus: *Surrexit de loco in quo iacuerat prostrata.* Tò *surrexit* non tantùm significat erectionem corporis, sed etiam animi erectionem; Dei enim auxilio confisa surrexit ad perpetrandum audacter virile, & illustre facinus Holofernianæ cædis. Illud *prostrata*, non est necesse vt intelligatur rigorosè de totius corporis prostratione, sed de genuum flexione, siue cernuatione, aut supplicis incuruatione corporis, quæ fieri solitat ad orandum: vt versiculo illo 1. annotabam & probabam.

2. *Vocauitque Abram suam, & descendens in do-*

VERS. 2. *mum suam, abstulit à se cilicium; & exuit se vestimentis viduitatis suæ.* Dubium est apud commentatores, quænam sit hæc Abra, cuius sæpe fit mentio in hoc libro, cap. 8 vers. 32. Et in hoc cap. 10. vers. 2. & 5. & 10. Et cap. 16. vers. 28. Lyranus existimat Abram esse ancillam libertam; dicique à præpositione *ab* & *ara*: quia olim iuxta aram libertas seruis donabatur. Constat autem ex cap. 16. vers. 28. eiusmodi abram libertate donatam. At non facilè probabit Lyranus ante sexaginta annos à manumissione, & quo tempore nil cogitabatur de illius libertate, nomen sortitam fuisse à spe manumissionis. Hugo Cardinalis autumat esse proprium nomen ancillæ suæ, quæ Abra appellabatur. Quod non persuadebit Hugo attentiùs legenti contextum locorum, in quibus huius Abræ fit mentio. Et ex verosimiliori expositione ampliùs impugnatur Hugonis coniectura. Mitto Tortolettum asserentem, esse Judithæ nutricem: planè poëtatur. Itaque Abra non est nomen proprium alicuius ancillæ è gynæceo Iudithæ: sed nomen commune quod ancillam significat, non qualemcunque, sed honoratam, & quæ ad manum heræ præsto erat. Ita Carthusianus hîc, Serarius quæstiuncula 1. Sanctius in commentario huius versiculi, Salianus ad annum mundi 3346. Insinuat Emanuel Sà ad cap. 8. vers. 32. huius libri: & quotquot ancillam generatim exponunt. In hac significatione accipit τὸ Abram Pausanias apud Eustratium, & Suidas ex Menandri Pseuderacle & Sycionia, & ex Iamblico apud Stobæum sermone 51. & Serarium suprà. Porrò ἄβρα *Abra* Græcè ancillam honoratam significat. Quod constat ex Græco textu Genes. 24 v. 61. & Exodi 2. v. 5. & Esther 2. v. 4. & 5. Et ex Clemente Alex lib. 1. Strom. & Eusebio lib 9 de præpar. Euangel.

Iudith. Lyran. Quænam fuerit Iudithæ Abra. Hugo. Tortollet. Carthus. Serar. Sanct. Salian. Sà. Pausan. Eustrat. Suid. Menand. Iamblic. Stob. Serar. Genes. Exod. Esther. Clem. Alex. Euseb.

3. *Descendens in domum suam* Dicitur Iuditha descendisse in domum suam, non quia extra domum hæc facta fuerint, & postea in domum suam venerit; sed quia cùm oratorium eius esset in superioribus domus suæ, vt habetur suprà, cap 8. vers. 5. & cap. 9. vers. 1. descendisse ab oratorio dicitur in domum suam, quia egressa est ex oratorio, quod sic erat ab interpellatoribus separatum, & turba domesticorum, vt videretur fuisse extra domum. Itaque Iuditha ex oratorio descendit in domum, vbi morabatur reliqua familia, & vbi antiqui nuptiarum ornatus repositi erat. Ita Lyra, Hugo, Sāct. & Salian. Ibi abstulit à se, quo asperabatur, cilicium, quod induerat cap præced v. 1.

Iudith. Lyran. Hugo. Sanct. Salian.

4. *Et exuit se vestimentis viduitatis suæ.* Perspicuum est Iuditham non in oratorio, sed in parte inferiori domus, reposita habuisse nuptiarum ornamenta, & mundum muliebrem: quæ vt longè erant ab animo, ita & ab orationis secessu, vbi perdiu morabatur. Non assentiar Saliano asserenti, ideò Iuditham descendisse in domum inferiorem, quia in ea recondita haberet ornamenta festis diebus congruentia. Neque enim adducar vt credam, Iuditham castissimè, & austerissimè viduam, adhuc festis diebus induisse lætiores vestes, etsi exuerit squallidas cilicij asperitates. Dubium est apud vtriusque eruditionis peritos, quæ apud Hebræos fuerint viduitatis indumenta, tametsi indubium sit, vt docet Sanctius, habuisse viduas certum aliquod vestimenti genus, vt ex hoc loco liquidò constat, & ex Geneseos 38. v. 14. vbi Thamar dicitur exuisse viduitatis vestes, vt socerum Iudam alliceret ad concubitum. Verosimile autem videtur viduitatis vestes esse nigri coloris, quia in funere, & luctu, familiaris est niger color in vestimētis. Vnde atrati seu pullati dicuntur, qui funereas, & lugubres induunt vestes.

Salian. Sanct.

Hunc vers. 2. sic exscribunt Biblia Sixtiana: *Et vocauit ancillam suam, & descendit in domum, in qua versabatur in diebus Sabbatorum, & in festiuitatibus suis, & circumabstulit saccum, quem induerat, & exuit vestimenta viduitatis suæ.* Septuaginta interpretes, Biblia Complut & Regia τὸ *circumabstulit* vertunt *euoluit*. Cætera consentiunt, nec ferè dissentit Vatablus.

Bibl. Sixtin. Septuag. Bibl. Complut. Regia. Vatabl.

---

§. II.

Commentarius litteræ.

Vers. 3. Et lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se.

5. VERS. 3. ET *lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo* &c. Vetustiora Biblia vulgata habebant, *myrro optimo Myrto* habet Raban. Lyra, Hugo Carthus. *myrto.* Sed in vulgata editione à Sixt correcta, *myro optimo* scribitur. Dein Biblia Septuaginta interpretum eiusdem Sixti opera correcta, ita habent: *Et circumlauit corpus aquâ, & vnxit vnguento pingui.* Biblia Complut. non *Corpus* sed σῶμα, id est, *os* exscribunt; Ita Septuaginta, & Biblia Regia. Vatablus autem: *Corpus aqua prius ablutum, vnguento pingui perunxit* Cæterùm cùm Biblia Complut & Regia, & Septuaginta interpretes dicant Iuditham os lauisse, non corpus reliquum, dubium posset alicui videri, an faciem tantùm Iuditha lauerit? Perplacet cum vulgato interprete (& videntur id supponere expositores,) totum abluisse corpus: nam cùm Iuditha olim munditias corporis neglexisset, interuli sacci diuturnitate, & cinerum sordibus, ambitiosoque squalore (quæ sunt ornamenta, & lenocinia virtutis,) Dei gratiam exambiret, nunc ne suboleret illuuiem pristinam, nève aliquid esset quod Holofernes fastidiret, totum Corpus lauisse creditur. Præterea vt aliquid spiraret amœnum, vnxit se myro optimo, id est vnguento optimo, & odorato, quod familiare Hebræis fuisse, adeò vulgare est, vt probare pudeat. Aduerte nullum vnguentum in particulari exprimi: nam μύρον *myron* Græcis vnguentum generaliter significat. addit *optimū*, hoc est, præstantissimum, & odoratissimū, ita Serarius, Sanctius, & Salianus. Ex myrtheo autem succo, & oleo olim fieri vnguenta laudatissima tradit Plinius lib. 13. c. 1. 2. & 3. Vnde Iuditha lauit corpus suum, non tantùm, vt meliùs reciperet vnguenta (vt putat Lyra) sed vt ablueret inolitas à pœnitentiâ sordes. Quod autem ait Anselmus Laud. *Lauit Corpus suū*, id est, *lacrymis pœnitentiæ opera carnis*, morale est. Sicut & illud Strabi: *Vnxit se, &c.* id est, *vnguento de myrrha optima cōfecto, per quod significatur virtus castitatis, eò quod conseruat carnem à putrefactione luxuriæ, & dissolutionis.*

Rabun. Lyra. Hugo. Carthus. Sixt. Sixt. Bibl. Compl. Septuag. Reg. Myro optimo vngitur Iuditha. Serar. Sanctius. Salian. Plin. Lyra. Anselm. Strab.

Et discriminauit crinem capitis sui, & imposuit 6.

mitram

Digitized by Google

mitram super caput suum. Vatablus pro τὸ *Discri-*
Bibl. Gotth. *minauit*, scripsit, *capillus capitis sui digestis.* Cæte-
ræ scriptiones à Græco textu, & Biblia Gotthica,
perexiguo variant verborum discrimine, sed eo-
dem sensu. Profectò frugales feminæ quæ in se-
cessu abditæ publico carere procurãt, quippe quæ
impensiùs studẽt pietati, innexos, & incomptos
Carthus. Ornatus capillaturæ alũt crines. Vnde Iuditha olim capillaturæ negli-
gens, nunc dicitur discriminauisse crimen capitis
sui. Inidoneè Carthusianus pectinis tantùm ope-
ram in hoc verbo agnoscit: nam Iuditha, quæ im-
pensiùs se hic ornauit, nõ modò implexos & hor-
rentes capillos pexuit ad nitorem, sed etiam illos
accuratè discriminauit, & in cirros, cincinnósque
digessit, (vt dicebat Vatablus.) & in aliam formã
quæ venustatem & gratiam conciliaret sibi. Ne-
Isaiæ. que mihi dubium est, cùm hic dicitur: *Discrimi-
nauit crinem capitis sui.* idem significari, ac Isaiæ 3.
LXX. v. 20. vbi dicitur, auferenda esse à feminis Hiero-
solymitanis, *Discriminalia*, Hebraicè *peerim*,
quod nomen generale est; & ideò LXX. verte-
7. runt, *compositionem gloriæ.* Vnde τὸ *Discriminauit*
significat omnem ornatum crinium, qui illo æuo
adhiberi solitus erat, ad ornandum capillos, & ex-
aggerandum decorem. Nempe Iuditha, vt Holo-
ferni placeret, primò confusos, & implexos crines
pectine explicauit & venustauit; dein intorsit, &
crispauit, in cirros discriminauit, vittis, & tæniis
splendentibus diuisit in resticulas coëgit ad vertri-
cem, caput sic turrificans, vt commodè mitrã (de
quà statim) excipere posset: ad vtrumque latus vn-
dulatos comæ flexus inerrantes permittens ad col-
lum vsque volucres. Quod verosimilius videtur
Cantic. ex consuetudine comẽdi capillitij apud Hebræas
feminas: vt constat ex illo Cantic. 4. v. 9. *Vulnera-
sti cor meum soror mea sponsa, &c. in vno crine colli
tui.* Crinem colli appellat sponsus capillorum cin-
cinnatos fluxus, vtrinque ad collum pendulos,
quod *Guedeias* Hispanè dicimus. Neque enim
tam pulchra femina tam breuem alebat comã, vt
infra collũ non deflueret. Vnde partim splenden-
tibus fasciis Iudithæ capilli spirulatim regerun-
tur, & innodantur ad capitis verticem; partim vsq;
ad collum hinc inde diffluunt ad omnem gratiam
venustatis. Id totum complexus est sacer Historio-
graphus, aiens: *Discriminauit crinem capitis sui.*
Cant. De capillorum ornatu legi possunt interpretes Bi-
bliorum ad illud Cantic. 4. vers. 4. *Sicut turris Da-
uid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis.*
Et infrà vers. 9. ad illud: *In vno crine colli tui*, &
Isaiæ. ad cap. 8. vers. 5. *Caput tuum sicut Carmelius: & co-*
Tertull. *ma capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.*
Pamel. Et ad cap. 3. Isaiæ vers. 17. præsertim ad versicu-
lum 19. *Et discriminalia.* Præterea Tertullianus in
Cerda. lib. de cult. femin. cap. 1. & inibi Scholia Pamelij,
Clem. Alex. & Cerdæ notæ valde eruditæ. Clemens Alexand.
lib. 3. Pædag. cap. 11. & passim SS. Patres, & profa-
næ eruditionis scioli.

8. *Et imposuit mitram super caput suum.* Mitra, vti
tradunt interpretes Iudith & Isaiæ, edocti à sancto
Hieronym. Hieronymo feminei capitis ornamentũ est Quod
Quid sit mitra. Hispani vocant *Coffia*: Itali *Cufia*: Galli *Coffe*-
Lyra. quodque *Cucufam* barbaro vocabulo appellauit
Tertull. Lyranus, Latinius dixisset *Calanticum* cum Tullio:
Horapol. Et si cucupha ignota auis sit apud Horapollinem
lib. 1. cap. 55. fortè turritum habens caput, vt cassi-
Cornel. ta, & aliæ aues. Est autem *mitra* fascia byssina ca-
Tirin. pitis, gẽmis seu bracteolis aureis tremulisque in-
Sanct. terlucens, vt tradunt Cornelius in cap. 3. Isaiæ &
Tirinus hic. Benè notat Sanctius, quod vbi san-
ctus Hieronymus Isaiæ. 3. vers. 19. vertit *mitram*.
Hebræa origine scribitur *rebhaloth*, quæ est
vox nondũ exploratæ significationis, & quæ *tre-
morem* videtur significare: Duo autem tremere di-
cuntur, aut quæ re verà agitantur, vt arborum tre-
mulæ frondes: aut quæ cùm stabilia sint, quia ta-
men incida sunt, obiecta aduerso lumini, dum col-
lucent & radiant, tremere videntur. Ornamentum
verò feminei capitis aureis bracteolis, & nitulis
in vertice collucens & tremere videtur. Vnde Hi-
spanè dicuntur *Tembladera* aut *argenteria*, eiusmo- Hieri.
di nugæ mũdi muliebris. Aduertit S. Hieronymus
idem Hebraicum nomẽ significare *venenum*: quia
eiusmodi ornatus exquisitus venenum spectatori-
bus propinat.

Et induit se vestimentis iucunditatis suæ. Vesti-
menta iucunditatis appellantur, quibus vtebatur
Iuditha, breui illo coniugij tempore, vt venusta
puella placeret peramãti marito, vt aduertit Vata- Vatabl.
blus, & cæteræ exscriptiones è Græco textu. Quod
eleganter tradit S. Ambrosius in lib. de Viduis ita Ambros.
scribens: *Diuturnis mæroribus, & quotidianis ro-
borata ieiuniis sancta Iudith, quæ seculi oblectamen-
ta non quæreret, periculo negligens, mortisque con-
temptus fortior, vt commentitium strueret dolum, ve-
stem illam iucunditatis, quam viuente viro vestiri
solebat, se induit, quasi placitura viro, si plurium libe-
raret.* De Sionitidum feminarum vestibus, plura
saltuatim tradit eruditè noster Sanctius super Cã- Sanctius
ticis; cùm ea, quæ difficillimè & quasi minus pu- Cant. 1.
dicè dici videntur, de sponsæ membris, expeditè
vestimentis accomodet. Legantur Isaiæ interpre-
tes ad cap. 3. & Andreas Tiraquellus in 3. legem Isaiæ.
connub. glossæ primæ part. 3. qui ex Polluce mul- Tiraq.
ta congerit. Pollux.

Induitque sandalia pedibus suis. Carthusianus 9.
existimat sandalia significare calceamẽta pulchra, Sandalia.
quibus non tantùm feminæ, sed etiam viri præser- feminarum
tim Ecclesiastici Pontifices vtuntur. Probabilius pedes ornant.
autem est scandalia esse pedum muliebrium orna- Menand.
menta. Ita Menander. Herodotus, Cratinus in le- Herod.
gibus, Cephissodorus in Trophonio, Eupolis in Cratin.
aurea ætate, & passim apud Comicos, vt scribit Cephis.
Pollux lib. 7. cap. 22. S. Hieronymus ad Saluinam Pollux.
soccos aureos appellat: Et Homerus χρύσεον pedi- Hier.
lon vocat lib. 2. Iliad & lib. 4. inter Iunonis orna- Homer.
tus annumerat. Etsi Philostratus in imaginibus ef- Philost.
fingat Cupidinem cum Sandalis, sed quia Cupido Hier.
puer effeminatus fingitur, & feminomasculus; & Lyranus.
S. Hieronymus in caput. 2. Isaiæ sandalia appellat
caligas, puta femininas. Notat Lyranus sandalia
esse calceamenta æstiualia corium desuper nõ ha-
bentia. Quam pretiosa fuerint hæc elegantium fe- Clem. Alex.
minarum calceamẽta tradit Clemens Alex. lib. 2. Plin.
Pædag. cap. 11. & Plinius lib. 9. cap. 35. Consuli
possunt Bibliorũ interpretes ad Cant. cap. 7. v. 1. Cantic.
Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis. Et
Isaiæ. 3. v. 8. *Auferet Deus ornamentum calceamen-* Isaiæ.
torum. Et Ezechielis cap. 16. v. 10. *Calceaui te ian-* Ezech.
thino. Puto pretiosa, & elegantia sumpsit Iuditha
sandalia, vtpote femina elegantissima & locuple-
tissima, & quæ sumptuosiùs se ornauit ad allicien-
dos Holofernis oculus.

Assumpsitque dextraliola. Liranus τὸ *dextralio-*
la interpretatur dexteræ partis ornamẽta. Carthu- 10.
sianus dexteræ ornatum intelligit. Salianus armil- Lyranus.
las, quæ in dextris ponebantur; Serarius quæst. 2. Carthus.
& Sanctius hic armillas intelligunt: hoc tamen Salian.
discrimine, quod armillæ significatio latius pateat; Serar. Quid sunt dextraliola
nam armillæ non tantùm manus ornant, sed etiã

Clem. Alex.
Hugo.
Exod. Numer. Tiraquel. Cyprian. Hieron. Ambrof. Capitol.
Rabb. Sal.

pedum suffraginem, nempe infimam cutis partẽ, quæ pedi coniuncta est, & talaris compes dicitur à Clemente Alex. lib. 1. Pædag. cap. 11. At *dextraliola* adornant eam Corporis partem quæ brachiũ cum manu ligat. Nemo existimet cum Hugone hæc *dextraliola* referre aliquo modo lilij figuram: nam *dextraliola* est nomen diminutiuum: *Dextralia* enim legimus hic in antiquis Codicibus apud Hugonem:& inter mulierum ornamenta, Exodi 35. vers. 22. & Numer. 31. vers. 50. Vnde *Dextraliola* hic, vel Dextrariola, vti legit Andr. Tiraquel. nuper allegatus, qui etiam allegat S. Cyprianum, & Sanct. Hieronymum. Addit *Dextrocheria* appellari à S. Ambrosio, & à Iul. Capitolino, sic aiẽte de Maximino: *Vxoris Dextrocherio vtebatur pro annulo.* Ergo *Dextralia* siue *Dextraliola*, siue *Dextrocheria* significant muliebrium brachiorum præsertim Dextrorum ornamentum, quod ex auro, aut alio metallo in annuli lati formam gemmis integebatur. Omitto Rabbi Salomonem, *Dextralia* accipientem pro inauribus, ad præfatum Exodi locum.

Hugo. Quæ hæc lilia.
Lyranus. Carthus. Sanctius. Salianus.

11. *Lilia*: Hugo censet Iuditham flores, seu lilia gestasse in manu: potuit sanè, nam ineunte vere hæc historia accidit. Sed vereor ne marcessèrent delicati flores præsertim nocturno tẽpore ornantes Iudithæ manus. Quin, & lilia grandiusculi sũt flores, neque ad manum apti: nam à stantibus in medio crocis attactu inficerent exquisitas ornamentorum munditias. Lyranus putat esse monilia à capite dependentia, ad modum lilij efformata Carthusianus autumat non à capite pendere, sed ad caput: Sanctius, & Salianus è collo dependere lilia existimant, eiséque ornamenta liliorum formam imitantia, vt in torquibus aureis fieri videmus. Quod verosimilius videtur: nam nisi liliorũ nomine eiusmodi monilia intelligãtur, nulla monilium mentio inter tot pretiosa, & exquisita ornamenta, quibus Iuditha se ornauit.

Sà. Serar. Tirinus.
Xenoph. Plutarchus. Athenæus.
Clitorphon. Plutarchus. Pollux.
Herodot.

Emanuel Sà, ex quo Serarius quæstiõ 2. & Tirinus putant lilia hic brachiorum armillas significare: quia Græcè pro liliis scribitur ψέλλια & per errorem scriptum *lilia*. Psellia verò significare armillas, seu brachialia constat ex Xenophonte lib. 1. & ex Plutarcho in Cimone, vbi recenset Spolia Persica. Et refert Athenæus hæc ex margaritis quandoque fieri solita, & Clitophon. lib. 1. rerum Gallicarum; & Plutarchus in Parallelis cap. 30. Et auro materiata esse tradit Pollux lib. 5. c. 16. ponit inter ornamenta carpi, id est, iuncturarũ manuum. Hinc Herodotus lib. 2. Pseliphori, hoc est, armillati. Assentirer, nisi iam traditæ essent eiusmodi armillæ, dum prædictum est, Iuditham assumpsisse *Dextraliola*.

Pollux.
Serarius. Sanctius.

Cæterùm cùm tradit Pollux lib. 7. cap. 13. in vestibus flores quandoque intertextos fuisse, nõ incongruè Serarius, & Sanctius censent, lilia, vel adsuta, vel intexta esse in Iudithæ vestimentis. Vnde floridas has vestes appellat, vestimenta iucunditatis. At sacer Historicus iam egerat de vestibus, & monilia enumerabat. Quin & floridam, aut liliis ornatam vestem, incongruè appellaret *lilia* etsi *pro liliis* inscribatur Psal. 44. de quo aliàs.

Hieronym. Iurifcon. Gen.
Exod. Iudic. Prou. Isaia. Ezech. Osee. Exod. Iuuenal.

Et inaures. Vox notæ significationis, sunt enim aurium ornamenta, quia de auribus pendent, sic appellata, vt docet S. Hieronymus ic cap. 26. Ezechielis Et quidem inaures muliebre ornamentum est, vt dicitur in l. *argumento*, §. *ornamenta* D. de auro & argen. legat. multus fuit inaurium vsus apud gentem Hebræam, vt constat ex Genes. 24. Exod. 32. & 35. Iudic. 8. Iob. 42. Prou. 25. Isaiæ 3. Ezech. 16. Osee 2. Eóque processit luxus insolentia, vt viri quoque Hebræi inauribus exornarentur, vt dicitur Exodi 32. v. 2. *Dixitque ad eos Aaron. Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque, & filiarum vestrarum auribus.* Quod de aliis nationibus tradit Plinius lib. 11. cap. 37. & Iuuenal. Satyr. 1.

Græc. text.

Annulos: Annulus digitorum est ornamentum. Putidum erit dicere de re notissima, & attexere eruditionem facilè cuique parabilẽ. Addit: *Et omnibus ornamentis sui ornauit se*: id est, de omnibus pretiosissima & elegantissima elegit. Grecę exscriptiones addunt: *Et ornata est valde in deceptionem oculorum virorum quicunque vidissent eam.* Quomodo autem Iudith licitè se ornauerit, diximus ad cap. 9. §. 26.

§. III.

Fucata pigmentis facies, est libidinis incentiuum, & adulterij meditatio.

Tiraq. lege 3. Connub. gloss. 1. p. 3. à num. 4.
Femina fucata depingitur. Tertull. Zeno in serm. de spiritu & corpore.

13. HElluo ille librorum Andreas Tiraquellus super hac re vtramq; pene exhausit eruditionem. Sed specilegium faciam, si quam fortè spicam neglexit acuta falx copiosi admodum messoris. Nec pudebit me mutuare paucula, non paucos æmulantem, qui multa fœnerarunt ex diuite omnis litteraturæ prõptuario. Et quidem probæ feminæ vltima cura de forma est: ferè enim pulchritudini sollicitudo adiuncta; & comes formæ metus est. In femina nitorem, & munditiem probo, ne squalor, & neglectior forma fastidium pariat. Nolo cultã nimis, & furorum lenocinio depictã, ne obuiis spectatorum oculis palam prostituatur. Res admodũ tenera pudicitia est, nec satis Virgo est, quæ oculorum scortationem patitur, & latentis concupiscentiæ stupra. Itaq; dum aliorum oculis formam sumptuosiùs exaggerant, satis castæ esse desierunt virgines corpore, mente constupratæ; dubij patres, sed non dubiæ matres inanissimæ prolis: *Necesse est publicatione sui periclitatur, dum percutitur oculis incertis, & multis*, ait Tertullianus. Elogia fucatæ feminæ his verbis prodit S. Zeno Veronensis: *Faciem in quas illi libuerit figuras speculo conciliante semper incertam, quotidie peregrinis coloribus mutat gula labore culta, lauacro nitida, vestitu varia, monilibus tota distincta, conuiuiorum celebritate iucunda, gemmis, seu floribus redimita, iocorúmque festiuitate lasciua, libidine percita, delicati tumentis, ac restabilis tori plumeo sepulchro superba.* Sic depingitur femina, quæ faciem suam pingit.

Ambros. l. 1. de Virgin. apud Tiraq. num. 5. Quæ fucantur sibi displicent, vt placeant aliis.

Et primò quidem mulier: quæ pigmentorum lenocinio pulchritudinem exaggerare præsumit, ipsa venustatis negotiatione fœditatem suam prodit, tot sistens suæ deformitatis testes quot adsciscit fucos: Opportunè S. Ambrosius: *Prior de se ipsa pronunciat, quæ cupit mutare quod nata est; ita dum aliis studet placere, prius sibi ipsa displicet. Quem igitur Iudicem mulier, veriorem requirimus deformitatis tuæ, quàm te ipsam, quæ videri times? si pulchra es, quid abscondéris? si deformis, cur te formosam esse mentiris; nec tua conscientia, nec alieni gratiam erroris habitura?* Scilicet conscientiæ suæ sententia mulieres exterminãt faciem suam, & in voluntarium exilium cogunt, ne appareat agnata fœditas, sed superinducta venustas: *Semper est misera, quæ sibi non placet qualis est. Quid capillorum*

mutatus

Cypr. lib de discipl. & habit. Virg.

mutatus color? Quid oculorum extremitates suffuscantur? Quid facies artibus in diversam formam convertitur, nisi quia ne ipsa sit timetur? Verba sunt S. Cypriani. Redeat Ambrosius: *Deles picturam, mulier, si vultum tuum materiali candore oblinas, si acquisito rubore perfundas: illa pictura vitij, non decoris est: illa pictura fraudis, non simplicitatis est*: Modulatè S. Nazianzenus: *Serva corpus quale est fabricatum, neque velis videri pro altera, altera.* Mulier enim variis coloribus depicta, non est ipsa sed altera; imò ipsa altera: *Non faciem, sed larvam geris*, Locrus ad Pollucem. Deponat femina pigmentorum larvam, & vix agnoscetur a notis, & familiaribus: fraude enim lenocinij alteram mentitur. Tertullianus: *Si iam (inquit) speculo tantum mentiri licet.* Imò speculum mentiri nescit; semper enim reddit eamdem quam accepit imaginem, nec aliter potest; nã fideli regestu species reverberat. Si è regione observetur vetula, vetulam reddit; si pulchra inventã florentem, pulchram iuvenem regerit. Quod est hoc speculi mendacium? quare illud Clemens Alex. *fraudem* appellavit? Scilicet speculũ mera fraus est, & verum mendacium. Quia dum primò consulitur de forma mulieris, ea decolor apparet subfusca, fœda, distorta. Sed mox cùm de consilio speculi mulier rubricetá coloratur cerussa candicat, pigmentis nitet, formæ adulatur pulchros digerẽs vultus, quos paulò ante fœdos & distortos acceperat, blanda fraude, & pulchro mendacio: *Tantum speculo mentiri licet!* Hi sunt *fabulosi spiritus* decoris, & *corporearum phantasmata voluptatum*, vt dixit Petrus Damianus. Itaque femina ob propriæ fœditatis conscientiam, succorum ingenioso mendacio procurat pro se alteram supponere. Belle Claudius Mar. Vict. in epist ad Salomonem:

Ambros. l. 2. Exaem. cap. 8.
A fuco altera pro alta substituitur.
Nazianz.
Locrus Pollux. l. 5. c. 16.
15. Speculi mendaciũ, & fraus.
Tertullian. de habitu mul. c. 1.
Clem. Allex. c. 3. Pædag.
Fucus est fabulosus spiritus decoris, & phantasma voluptatis.
Petr. Dam. serm 47 & 56.

Ergo quod varias student occurrere formis,
Atque viris alios, atque alios supponere vultus.
Nonne hæc culpa viri est? Quid agunt in corpore casto
Cerussa, & minium, censũmque venena colorum?
Mentis honor, moríũque decus sunt vinculis sancti
Coniugij: si forma placet venientibus annis,
Cedet amor. Sola est senium quæ nescit honestas.

Cl. M. Vict.

Mulier, quæ pigmentorum artificio, alias, atque alias mutat formas, & alteram pro se ipsa substituit, *infidelis erga faciem suam* dicitur à Septimio, Quasi fucorum vsus sit apostasia à se, qua mulier se ipsam execratur, à se desciscens in alteram, se ipsã meliorem.

Sept. lib de spect. c. 23.

16. Tertullianus eiusmodi oris medicamenta appellat *ingenium decoris*. Et de Velandis Virg. c. 1. *iniquitatis ingenia.* Scilicet venustatem, quam negavit natura, ingeniũ iniquitatis invenit. Aptius dicitur ab eodem in lib. de Cultu femin. cap. 1. *Elaborata libido.* Neque enim fucorum ingenio tam videtur elaborati venustas quam libido. Nam in corpore casto supervacanea videntur cerussa, & minium quæ sunt illicia, & indicia libidinis. Tertullianus: *Thamar illa, quæ se expinxerat & ornaverat, idcirco suspicioni visa est quæstui sedere.* Ad quæ verba advocat interpres illud Nazianzeni: *Ne scribas faciem infelix.* Mulier ab studio venustatis rectè dicitur genas expingere; at scribere vultus, quo pacto dici potest? Quosnam scribere characteres? quid scribit lenociniorum penicillo? Puto impudentiam vulgò scribere, & occultã lasciviam tacitè loqui. Tertullianus: *Lenocinia formæ nunquã*

Tertull l. de habit. mul. cap. 2.
Fucus est ingenium decoris, & elaborata libido.
Tertull. de cult. fem. cap. 12.
Cerda.
Nazianz.
Scripta facies libidinem significat.
Tert. suprà.

non prostituto corpore coniuncta, & de vita scriptura suggerunt, Et S. Nazianzenus, ait: *Calcatum prodens sine voce pudorem.* Nimirum hæc pigmẽta pulchri sunt characteres, quibus libido significatur, & clarè lascivia legitur, & meretricij mores: etiã si lingua taceat, fucus veneres, cupidinesque loquitur vulgari idiomate. Exploratores Assyrij Iudithã cõtemplantes omni lenocinio comptã ad exaggerandam pulchritudinẽ (arcani consilij prorsus ignari) palam loquuntur quod in expicta, & scripta Iudithæ facie tacitè legere sibi videbantur: *Hoc autẽ scias*, inquiunt, *quoniã cum steteris in conspectu Holofernis eris gratissima in corde eius.* Iudith 10. v. 16. Quasi id vnum expeteret Iuditha sumptuosâ lenociniorũ ambitione: scilicet sic censent de Iudithæ pigmentis medicata facie, quod de cæteris mulieribus censeri solet. Porrò *si ut nota iniusta fugitivũ: ita etiã floridi colores adulterã indicant* ait Alexand. Clemens. Haud dubiè prophetare sibi videntur, quod facie revelante legerant; *At nunc se ipsas lenocinando, quo planius adeantur*, dixit Septimius; *Prior enim de se ipsa pronunciat, quæ cupit mutare quod nata est*, inquit S. Ambrosius, libro primo de Virg.

Naziana. in Præcept. ad Virg.
Iudith.
Clem. Alex. l. 3. Pædag. cap 3.
Tertull. l. de Pallio, cap. 4.

Vagao ille lenonũ peritissimus, nil non pudicũ in castissima Iudith animadverterat præter vestiũ elegantiam, & oris lenocinia ad pulchritudinem exaggerandam, & ex familiari lasciviæ indicio rẽ meritus, sic illam alloquitur: *Non vereatur bona puella introire ad Dominũ meum vt honorificetur ante faciem eius*, Iudith. 12 vers. 12. Convenit inter expositores, rem inhonestã honesto *honoris* vocabulo indicari. Verùm mirabitur quispiam invitationẽ ad infame stuprum, dici Iudithæ honorificentiã. Imò quæ turpior matronarũ infamia, quàm illegitimus coitus, & profusior lascivia? Vnde rex luxuriæ antonomasticè dedecus dicitur. Apud Hispanos, *Deshonro à fulanis*. Quasi synonima sint, coitus, & dedecus. Est tamẽ Vagao disertissimus Mango, & à frequenti pellacia leno peritissimus diuturnitate artis, bene gnarus feminei ingenij, pulchram puellam comptè ornatam, & bene fucatã honorari dicit ab invitatione impudentis Viri. Non quasi honoraret feminã, sed quia invitatione ad luxum honorat fucatã pulchritudinem. Argutè S. Hieronymus. *Si rogata non feceris, tamen forma putas testimonium, si rogaris.* Quasi dicat: Tametsi illegitimus coitus sit feminæ probrum, tamen sollicitari ad Venerem decus putat comptæ pulchritudinis, & venustatis illustre elogium. Nam suspiria adolescentum post se trahere, vulgò feminæ reputant angustum formæ testimonium. Quæ amari cupit, amare non timet; est enim amor amoris sequela, & benevolentia concupiscentiæ insidiatur, & libidinem clanculum procurat. Timeat castitas alieni amoris appendices.

17. Fucatæ feminæ honos est invitari ad luxum. Iudith.
Hier. de vitando suspect. contuber.

In cap. *Fucare* de Consecr. dist. 5. ita scribitur ex Augustino: *Fucare figmentis (alias pigmentis) quò rubicundior, vel verecundior appareat mulier, adulterina fallacia est.* Quasi fucus sit libidinis Meditatio: nec satis mente virgo sit, quæ medicaminum artificio alterã faciem superinducit, & se alteram sibi non similem obiicit spectatoribus. Quis cognoscat alienum vultum? Virgines illæ fatuæ, oleo gratiæ carebant, fortè non carebant vnguentis ad faciem medicandam; quo artificio alienos vultus supposuerunt. Vnde audiunt severas illas voces, *Nescio vos.* Matth. 25. v. 12. Audi super hac re elegantissima S. Cypriani verba. *Manus Dei inferunt, quando illud, quod ille firmavit, reformare*

18. Aug.
Matthæi.
Cypr. lib. de Habit. Virg.

Digitized by Google

Fucatas feminas nescit Deus.

reformare, & transfigurare contendunt: nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, Diaboli, quodcumque mutatur. Et rursus aptè ad rem: *Non metuis, oro, quæ talis es, ne cùm resurrectionis dies venerit, artifex tuus te non cognoscat? ad sua præmia, & promissa venientem remoueat, & excludat? increpans vigore censuris, & iudicis dicat: Opus hoc meum non est, nec hæc imago nostra est: cutem falso medicamine polluisti, crinem adultero colore mutasti; expignentata est mendacio facies, figura corrupta est, vultus alienus est. Deum videre non poteris quando oculi tui non sint, quos Deus fecit, sed quos Diabolus infecit: De inimico tuo compta cum illo pariter arsura.* Ecce tibi morale commentum repulsæ fatuarum virginum. Scilicet, videns sponsus Virginũ facies fucorum mendacio alteratas, *eas remouet & excludit, ad sua præmia, & promissa venientes*: Et quia artifex tuus te *non agnoscit* seuerissimè dicet: *Amen dico vobis, nescio vos*, & ita virgo de inimico compta cum illo pariter arsura à regno excluditur, & gehennalibus incendiis deputatur. S. Ambr. sic con[...]nit Cypriano: *Graue est, vt dicat de te Deus: non cognosco colores meos, non agnosco imaginem meam, non agnosco vultum, quem ipse formaui. Reiicio ego quod meum non est, illum quære, qui te pinxit, ab illo sume gratiam, cui mercedem dedisti. Amen dico vobis: Nescio vos.* Et sanè flammei à purpurisso vultus, & irrufati ab arte crines gehennam ominantur: *De inimico tuo compta cum illo pariter arsura.* Tertullianus *Malè: & pessimè sibi auspicantur flammeo capite.* Et S. Cyprianus suprà allegatus: *Audaci conatu, & sacrilego contemptu crines tuos inficis malo præsagio futurorũ, capillos iam tibi flammeos auspicaris.* S. Hieronymus ad Lætam: *Caue ne capillum irrufes, & ei aliquid de gehenna ignibus auspiceris.*

Coma irrufata est gehennæ auspicium.

Ambros. 6. Exæmeron c. 8.

Tertull. de cultu fem. c. 6.

Cypr.

Hier.

19\. Heracl. Tradit Heraclides in Politica Lacedæmoniorum, feminis ornatum omnem ereptum fuisse, neque illis iure permissum comam nutrire, nec vultus fucare, vt sic compesceretur virorum diutiùs grassata libido. Nam pigmentorum lenocinio adornata venustas, scopulus intuentium est, & castitatis naufragium. *Aucupium hominum* dicitur à Clemente Alexand. Et Hildebertus *Affectatus decor, & quidquid aliud, quàm quod natum est, fascinat oculos intuentium*, quo languent homines ad luxus valetudinem. Et sanè venustior pulchritudo fomes libidinis est; fucus autem exquisitior, alter fomitis fomes est. S. Chrysostomus in Genes. *A cultu, ait, externo innumera sunt mala. Et nondum dico animæ nocumenta, arrogantiam, quæ intrinsecus nascitur, despectum proximi, fastum spiritus, animæ corruptionem voluptatum illicitarum fomitem.* Et S. Cyprianus. *Si tu te sumptuosiùs comas, concupiscendi libidinem nutrias, peccandi fomitem succendas.* Et lib. 1. de Virg. incentiua vitiorum dicuntur à S. Ambrosio. Et lib. 3. *Affecti rugas decoris, adulterini amoris illecebras* appellat. Et S. Hieronymus ad Furiam; *Quid faciat in facie Christianæ purpurissus, & cerussa, ignis iuuenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indicia?* Vnde eiusmodi pigmenta, & decoris mendacia rei inhonestæ nomine culpãtur, & vera adulteria dicuntur. S. Cyprianus: *Illi* (Dæmones inquam) *oculos circumducto nigrore fucare, genas mendacio roboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem, & expungere omnem oris veritatem corruptela sua impugnatione docuerunt.* Audis fucorum adulterinos colores, adulterorum præsagos: Pulchrè S. Ambrosius *Adulteratio vultus meditatur adulteria castitatis.* Et S. Cyprianus:

Clem. Alex. l. 3. pædag.

Hildeb. epist. 34.

Fucus est alter fomitis fomes.

Chrysost. hom. 41.

Cypr. Suprà,

Ambr.

Hieron.

Cypr. Suprà.

Ambr. l. 1. de Virg.

Cypr.

Nos virgines tantùm, aut viduas, sed nuptas puto & omnes feminas admonendas, quòd opus Dei, & facturam eius, & plasma adulterare nullo modo debeant, adhibito flauo colore vel nigro puluere, &c. Et S. Nazianzenus. *Alij quidem fucis, & colorum nitoribus imaginem diuinam adulterant, viua tabula fœdi indices interiorum animi affectuum.* Hæc animarum scortationem, & adulterorum præsagium deuitat simplex, & incompta pulchritudo. Rudi habitu, & facie fucorum experte, imbibitur continentia, & spectantibus regeritur pudicitia; saltem non ingeritur luxuriæ fomes, & elaborata libido, affectato lasciuiendi ingenio. O quoties excusatur Inditha ab hoc fucorum lenocinio.

Nazianz. in Exhortat. ad Virg.

---

§. IV.

Politior ornatus [...] exculta libido est, Fidei languo[...] luxuriæ vigor.

Lasciuia in vestibus scortatio animi est, & sũptuosior libidinis pompa: comptior femina matronam negat, meretricem prodit habitu meretricio, & ornatu luxuriam procurat. Geneseos 6. v. 2. *Videntes filij Dei, &c.* Ad quæ verba sic fatur Basilius Seleuc. *Filias ex posteritate Caini conspicati splendidas, & ornatu florentes.* Ornatu florent; nam ornatus flos est; & huius floris fructus meretricia libido: luxus enim in vestibus luxuriam parturit, imò luxuria politioris ornatus appendix est & cultus floridi fructus. Clemens Alexand. *Laudo ego* inquit, *& admiror Lacedæmoniorum ciuitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes, & aurum mundum gestare permisit, à probis mulieribus mundi studium auferens, quòd solis meretricibus se ornare concederet.* Nempe solis meretricibus floridæ vestes congruunt, vt *ornatu florentes* fructum suum ferant scortationem inquam. Nam carnis concupiscentia ætatis officia defendit, decoris messem requirit. Ad vxorem c. 4. ait Tertullianus nempe messis ornati decoris luxuria est & profusior libido. Vnde lib. de cultu femin. *Vt leones*, inquit, *& prostitutores, vestitus, & cultus ne in vos admiseritis.* Et rursus: *Gratiam decoris cultus societate prostituunt.* Quasi ornatus sit impudentiæ leno, & prostitutionis index. Nescit prostitui quæ ornari non gestit. *Florida enim vestis de proximo curat luxuriæ negotium*, inquit idem auctor suprà, cap. 9. Nam vt ait S. Cyprianus loco allegato: *Excusari non potes quasi mente casta sis, & pudica: redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus.* Et S. Hieronymus ad Demetriadé: *Crines à fronte demittunt, cutem poliunt, vtuntur pigmentis, adstrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, soccósque crispantes, vt sub nomine Virginitatis vendibiliùs pereant.* Videlicet ingenio ornatus femina negotiatur libidinis pretium vt carius vendibilis appareat, quæ pretiosiori ornamento prostituitur.

20\.

Basil. Orat. 6.

Floridæ vestis fructus est scortatio

Clem. Alex. 2. Pædag. 10

Tertul.

Cypr.

Profectò quemadmodum luxuria fructus est floridi cultus; ita frugalis vestitus appẽdix est casti propositi. Neque enim satis pudica videtur femina, cuius pudicitia non eructat in vestes. Rupertus apud S. Thomam in cap. 2. Ioannis: *propositum quod ardet in mente, luceat in veste, radiet in ore.* Nullius fermè pretiosior ornatus est, quàm cuius pudor vilis est: dubia est castitas, quæ non elucet in 21.

Frugalitas eructat conscientia in vestes.

Rupert.

Digitized by Google

in vestibus. Heu! habes pauca nomina, qui non iniquinauerunt vestimenta sua! Apocal. 3. vers. 4. Nam nitor in vestibus, iniquinamentum pudoris est, & impuræ conscientiæ index, cōscientia enim pudoris translucet in vestibus. Belle Tertullianus sæpe allegatus? *Pudicitiæ Christianæ satis non est esse, verùm & videri: tanta enim debet esse plenitudo eius, vt emineat ab animo in habitum, & eructet à conscientia in superficiem.* Ornamentorum luxus luxuriæ sequela est, & vestium exquisitus nitor æstuantis lasciuiæ speciosus fumus est. Castitas mentitur ornatum. Est enim ornatus elaborata libido, & lasciuiæ conceptaculum.

Tertull.

22. Hinc femina indumentis non tam suum corpus vestit quàm exornat alienos oculos. *Quo fit, vt visus iam sit vestis, non integumenti,* ait Clemens Alexand. Eo enim deuenit vestimentorum ambitio, & ornamentorum petulantia, vt femina vestium textili nuditate prostituatur oculis intuentiū: nec se amiciendo tegatur, sed denudetur amictu, quod est ingenium libidinis. Ac si parum foret sericum ventilare, calcare aurum, gemmas multitudine depretiare, nudum etiam integumentum assumūt, seu fenestratas vestes, vt nimia subtilitas pellucidæ vestis, astu inspicienda procuret, quæ studio occultanda forent. Vt *denudet feminas vestis*, ait Plin. lib. 11. & S. Hieronymus ad Heluidium: *Expolita libidinis victima nuditate vestium nuda oculis ingeruntur* Et Seneca *Video sericas vestes, si vestes vocanda sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus, aut denique pudor possit. Quibus sumptis mulier praua liquido se nudam non esse curabit:* Nam vt ait Martialis.

Clem. Alex. l. 2. Pædag. cap. 10.

Ne vestis denudet feminas, quæ textili vento induuntur.

Plin. Hieronym. Seneca l. 2. de Benef. cap. 9.

Martial.

Femineum lucet si per bombycina corpus.

Eiusmodi subtiles & pellucidas vestes *ventum textilem* appellauit Petronius. Omitto plura, quæ eruditè congerit noster Cerda illustrans illud Tertulliani de Pallio, c. 4. vbi sic loquitur de Alexandro Macedone deuicto Medicâ veste: *Pectus* inquit, *squammarū signaculis disculptum, textu pellucido tegendo nudaui.* Audis textili serico, aut vento corpus non tam vestitum, quàm denudatum? De prædiuite illo epulone dicitur Lucæ 16. vers. 19. *Induebatur purpura & bysso.* Ad quæ verba ita fatur Sanct. Chrysologus: *Quid est, diues? Ab æstu byssus non defendit, purpura non resistit inferno. Remanserunt ista, deseruerunt ista: & ipse nunc nudus, sudas, æstuas, qui aliquando insultabas æstibus artificiosâ nuditate vestitus.* Planè expolita libido nuditate vestit mulierculas politulas, leuiculas, putidulas, quò igniculos ingerant adolescentium æstuanti libidini.

Petronius.

Cerda.

Tert. de Pallio, c. 4.

Chrysol. serm. 122.

23. Cæterùm exquisita ornamentorum mundities, & ambitiosior cultus non tantùm blandâ suadelâ adulatur libidini, sed in castitatem irruit pugnaci ardore: quot monilia è femineo collo dependent, tot puta gladios; tot ictus, quot elegantias, quibus armis expugnatur pudor. Porrò ballatores Hebræos, quibus Madianitidis armata phalanx resistere non potuit, puellæ Madianitæ venustatis lenocinio hostiliter prostrauerunt turpi pudicitiæ vulnere. Tertullianus de expolitis mulieribus sic fatur: *Quid, tanta ornandi capitis onerositas salutem subministrat? Quid crinibus vestris quiescere non licet, modò substrictis, modò relaxatis, modò suscitatis, modò elisis? Aliæ gestiunt in cincinnis coërcere, aliæ vt vagi & volucres eleuantur non bona simplicitate. Affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam capitis* (ac si caput ipsum sit huius vaginæ ensis) *& operculum verticis, nunc in ceruicem retrò suggestum. Mirum, quod contra Domini præcepta contendatur. Ad mensuram neminem sibi adiicere posse pronunciatum est, vos planè adiicitis ad pondus collyridas quasdam* (hoc est placentas) *scutorum vmbilicos ceruicibus astruendo.* Ecce tibi ornatum feminæ caput, gladius, & clypeus dicitur. Et Sanctus Nazianzenus in versibus: *Ne capita turrificate adulterinis crinibus mulieres.* Et alibi.

Ornamenta arma sunt.

Tertull. de cult. fem. cap. 7.

Femina nec cristam, galeæ instar, vertice gestes.

Et Hildebertus ornamentorum agnouit vulnera: *Festiui cultus, & odores peregrini penitus dediscendi, qua tum vel apud alios tibi, vel aliis apud te male placerent, integritatem vulnerabunt animarum: vsus age dediscitur.* Quasi cultior ornatus sit arx turrita, clypeus, & gladius, quo animæ vulnerantur ad mortem: *Perit ille in tua forma si concupiuit: & facta es tu gladius illi*, ait Tertullianus. Genes. 2. vers. 1. *Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum.* pro τὸ Hebraicè scribitur *tseuaam* pro quo sæpius Vulgatus vertit *exercitus*, seu *militia*, eorum. Quasi habeantur synomina *ornatus*, & *malitia*, siue *exercitus. Quid videbis* in pulcha & ornata *Sulamite nisi choros castrorum*? Cantic. 7. vers. 1. Vnde dicitur cap. 6. v. 9. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* O quàm timet cautus pudor cultioris ornatus hostilitatem!

Hildebert. epist. 31.

Tert. de cult. fem. Genes.

Cant.

Iezabel illa pulchritudinis gratiâ, & politioris ornatus lenociniis famosa, crudeliter Eliam perquirit ad necem, 3. Reg. 19. v. 4. fugit ille palabūdus per auia, lassus sedet sub funesta arbore, & tædio vitæ *petiuit animæ suæ vt moreretur.* Planè non sibi constat Elias: nam, si mortem cupit, quare mortem fugit? In fuga mortem expetit? Si mori optat; quid fugit Iezabelem necare paratam? Si Iezabelem subfugit amore vitæ, cur mortem percupit desiderio mortis? Alterutrum ex altero redarguitur; aut desiderare vitam, dum mortem effugit; aut vitam non optare, dum mortem percupit. Acutè Petrus Damianus proculdubio aduertens ad expolitam Iezabelæ venustatem, sic rem componit: *Considero virum timore perculsum de manu Domini mortē petere, neque accipere: de manu mulieris mortem fugiendo vitare.* Non timet Elias mortem de manu Domini; sed timet vulnus de manu Iezabelæ; Iesabelæ, inquam pulchræ, & ornatæ feminæ. Vulnera ornatæ venustatis fortè timet qui mortem contemnit: sæuiora reputās vulnera de manu expolitæ Iezabelis, quàm mortem ipsam, quam à Deo expetit: siquidem cōpta pulchritudo, pompa funeris est; & blandè sæuior interitus. Hæc moralis commentatio opportuna est ad Ethologiam.

24. 3. Regum, Quam timet Elias ornatam feminam.

P. Damian. serm. 18.

Tertullianus: *Si tanta*, inquit, *in terris mereretur fides, quanta merces eius expectatur in cælis, nulla omnino vestrum, sorores dilectissimæ; ex quo Deum viuum cognouisset, & de sua, id est, feminæ conditione didicisset, lætiorem habitum, ne dicam gloriosiorem appetisset.* Et statim: *Ipsam se circumferent Euam, ignominiam dico primi delicti.* Aliorsùm hæc dicta sunt, sed quæ possunt ad rem præsentem adaptari. Nempe femina, quæ lætiori, & gloriosiori ornatu splendet, ipsam Euam circumfert. Nam sicut Eua ob infelicem Adami suadelā, matrix fuit primæui delicti, & communis præuaricationis incentiuum; ita formosa mulier lætius, & curiosius ornata *Euam circumfert*; & quasi resculpens primordiale delictum, est generale delinquendi incentiuum, spirans videntibus peccandi illecebras, 25.

25. Tert. l. de habit. mul. cap. 11. Mulier ornata, Euam circumfert.

&

& blandum fomitem ad delinquendum per oculos ingerens ad generalem spectatorum ruinam. Nam expolitiori ornatu compta femina *Euam circumfert*. Caueat vir ab hac hydra malorum, ab hoc libidinis conceptaculo, ab hoc præuaricationis promptuario. Et sciat pulchra, & ornata femina se esse commune intuentium excidium, & vulgare incentiuum delinquendi. O mulier vides tot ornatæ pulchritudinis strages, & *Euam te esse nescis? Viuit sententia Dei super sexum istum in hoc seculo, viuat & reatus necesse est. Tu es Diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diuinæ legis prima desertrix, tu es quæ cum suasisti, quem Diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei, hominem tam facilè elisisti, & adornari tibi in mente est supra pelliceas tuas tunicas?* Hucusque idem auctor ibidem.

Tertull.

26. Sed adhuc lubet præfata verba quæ inexpensa omisimus ad rem præsentem emedullare. *Si tanta*, ait Tertullianus, *in terris moraretur fides, quanta merces eius expectatur in cælis, nulla omnino vestrum lætiorem habitum, ne dicam gloriosorem appetiisset.* Nimirum in aliquem fidei defectum refert ambitionem politioris ornatus: quasi exquisitior cultus in vestibus sit aliquis fidei languor sternens viam ad infidelitatem. Ioan. 1. v. 19. Iudæorum principes mittunt legationem ad Baptistam Ioannem, sollicitè cupientes, vt acceptaret Messiæ nomē, & augustam dignitatem: *Tu qui es?* aiunt ipsum constituentes arbitrum accipiendi muneris, vt vulgò interpretes. Ioannes verò piè quasi obstinata humilitate repetitâ repulsâ refutat sublimissimam Messiæ dignitatem. Mirum fuit non nutasse Ioannis fidem in tam valida concussione. Quid quæso Bpatistæ obfirmauit fidem, ne labaret valida ambitionis concussione? Acutè rem meditatur Rupertus ad illa verba: *Tu qui es? Nimirum*, inquit, *audire cupiebant ex ore ipsius, vtrùm ipse esset Christus, sicut vulgo existimabatur.* Et mox subiūgit causam, ob quam Ioannes respuit tantæ fastigium dignitatis: *At ille non erat homo mollibus vestitus, vt mensuram suam excedentis famæ praconia, quasi palpantium manus molli assensu exciperet.* Quid illustrius ad hanc rem? Quasi dicat Rupertus: Timendum non est, vt Ioannes acceptet Messiæ dignitatem vltrò oblatam, quandoquidem mollibus non vestitur, sed omnem corporis ornatum sic ablegauerit, vt ambitioso sacci squalore contentus sit. Sic languet fides à corporis cultu, sic vegetatur neglectu ornatus. Politius & exaggeratius loquitur S. Zeno Veronensis: *Ancilla*, inquit, *Christi falsum idolum respuis. Mihi crede, intrà colis, cuius ortum, cuius imaginem non deponis. Ad Ecclesiam Dei opere vario totum inaurata corpus execrabili metallo procedis onusta: vbique delicata sub mollibus foris. Deniq; ipso cultus rigore in oratione non flecteris, non manus tendis: tumidū monilibus pectus prostrare dedignaris: sanè ceruicem curuas, non religione, sed pondere.* Quid elegantius.

Tertull. — Ab ornatu nutat fides. — Ioan. — Rupert. l. 1. in Ioan. — Zeno serm. 1. de Auarit.

27. Neque garriat princeps femina defendens expolitiorem ornatum quasi ingenuæ nobilitatis insigne; imò potiùs meretriculæ notam. Matronæ decus, suus vir est, vt Lacedæmonum heroïdes in apophthegmatis sæpè dictitant; innuptæ virginis gloria, pudicitia est, quam præmaturè constuprat ornamentorum lasciuia. Neque profusa corporis dissolutio ingenuitatem probat, sed potiùs seruitutem: *Vinctus dissolutione corporis* dixit alias Basilius Seleuciæ: Nam sumptuosior ornatus corporis dissolutione seruum quasi vinctum tenet, & infamissimæ seruitutis notas inurit mancipio libidinis. Lucæ 12. v. 32. *Nolite timere pusillus grex quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam.* Reges esse iubentur in terris, & omnes suas facultates erogare præcipitur? vnde ergo regiam maiestatem tuetur, si profusis largitionibus depauperatur? Vbi purpura? vbi pretiosior trabea? vbi splendens diadema in paupere; Regem pronunciat, & ad plebeium cultum paupertate cogit: Belle S. Chrysologus: *Abiicere ergo debet habitum seruitutis, qui se Regem credit diuinitus consecratum.* Quasi ambitiosior ornatus sit habitus seruitutis, quia plebeius, & non exquisitior cultus Regem probat esse cælorum. Nam vinctus dissolutione corporis ob lasciuientes vestium ornatus, gestat habitum seruitutis, & vilissimi mancipij notam. Nota enim Christianæ ingenuitatis est casta frugalitas, & incomptior vestis.

Ornatus est seruitutis habitus. — Basil. Sel. Orat. 19. — Chrysol. serm. 23.

Præterea has mentiri decoris nugas, quàm carò emant feminæ, quò vendibiliorem prostituant decorem, habes apud Tertullian. in libro de cultu feminarum, & inibi eruditè Cerdam nostrum & sparsim in libro de Pallio, & Apologetico, & de habitu mulieb. vbi plura ex pluribus adaggerat, constipátque. Tiraquellus multa saltuatim offert in lege 3. Connub. par. 3. Glossæ 1. & Claud. Marius Vict. in epist. ad Salomonem. Et quis non? parco eruditioni vulgari, & facilè parabili.

Addam, & finio ornatus contemptum esse pulchritudinis elogium. De sorore Gorgonia ita scribit S. Nazianzenus. *Ne hac quidem quam laudandam suscepimus lasciuo vnquam ornatu delectata est, verùm ornatus contemptum pulchritudinem indicauit.* Nam adiectio pulchritudinis, quam ornatus adsciscit, somniata pulchritudo est; feminæ enim comptiùs adornatæ *pulchri naturam somniant* ait Clemens Alexand. lib. 2. Strom. c. 10. Quasi phantasma sit pulchritudinis, quæ veriùs in ornatus contemptu sita est. Quod tradit eleganter Sanct. Ambrosius; *Cernis*, inquit, *vt pomparum ferculis similis incedat quæ se componit, vt placeat omnium in se vultus, & ora conuertens, eo ipso quod studet placere, deformior. Prius enim populo displicet, quàm placeat viro. At in vobis reiecta decoris cura plus placet: & hoc ipsum quod vos non ornatis, ornatus est.* Heu! quis id feminis persuadeat.

Nazianz. in Orat. de laud. Gorg. — Ambros. l. 1. de Vig.

---

§. V.

Commentarius litteræ.

Vbi traditur an vini vsus matronas dedeceat, & an Iuditha mentita fuerit?

Vers. 4. Cui etiam Dominus contulit splēdorem, quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideò Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret.

Græcæ scriptiones omittunt hunc versiculū, Vatabl. vir dissentit à vulgato. Iuditha præter naturalem venustatē addidit adscitam à vestibus, à fuco, & omni lenociniorum genere. Ad hæc ei 29.

29. Vatabl. Qualis Iudithæ splendor in facie.

ei dominus *contulit splendorem.* Quinam hic splendor fuerit, Iudithæ pulchritudini additus, exploratum non est. Num splendebant Iudithæ ora, sicut Moysis facies, à consortio Dei? numquam neque Bethulienses, neque Assyrij eiusmodi splendorem notarunt, dum alias feminæ dotes admirabantur. Lyra, Carthusianus, & Salianus per hunc splendorem, augmentum pulchritudinis intelligunt. Verè quidem, nam statim subiungitur, ampliatā eius pulchritudinem à Deo, quæ verba videntur addita ad explicandum eiusmodi splendorem. Verùm affirmare licet cum Sapientissimo Martino del Rio tom. 1. Adagia 38. & Gaspare Sanctio, quòd olim ego suspicatus fueram, per hunc splendorem non tantummodò significari meram corporis pulchritudinem, sed etiam extraordinariam vultus dignitatem, quæ diuinum quid, & humano aspectu augustius intuentium oculis ingereret. Seneca in Octau.

Lyran. Carthus. Salian. Rio. Sanct. Senec.

—— membraque & vultus Deo
Similis.

Virgil.

Et Maro Æneidos 1.

Os humerosque Deo similis: namque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

90. Nempè Deus hanc splendoris dignitatem seu maiestatem afflauit Iudithæ; ne quis quid in illam indignius, aut petulantius auderet. Quod autem splendor significet eiusmodi decorem, & decus vt omittam profanam eruditionem, id tradit Paulus ad Hæbræos 1. v. 3. *Qui cùm sit splendor gloriæ, &c.* Pro Tò *splēdor*, Græcè est ἀπαύγασμα quod propriè idem est quod Hebræum *Zohar*, hoc est, claritas, splendor, fulgor, seu id in quo resplendet paterna gloria, id est *gloriosa maiestas*, vt exponit Cornelius inibi. Hic fuit incomparabilis decor, qui in vultu Iudithæ diuinitus enitebat.

Ad Hebr. Cornel.

Vers. 5. *Imposuit itaque Abra suæ ascoperam vini, & vas olei, &c.* Pro Tò *ascoperam* olim legebatur in vulgatis Bibliis, *ascopam*. At Biblia Gotthica: *ascopiam* legunt. Apud Suetonium in Nerone cap. 45. *ascopa* reperitur: etsi Turnebus lib. 25. cap. 11. *ascomam* posuerit. Quædam ex Græcis translationes *ascopam*, aliæ *ascoperam* habent. Itaq; *ascopera* saccum vtricularem, & coriaceum significat: nam ἀσκὸς Græcè, vtrem apud Latinos sonat: & pera saccum significat. Vnde interpretes omnes *ascopa* seu *ascopera* nomine, vtriculum vino plenum intelligunt. Ita Hugo, Lyra, Carthusianus, Sà, Vatablus, Serarius Sanctius, Salianus, Tirinus.

Biblia antiqua Gotthica. Sueton. Turneb. Hug. Lyra. Carthus. Sà. Vatabl. Serar. Sanct. Salian. Tirin.

31. Vini vsus matronas dedecet.

Non possum non desiderare hic interpretum industriam; quæ omnino omittit causam, quare Taditha, pulchra admodum puella, & quæ naturæ & artis ingenio, & ornamentorum omnium lenocinio placere Holoferni studuit, sic vino deditam se profiteatur, vt vel ad paucos dies transigendos apud Assyrios, *ascoperam vini* asportari iusserit; ne vel vna die abstineret à vino. Hæcne Iudithæ frugalitas; hæc olim ipsius abstinentia? sic palam se profitetur bibacissimam? Porrò quam dedeceat feminas vini vsus, multis tradunt diuinę, & profanæ eruditionis proceres. Tertullianus Apologetici cap. 6. sic fatur de Romanis feminis: *Cum mulieres vsque adeò vino abstinerent, vt matronam ob resignatos cellæ vinariæ loculos sui inediâ necarent. Sub Romulo verò quæ vinum attigerat, impunè à Micenio marito trucidata est.* Pudet persequi hanc parabilem eruditionem. Legi potest Rangolius in cap. 1. v. 13. libri 1. Regum & inibi Mendoza. Et Sanctius in Cantic. cap. 2. v. 5. ad illa verba. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Cornelius in cap. 2. v. 3 epist. ad Titum, super illis verbis: *Non multo vino seruientes.* Philo de conuiuiis Christianorum, Arnobius lib. 2. aduersus Gentes, Scholia Pamelij, & notæ Cerdæ in c. 6. Apologetici Tertulliani, Lactantius lib 1 cap 22 Clemens Alex. lib. 2. Pædag. Minutius in Octauio, S. Ambrosius (vel potiùs Hilarius Diaconus) ad Colossenses caput 3. S. Chrysost. homil. 16. in Matth. & homil. 16. in Acta S. Isidorus Pelus. lib. 1. Epist. 203. S. Hieron. in regula Sanctim. ad Eustochium c. 36. Ex profanis legi potest Plin. lib. 14. c. 13. & Tiraquellus in 9. legem connub. Glossæ, 1. part. 1. à n. 201. vsque ad n. 212.

Tertull. Rangol. 1 Reg. Mendoza. Sanct. Cant. Cornel. Ad Titum. Philo. Arnol. Pamel. Cerda. Lactant. Clemens. Minut. Ambros. Hilar. Chrysost. Isidor. Pelus. Hier. Plin. Tiraq.

32. Quin & vini vsus, vt matronas dedecet, meretrices prodit. Celebris est Romuli lex: *Si vinum biberit domi, vti adulteram puniunto.* plura super hac re videri possunt in Tiraquello nuper allegato. Adde quod femina, quæ vinum bibit se publicat vetulam, vt probat Cornelius ad c. 2. Epist. ad Titum, ex S. Chrisost. ibi & Rhodigio lib. 28. cap. 29. Ergo cùm tam malè audiat vsus vini in femina, quare Iuditha sanctissima, & castissima tam impensè apparat lagenam vini; Planè sedula hæc cura deuenustare videtur sanctæ, & pulchræ matronæ decorum. Mallem super hac referre, & approbare aliorum solutionem, quam è proprio cerebro excogitare. Fortè non incongrue diceret quispiam. Iuditham secum detulisse *ascoperam vini*, id est, saccum vtricularem destinatum ad vini vsus, sed tunc aquâ impletum. Quid enim prohibet, vtrem vinarium aquâ implere? Et Hispani vtricularem saccum *Zaque* appellant, quod nomē etsi temulentiam à vino significet, tamen pastores in eiusmodi vtre aquam secum deferre solitant. Neque ab hac interpretatione dissentit vulgata S. Hieronymi editio, & quotquot vulgatā sequūtur; nempe Biblia Gotthica, Xantes Pagninus, Isidorus Clarius: neque Græcæ exscriptiones, nimirum Septuaginta interpretes apud Catandrum. Biblia Sixtiana, Complut. & Regia si vnum excipias Vatabl. cuius spurias lucubrationes, vtpote ab Hæreticis deprauatas, nec pili quidem facio. Vatablus enim sic vertit: *Viuacium vtrem vino plenum* cæteri *ascopam*, vel *ascoperam vini.* Quæ verba vltrò admittunt præfatam expositionem.

Romul. Tiraquel. Cornel. ad Titum Chrysost. Rhodig. Hier. Biblia Gothica. Xantes. Isidor. Septuag. Basil. Sel. Complut. Regia, Vatabl.

33. Asiaticas feminas non dedecet vini vsus.

Cæterùm alia accōmodatior interpretatio suppetit ex diuina & profana litteratura. Nam tametsi apud Europæas feminas veritus, & suspectus sit vel moderatus vini vsus; non sic erat insolens apud Asiaticas matronas. De Didone, quæ oriunda fuit ab vrbe Tyro (Tyrus autem confinis erat Iudææ,) sic pangit Maro, Æneidos.

Virgil.

Primaque libato summo tenus attigit ore.

Ist est, vina libauit Regina Dido, etiam cùm in conuiuio ambibat Æneæ regias nuptias, de quo plura ibi Seruius, & Cerda noster. Et in Cantico Canticorum non exhorret vini pocula, diu compta, & sumptuosè pulchra Sponsa, etiam cum impensiùs placere studet regio Sponso, Cantic. 1. v. 2. *Meliora sunt vbera tua vino.* Planè vinum gustauerat, quæ ad similem saporem agnoscit, & cap. 2. v. 5. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Et sæpè Canticorum libro saltuatim fit vini mentio. Verosimile autem non est vina fastidire, in cuius ore totius vini gustus inuenitur. Neque nauseat ad vini vsum, quæ tanti æstimat introduci in vini cellaria. Et licèt abstrusiorem aliquem & mysticum sensum Cantica hæc abscondant, at in corti-

Seruius. Cerda. Cantic.

Digitized by Google

ror,ſoli Deo refero: Ergo illi viuo,nec alij præter ipſum. Viuant licet alij mundo, viuant hominibus,quibus placere ſtudent,ego Deo ſoli viuo, & ita compeſco mundiales concupiſcentias,& ſeculi pompam. *Quis* (inquit ex Seneca Politico

Seneca. Carol. Scrib. cap.2.

Chriſtianus.) *ſub alicuius ruſtica arboris proiectus vmbra, luxuriæ ſuæ pompam ſolus explicuit? nemo oculis ſuis lautus eſt, ſed apparatum vitiorum ſuorum pro modo turba expectantis expandit. Itaque irritamentum eſt omnium, in quæ inſanimus, admirator, & conſcius: ne concupiſcamus, efficies, ſi ne oſtendamus, effeceris: ambitio, & luxuria, & impotentia ſcenam deſiderant; ſanabis iſta ſi abſconderis.* Multò ſanabis magis, ſi vni Deo viuas; Deo viuere,his caruiſſe eſt. Dic cum ſponſa: *Ego illi, & non alteri, neque ego audio vocem alienorum*: quæ ſumma virtutum eſt & Chriſtianæ perfectionis faſtigium.

116. Pſalm.

Deo viuere, non ſibi.

Dauid ad ſanctitatem factus vir ſic de ſe dixit, Pſalm.21. verſ.11. *In te proiectus ſum ex vtero.* Et verſ.31. *Et anima mea illi viuet.* Etiam ſub diademate ſedem ſuam virtus reperit. Nempe ab vtero natus ſum,inquit Dauid,non regni ſolio, non ambitionibus ſeculi,non mundi deliciis, non otio, & gulæ, (quæ Regum vitia ſunt,) ſed ad Deum ab vtero proiectus ſum;quia illi ſoli natus,illi ſoli ab incunabulis ſeruio,illi ſoli viuo: ad Deum dirigo omnes meos actus, omnes vitæ meæ functiones illi ſoli dedico, illi operationes meas ab infantia deſtino, cui ſoli viuo, non mihi. Accinit Paulus

ad Galat.

ad Galat.v.19, *Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus.* Deſiitne Paulus viuere quia ait, ſe

Anſelm.

iam non viuere? Minimè: nam præſtantiorem, & auguſtiorem mutuauit vitam. Opportunè S. Anſelmus: *Viuo autem iam non ego*, &c. *Ego quidem à me ipſo extinctus ſum, quia carnaliter non viuo, ſed tamen eſſentialiter extinctus non ſum, quia in Chriſto ſpiritualiter viuo.* Scilicet Paulus ſibi extinctus,& mortuus eſt,quia Chriſtus vigor,& vita eius eſt; incepit in Chriſto benè viuere qui deſiit in ſe malè mori O felix vita: quæ Chriſto viuit! ô vera mors,quæ mundo viuit! Huius vitæ viuificæ ardenti tenebatur deſiderio S.Ignatius Martyr in epiſtola ad Romanos,vbi eos vehementer hortatur,ne precibus ſuis eius Martyrium impediant, aiens: *Metuo enim charitatem veſtram, ne ipſa me lædat. Vobis enim facile eſt, quod vultis facere.* Et poſt pauca: *Ignoſcite mihi fratres: ne mihi impedimento ſitis,ne ad vitam perueniam, Ieſus enim eſt vita*

Ignat.M.

fidelium: Ne me velitis mori: mors namque eſt vita ſine Chriſto. Ecce tibi quàm viuat vni Chriſto Martyr Ignatius. Cui etiam vixit alter ipſe Ignatius ſanctiſſimus,inquam,protoparens noſter: cuius vnicum ſtemma fuit: *Ignatius ad maiorem gloriam Dei.*

217. Baruch.

Baruch c.3.v.35.agens de principatu Dei erga cæleſtia lumina; ſic fatur: *Stellæ dederunt lumen in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt: vocatæ ſunt, & dixerunt: Adſumus: & luxerunt ei cum iucunditate,*

Sanctus eximius vni Deo lucet.

qui fecit illas. Taceo ſtellas agere excubias in cælo, prætereo fulgores vocari aſtrorum lætitiam,omitto perpetem ſtellarum curſum appellari præparationem ad vlterius obediendum: & expendo ſtellas dici lucere Deo factori ſuo. Porrò naturalis ambitio lucis eſt, ſic fulgores oſtentare ſuos, vt omnium oculos ad ſe rapiat. Celas lucem? ipſa ſe prodit: abſcondis in abditiſſimo receſſu? vel per rimulas ſe manifeſtat, & hominum oculos ſolicitè quærit: neſcit latere, qui videri ambit. Vnde vel humillimi Apoſtoli quia dicuntur fore inſtar lucis,Matthæi 5.verſ.14.appellantur,*lux mundi*,quæ

Matth.

illuminat omnē hominem venientē in hunc mūdum: natura enim lucis eſt,lucere omnibus. Verùm hæ myſticæ ſtellæ apud Baruch (ô cæleſte prodigium!) ſoli Deo dicuntur lucere. *Luxerunt ei, qui fecit illas.* Nempe cælorum aſtra terras exortu ſuo illuſtrant, & omnibus lucent; at hæ terrarum ſtellæ, cælum tantummodò illuſtrant fulgore ſuo. *Los aſtros del cielo amanecen y dan luz a la tierra; mas eſtos aſtros de la tierra amanecen, y dan luz al cielo.* Parum hoc eſt: *luxerunt*, inquit, *ei, qui fecit illas.* Scilicet ſoli Deo lucent,non lucent hominibus, non cælo, non Angelis, ſed vni Deo lucent,ad Deum corrigunt ſuos radios, ad illum ſolum fulgores ſuos deſtinant, cui explicant ſplendorem ſuum Mundo obſcura apparent hæc miraculoſa aſtra; nigris tenebris ſqualere videntur,nullo fulgore illuſtres,vt luceant ſoli Deo. Prodigij adinſtar eſt reperiri lucem, quæ hominibus non luceat,ſed luceat vni Deo, ad illum ſolum dirigēs virtutis radios,illum ſolum illuſtrans vitæ ſuæ fulgore,illi ſoli deſtinans lucidas ſuas functiones. Hic faſtus Dauidicæ,& Paulinæ ſanctitatis eſt Quin & hæc pia virtutis ambitio ſuſpiciēda eſt in ſanctiſſima Iuditha; quæ in ſecretiori parte domûs fecit ſibi abditum cubile, vt procul à contubernio domeſticorum, à ſocietate hominum, ieiuniis macilenta,orationibus intenta,ciliciis exaſperata,honoribus negata, ab omni vitæ fruge remota, non ſibi,ſed Deo ſoli luceret,vni Deo viueret.

Dauid Pſalm.4.verſ.5.ſic de ſe fatur,vel potiùs Spiritus ſanctus de Dauid: *Scitote quoniam mirificauit Dominus Sanctum ſuum.* Genebr. ex Hebræa origine vertit, *Sanctum ſibi*: Quod apprimè quadrat ad rē præſentem. Et ſenſus eſt: Scitote quod Dominus Dauidem *mirificauit*, id eſt, mirum fecit, nempe miraculis clarum, pietate illuſtrem ſanctitate conſpicuum, munificentia nobilem,& omnium virtutū genere inclytum? ſic mirificauit Dominus Sanctū ſibi. Hoc eſt ille qui Sanctus eſt vni Deo,ſic mirificatur,vt pietate niteat,ſanctitate excellat,miraculis celebretur, virtute clareſcat, & omnium virtutum dotibus ad miraculum vſque præemineat His elogiis mirificatur qui eſt Sanctus vni Deo,non ſanctus hominibus. Caue à pietate ambitionem,caue à virtute faſtum,id eſt,caue hyprocriſim.

Iudith. Pſalm. Genebr. Dauid eſt ſanctus Deo.

Paulus ad Philippēſ.1.v.21. *Mihi viuere Chriſtus eſt* Nimirum *viuere* Pauli eſt Chriſtus Deus; nam illi ſoli viuit Paulus; Pauli enim vita non tam eſt eius anima,quàm Chriſtus Deus;vita Pauli Chriſto conſtat, ſine quo cadauer aſt, cum quo fruitur præſtātiori vita. Egregiè Theophylactus: *Mihi viuere Chriſtus eſt. Mihi ſpiritus, & lumē, & vita eſt, tum naturalis, tum ſupernaturalis, tum beata.* Quid Chriſtus Deus eſt Paulo vita naturalis? O hyperbolē! naturales functiones à Chriſto, per Chriſtū, & propter Chriſtum Paulus obit? Chriſtus Paulo ſubſtituit vices animæ? Et quaſi parum hoc eſſet, addit Chriſtum ſibi eſſe vitam ſupernaturalem,& beatam. Quid exaggeratius? Nempe Paulus, ſicut Dauid,verè dicet *Anima mea illi viuet* illi ſoli viuo,per illum ſolum viuo,propter illū ſolum viuo, procul, ô procul eſte terrena tanquam profana: *Mihi viuere Chriſtus eſt* Cui luceo,cui reſpiro,cui viuo. *Ego dilecto meo.* Cætera vt mihi moleſtiſſima,faſtidit anima mea, cadauereſco ſine Chriſto.

218. ad Phili. Theoph. Chriſtus dicitur vita Pauli.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM.

Vers.1. FACTVM est autem, cùm cessasset clamare ad Dominum, surrexit de
loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum 2. Vocauítque, abram
suam, & descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se
vestimentis viduitatis suæ 3. Et lauit corpus suum, & vnxit se myro
optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum,
& induit se vestimentis iucunditatis suæ, induítque sandalia pedibus suis, assum-
psítque dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis or-
nauit se. 4. Cui etiam Dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista com-
positio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideò Dominus hanc in illam
pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. 5.
Imposuit itaque abræ suæ ascoperam vini, & vas olei, & polentam, & palathas,
& panes, & caseum, & profecta est. 6. Cúmque venissent ad portam ciuitatis,
inuenerunt expectantem Oziam & presbyteros ciuitatis. 7. Qui cùm vidissent
eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. 8. Nihil tamen interrogantes
eam, dimiserunt transire, dicentes: Deus Patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne
consilium tui cordis suâ virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalem, & sit no-
men tuum in numero sanctorum & iustorum. 9. Et dixerunt hi qui illic erant, om-
nes vnâ voce: Fiat, fiat. 10. Iudith verò orans Domtnum, transiuit per portas ipsa &
abra eius. 11. Factum est autem, cùm descenderet montem, circa ortum diei, occurre-
runt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, dicentes. Vnde venis? aut quò va-
dis? 12. Quæ respondit: Filia sum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quoniam
futurum agnoui, quòd dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos,
noluerunt vltrò tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro. 13.
Hac de causa cogitaui mecum, dicens: Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indi-
cem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, vt non cadat vir
vnus de exercitu eius. 14. Et cùm audissent viri illi verba eius; considerabant faciem
eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.
15. Et dixerunt ad eam: Conseruasti animam tuam, eò quòd tale reperisti consilium,
vt descenderes ad Dominum nostrum. 16 Hoc autem scias quoniam cùm steteris in
conspectu eius, bene tibi faciat, & eris gratissima in corde eius: Duxerúntque illam ad
tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam. 17. Cúmque intrasset ante faciem eius,
statim captus est in suis oculis Holofernes. 18. Dixerúntque ad eum satellites eius:
Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro
his meritò pugnare contra eos debeamus. 19. Videns itaque Iudith Holofernem se-
dentem in conopœo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis
intextum. 20. Et cùm in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super
terram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente Domino suo.

§. I.

Commentarius littera.

Vers. 1. Factum est autem cùm cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum.

1. Vers.1. Bibl. Sixt. Septuag. Bibl. Complut. Regia. Vatabl.

BIBLIA Sixti sic scribunt hunc versiculum: *Et factum est, vt cessauit clamans ad Deum Israël omnia verba hæc; & surrexit à deiectatione.* Septuaginta, Biblia Complut. Regia: *Et surrexit à ruina.* Vatablus, *surrexit procubitu.* Scilicet prostratio ad precandum appellatur *Procubitus*, *Deiectio*, & *Ruina.* Mallem cum S. Iuditha in oratione hanc deiectionem, & ruinam, quàm aliquorum sublimitates, dum è terrâ subleuantur, & attolluntur ad fastigium: hæc enim ruina orationis, sublimitas est, & culmen virtutis.

Oratio dicitur deiectio, & quo sensu?

Cessauit clamare ad Dominum. Clamare dicitur tacito feruore orationis, non clamosâ oris vociferatione, vt notat Carthusianus. Et nos multis probauimus suprà, cap. 9. ad versum primum super illis verbis: *Clamauit ad Dominum.* Addit sacer textus: *Surrexit de loco in quo iacuerat prostrata.* Tò *surrexit* non tantùm significat erectionem corporis, sed etiam animi erectionem; Dei enim auxilio confisa surrexit ad perpetrandum audacter virile, & illustre facinus Holofernianæ cædis. Illud *prostrata*, non est necesse vt intelligatur rigorosè de totius corporis prostratione, sed de genuum flexione, siue cernuatione, aut supplicis incuruatione corporis, quæ fieri solitat ad orandum: vt versiculo illo 1. annotabam & probabam.

Carthus.

Vocauítque Abram suam, & descendens in do- 2.

Digitized by Google

VERS. 2. *mum suam, abstulit à se cilicium; & exuit se vesti-
mentis viduitatis suæ.* Dubium est apud commen-
tatores, quænam sit hæc Abra, cuius sæpe fit men-
tio in hoc libro, cap. 8 vers. 32. Et in hoc cap. 10.
Iudith. vers. 2. & 5. & 10. Et cap. 16. vers. 28. Lyranus exi-
Lyran. stimat Abram esse ancillam libertam; dicique à
Quænam fuerit Iudithæ Abra. præpositione *ab* & *ara*: quia olim iuxta aram li-
bertas seruis donabatur. Constat autem ex cap. 16.
vers. 28. eiusmodi abram libertate donatam. At
non facilè probabit Lyranus ante sexaginta annos
à manumissione, & quo tempore nil cogitabatur
de illius libertate, nomen sortitam fuisse à spe
manumissionis. Hugo Cardinalis autumat esse
proprium nomen ancillæ suæ, quæ Abra appella-
Hugo. batur. Quod non persuadebit Hugo attentiùs le-
genti contextum locorum, in quibus huius Abræ
fit mentio. Et ex verosimiliori expositione am-
Tortollet. pliùs impugnatur Hugonis coniectura. Mitto
Tortolettum asserentem, esse Iudithæ nutricem:
planè poëtatur. Itaque Abra non est nomen pro-
Carthus. prium alicuius ancillæ è gynæceo Iudithæ: sed
Serar. nomen commune quod ancillam significat, non
Sanct. qualemcunque, sed honoratam, & quæ ad ma-
Salian. num heræ præsto erat. Ita Carthusianus hîc, Se-
Sà. rarius quæstiuncula 1. Sanctius in commentario
Pausan. huius versiculi. Salianus ad annum mundi 3346.
Eustrat. Insinuat Emanuel Sà ad cap. 8. vers. 32. huius li-
Suid. bri: & quotquot ancillam generatim exponunt.
Menand. In hac significatione accipit τὸ Abram Pausanias
Iamblic. apud Eustratium, & Suidas ex Menandri Pseude-
Stob. racle & Sycionia, & ex Iamblico apud Stobæum
Serar. sermone 51. & Serarium suprà. Porrò ἅβρα *Abra*
Genes. Græcè ancillam honoratam significat. Quod con-
Exod. stat ex Græco textu Genes. 14 v. 61. & Exodi 2. v.
Esther. 5 & Esther 2. v. 4. & 5. Et ex Clemente Alex lib. 1.
Clem. Alex. Strom. & Eusebio lib 9 de præpar. Euangel.
Euseb.
3. *Descendens in domum suam* Dicitur Iuditha
descendisse in domum suam, non quia extra do-
mum hæc facta fuerint, & postea in domum suam
venerit; sed quia cùm oratorium eius esset in su-
perioribus domus suæ, vt habetur suprà, cap 8.
vers. 5. & cap. 9. vers. 1. descendisse ab oratorio
dicitur in domum suam, quia egressa est ex orato-
rio, quod sic erat ab interpellatoribus separa-
Iudith. tum, & turba domesticorum, vt videretur fuisse
extra domum. Itaque Iuditha ex oratorio descen-
Lyran. dit in domum, vbi morabatur reliqua familia, &
Hugo. vbi antiqui nuptiarum ornatus repositi erat. Ita
Sanct. Lyra, Hugo, Sáct. & Salian. Ibi abstulit à se, quo as-
Salian. perabatur, cilicium, quod induerat cap præced v. 1.
4. *Et exuit se vestimentis viduitatis suæ.* Perspi-
cuum est Iuditham non in oratorio, sed in parte
inferiori domus, reposita habuisse nuptiarum or-
namenta, & mundum muliebrem: quæ vt longè
Salian. erant ab animo, ita & ab orationis secessu, vbi
perdiu morabatur. Non assentiar Saliano asse-
renti, ideò Iuditham descendisse in domum infe-
Sanct. riorem, quia in ea recondita haberet ornamenta
festis diebus congruentia. Neque enim adducar
vt credam, Iuditham castissimè, & austerissimè
viduam, adhuc festis diebus induisse lætiores ve-
stes, etsi exuerit squallidas cilicij asperitates. Du-
bium est apud vtriusque eruditionis peritos, quæ
apud Hebræos fuerint viduitatis indumenta, ta-
metsi indubium sit, vt docet Sanctius, habuisse
viduas certum aliquod vestimenti genus, vt ex hoc
loco liquidò constat, & ex Geneseos 38. v. 14. vbi
Thamar dicitur exuisse viduitatis vestes, vt socer-
rum Iudam alliceret ad concubitum. Verosimile
autem videtur viduitatis vestes esse nigri coloris,
quia in funere, & luctu, familiaris est niger color
in vestimẽtis. Vnde atrati seu pullati dicuntur, qui
funereas, & lugubres induunt vestes.
Hunc vers. 2. sic exscribunt Biblia Sixtiana: *Et* Bibl. Sixti.
vocauit ancillam suam, & descendit in domum, in qua
versabatur in diebus Sabbatorum, & in festiuita- Septuag.
tibus suis, & circumabstulit saccum, quem induerat, & Bibl. Complut.
exuit vestimenta viduitatis suæ. Septuaginta inter- Regia.
pretes, Biblia Complut & Regia τὸ *circumab-* Vatabl.
stulit vertunt *euoluit*. Cætera consentiunt, nec
ferè dissentit Vatablus.

---

§. II.

Commentarius litteræ.

Vers. 3. Et lauit corpus suum, & vnxit se
myro optimo, & discriminauit crinem
capitis sui, & imposuit mitram super
caput suum, & induit se vestimentis
iucunditatis suæ, induitque sandalia
pedibus suis, assumpsitque dextralio-
la, & lilia, & inaures, & annulos, &
omnibus ornamentis suis ornauit se.

ET *lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo* &c. 5.
Vetustiora Biblia vulgata habebant, *myrro* VERS. 3.
optimo Myrro habet Raban. Lyra, Hugo Carthus. Raban.
myrto. Sed in vulgata editione à Sixt correcta, *my-* Lyra.
ro optimo scribitur. Dein Biblia Septuaginta inter- Hugo. Carthus.
pretum eiusdem Sixti opera correcta, ita habent: Sixt.
Et circumlauit corpus aquâ, & vnxit vnguento pin-
gui. Biblia Complut. non *Corpus* sed σῶμα, id est, *os* Sixt.
exscribunt; Ita Septuaginta, & Biblia Regia. Va- Bibl.
tablus autem: *Corpus aqua prius ablutum, vnguento* Compl.
pingui perunxit Cæterùm cùm Biblia Complut. & Septuag.
Regia, & Septuaginta interpretes dicant Indi- Reg.
tham os lauisse, non corpus reliquum, dubium
posset alicui videri, an faciem tantùm Iuditha Myro optimo vngitur Iuditha.
lauerit? Perplacet cum vulgato interprete (& vi-
dentur id supponere expositores,) totum abluisse
corpus: nam cùm Iuditha olim munditias corporis
neglexisset, interuli sacci diuturnitate, & cinerum
sordibus, ambitiosoque squalore (quæ sunt orna-
menta, & lenocinia virtutis,) Dei gratiam exam-
biret, nunc ne suboleret illuuiem pristinam, nè-
ve aliquid esset quod Holofernes fastidiret, to-
tum Corpus lauisse creditur. Præterea vt aliquid
spiraret amœnum, vnxit se myro optimo, id est
vnguento optimo, & odorato, quod familiare
Hebræis fuisse, adeò vulgare est, vt probare pude-
at. Aduerte nullum vnguentum in particulari ex-
primi: nam μύρον *myron* Græcis vnguentum gene-
raliter significat. addit *optimũ*, hoc est, præstantis-
simum, & odoratissimũ, ita Serarius, Sanctius, & Serar.
Salianus. Ex myrtheo autem succo, & oleo olim Sanctius.
fieri vnguenta laudatissima tradit Plinius lib. 13. c. Salian.
1. 2. & 3. Vnde Iuditha lauit corpus suum, non tan- Plin.
tùm, vt meliùs reciperet vnguenta (vt putat Lyra)
sed vt ablueret insolitas à pœnitentiâ sordes. Quod
autem ait Anselmus Laud. *Lauit Corpus suũ*, id est, Lyra.
lacrymis pœnitentia opera carnis, morale est. Sicut & Anselm.
illud Strabi: *Vnxit se, &c.* id est, *vnguento de myrrha*
optima cõfecto, per quod significatur virtus castitatis, Strab.
eò quod conseruat carnem à putrefactione luxuriæ, &
dissolutionis.
Et discriminauit crinem capitis sui, & imposuit 6.
mitram

mitram super caput suum. Vatablus pro τὸ *Discriminauit*, scripsit, *capillus capitis sui digestis.* Cæteræ scriptiones à Græco textu, & Biblia Gotthica, perexiguo variant verborum discrimine, sed eodem sensu. Profectò frugales feminæ quæ in secessu abditæ publico carere procurāt, quippe quæ impensiùs studēt pietati, imnexos, & incomptos alūt crines. Vnde Iuditha olim capillaturæ negligens, nunc dicitur discriminauisse crimen capitis sui. Inidoneè Carthusianus pectinis tantùm operam in hoc verbo agnoscit: nam Iuditha, quæ impensiùs se hic ornauit, nō modò implexos & horrentes capillos pexuit ad nitorem, sed etiam illos accuratè discriminauit, & in cirros, cincinnósque digessit, (vt dicebat Vatablus,) & in aliam formā quæ venustatem & gratiam conciliaret sibi. Neque mihi dubium est, cùm hic dicitur: *Discriminauit crinem capitis sui*, idem significari, ac Isaiæ 3. v. 20. vbi dicitur, auferenda esse à feminis Hierosolymitanis, *Discriminalia*, Hebraicè *peerim*, quod nomen generale est; & ideò LXX. vertetunt, *compositionem gloriæ*. Vnde τὸ *Discriminauit* significat omnem ornatum crinium, qui illo æuo adhiberi solitus erat, ad ornandum capillos, & exaggerandum decorem. Nempe Iuditha, vt Holoferni placeret, primò confusos & implexos crines pectine explicauit & venustauit; dein intorsit, & crispauit, in cirros discriminauit, vittis, & tæniis splendentibus diuisit, in resticulas coēgit ad vetricem, caput sic turrificans, vt commodè mitrā (de quà statim) excipere posset: ad vtrumque latus vndulatos comæ flexus inerrantes permittens ad collum vsque volucres. Quod verosimilius videtur ex consuetudine comēdi capillitij apud Hebræas feminas: vt constat ex illo Cantic. 4. v. 9. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, &c. in vno crine colli tui.* Crinem colli appellat sponsus capillorum cincinnatos fluxus, vtrinque ad collum pendulos, quod *Guedejas* Hispanè dicimus. Neque enim tam pulchra femina tam breuem alebat comā, vt infra collū non deflueret. Vnde partim splendentibus fasciis Iudithæ capilli spirulatim regeruntur, & innodantur ad capitis verticem; partim vsq; ad collum hinc inde diffluunt ad omnem gratiam venustatis. Id totum complexus est sacer Historiographus, aiens: *Discriminauit crinem capitis sui.* De capillorum ornatu legi possunt interpretes Bibliorum ad illud Cantic. 4. vers. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis.* Et infrà vers. 9. ad illud: *In vno crine colli tui*, & ad cap. 8. vers. 5. *Caput tuum sicut Carmelius: & comæ capitis tui sicut purpura Regis vincta canalibus.* Et ad cap. 3. Isaiæ vers. 17. præsertim ad versiculum 19. *Et discriminalia.* Præterea Tertullianus in lib. de cult. femin. cap. 1. & inibi Scholia Pamelij, & Cerdæ notæ valde eruditæ. Clemens Alexand. lib. 3. Pædag. cap. 11. & passim SS. Patres, & profanæ eruditionis scioli.

Bibl. Goth. Carthus. Ornatus capillaturæ. Isaiæ. LXX. Canic. Cant. Isaiæ. Tertull. Pamel. Cerda. Clem. Alex.

7.

8\. *Et imposuit mitram super caput suum.* Mitra, vti tradunt interpretes Iudith & Isaiæ, edocti à sancto Hieronymo feminei capitis ornamentū est Quod Hispani vocant *Cofia*: Itali *Cufia*: Galli *Coffe*, quodque *Cucufam* barbaro vocabulo appellauit Lyranus, Latinius dixisset *Calanticam* cum Tullio: Et si cucupha ignota auis sit apud Horapollinem lib. 1. cap. 55. fortè turritum habens caput, vt cassita, & aliæ aues. Est autem *mitra* fascia byssina capitis, gēmis seu bracteolis aureis tremulisque interlucens, vt tradunt Cornelius in cap. 3. Isaiæ & Tirinus hic. Benè notat Sanctius, quod vbi sanctus Hieronymus Isaiæ. 3. vers. 19. vertit *mitram*, Hebræa origine scribitur *rebhaloth*, quæ est vox nondū exploratæ significationis, & quæ *tremorem* videtur significare: Duo autem tremere dicuntur, aut quæ re verà agitantur, vt arborum tremulæ frondes: aut quæ cùm stabilia sint, quia tamen incida sunt, obiecta aduerso lumini, dum collucent & radiant, tremere videntur. Ornamentum verò feminei capitis aureis bracteolis, & nitulis in vertice collucens & tremere videtur. Vnde Hispanè dicuntur *Tembladeras* aut *argenteria*, eiusmodi nugæ mūdi muliebris. Aduertit S. Hieronymus idem Hebraicum nomē significare *venenum*: quia eiusmodi ornatus exquisitus venenum spectatoribus propinat.

Hieronymo. Quid sit mitra. Lyra. Tertull. Horapol. Cornel. Tirin. Sanct. Hierl.

Et induit se vestimentis iucunditatis suæ. Vestimenta iucunditatis appellantur, quibus vtebatur Iuditha, breui illo coniugij tempore, vt venusta puella placeret peramāti marito, vt aduertit Vatablus, & cæteræ exscriptiones è Græco textu. Quod eleganter tradit S. Ambrosius in lib. de Viduis ita scribens: *Diuturnis mæroribus, & quotidianis roborata ieiuniis sancta Iudith, quæ seculi oblectamenta non quæreret, periculo negligens, mortisque contemptus fortior, vt commentitium strueret dolum, vestem illam iucunditatis, quam viuente viro vestiri solebat, se induit, quasi placitura viro, si plurium liberaret.* De Sionitidum feminarum vestibus, plura saltuatim tradit eruditè noster Sanctius super Canticis; cùm ea, quæ difficillime & quasi minus pudicè dici videntur, de sponsæ membris, expeditè vestimentis accomodet. Legantur Isaiæ interpretes ad cap. 3. & Andreas Tiraquellus in 3. legem connub. glossæ primæ part. 3. quí ex Polluce multa congerit.

Vatabl. Ambros. Sanctius Cant. 1. Isaiæ. Tiraq. Pollux.

Induitque sandalia pedibus suis. Carthusianus existimat sandalia significare calceamēta pulchra, quibus non tantùm feminæ, sed etiam viri præsertim Ecclesiastici Pontifices vtuntur. Probabilius autem est scandalia esse pedum muliebrium ornamenta. Ita Menander, Herodotus, Cratinus in legibus, Cephissodorus in Trophonio, Eupolis in aurea ætate, & passim apud Comicos, vt scribit Pollux lib. 7. cap. 22. S. Hieronymus ad Saluinam soccos aureos appellat: Et Homerus πέδιλα *pedilon* vocat lib. 2. Iliad & lib. 4. inter Iunonis ornatus annumerat. Etsi Philostratus in imaginibus effingat Cupidinem cum Sandalis, sed quia Cupido puer effeminatus fingitur, & feminomasculus: & S. Hieronymus in caput. 2. Isaiæ sandalia appellat caligas, puta femininas. Notat Lyranus sandalia esse calceamenta æstiualia corium desuper nō habentia. Quam pretiosa fuerint hæc elegantium feminarum calceamēta tradit Clemens Alex. lib. 2. Pædag. cap. 11. & Plinius lib. 9. cap. 35. Consuli possunt Bibliorū interpretes ad Cant. cap. 7. v. 1. *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis.* Et Isaiæ. 3. v. 8. *Auferet Deus ornamentum calceamentorum.* Et Ezechielis cap. 16. v. 10. *Calceaui te ianthino.* Puto pretiosa, & elegantia sumpsit Iuditha sandalia, vtpote femina elegantissima & locupletissima, & quæ sumptuosiùs se ornauit ad alliciendos Holofernis oculus.

9\. Sandalia feminarum pedes ornant. Menand. Herod. Cratin. Cephis. Pollux. Hier. Homer. Philost. Hier. Lyranus. Clem. Alex. Plin. Cantic. Isaiæ. Ezech.

Assumpsitque dextraliola. Liranus τὸ *dextraliola* interpretatur dexteræ partis ornamēta. Carthusianus dexteræ ornatum intelligit. Salianus armillas, quæ in dextris ponebantur; Serarius quæst. 2. & Sanctius hic armillas intelligunt: hoc tamen discrimine, quod armillæ significatio latius pateat; nam armillæ non tantùm manus ornant, sed etiā pedum

10\. Lyranus. Carthus. Salian. Serar. Quid sunt dextraliola.

pedum suffraginem, nempe infimam cutis partē, quæ pedi coniuncta est, & talaris compes dicitur à Clemente Alex. lib. 1. Pædag. cap. 11. At *dextraliola* adornant eam Corporis partem quæ brachiū cum manu ligat. Nemo existimet cum Hugone hæc *dextraliola* referre aliquo modo lilij figuram: nam *dextraliola* est nomen diminutiuum: *Dextralia* enim legimus hic in antiquis Codicibus apud Hugonem: & inter mulierum ornamenta, Exodi 35. vers. 22. & Numer. 31. vers. 50. Vnde *Dextraliola* hic, vel Dextrariola, vti legit Andr. Tiraquel. nuper allegatus, qui etiam allegat S. Cyprianum, & Sanct. Hieronymum. Addit *Dextrocheria* appellari à S. Ambrosio, & à Iul. Capitolino, sic aiēte de Maximino: *Vxoris Dextrocherio vtebatur pro annulo.* Ergo *Dextralia* siue *Dextraliola*, siue *Dextrocheria* significant muliebrium brachiorum præsertim Dextrorum ornamentum, quod ex auro, aut alio metallo in annuli lati formam gemmis integebatur. Omitto Rabbi Salomonem, *Dextralia* accipientem pro inauribus, ad præfatum Exodi locum.

Clem. Alex. — Hugo. — Exod. Numer. Tiraquel. Cyprian. Hieron. Ambrof. Capitol. — Rabb. Sal.

11. *Lilia*: Hugo censet Iuditham flores, seu lilia gestasse in manu: potuit sanè, nam ineunte vere hæc historia accidit. Sed vereor ne marcessèrent delicati flores præsertim nocturno tēpore ornantes Iudithæ manus Quin, & lilia grandiusculi sūt flores, neque ad manum apti: nam à stantibus in medio crocis attactu inficerent exquisitas ornamentorum munditias. Lyranus putat esse monilia à capite dependentia, ad modum lilij efformata Carthusianus autumat non à capite pendere, sed ad caput: Sanctius, & Salianus è collo dependere lilia existimant, eséque ornamenta liliorum formam imitantia, vt in torquibus aureis fieri videmus. Quod verosimilius videtur: nam nisi liliorū nomine eiusmodi monilia intelligātur, nulla monilium mentio inter tot pretiosa, & exquisita ornamenta, quibus Iuditha se ornauit.

Hugo. Quæ hæc lilia. — Lyranus. Carthus. Sanctius. Salianus.

Emanuel Sà, ex quo Serarius quæstiō 2. & Tirinus putant lilia hic brachiorum armillas significare: quia Græcè pro liliis scribitur ψέλλια & per errorem scriptum *lilia*. Psellia verò significare armillas, seu brachialia constat ex Xenophonte lib. 1. & ex Plutarcho in Cimone, vbi recenset Spolia Persica. Et refert Athenæus hæc ex margaritis quandoque fieri solita, & Clitophon. lib. 1. rerum Gallicarum; & Plutarchus in Parallelis cap. 30. Et auro materiata esse tradit Pollux lib. 5. c. 16. ponit inter ornamenta carpi, id est, iuncturarū manuum. Hinc Herodotus lib. 2. Pseliphori, hoc est, armillati. Assentirer, nisi iam traditæ essent eiusmodi armillæ, dum prædictum est, Iuditham assumpsisse *Dextraliola*.

Sà. Serar. Tirinus. — Xenoph. Plutarchus. Athenæus. Clitophon. Plutarchus. Pollux. — Herodot.

Cæterùm cùm tradit Pollux lib. 7 cap. 13 in vestibus flores quandoque intertextos fuisse, nō incongruè Serarius, & Sanctius censent, lilia, vel adsuta, vel intexta esse in Iudithæ vestimentis. Vnde floridas has vestes appellat, vestimenta iucunditatis. At sacer Historicus iam egerat de vestibus, & monilia enumerabat. Quin & floridam, aut liliis ornatam vestem, incongruè appellaret *lilia* etsi *pro liliis* inscribatur Psal. 44 de quo aliàs.

Pollux. — Serarius. Sanctius.

Et inaures. Vox notæ significationis, sunt enim aurium ornamenta, quia de auribus pendent, sic appellata, vt docet S. Hieronymus ie cap. 26. Ezechielis Et quidem inaures muliebre ornamentum est, vt dicitur in l. *argumento*, §. *ornamenta* D. de auro & argen. legat. multus fuit inaurium vsus apud gentem Hebræam, vt constat ex Genes. 24. Exod. 32. & 35. Iudic. 8. Iob. 42. Prou. 25. Isaiæ 3. Ezech. 16. Osee 2. Eóque processit luxus insolentia, vt viri quoque Hebræi inauribus exornarentur, vt dicitur Exodi 32. v. 2. *Dixitque ad eos Aaron. Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque, & filiarum vestrarum auribus.* Quod de aliis nationibus tradit Plinius lib. 11. cap. 37. & Iuuenal. Satyr. 1.

Hieronym. Iurisc on. Gen. — Exod. Iudic. Prou. Isaia. Ezech. Osee. Exod. Iuuenal.

Annulos: Annulus digitorum est ornamentum. Putidum erit dicere de re notissima, & attexere eruditionem facilè cuique parabilē. Addit: *Et omnibus ornamentis sui ornauit se:* id est, de omnibus pretiosissima & elegantissima elegit. Grecę exscriptiones addunt: *Et ornata est valde in deceptionem oculorum virorum quicunque vidissent eam.* Quomodo autem Iudith licitè se ornauerit, diximus ad cap. 9. §. 16.

Græc. text.

§. III.

Fucata pigmentis facies, est libidinis incentiuum, & adulterij meditatio.

13. Helluo ille librorum Andreas Tiraquellus super hac re vtramq; pene exhausit eruditionem. Sed specilegium faciam, si quam fortè spicam neglexit acuta falx copiosi admodum messoris. Nec pudebit me mutuare paucula, non paucos æmulantem, qui multa fœnerarunt ex diuite omnis litteraturæ prōptuario. Et quidem probæ feminæ vltima cura de forma est: ferè enim pulchritudini sollicitudo adiuncta; & comes formæ metus est. In femina nitorem, & munditiem probo, ne squalor, & neglectior forma fastidium pariat. Nolo cultā nimis, & furorum lenocinio depictā, ne obuiis spectatorum oculis palam prostituatur. Res admodū tenera pudicitia est, nec satis Virgo est, quæ oculorum scortationem patitur, & latentis concupiscentiæ stupra. Itaq; dum aliorum oculis formam sumptuosiùs exaggerant, satis castæ esse desierunt virgines corpore, mente constupratæ; dubij patres, sed non dubiæ matres inanissimæ prolis: *Necesse est publicatione sui periclitatur, dum percutitur oculis incertis, & multis*, ait Tertullianus. Elogia fucatæ feminæ his verbis prodit S. Zeno Veronensis: *Faciem in quas illi libuerit figuras speculo conciliante semper incertam, quotidie peregrinis coloribus mutat gula labore culta, lauacro nitida, vestitu varia, monilibus tota distincta, conuiniorum celebritate iucunda, gemmis, seu floribus redimita, iocorúmque festiuitate lasciua, libidine perita, delicati tumentis, ac restabilis tori plumeo sepulchro superba.* Sic depingitur femina, quæ faciem suam pingit.

Tiraq. lege 3. Connub. gloss. 1. p. 3. à num. 4. — Femina fucata depingitur. Tertull. Zeno in serm. de spiritu & corpore.

Et primò quidem mulier: quæ pigmentorum lenocinio pulchritudinem exaggerare præsumit, ipsa venustatis negotiatione fœditatem suam prodit, tot sistens suæ deformitatis testes quot adsciscit fucos: Opportunè S. Ambrosius: *Prior de se ipsa pronunciat, quæ cupit mutare quod nata est; ita dum aliis studet placere, prius sibi ipsa displicet. Quem igitur Iudicem mulier, veriorem requirimus deformitatis tuæ, quàm te ipsam, quæ videri times? si pulchra es, quid abscònderis? deformis, cur te formosam esse mentiris; nec tua conscientia, nec alieni gratiam erroris habitura?* Scilicet conscientiæ suæ sententia mulieres extermināt faciem suam, & in voluntarium exilium cogunt, ne appareat agnata fœditas, sed superinducta venustas: *Semper est misera, quæ sibi non placet qualis est. Quid capillorum mutatus*

Ambrof. l. 1. de Virgin. apud Tiraq. num. 5. Quæ fucatur sibi displicet, vt placeat aliis.

Cypr. lib de discipl. & habit. Virg. Ambrof. l.1. Exaëm. cap.8. A fuco altera pro altera substituitur. Nazianz. Locrus Pollux. l.5.c.16.

mutatus color? Quid oculorum extremitates suffusantur? Quid facies artibus in diversam formam convertitur, nisi quia ne ipsa sit timetur? Verba sunt S.Cypriani. Redeat Ambrosius: *Deles picturam, mulier, si vultum tuum materials candore oblinas, si acquisito rubore perfundas: illa pictura vitij, non decoris est: illa pictura fraudis, non simplicitatis est:* Modulatè S. Nazianzenus: *Serua corpus quale est fabricatum, neque velis videri pro altera, altera.* Mulier enim variis coloribus depicta, non est ipsa sed altera; imò ipsa altera: *Non faciem, sed laruam geris*, Locrus ad Pollucem. Deponat femina pigmentorum laruam, & vix agnoscetur a notis, & familiaribus: fraude enim lenocinij alteram mentitur. Tertullianus: *Si iam* (inquit) *speculo tantum mentiri licet.* Imò speculum mentiri nescit; semper enim reddit eamdem quam accepit imaginem, nec aliter potest; nã fideli regestu species reuerberat. Si è regione obseruetur vetula, vetulam reddit; si pulchra inuentã florentem, pulchram iuuenem regerit. Quod est hoc speculi mendacium? quare illud Clemens Alex. *fraudem* appellauit? Scilicet speculũ mera fraus est, & verum mendacium. Quia dum primò consulitur de forma mulieris, ea decolor apparet subfusca, fœda, distorta. Sed mox cùm de consilio speculi mulier rubricetã coloratur cerussa candicat, pigmentis nitet, formæ adulatur pulchros digerẽs vultus, quos paulò ante fœdos & distortos acceperat, blanda fraude, & pulchro mendacio: *Tantum speculo mentiri licet!* Hi sunt *fabulosi spiritus* decoris, & *corporearum phantasmata voluptatum*, vt dixit Petrus Damianus. Itaque femina ob propriæ fœditatis conscientiam, succorum ingenioso mendacio procurat pro se alteram supponere. Belle Claudius Mar. Vict. in epist ad Salomonem:

15. Speculi mendaciũ, & fraus. Tertullian. de habitu mul. c.1.

Clem. Allex. c.3. Pædag.

Fucus est fabulosus spiritus decoris, & phantasma voluptatis. Petr. Dam. serm 47. & 56.

Cl. M. Vict.

Ergo quod varias student occurrere formis,
Atque viris alios, atque alios supponere vultus.
Nonne hac culpa viri est? Quid agunt in corpore casto
Cerussa, & minium, censúmque venena colorum?
Mentis honor, morúmque decus sunt vinculis sancti
Coniugij: si forma placet venientibus annis,
Cedet amor. Sola est senium quæ nescit honestas.

Sept. lib de spect. c.23.

Mulier, quæ pigmentorum artificio, alias, atque alias mutat formas, & alteram pro se ipsa substituit, *infidelis erga faciem suam* dicitur à Septimio. Quasi fucorum vsus sit apostasia à se, qua mulier se ipsam execratur, à se desciscens in alteram, se ipsã meliorem.

16. Tertull. l. de habit. mul. cap.2. Fucus est ingenium decoris, & elaborata libido.

Tertullianus eiusmodi oris medicamenta appellat *ingenium decoris.* Et de Velandis Virg. c.1. *iniquitatis ingenia.* Scilicet venustatem, quam negauit natura, ingeniũ iniquitatis inuenit. Aptius dicitur ab eodem in lib. de Cultu femin. cap.1. *Elaborata libido.* Neque enim fucorum ingenio tam videtur elaborati venustas quam libido. Nam in corpore casto supernacanea videntur cerussa, & minium quæ sunt illicia, & indicia libidinis. Tertullianus: *Thamar illa, quæ se expinxerat & ornauerat, idcirco suspicioni visa est quæstui sedere.* Ad quæ verba aduocat interpres illud Nazianzeni: *Ne scribas faciem infelix.* Mulier ab studio venustatis rectè dicitur genas expingere; at scribere vultus, quo pacto dici potest? Quosnam scribere characteres? quid scribit lenociniorum penicillo? Puto impudentiam vulgò scribere, & occultã lasciuiam tacitè loqui. Tertullianus: *Lenocinia formæ nunquã*

Tertull. de cult. fem. cap.12. Cerda. Nazianz. Scripta facies libidinem significat.

Tert. suprà.

non prostituto corpore coniuncta, & de vita scriptura suggerunt, Et S. Nazianzenus, ait: *Calcatum prodens sine voce pudorem.* Nimirum hæc pigmẽta pulchri sunt characteres, quibus libido significatur, & clarè lasciuia legitur, & meretricij mores: etiã si lingua taceat, fucus veneres, cupidinesque loquitur vulgari idiomate. Exploratores Assyrij Iudithã cõtemplantes omni lenocinio comptã ad exaggerandam pulchritudinẽ (arcani consilij prorsus ignari) palam loquuntur quod in expicta, & scripta Iudithæ facie tacitè legere sibi videbantur: *Hoc antẽ scias, inquiunt, quoniã cum steteris in conspectu Holofernis eris gratissima in corde eius.* Iudith 10. v 16. Quasi id vnum expeteret Iuditha sumptuosã lenociniorũ ambitione: scilicet sic censent de Iudithæ pigmentis medicata facie, quod de cæteris mulieribus censeri solet. Porrò *sicut nota inusta fugitiuũ: ita etiã floridi colores adulterã indicant* ait Alexand. Clemens. Haud dubiè prophetare sibi videntur, quod facie reuelante legerant; *At nunc se ipsas lenocinando, quo planius adeantur*, dixit Septimius; *Prior enim de se ipsa pronunciat, quæ cupit mutare quod nata est*, inquit S. Ambrosius, libro primo de Virg.

Nazianz. in Præcept. ad Virg.

Iudith.

Clem. Alex. l.3. Pædag. cap 3.

Tertull. l. de Pallio, cap.4.

17. Fucatæ feminæ honos est inuitari ad luxum. Iudith.

Vagao ille lenonũ peritissimus, nil non pudicũ in castissima Iudith animaduerterat præter vestiũ elegantiam, & oris lenocinia ad pulchritudinem exaggerandam, & ex familiari lasciuiæ indicio rẽ meritus, sic illam alloquitur: *Non vereatur bona puella introire ad Dominũ meum vt honorificetur ante faciem eius*, Iudith. 12 vers. 12. Conuenit inter expositores, rem inhonestã honesto *honoris* vocabulo indicari. Verùm mirabitur quispiam inuitationẽ ad infame stuprum, dici Iudithæ honorificentiã. Imò quæ turpior matronarũ infamia, quàm illegitimus coitus, & profusior lasciuia? Vnde rex luxuriæ antonomasticè dedecus dicitur. Apud Hispanos, *Deshonra à fulanis.* Quasi synonima sint, coitus, & dedecus. Est tamẽ Vagao disertissimus Mango, & à frequenti pellacia leno peritissimus diuturnitate artis, bene gnarus feminei ingenij, pulchram puellam comptè ornatam, & bene fucatã honorari dicit ab inuitatione impudentis Viri. Non quasi honoraret feminã, sed quia inuitatione ad luxum honorat fucatã pulchritudinem. Argutè S. Hieronymus. *Si rogata non feceris, tamen forma putas testimonium, si rogaris.* Quasi dicat: Tametsi illegitimus coitus sit feminæ probrum, tamen sollicitari ad Venerem decus putat comptæ pulchritudinis, & venustatis illustre elogium. Nam suspiria adolescentum post se trahere, vulgò feminæ reputant angustum formæ testimonium. Quæ amari cupit, amare non timet; est enim amor amoris sequela, & beneuolentia concupiscentiæ insidiatur, & libidinem clanculum procurat. Timeat castitas alieni amoris appendices.

Hier. de vitando suspect. contubern.

In cap. *Fucare* de Consecr. dist.5. ita scribitur ex Augustino: *Fucare figmentis* (alias pigmentis) *quò rubicundior, vel verecundior appareat mulier, adulterina fallacia est.* Quasi fucus sit libidinis Meditatio: nec satis mente virgo sit, quæ medicaminum artificio alterã faciem superinducit, & se alteram sibi non similem obiicit spectatoribus. Quis cognoscat alienum vultum? Virgines illæ fatuæ, oleo gratiæ carebant, fortè non carebant vnguentis ad faciem medicandam; quo artificio alienos vultus supposuerunt. Vnde audiunt seueras illas voces, *Nescio vos.* Matth. 25. v. 12. Audi super hac re elegantissima S. Cypriani verba. *Manus Dei inferunt, quando illud, quod ille firmauit, reformare* 18.

Aug.

Matthæi. Cyp. lib. de Habit. Virg.

Fucatas feminas nescit Deus.

reformare, & transfigurare contendunt: nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, Diaboli, quodcumque mutatur. Et rursus aptè ad rem: *Non metuis, oro, quæ talis es, ne cùm resurrectionis dies venerit, artifex tuus te non cognoscat? ad sua præmia, & promissa venientem remoueat, & excludat? increpans vigore censuris, & iudicis dicat: Opus hoc meum non est, nec hæc imago nostra est: cutem falso medicamine polluisti, crinem adultero colore mutasti; expugnata est mendacio facies, figura corrupta est, vultus alienus est. Deum videre non poteris quando oculi tui non sint, quos Deus fecit, sed quos Diabolus infecit: De inimico tuo compta cum illo pariter arsura.* Ecce tibi morale commentum repulsæ fatuarum virginum. Scilicet, videns sponsus Virginū facies fucorum mendacio alteratas, *eas remouet & excludit, ad sua præmia, & promissa venientes*: Et quia artifex tuus te *non agnoscit* seuerissimè dicet: *Amen dico vobis, nescio vos*, & ita virgo de inimico compta cum illo pariter arsura à regno excluditur, & gehennalibus incendiis deputatur.

Coma irrufata est gehennæ auspicium.

Ambros. 6. Exaëmeron c. 8.

S. Ambr. sic concinit Cypriano: *Graue est, vt dicat de te Deus: non cognosco colores meos, non agnosco imaginem meam, non agnosco vultum, quem ipse formaui. Reiicio ego quod meum non est, illum quære, qui te pinxit, ab illo sume gratiam, cui mercedem dedisti. Amen dico vobis: Nescio vos.* Et sanè flammei à purpurisso vultus, & irrufati ab arte crines gehennam ominantur: *De inimico tuo compta cum illo pariter arsura.* Tertullianus *Malè: & pessimè sibi auspicantur flammeo capite.* Et S. Cyprianus suprà allegatus: *Audaci conatu, & sacrilego contemptu crines tuos inficis malo præsagio futurorū, capillos iam tibi flammeos auspicaris.* S. Hieronymus ad Lætam: *Caue ne capillum irrufes, & ei aliquid de gehennæ ignibus auspiceris.*

Tertull. de cultu fem. c. 6. Cypr.

Hier.

19. Heracl.

Tradit Heraclides in Politica Lacedæmoniorum, feminis ornatum omnem ereptum fuisse, neque illis iure permissum comam nutrire, nec vultus fucare, vt sic compesceretur virorum diutiùs grassata libido. Nam pigmentorum lenocinio adornata venustas, scopulus intuentium est, & castitatis naufragium. *Aucupium hominum* dicitur à Clemente Alexand. Et Hildebertus *Affectatus decor, & quidquid aliud, quàm quod natum est, fascinat oculos intuentium*, quo languent homines ad luxus valetudinem. Et sanè venustior pulchritudo fomes libidinis est; fucus autem exquisitior, alter fomitis fomes est. S. Chrysostomus in Genes. *A cultu*, ait, *externo innumera sunt mala. Et nondum dico animæ nocumenta, arrogantiam, quæ intrinsecus nascitur, despectum proximi, fastum spiritus, animæ corruptionem voluptatum illicitarum fomitem.* Et S. Cyprianus. *Si tu te sumptuosiùs comas, concupiscendi libidinem nutrias, peccandi fomitem succendas.* Et lib. 1. de Virg. incentiua vitiorum dicuntur à S. Ambrosio. Et lib. 3. *Affecti nugas decoris, adulterini amoris illecebras* appellat. Et S. Hieronymus ad Furiam; *Quid faciat in facie Christianæ purpurissus, & cerussa, ignis iuuenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indicia?* Vnde eiusmodi pigmenta, & decoris mendacia rei inhonestæ nomine culpātur, & vera adulteria dicuntur. S. Cyprianus: *Illi* (Dæmones inquam) *oculos circumducto nigrore fucare, genas mendacio roboris inficere, & mutare adulterinis coloribus crinem, & expungere omnem oris veritatem corruptela suæ impugnatione docuerunt.* Audis fucorum adulterinos colores, adulterorum præsagos? Pulchrè S. Ambrosius *Adulteratio vultus meditatur adulteria castitatis.* Et S. Cyprianus: *Nos virgines tantùm, aut viduas, sed nuptas puto & omnes feminas admonendas, quòd opus Dei, & facturam eius, & plasma adulterare nullo modo debeant, adhibito flauo colore vel nigro puluere*, &c. Et S. Nazianzenus. *Alij quidem fucis, & colorum nitoribus imaginem diuinam adulterant, viua tabula fœdi indices interiorum animi affectuum.* Hæc animarum scortationem, & adulterorum præsagium deuitat simplex, & incompta pulchritudo. Rudi habitu, & faciē fucorum experte, imbibitur continentia, & spectantibus regeritur pudicitia; saltem non ingeritur luxuriæ fomes, & elaborata libido, affectato lasciuiendi ingenio. O quoties excusatur Iuditha ab hoc fucorum lenocinio.

Clem Alex. l. 3. pædag. Hildeb. epist 34. Fucus est alter fomitis fomes. Chrysost. hom. 41.

Cypr. Suprà,

Ambr. Hieron.

Cypr. Suprà.

Ambr. l. 1. de Virg. Cypr.

Nazianz. in Exhortat. ad Virg.

---

§. IV.

Politior ornatus, exculta libido est, Fidei languor, & luxuriæ vigor.

LAsciuia in vestibus scortatio animi est, & sūptuosior libidinis pompa: comptior femina matronam negat, meretricem prodit habitu meretricio, & ornatu luxuriam procurat. Geneseos 6. v. 2. *Videntes filij Dei, &c.* Ad quæ verba sic fatur Basilius Seleuc. *Filias ex posteritate Caini conspicati splendidas, & ornatu florentes.* Ornatu florent; nam ornatus flos est; & huius floris fructus meretricia libido: luxus enim in vestibus luxuriam parturit, imò luxuria politioris ornatus appendix est & cultus floridi fructus. Clemens Alexand. *Laudo ego* inquit, *& admiror Lacedæmoniorum ciuitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes, & aurum mundum gestare permisit, à probis mulieribus mundi studium auferens, quòd solis meretricibus se ornare concederet.* Nempe solis meretricibus floridæ vestes congruunt, vt *ornatu florentes* fructum suum ferant scortationem inquam. Nam carnis concupiscentia ætatis officia defendit, decoris messem requirit. Ad vxorem c. 4. ait Tertullianus nempe messis ornati decoris luxuria est & profusior libido. Vnde lib. de cultu femin. *Vt leones*, inquit, *& prostitutores, vestitus, & cultus ne in vos admiseritis.* Et rursus: *Gratiam decoris cultus societate prostituant.* Quasi ornatus sit impudentiæ leno, & prostitutionis index. Nescit prostitui quæ ornari non gestit. *Florida enim vestis de proximo curat luxuriæ negotium*, inquit idem auctor suprà, cap. 9. Nam vt ait S. Cyprianus loco allegato: *Excusari non potes quasi mente casta sis, & pudica: redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus.* Et S. Hieronymus ad Demetriadē: *Crines à fronte demittunt, cutem poliunt, vtuntur pigmentis, adstrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, soccósque crispantes, vt sub nomine Virginitatis vendibiliùs pereant.* Videlicet ingenio ornatus femina negotiatur libidinis pretium vt carius vendibilis appareat, quæ pretiosiori ornamento prostituitur. 20.

Basil. Orat 6. Floridæ vestis fructus est scortatio

Clem. Alex. 2. Pædag. 10

Tertul.

Cypr.

Profectò quemadmodum luxuria fructus est floridi cultus; ita frugalis vestitus appēdix est casti propositi. Neque enim satis pudica videtur femina, cuius pudicitia non eructat in vestes. Rupertus apud S. Thomam in cap. 2. Ioannis: *propositum quod ardet in mente, luceat in veste, radiet in ore.* Nullius fermè pretiosior ornatus est, quàm cuius pudor vilis est: dubia est castitas, quæ non elucet in 21.

Frugalitas eructat à conscientia in vestes.

Rupert.

Digitized by Google

in vestibus. Heu! habes pauca nomina. qui non iniquinauerunt vestimenta sua! Apocal. 3. vers. 4. Nam nitor in vestibus, iniquinamentum pudoris est, & impuræ conscientiæ index, cõscientia enim

Tertull. pudoris transflucet in vestibus. Belle Tertullianus sæpe allegatus? *Pudicitia Christianæ satis non est esse, verùm & videri: tanta enim debet esse plenitudo eius, vt emineat ab animo in habitum, & eructet à conscientia in superficiem.* Ornamentorum luxus luxuriæ sequela est, & vestium exquisitus nitor æstuantis lasciuiæ speciosus fumus est. Castitas mentitur ornatum. Est enim ornatus elaborata libido, & lasciuiæ conceptaculum.

22. Hinc femina indumentis non tam suum corpus vestit quàm exornat alienos oculos. *Quo fit, vt visus iam sit vestis, non integumenti,* ait Clemens Alexand. (Clem. Alex. l. 2. Pædag. cap. 10.) Eo enim deuenit vestimentorum ambitio, & ornamentorum petulantia, vt femina vestium textili nuditate prostituatur oculis intuentiū: nec se amiciendo tegatur, sed denudetur amictu, quod est ingenium libidinis. Ac si parum foret sericum ventilare, calcare aurum, gemmas multitudine depretiare, nudum etiam integumentum assumũt, seu fenestratas vestes, vt nimia subtilitas pellucidæ vestis, astu inspicienda procuret, quæ studio occultanda forent. (Ne vestis denudet feminas, quæ textili vento induuntur.) Vt *denudet feminas vestis,* ait Plin. lib. 11. & S. Hieronymus ad Heluidium: *Expolita libidinis victima nuditate vestium nudæ oculis ingeruntur* Et Seneca *Video sericas vestes, si vestes vocanda sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus, aut denique pudor possit. Quibus sumptis mulier praua liquidò se nudam non esse curabit:* Nam vt ait Martialis. (Plin. Hieronym. Seneca l. 2. de Benef. cap. 9.)

Martial. *Femineum lucet si per bombycina corpus.*

Petronius. Eiusmodi subtiles & pellucidas vestes *ventum textilem* appellauit Petronius. Omitto plura, quæ

Cerda. eruditè congerit noster Cerda illustrans illud Tertulliani de Pallio, c. 4. vbi sic loquitur de Alexandro Macedone deuicto Medicâ veste: *Pectus*

Tert. de Pallio. c. 4. inquit, *squammarũ signaculis disculptum, textu pellucido tegendo nudaui.* Audis textili serico, aut vento corpus non tam vestitum, quàm denudatum? De prædiuite illo epulone dicitur Lucæ 16. vers.

Chrysol. serm. 121. 19. *Induebatur purpura & bysso.* Ad quæ verba ita fatur Sanct. Chrysologus: *Quid est, diues? Ab æstu byssus non defendit, purpura non resistit inferno. Remanserunt ista, deseruerunt ista: & ipse nunc nudus, sudas, æstuas, qui aliquando insultabas æstibus artificiosâ nuditate vestitus.* Planè expolita libido nuditate vestit mulierculas politulas, leuiculas, putidulas, quò igniculos ingerant adolescentium æstuanti libidini.

23. Ornamenta arma sunt. Cæterùm exquisita ornamentorum munditiæs, & ambitiosior cultus non tantùm blandâ suadelâ adulatur libidini, sed in castitatem irruit pugnaci ardore: quot monilia è femineo collo dependent, tot puta gladios; tot ictus, quot elegantias, quibus armis expugnatur pudor. Porrò ballatores Hebræos, quibus Madianitidis armata phalanx resistere non potuit, puellæ Madianitæ venustatis lenocinio hostiliter prostrauerunt turpi pudicitiæ

Tertull. de cult. fem. cap. 7. vulnere. Tertullianus de expolitis mulieribus sic fatur: *Quid, tanta ornandi capitis onerositas salutem subministrat? Quid crinibus vestris quiescere non licet, modò substrictis, modò relaxatis, modò suscitatis, modò elisis? Alia gestiunt in cincinnis coërcere, alia vt vagi & voluçres eleuantur non bona simplicitate. Affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quasi vaginam capitis* (ac si caput ipsum sit huius vaginæ ensis) *& operculum verticis, nunc in ceruicem retrò suggestum. Mirum, quod contra Domini præcepta contendatur. Ad mensuram neminem sibi adiicere posse pronunciatum est, vos planè adiicitis ad pondus collyridas quasdam* (hoc est placentas) *scutorum vmbilicos ceruicibus astruendo.* Ecce tibi ornatum feminæ caput, gladius, & clypeus dicitur. Et Sanctus Nazianzenus in versibus: *Ne capita turrificate adulterinis crinibus mulieres.* Et alibi.

Femina nec cristam, galeæ instar, vertice gestes.

Et Hildebertus ornamentorum agnouit vulnera: *Festiui cultus, & odores peregrini penitus dediscendi, qua tum vel apud alios tibi, vel aliis apud te male placerent, integritatem vulnerabunt animarum: vsus age dediscitur.* (Hildebert. epist. 31.) Quasi cultior ornatus sit arx turrita, clypeus, & gladius, quo animæ vulnerantur ad mortem: *Perit ille in tua forma si concupiuit: & facta es tu gladius illi,* ait Tertullianus. Genes. 2. vers. 1. *Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum.* (Tert. de cult. fem. Genes.) pro τὸ Hebraicè scribitur *tsenaam* pro quo sæpius Vulgatus vertit *exercitus,* seu *militia,* eorum. Quasi habeantur synomina *ornatus,* & *malitia,* siue *exercitus. Quid videbis* in pulcha & ornata *Sulamite nisi choros castrorum?* Cantic. 7. vers. 1. Vnde dicitur cap. 6. v. 9. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* (Cant.) O quàm timet cautus pudor cultioris ornatus hostilitatem!

Iezabel illa pulchritudinis gratiâ, & politioris ornatus lenociniis famosa, crudeliter Eliam perquirit ad necem, 3. Reg. 19. v. 4. fugit ille palabũdus per auia, lassus sedet sub funesta arbore, & tædio vitæ *petiuit animæ sua vt moreretur.* 24. (3. Regum. Quam timet Elias ornatam feminam.) Planè non sibi constat Elias: nam, si mortem cupit, quare mortem fugit? In fuga mortem expetit? Si mori optat; quid fugit Iezabelem necare paratam? Si Iezabelem subfugit amore vitæ, cur mortem percupit desiderio mortis? Alterutrum ex altero redarguitur; aut desiderare vitam, dum mortem effugit; aut vitam non optare, dum mortem percupit. Acutè Petrus Damianus proculdubio aduertens ad expolitam Iezabelæ venustatem, sic rem componit: *Considero virum timore perculsum de manu Domini mortẽ petere, neque accipere: de manu mulieris mortem fugiendo vitare.* (P. Damian. serm. 18.) Non timet Elias mortem de manu Domini; sed timet vulnus de manu Iezabelæ: Iesabelæ, inquam pulchræ, & ornatæ feminæ. Vulnera ornatæ venustatis fortè timet qui mortem contemnit: sæuiora reputãs vulnera de manu expolitæ Iezabelis, quàm mortem ipsam, quam à Deo expetit: siquidem cõpta pulchritudo, pompa funeris est; & blandè sæuior interitus. Hæc moralis commentatio opportuna est ad Ethologiam.

Tertullianus: *Si tanta,* inquit, *in terris mereretur fides, quanta merces eius expectatur in cælis, nulla omnino vestrum, sorores dilectissimæ; ex quo Deum viuum cognouisset, & de sua, id est, feminæ conditione didicisset, latiorem habitum, ne dicam gloriosiorem appetisset.* 25. (Tert. l. de habit. mul. cap. 11. Mulier ornata, Euam circumfert.) Et statim: *Ipsam se circumferens Euam, ignominiam dico primi delicti.* Aliorsùm hæc dicta sunt; sed quæ possunt ad rem præsentem adaptari. Nempe femina, quæ lætiori, & gloriosiori ornatu splendet, ipsam Euam circumfert. Nam sicut Eua ob infelicem Adami suadelã, matrix fuit primæui delicti, & communis præuaricationis incentiuum; ita formosa mulier lætius, & curiosius ornata *Euam circumfert;* & quasi resculpens primordiale delictum, est generale delinquendi incentiuum, spirans videntibus peccandi illecebras.

&

ei dominus *contulit splendorem.* Quinam hic splendor fuerit, Iudithæ pulchritudini additus, exploratum non est. Num splendebant Iudithæ ora, sicut Moysis facies, à consortio Dei? numquam neque Bethulienses, neque Assyrij eiusmodi splendorem notarunt, dum alias feminæ dotes admirabantur. Lyra, Carthusianus, & Salianus per hunc splendorem, augmentum pulchritudinis intelligunt. Verè quidem, nam statim subiungitur, ampliatā eius pulchritudinem à Deo, quæ verba videntur addita ad explicandum eiusmodi splendorem. Verùm affirmare licet cum Sapientissimo Martino del Rio tom. 1. Adagia 38. & Gaspare Sanctio, quòd olim ego suspicatus fueram, per hunc splendorem non tantummodò significari meram corporis pulchritudinem, sed etiam extraordinariam vultus dignitatem, quæ diuinum quid, & humano aspectu augustius intuentium oculis ingereret. Seneca in Octau.

Lyran. Carthus. Salian. — Rio. Sanct. — Senec.

——— membraque & vultus Deo
Similis.

Et Maro Æneidos 1.

Virgil.

Os humerosque Deo similis: namque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

90\. Nempè Deus hanc splendoris dignitatem seu maiestatem afflauit Iudithæ; ne quis quid in illam indignius, aut petulantius auderet. Quod autem splendor significet eiusmodi decorem, & decus vt omittam profanam eruditionem, id tradit Paulus ad Hæbræos 1. v. 3. *Qui cùm sit splendor gloriæ,* &c. Pro τὸ *splēdor*, Græcè est ἀπαύγασμα quod propriè idem est quod Hebræum *Zohar*. hoc est, claritas, splendor, fulgor, seu id in quo resplendet paterna gloria, id est *gloriosa maiestas*, vt exponit Cornelius inibi. Hic fuit incomparabilis decor, qui in vultu Iudithæ diuinitus enitebat.

Ad Hebr. — Cornel.

VERS. 5. *Imposuit itaque Abræ suæ ascoperam vini, & vas olei, &c.* Pro τὸ *ascoperam* olim legebatur in vulgatis Bibliis, *ascopam*. At Biblia Gotthica: *ascopiam* legunt. Apud Suetonium in Nerone cap. 45. *ascopa* reperitur: etsi Turnebus lib. 25. cap. 11. *ascomam* posuerit. Quædam ex Græcis translationes *ascopam*, aliæ *ascoperam* habent. Itaq; *ascopera* saccum vtricularem, & coriaceum significat: nam ἀσκὸς Græcè, vtrem apud Latinos sonat: & pera succum significat. Vnde interpretes omnes *ascopa* seu *ascopera* nomine, vtriculum vino plenum intelligunt. Ita Hugo, Lyra, Carthusianus, Sà, Vatablus, Serarius Sanctius, Salianus, Tirinus.

Biblia antiqua Gotthica. Sueton. Turneb. Hug. Lyra. Carthus. Sà. Vatabl. Serar. Sanct. Salian. Tirin.

31\. Non possum non desiderare hic interpretum industriam; quæ omnino omittit causam, quare Iuditha, pulchra admodum puella, & quæ naturæ & artis ingenio, & ornamentorum omnium lenocinio placere Holoferni studuit, sic vino deditam se profiteatur, vt vel ad paucos dies transigendos apud Assyrios, *ascoperam vini* asportari iusserit; ne vel vna die abstineret à vino. Hæcne Iudithæ frugalitas; hæc olim ipsius abstinentia? sic palam se profitetur bibacissimam? Porrò quam dedeceat feminas vini vsus, multis tradunt diuinæ, & profanæ eruditionis proceres. Tertullianus Apologetici cap. 6. sic fatur de Romanis feminis: *Cum mulieres vsque adeò vino abstinerent, vt matronam ob resignatos cellæ vinariæ loculos sui inediâ necarent. Sub Romulo verò quæ vinum attigerat, impunè à Micenio marito trucidata est.* Pudet persequi hanc parabilem eruditionem. Legi potest Rangolius in cap. 1. v. 13. libri 1. Regum & inibi Mendoza. Et Sanctius in Cantic. cap. 2. v. 5. ad illa verba. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Cornelius in cap. 2. v. 3 epist. ad Titum, super illis verbis: *Non multo vino seruientes.* Philo de conuiuiis Christianorum, Arnobius lib. 2. aduersus Gentes, Scholia Pamelij, & notæ Cerdæ in c. 6. Apologetici Tertulliani, Lactantius lib. 1 cap. 22. Clemens Alex. lib. 2. Pædag. Minutius in Octauio, S. Ambrosius (vel potiùs Hilarius Diaconus) ad Colossenses caput 3. S. Chrysost. homil. 16. in Matth. & homil. 16. in Acta S. Isidorus Pelus. lib. 1. Epist. 203. S. Hieron. in regula Sanctim. ad Eustochium c. 36. Ex profanis legi potest Plin. lib. 14. c. 13. & Tiraquellus in 9. legem connub. Glossæ, 1. part. 1. à n. 101. vsque ad n. 212.

Vini vsus matronas dedecet. — Tertull. — Rangol. — 1. Reg. Mendoz. Sanct. Cant. Cornel. Ad Titum. Philo. Arnol. Pamel. Cerda. Lactant. Clemens. Minut. Ambros. Hilar. Chrysost. Isidor. Pelus. Hier. Plin. Tiraq.

32\. Quin & vini vsus, vt matronas dedecet, meretrices prodit. Celebris est Romuli lex: *Si vinum biberit domi, vti adulteram puniunto.* plura super hac re videri possunt in Tiraquello nuper allegato. Adde quod femina, quæ vinum bibit se publicat vetulam, vt probat Cornelius ad c. 2. Epist. ad Titum, ex S. Chrisost. ibi & Rhodigio lib. 28. cap. 29. Ergo cùm tam malè audiat vsus vini in femina, quare Iuditha sanctissima, & castissima tam impensè apparat lagenam vini; Planè sedula hæc cura deuenustare videtur sanctæ, & pulchræ matronæ decorum. Mallem super hac referre, & approbare aliorum solutionem, quam è proprio cerebro excogitare. Fortè non incongrue diceret quispiam, Iuditham secum detulisse *ascoperam vini*, id est, succum vtricularem destinatum ad vini vsus, sed tunc aquâ impletum. Quid enim prohibet, vtrem vinarium aquâ implere? Et Hispani vtricularem succum *Zaque* appellant, quod nomē etsi temulentiam à vino significet, tamen pastores in eiusmodi vtre aquam secum deferre solitant. Neque ab hac interpretatione dissentit vulgata S. Hieronymi editio, & quotquot vulgatā sequūtur; nempe Biblia Gothica, Xantes Pagninus, Isidorus Clarius: neque Græcæ exscriptiones, nimirum Septuaginta interpretes apud Catandrum. Biblia Sixtiana Complut. & Regia si vnum excipias Vatabl. cuius spurias lucubrationes, vtpote ab Hæreticis deprauatas, nec pili quidem facio. Vatablus enim sic vertit: *Viuacium vtrem vino plenum* cæteri *ascopam*, vel *ascoperam vini*. Quæ verba vltrò admittunt præfatam expositionem.

Romul. Tiraquel. Cornel. ad Titum Chrysost. Rhodig — Hier. Biblia Gothica. Xantes. Isidor. Septuag. Basil. Sel. Complut. Regia, Vatabl.

33\. Cæterùm alia accōmodatior interpretatio suppetit ex diuina & profana litteratura. Nam tametsi apud Europæas feminas vetitus, & suspectus sit vel moderatus vini vsus; non sic erat insolens apud Asiaticas matronas. De Didone, quæ oriunda fuit ab vrbe Tyro (Tyrus autem confinis erat Iudææ,) sic pangit Maro, Æneidos.

Asiaticas feminas non dedecet vini vsus.

Virgil.

Primaque libato summo tenus attigit ore.

Ist est, vina libauit Regina Dido, etiam cùm in conuiuio ambibat Æneæ regias nuptias, de quo plura ibi Seruius, & Cerda noster. Et in Cantico Canticorum non exhorret vini pocula, diu compta, & sumptuosè pulchra Sponsa, etiam cum impensiùs placere studet regio Sponso, Cantic. 1. v. 2. *Meliora sunt vbera tua vino.* Planè vinum gustauerat, quæ ad similem saporem agnoscit, & cap. 2. v. 5. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Et sæpè Canticorum libro saltuatim fit vini mentio. Verosimile autem non est vina fastidire, in cuius ore totius vini gustus inuenitur. Neque nauseat ad vini vsum, quæ tanti æstimat introduci in vini cellaria. Et licèt abstrusiorem aliquem & mysticum sensum Cantica hæc abscondant, at in corti-

Seruius. Cerda. Cantic.

Digitized by Google

lis 12.& 13. nil exigit interpretis operam, nisi vt exploretur, an Iuditha mentita sit, (quod verba sonare videntur,) & an à mendacio excusari possit. vnde simul Literalis sensus vtriusque versiculi expeditiùs tradetur.

38. Lyra. Abulens. S.Thom. Sà. Marian. Lyranus hic, Abulensis in cap Exodi quæst.6. S.Thomas 2.2. q. 11.art.3.ad 3. Emanuel Sà, & Mariana, censent Iuditham mentitam fuisse, & nunc Assyriorum exploratoribus.& postea Holoferni: verba Iudithæ, quibus mendacij labem inspergunt, mox repurgabo aptioris commenti lixiuio. Ex aduerso stat plurium Doctorum agmen pugnacissimè illam defendens ab iniuria delicti, & leuis mendacij ignobili reatu, qui planè dedecret illustrem Heroinam.

Sit PRIMVM ASSERTVM pro Iuditha, patriæ religionis vindice, & vindicata à mendacij iniuria.

Innoc. Iudith mentita non fuit. Verosimilius est, quod Iuditha non deliquit; etsi mentita sit. Nam licet hodie in dubium sit post decretum Innocentij 3. in cap. *super eo.* de vsuris, mendacium omne de se esse delictum, tamen non sic notum est ratione naturali, vt hæc veritas naturaliter nota sit omnibus, & liquidò perspicua

Plato. fuerit etiam sapientissimis viris Plato enim in 3. de republica: *Veritas*, inquit, *magnoperè sectanda est. Si enim Deo indecens, & inutile mendacium est, hominibus quandoque vtile, vt vtantur eo quasi condimento, atque medicamine, nulli dubium est, quin huiusmodi licentia danda sit, & ab imprudentibus remouenda. Ergo & principes vrbium si quibus, & aliis hoc conceditur, oportet aliquando mentiri, vel contra hostes, vel pro patria & ciuibus. Ab aliis verò qui mendacio vti nesciunt, auferendum est omne mēdacium.* Idem tradit Origenes lib.6. Stromateon,

Orig. vbi Iuditham à mendacij delicto vindicat, & lib. 10. idem repetit. Eandem sententiam approbat S.

Chrysost. Abbas Ioseph. Cassian. Hier. Theodor. Oecumen. Chrysostomus homil 31.& 34. in Genesim, lib.1. de Sacerdotio, & Abbas Ioseph apud Cassianum collat 17. cap.8. cui videtur idem Cassianus assentire, quippe qui discipulus fuit Chrysostomi Et S. Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius in cap. 2. epist ad Galatas, quibus subscripsêre alij Doctores Græci, vtpote enutriti in Academiis Platonis. Ex qua doctrina sic arguo pro Iuditha: sapientissimus Philosophorum Plato, & tot eruditissimi Doctores solo ductu naturalis rationis serio existimarunt, pro vrbe liberanda, aut alia re valde vtili, licitum fuisse mendaciū: Ergo credibile est, in rudi illo Iudithæ æuo (præsertim cùm hæc historia acciderit post captiuitatem Babylonicam, à qua valde elanguit studiorū ardor, & penè deletæ Rabbinorum academiæ sunt,) nōdum satis exploratum fuisse illicitum esse officiosum mendacium: præcipuè cùm censebatur imprimis vtile ad liberandam patriam, & veri Dei religionem ab impio tyranno, qui atrociter ferociebat in Iudæam, & impiè bellum indixit religioni viri Dei. Quid mirū, si Iudithā latuit, quod post mille annos nihilominus latuit S. Hieronymum, S. Chrysostomum, Theodoretum? Hæc ratio euincit Iuditham excusari posse à mendacij malitia: Ergo excuset pietas, quod ratio excusari posse demonstrat. Sic Iuditham nuper excusat P.Gaspar Hurtado, in Philosophicis & Theologicis Scholis olim meus magister, Complutensis

Hurtad. Complut. academiæ Decanus, & huius nostri Collegij litterarum decus. Hic sapientissimus vir 1.2. Tract. de Bonit.& Malit.d.2. diff.6. ob inuincibilem ignorantiam prætextu liberationis & patriæ & religionis, Iuditham vindicat à mendacij in decoro reatu, & temeratæ veritatis propudiosa culpâ.

39. Aug. Origen. Rabanus. Gloss. Hugo. Alens. Sixt. Senens. Thom. Sanct. Lessius. Serar. Salia. Sanct. Tirinus. Iuditha vindicatur à mendacio. Sit ALTERVM pro Iuditha ASSERTVM. Iuditha non tantùm immunis est à mendacij malitia, sed etiam à mendacio. Ita S. Augustinus in lib. de Mendacio, Origenes lib. illo 6. Stromateon, si attentiùs legantur eius verba, Rabanus, Glossa Hugo Carthusianus hic. Alexandr. Alensis parte 3.q.37. membro 6. Sixtus Senensis lib.5. Bibliothecæ Annot. 107. Thomas Sanchez. in præc. Decalogi lib.3. cap 6. num.15. Lessius de iustitia, &c. lib 2. cap.47 dubit.6. Serarius in cap.13. huius lib. quæst.9. Salianus tom 4. Annal ad annum mundi 3546. Sanctius.& Tirinus hic. Imo S. Thom. pro opposita sententia allegata hac clausula finit responsionem ad 3. *Quamuis etiam dici possit, quòd verba eius*, (id est, Iudithæ.) *Veritatem habent secundum aliquem mysticum intellectum.* Sit ergo primum nostræ sententiæ fulcrum, tot sapientissimorum hominum Auctoritas, quæ in hac re plurimum valet. Dein Iudithæ facinus decantatissimum est toto orbe, & illustrissimis encomiis prædicatur, & quasi patratū instinctu Spiritus Sancti, in toto hoc libro, & Sanctissimorum Patrum elogiis celeberrimè celebratur; ergo infame mendacij delictum non deuenustauit piam gloriam tanti facinoris. Porrò etsi Sanctissimi quique homines etiam in bonis operibus alicuius vitioli næuo dehonestentur, vt dum subtiment grande aliquod periculum, mendaciolum aliquod imprudenti & incogitanti ore excidat, (quæ est humanæ naturæ imbecillitas;) at toties meditatè mentiri, perpetuam è mendaciis orationem, texere; præsertim

Græcus. cùm Iuditha astruat sibi fidem, aiens sequenti capite, vt habetur in textu Græco: *Non enunciabo Domino meo falsi quicquam*, mendacium enormissimum est, & prauitas non digna pro Iudithę ore. Malè ergo ad finem optimum, & Deo placitum, nonnisi via praua, & distorta, & Deo offensâ tetendisset sanctissima femina, à Deo indubiè afflata; & tot insignium mendaciorum fœda colluvione præclarissimum Dei miraculum polluisset, culpasset, contamisset.

40. Genes. Præterea, vt omittam excusationem mendacij, cuius insimulatur Abraham, & Sara, & Isaac, & Rebecca, & præsertim Iacob cùm dixit, se Esaii primogenitum Isaaci, & Petri, & Pauli veritatis

Tobiæ. dissimulationem: Insignis est locus ad hanc rem Tobiæ 5.v.16. Vbi Raphaël Angelus, planè dixit se esse Israëlitā, vocariq; Azariam. Ananiæ magni filium, quem Tobias probè nouerat, & eius familiaritate diu fuerat vsus Ergo cùm in cōfesso omnibus sit, Angelum mentitū non fuisse, etsi verba ipsius obiiciant speciem mendacij excusatu difficilioris: cur Iuditham etiam Angelorum de probitate æmulam, non excusabimus à fœdissimi mēdacij reatu? Desudet igitur pij interpretis industria in pio hoc, & religioso pro Iuditha laborare: & vltrò huc inteudātur ingenij vires, sicut necesse est contendi in asserendo Raphaële à suspicione mendacij. Pietas exigit pro Iuditha, quod religio pro Raphaële. Ipsa enim ratio postulat, vt illustri sanctitate hominum veritas sarta tectáq; seruetur, si vlla inueniri potest; & qui nullius mendacij in Scriptura à nobis nullo modo damnentur.

41. Solutio argumentorum. Denique solidior huius veritatis probatio petenda est à solutione argumentorum, quæ Iudithę mendacia adstruere videntur, si specie tenus censura vibranda foret. Et priùs ingenuè fateor aduersùs aliquos doctræ sententiæ Doctores, Iuditham

ironicè locutam non fuisse. Nam Ironia, sic versatur in rei simulatione, vt si non ab vno, ab alio ferè
Quint. statim notetur: & ex ipsa occasione, aut pronunciatione intelligatur, vt Quintilianus lib. 8. elegáter docet Neque verò existimo, Iudithæ veritatem adstruendam esse secundum sensus mysticos. Quid enim adumbrat Iudithæ facinus, & Holofernis
Lyran. tragœdia? Imò mysticus sensus in litterali fundatur: at si litteralis falsus est, futilis ergo erit sensus mysticus, & qui spôte ruit ab inanitate fundaméti. Legi potest Lyranus, hîc, qui multus est in hoc discursu. Ad rei perspicuitatem præmittendũ est, quod in comperto habetur apud Theologiæ Expositiuæ, & Scholasticæ proceres, sæpe, vt se quis bello iusto ab iniusto aggressore tueatur, posse vti dolo, & stratagemate in rebus, vt in latentes insidias callidè hostis deducatur incautus: Et posse etiam vti æquiuocis verbis, quæ in aliquo, etsi abstruso, & remoto sensu, vera sint, licet hostis in alio sensu eadem certò intelligat. Vnde absque mendacij culpa ambiguè loqui potest, qui patitur iniuriam, præsertim si illam alio modo declinare non valet. Hâc notatiuncula præmissâ quam plurium auctorum auctoritate probo, dum applico: venio ad Iudithæ verba.

42. Iudith. In hoc cap. 10. v. 12. ita loquitur ad Exploratores: *Ideo fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quod dentur vobis in deprædationem.* Dum dixit se *fugere* intelligit ea celeritate descendisse à Bethulia vt fugientis instar, noctu, & celeriter à suis exiens, fugitiuos imitaretur. Ecce tibi verba ambigua sunt; verbis autem ambiguis vti licere etiá

Nauarr. Bannez. Salon. Azor. Sayr. Suàrez. Thom. Sanct. absque necessitate tradunt Nauarrus cap. *Humanæ aures* 22. q. 5. in q. 2. num. 8. Bañez 22. q. 69. art. 2. dubio penult. & ibi Salon. controuersia 11. Azor. tom. 1 lib. 11. cap. 4. q. 5. regula 2. Sayrus in Claui regia lib. 11. cap. 17. n. 26. Suareç tom. 2. de Relig. c. 11. in fine, Thomas Sanct. in præcepta Decalog. lib. 3. c. 6. n. 14.

Dein Iuditha affirmat, futurum se agnouisse, quod Bethulienses dandi sunt Assyriis in deprædationem; nimirum nisi Deus opem ferret, & suo ipsa concilio cladem auerteret, quod mente secum ipsa dicebat, vt verè poterat, & reipsa acciderer. Eiusmodi tacitas mentis additiunculas, & dissimulatas in mente verborum appendices, quis nesciat esse licitas, præsertim in atrocioris periculi angustiis? Quin & absque vrgenti necessitate id licere

Nauarr. Valent. Salon. Tolet. Eman. Philiarch. Suar. Thom. Sanch. Enriq. Pereir. docet Nauarr. prædicto cap. *Humanæ aures* 22. q 5. n. 12. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 13. puncto 2. & 4. tom. in 3. p. disp. 7. q. 13. puncto vltimo. Salon 2. 2. q. 69. art. 2. Controu. 11. Toletus lib. 4. summ. c. 21. n. 9. Emanuel de Ordine iudiciario cap. 50. n. 4. Philiarchus de officio Sacerdotis tom. 1. par. 2. lib. 3. c. 14. Suarez eodem tomo 2. de relig. cap. 11. n. 6. Thomas Sanch. in præcepta Decalog. lib. 3. cap. 6. n. 15. Lessius lib. 2. de Iust. cap. 42. dub. 9. n. 48. & probabile censet Emanuel Sa, verbo *Iuramentum*. De quo legi potest Enriquez tom. 1. lib. 2. de Pœnit. lib. 2. cap. 29. & Pereira in cap. 27. Geneseos,

Thom. Sanch. disp. 5. n. 57. Quin Thomas Sanctius nuper allegatus, ex hac doctrina Iuditham expressè excusat, & Iacobum Patriarcham & Angelum Raphaëlem.

Greg. Quod confirmat ex cap. *Intelligentia* de verb. significatione, quod desumptum est ex S. Greg. lib. 26. Moral.

43. Iudith. Præterea Iuditha in hoc cap. 10. v. 13. ait exploratoribus Assyriorum: *Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum: & ostendã illi quo aditu possit obtinere eos.* Planè reserauit Bethuliensium secreta, dum dixit cap. 11. v. 10. & 11. Hebræos siti, & fame vsque adeò vexari, vt statuerint interficere sua pecora, & eorum haurire sanguinem. Quod dubio procul obsessi Bethulieńses decreuerant. Deinde perspicuè ôstendit aditũ, quo superari possint, nimirũ, quod dixerat Achior Iudith.
cap. 5. scilicet, si Deum haberent offensum, & auxiliares manus ab eo amoueret. Quod dixit quoq; Iuditha cap. 11. v. 7. Adhæc cap. 11. vers. 4 fatur ad Holofernem: *Si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.* Quis non videat hęc verba esse ambigua; Neq; enim verba cogunt, vt in fauorem Holofernis facta fore intelligátur. Cætera quæ contra Iudithæ veritatem vibrantur tela, plumbea sunt, & ex doctrina tradita sponte cadunt sine ictu. Maneat ergo sanctum, & inconcussum, Iuditham non deuenustasse illustre facinus ignobili mendacio. Quod planè patebit ex infrà dicendis, dum singula verba quibus impingitur mendacij offensa, asseruntur ab hac calum- Al. Gentil.
nia Plura qui volet scire de stratagematum veritate, legat (si legi potest,) Albericum Gentilem lib. 2. de iure Belli.

---

§. VI.

Inops vsque adeò paupertate diues est, vt in angustiori inopiâ posset pro Deo opulentus velut fideiussor existere?

NOn qui parum habet, sed qui plus cupit pauper est; ait Seneca. Quid enim refert quantùm illi in arca, quantùm in horreis iaceat, quantùm pascat, aut fœneret; si alieno imminet, si ex alieno pendet? Et quidem homo non acquisita, sed acquirenda computat, Neque tam suũ reputat quod habet quã quod nõ habet. Diues est de alieni spe, non de suo censu. Verùm, *Cui cum paupertate bene conuenit, diues est.* Diues valde est paupertas læta; illa verò si læta est paupertas non est, sed diuitiæ; Nam locupletior thesaurus Christiana inopia est: *Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum.* Matth. 5. v. 5. Ergo pauper Rex est, & regias diuitias possidet: nam Regum pauperrimus, diuitiis longè superat locupletem quemq; procerum opulentissimum. Rogas vnde obueniat pauperi tã diues thesaurus? Ab inopiâ ipsa inquio; quia pauper diues est paupertate, vt docet Ecclesiasticus c. 11. vers. 12. *Est homo marcidus, egens recuperatione abundans paupertate.* Vides quod inopia pauperem locupletet? Quàm diues possessio sit paupertas traditur Ioannis 19. vers. 27. *Accipit eam discipulus in sua.* Virginem inquam, accipit Ioannes inter suas possessiones. Sed quæ erat possessio Ioannis nisi paupertas? Peracutè S. August. *Sed in quæ sua Ioannis matrem Domini accipit? neque enim non ex eis erat qui dixerat ei.* Ecce nos reliquimus omnia; *Suscepit ergo eam in sua, non prædia quæ nulla propria possidebat.* Nempè cùm prædia & possessiones Ioãnis nullæ essent, paupertas esset eius diuitiæ, Matrem Domini inter sua prædia accepit, id est, in censu suæ diuitis paupertatis computauit. Quia Mater Dei, qui est cælestis thesaurus, non inter fallaces diuitias, sed inter prædiuitem paupertatis censum, computanda erat. Quid exaggeratius pro diuitiis paupertatis.

Quin & Apostoli ipsi thesaurum prædiuitem reputabant paupertatem, Matth. 19. v. 27. *Ecce nos reliquimus*

Margin (right column): 44. Seneca. epist. 2. — Seneca. — Matth. — Paupertas diues est. — Eccl. — Ioann. — Aug. Tract. 119. — 45. Matth.

reliquimus omnia, & secuti sumus te, quod ergo erit nobis: Ecce quàti æstiment paupertatem; & reculas omisisse pro Christo, paupertatis enim compensationem exigunt non leuem; & Christo bono rerum æstimatori cariùs suam paupertatem diuendunt:& centuplum in hac vita, & in alia bonorum munera, & subsellia in vltimo iudicio pretij nomine ob paupertatem accipiunt. Verùm diuitias, quas Apostoli reliquerunt benè numerat S.Chrysol. *Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes germanitas combinata, imò congeminata paupertas, pauperes censu, loco humiles, viles arte, obscuri vita, labore communes, negati honoribus.* Id est, Neque Apostolorum arcam, neque horrea prægrauabat argenti vis, aut frumenti copia; neque pascua, neque fœnora greges, aut mercimoniæ fatigabant. Inopes Apostoli erant, & paupertatem commutarunt:& tamen tanti æstimant suam paupertatem, vt pro locuplete censu reputent:& magnum quid pro inopia petant, & accipiant à Christo Aduertis quam diues sit Paupertas & quanti æstimetur ab Apostolis, & quàm regiè remuneretur à Christo! Bene ergo pauperior inopia, diuitiæ computantur: & est homo diues paupertate suâ. Non omittam hic Pauli encomium, qui vt esset omnium Apostolorum pauperimus, hanc paupertatis opulentiam imminuere conatus est, 2. Cor. 6. vers. 10. *Tanquam nihil habentes & omnia possidentes.* Plena emphasi verba: Ac si ita secum ageret Paulus studiosissimus paupertatis: Omnia bona mea pro Christo renuncianda sunt, vt verè pauper sim. At cùm inopia sit opulenta, & pauper sit diues ab inopia, *& abundans paupertate sua*; sic fiet, vt dum diuitias fugio, & paupertatem sequor, à paupertate ditior euadam. Vnde nolo quidpiam possidere, sed quasi omnia bona mea omittere:& sic ero *tanquā nihil habens*: nam vocula *tanquā*, rem cui adiungitur planè minuit hîc. Quod aduertit Caietanus in Commentario huius loci: *Tanquā nihil habentes: Assimilamur voluntariè illis, qui nihil habent.* Ac sic dicat; diues thesaurus paupertas est; nolo, vt me diues paupertas opulentet, sed vt derelictio mei cēsus, me depauperet:& ita nolo esse pauper, sed tanquā pauper; non pauper, sed similis pauperi, *assimilatus voluntariè illis qui nihil habent. Tanquam nihil habentes* Id est, nec mea bona possideo, nā ea pro Christo reliqui. Neq; stipendia paupertatis capto, vt cæteri Apostoli, qui Christo vendunt suam paupertatē, & magno pretio vendunt quiq; stipendia paupertatis, nimirū eleemosynas fideliū admittūt. Non sic ego: *Quia ad ea quæ mihi opus erant, & iis qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ.* Non precariò victito, vt pauper, sed ac si diues mihi census suppeteret, me, meósque sustento. Vnde pauper non sum, cùm pauperis salaria non accipiam, sed tanquam pauper: *Tanquam nihil habentes.* Sed neq; sic vitare potuit Apostolus diuitias paupertatis, nam subdit: *Et omnia possidentes*, id est: cùm nihil habeam, ab inopia pauperiori adeò diues sum, vt omnia possideam.

Chrysol. serm. 28.

Paulus ambit esse quasi pauper ne diues sit.

2. Cor. 6.

Caiet.

Actor.

46. Omnia possidet pauper, vnde quodammodò certare potest de diuitiis cum Deo. Basilius Seleucus munificam Dei liberalitatem commendans, debitricem illam facit, & nostræ miseriæ subleuandæ, & diuinæ pietatis augendæ. *Mihi* (ait Deus,) *qui sum Dominus, lex de humanitate scripta est, Me ipsum debitorem Clementiæ constitui.* Itaque Deus quamuis velut effusè regiis donis muneret creaturas, tamen plus debet suæ Clementiæ, quæ exactrix est plurium, & plurium donorum. Num post tot munera, adhuc Deus est *debitor Clementiæ suæ*? & tanquam si soluendo non esset tanto creditori, solius pauperis prædiues thesaurus valeat dici fideiussor pro Deo? Calamitas depauperauit Iobum, ita vt Rex quondam potens ad pauperrimam fortunam redactus, nec casulam habuit, quam habitaret, nec vestem, quâ se protegeret, nec linteolum, quo vel vlcerū saniem tergeret. Tunc ait cap. 17. v. 3. *Libera me, & pone me iuxta te*: Paraphrasis Caldaica sic habet: *Libera me, & pone nunc fideiussorem me apud te*, &c. Expende τὸ *Nunc*. Ac si dicat: Scio tuæ diuinæ liberalitatis expensas, & quàm munificè agas, vt par est. Scio te adhuc *debitorem esse Clementiæ.* Verùm vt soluendo sis debitis Clementiæ; *Pone me nunc fideiussorem apud te.* Nimirum: ego nunc quando pauperrimus sum, sed opulenta paupertate diues, nunc, nunc, inquam, nunc cùm inopiæ optimum censum possideo, pro Deo, qui multa debet suæ Clementiæ fideiubebo: *Pone me nunc fideiussorem apud te.* Non cùm diuitiis vigebam opulentus, & auro degrauabam scrinia; non cùm pascua defatigabam armentis, & fœnora negotiationibus occupabam, non cùm regius thesaurus mihi vbertim suppetebat ad fideiussionem. Nam mundanæ hæ diuitiæ pauperes sunt; sed *Nunc* cùm scilicet pauperiori inopia arctor; *Nunc* abundè sponsioni sufficio ego. *Pone nunc fideiussorem me apud te.* Iobus tunc aptus tantæ fideiussioni reputatur? Aduerte Creditorem plus fidere stipulationi fideiussoris, quàm bonis debitoris. Nimium audet Iob cum fideiussionem pro Deo offert. Nolo hyperboles. Quod in casu simili Sanctum Patriarchā Noë, cùm sæua diluuij inundatio omnes eius possessiones euertisset, Dei fideiussorem appellauit Basil. Sed sic illum alloquens: *ô imaginis Dei firmior aduersator! ô qui finis vndique principium naturæ fuisti! ô faustum humanitatis confine! ô qui tutior diuinæ bonitatis fideiussor illuxisti!* Ecce tibi, vbi dicitur Noë omnibus suis bonis spoliatus, appellatur, *diuinæ Bonitatis fideiussor.* Ac si dicat: tantis diuitiis pollet Noë, cùm ad miseriorē paupertatē redactus est, vt propè fideiubere valeat pro Deo;& pro debitis, quæ depēdere debēt diuinæ Clemētiæ, opulentus velut fideiussor existat. Bene ergo pauper Iobus dixit: *Pone nunc fideiussorē me*, & inops Noë *diuinæ bonitatis fideiussor* dicitur: quia strictior paupertas adeò diues est & opulenta, vt pro Deo possit quasi fideiubere. Vides oculis diuitias paupertatis: Multa timent, verentur omnia Bethulienses cap. 4. v. 9. ab hoste auarissimo Holoferne. At si attentiùs aduertas, etsi cætera timent, depauperari non timent, fortè scientes paupertatis opulentas diuitias. Et Iuditha hic v. 5. animosè reliquit suas opes, & paupere lagena, & panario contenta it ad aliena castra: Vbi & thesaurum Assyriorum inuenit, opulentior effecta à sua paupertate est.

Basil. Sel. Orat. 11.

Pauper potest esse Dei fideiussor.

Iob.

47.

Basil. Sel. Orat. 5.

§. VII.

Esto bene infelix in hac vita, ne sis malè infelix in futurâ.

48. Viuere omnes feliciter volunt, sed ad perpendendum quid sit, quod prosperam vitam efficiat, caligant. Ideóque non est facile in hac vita consequi humanam felicitatem: quia ab ea quisque eò longiùs recedit, quò ad illam concitatiùs fertur

fertur Si via,error,& lapſus eſt,in contrariúmque ducit ; ipſa velocitas maioris interualli cauſa ſit. Fortunæ dona,vt puta opes,honores , voluptates, & quidquid ambitio humana ſuſpirat futile , adumbratum, fugax bonum eſt. Quid , quòd vulgus hæc æſtimat ? Fateor : *hac maior pars eſſe videtur, ideo enim peior eſt.* Quæramus quid optimum factu ſit, non quid vſitatiſſimum. *Heu ! non ad rationem , ſed ad ſimilitudinem viuimus !* Quidquid vulgò homines optant,inimicorum execrationem puta. Profectò honos ſollicita ambitione conſtat; opes anxiâ ſollicitudine mercamur , voluptas ſpe allicit,poſſeſſione faſtiditur , omnis humana felicitas incertiſſima domina eſt,impotentiſſimáque: vices alternare ſcit,durare neſcit. Nam quidquid fortuna poteſt dare , eripere poteſt. Ergo humanum bonũ aut iners eſt, aut in peruerſum ſolers, inane , mendax , volaticum , caducum. Profectò felicitas , *tunc cum maximè delectat extinguitur. Nec multum loci habet ; itaque cito implet , & tædio eſt , & poſt primum impetum marcet. Nec id vnquam certum eſt, cuius in motu natura eſt. Ita non poteſt quidem vlla eius eſſe ſubſtantia , quod venit tranſitiuè , celerrimè in ipſo vſu ſui periturum. Eò enim peruenit vbi deſinit , & dum incipit , ſpectat ad finem.* verba ſunt Senecæ. Vis eſſe perfectè felix? contemne hanc humanam felicitatem, & de peruerſo auxiliabitur tibi. Vera enim felicitas conſtat contemptu huius felicitatis. Eſto bene infelix,ne ſis malè felix. Quâ ſuper re ſic eleganter philoſophatur Ennodius : *Ille,ait,qui vulnera noſtra ſuſcepit,& pro nobis doluit , mutatâ meritorum conditione,quos flagellis dignos viderit , caſtigat muneribus: & versâ vice noxiorum animas dum ſecundis replet, pudore meliorat.* Sollicitat lucroſos, & opulentos paupertatis quæſtus , ambit priuatã vitam dignitatum expertem ; ne ito pecorum more ad illecebras voluptatis,& ſummam harum felicitatem te adeptum puta ; verè enim adeptus es. Quod eſt Chriſtianum paradoxum,& ipſiſſima veritas, quã ſigillatim hic paragraphus probat. Damnabis audaciam; ſed appello ad Rationis tribunal,conſultiſſimum auctoritate Scripturæ,& Patrum.

Seneca.

Felicitatis in conſtãtia.

Seneca.

lib.de vita beata c.7.

Ennod.l.5. epiſt.6.

49. Sanctus Ambroſius ſic ſcribit : *Conſiderate volatilia cœli,&c.volatilibus cœli nullum exercitium cultionis , nullus de meſſium fœcunditate prouentus eſt, in deficientem prouidentia diuina largitur alimoniam. Verum eſt igitur cauſam inopiæ noſtræ auaritiam videri. Etenim illis idcirco ſine labore , pabuli vſus exuberat,quò fructus ad eſcam communem datos , ſpeciali quodam neſciunt vendicare dominatu. Nos communia amiſimus , dum propria vendicamus. Nam nec proprium quidem vbi perpetuum nihil , nec certa copia vbi incertus euentus.* Longiuſculè ſed nihil omittendum. Procliue eſt ſingulas Ambroſij ſententias expendere. Notanda eſt illa : *Verum eſt igitur cauſam inopiæ noſtræ eſſe auaritiam*, id eſt, diuitiarum paſſionem Quaſi locupletiores diuitiæ à paupertate ſint,& pauperior inopia à poſſeſſione mundialium bonorum.

Ambr. comment. in c.12.Luc.

A diuitiis inopia eſt.

50. Vetus quæſtio eſt apud Geneſeos interpretes, an Iacob cùm è paterna domo profectus eſt in Meſopotamiam,ſecum tulerit ſufficiens viaticum ad ſumptus longi itineris,an ſolus , & abſque pecuniæ ſubſidio miſſus ſit ? Quidam aſſerunt non iiſſe ſufficienti pecuniarum ſubſidio deſtitutum: quia veroſimile non videtur Iacobum matri Rebeccæ in primis charum , muneratum non fuiſſe locupleti viatico,præſertim in diuite domo. Saltem ferè indubium eſt,Iacobum ſolum,& pauperem confeciſſe iter(quidquid ſit de fabula ſpoliationis , factæ ab Eliphâ filio Eſaü.) Rationem reddit Lyranus,quia infrà, cap.32. v.10. dixit Iacob : *In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum , id eſt, ſolus , & pauper.* Nempe ſi Iacobus dixiſſet *in baculo* (nec addiſſet *meo*) tranſiui Iordanem , inefficax eſſet argumentum ex præfatis verbis ; quoniam baculo innixus potuerat amnem tranſuadere , etſi ſufficiens viaticum detuliſſet : At qui dixit , *In baculo meo*,manifeſtè innuit , nihil aliud detuliſſe præter ſuum baculum. Quæ eſt ratio Lyrani : Quaſi dicat : eo ipſo quod Iacob ſignificat aliquid ſuum detuliſſe,& habuiſſe , certò indicat, *ſolum , & pauperem*,opum vacuum,& rerum indigum , iter confeciſſe. Nemo enim tam certò moleſtias paupertatis experitur , quàm qui aliquid ſuum habet : caret enim diuitiis paupertatis. Eccleſiaſtic. 12. v. 11. *Et homo marcidus egens recuperatione, abundans paupertate.* Ecce tibi paupertatis diuitias. Iacob probatur pauper ,quia aliquid habuiſſe dicitur. Qui nihil habet,omnia poſſidet. *Tanquam nihil habentes , & omnia poſſidentes* 2. Cor 6.v.10. O diuitem paupertatem, & pauperes diuitias.

Egeſtas à viatici ſubſidio.

Geneſ.

Lyran.

Eccli.

2.Cor.

51. Geneſeos 2.verſ.22 poſtquam Deus tulit vnam è coſtis ſopiti Adami , & eam ædificauit in mulierem ; vbi primùm Adam euigilauit , in has voces erupit : *Hoc nunc os ex oſſibus meis , & caro de carne mea.* Addubitant S. Chryſoſtomus , & Abulenſis,ex quibus Pererius,Cornelius,& alij, quare Adamus,vbi ex reuelatione agnouit extractam illi coſtam & ex illa materiatam , & firmatam fuiſſe feminam , ſtatim ſeriò affirmauit , tunc feminam eſſe os ex ſuis oſſibus, & carnem de carne ſua,imò tũc non tam eſt os,neque caro Adami,quàm paulò antè fuerat. Nam iam coſta illa in feminam diuinitus conuerſa,aliud ſuppoſitum eſt ab Adamo diuerſum,quæ paulò ante ipſiſſimus erat Adamus, qui corpus ſuum partitur , vt feminam coaptet;& natura vna diſſipatur, vt conditoris arte formetur Eua. Falsò ergo affirmat Adamus,quod ex ſua coſta efformata Eua,tunc tunc præſertim, eſt os ex ſuis oſſibus,& caro de ſuâ carne,aiens : *Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea.* Et difficultatem auget , quod Sanctus Chryſoſtomus homil.15.in Geneſ. ſic locum ſcribit : *Alius quidam interpres pro* Nunc *vertit* ſemel. Quaſi coſta Adami in Euam transformata,*ſemel* fuerit res Adami ; nempe cùm extracta , & alienata ab illo ſit ; nec tam pars , ſeu res Adami fuerit , cùm erat eius pars, quàm cùm res diuerſa ab illo facta eſt. Ecce tibi huius paragraphi thema , ſolutio eſt huius dubij. Scilicet quando coſta membrum erat Adami,ipſi agnatum,& compactum,non tam dicitur res Adami,quàm cùm illi extrahitur,extirpatur,& abalienatur. O mundialia bona ! ô terrenas hominum poſſeſſiones ! quæ cùm indiuiduè poſſidentur,non tam dicuntur res poſſeſſoris,quàm cùm diuelluntur, & abalienantur ; quaſi abalienatio ius poſſeſſionis,ſit,& res dominij. Vnde diuulſa , & abalienata coſta ſui corporis , tunc , tunc , vel maximè dixit Adam : *Hoc nunc os ex oſſibus meis , & caro de carne mea.* Et addit Chryſoſtomus , cui adſcribo hanc loci commentationem , *Semel* hanc coſtam fuiſſe rem Adami , non tam quando erat illius integralis pars & ſibi agnatũ & compactum membrum,quàm cùm ab eo diuulſum , & alienatum eſt,& in alienum mulieris ſuppoſitum ſubſiſtens. Quaſi poſſeſſio rem non ſuam habeat,& abalienatio,ſeu rei inopia,ſit ius dominij,& res poſ- ſeſſionis

Geneſ.

Chryſoſt.

Abul.

Pereira.

Cornel.

Cum Adamo coſta extracta eſt. illam appellat ſuam.

Chryſoſt.

Digitized by Google

fessionis. Quid luculentius? Estote ergo de inopia securi, sumite stipendium indigentiæ, viuite de paupertate locupletes. Ille enim verè diues est, & Christianè opulentus, qui *abundat paupertate*.

52. Abrahami facinus tot præconiis celebratum, adhuc posteritatis calamos, fidei admiratores expectat. Nempe filium, quem sterilitas diuturni coniugij, & inopia effœtæ naturæ negabat, fœcundior gratia dedit, deditque simul patri filium, possessioni locupletissimæ hæredem, familiæ principem, Abrahamo blandimenta solatij. Sed quem Deus dedit Isaacum, repetiit; quem rogatus dederat, rogat, vt accipiat ad victimam. Genes. 22. v. 2. (Gen.) *Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum. Igitur Abraham de nocte consurgens, strauit asinum suum, &c.* O metam obedientiæ, & patientiæ simulacrum! Bene aduertit Basilius Seleuciæ quod Abrahā auditā funesta Dei præceptione, quā orbatur filio, priuatur hærede, viduatur familię principe: *Non gemuit, non illacrymauit, non natura vi fractus est. Non emisit vocem patre dignam, quasi filij iugulum abnueret. Non dixit qua ab ingenio voluisset: O barbaricas præceptiones! ô imperia à natura legibus abhorrentia! filij carnifex esse iubeor. seruus cùm fuerim pater, in filij cædem properè vrgeor: Infœcunditatis malo solutus, rursum me improlem gemo. Non vsque adeò filij orbitas antè luctuosa fuit, quam nunc experto mihi. Ferrum natura repudiat, ad rem tam atrocem fatiscit dextra, oculi spectaculum refugiunt: quibus ipse affectibus naturam obarmaueris nosti.* (Sel. Orat. 7.) Quin, & cruentum hoc facinus oraculo diuino videri poterat esse contrarium; nam qui perennaturam sobolem ab Isaaco promisit, quo pacto imperet, vt præmaturâ cæde Isaacus pereat? Nisi fortè Isaaci immatura cædes artificiū sit propagandæ ab illo familiæ, & ingenium illius seruandi ad vitam diuturniorem. (Abraham. seruat filiū, dum filio non parcit.) Pulchrè ad rem S. Zeno Veronensis: *Melius seruauit filium dum non pepercit.* (Zeno serm. 3. de Abrah.) O arcana pietatis mysteria! ô vsitatū virtutis ænigma! perdit Abrahamus vitam filij, vt seruet, quem si seruaret, perdidisset. Præmaturè Christianus, quasi audisset Euangelij voces.

53. Ioannis 12. v. 25. (Ioan.) *Qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Nempe vita perditur amissione, quæ arbitrium est illius inueniendæ. *Exul vitæ*, dicitur homo piè religiosus à Tertulliano, locus planè locuples, & aliàs multis locupletatus. (Tertull. Homo in se ipso, sui exul est.) Sed vereor ne sibi non constat magnus hic doctor, & ad miraculum vsque profundus. Nam de homine ahhuc viuente, piè licet, aptè dici non potest à vitâ exulare. Nam qui vita extorris est, cadauer planè est. Nisi fortè quis fingat viuū cadauer, aut vitam cadauerascentem. Quo enim pacto adhuc viuit, qui vitę exul est, & procul peregrinatur à patriâ vitâ: Perbellè S. Chrysologus explicās ea verba Psalmi 91. v. 1. (Psal.) quibus homines piè viuētes & virtuti viuaces, sic inuitat: *Venite exultemus Domino.* Quærunt commentatores, vnde venire debeant & quo ire iubeantur? S. Chrysologus: (Chrysol. serm. 46.) *Venite, quo? vel vnde? ex te homo, in te.* Nempe summa Christianæ religionis in eo sita est, vt homo à se exeat, vt ita ad se redeat, & in se maneat. Quod admirationem ingerit non leuem. Quid enim necesse est, vt homo à se exeat, & sui exul fiat, vt ad se iterum redeat? Præstaret enim à se non exire, si confestim ad se redeundū illi est, nam si ad se reuerti debet, quid necesse est ab se priùs exire? Profectò qui bene exit, malè redit illuc, vnde bene exierat. Verùm altè rem meditatus est Chrysologus adhortans hominem, vt à se exeat, vt sic ad se reuertatur, & in se sit. Qui enim à se exit, & sui exul est meliùs in se manet, & qui manens in se, suus non erat, sed à se exulabat, à se exiens: in se quasi in patriâ, & naturali solo manet; seque possidet abdicatione sui. Nam qui à se non exit, peregrinatur in patriâ suâ, & qui à se ipso exit, ipso exitu in se piè manet, se possidet, & ab exilio sui degit in se ipso: *Venite, quo? vel vnde? ex te homo, in te.* Quod est naturale miraculum gratiæ.

Sanctorū proceres toto voluntatis adnisu contendebant ad augmenta gratiæ, & ad beatam gloriam. 54. (Ad Rom.) Vnus Paulus (prætereo tacitus Pauli æmulum Ignatium nostrum) nescio quâ arcanâ charitatis eminentiâ, optauit quodammodò à gratiâ excidere (eo sensu, quo mox citandi Patres Paulum interpretantur) quasi ex dispendio gratiæ, & gloriæ, earumdem compendium piè præsumat. *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis* Ad Romā. 9. v. 3. Quid optaret Paulus cùm desiderat anathema esse à Christo, nō conuenit inter expositores. (Oecum. Photius.) Oecumenius sic inibi fatur: *Concupiscit, ac requirit, & optat separari à Dei dilectione: Optarim, inquit, ego ipse anathema esse à Christo.* Photius verò & S. Chrysostomus explicant de desiderio amissionis gloriæ; ita locum hūc commentatur: *Optabam ego ipse anathema esse pro Christo. A cælorum regno libens exciderem, & ab illa arcana gloria.* (Chrysost. hom 16. in ep. ad Rom.) Vides Paulum alioqui gratiæ & gloriæ piè auarum hic videri quasi prodigum; cùm vtriusque dispendium propter Christum, & fratres exambire videatur. Quid ais, ô Paule? Eo te arripuit gratiæ fastus, vt ob gratiæ gloriam, cuperes amittere gloriam gratiæ? ô arcanum commercium! amissione gratiæ, & gloriæ Paulus ambit mercari vtriusque augmenta? *Optat separari à Dei dilectione* (quæ sunt verba Oecumenij) *vt dilectionem adaugeat.* (Oecum. Chrysost. suprà.) Opportunè S. Chrysostomus: *Cupio anathema esse pro Christo. Vnum enim per omnia considerabat, nempe quomodo pulchrum hunc amorem expleret.* (Paulinæ charitatis pia ambitio.) Ac si dicat: Paulus *optat separari a Dei dilectione, vt pulchrum amorem expleret.* Quasi esse anathema à Christo, id est, separari à gratia (quæ est interpretatio Oecumenij) aut excidere à gloria beatitudinis (quæ est commentario Photij) sit pulchrum vtriusque complementum. Siquidem ille ipse Paulus sic optās à gratiâ, & gloriâ quodammodò excidere, pro fratrum suorum gratiâ, & Christi gloriâ, tantâ donorum gratiæ munificentia repletus est, vt ipse dixerit 1. Corinth. 15. v. 10. (ad Corinth.) *Gratia Dei sum, id quod sum*: Quasi totus Paulus foret ex gratia conflatus, & gratia foret illi natura, non gratia. Quin & beatitudinis gloria sic exuberauit Paulus vt adhuc viuens raptus in tertium cælum, paradisi beatitudinem delibarit, & verè ipse de se dixerit, ad Philipp. 3. v. 20. 55. (Ad Philip.) *Nostra conuersatio in cælis est.* Audiendus est iterum S. Chrysologus hæc omnia feliciter paucis amplectens: *Optarim anathema esse ipse ego. Quid est ipse ego? qui omnium magister sum effectus, qui officia, meritáque infinita coëgi, qui coronas infinitas expecto, qui sic illum amo, vt meus erga illum amor mihi sit rebus omnibus antiquior, qui quotidie propter illum vror.* Ecce tibi Paulus, dum optat ob immensum in homines amorem anathema esse pro Christo, id est, quasi separari à merito charitatis, & à beatitudinis gloria, sic eiusmodi abdicatione vtrumq; adaggerasse & cumulasse, vt audeat dicere Chrysostomus, infinita coëgisse merita charitatis, & expectare infinitas gloriæ co-

Digitized by Google

ronas. Quis neſciat Iuditham olim fuiſſe Paulinæ charitatis non tantùm præmaturè æmulam, ſed etiam exemplarem ideã; quippe quæ vſurpaſſe iure ſuo potuit has audacter animoſas, & piè generoſas Pauli voces: *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Deo pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ.* Neque enim tantummodò cùm vltrò pergit ad Aſſyriorum inimica caſtra, opulentas reliquit opes, illas commutans pro exigua vini lagena, & vili panario: non tantùm diuturna caſtitate quæſitam gloriam exponit temerariæ dicacitatis periculo, nõ tantùm reliquit receſſus ſui pias delicias, & tantæ gratiæ, quietem; ſed etiam vltrò ſeſe dat Aſſyriis in anathema pro ſui populi incolumitate. Neque generosâ, & (vt audacter dicam) piè prodiga abdicatione ſui, & ſuorum omnium, illa eadem bona perdidit, ſed inuenit, & maiori cumulo auxit: opum, famæ, gratiæ, & gloriæ glorioſo incremento. Quaſi harum rerum amiſſio artificium foret augmenti, & vſuræ ingenium. Hæc amiſſio, pia fœneratio eſt ad ampliores quæſtus pietatis. Namque hic, verſ. 8 ſpõte relinquit bona, multiplici incremento auget paulò infrà, nempe cap. 15. v. 11. & v. 14. Iudith.

§. VIII.

Voluptas non eſt prouocanda; ſed patienda, & depellenda: reſiſtendo vincimus, ſcuto coronamus.

56. VOluptas res fortis eſt, & fortiores exarmat viros blanditiarũ vi; non ſæuit terrendo, ſed mulcendo, pugnat deliciis, furit blandimentis, placendo triumphat: *Sæuus criminum ſtimulus libido eſt: quæ nunquam manere quietum patitur affectum; noctè feruet, die anhelat, de ſomno excitat, à negotio abducit, à ratione reuocat; aufert conſilium, patiendo inflammat, vsúſque accenditur.* Verba ſunt Ambroſij. Temerarius eſt qui voluptatem prouocat: occaſiones fugit vir fortis, non irritat: nam dum audet, vincitur, dum prouocat, detriumphatur. Siquidem eiuſmodi audacia, periculum eſt: at qui ſe exponit periculo planè vincitur: nam periculum audentis, victoria voluptatis eſt. Vir piè fortis voluptatem non timet, ſed neque prouocat; non adoritur voluptatem, ſed eius inuaſiones patitur, & repellit. Vincitur, qui inuadit; qui reſiſtit planè vincit. Scuto proſternit hoſtem, non gladio, non telis, & qui feriendo hoſtem vincitur, reſiſtendo vincit. *Leua clypeum, qui in manu tua eſt contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam*, ait Dominus Ioſue cap. 8. v. 18. Præliabatur Ioſue Dei prælia, & vt debellet hoſtes iubetur leuare clypeum. Clypeo vincendi ſunt hoſtes, an gladio, & telis? Qui vnquam ſcuto hoſtes fugat, vincit, triumphat? Clypeóne ſubruendi ſunt muri vrbis Haï? ô quam laborant Hebræi, vt expediant hanc difficultatem! Qui non clypeum, ſed *lanceam* exſcribũt; & Euſebius Emiſſenus δόρυ, id eſt, *lanceam* intelligit: nã lancea feritur hoſtis, non ſcuto. Verùm prælia domini ſcuto prælianda ſunt hoſtes populi Dei, Clypeo vincuntur: nempe ſtando reſiſtendo, patiendo animarum ſæuos hoſtes, & malè dulces voluptates, non inuadendo, & irritando; non telis, ſed ſcuto victoria conſtat: *Domine, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.* Pſal. 5. verſ. 13. Non diſputo hîc quo pacto bona voluntas Domini ſit noſtrum ſcutum, (de quo aliàs.) Sed tantùm expendo quomodo ſcutum coronet. Scuto protegimur, non coronamur: ſcutum ictus hoſtiles excipit hoſtes non ferit, nec feriendo vincit; ſcutum è ſiniſtra tegit corpus non in capite decorat hominem. Bene ad rem præſentem vertit Incognitus hîc, quod *ſcuto omnis diabolica tentatio repellitur*: ergo Scutum quia hoſtem repellit hoſti reſiſtentem coronat. Itaque in pugna aduersùs animæ hoſtes, ſcutum, *quo omnis diabolica tentatio repellitur*; corona eſt, & armamẽtum ad expellendum; eſt inſigne triumphorum, & diadema victoris. In hac ſpirituali pugna, non coronatur qui hoſtem inuadit, ſed qui hoſtem patitur. Reſiſtentia eſt corona; non vinci, vincere eſt, & ſic ſcuto coronamur: *Scuto coronaſti nos.* Quod bellè tradit Incognitus hîc, aiens: *Scutum quo repellitur diabolica tentatio ſignificat, coronam gloriæ, quæ victoribus, & triumphatoribus datur. Vnde apud Romanos antiquitus erat conſuetudo, quòd cùm reuertebantur de bellis victores, in ſignum victoriæ, corona ſcutum ſuper caput portabant.* Nempe hoſtiũ repulſione, potiùs quàm impugnatione egregius miles coronatur. Reſiſtentia, corona eſt; inuaſio, temeritas; periculum, ruina.

Ad Rom. 8. v. 5. Paulus bonus Chriſti athleta adeò ſe flectineſcium experitur in re virtutis, vt omnia in terris moleſta, in cælis robuſta prouocet ad certamen: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?* Vides Pauli animos, qui fortiter audet, & piè præſumit irritare acerba omnia, & truculenta. Robuſtus Chriſti miles, non modò hæc non timet, imò & prouocat audacter. Et quaſi parua & infirma fuiſſent hæc, addit: *Certus ſum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei.* Minutatim expendens valentiam horum omnium, quæ prouocat Paulus, exclamat Chryſoſtomus hîc: *O animam furentem inſania, ſed quæ ſobrietatem pariat!* Sobriè inſanus eſt hîc Paulus, & piè temerarius, omnes mundanas & ſupermundanas creaturas laceſſit, quaſi certus eſſet, ſe non poſſe ab eis vinci. Verùm quam ob cauſam ait, ſe neque ab Angelis, neque à Principatibus, neque à virtutibus poſſe ſeparari à charitate Chriſti? Num beati Angeli id intentent? Dein, cur addit, neque creatura alia poterit? Creaturę ne poſſibiles id curabunt vt deiiciant Paulum à charitate Dei? Planè hæc proritatio videtur ambitioſa Pauli oſtentatio, non pia animoſitas: Nempe Angelos prouocat, quia ad id non poſſunt tentare; & creaturas poſſibiles laceſſit, quæ pacatiſſimæ ſunt; imò & impoſſibilia, quæ nihil ſunt. Itaque Paulus proritat Angelos, & Principatus, & virtutes, & ipſam Beatitudinem, quam intelligit S. Thom. expreſſam, cùm dicit: *Neque ſublimitas*, & creaturas poſſibiles, cùm dicit: *An periculum?* Imò & impoſſibiles, dicit enim *Non poterit ſeparare*, vt ponderat Anſelmus. Cur in horum locum, quæ illi non poſſunt creare periculum, non prouocat voluptatem, quæ aſtutior, & formidabilior hoſtis eſt? Quando Angelus, & Principatus, & Virtutes ſépararunt à charitate Chriſti? & quando voluptas, non ſeparauit? quando inanitas creaturarum poſſibilium, aut impoſſibilium mera fictio, homines deiecit à virtutis gradu? & quando blanditiæ voluptatis non proſtrauerũt fortiſſimum quemque? Verùm enim verò Paulus, qui mundanas omnes vires

Marginalia: Ambr. l. 1. de Abel. & Cain. c. 5. — Clypeo pugnandum eſt contra voluptates. — Ioſue. — Emiſſen. — Pſalm. — Scutum corona eſt aduersùs voluptates. — Incog. — Incog. — 57. Ad Rom. Paulus cætera laceſſit, vnam voluptatem non laceſſit. — Chryſoſt. — S. Thom. — Anſelm. — 58.

vites lacessit, nempe tribulationes, angustias, gladios, pericula, vitam, mortem: qui cælestes spiritus prouocat, vt si fieri posset, secum depugnent, qui (ne quid omittat) acerba omnia possibilia, siue impossibilia proritat, vnam voluptatem egregiè timet, & prouocare non audet. Opportunè Cyprianus: *Malum omne faciliùs vincitur, quam voluptas: quia illud, quicquid est, horridum est, hoc blandum est.* Expende τὸ *Malum omne.* Paulus enim malum omne lacessit, non voluptatem, ac si vltra malum omne sit. Et qui audet prouocare malū omne timet irritare voluptatem. Nempe Paulus validissima quæque prouocans, voluptatem non prouocat. Quasi dicat si voluptas blanditiis in me irruat, fortitudinis scuto illam repellere procuro; at lacessere non audeo; voluptatem non prouoco, sed repello. In hoc prælio nō sagittæ, non gladius, non missilia vincunt; sed scutum vincit, & triumphat, & coronat *Scuto coronasti nos.* Vnde Iuditha postquam toto præcedenti capite sacco & oratione se muniuit contra Holofernis illecebras, hîc vers. 8. & 9. se armat votis, & precibus totius populi. Sic timet voluptatis illicium! Sic timenda voluptas est: resistere procurat, prouocare timet.

Cypr. de bono pudic.

§. IX.

Hominum patrocinium infidum est: Solitarius procerum fauore destitutus, leuat se super se: Sicut hedera, quæ à diuortio parietis arbor fit.

56. VIro captare procerum gratiam, turpe est; & fulcire se potentium amicitiis, quò aut stare possit in suo gradu, aut scandere excelsiorem, inanis ambitio est. Diffidit propriæ virtuti, qui alienam captat. Nemo robustus est alieno vigore: negat sibi potentiam, qui aliena potentia fulciri ambit. Sibi iam innitatur vir, quia inualidæ senectutis est sustentari baculo: adminiculis imbecillitatē produnt; sui proditor est, qui propriis viribus diffisus, nititur alienis. Imò nullus viget alieno robore; suppositititia virtus in vires nonit: imbecillus erit quisquis incumbit alieno sustentaculo: *In quo confidis, vt audeas? an speras in baculo arundineo, atque confracto, super quem, si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam?* 4. Reg. 18. v. 21. Maledictus est homo, qui in homine confidit; fallax est auxilium, quod speratur ab homine infidè auxiliante. Psal. 54. v. 2. *Deus noster refugium, & virtus.* Quæ sic commentatur Augustinus inibi: *Sunt quædam refugia, vbi non est virtus, quò quisque cùm fugerit magis infirmatur, quàm confirmatur. Confugis ad aliquem in seculo magnum, vt facias tibi potentem amicum, refugium tibi videtur. Tanta tamen huius seculi incerta sunt, & ita potentium ruinæ quotidianæ crebrescunt, vt cùm ad tale refugium confugeris, plus tibi timere incipias.* Egregium effugium, à quo plus timetur; baculus arundineus, qui adnixu comminuitur, & manum cruentat: securum patrocinium, à quo crescit periculum. Vera virtus non ascendit his mendacij scalis, sed proprij meriti gradibus. Imbecillitas eget potentioris adminiculo: virtus sibi sufficit & quæ non sufficit sibi, vera virtus non est. Infirmitas patronos quærit, Mecænates adorat, & quod à se non valet, à potentioribus præsumit. Exiguâ magnitudine crescit, & ruituro fauore fulcitur, qui

Infidum est hominum patrocinium

4. Reg.

Psal. Aug.

infidæ patronorum gratiæ innitur: huius fortuna infeliciter prospera est. *Potentior amicus, non in amicitiâ, sed in apparatu habet;* ait Seneca. Diuturnioris æui est felicitas, quæ à sua magnitudine stat.

Senec. l. de breuit. vitæ, cap. 7.

60. Prouerbiorum 30. vers. 28. *Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis.* Stellio, qui habitat in Regum palatiis, symbolum est prudentis aulici, qui artes noscit curialis politiæ. Referam eius naturam, & proprietates ex Plinio. Nam primò *Chamæleonum stelliones quodammodò naturam habent.* Chamæleonum facilè se accomodat ingenio rei vicinæ, quasi suâ naturâ se exuit, vt induat vicinorum mores, & colores. Prudens Aulicus omnibus omnia fit, vt sit omnibus gratus. Dein stelliones sunt *Oculis hebetes*; quia qui nimis est perspicax, & curiosus, odia contubernalium aduersus se concitat. Nesciat multa; cætera dissimulet: hæc mentis affectata hebetudo, oculatior prudentia est. Notat ibi Dalecampius, *stelliones dilectos, quòd eorum tergus velut stellis ornatum sit.* Sic palatinus cælum repræsentat integritate morum, vitæ fulgore, influentiarum beneficio. Sed vereor ne cælum sit in tergo palatinis. Addit Plinius quod *vnum hoc ex iis, quæ viuunt, sine ore est.* Nimirum Stellio ore caret; quia mutus est adulationibus, detractionibus, delationibus, mutus ad Secretorum mysteria, elinguis ad iniurias, infans ad querelas. Sine ore est, quia oris & escarum deliciis abstinet. Tam longè abest ab auaritia, ac si nullius rei ad vitam necessariæ indigus foret. Non veste indiget Stellio, quia stellato seu cælesti indumento naturaliter ornatur; non cibo, quia ore caret. Hic, hic inquam stellio dignus est, qui in palatiis regum habitet, & regū sit familiaris: quoniam propriis *manibus nititur*, & sic ascendit ad palatinos honores, non ambitionis ingenio versutus, non præstigiis adulationis amabilis, non munerum artificio carus: non alis fauorum, sed propriis manibus nitens, potentiorum gratia destitutus, suis meritis fultus scandit meritos honores. Hic palatia Regum iure meretur, iure habitat, quia *manibus nititur.*

Prou.

Plin. l. 2. nat. hist. c. 16. Ascendendum ad honores vt stellio.

Dalecamp.

61. Ierem. 3. vers. 27. *Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit super se.* Biblia antiquiora habent: *Quia leuauit se super se.* Quid est eiusmodi bonum virum fore solitarium, quia leuauit se super se? Num sublimior magnitudo fecit solitarios, an frequentiori satellitio comitatos, & clientum, & ambientium turbis? Quando sublimitas fuit solitaria? Quando nen nimium stipata? Suspicor per hypallagem seu submutationem, sensum huius sentētiæ inuerti: sicut aliàs sæpè in Scripturis. Vnde sensus non est: erit solitarius, quia leuauit se super se: sed, quia est solitarius, & potentiorum fauoribus destitutus, ideo sublimis eleuabitur super se, quia à solitudine fauorum, & diuortio potentium maior fiet. Fallor nisi huc alludit Tertullianus de hedera sic aiens: *Animationem arboris de diuortio parietis intelligas.* Nēpe hedera naturaliter innectitur, & innititur parietibus sequaci ambitione; sed cùm textili sylua parieti adhæsescit, arbor non est, sed appendix parietis, & illius ornatus. At cùm deest parietis patrocinium, quod fulciatur & euehatur ad sublimia, per se stat, & à se subsistit, tunc vegetat truncum, & solo surgit in speciem arboris. Scilicet à diuortio parietis animatur, & arbor fit, quæ antea multiplex foliū parietis erat. Vnde hedera quia solitaria relinquitur, viduata parietis sustentatione, leuat se super se: & dum à pariete

Ierem. Fauore destitutus supra se crescit.

Hedera à diuortio parietis arbor fit. Tert. l. de Anim. c. 19.

pariete abdicatur, à se vegetiùs incrementatur. & aliquid est, quod erat alicuius. Sic Achior dux omnium filiorum Ammon, dum adhæresçit Holoferni principi militæ Assyriorum, & fauori eius innititur, citò corruit: At cap. 6. vers. 18. sibi relictus, solitarius, & alienigena, in nobile Bethuliæ familiam vegetatur, & crescit, & à diuortio Holofernis animatur: & in Iuditha hîc, vers. 10. cùm deserens procerum Bethuliæ præsidium, sola cum Abra animosius audet, augustè sublimatur.

Iudith.

§. X.

Vitiorum insolentia sit nobis schola Sanctitatis, & Virtutis disciplina.

62. MAlum aliorum exemplum videntis ruina est: propriis oculis exugimus alienam prauitatem, & venenum aspectibus propinatur. Animus etiam viri tenellus est, & in eo facilè imprimitur aliorum vitiū. Nimirùm serpit aliena malitia, & per oculorum traduces propagatur. Mali visio præstigiæ sunt, non aspectus: tacitè exprimentes in nobis malum, quod in aliis videmus. Caue à malo exemplo, vt ab exemplari eiusdem flagitij. Miror sanctissimam Iuditham quæ olim in domus suæ penetralibus fecit sibi secretum cubile, vt hominum oculos, & mores effugeret; nunc intrepidam, & securam ire in Assyriorum castra, vbi exuberabat ambitio insana, impudentissima lasciuia, violenta crudelitas, & quidquid Deo execrabile est, & bonis moribus offensum. Caue tibi, sanctissima matronarum. Caue seriò ne à malo Assyriorum exemplo, animus superbiam hauriat, oculi libidines ebibant: ne silulescant virtutes, & floreant vitia; ne stultescat mens, & corpus nimis sapiat ad voluptates, crebro peccatium exemplo. Ergo diuino consilio effectum puto Iuditham ad Assyriorum castra descendisse quasi ad scholam virtutū, videlicet vt à gente criminosissima edisceret virtutum eminentiam, & à temeritate vitiorum, licitos virtutum excessus, quos in se imitaretur: & quæ nouitias virtutes in secessu clausa nutriebat, ab excessibus vitiorum, incrementa virtutum mutuaret, nouo vitiorum magisterio. Nec pudet, nec dedecet virtutem à temeritate, & excessibus vitiorum quasi discere, quò animosius audeat ad sanctitatem, quò illustriùs operetur. Hac mente Iuditha in flagitiosissima Assyriorum contubernia descendit, vt illorum insolentia vitia, ipsimet essent quasi schola, & magisterium virtutis. Quod in Scriptura, & Patribus insolens non est. Et quidem Hieronymus refert dixisse S. Ignatium de crudelissimis Satellitibus, aut potiùs immanissimis tortoribus, qui inuictum Christi Martyrem Romam deducebant; *Iniquitas eorum mea doctrina est.* Quid te docet Carnificum iniquitas vir sanctissime? num furorem, quo ipsi insaniunt? Imò patientiam. Quasi dicat Ignatius: Tortorum insanus furor *doctrina mea est*, quâ vires sumit, & insolentius audet pati: Excessus vitiorum magisterium mihi est, vt eosdem virtus piè imitetur. Iniquum enim est, vt impietas pietatem superet: illi furunt ad vitium; mihi non absimilis ardor est, sed ad virtutē. Scitissimè dixit Ennodius: *Vitium credidi rem esse virtutis*; quasi dicat: virtus, quæ ab excessibus vitij non animatur (etsi virtus reuerà sit) remissa videtur, comparatione virtutis, quæ à vitiorum excessibus piam animositatem didicit.

Vitiorum iniquitas quomodo fit virtutis doctrina.

Hier. lib de Scrip. Eccl. Ignat.

Ennod. l. 1. epist. 4.

Matth. 13. v. 28. Agricolæ sollicitabant Patremfamilias, vt permitteret se zizania clam per inuidiam seminata euellere, ne frumēto noceret zizaniorum vicinitas *Vis, imus, & colligimus ea?* Negat eiusmodi agriculturæ peritus Paterfamilias, dicēs: *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Sed interim vix euitabitur quominùs zizania exugant terræ pinguedinem magno tritici nocumento. Imò frumento non modici incrementi occasio zizania erunt. Quod bene peritus agricola S. Augustinus aduertit: *Sinite vtraque crescere vsque ad messem. Hoc dicitur, quia boni dum adhuc infirmi sunt, opus habent in quibusdam malorum commixtione, vt eorum comparatione magna illis exhortatio fiat.* Quasi dicat Augustinus, noxia herba citius crescit, & adolescit ad culmum: ergo ne absint zizania bono semini, vt zizaniorum comparatione magna frumento exhortatio fiat. Minùs zizania nocent exsuccam reddendo terram, quàm prosunt ad tritici augmentūm exemplo sui: quia non bonæ herbæ præpropera incremēta, tacita exhortatio sunt frumento ad fructificandum. Ergo malitia schola est pietatis. Hæc est vitiorum virtus, quam prædicat Paulinus. Vnde dixit epist. 8. *Multa te charitas penè delirum facit*: Et epist. 12. *Quo minus moueor errore charitatis tuæ.* Charitásne deliret? Charitas errare potest? Absit: sed excelsa virtus quasi redolet vitiorum excessus.

63. Matth. Zizania in quo prosunt tritico.

Aug. cit. in Catena.

Paulin. ep. 8.

Iob. 1. vers. 1. *Vir erat in terra Hus nomine Iob.* Scitum est ex Gregorio inibi sanctitatem Iobi hîc maximè commendari, qui cùm inter Husitas, gētem flagitiosissimam degeret, expers vitiorū fuit, nec flagitia impiorum, quibuscum perpetua illi consuetudo erat, nocumento fuerunt, quominùs ad virtutum culmen Iobus ascenderet. Egregia laus, sed illustrius quid accipe à S. Hieronymo ibi. Hus interpretatur consilium, & sic locum exscribit: *Vir erat in terra consilij* nomine Iob. Husitæ impiissimi erant, teste Gregorio: Ergo necesse est, vt forent mali consiliarij: nam à malo homine non bonum consilium est. Malósne consiliarios aduocabat Iob? Quid boni haberet Iobus tam improbis Cōsiliariis vsus? Hæc laus Iobi non est, sed noxa, & probrū. Scilicet præfatis verbis tacitè indicat Hieronymus egregias Iobi virtutes consultissimas esse: quia à vitiis Husitarum capiebant cōsilium, non ad impietatem, sed potiùs ad pietatē consilium traducens. Porrò Iobi virtus consulebat audacem Husitarum malitiā, & ab audacibus eorum criminibus, plus audebat ad virtutem, alioquin remissius operaturam. Iobi clementia immisericordes illorum animos consulebat, ne minùs audaciter Iobus ferretur ad pietatem, quàm Husitæ ad impietatem. Insolentes erant vitiis Husitæ, ab eorum insolentia, insolentes quodammodò virtutes exprimebat Iobus. Quod de suo Magno Basilio prædicauit S. Nazianzenus, sic aiens: *Alij admirentur* (in Basilio) *vitæ rationem insolentem* Insolentes appellat Basilij mores, quod vitiorū Epitheton esse solet, etsi virtuti congruat, quæ insolens, & extraordinaria solet esse, & piè quasi impudens, vt aduertit Tertull. aiens: *Quodcumque Deo indignum est, mihi expedit: saluus sum, si non confundar de Domino meo. Qui me, inquit confusus fuerit, confundar & ego eum. Alias non inuenio materias confusionis, quæ me per contemptum ruboris probent bene impudentem, & feliciter stultum.* Audis virtutem esse bene impudentē, & feliciter stultam, quæ esse solent vitiorum attributa? Audi iterum S. Nazianz. dicentem de suo Basilio: *Hunc solum*

46. Iob.

Hier.

Husitarum vitia consulit Iob ad virtutem.

Nazianz. Orat. de Basil. laud.

Tert. lib. de carne Christi, cap. 5.

Naz. supra.

solum luxum norat, nempe à luxu abstinere. Ac si Basilij continentia adeò esset insolita, & audax, vt imitaretur piè luxus lasciuientium; Accinit Philo *qui diuina Orgia* agnouit; tanquam si piè aliqui insaniant. Piè, an impiè dixit Menander apud Clementem: *Adesse semper non conuenit precedentem?* Profectò virtuti semper prudentia conuenit, nisi aliquando per ignorantiam excedatur.

Philo l. de Sacrif. Abel Menand. Clem. 6. Strom.

65. In carcere edifcenda eminentia virtutis, à flagitiosissimis reis: & quomodo.

Qui Ecclesiasticas historias lectitant, mirantur quo consilio Tyranni sæpe fortissimos Martyres in carceribus tandiu inclusos detinuerint sine spe euertendi eorum inuictum robur, quod ipsi pervicaciam & obstinationem nominabant. Præstaret sanè Martyres de medio citiùs tollere, ne eorumdem constantia. aliis exemplum fortitudinis foret; & dum diu durant, diuturnior persuasio ad martyrium forent: defuncto Martyre periret citò, & irrisio Tyranni, & tacita, & efficax ad martyrium adhortatio Dein è re Martyrum non erat in carceribus diu detineri, in carceribus inquam, vbi inclusi tenentur flagitiosiores hominum, & morum pestes, quæ eructant venena virtutibus. Non bene habitat mãsuetudo Martyris cum immiti sicario, nec temperantia Christiani cum helluonibus, & tenebrionibus; nec inermis puella & verecunda Virgo cum proco impudenti & lasciuo: ne pestilentes flagitiorum ructus deuenustent Martyrum sinceros mores, ne dum pro causa fidei inculpati in carcerẽ detruduntur à malo carceris exẽplo, maiorum criminum rei deprehendantur. Verùm excelsa virtus per obstãtia & secura, & à vitiorum peste medicinã virtuti facit. Imò auctior, & illustrior euadit virtus quasi imitãs celsitudines vitiorum; animosiùs audet ad pietatem, aduertens vitium insolenter audere ad impietatem, & diuerso imitamento fit audentior, & illustrior. Hæc fuit mens Tertulliani: Aduersus Physic. describit quã virtutũ celsitudine pollebant Christiani, qui Martyrij causã claudebantur in carcere: *In carcere talis introeat Christianus, qualis inde prodisset; ne habeant tormenta materiam. Cum solâ, & aridâ sit cute loricatus, & contra vngulas corneas, premisso tam sanguinis succo tanquam animæ impedimentis, properante iam & ipsa quæ iam sæpe ieiunans mortem de proximo norit.* Vides quàm macilentum & exsuccum, & ieiuniis aridum, & virtute sublimem Tertullianus velit Christianum, qui introit carcerem facturus Martyrium. Expende iam nunc quæ subdit verba ad rem elegantissima: *Carcer ediscendus, non pœnam illic passurus, sed disciplinam.* Carcer Martyri disciplina sit, in carcere carcer ediscẽdus est. Quid à carcere edisceet Martyr? num latronum ibi habitantium prædas? num helluonum compotationes? fortè sicariorum truculentiam, & iras? num impudicorum prurientem libidinem? Hæc nisi fallor, *carceris disciplina est:* Hicne carcer ediscendus? imò, & dediscendus. Apage tam flagitiosum imitamentum. Profectò Dei consilio detinetur Martyr in carcere inter flagitiosiorem turbam, vt ab insania impudici, castitas animositatem ediscat; à temeritate sicarij, flectinesciam fortitudinem, & audaciam, à latronum dolis, virtutum artes, ab impotenti impudicorum libidine, desiderium, imò libido ad castitatẽ ediscenda est. Animosiora vitia sint quasi schola, & disciplina virtutũ: Ergo *Carcere discendus est, non pœnam illic passurus Martyr, sed disciplinam.* Fallor, si non alludit Clemens Alexand. aiens: *Ecce noua facta sunt, castitas ex fornicatione, & continentia ex incontinentia, iustitia ex iniustitia.*

Tert. aduer. Physic. c. 12.

Clem. Alex. 3. Strom.

66. Cant.

Celebrauerat Salomon Sponsæ venustatem, Cant 1. vers. 8. eam appellans *Pulcherrimam inter mulieres:* & subiungit, vers. 9. *Equitatui meo in curribus Pharaoni assimilaui te.* Adeò pulchra es, & venusta facie, (ait Salomon) vt c rtate de pulchritudine possis cum Equitatu meo in curribus Pharaonis. Quasi dicat, ait Origenes, hom. 2. in Cant. *Tu proxima mea, & sponsa præcedis omnes mulieres, similis effecta equitatui meo.* Sed npñ vulgare dubium est; cur Salomon pulchritudinem sponsæ celebrare cupiẽs, eam assimilauerit equitatui suo, præsertim in quadrigis Pharaonis. Nam Salomonis equitatus si in curribus Pharaonis versetur, aut captiuus erit, & ita captiuam, & inuitam operam nauabit, aut refugus à Salomone rebellis, & refractarius erit. Quæ tanta pulchritudo, aut in profugo, aut in captiuo equitatu militante sub signis Pharaonis infensissimè Tyranni, vt eximia eximiæ sponsæ laus sit cum illo cõparari? A captiuitate, an à profugio mutuabit venustatem equitatus Salomonis in curribus Pharaonis? Irridetur an laudatur sponsa? Eiusmodi comparatione potiùs deuenustatur, quàm commendatur pulcherrimæ puellæ eximia pulchritudo. Imò sublimatur maximè perfectior sponsæ virtus. Nã Salomonis equites versati in exercitu teterrimi Pharaonis ab execranda Pharaoniani militis audacia ediscunt nouã audaciam ad pugnandum pro Salomone. Insolentes Ægyptiorum impetus ad malum, eruditio est militum Salomonis: Et eorum temeritas ad vitiũ, horum schola, & magisterium ad virtutem. Et è Pharaoniani militis temeritate, piam quandam temeritatem, (sic fari liceat) discit Salomonis, aut potiùs Christi miles. Et ita consultissimè dicit. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te.* Vsque eò enim vitiorum exemplo nobiles Christianorum virtutes adolescunt, vt quodammodò insolentes appellentur à Nazianz. virtutes Basilij; & Petri virtus ferè temeraria nominatur à sancto Maximo. Quod Epitheton militaris vitij, non perfectæ virtutis elogium est Excipe verba Maximi: *Iactatur licèt fluctibus mare, ventis pelagus conturbatur, non tamen turbatur Petri Semita, qua ducit ad Dominum. Temerarius ergo viator Apostolus, noui itineris viam carpit.* Fiduciã Apostoli quodammodò *temeraria* dicitur. Ecce tibi Heroum virtutes vitiorum nominibus nobilitatas. Trahit pietas exaggerationem à vitio, substantiam à virtute.

Origen. In exercitu Pharaonis edifcitur eminentia virtutis ab excessibus vitiorum.

Nazianz. de laud. Basil.

Maxim. homil. 5. de latrone.

Plinius Nouoc. bellè adulatur suo Traiano strenuo Principi: *Nemo extitit* (scilicet præter te, ô Traiane) *cuius virtutes nullo vitiorum confinio læderentur.* Quasi dicat: Tua virtus adeò illustris est, & excellens vt confinis sit vitiorum. Tua liberalitas prodigalitatem sapit: Tua constantia insensibilitatem redolet: Tua fortitudo, & audacia temeritatem repræsentat. Hæc Traiani laus est, & eius virtus adeò sublimis est, & augusta, vt spiret vitiorum excessus, & temeritates. Hanc virtutum quasi insolentiam didicit illustris Heroina Iudith in Assyriorum castris, quæ illis pro schola fuère ad sanctitatem, ibi docta piam virtutum temeritatem, scilicet quasi crudelem pœnitentiam, fiduciam *præsumentem*, (vt de se ipsa testatur;) piam impudentiam, audaciam ferè temerariam, & sanctitatem quodammodò insolentem. Vnde sic excelsæ fuerunt huius matronæ virtutes, vt veriùs, quàm de Traiano dici possit, *Nemo extitit*, (præter Iuditham) *cuius virtutes nullo vitiorum confinio læderentur.* Vnde hîc vers. 31. destinat ire in Assyriorum

67. Plin. in Panegyr. Vt ut Iudithæ vitiorum confinio non læditur.

Iudith.

rum castra,vt ibi discat eminentias virtutũ ab excessibus vitiorum:exigitque à summatibus Bethuliensium, vt eius consilium approbent. Qui piè audacem feminam increpare non audet. Secus ac illi, qui Lucæ 18.*increpabant eum*(nempe cæcum) *vt taceret*. Super quibus verbis, sic inquit Cyrillus: *Nouit enim fides omnibus repugnare, & omnia triumphare: vtile enim est pro cultu diuino pudorem deponere. Nam si causa pecunia sunt impudentes nonnulli, pro causa salutis, non decet bonam induere impudentiam.* Quid luculentius?

Cyrill.in Catena.

---

§. XI.

Commentarius litteræ.

*Vers.*14. Et cùm audissent viri illi verba eius, considerabant faciem eius; & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.

68. EXscriptiones è Græco textu nihil notatu dignũ afferunt, & Expositores hæc verba vix commentantur; quippe quæ adeò sunt facilia, vt non egeant commentario. Nempe Assyrij exploratores dum sapientissima Iudithæ verba auscultabãt, contemplantes eius diuinam pulchritudinem, stupore defixi sunt præ admiratione tãtæ venustatis. Duplex itaque potest esse expositio illius præteriti verbi,*cùm audissent*;(nam etiam in Græcis translationibus in præterito scribitur) vt sensus sit:Dum Iuditha loquebatur, sic grati & melliti erant eius sermones,vt tunc in ipsis auidè audiendis occupati non ita admirarentur Iudithæ venustatem: sed postquam desiit loqui, tunc toti ad eius pulchritudinem contemplandam,planè obstupuerũt. Hoc commentum valde commendat gratiam, & leporem verborum Iudithæ, tum etiã quàm gratè audierint Assyrij,se posse tutò Bethulienses expugnare. Hæc expositio apta videri posset: nisi aptior occurreret.Scilicet,vt τὸ *cùm audissent*, significet non tantùm præteritum tempus, sed etiã præsens,idest,cùm Assyrij audirent,& etiam cùm iam audissent Iudithæ gratissima verba, contemplantes eius admirandam pulchritudinem, stupebant:Est enim phrasis Hebraica,quæ irrepsit etiã (vt aliàs sæpè) in Græcum idioma, vti præterito etiam pro tempore præsenti: Et,vt alia innumera Scripturæ loca omittam,in hoc libro cap.5. v.26. sic dicitur: *Et factum est cùm cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis.* & cap.6. vers.1. *Factum est autem, cùm cessassent loqui*, (magnates) *indignatus Holofernes, dixit.* Et quidem indubium est, Holofernem, & Assyriæ summates indignatos fuisse, non tantùm postquã Achior desiit loqui,sed etiam cùm loquebatur,adstruẽs Hebræos posse resistere,imò & vincere Assyrios,si immunes essent ab offensis contra Deum ipsorum.Dicuntur autem indignati,postquam audierunt Achiorem: quia tunc maximè minis & terroribus se ostenderunt indignatos.

Iudith.

68. *Et dixerunt ad eam: Conseruasti animam tuam,*
Vers. 15. *eò quòd tale reperisti consilium, vt descenderes ad Dominum nostrum. Anima* sumitur pro toto homine, vsitatissima synecdoche in Sacris Bibliis. Nempe Assyrij laudant consultissimum Iudithæ consilium quo vitam suam præproperè liberauit, confugiendo ad hostes.

Hoc autem scias, quoniam cùm steteris in conspectu eius,bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius. Duxeruntque illã ad tabernaculũ Holofernis,annunciantes eam. Videlicet cùm Assyrij probè nossent Holofernis ingenium mollioribus lasciuiæ voluptatibus procliue & facile, indubiè prophetant, Iuditham feminarum pulcherrimam, fore illi pergratissimam.O vtinam nõ essent adeò certæ eiusmodi prophetiæ in re libidinis. Hæc cùm dixissent,Iuditham ducunt ad Holofernis tabernaculum: & prænunciant illi Iudithæ transfugium. Græcæ exscriptiones plura addunt, quæ omisit S. Hieronymus. Septuaginta interpretes sic habent: Et nunc accede ad tabernaculum eius,& de nobis comitabuntur te donec commendent te in manus eius. Si autem steteris coram eo,ne times in corde tuo,sed annuncia iuxta verba tua, & benè tibi faciet Et elegerunt ex eis viros centum,& currum iunxerunt ei, & ancillæ eius, & dixerunt eam ad tabernaculum Holofernis. Et factus est concursus aduentus eius. Et venientes circundabant eam, quia stabat extra tabernaculum Holofernis, quovsque annunciauerunt ei de ipsa. Hucvsque Septuaginta interpretes.

Vers.16.

LXX.

Curru vehitur ad Holofernem Iudith.

Hic quæritur, an Iuditha castitatis periculum rectè adierit? Ad Assyriorum castra vltrò pergit incomitata, inermis, mulier; & quidem venustate conspicua, & omni lenociniorum genere ornatissima. Hæcne castè sola versabitur inter tot iuuenes procacissimos, salicissimos, impudentissimos? Puto, tot Syres incurret quot patietur Assyriorum oculos,palam adhinnientes,& clãculum insidiantes sanctiori pudicitiæ.Malè patriam suam liberat, dum suam castitatem prodit; & periculo proprij pudoris,suorum redimit periculum. Vulgus interpretum respondet,Iuditham eo animo se ornasse,& adiisse Assyriorum impudica castra, vt Holofernes ipsius exambiret nuptias,& sic populum suum liberaret. Quod effugium aliàs præcludebam. Nam Iudithæ consilium fuit blãditis verborum,& venustatis præstigiis sic Holofernem demulcere, vt pateret aditus ipsius perimendi. Sic enim Deum orat.cap.9.vers.12.aiens:*Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur:* & cap. 13.vers.7.cùm iam iam stringeret ipsius gladium, sic Deum supplicat: *Confirma me Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt sicut promisisti,Ierusalem ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens per te posse fieri cogitaui perficiam.* Ergo Iuditha non cogitabat nuptiarum blãditias, sed sanguinem, & cædem, & truculenta quæque aduersùs sæuum hostem.

70.

Dico ergo cum Serario ad caput 13. quæst.4. & Saliano hic,ex diuina reuelatione, & instinctu Spiritus sancti cognouisse se à Deo,& eius Angelo protegendam,& custodiendam,vt grande illud facinus sine vitæ, & castitatis iacturâ perficeret. Verbis enim nuper allegatis aiebat: *Et hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam*,& v.20. *Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem; & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me.* Via hæc facilis est, & expedita, & contextui accommodatior: Profectò si non diuinâ, sed humanâ prudentiâ rem metiri vellet Iuditha: vix posset effugere temeritatis reatum aduersus castitatis propositum. Quod consideranti rem attentiùs, perspicuum erit, & indubium.

91.
Serarius.
Salianus.
Iudith Spiritus sancti instinctu adit Assyriorum castra.
Iudith.

Hin

Hinc etiam perfacile est deliberare, an Iuditha recte se exposuerit vitæ periculo? Quod enim vitæ periculum incurritur protegente Deo: & comite Angelo: Quin etiam pro patriæ & religionis tutela, vitæ periculū adire quivis iure potest. Vulgaris est hæc eruditio apud eos, qui casus conscientiæ tractant. Pulchrè S. Ambrosius lib. 3. de offic. cap. 14. *Liquet id quod decorum est, semper esse vtile. Nam & Iudith sancta decoro contemptu propriæ salutis obsidionis periculum, & publicam honestate propria acquisiuit vtilitatem.*

Ambros.

Vers. 17. 72. *Cumque intrasset ante faciem eius statim captus est in oculis suis Holofernes* Nempe Holofernis apparitores benè nouerant, pergratum esse afferre domino Holoferni, si ad ipsum introducerent venustissimam & comptissimam puellam; neque enim virorum principum vitia, etsi valde ea dissimulare cupiant, latere possunt. Vnde statim Iuditham adducunt ad Holofernem. Holofernes autem, vt Iuditæ pulchritudinem vidit, confestim captus est vinculorum præstigiis, & actus libidinū facibus. Scilicet Iudith hic obtinuit, quod anxie optauerat capite præcedenti, v. 13. *Capiatur laqueo oculorum suorum in me.* Vbi nos aliqua de oculorum illecebris & periculis. Versiculus hic 17. ampliùs explicatur ex infrà dicendis.

Iudith.

Vers. 18. 73. *Dixeruntq; ad eum satellites eius: Quis contemnat populum Hebræorum qui tam decoras mulieres habet, vt non pro his meritò pugnare debeamus?* Vbi Holofernis impuri satellites aduertunt Dominum suum exarsisse totū in Iuditæ amores, calcar admouent cuīréti, & lasciuiæ faculas addūt ad ardentiùs luxuriandū: dum aiunt non omittendum esse populū Hebræum, quasi contemptibilē, qui tam decoras habet fœminas, & quem si commendat vxorū, & filiarum venustas, vt non meritò pro ipsis, omnes belli sumptus & certaminū pericula sustineri auidè debeant: vt tandem frui possint cupitis illorum amplexibus. Addunt Septuaginta nonnihil, dum sic locum exscribunt: *Et dixit vnusquisq; ad proximum suum: Quis contemnet populum hunc qui habet in se ipso mulieres tales? quoniam non bonum est relinqui ex eis virum vnum, qui dimissi poterunt decipere omnem terram.* Scilicet Assyrij prævident periculū deceptionis à fœmineæ pulchritudinis astu, & dolo præuident quidem, sed non præcauent obcæcati amorum libidinibus.

Septuag.

§. XII.

Praua consuetudo est quædam prauitatis lex, delinquendi fomes, & seruitus magnò empta.

74. ITa fac quisquis virtutē piè amas; *Vindica te tibi* & præcipuam hominis dotem, libertatem inquam, quæ è praua consuetudine, aut læditur, aut minuitur, diligenter collige, & serua. Turpissima iactura est in quo homo nobiliorem hominis partem negligit. Caue à non bona consuetudine, quæ arbitrium perpetuò subruere tentat, & sponte cogit ad belluinos mores, liberā quadā necessitate. Carò emitur ista vitiorum seruitus aliquo compendio voluptatis, multo libertatis impēdio. Vltrò seruit qui diu se malitiæ impendit. *Vitiis adsueti* (ait Philo) *more voluntariam seruitutem subeuntium, vltro sibi acerbos Dominos adsciscunt, quamuis ingenui, & ideo cùm vendi non possint, miranda temeritate ipsi emunt Domino:* Temerarius erit qui se vendere satagit, etsi vendi nequit: amēs est, qui sūs ingenuus cùm sit, magno pretio acerbū Dominū emit. Hæc est crebrò peccantium fatua stoliditas, quæ augustiorē sui patrē magnō venditēt vt emat fugitiuam voluptatē, & violaticū gaudiū. Nemo bene Theologus Philoni negabit, arbitrij libertatem prorsus *vendi non posse*; neque enim praua peccandi consuetudo omnino cogit ad vitium. At quam sollicitè excitet, & validè alliciat, & pertrahat, nescit nemo qui diu frena laxauit malitiæ.

Praua consuetudo est voluntaria seruitus.

Philo l. de Temulentia.

75. Supernacuè laborabit quisquis luxuriantis eloquij facundiā subiiciat oculis, quàm acres stimulos, & viuidos igniculos natura ingesserit ad rem Veneris. Si quis experientiā recuset, adeat vtramq; eruditionē, vbi vbertim exundāt cineres, indices, seu appendices huius gehennalis flāmæ, quæ hominem quemq; [illegible] ad incendiū libidinis pyra perpeti. Heu! quàm viget ad lasciuiendum agnatus hic fomes! Quid si praua consuetudo æmulatur has luxuriæ faculas? Audi pulchrā S. Augustini verba, qui ante conuersionē diu expertus Veneris incentiuum, & consuetudinis tyrannidē, *consuetudinē carnis* vocat igniculū lasciuiæ. Quasi, vinaciùs exaggeretur humanus furor, & voluptuosa insania ad res Veneris, si appelletur *consuetudo carnis*, quàm si vocaretur incentiuum luxuriæ, aut fomes ad libidinem. O quàm impotenter inclinat consuetudo ad vitium assuetū, siquidem appetitus luxuriæ exaggeratiori vocabulo dicitur ab Augustino, *carnis consuetudo*; ac si assuetum vitium plus incitet, & exacuat luxuriando fomitē. *Habet enim hoc infelix consuetudo peccandi, vt quantùm ampliùs quisque peccauerit, tanto minus peccata ipsa intelligat, & tantò plus eum peccare delectet.* Verba sunt Eusebij Emisseni (si eius sunt eiusmodi humiliæ Eusebio adscriptæ;) Plùsne delectat peccare ab inueterata consuetudine, quàm ab agnato fomite? Magisne allicit consuetudo, quàm fomes? Saltem praua consuetudo aut est alter fomes, aut prioris incrementum: & vel ex hoc grande malum est, quia diuturnum.

Consuetudo est, sicut fomes ad lasciuiam.

Aug. l. 1. de quæst. Euang. c. 10.

Emissen. hom. 5. ad Monachos.

76. Aliò fortè spectabat Philo cùm in lib. de Sacrificiis Abelis, & Caini, ignouit ex Esau *characteres malitiæ*. Verba planè luculenta, & conceptuum grauida. Num Philo Hebræorum doctissimus, suffragatur nōnullis gubernatoribus, apud quos quædam peccata, præsertim libidinis, indelebiles *malitiæ characteres* imprimunt, & quos non eluit diuturnior, & cautior continentia. Num aliqua delicta semel punita, iterato supplicio castigari posšūt quasi indelebilem insculpserint *malitiæ characterem.* Puto quòd praua consuetudo *characteres malitiæ* cudit, quodammodò indelebiles: non quia deleri non possint, sed quia tardè, aut nunquam delentur. Eusebius Emissenus sic scribit: *Si quis à malis suis fracta iam ætate, vel cogente infirmitate, vel imminente morte destiterit; oblectamenta delicti perdidit, non reliquit: neque ille voluptatem deseruit, sed illum voluptas: illum, inquam, voluptas necessitate non virtute fugata destituit.* Itaque etiam imminente morte non relinquit vitia, quæ impresserunt *characteres malitiæ*, sed à vitiis relinquitur. Quin, & videtur, quòd adhuc in sepulchro non exuerit prauos mores, qui longa consuetudine exolescunt. Iob. 20. v. 11. *Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ suæ, & cum ipso in puluere dormient.* Ecce tibi *characteres malitiæ* etiam post mortem durare, quā *character malitiæ* æmuletur characteres, quos quædam sacramenta imprimunt

Philo. Consuetudo imprimit malitiæ aliquē characterem.

Emissen. in Exhort. ad plebem.

Iob.

Digitized by Google

77. *Geneſ.* *Baſil. Sel. Orat. 5.*

Geneſeos 6. v. 4. & 5. refert Moyſes inueteratos ad omnem malitiam mores poſterorũ Caini, quorum conſuetudo ad peccandum ſic inoleuit, vt dixerit Baſil. Seleuc. *Quia legum prauitas non apud eos pro lege ſtatuebatur.* Nempe iniqua peccandi conſuetudo illis pro lege erat, & inſtar præcepti ad delinquendum. Sic à praua conſuetudine tunc exorbitauit iniquitas, vt quaſi latâ lege illam ſectarentur: neq; impunè dumtaxat peccaretur: ſed qui non peccaret, contra legem facere videretur: *nam legum prauitas apud eos pro lege ſtatuebatur.* Vnde non delinquere, delictum putabatur. Opportunè Euſeb. Emiſſenus ſic fatur de inueteratis quibuſdã moribus: *Ac per hæc, impoſſibilitate excluſus à vitiis, & tunc puta peccat, quãdo peccare ceſſauerit.* Audis ita pro lege ſtatui prauitatẽ venuſtæ conſuetudinis, vt peccati haberetur reus qui ceſſat à peccatis, & à peccando deſiſtit? Sic praui mores naturã humanã deprauant, ſic hominẽ imbuit praua peccandi conſuetudo, vt magis peccare videatur apud impios, qui minùs peccant, & innocentiæ genus ſit atrocius delinquere. Has iniquitatis leges dominatrix cõſuetudo malè ſancit, peiùs obſeruat. O peruerſam iniquæ conſuetudinis tyrannidem.

Conſuetudo legem peccandi ſancit. Emiſſen. ſuprà.

78. *Philo l. de Abraham.* *Iob.*

Et quidem veteres mores alteram naturam faciunt: *Nam inueterata conſuetudo plerumque tantum poteſt, quantum natura,* ait Hebræus Philo. Peregrini enim mores ita diuturnitate aſſueſcunt, vt in naturã quodammodò tranſeant peregrinantes naturæ ipſã. Iob. 14. v. 12. *Homo cùm dormierit non reſurget donec atteratur cælum.* Negotioſi ſunt interpretes vt explicent, quid ſit *cælum atteri* poſt diem iudicij. Quænam eſt hæc cælorum attritio? Cæline ij ſunt, qui atteri poſſint? à quonã atterẽdi ſunt cæli? Fortè Beatorum veſtigiis? At beata ſanctorum veſtigia cælum non atterent: ſed beabunt felici gloria. Sapientiſſimus Sanct. ita locum expedit: *Eum ceſſabit motus, & hoc eſt quodammodo atteri.* Nimirum aut cælis nulla ineſt ad motũ inclinatio, aut fortè à natura ſua quietẽ expetũt, vt in Phyſicis velitabar olim, ne poſt ſupremi iudicij diem in eis violentia ſempiternet. Itaq; cæli à prima ſui conditione aſſueti perpetuis motibus à motrice intelligentia violẽter impreſſis, cùm tandẽ ceſſant à continuo motu & à natura ſua quieſcunt; à ſapientiſſimo Iobo dicuntur *atteri. Los atropellan y violentan.* «Nam mouendi *inueterata conſuetudo tantum poteſt, quantum natura. Cum natura autem pugnare, vt quidam ait eſt difficile;* ſubiungit ibi Philo. Itaque altera mouendi natura quàm inueterata indidit conſuetudo, pugnat cum ipſa cælorum natura, quæ ad quietem vergit: & cùm tandem quieſcat cælum ex abſentia motricis intelligentiæ, *cælum atteri* dicitur, & quodam modo violentiam pati. Tam robuſtam ingerit naturam peregrinæ conſuetudinis extraneus vigor, vt dediſcat cælum ſuam naturam, cùm extraneam à conſuetudine inueterata induerit.

Violentiam à conſuetudine fit naturale. *Sanct.* *Philo.*

79. *Emiſſ.* *Lucæ.*

Non omittã hîc hoc prauæ conſuetudinis vitiũ, quod inexpertum ex Emiſſeno nuper relegi. *Habet enim hoc infelix conſuetudo peccandi, vt quanto amplius quiſq; peccauerit, tanto minùs peccata ipſa intelligat.* Lucæ 23. v. 34. Chriſtus Deus ſæpe impetitus à Iudæis; tandem per ſummum ſcelus cruci affigitur inter duos latrones. *Ieſus autem dicebat: Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.* Hæc ſententia multũ negotij faceſſit interpretibus. Si enim ignoranter fecerunt nihil eſt quod illis diſſimulemus; nam venia, alicuius delicti venia eſt ignorantia etiam, per ſyncopen delicti excuſatio eſt. Verùm hæc Iudæorum ignorantia à diuturna conſuetudine venit perſequendi Chriſtum, vnde non eſt Deicidij excuſatio, ſed accuſatio. Elegãter Arnoldus Carnot. in Tractatu de verbo illo, *Pater ignoſce* &c. ita fatur: *Vſque adeo in hoc malo voluntarij, vt voluntas conſuetudinẽ, & cõſuetudo faceret neceſſitatẽ: neceſſitas verò vſq; ad illam vecordiam erumperet, vt neſciret quid faceret.* Vide ne vitiis aſſueſcas, nè à cõſuetudine fias cæcè oculatus, coactè volũtarius, & liberè coactus. Prauæ conſuetudinis vires licet agnoſcere hic, ver. 16. vbi Holofernis ſerui cognita Domini ſui diuturna intemperantia, ac ſi cæcè ipſe ageretur à natura non ab arbitrio prædicunt, & quidem verè, perditiſſimè deperiturum Iuditham. Sic tranſuerſum agit homines inueterata peccandi conſuetudo.

Arnold. *Iudith.*

---

§. XIII.

Libido eſt crudelitatis fomes: & crudelitas appendix libidinis.

80. *Tertull.* *Exod. 1. v. 16.* *Qui nuptias prohibet homicidii reus dicitur.*

FAcetè Tertullianus ſic irridet Marcionem, lib. 1. contra ipſum; eo quod nuptias prohibeat, & ita caſtitatem faciat inhumanã, & crudelem: *Non erit hominior duritia Pharaonis naſcentium enecatrix? nam Pharao animas adimit, Marcion non dat. Ille aufert a vita: hic non admittit ad vitam. Nihil apud ambos de homicidio differt: ſub vtroque homo interficitur: ſub altero iam editus, ſub alieno edendus.* Profectò crudelitatis elogium, non caſtitatis (quæ mitis eſt & quieta,) ſed luxuriæ agnatum vitium eſt. Quod in hoc §. oſtendere conabor, vt inuidia crudelitatis reſtituatur proprio Domino, laſciniæ inquam.

Plin. *Caſtitas neceſſaria eſt Principi, ne ſit crudelis.* *Deuter. 31. v. 7.* *Philo.* *Clemens.* *Sidon. Apollin.* *Luxuria crudelis eſt.*

Panegyriſta Plinius in exordio ſuæ panegyris ſic adulatur Traiani continentiæ: *Quid præſtabilius, aut pulchrius quàm caſtus & ſanctus Princeps?* Imò caſtitas non eſt præſtabilior virtus Principum. Sit Princeps diſertus, ciuilis, munificus, humanus; etſi libidini licentiùs indulgeat, non valdè derogabit gloriæ principali. Verùm præcipua Regum virtus, caſtitas eſt: nam Rex laſciuus inciuilis eſt, & inhumanus: eòque humanior fit, quò minùs homo eſt ad licentiam luxus. Hinc Moyſes proprios filios ciuiliſſimè principatu priuauit & Ioſue elegit in Principem Hebræi populi, ait Philo l. de Charitate, *Dictis, factiſque honeſtatem Ioſue expertus:* Quaſi honeſtas ſit virtus Gubernatori maximè neceſſaria ad humaniſſimè, & mitiſſimè regendos populos. Hinc illa (paradoxo ſimilis,) ſententia Clementis Alexand. lib. 2. Strom. *Non permittunt legiſlatores maximos magiſtratus gerere iis, qui vxorem non duxerint. Iam verò Lacænum legiſlator non ſolùm pœnam impoſuit ei, qui vxorem non duxiſſet; ſed etiam ei, qui vnam tantùm, & ei qui duxiſſet ſerius, & ei qui ſolus viueret.* Scilicet ſit Magiſtratus vxoratus, ne actu furiis libidinum, immanis & crudelis fit in populos, ab incontinentia efferatus, & inhumanior factus. Sidonius Apollinaris epiſt. 1. lib. 2. ſic de ſæuitia Seronati Aruernorũ Præfecti elegãtiſſimè ſcribit: *Scitote in eo per dies ſpiritum diu diſſimulati furoris aperiri. Apertè inuidet, abiectè fingit, ſeruiliter ſuperbit: indicit vt Dominus, exigit vt tyrannus: addicit vt iudex, calumniatur vt barbarus: non ceſſat ſimul furta vel punire, vel facere: ruſſat inter ciues purnas, inter barbaros litteras: in conſilio tacet, in conſeſſu iocatur; in conuiuio prædicat, in cubiculo damnat. In*

quæſtione

quæstione dormitat: implet quotidiè sylvas fugientibus, altaria reis, carceres clericis; exultans Gothis, insultans Romanis, illudens præfectis, leges Theodosianas calcans, Theodoricanas proponens, veteres culpas, noua tributa perquirit. Vnde tanta sæuitia inest Seronato? Quis furoris tanti fomes? Ipse Sidonius paulò antea prædixerat: *A metu armatus, à cupiditate terribilis.* Nempe libido Seronatum armauit, luxuria sic hominem fecit inhumanū, vt humanitatis oblitus immaniter fureret in subiectos Aruerni ciues. *Ergo quid præstabilius, & pulchrius, quàm castus Princeps?*

81. *Cum rei venereæ iniecta esset mentio: Bona verba quæso, inquit Plato: Ego verò libenter istinc, tanquàm ab insano aliquo, & agresti domino profugi.* Verba sunt Clementis Alex. Audis Venerem insanam & agrestem esse dominam? Agrestis & insana est libido, quia inciuiliter & rusticanè insanit, & furit. *La deshonestidad es vn furor descortesmente cruel.* Danielis 13. v. 36. Impudici illi senes, qui præfecturâ fungebantur apud Hebræam gentem, capti illicio venustatis pulcherrimæ Susannæ, ipsi præmaturè adulteri, nacti occasionem, adulterium intentant. Renuit facinus pudica femina, gratior pudicitiâ, quàm formâ. At senes malè amasij, & peiùs riuales, amentes potiùs quàm amantes, magis furore, quàm amore insaniunt, & Susannæ minitantur, se infame testimonium dicturos contra ipsā, ni ipsis annuat. Quod promiserunt petulanter, furiosissimè præstiterunt. Sistitur in iudicio castissima Susanna, fœdi adulterij rea. Adstant senes æquè crudeles, ac lasciui: damnant innoxiam puellam crudelissimæ neci. O agrestes homines inhumanos, & malè procos! Sic sæuit inhonestus amor! Nonne præstaret constantiam femininæ castitatis emollire obsequiorum seruitiis, labefactare lenonum machinis, subornare munerum præstigiis? Si

Clemens. Alex. l. 3. Strom. Plato.

Daniel.

Luxuriæ inhumana & agrestis sæuitia.

82. adhuc amore furunt, quomodo furore insaniunt? Non verentur amasij matronam expertæ pudicitiæ dehonestare, Ioachimū maritum de ipsis benemeritum, dedecorare, totam vtriusque familiā deuenustare, & ipsis charissimā Susannam atrocissimæ, & inhonestissimæ morti condemnare. Ita insanè furit inhonestus amor, potentia armatus. Verùm eximia Susannæ castitas deposuit munere lasciuos, & crudeles Magistratus, & castū Præfectū, Danielem scilicet nacta, humanius cum ea actum est: & quod furens lasciuia crudelissimè indicauit, mitis Danielis castitas mitissimè rescindit. Quod notauit S. Aug in appendice de diuersis, aiēs: *Multum de Deo pudicitia consequitur, cùm indicem virginem promeretur. Secura enim est de victoria castitas, cui est iudicatura, virginitas. Pudicitia autem causas, nisi vir pudicus audire non debuit. Talem enim arbitrū meretur castimonia, apud quem non periclitetur verecundia.* Nimirum lasciuus Iudex, agrestis, & inhumanus est, quem virtus feliciter recusat: ne reum, quem innocentia excusat, inhonestus iudicis furor accuset. Priuilegium virtutis est cōsequi iudicem à castitate mitem, à pudicitia humanum, à virginitate pium. Nam luxuriæ licētia impietas, & inhumanitas est. Lasciuia enim Magistratuum *à cupiditate terribilis* est, vt nuper dicebat Sidonius.

Augustin. tom. 8. serm. 44.

83. Dauid vir mitissimus fuit. O quoties Sauli infensissimo hosti, & inhumaniter sæuienti, humanissimè pepercit: Omnes historiæ Regum Israel, hanc Dauidis mansuetudinem eructant: quam ipse sæpiùs allegat Deo: *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Psal. 23. v. 1. Verùm Dauid olim mansuetudine illustris, ineunte vere, id

Psalm.

est, tempore, quo solent Reges ad bella procedere, mittit Ioabum, ducem exercitus contra filios Ammon, vt obsideat Rabba metropolim Ammonitarum: ipse interim deperit perditissimè Bethsabee, venustam feminam, & in eius amore diu luxuriatur. Immeritum Vriam Bethsabee maritum immaniter trucidari iubet Dauid. Mox cùm vastanda iam erat vrbs, pergit Dauid ad Bellum: Et Rabbâ hostiliter expugnata, 2. Reg. 12. v. 31. *Populum eius adducens serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta: diuisitque cultris, & traduxit in typo laterum: sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon.* O dirum supplicium, & in paucis crudele! ô truces Regis iras! Has strages edit mitissimus olim Dauid? *Serrauit* homines, id est, dentatæ serræ reciprocante vicissitudine peremit. *Circumegit super eos ferrata carpenta*, hoc est, *in tribunalis, seu trabis ferri posuit, in quibus triturantur messes*, ait Mariana inibi ex Hebræo textu. Quid acerbius quàm tribulis ferreis homines, vt messes triturare? *Diuisitque cultris*, id est, carnificum pugionibus membratim Ammonitas incidit: *Et traduxit in typo laterum.* Hebraicè: *Transire fecit eos in fornace laterum.* Hispanè: *Los quemo vivos en hornos de ladrillos. Sic fecit vniuersis ciuitatibus.* Nempe nemo immunis fuit ab his tormētis. Hæccine vindicta est, an laniena? ô barbaram (sic specie tenus apparet) crudelitatem! Hic, hic est ille mitissimus Dauid? Non adducar, vt credam, eundem esse Dauidem, alius planè est, sed alius ipse vt aduertūt interpretes; & ex textu liquidò cōstat. Scilicet Dauid castus mānsuetudine præcellebat; at quo tēpore lasciuiebat luxuriæ libidinibus, sic ferocit in homines iam debellatos, & supplices: (iustè, an impiè, hìc non tracto: certè ad hæc etiam iustè exequenda, quædā indurata seueritas videtur pro innata mānsuetudine in mitissimo olim Dauidis corde substituta.) *A cupidine terribilis* à lasciuia crudelis, ab adulterio ferè barbaris pœnis infligendis aptus. S. Paulinus epist. 10. *Barbaras libidines* dixit. Nimirum lasciuia, quæ *cupiditate effeminat* corpora, vt inquit Clem. Alex. 3. lib. strom. tam viriles animos dat furori. Quid ergo mirum si Holofernes hìc v. 16. infamis turpissimis libidinibus, c. 4. v. 11. tā immaniter sæuiat, & atrociter ferociat in supplices populos, nam crudelitas appendix luxuriæ est & luxuria fomes crudelitatis.

2. Reg.

Mariana.

§. XIV.

Mente potiùs amandum est, quàm voluntate: quò defæcatior & purior sit noster amor.

NEscio an res aliqua ex creaturis magis ostentet Dei ingenium, quàm amor. Arcana illius vis est, & miro artificio fabricata; plena artis, plena ingenij, arguta artificis manu elaborata. Magnus Dei labor, Amor est, per summam concordiam amplectitur summè contraria. Amor negotiosus est, & otiatur; quiescit in amato, & sollicitus est, timet sperando, exasperat mulcendo: torquet delectando: perspicax est, & cæcus. Amor, timor animosus, inquieta quies, & placida fatigatio, & animi pondus leuissimum: & vt breui multa dicam, machinula est ingeniosissima, & ininuestigabili labyrintho non absimilis, vbi homines cæco vestigio perduntur erroribus diuersissimis: luculenter inquit Theophrastus: *Amantium cæca iudicia sunt.* Cui autem cæcum iudicium est, amens est: vnde amantes, amentes sunt. O hominum amores peruersos, & cæcos! ô humanam voluntatem excellen 84.

Apud Hier. Theoph.

Quomodo amandũ sit intellectu.

cellentissimam, & perniciosissimam? Nec sine amore homo viuit? nec cum humano amore benè viuit. Qui sola voluntate amat, allucinatur, cæcutit, errat. Ergo præstat diligere Amore non oriundo solùm è cæco voluntatis impetu; sed à cognitione rationali, à magnifica æstimatione, à perspicacia intellectus: id est amare intellectu, non voluntate, quod monstrum in philosophia videtur. Hic erit amor defæcatior, & purior, & homine dignus. Planè generosè amat, qui sic intellectu amat. Paulus 1. Cor. 2. v. 10. Arcanas quasdam Spiritus sancti cogitationes commendat. *Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum; spiritus autem omnia scrutatur.* Quem locum interpretans S. Cyrillus lib. 10. in Ioann. c. 11. ait: *Nos verò Christi mentem habemus: Saluatoris mentem nullam rem aliam, quàm spiritum sanctum appellantes.* Ecce Cyrillus Christi mentem appellat spiritum sanctum: Porrò spiritus sanctus per proprium characterem amor est: quâ ergo ratione dici potest mens Christi spiritus sanctus? Ideóne quia Spiritus sanctus, seu sanctior amor, à mente est?

1. Cor. 2. Spiritus sanctus quomodò dicitur Christi mens. Cyrill.

85\. Vt nihil non impeditum sit in parabola virginum, Matth. 25. parabolæ clausula impeditior est. Nam illis respondit Christus Deus, vers. 12. *Amen dico vobis, nescio vos.* Negat se Deum esse, qui aliquid se ignorare fatetur. Euertere videtur Christus his verbis, quod tot miraculis adstruebat. Negotiosus est Christus in probanda sua diuinitate, & negligit probare omniscientiam, imò ignorantiam fatetur? Deus non est, qui omniscius non est, ad Hebr. 4. v. 13. *Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius.* Quorsum ergo fatetur Christus se nescire, dicens: Amen dico vobis nescio vos? Ad huius nodi solutionem vnum adducam Maldonatũ, virum planè litteratissimum, qui sic scribit explicans τὸ *Nescio vos: Omnes veteres, & noui Theologi obseruant, sciendi verbum hoc loco, non cognitionem, sed affectum declarare.* Itaque ex mente omnium recentiorum interpretum, & veterum Patrum, idem est *Nescio vos*, ac non amo vos. Ex qua commentatione difficilius excrescit dubium. Porrò ad intellectum spectat scientia, aut ignorantia; ad voluntatem amor. Quam ob rem ergo dicitur hîc Intellectus non amare? nam nescio vos idem est, ac non amo vos. An quia non tam voluntas Christi Dei quàm intellectus videtur amare? Non tam cæca potentia voluntatis, quàm perspicaci intellectus facultate diligere dicitur Christus, vt planè sciatur, quòd amor defæcatus, & purior ab oculata mentis cognitione, & à perspicacia intellectus originẽ trahit, eiusmodique Amorem non tam esse voluntatis, quàm intellectus. Non quia à potentia intellectus eliciatur; sed quia sic rationalis est, ac si non procederet à cæca voluntatis facultate, sed ab oculata & perspicaci potentia intellectus. Vnde dicit *Nescio vos*, id est, Non amo vos. Ac si Christus amaret intellectu.

Matth. Ad Hebr. Maldo.

86\. Hunc amorem non à cæcitate voluntatis, sed à perspicacia intellectus vidit magnus ille Ecclesiæ magister Paulus, ad Ephes. 2. v. 3. sic inquiẽs satis, arguté ad rem præsentem: *Et nos aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem cogitationum.* Arcana est hæc Pauli doctrina, & penes Philosophos arduũ videbitur paradoxon: Insolens enim est in Philosophiæ gymnasiis, *voluntas cogitationis*, seu amor intellectus. Planè cogitatio non amat, sed voluntas. Nouam doctrinam inuehit Paulus in Philosophicas scholas? Sed in re morali valdè veram, & necessariam. Non enim amandum est voluntate, quæ fatua & lubrica potentia est, cæcè fertur in obiectum, præstigiatur à voluptabili, fascinatur à voluptate, constupratur deliciarum illecebra: noxia appetit in sui dedecus, & perniciem. Mente & cogitatione amandum est, *Facientes voluntatem cogitationum:* vel vt exponit S. Ambros. inibi, *voluntatem consiliorum*: id est, oriatur amor noster à consilio cogitationum, à consultissimâ ratione, à perspicacia intellectus, non à mera cæcitate voluntatis. Vnde proueniet, vt sapienter amemus, vt diligamus, quæ dilectione digna sunt; non quæ dedecent ingenuum hominem à natura, nobilem à gratia. Et sic purior, & angustior erit noster amor, vtpote a sapiente rei æstimatione præsagiunt Assyrij, ipsâ amãdâ à suo Principe, vt habetur hîc v. 16.

Voluntate cogitationis amandum. Ad Ephes. Ambros.

S. Diodochus ita scribit: *Qui in sensu cordis Deum amat, hic est ab eo cognitus.* Magna profectò res, & tãti Patris notatione dignissima, quòd Deus cognoscat eũ, qui se toto corde diligit. Fortè Deus non cognoscit eum, qui Deum non diligit? Otiatur, an cæcutit diuina omniscientia erga eos, qui Deum non amant? Quid est, *Qui in sensu cordis Deum amat, hic est ab eo cognitus?* Pereruditus eius Scholiastes sic locum ad rem præsentem eleganter exponit: *A Deo cognitus in Scripturis, quem Deus diligit: sicut quem non diligit, nescit.* Quasi Deus cognitione diligat, quò angustius nobilitetur Dei amor. Vis nosse quantam nobilitatem mentis perspicacia amori fœneretur? diligens & attentus aduerte adnotationem, quam subiicimus. Plures olim & nunc Hæretici negarunt, Spiritum sanctum à Verbo etiam procedere, pertinaciter asserentes, à Patre duntaxat originem ducere, generosâ prosapiâ. Contra quos sic arguit S. Martialis: *Spiritus sanctus gloriosus processit ineffabiliter ab eo qui genuit, & ab eo qui genitus est. Itaque* (attende ad illationem) *Spiritus Domini procedens est à Patre, & à Verbo.* Rem profectò mirissimam; An Spiritus sanctus, si à solo Patre Deo inspiraretur, gloriose generosus non procederet? Quam, oro te, nobilitatem à Verbo mutuat, quam non fœneretur à Patre? An quia Spiritus sanctus ex proprij characteris proprietate Amor est; inde vt gloriosè generosus procedat, à Verbo, id est, characteristicâ Sapientiâ procedere debuit. Gloriosi Amoris natales à Sapientia sunt. Degenerat Amor, qui à Verbo seu Sapientiâ non procedit. Quid illustrius?

Diodochus c. 14.

S. Martial. in epist. ad Burdegalenses. Degeneraret Amor diuinus, si non procederet à Verbo, id est, increata sapientia.

---

§. XV.

Commentarius litteræ.

Vers. 19. Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in conopœo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum.

Septuaginta interpretes non parum re, & verbis discrepant à vulgato. Sic habent: *Et exierunt qui dormiebant apud Holofernem, & omnes famuli eius, & introduxerunt eam in tabernaculum. Et erat Holofernes requiescens super lectum suum in conopæo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum. Et annunciauerunt ei de ea: & exiit in proscenium, &* 78.

Vers. 19. septuag.

lampades

lampades argenteæ precedentes eum. Nempe, cùm Iudithæ albescente aurorâ occurrissent exploratores Assyrij, & exiguâ temporis morâ eam in colloquio detinuerint; statim eandem perduxerunt inveloci curru ad Holofernis tabernaculum. Et cùm esset valdè manè neque vrgerent obsessorum hostium excursiones; qui morosâ cunctatione, & famis & sitis telo vincendi erant, adhuc Holofernes requiescebat super lectum suum sub pretioso conopœo, seu papilione. Audito autem nuntio aduentus refugæ Iudithæ venustissimæ feminarum, & quæ fausta pollicebatur Assyriis, statim è strato surrexit Holofernes, & pergit ad proscenium, seu exterius tabernaculum: ibique in sublimi sedit solio, seu conopœo exculto, regia, & barbaricâ ostentatione ad Assyrium fastum, & magnificentiâ venditandam, auri, & gemmarum scintillante ambitione.

88. Sanct.

Fusiùs tradit hic num. 15. noster Sanctius, quàm splendidè & sumptuosè se gerant Reges, & magni duces etiam in arduis expeditionibus. Qui non minùs ambitiosè viuunt in via, quàm in aula. Aduertendum est, ideò in textu Græco dici Holofernem exeuntem è cubili ad proscenium, argenteas lampades præiisse, non quod tunc nox esset: nam si *circa ortum diei* Iuditha obuia facta fuit Assyriis exploratoribus; (vt dicitur in hoc cap. vers. 10.) indubium est non impendisse totum diem in breui illo spatio vsque ad tabernaculum Holofernis, & quod ipsa ad suos rediens, peregit breui temporis morâ, vt habetur cap. 12. v. 12. Ideò autem argenteæ lampades anteeunt Holofernem, Persici exercitus imperatorem, quia moris Persarum fuit, vt eorum Principem ignis præiret. Quod multis tradidi suprà ad cap. 3. vers. 10. explicans illa verba: *Excipientes eum,* (Holofernem inquam) *cum coronis, & lampadibus.* Quorsùm ergo clarâ luce diem lucernarent subiecti populi, nisi id in more positum fuisset apud Persas?

Iudith.

De hoc conopœo iterùm redibit mentio infrà cap. 13. vers. 10. & cap. 16. vers. 23. Vnde necesse est hic decernere quid sit eiusmodi conopœum? & an sit diuersum ab eo, quod incubuit super Holofernis torum? Pro Conopœo in Bibliis Complutensibus, & Regis scribitur κωνωπεῖον, P. Serarius & alij κωνωπεῖον, quod Græcum nomen significat velum, siue lineum, siue laneum, siue bombycinum, quod lecto circundatur, (& tentorium, vel papilio dicitur,) infestum ad arcendos culices. Appellatur autem *Conopœum* eiusmodi tentorium, non à Conopo Ægypti oppido, in quo dicitur primò inuentum; neq; ex eo quod ex parte inferiori sit amplum & rotundum, & ex superiori in conum desinat, vt existimant Lyranus, & Petrus Comestor; sed quia conopœo maximè Alexandrini vtuntur: nam cùm ex Nilo culices confluāt, quos κώνωπας Greci appellant, inde κωνωπεῖον per diphthongum, & sine diphthongo apud Poëtas, significat velum, seu pupilionem ad arcendos culices. Hispanè dicimus *Pauellon.*

Biblia. Complut. Regia. Serar. Quid significet conopœum.

Lyra.

89. Iudith. Quid, & quotuplex Holofernis conopœum.

Hinc exoritur non leuis quæstiuncula, an apud Holofernem duplex fuerit Conopœum? Nam cap. 13. vers. 10. dicitur, conopœum velare Holofernis torum, illudq; ablatum à Iuditha, & in pera cibaria delatum, & in Hierosolymitano templo è tholo appensum. In hoc autem versiculo refertur, Holofernem, postquam exiit è cubili, vbi erat in lecto dormiens, sedisse in Conopœo. Ergo perspicuum est lecti Conopœum diuersum esse à Conopœo, sub quo sedens Holofernes, Iuditham primò excepit. Vellem vt super hac re dilucidiùs egissent interpretes. Mihi dubium non est iuxta Hieronymianam translationem, duplex esse Conopœum, alterum quo velabatur torus in cubili, quod in peram cibariam conuoluit Iuditha, & detulit ad Bethuliam, & è templo suspendit. Alterum sub quo hic sedit, dum Iuditham excepit extra cubile suum. Hoc enim dicitur ex purpura, auro, smaragdis, & pretiosis lapidibus intertextū, quod verosimile non est fuisse adeò breue & exile, vt in cibariam peram includi potuisset, quin custodiarij milites aduerterent ab Abra asportari. Ergo res sic componenda est, vt Conopœum seu papilio è filis sericis reticulatus appensus sit super Holofernis torum, & à Iuditha delatus: nam cùm non esset totus contextus, sed in modum retis efformatus, facilè potuit sic complicari, vt in peram includeretur. At verò hic dicitur Holofernes excepisse Iuditham in conopœo, hoc est, in papilione, seu tentorio; nam castrense tentorium formam refert papilionis seu conopei: nempe ab inferiori sui parte amplum & rotundum, à superiori vero in conum desinens. Vnde tentorium & tabernaculum Holofernis dicitur Conopœum, quia speciem refert conopei, seu papilionis. Benè autem eiusmodi Conopœum, seu tentorium Holofernis dicitur ornatum purpura, & auro, & gemmis: nam tabernacula castrensia Imperatorum intrinsecùs ambitiosè ornari solita, tradunt diuinæ, & prophanæ eruditionis scioli. Legi possunt interpretes ad illud Cantic. vers. 5. *Nigra sum, sed formosa, Filia Ierusalem: sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Legatur super hac re Diodorus Siculus lib. 17. Curtius lib. 3. Plutarchus in Alexandri vita, Ælianus de varia historia lib. 9. cap. 3. Iosephus lib. 3. de Bello Iudaico cap. 3. Plinius lib. 37 cap. 2. Suetonius in vita Cæsaris. Ergo conopœum hic accipitur pro tentorio castrensi; & cap. 13. vers. 10. pro papilione, qui totum è parte sublimi obuelat, ad arcenda, infesta animalcula; Hispanè *Pauellum.* Opportunè Hugo hoc *conopœum,* auro, & gemmis ornatum, & insigne sublimioris fastigij, appellat, *Muscarum rete.* Quid aliud est opulentia, & honos? ô quam ridicularia, & futilia sunt mundialia, quæ iure telis aranearum comparantur.

Cantic.

Diodor. Curtius. Plutarch. Ælian. Ioseph. Plin. Sueton.

Hugo.

Et cum in faciem eius intendisset adorauit eum, prosternens se super terram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis iubente Domino suo. 91.

Vers. 20.

Scilicet cùm Iuditha vidisset Holofernem regio apparatu ostentantem barbaricum Assyriæ fastum; quasi augustum aliquid aspexisset, adoratbunda in terram procubuit: quam Holofernis apparitores iubente Domino eleuauerunt. Hic quæri solet, an Iuditha deliquerit dum Holofernem adorat: siquidem Mardochæus Estheris 3. v. 2. tātoperè recusauit Amanum adorare. Quod recusauit Mardochæus impiè videtur Iuditha exequi. Verùm quicquid sit de Mardochæi religiosa inurbanitate (sic fari liceat) de qua ibi fusiùs; certum mihi est, Iuditham non peccasse dū comiter & vrbanè veneratur principem virum. Ita Rabanus, Hugo, Lyra, Carthus. Sāctius, Salianus, & Serarius in cap. 13. quæst. 3. Ratio est quia alia est adoratio religiosa, alia vrbana & politica: illa tribuitur propter aliquid diuinū; hæc politica debetur Principibus, magistratibus, & iis qui in aliqua eiusmodi re valdè excellunt. Hanc exhibuit Holoferni Iudithas (non illam sacram, quæ foret sacrilega,) quā

Iuditha potuit Holofernē adorare.

Esther.

Rabanus Hugo. Lyra. Carthus. Sanct. Salian. Serar.

si omisisset, inciuilis, & rusticana videretur. Præsertim quando impensè curabat, Holofernem sibi conciliare, sibi non constaret, si eiusmodi obsequia non exhibuisset. Eiusmodi autē adorationem studiosè exambiri à Persis Principibus tradit Valerius Maxim. lib. 7. c. 3. & Curtius lib. 8. & Iustinus: lib. 6. & Marcellinus lib. 18. Vnde nisi contempta regiā Persarum maiestate omitti non potuit. Neq; istiusmodi adoratio insolens est, in sacris Bibliis, nihil diuinum innuens. Nam Ephronem, & populum terræ adorauit Abrahamus, Geneseos 23. Iacobus adorauit fratrem Esau: Geneseos 33. Iudas & cæteri fratres Iosephum, cap. 42. 43. & 44. & Elias impium Regem adorasse dicitur 3. Reg. 19. & infrà Achior Iuditham adorauit, cap. 13. ver. 30. Frustrà ergo consingit Dionysius Richel. simulatā Iudithæ adorationem, cùm Paulus ad Romanos 13. v. 7. iubeat reddi omnibus debita; *cui tributum, tributum, cui honorem, honorem.*

Valerius. Curtius. Iustinus. Marcel. Genes. 3. Reg. Iudith. Dionys. Richel. ad Rom.

§. XVI.

Hominum amb[i]tiosum obsequium plus honoris exhibet Iudici, quàm numini.

92. SVbditorum obsequium felicitas est principatus: principandi indefessus labor honoris emolumento repensatur. Præfectura irrequietum est pensum, vectigalisque est, pendens subditis omnem Præfecti industriam: at reuerentia superiori exhibita plena solutio est impensi laboris. Aptā inquit Sosipater in Epistola ad Æmeritium apud Stobæum *Honorem quidem ciuilem superioribus deferri ab inferioribus ipsa reipublicæ constitutio iubet. Cætera verò obsequia, vel vt ipsi aliquid assequamur, vel vtilitatis gratia subditorum præstemus.* Vel spes commodi, vel incommodi metus, vel adulationis ambitio, vel ipsa culminis reuerentia, nimiam extorquet reuerentiam. Subditorum conditio fomes est ad submissionē indebitam: *Obsequio interpretor impudentiam*, ait Latinus Pacatus. Ambitiosa inferiorum quorumdam reuerentia impudentia aliquando interpretanda est, quia irreuerenter secum agit, qui obsequendi ambitione captat fauorem Principum. Itaque nescit honorari, qui gubernare nescit. Ignorat eminentiam honoris, qui nescit fastigia principatus: nam ambitio Præfecturæ exaggeratio honoris est: *Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem.* Ioan. 5. vers. 22. Nempe æternus pater omne iudicium viuorum, & mortuorum dedit Christo. Quam ob rem Pater omnem iudiciariam potestatem dedit Christo in ea forma, in qua minor est? Nonne cōgruentius esset, vt Deus in Dei forma augustam iudicandi potestatē exerceret? Quare hæc summa potestas data est Christo sub ea forma, qua homo est? Altè Euangelista Ioannes: *vt omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem.* Scilicet ait Theophylactus hæc verba commentans: *Quia benefaciendo non placuit eis, nec attraxerat, vt se honorarent, sicut dignum erat, dicit quod Pater omne iudicium dederit filio, vt vel timor iudicij illis persuadeat, quo ipsum honore prosequantur.* Res profectò ponderatione dignissima? Christus Dominus humani generis Magister est, scholā cæli deuexit ad terras, tot tantáque miracula patrauit in humanæ gentis beneficium, sanguinem fudit suum, quo humanas elueret sordes. O quanta reuerentia debetur tam benefico Domino! Omitto hæc: Christus Deus est, vel hoc nomine summa latriæ adoratione colendus. Verùm quasi hi tituli summā reuerentiā insufficienter impetrarēt ab hominibus, Pater Deus Christum suum constituit Iudicem omnium, vt sic illum honorarent, sicut dignū erat, ac si plus honoris exhibeant homines Iudicibus, quàm Sapientissimo Magistro, & munifico Benefactori; ideo Christo Deo, Dei filio additur titulus Iudicis, *vt omnes honorificent filium.*

Sosipater. Stobæ. serm. 46. Obsequium interpretatur impudentiam. Pacat. in Panegyr. Iudicibus nimium obsequium exhibent subditi. Ioan. Theoph.

93. Dicet aliquis quam ob causam tantus struitur apparatus finalis iudicij: nam omnes homines vbi exhalant animam exactè iudicantur, cúmque recipiunt gradum, aut gloriæ, aut pœnæ, quem exigunt bona, aut mala merita. Ergo frustra Angelica tuba buccinat, incassum agglomerabuntur tot myriades hominum, & Angelorum. Num vt reprobi pro se allegent? ac si Dei perspicaciam mortalium excusationes fugiant. Quid? Beati plus gloriæ petent? Ac si non sint vltra merita munerati. Quare Deus bis iudicabit in id ipsū? Appellarúntne semel damnati in priuato iudicio. Quis declinare valeat diuinam sententiam. Quare ergo ad secundum iudicium omnes homines citantur, iterum eamdem sententiam audituri: Quasi in rigoribus deliciaretur Deus, cuius natura pietas est, cuius deliciæ blandior beneuolentia. Præclarè ad rem Paulus ad Rom. 14. v. 11. *Omnes stabimus ante tribunal Christi: scriptum est enim: Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.* Ecce tibi causam ob quam omnis creatura citatur ad finale iudicium, nempe vt Christum Deum, quem videbit omnium Iudicem, pro dignitate honoret, Christo tunc flectetur omne genu reuerentissima adoratione. *Quia surrexit futurus Iudex*, ait S. Ambr. ibi, qui scitè expendit energiam causalis voculæ *enim*. Ait quidē Paulus, Omnes stabimus ante tribunal Christi, implēda est enim Prophetia Isaiæ 45. *Mihi flectetur omne genu.* Itaque tanta iudicialis apparatus machina struitur, & iteratur iudiciū priuare factum, vt submissior reuerentia, & augustior honor exhibeatur Christo Iudici, & in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, honorémque, quem Christus non fuit assecutus, quoniam fuit Doctor Orbis, Pater futuri feci, munificus benefactor: quin & verè Deus, Deiq; vnigenitus filius, cui reuerentior latria debetur assequatur, quia Iudex est. Quia scilicet vtilissima hominum plebs submissiorem exhibet reuerentiam Iudici, quàm Magistro, quam parentibus, quàm benefactoribus, imo quàm Deo ipsi. Nam ideò Christus Deus Iudicis personam agit, vt reuerentiam, quam non fuit assecutus, quà Deus, consequatur quà Iudex.

Iudicium finale instituitur, vt Christus iudex dignè honoretur. ad Rom. Ambros. Isaiæ.

94. Psalmo 109. versus 1. *Dixit Dominus Domino meo; sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Benè aduertit Lorinus, quod sessio, *potentiam indicat regiam*, ac iudiciariam. Addit, sessionem ad dexteram, eminentiam quandam honoris apud homines denotare, super quo egregiè vapulat à Theologis Nebrissēsis in Quinquagesima, c. 39. quem transcribit Bochius. Legatur Peterius in cap. 48. Genes. num. 4. Goropius in Hennatena Lipsius 2. elect. c. 2. Porrò sessio ad dexteram specie tenus quandam eminentiam importat. Ergo Pater Deus sinistrā teneat necesse est, locum, inquam, minus eminētem apud homines, tenet, (nam reipsa æquali dignitate viget

Psal. Lorinus. Nebriss. Bochius. Peter. Lipsius. Goropius. Christus dū iudicat dicitur sedere ad dexteram

Digitized by Google

get eadem diuinitas Patris,& Filij.Quo ergo tempore hanc nobiliorem sedis eminentiam Pater concedit Filio : quando illi dixit, *Sede à dextris meis*.Nimirùm quando sedet iudicaturus Orbem: quando Regiam,& Iudiciariam potestatem exercet. Tunc enim non tantùm submissiori reuerentiâ colitur ab hominibus,sed etiã Pater ipse Deus ad dextram illum collocat, quod eminentiam quandam honoris apud homines denotat, & dum neminem iudicare dicitur ipse Pater Deus, eminentiorem (saltem in hominum existimatione) locum, & honoratiorem concedit Christo Iudici. Quò demonstret quàm reuerenter tractetur, tractandúsque sit, qui iudiciariam potestatem obtinet. Vides cap.5.v.5. quod Achior inclytus *Dux omnium filiorum Ammon* allocuturus Principem Holofernem, pronus in terram, humiliter ait : *Si digneris audire, Domine mi* ? Quid reuerentius ? Hanc reuerentiam imitata est Iuditha hîc vers.20. Quæ adeò submisè adorauit Holofernem, vt interpretes ambigãt,an impietatis rea fuerit ob eiusmodi adorationem. Iudith.

CAPVT VNDECIMVM.

Vers.1. TVNC Holofernes dixit ei : Æquo animo esto, & noli pauere in
corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit serui-
re Nabuchodonosor regi. 2. Populus autem tuus, si non con-
tempsisset me, non leuassem lanceam meam super eum. 3. Nunc
autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi vt
venires ad nos ? 4. Et dixit illi Iudith : Sume verba ancillæ tuæ,
quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem fa-
ciet Dominus tecum. 5. Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus
eius quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium : quoniam non
solùm homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi. 6. Nuntia-
tur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatum est omni sæculo, quo-
niam tu solus bonus, & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus pro-
uinciis prædicatur. 7. Nec hoc latet, quod locutus est Achior; nec illud ignora-
tur, quod ei iusseris euenire. 8. Constat enim, Denm nostrum sic peccatis offen-
sum, vt mandauerit per prophetas suos ad populum, quod tradat eum pro peccatis
suis. 6. Et quoniam sciunt se offendisse Deum suum filij Israel, tremor tuus super
ipsos est. 10. Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mor-
tuos computantur. 11. Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bi-
bant sanguinem eorum : 12. Et sancta Domini Dei sui, quæ præcepit Deus non
contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere & volunt consu-
mere quæ nec manibus deberent contingere : ergo quoniam hæc faciunt, certum
est quòd in perditionem dabuntur. 13. Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi
ab illis, & misit me Dominus hæc ipsa nunciare tibi. 14. Ego enim ancilla tua
Deum colo, etiam nunc apud te, & exiet ancilla tua, & orabo Deum, 15. Et dicet
mihi quando eis reddat peccatum suum, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam
te per mediam Ierusalem, & habebis omnem populum Israel, sicut oues, quibus non
est pastor, & non latrabit vel vnus canis contra te. 16. Quoniam hæc mihi dicta sunt
per prouidentiam Dei. 17. Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nun-
tiare tibi. 18. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pue-
ris eius, & mirabantur sapientiam eius, & dicebant alter alterum : 19. Non est talis
mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. 20. Et dixit
ad illam Holofernes : Benefecit Deus, qui misit te ante populum, vt des illum tu in
manibus nostris. 2. Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit hoc Deus tuus, erit
& Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabi-
tur in vniuersa terra.

§. I.

Commentarius littera.

*Vers.*1. Tunc Holofernes dixit ei; Æquo animo esto, & noli pauere in corde tuo : quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor regi.

BIBLIA Sixtiana paulò aliter vertunt : *Et dixit ad eam Holofernes: Confide mulier, ne timeas in corde tuo; quoniam ego non malefaciam homini, quisquis elegerit seruire regi Nabuchodonosor omnis terra.* Septuaginta interpretes, Biblia Complutensia,& Regia vix dissentiunt re,nisi quòd clariùs collocant vltima verba? nempe; *Qui voluit seruire Nabuchodonosor regi vniuersa terra* : Ne quis exstimet dici : *Nabuchodonosor omnis terra* : nam eodem sensu dicitur in Biblijs 1. Vers.1. Bibl.Sixt. LXX. Bib. Compl. Regia. Rom. notæ.

Bibliis Sixtianis, vt aduertunt Romanæ notæ: *Regi Nabuchodonosor omnis terræ*; id est, Nabuchodonosor regi omnis terræ. Vatablus sic exscribit hũc
Vatabl. versiculum: *Benè spera mulier, nec expauescas animo: neque enim ego quemquam afflixi, qui regi totius terræ Nabuchodonosori seruire voluit.*

Salian. Benè notat Salianus, valde timuisse Iuditham ante Holofernem, & quidem timore minimè simulato: nam præter periculosam inter Assyrios homines commorationem, & rerum omnium faciem insolentem, ipsummet pectus cõscium suscepti tam audacis facinoris, imbellem feminæ animum valde concutiebat. Itaque eam verbis confirmat Holofernes, aiens: *Æquo animo esto & noli pauere in corde tuo.* Addit Holofernes: *Quoniam ego nunquam nocui viro*, (nedum feminæ) *qui voluit seruire Nabuchodonosor regi.*
Carthus. Carthusianus conatur Holofernem à mendacio excusare, quasi dicat: Se nunquam læsisse homines, qui sponte subierint Nabuchodonosorij Imperij iugum. Fallitur Carthusianus. nam egregiè mentitus est Holofernes, qui suprà cap. 3. v. 11. & 12. &c inhumanè desæuit in eos, qui se vltrò ipsi dedebant. Vnde doctè ani-
Sanct. Iudith. maduertit Sanctius, Holofernem aduersùs omnes dedititios efferum, cùm à Iudithæ egregiâ formâ, eius amore captus esset, cautè dissimulasse Amoris imperium, & simulasse benignitatem erga homines, qui se vltrò tradunt, vt ita quod per summum imperium posset, non nisi ritè, & ex consuetudine veniam, & vitam Iudithæ daret, ô amoris ingenium: ô versutias amoris!

2. Vers. 2. Septuag. *Populus autem tuus nisi contempsisset me, non leuassem lanceam meam super eum.* Septuaginta interpretes sic habent: *Et nunc populus tuus qui habitat montana, si non contempsissent me, non eleuassem lanceam meam super eos; sed ipsi sibi fecerunt hæc.* Reliquæ Græcæ exscriptiones parum, aut nihil dissentiunt. Hic etiam mentitus est Holofernes; nam vt nuper adnotabamus ex cap. 3. vers. 11. & c. crudelissimè ferocit in reliquos populos, qui se illi sponte tradiderunt. Barbarico fastu se dicit *contemni*, quia Iudæi illius iugum non vltrò subeunt, sed iustè se defendunt à sæua tyrannide. Ita dixit se contemni à Bethuliensi populo suprà cap. 5. v.
Iudith. 4. aiens ad duces Moabitarum, & Ammonitarum: *Quare præ omnibus, qui habitant in Oriente, isti contempserunt nos?* vbi aliqua tradidimus de hoc contemptu.

Vers. 3. LXX. *Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi, vt venires ad nos.* Hunc versiculum fusius reddunt Græcæ Translationes: *Et nunc dic mihi, cuius causâ fugisti ab eis, & venisti ad nos: venis enim ad salutem, confide. In nocte hac viues, & in reliquum. Non enim est qui iniuriâ afficiat te, sed bene tibi faciet, sicut fit seruis Domini mei Nabuchodonosor regis.* Nempe Holofernes trãsfugij causam sciscitatur. Falluntur Græcæ exscriptiones, dum indicant Iuditham nocte allocutam fuisse Holofernem, vt probauimus cap. præcedenti ad vers. 17. etsi in textu Græco dicatur, exeuntem Holofernem præiisse funalia, & accensas lãpades.

Et dixit illi Iudith: Sume verba ancillæ tuæ, quo-
3. *niam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam*
Vers. 4. Bibl. Sixt. *rem faciet Dominus tecum.* Biblia Sixti sic vertunt: *Suscipe verba seruæ tuæ, & loquatur ancilla tua ad faciem tuam, & non annunciabo mendacium Domino meo in nocte hac. Et, si secutus fueris verba ancillæ tuæ; perfectè negotium faciet tecum Deus, & non decidet Dominus meus à studiis suis.* Septuaginta, Biblia Complutensia, & Regia, & Vatablus nullo rei, exiguo verborum discrimine, vertunt. Scilicet prudentissima Iuditha astutè auspicatur orationem suam verbis, quæ specie tenus significant Holoferni prospera quæque, sed re vera aliũ sensum admittunt verba: prophetat enim inspirãte Deo quem exitum res habitura sit. Vnde constat mentitam non fuisse his, & sequentibus verbis. Quod docuit S. Augustinus serm. 229 cùm de ipsa sic ait: *Non decuit pudicam mentiri, non intelli-* Aug.
gentibus dixit: perfecit actibus, quod promisit Regi alto sermone, imaginariisque verbis blandita est. Dixit autem Holoferni, *perfectam rem faciet Dominus tecum.* Id est, hoc periculosum bellum Deus concludet illustri victoria. Quod Holofernes intellexit de Hebræorum expugnatione; Iuditha verò de Holofernis cæde, & Assyriorum turpi fuga: perfectam enim victoriam reportarunt Hebræi de Assyriis; non inchoatam, non imperfectam. Ita Carthusianus Serarius, Sanctius, Salianus, Tirinus. Idque tenentur asserere omnes, qui Iuditham à mendacio vindicant, quos suprà allegauimus. Bene notat Sanctius hic, num. 2. ambigua Iudithæ verba quàm similia esse responsis, quæ prisca Oracula olim reddebant, vt constat ex Herodoto lib. 1. & Tullio lib. 2. Diuinationis. Carthus. Serar. Sanct. Salian. Tirin. Herodot. Tullius.

§. II.

Constantia humana qua non feritur aduersis nec ad graue periculum expallescit, à constantia in inconstantiam degenerat.

Humana constantia dura est in ærumnis, & intrepida ad pericula; non tamen est vsque eo flectinescia, vt insensibilis sit. Aliud est humanum animum esse constantem, aliud esse insensibilem, & saxeum. Seneca cuiusdam periculi, nec magni quidem, quod perpessus fuerat, certiorem faciens suum Lucillum, sic scribit, etsi Stoïcus: *Sensi quemdam ictum animi, & sine metu mutationem, quam insolita rei nouitas, simul ac fœditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, sed de illo, in quem ius fortuna perdidit; huius quoque ferietur animus, mutabitur color.* Itaque Stoïcus stupor, cuius laus est in insensibilitate, quæ fabricat homines, in quos nullum habet fortuna ius: feritur aduersis, & expallescit ad grandem calamitatem. Nam vir fortis, & paratissimus sanguinem suum fundere, percellitur periculo vulneris dandi, aut excipiendi, & colorem mutat: homo enim est, & constantiâ humanâ præditus, non bruta, & lapidea. 4. Sen. ep. 58. Constantia non est insensilis.

Magnus vir Abraham iubetur mactare dilectũ Isaacum, senectutis filium: vnigenitum hæredem tanti census, spem nobilissimæ, & numerosissimæ posteritatis. Iam Abrahamus struxerat rogum, ligauerat spontaneam victimam, strinxerat pugionem, & dexterem leuauit ad sæuum ictum; quò non tam iugularet filium, quàm paternum animum cruentaret. Tunc intrepidam Abrahami audaciam Angelus cohibet, sistitque lamentabile facinus; & vile pecus pro pretioso Isaaco offertur mactandum. Ad quod spectaculum attendens Zeno Veronẽsis sic ait: *A filio ad agnum transtulit dexteram semper latus, & gaudens. Nec mutatus est vultus eius, cùm esset victima commutata.* Stupor hic est, an virtus? Humanæ constantię fastigium videtur excedere 5. Zeno Ver. serm. 1. de Abrahamo.

Digitized by Google

cedere, tam intrepida constantia. Filium iugulare parat,& lætus? iugulum petere satagit? nec expallescit ad ictum? nec commouetur ad filij dilecti vitam inopinatè restitutam, ne dicam ad filij resurrectionem? Exaggeratior encomiastes videtur Zeno Rhetoricæque pigmentis vti;& dum Abrahami constantiam exaggerat sensilem cōstantiam negare videtur. Nam in tanto facinore intrepida constantia non videretur constantia, sed stupor. Itaque ab excessu constantiæ, humana constantia non esset,sed inconstantia. Expallescere enim ad tam horrendum facinus perpetrandum non esset timor,sed naturalis affectio. Negat esse hominem qui passiones humanas illi negat. Fortitudo intrepida est, insensibilis non est, vnde nimia constantia argueretur inconstantiæ. Non ego Abrahamo constantiam laudatissimam,(procul calumnia:) Sed insensilem constantiam nego. Tenerè enim affectus erat in filium:& in tanta constant à verisimile est aliquas affectionis notas edidisse, quæ & constantiam non extenuarent, & augerent eiusdem constantiæ meritum. Nam ad tantū facinus tantisper commoueri *non esset timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi.*

Iob,Iob inquam, patientiæ idea, & tolerantiæ meta, non æneus, sed carneus fuit, auditisque tot calamitatibus, *Surrexit Iob, & scidit vestimenta sua.* Iob.1.v.20. Hoc dedit doloris indicium, ne insensilis putaretur: non deliquit labiis suiis, vt constantiæ virtus sumptuosiùs eluceret: *Hinc Iob alia fidei radice robustus, tot nunciis lugubribus tunditur, nec mouetur*, ait S.Zeno Veronensis. Quâ homo erat,tunsionibus quatitur;quâ constans,stat flectinescius,nec à virtute mouetur. Vel patientissimus Iob,lugubres dolores edit sensus,ne putetur virtus insensilis. Sublimior constantia, *Tunditur nec mouetur.*

[Zeno Ver ferm. de Iob.]

6. Tertullianus sic altè in morte Socratis philosophatus est,expendens inconcussam Socratis æquanimitatem,dum nefandorum criminum reus,fortassis ab inuidia,damnatur: *Iam* (verba sunt Tertulliani) *sacre nauigio regresso, iam cicutis damnationis exhaustis, iam morte præsente. Quamuis enim placida, atque tranquilla; quam nec coniugis fletus statim viduæ, nec liberorum conspectus exinde pupillorum, lege pietatis inflexerat: vel in hoc tamen mota, ne moueretur.* Nota verba, quæ ingeniosè subiecit: *Ipsa constantia concussa est aduersùs inconstantiæ concussionem.* Ac si dicat Tertullianus: Cùm adessent tot, tantæq; causæ dignissimæ, quæ iure sensum,& perturbationem extorquerēt à Socrate. Aderat enim infamis damnationis reatus,fletus charæ vxoris,iam iam viduæ,lacrymulæ,& vagitus filiorum statim pupillorum,aderat horribilis mortis imago: Et tamen Socrates tranquillus erat, & inconcussus, animo, vt olim,quieto, & placido. Credite mihi,inquit Tertullianus,quod hæc mira Socratis æquanimitas non est constantia. Nam tātum periculum debuit eius animum tantillum inflectere, & ille debuit humanum quid experiri. Vnde tam magnanimis constantia concussa est ab ipse nimiæ constantiæ magnanimitate.Et quia nimia constantia erat & excedens constantiam humanam,degenerauit in inconstantiam. *En estar tan intrepido en tan gran peligro no fue consiguiente; ni constante en el ser de hombre.* Porrò humana constantia,quia humana est, aliquantulùm debet tāgi periculis,& moueri aduersis,alioqui humana non esset.Vnde tanta Socratis æquanimitas desciuit in inconstantiam, & ab ipsâ constantiâ concussa est.

[Tertull. l.de anima, cap.1.]

[Nimia constantia est inconstantiæ rea.]

Tunc enim Socratem timere, *non esset timor*, ait Seneca, *sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi.* Vnde tanta constantia Socratis aut ficta fuit, aut inconstantiæ damnatur; & constantia inconstans iure dicitur Tertulliano. Nec humana constantia est,quæ semper est eadem,& nunquam alia pro opportunitate occasionis, aut periculi magnitudine. Experiri debet elogium illud Septimij, Pauoni cantatum: *Pauo pluma vestis, nunquam ipsa,semper alia: etsi semper ipsa quando alia.* Constantia enim seuerior semper est,ipsa etiam quando est alia, occasione, aut periculo id exigente. Quod in Christo notare licet.

[Senec.]

[Septim.l. de Pallio,c.3.]

Christus Deus,quia constabat diuinitate, constans erat Deitatis vigore; qui infinitè excedebat magnanimitatem Abrahami, & Socratis:& tamē ad amici mortem,ad lachrymas sororum,& astantium Iudæorum, Ioann.11.v.33. *Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum.* Vsque adeò grauiter tulit amici mortem, & flebiles sororum eiulatus, vt affectum inhibens, suum sensum velut increpuerit? Signatè id dixit Theophylactus elegātibus verbis, ne dicam, audacibus;ita locum Ioannis commentans: *Dominus infremuit in affectionem spiritu. Quia enim contristatus fuit, homo enim erat verè; & vt credibilis esset humana natura, permisit illi proprium operari: & asperè tractat carnem,increpátque eam spiritus sancti virtute, itaque caro non ferens increpationem, turbatur, & fremit, & cum mœrore pugnat.* Scilicet Christus Dominus præditus sublimi constantiâ,& tota Dei magnanimitate fultus, vsque adeò afficitur humano sensu,vt à diuinitate ferè increparetur caro (ex mente Theophylacti) ne teneritudinem affectus eiulatu exprimeret? Pudor est expendere verba Theophylacti,quia valde exaggerant sensum humanitatis Christi,cùm asserat diuina increpatione indiguisse,ne similiū afficeretur compassione rei lacrymabilis:(Non approbo, sed refero Theophylacti commentationem, quæ vulgo non approbatur;) & tamen Christus constantiæ vigore antecellebat. Vnde humana constantia scit flecti sensibus rerum. Quin eiusmodi sensus non minuit, sed complet constantiam; quæ concutitur ab excessu constantiæ, & desciscit in inconstantiam. Ergo Achior fortissimus Ammonitarum Dux, constanter pallescit ad Holofernianas iras vel Stoico stupori horribiles, vt traditur cap.5. v.5.& Iuditha hic vers.1. consimili affectu quatitur.

[7. Constantia non est insensilis.]

[Ioan.]

[Iudith.]

§. III.

Timor tacitè prodit, quem prudens securitas timendum facit.

PRæclara Theodorici regis laus est, quam elegāter deprædicat Sidonius Appollinaris lib.1. epist.2. Theodoricus, inquit, *Timet timere.* Regia planè virtus,& generoso principe digna.Nec minus genosum foret, si dixisset: *Timet timere:* magnus enim vir meritò debet timere ipsū timorem: nam qui aliquid timet prodit suam imbecillitatem, & plane demonstrat qua possit subrui,& vinci. Animos & vires dat hosti,qui indice metu, illi tacitè prodit qua parte debilis sit, & superati valeat. Bellè de eodem Rege ait idem Sidonius Appollinaris de ludicris eius pugnis: *In bonis iactibus tacet,in malis ridet.* Prudenter ridet in iactu infelici,ne quis præsumat suo infelici iactu posse inquietare

[8. Sid. Appoll]

[Time timere.]

[Appollin.]

inquietare, & perturbare pacatam Regum maiestatẽ. Multis timendi accersit causas, timere posse, pluribus, ostendisse suum timorem, timenda attulit, qui securi forent, nisi indicassent suum metum quo se produnt, & cõtemptui, & obuiæ expugnationi, se exponunt. Generosum securitatis genus est, quasi securum se gerere: nec indicare quid ægrè feras, quid contumeliosum reputes. Non desit tibi vnquam viri fortis securitas, cum dissimulata cautelà metuentis. Cautela securitatem procurat; ostentata securitas securitatem facit. Esto dissimulanter cautus, vt sis perperam securus.

9. Psal. David Psal. 18 vers. 6. *Testimonium in Ioseph posuit illud: cùm exiret de terra Ægypti, linguam, quam non nouerat, audiuit.* Multas expositiones patitur sententia huius versiculi, inuitè, an spõte, hic non tracto. Quid est Iosephum virum principem, & prudẽtem, positum fuisse in testimonium, dum audit, & exaudit linguam, quam nõ nouerat. Profectò dum Putiphari seruiebat, dum in carcere squalebat, dum in principatu fulgebat, ipse Hebræus, saltem semabarbarè loquebatur, & intelligebat linguam Ægyptiacam. Quis hoc dubitet; Præsertim si verũ est quod ex Iosepho rerum Iu- (Ioseph.) daicarũ Historiagrapho refert, nec improbat Lyranus ibi, (Lyra.) plura inquam, linguarum idiomata diuinitùs patriarchæ Iosepho reuelata fuisse in Ægypto. Quid ergo est, Iosephum audisse in Ægypto linguam, quam non nouerat? Quidam viri docti apud Treuetum: (Treuet.) *Linguam, quam non nouerat audiuit*; id est, *linguam, quam nesciuerat, quam se audire, & percipere dissimulauerat, audisse & exaudisse.* (Psal.) Iuxta illud Psal. 37. v. 15. *Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Nempe Iosephus patriarcha diuina & humana politia instructissimus, cùm in domo Putipharis, procacissimæ vxoris amatoria verba, dicta Ægyptiacà linguà audisset, dissimulabat exaudisse, quasi non intelligeret peregrinum idioma, diuersissimum à patria lingua: cùm in carcere sordidus alienigena, & infidi facinoris reus, probra, irrisiones vinctorũ, iactatas Ægyptiaca lingua audiret, *dissimulabat exaudisse*, quasi non perciperet, quod idiomate non suo dicebatur. (Dissimulate audire iniurias, ne contemni posse videaris.) Item cùm in principatu nouus homo, & nuper seruus, & è delicto stigmaticus, gloriosè fulgebat, necesse fuit

10. multa pati ab inuidia procerum, à diuitum depauperatione, à vulgi licentia: at ciuilissimus, & prudentissimus Iosephus *dissimulabat exaudisse*, quod aduersus se audiebat peregrina lingua iactatum, *linguam quam non nouerat, audiuit*, hoc est, *dissimulabat exaudisse.* Hispanè dicimus. *Muy bien lo entendia todo, aunque de las iniurias no se dio por entendido.* O solertissimum virum, qui etsi ægrè (vt par est) ferret contumelia. Ægyptiorum, & timeret valde Ægyptiorum maledictis impeti; tamen prudenter dissimulabat intellectum, ne offendi posse contumeliis indicaret, & ita licentiam, aut audaciam faceret Ægyptiis; ipsum exprobrandi, & inuitiandi contumeliis. Quod sententiosè aduertit Seneca: (Sen. ep. 14.) *Verendum est*, inquit, *ne in contemptum nos inuidiæ timor transferat: vt dum calcari nolumus, videamur posse calcari.* Quid illustrius? Scilicet Iosephus prudenter dissimulat se audire Ægyptiacas contumelias, & contemptum vulgi contemnit: nam si palam timeret contemptum, videretur posse contemni, & sui contemnendi licentiã faceret vulgari temeritati: Hinc vulgò stolidissimus censetur Holofernes, (Iudith.) qui hic vers. 2. publicat se contemni ab imbelli & meticuloso populo Hebræorum. Vnde se prodit, & contemni se posse indicat: *Et dum calcari voluit, videtur posse calcari.* Ipse se præmaturè contemnit, qui se posse contemni putat: Et contemptu dignus est (vt nunc Holofernes) qui publicat se contemni posse.

11. Genes. Geneseos 2. vers. 2. dicitur: *Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.* Deúsne is est, qui operando laboret? Procul à Deo labor; à quo longè absunt laboris appendices, fatigatio, & lassitudo. Hinc audet Propheta Deo laborem adscribere: *Laboraui sustinens*, ait in persona Dei Ieremias cap. 6. vers. 11. (Ierem. Laborare est Principis natura.) Planè videtur detrahere laudẽ, requiei inopia, & vel laboris nomen. Nam si Deus proponatur laboris capax, & labori obnoxius, præsumet mortalium temeritas Deum inquietare & fatigare sustinentiæ laboribus. Vnde Latinus Pacatus animaduertens suum Theodosium Imperatorum laudatissimum, tot curis angi, tot excursionibus fatigari, tot barbarorum præliis inquietari, (Pacatus.) sic fatus est in Panegyri ad eundem: *Quidquid homines vocamus laborem, vestra natura est*; ô Imperator. Ac si necessaria cautela vereatur Panegyrista, ne si homines aduertãt obnoxios esse laboribus magnanimos Principes, inde deuenustetur Theodosij Imperatoris gloria, & detur licentia humanæ audaciæ illum ampliùs fatigandi; consultè ergo admonet, eiusmodi curas, & pericula esse naturam Imperatorum, nõ subditorum industriam, seu malitiam. Quasi dicat, Nemo hinc audeat magnum Principem fatigare laboribus: quia vita Imperatoris labor est, laboribus viuit, laboribus regnat, laboribus vincit, ouat, triumphat. Desinet esse Imperator, si desinit laborare: & qui Principem magnanimum præsumit laboribus vexare, addit ad naturam & vitam Imperatoris, quę laboribus constat: *Quidquid homines vocamus labores, vestra natura est.*

12. Christi Dei conciues audientes eius doctrinã, & grandiora miracula, sic furore insaniunt ab inuidia, vel odio, vt omnes cateruatim adglomerati aduersùs eum insurgerent, & violenter eiectum extra vrbem, intentent ipsum è montis supercilio præcipitare, *Ipse autem transiens per medium illorum ibat.* (Luc.) Lucæ 4. v. 20. Ibat, inquam, inter conuitia, & contumelias, & pericula; & per medios hostes sine vlla fuga sine vlla festinatione securus, (ait ibi, Maldonatus;) Et Hugo: (Hug.) *Ibat per mansuetudinẽ. Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* (Psal.) Audis Saluatorem ita sereno vultu, impauido incessu, intrepido animo ire per medios hostes, ac si non audiret contumelias, nec videret præcipitationis periculum? (Timent hostes non timeri.) Sic confregit & debilitauit inimicos conciuium impetus, vt à constantia euaserit miraculosè inoffensus intrepido animo securus. Imò eundi securitate, & fiducia magnanimitatis, sic debilitauit Nazarenorum audaciam, vt eo incolumi relicto, stuperent sic se ab euntis serenitate contemni: (Claud. Mamert.) *Ne tantulùm quidem Barbaræ nationes* (verba sunt Mamertini ad suum Maximianum Augustum) *audent animos attollere,*

13. *quod vos in interiora Imperij vestri secesseritis. Quinimo ipsi magis in vobis fiduciam pertimescunt, & quod se contemni sentiunt, cùm relinquuntur.* Nẽpe Nazareni ciues, cùm Barbarica audacia irruere attentant in summum Regem Christum Deum, magis pertimescunt, & à facinore desistunt, aduertentes fiduciam, & securitatem, qua ipse it inter medios hostes; *Transiens per medium illorum ibat.* Et dum intrepidus & securus per medium illorum it impauido incessu, stupent se contemni,

temni, & *fiduciam pertimescunt.* Viri enim magnanimi securitas in periculis aduersarios terret, & dum fortiter contemnuntur, imbecillè expauescunt: timentque non timentem, & timentem contemnunt.

14. Profectò arma indicia sunt timoris: nam hostem quem metus armat, exarmat securitas. Armat Iudas validam cohortem aduersus Iesum, vt in illum irruens, vi & armis, tradat hostibus. At discipuli contrà armantur, & saluatori dicunt: *Domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis; Satis est.* Lucæ 22. vers. 38. Quasi dicat Iesus: vel duo tantùm gladij impedimenta sunt ad victoriam: *An putas quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?* Matthæi 26. vers. 53. Tunc solus, & inermis occurrit armatæ cohorti & intrepidus: *Processit & dixit eis: Quem quæritis, &c. Vt ergo dixit: Ego sum abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Ioannis 18. vers. 4. Opportunè Cassiodorus aliorsum dixit, *Tutius tunc defendit regnum, quando arma deposuit.* Nempe hostium armatas cohortes non deuincit Christus discipulorum gladiis, neque Angelorum legionibus, sed cùm depositis armis procedit securus, incedit intrepidus; tunc, tunc inquam sponte corruunt hostes, securitatis, & potentiæ miraculo diuinitus consternati cadunt armatæ cohortes, exarmati, & securi hostis pauore. Nam metus lenocinatur aduersario, & præmaturè vincit in mente, mox vincendum in palæstra.

Luc.

Matth. Ioan.

Cassiod. l. 3. Var. ep. 1.

15. Vetus disceptatio est, an vrbes cingendæ sint muris, an præstet apertas, & obuias relinquere? Nã vrbes muratæ animos hostium attollunt, quippe quas ciuium timor murauit: apertas verò, & vndecumque expositas hostium incursionibus, non insanæ saxorum moles, sed pugnax ciuium valẽtia tuetur, quæ tantã animositatis fiduciã erigitur, vt vndequaque patulis domibus lacessat hostes, quos mœnia timent. Hic Spartanorum fastus fuit: Vnde cùm Romanorum Senatus attentaret reconcinnare Romana mœnia, quæ iniuria bellorum, & temporum, semidiruta ferè iacebant, his verbis Senatum cohibet Cassiodorus: *Absit vt nostris temporibus vrbs illa* (Roma inquam) *muris videatur protegi, quam constant gentibus vel solâ opinione fuisse terrori. Ita enim de diuino speramus auxilio, vt quæ semper fuit libera, nullius inclusionis decoletur iniuriâ.* Ne videlicet metus prodat vrbem, quæ fastu securitatis Orbi metum incussit. Patulis viis protitet hostem, cuius hostilem temeritatem auita & intrepida Romæ securitas, tot triumphis comprobata, longè à finibus arcebat. Hostis audebit inuadere ciues, quos timor mœniis inclusit. Vrbs enim meliùs muratur à timore hostis; sed hostibus timori & peruia ciuitas, ciuium pugnaci hostilitate meliùs murata, quàm inertibus mœnium molibus. Facilius & felicius vincit, qui sui metu hostem superat.

Vrbs non est muris cingenda: & quare.

Cassiod. l. 1. epist. 18.

§. IV.

Veritas tanquam subornata recusatur, inhonestè constupratur; atrociter interficitur, & viuit; imperat, & Virgo est.

16. Mendacium prosperum & generosum habetur.

MEndacium rationalis naturæ probrum est, linguæ contumelia, discordiarum leno, iurgiorum origo, & societatis humanæ perniciosa pestis; naturam culpat, vitiat commercia, euertit politiam. Nihilominus in tanta infelicitate essentiæ: *Error prosper* appellatur à Tertul. lib. de Anima, cap. 2. & nonnulli habere dicuntur in *excogitãdis, instruendisque erroribus felicitatem* lib de præscript. cap. 39. Et quod mirere magis *Falsum generosiũ* esse publicatur, eodem lib de Anima, c. 28. Sic generosè de errore existimarunt quidam, quos male astutus, & bene falsus Dæmon subornauit: nam *Diabolus à primordio mendax est, & si quem hominẽ de suo subornauit*, lib. aduersus Praxeam cap. 1. En mendacium felix, prosperum, generosum, ne dicam versũ vsque-eò enim falsitas æmulatur veritatem, vt ab ea suffuretur eius nobilitatem, & credibilitatem, & quidquid generosum in eã est, relinquens tamen non bonam veritatis fortunam, quæ tam fausta mendacio est, quàm veritati infesta.

Tertull.

17. Porrò veritas *vndique oculata est*, teste Ruperto, & vt cæca tractatur. *Sol animæ* dicitur à Clemente Alexand. & caliginibus obtenebratur, vt mera nox. Fortis prædicatur lib. 3. Esdræ cap. 3. vers. 13. sed iam imbecilla est. Veritas amuletum est, teste Ambrosio; & quasi esset venenata, nemo non nauseat ad veritatem. *Vera animæ essentia est*, ait Stromatæus, & vt inimica, inuitiatur, culpatur, infestatur. *Regina veritas est*, apud Clem. Alex. & tamen non imperat, sed ancillatur, & seruit. *Deus veritas est*, Ioann cap. 14. vers. 6. quin & Deus *ex veritate est* 6. Strom. Quid generosius? quid augustius? At nulla eius religio iam est, sed vbique contemnitur, profanatur, blasphematur. Veritas *vbique occupare principatum dicitur* à Tertulliano & nusquam imperare videtur apud homines; imò vbique rea est, vbique imperatur, vbique Martyr est. Sic eam appellasse videtur Nazianzenus Oratione in laudem Neronis, quem vocat *Athletam veritatis*, & *veritatis Martyrem*, quasi non tam ipse, quàm ipsa veritas Martyrium faciat, nam in aliorum martyriis Fides tentatur, in aliis Castitas patitur, in aliis Religio: hîc autẽ veritas ipsa persecutionem patitur; & tortorum sæuitiam, & Principum tyrannidem. Paucis dabo contumelias, & cruciatus, quibus dehonestatur, & imperitur sanctissima Veritas. Nec miror tanta pati, quippe *Cum odio sui cœpit simul veritas, atque apparuit inimica esse*, verba sunt Tertulliani. Quod autem est odiosum, multa patiatur necesse est. Itaque multorum criminum fit veritas rea at sciat, qui veritatem accusat, quòd Christum simul prodit, quod dixit Beda aiens: *Qui veritatis iura spernit, Christum qui est veritas, prodit.* Planè Iudas est, proditor est; qui veritatem prodit Christum prodit, & Iudam æmulatur. Et primò veritas falsitatis rea fit, & mendacij accusatur. Sanctus Zeno Veron. inquit: *Iob verax est appellatus; at est verã veritas Dominus*: quasi esset aliqua veritas, non vera sed falsitatis suspecta. Audacter dixit Tertullian. lib. 1. aduersus Marcion. *Patet mendacio veritas.* Et S. Nazianzenus oratione 1. in Iulianum, in fabulis repetit veritatem. Puto in solo inimico, & Veritatis sterili. *Siue hæc vera sint* (ait Nazianzenus) *siue fabulosa, veritatem in figmentis obiter demonstrantia*: Saltem veritatem falsatam dixit Philo lib. de Cherubin. *Mirum non est, quòd ab inimica falsitate patitur veritas.* Nam, vt ait Nazianz. orat. 1. *quidam beneuolentiâ, vel odio trahuntur, quibus affectibus veritas vt plurimum labefactari, & surripi solet.* Itaque veritas, vel à beneuolentia patitur. Quid non timeat ab odio, qui à beneuolentia imperitur? sed non est cur. Verum timo

Rupert. l. 1. in Ioan. Clem. Alex. Adhort. ad Gent.

Veritatis multa epitheta.

Esdræ. Ambr. in c. 10 Luc.

Clem. Alex. 6. Strom.

Tertull. de Præscript. c. 35.

Nazian.

18. Tert. Apol. cap. 7.

Beda in c. 22 Luc.

Zeno serm. de Iob.

Est aliqua veritas vera. Tertull.

Nazia.

Phil.

Septim. l. de anima, c. 56. timeat à mendacio, nam vt ait Septimius. *Corpora videbantur Pharaoni, & Ægyptiis Margicarum virgarum dracones, sed Moysi veritas mendacium deuorauit.*

19. Alia calũnia est, quòd veritas hæreticis faueat, hæreses armet, & degeneret in hæresim: Cùm hæreses à veritate originem habeant. Huic crimini satisfacit Tertullian inquiens: *Etiam de oliua nucleo mitis, & opima, & necessaria, asper Oleaster exoritur, de papauere fici gratissima & suauissima venerosa, & sana caprificus exoritur, ita & hæreses de nostro fructificauerunt, non nostra: degeneres veritatis grano, & mendacio syluestres.* Dein *veritati nemo præscribere potest*, ait Septimius lib. de Virgin. velandis, c. 1. & tamen mendacium præscribit aduersùs veritatem. Præterea ac si veritas insufficiens foret ad faciendam fidem, probitas dicentis adiutrix veritatis adsciscitur: Vnde Christianus dicitur *Integrator Veritatis.* Itaque Christianus sanctè viuens à vita inculpata integrat veritatem, quasi veritas egeat supplemento morum & fulcris probitatis, vt credatur, quæ magna veri contumelia est. Adde quod inibi Philosophus, seu Rhetor dicitur, *Interpolator Veritatis.* Quasi veritas indigeat lenocinio, & præstigiis eloquentiæ, vt ex artificio Rhetorices potiùs quàm ex inelaborata sinceritate credatur.

Tertull. l. de præscript. aduers. Hæret. c. 36. Quo modo veritas errorum origo dicatur.

Septim. Vir probus integrator veritatis dicitur.

Tertull. Apolog. ad uers. Gentes.

20. Nec silentio prætereundum est aliud veritatis probrum, nempe quòd publicè venditur. O quantulo pretio venditur veritas, & emitur mendacium! *Veritatem nundinantes*, inquit Basilius Seleu. Et quidem veritas, qui incorruptus Iudex est, muneribus corrumpi dicitur, lib. de anima, cap. 2. *Vera quæque aut aliunde commendant, aut aliorsùm subornant.* Vnde non miror quòd veritas recusetur: nam *recusata veritas* legitur in Tertulliano. Vbinam, non satis memoriæ hæsit, sed memini me legisse: & lib. de Cultu femin. cap. 1. dicitur Deus *Veritatis Præses.* Nimirùm sicut pro re politica, aut bellica, aut Indica specialia consilia, aut Senatus instituuntur, in quibus consultissimi Senatores adstant, quibus præest suus Præses: sic institutum est consilium pro re veritatis, cui Deus ipse præest. Ad hæc præter præfatas contumelias, & cruciatus *Venificia* passa est veritas, lib. de anima c. 2. Vnde veneficiis, & præstigiis corrupta dicitur. O beneficas falsitatis artes! Planè veritas Virgo est, nisi alius est sensus illius sententiæ. *Veritatis Virgo*, lib. de pudicitia, cap. 18. Sed Apologet. cap. 46 *Nescio quis impudens veritatem adulterat*, & à turbulentis Sophistarum litibus *adulteratam veritatem*, audio apud Philonem, Stromat. *Qui veritatem adulterant, corrumpunt, vel potiùs defodiunt.* Ecce sepelitur veritas. An adhuc viua, an post mortem? Septimius appellat Marcionem, *Veritatis interfectorem.* O quanta olim, & hodie patitur veritas! Id disce in Achiore cap. 5. v. 5. qui ex quo dixit Holoferni: *Dicam veritatem, & non egredietur verbum falsum de ore meo*, atrociter tractatur ipse, multò atrocius veritas, quæ mox contemnitur, irridetur, expuitur, exsibilatur, exterminatur, adulteratur, proditur, & peracerbum martyrium perpessa est. Sed veritas de funere vegetior surgit, resurgit de morte viuacior, de subornatione iustior, de stupro virginior, & à seipsa secura ridet hostes, vt videre licet in Iuditha hic v. 4. & sequentibus. Quæ verba mendacij arguuntur à nonnullis, à nobis autem seriò vindicantur à mendacio.

Basil. Sel. Orat. 38. Veritatem nundinari, & recusare Tertull.

Veritatis Præses.

Veritas Virgo, a falso constupratur.

Philo l. de Agric. 3. Strom.

Septim l. de carne Christi.

Iudith.

§. V.

Minus nobis mentitur, qui mentitur sæpius.

QVi identidem mentitur, nec saltem apparenter vera fatur, crebro mendacio adeò sibi eleuauit fidem, vt saltem verum sit, verum non esse id, quod dicit, nam fallacia frequens, fallacia vix est, aut planè non est. Et sanè ferè neminem fallit, nemo enim credit homini mentiri solito. Mentitur quidem, sed nemini fermè mentitur. Eiusmodi falsum sermonem potiùs appella semimendacium. Ego sanè illud plenè mendacium nomino, quod homo alioqui mentiri insolitus, & dignus fide, eo artificio compositum profert, vt veritatem mentiri videatur. Seriò disputat Tertullianus, cum Platone asserente sensus nostros mentiri. Rationes, quibus innixus Plato id affirmabat, excipe à Tertul. *Mendacium visui obiicitur, quod visu remos in aqua inflexos, vel infractos adseuerat aduersùs conscientiam integritatis, quod turrem quadrangulatam de longinquo rotundam persuadet, quod æqualissimam porticum angustiorem in vltimo infamet, quod cœlum tanta sublimitate suspensum mari iungat. Perindè auditus fallacia reus, vt cum cœlestè murmur putamus, & planstrum est: vel tonitru mediante pro certo de plaustro credimus sonitum. Sed odoratus, & gustus arguuntur; siquidem eadem vnguenta, eademque vina posteriori quoque vsu depretiantur. Sic & tactus reprehenditur; siquidem eadem pauimenta manibus asperiora, pedibus leuiora creduntur.* Arguté satis sensuum falsitates, & mendacia posuit Tertullianus, quibus sententiam Platonis adstruxerit. Quid ergo tamen euidentissimis experimentis respondeat Tertullianus? Ingenuè fatetur, aut ob similitudinem obiectorum, aut propter distantiam, aut ob dispositionem medij, sensus sæpe deludi. At obiecta non plenè tunc mentiuntur, quia semper id accidit, & constanter obiecta sic fallunt: nam semper remus inflexus & infractus in aqua videtur, semper quadrangulata turris è longinquo rotunda apparet, &c. quod enim semper fallit proprietate fallaciæ caret. Sic fatur Tertullianus: *Omnes itaque sensus euertuntur, vel circumueniuntur ad tempus, vt proprietate fallaciæ careant.* Sensus, etsi videatur fallere dum tam crebrò nobis mentiuntur, proponentes rem aliter ac est in se, tamen carent proprietate fallaciæ cùm non semel aut iterum, sed constanter, eo tempore, eo loco, eâ occasione, aut distantia fallant. Porrò qui absque artificio, & semper fallit, non plenè mentitur, cùm careat proprietate fallaciæ, potiùs enim videtur oppositum affirmare. 21.

22.

Plato. Tertul. de Anim. c. 17. Minus nobis mentitur, qui mentitur sæpius.

Hinc do lucem loco elegantissimo Synodi Nicænæ 2. Act. 3. vbi Gregorius quispiam hæreticus, inter aliqua Catholicè dicta, versutè, & callidè specie synceræ veritatis suum errorem proposuerat in Concilio. Tunc Epiphanius pro Concilio contra Gregorium, sic loquitur in Concilio: *Sed vt verum dicam, mentiuntur hic hæretici: Mendacium enim non modò veritati, sed & sibi ipsi contrarium est.* Profundè quidem, sed difficile dictum! Mendacium enim planè veritati contrariatur, at sibi ipsi quomodo potest mendacium contrarium esse? Quid enim magis conforme mendacio, quàm falsitas, & mendacium? at quod alicui maximè conforme est quomodo contrarium illi est? & tamen dicitur à Concilio, *mendacium illud sibi ipsi contrarium*

Syn Nicæ. Mendacium non solum veritati, sed sibi oppositum.

Digitized by Google

rium. Acutè quidem: nam illud mendacium dictũ fuit à Gregorio illo, viro alioqui bene morato & fide digno: & suum errorẽ ex Scripturis apparenter comprobante; ergo eiusmodi mendacium etiã sibi ipsi contrariatur, nam est mendacium apparẽter verum; atque adeo non modò oppositum meracissimæ veritati, sed etiam sibi ipsi, vtpotè apparenti veritati. Vnde quò plus habet veritatis, plus opponitur sibi: mendacium autem dictum à viro aliàs fide digno, & mentiri insolito nõ parum præ se fert veritatis. Vnde bellè dicitur: *Mendacium non modo veritati, sed sibi ipsi contrarium est.*

24. Psalm. Epist. Lorinus. Sibi mentitur aliquod mendacium. Mirè congruit in hanc meam cõiecturam locus Psalm. 36. vers. 12. *Et mentita est iniquitas sibi.* Ex quo loco S. Epiphanius præfatam propositionem adstruit. Obseruat Lorinus quod si ad originale verbum Hebræum, & Græcum attendatur, illud *mentita est iniquitas*, significare, *conatum omnẽ exeruisse, & omnem artem adhibuisse.* Itaque mendaciũ in quo conatus omnis, & omnis ars, seu artificium adhibetur, vt specie tenùs verum sit, non solum mentitur veritatem, & ipsi opponitur: sed mentitur etiã ipsum mendacium, & mendax, & astuta iniquitas *mentita est sibi*, quia *mendacium non modò veritati, sed sibi ipsi contrarium est.* Vnde Achior

Iudith. sinceram promittit veritatem, aiens hic vers. 5. *Veritatem dicam, & non egredietur verbum falsum ex ore meo,* pollicetur se veram veritatem dicturum, non falsum mendacium; nam si homo etsi gentilis, tamen non malè moratus, sed fide dignus mentiretur, mendacium, si non verax, saltem fide dignum dixisset: magisque tunc mentiretur, quominùs aliàs mentitus est. Vides Iuditham hic ver. 4. verum dicere assuetam non mero mendacio, vt existimant plures, sed specie mendacij fidem hominum inuenisse?

---

§. VI.

Commentarius litteræ.

Vers. 5. Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus eius, quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non solùm homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi.

25. Vers. 5. Vatabl. VAtablus paulò explicatiùs hunc locum tradit, sic fatus: *Testor enim vitam regis totius terræ Nabuchodonosoris, & potentiam eius, qui te misit ad restitutionem virorum omnium, non solum fore, vt homines illi per te viuant; sed feræ quoque agrestes, & pecudes, volucrésque cæli per potentiam tuam sub Nabuchodonosoris, totiusque domus ipsius viuant imperio:* Cæteræ versiones è Græco textu tantisper dissident. Lyranus, qui adhuc perstat in

Lyra. sententia, quę admittit Iuditham mentitam fuisse, vix (etsi anxiè conatur,) potest illam à periurio tueri. Quis enim hic non videat Iuditham planè iurauisse? quòd si mendacium iuramento affirmauit, egregiè peierauit, quod nemo aserere audet.

Asseritur Iudith à periurio. Et quidem mihi certum est contra Lyranum, Iuditham hic iurasse, dum ait: *Viuit Nabuchodonosor Rex terræ*, vel, vt est in textu Græco: *Testor vi-*

26. Carthus. Serar. Sanct. Salian. Tirin. *tam regis terræ Nabuchodonosor.* Ita sentit Carthusianus, Serarius, Sanctius, Salianus, Tirinus hic. Nam vt constat ex his, qui casus conscientiæ tractant, dicere, Per meam, aut alterius vitam, planè iuramentum est. Ita S. Thomas 2. 2. q. 69. art. 6. Sotus lib. 8. de Iustitia qu. 5. art. 2. Nauarrus in summa cap. 12. Conarr. de Pactis 1. p. §. 1. num. 5. Alcozer in summa c. 15. Suarez Tractatu de Iuramento lib. 1. c. 13. n. 27. Leonardus, Lessius lib. 2. de Iustitia c. 42. dub. 2. Thom. Sanch. in Decalog. lib. 3. c. 2. n. 36. Sayro in Claui regia lib. 5. c. 2. num. 3. Pedraza in summa, in 2. præcepto. §. 1. Aragon. Azor. Emanuel allegati à Thoma Sanctio suprà (etsi Sà dicat id pendere ex intentione iurantis.) Ergo Iuditha, aiens per vitã Nabuchodonosor, plane iurauit. Sicut etiam iurauit Ioseph, Geneseos 42. v. 15. cum dixit fratribus suis: *Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat, &c.* S. Thom. Sotus. Nauarr. Couarr. Alcozer. Suarez. Leonard. Sanchez. Sayro. Aragon. Azor. Emanuel.

Quod verò attinet ad iuramenti veritatem parum negotij facessit. Tum quia nemo pius credet, sanctissimam Iuditham falsò iurauisse. Tum etiam quia planè verum asseruit. Nimirùm Iuditha dixit de Holoferne, quod vulgò circumferebatur, & quod res erat; videlicet Holofernem esse ducem strennũ, & Assyriorum virtutem, seu potentiam in illo sitã esse Quod adeò verum erat, vt Bethulienses repugnare non valerent eius viribus. Idipsum expertæ sunt finitimæ prouinciæ. Addit Iuditha Holofernẽ à Nabuchodonosore missum ad correctionem animarũ errantium, id est, ad vlciscendas iniurias, quas putabat Nabuchodonosor sibi illatas, vt habetur cap. 1. & 12. huius historiæ. Quod verò 27.
Imperatori suo subiugauerit prouincias, & ciuitates ad tributa, homines ad obsequiũ, pecora ad seruitiũ, & sarcinarum deportationem, liquido constat ex hâc historiâ. Quod ergo est hic vel leue mẽdacium. Ita Carthus. Serar. Sanct. Salian. Tirin. Vnde necessarium non est, vt à periurio excusetur Iuditha, dicere cum Hug. & cum Lorich. Hadamario, cautè iusiurandum simulasse. Carthus. Serar. Sanct. Salian. Tiria. Hugo. Lorich.

Multò expeditior quæstio est, an per vitã Nabuchodonosoris iurare potuerit absque impietatis reatu, quia nõnisi per Deum potest concipi iuramentum, vt multis adstruit Serarius ad c. 13. qu. 7. Aio per creaturas quatenus in eis aliquid Dei effulget, posse iurari. Sic Ioseph, Geneseos 42. vers. 15. iurat per salutem Pharaonis, & Eliseus 4. Reg. 2. *Viuit Dominus & viuit anima tua.* & alibi sæpe. Neque hunc iurisiurandi morem tollit Christus Deus, Matthæi 5. v. 34. aiens: *Ego dico vobis, non iurare omninò, neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, &c.* vt doctè ibi probat Maldonatus; sed ne in vanum omnino iuretur, neque per Deum, neque per creaturas, in quibus aliquid Dei elucet. In regia autem potestate, summa Dei potestas maxime eminet. Imo inde probatur in more positum apud Hebræos (sicut fuit etiã apud gentes,) per creaturas iurare, siquidem Christus serio admonet, ne in vanum per creaturas iuret. Frustrà rem notissimam probarem ex auctoribus, qui casus conscientiæ tractant. Et apud Christianos solemne est concipere iuramenta per Regis vitã, per salutem charorum: quæ iuramenta (si rite fiant) damnabit nemo, nisi qui sentiat cum Caluino, & Luthero, Super quã re legi potest Maldon. suprà. 28. Iuramentũ per creaturas. Genes. 4. Reg. Matth. Maldon. Caluin. Luther. Maldon.

Virtus Nabuchodonosoris dicitur esse in Holoferne, vel *potentia*, vt habetur in textu Græco; nam *virtus* in scripturis sumitur pro potẽtia seu robore exercitus, vt sæpe notauimus. Hoc non tam dicendum erat, quàm non omittendum.

Nunciatur enim animi tui industria omnibus gentibus, & indicatum est omni seculo, quoniam tu solus bonus, & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouinciis prædicatur. Septuaginta Vers. 6. 26.

ginta, Biblia Cõplutensia, Regia, & Sixtiana exiguam lucem afferunt huic versiculo. Vatablus sic eum exscribit: *Nam sapientiam tuam, & calliditatem animi tui nos audiuimus, totâque terrâ diuulgatum est te solum esse eximium in omni regno, scientiâq; præstantem, & disciplina militari admirandum.* Hæc verba expeditiùs possent excusare à mẽdacio Iudithã; ipsa enim tantùm refert, quod fama prædicabat de Holoferne. Dicit autem Holoferniani peritiæ in re militari famam volitasse per omnes gentes, & percrebruisse omni seculo: aut per hyperbolẽ id dicit Iuditha, vel id potiùs vulgo ferebatur. Ita Lyra, & Carthusianus. Nempe. *Tu fama es celebre por todo el mundo.* Aut sensus est non hyperbolicus; nempe famam Holofernis diuulgatam esse per omnem terram illam, quam debellauerat Holofernes, cuius nomen celebre fuit in omni seculo illo, id est, non solum nunc sed etiam multò antè Holofernes notus erat famâ, quæ longè latèque celebrauerat ipsius res gestas. Carthusianus illud *in omni seculo*, interpretatur, in *omni terra* per hyperbolẽ: at seculum non est res loci, sed tẽporis. Hispanè diceremus. *La fama de Holofernes fue celebre en todo aquel siglo.*

30. *Quoniam tu solus bonus, & potens es in omni regno eius*: Cùm autem eum esse *bonum* dicit, non intelligit iustũ esse & sanctum, sed eximium & strenuum ducem, nam qui præcellit in qualibet arte, etiam apud Latinissimos, *bonus* dicitur. Exempla obuia sunt apud profanos. Et Actorum 16. v. 25, alloquens S. Paulus scelestissimum Præfectum, qui illum arguebat insaniæ: *Non insanio* (inquit) *optime Feste.* Dicitur autẽ Holofernes solus bonus, & potens in omni regno Nabuchodonosoris: quia præ omnibus Assyriæ dynastis electus est ad summum Assyriæ militiæ principatum. Bene aduertit Salianus pro τὸ *bonus*, Græcè scribi ἀγαθὸς id est, fortis Quasi dicat: Tu solus fortissimus, & princeps militiæ Assyriorum. Ergo sapientes Holoferni blanditur Iuditha, vt illius beneuolẽntiam conciliet. Quã appetat mortalium ambitio solitudinem in dignitate, aliàs multis tradimus.

Vatabl. *Actor.* *Salian.*

Vers. 7. *Nec hoc latet, quod locutus est Achior: nec illud ignoratur, quod ei iusseris euenire.* Plura dixit Achior Ammonitarum Princeps supra c. 5. ad quæ ergo ex eorum dictis referenda sunt verba Iudithæ? Verosimilius videtur ex contextu, allusisse ad id quod dixit cap. illo 5. versu 34. scilicet Hebream gentẽ, si offensũ habeat Deum suum, facillimo negotio subiugari, & euerti. Nam mox ostendit Iuditha offensum esse Israëlitis: siquidem ait.

Iudith.

Vers. 8. *Constat enim Deum nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per prophetas suos ad populum, quòd tradat eũ pro peccatis suis.* Hinc rursus Iuditha mẽdacij arguitur à Lyrano. Nam suprà cap. 8. ver. 18. dixerat, Bethulienses immunes esse à delictis; hic verò ait, ita offendisse Deum, vt per Prophetarum oracula destinatus sit populus ad direptionẽ. Quod euentus demonstrauit esse falsum. At qui Iudithã vel à suspicione mendacij asserere cupiunt, haud difficulter eam excusant. Nam planè ambiguus est sermo. Verum enim dixit, quod etsi Bethulienses non sint tunc secuti delicta patrum suorum, vt pote immunes ab Idololatriæ reatu, vt dicitur cap. 8. At hic dicuntur offendisse Deum, quia plura peccata perpetrarunt, quæ ipsa Iuditha cap. illo 8. reprehendit, & cap. 7. latiùs traduntur in textu Græco. Neque verosimile est saltem aliquos è numeroso populo non offendisse Deum. Dixit autem Prophetas Dei nomine comminatos fuisse diram cladem, cùm offenderint Deũ, vt constat ex Leuitici 26. à v. 17. Deuter. 28. v. 25, Et pleni sunt libri Prophetarum eiusmodi minis, quas sæpe suo malo expertus est Hebræorum populus in captiuitatibus Assyriæ, & Babylonis, & ante has persæpe sub Iudicibus. Itaque Iuditha hic generaliter loquitur quid comminatus sit Deus: quod Holofernes intellexit de illo rerum articulo, verba Iudithæ interpretans ad suum placitum. Debuisset autem diligẽtiùs sibi cauere à transfugæ mellitis verbis, quibus sapienter decipiebatur.

Lyra. *Iudith.* *Leuit.* *Deut.*

Vers. 9. 31. *Et quoniam sciunt se offendisse Deum suum filij Israel, tremor tuus super ipsos est.* Hæc verba verissima sunt, neque speciem habent vel leui mendacioli. Nam cùm hæ Prophetarum minæ, quarum veritatem sæpe experti sunt, notissimæ essent Bethuliensibus: & ad hæc propria reatuum conscientiã durè accusentur, valdè timent, nimióque pauore consternati sunt, certò existimantes Deum Israëlis vlturum suas offensas per manum Holofernis, cuius horribile nomẽ anxiè trepidant. *Tremor tuus* dicitur, id est, quẽ de te conceperunt. Scitum est *timorem* ad animum spectare, *tremorem* verò ad corporis concussionem. Quis hæc notissima moretur; legi possunt interpretes Psalmorum, qui passim id obseruant. Biblia Gotthica singulariter exscribũt: Vbi enim S. Hieronymus vertit: *Tremor tuus super ipsos est*, sic habent; *Cor eorum mortuũ super ipsos est:* Nimirum ingens pauor dicitur, *Cor mortuum.*

Bibl. Goth.

§. VII.

Lingua beneloqua est summum humanæ conuersationis sacramentum.

32. Sapientis vox est: *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos; & lingua eucharis in bono homine abundat.* Ecclesi. 6. vers. 5. Quis enim charior, quàm qui mellitam habet linguam, dulcia loquens? hic dicitur *eucharis*, id est, gratiosus seu gratus cunctis conuictoribus. Porrò sicut obmurmurator fellitã, & venenatã linguã excitat rixas, & iurgia, & omniũ iras in se exacuit; ita lingua dulcis, & beneloqua gratias & amores omniũ ad se conuertit. De diuino verbo humanã carne induto, & inter homines conuersante, ait Euangelista Ioannes cap. 1. vers. 14. quod fuit *Plenum gratiæ, & veritatis.* Quid est, *Plenum gratiæ?* Communiter interpretes intelligunt omnes gratias, tam gratum facientes, quàm gratis datas, quibus Christus Deus vbertim exũdauit. Præclarè Theophylactus existimat idem esse *plenum gratiæ* Christum fuisse, apud homines, ac dulci, & gratiosã lingua, & omnibus ore gratum fuisse, quibuscum agebat: *Plenum gratiæ & veritatis. Gratiâ quidem plenus secundum quod sermo eius gratiosus erat: vt sic dicam iuxta Dauid: diffusa est gratia in labiis tuis. Et Euangelista: Admirabantur omnes super sermonibus gratiæ, quæ procedebant ex ore eius, & omnibus sanctis conferebat, prout congruebat eis.* Itaque Christi gratia, cuius encomiastes factus est Euangelista, & quam gratiæ plenitudinem appellat, est lingua eucharis seu gratiosa, quæ omnibus grata, & de omnibus benemerita Christũ apud homines fecit *plenum gratiæ*, id est, dilectum conciuibus, & charum omnibus, & iure offensum nemini. Nam magna gratia, seu *plenitudo gratiæ* est apud homines oris gratia, & quæ hominem reddit inoffen

Eccle. *Ioan.* *Psalm. 14.* *Theoph.* *Marci. 4.*

Digitized by Google

in offensum conuictoribus, gratum contubernalibus, & cunctis gratiosum.

33. Tertull. l. de Testim. animæ, c. 2. Lingua beneloqua est sacramentũ cõuersationis humanæ.

Tertullianus sic opportunè scribit: *Etiam quod Benedictio inter nos summum disciplinæ, & conuersationis sacramentum. Benedico* apud auctores bene Latinos, idem est, ac benè dicere: seu bona dicere; nempe qui bonâ & gratâ linguâ bona & grata loquitur, neminem verbis taxans, omnes eloquio laudans. Hæc ergo lingua eucharis, dicitur *summum conuersationis sacramentum.* Quid est summum Sacramentum: Enimverò Benedictio sacramentum non est; quomodo potest esse summum sacramentum? Verùm Tertullianus altè rem meditatus est. Profectò Ecclesiæ sacramenta à Christi institutione præbent auxiliarem gratiam ad euincendam aliquã difficultatem rebus innatam. Nimirum Confirmatio gratiã affert, quæ fidelem roboret aduersùs persecutorum tyrannidem: Matrimonium & Ordo largitur gratias, quæ vtriusque status molestias alleuent, & animent ad euicendas difficultates ingenitas statui. At quid difficilius, quàm inoffensè conuersari cum hominibus, quos natura, studia, & mores, diuersissimos effinxerunt: quippe aliquibus placet, quod multis displicet, & quod huic adulatur, offendit alium. Ardua planè res inoffensè cõuersari cum multis: & tamen nullũ instituit sacramentum ad superandã hanc difficultatem; planè nullum instituit; & iure quidem, nã benedictio, seu beneloquentia quasi quoddam naturale sacramentum est, quo naturalis fauor, seu gratia confertur ad tutò conuersandum cum hominibus: *Benedictio inter nos summum est Conuersationis sacramentum.* Nam sicut Sacramentum ex opere operato (quod aiunt) gratiam confert; sic Beneloquentia quasi ex opere operato, & ferè supra beneloquentis meritum, conciliat gratiã communitatis, & parit communem beneuolentiam, quâ cõmunitati charus, & gratus efficitur: quia *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat,* Nam homo qui aliorum vel publica vitia silẽtio tegit, & virtutes tantùm publicat, arcanâ quadam gratiâ gratiam omnium aucupatur, & dulcis linguæ ingenio gratiosum, & charum se reddit omnibus, à cõuersationis beneloquentia gratiam cõmunitatis comparans, & arcano Benedictionis quasi Sacramẽto, adeptus gratiam communitatis. Quam videtur amittere, qui vel leui verbulo offendit quempiam.

34. Christus turbatur dũ prodit Proditoris delictum. Ioan.

Aug. Tract. 6. in Ioan.

Dixerat Christus, Ioan. 13. vers. 21. Discipulis suis: Ego scio quos elegerim: sed vt adimpleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum, &c. Quibus verbis ferè palàm notauit Iudam. Et addit Euangelista: *Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.* Christúsne turbari potuit? quorsum se ipsum Christus turbat? S. Aug. *Quia proditorem iam fuerat expressurus, vt non lateret in cæteris, vt discerneretur à cæteris, ideo turbatus est Spiritu.* Scilicet Christo opus erat prodere proditorem suum, ne putaretur ipsum ignorasse proditionem. Dein, vt Iudæ innotesceret, nihil latere Christi scientiam; item, vt à reprehensione flagitij meliora saperet. Adde Iudæ dictum publicandum fore non post multas horas; & nihilominus Christus Deus turbatus est, quia verbo præstringit quempiam contubernalem suum. Hæcne sufficiens causa, quæ turbet Saluatorem? Imò dignissima; nã Christi lingua eucharis, stillans mellita verba, aspero verbo notãs vel Iudæ delictum, veretur ne iurgia inter suos excitentur: & turbatur quia amaro verbo velut turbat suos, & quodammodò cauet, ne amittant specialem illam gratiam, seu fauorem, quem communicat Benedictio, quæ est *Conuersationis summum sacramentum.* Gratiam huius sacramenti promeriti sunt Bethulienses, & ita vsque eò chari, & amabiles fuerunt Iudithæ, vt ob eorum liberationem non sit verita aggredi periculosum facinus. Siquidẽ eorum eucharis lingua non conciliabat odia sed beneuolẽtiam: nam c. 8, v. 8. dicitur: *Nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.* Nempe à sacramento beneloquentiæ charissimi erant, & digni pro quibus liberandis tanta faceret Iudith. Ergo quisque volet esse amabilis, frequentet beneloquentiæ sacramentum. Quod perspicuè videre licet hic v. 5. in Iuditha, dum agitur de rebus Assyriis.

---

§. VIII.

Adulatio irrisio quædam est, & quodammodò gentilismus.

35. Isocr.

ISocratis ad Dæmonicum vox est: *Adulatores vt impostores odio habeto. Vtrique enim in re quasi sibi creditâ fallunt creditores.* Impostores arte decipiendi astutè fallunt eos, qui sibi credunt: ita adulatores decipiunt credentes, etiam cùm veras laudes prædicant, nam adulatio ars mentiendi, & ingenium fallendi est. Vnde *boni cum laudantur, quodammodò odio laudantes habent*, ait Euripides. Odit simplex impostorem astutum: odit bonus vir callidam laudationis impost uram. Nam scit verũ esse illud Senecæ. *Pro suâ portione adulatio infatuat.* Qui beneuolè audit blandientem adulationem, fatuus est, & ridendum se exhibet assentatoribus. Nolo Imperatori de diuinitate adulari, ait Tertull. *Vel quia mentiri nescio: vel quia illum deridere non audeo.* Adulatio mendax laudatio est, & vera irrisio: nam palam decipitur mentitã virtute, quam prædicant adulatores Et cùm dilaudatur, vt sapiens, deridetur vt fatuus: quia leuiter credulus est aduersùs sui experientias; quasi nihili homo & quem inanis gloriolæ impulsus transuersùm ducit, vtpote ventosissimum, & turgentem ambitionis inanitate. Quis non irrideat Iustitiam, *si non ex mentis simplicitate formetur, sed adulatione simuletur?* Verba sunt Ambrosij.

Adulatio infatuat. Eurip. in Iphigenia. Seneca. epist. 66.

Adulatio est irrisio. Tertull. Apolog. c. 33.

Ambr.

36.

Ergo adulatoris mentita laus, vera irrisio est: & vt fatuus tractatur, qui immodicè laudatur. Cùm magis in ipsum furebant Christi Dei contumeliosissimi aduersarij, illum acclamant Regem Hebrææ gentis, Matth. 27. v. 29. *Et genuflexo ante eũ illudebant ei dicẽtes: Aue Rex Iudæorũ. Et expuentes in eum,* &c. Quænam hæc sputa, quæ impudentissimè excreabant? Et quibus diuinissimam Christi Dei faciem contumeliosissimè dehonestabant irrisores? Nescio an aliqua contumelia grauior, & acerbior fuerit Christo, ac toleratu difficilior, quàm fœdè salinari eius ora sanctissima. Indubiũ est veris salinis fœdatã fuisse Christi faciẽ. Sed nõ omittam verba Drogonis, quæ probrum adulationis exaggerant. *Aue Rex Iudæorum, & expuentes in eum laudibus immodicis.* Qui immodicè laudatur, non modò irridetur, sed planè conspuitur: Adulator tot ferit sputis, quot affert laudes: nec minor contumelia est adulatio, quàm contumeliosa sputi iactatio: saliuosa facies ab adulatione est. Horre adulatorem, vt saliuatorem.

Matth.

Adulator saliuat faciem.

Drogo de Sacr. Dom. Passionis.

37. Luc. Lucæ 22. v. 25. *Reges gentium dominantur eorũ, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur,* hoc est, Principes Gentiliũ cupiunt benefici vocari, laudes suas beneuolè audiũt, & adulationibus student. Dicam clariùs: proprium vitium gentiliũ est cupere adulationis inanes plausus. Quam expositionem indicat Beda inquiens: *In hac ergo forma à Domino tradita, maiores non minimâ discretione opus habent, ne scilicet ad instar Regum gentium dominari subiectis, seq; ab eis gaudeant laudibus attolli.* Gentilismus est cupere laudibus attolli, & adulationibus titillari? Porrò gẽtilis prodigus laudis est, & improbè collocat honores; siquidẽ vanas Idolorum statuas colit, sculptos lignorum truncos adorat, metallicã massam pro nomine habet, & cadauerosa simulacra diuinis laudib⁹ veneratur. Vnde idololatria dolati ligni, aut lapidis assẽtatio est, sicut etsi metalli, aut sculptoriæ artis adulatio est. Ergo captatio adulationis quodammodò idolatria est: cùm homo se tot vtilitatum, & humilitatum consciũ, cupiat laudibus attolli, & assentationibus honorari: procuretq; mentitis ab adulatore laudibus sublimari. Hoc species gentilismi est, & dissimulata idololatria. O quàm irrident Nacuhhodonosorẽ Assyrij sũmates illũ de diuinitate adulãtes c. 5. v. 29. Et Iuditha hic v. 5. Nabuchodonosorem, & Holofernem, eos verbis publicis palpans!

Adulatio quodammodò Gentilismus est. Beda, in præfata verba Lucæ.

Iudith.

§. IX.

Adulator vsque adeò mendax est vt vel ipsam veritatem, quam aliquando prædicat, mentiatur.

38. *Ignis dum augent ignem, ab ipso consumuntur: Opes, & gloria dum alunt adulatores, ab eis ipsis pereunt*, ait Aristonym. nam adulatio fascinũ quoddam est, quod laudes deprauat, & dum plus æquo laudat, laudem culpat & ita & se gloriam adulterat. *Nam mala laudibus vehere adulterini animi est & impostoris*, aiebat Democritus apud Stob. immodica enim laudatio laudatam gloriã constuprat, tacitè enim deuenustat quem prædicat, quia eum inanis gloriæ reum insimulat, & sua assentatione non felicẽm, sed ventosũ asserit; quippè qui inanem gloriolam depascatur, & turgeat. Adulatoris elogia veras alioqui laudes mentiuntur, & à laudatione redduntur inanes, & falsæ: Planè assentatio malũ omen est; immodica enim virtutis prædicatio, certã est vitij præsagitio. *Si non de mendacio erubescit adulatio, timeat saltem de infausto,* sententiosè inquit Tertullianus. Probitatis laus, augurium improbitatis est: & præsagium malitiæ, à grata adulatoris audientia; nam assentatio aut falsas virtutes prædicat, aut veras mentitur. Luc 6. v. 26. *Væ cùm benedixerint vobis homines.* Num benedictio, & laus infelicitatẽ auguratur? Precatur bona, & præsagit mala? de infausto timenda laudatio est? Ita quidem ait Beda: *Quia ipsa peccati nutrix adulatio; sicut oleum flammis, sic in culpa ardentibus, solita est ministrare fomentum.* Parùm foret, quòd adulatio sit nutrix, & altrix peccatorũ, nisi etiã esset fomes ad peccandũ: nam assentatio dum malè facta laudat, ingerit fomitẽ ad delinquendũ: turpitudo enim vitij venustatur plausu; & ita adulatio, aut de nouo format, aut resculpit antiquũ fomitẽ ad peccandum, *Vt cùm benedixerint vobis homines.* Et prudentissimè dixerat Dauid Ps. 69. v. 4. *Auertantur statim erubescentes, qui dicũt mihi; Euge, euge. Nam adulatio si non erubescit de mendacio, timeat de infausto*, quia ministrat fomentum ad delicta. Erubescat adulator, quia mendax: timeat quia infaustã ominatur.

Arystonim. in Tomar.

Stob. serm. 14.

Adulatio infaustum omen est.

Tertull. Apolog. 34.

Lucæ.

Beda.

Psalm.

Hoc adulationis ingenium egregiè calluit malè astutus, & benè assentator Dæmon, qui vel Christi diuiniorem sanctitatem frustrà præsumpsit adulando initiare. Quod præclarè aduertit Hugo ad illud Genes. 3. vers. 1. *Cur præcepit vobis Deus?* sic inquiens: *Nota quòd Diabolus inter omnes creaturas, primò nominauit Deum, vt patet hic. Similiter in Euangelio primò vocat Iesum Nazarenum*, Marci 1. Dæmonis negotium foret occultare Christi laudes, & tamen anteuertit Patriarcharum, & Prophetarum, & Apostolorum studiũ erga Deum, & primus omnium publicat sacratissimum Dei nomen, & eius prædicat laudes, Lucifugáne primus annunciabit lucem? Hostis magnificè laudat aduersarium; Dæmon primò intimat Dei elogia? Planè desipit, & alioqui astutus nunc stultescit. Imò numquam tam versutè sapit ad malitiam. Noscit adulationis vires, & præsumit adulatione deprauare sanctiorẽ Christi Dei virtutem, & veram Christi sanctitatem assentatione initiare, inanem, & mendacem reddere: & veras Saluatoris laudes prædicãdo, eas adulatione mentiri. Matth. 8. v. 28. Marc. 5. v. 1 Cùm venisset Iesus in regionem Gerasenorũ, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, & dixerunt ei: *Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei altissimi? Quid est Diabole* ait (S. Chrysol.) *quem trina tentatione prouocabas ad lapsum, quẽ promissione regni vt te adorares subdolus ambiebas, tunc tremens, & miserandus prolaberis, & adoras?* Elogia prædicat eius, quem paulò antè sæuissimè deiicere tẽtauit? Sic veteres iras, & intestina odia deponis? Placatior factus es, an laudando crudeliùs sæuis? O versutas mali dæmonis artes! ô ingenium nequitiæ: Adulatione blãda fallere, & mollire tẽtat, quem durarum tentationum ictibus emollire non potuit. Filium Dei altissimi appellat, quem ab altitudine tantæ filiationis deiicere præsumit; Plus fidit adulationi blandæ, quàm tentationi duræ. Luculenter pergit Chrysologus; *Quid mihi, & tibi, fili Dei summi. Nam & modo vt adulator, non vti deuotus, & obsequens hic adorat. Credit, infelix, vt eum, quem tentatione vincere, quem muneribus nequiuit inflectere, possit adulatione pulsare.* Aliter hanc Dæmonis adulationẽ versat Basil. Seleuc. Nempe, vt præsumpserit Dæmon veras Christi laudes adulando mentiri, sic inquiens: *Quid nobis, & tibi fili Dei? Filium Dei vocant*, (adulando) *cùm interim filium ignorent Deum.* Dæmones Christi adulatores, Deum fatentur, quem nesciunt esse Deum; mentiuntur veritatem, & quia quod dicunt ignorant; dum verum dicunt, falsò pronunciant? nam adulatio vel fidei veritatem mendaciter publicat; falsò dicit verum, ne qua sincera veritas in adulatore sit, etiam dum Deum laudat.

39. *Genes. Hugo. Dæmon. præsumit adulatione deiicere Christum Deum*

Matth. Marc.

Chrysol. serm. 17.

40.

Chrysol.

Basil. Sel. Orat. 23.

Adulatio mentitur veritatem.

Porrò adulatio vsque adeò mendax est, vt si in Euangelio reperiretur, ipsum redderet suspectum falsitatis. Inquirit Petrus Damianus, cur Sanctus Marcus familiarissimus Petri, eius lapsus expressiùs recensuerit, & tanti Apostoli laudes, quas alij Euangelistæ prædicant sæpè omiserit. Et sic respondet, *Perscrutantes omnes ferè paginas Scripturarum, inuenire vix possumus spiritum veritatis cautiùs, vel circunspectiùs per alium quemlibet, quàm per os Beati Marci fuisse locutum.* Et post multa

41. *Petrus Damianus, serm. 14.*

Adulatio faceret Euangelium suspectum apud homines.

Digitized by Google

Marci Euāgelistæ laus.

multa reddit ratione integerrimæ veritatis Euangelij Sancti Marci. *Vbi Ioannes scripsit [Simon Petrus,] ibi Marcus posuit, [Vnus autem quidam de circumstantibus,] quatenus sic veritatis historia texeret Vt tamen magistri (Petri inquam) gloriam silentio præteriret: sicque veridici scriptoris impleret officium: vt personæ cuiuslibet ignorando fauorem, assentatoris non incurreret naeuum.* Itaque per nullum Scripturarum librum, aut cautiùs, aut circumspectiùs Spiritus sanctus locutus est, quàm per Beatum Marcum; & quia Sancti Petri familiarissimi, & amicissimi præteriit laudes, quas alij Euāgelistæ latè prædicarunt, *veridici scriptoris impleuit officium*: Nam si Petrum laudando, assentatoris suspicionem incurreret, etiam suspectum falsitatis redderet Euangelium apud homines: nam vel suspicio adulationis suspecta est de mendacio, & Euangelium ipsum, etsi non reum falsitatis, (non enim esse potest falsum Euangelium) tamen mēdacij suspectum faceret. Altè ergo inquit Tertull. quod *Adulatio erubescit de mendacio.* Vsque adeò enim mendax est, vt vel ipsâ veritatē mentiretur. Vnde hic v. 5. Mendacij suspecta habetur Iuditha.

Iudith.

§. X.

Humanus factus similitudinem ad alium recusat: omnes ambiunt exemplarem gloriam.

42. SVperbia non vocat magnū, supra quem quicquam est; de singularitate famam aucupatur: erubescit si aliquis inueniatur ipsi æqualis: Imò similitudinem ad quoduis magnū detrectat, vt ad prototypi gloriā aspiret. Porrò similitudo ad aliquem, officiositas est obsequij Pulchrè Tertull. *Obsequij ratio in annorum similitudine constituta est.* Nempe similitudo, & imitatio est genus obsequij, & officiositas subiectionis. Exemplaris virtus commendatur ab imitatore: imitator verò ab imitatione quodammodò deuenustatur: nam tacitè fatetur se eminentius aliquod attributū suspicere in exemplari, quod in se exprimere studet. Hinc quælibet similitudo ad aliū habetur homini probosa Quia perfectioni nihil deest: imperfectus autem ea in re est, qui alienam perfectionē in se sculpere imitādo satagit: cùm careat illā perfectione, quam imitatione ambit. Vnde exemplar primam habet laudem; imitatio autē, & similitudo ab imitamento, & analogia similitudinis, quasi dehonestatur: (de imagine creata loquor, absit inuidia: nam scio Verbum diuinū absq; vlla imperfectionis suspicione esse imaginē Dei patris.)

Imitatio obsequendi seruitium est. Tertull. l. de Pœnit. c. 4.

43. Vnde nemo, aut ferè nemo reperitur, quem non pudeat esse similē alteri, etsi præstātissimo S. Gregorius Nazianzenus totus factus Magni Basilij encomiastes, S. Basilium commendans ab inclyta doctrina, & eximiā vitæ sanctimoniā, sic fatur: *Verùm parem in vtraq; re laudem obtineret, parque ipse sibi haud dubiè esset, ac verè integer, & perfectus.* (sensus suspenditur, sed tandem affirmatur.) Nimirùm S. Gregorius Nyssenus Basilij germanus frater in Oratione, quam habuit de eius encomiis, Basilium supparem fecit Apostolis æqualem Prophetis, similem Patriarchis. Magna planè gloria; sed quæ contendit Basilium comparatione ad alios, magnū prædicare. At Nazianzenus, quò Basilij gloriam cumulatiùs deprædicet inquit, quòd Basilius fuit *Pater ipse sibi*, sibi æqualis, sibi similis. Vt ipse Basilius sit Basilij exēplar, & ipse sit imitamentū sui. Quæ eximior laus potuit prædicari de Basilio, quàm quòd sit Basilij prototypon? Verùm quadamtenus Basilius deuenustatur, dicendo se imitatum fuisse seipsum, & similē esse sui, sed planè cōpensatur dedecus imitationis, gloriā exemplaris. Tanta enim est Basilij gloria ex eo quòd est exemplar sui, vt honestet ignominiam imitationis, & similitudinis Quod videtur solius Dei elogium, vt notauit Philo Iudæus aiens: *Attestatur meis dictis Philolaus verbis his: Est, inquit, auctor, & princeps rerum omnium Deus, semper vnus, stabilis, immobilis, ipse sui similis, aliorum dissimilis.* Philoni adtestatur Isaias Abbas aiens: *Qui similitudinem in Deo quærit, maledicit Deo.* Profectò Basilius pro dignitate laudatus, nemini par, aut similis dicitur nisi sibi. Hinc Plinius assētatur Traiano, *Sine æmulo, ac sine exemplo secum certare, secum contendere.*

Nazianz. Orat. de eius laudibus. Similis esse sibi, non alteri, sumptuosior gloria est. Nyssen.

Philo. Iud. l. de Mu Opific. Philolaus Isaias Abb Orat. 6. Deus nulli similis.

Plin. in Panegyr.

Matthæi 17. vers. 5. Ascendit Christus in Thaboris verticem ad ostentandas Diuinitatis glorias: adsunt proceres vtriusque testamenti: tunc decorem indutus est, nitet vestis niueo candore, candicat corpus astrorum luce, fulget facies Soli æmula. *Et resplenduit facies eius sicut Sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Ergo fulgente Christi facie solari iubare. *Ecce nubes lucida obumbrauit eos.* Quorsum in tāta gloriæ claritudine datur vmbræ locus; quid tenebris cū gloriæ splendoribus: cur nebula obscurior obtegit Solis radios? Aptior foret ad gloriā Christi lucis fulgor, quàm vmbra nebulæ. Aduerte diligenter ad verba Euāgelistæ *Resplēduit*, inquit, *facies eius sicut Sol.* Nēpe Christi vultus fulget ad similitudinem Solis; ideò oppanditur nubis cortina, & nebulæ vmbrā eripitur Sol ab oculis ne tunc appareat? quando Christus Deus dicitur esse illi similis. Iure obtenebratur in meridie Sol, ne ob gloriā prototypi deuenustet Saluatoris gloriā? Gloriosus est creatus fulgor qui nitet in facie Christi; sed quia imitamentū, & similitudo Solis dicitur fulgor ille, tanquā si ferre non sustinens in tanta gloria summū decus Solis exēplaris lucis, Solem abscōdit, quia facies eius *sicut Sol*, dicitur? Ac si beatior Christi gloria erubescat coram habere exemplar, ad cuius similitudinē nitet? Fugit sūma claritas Solis prototypi, vt clariùs fulgeat imitamenti gloria? Ne Christi gloria imitatrix, sed exemplaris videatur, eripitur Sol, cuius imago dicitur Saluatoris gloria? Dictum quippe fuit. *Et resplenduit facies eius sicut Sol.*

Matth.

Christus obscurat Solem, cùm dicitur Soli similis.

44. Callidus serpens iuratus humani generis hostis, mulierem adoritur, vt sic totam posteritatem deprauet: Esum pomi vetiti suadet, illicio diuinioris scientiæ. *Eritis sicut Dij scientes bonum, & malum.* Genes. 3. v. 5. in Hebræa origine est: *Eritis vt Elohim*, quod Dij, & Deus verti potest, eodē sensu. Et *Deus*, vertitur à quibusdam, est enim idiotismus Hebræi idiomatis, vt liquido constat ex cap. 1. v. 1. vbi eadem vox Elohim vertitur, Deus. *In principio creauit Deus.* O fatuam ingeniosi Dæmonis suggestionē! Nempe esum interdictæ arboris homini suadet, pollicitus, quòd à comestione erit sicut Deus, (hunc locum nuper versabam, sed diuersā expensione.) Numquid anteà homo non erat sicut Deus? Nonne ad imaginem, & similitudinem Dei creatus est? Qui ergo imago Dei est, quid ambiat esse sicut Deus? Quis affectat possidere quod habet? quis ambit habere quod possideat? Porrò desiderium ambitionis negotium est, non rei obtentæ ambitio. Quid ergo hic percipiunt

Genes.

Digitized by Google

homo! ſuſpicor hominem non ambiiſſe ſimilem eſſe Deo, ſed præſumpſiſſe eſſe Deum, cui alij ſimiles forent. Exemplar eſſe cupit, non imago: prototypon eſſe optat, non ſimilitudo. Nam gloria exemplaris ſumma eſt, & omnium vota tenet, at imaginis laus non admodum eximia eſt: nam analogia ſimilitudinis ad alium, dehoneſtare videtur perfectionem perfectioris imitamenti: quod ſem-
45. per alienam perfectionem exprimit. Ac ſi imitata perfectio non tam ſua ſit, quàm aliena, nempe exemplaris. Vnde eſt perfectio ſua; non ſua, ſed aliena: Sua, quia illam in ſe exprimit, non ſua, quia ab alieno exemplari eam mutuatur: perfectionem à prototypo ferè vſurpans, & ad ſe trāsferens. Vnde cum Dæmon inſtigat hominem, vt ambiat eſſe vt Deus; non perſuadet, vt homo cupiat ſimilitudinem cum Deo, quam antea exprimebat; ſed vt præſumat eſſe Deus qui nulli ſimilis eſt. Hanc expoſitionem ſubobſcurè inſinuat Procopius aiens: *Eritis ſicut Dij. Volens, vt exiſtimarent eum nec ſolum eſſe Deum: poſſet enim & alius eſſe talis, qualis ipſe perſiſtit*, Nimirùm ſuadet Dæmon, hominem vetiti pomi eſu, poſſe peruenire ad perfectionem diuinam, non imitatione, ſed veritate: ne deinceps ſit imago etiam Dei, ſimilitudo Diuinitatis. Scilicet recuſat homo eſſe imago etiam Dei, ne ab imitatione deuenuſtetur: vnde addit, *ſicut Dij* in plurali, vt multos deos adſtruens, veroſimile faciat, Adamum poſſe Deum fore. Sic paruipendet gloriam imaginis! ſic anhelat ad gloriam prototypi.

Adamus nō tam ambit eſſe ſicut Deus, quàm eſſe Deus, cui alij ſunt ſimiles.
Procop. in Geneſ.c.3.

Iudith. O ſuperbum hominis faſtum! ô inſignem elationis typhum! Ciuiliſſimè ergo Iuditha hic verſ.6. Holoferni adulatur inquiens, inter Aſſyrios dynaſtas nullum eſſe ſimilem Holoferni, De materia huius §. habes plura in hoc cap.11.§.47.

§. XI.

Humana tenuitas alios offuſcare ſatagit, vt magis fulgeat.

46. SEntentiosè ait Seneca. *Non minus contemni, quàm ſuſpici nocet.* Profectò etſi omnis virtus quieta ſit, & ſui negotij, ſe contenta, & ſecum occupata, tamen contra virtutem populariter coniuratur, multos virtus mouet, & aduerſarios habet. Operoſum faceſſit inuidia negotium, quæ detrahere aliquid virtuti ambitiosè procurat, vt ſibi adiiciat, quod aliis detrahit. Quaſi nemo ſit ſatis grandis, niſi de aliorum exiguitate creſcat, nemo ſatis emineat, niſi decreſcāt alij; nemo ſatis fulgeat niſi de aliena obſcuritate. O fatuam inuidiæ inſaniam! Quis vnquam alienâ opulentiâ diues eſt? aut aliorum ſapientiâ litteratus? aut aliorum virtute probus? Quantò minus erit alienâ paupertate diues, aut aliorum inſipientia doctus, aut aliena improbitate bonus? Suum cuiuſque eſt, quod hominem facit, bonum, & ſpectabilem. Virtus non eſt precaria, nec adeò fatua, vt ab improbitate aliorum emendicet commendationem ſui. Nihilominus ſic ſtulteſcit humana natura, vt probitatem, eminentiam, fulgore mutuari præſumat à vitio, à decremento, ab obumbratione illorum, quo alienis ſpoliis diteſcat. Malè diues eſt, qui de alieno cenſu locupletatur, malè nitet, qui de aliorū tenebris fulgere ſatagit. Vnius Petri elogium eſt, vmbrâ patrare miracula, & ſuâ vmbrâ vſque ad miraculum fulgere; at iſti, quos taceo, ab vmbrâ quâ alios offuſcant, & obtenebrant, volunt vſque ad miraculum fulgere: vt niteant de aliorum caligine. Proh inuidiæ ingenium!

Senec. epiſt.14.

Artificium horologij Achaz, & ſtyli ſolaris vmbra ab Iſaiæ miraculo aucta, aut reciprocata valde torſit interpretum ingenia: qui fermè tot ſunt commenti expoſitiones, quot modis accidiſſe po- 47.
tuit miraculum 4. Regum 20. verſ.9. Ægrotat 4.Reg.
Rex Ezechias, orat, exorat ſanitatem à Deo; adeſt illicò Iſaias decumbenti Regi, Dei nomine optionem dat miraculi perpetrandi. *Vis* (inquit Iſaias Regi,) *vt aſcendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: Facile eſt vmbram creſcere decem lineis: neque hoc volo vt fiat.* Nempe Ezechias grandius miraculum exoptat in ſignum ſalutis, & ideò non eligit incrementum vmbræ: nam facile eſt, inquit, & quaſi connaturale miraculum creſcere vmbram: ſiquidem vitium cognatum creaturis eſt, ampliorem vmbram facere, & ampliora ſpatia obumbrare, & alios ampliùs, & ampliùs obſcurare. *Facile eſt vmbram creſcere, neque hoc volo vt fiat.* Quaſi grandius miraculum ſit vmbram extenuari, & minui, ne multos obumbret & ne obſcuret plures. Inter cætera mundi miracula illud in primis celebre, quod Ægyptiorum ambitio erexit ad inuidiam orbis: nempe ſanæ illæ Pyramidum moles ſuperbo ſtructuræ genere conſtructæ, quæ meritò inter prima mundi miracula computantur. Profectò vt Romanum imperium cæteris amplitudine eminuit, ſic ſubſtructionum inſanâ gloriâ facilè vicit. Romæ enim altiores obeliſci, & proceriores Pyramides erectæ ſunt, & quę altitudine, & ſubſtructionis genere Ægyptiacas moles facilè ſuperarunt. (De quo eruditè Plinius ſenior, & recens Lipſius:) Nec tamen Romanorū Pyramides tantâ coruſcarunt gloriâ, vt inter Orbis miracula meruerint computari. Quam ob rem Pyramides Romanæ in ſuperbioris Imperij fauore ceſſerunt Ægyptiarū gloriæ? Caſſiodorus ita ſcribit: *Pyramides in Ægypto, quarum in ſuo ſtatu ſe vmbra conſumens: vltra conſtructionis ſpacia nullâ parte reſpicitur.* Quid illuſtrius? Nimirū Ægyptiæ Pyramides ex eo habētur orbis ſtupenda miracula, quia cùm Coloſſeâ magnitudine emineant, eâ artis peritiâ cōſtructæ ſunt, vt in ſe reductâ, & cōſumptâ vmbrâ, non obumbrent, nec obſcurent ſiue remota, ſiui vicina corpora. *Facile eſt vmbram creſcere*, neque hoc valdè magnum miraculum reputat Ezechias ex communi hominum conſenſu Quid enim tā familiare, & commune, quàm quod aliquantulum exigitur peramplam vmbrā faciat, qua obumbret, & obſcuret vicina quæque, & de aliorum obſcuritate magnitudinem, claritatē ſibi inuidiosè conſtruat? At ſic eminere, vt totam in ſe conſumat vmbram, ſic fulgere, vt abſq; vllius obſcuritate ſplendeat, merito inter prima mundi miracula computatur, palmámque prodigij eripit ſuperbioribus fabricis, quia vmbroſis, quia neſciunt clareſcere, abſque aliena obſcuritate. Id ex Plinio expendebam ſuprà, nunc ex Caſſiodoro.

Pyramides vmbram nō faciunt, nec obſcurant alios.
Plin. Lipſius.
Caſſiodor. l.7. Variar. epiſt.13.

Chriſtus homo Deus videbitur in vltima die 48.
mundi cum poteſtate, & maieſtate multâ orbem iudicaturus: In hac die, ait Iſaias (interprete S.Hieronymo, loco mox allegando:) *Et erit lux Lunæ ſicut lux Solis: & lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui.* At quomodo potuit verè dicere Euangeliſta Matth. *Statim poſt tribulationem dierū illorum, ſol obſcurabitur & Luna non dabit lumen ſuum?* Ardua planè antilogia, quam ſic expedit S. Hier. ita fatus: *Statim Sol obſcurabitur, &c. non diminutione*

Iſaias c.30. v.26.
Matth.c.24. v.29.
Hierony.
Quod ab humanitate offuſcatur, irradiat à diuinitate.

minutione luminis mundi huius accident : alioqui Solem legimus septuplum habiturum luminis;sed cõparatione veræ lucis omnia visui apparebunt tenebrosa. Nimirùm Christus apparens in angustiori maiestate, Deus,& homo est. Quia homo summâ maiestatis auctoritate fulgens , obscurat lucentia cœli lumina,quæ denigrantur ad tanti luminis præsentiam: ea enim est natura creatæ lucis , vt quò magis lucet , extinguat minores luces, ac si ab extinctione aliorum accendat suam. Vnde tanto,támque augusto iubare fulgebit Christua verus homo,vt *statim sol obscuretur,non diminutione luminis, sed comparatione veræ lucis.* Ac si nesciat mera humanitas in mundo lucere , nisi interstinguat minores luces! quo se probat verus homo,absque hominis vitio. Verùm diuinitas expers huius ingenij , plures incrementare magnificè exambit astrorum fulgores, & septuplum adauget claritatem solis, & lunæ, vt reparet munificentia diuina luces , quas extenuat humana maiestas. Videas tunc in Christo verè Deo , & homine , quasi æmulationem probandæ vtriusque naturæ,humanæ inquam,& diuinæ. Humanitas quò magis fulgeat,& magis publicet veram humanitatem in Christo, suis fulgoribus obscurat Solem,denigrat Lunam;Christi autem diuinitas, vt se probet veram diuinitatem , maiori incremento adauget astrorum luces , ne videatur de aliorum obscuritate fulgere. Septuplum ergo incrementum dat Soli,dat etiam Lunæ. Verùm humanitas,quâ humanitas est,gloriosiùs fulgere nescit,quin Solem offuscet, obscuritate solaris luminis.Scilicet quod homines vitio faciunt,alios homines obscurando, vt splendeant magis ; hic sine vllâ specie vitij præstat Christi humanitas, insensibiles creaturas offuscando , quò se verum hominem probet, ab humanâ proprietate, absque vllo vitij dedecore. Sic homini agnatum est de alienâ obscuritate nitescere !

49. Magnus Felix Ennodius in libello, quem recitauit coram Romana Synodo aduersùs eos,qui cõtra Synodum scribere præsumpserunt, luculenter hominem appellat auarum laudis, *Auarus*,inquit, *laudis est animus.* Quid ? notat hominis naturam quasi parcam & illiberalem ad alienas laudes prædicandas ? Notat quidem, & eleganter perstringit auaritiæ metaphorâ. Porrò auarus sibi asseruat, quod aliis negat,aut detrahit. Sic animus hominis auarus laudis est,non bonâ laudis auaritiâ: laudem enim quam aliis negat, sibi vsurpare præsumit,& ex negata aliis laudatione & honore ditescere affectat ad gloriæ auaritiam.Matthæi 25.v.8. narratur parabola illa de decem Virginibus, quarum quinque erant fatuæ, quinque aliæ sapientes:sed quinque fatuæ acceptis lampadibus , non sumpserunt oleum secum : prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Cæterùm cùm media nocte aduentaret sponsus , surrexerunt omnes virgines illæ, vt ornarent lampades suas: *Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes,dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis,& vobis, ite potiùs ad vendentes , & emite vobis.* Cur ad sponsi aduentum fatuæ virgines aduertunt tunc semiextinctas lampades suas ? Quare tunc oleum petunt à sapientibus virginibus? Quam ob causam sapientes virgines oleum negant contubernalibus ? Hæc omnia dilucidè ad rem præsentem exponit Origenes , his verbis : *Lampades fatuarum virginum extinguuntur , quia eorum opera, quæ clara hominibus foris apparuerunt,in aduentu iudicis intus obscurantur.* Planè ad rem,quam versamus opportunè,sed opportuniora subdit. Vnde sequitur : *Fatuæ autem sapientibus dixerunt : Date nobis de oleo vestro,quia lampades nostræ extinguuntur. Quid est autem quòd tunc à prudentibus oleum petunt ? nisi quod in aduentu iudicis, cùm se intùs vacuas inuenerunt,testimonium foris quærunt. Ac si à sua fiducia deceptæ,proximis dicant ; Quia nos quasi sine opere expelli conspicitis, dicite de nostris operibus quod vidistis.* Longinsculè ; sed quid omitterem, quod rem non probet ? Nimirum vt ad sponsi repentinum aduentum fulgeant fatuæ virgines , procurant oleum gratiæ, oleum vigilantiæ , oleum bonorum operum detrahere prudentibus , vt ita non tam fulgeant exiguâ suarum lampadum luce,quàm luce aliarum. Splendere satagunt , non tam lumine proprio , quam diminutione alieni : aliarum luces detracto oleo interstinguere sollicitant , vt plus splendeant de alienæ lucis subtractione, quàm de proprio fulgore. Satis lucere existimant,si alienos fulgores aut imminuant,aut offuscent. Vnde vbi audiunt aduentare sponsum,astutissimè aiunt: *Date nobis de oleo vestro , quia lampades nostræ extinguuntur.* Quin & prudentes virgines,à quibus commendatio aliarum exposcitur , vt exponit Origenes, *auaræ sunt laudum*, laudationémque prudenter recusant,ne fatuæ virgines à commendatione præfulgeant sibi ; & dum alias vberiùs commendare procurant,se infuscare,& obscurare videantur. Scilicet ambiunt fulgere,& suis fulgoribus & alienis tenebris , à quibus sibi augere præsumunt incrementa fulgorum. Hoc est naturæ humanæ ingenium,quod incrementa sua vult debere,& magnitudini suæ, & exiguitati alienæ.

Vnde Iuditha hîc, vers.6.probè noscens insitos naturæ humanæ mores, dum sapienter compositis verbis blandiri procurat Holoferni , sic celebrat eius laudes : *Nunciatur*, inquit, *animi tui industria vniuersis gentibus , & indicatum est omni seculo,quoniam tu solus bonus , & potens es in omni regno eius.* Audis Iudithæ sapientiam,quæ à decremento cæterorum Holofernem augere intentat ? Quasi decrementa aliena augeant magnitudinem propriam : & crescat homo de alterius exiguitate. O incrementum malè fundatum!neque enim vitium virtuti fauet:suspecta est probitas, quæ improbitate alienâ fulcitur. At consultissimè id fecit Iudith, vt sic eius duritiam demulceret , ad peragendam Assyriorum stragem , & suæ gentis gloriosam incolumitatem. 50.

Emod.

Math.

Virgines fatuæ ambiũt lucere , oleũ aliis detrahendo.

Origen. Tract.32. in Matth.

Origen.

Iudith.

§. XII.

Ambitio vitium felix est , & confine virtuti; virtutisque officia vtcumque substituens.

AMbitio vitium est , & quod aliàs non semel multis culpaui nunc,si Deo placet, ex parte proficuum esse reipublicæ probabo : scilicet quatenus ambitiosus honorum , & candidatus dignitatum ambitione frænat reliqua vitia , vt dignus videatur munere, quod affectat. Nam improbus, qui nihil ambit,imprudentiùs peccat;& temerariè ruit in scelerum præcipitia, at honorum candidatus, vir bonus , & benè moratus apparere satagit. Vnde vetus parœmia omnes candidatos appellat viros bonos. Ad rem Seneca: *Multorum vita est ficta,& ostentationi parata. Torquet enim assidua obseruatio sui, & deprehendi aliter quàm solet , metuit.* 51.

Ambitio est felix vitiũ.

Senec.l. de Tranq.vit. cap.15.

Neque vnquam curâ soluimur, vbi toties nos æstimari putamus, quoties aspici. Ergo ambitio etsi peccandi fomitem non interstinguit, saltem sedat, & cohibet licentiam delinquendi: nam ambitiosus valde timet aliter deprehendi, quàm expedit ad consecutionem muneris. *Passione passiones curantur*, inquit ad aliud intentum Basilius Seleuc. & vitio vitia reprimuntur. Vitia autem reprimere virtuti adscribi solet. Vnde Glossa ad c. 5. Matthæi: *Sciendum*, inquit, *quod appetitus gloriæ propinquus est virtuti.* Porrò ambitio confinis est virtuti, & non omnino rea, nam saltem quoad effectus aliquos similis est virtuti. Et quidem Seneca, aliqua *scelera felicia* agnouit. Fallor nisi ambitus, vitium felix dici possit, cùm propinquum sit virtuti, & quoad aliquos effectus virtutem æmuletur, mores saltem extrinsecùs componens, occultans flagitiorum scandala & expectantium ruinam.

Passio passione curatur. Seu. Orat. 11. Math. Glossa. Sen. suprà.

52. Nazianz. Orat. 1. Perniciosum est neminem ambire dignitates.

52. Magnus ille Ecclesiæ Theologus Gregorius Nanzianzen. considerans quàm anxiè currant candidati de ciuilitate, quam studeant politiæ Ambitiosi, dixit: *Æquè perniciosè, absurdèque res habet, cùm vel omnes præesse ac imperare cupiunt, vel nemo.* Quid enim perniciosius quàm cùm omnes ciues præsumunt scandere honores? hinc competitorum rixæ, & bellorum ciuilium occasiones: hinc inuidiæ fomites, dissensionum materiæ, hinc nulla vera & mera virtus in Republicâ, sed fucata, & personata probitas. Si verò nemo munera ambiat, honor dignitatum despicitur, & non exigua pars ciuium effrænis fertur in vitia: quippe quæ non cohibetur passione ambitionis, quæ licentiæ coërcitio est, & temeritatis frænum. Et ita *æquè perniciosè absurdèque res habet, cùm omnes præesse cupiunt, vel nemo.* Nam felici vitio, & virtuti propinquo succedit flagitiorum temeritas, & licentia delinquendi. Nam ambitiosus saltem in externa politiæ specie, personam agit grauem, & seueram, & quæ spem ingerat boni Præfecti futuri. Eleganter Plinius blanditur Traiano, sic aiens: *Tu quotidie admirabilior, & melior: talis denique, quales alij futuros se tantum pollicentur.* Nempe talis est Traianus iam Princeps, quales solent videri qui ambiunt Principatum. Nostra spes non es frustratus, nec, dum candidatus eras, mentitus es opinionem, quam de te nunc habemus. Scilicet is es in principatu, qui eras dum illum ambibas.

53. Tertull. de pudic. c. 14. Ambitio, & inanis gloria eliman ingenia.

53. Luculenter Tertull. de quibusdam rudibus, & infectis ingeniis, inquit: *Vt superbia elimarentur.* Nepe ambitionis superbia solitat esse lima actionum: nam honos alit artes, ambitio ingenia comit. Gloriæ enim appetitus excolit scientias, limat eloquentiam, amplificat artes, repræsentat virtutes, & humanas actiones expolit. Porrò sæpe qui gloriæ fomite caret, pigrescit ad laborem, torpet ad argutias ingenij, flaccessit ad astutias artis, quas honos alit, ambitio incrementat, gloria limat. Opportunè S. Nazianzenus, postquam dixerat, sic in omnibus scientiis, & virtutibus excelluisse, ac si vnam tantùm didicisset, subiungit: *Hâc porrò mente præditus, arâ quidem opus non habuit, nec inani gloriâ.* Scilicet sic Basilius excellebat in omnibus; ac si fomite inanis gloriæ excitaretur ad præeminentiam operum. Studium virtutis, & ingenij acumen vicem inanis gloriæ substituerunt: sic acuebatur à Virtute Basilius ad omne acumen, vt ij qui superbiæ student, exacui solent ab inani gloria. Porrò Basilius qui virtute, non *superbia elimatur*, opus non habuit inani gloria, & ambitionis superbiâ ad labores scientiarum subeundos, & componendos mores, vt solent gloriæ studiosi ambitionis arbitrio. S. Augustinus agens de decem virginibus, quarum quinque ab amore castitatis Virgines erant, cæteræ propter inanem gloriam pudicitiam coluerant, sic fatur: *Sed quia ista continentia partim coram Deo fit, vt illi placeatur interiori gaudio conscientiæ; partim coram hominibus tantùm, vt gloria humana capiatur quinque dicuntur sapientes, & quinque stultæ: vtraque tamen virgines, quia vtraque continentia est, quamuis diuerso fomite gaudeat.* Audis ab Augustini ore, non tantùm pudicitiæ amorem, sed etiam inanem gloriam, dici virginitatis fomitem: nam etsi non bonus fomes sit, ad castitatem tamen vtcunque suadet. Argutè Consul Plinius de Traiano optimo Principe, inquit: *Adeò nihil, aut certè parum intererat inter Imperatorem factum, & breui futurum.* Ac si dicat: Idem es, cùm iam pacatè potiris imperio, & paulò antè quàm illo potieris. Ipse es iam princeps, & cùm eras condidatus principandi. Eundem te exhibet nùc Imperatoris virtus, ac te exhibebat antea ambitio imperandi. Non est tibi opus inani gloria quæ tuos mores elimet, comat, & expoliat. Ambitiosa planè exaggeratio, quæ vt gratiùs aduletur felici, mentitur veras laudes studio assentationis. Nunquam enim vitium plenè substituere potest virtutis officium: ergo officiositas vitij erit non studiositas virtutis. Tametsi quando deest vera virtus, non parum emolumenti afferet reipublicæ, ambitionis vitium, vt liquidò constat ex dictis. Et videre licet in Holoferne, homine aliàs flagitiosissimo; sed quia munerum candidatus erat, & honorum ambitiosus, officiositatis artificio, sese valde accommodans Persicæ politiæ, sic diu vixit, vt primos Assyriorum honores promeritus, auctus sit Assyriæ virtutis principatu: vt dicitur hic v. 6.

Naziānz. Orat. de Laud. Basil. — Superbia est ingenij lima: & aliqualis fomes castitatis. — 54. Aug. Ser. 22. de verbis Domini. — Plin. — Iudith.

§. XIII.

Officiosa insipientia dum feliciter præfecturas negotiatur, eisdem planè insidiatur ruditatis ingenio.

Ars artium, & scientiarum scientia est regere hominem, animal varium, versipelle, multiplex. Hominis natura difficilis est, cor labyrinthosum, malitia intestina, prauitas cognata, vel agnata. Ergo ad præfecturam hominum eligatur non ambitio (quæ dignitates negotiatione redimit,) nam qui ambit ambitione ipsâ se indignum probat, & honores persequitur, dum assequitur. Neque eligantur reuerendi cani, siue mera senectus: quia *Nihil turpius est, quàm grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse præter ætatem*, ait Senec. Nec rude, nec mediocre ingenium; nam innatam à cunis ruditatem nunquam elimat sollicitior attentio, nec conatus multus: multâ enim sagacitate ingenij eget Præfectus, quæ si non innascitur, nunquam adsuitur. Facilè dediscitur, quod præter naturam discitur. Ergo sapientia eligenda est ad Præfecturas, quod præscribit Sapiens Prouerb. 1. vers. 5. inquiens: *Et intelligens gubernacula possidebit*, quantumuis dignitates refutet sapiens, pertinaciter cogendus est, quia sicut ambitio refutanda est, vel ipso ambitionis titulo indigna: sic sapientum

55. — Seneca l. 1. de Tranq. vitæ, c. 1. — Prouerb. Idiota sæpè præficitur sapienti.

Digitized by Google

sapientum neglectus præficiendus est, nã sapientia ipsa, vt est condignum meritum, sic etiam est tacita, sed licita ambitio. Dissimulãter, & piè ambit sapientiæ condignitas, quod impudenti ambitione anhelat insipientiæ meritum. Sed heu! rude ingenium vel hypocrisis negotiatione, vel negotiationis ambitione olim, & nunc ingeniatur in electionem, solummodò perspicax, & ingeniosum ad negotiandum? Quo fit vt præstigiis munerum, arbitrio submissionis, artificio adulationis, insipiẽtia adæquetur magnis ingeniis, & felici ruditate par sit hominibus infeliciter ingeniosis, quod in re politica monstrũ est antiquitati inuisum. Matthæi cap. 24. vers. 36. *De die autem illa, & hora nemo scit: nisi solus Pater.* Ad quæ Christi verba sic fatur S. Hieronymus: *In quo gaudent Arius, & Eunomius, dicunt enim: Non potest æqualis esse qui nouit, & qui ignorat.* O hæreticam oscitantiam! Neque enim tantùm æqualis, sed & superior, & eminentior est apud homines is qui ignorat, eo qui multa sapienter & eruditè nouit. Verùm quo sensu dicatur Christus nescire diem iudicij, aliàs multis dedi, neque enim ignorationis capax est qui omnia nescit. ! Sed antidotum propino huic veneno.

Matth.

Hier.

56. Matthæi 16. v. 18. Petrus eligitur totius Ecclesiæ summus Præpositus: *Tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum.* Audis Christum Deum non legisse ad summam Ecclesiæ dignitatẽ suum Ioannem, quem ardentiùs diligebat? *Christus Ioannem supra Petrum dilexit. Petro tamen, non Ioanni concessa est potestas ligandi, atque soluendi*, aduertit Hildebertus. Causam quærunt Doctores, quare Petrus Ioãni familiariori, & reliquis omnibus sit præpositus. Multa hac super re tradũt interpretes. S. Thomas hanc insinuat ex occasione, & tempore electionis quæ videtur expressa in textu Euangelij: *Tu es Christus* (ait Petrus) *Filius Dei viui. O beata confessio: quam non caro, & sanguis, sed Pater cælestis reuelat. Hæc aditum præbet in cælum, peccata meretur absoluere, & contra eam portæ non præualent inferorum*, Quasi dicat, animum aduerte ad occasionem, quà Petrus renunciatus est Ecclesiæ Princeps: nimirum quando diuinitùs edoctus, altiùs nouit, & eruditiùs penetrauit Christianæ Theologiæ mysteria, quando sapientiæ apex, & Theologiæ vertex habitus est; quia sapienter dixit: *Tu es Christus filius Dei viui*, tunc meruit accipere præfecturam Ecclesiæ, & cælorum claues. Porrò quia Petrus sapientiæ merito summates discipulorum anteuertit, ideo omnibus præpositus est. Quid Theologiæ, inquis, cum peritia ad regendum? Imò quid imperitiæ ruditati ad gubernandum? Non senior, non pacatior, non innocentior, non castus præ cæteris, non familiarior omnium, sed tunc sapientior præficitur & quidem à Christo Deo; ne insipientia sapientiæ insultet, & ignarus æquetur erudito, imò præficiatur. Qui secùs facit, coronat pedes, & calceat caput: quod aliàs taxaui ex censura Clementis Alexandrini.

Matth. Petrus ob sapientiam Ecclesiæ præficitur.

Hildeb. epist. 12.

S. Thom. ad cap. 16. Matth.

Clem. Alex.

57. Genesis 3. v. 24. Eiecerat Deus è paradiso humani generis protoparẽtes originalis delicti reos. *Et collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem.* Nempe Deus præficit paradiso Cherubim, quibus à scientia nomen est. Et cur non proposuit Seraphinos, quos ardentior in ipsum charitas familiariores fecit? Et quare non proposuit minores Angelos, seu naturam aliquam his inferiorem? Nam quò abiectior,

Genes. Cherubini, non Seraphini eliguntur ad primã præfecturam.

eò magis despoticè seruiret summi Principis nutui. Tamen hos non assumit ad primam præfecturam; sed Cherubinos, in quibus eminentior sapientia prænitet. Scilicet quia prima Præfecti laus sapientia est: Vnde scientiæ præeminentia meritũ præfecturæ est, præsertim cùm versatilem gladiũ gestare debeãt in manibus. Videlicet leges, & statuta, sanctiones, quæ non vniformi tenore, sed pro prudenti arbitrio regentis dispensanda sunt: & pro rei occasione, aut circunstantia personæ, aut facinoris qualitate, versatilis sit lex aut exequenda aut dispensanda ad nutum seu arbitriũ regentis. Ergò respublica, quæ sanctiones versatiles habet, eget scientissimo Præfecto, Cherubica sapientia, & ingenij perspicaciã. Nã qui rudis est ad scientias, & ingenio hebeti, & trunco, quo pacto sagax erit in re prudentiæ quæ multo acumine eget ad perpendenda rationis momenta?

58. Geneseos 1. v. 26. inquit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit, &c.* Quorsum in homine similitudo cum Deo exprimenda est. Hugo Cardinalis inibi. *Per hominem Prelatum* (intellige) *qui ad imaginem Dei debet esse factus. In hoc autem quod tota Trinitas facit hominem, notatur quod Prelatus debet in tribus maximè præpollere: In potentia, quæ refertur ad Patrem: In sapientia, quæ refertur ad Filium: In benignitate, quo refertur ad Spiritum sanctum.* Ecce tibi Superiorem eligendũ, qui fit per scientiã imago Verbi; qui tantã sapientiã eruditus sit, vt audeat sapiẽtiam diuini Verbi à similitudine æmulari, & imitatione exprimere. Ergo si Præsul à scientia debet esse imago Verbi, caueant electores, ne adulterinam cudant Verbi diuini imaginẽ. Nisi velis hominem rudem, & hebetẽ posse exprimere sapientiam Verbi. O distortam imaginem, & quæ diuinam scientiam suã insipientia planè deuenusta! Opprobrium prototypi est ignobilis, & peruersa imago. Addit Hugo: *Masculum, & feminam creauit eis: Scilicet Prelatos: qui debent esse femina per mansuetudinem, masculus per disciplinam.* Sit igitur Præpositus masculo femina, à sapientia masculus, à pietate femina: non insipientia feminea, & crudelitate mascula monstrum.

Genes.

Hugo.

Præsul. in sapientia imitetur diuinum, diuinum Verbum.

Genes. Hugo.

59. Matth. 24. v. 45. *Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Igitur ad præfecturam satis est fidelitas, & prudentia, neque plures animi dotes expetit Christus: prudẽtia enim laudatior regentis virtus est. Verùm quid prudentiæ nomine requirat Christus, luculenter tradit Origenes, aiens: *Fidelis seruus, & prudens, &c. Qui in fide proficit, communiter fidelis vocatur. Et qui naturalẽ habet mentis velocitatem, dicitur prudens.* Hanc interpretationem hausisse videtur Origenes ex Euãgelio Marci cap. 7. vers. 18. vbi Christus Deus Christianam disciplinã & cælestia mysteria turbis tradiderat, quæ cùm hebetes tunc discipuli non intellexissent, ait illis Iesus: *Sic & vos imprudentes estis.* Quæ est hæc imprudentia, nisi diuinioris Theologiæ rudis ignoratio & cælestis Iurisprudentiæ hæbes insipientia? Planè imprudẽs ad regendum est qui etsi ætate grandis, & à pacata indole, & aliquã rerum experientia conspicuus, à tarda mente hebes est, & à rudi ingenio trũcus. Nam discipuli ab ignoratione rei Theologicæ rudes ex Christi scientia *imprudentes* appellantur, si quidem *naturalis mentis velocitas* prudentia est. Itaque omnis idiota à Christianã hac prudentia planè exulat; exulet ergo à Christianæ præfecturæ thronis; nemo enim prudenter rudis est, nec sapienter

Matth.

Origen. Tract. 31. Prudens ad gubernandum dicitur Theologus.

Marc.

Digitized by Google

ſapienter fatuus: Etſi feliciter ſtultus ſit ignorantiæ merito Matthæi 21. verſ.2. *Ite in caſtellum, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea; ſoluite, & adducite mihi.* Super quibus verbis ſic fatur ſanctus Chriſoſtomus: *Mihi autẽ videtur quod non propter myſterium ſolum ſuper aſinam ſedit; ſed & menſuram nobis ſapientia tribuens,* (egregia profectò ſapientiæ menſura!) *Eſt enim animal præ cæteris pene iumentis magis irrationale, & ſtultum, & infirmum, & ignobile, & oneriferum.* Sat hæc: nam de hoc augmento plura tradidi aliàs: non quia modò Chriſtiani Principes egeãt ad electiones hac cautela, ſed ne ſerò ea indigeãt: prima enim Præpoſiti laus à ſapientia eſt: quia *Intelligens gubernacula poſſidebit.* Vnde prudentiſſima Iuditha hic, ver.9. Holofernem Aſſyriorum præfectum feliciter à Sapientia dilaudat, aiens: *Nunciatur enim animi tui induſtria vniuerſis gentibus, & indicatum eſt omni ſeculo, quoniam tu ſolus potens es in omni regno eius, & diſciplina tua omnibus prouinciis prædicatur.* Audis primã Prefecti commendationẽ à ſagacitate induſtriæ, & eruditione diſciplinæ, & ingenio ſapientiæ? Ergo gentilis homo ſit Præfectorum eruditio, & ſchola electionũ, ne Gentiliũ barbaries inſultet Chriſtianæ politiæ: quia ruditas dum præfecturam aſſequitur, præfecturæ palàm inſidiatur.

Matth. Aſinus eſt menſura ſapientiæ aliquorum. Chryſoſt. hom. 67. in Matth.

Iudith.

§. XIV.

Feliciter ſtultus ad Prælationem eligitur.

61. NIhil tam ſublime apud homines eſt, quàm Principatus, qui hominem Deo ſimillimum reddit. Quid enim diuinius apud homines haberi poteſt, quàm ſupra homines eſſe? quod illi cæteri pareant, & ille pareat nemini? quod vnius arbitrium populos moderetur? quod vnius iudicium lex omnibus ſit? Itaq; Præfectura æmulatio quædam diuinitatis & ſupra humanum faſtigium eſt. Cæterùm quando nec ius ſucceſſionis, nec armorũ, temeritas principatum donant, meritũ expectandum eſſet. Apud Sapientes, & litteratos, ſapientia & litteratura meritũ ad Præfecturam dicitur. Fortè vt ſuam quiſq; artem ſublimet. Sed aduerto olim ſapientiam non fuiſſe meritum ad dignitatẽ: Imò ignorantiam meritum eſſe condignum ad Prælationem obtinendam Pſal.70. v.15. *Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini.* Valdè ſudant interpretes vt exponant quid per *Potentias Domini* intelligatur. Ianſenius ibi: *Quoniam non cognoui litteraturam introibo in Potentatu,* nam τὸ *in Potentias* Græcè eſt δυναστείᾳ hoc eſt *in potentatu,* ſeu *prælatione.* Innuens hominem illitterarum facilius honores arripere. Nam Litteraturæ, & Sapientiæ meritis diffiſus pro meritis adhibet fauores populi, Principum gratiam, effuſas largitiones, gratas adulationes, & alias iſtiuſmodi negotiationes, quæ illi pro merito ſunt ad capeſſendos honores. Quaſi dicat: quia homo idiota eſt, Prælatus erit. Rectè ibi Lorinus, τὸ *introibo,* explicat *aggrediar* potentias Domini, id eſt, Præfecturas, quarũ poteſtas à Domino eſt. Et ſententia eſt elegans; Quia non cognoui litteraturam; quippe qui non triui ſapientum gymnaſia, aut ſi frequẽtaui non ſum homo ſubtili ingenio præditus, *aggrediar,* hoc eſt, inuadam prælationem; in illamq; introibo, id eſt, eligar in Prælationem. Bellè Tertull. Fortè eiuſmodi genus hominum, id eſt, gominem ambitioſum, & ignorantia inſignem appellauit *Feliciter ſtultum.* Nam ſtultitia illi felicitas eſt, ſiquidem felicitatur ob ſtultitiã, ſeu inſcitiã, cùm omiſſis ſapiẽtibus, & litteratis iuris, ipſe ad Præfecturæ honores aſcitur: Et *quia non cognoui litteraturam aggreditur,* inuadit, & *intrat in prælationem.*

Ignorantia eſt ſæpè meritum ad prælationẽ

Pſalm.

Ianſenius.

Lorin.

Præfertur feliciter ſtultus.

Tertull. l. de carne Chriſti, cap. 5.

62. Et quod admiratione dignũ eſt, ipſa iam præfectura, eruditio eſt. Nemo enim iã prælatus illitteratus eſt, ab officio enim ſapientiam fœneratur. Et qui olim in gymnaſiis præ ignorantia nec mutire audens, cæteros ſuſpiciebat, ſubitò garrit, & repente litteratus eſt. Scilicet à Prælatura ſapiẽtiã mutuatur. Audi S. Nazianzenum aduerſus Iulianum: *Magnum, imò rerum omnium maximum vbi purpura videtur: ex qua tu ſapiens exiſtis.* Nempe Iulianus, alioqui Idiota, & homo in re litteraria truncus, vbi imperialem purpurã induit, derepentè doctus euaſit; & in ſeculo litteratiſſimo, cum Nazianzeno, cum Baſilio, cum Cyrillo, & cæteris Eccleſiæ proceribus diſputare audet. Quaſi Principatus ignorantiam eluiſſet, & ſapientiam, & eruditionẽ extemplo infudiſſet. At eiuſmodi ſapientia electione acquiſita, & à præfectura parta, ſuſpecta eſt ſapientioribus. Neſcit quidquam, qui omnia à Prælatione ſapit.

Præfectura litteratum repente facit.

Naz. Orat. 1. adu. Iul.

63. Ioannis cap.11. verſ.49. Collegerunt Principes & Phariſæi conſilium Seniorum, & ſapientiorum Hebrææ gentis, vt de re grauiſſima conſulerent, nempe de re Chriſti, quæ tota ex Scripturarum notitia pendebat. Aderant tantæ rei conſiliarij ſapiẽtiores Phariſæi, & litteratiores Scribæ, nomine quidem & munere ſapientes, ſed *feliciter ſtulti.* Re hinc inde ventilata, dixit Caiphas, qui erat Pontifex anni illius, & Senatui præſidiebat: *Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit, &c.* Planè neſcios appellat Phariſæos, & Scribas Sapiẽtiæ proceres? Ipſe ſibi derogat Præſes, qui homines qui neſciunt quicquam, in conſilium vocat, Sapientiæ titulos habent, ſapientum munera gerunt, & inſipientes dicuntur? Profectò hic apparet arrogãter hæc verba Præſidem dixiſſe. Pulchrè Origenes allegatus in Catena, & ad aliud thema expẽſus; *Cùm eſſet Pontifex anni illius prophetauit, &c. Si autẽ quis velit veridicum & in hoc eſſe Caipham, fatebitur etiã cuncta, quæ ſunt in hoc loco prophetiam eſſe veridicã incipiendo ab illo: Vos nihil ſcitis. Nihil enim nouerat. &c.* Id eſt, non tantùm propheticè dixit Caïphas: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat:* ſed etiam illud: *Vos neſcitis quidquam.* Itaque hi Scribæ, & Phariſæi, qui Sapientiſſimi conſiliarij habentur, qui litteratorum nomina, & officia habent, veriſſimè, imò prophe- 64.
ticè dicuntur, neſcire quicquam. Quippe qui infeliciter ſapientes ſunt, propter inſcitiam: & *feliciter ſtulti* propter prælationem, & officia: & tota prophetiæ auctoritate pronunciantur inſipientes re; nomine autem, & officio ſapientes. Nam ſuſpecta eſt ſapientia, quæ à dignitate eſt, non ab ſtudio, & eruditione. Fallitur, fallitur, ait Nazianzenus, qui *Simul cum imperio ſapientiorem quoq; ſe eſſe exiſtimat: praue vtique ſentiens, atque à potentia, & auctoritate de mente deturbatus.*

Ioan.

Orig.

Naz. Orat. in laud. Baſil.

§. XV.

Acerbiùs torquet, pati titulo damnationis, quàm ſæuiora tormenta hic tolerare.

NOn tam tormentum, quàm ſupplicium excruciat patientem, acerbiùs ferit pœna quàm cruciatus: nam cruciatum fert vir bonus & fortis, 56.
nemo

Christus acerbè feritur titulo damnationis patiens. Luc.

nemo nisi reus subit pœnam. Innoxius patitur, noxius castigatur. Remissus est dolor, cuius aculeus à damnatione non pungit, & cruentat præsentem. Pati naturæ est, puniri culpæ: plus excruciat culpa damnata, quàm molestia tolerata: nam supplicium plus armatur ad torquendum iudicio damnantis, & culpâ patientis, quàm acerbitate tormenti. Lucæ 23. v. 27. *Sequebatur autem Iesum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas, dixit Iesus: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, &c.* Quam ob causam tenerum compassionis affectum repudiat Christus Dominus? Conqueritur de piis condolentium lacrymis, & tacet ad opprobria, & tormẽta? Mutus fuit ad blasphemias, ad irrisiones, ad alapas, ad verbera, ad crucẽ; & quæritur de pia lacrymantium compassione? Plúsne tormenti inerat in lacrymis condolentium, quàm in irâ crucifigentium? Minimè, sed quasi plus pœnæ. Nimirùm piæ feminæ cõpatiebantur Christo vt reo, & dãnato; non vt spontaneè toleranti, sed vt inuitè patienti. Et qui vltrò patiebatur, lugetur, vt coactè damnatus. Quod eleganter dixit Theophylactus, hæc Lucæ verba commentans: *Flebant igitur mulieres per compassionem; cum autem qui vltrò patitur flere non oportet, sed magis applaudere.* Hoc valdè in Passione suâ affligit Christum, quòd cùm ipse vltrò patiatur & sic veluti applaudendum illi foret ex hac parte: tamen vt reus, & damnatus lugetur. Notas doloris non dat cùm torquetur acerbè, sed cùm licet piè, tractatur vt damnatus, & coactè adductus ad pœnam. Et, vt vno verbo dicam, tacet ad tormentorum passionem, non tacet supplicij significationem: quia quodammodò acerbiùs fert notam punitionis, quàm acerbitatem doloris. Ad hanc mutus est, ad illam propè querulus est.

Theoph.

66. Matth. Quàm sit acerbum damnari.

Matthæi 25. Describitur finalis iudicij seueritas; & re exactè discussâ dicit Iudex his, qui à sinistris sunt, id est, reprobis: *Discedite à me maledicti in ignem æternũ.* Peracerba planè vox, & quæ exarmet, & exanimet robustissimum quemque. Et quidem iure mirabitur aliquis, reprobos non violenter rapi, & harpagari Dæmonum operâ ad gehennæ ergastulum putre, & perenne incendium; sed ituros, *& ibunt hi in ambustionem æternam*, (vt scribit Augustinus mox citandus.) Cadunt exanimes ad terribilem vocis diuinę rigorem: habitandum illis est cum flamma deuorante, experturi perennantem vermis corrosionem, claudendi sunt æternum in æternante caligine, & strictissimo inferni carcere; & tamen non feruntur, sed eunt! *Ibunt hi*, inquit Euangelista, tanquã si sponte irẽt. Eodem nomine dicũtur Beati ire ad delicias beatitudinis. Nempe: *Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in viam æternam.* Quid in gehennæ loco reprobos attrahit? Imò quid non terret? Terrentur planè. Et tamen non coguntur tanquam inuiti sed veluti spontè *eunt*? Augustinus de reprobo agens, inquit: *Quando venerit quod non credebat, erubescit, confusus separatur, separatus damnatur. Conclusit autem Dominus cùm hæc verba diceret: ibunt isti in ambustionem æternam.* Ac si dicat: damnatus it in ignem æternum: & quia damnatus est ipse, non expectans, qui eum pertrahat, ipse vltroneus vadit quodammodò plus timens damnationem, quàm gehennam? Fugit à damnationis loco, & quasi confugit ad infernales flammas! Eximia hyperbole. Egregium profectò effugium! Declinare contendunt sententiæ rigorem, in gehennæ latebris! Fugiunt à damnatione ad pœnam cui addicuntur? Tormentum illis pro asylo est, vt damnationem quodammodò effugiant: Vnde ipsi reprobi *eunt in ignem æternum.* Nisi fortè dissimulant damnationis acerbitatem eundo, Nam qui it & non fertur, sponte sua videtur pergere, non coactus adduci. Euntes ergo ad gehennam, non tam minuere contendunt supplicium, ad quod ipsi eunt, quàm damnationis titulum, quo maximè exacerbantur? Ambiunt reprobi citiùs pati vt dissimulent damnationem, quam minuere plus contendunt, quàm gehennæ tormenta; ad quæ ipsi eunt, vt damnationem aut dissimulent, aut declinent?

Aug. serm. de verb. Domini.

Serpentis astu & malitiosa fraude decepti primi Parentes poma vetita gustauerunt, simúlque originali reatu posteritatẽ deprauauerunt. Magnũ sanè delictum, & sæuiori pœna dignissimum: & sanè Deus seuerus huius causæ iudex, in exosum iam diu, & refractorem serpentem, vt ostentet suæ iustitiæ seueritatem, & rigorem meritum tantæ culpæ; hanc in illum sententiam fulminat: Genes. 3. v. 14. *Supra pectus tuum gradieris, & terram comedes.* Hæccine pœna pro tanto crimine? Imò nec pœna quidem est, sed natura, siquidem natura serpentis de se repit, & terra pascitur, non altilium deliciosis carnibus, nec stagnorum exquisito piscatu, nec pistorum saporatis eduliis, aut bellariis Atticis gulosorum. Quod satis ad rem notauit Rupertus alibi laudatus his verbis: *Quid sibi vult quod dicit, super pectus tuum gradieris? nunquid antequam Diabolus per os eius loquutus fuisset, pedibus, aut cruribus ambulabat, pectore à terra sublato; & postea pedibus ademptis super pectus suum gradi cœpit, squamis suis, & costis pro pedibus vtens, & presso repens incessu? Nonne & antequam hominem fecisset Deus dixit: Producat terra iumenta, & reptilia, & bestias in genere suo? Quomodo ergo nunc pro pœna infertur, quod à natura illum habuisse negare non possumus.* Dubium à Ruperto viget; siquidem serpenti in tãti sceleris suppliciũ datur, quod illi natura est. Nempe damnatur serpens ad suam naturam. Cæterùm in hoc vel maximè elucet dãnationis elogium, & condemnationis acerbitas, quæ etiã absque acerbitate tormenti, æqualis pœna pro tãti delicti enormitate à Dei seueritate taxatur. Sat molestè cruciatur serpens, si damnetur vel ad opera quæ à natura sua obit. Nam damnatio acerbior supplicij portio est. Supplicij nomine accipiat connaturalia ipsi opera; imò & delicias, vt perpetuò acerbissimè crucietur, non molesto cruciatu, sed molestiori damnationis tormento, & titulo. Nam acerbiùs cruentat supplicij nomen, quam acerbioris calamitatis molestior ærũna. Sic etiam Eua damnatur subiectioni ad virum: & tamen etiamsi non peccasset, debuisset esse viro subiecta. Nempè exequi damnationis nomine, quod alioqui debebat exequi, acerba pœna est. Planè cognoscunt Bethulienses grauem esse Dei manum & se acerbissimè affligi à Deo tot angustiis tam periculosæ obsidionis. At nescio quo superbiæ fastu negant fortè se castigari, quasi acerbius esset pati supplicij titulo, quàm ipsa calamitatũ intolerabilis perpessio. Vnde Iuditha c. 8. vers. 27. seriò hortatur Bethuliæ proceres, planè fateantur se ob delicta planè castigari, aiens: *Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia, minora esse, flagella Domini, &c.* vt humilitate castigationis placent diuinas iras. Vnde Achior cap. 5. vers. 18. ad tot ærumnas dãnari Hebræos ait, & experiri damnationis

67. Damnationis titulus exacerbat delicias.

Genes.

Rupert.

nationis opprobrium, inquiens: *Quotiescunque autem præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium.* Quia non tantùm ærumnis affliguntur, sed opprobrio damnationis dedecorantur. Quod disertè tradit Iuditha hic vers. 8.

Iudith.

---

§. XVI.

Peccatum ipsum ipsa sui pœna est: & conscientiæ acerbior punitio.

68. Prou.

NOn contristabit iustum, quicquid ei acciderit, impij autem replebuntur malo. Prou 11. v. 21. Puto, si innumeras hic peccati ærumnas recenseret Salomon non tam explicuisset impietatis malum, quam absolutè dicendo, *Impij replebuntur malo*, ne si aliquod malum non recenseret, aliquod malum videretur excipere. Omnia enim mala à peccato sunt Quod rectè nouerant cap. 7. vers. 19. Bethulienses, qui cùm tot ærumnosis calamitatibus augerentur, confestim digitum intendunt ad tot malorum radicem, aientes: *Peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus:* & hic vers. 8. Iuditha peccatis adscribit omnia mala, quæ Hebræa gens desperatissimè patitur: nam *impij replentur malo*, id est, omni malo. Ergo dabo in hoc, & sequentibus paragraphis, aliqua ex præcipuis suppliciis, quibus Deus peccatorē castigat. Et quidem peccasse, prima est peccati pœna, nam malitia sui vltrix est. O malè dulcem peccandi voluptatem!

Iudith.

Chrysost. hom. 6. ad pop. Antich. Peccatum, sui Pœna est.

S. Chrysostomus ita fatur: *Magnum enim supplicium peccare, etsi non puniamur, Peccans etsi non puniatur, omnium est miserrimus: & tunc maximè miser, cum non punitur, & graue nihil patitur.* Scilicet peccatum ipsum, grauior sui pœna est; & peccati vltio, vel tantùm peccasse, etsi Dei vltor gladius non immineret peccatoris ceruicibus. *Etiamsi filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ.* Iob. 8. v. 4. Quid est peccatores relinqui in manu iniquitatis suæ? Nizetas, *in actione iniquitatis suæ.* Quasi actio iniquitatis suæ sit acerbior iniquitatis pœna. Isaiæ 64. v. 7. *Allisisti nos in manu iniquitatis nostræ; & peccata nostra abstulerunt nos.*

Iob. Nizet.

Isaiæ.

69. 1. Cor. 11. v. 29.

Porrò sicut qui indignè sumit Eucharistiæ sacramentum, *Iudicium sibi manducat, & bibit*: id est, tribunal seuerum, quo intrinsecùs arguatur, damnetur, excrucietur, & pereat. Sic peccator dum delinquit, imprudens adsciscit, & inscius aduocat terribile iudicium, quod in conscientiæ penetralibus agitur. S. Gregorius Nazianzenus Orat. 12. quæ est in plagam grandinis, inquit, *Conscientia domesticum & verum tribunal.* Et S. Augustinus ait: *Ego oculis vestris appareo; Deus conscientiis vestris præsidet.* Scilicet in ipsa delinquentis conscientia iudicium domesticum peragitur; memoria sceleris, dirè accusat impium, & verax est facinoris testis. S. Chrysostomus, sic fatur de Adamo delicti sui bene conscio: *Quoniam videbat sibi trucem stare accusatorem, conscientiam dico. Neque enim alium obiurgatorem habebat, & testem peccatorum, sed vnicum illum, quem intrinsecus circumferebat.* Præterea Ratio incorrupti iudicis subsellia occupat, sedetque seuera: huic tribunali Deus præsidet, quò rectissime iustitia tractetur. Neque in hoc domestico iudicio desunt terribiles ministri qui sceleris reum torqueant immani cruciatu. S. Bernardus. *Erat enim illi conscientia carcer, erant tortores vitia, & memoria, atque hi quidem, crudeles, austeri & immisericordes.* Pergit S. Ambrosius, sic de Caino fatus: *Cùm adhuc à Domino pœna cessaret, torquebat eum suorum conscientia peccatorum. Latebat miser tremens, & timens, & cùm adhuc percussor deesset, ipsa sese iniusti vita cruciabat. Acceperat signum ne eum aliquis occideret, non vt vitæ suauitate frueretur, sed ne mors auferret ærumnam, vt percussorem suum quotidie timendo pateretur. Meruerat quidem vt percussor inhiberetur; sed sine vlla intermissione ipse suus carnifex erat, & percussor.* Dies me deficerent, si quæ super hac thesi in Sanctorum libris obuia sunt, hic vellem subscribere Paucula hæc libaui, vt plane noscatur, quàm sit graue supplicium peccare, etsi peccator extrinsecùs non puniatur. Nemo enim impune delinquit, quia in abditis cōsciētiæ precordiis, rationis tribunal sedet cui Deus præsidet, memoria testis est, ratio iudicis munus obit ipsa consciētia sæuus carnifex, & inhumanus tortor, qui dies ac noctes reum sceleris arguit, angit, excruciat, metus pauidi terriculamentis, & intestinis culpæ cruciatibus. Vnde Ionas propheta inobedientiæ conscius non vectorum arbitrio, sed conscientię sententia immisericorditer proiicitur in sæuientis procellæ vortices insanos: *Tollite me* inquit, *& mittite in mare.* Ionæ 1. vers. 12. Nempe Ionas magis timet conscientiæ, quàm pelagi sæuientis procellam. Belle S. Chrysologus: *Quoties,* ait, *circa Dominum se indocilis turba diffendit, iactatur in conscientiæ procellis.* Ipse se damnat maris ingruenti procellæ, vt vorticosam fugiat conscientiæ tempestatem.

Nazianz. — Augustin. Tract. 1. in Ioann. — Chrysost. hom. 17. in Genes. — Peccatum punitur sui conscientia.

Bernard. ser. 1. de Sept. — Ambros. in Psal. 35. — Ionæ. — Chrysol. serm. 9.

70. Psalm.

Psalmo 7. vers. 15. *Ecce parturiit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Conuertitur dolor eius in corpus eius, & in virtutem ipsius iniquitas eius descendet. Dolor* hic pro peccato accipi fere conuenit inter expositores; legatur Lorinus, qui id apprime aduertit, & ex contextu liquidò patet. Scilicet peccatum, peccantis dolor dicitur, quo dolet misere, & anxie fatigatur sceleris reus. Sed expensione dignissima sunt, quæ præcedunt verba. Primo enim loco ponit regius Psaltes, peccatorem parturire iniustitiā, mox concipere dolorem, & tandem parere iniquitatem. Prius enim est concipere, exinde parturire, demum parere. Cur ergo Dauid rerum ordinem interturbat? Bene respondet Didymus cæce oculatus, in hoc ordine præpostero perturbationem, ac peruersitatem peccati notari. Quia peccator inconsulto rationis tumultu rerum ordinem & naturam confundit, & infuscat cæca delinquendi libidine obcæcante rationis modum. Vnde peccator primò patitur conscientiæ tumultum, & aliquam rationis cæcitatem, tumultuatio impetu obtutescens ad culpam. Sed veniamus ad rem ipsam. Nonne delinquens, vt negligat legis diuinæ obsequium, semper allicitur voluptate peccandi, quæ illex est ad delinquēdem? Porrò voluptas quæ in peccato perpetrando apparet, fomes est ad peccandum. Quo modo ergo Propheta ait, quòd impius dum mente concipit suggestionem, quæ proponit peccati voluptatem, *concepit dolorem?* Imo quid voluptuosiùs homini, quàm res conceptionis, seu geniture? Profecto homo dum tentatur ad malum operandum, priùs mente concipit (quasi effuso diaboli semine per tentationem) voluptatis illecebram, mox inclinat vehementer ad patrandum delictum, quod valde delectabile putat, & ita illud parturit, tandem cùm opus

Lorinus. Peccator discruciatur ipsa peccandi voluptate. — Didymus.

opus impium operatur, peccatum parit, in quo voluptate operis plenè deliciatur, sese exsatians libidine peccādi. Ergo delicti conceptio, & parturitio, & partio, negotiū est voluptatis, & otium executæ libidinis; non res doloris, & cruciatuum angor. Eleganter Chrysostom. In Catena Barbati Achilleiensis ad præfata verba Psalmi, ita scribit: *Docet* (Dauid inquam) *quemadmodum mulieres parturientes à doloribus discerpuntur; ità eum qui doles machinatur, priusquam alios læserit, ipsum lacerari, ac discerpi, & grauissimis tormentis excruciari. Quare cùm doloris acerbitatem vellet ostendere, parturitionis nomine vsus est. Nam scripturæ mos est intolerabiles dolores, ac cruciatus, doloris eius qua est in partu, nomine significare. Sed in muliere prius fit conceptio, & deinde dolor partus; hic autem primùm parturit, & tunc concipit. Quid hoc autem sibi vult? Quod illic quidem tempore partus est dolor, hic autè à principio. Simul ac enim quispiam malè cogitauit, etiam priusquam in cogitatione concreuerit, tumultus, ac perturbatio est in cogitatione.* Hucusque Chrysostomus. Ecce tibi quàm grauis & acerba sit impietas etiam si absit pœna iudicis seuerè castigantis. Ipsa enim malitia sui pœna est, & arcano supplicio in conscientia castigat, quod mente concipit flagitium, quod opere parturit delictum S. Ambr. ad illa verba Psal. 15. *Dixit iniustus vt delinquat sibi*, ita scribit: *Quicquid loquitur iniustus, iniquitas est, qua in suum refertur auctorem. Sicut viperæ partus, qui primò suam scindit parentem. Nec mirum, quia* (pro, quòd) *iniustus sibi delinquat, sibi generet vulnera, se ipse confodiat.* Et mox: *Serpens aliis infundit venenum, iniustus sibi. In eum enim refunditur quicquid effuderit. Ipse iniustus igitur & aliis inutilis, & sibi noxius.* Hæc prima est impij pœna, sed non sola. Dabo nunc alias, & quidem acerbissimas, & quæ valde excruciant, & discerpunt delinquentem, Quem pius amor in pietate non continet, erudiat sapiens pœna ad saporem virtutis.

Osee. 13. 1. Reg. 12.

Psalm. Ambrosius

§. XVII.

Pauperior inopia à peccato est.

71. INter cætera peccati supplicia, illud non facilè contemnent homines, quod peccatum titulus est inopiæ & reatus paupertatis. Non procellæ seuietis atrocitas, neq; violentus hostis furor, neq; tribunalium rapaces ministri depauperant miseros mortales, sed furax peccati vis homines bonis suis expoliat, & ad miseram pauperiem redigit. Illud Lucæ 4. vers. 18. sumptum ex Isaiæ cap 61. vers. 1. *Euangelizare pauperibus misit me.* Ambrof. Origenes, Theophylactus *Tò pauperes* interpretantur, *peccatores*, quasi idem sit apud Prophetas, & Euangelia, peccator, & pauper. Geneseos 4. v. 14. Cain parricidij reus, seuerissimè dānatur à Deo, impietatis vindice. Cui Cain respondet: *Ecce eiicis me hodie à facie terræ.* Quid est Cainū ob sæuum flagitium *eiici à facie terræ*? Vulgus interpretum hæc verba accipit de exilio, cui damnatur Cainus, dum illi dictum fuit, *Profugus & vagus eris super terram.* Caietanus verò sic appositè ad rem præsentē locum commentatur. *Eiectio à facie terræ est in hoc, quòd terra non correspondeat ei secundum vim suam:* nam paulò antè dixerat ei Deus: *Nunc igitur maledictus eris super terrā: cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos.* Neq; enim malè, quantumuis refragentur nuperrimi commentatores. Martinus del Rio inibi hæc verba per hypallagē interpretatur, vt sensus sit: Terra quā tu coles erit maledicta: antè quidem maledicta erat propter Adami peccatum respectu totius generis humani, sed nunc iterum maledicitur in particulari respectu Caini; eò quòd Deo fœcunditatē quæ terræ fuerat relicta, reprimente, laboribus eius non erat nisi parcissimè responsura. Ita Tertullianus lib. aduersus Iudæos cap 5. & lib. de Resur. Carn. cap. 16. Nempe prima Caini delinquentis punitio fuit spoliari mundialibus bonis, quod ipse appellat, *eiici à facie terræ.* Hispanè viuaciùs verborum exprimitur energia: *A vn pobre no le cabe el mundo.* Sic etiā peccator bonis omnibus spoliatus, mundi exul fit dum in terræ bonis primùm mulctatur. Sic etiam factum est cum Adamo Caini parente, qui vbi peccauit, & statim orbatur paradisi prædio, priuatur totius terræ possessione, quam dotis nomine acceperat, (de quo alias,) & addicitur terræ, frugum infœcundæ, & spinarum fertilissimæ. Quin & *pellitus terræ, vt metallo datur, quippe qui deliquerat*, ait Tertullianus in lib. de Pallio cap. 3. id est, adeò vilis, & pauper, vt pellibus indutus, condemnatus sit infœcundæ agricolationi sterilis spineti, quasi ad metalli damnaretur fodinas, vti vile mancipium.

Lucæ. Isaiæ. Ambrof. Orig. Theoph. Genes.

Agri peccatorum steriles.

Gaiet.

Rio. 73.

Tertull.

74. Iob illle diues quondam & opulentus, crebrescentibus nunciis aduersa enūciantibus, repentè ad tam miseram inopiam redactus est, vt testa vlcerum saniem raderet, sedens in sterquilinio. *Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est. Pereat dies in qua natus sum.* Iob, 3. vers. 1. Fateor valdè luctuosa tragœdia fuit, subitò depauperari opulento censu, & regiis opibus, at videntur hæ flebiles querelæ prolatæ à Iobo non tantùm opum, sed etiam rationis inope, Quorsum infausta imprecatur diei natiuitatis suæ, qui dies iā diu perierat? num impossibilia intentat? ô demētiam! Adhæc profanum videtur & impium, maledicere, & dirè execrari diem natiuitatis, hominibus sanctum, & solenne. Quin & fatua nimis videtur eiusmodi execratio diei natiuitatis. Planè aberrat Iob, qui tumultu repentinæ calamitatis obrutus, execrandum diem omittit à maledictione immunem, & detestatur diem execrationi obnoxium. Porrò si quis dies maledicendus foret, ille in primis in quo filiorum subsidio orbatus, & prædiuiti censu expoliatus fuit; non alius in quo natus fuerat sospes, felix, & opulentus. Quare diem in quo diram inopiæ calamitatem patitur, non detestatur, & maledicit vnicè natiuitatis diei; ait enim. *Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo.* Opportunè S. Gregorius ibi: *Vir, inquit, sanctus nihil speciale, in speciali vulnere cogitans, reducit ad animam originem culpæ: videt humanum genus vnde, & quò cecidit, & dicit pereat dies, in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo.* Nempe Iobus inopiæ calamitate prostratus, & præsentis innocentiæ conscius, sapienter ad culpæ originem attollit oculos, & culpat suæ conceptionis diem infaustum, in quo originale contraxit delictum, quæ fuit origo luctuosæ orbitatis, & diræ paupertatis seminarium. Quasi intendit digitum ad peccatum, è quo miseras inopiæ arumnas calamitosè patitur. *Peccati censum* agnouit cuius census opimos reditus exigit aduersæ fortunæ casus, filios opprimens inter domus suæ ruinas, & Sabæorum furax irruptio, & Chaldæorum rapax inuasio, & ignis è cælo vibratus ad gregum

Iob.

Peccati census.

Gregor. in Iob.

Kk

Digitized by Google

gregum incendia. Vnde consultissimè natalem execratur diem, in qua contraxit peccati censum, à quo vectigalis factus est, vt redituum nomine exoluat auitas opes, & prædiuitem opulentiam propriâ comparatam industriâ.

75. Math. Quàm obæratus est homo ob peccati censum. Cæterùm peccator quàm sit sumptuosè debitor ob peccati malitiam, pulchrè traditur, Matthæi 18. vers. 23. *Assimilatum*, inquit, *est regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cùm autem non haberet vnde redderet; iussit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios & omnia quæ habebat.* Indubium est, apud interpretes grande hoc debitum contrahi ob peccatum. Ita Origenes, & S. Hieronym. S. Aug. de verbis Domin. serm. 15. Remigius, & alij. (Origen. Hier. Aug. Remigius.) Nempè propter peccatum debet homo Domino suo decem millia talenta: talentum autem apud Iudæos vsitatum, sexcentos aureos nummos valuisse creditur. Itaque decem millia talentorum summam sexagies centum millium aureorum nostrorum efficiunt, vt Maldonatus aduertit. (Maldon.) Vides oculis quàm grande vel in re numaria debitum culpa contrahat? Sic obæratus est homo ob delictum, vt neque ipse soluendo sit tanti debiti molem! Audi Tertull. ita explicantem huius parabolæ sensum: (Tertull. l. de Orat. cap. 7.) *Debitum autem in Scripturis delicti figura est, quod perinde indicio debeatur, & ab eo exigatur; nec euadat iustitiam exactionis, nisi donetur exactio: sicut illi seruo Dominus remisit. Hoc enim spectat exemplum parabolæ totius.* Et S. August. (Aug. serm. 116. de Tempore) *Debita, fratres, peccata intelliguntur: nam debitum contrahitur quotiescunque delinquitur.* Et Venantius Fortunatus (Fortun.): *Conuenienter, ait, debita peccata dicuntur, quæ & debentur, & requirenda sunt.* Ecce sumptuosum decem millia talentorum debitum, per peccatum contrahitur, quod tota humana natura, naturalium bonorum opulentia soluere non potest, etsi debitor mittatur in carcerem, & vxor eius, & liberi venundentur ad redimendũ ex peccato contractum debitum (Tertull.): *habet enim animam in confiscato.* Scilicet peccator debet vltra quam soluere valet; & quidquid opum & vitæ illi restat, misericorditer indulget illi diuinæ miserationis opulentia. Nec iure queri debet, quòd diuitias amisit, sed gratias agere tenetur de his quæ illi restant: Tam grande debitum peccatum est, etiam in re nummaria.

76. In Christo Deo peccatum esse non potuit, fuit tamen peccati vmbra, quia vadimonium pro peccatoribus suscepit, vt Deo satisfaceret pro peccatis hominum: & inde grauissimas tulit paupertatis ærumnas. *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues* 2. Cor. 8. vers. 9. (2. Cor. Christus præscribitur ob delicti vmbram.) Scilicet Christus Rex regum propter fideiussionem, quam pro peccatoribus suscepit, egenus factus est, & natus in stabulo, quia non erat ei locus in diuersorio, pro regali solio, habuit præsepium; pro culcitris fœnum; pro igne, halitum bouis, & asini; pro aulæis, futiles aranearum telas; pro pastillis odoratis, boum stercora; pro bysso, & purpura, viles panniculos, pro equitatu bouem, & asinum; pro comitatu procerum, Iosephum, & Mariam: sic exinceps in tota eius vita egenus fuit Christus, & vt Græcè ἐπτώχευσε hoc est, mendicauit, inquit Erasmus (Erasmus.) Vnde constat Christum Deum non tantùm fuisse pauperem, sed verè mendicasse, fuisséque mendicum. Ad tantam, támque angustam paupertatem fideiussio pro peccatis redegit Saluatorem. Parùm hoc: audi Apostolum ad Galatas 3. v. 1. (Ad Galat.) *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati?* Ecce Galatarum delictum. Vnde pergit Paulus: *Ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est.* Sic vulgò exscribunt venustiores ex Patribus, & commentatoribus.) etsi vulgata correctior *præscriptus* legat; quam lectionem ambit ex S. Augustino Erasmus reducere ad antiquam versionẽ. (Aug.) (Sed frustrà labor.) Scilicet aliena peccata, quæ satis facienda suscepit, sic Christum depauperarunt, vt ipsum *proscriberent*. Το *proscribere* in rigorosa significatione vsurpat Ambrosius in horum verborum commentario, aiens: (Ambr.) *Manifestum est, quia stultorum oculis Christus proscriptus videtur: id est, expoliatus.* S. Anselmus. (si Anselmi, non Herueį sunt commentarij in Paulum,) (Anselm.) *Ita estis insensati, quod Iesus Christus proscriptus est, id est, exhæredatus ante oculos vestros, & non aduertitis.* Profectò Christus cùm esset diues, sic pauper pro peccatorũ soluendo debito, factus est, vt bonis *expoliatus* dicatur ab Ambrosio, *exhæredatus* ab Anselmo, *proscriptus* à Paulo, *mendicus* ab Erasmo (pudet malum auctorem inter bonorum proceres recensere.) Scilicet ita obnoxia paupertati impietas est, vt impietatis vmbra sic depauperauerit Christum Deum! ó saltem timeat miraculosa auaritia, quod audet temeraria impietas, & impudens voluptas. Qui auarè mundiales diuitias exambit, deuitet peccatum, à quo ærumnosior paupertas.

Non omittam hic elegantissima S. Ambrosij verba, quæ thema præsentis, & proximè præcedẽtis paragraphi viuidè probant & luculenter locupletant. 77. Ambrof. in Psal. 35. Itaque Ambrosius ita scribit: *Offenditur nobis vltrix nostri imaginatio peccati, nec quietum reũ suum esse permittit, inferens miseram seruitutem; atq; in sua vincula trahit, vt enodare se non queat: quoniam volens ipse se vendidit, cui liberum erat, delictorũ æra non capere, & libertatem innocentiæ reseruare. Itaque cum oramus peccatum effunditur, vbi somnus sensum corporis, laxauerit peccatum recurrit. Semper nobis error noster, tanquã mali exactor occurrit, vel tanquã improbus fœneratur; conueniens debitorem.* Non expendam pulchra verba, ne ab expensione degenerent. Legatur Ambrosius paulò antè, & non multùm post hanc sententiam, vbi satis multa Ambrosio digna, & ad mores vtilissima.

§. XVIII.

Infamiæ natales à peccato sunt.

68. VErè dixit S. Nazianzenus quod *culpa humiliationis est mater.* (Nazianz. orat. in Iulianum.) Ergo si quem vel diuitiarum amor non retraxit à culpa, saltem contumeliæ metus à delictis auertat: nam peccator obnoxius est infamiæ, & peccando contumeliosus sibi est. (Peccator contumeliam facit intellectui.) Porrò omne peccatum barbarum, & irrationale est, quia peccati essentia aduersùs rationem militat, & recẽtioris Theologiæ proceres, ex vetustis Theologis nouè adstruunt. (Vazquez. 1. 2. disp. 96.) Audiẽdus est Tertullianus. (Tertull. l. de Pœnit. c. 5.) *Desipit porrò qui bonorum ac malorum intellectum à Deo consecutus, quod intelligis fugiendum, quodque iam fugit, resumens, intellectui suo contumeliam facit.* Planè qui contra rationem operatur, rationi, & intellectui contumeliam facit. Nam præterquam quòd *Omnis peccans est ignorans* iuxta verus Theologorum prouerbium; qui aduersùs rationem facit, manifestè indicat, se belluinis

belluinis affectibus,& brutâ libidine agi; non rectâ ratione,sed appetitu permotus. *Est enim peccator opprobrium hominum,pecore vilior,cadauere peior. Tolerabilius canis putridus fœtet hominibus, quàm anima peccatrix Deo.* Verba sunt S. Bernard. Pende illud *pecore vilior.* Et S.Basilius. *Putruerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Omne enim peccatum per stultitiam fit.*

Bernard. de inter. domo,c.55. Basil. hom. in Psal.37.

79. Sophoni. Peccatores sunt nugæ.

Sophoniæ 3. v. 18. sic dicitur de peccatoribus: *Nugas,qui à lege recesserant congregabo,vt non vltrà habeas super eis opprobrium.* Itaque qui à lege Dei recedunt, *nugæ* appellantur; id est,peccatores dicuntur nugaces homines, qui ob nugas, hoc est, leuissimas & mendaces rationes, & ridicularias voluntates, legem Dei deserunt. Nempe peccatores non tantùm populi opprobrium dicuntur à Propheta,sed etiam *nugæ*,id est,inutiles, squalidi, ridiculi, quisquiliæ, &, si quod est aliud vocabulum,quod eos inuitiat, & denotet inanis nugacitatis. Sic locum hunc commentatur S. Hieronymus: *Nugas qui à te recesserunt congregabo: hoc est hi qui per vitia atque peccata de tuo sinu fugerant, & facti erant sub Dæmonum potestate.* Audis peccatores insigniri illustrissimo nugarum, seu quisquiliarum elogio? Et Sapientiæ 2.c.v.16. *Tanquam nugaces æstimati sumus*, Græce εἰς κίβδηλον, id est, *in spurium*,vel *in scoriam*,vel *æruginum.* Ac si dicat: Æstimamur vt spurij aut quasi quisquiliæ, & nugæ.Ita Emanuel Sà,& Mariana ibi, & Cornelius in c.3.Sophoniæ.Nempè homo à natura princeps creaturarum,à gratiæ generositate, diuinæ consors naturæ sic degenerat,sic vilescit à culpa, vt ignobilis,spurius,reiectanea scoria,& futiles nugæ dicatur ore prophetico. Heu! mortalium agnata ambitio,quæ non timet hæc vera opprobria;& ob leuiculam,& ridiculam voluptatem, sic inuitiari non renuit toto gratiæ adnixu!

Hier. Sapient. Sà Marian. Cornel.

80. Peccator sibi contumeliosus est. 1.Reg.

1.Regum 15.v.10.Dei iussu irruit Saul in Amalecitas; nec demolitus eos,contra Dei imperium, cui non obsecutus fuit Saul, parcens Regi Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum,& vestibus,& vniuersis,quæ pulchra erant. Confestim occurrit Propheta Samuel victori Sauli, & Dei nomine illum durè obiurgat de inobedientiæ delicto.Verùm aduertere diligenter oportet ad verba, quæ Saul respondit Samueli. *At ille ait:Peccaui:sed nunc honora me coram senioribus populi mei,& coram Israël.* Quorsùm Saul rex honorari ambit à Samuele? Nonne Saul inclytus erat à regiâ purpurâ, & imperiali sceptro illustris? & tunc valdè illustrior ob victoriæ famam,& triumphi gloriam? Quid ergo tunc Rex honorem à Samuele expetit nisi quia peccati infamiam incurrerat? *Ad quid tibi hæc honoratio miser?* ait S.Bern.ad illud Matthæi, *Ecce nos reliquimus omnia.* Quasi dicat. Frustrà Saul regali sceptro illustris,& illustri victoriâ auctus,honorari exambit à Prophetâ: siquidem eum delicti infamia turpissimè dehonestat. Incassùm exoptat honorem,quâ infamat peccati dedecus. Porrò *nugas, qui à lege recesserant,* quis valeat honoribus cohonestare? Ecquis nugas magni æstimet,quas quiuis homo, vt futiles depretiat, vt ridicularias reiicit, vt reiectaneas contemnit? Malè affectat honoris fastigium,quem peccati contumelia infamat. Plus proprij peccati infamia deuenustat,quàm honorare possit vel regia dignitas,vel victoriæ fastus,vel honoraria Prophetæ vox. *Ad quid tibi hæc honoratio, miser?*

Bern.

81. Oseæ.

Oseæ 5. v. 11. *Calumniam patiens est Ephraim, fractus indicio,quoniam cœpit abire post sordes.* Id est, Ephraim qui recessit à lege Dei sui, ideò calumnias infames patietur Noster Ribera sic commentatur hæc verba: Ephraim captiuus ducetur & affligetur ab Assyriis, & omni iniuria afficietur ob multa quæ patrauit delicta: neque erit qui pro eo iudicet, id est, qui eum ab iniuria, & contumelia defendat,sed quasi in iudicio damnatus,victúsque tractabitur. Sumpta videtur metaphora ab his,quos inimici commoti odio,aut irâ calumniantur apud iudices, & vincunt in iudicio: vnde illi omnibus iniuriis,& contumeliis afficiuntur. Quid infamiæ non patitur inualidus quispiam reus, accusatus à potentissimis calumniatoribus apud iniustum, & violentum iudicem? Ergo sic tractabitur Ephraim, quia cœpit abire post sordes, & flagitiorum labe se fœdauit. Cæterùm sapienter addubitat S.Hieronymus in Commentario: *Si impius est Ephraim,& propter impietatem suam erit in desolationem,quomodo nunc dicitur, calumniam patiens Ephraim fractus iudicio? qui enim calumniam patitur,& frangitur,iudicium eius iniquè opprimitur: maximè cum causa iusta ponatur, quare sit traditus captiuitati: sequitur enim: quoniam cœpit abire post sordes?* Scilicet Ephraim etsi suæ impietatis benè conscius, tam infames patietur contumelias, tam contumeliosis opprimetur calumniis,vt censeat infamiam longè superasse delicti reatum. Quæ est expositio Hieronymi ibi. Luculenter S.Chrysologus: *Qui vitiis viuit,sepelitur fama,perit gloria,crescit infamia.* Quin & infamia videtur illi vltra modum subcreuisse, quia supra quod ille existimabat,diffamatus est ob commissum delictum. Porrò peccatum mors est honoris,gloriæ sepulchrum,& infamiæ incrementum. Quid quæso nostri generis decus,Adamum, inquam,è paradisi & innocentiæ gloriis,pellitum quasi vile mancipium, vilissimæ agricolationi mancipauit, nisi infamiæ delictum? à quo & nobilissimi Angeli degenerarunt in abiectissimos Diabolos. Imò & Christus Deus ob aliena peccata,factus est *opprobrium hominum,& abiectio plebis.* Psal 21. vers.7.

Ribera. Peccatum calumnia est. Hier. Chrysol. serm.1. Psalm.

Denique Paulus 2. Cor. 12.v.7. *Datus*, inquit, *est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Eiusmodi stimulum appellat Apostolus tentationem ad peccandum, vt exponit S. Hieronymus,Augustin.Cypr.Haimo, Theoph. Anselm. Beda, S. Thom. Lyra. Nempe vel à tentatione ad peccandum, se Paulus colaphizari existimat,quod est inter homines summum probrum, & exaggeratior contumelia.

2. Cor. Hier. August. Cypr. Haimo. Theophyl. Anselm. Beda. S.Thom. Lyra.

§. XIX.

A peccato, hominis infirmitas, & inualetudo.

82. Peccata sunt deuoratoria salutis. Tertull. l.de Idololatr.c.1.

VUlgò homines magni æstimant corporis valetudinem bonam,& huius vitalis lucis vsurâ frui primam felicitatem reputant: hinc dolores, ægritudines, mortem declinare exoptant: non tamen peccatum,(ô fatuam cæcitatem!) quæ radix ægritudinum est. Eleganter Tertull. sic fatur: *Post alia crimina tam exitiosa, tam deuoratoria salutis.* Scilicet culpa salutem deuorat,& absumit: si leuis fuerit,salutem abrodit,& exedit; si verò grauis, illam planè deuorat. Iob.5. vers.6. *Nihil in terra sine causa fit & de humo non egreditur dolor*: non enim terra, sed hominum peccata sunt dolorum officina. *Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem & seminant dolores, & metunt eos.* Iob.4. vers. 8. Quasi peccatum sit dolorum seminarium, & vberrima

Iob. Iob.

Psalm. rima cruciatuum messis, Psalmo 7. v. 15. *Ecce parturiit iniustitiam, concepit dolorem.* Pro peccato hic accipit *dolorem*, consors est interpretum sententia S. Chrysost. *Nemo est qui viuat in scelere qui non innumerabiles dolores sustineat.* Et Ambr. *Nihil est enim, quod maioris doloris sit, quàm culpa reatus.* Nemo miretur tam acerbum dolorem facere: *etenim peccatum longè grauius est, quàm sit vulnus, aut cicatrix, aut plaga intumescens, ac inflamata*, ait S. Basilius.

(Chrysost. in comment. Psal. 7. Ambros. lib. de Noë & arca, c. 11. — Basil.)

Prætereà culpa dicitur paralysis à S. Chrysol. *Faciat*, inquit, *iustitiam, & liberetur à paralysi omnium peccatorum.* Et S. Basil. peccatum appellat cordolium; sic enim explicat illud Isaiæ 1. v. 5 *Super quo percutiam vltrà, addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mærens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Quæ verba sic vertit, & explicat S. Basilius ibi: *Omne caput ad dolorem, & omne cor ad tristitiam. Caput omne miserè cruciatur, cor omne mærore contabescit.* Facile admodùm foret seriatim recensere omnes infirmitates sigillatim à peccatis oriundas. Sufficiat dixisse, omnium ægritudinem radicem esse peccatum Matth. 9. v. 2. offertur Christo Deo sanandus Paralyticus, ad quem sic ait: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Non id expetit æger, salutem exoptat, non delictorum veniam: Quorsùm peccata priùs dimittuntur, vt postea sanctitatem faciat paralytico? Sapiens animarum medicus Hieronymus ad hunc modum scribit in Commentario: *Dimittuntur tibi peccata. Idcirco forsan priùs dimittuntur peccata, vt causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur.* O saluberrimum aphorismum! Tollatur priùs peccatum, quæ est causa, & radix morborum; & ita facilè infirmus restituetur sanitati. Frustrà sanitatem quærit, qui infirmitatum originalem causam intrinsecùs alit.

(Basil. Orat. 1. de Peccato. Chrysol. serm. 5. Peccatum dicitur Paralysis. Isaiæ. — Basil. — Matth. — Hier.)

83. Ergo culpa iure dicitur deuoratoria salutis, & officina dolorum. Vis nosse, quàm acerbi sint dolores, quibus obnoxius est homo ob culpam; Audi S. Gregorij verba, vbi explicat illud Matth. 13. *Ibi erit fletus, & stridor dentium*, quibus verbis exprimitur feralis gehennæ cruciamentum. *Ibi erit fletus*, inquit, *Timendum est autem hoc potiùs quàm exponendum. Apertâ enim voce tormenta peccantium dicta sunt.* Audis fletum, & stridorem dentium, quæ damnatorum sunt cruciamenta, dici nunc esse tormenta peccantium? Profectò cùm peccatum sit omnium dolorum, & ægritudinum causa, verè dicitur in pœnis æmulari gehennales cruciatus.

(Matth. Gregor. hom. 11.)

Psalmo 17. v. 5. sic fatur Dauid: *Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.* Dolores mortis (vt ait Nicephorus in Catena Barbari Achillei,) *intolerabiles dolores* intelliguntur. Quod magis expressit Chaldaica periphrasis: *Circundedit me angustia tanquam mulierem, quæ sedet in sella parturientis, & virtus non illi est ad pariendum.* Quæ est exaggeratio acerbioris cruciatus. Sed animaduersione dignissimum est; quare Dauid, cùm doloribus mortis circundatur, imperturbatus patitur eiusmodi pœnalissimas mortis minas, & ad torrentem iniquitatis anxiè conturbatur? *Torrentes*, inquit, *iniquitatis conturbauerunt me.* Caietanus, *Terruerunt me.* Vatablus, *Exanimauerunt me.* Scilicet Dauid pacatè suffert dolores mortis, at valdè conturbatur, terretur, & examinatur à torrente iniquitatis. Quem *Diaboli torrentem* explicat S. Hieronymus, & Treuetus *torrentem Belial.* Hugo Cardinalis nouem adducit causas, cur tam solicitè timendus sit torrens iniquitatis: legi possunt in proprio auctore, quia longiusculè eas scripsit Hugo. Ecce quàm grauior toleratu sit malitiæ cruciatus, seu torrens iniquitatis, siquidem Dauid, qui tranquillo animo patitur dolores mortis, ad iniquitatis dolores, sic conturbatur, terretur, exanimatur. Quasi grauior & acerbior sit cruciatus iniquitatis, quàm terror repentinæ & instantis iam mortis, quæ est omnium terribilium terribilissima.

(Psal. — Niceph. Barbar. Chald. Sæui dolores hic à peccato sunt. — Caiet. Vatabl. — Hieron. Treuetus. — Hugo.)

84. Iob. 10. v. 17. *Instauras testes tuos contra me: & multiplicas iram tuam aduersum me: & pœna militant in me.* Quinam sunt hi testes, qui contra Iobum instaurantur? Philippus intelligit *Dæmones.* Aptiùs Caietanus *plagas* dicit esse testes aduersus Iobum. S. Augustinus, *Instauras in me tormenta tua.* Scilicet immania illa cruciamenta, & ferales plagæ, quas Iobus patiebatur, erant velut testes, qui publicabant Iobum aliquando peccasse. Heu! quod tormentorum genus non passus est Iob, à calumniis inimicorum, ab opum spoliatione, à throni depositione, à Dæmonum immanitate, à filiorum orbitate, à dolorum sæuitia! Et quidem Tò *instauras* habet energiam, quam cum præcedenti ponderatione aduertit Olympiodorus in Catena Comitoli: *Et instauras*, ait, *in me supplicium tuum. Haud quicquam ipsæ calamitates remittuntur, sed multò vehementius corroborantur, & malum vsque innouatur. Ac si diceret Variis circumfusus ærumnis, nec solum eorum sum similis, qui priores excruciati sunt malis; verum etiam eos imitor, qui iterum ac sæpius diuersa supplicia, pœnásque subierunt.* Idem ferè repetit inibi Polychronius Nempe supplicia, dolores, ægritudines, cruciatus, calamitates, testes sunt, qui coràm testantur peccatum: & sæpè repetita pœna instaurant testimonium. Tametsi benè notant recentiores interpretes ad hûc Iobi locum, non semper ob delicta eiusmodi ærumnas euenire.

(Iob. — Philipp. Caiet. Aug. Peccata testes sunt contra homines. — Olympiod. Comitol. — Polychro.)

Illud Iob 18. v. 13. *Deuoret pulchritudinem cutis eius, consumat brachia illius primogenita mors*, sic exscribit, & explicat Olympiodorus; *Rumpatur de habitaculo eius sanitas, vt nullam medicinam, curationem nullam queant admittere.* Quasi ægritudines corporis, quas ob peccatum patitur homo, incurabiles sint nisi priùs repurgetur à peccati veneno, quæ radix est ægritudinum.

(Iob. — Olympiod.)

---

§. XX.

Peccatum est mortis pignus.

85. Neque satis est hominem ob peccatum esse morbis obnoxium, nisi etiam mors corporis (quod est corporalium malorum maximum,) à peccato esset. Nam, vt ait S. Chrysostomus: *Ipsa mors a peccatis habet radicem.* Genes. 27. v. 46. vbi primùm Rebecca animaduertit Esau ob raptam dolo benedictionem malè iratum esse aduersùs suum Iacobum, quem cariùs diligebat, ipsi peramáter suadet, vt tantisper cedat fraterno furori, fugiat ad Labanum fratrẽ suum. Audi causam emittendi Iacobum: *Cur, inquit, vtroque orbabor filio in vna die?* Planè muliebris hic timor; nimis, quantùm apparet, futilis est, & inanis. Esto, Esau, & Iacob rixentur, & se mutuò inuadant ad necem, alteruter cadet, non vterque, neque verosimile est vtrumque mutuis vulneribus concisum iri. Perperam ergo timet Rebecca vtroque orbari filio in vna die. S. Ambrosius sic fatur eleganter super hac re: *Non quasi timuisset Rebecca, vt ad pugnam venientes*

(Chrysost. hom. 28. in Matth. Culpa mater est mortis corporalis. — Genes. — Ambros. l. de Iacob.)

Digitized by Google

venientes mutuis concedissent vulneribus: sed quòd si alter alterum occideret, vterque incurreret mortem eodem die: ocisus quidem corporalem mortem, fratricida verò mortem spiritualem id est, mortem peccati, quæ radix, & pignus est corporalis mortis. Et ideò timet Rebecca vtroq; orbari filio in vno conflictu. Et orbatam se existimat, non tantùm occiso filio, sed etiam occisore, ob peccati mortem: nam filium peccatorem inter mortuos computat. Per peccatum enim, vt ait S. Chrysol. *Fit in corporis sepulchro viuo. funus animæ iam sepultæ.* At defunctâ corporis vitâ, quæ est anima, corpus etiam ruit ad interitū. Nam de impiis sic scribit S. Ambr *Etiamsi videantur viuere, miseriores tamen sunt omnibus mortuis, carnem suam sicut tumulum circumferentes, cui infelicem infoderunt animam suam; quid enim aliud est quam sepulta quæ intra humum voluitur.*

Chrysol. serm. 19.

Ambros.

86. Sapientiæ 1. v. 16. *Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam,* (mortem inquam.) *& sponsiones posuerunt ad illam; quoniam digni sunt, qui sint ex parte illius.* Scilicet impius manibus, & verbis, hoc est, vultibus, ore, signis, sermonibus, nutibus, manibus, & quouis modo, quo potest, mortem aduocat, & accersit inscius. O quàm malè sibi constat, peccator, qui cùm nihil grauiùs & acerbius audiat quàm mentionem mortis, (cuius memoria amara valdè est homini pacem habenti super terram,) tamen ipse imprudens mortem vocat, & sibi mortem adsciscit. *Stimulus autem mortis peccatum est,* 1. Corinth. 15. v. 56. Scilicet quasi parùm foret impigram mortem verbis, ac nutibus accersere, ipsam quasi admotis stimulis vrgemus, vt citiùs ad nos properet. *Propterea* (ait Caiet ibi) *peccatum dicitur stimulus, aculeus, punctio mortis, hoc est, mortem afferens.* Heu fatuam peccantium stoliditatem! quæ mortem vltrò ad nos properantem, non modò vocat, sed vrget, & stimulat, vt citiùs adueniat ad corporis, & animæ interitum!

Sapient. Peccatum mortem accersit.

1. Corinth.

Caietan.

Theophylactus adhuc vrget significantiam *stimuli* ita commentatus locum Pauli: *Stimulus,* inquit, *mortis. peccatum est. Per illud enim potens fuit, ceu armis quibusdam, & stimulo vsus. Perinde namque vt Scorpius animalculum est exiguum in aculeo autem robur habet, consimilem ad rationem mors per peccatum robusta est, alia inefficax bestiola.* Accinit Theophylacto Basilius Seleucus inducens mortem sic loquentem: *Dominatus mei pignus teneo deuinctorum crimina: arma mihi contra homines sunt hominum crimina.* Ecce tibi peccata sunt venenatus aculeus, & sæuissima ad cædes arma, quibus peccator vulneratur, occiditur, perditur. Omnis enim mortis valentia à peccato est. Et S. Anselm. *Morti corporis hoc dicitur: vbi est aculeus tuus, id est, peccatum, quo puncti, & vulnerati sumus, vt etiam corporibus nostris fieres, & ea tam longo tempore possideres?* Eleganter æquè ac subtiliter Saluianus sic fatur de Dauidis filiolo ex adulterio nato & immaturè defuncto: Mortuus est, inquit, *Vt dilectissimo filio causa mortis Pater ipse existeret, qui doleret: cum vtique natum ex crimine puerum, crimen ipsum occideret quod creasset.* Peregregiè quidem Saluianus.

Ad Corint. Theophyl.

Basil. Seleuc. orat. 11.

Anselm. in c. 15. 1. Cor.

87. Deinde prætereundū non est in præfato Sapientiæ loco, dici, quòd impij homines, *Sponsionem posuerunt ad illam,* (id est, ad mortem,) quod nuper dixit Seleucus, *Dominatus mei pignus teneo deuinctorum crimina.* Et Isaiæ 28. v 15. *Percussimus fœdus cum morte.* Nam qui peccat fœdus init cum morte, & sponsionem facit, ipsique pignus dat ad firmitatem pacti. Quod non absimili metaphorâ Paulus dixit, ad Romanos capite 6. versiculo 23. *Stipendia enim peccati, mors.* Apud S Nazianzenum τὸ *stipendium* significat regium commeatum, & dona, quæ ex lege dignitatibus tribuuntur. Theodoretus *tesseram* interpretatur, quod in idem ferè recidit, Syrus *mercedem* expressit. Erasmus *auctoramentum,* id est, pactam mercedem; nam peccantis ex sponsione merces, seu stipendium est *mors*: vnde qui peccat, hoc fœdus init cum morte, vt illi sit obnoxius, & stipendiarius. *Stipendia* Græcè ὀψώνια, quod significat id quod cum pane comeditur, vel quasi ὀψὲ ὦνον, pretium quod vespere datur. Nimirum mors est obsonium peccati, comeditur enim mors cum peccato, benè tunc sapit lethalis cibus: atque adeò conuertitur etiam mors in substantiam aliti: & morte iam viuit peccator, qui olim vitâ viuebat: atque tot mortibus quod peccatis enutritur!

Sapient.

Seleuc. supr. Isaiæ. Peccatorum est fœdus cum morte. Ad Rom.

Nazianz. Theodor. Syrus.

88. S. Chrysologus explicans illud Lucæ 15. v. 19. *Iam non sum dignus vocari filius tuus,* quæ sunt verba filij prodigi, sic scribit: *Hic ergo adolescentior qui perdiderat quod erat naturæ, indicat se quod est gratiæ non mereri.* Nunquid hic iuuenis luxuriosiùs peccando, naturam perdidit? Quâ ergo vitâ viuit qui naturam amisit? Qui naturam perdit, planè emoritur, & desinit esse. S. August. Tract. 1. in Ioannem, exponens illud Ioannis 1. v. 3. *Et sine ipso factum est nihil,* ita fatur: *Peccatum quidem non per ipsum factum est: & manifestum est quia peccatum nihil est: & nihil fiunt homines cùm peccant.* Quod erat naturæ quasi perdit peccator, quia nihil fit homo cùm peccat, dum mortem comedit cum peccato. O, caue à venenato hoc cibo quisquis vitam amas: in quacunque enim die comederis morte morieris.

Lucæ. Chrysol. Serm. 1.

Ioan. Aug. tract. 1. in Ioan.

Leuitici 10. v. 1. *Arreptisque Nadab, & Abiu filiis Aaron, thuribulis posuerunt ignem & incensum desuper offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis preceptum non erat. Egressúsque ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui sunt.* Disputent interpretes, an hi nouitij Sacerdotes grauiter peccarint, an non? Saltem indubium est ob peccatum de quo dubitatur graue, an leue sit, periisse funesto interitu. Eleganter super hac re Saluianus lib. 1. de Gubern. Dei: *Declarauit Dominus quo supplicio digni essent, qui contemptu diuinitatis aliquid admittant, quando etiam illi percussi à Deo essent, qui solâ mentis inconsideratione peccassent: ant quàm rei essent, qui contra iussionem Domini sui facerent, cum etiam illi taliter plecterentur, qui iniussa fecissent.* Sic sic cognatum mortis peccatum est, sic neci obnoxium! Deuita peccandi licentiam qui diu viuere voles. Sume hunc Christianum Aphorismum, longè salubriorem, quàm illi quos tradit Hippocrates medicinæ princeps.

Leuit. Vel leue peccatum morte corporali punitur.

Saluian. l. 1. de Guber. Dei.

§. XXI.

Impius peccando, inferni lacum sibi aperit, & effodit.

89. TAnta est peccati malitia, vt Dauid peritissimus rerum cœlestium contemplator, sapienter ignoret delicti reatum, *Delicta quis intelligit?* Psalm. 18. v. 13. Hieronymus. *Errores quis intelliget?* Ambrosius in Psalm. 50. *Lapsus quis intelliget?* Aquila *Ignorantias quis intelliget?* Videntur errores propriè intelligi, qui nempe admittuntur errando, & ignorando, & veluti casu & lapsu improuiso, vt commentatur Lorinus. Ac si dicat, nemo cognoscit peccati lapsum; aut si cognoscit, planè

Psalm. Hieronym. Ambros. Aquila.

Lorin. Peccatum est inferni ianitor.

imprudens non aduertit quò se peccando præcipitet. Quia *vsque ad inferos peccatum illius*, ait Iob 24. v. 19. Peccatum enim via seu præcipitium est ad infernum, & ipsius ianitor. Geneseos 4. v. 7. dixit Dominus ad Cain: *Nonne si bene egeris, recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit?* Quænam hæ fores quibus peccatum adest? S. Hieronymus tom. 3. in quæstionibus Hebraicis super Genes. *Quod si male*, inquit, *egeris: illicò peccatum, ante vestibulum tuum sedebit, & tali ianitore comitaberis.* Nempe peccatum vsque ad infernum ducit peccatorem, ianitorque inferni est, & ferales gehennæ ianuas clauibus malitiæ aperiens, vtróque pandens miseris peccatoribus. Ergo *delicta* seu *lapsus quis intelligit*? quis aduertit quò peccator sensim ducatur à delictis?

Iob. Genes. Hier.

Cæterùm cùm proprium peccatum ianitor sit inferni, meritò dicitur infernum aperire. Opportunè Psalmographus Psalm. 7. v. 16 dixit de homine impio; *Lacum aperuit, & effodit eum; & incidit in foueam, quam fecit.* Obseruat S. Basilius *Lacum* in Scriptura accipi in malam partem; secùs puteum. Ergo sensus euadit aptus ad rem præsentem. Nimirum, homo dum peccat, sibi ipsi lacum illum gehennalium flammarum aperit, & quasi assumpto ligone sarcophagum parat, quo ipsius anima, & corpus sempiternam oppetens mortem sepeliatur. Nam qui peccat, inferni lacum aperit sibi, & effodit, & apparat gehennalem foueam, quæ feralibus cruciamentis æternum torqueatur. Quæ est expositio Ayguani Bonon. in præfata verba Psalmi. Sic enim ait: *Lacum aperuit aperiendo mentem suam Diabolo suggerenti, & consentiendo. Et effodit eum; qui instat operi peccati, lacum effodit. Sic & iste parauit sibi foueam, id est, dignum se fecit foueâ damnationis peccando.* Quis intelligit, aut attendit, quando peccat, se sibi effodere, & aperire inferni foueam, in quam incidat ad æternatura supplicia.

Psalm. Basil. Peccatum inferorum lacum aperit. Ayguan.

90. *Lacum aperuit, & effodit eum.* Ecce quanto labore, & sudore peccator apparat sibi gehennæ cruciatus! S. Bern. sic insectatur miseros & belluinos peccantium labores: *Stolidior bestiis homo, quod iuga necessitatis earum, propria ipse habeat voluntate. Emisse iuga extrema dementia est: quod idem est atque mortem sempiternam, & gehennam ipsam multo sudore quærere, magno comparare pretio: cùm tamen æterna vita iugo leui ac suaui coëmatur:* Quæ insania homines dementat, vt sollicitè procurent pretio tot ærumnarum; quas peccando patiuntur, coëmere æternatura supplicia? Quis nisi insanus tanti æstimet æternum excruciari gehennalibus incendiis? Bellè S. Chrys. ait, *Voluntarius Dæmon, peccatum est*: nam dæmonum omnis vis ad cruciandum à peccato est. *Mallem purus à peccato & innocens in gehennam intrare, quàm peccati sorde pollutus cælorũ regna tenere*, aiebat piissimè S. Anselm. Nam gehenna non peccanti gehenna non est; à peccato enim habet puniẽdi energiam. Ergo peccator peccandi labore inferni lacum aperit, & effodit. Heu! quàm carò emitur æternum frustrà pœnitere!

Bern. in tract. super *Ecce nos reliquimus.* Peccator multo sudore emit gehennæ æstus. Chrysost. homil. 18. in Epist. ad Rom. Anselm. Tract. de simil. c. 19.

Quod autem totus gehennæ vigor à peccato sit, pulchrè docet Theophylactus ad illud 1. Corin. 15. vers. 56. *Stimulus autem mortis, peccatum est.* Nomine *mortis*, mortem secundam, seu infernalem intelligi constat ex ipsius verbis Sic inibi Theophylactus scribit: *Stimulus verò mortis peccatum est. Per illud enim potens fuit, ceu armis quibusdam, & stimulo vsus. Perinde namque vt Scorpius animalculum est exiguum, in aculeo autem robur habet: consimilem ad rationem mors per peccatum robusta fuit, aliàs inefficax bestiola. Argumento est Seruator noster Christus. Cum enim mors in hoc peccatum non inueniret, nihil aduersus ipsum quoad corruptionem, vel retentionem attinet, efficere potuit.* (Quicquid Caluinus impudenter oblatret, Christum Deum aliquandiu tortum esse in inferno.) Nam stimulus, & arma inferni è peccato sunt, & innocentia exarmat, quos armat peccati malitia: stimulus enim infernalis scorpij peccatum est. Hinc lux, & energia loco difficili ex lib. Iob cap. 34. vers. 11. *Opus enim hominis reddet ei Deus: & iuxta vias singulorum restituet eis.* Aduerte ad rationem: *Verè enim Deus non condemnat frustra.* Quid est *frustra* id est, sine effectu. Quasi dicat Iobus: Deus innocentem non condemnat: nam si per impossibile (vt aiunt,) insontem condemnaret; etsi omnipotens sit, frustrà, & sine secuto punitionis effectu condemnaret. Omnipotens enim cruciare posset innocentem, non tamen verè punire, nec propriè condemnare: nam damnatio, seu energia gehennæ à peccato est, non ab omnipotentia, quæ nisi peccatorem, frustrà damnatoret, & cassâ pœnâ puniret.

1. Cor. Theoph. Stimulus mortis peccatum est. Caluin. Iob.

Vulgare est, peccatum & eius grauitatem, dici pondus, & graue onus, Isaiæ c. 9. vers. 1. *Alleuiata est terra Zabulon, & terra Nepthali.* S. Hieron. ibi: *Hæ duæ tribus ab Assyriis captæ sunt, & deserta Galilæa est quam Propheta dicit esse alleuiatam, eo quod peccata populi sustineret.* Parabile hoc est, & obuium vel imperio, peccatum dici onus. Legi possunt interpretes ad illud Matthæi 11. vers. 18. *Qui laboratis, & onerati estis*: & in Psalm. 37. v. 5. *Sicut onus graue grauata sunt super me.* & Isaiæ 2. v. 20. *Grauabit illos iniquitas sua.* & Tertullianus lib. de pœnit. cap. 7. *Nolunt iterum diuinæ misericordiæ oneri esse.* Ad quæ verba noster Cerda accumulat plura Sanctorum loca; Ergo cùm iniquitas graue pondus sit, ait Iob cap. 2. v. 13. agens de hominibus impiis: *Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt.* Porrò cùm scitum sit ex philosophia, corpora grauia, quò plus habent ponderis, eò velociùs descendere: & vulgare itidem sit in Theologicis scholis peccatum lethale habere infinitam malitiam, seu grauitatem infinitam: hinc benè philosophus, & Theologus Iob consultò ait, quòd impij *in puncto*, aut in momento *ad inferna descendunt.* Vide quò te præcipitet, & quàm velociter, grauior iniquitas: & diligenter excute tantam ponderis molem, quæ te imprudentem degrauat vsque ad imum inferorum barathrum.

91. Matth. Hieron. Matth. Psalm. Isaiæ. Tertull. Cerda.

92. Vnum superest remedium ad declinanda tot mala, quæ à peccato imminent; nempe pœnitentia interior, & exterior, quæ dum hominem macerat, & exasperat, diuinam misericordiam blandè mulcet ad veniam: Item piè inuerecunda peccatorum confessio, quod peccatorum lixiuium est ad gratiæ candorem. Super quâ re, multa sparsim dedimus. Ne quis autem confusionem subeat, dum in confessione intimos, & pœnitendos suæ conscientiæ recessus sacerdoti prodit, legat Tertullianum in libro de Pœnitentia, & inibi Pamelium, & Cerdam nostrum, qui multa ex vtraque eruditione accumulat, & Originem homilia 17. in Lucam, & S. Cyprianum in sermone de Lapsis, & ibi Pamelij scholia, (etsi plura aduocet Tertulliani loca quæ intelligenda non sunt de sacramentali peccatorum confessione, sed de Exomologesi publica,) & S. Hieronymum in Ezechielis cap. 10.

Tertull. Pameli. Cerda. Orig. Cyprian. Pamelius. Hier.

cap. 10. S. Ambrosium in Psalmum 37. & in Apologia Dauid cap. 9. & 2. de Pœnitentia cap. 1 & 7. & S. Basilium regula 26. ex fusis, & S. Augustinum in lib de Pœnitentia cap. 10. & in lib. 50. homiliarum in homil. 12. & S. Ephrem sermone in id: *Attende tibi* cap. 9. S. Gregorium homil. 10. in Ezechielem, & homil. 26. in Euangelia, & 22. Moralium c. 9. & S. Chrysostomum homil. 33. in Ioannem & Climacũ Gradu 4. & Patianum in Parænesi, Faustum Rhegiensem, epist. 1. & Hugonem S. Victoris, tom. 3. part 2. eruditionis Theolog. ex Miscell. cap. 100. & 1. de Sacram p. 14. c. 1. & Guilielmum Paris. de Pœnitentia. c. 13. & 14. & Robertum de Sorbona in itinere Paradisi, & in Tractatu de Confessione. S. Bernardum in serm. ad milites templi, cap. 12. & Sidonium Appollinarem lib. 14. epist. 14. & Lactantium Firmianum lib. 4. cap. 1. Legi etiam possunt interpretes ad 12. caput Matthæi, & cap. 11. Lucæ, agentes de muto Dæmoniaco, & in cap. 31. Iob, ad illud, *Si abscondi quasi homo* (quasi *Adam*,) *peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam.* Et Ecclesiastæ commentatores ad illud cap. 3. *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* & in Psalmum 31. *Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea.* Non omittam illud Maronis 3. Georgic.

Ambros. Basilius. August. Ephem. Gregor. Chrysost. Climac. Patianus. Faustus. Rhegiens. Hugo. Guilielm. Paris. Robert. Sorbona. Bernard. Sid. Apoll. Lact. Firm. Matth. Luc. Iob. Eccles. Psal. Virgil.

——— *Alitur vitium, viuitque tegendo.*

---

§. XXII.

Commentarius litteræ.

Vers. 10. Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur.

93. HÆc etiam verba defenduntur à mendacio ab expositoribus Nollem vt toties Iuditha excusetur: nam vel ipsa excusatio sanctissimam feminam deuenustat; nunquam enim sic eluitur calumniæ macula, vt ipsa calumnia non affricet aliquid sordium. Nulla est hîc vel leuis mendacij species, dum dicuntur Bethulienses fame opprimi, etsi suprà, cap. 7. famis calamitas non recenseatur inter obsessorum Bethuliensium ærumnas. Neque enim ibi omnia quæ patiebantur mala recensentur. Porrò capite illo 7. expressior fit sitis mentio, quia rabida passio est, & toleratu difficilior, quàm fames. Hîc autem recensetur, quod ibi omissum fuerat. Quod obuium est ex libris Paralipomenon, vbi plures additiunculas legas ad ea, quæ narrantur in libris Regum. Possem innumera conglobare exempla, erudito superuacanea, inerudito non necessaria. Bene aduertit Salianus, quod etiãsi vbertim cibi suppeterent Bethuliensibus, possent nihilominus laborare fame: nam qui siti æstuant, ne in ciborum quidem copiâ cõmedere possunt: humectari enim non potest cibus, ac proinde nec deglutiri: vnde qui siti laborat, affligi etiam fame necesse est.

Iudith. Bethulienses fame laborabant. Salian.

94. *Ab ariditate aquæ inter mortuos computantur.* Quænam hæc aquæ ariditas? Citiùs ignis frigidus erit, quàm aqua esse arida possit Sanctius aquã pro cisternis accipit per Metonymiam, nempe cõtentum pro re, quæ continet. Sicut è contrario suprà cap. 7. v. 11. dicuntur defecisse cisternæ, id est, cisternarũ aquæ. Itaque Bethulienses inter mortuos hic computantur *ab ariditate aquæ*, hoc est, ab ariditate cisternarum, vbi asseruatur aqua quæ exhaustæ iam erant, & exuccæ. Prætereà dici posset Bethulienses semiextinctos esse *ab ariditate aquæ*, id est à siccitate sitis, quam patiebantur propter penuriam aquæ. Neque insolens est in Scripturis hic loquendi modus. Psalmo enim 108. v. 24. dicitur: *Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.* In origine est, *Caro mea emarcuit; elanguit, exhausta propter oleum*, hoc est, (vt interpretatur Symmachus,) *ab amissione vnctionis*, & S. Hieronymus, *absque oleo.* Nempe caro Dauidis dicitur exhausta propter oleum, vel ab oleo, id est, à carentia olei, (quicquid refragetur Genebrardus:) sic Bethulienses dicuntur semimortui ab ariditate aquæ. id est, aridi à carentia aquæ. Ita Carthusianus Vtraque expositio satis idonea est. Hæc literalior, illa expeditior. Omitto translationes Græcas, quia nihil asserunt ad loci intelligentiam.

Sanct. Iudith. Ariditas aquæ. id est cisternarũ. Psalm. Symm. Hier. Genebr. Carthus.

95. *Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum.* Nempe Bethulienses ob incisos fontis canales dirâ sitis rabie æstuantes, armentorum, & pecorum expresso sanguine, aquarum penuriam moliuntur temperare. Sed Lyra suæ sententiæ nimiùm tenax, contendit etiam in his verbis Iuditham mendacij arguere. Nam si pecorum sanguis in farcimina concretus est, non valebit ad restinguendum sitim, vt pote cibus non potus. Si verò sanguis adhuc spirans & sorbulus sit, sitim restinguet, sed simul vitam; nam pecorum sanguis haustus pro veneno est. Nemo, quem viderim, interpretum Lyrano repugnat, neque disquirit super hac re. Et tamen necesse est illum impugnet quisquis Iuditham à mendacio vindicare ambit. Ergo animaduertendum est, duo hîc dicere Iuditham; alterum est, Bethulienses decreuisse pecorum sanguinem ebibere, alterum id esse contra legem Dei.

Vers. 11. Lyra.

Quod autem expresè prohibitum sit in Mosaïca lege, sanguinem bibere, nusquam in Bibliis inuenio: tantùm enim vetitum est ne pecuinus cruor in cibum sumatur. Leuitici 7. v. 26. *Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo tam de auibus, quàm de pecoribus Omnis anima quæ ederit sanguinem peribit de populis suis*, & cap. 3. v. 17. & cap. 17. vers. 1. vers. 11. 12. 13. 14. & Deuter. 12. v. 15. 16. 23. 24. 25. Idem traditur in Actis Apost. cap. 15. v. 20. In his autem locis, nulla fit mentio de sanguinis potu. Tametsi interpretes asserant potum etiam esse vetitum, aut quia sanguis in terram condendus erat, aut ob alias causas, quas assignant. Vnde in catalogo 365. præceptorum negantium, hoc etiam ponitur 137. excepto piscium sanguine. Additur etiam à R. Salome sanguis locustarum, quem ait vetitum non fuisse. Contra quem latè Commentatores Leuitici. Sed quicquid de hoc sit, certum est esum, & potum sanguinis esse interdictum Hebræis: Ergo verè id dixit Juditha. Neque obstat, quod, vt colligitur ex textu Græco, Senatus Ierosolymitanus videtur dispensasse in hoc præcepto propter vrgentem diræ obsidionis necessitatem: nam id consultissimè tacuit Iuditha, verè referens obligationem præcepti, & cautè dissimulans eius dispensationem, si fortè dispensauit Sacerdotum Senatus, aut eiusmodi præceptum iure naturali non obligabat cum dispendio vitæ. Vnde suspicatur Serarius Hebræos obsessos à Sennacheribo, pecorum sanguine, & aliis vetitis cibis non abstinuisse.

Leuit. Deuter. Act. Serar.

96. Alterum verò quod dicebat Lyranus, impugnare

re oportet, nempe commentitium eſſe, quod hîc affirmat Iuditha de potu pecuini ſanguinis; quia epotus ſanguis potatorem enecat; neſcio enim an Lyranus tam benè Medicus ſit, quàm Theologus, etſi è Medicis plures id inſuſurrant. Porrò animalium ſanguis etiam epotus non eſt exitialis, neque veneni adinſtar. Quod ſuaderi poteſt primò, quia ſi bibere animalium ſanguinem lege Moſaïca vetitum eſt; ergo eiuſmodi ſanguis non eſt venenatus: Inſulsè enim iuberet Deus ſuos populo, ne vltrò venenum ſumeret. Quis enim eſt adeò amens, qui (niſi fortè ſummâ rerum deſperatâ,) ſponte hauriat mortem vnà cum ſanguine? Deinde pecorum ſanguinem hauriri ſolitum fuiſſe, tradunt plures auctores apud Galenum, nec ipſe renuit lib. 10. de Simplic. medic. facult. & Valerius Martialis in Amphit. epigram 3.

Epotus ſanguis humanus, aut pecuinus, exitialis non eſt.

Galen.

Venit, & epoto Sarmata paſtus equo.

Martial. Rader. Plin.

Legi poteſt inibi Raderus noſter, & Plinius l. 28. Natural. Hiſtoriæ, cap. 9. ſic ait: *Quin & ſanguis equorum ſepticam vim habet, &c. Druſus Tribunus plebis traditur caprinum bibiſſe*; De quo ibi Dalecampius. Matthias Vntzerius lib. 1. de Nephritide, affirmat huic morbo mederi ſolitum hircino ſanguine, & allegat Henricum Smetium, lib. 2. c. 14. Ceruinum, & Vulpinum etiam commendat, pro quo citat ferè triginta auctores. Vlyſſes Aldobrãdus lib. 4. ſuæ Ornithologiæ agit eruditè ad hanc rem de accipitre, & hirci ſanguine, & Sigiſmundus ab Herbeſtein de moribus Tartarorum: *Si fames*, inquit, *ſitiſve illos moleſtauerit, equis quibus inſident, venas ſolent incidere, hauſtóque eorum ſanguine famem pellunt.* Idem tradidit Abrahamus Ortelius agens de Tartaria, ſiue de magni Chami imperio, vbi plures allegat Auctores, qui ibi videri poſſunt. Atteſtatur idem Botterus, in relatione de Tartaria. Quin & humanum ſanguinem potari ſolitum conſtat ex Plinio lib. 28. hiſtor. Natur. c. 1. *Sanguinem quoque gladiatorum bibunt, vt viuentibus poculis comitiales morbi: quod ſpectare facientes in eadem arena feras quoque horror eſt. At Hercule illi ex homine ipſo ſorberi efficaciſſimum putant calidum ſpirantémque, & vna ipſam animam ex oſculo vulnerum.*

Dalecamp. Vntzer. Henric. Smet. Aldobr. Sigiſm. Ortel. Botter.

97\. De quo ibi Dalecampius in Scholiis, & Tertullianus in Apolog cap. 9. *De ſanguinis pabulo legite necubi relatum ſit (eſt apud Herodotum, opinor) defuſum brachiis ſanguinem ex alterutro degustatum, nationes quaſdam fœderi comparaſſe: Neſcio quid & ſub Catilina deguſtatum eſt.* Et mox: *Hodie iſtic Bellona ſacratus ſanguis de femore proſciſſo in palmulam exceptus, ſuis datur ſignatis; item, illis qui munere in arena noxiorum iugulatorum ſanguinem recentem, de iugulo decurrentem exceptum, auidâ ſiti comitiali morbo medentes hauſerunt.* Idem docet Aretæus de acutorum morborum curatione lib. 4. & Scribonius Largus c. 12 & Minutius Felix in Octauio. De humani ſanguinis hauſtu legi poteſt Saluſtius de coniurat. Catilinæ, Tacitus lib. 12. Annalium, Valerius lib. 9. Mela lib. 2. epiſt. 1. & Zieza de Leon in Chronico Peruano, Hiſpanè ſcripto, parte 1. cap. 12. & 21. Nolo eſſe longior in re medica, quam huius loci Commentatores prorſus omiſerunt. Sed omnino omittenda non fuit, ab his, qui aduersùs Lyranum aſſerunt Iuditham à mendacij reatu. Non diſputo hîc, an humanus, vel pecuinus cruor crudus & adhuc ſpirans, ſit ſalutaris, an nocиuus ſaluti, ſed tantùm ad rem præſentem adſtruo non eſſe exitialem. Sanguis taurinus excipiendus eſt, quem eſſe venenatum docet Dioſcorides, lib. 6. c. 25. & ibi Mathiolus.

Dalecamp. Tertull. Herod. Aretæus. Scribon. Minut. Saluſt. Tacit. Valer. Mela. Capito. Flor. Athen. Sid. Apoll. Lyra. Zieza. Dioſcor. Mathioli.

Et ſancta Domini Dei ſui, quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt conſumere, quæ nec manibus deberent contingere: ergo quoniam hæc faciunt, certum eſt quod in perditionem dabuntur. Septuaginta Interpretes fusè hanc ipſam ſententiam tradunt, ſed verbis, quæ habere poſſunt Commentarij vicem. Et (inquiunt) ordinant iniicere manum pecoribus ſuis, & omnia quæ diſtinxit eis Deus in legibus ſuis ne manducarent, decreuerunt impendere. Et primitias frumenti, & decimas vini, & olei quæ ſeruauerũt ſanctificantes Sacerdotibus aſtantibus in Hieruſalem ante faciem Dei noſtri, decreuerũt conſumere, quæ neque manibus conueniebat cõtingere quemquam eorum, qui de populo. Et miſerunt in Hieruſalem, quoniam & ibi habitantes fecerunt hæc iis qui tranſtulerunt ipſis remiſſionem à Senatu. Et erunt quouſque renunciet ipſis, & facient, dabuntur tibi in perditionem in die illa. Huc vſque Septuaginta. Reliquæ exſcriptiones parum re diſſentiunt.

98\. VERS. 12. LXX.

99\. Quidam apud Richelium, & Petrus Comeſtor hæc ſancta Domini, quæ vel contingere illicitum erat, interpretantur vaſa ſacra. Planè infeliciter. Quorsùm ſacra vaſa extra Hieroſolymam, vbi & templum, vbi ſolùm vſui eſſe poterant? Quin & ipſe ſacer Hiſtoriographus ſe explicat verbis ſequẽtibus, aiens: Sancta Domini Dei ſui in frumẽto, vino & oleo. Itaque ſancta hæc in frumento, vino, & oleo, ſunt illa omnia, quæ in ſingulis ciuitatibus pro templis, & Leuitarum ſumptibus ſeparabantur, eiuſmodi enim deſignatione ſacra cenſebantur. Quod autem Leuitis daretur à reliquo populo decima pars fructuum in frumento, & vino, & oleo, habetur Numer. 18. v. 13. & 16. lib. 2. Eſdræ cap. 10. v. 35. & 36. & 37. de quo legi poſſunt Commentatores inibi. Præterea quicquid Deo initiatum, aut conſecratum eſt, dici Sanctũ, probauimus, ſuprà ad c. 6. v. 15. ſuper illis verbis: *Ad faciem Sanctorum tuorum attende.* Hanc expoſitionem tradunt Hugo, Lyra, Carthuſianus, Serarius, Emanuel Sà, Sanctius, Tirinus Verùm in hac expoſitione difficile videtur, quod affirmat Iuditha, eiuſmodi fructus pro templo, & Sacerdotibus deputatos, non licere manibus contingere. Reſpõdet Tirinus, re verâ id illicitum eſſe; ſed re verâ id non probat; neque probari videtur aliqua lege, aut conſuetudine, eiuſmodi attactum eſſe vetitum. Veroſimilius quidem videtur, prudenti, non mendaci exaggeratione id dixiſſe Iuditham, vt oſtenderet ſeueritatem præcepti, quo callidè in fraudem adduceret Aſſyrios, & fidem ſibi adſtrueret de expugnandis Bethulienſibus ob infenſum ipſis numen propter eorum impietatem. Quòd vero dum res aliqua prohibetur, dicatur per hyperbolem prohiberi eius tactus, oſtendit Caietanus explicãs verba illa, quæ Eua dixit ad Serpentem, Geneſ. 3. v. 3. *Præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud. Sicut*, ait Caietanus, *mulier prohibita à marito ne domo exeat, interrogata cur non domo exeat, reſpondet: Mihi non licet per maritum meum extra cubiculum pedem efferre, exagerans videlicet, &c.* Sic Iuditha vſitata hyperbole vtitur, dum ait vetitos cibos non licere contingere manibus. Et ita prudenti calliditate exaggerat, quàm ſit numen offenſum Hebræis.

Richel. Comeſtor. Numer. Eſdræ. Iudith. Hugo. Lyra. Carthuſ. Serarius. Sà. Sanct. Salian. Tirin. An licitum fuerit Hebræis contingere ſancta. Geneſ. Caiet.

Itaque Iudith duplicis delicti reos facit Bethulienſes: alterum eſt, quod cogitant ſorbere ſpirantem pecorum ſanguinem; alterum quod decreuerint impendere in profanos vſus, cibos deſtinatos: 100.

Sacer

Sacerdotibus, & Leuitis. Prudenter verò tacet Iuditha, in articulo vrgentis necessitatis id potuisse licitè fieri, præsertim de licentia consulti Senatus
1.Reg. Hierosolymitani, vt retulimus ex textu Græco. Quod absque eiusmodi facultate fecit Dauid, 1.
Matth. Regum 21. v.6. dum perurgente fame accepit à sacerdote panes propositionis, & eiusmodi factũ
Salian. excusatur in Euangelio Matthæi c.12. vers.3. ita vulgò interpretes. Et si Salianus neget Bethulienses id statuisse facere, sed proculdubiò facturos esse in tanta annonæ penuria. Prior expositio aptior videtur. Addit Iuditha; quia hæc faciunt Bethulienses certum esse, vt dentur in perditionem: nam cùm verosimile sit, quosdam è numeroso populo,
Serar. hæc perpetrasse delicta, certum erat expugnandos Hebræos, nisi ipsa Iuditha Dei afflatu malum auerteret, Holofernem occidendo. Ita Serarius q.10.cap.13.

VERS.13. 101. *Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me Dominus hæc ipsa nunciare tibi.* Dicit se
Fugere significet. fugere, vel quia ea celeritate veniat, quâ solent fugientes maturare gressus, vt suprà exposuimus: vel quia fugit periculum, non, quod sibi imminebat à Bethuliensibus, sed quod sibi impendebat ab Assyriis, nisi excederet à consortio Bethuliensium. Præterea τὸ *fugere*, non semper fugam significat, sed recessum. Sic *fugiens vinum* dicitur, & *fugientes anni*. Imò apud Virgilium *fugere* significat inuadere (vt obseruat Sanctius) sic enim pangit 12. Æneid.

Sanct. Virgil. *Alipedúmque fuga cursum tentauit equorum.*

Vbi manifestè de inuasione agitur. Addit se à Domino missam, vt hæc nunciaret: quia hæc ambiguè nuncians, aditum sibi sapienter parat ad egregium facinus, quod inspirante Deo, in tacito mentis arcano moliebatur, nempe, vt Holofernem truncando, Hæbræam gentem liberaret. Vnde ne-
Serar. Salian. cesse non est dicere cum Serario & Saliano, Iuditham à Deo missam, vt se gereret quasi arcanum aliquod nunciatura.

§. XXII.

Homo faciliùs credit rebus specie tenus falsis, quàm meracissimæ veritati.

102. Facilius creditur falsitas quã veritas. HOmini sic peregrina est veritas, sic homini cognata, vel innata falsitas est, vt puram & meram veritatem vix admittat, nisi admixtam erroribus: vmbra falsitatis fidem facit veritati. Potiùs homo credit vero apparenter falso, quasi falsitas sit homini ratio credendi, non veritas. Quam ob causam venit in mundum Ioannes Baptista? *Vt*
Ioan. *testimonium perhiberet de lumine.* Ioan.1.vers.7. lumen de se visibile est, imò ratio aliorũ videndorum, & quidem euidentiâ oculorum noscitur, quæ præclarior euidentia est. Egétne lumen hominis testimonio, vt homini innotescat? Nonne præclara sensuum euidentia respuit testimonij tenebras? verùm apud homines, apud quos minus verum magis persuasibile est, maxima oculorũ euidentia eget caligine testimonij, & hominis auctoritas testimoniũ perhibet de lumine, quasi lumen magis innotesceret ab auctoritate, quàm ab oculis. *Apud prophanas enim animas, nulla res præclara fidem fa-*
Nazianz. in Orat. funebr. Patris. *cit*, ait S. Nazianzenus. Scilicet rei testatæ euidentia, & claritas fidem apud homines minuit, & vel vmbra falsitatis fidem facit: claritas luminis cognitionem impedit, & obscuritas auctoritatis eam expedit.

Quærunt noui testamenti expositores an Euangeliorum tituli ab ipsis Euangelistis, an ab alio quopiam inscripti sint? Primates interpretũ seriò adstruunt, titulos non esse ab Euangelistis præfixos: communem omnium rationem affert Sapientissimus noster Maldonatus ad c.1. Matth his verbis *Ipsa quoque titulorum similitudo indicat, non ab Euangelistis sed ab Ecclesia positos fuisse. Nam si ipsi adhibuissent, non iisdem omninò verbis vsi fuissent, scilicet, Euangelium secundùm Matthæum, Euangelium secundùm Marcum, &c.* Ergo Euangeliorum tituli ideò Euangelium nõ habentur, quia eadem mente, eodem calamo, absque vlla discrepantia in Euangeliis reperiuntur. Quod si aliqua in v rb s discrepantia foret, forsitan Euangelium vulgò reputarentur, vt à quibusdam reputantur? Res profectò admiratione dignissima! Planè in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum: & vnus Euangelista præstat auctoritate omne humanum testimonium, & solus ipse fidem diuinam facit quidquid in eius Euangelio legitur. An quia titulus Euangeliorum iisdem omnino verbis in quatuor Euangeliis reperitur, Euangelium non habetur? haberetur autem à pluribus fortassis, si in aliquo descreparent? Num aliqualis Euangelistarum discrepantia, aliquam (apud homines,) fidem Euangelio facit? Et quod alioqui falsitatis argumentum foret, aliqua est Euangelij comprobatio, & credulitatis occasio, apud homines. Num vbi est aliqua testium discrepantia, & aliqualo quasi falsitatis vestigium, ibi est reuerentior auctoritas, & certior fides apud homines; apud quos certiorem meretur fidem, quod aliquale habet mendacij specimen, quàm meracissima, & præclarissima veritas? Audiendus est Theophylactus in prologo ad Euangelium Matthæi, sic fatus: *Euangelistæ concordes sunt in his, quæ magis necessaria, & præcipua. Igitur si in præcipuis non sunt diuisi, quid miratis si in minimis videantur variare? Nam hæc de causa quòd non in omnibus consonant, magis vera loquuntur.* Nota postrema verba: Nempe magis vera loquuntur Euangelistæ apud homines, quia non in omnibus consonant. Porrò testium dissonantia, quæ alioqui de se fidem detrahit, certiorem fidem facit apud homines. Et Euangelium scriptum à viris Sanctissimis, & fide dignissimis, continens res, quas plures tunc viderant oculis, & quod maius est, instinctu Spiritus sancti dictatum, credibilius fit apud homines, eò quòd in omnibus non consonat cum aliis Euangeliis & ab aliquali discrepantia certior credibilitas probatur. Hoc ipsum docuit Euthymius in prologo ad Euangelia, aiens: *Quod si Euangelistæ aliquantulùm in iis quæ necessaria non sunt, dissoni videntur: hæc ipsa quæ apparet dissonantia, maxima fit veritatis demonstratio.*

103. (right margin, printed "104.") Maldon. Diuersitas testimoniorum fidem humanam adstruit. Theoph. Euthym.

Vetus quæstiuncula est, cur Incarnationis mysterium Deus priscis patribus reuelauerit in somnis in speculo, & in ænigmatibus. Nam res visa in somno, somnium æstimatur euanidum, & phantasia fabellarum æmula, speculum, & ænigma aliter rem præsentat. Ergo fides mysterij sic minuitur, non adstruitur. Imò solidissimè ita apud homines fundatur. Hac super re, sic Tertullianus: *Ad Adam vsque ad Patriarchas, & Prophetas in somno, & in speculo, & in ænigmate ordinem suum præstruens ab initio semper. Qua erat persecuturus infinita semper ediscebat.* Et mox: *Ediscebat autem, vt nobis fidem strueret.* Itaque diuinum Verbum in somnis, & ænigmatibus

104. Somnis fides struitur. Tert. l. ad. Prax. c.16.

ænigmatibus loquens Patriarchis, & eis tunc in non vero corpore apparens, *nobis fidem struebat.* Dixisset fortè aptius, fidem destruebat. Nam quæ fides debetur somnio? quæ credibilitas ænigmati? quæ auctoritas apparenti, non vero corpori? An apud homines somniorum phantasia, ænigma figmentis cognatum, & apparentia specie tenus vera, re autem non ipsa quæ apparet, maiorem fidem aliquando meretur? Vnde somniis, ænigmatibus, & apparentiis *nobis fidem struebat?*

105. Aliqui credunt Dæmoni plusquàm Christo. Marc. Discipuli Domini nequiuerunt aliquando expellere Dæmonem cæteris contumaciorem: pater Dæmoniaci accurrit ad Christum vt trudat è corpore filij malum Dæmonem, qui illum acerbè vexabat. Christus patrem energumeni reprehendit, vt infidelem, aiens, Marci 9. vers. 18. *O generatio incredula quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar?* Et postquam adstantes ob incredulitatem notauit, ait: *Afferte illum ad me.* Quam ob causam Dæmoniacum afferre iubet? Num vt Dæmon, qui erat in corpore illius hominis adstantes faceret de incredulis fideles? Audiendus est S. Chrysologus: Chrysol. serm. 51. *Afferte illum ad me; vt qui saltem docenti Deo noluistis credere, vel Dæmone confitente credatis.* Scilicet Iudæi nō credebant Christo, qui est ipsa Veritas, credent Dæmoni mendaciorum seminario. Vt qui veritati non credunt, credant veritati suspectæ mendacij quippe quæ profertur Dæmonis lingua. Et sic fiet, vt apud plures homines credatur veritas, quia speciem habet mendacij. Heu meracissima Veritas olim & nunc incredibilis est, mutuatque apud homines credibilitatem à mendacio. Vnde cap 5. vers. 29. non creditur Achior, Math. quia sincerissimam dixit veritatem, aiens: *Dicam veritatem, nec egredietur verbum falsum ex ore meo:* & hîc v. 11 creditur Iudithæ dicenti, quæ multi falsa putant.

§. XXIV.

Leges quæ flectuntur pro rerum circumstantiis, non sunt impunitas delinquendi, sed sapiens increpandi vigor.

106. STatutum est paragrapho præcedenti leges non debere esse ferreas, sed præstare si flexiles sint & cedant pro loci, & temporis, & occasionū opportunitate. Verùm si id ita est, ridiculariæ erunt leges, & ludibrio expositæ: nam ex arbitrio Præfecti pendebit earum vigor; vnde lex indubiè ostendet operis malitiam, & eam dubiè vetabit, licebitque ei, qui gratiā iudicis mercatus sit, impunè Præceptum flexile arctius comitatem obligat. delinquere; imò nulla lege vetante peccare. Ergo lex sit constans, nec vnquam flectatur, vt semper malitiam coërceat, increpet, puniat. Iob. 38. v. 10. Iob. *Circumdedi mare terminis meis, & posui vectem & ostia, & dixi: vsque huc venies, & hîc confringes tumentes fluctus tuos.* Quisnam est hic terminus, quo Deus mare continet, ne foras erumpat, & cōtinentem obruat? Luculenter ad hæc ait Basilius Basil. Sel. Orat. 1. Seleuciæ verbis nuper laudatis: *Post nudata aquis terræ dorsa, quibusdam velut in cellis maria concludens, dum imperio in abyssum vtitur pro claustro, & arenā, quasi habenā formidabili mare continet, terram liberam seruans à pelagi eluuione.* Subdit mox æquè eleganter: *Fertur illud quidem fluctibus altè elatum, vbi verò terminos attigerit, reuertit, refugitque, & Domini vocem littoribus inscriptam, cùm intuitum fuerit, curuatis fluctibus termini positorem adorat.* Itaque Deus vt immanem belluam, nempe mare, intra suum locum coërceat, non apponit pro claustro murum, sed mollem, & fluctiuagam arenā, in qua Domini præceptum inscriptum, & insculptum est. Facilisne arena, & mollis puluisculus, ad cedendum habilis, valeat sustinere, & retundere violentos maris fluctus, à sæua tempestate arrociter furentes? Ridiculariū planè videtur hoc claustrum, & quod inuitet ad transgressionem, non inhibeat transgredientis audacia. Adhuc Basilius fatur: *Cùmque terram violentè mare feriat, referitur, ac diuini præcepti memor, refertur in fugam. Quare placidè purpurascens adulatur vicina continenti, quasi mollibus vlnis terram amplecti occupet* Nimirum mare, etsi immanis & bruta Seleuc. bestia, quodam arcano naturæ instinctu aduertēs, non includi saxeo, aut æreo muro, sed molli, & perblanda arena, dum illam attingere cogitur tēpestatis vi coactus, *placidè purpurascit.* Scilicet supernatanti spumā albescit, expallescit præ timore violandi præceptum littori inscriptum; nam si *terram violentè feriat, referitur, ac diuini præcepti memor refertur in fugam;* gemens ac vlulans, eò quòd attigerit terminum à Deo fixum, quasi conaretur illum transgredi. Vel, si mauis, aliter accipe illud: *Cùmque terram violentè mare feriat, referitur. Quare placidè purpurascens, &c.* Scilicet quia non aspero & saxeo claustro circūscribitur mare, sed molli septo, & facili arena, vbi illam attigerit, *Placidè purpurascit.* Nempe ex reflexione lucis è rubra arena rubrum colorem, specie tenus, aquæ exprimunt, quo purpurascit, seu rubescit pelagus, eò quòd violentè transgredi tentauerit mollem terminum. Nam quò blandiorem, & violatu faciliorem limitem Deus statuit, eò sic mare quasi obligetur magis, & præ verecundiā purpurascit (*le salen los colores*) quia inurbanè se gessit, contra mitem, & vrbanum positorem termini mollis & blādi, arenam inquam. Vnde comis & blanda disciplina strictiùs obligat arbitrij vrbanitatem siquidem fideliorem reddit, fidelem putando; quippe cui non saxeus murus, sed arena blanda præcepti limes sit. Vnde sicut stricti præcepti violatio, violatorem impudentē facere solitat, & refractarium: sic blandi consilij transgressio pudefacit hominem ingenuum, quin & immanem, & inurbanam belluam mare inquam: quod placidè purpurascit, vbi aduertit ausum fuisse in mollem arenam, in qua Dei vox inscripta est. Ergo mollitudo legum non facit molles obseruatores, sed strictiùs obligat ingenuos, & securiùs increpat violantes pudore inuerecundi delicti.

107. Mare purpurascit, eò quod vrbanum præceptum quasi violare tentat.

Idem ex loco Matthæi 2. palàm euinco: Iosepho in Ægypto commoranti apparet Angelus Domini, & iubet vt repatriet: *Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel.* Quænam vrbs Israel designatur hîc Iosepho? Hugo Cardinalis inibi: *Quia non dixit in quam partem ire debeat, intellexit eam, quæ dignior est, scilicet Hierusalem.* Pergit Hierosolymā Iosephus cum puero Iesu & Maria matre eius. Cùmque fama percrebruisset, quod immitis *Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire.* Nempè prudentissimè metuit, ne Archelaus hæres Herodianæ sæuitiæ, & regni, sæuiret in puerum Deum, & matrem Virginē. Recusat Iosephus progredi vlteriùs, instat imperium Angeli, vt progrediatur. Quid faciat & piissimus, & obedientissimus Iosephus? Si pergit Hierosolymam, videtur sibi Iesum puerulum, & Mariam Virginē exponere diræ necis periculo: 108. Matth. Hugo. Superioris condescensus, vrbana correctio est.

lo:si se sistit in via, aut aliò diuertit, vrget præceptum Angeli: qui vtpote inflexibilis difficile mutabit præceptum. Imò non mutabit, sed perseuerabit flectinescius. Nihilominus vt condescendat timori Iosephi, illi apparet Angelus, & permittit, vt cesset ab itinere Hierosolymitano, & vadat ad Galilææ oppidum: *Admonitus in somnis secessit in partes Galilaæ.* O molle præceptum, quod facilè cedit timori obsequentis! Si ita facilè cedant leges difficultatibus obsequendi; planè mollis erit disciplina imperantium: & sic præcepta non corrigent mores sed permittent licentiam subditorum. Bellè Anselmus Laud. ad hunc Matthæi locum, super hac re: *Admonitus in somnis, secessit in partes Galilaæ. Non mutat Angelus præceptum: sed manifestius corrigit errorem pietatis.* Nimirùm Angelus adhuc perstat imperans, sed nihilominus ob pium Iosephi timorē, quo præcauet puerulo Iesu, & Virgini, dispensatoriè permittit, vt alio diuertere liceat. Hæc autem condescensio consultissimè dicitur ab Anselmo, *Correctio erroris pietatis.* Id est, erroris pij, quo, pietate ductus Iosephus præcauet vitæ pueri Dei, & Deiparæ Virginis. Nempe ipsemet condescensus, quo dispensatoriè permittit Angelus ne præceptum exequatur Iosephus, bellè dicitur *Correctio.* Nam vir vrbanè pius non inflexibilitate præcepti, sed ipso condescensu vrbanissimè corrigitur, si quid vel specie tenus deliquit. Quod ab experientia notum est: nam mite Superioris ingenium pro occasione condescendens subditorum difficultati; mox subditū pudefacit, & tacitè corripit. Ergo non languet legum disciplina prudenti præceptorum mollitudine & flexibilitate; imò condescensu ipso *corrigitur error pietatis* in Iosepho; in aliis verò errores impij, & temeritas delinquendi, piè & vrbanè corripiuntur. Vnde seueritas legū, quæ traditur hic vers. 11. & 12. mitigatur à Senatu Ierosolymitano, vt explicuimus in Commentario Litterali.

129. Anselm. Laud.

Iudith.

---

§. XXV.

Leges ferreæ & flectinesciæ Hebræorum populo congruunt; Christiani populi blandiores leges sunt, & quæ cedere sciunt.

130. Leges saxeæ Iudæo populo congruunt.

INter omnes conuenit, res iudicij bene exerceri non posse à Iudice nimis seuero, & flectinescio. Nam Præfectus debet esse homo, at qui humanus non est, homo non est. Emineat in iudice constantia, procul sit à iudice pertinacia: ferrei mores Rectorem dedecent. In mollibus cordis tabulis scribuntur iura Christianis: peruicaci Hebræorū populo congruunt lapideæ leges: *Adde tonitrua, adde fulgura, terribiles buccinarum cælestium sonos, tremendum vndique totius aeris fragorem, polos sacris clangoribus mugientes, ignes, caligines Deo plenas, incisas digito Dei litteras, rupices paginas, saxeum volumen:* Verba sunt Saluiani. Mallem tunc nullam legem, quàm saxeam. Nulla est lex, quæ rationalis non sit: at optima ratio sæpè cedit pro circunstantiarum varietate. Et quidem omnia cedunt tempori, plura occasioni cedunt, & personarum habenda ratio est. Omne ius æquitas est. Idē autem non potest æqualiter inæqualia metiri: vnde nimia æquitas, iniquitas foret. Cedat ergo aliquando lex, siquidem ratio cedit, quæ ipsa lex naturalis est, & legum princeps origo. (Consultò eisdem vxor probationibus ad id adstruendum, quibus nuper probaui, flexilem legem esse vrbanum modum corrigendi) Ingens & horrenda bellua mare est, vastitate immensū, superbia tumens, voce horrisonum, periculis formidabile: quod vt frenaret Deus, præceptum illi imposuit, quo immanē bestiam intra terminos suos compesceret. Iob. 38. vers. 10. *Circumdedi mare terminis meis, & posui vectem, & ostia. Et dixi: Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Scrutari oportet, quænam sit hæc lex mari imposita, & vbinam scripta, quo carcere inclusa sit tam immanis bellua. Iure existimabit quiuis muto saxeo ab omnipotentia Dei includi, ostiis è ferro architectatis, vestibus ex adamante fusis in Vulcani chalybia, quo arceret Deus tumentiū fluctuum furiosam vim. Audiendus est Basilius Seleuciæ (verbis alias expensis, & adhuc alibi expendendis) super hac re eleganter aiens, Orat. 1. *Deus imperio in abyssum vtitur pro claustro. & arena, quasi habenā formidabili mare continet, terram liberam seruiens à pelagi eluuione.* Et statim addit: *Fertur illud quidem fluctibus altè elatum: vbi verò terminos attigerit reuertit, refugitque; & Domini vocem littoribus inscriptam, cùm intuitum fuerit, curuatis fluctibus termini positorem adorat.* Audis sæuissimam bestiā, mare inquam, non alio claustro cohiberi, quàm molli arena? leui puluisculo continet Deus immanem belluam: legem mari scripsit non in arduis scopulis, nec in petrino muro, neque in ostiis ferreis, sed in molli littore & in facili arena. Nempe in arena molli, & quæ vel mitioribus fluctibus cedit, lex illi scripta est: Et *præceptum posuit, quod non præteribit, neque conuertetur operire terram.* Psal. 103. vers. 9. O exemplarem legem, & quam imitari debent rigidi, & seuerissimi Præfecti! quibus notum sit immanem ferā mare inquā, mollis arenæ terminis claudi, facilè mobilem arenā pro lege illi esse. Eiusmodi lex facilè cedens à Deo est, aliæ duræ & flectinesciæ sunt ab hominis ira, vel odio, vel vindicta, vel ingenio duro, immiti & aspero Quæ non est pia legum constantia, sed impia Præfecti pernicacia.

Salu l. 2. de Gubet. Dei.

Iob.

Basil. Maris lex arena est quæ facile cedit.

Psalm.

Matthæi 2. c. Defuncto Herode apparuit Angelus Domini Iosepho in Ægypto dicens: *Accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel.* Ad quam vrbem terræ Israel? Angelus non expressit, si verba superficie tenus legantur. At scitè docet Hugo Card. terræ Israel nomine, Hierosolymam manifestè, innui aiens: *Quia non distinxit in quam partem ire debeat. intelligit eam, quæ dignior est, scilicet Hierusalem.* Pergit statim Iosephus Hierosolymā versùs, & prope vrbem, à fama noscens, quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire. Timor inhibuit gressus, restitit Iasephus in via, vltrà progredi non audiēs, ne puerum Deū cum matre Virgine exponat periculo. Quid ergo faciendum in hac re? Aut operandum est contra Angeli præscriptum, aut obiiciendi sunt vitæ discrimini, Iesus, Maria & Iosephus; Vrget sancti Angeli præceptio; sed etiam vrget sancti Iosephi metus. Ergo aut Iosephus se exponat pauidus tanto periculo, aut Angelus præceptum abroget. Angelus inflexibilis dicitur à Theologis. Vnde tenacissimè persistit in arrepto consilio: quin etiā dedecus erit Angelicæ perspicaciæ & prouidētiæ mutare præceptū, quod semel consultè sanxit. Notat Glossa interl. quod *non mutat Angelus præceptum;* & tamen Iosephus *admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ,* omisso Hierosolymitano itinere. Scilicet Angelus præceptum

131. Matth.

Hugo. Lex diuina flexilis est, sic etiam humana.

Glossa interl. Matth.

ceptū non abrogat, sed flectine scius adhuc perstat in voluntate; at nihilominus in somnis admonet Iosephum ne eat Hierosolymam, sed vt secedat in oppidum Galilææ, quasi præceptum ipsum id permittat spectatis rerum circumstantiis. Neq; enim opus fuit, vt *mutet Angelus præceptum*: nam præceptum ipsum durum, & barbarum non est, sed mite, & vrbanum; & inde cedat tempori, & congruæ occasioni, necesse est. Discant humana præcepta tantillùm iustæ occasioni cedere, siquidem exemplaria præcepta cedunt, & quidem diuina. Nam plus colere humanas leges, quā diuinas, religio non est, sed superstitio. Caueat bonus Præfectus hanc superstitionem, ne iustitiæ zelo religiosiùs adoret humana commenta, quàm diuina præcepta.

Tert. Apol. cap. 4. lex ex pupilla. Scitissimè vocauit Tertullianus legem, Pupillam; appellans iudices *legum tutores*. Porrò pupillus etsi voluntatem habeat, voluntate caret: quia ius voluntatis pupilli penès arbitrium tutoris est, Sic legum ius, & voluntas penès prudentem iudicem. Vnde fame, & siti oppressis Bethuliensibus, Iudith. sanctè Princeps Ozias *ordinat, vt interficiantur pecora sua, & bibant sanguinem eorum, & sancta Domini Dei sui, quæ præcepit Deus non contingi*. Vt habetur in hoc cap. 11. vers. 11. Quod aliquando 1. Reg. fecit Dauid fugiens iras Saulis 1 Reg. 21. ver 6. Et approbauit Dominus, vt excusaret discipulos in Luc. die Sabbati vellentes spicas, & confricantes manibus præ fame, Lucæ 6. vers. 1.

§. XXVI.

Obedientia sit fidei æmula.

131. Obedientia Abrahami extenditur. SI quid egregium in homine elucet, mens est, quā à brutis homo segregatur, & Angelis cōfinis est, & Deo similis. Est enim intellectus supernus quidā vigor, & diuinitatis fulgor, qui scintillat in homine. Verùm vir obediēs deponere debet optimam sui portionem, obcæcare intellectum, & viuacius ingenium interstinguendū est Abrahami exemplo, cui acerbissimum facinus præceptū est, & tamen cunctas rationes humanas, quin & diuinas, quibus iussa detrectaret, cohibuit, & cæco virtutis impetu obtemperauit: *Non emisit* (inquit Sel. Orat. 7. Basilius Seleuciæ) *vocem Patre dignam, inquiens, ô barbaricas præceptiones! ô imperia a naturæ legibus adhorrentia! filij carnifex esse iubeor: ferus cùm fuerim pater, in filij cædem properè vrgeor*, & paulò antè scripserat: *Non dixit, quæ ab ingenio voluisset*. Plures rationes cateruatim sese dabant in Abrahami ora, quæ ex affectu, & ingenio erumpebant, quibus aut abnueret, aut cunctaretur parricidium, quas omnes obedientiæ habenis frenauit, inhibuit paternum ingenium, de se viuax & promptum. Quasi extinxit rationis lumen, vt cæcè obtemperans, fulguraret obedientiæ perfectio; quæ quò magis cæca est, eò videt magis in re virtutis. Enim verò sicut in rebus fidei coërcenda ingenij libido est, & mētis perspicacitas obcæcāda: sic in re obedientiæ cuius est instar. Neq; enim tantùm opere, & affectu obtemperandum est, sed mente, & intellectu: nimirùm indiscussis rei præceptæ rationibus, ad eum modum, quo res Fidei tractamus.

Eccli. Legi cedendū est: quia obedientia fidei quædā portio est. Eccli. 33. v. 3. *Homo sensatus credit legi, & lex illis fidelis*. Non satis Theologicè, imò nec aptè videtur dictum, *credit legi*. Nemo enim sensatus legi credit, sed mysteriis. Mysteria creduntur, non leges. Lex quippe executione operanda est, non credenda: secùs mysteria, quæ credenda sunt, non operanda. Non negotium, sed otium facesserent nobis Superiorum iussiones, si fide tantùm satisfaciendum illis foret. Quid enim facilius quàm sibi persuadere præceptum à superiore datum esse, nec ad operis executionē procedere? Essétque abundè obediens legi, qui legem esse crederet. Profectò leges exigunt opera, non fidem. Imò fidē exigunt præ opere. Adsit fides Præcepti, & non deerunt opera. Ideóque sæpe desunt opera, quia deest fides præcepti. Credendæ enim sunt leges, priusquàm operandæ. Nam vt præclarè Sanctissimus noster S. Ignat. Patēs, & auctor Ignatius in celebri illā Epistolā ad Lusitanos Patres scriptā, ingenij cæcitatē in perfecto obediente exigit. Docétque: *Obediendum esse modo simili, quo solemus credere in rebus fidei*. Necdū fastigium perfectionis pertingit obedientia quæ æmula fidei non est. Sicut fidei mysteria scrutanda non sunt sagaci mente, nec curiosè indaganda est mysteriorū arcana sublimitas, sed insipienti quadā sapientia, oculatā cæcitate, & cæcā perspicacitate, credenda sunt, & adoranda: sic res obedientiæ tractanda nobis est; cæcanda mentis perspicacia, & obluctandum est contra rationes: nam ad detrectandum onus imperatum viuacissimæ exurgent ex nostrā desidiā, aut superbiā, aut innatā libertate, quæ præcepti iugū excutere satagit. Quippe Deus præcipiens non quærit scrutatores, sed obtemperatores; non curiosos, sed religiosos; non videntes, sed obedientes. Ergo bellè dictum: *Homo sensatus credit legi*. Non omittam hic Clementem Alexand. sic scribentem: *Quemadmodum beneficio affici tollitur benefacere: ita tollitur* Clem. Alex. l. 1. Strom. *obedientia, & fides, si nec præceptum, &c*. Si deest præceptum; obedientia simul desit, necesse est; non verò fides. Quid enim fides ad obedientiam, vt ablato præcepto, fides auferatur? Aufertur quidem perfecti obedientis fides: quia eius obedientia, fidei æmula est: siquidem *credit legi*.

Numer. 20. v. 12. Post iurgium Hebræi populi 134. & peracerbam Moysis obiurgationem, bis percussa petra largas aquarum scaturigines effudit. Tunc dixit Dominus ad Moysem, & Aaron: *Quia non* Numer. *credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis*. Valde laborant commentatores, vt ostendant in quonā Moyses hic incredulus fuerit: Rupertus ibi, adeò Moysis infidelitatem exaggerat, vt dicat, quòd *Penè fidem perdidit*. Omitto varias Rupert. huius loci commentationes, quas saltuatim in hoc opere do. Non tamen omittam, quam aliqui apud Lorinum in Psal. 118. cui fauet Richelius ibi, am- Lorin. plexi sunt sententiam, interpretantes; *Non credi-* Richel. *distis mihi*, id est, *Non obedistis*. *Credere* pro *obedi-* Inobedien*re*. Quod valdè facit ad rem præsentem. Porrò tia infideliMoyses aliàs fidelissimus, & obsequētissimus Deo: tatis arguiquia in hoc facto, pertæsus murmurationes popu- tur. li obiurgantis, minus Deo obediuit non in re præcepta, sed in obediendi modo, castigatur à Deo increduli nomine, ac pœna. Et leuis inobedientiæ defectus, defectus fidei nominatur: *Quia non credidistis mihi*, id est, *quia non obedistis*. Quasi idem sit inobediens, & infidelis. Et ita quidem videtur, nam credendum est legi eo modo, quo rebus fidei. Tertullianus sic ad rem fatur: *Nunc religiosissimi legum culotres respondeant velim de sua fide, &* Tert. Apolog. cap. 6. *honore, & obsequio erga Maiorum consulta*. Maiorum consulta & leges honorandæ sunt fide, an obedientia? Planè obedientia fidei æmula.

Psal. 118.

Digitized by Google

135. Psal. Psalm. 118. v. 69. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.* Opportunè Dauid à Deo post vlat scientiam, cuius se profitetur indignus; inquiens se mandatis credere: scilicet Dauid magis doctus erat in armorum disciplina, quàm in Theologia. Nam mandata obedientiam exigunt, non fidem. Operãdum est mandatum, non credendum: mysteria fidem petunt, præceptum operis executionem desiderat. Quod

Aug. addubitat Augustinus in huius psalmi commentario, his verbis: *Quoniam verò cùm dixisset: Suauitatem, & disciplinam, & scientiam doce me, adiunxit; atque ait: Quoniam mandatis tuis credidi. Non immeritò quæri potest, cur non dixerit, obediui, sed credidi. Alia enim sunt mandata, alia sunt promissa. Mandata facienda suscipimus. Promissis ergo credimus; mandatis obtemperamus. Quid est ergo mandatis tuis credidi?* Respondeat huic subtili interrogationi Augustini, sapientissimus æquè ac subtilissi-

Aug. mus doctor Ambrosius in eundẽ Dauidis Psalmũ: *In mandatis autem Dei credere, est in ipsis esse; & credere, quia vera sunt.* Quid illustrius pro hac re? Profectò magnum hoc est Dauidis acumen! Mysteriis credit & etiam mandatis: & ad eum modum, quo in rebus fidei, versatur quoque in re obedientiæ, cui credit, vt rebus fidei. Non perscrutans imperandi rationes, aut absurda, non rei præceptæ opportunitatem, aut importunitatem; non cætera, quæ obedientiam circumstant, sed cæco de-

Isaiæ. Clem. 1. Strom. uotionis impetu fertur ad opus imperatum: quemadmodum fides fertur in mysteria. Isaiæ 56. v. 21. *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum.* Clem. Alex. *Ad populum inobedientem.* Quasi idem sit incredulus, & inobediens; quia idem quodammodò est obediens, & credens. Hæc illustrior obedientiæ laus est, & angustior honos, Profectò parum est perfecto obedienti, si aduletur

Iudith. Deo, obediendo consiliis, nisi etiam cæcè obediat, obedientia fidei æmula: Quod exigit Iuditha hîc, v. 11. & 12.

---

§. XXVII.

Qui diuinis consiliis obtemperat, eiusmodi obsequiis velut adulatur Deo.

136. VIr bonus probâ indole, & bono ingenio præditus, nõ tantùm diuinis præceptis obediendum putat, sed & nutui diuinæ voluntatis libens obtemperat. Nec minùs, diuina præcepta, quàm Dei consilia pro lege reputat. Merum consilium lex illi est. Blanditur Deo obedientiâ consiliorum, quæ præcepta reputat ob Dei maiestatem: & quidem nobilior obediendi modus est, parere consiliis quàm præceptis obsequi. Nam lex arbitrium arctat, & nobiliorem hominis portionẽ quasi cogit. Consilium verò meliora ostendit, & diuinam voluntatem insinuans libertatem asserit, & indemnem seruat: & sic consilium quò magis liberam relinquit voluntatem, liberius cogit arbitrium, illud comitare obligans. Itaque consilium vrbanum quoddam præceptum est; plus obligans quia non obligat, & ingenuè agens cum ingenuo arbitrio.

Nutus Dei sit pro lege. Hinc natum, vt nobiles sanctitate viri, auidius obtemperarent consiliis, & nutibus diuinæ voluntatis. Dauid Rex erat potentissimus, multas prouincias, ipsásque peramplas regebat; ius dicebat populis, nec ex Digestorum, aut Cæsarei Codicis rescripcis iudicia depromebat. Augustius legum armarium Dauidi suppetebat ad politica iudicia exercenda, & componendas lites, Psal. 16. vers. 2. Psalm.

De vultu tuo iudicium meum prodeat. Symm. *prodibit.* Symm. Quasi dicat, cùm sedeo pro tribunali ad iudicandos populos mihi subiectos, Deus vultus (vultus à volando dicitur) & nutus pro lege mihi est. Nullâ aliâ instruor lege ad iudicia exercenda, quàm Dei vultu. Quò se Dei nutus inclinat, eò feror in iudicio: à quo vultum auertit Deus, ab eo caueo diligenter. Et (vt vno verbo dicam) Dei vultus seu nutus, lex mihi est ad iudicandos populos: *De vultu tuo iudicium meum prodibit.* Ita Asterius post Didymum interpretatur Aster, Didym. hunc psalmum apud Lorin. Itaque diuinæ voluntatis nutus pro lege erat Dauidi, & instar mandati nobis debet esse.

Matth. 7. v. 19. *Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum.* 137. Matth. Quænam hæc minima mandata? Theophylact. ibi: Theophyl. *Minima mandata dicit, quæ ipse Christus traditurus erat.* Consilia dicuntur mandata. Quæ ergo erunt mandata non minima, si illa, quæ Christus traditurus erat, sunt mandata minima? Num legalia, quæ abolenda mox erant? minimè. Quæ ergo erant hæc mandata non minima, si nec iussa legalia, nec Christi præcepta mandata nuncupantur? Suspicor (nec audacter in hanc suspicionem inductus sum,) Dei consilia, mandata non minima, sed maxima nuncupari. Locuples mihi testis sit S. Paulinus sic fatus: *Consiliũ enim dat, non præceptum, qui non dicit: Esto perfectus; sed si vis esse perfectus.* S. Paulin. epist. 2. *Quia libertas voluntatis, quæ bona cùm est, supra legem est, non cogitur, sed suadetur; &* Matth. 19. *ipsa sibi lex est.* v. 21. Ecce tibi ex consilio præceptum. Magnus ingenio vir Tertullianus meminerit facultatis, quam viduis ad nubendum Apostolus facit, 1. Corinth. 7. & consilij, quod Spiritus Sanctus Tertull. de Exhor. cast. dedit, vt ob castitatem à nuptiis abstineant: & ad- c. 4. dit, *Cui ergo consilio assentabimur?* 1. Cor. num Pauli permissioni an consilio Spiritus Sancti? *& factum est,* inquit, *iam non consilium diuini Spiritus sed pro eius maiestate præceptum.* Ecce tibi consilium in præceptum trãsformatur ob maiestatem Spiritus sancti, qui consilium dat. Sed expensione dignissima sunt verba illa: *Cui consilio assentabimur?* Deúsne blandimentis, & assentationibus delinitur? Consimilia verba habet, sic fatus: *Ego me seculo, non Deo liberum memini: sic meum est vltrò officium facere* Tertull. l. de Ieiun. aduer. *domino, sic indicare illius. Non tantùm ei obsequi* Psych. c. 13. *debeo, sed & adulari.* Quasi dicat: Ego libertatem habeo quoad res seculares, in re forensi, in re dati, & accepti liber sum, &c. at in rebus ad Deum, & religionem, & æternæ vitæ merita pertinentibus, liber ferè non sum; sed lege adactus: Quanam lege? iudicium Diuinæ voluntatis lex mihi est. Ad- Qui cõsiliis obtemperat, Deo adulari dicitur, & quare. dit verba multâ emphasi plena: *Non tantùm Deo obsequi debeo, sed & adulari.* Impedita est hæc sententia, vt apparet. Neque enim noster Deus blanditiis delinitur, neque adulationes captat, quod vitium est superbientis animi, & arroganter elati. 138.
Quod procul à Deo. Imò & vocula illa *sed*, quæ aduersatiua est, sensum impedit. Sic enim debuisset dicere: *Non tantùm Dei præceptis obsequi, & obedire debeo, sed etiam Dei consiliis.* Sic expediretur energia dictionis aduersatiuæ, *sed.* Id tamen non dicit: & ita periodum texit: *Non tantùm Deo obsequi debeo, sed & adulari.* Et quidem sapienter id dixit; imò idem dixit: alioqui inepta syntaxi periodus constructa esset. Nam obsequi diuinis consiliis, idem omnino est, ac Deo adulari. Sic pando mysterium, & extrico sententiam germano sensu. Porrò Adulator, vt docet S. Thomas 2. 2. q. 115. art. S. Thom. 1. in corp. est, *Qui supra debitum modum virtutis*

Digitized by Google

vult alios, aut verbis, aut factis delectare. Sic aulicos videmus Regem laudare à prudētia, à fortitudine, &c & tamen forsan nec fortiter, nec prudenter tūc se gessit: sic Ecclesiastem à pulchra concione, sic sapientem à valido argumento, & fortè tunc minùs sapienter gessit rem literarum. Et sanè adulationis negotiū est immodica, & supra merita laudatio. Ita qui diuinis paret consiliis, Deo quasi adulatur: dum consiliis obediendo, consilia pro præceptis reputat; & putat se obligari, etsi consiliis non obligetur: tacitè exaggerans Dei auctoritatem, vt qui reuera non mandans, sibi mandet; & liberum relinquens hominem, hominem ferè obliget. Et sic liberum consilium præ consiliantis auctoritate velut præceptum euadit. Nonne hæc assentatio quædam Dei videtur? Pulchrè ergo Tertullianus obedientiam consiliorum, adulationem Deo factā appellat, dicens: *Non tātùm Deo obsequi debeo, sed & adulari.* id est; Non tantùm Dei præceptis obedio, sed & consiliis, sapienter substituens adulationem pro obsequio, seu obedientia consiliorum. Ergo Dei præcepta dicuntur mandata minima: consilia verò mandata. Ergo superior consulat multa, mandet pauca.

---

§. XXVIII.

Commentarius litteræ.

Vers. 14. Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum.

SEPTVAGINTA diuersum planè sensū reddūt;
139. LXX. *quoniam ancilla tua religiosa est; & colens nocte & die Deum cæli. Et nunc manebo apud te, Domine mi: & exibit ancilla tua in nocte in vallem, & orabo ad Deum.* Fortè petit Iuditha apud Holofernem manere, vt docent Septuaginta Interpretes; sed secundum Hieronymianam versionem, suam in Deum suum pietatem commendat, audactérque fatetur se Deum Hebræorum religiosè colere, etiam dum est in Assyriis castris, veram ipsius religionem insectantibus. Petit autem facultatem exeundi è castris ad orandum Deum Israëlitico more, nempe extra commercia alienæ religionis. Causam, quæ Holofernem permoueat ad id permittendum, subdit versiculo sequenti.

VERS. 15. LXX. *Et dicet mihi quando eis reddat peccatum suum, & veniens nunciabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem, & habebis omnem populum Israël, sicut oues, quibus non est pastor, & non latrabit, vel vnus canis contra te.* Græcę translationes paulò aliter vertunt hunc locum: *Et annunciabit mihi quando fecerunt peccata eorum, & veniens referam tibi: & exibis cum omni exercitu tuo; & non est qui resistat tibi ex eis. Et adducam te per medium Iudaæ, quousque venias ante Ierusalem. Et ponam sedem tuam in medio eius, & ages eos, sicut oues, quibus non est pastor. Et non latrabit canis linguâ suâ corā te.* In hoc versiculo Iuditha exponit Holoferni, cur ipsa reposcat facultatem exeundi extra Assyria castra ad orationem, nempe vt à Deo suo sciat, quando Israëlitis reddat peccatum suum, quandoquidem *peccatum* hic sumi pro pœna peccati, necesse est, vt conueniunt inter Expositores: expressè id docent Carthus. Serarius, & Sanctius. Legatur Ribera in Sophoniæ cap. 3. n. 37. & sæpè alibi qui probat peccatum sumi pro pœna peccati. Hinc Iudithæ causa grauius laborare videtur Quo enim vero sensu dicere potuit, Deum in oratione sibi reuelaturum, quando puniturus sit delicta Israëlitici populi, vt ipsa id renunciet Holoferni? Neque enim Deus tunc Israëlitas puniuit, sed auxit victoriam.

Peccatum sumitur pro pœna peccati.

Carthus. Serarius. Sanct. Ribera.

Carthusianus hanc punitionem intelligit de particulari, & vniuersali iudicio. Inidonea planè expositio. Num Deus tunc reuelaturus erat Iudithæ quando quisque speciatim diiudicandus erat? aut quando esset celebraturus vniuersale hominum iudicium? Sanctius censet Iuditham polliceri, reuelandum sibi à Deo fore, quando Deus Israëlitis reddat peccatum sum, hoc est, pœnam peccati; quia Deus pro sua munificentissima misericordia, solitat peccatores beneficiis onerare, quod est pium punitionis arbitrium. Vnde hîc pœna peccati erit maximum beneficiū. Illustre planè vindictæ genus, & Deo dignum. Ad quod probādum adducit illud S. Ambrosij in funebri oratione de obitu Theodosij: *Beneficium* (inquit de Theodosio) *se putabat accepisse augustæ memoriæ Theodosius, cùm rogaretur ignoscere, & tunc propior erat veniæ, cùm fuisset commotio maior iracundiæ. Prærogatiua ignoscentiæ erat indignatum fuisse. Et optabatur in eo, quod in aliis timebatur, vt irasceretur. Sæpè trementes vidimus quos obiurgabat, & cōuictos sceleris cùm desperassent, solutos à crimine. Vincere enim volebat non plectere, æquitatis iudex, non pœnæ arbiter, qui nunquam veniam confitenti negaret.* Scilicet concionatoriè id dici videtur à Sanctio, non ad Litteræ rigorem. Neq; enim, si seuerè res Litteræ tractanda sit, aptè dicetur Deus, peccata populi Hebręi beneficiis punire, & illustri victoriâ castigare. Porrò inclyta victoria non est negotium supplicij, sed exaggeratio gratiæ & beneficij Ergo cùm cōueniat inter pios interpretes, qui Iuditham à mendacio asserunt, eam ambiguè locutam fuisse, *τὸ eis* non puto referendum ad Bethulienses ex Iudithæ mente, sed ad Assyrios, etsi specie tenus de Bethuliensibus videatur locuta. Id enim maximè intendebat, vt scilicet amphibologicis verbis fausta videretur Assyriis denunciare, sermone p'è composito ad fraudem. Vnde sensus est, (si liceat coniectura sine duce;) Dum exiero ad orandum Deum meum, ipse Deus dicet mihi quando *eis*, id est, Assyriis (quod celat opportuna amphibologia.) reddet Deus peccatum suum, id est, peccati sui pœnam. Pergit: Tunc *veniens nunciabo tibi*, non verbis, sed opere, nempe te obtruncando. Ita in re explicanda conueniunt, etsi verba aliter exponant, S. Augustinus serm. illo 229. Carthusianus, Serarius, Sanctius, Salianus. Ex quo verosimilior apparet nostra coniectura. Nam tota hæc oratio ambigua est, & quod videtur de Hebræis dici dissimulanter: Iuditha minitatur Assyriis.

140. Carthus.

Sanct.

Theodosius ab ira humanior, & beneficentior.

Ambr.

Ambiguè loquitur Iuditha.

Aug. Carthus. Serar. Sanct. Salian.

141.

Addit: *Ego adducam te per mediam Ierusalem.* Non vt Holofernes existimabat in triumpho; sed caput Holofernis detriumphatis Assyriis, sicut 1. Reg 17. Goliathi caput ductum fuit. Tunc prædicit, fore omnem Israëlem, sicut oues sine pastore: quia occiso Principe Assyrij exercitus, & Assyriis fugatis, populus Israël palabundus, absque duce, & militari ordine, festis plausibus aget triumphi pompam. Ita communiter Interpretes.

1. Reg.

Et non latrabit vel vnus canis contra te. Græcè, *Nec lingua quidem sua muscere audebit coram te* Sicut Exodi 11. vers. 7. *Ad omnes filios Israël non mutiet canis ab homine vsque ad pecus* Vterque locus eodem sensu intelligendus est, etsi refragetur Martinus del Rio, 1. tom. Adagio 75. Opportunum

Græcus. Exod.

Rio.

Quid significet, Non mutiet canis. num est adagium, quo Juditha significat, in eiusmodi triumpho, *non latrabit vnus canis contra te.* Id est, pacata & tranquilla erunt omnia sine periculo, sine obstaculo celebrabitur triumphus.
S. Aug. Pulchrè S Augustinus locutione 56. in Exodum, explicans illud: *Non mutiet canis*, ita scribit: *Elegantissima locutio est. Per canem quippe extremum significauit vel hominum, vel pecorum. Ita commendauit, quanta in Hebreis quies futura esset, Ægyptiis acerbâ orbitate clamantibus.* Addit Martinus
Rio. del Rio peculiarem subesse in *cane* rationem, nam hoc animal irrationabile admodum est, & minimo strepitu excitatur, & promptè latrat. Ad id
Abulens. probandum plura tradit ex Abulensi, & Alberto
Albert. magno, plura etiam videri possunt apud ipsum tom. 1. Disquis. Magicarum.

142. *Quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam*
Vers. 16. *Dei.* Vatablus: *Hac enim mihi per prænotionem di-*
Vatabl. *cta sunt, & enunciata, tibique renunciatum ea mis-*
Septuag. *sa sum.* Septuaginta: *Quoniam mihi hæc dicta sunt*
Bibl. Sixt. *per prouidentiam meam.* Similiter Biblia Sixtana, *Secundum prænotionem meam.* Dubium est, quid sit
Lugo. hæc prouidentia, & vtrum Dei, an Judithæ: Hugo Charensis censet cùm dixit Juditha, illa omnia nouisse per prouidentiam Dei tantùm significari, illa cognouisse in spiritu prophetico: verè quidē, sed adhuc restat hunc sensum verbis adoptare.
Sanct. Sanctius commentatur, *per prouidentiam Dei*, id est, *à prouidentia Dei*: exiguam profectò lucem ac-
Sà. cendit Sicut & Sa, qui *per prouidentiam* intelligit
Juditha per prouidentiā prænoscit. *prænotionem.* Nam etiam nunc obscurum est quid sit, hæc dicta fuisse Judithæ à prouidentia Dei, seu per prænotionem Dei. *Prouidentia* idem est ac anteuidentia, id est, anticipata cognitio seu prænotio ante rerum euentum. Vnde prouidentia etiam apud Latinissimos sumitur pro prouidētia, seu sapientia Sensus ergo est: Hæc omnia quæ tibi futura prædixi, ô Holofernes, cognoui à Deo prænoscente omnia, cuius prouidentia mihi hæc reuelauit, vt spiritu prophetico ea tibi annunciem. Quasi dicat; Deus, qui omnia prænoscit antequam sint, per suam prouidentiam, quâ vult te augere tanta triumphi gloriâ, & Israëlitas punire pro suis peccatis, (sic volebat Juditha intelligi, tametsi diuerso sensu verè loquebatur;) res ita disposuit. Itaque prouidentia Dei intelligenda est, non prouidentia Judithæ. Etsi Serarius vtrumque velit conciliare;
Serar. nempe, vt prouidentia Judithæ sit Dei prouidentia, quia omnia bona nostra à Deo sunt. Verùm spiritus prophetiæ, non tam homini, quàm Deo adscribitur, qui per prophetas suos loquitur.

134. *Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa*
Vers. 17. *sum nunciare tibi.* Sententia huius versiculi per-
Judith. spicua est ex interpretatione superiorum. Scilicet verè dixit Juditha, Deum iratum esse Hebrææ genti: nam præter vulgares & quotidianas noxas, suprà, cap. 7. & 8. aliqua Bethuliensium crimina narrata sunt in textu vulgato, & Græco. Missa quidem Juditha à Deo est, hæc nunciare, vt sic aditum sibi aperiat ad perpetrandum illustre facinus Holofernianæ cædis.

Vers. 18. *Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum.*

Vers. 19. *Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine & sensu verborum.* Nimirùm eâ verborum suauitate Juditha locuta est, eo verborum artificio se gessit coram Assyriis, vt tam Holofernes, quàm qui cū ipso erant, (hi enim *pueri* appellantur, id est serui) illustrem de illius sapientia opinionē imbiberint. Tantáque in omnibus admiratio excitata est, vt inter se mutuò colloquentes, admirabundi, dixerint nullam feminam in toto terrarum orbe posse Judithæ comparari in faciei venustate & in suauitate, & pondere sermonum Sic, sic pulchritudo allicit audientium animos! Tanto auditur plausu, qui audientibus iucunda enunciat!

Et dixit ad illam Holofernes: Benefecit Deus, qui Vers. 20.
misit te ante populum, vt des illum tu in manibus nostris.

Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit mi- 144.
hi hæc Deus tuus, erit & Deus meus; & tu in domo Vers. 21.
Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra. Scilicet Holofernes hîc valdè commendat prudens Judithæ consilium: additque à Deo actum esse cum illa præclarè, cùm eam ipsi mentem iniecerit, vt Hebræam gentem subiiciat Assyriorum imperio: repromittitque, si promissa impleuerit, se Deum Hebræorum adoraturum, vt verum & solum numen, abiuratâ Assyriorum religione Et quidem verosimilius mihi videtur, hanc Holofernis promissionem non ex pietate proficisci, sed ex studio eblandiendi Judithæ:
cuius amore iam à primo intuitu flagrabat Ita Sa- Salian.
lianus. Vnde displicent Hugo, Carthus. P. Come- Hugo. P. Comest.
stor, qui existimant ex animo Holofernem promisisse Judithæ, se recepturum Deum Hebræorū inter Deos suos. Nam cùm ex hac historia liquidò constet; Holofernem impensius procurare omnes Deos terræ exterminare, vt solus Nabuchodonosor diceretur Deus, nō poterat aliquem admittere inter Deos suos, qui omnes Deos præter vnum Na-
buchodonosorem, abiurauerat. Ex quo etiam pro- Sanct.
cliue est refutare interpretationem Sanctij existimātis, promisisse reiectis Assyriæ Diis, solum Hebræorum Deum adoraturum, quasi verum numē. Neque enim id posset præstare, persistens in familiaritate Nabuchodonosoris cui valde esset offensum, quòd sui Imperij proceres illum non adorarent, cùm exambiret ab exteris etiam vnicè coli. Neque Holofernes cogitauit deserere Regiam Nabuchodonosoris, vt Deum Hebræorum vnicè adoraret, cùm tunc Judithæ polliceatur, se magnam fore in domo Regis. *Magnam* dicit fore Ju-
ditham in palatio Regis, non quia tunc eam cogi- Lyran.
taret accipere in coniugem, vt censet Lyra neque Carthus.
in concubinarum numerum, vt putat Carthusianus, qui planè diuinant. Sed magnum in domo Regis honorem pollicetur feminæ prænobili, venustissimæ, & disertissimæ & de Assyriis benemeritæ, siquidem eius industriæ subiecerat rebellem populum, & reluctantem Assyriæ potentiæ.

---

§. XXIX.

Aulicorum mores ad rem virtutis sæpè feminei sunt; ad crimina viriles.

Juditha femina ad omnes sanctitates facta, & 145.
virtutis moribus instructa, castitate inclyta, oratione assidua, ieiunio fortis, constantia virilis, prudentia consultissima, quasi virtutis typus, sanctitatis forma iure habebatur à Bethuliensi populo. Anxia de suæ gentis periculo, deponit luctuosæ viduitatis squalorem, & pretiosis vestibus induta, & omnium gratiarum lenocinio compta, pergit ad Regis Holofernis tentorium, & perhumaniter accepta, habitat in Regis contubernio, & tam suspecti Judithæ sūt palatini mores, vt in Regis an-

Digitized by Google

Iudith.

la sibi quasi timeat à religione desciscere. Sic enim hîc v. 14. alloquitur Holofernem Assyriæ militiæ Principem: *Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te.* Tam ardua enim res est non degenerare in vitia, eum, qui versatur in Principum aula, vt Iuditha recens ibi habitans, Iuditha inquam auitæ religionis sustentaculum, quasi labaret palatinis cōcussa moribus, & velut grande quid ostentat, se apud Principes non desciscere à virtutis constantia Nec id mirū, nam Basilius Seleucus sententiosè appellauit Assyriorum curiam *criminum officinam.* Bene quidem & optimè. Ibi namque sæpè fabricatur superbia, cuditur auaritia, ambitio architectatur negotiationis machinas, lasciuit impudentia, prodigalitas grassatur, est enim (si desit Principis attentior cura,) delictorū pharetra, promptuarium vitij, criminum magisterium, impietatis officina & nugacitatis schola.

Curia sæpe est criminū officina. Basil. Sel. Orat. 12.

146. In passionis ærumnoso auspicio vinctus ducitur Iesus in summi Sacerdotis palatium: periculi metu diffugiunt discipuli; Petrus autem sese dissimulat, & animosè Christum sequitur, intrat Pontificis domum: & exiguo temporis interuallo versans inter aulicos Pontificis seruos, sic nutat Petri fides, sic languet erga magistrum amor, vt non semel reneget vel nosse Christum, iuramento obfirmans suam imbecillitatem religione aduersus religionem profanus. Tunc Saluator pientissimè respicit Petrum, & Petrus misericordi aspectu Christi respiciens, & tactus dolore cordis intrinsecus, maturat egressum è Pōtificis palacio, Lucæ 22. v. 61. *Et conuersus Dominus, respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini: Et, egressus foras Petrus fleuit amare.* O Petre, consultissimè properas exire è palatio; sed aduerte quòd simul fugis à diuinis Christi oculis, quorū beneficio conuersus es. Bene abesse festinas à palatio; sed malè te absentas à Saluatoris oculis: à quibus sicut faustè auspicatus es pœnitentiam, sic feliciter consummabis. Cur fugis benignissimos Christi oculos, quorum beneficio madent oculi tui cælesti rore? Nempe consultissimè Petrus benignissimos, & diuinissimos Christi oculos quasi fugit, vt à palatio Pontificis fugiat: satiùs iudicans abesse à Christi corporali aspectu extra palatium, quàm in illo eosdem habere sibi expromptos ad misericordiam. *Egressus foras fleuit amarè.* Non intus in palatio, sed extra luget Petrus. Quia tametsi Christi oculi aderant in Principis aula, tamen non eliciunt ibi lacrymas pœnitentiæ: foris flendum est, quod in palatio delinquitur; ac si nimis ardua (ne dicam ferè impossibilis,) sit asperior, & condignior pœnitentia in palatio, quod dicitur *criminum officina.* Id insinuat ingeniosè Hugo Victorinus apud Hugonem Cardinalem, sic fatus. *Egressus foras fleuit amarè, vt haberet locum liberum flendi.* O hyperbolem! vsque adeóne criminosum est palatium; vt non sit ibi liber locus flendi? Quid? ibi tunc non adsunt Petro Christi oculi benignissimi ad pietatem? non adest Petro liberum arbitrium? adest, adest vtrumque, & nihilominus Petrus palatium fugit, quasi ibi nō foret ei liberum pœnitere. Nam etsi arbitrium Apostoli etiam ibi liberum foret, & Christi oculi ibi adessent illi; tamen sic arbitrij libertas fere debilitatur, sic Christi gratia quasi hebetatur inter palatinos mores, vt Petrus, vt palatiū fugiat, vltrò etiā fugiat corporeū Saluatoris aspectum, vt extra palatium locum liberum flendi habeat. Quid exaggeratius? Mauult Petrus abesse à Christi præsentia, quàm illi adesse in palatij licentiâ.

Lucæ. Oculi Christi non eliciunt lacrymas in palatio.

Hug. Vict.

Ex odi 8. v. 12. Moysis, & Aaronis operâ, à Deo vtique factâ molestissimè ranis scatet tota Ægyptus: importunâ ranarum calamitate obstinatissima Pharaonis durities fere emollitur: accersit Moysem, & Aaronem, & spondet priuilegium immunitatis Hebræi populi, si ærumnosissimam ranarum plagam precationibus euertant. Annuunt Moyses, & Aaron consulto Regis: *Egressique sunt Moyses & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarum, quam condixerat Pharaoni* Et quare in regia Pharaonis non orant Deum? Num timent ibi non impetrare supplicandum beneficium? planè Moyses constitutus erat Deus Pharaonis quasi plenam haberet a Deo potestatem circa rem Pharaonis. Nimis meticulosus est Moyses, dum rogaturus Deum, quod illi spoponderat, egreditur è palatio. vt Deum oret, vt impetret, quod Deus in suo arbitrio ferè collocauerat. Eleganter Hugo: Egressique sunt Moyses, & Aaron à Pharaone. *Oraturi, inquit, exeunt à Pharaone, quia commendabilem reddit orationem sequestratio a malis. A malis* inquam hominibus in aula versantibus, de quibus loquitur Exodi textus. Nempe Moyses, & Aaron impetrationis securi, timent orare in palatio quod impietatis sacrarium censent, & quemcumque locum aptiorem putant ad agendum cum Deo, dū tamen absint à palatio: Quasi metuant suas orationes infuscare palatinæ ambitionis, inuidiæ, & malitiæ terrâ fuligine. Quemlibet locū sacratū putant, & vnā Regis aulā profanam existimant ad rem orationis, & negotiū pietatis? Appositè Drogon. *At, inquit, vbi Petrus de domo Caiphæ foras egressus est; in domum Christi intromissus est.* Et tamen etsi Christus manebat in domo Caiphæ, quiuis locus extra domum Caiphæ dicitur domus Christi. Quasi quiuis locus præter principum aulam, sit Christi Domus, Dei templū, & sacrarium orationis. Sic, sic infestant pietatem aulici mores, nisi Principū pietas cohibeat priuilegium delinquendi. Quod à bonis Principibus solerter fit, à malis criminosè omittitur. 147.

Extra palatium orat. Moyses.

Exod.

Hugo.

Drogon. l. de Sacrament. Dom. Passionis.

Et quidem (vt alia palatij vitia intermittā, quæ alibi perstrinxi,) non præteribo mollitiem aulicorum, & vestium luxum animos euigorantem, Matthæi 11. v. 18 Christus Deus Baptistæ Ioannis encomiastes factus, sic fatur ad turbas: *Quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt.* Quæ verba ita commentatur Hieronimus: *Ex hoc ostenditur rigidam vitam, vitare debere aulas Regum, & mollium hominum palatia declinare.* Scilicet aulici homines vt plurimum molliculi sunt, polituli, effeminati. Audi ad hanc rem pulcherrima S. Nazienni verba in oratione pro S. Basilio; ad quem vltrò ibant nō pauci ex Imperatoris palatio, & custodia Principis, quos paucis sic describit S. Nazianzenus: *Illi ex militari ordine, illi ex gynæceo,* (como si vinieran de algun retrete de damas,) *illi inquam, inter feminas viri, inter viros fœminæ: nec virile quidquam præter impietatem habentes.* Planè luculenter! Hos mores non semel palatium parturit, fouet, nutrit, incrementat. Aulicorum aliquos contemplare, & masculo feminas videis, aut femina masculos. Sic sæpe mollescit, sic euiratur virtus in palatiis! Nugaces facit aula mores, Vnde Sophonias agens de viris Hierosolymæ, quæ fuit Iudæorum regia metropolis, ait cap. 3. v. 19. *Nugas qui à lege recesserant.* Nugas appellans quosdam regalis curiæ homines, nugaces, & ridicularios ad rem virtutis, serios & viriles ad negotium criminum. 148.

Matth.

Hier.

Aulici quidam muliebriter ornati.

Nazianz.

Sophon.

Lucæ 4.

Digitized by Google

149. Lucæ. Oportebat Christũ non crucifigi nisi à curialibus.

Lucæ 4. v. 26. Ciues Nazaret vbi audiũt Christi Dei doctrinam cœlestem, & diuina miracula, inuidiæ furiis acti, violentissimè trahunt Saluatorem vsque ad crepidinẽ montis, & inde eum præcipitare intentant: *Et surrexerunt, & eiecerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorũ erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autẽ transiens per medium illorum ibat.* Et quare mitissimum Iesum nulli vnquam iniuriæ repugnantem, non præcipitauerunt furiosi homines? Qui stitit eorum temeritatem nefarij facinoris audacissimam? Peracutè Caietanus ibi: *Vt præcipitarent eum. Lege*, inquit, *vniuersam scripturam Euangelicã, & nullibi inuenies fuisse Iesu iniuriam facti irrogatam vsque ad tempus mortis suæ nisi à propriis ciuibus. Imò nec tempore passionis sæuierunt in Iesum nisi mediantibus ministris curiæ.* Nempe etsi furiosi hi homines sæuissimè ab inuidia, & odio insaniebant aduersus Saluatorem; nam iam iam ab eis in in præcipitium agebatur; tamen summum scelus decidij perpetrandum non erat à cuiusuis malitia, quantumuis insana, & furiosâ. Tantum enim nefas ministris curiæ perpetrandum seruabatur. Quasi nemo temerariè auderet Christo Deo sæuam mortem inferre, nisi curiæ minister, nisi Herodis apparitores irridendo, nisi prætoriani milites cædendo, nisi Summus Pontifex accusando, nisi Romanorum Prorex crucifigendo, operâ, industriâ, sæuitiâ ministrorum curiæ. Sic sæpè curiales sæuiunt, sic aulici furunt, sic palatini ferociunt, vt illis reseruetur temeritas Deicidij: Illis inquam, qui etsi cætera molliculi, & feminei, viriles admodum sunt ad impietatem.

Caiet.

150. Fauor Principum instabilis est.

Demum iuuat admonere aulicos proceres ne tantùm fidant gratiæ Principum, vt debacchentur in reliquos. Lubrica est palatij fortuna, incerta, dubia, pendula. *Intuere naufragia multorum, quos insidiosa trãquillitate prouectos, improuisus turbo pertulit. Quod enim tam infidum mare, quàm blanditiæ Principum, quibus non rarò in summa etiam lenitate, fraus maxima?* inquit magnus ille Philosophus apud Scribanium in Politic. Christ. c. 7. Reg. 2. v. 19. v. 36. Dauid benemeritum de se Berzellai inuitat ad palatinos fauores, & delicias: Respondit consultissimus senex: *Non egeo hac vicissitudine.* Sententiosè appellatur *vicissitudo* aulicus fauor, & vita palatina. Id docemus à Parmenione, Philota, Clito, Cleandro, Eutropio, Stilicone, Ablauio, Flauio, Comneno, & cæteris fortunæ pilis, quorum vices alternauit Fortunæ nutus.

Scrib. in Politico Christ. c. 7.

§. XXX.

Improborum conuictus eadem vitia sensim affricat, & allinit.

151. IMproborum conuersatio inimica virtutis est: vicini luxuria paulatim emollit animum ad luxuriandum: malignus comes vitia sua inhalat quantumuis vitiorum experti: facilè trãsitur ad malum. Quin & omnis malitia pestis est, quæ propinquitate fœcundissimè serpit, & totas vrbes, & regiones vastat. Psalmo 13. v. 2. *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Addubitat Genebrardus hîc, cur qui in priori hemistichio dicitur insipiens, seu impius, & scelestus in singulari numero, repentè sic propagatur numerus, vt dicat. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Qui nuper vnus erat, quomodo statim sic est multiplicatus? Profectò vnus sceleratus, vnus plures est, vel vnus tanquam omnes Sic vnus impius malitiæ rubiginem affricat multis, pluribus, omnibus! Vnde etsi nuper vnus erat impius & nequam, statim serpente malitię peste, omnes ad vnum, impij & nequam sunt. Hanc commentationem insinuat Hebraïca scriptio, quæ ita habet: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Corrumpentes se ipsos, abominabiles se ipsos fecerunt*, &c. Nempe singularis vnius hominis malitia, sic breui imitatione propagatur, vt mox iam non in singulari numero explicari possit, sed plurali opus sit: nam mutuò se ipsos malo exemplo deprauantes, sese mutuò corrumpunt, & abominabiles faciunt: neque relinquitur vnus à malitia immunis. Imò qui ab imitatione, & à non bono exemplo delinquit, peius delinquit. Vulgò dicimus: *La enfermedad pegada es mas peligrosa.* Quod præclarè aduertit Tertullianus lib. de Præscript. aduersus Hæreticos, cap. 7. versans quædam verba 1. ad Thessal. 5. vbi Paulus taxat quoddam vitium, quia comitatur alia, sic fatur Tertullianus: *Quod malis adiungit, malum vtique profitetur: & quidem maius.* Porrò qui libidinis œstro extimulatus luxuriatur; vel à propria iniuriâ iracundus, armis sæuit, &c. insanus, quo agebatur, furor, excusatio malitiæ est. At qui imitatione peccat, sine passionum furore, seu excusatione peccat, quæ flagitiosior malitia est: ergo quod malum est, quia malis adiungitur, maius malum est. Caue, caue diligenter ne alienæ malitiæ assuescas, ne proximum venenum oculis bibas, & societate conuictus non bonos mores exprimas.

Psalm.

Genebrard. Impius vnus plures est ob exemplum malum.

Tertull.

152. Matth. Matthæi 9. v. 14. *Tunc accesserunt discipuli Ioannis dicentes: Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter; discipuli autem tui non ieiunant;* Super quibus verbis ita fatur Rabanus: *Ieiunat Christus, ne præceptum declines: manducat cum peccatoribus, vt gratiam, & potestatem intelligas.* Quid nisi Christus conuiueret, & versaretur inter peccatores, non publicasset satis Mundo suam potestatem, & gratiam? Innumera patrarat Christus miracula vsque ad inimicorum stuporem: quid euidentiùs demonstrare posset Christi Dei potestatem; Dein Christus infinitâ gratiâ habituali præditus erat, & ad augustiorem diuinæ & naturalis filiationis fuerat sublimatus: palam enim non semel de cælo intonuerat vox Patris Dei: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Quæ oculatior euidentia præ hoc illustri testimonio? Quorsùm ergo Christus conuictor est peccatorum ad manifestius demonstrandam suam diuiniorem potestatem, & illustriorem gratiam? Bene quidem, verè, & optimè eo conuictu demonstratur. Porrò tantâ gratiæ potentiâ opus est ad versandum inter peccatores, quin suam malitiam spectatori, aut conuictori affricent, vt innocens & inculpata Saluatoris vita conuersans inter peccatores, & scelestos homines, perspicua sit probatio eius potentissimæ gratiæ. Quis enim nisi homo Deus valeat assuescere conuictui malorum, quin eorum simul mores combibat, & imitetur? Tam volupe est homini in se exprimere contubernalium malitiam! Saltem malitię infamiam, nec Christus Deus effugit.

Rabanus.

Se Christum probat conuersans cum peccatoribus.

153. Christus cũ latronibus, suspectus fuit flagitij consimilis.

Lucæ 23. v. 32. Ducebatur Christus ad supplicij locum patibulandus cum duobus infamissimis latronibus, vt vel communio pœnæ communia flagitia demonstraret. Sic insanè sæuit Pharisæorum

rabies armata Præſidis Pilati potentia: quæ vel ex ſocietate ſceleſtorum culpare Chriſtum ambit! Verùm diligenter aduerte ad verba Euangeliſtæ: *Ducebantur*, inquit, *& alij duo nequam cum eo.* Hiſpanè, *Leuauan con Ieſus otros dos delinquentes.* Alij duo nequam ducuntur cum Ieſu. Quid? Ergo Ieſus nequam dicitur? Bona verba quæſo: nam etſi Ieſus, vt reus ducatur ad ſupplicij locum, inter duos ſceleſtiſſimos reos, & homines nequam at ipſe nequam non eſt, ſed Dei agnus innocentiſſimus. Heu! non bene actum eſt cum Chriſto, qui ſuſpicione reatus dehoneſtatur ex conſortio reorum. Argutè S. Chryſoſtomus in Catena ibi: *Duos etiam latrones vtrinque crucifixerunt, vt eorum ſuſpicionis fieret particeps.* Nimirum Societas cum homine nequam, etiam in Chriſto Deo, nequitiæ ſuſpicio eſt, & eiuſdem reatus perſuaſio, (apud homines, qui ſimile quid moris ebibere queunt;) ad quod aduertens Euangeliſta, attentiſſimè ſcripſit: *Ducebantur, & alij duo nequam cum eo,*

Lucæ. — Chryſoſt.

154\. Matthæi 8. verſ. 2. Leproſus quidam accedit ad Chriſtum ſalutem rogans: *Domine* inquit, *Si vis, potes me mundare. Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, dicens? Volo, Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.* Rectè Lepræ nomine contagio vitiorum deſignatur. Inde vrbibus leproſi exulabant, ne infeſtarent conciues. Verùm inueſtigatu dignum eſt, quare Chriſtus Deus ſanaturus lepram, leproſum tangere non veretur. Voluntate ſola ſanari poterat, quod leproſum non latuit, ait enim ipſe: *Domine, ſi vis, potes me mundare*; cur extendit manum ad contactum lepræ? Nam etſi contagionem non timeat Chriſtus, ſaltem horreat fœdum morbum. Eleganter Origines: *Ideo cùm extendo manum mox effugit, nec contaminatio mea virtuti proximare, vel reſiſtere meæ potentiæ poterit. Dico ergo. Volo, mundare: & me manum ad tangendum extendente, effugit illicò lepra: & inuenta eſt manus Domini non lepram, ſed mundum tetigiſſe corpus.* Nimirum peſtilens contagio lepræ (liceat ſic meditari,) propagari admittebatur, & fœdare purũ Chriſti contactum contagione ſerpente: at virtus Chriſti præcucurrit cõtagioſæ lepræ. Hinc inde videre licet æmulationem virtutis Chriſti, & peſtilẽtis morbi: morbus occaſione adtactus ſerpere fruſtrà præſumebat; Saluatoris virtus ante contactum ſanat, & ita vel hac etiam arte fruſtratur ſerpentem ambitionem morbi. Enimverò diuinioris potentię miraculum eſt, Chriſto manum extendente effugiſſe lepram, vt inuenta ſit manus Domini non lepram, ſed mundum tangens: *ne contaminatio virtuti Chriſti proximet.* Scilicet Chriſtus anticipat medicinam, vt ſiſtat morbi contagionem. Vſque adeò enim horret Chriſtus attingere contagioſum lepræ morbũ, vt præproperâ anticipatione ſanitatis, extenſione manus curet leproſum, ne lepram, contingat, ſed corpus iam à præmaturo miraculo mũdum. Chriſtus Deus horret contingere peſtiferam lepræ contagionem; & infirmus homo affectat aſſueſcere vitiorum lepræ! Chriſti cautela ſit noſtra eruditio O! fuge à conuictorum vitiis, velut à ſerpenti animorum lepra. Vnde Inditha hic v. 14. ferè timet idololatriam in caſtris Aſſyriorum. Sic à malo exemplo cauendum eſt.

Matth. — Cur ante contactum Chriſti ſanetur lepra. — Orig. homil. 5. in diuerſ. — Iudith.

155\. Demum hic iuuat aduertere, vt homo Religioſus & pius non modò caueat à ſocietate ſceleſtorum; & præcaueat diligenter, ne ipſe ſcandalum præbeat aliquo delicto, vel opere ſpeciem delicti oſtentante: ſed ſciat viro religioſo velut imputari vicinorum delicta. Audi pulchram rationem à Clemente Alexãdrino. *Dicunt*, inquit, *Matthiam Apoſtolũ inter cætera dixiſſe: Si electi vicinus peccauit, peccauit electus, nam ſi ſe ita geſſiſſet, vt iubet ratio, eius vitam ita eſſet reueritus vicinus, vt non peccaſſet.* Seuerior videtur hæc cenſura compeſcendi alios boni exempli tacitâ eruditione. Quando verò ad id obligamur, tractet ſeuerior Theologorum ſchola. Satis ſit ad præſens inſtitutũ adnotaſſe, quàm pendeât proximorum mores ab hominis religioſi exemplo.

Delicta vicini imputabuntur viro religioſo. — Clem. Alex. Matthias Apoſtolus.

§. XXXI.

Malum exemplum adeò ſpectatores ſui inſtigat ad delinquendum, vt vel Deo quaſi cauendum foret, niſi incapax eſſet vitij.

156\. Neſcio quo naturæ vitio laborant homines, vt per oculos, quaſi per traduces aliorum vitia faciant ſua; ita vt nemo eorum, qui maximè concinnant ingenium ad virtutem, ferre poſſit impetum vitiorum, per viſum irrumpentium in animam. Vnum exemplum luxuriæ, aut auaritiæ multum facit. Conuictor delicatus paulatim eneruat, emollit animum ad ſcelera. Vicinus diues cupiditatem irritat. Scitè Seneca *Malignus comes, quãuis candido, & ſimplici rubiginem ſuam affricuit.* Sed alia pagina tulit hanc theſim, & mala mali exempli dedit affatim. Addo nunc non ſolùm vitia, ſed & inſtigationes ad delicta, & ipſas aliorum tentationes ad prauitatem inducere. Vetus quæſtio eſt cur Spiritus ſanctus, Marci 1. v. 12. Matth. 4. verſ. 1. *Expulit* Chriſtum in ſolitudinem, *vt tentaretur à Diabolo?* Quid eueniret incommodi, vt inter hominum numeroſas turbas Chriſtus tentaretur, & ad malum induceretur? Voluitne tentationes celare? haud quaquam; nam mox diuulgauit eaſdem Euangeliſtarum ore ſacro. Forſitan ne tentatus videretur ab hominibus, & conſimilem tentationem illis faceret? Verùm aſſumpſit eum Diabolus in ſanctam ciuitatem, & in templi pinnaculo depoſuit: Num Chriſtus inſpiciente populo, per aëra à Diabolo defertur in templum, & ibi ſtatuitur in frequenti hominum multitudine? Ita, ſed audi S. Chryſoſtom. *Fortè Diabolus ſic Chriſtum aſſumebat, vt ab omnibus videretur; ipſe autem neſciente Diabolo, inuiſibiliter ſic aiebat, vt à nemine videretur.* Quare Chriſtus ſic abſcondit miraculosè ne videatur à Hieroſolymorum frequenti populo? Aſtet populus lucta, & plaudet victoriæ à Diabolo reportatæ. Verùm diuinitus ſe ab oculis hominũ ſurripit quia tẽtatus ipſâ, qua afflictatur tẽtatione, imprimere ſolet inſpectãtibus, audiẽtibus; præſertim ſi perſona, quæ tentatur ad vitium, bonæ famæ, & magnæ auctoritatis ſit. Fuge turbam, fuge hominũ conſortia, monet ſapienter Seneca ſuum Lucillũ, quia, *Nemo* (quantumuis Sanctus homo ſit) *nemo non aliquod nobis vitium, aut commodat* (melius alij) *commendat, aut imprimit, aut neſcientibus allinit.* Quaſi dicat: Nemo tam bene moratus eſt, qui vel non cadat, aut inclinet in vitium, quod aut nobis neſcientibus allinit, aut *imprimit*, aut ſaltẽ ob probitatem perſonæ aut cadentis, aut nutantis, commendat enam vitium à perſonâ commendatur ſæpè. Quis vereatur facere quod feciſſe videt Catonem? Imò qui Catonem videat inclinatum ad aliquod vitium, non magni faciet, ſi & ipſe per tentationem

Senec. Epiſt. 7. Malum exemplum ſtimulat. — Marc. Matth. — Chriſtus tentatus ſubripitur ab oculis. — Chryſoſt. allegatus in Caten. ibi in Matth. — Seneca. epiſt. 7.

tationem inclinet, aut cadat in ipsum. Benè ergo Christus tentatus subripitur ab oculis hominum, ne videntibus imprimatur eadem ad vitium incitatio, aut commendetur irritamentum ad vitium. Adeò prona ad malum est natura humana, vt cauendum illi omninò sit à malo exemplo, sed etiam à specie mali, imò & à tentatione instigante in delicta.

157. Dixi malum aliorum exemplum nobis commodari, instigationem ad malum nobis imprimi. Addo à nobis ipsis cauendum nobis esse, ne malo exemplo ipsimet nobis nocumento simus: *Age* (ait Seneca) *ne hoc quidem intelligitis mala exempla in eos redundare, qui faciunt?* Vnde, ne delinquas, ne tu te imiteris. Malum tui exemplū tibi erit irritamentum ad delicta. Caue tibi à te: quia peccatum pestis est, quæ non tantùm in alios afflat contagiū, sed in te sæuit: nam ex recordatione proprij delicti alliciuntur homines ad delinquendum; quin magnâ cautelâ plangenda peccata sunt, ne ex pœnitentia facinoris, quod pœnitentia detestatur, occasio fiat ad peccandum. Præclarè Saluianus: *Nouum monstri genus est; eadem pene homines iugiter faciunt, quæ fecisse se plangunt.* Vnicum peccati commissi remedium, pœnitentia est. Sed vide ne segnior pœnitentia ob delicti recordationem suadela sit ad peccandum. *Et qui intrant Ecclesiasticam domum, vt mala antiqua defleant, exeunt, & quid dico, exeunt? In ipsis penè hoc orationibus suis* (id est, in pœnitentia, seu detestatione peccati) *ac supplicationibus moliuntur.* Dum peccatum, quod quis odit & cogitat, molitur idem peccatum, quo se olim delinquentem imitetur. *Aliud quippe ora hominum, aliud corda agunt, & dum verbis præterita mala plangunt, sensu futura meditantur.* Tepidus dolor, & iners pœnitentia de peccato commisso meditatio est eiusdem peccati committendi. Hispanè, *Se imponenò se en sayanpara repetir los mesmos pecados.* Addit Saluianus, & finit: *Ac si oratio eorum* (id est pœnitentia, aut vocalis confessio) *rixa est magis criminum, quam exoratrix, vt verè illa in eis Scriptura maledictio compleatur vt de oratione ipsa exeant condemnati, & oratio eorum fiat in peccatum.* Itaque deses aliquorum Pœnitentia quia præsentat peccata, quæ detestatur pœnitens, *vitiorum rixa est.* Vbi decertat non virtus cum vitio, sed vitium cum vitio rixatur, & contendit quodnam crimen enormius futurum sit; patratúmne, an futurum & deinceps patrandum? Cautè ergo lugenda peccata sunt ne te peccantem imiteris, & tu tui exemplar sis ad delinquendum. Magnâ cautelâ opus est vel ad defluendum peccata, ne vel à leui eorum recordatione scandalizeris. Psal. 21. vers. 2. *Longè à salute mea verba delictorum meorum.* Peccauerat Dauid; aut æternum illi pereundum erat, aut delenda peccata per pœnitentiam. Si omittat peccati plangendi memoriam, ingruit gehennæ incendium; si delicti ad pœnitentiam meminerit, timet ne à memoria delictorum, inflammetur ad alia. Quid faciendum? Quoniam non modò extimescit in memoriam reuocare patrata à se delicta, sed & timet memoriã ipsius delicti nominis. *Longè à salute mea, verba delictorum meorum.* Super quæ Didymus: *Intelligere poteris verba delictorum, non pro delictis, sed delicti enunciationes esse.* Ergo Dauid non solùm perhorrescit in memoriam reuocare patrata à se delicta, sed vel nominum delicti recordari timet, ne vel peccati nomen ipsum alliciat ad similia peccata perpetranda. Osee. v. 16. *Et erit in die illa ait Dominus vocabit me vir meus, & non vocabit me vltrà Baali.* Israëlitica gens prona fuit semper ad idolorum cultum; Baalim, & Astaroth Deos suos existimabat, & auidiùs quàm dici potest, percolebat. Ergo cupiendum erat, vt Israël eo studio Deum coleret suum, quo affectus olim erat erga Baalim. Iam Deus verus Israëlitico populo erat instar Baalim, id est, eo studio, quo Baalim Deum adorat. Renuit Deus eiusmodi cultum, & timet vel nomen idoli. Quasi dicat: *Non vocabit me vltrà Baali.* Ne vel nominis idoli recordetur populus meus, & instigetur ad idololatriam, vel solo idoli audito nomine. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Caue tibi non solùm à tuo peccato, sed etiam à nomine ipsius peccati. Quod vel sanctissimum Dauidem in ruinam aget, & in scandalum. Imò & ipsum Deum si capax foret delicti, malum exemplum (incassùm licet) alliceret ad delictum. Hæc rei exaggeratio est, sed aduerte ad ea, quæ subiicio.

Ad Hebr. 7. v. 26. Christus dicitur ὅσιος, id est, *Sanctus*; purus, *innocens* ἀκακος, id est carens macula, aut anteactæ vitæ, aut præsentis; *Impollutus* ἀμίαντος, id est, incorruptus, immunis à macula, quam nunquam contraxit. Bonus Rhetor est Paulus, non languet eius eloquentia; sed subcrescens, subiungit: *Segregatus à peccatoribus:* & tamen scimus Christum Dominum conuictorem peccatorum fuisse, id est, ita inter peccatores conuiuens, segregatus fuit à peccatoribus, vt nequaquam eorum mores imitaretur, quod summa laus innocentiæ est, & incrementum addit supra *sanctum*, supra *innocentem*, supra *impollutum*, & culmen puritatis est, & maximæ innocentiæ pulchra exaggeratio. Audi S. Ambrosium de Christi puritate eximiâ sic scribentem: *Christus immaculatus ad Patrem rediit, à quo immaculatus exiuit. Vnde dicit ei Pater: Filius meus es tu, ego hodie genui te: hoc est, generationis meæ in te priuilegium recognosco, quem nulla macula potuit inquinare peccati. Ita inter peccatores versatus es, quasi inter Angelos versareris.* Planè sudata verba, sed aliquod nouum expendamus, quod omiserunt alij. Christus versans inter Peccatores, quasi inter Angelos versaretur, innocens mansit, nequitiam eorum à malo exemplo non imitans; In quo priuilegium æternæ *generationis* recognouit Ambrosius. Quodnam fuit priuilegium æternæ generationis diuini Verbi, quod cùm Christus nō accipit nequam peccatorum exemplum, Ambrosius recognoscit? *In splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.* Psal. 109 vers. 4. Æternus Pater comtẽplans & se, & creaturas, peragit generationẽ Verbi. (Hæc vulgarior opinio est in Scholis Theologicis) Quoniam hi *splendores sanctorum*, quorum specialis mentio? num præclara Sanctorum opera? Ita, & illustrissimus, & sanctissimus, & sapientissimus noster Cardinalis Bellarminus: *Dici possunt sancti homines, splendores Sanctorum.* Ergo Deus Pater, se, suáque contemplans, & etiam tot homines, Verbum generat: quasi auertens cogitationem suam à sceleratis hominibus, & tantùm intendens animum ad pia exempla: ne videlicet à malo improborum exemplo, veluti aliquid vitij caueret, quod mutuaret diuinum Verbum? (quod absit, agit enim Propheta nostro concipiendi modo.) Vnde Pater æternus spectans *ad homines sanctos*, & quasi deflectens oculos ab improbis, Verbum generat: *In splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.* Redeo ad Ambrosium profundè locutum: In frequenti peccatorum turba, *segregatus à peccatoribus vixisti. Ita inter peccatores*

Sen. suprà.
Homo sui exemplum capitur ad malum.
Saluian. lib. 3 de Gubern. Dei.
Pœnitentia caueat à peccati nimia recordatione.
158. Psal.
Vel nomen peccati proprij timendum est.
Psalm.
Didymus in Catena. Barbari Achille.
Osee
Psalm.
159. Ad Hebr.
Verbum in splẽdoribus sanctorum, non impiorum, dicitur generatum.
Ambros. in Psal. 10.
Psalm.
Bellarm. in Comment. huius Psal.
160.

cætores versatus es, quasi inter Angelos versareris. Tunc ait Pater æternus: *Priuilegium generationis meæ in te recognosco.* Quodnam priuilegium; *In splendoribus Sanctorum genui te:* Hoc est, intuens sanctos homines, ait Bellarminus: tanquam non aduerteret ad improbos; mentem auersans à nequam eorum exemplo. Ac si tunc omitteret eius

Psalm. cognitio improba quæque. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Psal. 44. vers. 2. Quorsum generatio æterna hîc non dicitur peracta Dei Patris lingua, sed calamo scribæ velocissimè scribentis? Solent Scribæ, aut Notarij cùm velociùs scribere opus est vrgente negotio, sub quibusdam notis verba, quæ scribũt abbreuiare, nec omninò expingere calamo, & statim currere ad sequentem vocem scribendam. Sic æternum Verbum dicitur

Isaiæ. Isaiæ 10. vers. 22. *Verbum abbreuiatum.* Notis, seu dimidiatis vocabulis vti calamo licet, verbis non licet. Fieri non potuit vt æternus Pater non omnia simul cognosceret, & cogitatione expressa exprimeret cuncta cognoscibilia, aut bona, aut mala. At Priuilegium fuit generationis æternæ, vt calamo potiùs quàm lingua dicatur fieri, vt tacitè innuatur, omnia tunc cognosci mente paterna; sed improborum exempla, tanquam notulis quibusdam & abbreuiatione. Hoc est priuilegium æternæ generationis? & à malo improborum exemplo sic cautum est! O vtinam, aut Ambrosij, aut Nazianzeni hæc verba fuissent; fecit ea homo sapiens sed gentilis; Seneca de hac re loquens agebat de vitando malo exemplo instigante ad luxum, ad auaritiam, ad crudelitatem, &

Sen. epist. 7. ait: *Agite Diis immortalibus gratias, quod eum docetis esse crudelem, qui non potest discere.* Ac si dicat: Si Iupiter, scilicet Deus, posset esse incontinens, auarus, crudelis, mala hominum exempla iam diu hæc vitia in illum imitatione expressissent: sibi debet Deus, quod talis est, quod improborum exempla nihil vitij alliunt sibi. Pulchra rei exaggeratio, & ad mores, & ad hunc

Iudith. vers. 14. perquàm apta.

---

§. XXXII.

Occasiones peccandi studiosè vitandæ sunt.

161. NVlla in re quies est, nisi quam ratio componit. Sed quod ratio diu composuit, occasio citò disturbat. Rara tam obdurata, ne dicam obstinata, virtus est, quæ ab occasionis periculo aliquando mollescat, & diffluat. Laudatior hominum virtus, silentium vitiorum; non extinctio est: intrinsecùs infremunt affectus, si vel leuiter extrinsecùs excitentur. Feræ sopitæ, quietæ, & pacatæ sunt, sed efferantur, dum excitantur: quasi excitatio, feritas earum sit, & natura earum est. Ergo vindica te tibi, te collige, & serua. Seruabis autem, si te tibi eripias, & ab occasionibus intus & foris imminentibus te subducas. Hæc non est iners fuga; sed fortis pugna, & felix victoria. Fuge periculum pugnæ, cape gloriam triumphi: nam vitium fugisse, vicisse est: sæpius enim vel leuis occasionis contempta vis, exarmat pugnacissimam virtutis valentiam: siquidem nemo in periculis tutus est. Non timet cadere, qui offendicula non timet. Natura nostra ad casum prona. Vnde vltrò cadit, vel à leui attactu (nedum impulsu) ruitura. Qui præceps fertur, tardè adnititur, ne præcipitet. Omnis occasio præcipitium est. Matth. 26. vers. 75. Mons Oliueti confinis fuit Passioni Saluatoris: iam ingruebat Pharisæorũ cohors extimulata ab inuidia, armata à potentia, timenda à sæuitia; vigilat Christus, & diligens & attentus orat Patrem; interim Apostoli obliti, iam iam imminentis periculi, oscitant, quin & altè dormiunt. Tunc Christus Deus ad periculum discipulorum inuigilans, relicto orationis loco, Matth.
ait: *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.* Verba quidem specie tenus simplicia, sed introrsum mysteriis grauida. Profectò si oratio, & vigilantia anteuertere possunt imminens periculum, poterunt etiam in ipso periculo periculum auertere. Occasio anteuertenda.
Et quidē attenta vigilantia, & sollicita oratio in ipso periculi sæuioris articulo, fauere possunt, ne periclitemur: nam cõsiderantia periculi, & orationis vigor validè armant hominem aduersùs excitam tentationem, & periculum expertum. Quid enim valentius, quàm vigilans oratio supplici omnipotentiâ potens quodvis periculum superare? Nunquam serò aduenit, quod auxiliari adhuc conatur, & eualet ad auxiliandũ. Nihilominus seriò Orig. ad ista verba Matth.
ait Christus Deus: *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Vt primùm vigilemus, & sic vigilantes oremus:* ait Origenes. Quasi sera foret vigilantia, & tarda oratio eius, qui in periculo occasiones periclitatur. Non quia resistere nõ possit, sed quia non resistet, tametsi posset. *Primùm* id est, ante occasionem, vigilandum, & orandum est, ne intremus in tentationem; quoniam serò vigilat, & tardè orat, qui ante periculum periclitandi occasionem non anteuertit. Nam certò cadet, etsi possit non cadere; imò si non posset non cadere, non cecidisset ad culpam. Ergo *primùm* vigilemus, & oremus, quia somnolenta vigilia, & tarda est oratio, quæ non præuenit occasiones delicti.

Luc 22. vers. 61. Petrus in Pontificis atrio obsti- 162. Luc.
natâ impietate ter abnegat nosse Christum: *Et conuersus Dominus respexit Petrum: & recordatus est Petrus, &c. Et egressus foras Petrus fleuit amarè.* Quare Petrus præpropere festinat egredi ex palatio Pontificis? Respondet S. Leo, fugisse *cadendi periculum.* Leo serm. 9. de Passione.
Verùm animaduersione dignissimum est, quòd etsi egressione à Pontificis palatio periculum fugit, fugit etiam Christi Dei oculos, quorum benefico aspectu conuersus est. Siquidē *conuersus Dominus respexit Petrum, Respicere namque eius misereri est,* ait Beda præfata verba expendens. Beda.
O rem admiratione dignissimam, ad publicandum hominibus periculũ occasionis! scilicet in domo Pontificis adest occasio delinquendi, sed etiam adsunt Christi Dei oculi pientissimi, quorum prospectus, misericordia est, & nihilominus cõsultissimè fugit Petrus. Quàm vrgeat occasio ad delictũ.
Adest periculum in domo Pontificis, sed ibi adest asylum in oculis Christi. Num plus valet periculum ad ruinam, quàm aspectus Christi ad resurgendum? O Petre, fugis periculũ, sed simul te absentas ab oculis Christi! Quid faciat tunc anceps pietatis prudentia? An manere in periculo sub asylo oculorum Christi, an abesse ab oculis Christi, dum fugit periculum? nam potentius est periculum ad ruinam, quàm Christi oculi ad resurrectionem à lapsu? Verùm Petrus fugit *cadendi periculum*, tametsi simul fugiat aspectum Christi, *cuius respicere misereri est:* nam *egressus foras Petrus fleuit amarè.* Mauult enim Petrus viduari corporeo Christi aspectu, quàm permanere in occasione peccandi. O quàm exaggerat Petrus instigantis occasionis periculum!

Tantum est vel leuis occasionis periculum, vt 163.
delictum

Digitized by Google

Nulla recordatio delicti tuta est. Chrysol. serm. 116. delictum cùm per pœnitentiam oblitteratur, etiam semiextinctum spirat pericula delinquendi, & dissimulanter instigat ad culpam; Chrysologus, *Virtutes deficiunt, dum coluntur, crimina dum succiduntur, increscunt.* Porrò conscientia proprij reatus, dum odio nobis est, & planè detestabilis, toto abominationis adnixu, tunc quoque iaculatur minas delicti: & sæpè dum absoluitur, obligat; & cùm noxæ macula abstergitur, tunc innitur: I asciuit Ægyptia femina, Gen. 39. vers. 12. & ex omni affectu Iosephum ardenter deperit: & pulchritudinis illicio, & eloquij blandimentis castum iuuenem in vnam, eandémque secum intemperantiæ seruitutem pertrahere spectat: *Taceo externas mulieris artes, fucum, verba, vestes, oculorum pellaciam, lecythos vnguentarias se naribus insinuantes, animæ per aures obsidionem, naturales corporis infractiones.* Verba sunt Basilij Seleuciæ. At malè seruus, & benè castus Ioseph pudicè, & comiter renuit facinus: *Illa* (pergit Basilius) *manus in eum iniecit armatas libidine.* Et mox sic fatur de Iosepho: *Tenacibus manibus retentam permittens vestem, libidinis effugit ansas.* Scilicet Iosephus vsque ad miraculum castus, confestim abiicit vestem, cuius lasciuia à feminæ attactu spirabat libidinis minas, quàm ocyssimè fugit vestem contagio feminei attactus formidabilem, quasi *libidinis ansam.* O scrupulosam cautionem, sed in re libidinis necessariam! timet Iosephus ne impudicè attacta suæ vestis lacinia toxicet conscientiam pudicitiæ. Non tantùm feminam fugit, sed vestem contactu feminæ contaminatam, ne spiret exosam libidinem. Sic timida conscientia veretur omnia, imaginatur omnia, & illic trepidat timore, vbi non erat timor. Ad rem S. Nazianzen. agens de pessimis feminis, quæ pietatis familiaritatem cum spiritualibus viris ineunt, sic fatur: *Virgines seruam voluntatem ne suffuremini, libertatem fugientes: id quod futurum est, si contubernales habueritis viros quidem nequaquam, sed viros tamen. Eam familiaritatem odi, quæ per aërem contrahitur.* Nimirum per aërem contrahitur lasciuiæ fomentum, & vel impudicè attacta vestis artificiosè ingeniatur delictum à leui occasione delinquendi.

Genes.

Basil. Sel. Orat. 8.

Nazianz. Orat. 42.

164. Matth. Matth. 6. vers. 10. Iubemur à Deo petere: *Adueniat regnum tuum.* Quodnam est hoc regnum? num beata cælitum gloria? an gloriosa illius scintilla? seu generosum semen, gratia inquam; Bellè sic addubitat super hac re S. Chrysologus: *Veniat regnum tuum? Ipse dixit, Regnum Dei intra vos est: si intra nos est, veniat, vt quid oramus?* Profectò sic occasionibus obnoxius, sic periculis subiacet homo, vt vel beatum Dei regnum, quod intra se habet petere necesse sit, ne ab eo deponatur, & excidat; ac si reus sit ipsius periculi? ac si possibilitas delinquendi sit reatus delicti? Nec miror: nam homo antè scit labi quàm nasci: antè delinquere, quàm viuere. Hinc est, vt iam sit delictis, qui sibi adhuc non est: Ergo iure venire ad se regnum Dei petit, qui regnum Dei intra se habet? Tam cautus debet esse ab occasione delinquendi! *Fumantes occasiones,* dixit S. Chrysologus. Quasi occasio sit non tantùm delicti fomes, sed & gehennalis incendij fumus. Non distat logo interuallo fumus ab igne. Caue ab occasione, vt à gehennæ fumante incendio. Hanc tragœdiam dare potest occasionis periculum. Vide Iuditha etsi obarmata gratiæ auxiliis, dum decernit adire impudica Assyriorum castra, de diuina misericordia se piè præsumere fatetur cap. 9. vers. 17. Ibique valdè timet, non mortis,

Chrysol. serm. 70. Luc.

Fumantes occasiones. Chrysol. serm. 116.

sed impudicitiæ occasionem, quantumuis Holofernes eam bono animo esse iusserit, aiens in hoc cap. 11. vers. 1. *Æquo animo esto, & noli pauere in corde tuo.* Neque enim Iudith timet sibi, sed castitati. Quod planè publicat cap. 13. v. 20. aiens: *Viuit ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & illic commorantem, & inde huc reuertentem.* Toto Angelorum externo præsidio, & internis gratiæ auxiliis eget, qui in peccandi occasione versatur. Quod naturæ miraculum est, & gratiæ meta. Quin & hîc vel ab idololatria valdè timet, cui sic altè hæret veri Dei religio. Iudith.

---

§. XXXIII.

Cognitio malitiæ, fomes est ad malum: potentia delinquendi, alea sæpè est ad delinquendum: timeat homo occasiones, vt timet funambulus casum.

Virtus non est segnis, neque meticulosa, sed non est nimis audax: nam nimia audacia temeritas est. Virtus non timet inaniter pericula, sed neque prouocat confidenter: illud timiditatis vitium esset, hoc temeritatis elogium foret. Stat virtus cùm occasiones cadendi vitat. Vincit dum fugit hostes; vincitur cùm illos prouocat, etsi non vincat: priùs enim ipso periculo victus est qui pugnâ ipsâ vicit. Caue pericula, caue vel leues periclitandi occasiones, ne indicium fortitudinis sit tibi ruinæ omen, & excidij causa. Virtus non ridet leuia pericula; quia nullum periculum leue est virtuti, quæ timet vel ab ipsius virtutis præsidio. Siquidem sanctior Pauli virtus ab ipsis sanctissimis legibus timet. Ad Romanos 7. vers. 7. *Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces: occasione autem acceptâ peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.* Audis quam timeat Paulus impiè concupiscere, ex eo solùm quòd lex dicat: Non concupisces: Notitia ipsa malitiæ à lege prohibitæ, occasio accepta dicitur ab Apostolo concupiscendi malitiam: & cognitio ipsa delicti, quam lex suggerit, aut peccati fomes, aut peccatum appellatur, occasione acceptâ (non datâ) per legem. Tanta est hominum imbecillitas, & procliuitas ad delinquendum, vt vel à notitia mali vitandi instigetur ad malum perpetrandum; Acutè Caietanus ad præfata verba Pauli sic fatur: *Non dixit Paulus, occasione datâ, quoniam lex non dat occasionem peccandi; sed dicit, occasione acceptâ: quia ex notitia habita per legem, occasionem accipimus peccandi.* Sic explicat subtilis Doctor, quomodo peccatum per mandatum operatum sit omnem concupiscentiam peccandi. Pergit, & notificat, quid sit hîc peccatum, aiens: *Peccatum: ecce quis accepit occasionem. Et nomine peccati significatur fomes internus; hoc est, inferior pars animi tendens ad bonum delectabile; quæ accepit occasionem per mandatum, & per contrarium depellendum.* Ecce tibi ipsa notitia fugiendæ, & depellendæ malitiæ data per legem Dei, accepta occasio est homini ad delinquendum, & fomes ad peccandum, proritans concupiscentiam. Sententiosè S. Nazianzenus dixit, *Impietatis basilicum:* nam impietas, & malitia vel visu ipso venena infundit ad necem. Fuge malitiæ aspectus, & prospectus, vt basilica vaga, & venenosa lumina. 165.

Ad Rom. Vel notitia legis (accepta occasione non data) quasi fomes est ad delinquendum.

Caiet.

Naz. Orat. in laudem Athanasij.

Eua olim feliciori gratiâ ornata, & validiori innocentiæ præsidio fulta, audet disputare cum serpente 166.

pente

pente Dæmone super præcepto vetitæ arboris. Sciscitatur Dæmon causam præcepti impositi; at femina Dæmonis affatus non veretur incauta, nec fugit doli occasionem, sed pro armis assumit Dei verba. O periculum in ipsa pietate latens! Argutè Basilius Seleuciæ: *Verum ad insidiatorem respondet Eua, & insidiantem corrigere vult.* Pius sanè conatus: quis crederet periculum ibi delitescere? Addit, Euam alloquens: *Mendacium audisti, mendacij artificem fuge: obsiste silentio eius machinis, inefficax eius telum fac auribus oppilatis. De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur, de ligno autem scientia boni & mali, præcepit Deus ne comederemus.* (Nota quæ subdit verba.) *Exarmasti te mulier Dei voce Diabolo creditâ.* Scilicet Eua insidiantem Dæmonē corrigere intentans, verba ipsa Dei profert, vt Dæmoni respondeat, & obsistat. Et audet dicere Basilius, quod mulier se exarmauit concredendo Dei verba Diabolo. Ac si dicat: silentium, & fuga, arma sunt, quibus Diabolus vincitur; qui illum non sic, sed obluctando, & diuturnâ morâ obsistendo vincere intentat, etsi Dei verbis se armet, potiùs se cunctanđo exarmat. Fortius telum est silentium, & fuga, quàm Dei Verbum cunctanter prolatum, alloquendo tentatorem? Gladius Spiritus, dicitur à Paulo Verbum Dei; & tamen dum periculum non vitat, dum non fugit occasionem; vel gladio diuini Verbi armata, exarmatur. Vsque eò periculosa est, vel leuis occasio periclitandi. Timor periculi animositas vincendi est.

Basil. Sel. Orat. 3. Vel Scriptura ipsa Diabolo credita periculum facit.

167. Dicam audaciusculè: Qui cadere potest, ferè iam cecidit: qui potest delinquere, fermè iam deliquit, vsque adeò imbecilla est natura nostra, & ad casum prona. Sanctissimè inquit S. Nazianzenus: *Christus sublimior, ac præstantior, quàm vt intra peccandi aleam esset.* Nempe Christus non peccauit, quia peccare non potuit. Quid, si Christus potuisset peccare, fortè peccaret? Saltem ne de facto peccet præmuniatur impossibilitate peccandi, ne obmurmurent Hæretici, *Periculosam Deo corporationem* (quod alibi expendebam.) Quasi ipsa potentia delinquendi sit periculum delicti. Quid exageratius? Sed expende verba, quibus peccandi potentiam negat Christo Nazianzenus: *Ne intra peccandi aleam esset*: Quasi peccandi potentia sit peccandi alea? Aleæ, aut tesseræ ludus præceps & temerarius est, & vnico volutatu hominem nudat opibus. Vndè aleatoris fortunæ, periculo & Fortunæ expositæ sunt. Scitè ergo cùm Christo negatur potentia ad peccandum, dixit Nazianzenus: *Non esse intra peccandi aleam*, quasi in homine ipsa potentia ad delictum, sit alea ad delinquendum, & delinquendi præceps periculum? Time occasionem, & periculum, vt timetur incerta aleæ volutatio palpitantibus præcordiis, & albescente vultu præ timore iactus.

Naz. Orat.

Tertull.

168. Tertullianus lib. de Pudicitia cap. 10 acerrimè inuehitur contra eos, qui licentiori aspectu, aut luxuriante colloquio, aut aliquo leui attactu, aut affrictu se exponunt periculo luxuriandi, sic fatur: *Age tu funambule pudicitiæ, & castitatis, qui tenuissimum filum pendenti vestigio ingrederis, carnem spiritu librans, animam fide moderans.* Eleganter appellat funambulum pudicitiæ eum, qui se exponit aliquali periculo lasciuiendi. O quàm periculosum est iter, quod conficitur per funem prætentum! Non tam solerter ludit, quàm audacter periclitatur, qui per filum graditur. Aut cerebrum vertiginat, aut genua nutant, aut fallitur vestigium; & ita calamitosè ruit, qui sic temerariè audet. Funambuli vita præceps est, & ruinæ proxima. Frequens planè spectaculum hoc in mundo: totus orbis funambulorum theatrum est: tot ferè videre licet funambulos, quot homines frequens est casus. vbi periculum est lubricum; occasio cadendi prophetia lapsus est.

Tertull. Funambulus pudicitiæ, qui occasiones quærit.

169. Prouerb. 8. vers. 28. dicitur de Diuina Sapientia quod *circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis.* Quod priùs dictum fuerat à Iobo cap. 28. vers. 10. *Circundedi mare terminis meis, & posui vectem, & ostia; & dixi. Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Locus aliàs non semel expensus ad alia themata illustranda, & ipse illustratus his elegantissimis Basilij Seleuci verbis: *Cùmque terram violentè mare feriat, refertur, ac diuini præcepti memor, refertur in fugam. Quare placidè purpurascens adulatur vicina continenti.* Scilicet diuinum imperium litoribus inscriptum legit mare; quin & littus terminus est quem præterire negatur vndis. Cùm autem præcepti diuini limitem non aio præterit, sed attingit; mare etsi bruta & insēsibilis bellua ab spuma supernatante albescit, metum publicans suum, eò quòd valde appropinquarit limiti, quem si non præteriuit, attigit. Imò purpurascit, ex reflexione lucis è rubricante arena littoris concepto rubore. *Se corre el mar y le salen los colores de hauerse llegado tan cerca de la ribera, y puesto se en occasion de violar el precepto diuino.* Parum est albescere præ metu, purpurascere præ verecundia: *cum terram violentè mare feriat, refertur.* Nempe quia præcepti limitem non violauit, sed attigit, refertur mare, & quasi accepto vulnere præ dolore gemit, præ pœnitentia vlulat, & remugit: Dolet enim non quòd imperij limites transilierit temerariè, sed quod audacter attigit, & se exposuit transgressionis periculo: *Fertur illud quidem fluctibus altè elatum, vbi verò terminos attigerit, reuertit, refugitque: & Domini vocem litoribus inscriptam cum intuitum fuerit, curuatis fluctibus termini positorem adorat:* Disce à mari metum occasionis, & timorem periculi transgressionis; disce purpurascere, albescere, ingemiscere, dum non se continet procul à periculo, procul ab occasione transgrediendi præceptum. Bruta bestia sit tibi schola cautelæ. *Erubesce Sidon, ait mare.*

Prouerb. Iob. Mare erubescit, quod limitem attigerit, & quasi se exposuerit transgressionis periculo. Basil.

170. *Deus noster refugium & virtus; adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* Psal. 45. vers. 2. Hæ nimiæ tribulationes quæ nos perquirunt diligenter & inueniunt nimis, sunt *conscientia delictorum*, ait ibidem S. Augustinus; nam instigatio ad delicta perpetranda summa tribulationum est, hominem peruestigans. At Deus non dicitur vtcumque virtus ad auxiliandum & arcendum has instigationes; sed *refugium, & virtus.* Nimirum virtus nostra erit, si refugium sit. Si occasiones fugias, & ad illum tanquam ad asylum confugias. Euita pericula, fuge occasiones, & Deus erit tibi refugium & virtus, & adiutor in tribulationibus, etsi nimius. Vnde Iuditha publicans mentem suam, adeundi scilicet castra Assyriorū, etsi inspirata Dei instinctu, & munita Angelico præsidio, tamen adhuc timet occasionē periculi: & hic cap. 8. v. 33. enixè postulat à presbyteris Bethuliæ, deprecans, vt interim *Nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.* Sic expauescit sanctissima femina occasionem delinquendi? nemo etsi sanctissimus in tuto est. Qui occasiones non timet, amat lapsum, qui casum metuit, labendi occasiones perhorrescit. Vnde hic vers. 14. ab Ethnico Assyriorum

Psalm. August. Fugiendæ sunt occasiones. Iudith.

Digitized by Google

Assyriorum conuictu præcauet sibi nefas idololatriæ, à qua longissimè aberat.

§. XXXIV.

Vel potentia ad delinquendum, sæpè fit meta delicti; præsertim si ad malitiam prona sit; Vnde occasiones peccandi deuita.

171. Seneca epist. 17. INæstimabile bonum est suum fieri, ait Seneca. Ille suus est, qui in se ipsum habet maximam potestatem; qui ad sublime & excelsum virtutis euectus absolutâ à passionum seruitute, fruitur libertate: qui omnes iam affectus & vitia qui in illa, quæ fugit, decidere non potest, & ibi est, vnde non fit retrò lapsus. Hæc summæ libertatis felicitas, & immunitas à passionum seruitute, in cælesti patria solummodo reperitur, (exime Filium Deum, & Matrem virginem,) in paradiso peregrinatur, exulat à mundo. Porrò etsi scitè definiantur Passiones, quòd sint *Motus animi improbabiles*, tamen ab experientia, malùm docti scimus, nos opere probare, quod mente improbabile censemus. Nam cùm homines procliues sint ad vitia, à primæua præuaricatione infirmi, imbecilli, in lubrico sunt ad malitiam, & à concupiscentia vrgentur ad delinquendum. Est autem concupiscentiæ fomes, aut appetitus vitiatus, aut iudicium in prauo pertinax, aut viuax malitia, quæ tametsi arbitrium non cogat, ferè ab inuito liberum extorquet obsequium, & ad nutum vltrò suggestionem exequitur: vnde potentia ad delictum, velut terminus fit delinquendi: & optima noxa (si ita fari liceat) habetur, quæ maxima non est. Sic audacter fertur homo à libidine peccandi, vt potentiam peccandi sæpè in occasione expleat, & quantum possit, temerarius patrator delinquat. Vnde potentia peccandi, sæpè facta est meta delicti.

172. Lucæ. Lucæ 15. vers. 4. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto?* &c. Ambrosius, S. Cyrillus, S. Gregor. & communiter interpretes, erronem ouem intelligunt humanam naturam: at nonagintanouem in deserto relictas, interpretantur Angelorum choros. Sed mirum fortassis videbitur alicui, sublimes Angelorum mentes, & rationalem hominis naturam, comparari oui, oui inquam, quæ inter pecudes magis bruta, fatua, & stulta est, vt aduertit Philo Hebræus in lib. Sacrif. Abel. Porrò ouis tam brutum pecus est, vt nullo acri agatur affectu, sed præ insignis stultitiæ stupore aut tabescat sine motu, aut aberret à grege. Tam fatuæ pecudi assimilentur Angelica mens, & humana ratio; Vereor ne deuenustentur eiusmodi comparatione. Theophilus allegatus à S. Thoma ibi, sic scribit: *Superna virtutes oues dicuntur, in eo quod omnis natura creata aspectu Dei bestialis est.* Profectò malè actum est cum natura Angelica (omitto humanam improperiis adsuetam,) dum bestiali oui similis esse perhibetur. Quo pacto Angelica natura, quæ tota spiritualis est, corporis expers, passionum ignara, bestiali, & brutæ ouiculæ potest dici similis. Est, est quidem oui similis, in eo quod errauerit sicut fatua ouis sine passionum incentiuis ad culpam. Profectò Angeli cœlo creati, nullo peccati fomite agitati, nullâ passionum concupiscentiâ extimulati, infeliciter errauerunt à reliquo beatorum spirituum felici grege. Nempe ingenua arbitrij potentia, ad bonum & malum expedita, ipsis fermè fuit pro passionibus ad delinquendum: & posse peccare, fuit Angelis quasi incentiuum ad peccandum. Sicut bestialis ouicula errat, quisquis fatuè, id est, sine fomitis vrgente stimulo errat: cui potentia ad peccandum est tanquam appetitus peccati: erratque non quia abigitur ad errorem, sed ferè quia habet potentiam ad errandum, etiam nemine vrgente. Quæ est illustris exaggeratio imbecillitatis naturæ creatæ, quæ quodammodò bestialis est, id est, velut fatuo & bruto, ouis adinstar, appetitu, fertur ad errandum, quasi à mera potentia instigaretur. Sic benignè interpretari liceat verba Theophili: *Superna virtutes oues dicuntur, in eo quòd omnis natura creata aspectu Dei bestialis est.* Quæ sententia aliter intellecta, durinsculè audiret. Neque hæc verba adducerentur à S. Thoma, purissimo purioris Theologiæ fonte, nisi saniter intelligi possent. Audis potentiam ad delictum quodammodò quasi bestialem potentiam dici ad delinquendum? Sic fatuè, sic audacter peccatur, vt potentia peccandi, sæpe fit meta delicti.

Ambrof. Cyrill. Gregor. Philo. Theoph. S. Thom. Sen. suprà.

Genes. 24. v. 50. Cunctantur Laban & Bathuel profectum Rebeccæ sponsæ iam Isaaci: Abrahami seruus sollerter procurat reditam, quasi à Deo decretum: *Responderunt Laban & Bathuel: A domino egressus est sermo, non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum.* Scilicet desiderabant valde Rebeccam diu apud se habere; at sistitur vtriusque desiderium, quia existimant aliter non posse fieri: nam si fieri posse censerent, planè indicant se non facturos. Audis impossibilitate retrahi à delicto, in quod proni ferrentur, si possibile fore existimarent? Quod dilucidè probat illa Iosephi nunquàm satis laudata sententia Genesis 39. v. 9. Adest importunè importuna Iosephi domina, & libidine luxuriandi totas amoris explicat artes: oris venustate allicit, verborum lenocinio blãditur. oculorum amatorio fulgore pellicit, corporis infractione inuitat Iosephum, in ea ætate, quæ facilè proderet castitatem. Res eò deuenit, vt mulier effronti impudentia audax, vim intentet libidini; vt vndique subruat casti adolescentis pudicitiam. Iosephus cognitas insidias effugiens, sic fatur: *Quomodo ergo possum hoc malum facere?* Planè Iosephi pudicitia, miraculum extitit castitatis. Quis seruus Dominæ non obtemperet? Quis benè iuuenis ab ætatis ardore semiustulatus, pulchræ feminæ non malè annuat? Quid compescere potuit extimulatam libidinis rabiem? secretò lenocinante luxuria. *Quomodo possum*, inquit Ioseph, *hoc malum facere?* O arcanos gratiæ fulgores, qui aliquando excæcant humanam naturam, alioqui oculatissimam ad rem voluptatis! Non posse delinquere existimat, ne delinquat: impotentiam allegat ad stuprum, ne effusè scortetur: & bonâ indole benè moratus iuuenis delicti impotentiam fatetur, ne impotenter feratur ad luxum. Mentem quasi errore adulterat, ne oblatum committat adulterium. Nam dum id se non posse fatetur, nullam aliam rationem pro castitate allegat: fortè non fuisset adeò pertinax aduersùs blanditias libidinis: nam potentia ad peccandum sæpe est meta delicti.

173. Genes. Genes.

Exodi 3. vers. 2. Cùm Hebræa gens iniustè diu opprimeretur Ægyptiacâ seruitute, clamores à calamitate validos exaudit Deus: *Apparuitque Moysi Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Curiosè rimantur interpretes, quare Deus assumpserit ignis figuram, quam rubi exilis & spinosa 174. Exod.

materia

materia fouet & nutrit? Cur in fumanti, & vorace flamma, Dei clara, & mitis natura figuratur? Citò dicam: ne ab hominibus figuretur. Quod subtiliter notauit Lyranus ibidem, ita fatus: *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. Erat enim populus Israël ad idololatriam pronus, & ideò apparuit in flamma, quæ non potest imagine figurari: & in rubo siue vepre, quia in talibus non potest imago fieri. Ne populus Israel, quia venturus erat ad locum illum ratione dictæ apparitionis aliquid faceret ad idololatriam pertinens.* Nempè Deus tollit potentiam, vt excludat actum: non possit figurari Deus, ne figuretur. Accedant quæso artifices manus, & artis arguto ingenio fugaces excudant flāmas in Idoli formam. Accedat etiam (si potest) peritia docti statuarij & ascia, & dolabra, & runcino efformet è gracili & putrida materia vepris, Idoli statuā. Ridebis stultitiæ audaciam: non enim potest. Consultissimè ergo Deus tollit potentiam sui effingendi, vt Idoli figmentum tollat: desit materia operis, vt desit operarij conatus. Nā vbi adest potentia facinoris, non deerit conatus enormitas. Non possint, vt non faciant; nam potentia peccandi sæpe est meta delicti. Lyran.

175. Psalm. Agell. Psalmo 118. vers. 19. Dauid naturæ bonitate, & gratiæ moribus inclytus sic orat Deum: *Viam iniquitatis amoue à me.* locus aliàs ad rem castitatis enucleatus; Per viam iniquitatis, *infidos mores* intelligit Agellius ibi. Itaque Dauid & bona indole, & multa Dei gratia præditus, valde suos mores, & pronam ad lapsum naturam suam timet, Sed aduertendum est cum Origine, quod *Non ait, Me amoue à via iniquitatis, sed illam à me.* Profectò rem arduam, & quæ insolens videtur, flagitat Dauid, scilicet, vt via iniquitatis amoueatur, aut deleatur, aut sulco vomeris opere confusa, aut septo gressus per viam impediente. Quasi non sufficeret à Deo petere, vt se nō permitteret per illam viam incedere Quis vnquam adeò sui impotens est, vt cùm liberi arbitrij sit enixè procuret, quod auferatur via, quæ ducit ad præcipitium, ne per illam pergat? Neque enim via cogit quemquam, vt per illam iter agat. Noscit viæ pericula, diuertat ab illa, nec per illam incedat ne offendat, aut impingat, aut erret, aut præcipitet. At Dauid egregius imbecillitatis humanæ explorator, etsi bonitate indolis, & gratiæ potentia robustus, non petit, vt ipse frenetur, ne pergat per viā iniquitatis, sed vt via iniquitatis à se amoueatur ne per illam eat possibilitate eundi. Quasi facilius sit viam amouere, & confundere, ne possit per eam iter agi, quàm illum reuocare, ne eat. Fateor inquit Dauid mei arbitrij sum, imò indè errare possum, quia libera potestas mihi est quoquouersùs eundi; at si effrenis à prona potentia errandi, feror in errores, vt facilius sit amouere viā, quam scio ducere ad præcipitium, quàm, quòd si adsit, & mihi suppetat eundi facultas, per illam non incedam. Sic sic timet Dauid à procliui potentia ad errandum! Simili cautione præcauit Deus ne Hebræus populus sibi statuam fingeret, materiam simulacri consultissimè amouendo. Siquidem potentia peccandi sæpe fit meta delicti.

Origen. allegatus ab Agellio.

176. Iudith. Satellites Holofernis vident venustam Iudith, & admirati eius pulchritudinem, statim prophetant Domini sui non bonum amorem: *Hoc autem scias,* (inquiunt cap. 10. vers. 16.) *quoniam cùm steteris in conspectu eius, eris gratissima in corde eius,* & hic vers. 14. inter Ethnicos versans, idololatriā timet. Quasi potētia prona ad lapsum, certissimum lapsus omen sit. Ita in dubiè affirmatur casurus, qui procliuis est ad casū. Sic in lubrico natura est, dum potest labi, dum non amouetur lapsus materia, & inde potentia ad labendū. Vnde Ecclesiast. 31. v. 10. potentia ad transgrediendum, quæ trangressa non est legem diuinā quasi illustre sanctitatis miraculū prædicatur: *Qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala & non fecit.* Dixera paulò antè: *Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.* Audis reputari ad meritum, miraculi ad instar augustum, omisisse malum, quod patrari potuit? Vnde non pauci recentiores, qui priscam Theologiam inquietāt, subtiliter in omissione mali elogia meriti recognoscunt; cùm miraculum virtutis habeatur, posse facere malum, nec tamen fecisse. Anselmus Laud. sic rem exaggerat: *Qui potuit transgredi præceptum Dei, & non est transgressus pertinaciter.* Ac si non tantùm reputetur ad meritum omissio mali, sed etiam non pertinaciter in illo perdurare, vitij obstinatione, quò angustior sit laus potentiæ omittentis? Sic potentia ad peccandum sæpe solitat homines ad delinquendum instigare: *Peca vn hombre debalde solamente por precar, solo porque puede!* Tanta est hominis imbecillitas, imò tanta est mortaliū malitia.

Ecclesiast.

Aug. Gennado.

Anselm. Laud.

§. XXXV.

Pulchra femina causa non est tota rea: nam quam damnat fœdum crimen, visa pulchritudo absoluit.

INterrogatus Achior capite præcedēti quid sentiret de Hebræâ gente, satis comiter dixit quæ indicabat vera; propter quod hic vers. 1. acerbissimæ morti addicitur ab Holoferne. Verùm expensione dignum est Iuditham infrà cap. 11. eadem ferè dixisse, & quidem quæ vltrò se ingessit. & tamen cum eadem esset causa Iudithæ, & Achioris, Iuditha condemnata non fuit; Achior verò reus mortis dicitur ab Holoferne, & Assyriorum proceribus. Quidnam causæ fuit, vt eadem causa tam imparem exitum sortiretur? Quem causæ suæ patronum feliciter rhetorem habuit Iuditha, quo caruit Achior? Ego quidem existimo eloquentiam pulchritudinis perorasse pro Iuditha, & sic immunem à delicto, & pœna fuisse; imò laude & præmio dignam Assyrio plausu acclamatam. Et cuius causa tota erat rea apud Assyrios; venustate pulchritudinis defesa, causam vicit, vicit spes Bethuliensium. Refert Plutarchus rem nemini non notam; sed huc necessario aduocandam. Nempe, ob nescio quod delictum rea sistitur apud iudices venustissima puella Phryne nomine: sedent Athenienses iudices in subselliis, ipsa velatam habebat faciem (qui antiquus reorum mos erat) dum illam eloquentissimè defendit Euthias insignis illius eui Rhetor, & tamē adhuc iudices perstabant in sententia damnationis. Quid peroraret tunc Hypericles, qui illius etiam causam agebat? Num Hypericles flectere Iudices eloquendo præsumeret, quod præstare non valuit Euthias elegantissimus Orator? Ergo Hypericles, loco elegantissimæ orationis velut Phrynæ abstulit, vt elegantissima virginis pulchritudo elegantius peroraret: quam cum cernerent Athenienses iudices, sic tacitā venustatis eloquentia permoti sunt, vt eam statim vno animo absoluerint. Nimirum sic animos cōciliat pulchritudo, vt desperatam causam vincat; muta eloquētia venustas persuadet, & omnium scelerum reū, immunem 177.

Iudith.

Pulchritudinis eloquentia.

Plutarch.

Digitized by Google

immunem à delicto probat, ac si pulchritudo innocentia sit,& venustas immunitas à reatu. Vix, aut ne vix quidem rea, & damnabilis est causa, quam defendit pulchritudo, quæ tacitò subornat seueriores iudices,& quasi quodam philtro transuersum ducit. Caueant recti iudices præstigias fœmineæ venustatis.

178. Matth. Decem illæ Virgines in Euangelio Matthæi cap.25. celebres, quæ à venustate dignæ habitæ sunt, quæ expectarent cælestem sponsum. Diu expectant quinque ex illis; & ne præ inopia pabuli extinguerentur lucernæ, eũt quæsituræ oleũ: dum celeres eunt, venit sponsus; & quæ aderant intrauerunt cum eo ad nuptias,& clausa est cubilis ianua. Veniunt nouissimè quinque istæ, fores pulsant,& valida voce clamant: Domine Domine aperi nobis. Tunc sponsus seuerè respondet: *Amen dico vobis nescio vos.* Hieronymus, Augustinus, Hilarius,& vt cæteros interpretes omittam eruditè ait Maldonatus: *Nemo dubitat Christi ad iudicium aduentum significare.* Itaque cùm Christus iudex sedet & virgines regno expellit, & ad perpetuum cæli exilium virgines damnat, ianuas cæli claudit,& ait illis: *Nescio vos:* Damnat virgines,& ait se illas nescire? planè iniusta videtur hæc damnatio,& indigna Christo iudice. Si Christus reum nescit, quomodo illum damnat? Quis iure damnat,quem nescit; Qui aliquem non cognoscit,simul nescit bonusne aut malus sit. Ergo qui fatetur se nescire hominem, hominis merita videtur ignorasse. Quomodo igitur, vt has virgines damnet æquissimus iudex ait; *Nescio vos*; At quis homo oculis mentis videns pulchras virgines, & eximia venustate elegantes,eas damnet? Dignæ planè sunt, quæ damnentur;sed omniscius Deus, illas dicitur quasi ignorasse, (scio rigorem litteralis sensus sed expendo verborum corticem,) vt illas quo pacto à nobis inuisas,si fieri possit,nõ inauditas,damnandas ritè ostendat Nam quis Cato tam seuerus iudex erit, qui pulchram earũ venustatem oculis cõtemplans, easdem condemnet? Nimirum delicta condemnationem exigent; at venustas intercedet, & exorabit veniam.Ergo vt æquus index eas pro textu condemnet,mentem & oculos dicitur auertere,& easdem nescire: *Nescio vos*:vt sic condemnet,quas nescire dicitur: quas si sciret,si alloqueretur, & cerneret, forsan sic rem componeret,si foret purus homo,vt easdem minimè condemnaret. Nempe de Deo loquitur more humano, & quod humani iudices facere solent. Sic aspectus venustæ puellæ solet apud homines intercedere pro delictis, vt quam reatus damnet, absoluat pulchritudo.

Ignorata pulchritudo damnatur. Hier. Aug. Hilar. Maldon.

179. Ioann. Ioannis 8. Adducunt Pharisæi ad Iesum venustam feminam in adulterio deprehensam; delictum in confesso est: sententiã rogant super adulterij crimine. Iesus verò iudex adulteræ constitutus, inclinans se digito scribebat in terram.Quid scripsit?Beda,& Euthymius putant nihil scripsisse, quod legi posset.Quorsum ergo adultera constituta coram Christo ipse se declinat? Maldonatus putat vt declinaret iudicis munus, quod illi tribuebant;vel certè vt iudex iam constitutus oculos auerteret,& declinaret aspectum reæ feminæ. At cum Pharisæi persisterent,& Iesus dixisset, quod qui sine peccato foret, primus in adulteram lapides mitteret; & sic vnus post alium abiissent omnes,& solus Iesus cum adultera esset,& iam à terra erectus illam aspexisset,ait. *Nemo te condemnauit mulier?* Et illa respondisset:*Nemo Domine*: Dixit ei Iesus:*Nec ego te condemnabo.* Nunquid Iesus quia iam se erexerat à terra, & feminam ream conspexerat, illam absoluit à manifesto, fœdo crimine,& quod mandat Moyses castigari morte? Opportune. S. Augustinus Tractatu 33. *Nec ego te condemnabo, à quo te fortè condemnari timuisti, quia in me peccatum non inuenisti. Quid est Domine? faues ergo peccatis? Non planè. Attende quod sequitur. Vade,& amplius noli peccare. Ergo & Dominus damnauit,sed peccatum, non hominem.* Nempe non damnauit feminam,quam à terra erectus coram se habebat.Nimirum ne Christus fauere peccatis videatur, perspicuè comprobatum adulteriũ damnat; & ne eiusmodi feminam, quam coram habebat condemnaret,eam absoluit Porrò feminarum damnatio est:*Nescio vos*.Vnde feminæ coram se positæ, inquit. *Neque ego te condemnabo.* Sic absq; reatus vitio verè probabor homo apud homines,apud quos,nemo ferè est iudex,qui bellam feminam damnet & ita(siquidem iure id possum:) *neque ego te condemnabo*, Ergo Holofernes non valuit damnare venustissimam Iuditham quam coram habebat, etsi ream eiusdem criminis, ob quod ipse nuper damnauit Achiorem; imò eam valde laudat,& approbat hic v.18.& 19. Aug. Iudith.

Beda. Euthym. Maldon. Difficile damnatur. pulchra femina.

§. XXXVI.

Vis amoris mutuat intellectui perspicaciam ad videndum nimis in re dilecta.

Amor cæcus pingitur, vel potiùs fingitur, nam amor oculatus est,& nimis videt. Nisi fortè ideo cæcus dicitur, quia videt nimis. Nam sicut cæcus est, qui non videt quæ videnda sunt, ita etiam cæcus est qui videt, quæ videnda non sunt,vel videt quæ non sunt. *Lippientibus singularis lucerna multiplex est*, defectus potentiæ multiplicat obiecta, & mentitur visionem. Non qui plura videt,sed qui quod re vera est, videt, dicetur pollere videndi facultate:ò quanta videt amor in persona,quam amat! Lynceis oculis vtitur, & arcana penetrat, & adauget bona quæ prædicet. Vis amoris peruersitates transformat in probitates. Deformes liberi parẽtibus pulchri ac venusti videntur.Næuos non videt amor, quippe luminibus captus. Pulchrumque illud Theophrasti: *Amantium cæca iudicia sunt*, ait Hieronymus ad cap.10. Oseæ. Nam excessus amoris, excessus mutuatur menti & oculis,Sicque mentem affectu deprauat, & oculorum aciem acuendo obcæcat,vt nihil non magnificum in dilecto videat, amore exaggerante virtutes.Res amata ab amantis æstimatione,& eloquio valdè excrescit. Profectò admiratione dignũ est Dæmonem semel, & iterum deuictum & prostratum à Christo Deo, cuius diuinitatẽ iam certiùs explorauerat,& penè cognouerat, nihilominùs ausum fuisse eundem tertiò tentare, & quidẽ tentatione turpissimâ Mat.4.v.8 Iterum assumpsit eum Diabolus in montẽ excelsum valdè:*& ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum*, &c. Mira sanè impudentia Diaboli,Deum euertere nititur desiderio mundialis pompæ, quã sciebat fugere,& nihili facere,imò ipsius tædio affici.Vnde tam arroganter de se præsumpsit Dæmon! Eleganter Rabanus in Catena (cuius verba ad aliud thema probandum infrà iterum dabo;) *Ostendit autem Diabolus Domino omnia regna mundi, & gloriam* 180.

Theop. Hieron. Matth. Raban. Amor rei eloquentissimus est in laudem rei amatæ.

riam eorum. Non quod ipse visum eius amplificare potuit, aut aliquid ignotum demonstrare; sed vanitatem pompæ mundanæ, quam ipse diligebat, quasi speciosam, ac desiderabilem verbis ostendens, in amorem Christo suggerens, venire volebat. Nimirum ipse Diabolus ardenti gloriæ humanæ desiderio tenebatur; nam qui superbissimus est, honores anhelat, glorias suspirat, & ardentissimè appetit. Vnde pompam mundanam, quàm auidissimè appetebat, & maximi faciebat, vsque adeò magnificis verbis cōmendare præsumpsit, exaggerante amore inanis gloriæ commendationem & appetibilitatem, vt præsumpserit se Christi Dei voluntatem flexurū, vt degeneraret in amorem, & æstimationem futilis gloriæ, & mundialis superbiæ. *Vanitatem pompæ mundanæ, quā ipse diligebat, quasi speciosam & desiderabilem verbis ostendens.* Expende 10. *Quam ipse diligebat.* Etsi res futilis sit inanis gloria, & Christus Deus illam nihil faciat, & manifestè sciat ad eius cupiditatē se instigari à malo Dæmone, vt illū euerrat, nihilominus Dæmonem, qui superbos fastus summè diligebat, & maximi æstimabat, audet illorum desiderio Christo suggerere, & præsumit feliciter persuadere. Tam exaggerat amor rei æstimationem! tantam eloquentiam suggerit amor! & rem tam sibi arduam persuadere præsumit.

181. Amor rem adauget in id ipsum.

181. Mendacio amoris rei amatæ bonitas augetur, augente dilectione bonitatem rei amatæ. Quod creati amoris est vitium, a quo diuinus amor immunis est, nam Dei amor vitium non admittit, nec dilectione suâ rei amatæ bonitates mentitur. At nescio quâ arcanâ vi bonitatem dilecti exaggerat, intra veritatis limites. Ad cuius imitationem nos sic hortatur Clem. Alex. inquiens: *Vera autem dicentes in dilectione augeamus omnia in idipsum.* Secum pugnare videtur hæc sentētia: nam si res augetur supra id quod reuerà est, & possibile non est, vera non dicitur: quia augmentum supra rem est, quod autem excedit rem, non veritate, sed mendacio augetur. Verùm hoc miraculum à dilectione est: nam à *dilectione* res augetur in idipsum, & sic, etsi res augetur, verum dicitur. Itaque dilectio bonitatem rei amatæ auget, & multiplicat in idipsū, supra acumen, imò supra perspicaciam, siue audaciam intellectus: nam oculatior & perspicacior est amor, quàm intellectus: *Oculus Seraphim nunquam dormiens, Christus*: dixit S. Epiphanius. Profectò Seraphinorum character, amor est. Vnde oculi Christi Dei dicuntur Seraphici; quia homines beneuolentissimè aspicit, & eorum bona beneuolentissimis oculis respicit, acceptat, & quasi amplificat verè in id ipsum. Quod patebit in die iudicij, in quo sic ampliabit beneuolè beandorum merita, vt ipsi fermè ea non agnoscant, sed dicant: *Quando te vidimus esurientem?* &c. Matthæi 25. v. 44.

Clem. Alex. 1. Pędag. c. 5.

Epiph. in serm. de laudibus Deiparæ.

182. Clem. Alex. suprà. Amor est oculatissimus scrutator. 1. Cor.

182. Arcanè dicitur Christus Deus ab eodem Clemente Alex. *Verbum Dei & infans Patris.* Qua ratione, qui Verbum est, & per proprium characterem est sermo, potest esse infans? infansne sermo esse potest, idem enim est ac si dicas: *linguatus elinguis*, aut *loquax mutus*? Adducam difficiliorem locum 1. Corinth. 2. v. 10. vt difficultatem difficultate superem, nam clauus clauo truditur: *Nobis autem* (ait Paulus) *reuelauit omnia per Spiritum suum; spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* Et mox: *Quæ Dei sunt nemo scit, nisi spiritus Dei.* Audis à magno Doctore Paulo, quod *Spiritus Sanctus scrutatur etiam profunda Dei*, & quod, *nemo scit, quæ Dei sunt, nisi Spiritus Dei.* Porrò vox *scrutari*, attentionem, & impensiorem cognoscendi curā innuit; imò particula illa *nemo* exclusiua videtur, & specie tenus diuinū Verbum ab hac scrutatione profunda, & eminentiori videtur excludi. Quod absit. Variis expositionibus fatigant hunc locum interpretes; & nisi ego fallor, rem quam versamus, manifestè elucidat, vt non id intendens commentatus est Clemens Alex. suprà allegatus. Nā Spiritus sanctus à proprio charactere Amor est, amor autem in personâ dilectâ, affectus perspicaciâ, seu *dilectione, quasi auget omnia in idipsum, vera dicens.* Verbū enim diuinū potius notitia est, & cognitio, etsi acutissima, & perspicacissima, vtpote infinita; at specialiter Amor nō est. Inde ergo nuncupatim de illo non prædicat Paulus hanc eminentiam cognitionis Spiritus sancti, qui amor est, (etsi nihil Patri aut Verbo desit ad perfectam cognitionem;) an quia pulchriora Dei attributa, & perfectiones; *dilectione* non quasi exaggerat *augens in id ipsum*? vt eleganter dixit Alexandrinus Clemens. Sic res diuinas concipit mediocritas humana pro hoc statu. Vnde etiam dicitur Christus: *Verbum Dei, & Infans Patris.*

183. Nemo est tam parùm versatus in sacris litteris, qui non aduerterit sæpè Spiritum sanctum dici *Spiritum veritatis*: quod epitheton fortè quadraret aptiùs in Patrem, qui omnisciâ, & verissimâ sui cognitione genuit Verbum; & tamen non dicitur *Pater veritatis*. Et Verbum ipsum, quod per eiusmodi verissimam cognitionem gignitur, quódque ipsa veritas est, dicente ipso: *Ego sum via, veritas*, &c fortè aptiùs diceretur *Verbum veritatis*, & tamen vnus Spiritus sanctus, *Spiritus veritatis* dicitur. Forsitan hæc anticipata cautio suspicionem faciet alicui Macedonio, vt sibi & suis persuadeat aliquam ad mendacium propensionem inesse Spiritui sancto; siquidem tam impensè illum à falsitate vindicat Euangelista, toties ingeminans *Spiritum veritatis*. Et quidem Euangelistæ videntur indicare nullum nouum mysterium Spiritum sanctum docuisse Apostolos, sed tantùm suggessisse, & signatiùs explicuisse, quæ docuerat Christus Dominus. Ioan. c. 14. v. 26. *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis.* Cur Spiritus sanctus, quæ diuina persona est, non inæqualis Patri, & Filio, & eadem Deitas, & Sapientia cum illis, non docuit Ecclesiā mysterium aliquod prætereà, quę Christus reuelauerat? Cæterùm admirationem adaugent verba Christi apud Ioannem, quæ ipse Spiritus dictauit c. 16. v. 14. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem! Non enim à semetipso loquetur, sed quæcumque audiet, loquetur.* Non præteriit Rupertum inibi energia causalis illius voculæ *enim*. Et sic explicationem impedit. Docebit vos omnem veritatem: non enim à semetipso loquetur: *Quasi si à semetipso loqueretur, non veritatem, sed mendacium locuturus esset.* Satis elucet difficultas. Innumeros huius loci expositores legi; plures vim causalis *enim* admittunt; & tamen in nullius Commentatione omninò quiesco, vt totus locus ad tropologiam factus videatur. Porrò Spiritus sanctus per proprium characterem amor est, & infinitus amor; ergo suggerat mysteria, quæ Christus docuit, illáque explicatius tradat; non addat nouum aliquod, ne fortè videatur alicui Macedonio, non bene animato in Spiritum sanctum, vi amoris (quod accidit) amori humano rem exaggerare, etiam *in idipsum, vera dicens.* Scilicet quodammodò præcauetur. (sic res diuinas concipit tenuitas humana, humano more de illis eloquens,)

Ioann.

Cur Spiritus sanctus noua mysteria non docet.

Ioan.

Quare Spiritus sanctus non dicitur loqui à semetipso.

eloquens,) à Spiritu Sancto, quia Amor est, quod non præcauetur à Verbo, qui Amor non est? Vt sit hyperbole exaggerans amorem hunc diuinum, similitudine amoris humani. Quid exaggeratius dici, excogitariue potest, ad explicandum, quàm audeat Amor in augendis rei dilectæ bonis, & quàm illa è beneuolentia exaggerentur. Vnde furiosus Nabuchodonosor in hosce populos, præmonet Holofernem, aiens hic v.6. *Non parcet oculus tuus vlli regno.* Ac si dicat: Etsi à conuersatione, aut præsentia, aut æstimatione cuiusuis capiaris, ne illum innoxium, & impunem permitte: ne excuset tui perspicacia amoris, eius in me flagitia, aut æstimatio ob beneuolentiam, misericordiam extorqueat? quamuis oculis tuis videas plura laude, & æstimatione, & beneuolentia dignissima, suspecta hæc omnia tibi sint, nulli parcat perspicacia amoris, in omni sæuiat iracundiæ meæ ferocitas: præstat cæco impetu in omnes ferocire. Solerter caue ab amoris, & beneuolentiæ oculis, qui exaggerant excusationes, & merita personæ dilectæ; tanquam præuidisset id, quod cum Inditha accidit. Holoferni hic, vers. 18. Iudith.

§. XXXVII.

Non tantùm studio omnis litteraturæ, sed etiã pretio, & negotiatione Sapientis nomen acquiritur.

484. Res nobilis litterarum negotium est; multo in pretio vbique gentium litteratura fuit: felicitatum humanarum augustissima Sapientia meritò reputatur. Iob. 28. vers. 18. *Excelsa & eminentia non memorabuntur in comparatione eius: Trahitur enim de occultis sapientia.* Tradiderat Iobus auri, & argenti, & pretiosi cuiusque metalli fodinas, dicens v. 1. *Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est, in quo conflatur,* &c. Ex quibus gradum facit; vt publicet abstrusam Sapientiæ venam, nimirum occultos cordis recessus, & abdita secretioris mentis penetralia, vbi sapientia conflatur, vnde effunditur. Trahitur de occultis Sapiẽtia. In quam conflandam, adeò artifex industria Sapiẽtis & laborat, & desudat, & inuigilat, vt homo se in litterarum studiis eliquet, & quasi euisceret, vt ex portione sui, & occultis visceribus quasi ex metallicâ scientiarum gleba, Sapientiam conflet. Psalm. 89. v. 9. *Anni nostri sicut Aranea meditabuntur.* Sicut enim bombyx aut araneus, vt bombycium, aut telã conficiat, se exenterat, & euiscerat, & emaciat de suis visceribus telam conficiẽs: sic anima sapientis *sicut Aranea* Sapientiam *meditatur*, & sapientiam elaborat: nam Sapientiæ venæ sunt occulta animi sapientis precordia. *Trahitur de occultis sapientia.* Hoc Iobi documento, imò & ipsa experientia eruditus seriò existimabam in Sapientis reconditiori mente litterarum venas, Sapientiæ thesauros, & sapientis famã reperiri. Verùm adhuc sic loquitur Iobus: *Sapientia vbi inuenitur? aut quis locus intelligentiæ? nescit homo pretium eius.* Quasi dicat, Occulta est intelligentiæ vena, arduum est, & planè difficilè scire, vbi sapientia inueniatur, & quomodo acquirat homo sapientis nomen. At tacitè eam artem insinuat Iobus illis verbis: *Nescit homo pretium eius*, id est, pretio emitur Sapientia. Non tantùm homo Sapientiam acquirit, sese in studiis bonarum disciplinarum euiscerando, sed etiam illam pretio, & negotiatione comparando. Itaque Sapientis nomen non tantùm est à mera scientia, sed etiam à pretio, & arte & negotiatione, qua emuntur primæ cathedræ, aut officia & munera excelsa, aut clientes, longè latéque buccinantes, & amicorum susurros. Ita vt negotiatio, & ars cum studiis partiatur negotium Sapientiæ. Is enim Sapientis nomen habet, qui cathedram, aut clientum voces emit. Olim *nesciebat homo pretium eius*, id est, Sapientiæ, iamnunc, & scitur, & negotiatione Sapientiæ fama diuenditur.

(Marginal notes: Iob. — Sapientiæ nomen emitur negotiatione. — Psalm.)

Litteratissimus hominum Salomon in omni seculo habitus fuit, & quasi Sapientiæ miraculum. Nũ omnis Sapientiæ fama tota parta fuit à mera scientia? Audiamus illum Ecclesiast. 1. v. 17. *Dedi cor meum, vt scirem prudentiam, atque doctrinam, errorésque, & stultitiam.* Mirum est profectò, quòd Salomon vir ad scientias factus, celestibus & mũdanis disciplinis imbutus, denuò edisc at errores, & stultitiã. Num etiã à stulto errore Sapientis nomẽ acquiret? Card. Caietanus sic locum ex Hebræo vertit: *Dedi cor meum ad sciendum sapientiam, & sciendum tricas, & stultitiam.* Et addit satis ad rem: *Dictio interpretata* Tricas, *sonat intricatiõnẽ operum, seu negotiationum.* Ac si dicat Salomon: Non tã feci mihi Sapientis nomen è cœlo edoctus in omnem litteraturam sedulò incumbens, sed etiam arte, & negotiatione Sapientis famã mercatus sum: *Per intricationem operum seu negotiationum.* Non sola & mera Scientia Sapiens effectus sum, sed negotiatione opus fuit, vt tantùm mihi Sapientis nomen facerem. Hugo Card. in cap. 19. Lucæ, explicãs illud Psal. 70. *Quoniam non cognoui litteraturã, introibo in potentias Domini*, sic scribit: Altera translatio habet: *Quoniam non cognoui negotiationem: quia illa litteratura hodie facta est negotiatio.* Itaq; litteratura hodie facta est negotiatio. Id dixerat Petrus Damianus. Porro cæteri fortè *nesciunt pretium eius*, id est, Sapientiæ. Ego (ait Salomon) benè scio, non tantùm studiis, sed etiam negotiatione, & pretio sapientis opinionem comparari. Quod callidè agnouit, & sapienter edocuit Cassiod. *Virtutis genus est propriam substantiam non amare: vbi tantum opinionis acquiritur, quantùm facultatibus abrogatur.* Erogationibus facultatum, negotiationis pretio, opinionem Sapientis mercatur homo. Et Ennod. *Cedant Fausto priscorum laudes, quibus nobilitatem, doctorum commenta pepererunt: quæ phaleratis verborum superciliis meritum a relatore mercantur.* Nota illud; *Meritũ à relatore mercantur.* Non tam emunt nomen, & laudes, sed & merita ipsa mercari videntur: ac si meritum possit diuendi, & meritum mercari possimus. At tantum est pecuniæ pretium vt & merita ipsa emere præsumat. Quid aptius? Profectò Achior sapientissimam habuit orationem, & tamen vt minus sapiens habitus fuit, c. 5. v. 28. Secùs Iuditha hic v. 18. & 19. ferè eadem ingeminans, quæ Sapientis nomen statim mercata est obsequiorũm ciuilitate, & laudandi ingenio. *Et mirabantur sapientiam eius.* 185.

(Marginal notes: Ecclesf. — Negotiatione acquiritur Sapientis nomen. — Caiet. — Hu. — P. Damian. serm. 59. — Cassiod. l. 2. variar. epist. 2. — Ennod. l. 1. epist. 5. — Iudith.)

§. XXXVIII.

Ille habetur Sapiens apud aliquos Principes, qui ad vnum placitum iura dispensat, & approbat quidquid illis lubet.

Bonus auctor, & benè eruditus Carolus Scribani recẽti calamo planè scriptor Veteranus in 186.

Digitized by Google

ſuo Politico Chriſtiano erudit Reges,vt conſilia-
rios conſulant,& poſtquam ſeriò illi decreuerint
Carol. Scriban. quid agendum ſit, illud exequantur : *Stolidum eſt
petere conſilia poſtquam certo apud te aliquid ſtatue-
ris.* Videri tales conſuluiſſe volunt , ſequi no
lunt. *Probarique volunt ſua,aliena nolunt.* Ad nudã
prudentiæ,& moderationis oſtentationem conſilia
hi cogunt ; ne denique præfidentes videantur , &
damnari merito poſſint in infelici rerũ ſucceſſu,
Quis habeatur Sapiens apud Principes. in conſilium alios vocant,quò modeſti videantur,
non temerarij, ac inſolentes. Nimirum tacitè co-
gunt ſententiam à ſapientibus , non rogant ſen-
tentiâm.Eruditos aduocant, qui ſtabiliant Princi-
pis placitum , non qui quod bonum ; & æquum
eſt libere conſulant.Vel ſaltem (quod tolerabilius
foret,) quæritant,qui dicant quod ipſi ſentiunt,&
volunt. Quod in Regina voluntate notauit Baſi-
Baſil. Sel. Orat.3. lius Seleuc.inquiens : *Hinc euenit vt hoc diligat;il-
lud,quod ita viſum fuerit, repudiet:hoc auerſetur , ad
illud animum adiciat , & libera cum voluntate re-
gnans abundet opinionibus ſententiarum.* Nempe id
maximè cupiunt Principes,vt illis detur optio ſẽ-
tentiarum, & trahantur iura ad ipſorũ beneplaci-
tum. Vnde euertunt ſapientiam ſapientum , & ex
ſapiẽtibus ſtolidos faciunt.Iob.12.v.17.*Qui addu-
Iob. cunt Conſiliarios in ſtultum finem,& iudices,* (id eſt,
Sapientes ait S.Thomas ibi) *in ſtuporem*, & ille ſa-
S.Thomas pientior haberi ſolet,qui deſipit ; vt Principis vo-
luntati aduletur,quæ eſt ſapientia huius ſeculi , &
ſapientia ſecularis,& Principum,quam vitandam
1.Cor. Paulus 1. Corinth.1.v.6. admonet : *Sapientiam lo-
187. quimur inter perfectos ; Sapientiam verò non huius
ſeculi,neque Principum huius ſeculi.* Nam ſecularis,
& aulica ſapientia ſuffragium non trutinat ad Ra-
tionis bilãcem,ſed ad Principis arbitriũ. De qui-
Nazianzen. Orat.1.in Iulianum. bus inquit S. Nazianzenus de Iuliano loquens:
*Alios honoribus capiens ; nimirum eos , qui nullam
aliam legem quam Principis voluntatem agnoſce-
Tertull. bant.* Acerbè pungit Ariſtotelem Tertullianus
Apolog.cap.46.aiens:*Ariſtoteles tam turpiter Ale-
xandro regendo potiùs adulatur , quàm Plato Dio-
nyſio ventris gratiâ venditatur.* Nimirum Ariſtote-
les,qui ob eximiam ſapientiam meruit eſſe magi-
ſter & Conſiliarius Alexãdri Magni,conſiliis ſuis
ei adulabatur ; ne gratiam Principis perderet , ſi
non gratum ſuffragium daret quoties conſulitur.
Ergo ſapientia,quæ morem gerit non iuri,non ra-
tioni,ſed voluntati Principum,fugienda eſt : Quæ
à Paulo vocatur ſapientia ſecularis , & ſapientia
Principum.Verùm in Regum Palatiis ille tantum
ſapiens audire ſolet,qui leges,& iura vel inuita,ſic
laxat , vt permittant,& admittant, quod Principi
lubet.Qui verò leges arctat,nec iura trahit inuita
vt ſeruiãt Principis arbitrio,hic illitteratus audit,
& inſipiens habetur.Neſcio an encomium,an op-
Lamprid. in Alexand. Seuer. probrium ſit illud Lampridij: *Si de iure tractaretur
ſolos doctos in conſilium adhibebat.* Quinam ſunt ſo-
li docti , & vnice ſapientes apud Principes? An
quibus tantùm fas pro iure eſt? An quibus volun-
tas,vel voluptas Principis ius,& fas eſt? Vis noſſe,
quàm ſoleriter curiales ſapientes ambiãt Principis
gratiam? Audi Ennodium & ſapientiſſimum,& di-
ſertiſſimum.*Viſum mihi eſt* , inquit , *non eſſe in ho-
Ennod.l.9. epiſt 9. minum numero computandus , quem hominum potiſ-
ſimus* (Rex inquam) *ignoraret. Et planè illi nec
mores ſuggerunt fiduciam , nec natura , qui in arce
locatis abſconditur.* Vix homo putatur , qui igno-
ratur à Rege ? ſuæ peritiæ diffidit , qui Princi-
pum memoriam non ſollicitat , qui Procerum
gratiam non exambit ? Cui vel cognoſci dun-
taxat , felicitas eſt ; illum offendere,enormis cen-
ſetur reatus : illi non adnuere ruſticana inurba-
nitas.
Plutarchus libellum ſcripſit cuius titulus: *Cum* 188. Plutarch.
Principibus maximè Philoſophum debere diſputare.
Libri argumentum non probo , quod improba Eccl.
Scriptura,Eccleſiaſtici 6. v.5. ſic ſapienter præci-
piens ; *Penes Rege noli velle videri eſſe ſapiens*,Por- Noli videri ſapiens apud Principes.
rò Reges plurimi ſapientiam æſtimant , ſapien-
tes,quibus ad conſilia egent,honeſtant , & hono-
rant,& largiſſimis præmiis , & ſublimitate hono-
rum decorant. Imò ſapientiæ honos eſt , *Vt per
ipſam Reges regnent*, & aſſiſtat Reipublicæ capiti.
Principi inquam , vt eum ad decernendum eru-
diat. Nam Reges maximè egent aſſiſtrice ſapien-
tiâ , quia ex eorum decretis , pax & tranquillitas
totius regni pendet. Quare ergo dehortatur Deus
ſapientes , vt aſſiſtant Regibus ? *Penes Reges noli
videri eſſe ſapiens.* Quia prudentior ſapientia *odio-
ſa eſt* Regibus,ait Ianſenius hic. Ad rem ſatis Ro- Ianſen.
bertus Holcot in Commentario huius loci. *Penes* Robert. Holcot.
Reges noli videri eſſe ſapiens. Qui tales (id eſt, qui
ſapientes videri volunt,) *ſunt ſtulti penes Reges.*
Quaſi dicat, ſi integram , & ſinceram ſapientiam
apud Principes oſtentes, & interrogatus verè ſa-
pientem te exhibeas,nec adulanter ſapientiam in-
ſipienter flectas ad Principum placita,*odioſus* eris,
& ſtultus audies. Apud Academias ſapiens eris,
non apud Reges , quia non ſapis *ſapientia Princi-
pum.*Ergo *penes Reges noli videri eſſe ſapiens.* Quia
qui videntur ſapientes apud Principes , *ſunt ſtulti.*
Nam ſapiens ille ſolùm apud aulicos habetur,
qui auribus Principum adulatur , qui placentia
loquitur.
Geneſ.40.verſ.16. Præpoſitus pincernarum,& 189. Geneſ.
Præpoſitus piſtorum , viri principes apud Pha- Apud Principes ille ſapiens dicitur qui placentia loquitur.
raonem,rei aut ſuſpicionis, aut veri criminis, in
carcerem coniecti ſunt. Somniarunt neſcio quid
per quietem , & hærebant anxij , quid ſomnia
portenderent : ibi fortè Ioſephus , incluſus tene-
batur. Narrauit Pincernarum princeps ſom-
nium ſuum Ioſepho ſomniorum interpretando-
rum peritiſſimo : & ante tres dies ſe reſtituen-
dum eſſe honori priſtino , fauſtè prædixit. Tunc
*videns piſtorum magiſter , quod prudenter ſomnium
diſſoluiſſet* , ait. *Et ego vidi ſomnium* , &c. Quod
eâdem ſapientiâ verè interpretatus eſt , vt euen-
tus edocuit. At expenſione digniſſimum eſt,
quòd cum veram ſomnij interpretationem de-
derit etiam piſtorum Præpoſito , non dicitur ſa-
pienter ſe geſſiſſe ; & cùm pincernarum Princi-
pi fauſta, & optata enunciauit , dicitur : *videns
quod prudenter ſomnium diſſoluiſſet.* Eadem pru-
dentia in vtriuſque ſomnij manifeſtatione eſt, nã
vtrumque ſomnium & ſagaciter,& verè interpre-
tatus eſt. Ergo aut vtraque ſomniorum Commen-
tatio ſapiens eſt, aut nulla. Verùm hic eſt genius
aulicorum , vt qui non loquitur ad arbitrium , &
cupiditatem Principum non dicatur prudens, etſi 190.
prudenter rem ediſſerat. Porrò illud ſomnium di-
citur prudenter interpretatus,in quo proſpera, &
fauſta prædicebat , ſecus illud , quod ſuſpendium
augurabatur. Nam ille ſolus dicitur & prudens,&
ſapiens , qui fauſta loquitur , qui ad voluntatem
Principis loquitur, qui optata Principi loquitur,
& hic ſolus dicitur. *Prudenter ſomnium diſſoluere*;
quaſi aliud ſomnium non prudenter,ſed ſtultè Io-
ſephus diſſoluiſſet.Ergo *penes Reges noli videri eſſe
ſapiens.* Nam illum frequentant Principes, illius
reſponſa,vt oracula habentur, ille ſolus apud ipſos
prudenter

Iudith. prudenter sapiens est, qui morem gerit Principũ voluntati. Vnde cap. 5. v. 17. sententia Achioris reiicitur, etsi consultissima, quia morem non gessit Principi Holoferni, & cap 2. v. 4. approbatur imprudentissimum Consiliariorum iudiciũ, etsi imprudentissimum, quia erat ad mentem, & placitũ Nabuchodonosoris. Nam regium iudicium habetur consultissima prudentia; quasi Rex à sceptro mutuet sapientiam: quod denotauit in Iuliano apostata S. Nazianzenus, sic illum alloquens: *Quod si magnum, imò rerum omnium maximũ tibi purpura videtur: ex qua tu sapiens extiti*, &c. Vnde Iuditha hic vers. 19. habetur sapientissima.

(Naziunz. Orat. 43.)

§. XXXIX.

Rusticana simplicitas, & felix insipientia sæpè aptior est ad rem virtutis, quàm exquisita Doctorum sapientia.

191. *SÆpè maximum pretium est, pro quo nullum datur.* Magno in pretio habetur eruditio, ingenij acumen, bonarum di ciplinarum notitia ad omnem litteraturam docta: (neque enim Christiana philosophia renunciauit ingenio.) Vbiq; contemnitur simplex ruditas, & rusticana ignoratio, à qua fermè obturescit homo. At nescio quã arcanã vi idiotã virtus amat, & simplex insipientia felix est ad sanctitatem. Aliàs (verba sunt Tertulliani,) *Deliqui, opinor, diuina doctrina ex Iudæa potiùs, quàm ex Græcia oriens. Errauit & Christus piscatores citiùs quam Sophistam mittens.* Errauit etiam Christi Dei disciplina simplices, & indoctas turbas vltrò erudiens, & alliciẽs ad collegiũ diuinę Scholę, & palàm fastidiens spumosam scribarũ eruditionem. Neque enim Deus quærit suæ doctrinæ curiosos inquisitores, sed simplices cælestis veritatis amatores. *Porrò non ampliùs inueniri licet, quàm quod à Deo dicitur. Quod autem à Deo dicitur, totum est*, ait idem Tertullianus. Planè sterilescere solet virtus hominis, multa curiosè suscitantis & rudis insipientia fœcunda virtutum est: & litterarũ dispendium, sæpè compendium est ad sanctitatẽ. Videas in Ecclesia plurimos sanctitate illustres, qui felici insipientia, & rudi simplicitate, virtutis fastigium tenuerunt. Profectò totum scit, qui benè viuere scit; nec amisit sapientis nomen, sed cõmutauit. *Qui se habet, nihil perdidit*: qui Deum reperit, totum scit, omnia habet. Quis autem certiùs se habet & sapientiùs Deum inuenit, quàm felix ruditas & à Deo docta insipiẽtia? Sic (vt innumeros omittam) Complutensis Lycei gloria, & fratrum Minorum decus, S. Didacus, fuit feliciter idiota, vt esset sapienter felix ad mensurã indoctæ simplicitatis mutuatus sublimiorem sapientiam sanctitatis.

(Senec. epist. 42. — Tertull. l. de Anima c. 3. — Tertull. supra c. 2. — Seneca)

192. Lucæ 15. v. 8. sic fatur Euangelista: *Quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter donec inueniat?* Hæc bona femina, humilis rudis & paupercula est, vt ostendit inibi sapientissimus noster Maldonatus. Quid verò sit hæc drahma, idoneè tradit S. Nazianz. Orat. 2. de Pascha & Nizetas ibi, S. Nyssenus & S. Cyrillus apud S. Th. S. Aug. lib. 2. quæstionum Euangelic. cap. 33. S. Gregor. homil. 3. in Euang. Morosus ero si multa, quæ ad rem præsentẽ tradunt, exscribam. Sufficiat vnus Chrysologus, qui hanc drachmam Christum esse interpretatur. (*Christus est drachma nostræ redemptionis, plenum diuinitatis numisma.* Et appositè addit: *Simpliciter contigit, quod eam nocturno requirit in tempore.* Res profectò expensione dignissima, scilicet bona hæc & simplex femina impensè procurat reperire perexiguam drachmã, ita vt totã euerrat & euertat domum, & *eam nocturno requirit in tempore.* Ad malignam candelæ lucem præsumit inuenire paruũ numisma. Obscurã nocte cæcutit corpore & mente, qui sic quærit, quod seriò inuenire cupit. Expectet tantisper, donec illucescat dies, & depulsis nocturnis tenebris, solares radij indicabunt drachmã. Nã lux clarior, ingeniũ inueniendi est. Planè fulgor prodit occulta; & noctis caligo lenocinatur rei amissæ. Perdere, non inuenire quærit, qui noctu quærit. O arcanã simplicis feminæ solertiã! sapienter noctu quærit, qui impensè Deũ quærit. Qui per obscuritatem simplicis fidei cælestẽ redemptionis drachmã, Christum inquam, (vt nuper aiebat S. Chrysologus,) quærit, *eam nocturno requirit in tempore.* Nox enim, aut fidẽ significat, vt docet S. Gregor. aut ignorantiam, seu rudem insipientiã, vt innuit Orig. Vnde simplex hæc femina, solertissima indagatrix, & felix inuẽtrix cælestis drachmę, non expectat ad superbos, & negotiosos fastuosæ sapientiæ fulgores, sed nocturno tẽpore, id est, per rudis insipientiæ tenebras, & per fidei exiguam lucẽ celestẽ drachmã diligenter quærit, & feliciter inuenit. Quia sæpè indocta ruditas, & rudis insipientiæ illitterata pietas, est arbitrium certiùs, & citiùs inueniendi Empyream drachmã. Detumescat ergo ventosissimus Sapientium fastus. Cælestis drachma inuenitur in noctis caligine, ad perexiguã simplicis fidei lucẽ, & sæpe perditur in meridie præclarioris sapiẽtiæ. Præstat esse benè idiota, quàm malè sapiens; & fideliter rudis, quàm ingeniosè disertus.

(Luc. In nocte piæ insipientiæ inuenitur drachma perita. — Maldon. — Nazianz. — Nyssen. — Cyrillus. — Aug. — Gregor. — Chrysol. serm. 169. — Chrysolog. suprà. — Gregor. in 2. Reg. 3. — Origen. in C. nes. homil. 2.)

Cui veritas comperta est sine Deo? Cui Deus cognitus sine fide? cui fides solida sine obscuritate? cùm fides sit Argumentum non apparentiũ. Hæc sapientia de schola cæli est; curiositas inaniũ quæstionum de Academiæ ostentationis fastu. *Quis reuelabit quod Deus texit? Vnde sciscitandum est? Vnde & ignorare tutissimum est? præstat per Deum nescire, quàm per hominẽ scire*, inquit Tertullianus. Inscitia hæc, non est ignoratio, sed eruditio veræ sapientiæ; non est ruditatis nota, sed ingenij meta, & pietatis artificiũ. *Spiritus vbi vult spirat & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat.* Ioannis 3. vers. 8. Qui ignorat viã spiritus, inuenit vestigia gratiæ? Genesis 12. vers. 1. *Dixit Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi.* Et quare suo Abrahamo nõ indicat Deus quò iturus est? Cur non ingerit notitiã paradisiacæ regionis, quã Abrahamo destinauit? Bellè Basilius Seleucus *Locum occultat, vt animi constantiam exerceat: metã celat, vt cursum contendat.* Planè hæc sententia ænigmati similis est. Profectò qui metam ignorat, malè festinat. Non it, sed errat, qui quam petiturus est metam nescit. O arcanam pietatis artem, quæ ab ignoratione eruditur sapientiùs. Siquidem virtus ab insipientia extimulatur ad cursum. Feliciter tenetur meta quã incuriosa & pia ignoratio præmonstrat. Nescit quò pergit, vt citiùs pergere sciat. Neq; enim ingenij perspicacia, & oculatior inanis sapientiæ eruditio semper iuuat ad pietatis cursum, quò pergimus ad promissam paradisi regionem; (nempè ad paradisiacam gloriam,) sed sæpe rudis simplicitas & pia insipientia calcar addit ad cælestes cursus. Surgunt rudes & indocti, & 193.

(Tertull. l. de Anima c. 1. Insipientia sæpe calcar est ad virtutem. — Genes. — Basil. Orat.)

præoccupant cæli glorias:& nos perdiu scientiis imbuti cæcè erramus à cæli recto tramite. Quæ est nota vox Augustini ad Sodalem Alipium, studiorum collegam. Proculdubio: *Quod a Deo discitur, Totum est* Et planè Totum scit, qui à vitiis se redimere, & virtutis pretio beatam cæli gloriam emere noscit.

Tertull.

194. Sapientissimus mortalium Salomon, peccando defessus, meliorē vitæ frugē meditatus, pœnitentiæ sese totum destinat & vni Deo postremam vitæ periodum consecrat. Vnde Ecclesiast. 1.v.17. sic fatur: *Dedi cor meum, vt scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque, & stultitiam.* Quid discere ambit Salomon iam senex & capularis, qui adhuc iuuenis sapientiæ miraculum habitus fuit? Et esto, Salomon senex adhuc studeat sapientię, imprudēs, imò impudens erit, si studeat stultitiæ Quænā hæc stultitia, cui sapientissimus Salomon studet, cùm se totum vni Deo donare destinat? Lyranus inibi *Stultitiam circa humana*, id est, inscitiā circa humanam sapientiam, quam tanti fecerunt Græcæ, & Romanæ Academiæ. Caietanus sic locum cōmentatur ibidem: *Stultitiam, hoc est, multitudinem imprudentiarū, quibus homines abundant* Nempe stultitia hæc, quam sapiētissimus Salomon, dum se ex animo conuertit ad Deum, studiosè procurat, est ignoratio humanæ sapientiæ, & imprudentia siue inscitia humanarum facultatum. O ęstimanda merita simplicis & imperitæ ruditatis, atque indoctæ insipientiæ! Scilicet Salomon ad miraculū doctus, & eruditus, audacissimè, & impiissimè deliquit; quando verò actus diuinioris gratiæ stimulat, festinat condignā pœnitentiam agere, & se, secúmq; omnia sua vni Deo addicere & cōsecrare; sollicitè ambit piam (vt sic dicam) stultitiam, consultissimā imprudentiam, & feliciter sanctam insipientiam. Dediscere procurat humanas sciētias, vt sic citiùs ac certiùs Deum promereatur, cui impensiùs placere studet. Ac si dicat Salomon: Deū sapiens offēdi, insipiens placabo Deū offensum: dum sapiens eram, impius fui, & omniū scelerum reus; per rudē insipientiā piè præsumo virtutis fastigiū. O vtinā sim feliciter stultus, aut verè sim sapienter felix! restauret pia simplicitas, quod amisit facinorosa sapientia. Sic sic pia ruditas, & rusticana simplicitas facit ad virtutem. Vnde hic, vers. 18. cùm nuper compertū esset Assyriis, Iuditham esse piam feminam, & spretis mundi illecebris totā Dei cultui & religionis addictam, iure *mirabantur sapientiā eius.* Ac si foret miraculi adinstar aliquē eruditè ingeniosum, & eximiè sapientem, simul esse eximiè pium, & sanctitati addictum. Mirantur in eximiè sapiente eximiā sanctitatem: Ac si eximia sanctitas quasi cognata esset rudi simplicitati, & appendix illiteratæ insipientiæ. Scio multos in omni litteratura claros sanctitatis laude floruisse; sed multò plures legimus qui feliciter indocti virtutis fastigium tenuerunt.

Ecclesiast. Lyran. Caiet. Iudith.

---

§. XI.

Castitas attestantis, adstruit fidem, quam destruit testimonium luxuriantis.

195. Lvxuria dulce venenū est, quo ferè interiit in homine, nobilior hominis pars. Ratio inquā. Porrò impudicitia voluptatis philtro, sic infatuat homines, vt *mentem dissoluat*, & penè ab auctoritate hominē deponat, & ad pecuinā vilitatē abiiciat; ferè obbrutescente ratione, atque imminutā humanæ auctoritatis generositate. Neq; enim benè conueniunt, nec aptè morantur in vnā sede, auctoritas hominis, & lasciuia pecoris. Humanā fide indignus est homo, cuius humanitas sibi non constat. Ecce tota semper luxuria mentitur, hanc coargue, & re redige ad verum, ad castitatem inquam. Nam lasciuus homo vt naturam, sic veritatem dediscit: quippe ipse voluptatū præstigiis falsus, fallaciis delectatur. Pulchrè P. Damianus, *Fluxa, & seductoria immundi huius mundi blandimenta despicite.* Nempe immunditiā blandientis, & lasciuæ voluptatis, fluxam, & seductoriam appellant. Vsitatus enim ad decipiendū, sexus luxuriæ est. Ergo quis credat seductori: Planè deuenustatur vel ipsa veritas in ore impudico; plus incredibilitatis mutuans à dicentis impudicitiā, quàm auctoritatis à veri generositate. Sic à schola sibi mentienti libidinis, discitur fallendi cupido; & imminuta luxuriantis auctoritas, licentia est discedendi etiam rebus verissimis. Esto bene castus; ne habearis verè mentiens.

Beda in cap. 1 Marc. Mendacium est luxuriæ vitium. P. Damian. serm. 5.

Ioannis 4. vers. 29. Mulier illa Samaritana malè casta, & bene diserta, ex diuturno colloquio cum Christo, altè instructa de rebus fidei, vtpotè docta à schola Dei viuacior in ea scintillabat fide, quā accenderat perspicua Christi prophetia de occulta & dissimulata scortatione: studio publicādi Christum flagrans, festinat ad vrbem, & sic euangelizat conciuibus suis: *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quacumque fecit: nūquid ipse est Christus?* Aduertūt interpretes Samaritanam consultissimè non dixisse, nuncupatim esse Christum, etsi auidè perruperet, vt in illum crederent concives sui; sed ad Saluatorem illos remittit. Vis noscere causam? Audi elegantem S. Chrysostomi expensionem homil. 33. in Ioannem. Sic fatur Chrysostomus: *Nūquid ipse est Christus? Animaduerte immensam mulieris sapientiam; neque affirmat Christum esse, neque reticet: Noluit se huius opinionis auctorem.* Nempe mulier non satis casta, noluit se esse huius opinionis auctorem, ne Euangelium dehonestaret, dum Euangelium comprobaret. Quasi dicat Chrysostomus: Tametsi diserta femina ab ingenio subtilis, ab eloquio facunda, à recēti Christi prophetia erudita, à flagrātis fidei vigore animosior, aptè potuit ipsa per se Christum euangelizare, hortando populares suos, vt in Christum crederent, tamen mulier malè casta noluit se huius opinionis auctorē haberi. Vnde ait: *Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quecumq; feci: nunquid ipse est Christus?* Scilicet etsi Euangelium Dei doctrina sit, diuino testimonio sanctum, tantis miraculis credibile, & meracissima veritas indubiā fide tenenda; tamen pia iam femina prudenter timet, ne ob eius antiquam impudicitiam vel ipsum Euangelium quodammodò deuenustetur, neque fidem apud homines mereatur ob testificantis impudentiam. Nam credibilitatem, quam habet, quia Euangelium perdere videtur apud homines, quia impudico ore notificatur. Quis credat dixisse Deū, quod dixisse testatur impudens scortuli lingua? *Animaduerte immensam mulieris sapientiam: neque affirmat Christum esse, neque reticet. Noluit se huius opinionis auctorem:* Seductoria enim sunt immundæ luxuriæ blandimenta; & vel ipsam Euangelij veritatem quasi mentiri videretur.

196. Euangelium ab ore impudico prædicatum vix fidem reperiret. Ioan. Chrysost.

Lucæ 15. vers. 30. Boni patris frugi filius, sic prodigum fratrem querulus apud patrem accusat: *Filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus,* 197. Lucæ.

Digitized by Google

meretricibus. Quænam hæc substantia, quam prodigus filius luxuriando consumpsit? Sensus Litteralis in promptu est: Allegoricum dilucidè tradit

Orig. Castitas prædicantis Euangelium valde facit ad fidem.

Origenes Tractatu 10. in Matthæum, ita scribens: *Lasciui filij, qui viuendo luxuriosè Euangelicæ doctrinæ substantiam consumpserunt.* Nempe luxuriantes concionatoris seu doctoris mores, Euangelij substantiam, id est, veritatem tacitè intentant corrumpere. Profectò Veritas est Christianæ fidei anima, & vigor, seu vita Euangelij: ergo Doctor castus, est optimus Euangelij interpres, à pudicitia honestat honestam Euangelij veritatem. At lasciuia doctoris non tantùm doctrinam decolorat luxuriandi licentiâ; sed etiam ius auctoritatem imminuit apud homines, apud quos incredibilis fit veritas, quam impudicitia prædicantis velut destruit dum adstruere satagit. Planè nutat fides debita Christianæ veritati, nisi etiam aliquam auctoritatem concipias à castitate Doctoris proponentis mysteria. Quis credat ipsam veritatem ab ore nugaciter luxuriante? Vnde si prædicantis desit castitas, etsi Euangelium in se verũ sit, vt par est, tamẽ quasi consũpta & deperdita esset eius veritas, (quę est Euangelij substantia) vix creditur ab audientibus ob dubiam fidem proponentis veritatem. Et ita Euãgelium ab impudico ore sæpe fabula videtur, quanquam Euangelium sit, & Euangelium falsum (si dici posset) haberetur. Sic, sic gloria pudicitiæ mysterium proponentis facit ad gratiam credendi. Nam *lasciui filij viuendo luxuriosè Euangelicæ doctrinæ gratiam consumpserunt.* Hinc lux

Basil. Sel. Orat. 43.

obscuræ illi sententiæ Basilij Seleuci vbi sic ait: *Oportet Euangelij difficultatem proponi, & prædicatione Euangelium damnatum tenere,* (quæ verba aliorsùm multis expendebam alibi.) Non enim commendat, sed sæpe damnat Euangelium impudici doctoris prædicatio. Vnde hîc vers. 20. Holo-

Iudith.

fernes castissimæ Iudithæ sponte credit, tametsi id ipsum credere renuit suprà c. 25. vers. 16. Achiori gentiliter lasciuiẽti. Nempe castitas adtestantis ab auctoritate proponentis, seu applicantis, fidem quodammodò adstruit, quam destruit testimonium luxuriantis.

198. Non omittam ad comprobandum thema propositum, pulchram sancti Ambrosij expositionem.

Luc. Mariæ castitas valde iuuat ad credibilitatem incarnationis.

Commentatur illud Lucæ 1. vers. 27. *Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem desponsatam viro.* Duplex hinc oboritur quæstio: altera cur Deus corporari voluit de feminà maritatâ; altera quare de virgine. Mitto super hac re expositorum dissidia, vt sancti Ambrosij grauissima verba pro-

Ambrof.

ponam. & exponam: Ideò, inquit, Christus Deus de femina maritata nascitur, quia *locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum.* Omnis quidem maritus exactor est vxoriæ castitatis. Sed cur ad virginem mittitur An-

Ambrof.

gelus? cur de virgine nasci ambit Christus Deus? *Quid quod etiam fides Mariæ verbis maior adsciscitur, & mendacij causa remouetur?* Ac si dicat Ambrosius: Mysterium Incarnationis arduum creditu est; Præterea mater locuples testis est Conceptionis, & Natiuitatis filij: consultissimè ergo de Virgine matre concipitur, & nascitur Christus Deus, vt sic verbis Mariæ matris maior fides habeatur de arcano Incarnationis mysterio, & mendacij causa remoueatur, nempe iactura pudicitiæ. Quid illustrius? Scilicet Mariæ augustissima auctoritas, qua fidem facit mysterio Incarnationis apud homines, indubia est ab eius eximia puritate quæ fortè apud eosdem nutaret, si à iactura pudicitiæ dehonestaretur. Quasi virginitas, seu purior castitas sit auctoritatis vigor apud homines, & credibilitatis energia: Ac si iactura pudicitiæ sit mendacij seminarium; & castimoniæ laus sit humanæ auctoritatis fastigium.

---

§. XLI.

Castitas humanam fidem, pudoris laude mercatur.

INnter cætera castitatis elogia illud eximiũ est, quòd castis magnam auctoritatem concilians, eosdem maximè fide dignos facit. *Domina gaudij dux virtutis, fomentum, & corona fidei,* dicitur Castitas in vita S. Eugeniæ Virg. & Mart. Pulchrè di- 199. Vita S. Eug. Castitas est corona Fidei.

citur castitas *fomẽtum fidei,* quæ sic fauet, & fouet fidem, vt fidem coronet. *Concilium virginitatis,* Ambrof.

dixit S. Ambrosius aduersùs Symmachum, Fallor, nisi emphaticè loquitur magnus, & sententiosissimus Doctor Ambrosius, quasi castitas sic foueat credibilitatem, & coronet fidem, vt æmula sit auctoritatis Conciliorum, in quibus summa est auctoritatis, & credibilitatis laus apud fideles. Hic erit huius § labor, in quo ostendam, quàm sit fide dignus homo eximiè castus.

Post duos, & triginta annos assumpti ad Cœlos Christi, scribit suum Euangelium Euangelista Ioannes, iam diu scriptis, & publicatis aliis tribus Euangeliis. Verùm contendet aliquis superuacaneum fuisse Ioannis Euangelium. Nam quod attinet ad res humanitatis Christi, satis superque traditæ videbantur à tribus aliis Euangelistis: In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum. Ad negotium verò diuinitatis, quod feliciter audax penetrauit, & diuinissimè tradidit, minùs sufficiens est apud homines vnius hominis testimonium, vt fidem faciat de rebus diuinioribus, & longissimè humanum captum superantibus. Ergo aut ad res humanitatis tradendas (quæ faciliores creditu sunt) superfluunt tres omninò Euangelistæ, aut ad mysteria diuinitatis (quæ non tam ex professo tractarunt reliqui Euangelistæ) satis non erit apud homines vnius Euangelistæ Ioannis auctoritas. Præsertim cùm tunc Cherinthus hæreticus cum suis sacramentum diuinitatis Christi pugnacissimè negarit. Plures sistent testes ad rem non ita diffici- 200. Castitas Ioannis fecit eius Euangelium credibilius apud homines.

lem creditu, ad rem verò magis arduam sufficiet vnus? Aut plures redundant, aut vnus non sufficit. Igitur non satis prouisum videtur credibilitati fidei, quæ summa res est Christianismi. Quæ fiducia Ioannem erexit, vt quæ vltra humanos oculos viderat, de æterna, & inenarrabili Verbi generatione, piè præsumpserit Orbi indubiè credenda tradere? Theophylactus locuples, & antiquus auctor, & doctrinæ Chrysostomi bibulus super hac re, sic animosè scripsit in prologo ad Matthæum: Theoph.

Referunt, quòd post mortem Euangelistarum, superstiti Ioanni allata fuerint tria Euangelia, vt videret ea, atque indicaret, num illa verè scripta fuissent. Ioannes autem & ipse ampliorem veritatis gratiam sortitus, adimpleuit quæcumque; &c. Idem ferè repetit in prologo ad Euangelium Ioannis, causam subinsinuans; quia Ioannes erat *mundo corde, nempe virgo. Vnde & amplius notitiæ Dei donum concreditum est.* Itaque virgo Ioannes & approbasse dicitur tria alia Euangelia, & suo suffragio fidem illorum fulcisse. Dein ipse solus disertiùs res di- Theoph.

unitatis Eccleſiæ credendas tradidit. Adaeque ad rationem Theophylacti: *Ioannes autem ampliorem veritatis gratiam ſortitus eſt.* Non quia Spiritus ſanctus verius dictauerit Ioanni, quàm aliis tribus Euãgeliſtis, res Chriſti. Neque enim Spiritus ſanctus ſe ipſo verior eſſe poteſt, qui ſumma veritas eſt. Sed Ioannes ampliorem veritatis gratiã ſortitus eſt, quàm cæteri Euangeliſtæ, quod attinet ad humanam fidem. Nempe Euangelium, quà à Ioanne ſcriptum eſt, fide dignius eſt, quàm cætera Euangelia, quà à Mattheo, aut Marco, aut Luca conſcripta ſunt. Quoniam Ioannes mundo corde, & virgo erat, vnde vberiorem notitiam, & ampliorem veritatis, ſeu credibilitatis gratiã ſortitus eſt. Et ita approbat reliqua Euangelia, ne quid auctoritatis humanæ Euangeliis deeſſet. Nam *Virginitas eſt fomentum & corona fidei, & Conciliatrix veritatis.* Scilicet virgo caſtitas ampliorem veritatis gratiã ſortitur apud homines, quia ornamentum eſt veritatis, auctoritas credibilitatis, & perfectio fidei.

201. Ioann. Caſtitas tribuit auctoritatem filij Dei.

Ioannis 1. verſ. 12. *Quotquot autem receperunt eum*, (Chriſtum inquam) *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Meritò addubitant SS. Patres quomodo Chriſtus his, qui ſe receperunt, poteſtatem dediſſe dicatur, vt fierent filij Dei, cùm iam recipiendo ipſum, filij Dei facti eſſent. Dicitur enim, his, *qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Eos enim quibus poteſtatem dediſſe dicit, vt filij Dei fierent, ex Deo iam natos fuiſſe ait. Quid autem eſt aliud filium Dei eſſe, niſi natum eſſe ex Deo? Quo ergo modo ei, qui natus ex Deo eſt, poteſt dari poteſtas, vt filius Dei fiat? Niſi forte filio dari poteſt poteſtas, vt rurſus filius fiat. De hac re legi poteſt S. Cyrillus Alexand. hic cap. 13. & 14. Pacianus lib. de Pœnitent. contra Nauar. S. Auguſtinus cum Beda, Sanctus Chryſoſtomus cum ſuis Theophylacto, & Euthymio, qui plures ſolutiones aut ſubobſcurè inſinuant, aut diſertè tradunt; quas latè expendi, cùm traderem Euangelium Ioannis. Opportuna ad rem præſentem eſt ſolutio, quæ aliquando placuit ſapientiſſimo Maldonato inibi: quam ex Græco textu depromit. Nam pro *Poteſtatem*, Græcè ſcribitur ἐξουσίαν, quæ vox ſignificat *Auctoritatem*. Et ſenſus erit; His, qui ex Deo nati ſunt, & ita iam ſunt filij Dei, data eſt auctoritas filiorum Dei, per caſtitatem facienda: Ac ſi iis, qui per fidem, aut gratiam facti ſunt filij Dei, adhuc per eximiam caſtitatẽ poſſint adipiſci auctoritatem dignam filiorũ Dei. Quò adludere videtur Baſil: Seleuc. ſic exclamans: *O quanta continentiæ dignitas! quanta grauitatis corona!* Audis caſtitatem dici coronam grauitatis, & dignitatem regiam, dignam coronã filiorum Dei; Ecce tibi continentia veneranda dicitur; & auctoritas, ſeu regalis dignitas caſtitatis commendatur. Vnde qui iam filius Dei eſt, adhuc piè poteſt ambire auctoritatem filiorum Dei, quæ ampliorem fidem mereatur; quod eſt caſtitatis elogium, & purioris continentiæ dignitas. Hæc dixerim, vt auguſtiorem Tertulliani locum expenderem ad hanc rem appositè elegantem. Is inter alias caſtitatis laudes, ſic ſcribit. Pudicitia eſt, *honor corporum, decor ſexuum, integritas ſanguinis, fides generis.* Scilicet veneranda caſtitas eſt decus corporis, corona grauitatis, integritas virtutis, ornamentum ſexuum, venuſtas naturæ, dignitas filiorum Dei, auctoritas fidei: *Fides generis*, inquam, Hiſpanè dices: *La caſtidad es el credito de nueſtra naturaleza.* Quaſi homo non eximiè caſtus, etſi alioqui quibuſdam aliis virtutibus ſanctiſſimis præditus ſit, fidem integrè non faciat ſibi, neque tam ſit fide dignus, quàm homo caſtitate præeminens. Nam venerabilis caſtitas teſtimonij credibilitatẽ fouet, fidem coronat, eam dignitatem homini tribuit, vt acquirat auctoritatem filij Dei: eſt enim *fides generis* humani. Vnde caſtitas amplioris veritatis gratiã habet, & gloriam auctoritatis filij Dei.

Cyrill. Pacian. Auguſtin. Beda. Chryſoſt. Theoph. Euthym.

Maldon.

Baſil. orat. 8.

Caſtitas eſt fides generis humani.

Tertull. l. de Pudic. cap. 1.

Danielis 13. verſ. 41. Suſanna venuſtiſſima æquè ac caſtiſſima femina, accuſata fœdi adulterij, teſtimonio ſeniorum reatus comprobatur, & concordi totius populi ſententiâ condemnatur. Armatur Hebræa gens ad ſæuam facinoris vltionem; & pudica Suſanna, non tam adulterij, quàm caſtitatis rea, ad ſupplicium rapitur. Neminem aduocat cauſæ patronum; quis enim excuſare poſſet, quam ſeniores populi accuſant vt teſtes oculati? & quæ defenſio credatur eius, quæ credibiliori apud homines teſtimonio damnatur? Re ferè deſperatâ à cognatis; cùm crepitãtium lapidum turba iam iam ingrueret, ecce Daniel, adhuc tenellus puer, & rei forenſis inexpertus, puerili balbutie innocentiam Suſannæ allegat; & ad primam vocem ſiſtitur populi multitudo pronè ruentis in feminæ ruinam. Vnde tanta orationis felicitas in balbutiente puero, vt reuocare potuerit ſententiam totius populi ob legum religionẽ irreligioſè furentis? Quid tantam auctoritatem conciliare potuit adhuc impuberi Danieli. Num Spiritus prophetiæ, quo iam incipiebat eminere? an euidentia falſitatis, de quo ſeniores palam conuicit? fortè innocentia Suſannæ tantam fidem, & auctoritatem meruit, vt reſcinderet ſententiam in ipſam fulminatam, & plenam fidem apud populum mereretur? Audiendus eſt S. Auguſtinus, tom. 10. ſerm. 54. in Appendice de diuerſis, niſi fortè eſt S. Maximi, & certè ſtylum S. Ambroſij redolet: vt dum nullius certò eſt, omnium eſſe videatur. Sic itaque loquitur Auguſtinus: *Suſanna mulier inimicos ſuos tacuit, & vicit. Non enim apud Danielem in ſermone tuitio eſt, ſed in ſancta femina tacente linguâ, pro ea caſtitas loquitur. Caſtitas enim Suſannæ affuit in iudicio.* Et ſtatim ſubdit: *Tandem iudicem meretur caſtitas Danielem puerum iuniorem. Multum igitur de Deo pudicitia conſequitur.* Nempe tanta Danielis dignitas, tanta credibilitatis auctoritas, meritum fuit caſtitatis Suſannæ. Quaſi non tam fide dignum fecerit Danielem euidentia, qua adulteros ſenes falſitatis conuicit, quàm ſua ipſius caſtitas, inſuper & Suſannæ pudicitia. Cuius eximia caſtitas tantâ auctoritate pollebat, vt tuitio Suſannæ non tam nixa fuerit ſermone Danielis, quàm ipſius caſtitate. Caſtitas, vel tacendo falſitatis conuincit accuſatores, caſtitas interpellauit pro Suſanna, caſtitas eam fidem apud omnes obtinuit, vt ab omnibus indubiè crederetur. Vnde non in ſermone Danielis tuitio Suſannæ eſt, nam pro Suſanna caſtitas loquitur, & ab omnibus fidem meruit: quia caſtitas *fides generis* eſt. Quod videre licet in Iuditha hîc verſ. 31. quæ cùm caſtitatis laude eximiè polleret, credita eſt poſſe perficere facinus ſupra ſpes illuſtre. Et infrà cap. 11. verſ. 18. eadem met ipſa quæ Aſſyrij non crediderunt Achiori, certò crediderunt Iudithæ. Tantam habet credibilitatem pudicitia, quæ fidem pudoris laude mereatur pia caſtitatis ambitione!

202. Danielis auctoritas præmiata, à caſtitate.

Auguſtin. Maxim. Ambroſ.

Iudith.

§. XLII.

Impius dum bonum verè laudat, illum egregiè deuenustat.

103. Naz Orat. 1. de Theol. Non est cuiusuis Deum laudare.

SApientissima sapiẽtissimi Nazianzeni vox est: *Non cuiusvis est de Deo differere.* Deus enim non est is,qui egeat improbi,aut insipiẽtis linguæ adiutorio. Diuina mysteria silentio arcana,taciturnitate magna, prouulganda non sunt à quouis è triuio. Nam os improbum cùm prædicare ambit diuinas laudes, easdem egregiè dehonestat. Dum improba lingua probat illustrissima Dei encomia, magis illa improbat. Nam sicut eximia laus est à probis probari, ita ab improbis non probari, sed improbari laus est: *Non est speciosa laus in ore peccatoris*, Ecclesiastici 15; vers. 11. Suspicionis rea est laus,quam celebrat peccati reus. Iniquo enim grata est iniquitas,ęquitas odiosa est. Quid nisi impietatem approbabit impius? Inde propè dedecus est diuinæ perfectionis obsequium impietatis: neque enim Deus indiget iniqui laudatoris elogiis, quibus dum Deum prædicare exambit, suis laudibus magis culpat,quàm laudat.

Eccles.

104. Geneseos 24. vers. 50. Seruus ille Abrahami,cui creditæ sunt Isaac nuptiæ, Rebeccam diuino instinctu eligit, annuunt eius parentes, & cognati, sed cunctantur puellæ profectum; Abrahami seruus ægrè fert moras: & diligenter procurat reditum maturare; *Responderúntque Laban & Bathuel: A Domino egressus est sermo; non possumus extra placitum eius,quicquam aliud loqui tecum.* Hæc vltima verba sic habẽtur in Hebræa origine,vt scribit Mariana ibi: *A Domino egressus est sermo,non possumus tibi loqui bonum vel malum.* Quis non miretur insolentiam huius sententiæ. Fatentur Abrahæ cognati,Dei voluntatem esse vt Rebecca nubat Isacco;& ad illũ proficiscatur; & ideò aiunt super Rebeccæ profectu, non posse loqui bonum nec malum. Esto malum non possint loqui: (quis enim nisi improbus malum potest loqui de iis,quæ Deo sunt placita;) at de re,quæ Deo placet,& quã ipse quasi congruentem decernit toto diuinitatis consilio,cur bonum loqui non possunt? Imò quia à Deo profectus est sermo iste, bonũ de eo loqui possunt,& debent. Quis enim nisi planè improbus non dilaudet, quod Dei beneplacitum commendat? Profectò *non cuiusvis est de Deo differe, neque est speciosa Dei laus in ore peccatoris.* Neque enim quivis aptus est ad nuncupandas summas Dei laudes,ne eas commendatione adstruens, planè ipsa commendatione destruat. Præstat sæpe Dei elogia taciturnitate suspicere,quàm non satis mũdo ore confiteri? Vnde scitè aiunt: *A Domino egressus est sermo, non possumus tibi loqui bonum vel malum.* Nam propè consimilis audacia est loqui bonum, quàm obloqui malum: hoc profanat bonitatem Dei,illud culpat diuinas laudes.

Genes. Marian. Laus Dei à non bono homine,suspecta est.

105. Huius rationem insinuare videtur Dauid Psal. 8. v. 3. aiens: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* S. Hieronymus: *Fundasti.* Tertullianus: *Expedimisti laudem.* Verùm difficile est,quo pacto in ore infantis expedita & perfecta sit Dei laus. Nam infans est,qui fari nec scit,nec valet: quomodo ergo im impedito infantis ore, reperitur expedita laus Dei? S. Chrysostomus homil. 67. in Matthæum,sic interpretatur hunc locum: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Infantes autem & lactentes neque intelligere aliquem, nec laudare queunt.* Nempe eæ sunt diuinæ laudes, vt ligata infantium ora feliciùs illas explicẽt,& commendent,non garrulâ Rethorum facundiâ,sed infanti oris mussitatione, aut silentio. Sententiosè ergo dixerunt Bathuel,& Laban: *A Domino egressus est sermo; non possumus tibi loqui bonum vel malum.* (Alibi expediam quo pacto dixerit S. Chrysostomus, eũ qui nequit intelligere in hac mortali vitâ diuinæ perfectionis laudem, laudes diuinas egregiè perficere.)

Psalm. Hier. Tertul. l. de Anima, cap. 19. Inexpedita infantium ora expeditius Deum laudant. Chrysost.

106. Aliam rationem reddit Sanctus Iob, cap. 13. v. 7. Nempe cùm eius nõ bene amici,vt illum inimicè opprimerent, magnificis encomiis diuinas laudes extollerent, quo viderentur Deo religiosè adulari,vt Iobo insidiarentur, & à probitate deiicerent; sic Iobus inquit ad illos: *Nunquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?* Peccator enim ore tenus laudans Deum videtur causæ diuinæ patrocinari: causa autem Dei ea non est, quæ indigeat tam improbo, & imbecillo patrono, qui non fundabit laudes, sed euertet. Nam bona alioqui causa in ore non boni aduocati, bona non est,imbecillè nutat,& infirmè labat non à ratione causæ, sed à causæ patrono. Sed animaduersione dignum est, diuinas laudes in horum reprobo ore, dici mendacium,non quod re ipsa sint mentitæ laudes, sed quia veras laudes mẽtiuntur, & quasi mentitas publicant improbi homines. Prauæ linguæ deficit veritas etiam dum veritatem prædicat Prou. 96. v. 7. *Indecens est in ore stultorum parabola.* Symmachus *deficit.* Nempe apud homines deficit à veritate,desciscit à laude, etiam vera laus in ore improbo, Est etiam sua fortuna veritati.

Iob. Os improbum etiam veras laudes mentitur. Prou. Symm.

107. Psalmo 49. vers. 16. *Peccatori autem dixit Deus; Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Scilicet præcauet sibi Deus, ne pollutum peccatoris os dehonestet diuinas laudes: quasi malit quodammodò Deus ab impio ferè contemni,quàm laudari: nam iniuria contemptus fortè præstabilior est,quàm exaggeratior laus; hæc enim culpat, quem impij contemptus commendat. Lucæ 23. v. 9. Valde desiderabat Herodes videre Christum,& experiri coram miraculorum famam, & inde Saluatorem munerare absolutione reatus. Quapropter, *Interrogabat eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat.* Iure mirantur S. Patres arcanum silentij mysterium. Veretúrne Christi diuinior politia sermones conserere cum profanè politicis aulicorum moribus? Quare Christus obuius patrator miraculorum, expetitum miraculum coram beneuolo tunc Rege non edit, etsi non ad sui liberationem, saltem ad sui probationem, aut laudationem? Imò id veretur Christus, valdéque culpari timet, si à viris à palatij licentiâ impiis dilaudetur? Quod egregiè notauit S. Gregorius sic aiens: *Inquisitus ergo Redemptor tacuit, expectatus miracula adhibere contempsit; magis eligens apertè à superbientibus despici,quàm a non credentibus vacua voce laudari.* Planè eleganter de more Gregorius.

Psalm. Honestatur magis Christus cõtemptu quàm laude impiorum. Lucæ. Gregor. 10. Mor. c. 30.

108. Profectò cùm non sit speciosa laus in ore peccatoris,iure queritur Deus,quia enarrat eius iustitias ex ore immundo assumit eius testamentum. Hoc videre licet in Gentili Achiori, qui ferè toto cap. 5. huius libri multus est in prædicandis laudibus veri Dei,quem Hebræi colunt. Quod adeò infeliciter Achior persuasit,vt Deo contemptum,& sibi perniciem maximam attulerit, vt liquet ex vers. 26. illius 5 capitis. At sanctissima Iuditha hoc versans argumentum, & easdem veri Dei laudes ingeminans,

Iudith. Iudith.

Digitized by Google

ingeminans, tantam fecit laudum fidem, vt v. 21. polliceatur Holofernes se obsequiis & religione culturum Deum Hebræorum. Nempe improbus Achior vacua voce laudauit Deum, imò laudibus contemptibilem apud Assyrios reddidit: Sanctissima; verò Iudith sic speciosis virtutis laudibus commendauit, vt magnificum ostenderit etiam apud impiissimos Assyrios: ac si probitas laudantis sit laudum vigor.

§. XLIII.

Sub præsidio potentioris impunè delinquitur: nunquam ferè rea est malitia habentis patronum; nec secura est innocentia non habentis tutorem.

209. IN hostili regione versantibus, huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenda ceruix: & quia vnde malum timetur, vndecumque solerter præcauetur. Arguté ait Seneca: *Inter suspecta malè viuitur. Non enim beatum est, nisi quod intrepidum.* Nisi timor è pectore eiectus sit palpantibus præcordiis viuitur. Vix aliquis est, cuius ambitio non speret aliqua; nemo reperitur, qui plura non timeat Vnicum curarum asylum est potentior aliquis patronus, qui officiosius obligatus, clientis tutelam suscipiat: Sub hoc præsidio etiam malitia in tuto est. Qui verò potentioris adiutorio caret, obnoxius est cuiusque audaciæ, imbecillus est ad omnem hostem, expositus omnium calumniæ: *In vniuersum scire oportet, quod qui præstantioris ope destituitur, fit obnoxius maximis culpis, & criminibus,* ait Philo. Nempe ipsa virtus rea est in homine destituto Patroni ope; merita præmium ignorant, sanctitas criminosa est, innocentia culpatur, eruditio non sapit. *Væ soli*, Eccl. 4. vers. 10. Qui autem patronum adsciscit aut officiositatis artificio, aut obsequij ingenio, aut munerum præstigiis, aut consanguinitatis fœdere aut venustatis illicio, extra aleam est. Quis exarmet, quem potentia Mæcenatis obarmat? quis accuset quem potentis fauor excusat? Quis culpet, quem potens patrocinium iustificat; nemo audet insidiari malitiæ armatæ potentium ope. Vnde qui solus est, solus opprimitur, væ soli; nam solus omnium insidiis, & telis est expositus.

Sen. ep. 75.

Philo lib. *Quod deterior potiori*, &c.

Eccl.

210. Adhuc post multas expositiones, quas alibi dedi, grauidus mysteriis est locus ille Tertulliani vbi sic fatur: *Absit vt Dominus tentare videatur, quasi aut ignoret fidem cuiusque, aut deiicere sit consentiens. Diaboli est & infirmitas, & malitia.* Quod Deus tentet neminem, in confesso omnibus est? Nam tētatio Dæmonis negotium est. Verùm quo pacto dicitur, quod tentatio hominum, est diaboli infirmitas? nisi fortè fortissima sit infirmitas. Tot fortissimos viros exarmauit Dæmon tentando, tot virtute robustos prostrauit, & tentationes ab imbecillitate diaboli sunt? Imò à valentiore fortitudine, quâ protoparentes innocentiæ vigore fultos deuicit, quâ tot virtute proceres deiecit, qua ausus est Christum Deum tentando aggredi: *Ductus est Iesus à spiritu,* malo inquam, *in desertum, vt tentaretur à Diabolo,* Matth. 4. vers. 1. Planè petulans audacia, & impudens temeritas Christum tētationibus adoriri! Imò insigne infirmitatis documentum. In eremum diabolus ducit Christum, ad solitudinem trahit, vbi destitutus sit omni adiumēto, timens qualecumque patrocinium. Eleganter id aduertit Chrysostomus expendens præfata verba Euangelistæ: *Considera quonam illum assumens Spiritus duxerit, non in vrbem, neque in forum, sed in eremum. Tunc quippe maximè Diabolus aliquos aggreditur, cùm solos viderit.* O insignem patrocinij exaggerationem! Nempe audierat Diabolus vocem Patris Dei in Iordane publicantem, Christum esse eius naturalem Filium; suspicabatur illum personalitate Verbi fultum, deitate impeccabilem, totâ Dei omnipotentia obarmatum; & vbi illum considerat in eremo solum, audet eundem inuadere (quà dubitabat) aliqua spe victoriæ; quem nunquam in vrbibus aggressus est, vbi aut discipulorum, aut affinium, aut admiratorum turmis stipatus erat: Et cùm videt solum audacissimè aggreditur. Ac si plus timeat à patrocinio hominū, quam à Deitatis præsidio? Quid exaggeratius, quàm Dæmonem non audere nisi in solum, qui audet in Deum? Ergo hæc Diaboli tentatio, quæ audacia fortitudinis videtur, infirmitas imbecilla est; quippe quæ sic timet hominum patrocinium. Quis audeat aduersùs eum, qui fultus est potentium patrocinio, cùm ipse Diabolus vix audeat.

Tert. lib. de Orat. c. 8. Qui potentis patroni officio destituitur, timeat.

Matth.

Chrysost. hom. 5. in Matth.

Securitas à patrono.

Hinc homo de se infirmus adhærendo potentiori, captare præsumit securitatem aliquam, edoctus bruti fruticis ingenio. Expende præclara Tertulliani verba: *Video vitem adhuc teneram & impuberem intelligentem tamen iam opera sua, & volentem alicubi adherescere; cùm innixa, vel innexa proficiat. Denique non expectatâ rusticâ disciplinâ, sine arundine, sine cornu, si quid attigerit, vltrò amabit; & quidem viriosius,* (id est, virium efficaciâ) *amplexabitur, de suo ingenio, quam de tuo arbitrio properat esse secura.* Rusticana & inculta vitis à natura humilis, ambit sublime patrocinium, ne humi repat, exposita omnium vestigiis Necessitas intellectum dat, & voluntatem adhærēdi patrono; hoc arbitrium ingeniatur vitis, vt secura sit ab iniuriis vilitatis suæ, vt sublimiùs & ambitiosiùs propagetur totâ pampinorum ambitione. Hoc ingenium vitis est, quæ *de suo ingenio, quam de tuo arbitrio properat esse secura*: Et sic altas maritat vlmos ad sui patrocinium, sub quo valde eminet, & nimis secura est, ô quàm impunè versatur hic Iuditha inter Assyrios, sub præsidio principis Holofernis!

211. Tert. lib. de Anim. c. 19. Ingeniosa vitis patronum quærit.

Iudith.

§. XLIV.

Beneuolentia Superioris clypeus est, & corona subditi familiarissimi.

FAuor Principis meritum est candidati: qui eius gratiam aut officiosus, aut assentator meretur, statim dignitates meretur. Silent merita, quæ non publicat lingua fauoris: imò fauor artificiū merendi est. Nam prolixum, arduum, & impeditum est iter, quod per merita conficitur: ambitio fauoris, compendium merendi est: *Quis est ille, qui veritatis antistitem, ac propugnatorem, vnius diecula spatio, velut simulacrum ex argilla finxit?* Ait Nazianz. Quid potuit id præstare, nisi familiaritas Principis, aut muneribus, obsequiisq. mercata gratia: nam fauor arbiter meritorum est. Luc. 12. v. 14. accedūt ad Christum duo fratres litigantes super merito possessionis, eúmque litis arbitrum vltrò faciunt, & alterutri eorum ait Iesus: *Homo quis me constituit iudicem, & diuisorem inter vos?* Ad quæ verba sic fatur Ambrosius: *Nec iudex dignatur esse litium, & arbiter facultatum, viuorum habens, mortuorúmque*

212.

Nazianz. Orat. 1. Superior humanus dicitur meritorū arbiter.

Lucæ.

Ambros.

Digitized by Google

que iudicium, arbitriúmque meritorum. Pende hæc postrema verba, *Habens arbitrium meritorum.* Christus præmiator meritorum est, non imputator. Iudex est, non præuaricator: nec fictitiè imputat merita, sed vera remunerat. In die iudicij iustos aut iniustos homines reperiet, non faciet. Ergo tunc iudicium habebit, non arbitrium meritorum. Quid quæso, innuit Ambrosius aiens, quòd Christus viuorum, atque mortuorum iudex habet *arbitrium meritorum?* Num quia non iudicabit secundùm legis rigorem, & iuris apices: (vt aiunt) sed vt æquus arbiter, cuius prudens arbitrium pro lege est? id misericordia exigeret; at dies illa iusti-
213. tiæ seuerioris dies est. Planè Ambrosius humano idiomate de Christo iudice hominibus loquitur, & tacitè Principes, & iudices carpit. Quasi dicat, Humanus iudex sæpè pro arbitrio suo merita causæ aut repetit, aut dissimulat: beneuolentia, aut fauor cudunt merita. Christus Deus omnium iudex *arbiter meritorum est*, ne minùs æquè possit, quàm iniquè alij iudices valent. Ergo arbiter meritorum est, non cùm merita præmiat, (vt humanus iudex) sed cùm ea inspirat, & cooperatur nobiscum. Et ita
Arbitrium meritorum. dicitur iure habere *arbitrium meritorum*, quod alij iudices in collatione ipsa præmij iniustè sibi vsurpant. Et quidem aptè de humano Principe dixisset Ambrosius, quod habet *arbitrium meritorum*, & satis acutè perstringeret Superiorum mores, si semibarbarè accipiatur *arbitrium*, pro artificio, seu ingenio, quo solent Principes vti ad comparandas pecunias, sine noua tributi impositione, aut regij census impendio: Vt sic detur arbitrium reperiendi merita, sicut & colligendi pecunias. Saltem compertum sit, beneuolentiâ superioris sæpè non reperire habilem, sed facere; nam gratia Principis sublimat, protegit, coronat.

214. Psalm. Superioris fauor est clypeus & corona. Psalm. 5. v. 13. *Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Aut humano more loquitur de Deo; ac de humano Principe; aut liceat accommodatitiè hunc locum ad mores versare. Difficile est quo pacto beneuolentia Principis sit clypeus, & corona. Porro scutum bellum personat, corona victoriam importat: at bona volũtas, seu gratia Principis, blanda beneuolentia est, non dura militia. Et quidẽ pro *scuto* Græcè est generale nomen ὅπλον *armorum.* Ergo bona Principis voluntas clypeus est, quo protegitur ille, qui eiusmodi fauore fruitur, telum est, quod ferit aduersariũ: & corona qua præmiat merita, cuius arbitrium habet. Nam superioris fauor scutum est, quo quis defenditur ab aduersariorum iniuriis, & potentia: telum est, quo impunè ferit, quos lædere cupit: corona est, qua præclarè munerat merita, quorum arbitriũ habet ad nutum. Vnde Principis bona gratia pro scuto, pro telis, & pro meritis est. Imò corona, quâ nobilitatur augustè, qui Superioris familiaritate gaudet. Profectò quod iustè præstat Deus, quia Deus est; iniustè exequitur homo, quia iniustus est.

215. Matth. Christus Dominus fauoribus Patris Dei auctus erat. Matth. 17. v. 5. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Itaque ad Christum beneuolẽtia, & familiaritate Patris Dei notum, acce-
Lucæ. Ambros. Superioris familiaris vel violatione legis auget merita. dit leprosus ille, Lucæ 5. v. 12. aiens: *Domine, si vis, potes me mundare.* Et aduertit S. Ambrosius inibi: *Lex tangi leprosos prohibet:* & tamen *Extendens Iesus manum, tetigit illum, & confestim lepra discessit ab illo.* Cur tangit Christus leprosum, vt eum sanet? Nonne potest solâ voluntate curare, & verbo sanitates facere? *Si vis potes*, ait. Quid opus est tangere leprosum, *si leprosis tangere lex prohibet?* Opus est ad miracula facienda legem violare? Quid? vix publicaretur apud homines vnicè esse dilectum, & beneuolâ complacentiâ auctum, nisi faceret miracula quadam tanquam violatione legis? Nam Christum Deum lex Mosaica non obligat.) Quid? in hoc cognoscent homines Christum esse vnicè dilectum, & familiarem, si publicetur vel omissione legis patrasse miracula: & quod in aliis offensa foret, in ipso miraculum extitisse? Sic solent humani Principes à beneuolentia æstimare suorum familiarium actiones, vt vel legum violationes coronent, ac si forent merita, & omissiones pro miraculis reputent; qui vel delictis mercantur gratiam? Non sic Deus cui ab humano obsequio arctior familiaritas. Humanorum principum solet esse hoc vitium. Sic Holofernes c. 3. v. 12. Regis affinis, & familiaris, eos qui sponte se dedunt, vexat, & vastat, nam *ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum succendit*, contra iussum Nabuchodonosoris, qui cap. 2. v. 4. sic apud textum Græcum inquit: Iudith.
Tu verò egressus occupabis mihi omnem terminum eorum: & dedent se tibi: & conseruabis mihi eos in diem redargutionis eorum. Perimit Holofernes eos quos iubetur conseruare, & tamen sic meretur ampliorem Regis gratiam; Vide quàm liberè se gerat hic Iuditha sub Holofernis præsidio.

---

§. XLV.

Gloria, & opulentia potentissimum quemque exarmant: timor potentiæ appendix est.

Fortuna sublimior sæpè inuenit magnanimos viros, non facit: metus enim admittendi quod magni æstimant, detrahit virili audaciæ, quæ necessaria est ad preclara facinora. Pauper & humilis minùs ad iniurias fortunæ expositus est. *Habiliora sunt corpora pusilla, quæ in arma sua contrahi possunt, quam quæ superfunduntur, & vndique magnitudo sua vulneribus obiecit*, ait Seneca de Tranquil. 216.
Seneca. vitæ cap. 8. Animosior est pauper humilitas in viro forti: quam licèt appelles inopiam, aut egestatem, aut fortè pusillanimitatem; aut si voles, ignominiosum aliquod nomẽ impone, sed planè securitas est, & roboris ingenium. Quid non audeat pauper, & inglorius, cui nihil perire potest? aduersus quem ius fortuna non habet. At in diuitem, & multis honoribus auctum, vt tota fortunæ vis incumbit; ita metu angitur, ne subitò eripiatur, quod diu ipse acquisiuit, & quod feliciter possidet. Priuatus homo is est, cui noceri non potest: & inde animosior & audentior, & securior. Diuitem, & sublimem, timor amittendi felicitatem, reddit meticulosum, & pusillanimem. Tantúmque horum amittendorum pauor adimit, quantùm auita nobilitas suggerit ad generosa facinora, quibus conseruatur, & augetur gloria maiorum. Lucæ 22. v. 36. *Qui non habet sacculum, vendat tunicam suam & emat gladium:* Cur qui adeò est pauper, & abiectus, vt nec sacculum habeat, nec pauculos nummos ad vitæ sustentationem, iubetur vt vendat tunicam, quò emat ensem? An quia vilis paupertas obnoxia iniuriis est, & ideò armari debet contra audaciam potentiorum? An fortè Christus hic armat pauperes, & inualidos, quia plus ualent ad rem belli, quò minùs valent in re honoris, & diuitiarum? Profectò intrepidus fertur ad pericula, qui Pauper, & inualidus solet esse animosior. Lucæ.

qui nec tunicam habet,quam amittere poſſit. Neminẽ timebit qui nihil amittere timet. Inter medios hoſtes ſecurus eſt,qui nihil hoſtile timere poteſt. Qui autem multa habet,multa timet,quorum amittendorum metus ſæpè exarmat,quem viribus & induſtriâ armauit natura. Vulgò dicimus: *Quien tiene mas que perder,ſuele ſer menos atreuido.* Audacia autem,pugnandi vigor eſt.

217. Matth.

Matthæi 2.v.3 Idumæus ille Herodes,Hebræorum Rex,qui ob ſagacem animi induſtriam,& res benè geſtas,Magni cognomẽ ſibi fecit;regiis opibus imperatoriâ poteſtate & multæ ſobolis felicitate regnabat in Ieruſalem. Subaudit tres Magos è Perſide aduentaſſe, adoraturos infantem recens natum,& valde timet, timidéque expalleſcit: *Audiens autem Herodes Rex, turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.* Quid timeat Magnus Rex peregrinos rumuſculos? Quid magnanimus Princeps expaueſcat ad infantis aduerſarij nomen? qui non venit vllum trudere à terreno regno, ſed omnes donare regno cæleſti. Opportunè S.Chryſoſtomus ibi: *Audiens autem Herodes Rex, turbatus eſt: Semper enim granius poteſtas maiori timori ſubiecta eſt. Sicut enim rami arborum in excelſo poſitarum,etiamſi leuis aura flauerit, mouentur; ſic & ſublimes homines, etiam leuis nuncij fama conturbat. Humiles autem ſicut in conualle, plerumque in tranquillitate conſiſtunt.* Nempe Herodes ipſa ſuâ magnitudine concutitur,& ſublimi honore exagitatur: & qui à natura ſua magnanimus eſt, à regni faſtigio, ab opum ſuperbia, à liberorum numeroſa felicitate, puſillanimis redditur,& vel ſuſpicionibus inquietatur. Profectò Æneas Heroum typus, & magnanimitatis meta, dum patrem Anchiſem humeris tollit,& puerum Aſcanium manu nectit, vt è mediis hoſtibus eoſdem eripiat cum Creuſa coniuge, ſic inducitur à Marone 2. Æneid.

Opulentia Herodem [illegible], meticuloſum fecit. Chryſoſt.

Maro.

Hæc fatus, latos humeros, ſubiectáque colla
Veſte ſuper fuluíque inſternor pelle Leonis,
Succedóque oneri. Dextræ ſe paruus Iulus
Implicuit, ſequitúrque patrem non paſſibus æquis.
Ponè ſubit coniux: ferimur per opaca locorum.
Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela, neque aduerſo glomerati ex agmine Graij,
Nunc omnes terrent auræ, ſonus excitat omnis
Suſpenſum, & pariter comitique, oneríque timentem.

Audis Æneam dudum temerariè inuadere hoſtes victores; nunc trepidè meticuloſum,ad omnes auras ſuſpẽſum expalleſcere ne chara amittat pignora? Nec puduit Maronem inducere Heroum exemplar, nimis pauidum, dum præcauet ſollicitus, ne iacturam faciat rei chariſſimæ.

1.Regum 4 v.12. terga vertunt Hebræi victricibus Philiſtæorum phalangibus,& cæſis triginta millibus Hebræorum, ſacroſanctam Dei Arcam captiuant Barbari. Elabitur è prœlio quiſpiam Béjaminita, & ſummo ſacerdoti Heli renunciat Arcam Dei captam eſſe à Philiſtæis. *Currens autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo in die illâ, ſciſſâ veſte, & conſperſus puluere caput.* Quærunt diligenter interpretes, quiſnam fuerit hic vir de tribu Benjamin? Lyranus ibid. ſic ſcribit: *Dicunt Hebræi, quod fuit Saul, qui capta Arca, videns tabulas teſtimonij in manibus Goliæ, quas ex Arca acceperat, abſtulit de manibus eius, & fugiens reportauit eas in Silo.* Porrò expenſione, & admiratione dignum eſt, Saülem, Saülem inquam, qui cùm eſſet priuatus homo, ſic audax fuit, vt non tantum Goliæ [illegible], ſed de victricibus Goliæ manibus auſus fuit legis lapideas tabulas viriliter extrahere;

Saül priuatus Goliam vincit, Rex timet.

Lyra.

eundemmet Saülem,cùm Rex foret & regiâ opulentia,& gloria fulgeret,vel ad eiuſdem Goliæ occurſum muliebriter expauiſſe, 1.Reg.17. verſ.11. Hicne ille Saül, qui priuatus Goliæ inſultat; dudum Rex ſic timet, vt paueat cum illo congredi? Puſillanimus eſt à ſceptro, qui à priuata vita, ſic erat magnanimus? Nempè Saül iam Rex timet amiſſionem regni, famæ detrimentum, & deliciarum iacturam, quæ dum erat priuatus, non curabat. Vnde ipſemet,dum erat quidam è populo, timor erat Goliæ;& dum eſt populi Rex,expaueſcit ad Goliæ occurſum: & timet congredi cum eo, quem olim glorioſè ſuperauerat. Sic obeſt valentiæ felicitas? Profectò Saülis robur, & audax animus, dum priuatus erat, ſpes dabant rebus tunc præclarè geſtis, futurum ſtrenuum Ducum, quas fefellit regni felicitas. Vt vnius ſit Traiani laus(ſic eum adulatur ſuus Panegyriſta,)talem fuiſſe in re armorum dum erat Imperator,quem factis ſe pollicitus fuerat priuatus. *Tu quotidie admirabilior & melior: talis denique quales alij Principes futuros ſe tantùm pollicentur.*

1 Reg.

Plinius.

219. Geneſ.

Geneſos 15.verſ.1. detriumphatis quatuor Regibus, & detractis opulentiſſimis ſpoliis, magnus valde effectus eſt Abrahamus,regalibus diuitiis,& victoriæ faſtigio ſublimis. Tunc apparet illi Deus. *His itaque tranſactis, factus eſt ſermo Domini ad Abram per viſionem, dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus ſum.* Paulò antea Abrahamus audacter inuaſit victricia quatuor Regum caſtra,& illis deuictis & profligatis,prædiuiti ſpolio,& honore victoriæ auctus, quid nunc timeat, qui nuper intrepidus erat? Niſi fortè à diuitiis timeat, & ab honore expaueſcat? S. Chryſoſtomus cenſet Abraham timuiſſe quia ex prædiuiti prǫda remiſit multa. *Quare,* inquit, *dixit, ne timeas? quia tantas opes contempſerat non curatis his, quæ Rex dabat: hoc eſt. Ne timueris quod deſpexiſti tanta dona, neque anxius ſis quaſi imminutiores ſint tuæ facultates.* Imò quia auctæ valdè ſunt, ideò timet. Non timebat dum erat priuatus,dum minores habebat facultates; & nunc opibus locupletior, & gloria ſublimior,ob id timeat? Nempè Abrahamus potentia,diuitiis,& gloria auctus,conſultiſſimè tunc, tunc quidem iubetur bono animo eſſe. Præclarè S.Thomas ibi, *Noli timere, ſcilicet à quibuſcunque hoſtibus.* Nam modò cùm locupletior & honoratior es quemcũque hoſtem timebis,qui olim priuatus imtrepidè irruiſti in potentiſſimas Regum acies,& illorum robur fregiſti,& proculcaſti potentiam. Quaſi dicat Deus: Noui ego potentium & diuitum mores,qui ne quid amittant de opibus, de deliciis,de gloria, pauidi ſunt ad fortunæ alternantis vices:& qui dum erant priuati audaciæ ſecuritate tutiſſimi erant, poſtquam in poteſtatis faſtigio verſantur, meticuloſi ſunt, *& timent à quibuſcunque hoſtibus. Ergo ne timeas Abraham, ego protector tuus ſum.* Nimirum ne ſis minus intrepidus,dum Princeps es Palæſtinorum,(ſic illũ appellabant Hethæi,) quàm eras impauidus,quando aduena & peregrinus verſabaris ſecurus inter barbaricos Hebræorum mores. Sic potentia animos debilitat ac frangit,vt puſillanimem aut inueniat, aut faciat. Vnde Caſſiodorus palpans Theodoricum Gotthorum regem,qui Romanum imperium vi,& armis occupauerat,ſic laudat Gotthos,vt indicet potentia,& nobilitate Romanorum fulgere, & pollere audacia barbarorum, qui nihil habent quòd amittant præter ſordida tentoria, & ſubitaneas domos. *Gotthi (inquit) ſic ſemper fuerunt in*

Geneſ. Abraham dum potentior,timidior fit.

Chryſoſt. hom 36.in Geneſim.

S.Thom.

Caſſiod. 1. variar.Epiſt 25.

laudis

Digitized by Google

laudis medio constituit, vt & Romanorum prudentiam caperem, & virtutem Gentium possiderem. Nimirum Gotthi non impares sunt Romanæ potentiæ in gloriæ, & opulentiæ decore; at non inde metuunt amittere felicitatem auitam; sed æmulantur audaciam & temeritatem Barbarorum, quibus nihil adimere fortuna potest. Gotthi, inquam, sunt Romani, potentiæ gloria, sunt Barbari, intrepido furore bellandi. Quæ summa valentiæ laus est.

Holofernes Assyriis opibus, & Prouinciarum prædis opulentus, tot victoriarum triumphis valdè sublimis, diu obsidet animosos Bethulienses, numero paucissimos. Et hîc vers. 21. insidias molitur, & per manum feminæ, clanculùm exiguo & inermi populo insidiatur sollicitè, ne gloriam suam deuenuster, & immensi thesauri aliquam iacturam faciat, si non ita prosperè succedat conflictus. Planè insidiæ negotium timoris est. Timet à potentia, & gloria, qui formidabilis fuerat nationibus, dum non erat ita potens; nam gloria & opulentia dissimulatæ minæ sunt, & generosus fomes ad vilem metum. Quid timeat pauper, cui vel anima in confiscato est? Quid non timeat gloria diuitis, cui insidiatur vicissitudo fortunæ?

QVALIS DEBEAT ESSE INTERPRES Biblicus, seu Doctor Theologus, sapientia, moribus, eloquio.

ACHIOR Ammonitarum Dux, c. 5. à v. 5. huius libri, multa ex sacris Bibliis profano ore, & infelici suadelâ coram Holoferne, & Assyriæ summatibus dixit: quæ in hoc cap. 11. à v. 7. Juditha ingeminans, & fidem, & admirationem meruit. Dicitur enim v. 18. *Et mirabantur sapientiam eius, & sensum verborum*; Ergo quandoquidem ex viris sapientibus pendet populorum salus, vt ipsa Iuditha dixit, cap. 8. v. 21. *Et nunc fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite.* Quæ in commentariis horum verborum, sparsim dicenda fuerant, placuit hîc congerere. Et quidem cùm Doctoris nomen, & res doctrinæ constet, & publicetur Verbo, & Scripto, priùs agam de qualitate Doctoris, & doctorinæ; mox de eloquio Doctoris, quod videtur exigere horum verborum ductus: nam sapientia quæ admirationem, & approbationem exigit; & verborum sensus, qui ab omnibus intelligatur, & approbetur, hîc laudatur; quod necessarium est in Doctore, ex cuius sapientia & eloquio pendet populorum salus, & profectus. Vnde pretium operæ me facturum existimo, si nunc statuam, & obfirmem, (Verum quid rei litterariæ firmum est in hoc æuo? omnia nutant ab ingenita inconstantia;) qualis debeat esse strenuus Commentator: ne dum quisque merita boni Interpretis ex capite suo fingit, aut cudit de proprio cerebro; qui dissimilis appareat, vti adulterina moneta, reprobetur. In qua re, quanquam hæc ætas aperto Marte bellaturit, animum examinabo, vt decet diuiniora tractantes. Profectò dedeceret magnum illum Magistrum gentis humanæ Christum Deum, quippe qui & redempturus, & docturus totum mundum venerat, quem imbuit cælesti doctrina; si non etiam docuisset, qualis debeat esse doctor Theologus, & sacræ paginæ nobilior Interpres: cùm alia valdè minutiora, non prætererint Christi Dei magisterium. Num minora sollicitè curauit, & maiora oscitanter neglexit? Absit eiusmodi persuasio à cælestis scholæ religiosis alumnis. Ergo Christus Deus sic inquit Mat. 13. v. 52.

120. Iudith. *Necessarium est decernere quis sit optimus interpres* *Christus docet quis sit optimus interpres.*

Omnis Scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

Matth.

His verbis compendiosè definit, & disertè tradit boni & Catholici Doctoris, interpretis Biblici notas; qui huius lucubrationis labor erit, & materia. Et ne aliquis existimaret, non de Doctore Euangelico, sed tantummodo de Scriba Rabbino, siue Hebræo hîc agi, sic scribit S. Hilarius ibi: *Discipulis enim est locutus, quos Scribas propter scientiam appellat.* Attestatur Remigius hic, & Theophyl. ad Luc. 11. Liquidò ergo constat Scribæ nomine hic intelligi Scripturarum interpretem, seu Doctorem Theologum. Vnde dum hæc verba commentario illustro, & aliquali eruditione locupleto, simul notum faciam qualis debeat esse optimus Bibliorum interpres. Fuit enim prisci æui calamitas: quòd dum quisque propria odia vlcisci cupit, larua religionis id exequitur, virus sui pectoris insanè eructans in sanam doctrinam, & benè valentem Doctorem. Eleganter Seleuc. Orat. 39. sic fatur: *Ante omnia corpus Ecclesiæ seruemus incorruptum retentâ concordia possessione inspoliatâ. Ne dum mutua vlciscimur odia, rectæ fidei causam nos tueri simulemus.* De inimicis Basilij ait S. Nazianz. in Orat. pro ipso: *Quisquis molestiam exhibebat, in hæreticorum numero habebatur. Verùm hæc loca in 2. tom. quem apparo, ampliùs emedullantur.*

Hilar. Remig. Theoph. *Non quia inimicus noster, ideo est hæreticus.* Basil. Sel.

§. XLVI.

De Qualitate Doctoris, & merito doctrinæ, non est agendum apud vulgus; sed seorsim apud peritos.

221. Orig. Matth. Chrysost. Oecum. Impetf. Matth.

AD rem aduertit Orig. in cap. 13. Matth. ex quo S. Chrysost. Oecumenius, Impetfectus, & communiter interpretes, præfata verba dixisse Christum solis discipulis, dimissâ turbâ. Quod planè indicat Euangelista Matth. cap. 13. vers. 36. inquiens: *Tunc dimissis turbis, venit in domum*: & post aliqua ibi ait: *Omnis Scriba doctus, similis est homini patrifamilias, qui*, &c. Scilicet Christus Dominus explicaturus qualitates Doctoris Biblici, in secretiorem locum ingreditur, & turbas arcet procul, neque enim decebat, vt de proprietatibus, seu notis probi, aut improbi Interpretis, ageret Christus apud imperitum vulgus, apud turbas simplices & indoctas, apud pias feminas, &c. prorsùs ineptas ad censendum de qualitate Doctorum, & doctrinæ.

Solus sapiens sapientem percipit. Plinius.

Perbellè Plinius lib. 1. epist. sic Atrio scribit: *Vt enim de pictore, sculptore, fictore, nisi artifex iudicare: ita nisi sapiens non potest perspicere sapientem.* Quomodo enim plebis rusticitas, militum profanitas, laicorum ignorantia, feminarum garrulitas de probitate, aut improbitate Doctorum, & Doctrinæ, erit æquus censor? non enim capiunt verbum istud, quod Christus planè voluit esse absconditum ab eis.

Vulgus non sit arbiter diuinorum.

Neque imperitia populorum æquus erit arbiter diuinorum. Nam rem, quam sinistrè percipit, inepto ore tractat; & prolem, quam adulterinè concepit, vel abortat, vel spuriam parturit, aut odio, aut inuidiâ, aut inscitiâ pessimè obstetricante. Et dum Doctorem reprehendit de doctrina, simul fidei dogmata deuenustat, & per inscitiam, aut inuidiam subtiliores Theologiæ quæstiones profano ore vsurpans, impiè proculcat. Ergo in Christum peccat, qui recludit, quod Christus clausit.

Pasch. *Si ent um mysteriorum.*

Nefas est erumpere diuina silentia, ait Paschasius, lib. 1. cap. 8. Et sanè nescio quam maiestatem, siue humana, siue diuina mysteria à silentio combibunt: porrò profana lingua, quod silentium adorat: vnde taciturnitas iure dicitur muta quædam mysteriorum panegyris, eò eloquentiùs rem dilaudans, quò linguæ vitium minùs maculat rem laudatam.

Clemens.

Clem. Alexand. 7. Strom. sic fatur: *Multis in hodiernum diem videtur Maria esse puerpera propter ortum filij, cùm non sit puerpera.* (Id est, more humano, cùm post partum manserit Virgo,) &c. *Tales autem sunt nobis Scripturæ Dominicæ, veritatem parientes, virgines cum occultatione mysteriorum.* Expende hæc vltima verba.

Tertull. *Scriptura vt Maria.*

De Valentiniorum mysteriis sic Tertullianus adu. Valent. cap. 1. *Sancta silentio magna, solâ taciturnitate cælestia.* Cuius rationem paulò antè reddiderat: nam cùm Valentinianorum mysteria venerationem conciperent, & eorum cognoscendorum cupiditatem accenderent:

Tertull. supra. *Cupido sciendi opinionem, illa adisi at maiestatem.*

Opinionem suspendio cognitionis ædificant: atque ita tantam maiestatem exhibere videntur, quantam præstruxerunt cupiditatem. Christus imperitum vulgus surdum esse vult, cùm de Doctorum qualitate agit, illúmque arcet vt profanum ab sacri mysterij arcanis &

222. nescio qui apud Nazianzenum non bonas Doctorum notas, quas ipsi suspicantur, effutiunt in obuias aures, siue in foro apud plebeios aut ciuiles homines illiteratos, siue in matronarum conclauibus, siue in sacrarum Virginum gynæceis.

Nazianz.

Absit (verba sunt S. Nazianzeni orat. 1. de Theologia:) *ô amici & fratres: fratres enim adhuc vos appello, etsi parum fraterno erga nos animo sitis.* Dixerat paulò antè:

Non est disserendum de Deo apud quosque: præsertim apud feminas.

Non cuiusuis est de Deo disserere: addam etiam non cuiusuis temporis, nec apud quosque nec de quibusuis, sed certo tempore, & apud certos homines, & aliquousque hoc faciendum est. Quid ad hanc rem accommodatius dici potuit? Pergit: *Res hûc rediit, vt horum disputationibus, & forum omne constrepat, & conuiuia omnia huiusmodi nugarum tædio obtundantur, atque & festum omne, infestum sit: ac denique gynæcea simplicitatis alumna, turbentur.*

Nazianz.

Adhuc loquitur S. Nazianzenus orat. 11. *Et antè ne legem quidem foris lectitare cuipiam fas erat, nec confessiones, hoc est, vt mihi videtur, populi assensum inuocare, nunc conuersis rerum vicibus arcanorum atque mysteriorum arbitrium profanis permittimus.* Ergo præstat cum Christo Domino arcere vulgus ab istiusmodi tractatione. Procul, ô procul este profani! Doctiores tantùm admitto ad hanc lucubratiunculam, in qua traditur: Qualis sit bonus bibliorum interpres, seu bonæ notæ Theologus. Quod præsto dum singula Christi Dei verba sigillatim expendo, & illustro glossemate ab vtraque eruditione petito.

Similis.

§. XLVII.

Quilibet Sapiens, quamuis eximius, similem habet:

SCientia est præclarissima res inter eas, quæ in mortalibus vigent, & quæ hominem similem 223.
Deo reddit: est cælestis quidam vigor, & quasi particula Diuinitatis, quæ scintillans in intellectu humano, hominem altiùs euehit. At dum sapiens sapit alia à se, se non sapit, sapientiâ instigante, vt maiora de se cogitet, & æstimet.

Euripid. *Misera est fortuna sapientium.*

Disertè dixit apud Stobæum serm. 81. Euripides cuidam sapienti: *Ah miser, quàm debilem tibi fortunam dedit Dæmon: sermones tui valdè sapiunt!* Miseráne sapientum fortuna? quam ob rem? num ob improborum laborem, quo litterarum studium mortales angit, & vexat, & inescans dulci veritatis hamo, capit, debilitat, & frangit? An ob incertum præmium litterarum? nam sapientia materia est ad querelas, non meritum ad honores. Fortè censet debilem, & infaustam esse fortunam sapientum, quia scientia de se ventosissima est, qua elatus homo adeò superbit, vt cæteros despiciat, & se arrogantes omnibus præstare existimans, neminem secum comparari permittat. Porrò nemo est insigni præditus sapientiâ purâ & mera, aut permixta humilitate, & qui non tam magnificè de se sentiat, vt dedignetur si comparetur aliis: incomparabilis sibi videtur, & nulli similis: De singularitate famosus, de superbia monstrosus est.

Scientia extollit ad insolentiam. Chrysost.

Bellè S. Chrys. hom. 20. in prior. ad Cor. *Scientia sine charitate extollit ad insolentiam*: insolenter, & petulanter sapit, qui sine charitate sapit. Vnde aduertit Christus Dominus, loquens de Doctore Christiano, & Euangelico, quòd. *Omnis scriba doctus in regno, similis est homini.* Id est, non arrogantes sapit nec detrectat cum aliis similitudinem.

Loquens de SS. Gregorio Nazianzeno, Basilio, 224. Erasm.
& Chrysostomo, Erasmus in præludiis operum Nazianzeni, (accipe bonam notam à non bono auctore,) sic inquit: *Hos triumuiros vna tulit ætas apud Græcos, pietate pares, nec dispares eruditione,*

sed

Sancti Patres habent sui similes in doctrina.

sed dictionis charactere dissimiles. Quos si cum nostris conferre velis, Chrysostomus non dissimilis est Augustino, Gregorius Nazianzenus Ambrosio. Quem Basilio conferam nondum inuenio, nisi si quis scripturarum cognitionem, quam habuit Hieronymus, cum Lactantij felici felicitate copulet. Chrysostomus, hom. 20. in 1. ad Corinth. versans illud Pauli: *Scientia inflat*, ait; *Propter inanis gloriæ tyrannidem.* Sapienter quidem superbum animum à sapientia elatum tyrannũ appellat. Nam sicut tyrannus per vim regnum occupans, iura ciuium violat, facultates violenter vsurpat sibi, & despoticè cæteris antistat & principatur; & optimates reiicit, reprobat, proculcat: solus triumphat, detriumphatis cæteris, ac pessundatis per summam tyrannidem. Sic litteratus, si superbiâ effertur; tyrannicè imperiũ litterarum vsurpat; & tractat, cæteros despicit, & dehonestat, nec conferri ad illos patitur, vni sibi, per tyrannidẽ arrogans Sapientis nomẽ, & principatũ.

Chrysost. Inanis gloria tyrannus est.

Sapiens ne sit tyrannus sapientiæ.

Ambr. Remig. Ingenium est scientiæ, quòd glorietur in se.

S. Ambrosius, vel potiùs Remigius Abbas, in præfata Pauli verba 1. Cor. 8. v. 1. *Scientia inflat*: sic fatur; *Ingenium enim scientiæ hoc est, vt glorietur in se: ideò inflat.* Ac si dicat: Sapiens inani gloria tumens, non tantùm ingeniosus est, & acutus in materiis seu mysteriis scientiarum, in quibus, vt pollet ingenio, perspicax est, & plura videt, mẽtis acie penetrãs rerum, & mysteriorum secreta; sed etiam ingeniosus est eius fastus, & inanis gloria, & eius arrogantia acuta est, & ingenioso præcellit acumine; gloriam enim suam, & fastum, etsi inanem, argutè collocat, & ingeniosè fundat. Neque enim laudem suam ponit in exercitu inuicto, vt Imperatores: neque in amplissimo & florentissimo regno, vt Dynastæ; neque in opulentiore gaza, vt diuites; neque in pulchritudine, superficie tenus venusta, vt impudentiores pulchelli, aut mulierculæ. Hæc enim extrinsecùs adiacent, aliena ab homine sunt. At doctus in se ipso laudem figit, de scientia (re omnium pretiosa, & pulcherrima) sibi coalita, & medullitùs inhærente, sibi blanditur; quod acumen fastus est, & ingenium superbiæ: *Ingenium enim scientiæ, hoc est, vt glorietur in se.* In se ipso gloriatur, qui scientiæ causa inaniter effertur: *gloriatur in se*, qui recusat comparari cum aliis: nulli, quantumuis sapienti, similis videri patiens.

225. Valdè mirandum est, quam erant inflati sui scientia scioli quidam Corinthij, quos sic alloquitur Paulus suprà: *De iis, quæ Idolis immolantur, scimus, quia omnes scientiam habemus: Scientia inflat.* Quę verba commentans S. Chrysostomus hom. 20. priùs aduertens se agere cum perfectis, & scientia præditis, sic scribit: *Omnes scientiam habemus: non se solum ponit, sed omnes: non enim dixit: Ego quoque habeo scientiam; sed scimus, quòd omnes scientiam habemus. Atque hoc vno quidem primo deiecit fastum & arrogantiam.* Adeò alte de se sapiebant scioli Corinthiorum, exigua sapientiæ supellectili adornati, vt tametsi nouitij in Theologia, quam à Paulo didicerãt, adhuc cum tanto Magistro comparari minimè patiebantur. Paulus, inquam, erat Magister Ecclesiæ; Gentium Doctor, vertex Theologiæ, diuinior schola, qui audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et tamen cum discipulorum ventosissimos ab scientia spiritus, refert, affirmat Chrysostomus eorum *deiecisse fastum, & arrogantiam*, dicens, *Omnes scientiam habemus.* Scilicet contumeliam arbitrabantur superbissimi isti Doctores Corinthij, si eorum scientia compararetur cum sapientia Pauli? Adeò superbo Doctori odiosa est cum alio de scientia compara tio, vt vel

Paulus.

Chrysost.

Adeò superbiunt litterati, vt neque cum Paulo velint comparari.

Paulo similis esse, probri loco accipiat? Tantùm Deo similis esse cupit elatus sapiens: sic stultescit, sic inanescit!

Isaiæ 14. v. 12. *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris, qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, similis ero Altissimo.* Origenes S. Athan. S. Ambros. Eusebius, & communiter Patres, quos allegat Leo Castrius hic, hunc locum interpretantur de casu diaboli è cælo, cùm superbia elatus, dum se supra cælos efferri ambit, præcipitatus corruit ad inferos. Verùm cùm in cælo Lucifer conditus sit; vt docent Iunilius initio Hexam. Strabo, & Beda hic, Magister in 2. dist. 2. Hugo summæ sentent. tract. 2. S. Thomas 1. p. quæst. 61. art. 4. & alij passim, quomodo potuit affectare ascensum in cælum, vbi erat *In cælo positus, quomodo dixit: ascendam in cælum*; ait S. Hieronymus hic. Quis cupit conscẽdere vbi iam est? aut quis, quod possidet, ambit? Alias hunc locum ad mores verso luculentiùs, nunc non absimilem quæstiunculam ad rem magis, propono. *Similis ero Altissimo.* Nunquid similis Altissimo non erat, de quo dixit Ezechiel 28. *Tu Cherub extentus; Tu signaculum similitudinis:* quis desiderat quod habet? quis affectat, quod possidet? Frui licet, cupere non licet quod possidemus: & tamen superbissimè ait, *Similis ero Altissimo.* Porrò Lucifer ex Cherubinorum ordine erat: *Tu Cherub extentus.* Cherub autem idem est ac Rabbi, sapiens, & Doctor. Hic Cherubinus Doctor cùm nondum à Christo didicisset, quod *Omnis scriba doctus similis est homini*, tumens vanissimè inani gloria; *insolenter elatus*, vt ait S. Chrysostomus; *ingenio superbiæ*, vt inquit S. Ambrosius dedignatus per summum fastum, similis haberi sapientioribus creaturis, solam cum Deo similitudinem prætendit. Quo superbiæ tumore, sic exinanitus est, sic vilis effectus, vt illũ ex Cherubino Doctore traduxerit in stultissimum Dæmonem. Sapienter Philo lib. 2. Alleg. *brutam elationem*, appellauit: & quidem *ingenium scientiæ* brutam superbiam parturit. Sciat ergo *Omnis scriba doctus in regno cælorum*, quod *similis est homini*, ne arroganter paruipendat humanam similitudinem, diuinam ambiens. In primo homine idem suppetit exemplum. Creauerat Deus hominem similem sibi, imò sui imago erat: Genes. 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, & v. 27. *Et creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam.* Adamus itaque naturali, & supernaturali Sapientia præditus, & generis Doctor effectus, cupit & ambit similis esse Deo: *Eritis sicut Dij.* Gen. 3. v. 5. Quid optat quod habet? quid affectat quod possidet? Præclarè Greg. lib. 26. Moral. c. 19. expendens illud Iob. 41. *Omne sublime videt:* sic ait: *Apostatæ quippè Angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur.* Quasi dicat: Dum Adamus sapientissimus stultè dedignatur, similitudinẽ ad alios homines, & præsumit Dei similitudinẽ, Apostatæ Angeli pœnã subit, & sapiẽtiæ dotibus mulctatus, cõparatus est, & similis factus insipiẽti dęmoni. Hæc ipsissima res est, quã tractamus.

226. Isaiæ. Origen. Athan. Ambros. Euseb. Leo Castr.

Beda. Strabo. Magister. Hugo. S. Thom. Hier.

Lucifer ambit esse in cælo, vbi erat.

Ezech.

Matth.

Chrysost.

Bruta est superbia. Philo.

Genes.

Genes.

Gregor. Iob.

227. Demùm aduertere oportet, Doctorem, qui ob superbiam ambit cognationem cum diuina sapiẽtia, & præ fastu despicit cæteris comparari, adeò ob inanem gloriam vilescere, vt nemini mereatur esse similis; nisi sibi: quod summa [illegible] ectio est, & vilitas incomparabilis. Iob. 39. v. 13. *Penna Struthionis similis est pennis Struthiocameli*, seu *Struthionis*, quod idem est. Sic pro *Herodio* scribunt Pagninus in Thesauro, Isidorus Clarius & Caietanus hic. Sed

Struthio sibi comparatur.

Iob. Pagnin. Clarius. Caiet. Rabbini.

Mercerus. notant Hebræorum Magistri, & Mercerus, & alij interpretes pro *Struthione*, esse in originali *Pauonem*; quæ auis præclarè adumbrat hominē ab inani gloriā turgentem, sibi adulantem, & piè litterario fastu despicientem reliquos. De quā cùm dixisset Plinius. Plinius lib. 10. c. 20. pollere, *tum forma, tum intellectu, & gloria*. Subiungit; *Pauo gemmantes laudatus expandit colores, aduerso maximè sole, quia sic fulgentius radiant: gloriosum animal*. Quibus verbis depingi potuit expressiùs superbus doctor? ait enim *vigere intellectu, & gloria*; item cùm videtur, aut *laudatur*, expandere gemmatos colores *Aduerso sole*, scilicet ad cæli inuidiā, quia cùm explicat totam plumarum ambitionem, non vnus, sed mille soles scintillant in plumis; & conchata cauda iridi inuidia est, non æmulatio de venustate. Quat Pauus insolenter *forma intellectus*, & gloriā, dedecorat gemmantia sidera, & totam cœlorum pulchritudinem deuenustare existimat. Hanc volucrem ab *intellect u, & forma* superbientem, & despicientem terrenaª, & cælestes pulchritudines, vulgatus Tigur. Vatabl. Forster. Plin. interpres, cui suffragatur Tigurina, Vatablus, & Forsterius vocauit *Struthionem*, auem, aut potiùs quadrupedem monstruosissimam, & deformem, de qua docet Plinius lib. 10. cap. 1. esse valde *stolidam penè bestiarum generis, ad hoc datis pennis, vt currentem adiuuent*. Ecce tibi Pauonem auem *intellectu & gloria fulgentem*, & comparationem cum astris detrectātem, significatam nomine Struthionis, auis (vt sic dicam) quadrupedis, *stolida, & bestiarum generis*: Et quod maximè notandum est ad rem, eam non alicui à se diuerso (quod similitudo exigere videtur,) sed sibi ipsi Pauo seu Struthio dicitur esse similis: *Penna struthionis similis est pennæ struthiocameli*. Struthiocamelus autem ipsissima auis est, ac struthio. Vnde struthio struthioni sententiosissimè comparatur; & auis, quæ præ superbiæ typho abnuit comparari cum reliquis, adeò ob arrogantiam viluit, vt non aliis rebus, ne ab eius comparatione deuenustentur, sed sibi ipsi comparetur, quæ cōtumeliosa ignominia est. Quid enim tam probrosum quàm eum, qui nulli cōparari dignatur, nullam rem inuenire, quæ eius comparationem non dedignetur? Vnde ipse sibi comparatur: dicitur enim *Penna struthionis similis est pennæ struthiocameli*, ò Doctor Christianus, caue vt dicas in corde tuo, vnicus sum ego, & incomparabilis reliquis: Scito quòd *omnis scriba doctus in regno, similis est*, & quidem *homini*.

Homini.

§. XLVIII.

Quicumque Doctor, etsi sacctissimus, & doctissimus, est Homo.

228. Homo quam fit de se mendax. QVi hominem dixit, ignorantiam de se importat, quæ cognata vel agnata puro homini est à cunis, imò ab vtero, scilicet ex quo Adamus cupiuit esse nimiùm sapiens. Primi parentis superba ambitio diuinioris scientiæ, facta est filiorum stulta ignoratio: *Qui de vno vtero ignorantia eiusdem ad vnam lucem expauerint veritatis*, inquit Tertull. Tertull. Apolog. 39. itaque à conceptu, à vuluâ errorē trahont homines, *Errauerunt ab vtero: locuti sunt falsa* loqui nesciūt, & mētiri sciūt, infantes sunt, & fantur Pelus. mendacia: sine mēte, & voce & lingua, linguati sunt ad falsitates, vocales ad errorem. *Promptuariū vitij* hominē appellauit Pelusiota lib. 2. epist. 108 non tantùm quoniā eius mens prompta, expedita, & agilis est ad errandum; sed quia eius natura, ex quo in paradiso spoliata fuit donis cælestibus, abūdat diuite supellectile ad errores, opulētaque penus mēdacij est, & verus falsitatum thesaurus: vbi non inquilina habitat falsitas, sed vernacula, domi nata, & enutrita. *Vitij domicilium* dicitur homo à Philone Philo. Nazianz. lib. de mundi opificio. Sapienter S. Nazianzenus in Apolog. *ad eosdem*, &c. homines hoc vitium à parentibus mutuatos esse affirmat, etsi alij aliis, vt sunt sagaciores, aut simpliciores, magis, minusve dissimulent: *Cum omnes homines fraudulenter incedant, atque omnes ex eadem terra, & massa coagmentati simus, eandemque vitij arborem gustauerimus, vtcumque alius alio magis speciosam laruam prætendat*. Ac si dicat, omnis homo, quà homo est, eòque mendax est à proprio ingenio: nam ea hominis natura est, à primæuo delicto obscurata, si destituatur supernis fulgoribus. At alius homo alio veracior dicitur, quia mendacio speciosam laruam prætendit, & veritatis specie falsitatem dissimulat, & adulterinam, falsamque vt (nummum) veritatem cudit, specie tenus veram, reuera falsam; laruata veritas, nuda falsitas est.

Accedit fallacia sensuum, quibus plus fidei, 229. quàm par est, tribuit homo; & cùm vix vnam habeat mentem, eamque hebeti fors ingenia, (vt sibi plura sapere mentiatur,) tot habere ingenia, quot sensus arroganter præsumit. Tertull. lib. de Anima, Tertull. c. 14. recenset nonnullos philosophos arbitrantes animas hominum esse diuisibiles; & eos interpretatur, non quòd dixerint animas esse diuidua in membra, sed in potentias. *Non enim* (inquit) *membra sunt substantia animalis, sed ingenia, vt motorium, actorium, cogitatorium, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus*. Sensus ipsos, & brutas potentias Sensus humani ingeniosi sunt. *ingenia* appellat, quasi mente, & acumine pollerent sensus, & ad naturalem perceptionem obiecti, acutam & ingeniosam mentis operationem sensibus subinducit, & ab intellectu subtilitates ingenij mutuans, mentis æmulos efficit sensus. Huic non bonæ philosophiæ, antidotum propinat Philo lib. Philo. de Confus. ling. *Nōnne sensus omnes deprehensi sunt in falso testimonio? nōnne intellectus sæpe in rebus innumeris delirij coargutus est?* Quasi dicat Philo: Quid iactas cognitiones humanorum sensuum ab euidentia, & ab ingenio mentis æmulo, aut potiùs acumine mentem superante? Quoties intellectus vel à vino, vel à morbo, vel à senio, vel à non bona Homo quâ nunquam verum dicit, fit mendax non est. hominis indole, delirat? Quoties sensus ob falsum testimonium, quod de rebus exhibent, falsariorum supplicia meruissent? Nisi fortè quia sæpius sensus Simeon. Iprensis. fallunt, nunquam fallunt, nam *Spartianus, qui nunquam totâ vitâ suâ verum dixit, sed falsum semper*, (vt refert Simeon Iprensis lib. 5.) fortassis neminè fefellit: nemo enim adeò truncus est, qui aliquando credat mentienti semper. Porrò crebrum mendacium veritatem adstruit, non erogat: nam homo mendax tacitè affirmat, id negare quod asserit. Quod acutè ad hanc rem obseruauit Tertull. lib. Tertull. de Anima, c. 17. *Omnes itaque sensus euertuntur, vel circumueniuntur ad tempus, vt proprietate fallacia careant*. Ac si dicat, Sapientem nunquā fallit fallacia sensus, apud quem sæpe *sensus deprehēduntur in falso testimonio*: quia negās aliquid, affirmat oppositum: ergo mendacium quoddam verum est? à crebro mendacio falsitatē destruens, veritatē adstruens.

Dogma est Concilij Arausic. 2. Can. 22. tom. 1. Concil. Concil. Arausic. *Nemo de suo habet nisi mendacium: si quis autem habet homo veritatem, ab illo fonte est, quem debemus*

debemus sitire in hac eremo. Veritas itaque peregrina homini est, & aliunde petita, non naturalis, de se homo vbertim mendax est. Empyrea est veritas, non terrena, diuina non humana, ab illo vtique diuinitatis fonte anhelo ore expetenda, & expectanda. Adeò falsitatis suspecta est humana auctoritas, vt veritas recuset hominem. Mendacij rea est humana auctoritas, quà ab homine est: nam *omnis homo mendax.* Præclarissimus quisque hominum, quà homo erat, suspectus de mendacio fuit, & non bonâ, neque integrâ fide semper apud homines. Illustre illud fidei lumen Athanasius, in suspicionem erroris adductus est apud Constantium Magnum, aliàs litteratum, & religiosum Principem, vt habetur in Imperatoris epist. ad Concilium in Tyro, post Concilium Nicænum. Disertissimus, & ad miraculum vsque sanctissimus Christus Martyr Cyprianus, non bene audiit super decreto illo ad Iubaianum Episcopum rescripto, *de illicito, & profano hæreticorum baptismo*: vt habetur in Concilio Carthaginensi. 1. tom. Concil. sed res illa necdum erat definita. Chrysostomus eruditione, & eloquentiâ clarus, nec impari sanctitate, suspectus fuit Hieronymo in epistola ad Theophylum Alex. 3. tom. Biblioth. Prætereà ipse Hieronym. Maximus Ecclesiæ Doctor, Scripturam arbiter, & Ecclesiæ sidus fulgentissimum, non bonæ doctrinæ de officioso mendacio, & de infidâ translatione sacræ Scripturæ, &c. insimulatus est ab Augustino; vt liquido constat ex epist. 86. 87. & 88. August. quæ habentur 2. tom. Oper. S. Hieron. Ad quem, Augustinum scilicet, tandem rescribit Hieronymus epistol. 89. quam sic inchoat: *Tres simul epistolas, imò libellos tuæ dignationis accepi: diuersas, vt tu nominas, quæstiones, vt ego sentio, reprehensiones opusculorum meorum continentes.* Cæterùm neque ipse Augustinus ad Sapientiam, & sanctitatem natus vir, cuius libri ex defloratione Scripturarum, ex hæreticorum victoriis constructi sunt, effugere potuit censuram Gennadij Massiliensis Episcopi, Scriptoris antiqui, qui floruit anno 490. Is in Catalogo illustrium virorum, qui habetur inter opera S. Hieronymi tom. 9. seueriùs quàm par est censet contra Augustinum. Ideò in medium adduxi, quid magni viri de Ecclesiæ optimatibus aliquando seueriùs censuerint: (scilicet quousque rei veritas innotesceret,) non vt deuenustem egregia capita, quod absit à viro Catholico; sed adduxi viros omni exceptione maiores, vt ex occasione vel leuis suspicionis, planè sciatur, quàm non sit verax humana natura, cùm de tantis viris aliquid non verum, non dico comprobatum, sed aliquando suspicatum sit. Vt sciant gentes quoniam homines sunt: & ratum sit illustrissimi Caietani in Præfat. ad Pentat. *Solis sacræ Scripturæ auctoribus reseruata est auctoritas hæc, vt ideò credamus* (scilicet indubia fide) *sic esse, quia ipsi ita scripserint.* Quia *Omnis homo mendax.* Psalm. 115. v. 11.

Sanctissimi qui que insimulati falsitatis sunt, quousque res innotuit.

Constant. epist.

230. Conc. Carthag.

Hier. apud Theoph. Alex.

Augustin. Hier.

231.

Gennad.

Caiet.

Psalm.

Quin & S. Basilius in hom. præfata verba Psalmi refert ad simulationem stultitiæ coram Achis, 1. Reg. 21. v. 13. vt se Dauid tunc dicat, metu periculi ferè ad mentiendum, ora salinando, coactum: cùm eo ipso tempore dixerit: *Omnis homo mendax,* quia seipsum, quod nunquam solitus erat, simulata saliuatione, mentitum vidisset. Quis crederet Dauidem mentitum, nisi ipse id testaretur? Sed homo erat Dauid. Videat Isaias cap. 6. v. 5. gloriam Domini, & Seraphinos perpeti plausu geminantes laudes Dei, & eiulans clamauit: *Væ mihi, quia vir pollutus labiis ego sum.* Quamobrem disertissimus pro-

Basil. 1. Reg. Isaias.

phetarum, dum videt Dei mysteria, iussus ea scribere, etsi Spiritu sancto dictante, queritur de lingua? *Fortassè humanæ naturæ morbum confitetur,* ait Procop. ibi. Scilicet veretur Isaias ne diuina veritas, per suæ linguæ venam fluens, aliquid humani saporis combibat, & humana lingua adulteret virginem veritatem Dei, & polluta labia humana conspurcent diuina mysteria? Quæ Isaias Spiritu Dei instinctus timet, homo de homine præsumit! Imò Paulus ad Galatas 1. v. 11. *Notum vobis facio Euangelium, quod Euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem, neque ego ab homine accepi illud, sed per reuelationem* IESV *Christi.* In quæ sic S. Augustinus, tom. 4. in epist. ad Galatas: *Euangelium, quod secundum hominem est, mendacium est: Omnis enim homo mendax.* Quid luculentius? (Sed planè hyperbolicè dictum:) Quasi dicat: Quid Euangelio verius? sed quid homine mendacius? Esto; quia Euangelium sit, verum foret; at si ab homine tantùm fore Euangelium posset, falsum esset: plus falsitatis mutuans ab homine primo eius auctore, quàm veritatis, quia Euangelium esset. Esset enim Euangelium mendax? aut veritas falsa, si fieri posset; nam *Euangelium quod secundum hominem est, mendacium est,* inquit Augustinus. Et Tract. 1. in Ioan. explicare incipiens eius Euangelium sic plenus formidine, quia homo est, Commentaria auspicatur: *Aderit misericordia Dei, vt omnibus satisfiat, & capiat quisque quod potest: quia & qui loquitur, dicit, quod potest:* (id est, ipse Augustinus,) *nam dicere, vt est, quis potest? Audeo dicere fratres mei: forsitan nec ipse Ioannes dixit, vt est, sed & ipse, vt potuit, quia de Deo, vt homo dixit. Et quidem inspiratus à Deo, & tamen homo.* Et Clem. 6. Strom. *Non sunt fide digni de Deo dicentes homines, quatenus homines, neque enim qui homo est potest pro dignitate de Deo vera dicere imbecillus, & morti proximus de ingenito.*

Procop.

Ad Gal.

Aug.

Euangelium secundum hominem scriptum falsitatis foret suspectum, quà ab homine esset.

Aug.

Clem.

Præclarè confirmat, aut exaggerat quàm mendax sit natura humana de se, quod Christus Deus, noluerit vt homo credi, sed vt Deus, recusans fidem humanitatis meræ. Ioan. 7. v. 16. *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Christus Dominus & Deus, & homo est: Diuinitas purioris veritatis fons est, humanitas ab se certa, & indubia veracitate caret. Non credatis, ait Christus, quæ ego doceo, præcisè quia homo docet, sed quia Deus dicit, quod homo docet. Nam ego Deus, & homo sum: vt Deus volo credi, non vt homo: quia Deus omni fide dignus est: homo vt talis hac fide dignus non est: (humanitatem replico, cum fidem diuinam nego: procul calumnia: legantur hic S. Augustinus, S. Chrysostomus, S. Leo, Beda, & proceres recentiorum.) Res profectò admiratione dignissima! Christi humanitas deificata erat diuinitate, & excoctum erat in ea omne vitium humanæ naturæ, etsi puræ & integræ: & tamen Christus Deus dicit: *Mea doctrina, non est mea:* ac si dicat: *Qui credit in me, non credit in me.* Ioan. 12. v. 44. In quibus verbis non absimilis pugnantia reperitur. S. Ambr. lib. 5. de fide, c. 4. tom. 4. versans illud Ioa. 5. *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum.* Sic sapientissimè scribit: *Quomodo ergo non est verum testimonium tuum Domine, nisi secundum fragilitatem hominum? Omnis enim homo mendax.* Quid pulchrius? quid exaggeratius? ô quàm mendax de se est omnis humanitas, cùm enim summæ Sapientiæ indiuiduo nexu copulata, adhuc nutantis fidei videatur Ambrosio, quà mera humanitas est.

232.

Ioan.

Humanitas Christi refutat credi.

Ioan. Ambr. Ioan.

233. Hinc animaduertere oportet, quantoperè requiratur in Doctores eruditio, & Sapientia: non rudis simplicitas, & pia ignoratio, quæ diluere non valet naturam: nec pronam ad falsitatem inclinare ad verum. Matth. 19. v. 16. *Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, &c. Et dixit ei Iesus: Quid me dicis, bone?* Sic ex Græco originali scribunt Orig. tract. 7. in Matth. S. Hilarius. S. Chrysost. Auctor imperf. Gaudent. Tract. 7. in Exod. Et miratur Abulensis q. 110. in cap. 19. Matthæi, Christum Dominum non reprehendisse illos, qui Matth. 22. v. 19. tentantes dixêre: *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces*, & in non malum hunc adolescentem fuisse inuectum: Abulensis sunt verba: *Ex præcedenti quæstione patet non accessisse tentatoriè iuuenem hunc, quod non dixit ad tentandum, vel adulandum, sed volens honorare Christum.* Et tamen huic irascitur Christus, aiens: *Quid me dicis, bone?* & Calumniatoribus non dixit similiter: *Quid me dicis verax?* Quare pium adolescentem reprehendit Christus, & non reprehendit veteratores Scribas? Scilicet epithetum, quod apposuit adolescens *Magistro*, taxat, nempè: *Magister bone.* Non enim eminentia Magistri mera bonitas est, sed veritas. Vnde libenter admittit epithetom *Veri*, quod non bonus Scriba apposuit, nempe *Magister verax*, & in bonum iuuenem inuehitur, quòd dixerit: *Magister bone*, inquiens: Quid me dicis, bone? Opportune S. Nazianzenus

Matth. — Origen. Hilar. Chrysost. Imperf. Gaudent. Abulens. Matth. — Abul. — Præstantior Magistri laus non est bonitas, sed veritas.

234. Orat. pro Basilio: *Qui vel solos mores, vel solam doctrinam consecuti sunt, ab alterâ autem deseruntur: ij mihi nihil à luscis differre videntur, quibus tum magnum detrimentum sit, tum verò maior turpitudo, siue alios cernant, siue ab aliis cernantur.* Ergo & idiota sanctitate præcellens, & Doctor sanctitate carens, monoculus est, & altero luminum orbus. Verùm etsi propria laus Magistri, aut Biblici interpretis Sapientia, & veritas sit, optandum est maximè, vt vitæ laude, & optimis moribus etiam efflorescat. Nam vt egregiè Philo lib. Quis rer. diu. hæres. *Malum virum non est fas esse interpretem numinis*: ne luxurie morum contuptetur castissima veritas, & arcanos Scripturarum sensus adulteret; & seruire faciat erroribus, & impietatibus. Sapienter Clemens Alexand. lib. 7 Strom. *Qui solum quidem gustauere scripturas, sunt fideles: qui autem vlteriùs etiam processerunt in iis, quæ ad vitam pertinent, sunt perfecti gnomones veritatis.* Nempe sicut horologij radius certo indice demonstrat horam; sic scientia in viro pio, & bene morato. Nemo non omninò ignarus negabit quosdam ex Philosophis, & hæreticis, fuisse viros magno ingenio: sed ab eorum vitâ, & moribus deuenustatur veritas, si quam docuêre, & sordet ab ore prophano multis erroribus immixta. Magni æstimanda est vel opinio ex ore Nazianzeni, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, aut cuiuis ex sanctis Ecclesiæ Patribus; ex ore Platonis, aut Pelagij, aut Erasmi, veritas suspecta est. Pulchrè Philo lib. de Migr. Abrah. *Est quidem veritas opinione melior: vtramque tamen sua bona fortuna sequitur.* Fortunata est opinio inthronizata Sanct. Thomæ eruditione, & meritis, quæ à tanti viri auctoritate scintillat, & veritatem æmulatur ab eius amplitudine: cuius Angelicam doctrinam *vita auctoritas armat, & generis.* verba sunt Ennodij lib. 9. epist. 4. infortunata est veritas dehonestata profanorum hominum turpitudinibus. Fortuna est Veritatis, quòd à Hieronymi egregia mente fluxerit, naufragium veritatis est, si fortè aliquando (ó quam raro!) à sacrilego homine prodiit. Sanctitatis lixiuio diluatur naturæ humanæ vitium, virtutis spongiâ extergatur mendax ingenium. Sed quamuis extersus, & perpurgatus, sciat Doctor, quod homo est, & quod *Omnis Scriba Doctus similis est homini: Omnis autem homo mendax.* Audacter Pindarus apud Clem. Alex. 2. Strom. cap. 7. *Exiguam sapientiam sperat homo habere ab homine.* Beatus est, quem Deus docet mysteria Scripturarum: *Et beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non reuelauit.* Matth. 16.

Nazianz. — Doctus & sanctus est gnomon veritatis. — Philo. — Clemens Alex. — Veritati est sua fortuna: & quæ illa sit. — Philo. — Ennodius. — Clemens Alex. Pindar. Matth.

Homini.

Quod styli genus congruentius sit ad res diuinas tractandas?

O vtinam res ipsæ inter homines vocem ederent! Porrò si res loquerentur, essentias rerum nobis intimarent, nec falleret sensus nostros aliorum sermo, aut mendaciis adulter, aut rusticitate asper, aut venustate putidus, aut caliginibus mysteriosus. Iudicandum igitur est de Sermone. Nam vt ait Philo lib. 2. legis alleg. *Scriptura vult nos cogitare de sermone discreto: ait enim rationale, non inexaminatum, falsatumque, sed rationale iudiciorum: ac si dicas, indicatum, examinatumque.* Ne sit aut à rusticitate contemnendus, aut ab artificio eneruis. Vt concionatores non sint *Inanium verborum artifices suopte ingenio collabantium*, quod præscribit Nazianz. Orat. 24. Et quidem *Scriba doctus similis sit homini*, in eloquendo. Quomodo eloqui debent Dei mysteria? Isaiæ 8. v. 1. *Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis.* Quis est iste stylus hominis? Hieronymus inibi: *Stylo quo homines loqui consueuerunt.* Chaldæus: *Scripturâ clara.* Cornel. *Charactere, & litteris apud homines vsitatis*, sic tradenda sunt Dei mysteria a Scriba docto.

Stylus doctoris ne sit falsarius. — Philo. — Isaiæ. — Hier. Chaldæ. Cornel.

§. XLIX.

Sermo rusticanus, & incongruus Sapientem dedecet.

ISocratis apud Stobæum serm. 81. vox est: *Oratio tanquam bonus figulus, elegãti specie animam ornat.* 235.
Planè rusticam animam, se habere fatetur, qui vtitur sermone rustico, & ineleganti: nam ingenuus animus nobili, & ingenuâ elocutione præditus est. Vix congrua anima est homini incõgruè loquenti. Saltem inurbana est, & rustica: quia sermo natales prodit, dicente Ennod. lib. 7. epist. 21. *Testimonium generis annuncias flore sermonis.* Nam verba è cunis discimus, à parentibus, à gerulis, à nutricibus, à tota familia. Vnde rustica verba rusticam familiam eructant; florida, & illustria illustres natales spirant. Et quidem qui rusticanâ veste, & rudi soloce induitur, inurbanos mores, & rusticam animam habere videtur; Sermo enim vestis est animæ, seu conceptus; sicut litteræ sunt sermonis amictus. Ergo conceptus inurbanâ veste amictus incedit, qui inculto sermone foras prodit. Quod eleganter dicitur in actis Concilij Ephesinis verbis: *Sermo, quem proferimus, quo in alterutris locutionibus vtimur, sermo est incorporeus, non aspectui subiectus, non tactui tractabilis: Sed cùm sermo induerit litteras, & elementa, visibilis fit, aspectu comprehenditur.* Pende τὸ *Sermo induerit litteras.* Litteræ enim vestimenta sunt sermonis; & sermo vestimentum est mentis, & conceptûs. Ergo quemadmodum vestis aut vrbana, aut rustica, prodere solet genus, aut illustre, aut obscurum;

sic

Isocr. — Elegantia styli nobilitatem prædicat, & contrà. — Ennod. — Concil. Ephes.

sic sermo. Ergo *Testimonium generis annunciatur flore, aut rusticitate sermo ...* Prædicante Iona Niniuitis ... Ionæ 3. vers. 5. *Peruenit verbum ad Regem Niniue, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum a se, & indutus est sacco.* Quæ verba sic commentatur interlinearis Glossa: *Humiliauit se deponens altitudinem potentiæ, & eloquentiæ.* Ecce tibi quàm nobilis sit eloquentia, imò quam regalis, & augusta! quippe in solio sedet, de solio loquitur.

236. Basilius Seleuc. Christi Dei disciplinam, quâ dum in terris ageret, homines instruebat, appellauit, *Doctrinam nouam, & de cœlo allatam politiam*; non rusticitatem, non inciuilem doctrinam; sed comptam, politicam, vrbanam, & homine ingenuo dignam: ne quis prætextu virtutis, eloquij sui rusticitatem excuset; quasi non sit doctrina Christi Dei quæ nō sit rudis, incompta, & inurbana. Quin potiùs, quę è cælo est, nitida & venusta, & vrbana est. Iussit impius Manasses Iudææ Rex. Isaiam virum principem & disertum, liberè prophetantem occidi immanissimo tormenti genere; scilicet reciprocatâ serra medium Prophetam dissecare: Quam ob rem sæuit Manasses in Isaiam, virum & regio sanguine, & sermonis facundia reuerendum: nec adeò atrociter furit in rusticanos alios prophetas? Scilicet acriùs Regem pupugit acumen culti sermonis, quàm ruditas incomptæ aliorum loquelæ. Timet impius Rex Isaiæ facundiam, negligit aliorum rusticitatem. Pulchrè ad hanc rem S. Zeno Veronensis serm. de mart. Isaiæ: *Intra loricam sacri pectoris, fidei comitium prædicationis politica litterarum curiam requirebat Manasses.* Singula Zenonis verba limatam Isaiæ eloquētiam celebrant. Non Prophetam vocat, *Fidei comitium.* Comitium enim significat locum vbi candidati ambiētes reipublicæ Magistratus, conueniebant, ibique cultas, & disertas orationes habebāt ad Quirites. Deinde Isaiam appellat *Curiam literarum politicæ prædicationis.* Nec illum appellat Academiam litterarum; etsi posset ob sapientię amplitudinem; nam fortè erit in aliquo gymnasio aliquis litteratus, sed incomptus, & inelegans eloquio: Cuius sapientiam *Brutam litterarum peritiam* appellauit sanctus Nazianzenus Orat. 15. Illustrius vocabulum adinuenit Zeno, scilicet *Curiam litterarum.* In Regum enim Curia limatior sermo viget, & comptior stylus. Ergo pectus Isaię erat propter omnimodam Sapientiam, Academia litterarum; ob politum eloquium, *Curia* Regum, in qua cultus sermo floret. Vnde rectè dicitur. *Curia litterarum politicæ prædicationis*, non barbaræ, non rusticanæ. (Non diutiùs immoror in expensione huius loci, quia alibi eundem aliter verso.) Vidéne oculis accurato studio comptum sermonem, & curia dignum, non fuisse indignum, qui inueniretur in Sanctissimi Isaiæ ore? & quidem *Politicam* Isaiæ *prædicationem* exhorruit impius Manasses, non rusticanas aliorum conciones. Benè ergo disciplina Christi dicitur à Basilio *à cælo allata politia*, non rusticitas, non barbaries, & hiulcus sermo, aut malè sonantia verba.

237. Paulus ad Ephes. 4. vers. 29. *Omnis sermo malus non procedat de ore vestro.* Quam sententiam sic intellexit Clemens Alexandr. 1. Strom. *Turpe verbum, vel putridum, ex ore vestro non exeat.* Porrò qui moram sermonem non comunt, sed omnem politiam verborum execrantes, ex tempore verba faciunt, iurè timendi sunt, ne *omnis sermo malus procedat* de ore eorum, id est, verbum non lima politum, sed futile aut temerarium, quod bellè dixit Alexand. Clemens: *Verbum turpe*, hoc est obscœnum quid sonans. (Hispanè, *Pullas*,) vel *verbum putridum* id est, malè olens, aut corruptum, obsoletum, exoletum. Eiusmodi autem verbis putridis medicinam dicit Apostolus in illis verbis ad Colossens. 4. vers. 6. *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.* Nomen *Salis* Gratiam interpretatur Origenes, & Cornelius Eloquentiam: legatur ibi. Quasi dicat: Sermo vester non sit alienus à gratiis, satiatur gratiarum lepore, & pigmentis, & sic præseruatur à putredine, vt à concionibus exulet. *Turpe verbum vel putridum*, quod audientium naribus ridetur, & perdit Concionum grauitatem, & verbi Dei fructum.

His affines sunt, de quibus ait Quintilianus lib. 8. cap. 5. sunt *quifugiunt, atque formidant omnem in dicendo voluptatem, nihil probantes, nisi planum, & humile, & sine conatu: ita dum timent ne aliquando cadant, semper iacent.* Quid ergo præferendus est sermo nimis artificiosè elaboratus & cultus? (quem barbarè Criticum vocant.) Siquidem Paulus ad Hebręos 4. v. 12. inquit: *Viuus est sermo Dei, & efficax.* Et mox de eodem Dei sermone viuo & efficaci, subiungit Paulus: *Et discretor cogitationum.* Quid est hic *Discretor*? Eruditè noster Ribera ibi, *Discretor Graecè κριτικός*, Criticus sermo. Ergo Dei sermo viuus & efficax, dicitur Criticus. Ride huius æquiuocationis inanes nugas, nam hic sermo Criticus, est sermo index. Profectò dictionem nimis artificiosè cultam perstringo §. sequenti: enimuerò nugatur, non concionatur, qui sic loquitur.

---

§. L.

Sermo nimis artificiosè cultus in Concionatore, garrulitas est, & Euangelij contumelia.

Nemo fuit nimis artificiosè cultus in sermone, qui culturam non abiuret, & palam detestetur. Nequit esse de eorum grege, cuius re ipsa est. Palàm negat verbis, quod verba ipsa culta, quibus negat, palàm faciunt. Pudet dici, quod est: & non pudet esse quod dicitur. Nemo libenter se cultum esse audit: etsi cultis verbis abneget culturā. Quod bellè aduertit Ennodius lib. 2. epist. 17. *Sui impugnator est quisquis elucubratis sermonibus linguæ cultum prædicat abiurari. Nemo peritiam pomposa elocutione damnat.* Ingeniosi nomen à cultura ambit; & probrum nominis fugit: quasi nomen re vacuum infamet; & non res ipsa quouis appelletur nomine. Nec miror; nam nimis artificiosè cultus sermo litteratum hominem, & grauem dedecet; & ad theatra, & amatoria riualium carmina ablegandum foret. Saltem Concionatorem non decet, qui Sacri Doctoris personam agit, non tenebrionis, non histrionis, non fabulonis. Et sanè auditorem litteratum, & grauem contumeliâ afficit: nam nimis electus, & phaleratus sermo sapienti auditorio grauis est, & permolestus, & cano senatu indignus. Fortè Ennodius iuuenili ingenio & facundia quondam lusit, & lib. 3. epist. 24. ita scribit: *Electi vtor styli testimonio, qui Doctis supra inscitiam garrulitate displicet.* Quasi dicat; dum nimis stylum elaboro, garrulus à sapientibus dicor, & quod ego peritiam ingeniosam putabam, illi inscitiam, & ignorantiā censent; arbitrantur enim deesse menti, quod redundat in facundia; & paupertatem conceptuum, electo stylo suppleri: & verba

Marginalia: Ionæ. Glossa. Basil. Sel. serm. 3. Sermo elegans dicitur è cælo allata politia. Zeno Ver. Isaias ... dicitur ... sapientiæ. Nazianz. ad Ephes. Clemens Alex. Verbum putridum exulet à concionibus. Clem. Alexand. Ad Coloss. Origen. Cornel. Quint. Stylus qui attolli timet semper iacet. 238. Stylus nimis comptus garrulitas dicitur. Ennod. Ennod.

verba me dare, non res. Vel inquit *Doctis supra inscitiam garrulitate displiceo*: nam dum res lacias lucubratis nimium vocibus tracto, valdè cultis verbis, & vernante facundia mysteriis detrahitur. Mallent vt inscius essem, quam garrulus. Id genus nitidi sermonis fastidit Seneca epist. 59. aiens: *Si recentiorem quæris Fabianum disertum & elegantem, orationis etiam ad nostrum fastidium nitidæ*. Disertè inquit Plutarchus ad suum Traianum in Polit. *Viri ciuilis oratio ea sit, quæ neque recens, & theatralis, tanquam ostentantis cuiuspiam, & mollibus, atque floridis nominibus innectentis serta videri possit*. Dilliminanter carpit vitia huius æui. Nempè ne oratio sit *Recens*, id est, voces nuperrimè excogitatæ: aut *Theatralis*; à theatris petita vel idonea theatris: *Ostentans* ad acumen ingenij ostentandum & captandam inanem diserti gloriolam. Ne nomina adeò selecta, & florida sint, vt non texere sermonem, sed *nectere sertum* videatur. *Hi* (ait Nazianzenus Orat. 1.) *figmentorum venustate, verborumque lenocinio, quasi præstigiis quibusdam aures, animósque ludificantur*. Picata enim sermonis accidentia non sunt laudes, sed vitia, & conuitia orationis; non sunt sanitas sermonis, sed morbi. Vnde Paulus ad Titum 2. v. 8. illum hortatur, vt afferat ad concionem *verbum sanum*.

Seneca.

Plutarch.

Ad Tit.

239. Nemo Scriptorum aut Veteris, aut Noui testamenti, par fuit Isaiæ in sermonis facundia. Nam præterquam quòd à natura elegans erat, quia fuit è regia stirpe, in Regis aula, & inter aulicos versans, eloquentior cæteris euasit. Et tamen ipse metuit, quod nemo alius imperitorum. Viderat Deum in solio maiestatis, famulitio Seraphinorum sublimem, & ostentantem solito augustiorem gloriam. Isaiæ 6. & dixit, (sic scribunt LXX.) *O miser ego quoniam compunctus sum: quia cum sim homo, & immunda labia habeam, Regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis*. Quis non miretur, cæteros Prophetas, plerumque rusticos homines, & pastores, & Apostolos piscatores, nunquam legi, tam grauiter lamentatos, eo quod visionem quantumuis sublimem essent verbis expressuri? Moyses nuper pastor non timet, totius Pentateuchi mysteria manifestare: rudes alioqui Prophetæ audent suas scribere prophetias: Ioannes heri piscator excipit diuiniora Sacramenta, & audacter intonat Euangelium, & pandit Apocalypsim: & vnus disertissimus Isaias se excusat à tanti mysterij scriptione, allegans labiorum pollutionem? Quænam hæc labiorum Isaiæ pollutio, qua cæteri carent? suspicor nullam esse aliam, quam sermonis venustatem, qua formidabat deuenustare diuina mysteria: electum stylum, & sermonem cultum verebatur, quò egregiè excelluisse Isaiam, aduertunt Interpretes, præsertim S. Zeno Veronensis in sermonibus de laudibus Isaiæ. Quod indicare videtur Orig. homil. 1. in Leuit. & Hector ibi suspicatur, ideò lamentari Isaiam, quia intellexit ex ea visione se ad concionandum missum. Verebatur, inquam, disertissimus Isaias ne dum homines in eius narratione sermonum venustatem mirantur, aut prætereant mysterium, quod prædicatur, capti eloquij suauitate, aut minus æstiment mysterium, quasi à magnificis Prophetæ verbis, non à re Dei: & velut fulcrum non Dei testimonio, sed eloquentiæ maiestate. Scilicet timebat Isaias, ne ob sermonis leporem esset de numero eorum, qui adulterant verbum Dei, quod
240. non *persuasibilibus humanæ sapientiæ* aut eloquentiæ *verbis*; sed solius Dei testimonio credi debet. Metuit Isaias ne dum magnum mysterium exquisita eloquentia commendat, mysterium facundia deuenustet. Eleganter S. Nazianzenus Orat. de laud. Athanas. *Fuit quondam tempus cùm res nostræ* (hoc est Christianæ) *florerent, ac preclarè se haberent; cùm nimirum superflua hæc, & verborum lepore, atque apte fucata tractandæ Theologiæ ratio ad diuinas caulas ne aditum quidem haberet*. Scilicet lepida elocutio grauitatem mysteriorum damnat. Huc in simili de Euangelus, alludere videtur Basilius Seleuciæ Orat. 43. inquiens: *Oportet prædicatione Euangelium damnatum tenere*: Ecce tibi Euangelium prædicatione damnatum. Exquisita concionatorum elegantia, non prædicat Euangelium; sed culpat: ac si artificio sermonis, non rerum maiestate, & diuino testimonio persuadendum foret. Nam exquisita in vestibus, aut in pigmentis lenocinia, pulchritudinem non augent, sed fœditatem indicant, quam occultare festinant fuco lenocinij. Grauem matronam pigmenta dedecent: & cerussata sententia dehonestatur elocutionis adiumento? Ergo *Prædicatione Euangelium damnatur*. Adde quod prædicatio seu doctrina quæ adsciscit tot lepores verborum, non videtur res Dei, Sapientum judicio. Quis enim credat veras esse humilitates Christi Dei prædicatas tanta verborum ambitione? Concionator damnat sermone, quod verbis prædicare contendit: ipse sibi fidem detrahit: & cùm superbè res Christi prædicat, Euangelium fabulam facit: *Ergo prædicatione damnat Euangelium*. Et quidem indubium est elegantiores mores non habere, qui sic elegantiores sermones fundunt. Non satis virgo mens est ei, cuius luxuriat stylus. S. Nazianz. Orat. 28. in concionatore *sermonem meretricium* taxat. Ambitio verborum non est index humilis animi: Nam *qualis sermo, talis & vita*, ait Clem. 3. Strom. Præco sui est, non Christi, qui sic buccinat Christum. Ergo qui se prædicat, Christum reiicit: *& prædicatione damnat Euangelium*. Et planè traducit Euangelium, qui theatri lepores traducit ad Ecclesiæ pulpita. Heu! theatrales sermones admiratur Christianus populus. Grauissimè inquit Nazianzenus Orat. 26. *Pietatem nostram simplicem priùs, artisque expertem fucauerunt, & nouum quoddam politices genus effecerunt, à foro ad sancta translata: & a thetris ad abdita sacra, profanisque oculis minimè inspectanda. Vt si audaciùs loqui liceat, duæ iam scenæ sunt, hoc discrimine inter se disiunctæ, quòd illa omnibus pateat, hæc quibusdam; illa rideatur, hæc honore floreat; illa denique theatrica, hæc spiritualis nominetur*. Quid opportunius? Profectò, qui sic Dei verbum tractat & proprio ingenio damnat Euangelium; & proprij ingenij substantiam dissipat, instar adolescentis prodigi, prodigè in eloquentià luxuriando. Quod bellè notauit S. Chrysologus serm. 5. cùm de filio prodigo, ait: *Hinc est quod luxuriosus per desideria secularis eloquentiæ, & per scholarum lupanaria dissipauit Dei patris, dementi dispensatione substantiam*. Hoc est, facundiæ lasciuia malè perdit boni Patris substantiam, & Euangelij opes. Sapienter eloquentiam speciem luxuriæ fecit ob nescio quem pruritum. Et Ennodius lib. 6. epist. 12. sic rescribit cuipiam facundissimo: *Romana hoc, & nimium artifici subtilitate flagitasti. Sed nos contra fabricatos munit simplicitas, nullis colorata vestigiis*.

Zeno Ver.
Origen.
Hect.

Nazianz.

Basil. Sel.
Nimia styli elegantia Euangelium damnat.

Nazianz.

Clemens.

Chrysol.

Ennod.

241. *Sermo nimis artificiosè cultus, barbarus est, & barbaros facit audientes.*

Cæterùm Sapientibus infensi erunt, qui vt ab electo stylo plausus in concionibus excitent, & vt imperitorum acclamationes audiant, verba nouant, aut antiquata resuscitant, insolentias vocum, & nescio quas vocabulorum audacias inserunt orationi; abstrusos

Nimia eloquentia deuenustaret Scripturam.

Isaiæ.

abstrusos sensus insinuat, & acumina verbis mentiuntur, specie quidem, mysteriorum grauida, re tamen euanida, & futilia. Bene S. Chrysologus sermone 110. sententias philosophorum *spumosas* appellauit: nam spuma superbè inflata mox detumescit in nihilum. Equus saliuet frænos: Euangelici concionatoris non spument ora fæce verborum. Portò quidam ingeniosio verborum artificio, sensus ingenio vacuos sub caligine vocabulorum indicant, non ostendunt. His verborum præstigiis eloquentiæ peritiam captant: At hæc peritia non est; sed barbaries. Quia sermo quantumuis cultus, & elegans, qui ab audiente non intelligitur præ obscuritate barbarum facit eum, qui loquitur, non cultum, & disertum. Quod benè peritus Clemens Alexand. docet 1. Strom. *Si non nouero vim vocis, ero loquenti barbarus, & loquens mihi barbarus.* Quamuis sermo tuus eleganter concinnus sit, & ad miraculum vsque cultus, & scintillans maiestate dictionis: si audientes verborum sonos excipiunt auribus, & rem non percipiunt, eris illis barbarus, non cultus. Imò & auditores barbaros reddes. Nam barbarus erit, & incultus, qui vel audientem non intelligit, vel audit quem non intelligit: nemo enim sensatus diu præbet auditum sonantibus verbis, nihil ipsi significantibus. Ergo barbarus erit, & barbaros faciet, qui sic loquitur, non cultus, & peritus: vel potiùs à perita cultura barbarus erit. Lucæ 10. v. 21. Christus Dominus gratias agit Patri, quia diuina mysteria Sapientibus occultauit, & reuelauit paruulis. Quinam sunt hi paruuli, quibus reuelari sua mysteria Christus gaudet? S. Ambros. ibi: *Paruulum hic accipiamus, qui se exaltare non nouerit, & phaleratis sermonibus, artem sua iactare prudentia.* Itaque Christus Deus gratias agit Patri, eò quòd Diuina mysteria prædicanda tradiderit hominibus, qui ambitiosâ eloquentiâ, & phaleratis sermonibus non vtuntur. Nam à verbis phaleratis, & cultis, non ardet, sed friget audientis animus. Pulchrè S. Nazianz. Orat. 4. *Sermonem, quem laudibus alioqui offerens, cessantem tamen crebris verborum niuibus impetebas.* Elegantes sermones appellat niues, imitatus Homer. 3. Iliad. Profectò cauendum est, ne elegantia sermonis *Solæcismum faciat in spicâ operis.* P. Damianus serm. 19. Ergo sermo non sit, nec rusticus, nec nimis cultus, & præ obscuritate barbarus. Sit ergo cultus, & elaboratus ad gratiam, & perspicuus ad intelligentiam.

Chrysol. Clem. Alexand. Lucæ. Ambr. Verborum nix. Nazianz. Homer. Petr. Dam.

§. LI.

Sit Sapientis Sermo limatus & comptus.

241. Senecæ iudicium in hac re magni faciendum est. Is epist. 73. sic scribit: *Verba non ieiuna esse, & arida volo, quæ de rebus tam magnis dicuntur: neque enim Philosophia ingenio renunciat: multum tamen operæ impendi verbis non oportet.* Vetat Sapientissimus vir sermonem ambitiosè elaboratum: at verba non debent ingenio renunciare: & quidem est suum ingenium in verbis. Non enim sufficit generosos, & subtiles conceptus mente inuenisse, nisi generosè eos in lucem per verba emittas: portio ingenij est ingeniosè eloqui quæ ingeniosè concepisti. Nam homo rusticus sæpè subtile quid mente adinuenit; at qui rusticè prodit mentem suam, agrestis est, & indoctus. Ergo doctus non est, qui sensus electos mente elaborauit; nisi etiam eosdem publicat eleganter. Cassiodorus sic præfatur in prologo Variarum: *Dictio semper agrestis est, quæ sensibus electis, per moram non comitur. Loqui nobis communiter datum est: solus ornatus est, qui discernit indoctos.* Sermo enim communis est peritis, & imperitis: at peritus non est, qui quantumuis electos & sublimes sensus sagaci mente reperit, negligenti, & inelaboratâ elocutione repentè effundit; morâ poliendus est, vt ornatus elegantia, impar non sit sensibus. Vnde non mente tantùm, sed ore discernitur doctus ab indocto, & rudi. Hæc mora comendi stylum familiaris S. Ambrosio fuit, vt ipse testatur in epistolis. In ea excelluit S. Nazianzenus, id est, Græcus Ambrosius, S. Zeno Veronensis inclytus martyrio, & eloquio, S. Paulinus Nolanus, Basilius Seleucus, S. Cyprianus, S. Maximus, S. Felix Ennodius, Sidonius Apollinaris, S. Petrus Chrysologus, S. Aldelmus, Venerabilis Hildebertus, Abbas Cassiodor. Mitto plures ne indicem, non commentarium faciam. Illustres hi viri sanctitate, & nitidi elaborato stylo floruerunt, quo rudes ad virtutem populos informarunt; nam elegantia non dedecet sanctitatem: nec Christiana philosophia renunciauit ingenio: virtus non est inelegans & rudis; sed sublimis, & acuta. Præclaram laudem filij sui Nephthali prædicauit Iacobus Gen. 49. v. 21. *Nephthali, ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis.* Eleganter Cassiodorus lib. 10. epist. 6. *Quale enim est res communes ita disertè dicere, quas etiam prudentes se mirentur audisse?*

Seneca. Stylo elegantiâ floruerunt plures è sanctis Patribus. Cassiod. Ambros. Genes. Cassiod.

243. Ezechielis 21. vers. 9. *Hæc dicit Dominus Deus: Loquere; Gladius, gladius exacutus est, & limatus: vt cædat victimas, exacutus est; vt splendeat, limatus.* Quinam hic Dei gladius? *Gladius est Verbum Dei,* ait Apostolus. Acuitur verbum Dei, vt cædat: limatur, vt splendeat: ergo acutum, & limatum est Verbum Dei: neque enim acumen in electis sensibus, nec lima in splendidâ elocutione dedecent Dei Verbum. Imò *vt splendeat, limatur.* Et ita acuta, & subtilis ratio, limâ comptæ elocutionis polita, vincit & detriumphat hostes. S. Ennodius in Oratione grauissimâ, quam habuit ad Synodum Romanam sub Symmacho Papa, contra eiusdem Synodi impugnatores, sic ait: *Profert eloquium sine quacunque lima captiuum.* Quasi dicat: sermo inelaboratus, & incomptus adeò est imbecillis & eneruis, vt sæpius captiuus sit: non vincit aduersarium, sed vincitur, & manus dat hosti: at si limatus splendeat, audientes facilè captiuat. Nemo est, qui non cedat eleganti, & limato sermoni; admiranda illi energia est ad persuadendum. Vnde ne sermo captiuus sit, elimandus est: *Vt non sentiat virilitas operis, eneruati damna sermonis,* inquit idem in Parænesi Didascal. Virilis sermo est, & de inuictis triumphans, qui vires mutuatur ab arte dicendi; & venusta elocutione armatus exarmat inuictos quosque Imperatores, & captiuos ducit ad virtutis obsequium. Magnus in bello vir Traianus, & Orbis bellicosus Domitor. *Maior in elocutione.* Plinius Nouocom. cuius eloquentiæ fructus fuit Traiani virtus, vt satis ad rem animaduertit Cassiodorus lib. 8. epist. 13. aiens: *Non sunt imparia secula transactis, habemus sequaces, æmulosque priscorum. Redde nunc Plinium, & sume Traianum.* Quasi dicat: Adeò ad suadendum potens est, comptus, & elegans sermo, quo excellebat Plin. vt ex Imperatore fecerit Traianum: Traianum, inquam probum virum, & egregiis moribus præditum, in rerum omnium impuni licentia. Nimirum elegantes & compti Traiani mores debentur elegantibus, & comptis Plinij sermonibus. Quin si in hoc seculo quamuis malè

Ezech. Sermo sine limâ captiuus est. Ennod. Ennod. 244. Cassiod. Elegantia Plinij fecit Traiani bonos mores.

malè morato, adesset elegantia verborum Plinij fecisset plures Traianos: *Redde nunc Plinium, & sume Traianum.* At quia nullus est Plinius eloquij elegantiâ, nemo Traianus est: ergo *sentit virilitas operis, eneruati damna sermonis.* Quis seuerus Censor elato supercilio damnabit elaboratum stylum, quem laudant tanti viri? cui tanta inest ad suadelam energia? Opinor, elegantiam damnabit rudis tantùm & inelegans. Incomptus & rusticus sermo risus excitat, non lacrymas: qui rustica sua verba aut excusari, aut commendari vult, damnat aliorum elegantiam; quæ à re Dei aliena non est. Præstat cum Sanctis Patribus non damnare, sed admirari sermonis elegantiam. Aptè Rupert. lib. 1. in Ioan. sic inquit: *Nequeo satis admirari Dei Sapientiam, quomodo summis in negotiis non dedignata comitem habere secularem eloquentiam.* Secularisne eloquentia reperiatur in rebus Dei: *Quid enim sibi vult vniuersa Prophetia, quasi sertis redimita locutio?*

Rupert.

Ennod l. 2. epist. 19.

---

§. LII.

Sit Sapientis sermo, instar lucis, clarus, & nitidus.

245. CÆterùm stylus sit comptus; *sed limatus, vt splendeat.* Vnde bene clarus, & facilè perspicuus debet esse. *Qui legit intelligat.* Matth. 24. vers. 15. ait Christus Dominus, Quia vt docet S. Chrysologus serm. 57. *Lingua breuis est suæ mentis interpres.* Munus linguæ erit absconditos animæ sensus publicare: & abditos mentis sensus intimare. Sit itaque sermo animæ Commentarius, index cogitationum, speculare quoddam Crystallinum, per quod transpareat, quod in mentis recessibus absconditur; & inuisam sensibus mentem visibilem reddens: legat homo in sermone animum verbis impressum. Rectè dixit Philo lib. Quod deterior, &c. *Sermo frater mentis est.* Et statim: *Idem & interpres est conceptorum in mente consiliorum: idem & vates diuinatorque ex inuisibilibus adytis oracula prodere non desinens.* Sit elogium euidentia animi, non caligo; lux cogitationum, non tenebræ mentis. Lingua clara è cœlo est; obscura è tartaro. Legimus in actis Apostolorum, cap. 2. v. 3. quod in die Pentecostes; *Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis.* Et aduertit Sanctus ibi, quòd linguæ quæ apparuerunt, non dicuntur esse ignis, sed *tanquam ignis*, scilicet ex luce, quæ similis est igni. Itaque linguæ, quæ è cælo datæ sunt Apostolis ad prædicandum Christi Dei Euangelium, portio quædam lucis fuit, in formam linguarum figurata: Id est, lingua lucis: scilicet nitida, & clara: nam lux nitida est, clara est. Sic dixit Nazianzenus Oratione de pace: *Sermonis radios.* Et Orat. 1. *Vt ferrum silicem: sic prægnantem luce dignam mentem.* Et Verbum diuinum, quia Verbum est, consultissimè dicitur, *Candor lucis æternæ.* Sap. 7. v. 16. Et *splendor Patris*: Ad Hebræos 1. v. 1. Et *in splendoribus Sanctorum*, vel *Sanctis*, productum: Psalm. 109. v. 3. Et prima vox, quam scimus ad extra Deum edidisse, lucem produxit: *Fiat lux*, Genes. 1. v. 3. Vt à luce auspicaretur Deus verba: *Palabras de luz son las estrenas del hablar de Dios.* Perbellè Tertullianus de Resurrect. carnis, cap. 47. *Vt ipsius Solis radio putem scriptum, ita claret: qualiter accipient lucifugæ isti Scripturarum?* Et Philo lib. 2. Allegor. sic scribit: *Sermo Dei: qui vel integer potest iuuare, vel sui*

Matth.
Chrysol.
Lingua est vates, & interpres mentis.

Philo.

Actor. Sanct.

Lingua lucis, data in die Pentecostes.

Naziauz.

particula. Quid si κόρη, id est, pupilla oculi similis dicitur? Audis sermonem debere esse, vt pupillam oculi? Sit ergo pellucidus, non fuscus, non cæcus. Præclarè Ennodius 1. lib. epist. 19. *Lucem loqueris.*

Adhuc post tot expositiones difficile est illud Exod. 20. v. 18. Cùm enim Deus in monte Sina legem traderet Hebrææ genti, dicitur: *Cunctus autem populus videbat voces.* In quæ verba August. quæst. 72. in Exod. *Solet quæri quomodo populus videbat vocem, cùm vox non ad visum, sed ad auditum pertinere videatur?* Pergit Ambr. in Procem. ad Lucam. *Neque enim videtur vox, sed auditur, vox enim quid est, nisi sonus, qui non oculis cernitur, sed aure percipitur?* Et sanè difficultas vrget, nisi fateamur imperitum fuisse Moysem. Animaduerte ad verba, quæ eleganter subiungit Ambrosius: *Verum altissimo ingenio volens declarare Moyses, quia vox videtur Dei*, &c. Altissimum Moysis ingenium hic elucet asserentis, vocem Dei videri. Nam verba Dei luces sunt nitidæ, & perspicuæ: linguæ, quæ à Deo sunt, è luce materiatæ sunt: Deus enim habet *sermonis radios: lucem loquitur.* Sapienter ergo dixit Ambrosius, quod *altissimo ingenio* dixit Moyses. *Cunctus autem populus videbat voces.* Itaque hæc nota sit, & quasi proprius character eloquij diuini, & linguæ à Deo datæ, quòd lucis instar sit splendens, & nitida, & benè clara, & perspicua. Luces loquitur Deus: sic lucis sermone Magos traxit, vt relictis regalibus solijs pauperculum puerum in præsepio adorarent. Quis tam facilè Magos persuaderet, nisi eloquentia lucis? Cælum orator fuit, & felix Rhetor, cuius lingua, stella fuit) *Sic loquitur lingua, siue stella cælorum*, inquit P. Damianus serm. 1.) verba fuerunt fulgores. Iam non miror nitido & perspicuo stellæ sermone, Magos tam facilè attractos, suadente claritate luminis profectionem. Nam elocutio clara non modò hominibus valet persuadere quod cupit: sed vel muta animantia, imò & bruta elementa moueat. Non est hic prætereundus Cassiodor. lib. 8. epist. 32. qui de stagnantibus aquis Arethusæ fontis, sic scribit: *Cùm ibi tacitus homo aquas fontis irrigui reperit sic quietas, vt in morem stagni, non tam currere quàm stare videantur. At vbi sermo clarior fortassè sonuerit, nescit qua vi statim aqua ibidem concita prosiliunt.* Et mox: *Noua vis, inaudita proprietas, aquas voce hominum commoueri; & hominum sermonibus prouocatæ, nescio quid immurmurant.* Miraculum naturæ est, humanâ voce aquas commoueri, & tacitè respondere loquenti. At quâ voce commouentur? *Vbi sermo clarior insonuerit.* Sermonis clari est hoc naturale miraculum, vt elementa muta, vel insipientes aquas promoueat. Ergo limatus, & perspicuus sermo laudandus est. Qui sic loquitur, lingua cæli loquitur: *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis, in hoc credimus, quia à Deo existi.* Ioan. 16.

246. Exod.

Aug.

Ambr.

Sermo clarus mouet omnes, imò & insensile elementum.

P. Dam.

Cassiod.

Ioan.

Cæterùm sermo à cultura obscurus, in mentis profunditate naufragus appellatur à S. Zenone Veron. super. *Attende, tibi*, aiens: *In medio aëris spatio sermo transfretans naufragabit.* Scilicet in profunda obscuritatis abysso obrutus sermo, naufragium facit. Vnà cum sensu, quem voces vehunt. *Hi nihil magis curant: quàm occultare quod prædicant, si tamen prædicant qui occultant*, ait Tertullian. aduers. Valent. c. 1. Sit lingua obstetrix conceptuum, ne abortum faciat mens. Quod præclarè dixit Philo lib. *Quod detur, &c. Mens concipit, & parturit cogitationes, quas volens parere non potest, donec per*

247. Zeno Ver.
Lingua est obstetrix conceptuum.

Tertull.

per linguam, vox eas excipiens, ob stetricis more producat in lucem. Fuge, time difficiles, & labyrinthosos partus, qui prolem mentis in caligine sepeliunt, non producunt in lucem.

Obscuritas à maxime acuminis antithesi. Præterea alia obscuritas à rebus est. Et vix magnificum, & ingeniosum putatur hodie apud concionatores, quod ex contradictionibus non constat. In nihilo reperienda, & subsistenda substantia est, & substantia vsque ad nihilum redigenda. Et sic sæpè confugitur ad res sacramentorum. Quod hodie in laude habetur, vituperauit olim Tertull. *Tertull.* lib. 4. adu. Marc. cap. 1. *Sunt*, inquit, *cuius opera, & ingenia antithesibus constant: eadem forma constare etiam Sacramenta*, &c. Si crebrò id fiat, vitium est, si raro, laus. Aduertere oportet, quâ in parte elaborandus maximè stylus est, & quâ in parte negligentiùs agendum, quod præscribit Arist. in Poët. c. 22. *Aristot.* *Cæterum in dictione, otiosis in partibus maximè elaborandum, secus autem in his, quæ moribus, quaque sententia pollent. Quandoquidem ipsa valde luminosa dictio, tum mores, tum sententiam, quæ per se satis conspicua sunt, obumbrare solet.* Rectè enim notat Clem. *Clemens. Alexand.* Alex. 2. Strom. *Eos qui hærent dictionibus, & in iis sunt occupati, res ipsa fugiunt.* Ne mens verbis elegantibus saturata, ieiunet à rebus. Sapienter, inquit Seneca epist. 53. *Seneca.* *Ad rem commoueantur, non ad verba com posita: alioquin nocet illis eloquentia, si non rerum cupiditatem facit, sed sui.*

---

§. L I I I.

Sensus electus & sublimis, est causa, & portio elocutionis electa.

248. *Quintil.* Q Vintilianus lib. 1. cap. 2. sic ait: *Maxima pars eloquentiæ constat animo: hunc afficit, hunc concipere imagines rerum & transformari quodammodo ad naturam earum, de quibus loquimur, necesse est.* Christianè pariter, & eleganter id dixit Tertullianus adu. Prax. cap. 26. *Nam & Spiritus substantia est sermonis, & sermo operatio spiritus.* Quod altè hæret animo, sententiosissimè, & eloquentissimè quiuis eloquitur: sensus enim suggerit naturalem eloquentiam, & affectus facit sine arte Rhetorem. Theodoricus apud Cassiodorum libro 6. epist. 40. sublimem eloquentiam cuiuspiam. Comitis egregiè commendauit à sublimi sensu, sic *Cassiod.* inquiens: *Qui proprios dolores exprimere non poterant, tuis commendati allegationibus obtinebant.* Id est, vincis eloquentiâ homines impressè affectos, & ex animi dolore, aut cupiditate in sui defensionem perorantes, eximiâ dicendi arte æmularis eloquentiam naturalem impressi affectus. De hoc Seneca, *Seneca.* inquit epist. 60. *Loqueris quantum vis, & plus significas quàm loqueris.* Animus enim valdè affe- *Animus affectus causa est parens eloquentiæ.* ctus vix eloqui potest quantùm sentit: significantiores voces plus indicant, quàm exprimunt: nec tantùm eloquio, sed silentio loquitur, qui ex affectu loquitur. Bellè commendauit Cassiodorus eloquentiam Comitis, comparatione elocutionis, quam exprimit affectus altè impressus animo, qui verba significantissima & aptissima subministrat. Sublimis sensus, & animo hærens rapit inaffectata elegantia audientium mentes, & transuersùm ducit quò volet. Et quod altè & sublimiter concepit animo, magnificè explicat verbis, & quæ generosè concepit mente, generosè parturit eloquio. Ele- *Zeno Ver.* gantem S. Zenonis locum serm. de Martyr. Isaiæ, quem nuper expendi, nunc aliorsùm verso. Sanctissimus & elegantissimus Propheta Isaias offensus valdè erat flagitiosissimo Regi Manassi, eò quòd eius improbos mores reprehendebat. Et expensione dignissimum censebam, cur non ita exasperatus sit in cæteros sacros vates, qui prophetabant in illo æuo prophetarum feracissimo. Ad hæc, quam ob rem cognatum sibi Isaiam exenterare iussit impius Manasses? Nimirùm dissecuit illius sacrata viscera, alternantis serræ vicibus, dira, & non audita lanıena. Et quidem si vox Prophetæ Regem exacerbauit, sat esset in eius linguam sæuire: Mulctetur lingua, quæ Regem offendit, non viscera, quæ absque linguæ ministerio, inoffensa erunt. Puniantur Prophetæ ora, non pectora. Cæterùm non tam commouerant Regem verba Isaiæ, quàm verborum sensus ex affectu viriles, & ex animo eloquentes. Verebatur Manasses Prophetæ eloquentiam, non tam concinnitate selecti sermonis elegantem, quam electis sensibus, & ex animi affectu terribilem. Hæc sunt S. Zenonis electissima verba; *Sed Belial, filius Ezechiæ, vir cruentus, & prodigus genealogiæ, intra Loricam sacri pectoris fidei comitium, prædicationis politica, litterarum curiam requirebat.* Quippe, requirebat impius Manasses *intra Loricam sacri pectoris*, ipsa Prophetæ præcordia, quæ erant *litterarum curia & prædicationis politica* schola. Vestigat in pectore Isaiæ vigorem sermonis, & verborum animositatem (in interiora sæuit, animum requirit, à quo electior eloquentia, quæ illum acerbè pupugit. 249. *Zeno.*

Admiror iterum pertinaciam Dæmonis repulsi secundò à Christo Domino, cuius diuinitatis iam pene conscius fuerat, tertiò impudenter eum adoriri: Matth. 4. v. 8: *Et ostendit ei omnia regna mundi; & gloriam eorum; & dixit ei: hæc omnia*, &c. Vnde tam impudens animositas inest diabolo, vt Christum, quem penè sciebat Deum esse, ausus fuerit persuadere desiderium rei inanissimæ nimirùm inanis gloriæ? Et sanè dæmonem non latebat Christum esse humillimum, & nihili facientem mundialem pompam, viderat enim ipsum vltrò venisse, vt baptizaretur ab homine: nec veritum peccatoris notam subire, & audierat nobilitatum præclarissimo Patris eloquio, qui statim fugiens honores, fugit in eremum. Quin etiam nemo non omnino imprudens, quamuis gloriæ amantissimus, crederet dæmonem daturum omnia regna mundi, & gloriam eorum, quam dæmon non possidebat, vel si possidebat, nulli adhuc dederat. Planè insolenter præsumpsit dæmon! Sed videamus quonam fulciuit audaciam, qua arte fallendum Christum Deum existimauit. Profectò nulla alia quàm eloquentiæ præstigiis. Nec quidem præsumpsit de eloquentia, quæ splendore verborum, & orationis luminibus floret, sed quæ de affectu roboratur, & quæ de sensu virilis est. Altè hærebat dæmonis animo cupiditas inanis gloriæ, & mundialis pompæ, inquit Rabanus, ibi allegatus in catena, inde in eam deuenit audaciam vt præsumeret persuadere Christo Deo desiderium rei, quam ipse dæmon magni facit, & magnificè æstimat. Eloquentia ex affectu enascens erexit diabolum in spem alliciendi Christum in amorem gloriæ inanis. Verba Rabani sunt: *Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Ostendit autē hæc diabolus Domino: non quòd ipse visum eius amplificare potuit: aut aliquid ignotum demonstrare: sed vanitatem pompæ mundanæ, quam ipse diligebat, quasi speciosam, & desiderabilem verbis ostendens, in amorem Christo suggerens, venire volebat.* Itaque animauit 250. *Matth. Affectus facit eloquentem.* *Raban.*

animauit diabolum ad ausum tam insolentem, vis
eloquentiæ, quæ a te valde à se cupita, & æstimata
venit, & præsumpsit persuadere Christo Deo
vanitatem pompæ mundanæ, quam ipse diligebat. Pla-
ne luculenter Rabanus.

251. Eloquentiæ scholas non triuerant Apostoli, ru-
sticani homines, & illiterati, & tamen arcana qua-
dam verborum illecebra mundum ad Euangelium
inescarunt. Qua arte? puto, non linguæ, sed animi:
non eloquij, sed sensus; non sermonis, sed affe-
Affectus, seu sensus eloquenda est ars gratiæ. ctus. Spiritus Sanctus altè impresserat in eorum
animis amorem Christi & affectū cælestium; hæc
fortior eloquentia, quæ non spirat flores, sed ful-
gurat sensus, quæ non floret verbis, sed fulminat
sententias, non loquitur verba, sed res; & portio-
Chrysol. nem impartibilis animæ ponit in verbis. *Vos de-
precor*, (inquit S. Chrysologus serm. 62.) *vt me pa-
tiamini non quadrare, sed liquare sermones*. Scilicet
præ affectu animam in verbis eliquare, non limare,
aut tornare sermones Rhetoricæ artificio. Hæc vi-
rilis & substantiua eloquentia est: Cui pro Rhe-
torices arte, amor est, affectus pro elocutione
Basil. Sel. splendida. Loquens Basilius Seleuc. de eloquentia
Apostolorum, inquit, orat. 30. *Petrus populum vni-
uersum linguâ cepit*. Et mox: *Palæstini adhamati
artem Græcæ transportarunt in insulas*, id est: im-
pressi erant Apostoli affectu supernorum, stimulati
mysteriorum æstimatione, & amore Christi, *&
hic linguâ ceperunt homines*; Ars gratiæ pro lima-
tulo eloquio illis fuit. Bellè dicitur *ars gratia*, nam
electus sensus, & stimulatus affectus *ars gratia*
cælestis est. Rhetorica ars sermonis est; affectus
est *ars gratia*, quæ augustior, & diuinior eloquen-
tia est. Ars dicendi lepidum sermonem facit, &
gratiosum auribus; at affectus perurgens, *ars gra-
tia* sublimioris est, sermonem faciens gratiosum
menti: & arte quadam non venustate leporis, sed
gratiæ robore persuadens; tot gratias impertiens,
quot verba; tot victorias, quot sermones; tot coro-
Ennod. nas, quot voces. *Quid enim* (ait Ennodius lib. 2.
epist. 19.) *sibi vult vniuersa Propheta, quasi sertis
redimita locutio*? Scilicet sermo Prophetarum non
eloquentiæ flores spirat, sed sertis redimitur: non
floribus nitet, sed victoriis coronatur. Est, est pla-
nè eloquentia victrix, quæ a sensu, & affectu ener-
giam mutuatur, & robur. Hæc naturalis, & inela-
borata elegantia quæ à sensibus commendatur, vi-
rilis est, & sublimior inter cæteras Rhetoricæ par-
tes. De qua Cassiodorus lib. 3. epist. 5. *Nihil
252. præstabilius videtur, quam posse dicendo tenere ho-
Cassiod. minum mentes, impellere quò volet*. Nam pulchrum
eloquium, & à venustate conspicuum, quod lepo-
res spirat & elegantiis vernat, verba dat, non sen-
sus; foris perstrepit auribus, mentem relinquit ina-
nem; blanditur auribus, animum non implet. At
verò *ars gratia* qua Prophetæ, & Apostoli verba
coronabant sua, *mentes tenet, & implet*, verùm vti-
lissimis fucis. Denique cauendum ne hæc natu-
ralis elegantia, quæ affectu, & sensu est, deue-
nustetur rusticitate vocum, & imperitiâ sermonis.
Adiuuetur ex dictis §. præcedenti, ne degeneret
in barbariem, & rusticitatem damnatam. Ergo sit
stylus, non barbarus, sed cultus; non obscurus, sed
perspicuus, & qualem Nazianz. laudat in Basilio,
orat. de eius laud. *Quis sermonem habuit animi
sensa meliùs exponentem; ita vt neutra parte, vt ple-
rique, claudicaret; nempè vel mente sermone destitu-
ta, vel sermone mentem haud æquo gradu sequente?*
Isaiæ. Hic stylus, stylus hominis est: *Scribe stylo hominis:*
& *Scriba doctus* dicitur *similis homini*. Sed ex-
pendere oportet, cur Scriba doctus dicatur, *Pa-
terfamilias*.

Patrifamilias.

§. LIV.

*Sapiens non potatur eloquentiæ poculenta
suauitate, nec cibatur Sapientiæ
esculento vigore; sed corporeo,
frugali tamen cibo.*

SCientia vulgò dicitur, Sapientis cibus: Litterati 253.
vita arcanis disciplinarum alimoniis pascitur. Ecclef.
Ecclesiastici 15. vers. 3. *Cibauit illum pane vitæ, &* Sapientiæ ci-
intellectus; & aqua sapientiæ salutaris potauit illum: bus est scien-
pro re esculenta, & poculenta litterarum stu- tia.
dium illi est; Scientię sapiunt, sustentant, & incre-
mentant sapientes. *Alitur anima tractatione re-* Philo.
rum honestarum, ait Philo lib. 1. legis Allegor. Clem.
Nam vt pulchrè scripsit Clemens Alex. 5. Strom.
cap. 5. *Inter nos conuenit cognitionem esse cibum ra-
tionalem*. Conuiuatur enim anima *pane intellectus*;
& rationali hoc cibo priuata, planè desipit. Ergo
alenda est doctrinæ escis: *Ne Anima pars melior
oppressa fame obbrutescat*, inquit Basilius Seleuc. Seleuc.
orat. 16. *Sunt enim* (loquitur Clem. Alex. 1. Strom. Clem.
cap. 1.) *etiam animæ propria habentes nutrimenta:
& alia quidem augentur per agnitionem, & scien-
tiam, alia verò per Græcam pascuntur philosophiam.*
Item Christi cibus erat obedientia. Ioannis 4. vers. Ioan.
34. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui
misit me*. Iusti esca fides est; *Qui ex fide conuiuari
instituit*. 1. Strom. 1. Et apud Seleucum orat. 9. Seleuc.
Moses *lacte Diuinæ cognitionis nutrit infantilem
intelligentiam. Et doctrina ex sententia Empedoclis,
auget præcordia*, vt refert Alexandrinus Clemens, Clem.
5. Stromat. 5. Honestis enim disciplinis cibatur Alexand.
anima; & cibus rationalis, Sapientia dicitur. Ve-
rùm hoc sapientiæ manna nimis est delicatum ad Tertull.
vitam sustentandam. Vnde Tertullianus postquam
retulit hanc Platonicorum sententiam, *Quod
omne corpus corporalibus ali indicant; animam verò,
vt incorporalem incorporalibus, sapientiæ scilicet
studiis*. Sic facetè, & acutè respondet lib. de Ani-
ma cap. 6. *Sed nemo vnquam cunctanti de exitu
animæ mulsam aquam de eloquio Platonis infudit,
aut micas de multiloquio Aristotelis infersit. Quid
autem facient tot animæ rupicum, aut barbarorum,
quibus alimenta sapientiæ desunt, tamen indoctâ
prudentiâ pollent, & sine academiis, & porticibus
Atticis, & carceribus Socratis Denique ieiunantes
à Philosophia, nihilominus viuunt*. Quid elegan-
tius? Itaque Sapientis anima honestis disciplinis,
& sapientiæ studiis pascitur, id est, metaphoricè
alitur, & iucundè deliciatur. Corpus verò sapien-
tis cibo indiget corporeo; nec sustentatur de co-
gnitione rerum naturalium, nec de Sanctorum Pa-
trum voluminibus, vt ille alius Propheta: nec mi-
cis multiloquij Aristotelici cibatur, nec potatur
mulso eloquij Platonici; sed corporeo cibo, fruga-
li quidem & sobrio, vt decet Sapientem. Vnde
Christus Dominus dixit, Matth. 4. v. 4. *Non in solo* Matth.
*pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit
de ore Dei*. Vbi panem non reiecit ad cibandum
hominem, sed adiecit insufficientem esse, & neces-
sariò adiungendum Dei Verbum, quo mysticè
pascatur

pascatur anima, ne sapientiæ fame obbrutescat. Quæ verba expendens Cyrillus citatus in Caten. ad Lucæ 4. sic ait: *Terrenis cibis, terrenum nostrum alitur corpus; anima verò rationalis diuino Verbo vigoratur ad bonam habitudinem Spiritus.* Ergo cùm Doctor sapiens non sustentetur pane eloquentiæ, nec mero sapientiæ cibo, sed frugali quadam alimoniâ, quæ vitam sustentet, & quæ non obruat, sed acuat mentem, patrefamilias opus est, qui panarium, & laguncułam sobriè procuret de thesauro suo.

Cyrill.

254. *Ergo omnis scriba doctus similis est homini patrifamilias*, &c. Scilicet Doctor similis sit Patrifamilias, ad quem spectat prouidisse de his, quæ necessaria sunt ad familiæ sustentationem, ne quid domui suæ desit, vt congruè sustentetur. Ita rigidus Litteræ expensor Maldonatus, inquiens: *Sicut patrisfamilias officium est domum suam corporali cibo*, &c. Et infrà, *De thesauro suo, id est, de penu.* Sensum huius loci ebibit à Hieronymo sic aiente: *Apostoli instructi Scribæ dicuntur: pollebant opibus patrisfamilias.* Et sanè sicut diuitiæ animum sapientis diuertunt à studiis litterarum, & ad luxum, & voluptates illum pertrahunt; ita moderata sustentatio illi perstruenda est, ne dum necessaria ad victum conquirit, tempus studiis impendendum, expendat in emendicandâ, aut aliter conquirenda annona, sine qua laboriosa ab studiis vita transigi non potest. Vnde Theodoricus Rex, regiâ munificentiâ munerabat Sapientes: Sic scribens apud Cassiodorum lib. 7. var. epist. 5. *Manu larga artium nutrit ingenia: quando qui de victu non cogitat, perficere iussa festinat.* Bellè dictum, liberalitatem Principis nutrire sapientum ingenia, potiùs quàm corpora: nam homo, qui tempus absumit conquirendo victum, corpus quidem nutrit, animum verò innutritum, & ieiunum à scientiæ alimento habet: quippe cui non vacat, vacare studiis. Inquirit Hebræus Philo. lib. de mundi opificio, *Cur vltimum operum sit homo in mundi creatione?* Præstaret enim primum omnium creasse hominem, quia sicut antecellit operis excellentiâ reliquas mundanas creaturas, sic consonum foret, vt etiam excelleret creationis primatu; ne excellentior creatura nouissima foret; & vel ex hac parte inferior brutis, & inanimitatis. Cur ergo postquam Deus maria piscibus repleuit, amnésque fecit piscosos; nemora venatu, aëra aucupio aptum: terram etiam ditauit tum metallorum thesauris, tum frugum, & pomorum promptuariis, mox hominem creauit? Pulchrè Philo respondet: Quia scilicet Deus hominem fecit ad scientias totum, inde expedit, vt homo studiis litterarum factus inueniret quidquid ad sustentationem habebat opus, ne in iis conquirendis à sapientiæ studio diuerteretur. *Mox* (verba sunt Philonis,) *vt natus est homo paratum inuenit quicquid ad vitam opus erat, vt futura disceret.* Expende: *vt futura disceret.* Theophylactus tractans illud Ioan. 4. *Nunquid aliquis attulit ei manducare?* sic habet: *Proprium & necessarium est doctoribus, alios habere procuratores ciborum, vt ipsi de nullo curantes, verbi ministrationem procurent solliciti.* Ecclesi. 7. vers. 12. *Vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus solem.* Et S. Gregor. in cat. ad Lucæ 10. reddit rationem: *Ne dum mens eius* (id est doctoris) *occupatur ad temporalia, minus aliis prouideat æterna.*

Maldon.

Hier.

Necessaria amentum nutrit ingenia sapientum.

Cassiod.

Philo.

Cur vltimus omnium creatus homo.

Theoph. Ioan.

Ecclesi.

Gregor.

255. Buccinabat aliquando quispiam Concionator: doctores Christianæ Ecclesiæ debere esse *sal terræ.* Et notanter dici, quòd doctor est *lux mundi:* & sal, non mundi, sed *sal terræ*: nam proprium salis est terram sterilem reddere, non illam impinguare ad vberes prouentus. Sic doctor, qui Christianus doctor est, *sal terræ* sit; nec fideles faciat fertiles ad sua commoda, sed steriles. Sed vereor ne istiusmodi homo, qui steriles cupit Doctores, satis sterilis non sit. Saltem sciat fœcundum esse Ecclesiasticum sal. Nam vt satis ad rem notauit S. Isidor. Pelus. lib. 1. epist. 16. Eliseus Propheta, *Aquas sterilitate laborantes sale curauit.* Quod satis liquidò constat ex 4. Reg. cap. 2. v. 21. & S. Hieronymo ad Rusticum: *Sale, quo solent credentium arua condiri, & sterile animarum solum pinguescere.* Ergo Euangelicum sal non reddit sterilem Ecclesiæ agrum, sed pinguem: & ex quo non tantùm spirituales prouentus, sed & temporales fructus doctoribus extent. Quod aliàs vberrim dedi, vel ad nauseam aliquorum.

Matth. 5. Sal fœcundat terras.

De Celada in Iudith.

Pelus. 4. Reg. Hier.

256. Illud tamen non omittam, quod non aptè vitio vertitur Doctori, si aliquando temporaria bona pariat non sibi, sed collegio: nam hæc cura, auaritiæ damnanda non est, sed pietati adscribenda. Quam qui damnat, & Angelorum damnabit curam, & operam. Animaduerto in lib. Tobiæ cap. 12. vers. 13. Angelum Raphaëlem valde sollicitum in conquirendis, & augendis iunioris Tobiæ opibus. Eum ducit peregrè, vt diuitem censum à debitore accipiat, suadet debitori solutionem, opulentam dotem negotiatur, quam à socio auidè extorquet, opes partas custodit à periculis tam vastæ peregrinationis. O quàm negotiosus est in lucris Raphaël! totus est in opibus & acquirendis, & asseruandis: profectò bene doctus est in re nummariâ. *Bonis omnibus per eum repleti sumus*, ait Tobias iunior ad senem Tobiam. Et quidem cùm vterque gratificari vellent egregiam Raphaëlis operam, attendentes ad Raphaëlis studium in acquirendis pecuniis, eum pecuniæ auarè studiosum suspicati, Dimidium bonorum suorum ei dono offerunt, ac si pecuniis maximè gauderet Raphaël. *Rogemus eum, si fortè dignabitur medietatem de omnibus, quæ allata sunt, sibi assumere.* Vltrò Raphaëlem tanto dono munerare student; & Raphaël locuples donationem respuit. Quis id crederet de eo, qui tam studiosè, (ne dicam auarè) pecunias conquirebat, quibus Tobiæ familiam opulentè ditaret? Aduerte quibus verbis munus ei obtulerint, nempe: *vt sibi assumeret*: tunc ait: *Ego sum Raphaël Angelus, &c.* Porrò cùm sollicitus erat accumulandarum opum, non sibi, sed Tobianæ familiæ corradebat pecunias: & qui Tobiæ domui sollicitè prouidebat opes, sui negligens, oblatas vltrò sibi pecunias, magnificè respuit. Istiusmodi sollicitudo Angelum decet, & Doctorem dedecebit? Ergo doctor sit paterfamilias, qui prouideat familiæ. Caueat quisque ne auariùs sibi ad proprios vsus prouideat, quod execrabile est, & quod valde reprehendit Tertullianus Apolog. cap. 13. in sacrificulis idolorum. *Circuit caupονas religio mendicans; exigitis mercedem pro solo templi, pro aditu sacri, non licet Deos nosse gratis, venales sunt, maiestas quæstuaria efficitur.* O quàm auara, & profana est priuata vtilitas! Religionem Christianam quæstuariam faciet? expendat qui volet Tertulliani verba singula; quæ plena emphasis, plena acuminis sunt. Festino ad verba, quæ succedunt: Scriba enim doctus non tantùm dicitur. *Paterfamilias*, sed etiam: *qui profert de thesauro suo.*

Non dedecet religiosum attendere ad lucra communitatis.

Tobias.

Dedecet religiosum affectare propria lucra.

Tertull.

De theſauro ſuo.

§. LV.

Bonus Doctor de theſauro ſuo profert ſapientiam.

257. *Scripturiat ſapiens, ſed de ſuo ſcribere.* Conſultiſſimè de docto Scriba dicitur: *Qui profert de theſauro ſuo.* Non enim abſcondere, ſed proferre in lucem debet ſapientiam. *Citra profectum proficit* (ait Hildebertus Turon. epiſt. 1.) *quiſquis alteri cùm poteſt, non prodeſt.* Et mox: *Scientia diſtributa ſuſcipit incrementum, & auarum dedignatur poſſeſſorem: niſi publicetur, elabitur.* Sapienter inquit Seneca ad Lucill. epiſt. 6. *Ego cupio omnia in te transfundere, & in hoc gaudeo aliquid diſcere, vt doceam. Nec me vlla res delectabit, licet eximia ſit, & ſalutaris, quam mihi vni ſciturus ſum. Si cum hac exceptione detur ſapientia, vt illam incluſam teneam, nec enunciem, reiiciam. Nullius boni ſine ſocio iucunda poſſeſſio eſt. Mittam itaque ipſos tibi libros.* Planè ſcripturit Seneca, & proferre in lucem libros valde optat; ſed ſuos libros, quos ipſe ſcripſerat, non quos tranſcripſerat, hos vt bonus paterfamilias mittit ad clientes. Vnde pergit quaſi exponens verba Euangelij, quæ verſo: *Veneror inuenta ſapientiæ, inuentoréſque adire tanquam multorum hereditatem iuuat. Mihi iſta acquiſita, mihi elaborata ſunt. Sed agamus bonum patrem familiæ, faciamus ampliora, quæ accepimus: maior iſta hereditas à me ad poſteros tranſeat. Multum adhuc reſtat operis, multúmque reſtabit, nec vlli nato poſt mille ſecula precludetur occaſio aliquid adhuc adiiciendi.* Itaque Scriba doctus ſit bonus paterfamilias, qui profert ſapientiam, ſed ſapientiam de theſauro ſuo, non de aliena penu, ſed ſuo labore, & ſudore partam, & inuentam. *Sum ex his* (inquit Plin. lib. 6. epiſt.) *qui mirer antiquos, non tamen, vt quidam temporum noſtrorum ingenia deſpicio. Neque enim quaſi laſſa, & effœta natura nihil iam laudabile parit.* Sterilis eſt qui alienos liberos adoptat: infœcundum ingenium eſt, quod non facit, ſed adoptat libros. Sutor eſt non auctor, qui ex diuerſis plagulis ſapientiæ veſtem conſuit. S. Maximus hom. de Domin. in Palmis ita ſcribit: *Veſtimentum autem eius, quod non erat conſutum, ſapientiam cæleſtem poſſumus approbare: noſtra enim ſapientia, hoc eſt, humana, conſuitur.*

Hildeb. *Seneca.* *Seneca.* *Plin.* *Auctor librorum ne ſit ſutor centonum; neque habeat intellectum collectitium.* *Maxim.*

258. O quot librorum ſutores, non auctores videas, qui conſuunt ſapientiam alienam, non texunt ſuam! Sunt quidam inſignes *intellectu vulgari, & collectitio,* vt ait Philo lib. 2. Leg. Alleg. Planè intellectus collectitius non facit librum, ſed Bibliothecam. Suffurantur à quibuſdam, quod tribuant aliis: Verùm ſapientia dono danda eſt, non reſtituenda ex debito. Et quidem Scribæ illi qui corraſores ſunt, *Veritatis latrocinium nundinantur,* ait S. Chryſologus ſerm. 81. Nam in re litterariâ, non ſua aliis impertiri, ac ſi eſſent ſua; & illa glorioſè pro nominis gloriâ nundinari, turpe latrocinium eſt. Et iſtiuſmodi Scriba, *Stabularius Doctor legis,* dicitur à S. Zenone ſerm de Iacob, quippe qui Doctor ipſe non eſt, ſed ſtabularius Doctorum, & in quo diuerſantur aliorum ingenia, & inuenta: non innaſcuntur, & inhabitant vt in patrio ſolo. Neque enim Scriba doctus eſt, qui quaſi hoſpes in diuerſorio ſuo ſedens ſtabulatur, & excipit alienam ſapientiam, ſed qui ingenij proprij excurſibus propriam ſapientiam inuenit, ſuámque facit. Vnde Clemens Alex. 6. Strom. cap. 2. inquit: *Procedit Scriba ſacrorum pennas habens in capite.* Pennatum debet eſſe bonum ingenium boni Scribæ, & geminis alis, nempe impenſi ſtudij, & bonæ mentis per ſublimia ſcientiarum volare, & emedullare ſapientiæ arcanos receſſus, vt adhuc adiiciat ad ſapientiam. Nam *omnis Scriba doctus de theſauro ſuo* debet *proferre,* quos ſcribit libros. Qui ſecùs faciunt, non relinquunt poſteris monumenta ſui ingenij, ſed memoriæ. Seneca in libro de Vita Beatâ cap. 30. propoſuerat quandam ſententiam, & cùm ipſe eſſet Stoicus, inquit, *Hæc Stoicis quoque placere oſtendam, non quia legem dixerim mihi nihil contra dictum Zenonis committere, ſed quia res ipſa patitur me ire in illorum ſententiam: quam ſi quis ſemper vnius ſequeretur, non id vita ſed factionis eſt.* Matthæi 19. verſ. 7. dixit Chriſtus Phariſæis: *Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij?* Super quibus verbis ita fatur Chryſoſtomus: *Veritati tamen credere non acquieſcunt Phariſæi: conferunt ergo ſe ad patrocinium Moyſi. Sicut homines malam cauſam habentes, confugiunt ad potentes viros; vt ſi per iuſtitiam non poſſunt, vincant per perſonam.*

Philo. *Chryſol.* *Auctor librorum ne ſit ſtabularius.* *Zeno.* *Sapiens nulli Doctori ſe mancipat.* *Clem. Alex.*

259. Diligenter perquirit noſter Salmeron. 1. tom. Prolegom. 26. quam ob rem Chriſtus Dominus nullum ſcripſerit monumentum, quo & diſcipulos, & Eccleſiam ritè inſtrueret: congruentiſſimum planè foret ſi librum reliquiſſet, quò, propria manu, & ingenio cæleſtem doctrinam traderet fidelibus, eámque ſic commodiùs acciperent, & auidiùs ebiberent, quàm ab Euangeliſtis. Hoc dubium excitat, & ſoluit S. Auguſt. lib. 1. de conſenſu Euang. cap. 7. Verùm ipſemet Chriſtus dixerat in quodam ſermone ad Hebræos, *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me Patris.* Num decens videretur, vt is qui planè fatetur, quòd ſua doctrina, non eſt ſua, ſed alterius, librum ederet ex doctrina alterius? Vſque eò enim expedit librum componi ex propria Auctoris doctrinâ, vt etſi doctrina Chriſti in aliquo ſenſu ſua ipſius ſit; quia tamen verè (vt par eſt,) ipſe dixit, quòd non eſt ſua, fortaſſis alicui quaſi incongruum videretur, vt librum ederet Chriſtus ex doctrina quodammodò non ſua. Huius coniecturæ veſtigia reperio in S. Nazianzeno, qui ſolito acumine verſans illud Matthæi 24. *De die illa, vel hora nemo ſcit, neque filius, ſed ſolus Pater,* ſubtiliter addubitat quo pacto potuit verè dici à Chriſto Deo, ſe quaſi ignorare diem, vel horam, qua finale iudicium exhibendum ſit mortalibus. Nam Chriſtus, quà Deus eſt, omnia prænoſcit, omniſcientiæ anticipatâ notiâ: prætereà, quâ homo eſt, ſcientiam habet infuſam omnium rerum, non tantùm futurarum, (qualis eſt Iudicij dies,) ſed etiam poſſibilium quàm plurimarum. Vnde liquidò conſtat, non ſolùm Patrem, ſed etiam Filium ſcire de die illâ, & horâ. Plura ſuper hoc dubio affert S. Hilarius lib. 9. de Trinit. plura plures, quæ conſultò intermitto, vt S. Nazianz. verba orat. 4. de Theologia ſcribam, & expendam: *De die illa, vel hora nemo ſcit, neque Filius, ſed ſolus Pater. Quin ne hunc quidem locum malè intellecturus mihi videtur, qui ſic legerit, vt ſtudioſus quidam huius ætatis; nempe Filium non aliter diem illum, vel horam ſcire, quam vt Pater.* Itaque ex ſententiâ, quam hic approbat Nazianzenus, idem eſt, filium habere ſcientiam finalis iudicij eandem cum Patre, & à Patre communicatam; & quod dicit Euangeliſta, *de die illa nemo ſcit, neque filius, ſed ſolus Pater.*

Salmer. *Cur Chriſtus librum non compoſuerit.* *Auguſt.* *Ioan. 7.* *Nazianz.* *Matth.* *Hilar.*

Nam

Nam notitia, quam vel filius à Patre habet, etſi de
ſe infinita notitia ſit, tamen quia ab alio mutuata
eſt, quaſi ob id non eſſet ſcientia, dicitur Chriſtus
quaſi neſcire, quæ eiuſmodi ſcientiâ prænoſcit. Vn-
de ex mente magni Theologi Nazianzeni, idem
valet Chriſtum Dominum habere ſcientiam ab
alio communicatam, ac quaſi neſcire, vt illam tunc
communicet.

260. Dein puerilis ſcientia eſt, & digna diſcipulo, in-
digna autem doctore, quæ ſapit ex aliena ſcientia.
Seneca. Redeat iterũ Seneca ſemel & iterũ laudatus, ep. 33.
Viro captare flores turpe eſt, & memoria ſtare. Sibi
Nemo precario ſapiens eſt. *iam notatur; dicat iſta, non teneat. Turpe eſt enim ſeni,*
aut proſpicienti ſenectutem ex commentario ſapere.
Hoc Zenon dixit: Tu quid? Hoc Cleantes: Tu quid?
Quouſque ſub alieno moueris? Et impera, & dic, quod
memoria tradatur, aliquid & de tuo profer. Omnes
itaque iſtos nunquam auctores, ſemper interpretes, ſub
aliena vmbra latentes, nihil puto habere generoſi. Por-
rò indecorum eſt ab alio ſapere; nam qui ſapit ab
Seneca. alio, emendicatò ſapit. Pulchrè Seneca ep. 54. *Non*
eſt quod precario philoſopheris. Et quidem. *Nullus*
Theoph. *doctrinæ ſermo approbatur* (ait Theoph. ad Lucę 24.)
Matt. *niſi prius is, qui docet ſe oſtendat auctorem.* Matt. 10.
Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pe-
Hier. *cuniam*: ſuper quibus verbis, ſic Hieronymus: *Non*
licet Magiſtris aurum, & argentum, & pecuniam,
quæ in Zonis eſt poſſidere. Aurum ſæpe legimus pro
ſenſu, argentum pro ſermone, æs pro voce. Hæc non li-
cet vobis ab aliis accipere, ſed data à domino poſſide-
re. Planè errabat Sabinus homo illiteratus, qui
multis millibus emerat ſeruos eruditos, quorum
ſcientiâ non eſt res aliena, ſed propria. *Sabinus* (ver-
Seneca. ba ſunt Senecæ, epiſt. 27.) *In ea opinione erat, vt pu-*
taret ſe ſcire, quod quiſquam in domo ſua ſciret. Sa-
tellius illum hortari cœpit, vt luctaretur, hominem
ægrum, pallidum, gracilem. Cùm Sabinus reſpondiſſet,
quomodo poſſũ? vix viuo. Noli obſecro, inquit Satellius,
iſtud dicere: Non vides quam multos ſeruos valentiſſi-
mos habeas? Bona mens nec commodatur, nec emitur:
& puto ſi venalis eſſet, non haberet emptorem. Ergo
ipſe ſciat quicumque nomen ſapientis habere cupit.

261. Quâ verò ratione bonus ſcriptor vti debeat alie-
Macrob. nâ ſapientiâ tradit Macrobius antè lib. 1. Saturn.
eius elegantiſſima verba, etſi longiuſcula ſubſcribo,
Scriptor quomodo vti debeat alienâ ſapientiâ. quia rem apprimè tetigit: *Nos quoque quicquid*
diuerſa lectione quæſiuimus, committimus ſtylo: vt in
ordinem eodem digerente, coaleſcat. Quod in corpore
noſtro videmus, ſine vlla opera noſtra facere naturam.
Alimenta quæ accepimus, quandiu in ſua qualitate
perſeuerant & ſolida innatant, malè ſtomacho oneri
ſunt. At cùm ex eo, quod erant, mutata ſunt, tum de-
mùm in vires, & ſanguinem tranſeunt. Idem in his,
quibus aluntur ingenia præſtemus: vt quæcumque
hauſimus, non patiamur integra eſſe, ne aliena ſint,
ſed in quandam digeriem concoquantur: alioquin in
memoriam ire poſſunt, non in ingenium. Ergo quæ-
renda ſapientia eſt, mente concoquenda, & ſic in
libros digerenda. Et ſapientia ſic quæſita, & digeſta,
egregiè ſapit, alioqui deſipit. *Aiunt* (ait Clem. 2.
Strom.) *gallinas quoque carnem habere ſuauiſſimam,*
quando eis non copioſo appoſito nutrimento, ſed ex pe-
dibus fodientes, cum labore nutrimentum colligunt.
Quod Macrobius dixit ſub allegoria digeſtionis,
Rupert. tradit Rupertus in prologuo ad Euang. Ioannis, ſub
metaphora viæ, ſic inquiens: *Alta myſteria, quæ in*
hoc ſplendore Euangelij, velut grandis aquila peruo-
lauit magnus Doctor Auguſtinus, nos eadem quidem
via, ſed non omnino iiſdem veſtigiis ſubſequi nite-
mur. Itaque ex mente Ruperti, qui doctrinam tra-
dit, ſubſequi debet SS. Eccleſiæ Patres, & quidem
eâdem via, (ne aberret à veritate,) non iiſdem ve-
ſtigiis. *Nihil ergo magis præſtandum eſt, quam ne*
pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem, per-
gentes non quò eundum eſt, ſed quò itur, inquit Se- Seneca.
neca cap. 1. de vita beata. Luc. 19. *Zacchæus quære-* Lucæ.
bat videre Ieſum, & non poterat præ turba, S. Cyrill. Cyrill.
in Caten. *Turba eſt imperita confuſio multitudinis,*
quæ verticem nequit videre ſapientiæ. Ergo Zacchæus
quandiu in turba eſt, non vidit Chriſtum, ſed ple-
beiam tranſgreſſus ſcientiam, meruit, quem deſidera-
bat aſpicere. Hi communiorem, non veriorem opi- 262.
nionem adorant; alienam ſapientiam æſtimant, ſuam *Auctoritas niſi omnipotẽs:*
contemnunt. Apud hos *Omnipotens auctoritas eſt*, *nec pro ratione.*
vt ait Clem. Alex. 4. Strom. cap. 1. cùm omnia apud
illos valeat, & poſſit. Valet enim extorquere aſſen- Clem. Alex.
ſum; defenſionem, tranſcriptionem: & re ipſa dicunt
illud Plinij lib. 1. epiſt. *Cuius mihi auctoritas pro ra-* Plin.
tione ſufficit. Et buccinantes ſuam opinionem eſſe
magnorum virorum, *Habent artificium, quo prius*
perſuadeant, quàm doceant: Veritas autem dicendo
perſuadet, non ſuadendo docet, vt ait Tertull. aduerſ. Tertull.
Valent. cap. 1. Vnde propria ſapientia ſuſpecta ha-
betur: & ſua opinio non veri poſſeſſio, ſed paſſio ad
falſitatem cenſetur. Hæc dicta ſint de his, qui per-
gunt non quò eundum eſt in re Theologica, ſcili-
cet ſequendo ſanctorum veſtigia: ſed in eos, qui
pergunt ſine eorum ductu, tantùm quia alij eunt.
Lucæ 10. Binos mittit Chriſtus Dominus diſcipu- Luc.
los, id eſt, Eccleſiæ Doctores. *Hoc non ſinet in eis*
præualere propriæ opinionis Paſſionem; ait S. Baſilius Baſil.
in Catena. Ac ſi propria opinio ſit Paſſio, id eſt,
prauus motus appetitus vrgens ad falſitatis vitium.
Verùm cauenda eſt ſingularitas, & etiam cauenda
eſt vulgaritas. Quorſum eadem ingeminas? cha-
racteres reſtauras, non ſenſus. *Alius autem ex alio ſa-*
piens, olim, & nunc, inquit Bacchylides in Pæanibus,
ſcribit Clem. 5. Strom. Ergo habeat intellectus col- Clem.
lectitius, & alienæ ſapientiæ ſutor, cortaſor, & ſa-
pientes, qui actum agunt. Ais, ſic ceſſabunt multi
calami, & ſapientes otiabuntur. Sed *Facetiſſimè, &*
eruditiſſimè dixit Attilius: Satius eſt otioſum eſſe,
quàm nihil agere. verba ſunt Plinij, lib. 1. epiſt. aliàs Plinius.
à me expenſa. *Quo pacto neque gratiam bonorum*
(Deo) *debemus, neque inuidiam malorum, quia*
nihil de ſuo operatus ingenio; dixit Tertull. aduerſ. Tertull.
Hermogenem hæreticum, cap. 13. Noua adinueni,
vetera congere, & digere: & ſic de theſauro tuo;
tuo quidem, proferes *Noua, & vetera.*

Noua & vetera.

Vtra præſtantior interpretatio, recens, an ſenior? an ex ſene recentior?

SEntentioſè dixit S. Nazianzenus orat. in præ- 263.
ſentia 150. Epiſcoporum: *Quouſque audietur* Nazianz.
Meus, & Tuus: Antiquus, & Nouus? Incon-
gruum & ſupervacaneum alicui videbitur, vt di-
ſputationis neruus ad id deflectat, nempe vtrùm
hæc interpretatio ſit huius, an alius ſcholæ? vtrùm
noua, an antiqua? cùm de re ipſa vtilior foret di-
ſceptatio: ſcilicet vtrùm vera ſit, an falſa. Siue
(quod ipſiſſimum eſt,) an ſit Sanctorum Patrum,
an ſecùs? (nam Sanctorum Patrum reuerenda
auctoritatis mihi inſtar veritatis eſt.) Ergo diſputa- *Veritas eſt omni opinione antiquior.*
tionis præcipuum robur ſedulò incumbat ad veri-
tatem indagandam, & adſtruendam, non ad oſten-
dendam floridam nouitatem, neque ad deuenu-

Philo. standam auctoratam antiquitatem. Pulchrè Philo in libro de Abraham: *Omni opinione antiquior, omni existimatione potior veritas.* Profectò vetustas despecta est nouitati; & *Suspecta est vetustati nouitas*, ait S. Augustinus in Serm. de Passione. August. Hinc olim grauissima oborta sunt iurgia inter sapientiæ proceres; nec tam de re, quam de rei assertore discertabatur. Naziang. Quod ægrè tulit S. Nazianz. nuper allegatus, aiens: *Non aduersarios contumeliis, & conuitiis incessimus, quemadmodum plerique faciunt, non cum dogmate, sed cum dogmatis assertore confligentes: ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes. Non aliter ac Sepias atramentum ante se vomere aiunt, vt piscatores effugiant, aut conspectum sui eis eripiant.* Doctor fugiat Sepiæ mores. Tertull. Ferè eadem habet verba Tertullianus lib. 2. adu. Marcionem cap. 20. Enim verò qui in disputatione maledictis incessit aduersarium, cum ipso confligit, non cum eius opinione. Hoc est personæ odium, non veritatis amor: atramentúmque Sepiæ adinstar euomit, vt piscatores (disputatores inquam,) effugiat doctrinæ aquas infuscando. Ergo vt exulet hæc quæstiuncula, breui præstringam, an mera Antiquitas, potiùs quàm mera Nouitas amplectenda sit ab scriptore, seu Bibliorum interprete.

§. LVI.

Dantur Antiquitatis laudes, & Nouitatis vitia.

264. Clem. Alex. PRimò quidem honoranda est reuerenda Antiquitas, quod iure gentium sanctum est. Super qua re audiendus est Clemens Alex. lib. 7. Strom. *Antiquitas olim venerata, & adorata.* *In rebus*, inquit, *sensibilibus esse honorandos Magistratus, & parentes, & vetustissimam prophetiam:* (Theologiam inquam:) *in his autem, quæ intelligenda percipiuntur, id quod est vetustius.* Vnde Euangelista Ioannes prædicans elogia Verbi Diuini, eius antiquitatis encomiastes factus est, inquiens Ioannis 1. vers. 1. *In principio erat Verbum.* Ioan. Chrysost. Quæ verba sic expendit S. Chrysostomus ibi: *Considera in Euangelista prudentiam spiritualem: nouerat homines id quod antiquius est, & quod est ante omnia, maximè honorantes.* Ergo æternam Verbi antiquitatem publicat Ioannes, vt Verbum Diuinum hominibus commendet. Quid illustrius ad antiquitatis gloriam potest dici, quàm Verbum diuinum ab antiquitate commendari?

Tertul. Hinc antiquitas non tantùm honoratur, sed adoratur. Quod olim adnotauit Tertullianus in Romanorum sapientissimis Philosophis, & Iurisconsultis, aiens in Apologetici cap. 19. *Primam, ait, instrumentis istis auctoritatem summa antiquitas vendicat. Apud vos quoque religionis est instar, fidem de temporibus asserere.* Nempe religio erat Romanis, non modò nomina reuereri, sed etiam reuerendam antiquitatem colere, & canam sapientiam venerari. Paulin. Vnde S. Paulinus & disertissimus, & pacatissimus vir ait in Epistola 6. *Profanas vocum nouitates deuita, ne circa quæstiones incipias ægrotare, & pericliteris à falsis fratribus.* Philo. Et Philo in lib. quod deterior, &c. sic fatur: *Ideo tunicam variegatam factam dicit legislator, qua significat labyrinthosi, & inexplicabilis dogmatis introductorem.* Nimirum qui studet innouandis quæstionibus, inexplicabiles & labyrinthosas subtilitates inuehit specie quidem acutas, re tamen inexplicabiles; & non semel suspectas de non bona doctrina.

265. Benè pius & Doctus vir, Vincentius inquam Abbas Lirin. non benè sanas de Theologia opiniones, & malè acutas Scripturarum interpretationes, sub infenso & periculoso Natiuitatis nomine acri stylo insectatur, scribens; *Aduersus profanas omnium hæresium nouationes.* Vincent. Lirin. *Nouitas valde placet dæmoni.* Tertull. Audacter dixit Tertullianus aduers. Hermogenem, cap. 1. *Posteriores quoque doctrina hæreses præiudicabuntur.* Et quidem Nouitas valde Dæmoni adulatur, & placet. Hugo. Genes. Hugo Card. ad illud Genesis 3. v. 1. *Cur præcepit vobis Deus?* ita scribit: *Nota quod diabolus primus inter omnes creaturas, nominauit Deum, vt pote hic. Similiter in Euangelio; primo vocat Iesum Nazarenum.* Marc. Marc. 1. v. 24. & subtiliter quærit causam cur diabolus præcurrerit Deum nominare. Dei sacrosanctum nomē primò in profano Dæmonis ore inueniendum fuit? Cur diabolus primus festinat illud nominare? Hugo. Acutè respondet Hugo: *Quia nouitas multùm placet diabolo.* Periculosum autem est, quod ad gustum diaboli est, cui nulla res non mala arridet. *Timeraris dicitur, qui multa nouat.* Et ita vel ex hoc detestanda est Nouitas, quia ad placitum diaboli est. Ergo qui noua dicit, periculose audet. Philo. Benè Philo in lib. sup. resipil. Noë. ait: *Iuuenem in sacris litteris sæpe vocari, non ætate vigentem, sed eum, qui habet animam temerariam, & nouarum rerum cupidam.* Ecce tibi anima temeraria dicitur, quæ spretâ antiquitate plura in scientiis innouare ambit.

Propterea Nouitas vsque eò malè audit, vt olim recens Euangelium quodammodò deuenustauerit. 266. Refert enim S. Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 107. Pelus. quod Euangelicæ doctrinæ nouitas retardauit diu Timotheum quendam, quominùs Christianus fieret. Et ipsemet Christus Dei Verbum, & Sapientia, deshonestatus quondam est ob doctrinæ nouitatē. Quod aduertit S. Chrysostomus exponens illud Lucæ 10. v. 25. Chrysost. Lucæ. *Ecce quidam legis peritus surrexit tentans*, &c. Super quibus verbis ita fatur: *Erant enim quidam verbosi circumeuntes totam regionem, incusantes Christum, & dicentes, quod præceptum Moysi inutile diceret: ipse autem Nouas quasdam doctrinas promeret.* Nempe vsque adeò odiosa erat Noua doctrina, vt vel hoc solo nomine Euāgelium impugnarint, quod nouam doctrinam edoceret.

Ad hæc antiqua interpretatio communior est, 267. & inde auctoritatem magnam combibit. Nam opinio singularis, vel solo singularitatis nomine impugnatur; imò & irridetur. Quod egregiè tradit Tertullianus lib. de Anima, cap. 24. aiens: *Plato scilicet solus in tanta Gentium sylua, & tanto Sapientum prato, Idearum & oblitus, & recordatus est.* Tertull. *Nouitas vel in Platone irridetur.* Audis opinionem magni Platonis irrideri, eo quòd singularis sit? quasi hoc tantummodò titulo funditùs labefactetur. Ergo exulet nouitas, ne quis à communi interpretatione seu opinione discedat. Porrò nouitatis inuentor, aut sectator à communi interpretatione declinet, necesse est. Discedere autem à communi hominum persuasione audacia videtur: ergo communiori opinioni seruiendum est. Sit gemnasiorum exemplar, Euangelista Matthæus Matth. cap. 1. v. 16. qui referens Christi Dei genealogiam, eam per Iosephi progenitores perducit vsque ad Christum: quod non parum negotij facessit interpretibus, vt Hæreticorum calumniam detergant, *Communem opinionem venerantur Euangelistæ.* qui hinc probari validè nituntur Christum Deum filium esse Iosephi: si quidem vt Christi genealogiam tradant Euangelistæ, Iosephi genealogiam texunt: quod perperam fecissent, nisi Christus filius fuisset Iosephi. Valde sudat interpretum industria, vt se extricent ab hoc nodo. Maldon. Lucæ. Maldonatus inibi sic respondet: *Euangelistas multorum opinioni seruire voluisse, qui, vt ait Lucas cap. 3. v. 2. Christum filium Ioseph*

Ioseph fuisse arbitrantur. Scilicet Euangelista intendit Mundo persuadere Iesum Christum Deum, esse vnius Dei, & Mariæ virginis filium: & tamen Christi genealogiam ducit per Iosephum, vt seruiat communi hominum opinioni, & existimationi, qua communiter filius Iosephi putabatur. Et licèt eiusmodi communis opinio erat falsa, & omnino contraria intentioni Euangelistæ Matthæi, qui prætendit publicare Christum non esse Iosephi, sed Dei naturalem filium: tamen vsque adeò vult seruire multorum opinioni, vt illam saltem superficie tenus quasi insinuet, ne contra communem opinionem scribere videretur. Ergo magni facienda est opinio multorum, quam Euangelistæ tanti æstimant. Exulet ergo Nouitatis singularitas vel in Platone irridenda.

268. Pulchrè dixit Pacatus in Panegyr. *Vetustas amplificatrix veri:* nam antiquitatis auctoritate, & communitatis suffragio veritatem, quam tradit, ampliare & incrementare videtur. Porrò antiqua interpretatio longioris temporis diuturnitate videtur præscribere. Quod tradit Tertullianus lib. de Anima, cap. 2. agens de vetustissima Philosophorum doctrina: *Magis*, inquit, *dicendo persuadens, quam docendo; leges naturæ opiniones suas facit: omnia præscribit.* Nota τὸ *Omnia præscribit:* Quasi priuilegium Antiquitatis sit, veritatis præscriptio, & à temporis diuturnitate communem plausum, & assensum sibi vendicare, mutuando ius, & titulo probabilitatis, & nomine antiquæ præscriptionis. Accinit Nazianzenus Orat. 10. *Bonum*, inquit, *omne tempore, ac ratione confirmatum, vim obtinet.* Nempe interpretationis veritas non tantùm persuadetur ratione, sed etiam amplificatur antiquitate, à qua præscribendi vim obtinet. Verùm enim verò hoc præscriptionis argumentum non valde vrget: quia ipse Tertullian lib. 1. aduers. Marcion. c. 1. agnouit, *Præscriptionem Nouitatis.* Et quidem Veritas non est res præscriptionis, sed rationis. Nam vt optimè Philo in lib. de Sacrif. Abel, *Virtutes carent tempore:* ergo interpretationis antiquitas non præscribit aduersus veritatem. Eleganter Septimius in lib. de Velandis Virginibus: *Cui* (scilicet veritati) *nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non priuilegia regionum.*

Antiquitas præscriptioni adsciscit pro se. Tertull. Nazianz. Tertull. *Nouitas præscribere etiam docetur.* Philo. Septim.

269. Cæterùm saltem interpretationis Nouitas tumultus excitat; odiosa enim est, & ita bella aduersùs se concitat, & sapientum arma: nam cultior nouitas, prouocatio sapientum est, & signum ad prælium. Apprehendat arma & scutum, qui noua molitur in re litteraria. Nouorum enim inuentor, & inuector non vocat ad sapientiam degustandam, sed prouocat ad luctam inchoandam. Lucæ 2. v. 13. Angelus nunciauit pastoribus nouam Dei infantis natiuitatem: *Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis.* Cur vbi nunciat Angelus natiuitatem nouam Christi Dei, statim sese agglomerat illi multitudo cælestis exercitus? Denunciatur natiuitas, an bellum? Quocum pugnandum est? & quam ob rem? Audiendus est Beda inibi: *Ne parua vnius Angeli videretur auctoritas, postquàm vnus sacramentum Nouæ natiuitatis edocuit, statim multitudo cælestium agminum affuit. Benè chorus aduenientium Angelorum militia cælestis vocabulum accipit.* Appositè ad rem Beda. Porrò cùm vnus Angelus Nouam doctrinam Nouæ natiuitatis edocuit, statim aduocat multitudinem cælestis exercitus. Tot enim exurgunt aduersarij, vbi primùm noua doctrina traditur, vt quasi vnus Angelus non sufficeret ad futuras pugnas, conuocatur multitudo

Nouitas tumultuosa est. Lucæ. Beda.

cælestis militiæ. Et quidem tametsi hìc noua nouæ natiuitatis doctrina vicerit in hoc prælio; at in scholis sæpius vincit antiquitas. Vnde *Victoriosa antiquitas* dicitur à Petro Damiano serm. 6. & à Tertulliano lib. 3. aduers. Marcion. cap. 3. *Victrix vetustas.* Petr. Dam. Tertull.

Denique non omittam grandia ipsius antiquissimi auctoris verba, lib. 1. aduers. Marcion. c. 8. vbi nouatorum acumina grauissimè & facetissimè irridet contra Marcionitas Nouum Deum adstruentes: *Stuporem*, inquit, *suum ædificant Marcionitæ, quod Nouum Deum proferant: quasi nos Veteris Dei pudeat. Instantur & pueri nouis calceis, sed à veteri pædagogo calceati: mox vanam gloriam vapulabunt. Nouum igitur audiens Deum in veteri mundo inauditum, quem tantis retrò seculis neminem, & ipsa ignorantia antiquum.* Et infrà: *Hæc erit Nouitas, quæ etiam Ethnicis Deos peperit. Quis Deus Nouus nisi falsus? Ne Saturnum quidem tanta hodie Antiquitas Deum probabit, quia illum Nouitas aliquando produxerit, cùm primùm consecrauit. At enim viua & germana Deitas, nec de Nouitate, nec de Vetustate, sed de sua veritate censetur. Deus, si est Vetus, non erit: si est Nouus non fuit. Nouitas initium testatur, vetustas finem comminatur.* Hæc ille. Cuius plura verba apprimè quadrant in opinionem, seu interpretationem Nouam, aut Veterem. 270.

Nouitas vapulat.

Addam & finio hunc §. quod eruditus Antiquitatis amator valdè cauere debet ne facilè Nouitatis damnet interpretationes, seu opiniones, quas ipse non legit aut audiuit: neque enim omnia ipse legit. Forsan aliquando damnabit vt nouum, & ad ingenij ostentationem effictum, quod in suæ scholæ magistris abditè delitescit. Ne ergo facilè sibi persuadeat, neotericum vnum esse ex his, *Qui bellicis sunt moribus, rebúsque nouandis famam aucupantur*, vt dixit S. Nazianzenus Oratione ad Arianos. Neque enim humani ingenij ager tam fertilis est, vt plures Nouitates fundat. Verè dixit Ecclesiastes, cap. 1. v. 10. *Nil sub sole nouum: nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est: iam enim præcessit in seculis, quæ fuerunt ante nos.* Qui multigenâ pollet eruditione scit, quod plura, quæ taxantur vt Noua, & ad ostentationem ingenij publicantur, olim tradita sunt à prisci seculi Scriptoribus. Tertullianus notat Carthaginenses, quia cùm ipsi primùm repererint arietis muralis vsum, cùm post multa tempora aries libraretur à Romanis ad euertendos Carthaginis muros, & iterato impetu labefactarent arcem, admirati sint Carthaginenses arietis machinam, vt nouam. Accipe Tertulliani verba libro de Pallio, cap. 1. *Arietem memini adhuc libratum, illa dicitur Carthago studiis asperrima belli, prima omnium armasse in oscillum penduli impetus. Cùm autem vltimarent tempora patria,* id est, Carthaginis) *& aries iam Romanus in muros quondam suos auderet, obstupuere illicò Carthaginenses, vt Nouum, extraneum ingenium.* 271.

Aliqua Nouitatis insimulantur, & vetusta sunt. Naziànz. Eccles. Tertull.

Tantùm æui longinqua valet mutare vetustas!

Itaque Carthaginenses, qui commenti sunt arietem muralem, eius vsque adeò obliti sunt diuturnæ pacis beneficio, vt cùm à Romano exercitu libraretur ad subruendos Carthaginis muros, obstupuerint Carthaginenses, (expende verba) *vt Nouum, extraneum ingenium.* Scilicet militarem machinam, quam ipsi inuenêre, & quæ sua, & suorum erat ob inuentionem, nouum, & extraneum ingenium arbitrati sunt.

Tantùm æui longinqua valet mutare vetustas.

Quid accommodatius?

Digitized by Google

172. *Nouitas non impugnatur nouitate.* Psalm. Euseb. Demum præcaueat, ne dum Nouas interpretationes impugnat, nouas interpretationes inducat. Accippe rem planè ridiculariam, quam affert Pamelius in Scholiis ad caput 21. libri de Carne Christi, sic inquiens: *Paulus Samosatenus* (*Eusebio teste Historia Ecclesiastica libro septimo, cap. 24.*) *Psalmos qui in Dominum* IESVM *decantabantur, velut neotericos & nuper inuentos, cessare fecit: à se verò compositos diebus Paschæ in medio Ecclesiæ canere iussit.* Scilicet Samosatenus Psalmos Dauidis repudiat vt nouos, & in eorum locum ipse composuit alios Psalmos planè nouiores; tacitè impugnans quod asserit, & recentiore nouitate nouitatem infectans.

Nazianz. *Antiquas & obsoletas interpretationes ne quæras, vt Nouum quid adducas.* Nazianz. Ergo vndecumque res sit, sanctum debet esse illud S. Naz. Orat. de Pace. *Vsitata ne spernas, Nouitatem non aucuperis, vt nominis splendorem tibi apud vulgus concilies.* Profectò saltem ventosissima ambitio foret quærere in priscis auctoribus rancidas, & obsoletas interpretationes, & illas rediuiuas facere, quasi recenter compositas: quod olim accidit tempore S. Nazianzeni, vt ipse ait ad Euagrium: *Nonnulli*, inquit, *homines infirma, planéque rancida & obsoleta dogmata construxerunt.* Et quidem difficilè planè est, vt aliquis denuò constituat antiquas & rancidas opiniones: nam qui construit, de nouo construit, quomodo autem potest quis recèns construere, quod vetustum & rancidum est? Scilicet quisquis indagans rancidas, antiquatas, & obsoletas interpretationes, situ iam diu abolitas, illas recentat, & quasi nouas & nuperrimè excogitatas proponit, hoc appellat Nazianzenus rancida & obsoleta dogmata de nouo construere. Quod eleganter dixit Cassiodorus, lib. 2. epist. 4. *Delectamur vetustatis inuento.* Ac si quod vetustissimum erat, recèns inueniatur: inuenitur enim, quia erat perditum, & oblitteratum. *Quod nouè quidem dicitur, est autem antiquissimum*, ait Clemens Alex. lib. 7. Strom.

Cassiod.

Clem. Alex.

---

§. LVII.

Nouitatis elogia: & Vetustatis vituperatio.

273. Clem. Alex. *Antiquitas non præoccupauit omnem veritatem.* CLemens Alex. Adhort. ad Gen. vt istiusmodi Antiquitatis veneratio ab Ecclesia exularet, Christianâ licentiâ ausus est dicere: *Est autem error vetus: res noua apparet veritas.* Neque enim veritas est res vetustatis; neque vetustas domina est veritatis, sed aliquando mancipium erroris. Sagacitas ingenij, perspicacitate viuida, labore indefessa, eruditione locuples, inuenire solet veritatis venam. At Antiquitas non exhausit ingenia, neque præoccupauit veritatem, quæ etiam patet Nouæ Sapientum indagationi. Sapienter inquit Seneca epist. 33. *Quid ergo? non ibo per priorum vestigia? Ego vtar viâ veteri: sed si priorem, planioremque inuenero, hanc muniam. Qui ante nos ista mouerunt, non Domini nostri, sed duces sunt. Patet omnibus veritas, nondum est occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum est.* Pergit epist. 45. *Non enim me cuiquam mancipaui, nullius nomen fero: multum magnorum virorum iudicio; aliquid è meo vendico. Nam illi quoque non inuenta, sed quærenda nobis reliquerunt.* Num vetustas quasi suo iure possedit omnem veritatem? Esto veritatis repertrix sit, sed non omnis. *Argumento est Ioseph: Circa Nouas opiniones semper occupatus*, inquit Philo Hebræus de Agricul. Et de Mosis sapientia, sic scribit lib. 1. de vita Moysis: *Sapientes intra modicum tempus ille superauit, natiua docilitate institutionem præcurrens, vt reminisci videretur, non discere: in rebus difficilioribus de suo comminiscens aliquid. Nam præclara ingenia multa innouant circa scientias.* Expende hæc postrema verba, *Præclara ingenia multa innouant circa scientias.* Neque enim antiquitas habet omnem sapientiam, omisit aliqua, quorum indagationi vacat posteritas, quorum inuentione gaudet, quorum spicilegium studiosa facit. Non enim prisca ætas reperit verum omne; neque quod est Antiquitatis inuentum, eo ipso verum est; neque quia nuper repertum, erit falsum. Sæpè Antiquitas inuentrix fuit falsitatis, aliquãdo Nouitas repertrix erit veritatis: quæ non est veritas, quia Antiqua, vel recentior est. Altè Tertull. lib. de Anim. cap. 18. cùm meminisset Pythagoricæ sententiæ de transmigratione animorum in alia, atque alia corpora, ita fatur: *Sic ex mortuis viuos effici, senior sermo est; quid enim si & iunior? Neque veritas desiderat vetustatem. Teneo planè falsum Antiquitate generosum.* Quid illustrius?

Seneca.

Philo.

Præclara ingenia multa innouant circa scientias.

Falsitas est ab antiquitate illustris, & generosa. Tertull.

Porrò indecorum est, vt hominibus, quia modò non viuunt, sed vixerunt olim, tanta deferatur auctoritas, quæ proculdubio aufertur viuis hominibus. Numquid illi sapientiores sunt, quia floruere quondam? quia nunc defuncti sunt? Et qui viuunt, & florent nunc, quia vita fruuntur spoliandi sunt natiua sapientiæ falsitate? Dehonestatur præsens seculum, inuidia præteriti: illi tribuitur quod huic adimitur, & defloratione nostræ ætatis viuentis & iuuenescentis, floret ætas prisca senescens, & emortua. Elegantes Plinius iunior, iunioris litteraturæ disertus vindex, lib. 1. epist. de suo Pompeio Saturnino litteratissimo, & eloquentissimo illius æui viro, sic scribit Septitio Claro, commendans quemdam libellum, quem Pompeius ediderat: *Est mecum per diem totum, eundem anteq̃uam scribam, eundem cùm scripsi, eundem etiam cùm remetior, non tanquam eundem lego. Quod te quoque vt facias hortor, & moneo. Neque debet operibus eius obesse,* QVOD VIVIT. *An si inter eos, quos nunquam vidimus floruisset, non solùm libros eius, verùm etiam imagines conquireremus, eiusdem nunc honor præsentis, & gratia quasi satietate languescet? At hoc prauum, malinúgmque est, non admirari hominem admiratione dignissimum, quia videre, alloqui, adire, complecti, nec laudare tantum, verum etiam amare contingit.* Porrò iniquum est, vt pereat quis æstimationem, qui nunc viuit, quam haberet si foret olim defunctus. Quasi sepulchrum esset decus sapientiæ, & vita, illius dedecus. Ergo esto æquus rerum æstimator, & æstima non tam rei ætatem, quàm rem. Non ratè sapit cui solum cana sapientia in pretio est, & recentiorem depretiat. Porro Sapientia virgo est. Ergo quæ senior displicet, placeat iunior. *Ne nouam nuptam, anum (vt vulgaris locus est) duras*, ait philo de Agricul. 274.

Scriptori non officit, quod recens sit, & viuus est.

Plin.

Philo.

275. Matth. Thema propositum sit thematis probatio: ait enim Christus Deus, quod *Scriba doctus profert de thesauro suo Noua, & Vetera*, priorem & principem locum tribuens Nouitati, posteriorem & vltimum vetustati. Quod pulchrè notauit S. Augustinus lib. 20. de Ciuit. cap. 16. his verbis: *Non dixit Vetera & Noua. Quod vtique dixisset, nisi maluisset meritorum ordinem seruare, quàm temporũ.* Non casu & temerè inquit Christus, *Noua & Vetera*, sed consultissimè, vt decebat Deum loquentem: quippe voluit principe loco, & sede sublimare Nouitatem, & illam Antiquitati præferre.

Aug.

(*Præcedit*

Chrysol. (*Præcedit, non præcellit* Antiquitas, ait Chrysologus serm. 137.) Et ita attendens Christus ad Nouitatis dignitatem, vt illam meritis excellentiorem agnouit, ita prætulit loco. *Volens meritorum ordinem seruare, quam temporum.* Vnde (verba sunt S. Hieronymi ad locum præfatum Matthæi,) Sponsa dicit in Cantico Cantic. 7. *Noua cum Veteribus, dilecte mi, seruaui tibi.* Præstantiorem locum tribuens Nouitati. Vnde homo cæteris creaturis nobilior, postremus omnium creatus est. *Non statim quia postremus homo factus est, esse inferiorem ordine,* ait Philo de Mundi Opif.

Hier. Cant. Philo. Marc. Nouum miraculum dicitur. Hier.

Marci 3. v. 13. *Et fecit, vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare, & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia, &c.* Super quibus verbis sic fatur Hieronymus: *Dedit illis potestatem, &c. vt facerent, qui Noua prædicarent.* Illustris planè interpretatio! Scilicet magnus Scripturarum interpres Hieronymus, potestatem ad facienda illustriora miracula, appellat potestatem *noua faciendi*, quasi Nouitas illustre quoddam ingenij miraculum sit. Et quidem vsque adeò inuidiosum, vt necesse fuerit Christi nomine *Noua facere*, vt mandantis reuerentia præsidium sit Nouitatis: & in asylo diuini præcepti collata immunis sit à communi odio, quod ita sæuit in Nouitatem.

276 Ais saltem Nouitas caret honore & auctoritate vetustatis. Quis id neget? at Nouitas gratior est. *Gratia Nouitatis*, ait Plinius lib. 1. Epistolarum, & Tertullianus lib. aduers. Marcionem cap. 9. *Nouitatis gratiositatem* agnouit. Imò neque Nouitas caret honore antiquitatis. Prouerbiorum 8. v. 18. *Mecum sunt diuitiæ, & gloria.* Theodotion vertit: *Mecum est substantia antiqua.* Et iure addubitant interpretes quomodo Sapientia ab æternâ antiquitate potuerit habere opes, & gloriam, cùm ab æterno opes nullæ sint. Quo ergo pacto substãtia seu opulentia dicitur antiqua, & ab æterno ditans Sapientiam? Salazar ibi; Vetera, inquit, & antiqua non solùm dicuntur ea, quæ à multo antehac tempore perdurant, sed etiam quæ dehinc multo tempore durabunt. Hæc ille. Quod probat etiam in Commentariis super Cantic. ad cap. 1. vers. 13. Ergo decus & gloria, quæ recens aduenit Sapientiæ, Antiqua dicitur, non tantùm à vetustate anteacta, sed ab æternitate futura. Vnde interpretatio de nouo sapienter inuenta, æternùm Antiqua dici potest, quia æternabit in posterum: & ab duratione posthabenda in Doctorum approbatione, etsi noua sit, dicitur æternùm antiqua: à plausu enim mutuabit anteuersionem durationis, & decus Antiquitatis: & ita erit Nouitas æmula æternæ Antiquitatis. Audis Nouitatem antiquam? & interpretationem recèns natam, & adhuc in cunis vagientem, æternâ antiquitate celebrem? Itaque Nouitati non deest laus reuerendæ Antiquitatis. Quò alludere videtur P. Damianus serm. 60. aiens: *Æterna Nouitas, & Noua Antiquitas.*

Plinius. Tertull. Prou. Theod. Nouitas persæpe antiqua est, quæ æternum durabit. Salaz. Petr. Dam.

Ergo etsi dominatrix Antiquitas scholarum ius sibi vendicet, recusari iure potest. Quod insinuat Tertullianus libro de Pallio, cap. 3. aiens: *Anni recusantur*, sic locum scribit Claudius Salmasius. Itaque colenda Antiquitas, & veneranda annositas recusari potest tanquam suspecta de re Nouitatis.

Antiquitas recusatur. Tertull. Salmas.

§. LVIII.

Præfertur vetus opinio, recenter compta, innouata, aucta.

SVprà scripta adaggeraui, & exaggeraui è Scriptura, & Patribus, ne mera & sincera Nouitas passim reprobetur, non vt approbetur. Incedat doctor per viam regiam, non per tramites, aut à præcipitiis angustos, aut impeditos multo lapide difficultatum. Ergo Nouæ sternantur viæ publicæ, & Antiquæ. Et fiant *aspera in vias planas.* Recenti acumine struatur, ornetur, splendeat opinio vetus: nouo ingenio expediantur difficultatum tricæ recèns inuentæ, quod posteritati relictum est: nam *multum egerunt, qui fuerunt ante nos, sed non peregerunt*, ait Seneca epist. 65. Itaque varietati *ipsa quæ gaudet variare cuncta, resque transformare hominum Vetustas*, cecinit Erinna apud Lipsium lib. 1. de magnit. Rom. cap. 1. Vnde sic structa opinio ab Antiquitate mutuabit honoris auctoritatem; à Nouitate felicitatem splendoris. Et opinio ex Vetere Noua, combibet vtriusque virtutes. Tertullianus auspicans librum de Pallio à laudibus Carthaginensium, sic ait: *Viri Carthaginenses, Vetustate Nobiles, Nouitate felices.* Siquidem vetustior origo, exaggeratio est nobilitatis, quæ eò splendet magis, quò antiquiores agnoscit natales. Item Nouitas felix valdè est; quia deterso vestutatis squalore, & obliuionis situ, de nouo emicans, oculos, & amorem ad se conuertit: & ita fit admiratione prospera, plausu celebris, nouitate felix. Vnde opiniones renouatæ erunt *Vestutate Nobiles, Nouitate felices.* Et eiusmodi opiniones de vestutate Nouæ, etsi à Nouitate aliquantulam iniuriolam combibât, plus decoris, & venustatis fœnerantur. Pergit Tertullianus: *Vobis (inquit) post iniuria beneficium, vt Senium, non fastigium exemptis.* Quasi eiusmodi iniuriola, beneficium sit, non probrum, quia opinionis veteris squalorem, & senium renouatio eximit, non fastidium; imò opiniones veteres à recẽti Nouitate fastigiantur in Nouam Nouæ gloriæ maiestatem. Hanc à renouatione auctoritatem suadet Vincentius Lirinensis Abbas, expendens illud 2. ad Timoth. 1. *Depositum custodi. Quid est Depositum? Id est, quod creditum est, non quod à te inuentũ: non duces, sed sequens: Per te posteritas gratuletur intellectum, quod antè vetustas nõ intellectũ venerabatur. Eadem tantùm, quæ didicisti, doce: vt cùm dicas nouè, non dicas Noua. Sic erit tua opinio tempore senior, potentia iunior*, quę sunt verba Philonis de Migr. Abrah.

277 Opinio à vetusta noua præfertur. Seneca. Erinna. Lips. Tertull. Tertul. Vinc. Lirin. 2. ad Tim. Philo.

278 Tametsi verum est illud Philonis lib. de Agricult. *Eruditio non senescit*, nam virtus non habet ætatem: tamen nescio quonam præternaturali fato senectus flaccescit, & ægrotat: nam morbus est senectus ipsa. Saltem vt ait Seneca lib. 3. de Benefic. cap. 2. *Sordes ipsa colligunt vetustate.* Et S. Nazianzenus Orat. 2. Theog. inquit: *Esse quædam infirma, planè rancida, & obsoleta dogmata.* Et sanctus Chrysologus serm. 82. *Sicut Nouitate splendent, ita Vetustate sordescunt.* Itaque Antiquitas ipsa vetustate sordet, languet, & ægrit. At senectus ægritudo est immedicabilis. Verùm id in rebus aliis prętet Sapientiam, quę medicabilis est. Nam de serpente, qui Symbolum Sapientię est, luculenter scribit Tertullianus de Pallio, cap. 3. *Vt senium persensit in angusta se stipat; ab ipso statim limine rasus,*

Philo. Seneca. Nazianz. Chrysol. Antiquitatis langor, nouitate curatur. Tertull.

Digitized by Google

erasus, exuuiis ibidem relictis, Nouum se explicat: cum squamis & anni recurantur. Ergo curentur Sapientiæ anni, & vt ex Vetere Sapientia fiat Noua, *languescat in iuuentutem.* Nam est *Ratio curandæ opinionis*, inquit Alexandrinus Clemens 7. Strom. cap. 9. Curetur à Vetustatis morbo Sapientia salute Nouitatis, valetudine iuuentutis. Ergo præstat Sapientia renouata.

Clem. Alex.

Cælestis Beatitudo, vt intuitiua Dei cognitio est, sic etiam & potior, & felicior sapientia est, quâ feliciter noscitur, & beatè tenetur summa Veritas. Hæc quodammodò renouatur, non quia tædium sui parit, sed vt hominibus notitias, & delicias commendet suas. Matth. 26. vers. 29. ait Christus Deus, qui mente beatus erat à primo conceptionis momento: *Non bibam à modò de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum Nouum in regno Patris mei.* Ad rem sanctus Chrysostomus hom. 83. in Matth. *Quòd autem dicit Nouum, intelligendum est Nouè, id est, Nouo modo.* Quasi dicat Christus: Etsi in regno Patris mei perpetuò sedebo in æternaturo Beatitudinis conuiuio: (*Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.* Psalm. 35. v. 9.) at Beatitudinis felicitatem nouè degustabo; Non vt satietatis fastidium euitem, sed vt plenam voluptatem exaggerem. Nam quod diu delectat, diuturnitate tædium creat; non sic Beatitudo: (quem enim gloriæ tædeat?) sed vt eximiam felicitatem beatitudinis augustiùs commendem, illâ Nouè fruar, & nouo modo inebriabor eius deliciis. Quod sapienter docuit sanctus Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 73. his verbis: *Pater glorifica me illâ gloria, quam habebam apud te; priusquam mundus esset. Perpendis quia non initium gloriæ petit, sed renouationem vt ita dicam.* Ergo Antiquam gloriam, quæ est felicitatum summa, quodammodò renouatam tradit, & à renouatione commendatam exaggeratiùs deprædicat.

Beatitudinis gloria quomodo renouari dicatur. Matth. Chrysost. Psalm. Cyrill.

279 Dei verbum Deus est, & à Deitate æternus est. Longæua profectò antiquitas, & quidem perfectissima, quippè quod Dei attributum est, nempè æternitas. Et tamen visum est Clementi Alex. vel hanc præclaram Antiquitatem Verbi quasi renouandam esse, vt à Nouitate etiam commendaretur: In Adhort. ad Gentes appellat Verbum *Nouæ harmoniæ æternum modum.* Alludit ad modos musicos, non ad *Modum*, qui in scholis, *Rei* opponitur; scilicet, Verbum æternus modus est, musico concentu ab æterno modulatus à Patre Deo: at Verbi æterni harmonia Noua est: nempè consonantiæ, pausationes, & cætera musices accidentia: nam Verbum ab æterno, & hodie genitum est, dictum est, modulatum est. Itaque licet omnia, quæ in Deo sunt, adeò antiqua sunt, vt æterna sint, quærit Clemens Alex. aliquid in Deo, quod sit Nouum, ne quæ in Deo sunt, omnia merè antiqua sint; sed antiqua Noua sint. Psalm. 2. vers. 7. & ad Hebr. 1. v. 5. dicit Pater Christo Deo: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quæ verba de humana Christi generatione intelligunt Origenes, Cyrill. Theod. Hilar. in Psalm. 2. Ambr. lib. 3. de Sacr. cap. 2. Athanas. apud Oecum. Sed præstat locum intelligere de æterna Verbi generatione, cum August. in Psalm. 2. Chrysost. Theoph. Anselm. sancto Thom. ad Hebr. 1. Verùm statim pulsat animum, cur Pater æternus dicat, *Genui te*: & addat, *Hodie.* Congruentiùs enim diceret, hodie gigno te; vel supposito quod dicit *Genui*, potiùs dicendum foret: Genui te olim, non *hodie.* Luculenter S. Thomas: *Ideo non dicit, genero te, sed genui; quia perfectus est. Sed tamen ne putetur esse generatio eius tota in præteritione, & per consequens in defectione, addit, hodie; vt sit sensus: Perfectus es, Fili; & tamen generatio tua æterna est.* Quasi dicat: Si Verbi generatio ab æterno tantùm foret, tota in præteritione, & in defectione foret. Vnde vt Filius Dei, qui est increata Sapientia, perfectus sit, dicitur hodie genitus. Scilicet. *Genui* de præterito, vt significetur tota antiquitas æternitatis; sed ne tanta antiquitas *in defectione* esse putetur, additur *hodie*, vt verbi generatio perfectissima sit, nempe Antiqua Noua, & æterna recens: *Ego hodie genui te.* Imò ab hac nouitate plus videtur Deus gloriari. Exod. 3. *Ego sum qui sum*: quod est Dei elogium: In Hebræo est: *Ego ero, qui ero.* Non tamen ait: *Ego sum, qui fui*; ac si à præsenti, aut futura quasi Nouitate Dei æternitas decoretur. Vnde ait, Ego qui sum æternus, sum & qui nunc sum, & qui æternùm ero. Porrò si Dei Antiquitas, quæ perfectio eius est, nempe æternitas, commẽdatur à Nouitate; creata Vetustas, quæ caduca est de se, illustrior erit à renouatione. Nec fuit cur quispiam exacerbetur, eò quòd æterna Dei attributa Vetera dixerim, cùm de Deo Patre scribat S. Chrysologus serm. 131. *Sic Daniel cap. 7. Deum Patrem crine niueo, senectute reuerenda, antiquitate terribilẽ conspicit.* Hæc dixi, ait apud Cassiod. lib. 10. epist. 4. Theodoaldus Rex, *Vt vnde periculum pertuli, inde me vniuersitas cognoscat ornari.* Ergo præstat Sapientia ex Antiquâ Noua, ex vetustate recens, ex prisca renouata. Hæc deposuit squalorem senij, & fulget nitore Nouitas. Hæc exuit solocem vetustatis, & induit purpuram nouitatis. Hæc non est caduca præ vetustate, sed erigitur in iuuentutis fastigium. Nam *Omnis Scriba doctus debet proferre de thesauro suo Noua, & Vetera*: id est, Noua ex veteribus. Sic nec à Nouitate Nouator audies, neque à Vestutate Veterator; (nisi fortè ab inuida æmulatione vtrumque audias. Nam *Inuidia non quærit quid dicat, sed vt dicat*, ait S. Chrysostomus homil. 42. in Matth.) *Sic vos eritis iuniores, ambo seniores*: quod de Maximiano, & Diocletiano præclarè dixit Mamertinus Panegyr. 2. genethli. Hæc noua antiquitas digna est Christiano Doctore, quæ fuit digna Christo. *O Christum & in nouis veterem!* ait Tertullianus lib. 4. adu. Marc. cap. 20. Sic habebit opinio, *Natiuitatis gratiam*, (vt aiebat Plinius, & Vetustatis gloriam.

Clemens Alex. *Generatio Verbi est noua ob æterno.* Exod. Chrysol. Daniel. Cassiod. Chrysost. Mamert. Tertull. Plin.

---

§. LIX.

Homo litteratus scientiæ anima est, doctrinæ reus, & sapientiæ martyr.

Vulgi est magnò æstimare opulentos, & proceres, suscipere chlamydatos, & ornatos. 280
Oculis de homine nõ credas, ait Seneca de vita beata cap. 2. *Ista quæ spectantur, ad quæ consistatur, foris quidem nitent, introrsùs misera sunt. Quæramus aliquid non in speciem bonum, sed in solidum, quo homo certiùs homo sit.* Quod est hoc bonum? Sapientiam inquam. Citò dixi, sed verè. Hæc enim est vita animi, magistra vitæ, diuinus vigor, & quidam humanitatis fastus. Per sciẽtiam enim bruta ignorantia ab homine exulat, mundana noscuntur, cælestia penetrantur, & rimantur diuina: & (vt sic dicam) homo fit magis homo, cùm euadat rationalior. Quin & litterarum studiosus ab improbo studij labore, carnis subsultus frænat, &

Senec.

euadi

Clem. euadit castus: *Planè enim fieri non potest, vt quis simul sit & scientia preditus, & blandiri corpori non erubescat*: ait Alexandr. Clemens 3. Strom. Elegãter Ennod. Ennodius lib. 5. epist. 16. *Sancta sunt studia litterarum in quibus ante incrementa peritiæ, vitia deciscuntur. Hoc itinere cana ad annos pueriles solent venire consilia: dum quod ætas refugit, solent instituta præstare.* Et quidem sapientia, pia virtutum ambitio est, & sanctitatis religiosa præsumptio; & scintilla, seu inchoatio beatitudinis dicitur à S. Hilario Matth. Hilar. *Sapientia est vir intellectus.* in cap. 5. Matth. sic scribente: *Iustitiam sitientibus, & esurientibus, beatitudinem tribuit Christus, significans extensam in Dei doctrinam sanctorum auiditatē perfectā in cælo satietate repleri.* Vnde Philo in lib. Philo. Quod deter. potiori, &c. hominē, qui studiis scientiarū non vacat, appellat *Viduatum à scientiis*; quasi intellectus sciētiis instructus, maritus sit animæ eam fouens, nutriens, venustans & fœcundans ad omnem honestatem. Sapien. 7. v. 11. dicitur de Sapientia: Sap. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Nam vt inquit Clemens Alexand. 7. Stromat. Clem. *Sapientibus adnascitur bonum.* *Est enim omne bonum eiusmodi, vt adnascatur ei, qui est preditus cognitione.* At anima orbata scientiis, quasi viduata marito, solitaria est, sterilis, pauper, flebilis, vt vidua defuncto coniuge. His sapientiæ commodis sic allectantur quidam ad litterarum studia, vt quasi philtro amatorio, aut arcanis præstigiis fascinati, dies noctésque incumbant in libros. Hi parent S. Nazianzeni adhortationi Orat. 1. dicenti: Nazianz. *Fascinum Sapientia* *Sapientia fascino, quo animæ morbus curari, & discuti solet, fascinemur.* Quasi sapientiæ amor sit animarum salus & piæ præstigiæ, quibus homo vigeatur ad capessendam litteraturam: ne succumbat oneri studendi, sed viriliter subeat difficultates, & exantlet labores, qui innumeri & maximi occurrunt in re sapientiæ. Qui erit labor huius §. in quo publicabo labores sapientię adipiscendæ.

281. Eccles. Eccles. 1. v. 18. *Qui addit scientiam addit & laborem.* Quinam est hic labor scientiæ comes? & quo premitur scientia? Antiquos sapientes, Animalia gloriæ appellauit Tertullianus lib. de Pœnitentia, cap. 1. Tertull. *Sapiens est gloriæ animal.* *Philosophus gloriæ animal.* Scilicet Sapiens est animal gloriosæ sapientiæ, iumentum baiulum gloriosioris litteraturæ: *Açemila de carga y de trabaio de saber.* O quàm degrauat labor addiscendæ sapientię! Genes. 49. v. 14. *Issachar asinus fortis accubans inter terminos.* Hebraicè, *Issachar asinus osseus, vel dorsi.* Sed aduertere oportet, Issacharitas fuisse sapientiores Hebræę gentis, 1. Genes. 1 Paralip. *Sapiens sicut Issachar est asinus osseus, vel dorsi.* Paralip. cap. 12. v. 32. *De filiis quoque Issachar viri eruditi.* De hac igitur litterata tribu ait Moyses: *Issachar asinus, fortis, osseus, vel dorsi.* Nunquid sapiens tribus aptè dicitur Asinus fortis, osseus, vel dorsi? Asinus brutum est animal, stupidum, & ineptum ad scientias. Quam ob rem Tribus nata scientiis dicitur asinus osseus, vel dorsi? Imò homo hebes & stupidus dicitur asinus, ad exprimendam ineptitudinem ad scientias capessendas. At bene, & optimè homo litteratus, cùm sit gloriosę sapientię animal, appellatur *Asinus fortis, osseus, vel dorsi*, vt sic publicetur, quàm laboret in sapientiæ studiis, quam grauis sarcina eius humeris incumbat, quę perpetuò dorsum eius premit. Pulchrè ad rem addidit, *Accubans inter terminos*; alij *Inter sarcinas*: quę verba explicat noster Mariana, sic scribens, Marian. *Accubans inter duos ordines, per quos intelligit duas oneris partes, quæ iumentis imponi solent.* Quasi dicat; litteratus Issachar asinus est osseus, vel dorsi, accubans inter sarcinas, quas scilicet non deponit, etiam quando accubat, & à labore quiescit. Videas sępè cùm festinat protelum mulorum benè onustorum, quod si opus est in medio itinere mulos cibari, iisdem hordeum apponitur non depositis sarcinis. O immensum laborem! ò laboriosam requiem! Etiam in leuamine premetur iumentum sarcinatum onere? Appositè ergo dicitur *Issachar asinus osseus, vel dorsi, accubans inter sarcinas, vel inter duas oneris partes.* Pulchra sanè descriptio litteratorum studiosi: qui non tantùm laborat dum statis horis dat operam litteris, sed etiam dum studia intermittit. Cùm animi causa rura petit, ibi mēte versat difficultatem, quam alias eluctari non valuit, cùm meridiatur, aut cubat ad capiendos somnos, quęstionem, quam non bene capit, inuita mente tractat, dum sedet ad mensam ciborum negligens, elaborat auidè discursum bene cœptum, (quod accidit S. Thomę, & sępe meditabundo sapienti,) nec in accubitu valet excutere sapientię onus, quia litteratus est sapientię Animal: & sapiens *Issachar, est asinus osseus, vel dorsi, accubans inter sarcinas, vel inter duas oneris partes, quæ iumētis imponi solent*: est enim *gloriæ Animal.* 282

Cęterùm adhuc verso illud: *Qui addit scientiam, addit & laborem*: nempę, Litteratus Issachar asinus fortis vel osseus dicitur ad portandum litteraturæ onus, & subeundos scientiæ labores, qui vsque adeò magni sunt, vt robustiores vires debilitent, & extingant: *Tabescere fecisti sicut araneam animam eius.* Psalm. 38. v. 10. Hugo, *Sicut aranea* Psalm. Hugo. *Sapiens sicut bombyx trahit de occultis sapientiam.* *euiscerat se in telis suis.* Sub qua metaphora rectè explicantur litteratorum ærumnæ. Porrò in reliquis hominum laboribus aut impenduntur diuitiæ, aut industria, aut commodum, aut sudor. Scilicet architectus ex lapidibus, aut lateribus calce illitis: textor è subtegmine laneo, aut lineo, & fibris gossipeis, aut sericis, semper extraneā materia, opus conficit. At in scientiarum studiis homo sese erogat: & instar araneæ, seu bombycis euiscerat sese. *Trahitur enim sapientia de occultis.* Iob. 28. Iob. vers. 8. Nimirum sicut aranea vel bombyx trahit de occultis visceribus filum; quo bombycion elaborat: & se euiscerat, vt telam conflet. Sic sapientia trahitur de occultis visceribus hominis: assiduè incumbendo in litteras, identidem euoluendo volumina, impensiùs attendendo, attentiùs discursando. Vnde sapiens salutem, & vitam impendit diu studendo: & sese euiscerans, tabescit sicut aranea, eliquans vitalem succum in sapientiæ opus. Ac si vnaquæque lugubratio sit quasi portiuncula quædam animæ, aut vitæ. Sicut pars quælibet telæ, aut bombylij, portio quædam est araneæ, aut bombycis. Quid aptius ad labores litterarios exprimēdos! Heu! quàm multi sapientes scriptores nunc telas aranearum texunt, aut ob nimiam subtilitatem, aut ob inutilitatem: aut quoniam etsi pretiosum sit opus litterarium, hodiè vt tela aranearum æstimatur ob oscitantem aliquorum Principum incuriam? o ingenium inuidiæ æmulatorum!

283. Ad hæc, *Qui addit scientiam, addit & dolorem,* Aquila, *addit & tormentum*, quasi res litteraria perennis cruciatus sit, & acerbum tormentum. Olim, Eccles. Aquila. *Sapientia tormentum & vulnus est.* & nunc reus suspectus grauioris flagitij in equuleo torquetur, vt à tormento extorqueatur veritas, (*Torque reum, & extorquebis veritatem*, dixit ille quicumque.) Sic litteratus, veritates, quas edisceit, quasi in tormento decantat, tormento constant. Nam tormentum ingenium est extorquendi veritatem. Item qui reus est solummodò, tormentum subit. Sic litteratus perpetuò reus est aut erroris, quem malitia aut ignorantia lectoris conflauit, aut inuidiæ

inuidiæ ob gloriam, aut odij ob felicitatem, &c. Alij Ecclesiastæ verba, sic scribunt: *Qui addit scientiam, addit dolorem*, qualis coniunctus esse solet cum vulnere. Ad rem S. Nazianzenus Orat. in laudem Basilij: *Profectò plaga cordatis hominibus doctrina est.* Quam scientia ipsa vulnus sit, & plagæ dolor. Nempe tot plagis feritur homo, quot veritates addiscit. Vnde ab studiis perpetuò lancinatur. O durum, & dirum litterarum studium, vel stadium! Quid si à discipulis plagas istas patiatur Magister? Quod de Cassiano dixit P. Damianus, serm. 39. *Iste eos carnifices pertulit, quos docebat.* Et S. Chrysologus serm. 101. *Paulus vapulando docuit, non cadendo. Vt eximius Magister, quot sunt homini mores, tot ferret, & exciperet passiones.*

Eccles. Nazianz. Petr. Dam. Chrysol.

184. Denique: *Qui addit scientiam, addit & laborem.* Sic vertunt Biblia Complut. & Regia: *Qui addit scientiam moritur in adolescentia sua.* Scilicet litteratus studiorum torméto, & doctrinæ vulnere præmaturè moritur, & præcox Martyr est. Nam tametsi *Quod sapit viuidum est*, vt ait Septimius lib. de Anima, c. 15. At studiosus candidatus martyrij est, & doctus bene martyr. Eleganter S. Nazianzenus præfata Orat. ait: *In sepulchro Basilius conditur, ac sacerdotibus sacerdotum princeps prædicatoribus magna vox, martyribus martyr adiũgitur.* Audis magnum Doctorem Basilium, plane martyrem effici à Nazianzeno? Bene Martyr dicitur sapiens, qui tot carnifices passus est, quot quæstiones extricauit: tot dolores, quot lucubrationes: tot vulnera subit, quot stylos exercuit: tot tortores, quot volumina, ô egregium Doctorem, ob hoc viuum martyrem: Martyrem, propter tormenta; viuum, propter diuturnitatem doloru n; quos doctrina facit. Prouerb. 9. v. 2. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem: immolauit victimas suas.* Quæ sunt hæ victimæ, quas in publicis gymnasiis sapientia mactat? Tertullianus in Scorp. cap. 7. sic prædicta verba scribit, & explicat: *Sophia iugulauit filios suos, Sophia sapientia est. Sapienter vtique iugulauit, dum in vitam: & rationabiliter, dum in gloriam. O parricidij ingenium! ô sceleris artificium! ô argumentum crudelitatis, quæ idcirco occidit, ne moriatur, quem occiderit!* Quia litterato æternat gloriosior vita, vt æternat martyri. Perit vita caduca, vt perennet æterna; diu moritur, vt æternum viuescat, & à diuturnitate martyrij gloriosior palma reportetur. Pulchrum plane litterarum elogium, & sapientiæ fastus. Nimirùm fulgent in Ecclesia Martyres, qui sanguinem fuderunt pro fide. Eminent Martyres, qui occubuerunt pro quauis virtute. Nec desunt sapientiæ Martyres, qui ab indefesso studiorum labore, sapientiæ cadauera, & viui martyres appellantur: Nemo nisi tyrannus sæuit in Doctores, nemo nisi carnifex litteratorum martyria conficit.

Bibl. Compl. Regia. Septim. *Sapiens est scientia martyr.* Nazianz. Prou. Tertull.

Quales debeant esse mores, & eloquia sacri Concionatoris, è cuius verbis pendet populorum salus, & vita.

285 PLerumque sapiens est bene moratus; nam sapientiæ addiscendæ labor, passionum impetum sistit, prauorum affectuum vigilãtiam sapore quodam hebetat, & non bonas affectiones frænat, & domat. *Ad certaminum studium exsuscitat studium*, (ait Basilius Seleuciæ Orat. 1. studium, inquam sapientiæ.) *cùm diuina amatores disciplina ad laborem acriùs extimulat. Pari enim modo & passiones corporis hebetat.* Vulgò dicitur, *El continuo afan y trabaxo del estudio es la causa porque los letrados tienen mas templadas las passiones. En vn Ecclesiastico rico el ocio, y regalo crian vicios mas loçanos, y cerriles.* Itaque sapientiæ vigor, vitiorum languor est, & studium sapientiæ, frænum est concupiscentiæ: nam scientiæ addiscendæ labor *passiones corporis hebetat.* Ita planè, ita sæpius res habet. Verùm litteratis hominibus sua vitia sunt, & quidem non leuia. *vbi enim est maior scientia, illic fortior malitia*, ait Chrysostomus in cap. 7. Matthæi. Profectò honoris studium, agnatum vitium est hominis litterati: sæpè insignis concionator insigniter adulatur Principibus studio ambitionis: captat ventosissimos plausus eloquentis sapientiæ falcitudi, & temporales commoditates inhiat. Et (quod grauiùs dolendum est,) non tam Christum, quam se prædicat: luxuriatur in eloquétiæ campis, & exsuccos, atque infœcũdos conceptuum subtilium flores legit, quibus non fœcundantur; sed sterilescunt pinguia audientium arua. Ex quo fit, vt auditorum non erigat animos ad virtutem, sed adhuc iaceant in vitiis. Et cùm Euangelicus præco debeat facere medicinam ad salutem, facit morbum ex morbi remediis. Pendulæ sunt audientium animæ ex eius ore, & eius studium totum incumbit in suspendendis auditorum animis, aut facundiæ vernantis elegantiâ, aut inanissimi acuminis admiratione. Bellè cap. 8. vers. 21. sanctissima, & disertissima Iuditha perstringit eiusmodi disertos concionatores, aiens: *Et nũc fratres quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, &c.* Et Assyrij hic admirantur Iudithæ sapientiam in verborum sensu. Ergo vt cum Iuditha eosdem mores perstringam. Tropologicè explicabo illud Psalm. 11. v. 7.

Sapientiæ studium hebetat passiones. Basil. Sel. Chrysost. Iudith. Psalm.

Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.

Conclusionem præposuerat David versiculo proximè præcedenti, dicens: *Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.* Hebraicè *Afflabo. Idest, aspirabo ei.*

§. LX.

Concionator agere debet domina, & Imperiali voce, non seruili, & ancillante procerum nutui, Ad illud.

Eloquia Domini.

QVi verba Dei tractat, illa tractare debet vti Dominus, non vt famulus seruiens Principum gratiæ. Heu prædicatio hodie Principum adulatio facta est: Nec tam audimus reprehensores vitiorum, quæ sunt, quàm panegyristas virtutum, quæ non sunt. Concionatoris verba seruiunt ambitioni, non imperant prauis moribus. Math. 7. v. 28. *Et factum est cùm consummasset IESVS verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi.* Qui docet tanquam potestatem habens, verba Christi Dei prædicat, 286.

Concionibus adulari ad gratiam Principum est quasi hæresis. Math.

dicat, & admirationi est; qui verò vt seruus aulicus, & palatinus assentator, studio adulationis, aut dignitatis ambitione, Scriba dicitur, & Pharisæus: Saltem integrè Christianus non videtur, sed semipaganus. Qui hæreticus appellatur ab Augustino de Quæstion. Euangel. lib. 2. quæst. 33. versans illud Luc. 15. vers. 17. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus*, ita scribit: *Iam poterat talis anima aduertere multos prædicare veritatē, inter quos quidam esse m, non ipsius amore veritatis ducti, sed cupiditate comparandorum secularium commodorum; qui tamen non aliud annunciant, sicut hæretici, vnde mercenarij rectè appellantur.* Audis hos bene mercenarios, & malè quæstuosos concionatores, qui studio bonorum temporalium, & ambitione Prælationis obtinendæ Principibus lenocinantur, & vitiorum reprehensionem negligunt, ob quæstum, dici hæreticos? Quasi quæstuosa, & ambitiosa prædicatio, apostasia sit, & verbi Dei contumelia. Vnde appellantur Hæretici, aut Scribæ, siue Pharisæi. Eligant sibi concionatores præclarius nomen ex his, aut desinant prædicatione proceribus adulari, & verbo Dei ambire terrenas commoditates, & prælationes: iuráque ambitiosè flectere ad Principum gratiam, & nutum. Caueant ne tantillum deflectant dogmata: nam *Hæresis est dogmatum inclinatio*, ait Clem. Alexand. 8. lib. Strom.

Luc. August.

Clem. Alexandr.

287 *Principum nutu extorquet potenter Sapientum assensum.*

Matth.

Fateor Principum potentiam potentissimam esse ad extorquendum aliquem condescensum à rigida doctrinæ seueritate; (omnes enim naturaliter cupiunt placere potentissimo, & se insinuare potentiorum gratiæ,) sed non sit vltra iuris, & liciti terminos. Potestas Principis piè alliciat sapientis voluntatem, non impiè præcipitet ambitionis voluptatem. Matthæi 28. v. 17. post passionis dedecora non pauci ex Christi discipulis fluctuabant in fidei mysteriis, quibus apparuit Christus in Galilææ monte. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens I E S V S locutus est eis, dicens: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Viso Domino à mortuis rediuiuo adhuc dubitant discipuli? O proteruiam! Quo philtro Christus allicit duras horum discipulorum mentes, vt sibi credant, vt sibi assentiantur? *Data est*, inquit, *mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Nempe, scitote, & aduertite, quod Rex sum cæli, & terræ, vt interpretatur S. Hieronymus. Quorsum Christus, vt dubios in fide, discipulos alliciat ad sibi assentiendum, meminit suæ potestatis? Profectò præstaret eosdem rursus instruere & penitus edocere mysteria, traditam doctrinam, & visa miracula afferre in memoriam. Imò iam ipsum videbant resurrexisse: quo alio argumento opus erat ad inflectendos ad piam affectionem credendi eorum duros animos, & rebelles? Consultò Saluator hæc omnia etsi validissima omittit, & vt sibi assentiantur, certiores fecit discipulos de regali potentia, qua Rex cæli, & terræ dicitur. Nam regia potestas vsque adeò valida est ad conciliandas hominū mentes, vt Principi assentiantur, quòd his omissis, vnius potentiæ mentionem fecerit, & ita feliciter impetrauit dubitantium discipulorum assensum. Assensus enim sæpè renuit rationi, & veritati; non ita potestati. Aptè ad rem Remigius: *Vt omnem dubitationem auferret à cordibus eorum, accedens ad eos, corroborauit in fide, vnde sequitur: & accedens I E S V S locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Nimirum Christus Dominus simpliciter dicendo se habere omnem potestatem, omnem dubitationem abstulit à discipulis, & iam piè ambiunt assentiri Christo potenti, qui imbecillo, & patienti assentiri impiè recusabant. Hæ sunt præstigiæ potestatis!

Hieron.

Rem.

288 Magnus ille Propheta, & Præcursor Domini Ioannes Baptista, Matthæi 14. v. 11. audacter dixit Herodi Regi verba auditu ingrata, & admodum molesta Regi, statim mittitur in carcerem: nec ibi destitit Ioannes prædicare, quod audire, & exequi valdè expediebat Herodi: ô animosam Præcursoris audaciam? qui non potuit cohiberi, quin liberè diceret quod ipse sentiebat contra Regem? Sed tandem destitit Regi verbis dissentire, (ne aliquis mortalium Præconum non annueret Principibus.) Quando id præstitit? Audi Rabanum ibi: *Sed & linguam, & vocem apud eos perdidit Propheta.* Vt vel ipse Ioannes aliquando non contradiceret Regis voluntati: Sed cùm vita perderet vocem, quâ Regi antè non annuebat; & sic mortuus silentio annuat, qui viuâ voce mordicùs renuebat: ne vllus sit in Regum curia siue doctor siue concionator, qui tandem aliquando non desinat repugnare Regum placitis; cùm tandem *Ioannes & linguam, & vocem, apud eos perdidit.* Qui officium Ioannis imitaris, æmulare etiam dicendi libertatem; & nisi mortuus, ne perdas licentiam fandi vera, & vtilia. Vtere imperiali voce, non ancillante: Et qui *Eloquia Domini* tractas, tracta illa, vt Dominus, non vt seruus: ne timeas carcerem, neque exilium; neque ambitionis volaticas spes.

Matth. *Quando Ioannes perdidit piam linguam audaciam coram Herode.*

Raban.

289. Moysi Principi Hebræi populi occurrit eius socer Iethro, Exod. 18. v. 19. Et vir grandæuus, nec ineruditus bona suggessit consilia Moysi Hebræorum Rectori. Sed non multò post data consilia dimissus est, vers. 27. *Dimisitque Moyses cognatum suum, qui reuersus abiit in terram suam.* Quid? nauseauit Moyses, etsi sanctissimus ad Iethri consilia? Non ausim affirmare. Sed scio aduertisse Philonem in lib. de agricultura, quod *Iethro superfluus interpretatur.* Nempe quisquis non vocatus, vel præter placitum Principis loquitur, superfluus interpretatur, & sic reiicitur: qui verò ad nutum Gubernatoris consilia temperat, ille superfluus non est; sed necessarius: ille non dimittitur, sed admittitur, detinetur, consulitur, & augetur honoribus.

Exod. *Superfluus est in curia, & palatio Sapiens, qui non loquitur ad Principis placitum.*

Philo.

Præterea eloquia Domini in ore sapientis, dicitur *Argentum igne examinatum, probatum terra.* Quid est probatum terræ? pagninus: *Probatum à Domino terræ.* Nempe sapiens eloquium, etsi Dei sit, si non probatur à Domino terræ, id est, à principe, reiicitur vt reprobum, & insipiens. Nam ille habetur sapiens apud proceres, qui loquitur quod ipsis probatur, & quod ipsis placet, de quo egi ad cap. 5. §. 56. Quasi sapientia Dei debeat seruire terræ principibus, quę potiùs dominari debet: Dei enim verba dicuntur *eloquia Domini*, quia dominari debent, non seruire.

Pagnin.

---

§. LXI.

Procul ab Euangelicâ concione verba effeminata, & meretricia: Ad illud:

Eloquia casta.

290. IVre eloquia Domini dicuntur *Eloquia casta.* Nempe sit sermo castus, Hispanè *Lengaie casto.* Sic

Eccles. inuidiæ ob gloriam, aut odij ob felicitatem, &c. Alij Ecclesiastæ verba, sic scribunt: *Qui addit scientiam, addit dolorem*, qualis coniunctus esse solet cum vulnere. Ad rem S. Nazianzenus Orat. in laudem Basilij: *Profectò plaga cordatis hominibus doctrina est.* Quasi scientia ipsa vulnus sit, & plagæ dolor. Nempe tot plagis feritur homo, quot veritates addiscit. Vnde ab studijs perpetuò lancinatur. O dirum, & dirum litterarum studium, vel flagrum! Quid si a discipulis plagas istas patiatur Magister? Quod de Cassiano dixit P. Damianus, serm. 39. *Iste eos carnifices pertulit, quos docebat.* Et S. Chrysologus serm. 101. *Paulus vapulando docuit, non cædendo. Vt eximius Magister, quot sunt homini mores, tot ferret, & exciperet passiones.*

Nazianz.

Petr. Dam. Chrysol.

184. Bibl. compl. Regia. Denique: *Qui addit scientiam, addit & laborem.* Sic vertunt Biblia Complut. & Regia: *Qui addit scientiam moritur in adolescentia sua.* Scilicet litteratus studiorum tormēto, & doctrinæ vulnere præmaturè moritur, & præcox Martyr est. Nam tametsi *Quod sapit viuidum est*, vt ait Septimius lib. de Anima, c. 15. At studiosos candidatus martyrij est, & doctus bene martyr. Eleganter S. Nazianzenus præfata Orat. ait: *In sepulchro Basilius conditur, ac sacerdotibus sacerdotum princeps prædicatoribus magna vox, martyribus martyr adiūgitur.* Audis magnum Doctorem Basilium, plane martyrem eiici à Nazianzeno? Bene Martyr dicitur sapiens, qui tot carnifices passus est, quot quæstiones extricauit: tot dolores, quot lucubrationes: tot vulnera subit, quot stylos exercuit: tot tortores, quot volumina, ô egregium Doctorem, ob hoc viuum martyrem: Martyrem, propter tormenta; viuum, propter diuturnitatem doloris; quos doctrina facit. Prouerb. 9. v. 1. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem: immolauit victimas suas.* Quæ sunt hæ victimæ, quas in publicis gymnasiis sapientia mactat? Tertullianus in Scorp. cap. 7. sic prædicta verba scribit, & explicat: *Sophia iugulauit filios suos, Sophia sapientia est. Sapienter vtique ingulauit, dum in vitam: & rationabiliter, dum in gloriam. O parricidij ingenium! ô sceleris artificium! ô argumentum crudelitatis, quæ idcircò occidit, ne moriatur, quem occiderit!* Quia litterato æternat gloriosior vita, vt æternat martyri. Perit vita caduca, vt perennet æterna; diū moritur, vt æternum viuescat, & à diuturnitate martyrij gloriosior palma reportetur. Pulchrum plane litterarum elogium, & sapientiæ fastus. Nimirùm fulgent in Ecclesia Martyres, qui sanguinem fuderunt pro fide. Eminent Martyres, qui occubuerunt pro quauis virtute. Nec desunt sapientiæ Martyres, qui ab indefesso studiorum labore, sapientiæ cadauera, & viui martyres appellantur: Nemo nisi tyrannus sæuit in Doctores, nemo nisi carnifex litteratorum martyria conficit.

Septim. *Sapiens est scientia martyr.* Naziant.

Prou.

Tertull.

Quales debeant esse mores, & eloquia sacri Concionatoris, è cuius verbis pendet populorum salus, & vita.

185 *Sapientia studium hebetat passionis.* Plerumque sapiens est bene moratus; nam sapientiæ addiscendæ labor, passionum imperum sistit, prauorum affectuum vigilātiam sapore quodam hebetat, & non bonas affectiones frænat, & domat. *Ad certaminum studium exsuscitat studium;* (ait Basilius Seleuciæ Orat. 1. studium, inquam sapientiç (*cum diuina amatores disciplina ad laborem acrius extimulat. Pari enim modo & passiones corporis hebetat.* Vulgò dicitur, *El continuo afan y trabaxo del estudio es la causa porque los letratos tienen mas templadas las passiones. En vn Ecclesiastico rico el ocio, y regalo crian vicios mas loçanos y cerriles.* Itaque sapientiç vigor, vitiorum languor est, & studium sapientiæ, signum est concupiscentiç: nam scientiç addiscendç labor *passiones corporis hebetat.* Ita planè, ita sępius res habet. Verum litteratis hominibus sua vitia sunt, & quidem non leuia. *Vbi enim est maior scientia, illic fortior malitia*, ait Chrysostomus in cap. 7. Matthæi. Profectò honoris studium, agnatum vitium est hominis litterati: sæpè insignis concionator insignitet adulatur Principibus studio ambitionis: captat ventosissimos plausus eloquentis sapientiæ lasciuia, & temporales commoditates inhiat. Et (quod grauiùs dolendum est,) non tam Christum, quàm se prædicat: luxuriatur in eloquētiæ campis, & exsuccos, atque infœcūdos conceptuum subtilium flores legit, quibus non fœcundantur; sed sterilescunt pinguia audientium arua. Ex quo fit, vt auditorum non erigat animos ad virtutem, sed adhuc iaceant in vitijs. Et cùm Euangelicus præco debeat facere medicinam ad salutem, facit morbum ex morbi remedijs. Pendulæ sunt audientium animæ ex eius ore, & eius studium totum incumbit in suspendendis auditorum animis, aut facundiæ vernantis elegantiā, aut inanissimi acuminis admiratione. Bellè cap. 8. vers. 21. sanctissima, & disertissima Iuditha perstringit eiusmodi disertos concionatores, aiens: *Et nūc fratres quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, &c.* Et Assyrij hic admirantur Iudithæ sapientiam in verborum sensu. Ergo vt cum Iuditha eosdem mores perstringam. Tropologicè explicabo illud Psalm. 11. v. 7.

Basil. Sel.

Chrysost.

Iudith.

Psalm.

Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.

Conclusionem præposuerat Dauid versiculo proximè præcedenti, dicens: *Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.* Hebraicè *Afflabo. Idest, aspirabo ei.*

§. LX.

Concionator agere debet domina, & Imperiali voce, non seruili, & ancillante procerum nutui, Ad illud.

Eloquia Domini.

186. *Concionibus adulari ad gratiam Principum est quasi hæresis.* QVi verba Dei tractat, illa tractare debet vti Dominus, non vt famulus seruiens Principum gratiæ. Heu prædicatio hodie Principum adulatio facta est! Nec tam audimus reprehensores vitiorum, quæ sunt, quàm panegyristas virtutum, quæ non sunt. Concionatoris verba seruiunt ambitioni, non imperant prauis moribus. Math. 7. v. 28. *Et factum est cùm consummasset IESVS verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi.* Qui docet tanquam potestatem habens, verba Christi Dei prædicat,

Matth.

Digitized by Google

dicat, & admirationi est; qui verò vt seruus aulicus, & palatinus assentator, studio adulationis, aut dignitatis ambitione, Scriba dicitur, & Pharisæus: Saltem integrè Christianus non videtur, sed semipaganus. Qui hæreticus appellatur ab Augustino de Quæstion. Euangel. lib. 2. quæst. 33. versans illud Luc. 15. vers. 17. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus*, ita scribit: *Iam poterat talis anima aduertere multos prædicare veritatē, inter quos quidam esse, non ipsius amore veritatis ducti, sed cupiditate comparandorum secularium commodorum; qui tamen non aliud annunciant, sicut hæretici, vnde mercenarij rectè appellantur.* Audis hos bene mercenarios, & malè quæstuosos concionatores, qui studio bonorum temporalium, & ambitione Prælationis obtinendæ Principibus lenocinantur, & vitiorum reprehensionem negligunt, ob quæstum, dici hæreticos? Quasi quæstuosa, & ambitiosa prædicatio, apostasia sit, & verbi Dei contumelia. Vnde appellantur Hæretici, aut Scribæ, siue Pharisæi. Eligant sibi concionatores præclarius nomen ex his, aut desinant prædicatione proceribus adulari, & verbo Dei ambire terrenas commoditates, & prælationes: iuráque ambitiosè flectere ad Principum gratiam, & nutum. Caueant ne tantillum deflectant dogmata: nam *Hæresis est dogmatum inclinatio*, ait Clem. Alexand. 8. lib. Strom.

Luc. August.

Clem. Alexandr.

287 Fateor Principum potentiam potentissimam esse ad extorquendum aliquem condescensum à rigida doctrinæ seueritate; (omnes enim naturaliter cupiunt placere potentissimo, & se insinuare potentiorum gratiæ,) sed non sit vltra iuris, & liciti terminos. Potestas Principis piè alliciat sapientis voluntatem, non impiè præcipitet ambitionis voluptatem. Matthæi 28. v. 17. post passionis dedecora non pauci ex Christi discipulis fluctuabant in fidei mysteriis, quibus apparuit Christus in Galilææ monte. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens IESVS locutus est eis, dicens: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Viso Domino à mortuis rediuiuo adhuc dubitant discipuli? O proteruiam! Quo philtro Christus allicit duras horum discipulorum mentes, vt sibi credant, vt sibi assentiantur? *Data est*, inquit, *mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Nempe, scitote, & aduertite, quod Rex sum cæli, & terræ, vt interpretatur S. Hieronymus. Quorsum Christus, vt dubios in fide, discipulos alliciat ad sibi assentiendum, meminit suæ potestatis? Profectò præstaret eosdem rursus instruere & penitus edocere mysteria, traditam doctrinam, & visa miracula afferre in memoriam. Imò iam ipsum videbant resurrexisse: quo alio argumento opus erat ad inflectendos ad piam affectionem credendi eorum duros animos, & rebelles? Consultò Saluator hæc omnia etsi validissima omittit, & vt sibi assentiantur, certiores fecit discipulos de regali potentia, qua Rex cæli, & terræ dicitur. Nam regia potestas vsque adeò valida est ad conciliandas hominū mentes, vt Principi assentiantur, quod his omissis, vnius potentiæ mentionem fecerit, & ita feliciter impetrauit dubitantium discipulorum assensum. Assensus enim sæpè renuit rationi, & veritati; non ita potestati. Aptè ad rem Remigius: *Vt omnem dubitationem auferret à cordibus eorum, accedens ad eos, corroborauit in fide, vnde sequitur: & accedens IESVS locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Nimirum Christus Dominus simpliciter dicendo se habere omnem potestatem, omnem dubitationem abstulit à discipulis, & iam piè ambiunt assentiri Christo potenti, qui imbecillo, & patienti assentiri impiè recusabant. Hæ sunt præstigiæ potestatis!

Principum nutus extorquent potenter Sapientum assensum.

Matth.

Hieron.

Rem.

Magnus ille Propheta, & Præcursor Domini Ioannes Baptista, Matthæi 14. v. 11. audacter dixit Herodi Regi verba auditu ingrata, & admodum molesta Regi, statim mittitur in carcerem: nec ibi destitit Ioannes prædicare, quod audire, & exequi valdè expediebat Herodi: ô animosam Præcursoris audaciam? qui non potuit cohiberi, quin liberè diceret quod ipse sentiebat contra Regem? Sed tandem destitit Regi verbis dissentire, (ne aliquis mortalium Præconum non annueret Principibus.) Quando id præstitit? Audi Rabanum ibi: *Sed & linguam, & vocem apud eos perdidit Propheta.* Vt vel ipse Ioannes aliquando non contradiceret Regis voluntati: Sed cùm vita perderet vocem, quâ Regi antè non annuebat; & sic mortuus silentio annuat, qui viuâ voce mordicùs renuebat: ne vllus sit in Regum curia siue doctor siue concionator, qui tandem aliquando non desinat repugnare Regum placitis; cùm tandem *Ioannes & linguam, & vocem, apud eos perdidit.* Qui officium Ioannis imitaris, æmulare etiam dicendi libertatem; & nisi mortuus, ne perdas licentiam fandi vera, & vtilia. Vtere imperiali voce, non ancillante: Et qui *Eloquia Domini* tractas, tracta illa, vt Dominus, non vt seruus: ne timeas carcerem, neque exilium; neque ambitionis volaticas spes. 288

Matth. *Quando Ioannes perdidit piam lingua audaciam coram Herode.*

Raban.

Moysi Principi Hebræi populi occurrit eius socer Iethro, Exod. 18. v. 19. Et vir grandæuus, nec ineruditus bona suggessit consilia Moysi Hebræorum Rectori. Sed non multò post data consilia dimissus est, vers. 27. *Dimisitque Moyses cognatum suum, qui reuersus abiit in terram suam.* Quid? nauseauit Moyses, etsi sanctissimus ad Iethri consilia? Non ausim affirmare. Sed scio aduertisse Philonem in lib. de agricultura, quod *Iethro superfluus interpretatur.* Nempe quisquis non vocatus, vel præter placitum Principis loquitur, superfluus interpretatur, & sic reiicitur: qui verò ad nutum Gubernatoris consilia temperat, ille superfluus non est; sed necessarius: ille non dimittitur, sed admittitur, detinetur, consulitur, & augetur honoribus. 289.

Exod. *Superfluus est in curia, & palatio Sapiens, qui non loquitur ad Principis placitum.*

Philo.

Præterea eloquia Domini in ore sapientis, dicitur *Argentum igne examinatum, probatum terræ.* Quid est probatum terræ? pagninus: *Probatum à Domino terræ.* Nempe sapiens eloquium, etsi Dei sit, si non probatur à Domino terræ, id est, à principe, reiicitur vt reprobum, & insipiens. Nam ille habetur sapiens apud proceres, qui loquitur quod ipsis probatur, & quod ipsis placet, de quo egi ad cap. 5. §. 56. Quasi sapientia Dei debeat seruire terræ principibus, quę potiùs dominari debet: Dei enim verba dicuntur *eloquia Domini*, quia dominari debent, non seruire.

Pagnin.

---

§. LXI.

Procul ab Euangelicâ concione verba effeminata, & meretricia: Ad illud:

Eloquia casta.

IVre eloquia Domini dicuntur *Eloquia casta.* Nempe sit sermo castus, Hispanè *Lengaie casto.* 290.

Sic

Digitized by Google

Bellarm.

Sic præfata verba Psalmi interpretatur noster Bellarminus: *Eloquia casta, non simulata; sincera; non fucata.* De eloquentia digna Euangelico Concionatore sat multa dicemus infrà §.62. & 63. &c. Verba enim insolentia, & exotica peregrinantur in Christianis pulpitis. Vide ibi dicenda.

Procul à concionatore sermo meretricius, ne lingua scortetur descriptionibus venustatis.

Dein Euangelicus concionator asserat ad concionem *eloquia casta*, id est, verba, quæ redoleant castitatem, non spirent luxuriam: ne scortetur in verbis impudicis, qui dohortatur impudicitiam. Ecclesiastes enim venustatem feminæ, & Gratiarum manibus factam puellam, otiosè depingit: omittat feminei vultus elegantem pulchritudinē vernantes rosas in genis, candicantem colorem in facie, stellata lumina in oculis, purpurantia rubeta in labiis, gemmantia ora in dentibus, vndulatos in capillatura cincinnos, tornatum alabastritem in manibus, incessum infractum; amatoria verba ad illicium voluptatis composita, & quidquid Veneres, Cupidinesque spirat, relegandum est ad Theatra: castè tractandus est sermo diuinus, ne adulteretur verbum Dei, & constuprentur audientium mores, ne concionator pro antidoto Venenum propinet, & à medicina ægrotent auditorum animæ: (vt olim vitiis; sic nunc vitiorum remediis laboratur.) Procul à concione hæc *scenica, & theatrica verba*, ait S. Nazianzenus orat. 26. Absit, (admonet idem Gregorius orat. 28.) *sermo meretricius* aëra toxicans, & animas venenans illecebris lasciuiæ. Sacrilegium est, quod Euangelicus sermo lasciuiam ructet, fiat Cupidinis leno, & fomes Veneris, qui esse debuit frænum passionum, & nix cupiditatum. *Qui cum naturali modo libidini operam dare nequeunt, quod vnum possunt, linguâ scortantur*, aduertit idem Nazianzi præsul. orat. pro Basilio.

Naziani.

Nazianz.

291. Pudeat eiusmodi concionatores, aut scortatores sese iactare de hac facundia eleganter meretricia, quæ non castam virtutem, sed impudicitiæ infelicitatem feliciter persuadet. De his dixit Alexandrinus Clemens, lib. 1. Strom. *Ob hanc ergo artem sese efferentes, Sophistæ infelices; eos, quibus pruriunt aures, non satis viriliter demulcentes.* Nempe *effeminatè*, vt commentatur Lentianus Hervetus in Scholiis. Itaque qui *effeminatè* concionantur, infelices Sophistæ appellantur: non quia non persuadeant, (lubrica enim nostra natura est, & omnis voluptas eloquentissima ad suadelam culpæ,) sed quia infelicitatem lasciuiæ feliciter persuadet. Addit idem Clemens 2. Strom. explicans illud Deut. 32. vers. 5. *Nec vir vtetur veste feminea. Lex viro prohibet, ne vestem induat muliebrem. An nos non vult esse viros, & nec corpore, nec verbis effeminari? Vult enim esse masculum, qui veritati dat operam, in ferendis laboribus, & in sermone.* Scilicet qui veritati addiscendæ, & prædicandæ dat operam, sit masculus in opere bono, ne effeminetur, & lasciuiat in verbis. Absint ab Euangelico Ecclesiaste feminarum lenocinia in elegantia gestus, in candore manuum, in habitus munditiis, in illicio pulchritudinis, in venusto, & effeminato sermone. Vita habitus, sermo spiret castitates: nam *eloquia Domini, eloquia casta.*

Clem. Alexand.

Lentian. *Habitus, gestus, & sermo effeminatus exules à concionatore.*

Deuter. Clem.

§. LXII.

Verbum Dei nummus argenteus dicitur: & quia breuior elocutio pretiosior est: Et quia aliquando prædicator concionibus velut nummis auarissimè negotiatur, ad illud:

Eloquia Domini argentum.

292. Aptissimè eloquium Domini dicitur esse, *vt argentum igne examinatum*, id est, defæcatum, & purum, Bellarminus: *Veluti argentum verissimum in sono.* Scilicet non dedecent concionatorem elegantia, & argentata verba; absint rustica, & malè sonātia. *Tal vez vse de palabras argentādas nunca de mal sonantes.* De quo tractabo latè infrà §.62.63.64. & 65. Prouerb. 10. v. 20. *Argentum electum lingua iusti.* Quæ verba sic explicat Caietanus ibi: *Eloquia iusti puri ad instar argenti splendēt pulchrè, & sonant rectè.*

Bellarm. *Concionatoris sermo sit argentatus.*

Prou. Caiet.

Ad hæc, eloquium Domini dicitur, Argentum, non purum, siue non factum, sed in monetam excusum. Ita Iobius Monachus apud Bibliothecam Photij, pag. 221. Et Aquila, *Argentum permanens terræ* vertit, quod interpretatur Lorinus, Argentū, aut moneta, quæ vbique valet. *Plata o moneda corriente.* Et quidem opportunè dicitur, quòd sermo diuinus, seu Christiana eloquētia sint velut argentea moneta, ne concionator diffluat in multitudine elegantium verborum, sed æmulatus Laconicam dictionem breui multa dicat, & paucis verbis non pauca significet. Porrò aureæ, & argenteæ monetæ elogium est, quòd perpaucis nummis magni pretij valorem habeat. Ergo Christiana eloquentia sit nummus argenteus, qui pretiosas sententias claudat paucis verbis. Non de suo Photione, sed de Euangelico concionatore dictum puta illud Plutarchi: *Adnimaduertit idem orationi conuenire, quod nummis, qui eo sunt pretiosiores, qui in minori materia plus valoris, & pretij amplectuntur: sic optimū orationis genus, quo paucis multa sunt grauiter, sapienter, acutéque significata.* Sic vulgo dicitur: *Nos dio en plata su sentimiento.* Itaque Christiana eloquentia non tam verbis, quam verborum sensibus constet; multa breui stringat vt nummus argenteus. Ergo eloquia Domini sunt argentum illudque excusum in monetam, vt argentei nummi valorem æmuletur, quod breui multa dat, quæ est laus elocutionis.

Iob. Phot. Aquila. Lorin. *Eloquentia concionatoris sit velut nummus argenteus.*

Plutarch.

293. Verbum diuinum est locutio Patris Dei, & quidem disertissima, & typus elegantissimæ elocutionis. Audi Paulum ad Romanos 9. vers. 28. *Verbum breuiatum faciet Dominus super terram:* Scilicet Verbum abbreuiatum est eminentia cælestis eloquentiæ, & diuinioris elegantiæ. Porrò prodigium eloquentiæ est, patrem Deum vnico verbo expressisse perfectè se, & sua, cunctásque increatas perfectiones. Scio S. Hieronymum ad Algasiam, quæst. 10. & S. Cyprianum lib. 2. contra Iudæos dixisse, *Verbum incarnatum ad hominis vsque naturam abbreuiatum*; quasi humanitas sit abbreuiatio Verbi: Sed obstat, quòd inquit Magnus Theologus Nazianzenus orat. 5. de Theologia, *Carnis expers incarnatur Verbum crassescit.* Nam Verbum diuinum quodammodo incrementatur, (liceat sic fari,) & ampliatur, dum vnione hypostatica quasi extenditur ad humanitatem, qua extensione non crassescit

Paul. Rom.

Hieron. Cyprian.

Nazianz.

Cur Dei filius sæpius dicitur verbum, rariùs sermo. crassescit Pater, neque Spiritus sanctus. Quid si verbum breue, seu abbreuiatum posset intelligi, verbum ipsum, quia cùm sit vnicum, & simplex (quod abbreuiati vocabulo quo ad homines posset significari,) tot, tantáque, imò omnia creata, & increata tam mirificè exprimit? Quod vnius verbi diuini elogium est. Iuuat ad hanc rem accuratiùs expendere cur vox λόγος, quæ *verbum*, aut *sermonem*, aut *orationem* significat, tam vnanimi consensu interpretum, Ioan. 1. vers. 1. describatur verbum: *In principio erat verbum.* Quin & cùm ad Hebræos 4. v. 12. eadem vox Græca vertatur *sermo*, quando dicitur; *Viuus est sermo Dei, & efficax*; aliqui apud Cornelium interpretatur de doctrina, non de Verbo Dei. Et sanè non *sermonem*, sed verbum scribunt hic S. Ambrosius lib. 4. de fide cap. 3. & S. Cyrillus lib. 2. in Ioannem c. 37. quibus subscribunt alij. Cur ergo tam solemne est nomen *Verbi*, secus nomen *sermonis*: Causam huius rei (aliud agens,) tetigit sapientissimus Pater Ribera in ad Hebr. 4. *Verbum*, inquit, *simplex est, sermo multis verbis constat*. Nēpe diuinior eloquentia sit verbum simplex, verbum breue, seu abbreuiatum. Vnde antonomasticè Dei Filius dicitur Verbum, non sermo, quia sermo multis verbis videtur constare: sic æstimatur breuior eloquentia: sic commendatur compendium elocutionis: quæ est commendatior facundia: quia breui multa eleganter eloquitur, & vno verbo multa significat. Verborum amator est, non rerum, qui ita in vocibus deliciatur, vt vnam rem multis verbis exprimat. Profectò copia verborum rerum auaritia est. Quin & sermo breuis, emendatus dicitur: verbosa elocutio ineptiæ sunt. Eleganter S. Zeno Veron. serm. 10. sic fatur de sermone breuitate exculto: *Per ipsam sui breuitatem tenaciùs à memoria seruatur. Hæc namque est emendati natura sermonis, vt neque obscuritate, quæ dicuntur, offuscet, neque abundans ineptis, vim rerum, quæ indicantur, faciat euanescere.* Scilicet breuitas vigor sermonis est; profusa verbositas, sermonem diluit, & euirat.

Ioan. Ad Hebr. Cornel. Ambros. Cyrill. Riber. Zeno. Ver.

294. Cæterùm vlteriùs expendere oportet, cur concionatoris sermo comparetur monetæ, & quidem argenteæ, pretiosæ inquam, & magni valoris. Timeo ne dissimulanter Psalmographus taxet eorum mores, qui Euangelicam vocem auarè diuendunt: & vt ait Basilius Seleuc. orat. 39. *Veritatem nundinantes.* Hispanè: *Hazen trato y grangeria de la predicacion.* Non perstringit hic Psalmographus eos, qui stipendia accipiunt pro labore concionis, sed eos, qui Mercatorum more auarissimè ambiunt lucri occasiones, & vt viles merces, Euangelij voces diuendunt. De quibus ait S. Nazianzenus orat. 1. *Nō enim plerisque similes sunt, qui veritatis doctrinam cauponum ritu adulterant, vt ipsi ex hac cauponatione nonnihil emolumenti capiant, omnibúsque assentantur,* &c. Audis cauponum ritu Euangelica verba tractari? Audis sacram Concionem dici quæstuosam cauponationem? Nam sicut caupo aut stabularius, qui in caupona, seu diuersorio esculenta, & poculēta vendit, illa adulterat vilioribus admiscendo, & cariùs vendendo vilissimi lucelli auaritiâ? Sic concionator cauponator dicitur, quia vilissimè tractat, & deturpat Verbum Dei, illud nundinans in suggestu, velut in tabernâ, aut cauponâ. Heu quoties sic dehonestatur Euangelicus sermo! *In diuinitatis doctrina cauponariam exercebat*, luget Nazianzenus orat. in laudem Athanasij.

Basil. Sel. Concionatores non veritatem nundinantur, vili cauponatione Euangelij. Nazianz. Nazianz.

295. S. Augustinus commentans præfata verba Psalmi 11. *Eloquia Domini, eloquia casta*, ita ibi fatur. *Casta dicit sine corruptione simulationis; Multi enim prædicant veritatem non castè, quia vendunt illam pretio commoditatum huius seculi. De talibus enim dicit Apostolus, quòd Christum annunciarent non castè.* Scilicet qui ipse vilis lucri, & pretio commoditatis in Ecclesia concionatur, non tam Christum prædicat, quàm Euangelium dehonestat: Mercatur enim pretio verbi Dei huius seculi commoditates. O inhonestas nundinas! Consultissimè Matthæi 5. v. 13. Doctores Ecclesiæ appellantur à Christo Deo, *Lux mundi, & sal terræ.* Lux, inquam, non terræ, sed mundi, quia totum orbem debent illuminare doctrinæ claritate & vitæ splendoribus. Verùm *sal terræ* dicuntur; quoniam proprium salis est reddere solum sterile, (quod tam certum est, vt pudeat probare:) sic concionator, à quo non sterilescit, sed fœcundatur ad prouentum commoditatum, auditorum ager, nescio an Christum prædicet, an sua commoda nundinetur. Cauendum est, ne Euangelica prædicatio fiat arbitrium lucri, & ingenium commoditatum captandarum, imò furandi artificium: Nam qui sic diuitatur, reus furti dicitur. Quò fortè alludit Clemens Alex. 1. Strom. aiens; *Scriptum est omnes, qui fuerunt ante aduētum Christi (idem iudicium esto de posterioribus) fures sunt & latrones, omnes autem vniuersè intelliguntur qui in eloquentia, & doctrina sunt versati.* Aduertis bene eloquentes sapientiam Dei, malè fures dici?

August. — Qui ob auari lucra annunciat Euangelium non castè concionatur. Matth. Clemens Alexandr.

Ergo Euangelica prædicatio argentum est, pretiosa pecunia est, non vt commoditates terræ emas, sed vt merceris cæli diuitias. Pretiosum metallum dicitur, vt Euangelicam concionem maximi facias: quam tanti fecit Christus, vt audeat dicere Tertullianus quasi prælatam Deiparæ, Matthæi 12. v. 48. Concionanti Christo nunciatum est pro foribus adesse eius matrem, nec inchoatam concionem intertumpit, ne matrem pluris facere, quàm Dei verbum existimetur. Super quibus verbis sic fatur Tertullianus lib. de carne Christi cap. 7. *Solet adimplere Christus, quod alios docet. Quale ergo erat si docens non tanti facere matrem, ac fratres, quàm Dei verbum, ipse Dei verbum, nunciata matre, & fratribus desereret?* Tanti Christus æstimat Euangelicam concionem, & Dei verbum, vt illud quasi præferat matri Virgini: ô quanti æstimauit Deus Deiparæ conuersationem? Sed pluris dicitur quasi æstimasse Dei Verbū, & sacrā concionem: hinc illam cense, & illam æstima supra terrenas opes, & auri, & argenti thesauros. Porrò *eloquia Domini argentum igne examinatum*, id est, purum, defæcatum, in monetam excusum ad valoris, & pretij exaggerationem. De Quæstuario prædicatore legi potest cap. 8. libri. 3. opusculi Tripartiti, in 2. tom. Conc. pulchrè Philo. lib. de Gigantibus, sic fatur: *Nonne in propatulo sunt probra istorum, qui se vocant sapientes, dum sapientiam vili pretio tanquam sub hasta in foro vēditant, nunc præsenti lucro, exiguo, nunc blanditiis suaniloquis, nunc pollicitationibus quouis somno vanioribus?*

296. Æstimatio concionis exaggeratur. Matth. Tertull. Tripart. Philo.

---

§. LXIII.

Inanis gloriæ ambitio, seu ambitionis fastus est vitium agnatum Sapientiæ studiosis. Ad illud.

Probatum terræ.

Meritò diuina eloquia, siue cælestis sapientia dicitur *argentum igne examinatum, proba-* 297.

Digitized by Google

tum terræ, hoc est argentum putum, & approbatum ab hominibus peritis metallicæ artis. Aquila, & Isidorus Clarius inibi, S. Ambr. super Psal. 118. Octon. 28. vertunt aurum *defæcatum*, sincerum, in quâ, absq; admixtione alius spurij metalli, aut vitij scoriæ Lorinus, *nihil vanitatis continens*. Porrò iactantia est agnatus sapientiæ morbus, quia eloquendi peritia, argumentandi argutia, conceptuum acumina, populorum concursibus, auditorij plausibus, quasi quodam inanis gloriæ fomite agitur sapiens ad superbiam. Nam scientia de se turgida est, spumosa, & euanida, Philosophus (id est, antiquus sapiens,) *Animal gloria* dicitur à Tertulliano lib. de Anima cap. 1. quasi cæco impetu feratur ad gloriam. Vt Heliotropium natiuâ vi perpetuò ad solem; sic scientia spectat gloriam. Sapiens scientiis alitur & superbiam ructat: diuina contemplatur, & humana patitur, & lucem, qua ab studiis illustratur, elatione obscurat. Paulus ad Romanos 1. v. 21. loquens de prisci seculi sapientibus, inquit: *Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.* Quid est sapientes euanuisse? Ad quæ verba sic fatur S. Anselmus; *Euanuerunt: quoniam vani fuerunt in cogitationibus suis, & ratio mentis eorum fumo superbiæ obscurata est, dum in se ipsis gloriarentur.* Nempe dum de suis scientiis ambitiosè superbiunt, euanescunt; & licet fuerint homines subtili ingenio præditi, quasi ob superbiam degenerauerint a generositate hominis, desciuisse dicuntur in pecuinam naturam propter inanis gloriæ studium, vnde sapiens non dicitur homo, sed animal gloriæ, ac si pars rationalis euanuerit relictâ facultate animali, brutis communi.

Aquila. Isid. Ambros. — *Lorin.* — *Sapiens est animal gloriæ.* — *Tertull.* — *Ad Rom.* — *Anselm.*

298. Profectò sapientia arbitrium superbiæ est. Videas quosdam sutorum, aut his viliorum filios, in seculo pannosos, despicabiles, viles: quia fortassis à præcone patre vocis robur mutuauerunt, quam instruxerunt aliqua sapientiæ guttâ, sic insolenter turgere, sic fastuosè eloqui, sic pompaticè per calles incedere, sic buccinare aliqualem eruditionem, sic ventosè ambabus buccis ructare sapientiam: tam superbe elatos, & superciliosos, vt cæteros despiciant, & primas cathedras & dignitates impudenter ambiant. His apprimè conuenit quod S. Bernardus serm. 3. super *Missus est*, dixit de quibusdam monachis ambitiosis; (suspicor ob sapientiæ studium:) *Sed video, quod magis doleo post spretam sæculi pompam, nonnullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere, ac sub alis mitis, humilisque magistri grauiùs insolescere. Quodque magis peruersum est, plerique in domo Dei non patiuntur habere contemptui, qui in sua non nisi contemptibiles esse potuerunt. Vt quia videlicet vbi à pluribus honores appetuntur, ipsi cum locum habere nec meruerunt, saltem ibi honorabiles videantur, vbi ab omnibus honores contemnuntur.* O insolentiam litteratæ superbiæ, quæ viles homines & honoribus negatos, ita extimulat ad fastum ambitionis! quasi sapientiæ cælestis sit cognata infernalis superbia.

Bern.

299. Parùm foret ignobiles, & nihili homines à scientiæ studiis superbè insolescere, nisi etiam non pauci viri alioqui benè morati, & virtute nobiles, hoc inanis gloriæ tumore insolenter turgeant à sapientiæ fastu. Referam verba S. Nazianz. (quæ aliàs expendi) orat. 21. sic scribit: *Turpe est profectò, cùm in veste ac victus ratione non magnificentiam, sed vilitatem amplectaris: ieiuniis item & vigiliis, lectulique in terram strati asperitate, atque omni corporis maceratione, in subiectione humilitatem: diuinis disputationibus principatum, ac tyrannidem sibi vendicare, nec cuiquam omninò fasces submittere, ac supra omnes legis doctores supercilium attollere.* Audis quanta superbia turgeant litterati, vt etsi in virtutis stadio sanctè cucurrerint, in scientiarum studio sic errant, vt sapientiæ principatum ambiant? ecce studium Litterarum factum est studium gloriæ.

Sapientia turget etiam in bene moratis. Naz.

Apostoli fuerunt in Ecclesia virtutis summates, & digni Euangelij præcones. Et tamen cùm ad Euangelizandi ministerium electi sunt. *Negati honoribus* dicuntur à S. Chrysologo: Nempe erant ignobili genere nati, & vili ministerio occupati, nullis scientiis instructi. Verùm hi met etsi vsque ad miraculum sancti, & humiles fuerint, & ab innata generis vilitate, negati, inquam honoribus, vsque eò sapientiæ donum, & prædicationis gratiam naturaliter extimulabantur, etsi (frustra,) ad gloriã, vt dixerit Tertull. lib. 4. aduersùs Marcion. c. 2. *prædicatio discipulorum suspecta fieri posset de gloriæ studio:* (quæ verba aliàs ad aliã thesim comprobandam aliter expendimus.) Nimirùm Discipuli à generis obscuritate, à piscationis vilitate, à sciẽtiarum ignoratione inhabiles ad honores, etsi sciẽtiarum eminentia, prædicationis gratia diuinitùs inspirati, suspecti apud quosdam fuerunt de gloriæ studio. (Non ab Apostolorum vitio, sed à non bono audientium iudicio) Sic natura humana à sapientia instigatur ad inanis gloriæ studium! 300.

Chrysol. Prædicatio Apostolorum quibusdam fuit suspecta de gloriæ studio. — *Tullius.*

Præterea cælestes spiritus, Angeli, inquam, in cælo creati sunt natura bona, & integra, neque ad malum procliui, imò gratia & infusis notitiis instructissimi. Sed perbreui temporis spatio superbissimè euanuerunt. Quisnam Angelos instigauit ad elationem? Non corrupta natura ad malitiam propensa, non aliquis æmulus instigator: non ignorantia, siue defectus scientiæ. Quis ergo superbiæ fomes Angelos extimulauit ad elationem? Suspicor ipsa diuinitus innata sapientia quasi instigatos ad superbiendum: nam sapientiæ eminentia aliqualis fuit occasio ambiendi fastigium sublimioris gloriæ. Quod insinuare videtur Cornelius Noster. Paulus 1. Corinth. 8. v. 1. ait Paulus: *Scientia inflat.* Hinc *Superbus Diabolus* (ait Cornelius) *dictus est* δαίμων *Dæmon quasi* δαήμων *Daimon, id est doctus, peritus, sciens, inquit Plato in Cratylo.* Nempe Angelus scientia inflatus, a sapientiæ agnatâ elatione, factus est ex Angelo Dæmon. *En su nombre tiene el Demonio escrita la causa de su condenacion.* Neque enim iam dicitur Angelus, sed Dæmon, hoc est doctus, peritus, sciens, vt condemnationis suæ causam in nomine præferat ad sui contemptum: & qui à sapientia ambitiosè superbiit, sapientis, seu Dæmonis nomine, superbiæ pœnas luat. 301.

Dæmon dicitur à superbia scientiæ. — *Cornel. 1. Cor.* — *Plato.*

Delusâ primâ gulæ tentatione, Matthæi 4. v. 5. *Assumpsit Iesum Diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi.* Vox *pinnaculum* valde angit doctores, & in varias sententias diuidit. Ad rem satis Remigius: *Pinnaculum sedes erat doctorum.* Videlicet Diabolus frustratus successu tentationis primæ, quæ gulam suadebat, & palati voluptates, Christum allicere cupit ad iactantiæ, & inanis gloriæ ambitionem; & ita Iesum ducit non in Regum curiam, vbi tota politia, ambitio est; neque ad Principum Palatia, vbi æstuat superbiæ iactantia, & elationis fastus, sed ad pinnaculum templi ducit, quod sedes erat Doctorum. Opportunè quædam Glossa apud S. Thomam ibi: *Ideò duxit eum supra pinnaculum, cùm* 302

Matth. — *Remigius.* — *Ad cathedras & pulpita ducit Diabolus Christum, vt illũ tentet inanis gloria.* — *Glossa. S. Thom.*

vellet

Digitized by Google

vellet eum de vana gloria tentare, quia in cathedra Doctorum multos deceperat inani gloria; & ideo putauit istum positum in sede magisterij inani gloria extolli posse. Nempe astutissimus Dæmonum cùm ardenter cuperet, Christum, quem suspicabatur Deum esse, pellicere ad studium inanis gloriæ, in sede magisterij, & suggestibus concionatorum statuit, quasi hi litterarij honores maximam vim habeant ad permouendos humanos animos ad iactantiam, & ambitionis fastum. Vnde malus Dæmon vel Christum Deum præsumit instigare ad gloriam, si in re litteraria, & inter litteratorum proceres versetur. O quàm fidit Diabolus ambitioni sapientiæ! Caueat ergo Christianus Doctor, & Euangelicus Ecclesiastes, ne diuini eloquij argentum purum, & defæcatum adulteret inanis gloriæ admixtione, & superbiæ studio. Saltem concionator, qui auditorum plausus captat, auditores prodit, vt ait S. Gregor. lib. 22. Moral. c. 12. aiens: *Multa sunt, quæ audientis animum produnt; maximè si auditores nostri & semper laudent, quod audiunt, & nunquam quod laudant, sequantur.* Concionator, qui plausus ambit, contemnit persuasionem. Gregor.

---

§. LXIV.

Probitas prædicatoris, meritum, & laus est Euangelij; Improbitas autem dedecus, & contumelia. Ad illud:

Purgatum septuplum.

305 *Sapiens non est solutus legibus.*

NAufragium sine tempestate (ait Nazianzenus orat. in laudem Heronis,) est, hominem à superbia euanescere, & periclitari à diuina sapientia, vnde sospitari debuisset. Porrò ex agnata sapientiæ arrogantia oritur fastuosa libertas, qua litteratus detrectat legum subiectionem: & exemptiones prætendit, ne cæteris æqualis esse videatur, sed supra reliquos eminere. Matthæi 5. v. 17. Postquam Christus Deus electos discipulos destinat Euangelij præcones, aiens: *vos estis sal terræ; vos estis lux mundi*: statim addit: *Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere.* Quorsum hæc? *Quis enim ista erat suspicaturus?* (ait S. Chrysostomus homil. 16. in Matthæum.) *Quisne omnino istud obiecerat, vt contra necessariò videatur occurrere? Neque enim ex dictis eius istiusmodi suspicio nascebatur. Cur igitur hoc dixit?* Satis sit dubitandi rationem mutuasse ex Chrysostomo; dubitationis solutio petenda est ex sapientissimo Maldonato, qui sic fatur: *Ne existimarent licere sibi, quod Christi, id est ipsius legislatoris discipuli essent, legem violare. Sicut solent, qui ex familia Principis sunt, omnibus penè legibus soluti esse.* Scilicet Christus discipulos suos constituerat Doctores, & Prædicatores Ecclesiæ, & ideò statim præcauet, ne ex eo existiment solutos esse legibus, & omnia sibi licere: quasi nulla lege obligetur vir litteratus, & concionator existimet se esse à legibus immunem: Nam sapientia, eruditio, & eloquentia non est ius ad quodcumq; volet, & exemptio à legum obseruatione. Sapienter ergo Christus vbi primum Apostolos constituit Doctores, & Prædicatores, illico eos admonet legibus obligari, ne existiment solutos esse legibus, aiens: *Nolite putare quoniam veni soluere legem.* Profectò erubescunt dicta factis deficienti- Math. Chrysost. Maldon.

bus: præcipua elegantis elocutionis pars sunt elegantes mores.

S. Petrus Chrysologus serm. 117. ita fatur: *Difficilius quidem, sed gloriosius est mundo præsente luctari: & aduersus instructas delinquentes turbas aciem quandam disponere sanctitatis.* Audis non sermonem lima eloquentiæ comptum, seu probitate vitæ armatum, exarmare peccatorum improbas acies? Sanctitas enim prædicantis est prædicationis vigor: languet eloquentia, quam virtus non animat: non validè ferit sagitta, quæ non retrahitur vsque ad cor iacentis. *Vnde & bellicam machinam retractu tela vegetantem*, inquit Tertullianus in Scorpiac. cap. 1. Nimirùm sagittarius quò magis sagittam ad se trahit retractu chordæ, eò valentiùs saggitam emittit ad feriendum. Ergo Prędicator, qui in Scriptura, & Patribus sępe dicitur sagittarius, priùs ad se attrahat doctrinam, quam prædicat: & ita doctrinæ retractu tela vegetabit. Alioqui imbecilla erũt, & sine ictu. Operetur ipse, quod faciendum prædicat, ne (vt ait S. Augustinus serm. 6. Epiphaniæ,) *similes facti fabris arcæ Noe; quo aliis, vbi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio perierunt.* Caue ne tu periclitteris qui es aliorum incolumitas. 304. 304 *Chrysol. Concionis vigor à prædicatoris virtute est* Tertull. August.

Non exquisita eruditio, parta indefesso studio, aptam concionem instruit, sed diuturna prædicatoris, & indefessa ad Deum oratio concinnat elegantiam, & vigorem Euangelicæ orationis. Nempe oratio ad Deum energia est orationis ad homines. S. Augustinus lib. de Doct. Christian. cap. 17. sic scribit: *Qui dicendo nititur persuadere, quod bonum est, nihil horum trium spernens, vt scilicet doceat, vt delectet, vt flectat; oret; atque agat: quod cùm aptè, & conuenienter facit, non immeritò eloquens dici potest.* Itaque sanctitas vitę est elegantia concionis, atque orationis; & contemplationis assiduitas est prędicationis vigor: precibus instrui debet concio Euangelica. Matthæi 4. v. 21. *Vidit Iesus alios duos fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui reficientes retia sua.* Ad quæ verba in hunc modum fatur Hugo Card. *Rete, prædicatio, quæ debet refici contemplatione, & studio.* Videlicet rete prędicationis, si quando reficiendum est, non quęrenda plagula, quâ reficiatur, & interpoletur ex profana eruditione, aut elocutionis facundiâ, sed oratione, & contemplatione, & studio virtutis. Eloquentiæ Euangelicę efficacia non est emendicanda ex phalerata Demosthenis, aut Tullij arte, neque bene fucatis, & malè elegantibus Poëtarum figmentis; non ex malè dulcibus nouellarum elegantiis, neque ex scurrilibus otiosorum hominum nugis, & salibus; sed ex orationis, & contemplationis secreto, & elegantium morum concinnitate. His instruenda est prædicationis persuasio, quæ *contemplatione reficitur.* Et sanè plagula, quæ assuitur ad reficiendam rem aliquam, ex simili panno, siue telâ esse debet. Quis enim rete panno, aut pannum parte retis reficiat? Ergo prædicatio, quæ refici debet oratione, & contemplatione; orationi, & contemplationi adsimilis est, & iis constat. O fructuosa prædicatio, quæ orationi affinis est, & sanctitate constat, & contemplatione reficitur! Hæ conciones lacrymas cient, non hilares plausus; compunctionem, non admirationem: Elegantiam non affectat, & elegantes mores creat. August. Matth. Hugo. *Concio reficienda est oratione, non facetiis nouellarum.* 306.

Profectò prædicatio, quæ non verborum, sed morum elegantiâ constat, pro miraculis est. Quid opus est miraculis ad persuadendum, quod vitæ *Probi prædicatoris concio est naturale miraculum.*

miraculum prædicat, & suadet? Quod docet S. Chrysostomus hom. 11. in Matthæum ad hunc modum fatus: *Si quidem sacerdos est, doceat, & doctrinam suam bona vita quasi miraculis factis commendet.* Itaque excellentia bonæ actionis est miraculum prædicationis: vsque ad miraculum animas conuertit ad Deum, qui vsque ad miraculum Sanctus est. Hæc sunt quasi naturalia Ecclesiæ miracula; quæ quia occulta sunt, ignorantur; & quoniam crebra sunt, apud homines viluerunt. S. Gregorius lib. 3. Dialogorum, cap. 17. ita scribit: *Si inuisibilia pensamus, nimirum constat, quia maius est miraculum, prædicationis verbo, atque orationis solatio peccatorem conuertere, quàm carne mortuum resuscitare. In isto resuscitatur caro iterum moritura, in illo verò anima in æternum victura.* Vides prædicationem probitate vitæ animatam, & orationis virtute robustam, miracula crebrò patrare & quidem prodigiosiora; nempe, resurrectionem, non corporum ad vitam mortalem, sed animorum ad æternaturam vitam. Hæ sunt religiosæ verbi Dei præstigiæ, & piæ prædicationis incantamenta. Isaiæ 3. v. 1. *Ecce dominator Dominus auferet à Ierusalem validum, & fortem; Consiliarium, & sapientem, & prudentem eloquij mystici.* Quis est hic prudens eloquij mystici? Hieronymus Prado respondet; vir pius, & pollens dono orationis. Cornelius; eum, qui pollet facundia, & gratia, & efficacia persuadendi: quia vis persuadendi in concionatore à gratia orationis est. S. Hieronymus addit ad rem præsentem: *Prudens eloquij mystici, siue, vt Theodotion vertit, prudens incantator.* Idem enim est apud Hieronymum, prædicator ab oratione, & moribus eloquens, est vehemens, ac prudens incantator. Nam concionatoris eloquentia, quę à probitate vitę, & orationis calore animatur, genus incantamenti est, & pia animarum incantatio ad virtutem; sicut etiam est vitiorum excantatio. *Eundum est ad eos, qui quieta dogmata efficiunt, & diuinis scripturis eos incantant,* inquit Clemens Alex. lib. 7. Strom.

(Chrysost. — Greg. — Isaiæ. Concionator sit pius incantator. Prado. Cornel. Hier. — Clem. Alex.)

307 Basilius Seleuc. Orat. 43. ait: *Prædicatione Euangelium damnatum.* Nimirum praui prędicantium mores Euangelium, quod prædicant, damnant: siquidem vita mentitur, quod os prędicat: Fallere creditur qui quod verbis extollit, factis deprimit; deuenustat doctrinam, qui eam opere non commendat: imò qui Euangelicè non viuit, & Euangelium prędicat, prędicando illud damnat: sicut bona Prędicatoris vita laus est Euangelij. *Audacius scripsi vobis* (inquit de se Paulus ad Romanos 15. v. 15. *ex parte tanquam in memoriam vos reducens propter gratiam, quæ data est mihi, vt sim minister Christi in gentibus, sanctificans Euangelium Dei.* Quid est esse ministrum Christi, & sanctificare Euangelium? S. Anselmus ibidem: *Vt sim minister Christi, id est, vt ministrem, & seruiam Christo, prædicans illum gentibus. Sanctificans Euangelium Dei, id est, exemplo meo sanctum ostendens.* Nempe Paulus cœlesti vitâ, & sanctiori conuersatione Euangelium sanctificat: Vel, vt ait S. Augustinus super epistolam ad Romanos; *consecrans Euangelium.* Nam quemadmodum non boni prædicantium mores Euangelium culpant, & damnant; sic bene moratus Prędicator illud sanctificat, & consecrat. Ergo sicut doctrina, *& eloquia Domini sunt eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum*: & vt ait S. Hieronymus, *collatum septulpum*, id est, multoties; sic congruit, vt consimili niteat puritate quisquis dignè Verbum Dei tractare debeat. Nam *peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Psalm. 49. v. 16. Fulgeat Euangelium à Concionatoris sanctitate, ne denigretur illius iniquitate. Caue sacrilegium, fuge blasphemiam.

(Basil. Seleuc. Pius concionator Euangelium consecrat; impius damnat. — Ad Rom. — Anselm. — Aug. — Hieron.)

---

§. LXV.

Sermo Euangelici præconis, audientium vitam fouet & alit, gratiam auget & amplificat; vitam tribuit audientibus quasi Eucharisticam, & beatam. Ad illud:

Ponam in Salutari.

CVm ergo eloquia Domini sint eloquia casta, velut argentum defęcatum, sincerum, & pluries depuratum, & eximiâ puritate nitens: exigatque prędicatorem consimili puritate fulgentem, operę pretium est nosse, quem effectum pręstent in audientibus eiusmodi verba diuina. Quod (nisi fallor) pręcinit Psalmographus versiculo proximè præcedenti, aiens: *Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo,* id est, (vt interpretatur sapientissimus, & sanctissimus noster Cardin. Bellarmin. ibi:) *Ponam in salutari: Collocabo eos in salute, stabiliam eos in salute, vt semper salui consistant. Fiducialiter agam in eo.* Septuaginta Interpretes: *Afflabo ei, vel aspirabo ei.* Nempe audienti verbum Dei ex ore concionatoris afflabo, vel aspirabo salutem, & vitam. Quod docuit Iuditha hîc v. 21. *Vos estis Presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum* (*eloquio vestro*, ait Translatio Gotthica) *corda eorum erigite.* Itaque ex Doctoris disciplina, & eloquio pendere dicitur salus & vita populi. O vtinam Christiani Concionatores hęc Iudithę verba sępè versarent mente, & pro dignitate tractarent Verbum Dei, scientes ab ipsorum concione dependere salutem, & vitam Christiani populi. Proh nugas! quę in ore concionatoris blasphemę sunt: Heu meras subtilitates! quæ in concione mera homicidia sunt. Nempe eiusmodi concionator (è cuius verbo dependet anima, & vita populi,) si non dicat verba plena salutis, homicida est, & reus perditi populi. Actorum 20. v. 26. inquit Paulus: *Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi quominùs annunciarem omne consilium Dei vobis.* Nimirùm Paulus dicit se ideò non esse reum sanguinis Christianorum, quia omne consilium Dei, & cæli doctrinam omnibus proficuam, & salutarem prædicauit; quam si non prædicasset, reus foret salutis, & vitæ omnium. Quod aduertit Theophylactus ibi aiens: *Mundus sum à sanguine omnium, officium enim magistri feci; Non enim subterfugi quin vobis declararem. Ergo qui non dicit, reus est sanguine, hoc est, cædis.* Quia, vt ait Iuditha, *ex vobis pendet anima illorum.* Salus enim & vita populi ex prædicatoris verbis pendet, & Verbo Dei constat.

(308 Ex concionatore pendet anima audientium. — Bellarm. — Gotthic. — Actor. — Theoph.)

309 Paulus ad Hebræos 1. vers. 3. loquens de Christo Deo sic scribit: *Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ purgationē peccatorum faciens,* &c. Nempe Christus verbo, & doctrinâ suâ omnia portat. Quid est omnia portans? Græcè φέρων, quod verti potest, inquit Cornelius, *Alens, fouēs omnia:* scilicet verba seu

(Ad Hebr. Verbum Dei omnia portat, fouet, animat.)

seu eloquia diuina fouent & alunt omnia. Ducta est metaphora à femina volucre, quæ oua emortua diu super illis cubans fouet ad vitam, & mox alit, & nutrit. Sic Deus fouet, & alit omnia verbo seu eloquio doctrinæ cælestis: vt non tantum prima vitæ auspicia, sed etiam incrementa debeantur eloquiis diuinis. S. Chrysost. tom. 5. orat. 7. de laudibus eorum, qui in Ecclesia frequenter ocurrebant, sic loquitur de suis sermonibus sub agriculturæ metaphora: *Agricultura verò, qua orationibus,* (concionibus inquam) *nostris semina doctrinarum communicantur, quæ spiritus dona auget, amplificátque spirituales animis diuitias inexhaustas, & alimoniam immortalem procurare solet.* Nimirùm eloquia Dei in ore Chrysostomi egregij concionatoris non tantùm auditores fouent, & animant ad vitam, sed alunt immortali alimonia, *augéntque, & amplificant* diuinam gratiam & Spiritus sancti dona. Quasi ad mores bene instructa concio augmentum sit gratiæ, & amplificatio Spiritus; nam diuinus sermo viuax gratiæ amplificatio est, & vitale incrementum Spiritus, & summa viuacioris virtutis. Sic proficit ad vitam qui immortali cælestis doctrinæ cibo alitur! Viuus est enim sermo Dei & efficax. Ad Hebræos 4. vers. 12. *Et verè viuus vitâ diuina, intellectuali, æterna*, vt commentatur Caietanus inibi: Addit S. Anselmus ad eadem verba: *Viuus est sermo Dei, id est vera vita in semetipso, & sufficiens ad aliorum viuificationem, & ita viuemus in eo. Sermo Dei, qui prædicauit illam requiem, est viuus vita propria, id est, vita est viuificans alios, vel assumpta humanitate, in qua mori voluit, iam viuus est, id est, vitam æternam consecutus, & sequaces suos viuere similiter faciens, quia immortalis est, & vos immortales faciens.* Expende quàm viuax, & viuificator sit sermo diuinus, qui sequaces suos sic viuere facit, est enim salus, & vita audientiũ, & quasi impassibilẽ vitam illis tribuens.

Chrysost.

Ad Hebr.

Caietan. Anselm.

310 Ioannis 6. vers. 64. ait Christus: *Verba, quæ ego locutus sum vobis, Spiritus, & vita sunt.* Rupert. lib. 7. in Ioannem sic ea explicat: *Spiritus viuificans, & vita viuens, & verum vitæ verbum. Hæc in pane, de quo dicturus sum, Hoc est corpus meum, & in vino, de quo dicturus sum: Hic est sanguis meus, inuisibiliter operantur: vt vera caro mea sit, & sanguis meus, non mutata specie exteriori, sicut & in singulis hominibus spiritualiter, id est, nihilo mutato de extrinsecis corporis accidentibus, hoc agunt, vt membra mea sint, & de multis vna fiat Ecclesia quæ alio respectu corpus meum, plenitudo mea, dicatur, & sit.* Ecce tibi verba, seu prædicatio Christi dicuntur quasi verba sacramentalia, quæ auditores consecrant in aliam quasi speciem sacramenti Eucharistiæ, ait enim Rupertus, quòd cùm dixit Christus verba, quæ prædicando locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt, intelligantur ac si forent verba sacramentalia, quæ verè faciunt, vt fideles Christi membra sint, & de multis vna fiat Ecclesia, & corpus Christi, & eius plenitudo. O illustrem sacræ concionis excellẽtiam æmulam Eucharistici sacramenti! Neque insolens ex Scripturis sacram prædicationem comparari verbis consecrationis, quibus in pane, & vino conficitur Eucharistiæ mysterium. Ad Romanos 15. v. 15. ait Paulus eximius concionator: *Propter gratiam, quæ data est mihi à Deo, vt sim minister Christi in gentibus, sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata in Spiritu sancto.* Eruditè aduertit Cornelius τὸ *minister*, cùm dicitur *Minister Christi*, Græcè non scribi διάκονος, sed

Ioan. Rupert. *Verba concionatoris sunt quasi verba consecrationis.*

Ad Rom.

Cornel.

λειτουργὸς *liturgos*. Vnde dicitur Liturgia, id est, Missæ sacrificium. Et ita subiungit: *Sactificans Euangelium*, id est, *consecrans Euangelium*. Quod iucundè explicuit Cardinalis Caietanus his verbis: *Nota qualis minister, præaduertendo, quòd dictio interpretata sanctificans non deriuatur à sanctitate, sed à sacro, & significat sacrum operans. Perinde ac si dixisset, sacrificans Euangelium Dei. Itaque ad hoc se electum dicit, vt sic Euangelizes in gentibus, vt Euangelium vertat in sacrificium. Quod tunc fit cùm Euangelizamus cum tanta reuerentia vitæ & morum, quanta ad celebrandum fructuosè tantum sacrificium exigitur.* Quid præclarius ad hanc rem? Videlicet Sacerdos est Paulus, aut quiuis præco Euangelij: consecratio est ipsa prædicatio Euangelij: hostia sunt populi, qui conuertuntur, & fiunt mysticè corpus Christi. Ergo per verba prædicatoris, sicut per verba consecrationis quodammodo conuertendi sunt auditores in mysticum Christi corpus, & aliam quasi speciem Eucharistiæ. Nempe Eucharistia est memoriale, & imago passionis, in qua tot, tantaque passus est Christus. Verùm Christus in consecrato pane est impassibilis, prout ibi est. Neque enim Christus in pane Eucharistico obnoxius est morti; sed exemptus ab infirmitatis, seu mortis ærumnis; & prout ibi perpetuo viuus, & immortalis, quia nihil in Eucharistia pati potest. Sic homines per dignam sacro præcone concionem, similem in modum consecrãtur: nam per efficaciam sacræ prædicationis conficitur quædam imago Eucharistiæ, & auditor fit quasi impassibilis à mundanis ærumnis, & quasi immunis à frequentibus periculis, ita vt ferè viuat vitam sacram, & Eucharisticam: & velut fiat quasi ex vi verborum non tantum viuus, sed velut immortalis immortali vita gratiæ, quam per sacram prædicationem accepit, & per eandem conseruat vsque ad finem vitæ, vitæque æternæ destinatur, & consecratur ad modum quodammodò similem, ac Christus in Eucharistia. Ecce tibi Euangelica prædicatio dignè tractata tribuit vitã hominibus, & vitam quidem velut impassibilem, & Eucharisticam: & cęlestis vitę ęmulam.

Caiet. 311

312 Ioannis 6. v. 69. concionante Domino, ob sublimitatem doctrinæ, infirmi quidam discipuli recesserunt. Tunc ait Christus discipulis: Nunquid & vos vultis abire? Cui omnium nomine respondit Petrus: *Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.* Id est, *verba vitam æternam portantia tu habes*, vt interpretatur Rupertus, lib. 7. in Ioannem. Scilicet prædicatio Christi, aut cuiuslibet præcone Euangelij digna concio, vitam æternam habet, & portat. Vitæ autem æternæ nomine cælestis beatitudinis gloria sæpius intelligitur. Dicitur enim de beatis in die iudicij: *ibunt iusti in vitam æternam* Matthæi 19. v. 46. & alibi persæpè. Quasi auditio doctrinæ Christi sit quædam vitæ æternæ æmulatio. Sapientissimus & grauissimus Maldonatus explicans præfata Ioannis verba, quibus dixit Petrus ad Christum: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes*, sic ait: *Quasi iterum dicat Petrus, Domine bonum est* (Matthæi 17. v. 4.) *nos hic esse.* Scilicet sicut Petrus cùm vidisset Taboris gloriam, & Christum beatitudinis gloriã fulgentem, voluit ibi commorari diutiùs ad fruendum beatis gloriæ deliciis: sic modò audiens doctrinam Christi, quasi consimili gloria, & auditione bearetur: & ita nequit ab illo diuelli, aiẽs: *Domine bonũ est nos hic esse: verba vitæ æternæ habes.* Qua rogo, hyperbole exaggeratiùs potest explicari

Ioan. *Concionatoris verba tribuunt vitam quasi beatam.* Rupert.

Matth.

Maldon.

Matth.

quàm viuifica sint Christi verba ex ore Christi, aut Euangelici præconis, quàm dicendo non absimilem vitam præstare, ac beatam vitam? ita vt sacra concio dicatur viuax beatitudo, & perennis vitæ gloria, quæ obnoxia non est mundanis vicissitudinibus, nec vectigalis infirmitatibus, sed immunis à morte: Vita, inquam, æterna & æternitas viua perenniter. Igitur viuus est sermo Dei etiam in ore digni præconis Euangelij, qui etiam inchoat, *fouet, & alit, gratiam* (quæ vita animæ est,) *auget*, & amplificat, & ad modum Euchatistici sacramenti auditores consecrat, & velut impassibiles, & immortales facit, & quasi beatam, & perennem vitam per auditum ingerit. O diuinam diuini sermonis audientiam! quæ prædestinatos à reprobis segregat. *Qui ex Deo est, verba Dei audit*, Io. 8. v. 47. Ambiant homines ex concionibus haurire hanc vitam: neque concionatores frustrentur tantum bonum, non Euangelium, sed se prædicando. Altè hæreant animis verba sanctissimæ Iudithæ. *Vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis dependet anima illorum: eloquio vestro corda eorum erigite.* Et *sensu verborum* præcellit hic sapiens sapientis Iudithæ Oratio.

Ioan.

Iudith.

CAPVT DVODECIMVM.

Vers. 1. TVNC iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere
eam; & constituit quid daretur illi de conuiuio suo. 2. Cui respondit Iudith,
& dixit: Nunc non potero manducare ex his quæ mihi præcipis tribui, ne
veniat super me offensio: ex his autem, quæ mihi detuli, manducabo. 3. Cui
Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus
tibi. 4. Ex dixit Iudith: viuit anima tua Domine meus, quoniam non expendet omnia hæc
ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerunt illam serui
eius in tabernaculum, quod præceperat. 5. Et petiit dum introiret, vt daretur ei copia
nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum. 6. Et præcepit
cubiculariis suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum, per
triduum. 7. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ. 8. Et vt
ascendebat, orabat Dominum Deum Israël, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi
sui. 9. Et introiens munda manebat in tabernaculo, vsque dum acciperet escam suam in
vespere. Et factum est, in quarto die Holofernes fecit cœnam seruis suis, & dixit ad Va-
gao eunuchum suum: Vade, & suade Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare me-
cum. 11. Fœdum est enim apud Assyrios, si femina irrideat virum, agendo vt immunis ab
eo transeat. 12. Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella in-
troire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bi-
bat vinum in iucunditate. 13. Cui Iudith respondit: Quæ ego sum, vt contradicam Do-
mino meo? 14. Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum faciam. Quidquid
autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. 15. Et surrexit, &
ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. 16. Cor autem Holofernis
concussum est: erat enim ardens in concupiscentia eius. 17. Et dixit ad eam Holofernes:
Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inuenisti gratiam coram me. 18. Et dixit
Iudith: Bibam Domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus
meis. 19. Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso, ea quæ parauerat illi ancilla eius.
20. Et iucundus factus est Holophernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quan-
tum nunquam biberat in vita sua.

§. I.
Commentarius litteræ.

Vers. 1. Tunc iussit eam introire, vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de conuiuio suo.

1. *Iudithæ assignatur tabernaculum Assyriæ gaza.*

OMNIA tentat Holophernes, quò Iudithæ blandiatur, & venustissimam & charissimam feminam ad suam pelliciat voluntatem. Et primò ipsemet ducit Iudithꝫ in tabernaculum splendidum, & illustre, & quo nullum in Assyriis castris dignitate maius, & apparatu sūptuosius, scilicet in quo repositi erant thesauri eius. Sed cur in tabernaculo, vbi seruabantur Assyriorum thesauri, constituitur Iuditha? Lyra censet iam hinc Holofernem agere cum Iuditha, tanquam cum propria coniuge. Imbecillo fundamento nuptias molitur Lyra: Amoré inde conijcere potuit; nuptias verò hallucinari. Carthusianus existimat ideò assignari Iudithæ tabernaculum, vbi erāt Assyriæ gazæ, vt indicaret quàm Iudithæ confideret. Frigidum planè commentum. Neque enim Holoferni furtum timēdum erat ab imbelli femina. Salianus ad annum mundi 3346. ideo putat introductam in tabernaculum, vbi repositi erant eius thesauri, quia instar pretiosissimi thesauri Iudithā æstimabat.

Lira.

Carthus.

Salian.

Digitized by Google

æstimabat. Sed pulchra femina thesaurus voluptatis est, non auaritiæ. Litteralissimè docet

Sanct.

Sanctius hic n. 1. ideò Iudithæ ad habitandum designari tabernaculum, vbi repositi erant thesauri Holofernis: quasi eam eorum dominam constitueret, ad ornamentum, & muliebres delicias, quarum esse sciebat studiosum feminarum ingenium: (de mulierum impotentissimo affectu ad se ornandum,

Tiraquell.

legi potest Andreas Tiraquellus in 3. legem conn. num. 21. & 22.) Hæc omnia lenocinia sunt amantium, & munificentia appendix amoris est, vel potiùs ipsissimus amor. Quàm locuples fuerit, tunc

Iudith.

Assyriorum thesaurus, constat est cap. 2. vers. 10. &

Vatabl.

16. Vatablus sic locum hunc scribit, & explicat:

Cibus pulchritudinem nutrit.

Tunc iussit eam introduci in cellam argenteæ suæ supellectilis: déque cibariis suis mensam ei consternendam, & potum de vino suo prabendum constituit. Magnus hic Iudithæ honos, & magna eiusdem formæ cura; quandoquidem Nubuchodonosor,

Daniel.

Danielis 1. vers. 5. pueris, quos decoros formâ seligi mandauerat: *Constituit annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino vnde bibebat ipse.* Nempe dum Holofernes cibum, & potum de mensa sua iubet tribui Iudithæ, non tantùm consulit eius deliciis, sed etiam venustati, & subinsinuat Serarius:

Serar.

sumptuosior enim alimonia pulchritudinis lenocinium est, & venustatis arbitrium. Perplacet Sa-

Salian.

lianus asserens, in signum intimæ beneuolentiæ iussisse, vt de mensa sua suppeteret Iudithæ annona.

VERS. 2.
2.

Cui respondit Iudith, & dixit: Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo. Dixerat nuper Iudith se adhuc in Assy-

Iudith.

riis castris Deum suum colere, ne inciuiliis, & inurbana videretur, si recusaret quicquam facere contra auitam religionem, vt religioni, non contemptui adscriberetur eiusmodi refutatio. Refutat autem Assyriorum cibos, vtpote Idolis sacratos, de quo egimus ad cap. 10. v. 5. Vnde ait se non posse vesci Assyriis dapibus, *ne veniat* super illam offensio, id est, *Ne qua contrahatur offensio*, ait Va-

Vatabl.

tablus. Ac si dicat; ne dum vescar cibis lege mea vetitis, offendiculum, *(Græcè, scandalum)* seu peccatum ab eiusmodi esu contraham: atque ita per me impediatur, quod Deus in publicum bonum per me facere decreuit. Prædixerat enim Iuditha à Deo suo reuelandum sibi quando, & quomodo traderet populum. Ita Salianus. Vnde secum domo detulisse ait escas, quibus patriâ lege vesci licet.

Quod vetitū est, facere non possumus.

Consultissimè dixit, se non posse manducare, nec dixit se non manducaturam, quod Dei legibus prohiberetur facere. O præclaram eruditionem! Sibi seriò persuadeat homo, se non posse facere, neque habere potentiam ad faciendum, quod diuina lex facere vetat. Ne si putet à se fieri posse, il-

Tertull.

lud facere tentet. Pulchrè Tertullianus in lib. aduersùs Psychicos cap. 13. *Ego me seculo, non Deo liberum memini: sic meum est vltrò officium facere Domino, sic indicere illius est.* Ita honoranda lex est, vt existimemus, nos facere non posse, quod si facere non possemus, non prohiberetur.

VERS. 3.
3.

Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi? Ex sollicitudine Holofernis circa Iudithæ victum, egregiè ostenditur, quam incensus sit eius amore. Vnde ipsam rogat quid sibi paratum velit, si defecerit, quod pro suo vsu secum domo detulit; diu enim durare non poterat, quod portatum est in ascopera, quam Abra asportare potuit.

VERS. 4.

Et dixit Iudith: Viuit anima tua Domine, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerunt eam serui eius in tabernaculum, quod præceperat. Iterum iurat Iuditha, idem enim est, *Viuit anima tua*, ac *per vitam tuam*, vt notat Sa. Verè autem iurauit non priùs asportatos à se cibos consumendos esse, quàm quod ipsa animo destinauerat, & Holoferni promiserat, abundè impleret. Quod Holofernes intellexit de traditione Bethuliæ; ipsa verò de ipsius cæde, quæ perpetrata est, antequàm patrios cibos consumpsisset. His verbis cùm annuisset Holofernes, introducta est in tabernaculum, quod præceperat, seu destinauerat.

VERS. 5.
4.

Et petiit dum introiret, vt daretur ei copia nocte, & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum. Lyra, & Carthusianus censent,

Lyra.
Carthus.

Iuditham petiisse ab Holoferne, cùm discessit ab eo sedente in conopeo, eiusmodi facultatem; perplacet cum Sanctio Holofernem honoris causâ comitatum fuisse Iuditham vsque ad destinatum conclaue: nam dum *introiret* in illud, non dum discessit ab Holoferne, dicitur petiisse facultatem exeundi è castris ad orandum Deum suum, *Nocte*, id est, in prima, aut secunda vigilia, & *ante lucem*, hoc est, in quarta vigilia. Quod eo consilio depoposcit, vt vigiles iterato egressu, & regressu, commodiùs decipere posset, & sic perpetrato facinore, sospes redire ad suos.

VERS. 6.

Et præcepit cubiculariis suis, vt sicut placeret illi exiret, & introiret ad orandum Deum suum, per triduum. Facilè impetrauit sapienter astuta femina, quod è re Holofernis fore videbatur. Videlicet, vt in oratione à Deo suo edoceretur, quando, & quomodo vrbs tradenda esset Assyriis. Sed aduerte, quod Iuditha generaliter petiuit facultatem ab Imperatore, penes quem summa potestas erat; ille verò etsi amore captus, amans fuit, non amens, nec consilij omnino expers: cautionem enim aliquam adhibuit: nam ad triduum tantùm facultatem concessit: quod intimauit cubiculariis, tam qui sibi, quàm qui Iudithæ aderant. Dicitur enim à Vulgato: Præcepit cubiculariis suis; etsi refragetur Græcus textus, suffragatur Latinus.

---

§. II.

Munificentior liberalitas sibi auarè detrahit quo aliis liberaliùs impendat.

5.
Hildeb. epist. 16.
Donum exaggeratur ad gratitudinē.

Hildebertus benè pius & disertus vir, magnificum donum à quapiam Regina sibi liberaliter missum, luculenter amplificat his verbis: *Munus tuum plurimùm commendationis ex se ipso promeretur, vtpotè ambitiosum materiâ, præclarum cælaturâ: eius tamen pretium maiestate cumulatur; minúsque est quod ars ei contulit, aut natura, quàm quod habet ex Regina.* Et post pauca: *Ipsum donum bene quidem rutilat auro suo, sed melius animo tuo. Animo cui beneficium placuit, cui innata est, non suggesta voluntas largiendi. Animo, inquam, tuo, qui ex animo voluit, qui citò præstitit, à quo improuidus accepi, non importunus extorsi.* Multas, ipsásque præclaras regalis munificentiæ dotes exaggeratè cumulat, & eleganter expendit Hildebertus, quæ commendent donationem Reginæ, & gratitudinem à se extorqueant. Verùm, nisi fallor, aliquod muneris attributum omisit, quod apud me magno in pretio semper erit. Nempe non dari ex superuaca-

Digitized by Google

neis & omittendis, ſed ex vtilibus, & donanti valde proficuis. Neque enim magnum quid eſt donare ſuperflua, quæ dimittenda ſunt vt inutilia, quæ ferè ad me non pertinent. Hæc, inquam, dona potius ſponte elabuntur, non vltrò donantur. *Paulus de ſua gloria cupit alios beare.* Illud ex animo donat homo, quod homini proderat, quod viui proficuo erat, quo donato caret, & ſui detrimento redimit alienam inopiam. Scilicet hæc difficultas donandi largiùs commendat donantis liberalitatem. Enimuerò magnum quid eſt meo defectu mercari indigentis abundantiam. Ad Rom. Ad Romanos 9. verſ.3. *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Aliquid non bonum videtur optare Paulus. Num cupit à Chriſto deficere, aut eſſe Chriſti inimicus? Vereor ne charitas charitati aduerſetur, & hoſtili amicitiâ Chriſtũ proſequatur: *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* O munificentiſſimæ charitatis hyperbolem! Nazianz. Orat. 1. Perbellè S. Nazianzenus ſic fatur: *Quin & maius quiddam pro ſuis ſecundùm carnem fratribus auſus eſt Paulus. (Et ipſe quoque audaciùs hac dicam,) eos apud Chriſtum in locum ſuum ſubrogari præ charitate optat.* Nimirùm tam liberali benignitate amat Paulus fratres ſuos, vt in locum ſuum ſubrogari præ charitate exoptet. Percupit enim vt Apoſtolico faſtigio omnes ſublimarentur, ipſo depoſito, ſi opus eſſet, à tanta muneris ſublimitate: percupit præ charitate, vt ex ſuis meritis omnes cumulentur, etſi ipſe orbaretur propriæ virtutis merito, præoptat, vt à beata gloria ſua, quam olim in paradiſo delibauit, feliciter bearentur homines ſeſe beatitudine priuans, & gloriâ piè defraudans, vt fratres ſuos glorioſè bearet. O Paulinæ charitatis liberalem opulentiam! Parùm ſiquidem Paulo, Paulo inquam, foret impensè eniti tot laborum ærumnis negotiari merita, & glorias ſuis fratribus; niſi etiam ambiret præ liberaliſſimi amoris eminentia, ſe (ſi fieri poſſet) ſuis meritis exuere, vt homines gloriæ merito beatè indueret. A ſui meriti, & beatæ gloriæ carentia apparatum facit beatiori charitatis munificentiæ, dum ſui detrimento exoptat omnes opulentare mortales, quæ meta liberalitatis eſt.

6. Non poſſum hic non annectere Sanctiſſimi Protoparentis Ignatij charitatem Paulinæ æmulam. Rogauit Ignatius aliquando piiſſimos collegas ſuos, quibuſcum Societatem fundauit; an ſi ex reuelatione ſcirent, vel ſe ſtatim felici morte adlegendos ad perpetuæ beatitudinis gloriam; vel ſi adhuc in vita perſiſterent, relinquendos communi damnationis periculo; tamen certò ſcire aliquod inſigne obſequium ſe Deo facturos in vita; vtpu- *S. Ignatius ſuâ gloriâ alios beare ſatagit.* ta illuſtrem infamis peccatoris conuerſionem: (in ſtadio enim mundi ad meliorem frugem conuertendi, Societas à cunis ſudabat) rogat inquam, quid tunc eligerent. Statim reſpondit magnus ille vir P. Iacobus Lainez, nobilitate, & ſapientiâ clarus, nec impar ſanctitatis merito: Ego quidem iam diu exambitam beatitudinem vltrò amarem, & proculdubio eligerem. At Ignatius, ego inquam, ſponte ſubirem perpetuæ ſaluationis aleam, ſi eluceret ſpes aut Deo feliciùs obſequendi, aut peccatoris conuertendi. O voces Ignatio dignas! ô exaggerationem liberaliſſimæ charitatis, quæ ſuo periculo alios redimit: & gloriâ beatitudinis ſeſe defraudat ad mercandas Dei, & proximorum glorias! *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrabo tibi,* Geneſ. ait Dominus ad Abraham, Geneſ. 12. verſ. 1. Id eſt; Sel. Orat. 7. *De cælo teſſeram cape,* interpretatur Seleucus. Quid eſt: Exi de domo patris tui, & cape teſſeram? Teſſera (vt alia eius ſignificata omittam) aleam ſignificat, (Hiſpanè *Iuego de Dados,*) luſus planè liberalis, ne dicam præceps, & prodigus, & in quo ex vno aleæ volutatu aut diues euadis, aut miſerè depauperaris. Periculoſum quidem ludendi genus. Vnde alea, aut teſſera pro periculo ponitur. Itaque laudatiſſimum fuit, quòd Abrahamus exiret de patris ſui illuſtri domo, & diuite familiâ; & eiuſmodi exitu teſſeram caperet, ſeu periculum felicitatis. Præcipitur enim illi, ire in incertum. O incomparabile ſanctiſſimi Ignatij facinus! non modò è nobili terreni patris domo, & opulentâ familiâ exit? ſed animosè egredi audet de terra cæleſti (ex ſuppoſita reuelatione) iam ſua, de Empyrea domo cæleſtis Patris, id eſt, de æternæ beatitudinis gloria egredi ambit, & vltrò *de cælo teſſeram capit,* & aleam ſubit condemnationis æternæ; vt ſic & obſequium præſtet Deo, & ſua ipſius gloria glorioſè beet, & beatè felicitet ſuos fratres. *Optabam ego ipſe* (ait Ignatius, Pauli de charitate æmulus,) *anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Eô, que apud Chriſtum in locum ſuum ſubrogare,* vt aiebat Nazianzenus ſuprà laudatus. Nazianz. ſuprà. Quid tutius hoc periculo? quid ſecurius quam hæc alea? Securè periclitatur, qui eiuſmodi aleam ſubit pro munificentia charitatis, Eccleſiaſtici 49. verſ. 16. Eccli. *Nemo natus eſt in terra qualis Henoch: nam & ipſe receptus eſt à terrâ.* Cur tanto verborum apparatu laudatur Henochus, niſi quia tranſlatus in paradiſum, vltrò ſe beatâ gloriâ diu abdicauit ob ſalutem hominum? Nempe ille hyperboles laudum planè excedit, qui charitatis commercio propriam gloriam fratribus fœneratur: & ſeſe diu beatitudine orbat, vt alios æternùm beet. Nemo natus eſt in terra qualis Ignatius, qui è cælo teſſeram ſeu aleam capiens, periculo amittendi gloriam ſuam, hominum redimit periculum de amittenda gloria: & ſponte aleam damnationis ſubit, ne vllus homo aleâ damnationis periclitetur.

2. Corinth. 8. verſ. 8. Paulus adhortans fideles ad 7. 2. Cor.
eminentiam charitatis Chriſtianæ, ſic ſcribit: *Non quaſi imperans dico, ſed per aliorum ſollicitudinem, etiam veſtra charitatis ingenium bonum comprobans.* Nota τὸ *Ingenium charitatis*, ac ſi munificentior *Chriſtus ſuâ inopiâ nos ditat.* charitas ingenioſa ſit ad donandum; & aduerte quodnam ſit hoc charitatis acumen, ad quod ex 2. Cor. v. 9. imitatione Chriſti hortatur Corinthios. *Scitis enim gratiam Domini noſtri IESV Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet diues, vt illius inopiâ vos diuites eſſetis.* Hoc eſt ſummum elogium liberalitatis Chriſti, ſeſe depauperare, vt alios opulentiùs ditet; à paupertate enim ſua diues Chriſti miſericordia cumulatiùs laudatur. Quænam eſt hæc Chriſti paupertas, qua ditauit Eccleſiam? Hugo. Hugo Cardinalis ad cap. 1. Matthæi, alibi ad alia themata non ſemel expenſus, ita ſententioſiſſimè fatur: *Eccleſiam Chriſtus de ſalario paternæ maieſtatis adamauit.* Scilicet parùm videbatur Chriſto Deo ad publicandam largiſſimæ liberalitatis eminentiam, de infinito ſuæ omnipotentiæ penu dona expromere, quibus copioſiſſimè homines muneraret. Nam cùm Omnipotentiæ theſauri ſint infiniti, exhauriri nequeunt: vnde penuriam pati nequit, cui iugis & perennatura opulentia ſuppetit à ſua omnipotentia. Ergo Verbum diuinum factus eſt homo; & quaſi Chriſtus foret in mundo Patris Dei ſeruus, ſalarium quodammodò paciſcitur, & ſtipendia accipit ob induſtriam adminiſtratæ redemptionis: (quæ eſt præcipua res Dei in mundo tractanda)

Digitized by Google

tractanda, & salarium, quod meritorum sudore promeretur, Ecclesiæ impendit, quam *de salario paternæ maiestatis adamauit*, vt sic exaggeret munificentiæ encomium, cùm ex propriis stipendiis, & ex salario, suo ipsius sudore comparato, & ex proprio peculio (sic fari liceat) munera impertiat liberalissima adamatæ Ecclesiæ. Hoc est *ingenium charitatis* Christi; sic publicat suæ munificentiæ elogia, cùm suâ ipsius inopiâ ditatur Ecclesia. Nempe donet de suis stipendiis, sentiat penuriam, qui attingere exambit liberalitatis metam.

8. Christo iure diuinitatis debebatur gloriosa beatitudo animæ, & beata corporis gloria: hac caruit in mundo, vt per propriæ gloriæ carentiam impertiretur nobis animæ, & corporis plenam gloriam in patriâ: ô quàm obæratum manet humanum genus ad æstimationem tanti beneficij, & amorem tam munifici benefactoris! S. Chrysostomus explicans præfata verba Pauli dicentis de Christo: *Propter vos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopiâ vos diuites essetis*, ita fatur: *Ille gloriam suam exinaniuit, vt vos non illius opibus, sed egestate* (gloriæ scilicet corporis carentiâ) *ditemini*. Nempe caret Christus gloriâ corporis sui, vt homo ditetur totâ beatitudinis gloriâ: ô quàm magnificè commendatur Christi munificentia! quantam sui æstimationem mercatur hæc largior charitas apud homines! Verùm expensione dignissimum est, quare dum Christus in Thabore ad breue tempus resumpsit gloriam corporis, illicò auditur magnifica vox Patris Dei dicentis: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, Matthæi 17.v.5. Quid necesse fuit, vt tunc vel maximè æternus Pater suum Filium speciatim recognosceret, & augustiùs decoraret illustri filiationis titulo? Nonne plus egebat Christus hac commendatione cùm patibulatus occumbebat in cruce, insultante choro Pharisaïcæ malitiæ? Fortasse congruentior foret hæc laus, cùm in bestiali præsepio nascitur, cùm velut seruus stigmosus in Circumcisione notatur charactere quasi peccatoris; cùm in Ægyptum quasi imbecillus fugit; aut cùm eius ora squalidè saliuantur, aut in concilio contumeliosè colaphizantur. Tunc, tunc inquam, opportunior foret hæc magnifica commendatio. Ibi alicui videbitur gloria necessaria; hic superuacanea fortè reputabitur. Verùm enim verò quando resumit (etsi ad perbreue tempus) gloriam corporis, quâ se vltrò viduauerat, vt opulentiùs benefaceret, tunc opportunior est, & necessaria magis, magnificentior Patris Dei commendatio. Tanta enim est gloria munificentiæ, quando se orbat aliquis præclaro bono, quò aliis benefaciat vberiùs, vt in Christo vices gerat paternæ vocis, illum magnificentissimè commendantis. Nempe in reliquo vitæ spatio sat est Christo gloriam sui corporis exinanire, quò homines bearet suâ gloriâ, (quod nuper insinuauit S. Chrysostomus, vt hoc summæ liberalitatis elogium vices gerat paternæ vocis. Gloria enim qua ob liberalitatem caret, reciprocatur in gloriam: nec gloriâ paternæ commendationis eget Christus, dum commendatur augusto largioris munificentiæ stemmate.

> Christus sua gloria nos ditauit.
> Chrysost. hom. 17. in 2. ad Cor.
> Matth.
> Chrysost. suprà.

9. Deus ipse, cui ad nutum perennat omnipotentiæ promptuarium ad quoscumque liberalitatis sumptus, non potest penuriam experiri. Quomodo enim egere potest, cui omnia à se affatim suppetunt? Tamen humano idiomate agens cum hominibus, sic fatur Euangelista Lucas cap. 12. v. 37. *Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Quinam sunt hi, quibus Deus ministrat, & se cingit ad ministerium? Nempe significantur Electi æternâ prædestinatione ad beatitudinis glorias, cælesti conuiuio, famescenti saturitate beandi. In quo ferè conuenit inter expositores. Verùm enimverò explicatu arduum est, quo pacto Deus in cælo ad ministrandum beatis vberrimas gloriæ delicias, præcinxit se priùs. Quid est Deum anticipato obsequio se præcingere? Quænam hæc præcinctio, quâ se præcingit Deus? ô quot commentationibus interpretes fatigant hunc locum! Sententiosè Theophylactus (aliàs ad aliud thema expensus,) pulchro glossemate explicat hæc verba: *Præcingit se in eo quòd non totam vbertatem bonorum largitur; sed hanc cohibet secundum certam mensuram.* Porrò τὸ *Præcingere* significat priùs se cingere; & sensus est: Deus adeò munificus, & velut effusè liberalis est in cælo erga beatas mentes, vt priùs nempe in hac vita, *non totam bonorum vbertatem largiatur, sed eam cohibet secundum certam mensuram*, vt munificentior appareat in largitione beatitudinis: Hoc est, *Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis* in gloria beatitudinis. Hispanicè dices; *Parece que Dios se ciñe y se estrecha en los demas gastos, para tener mas que dar en la bienabanturança.* Scilicet loquitur Euangelista Lucas de Deo more humano, (vt aliàs sæpe loquuntur scriptores sacri; sic dicitur pœnitere, irasci, &c.) Nam quemadmodum principes viri, quamuis opulentissimi, sæpæ parcunt quotidianis sumptibus, vt ita ex diu congesto thesauro munificentiam valeant ostentare in opportunâ occasione.

10. Sic Deus non semel videtur *se præcingere, (ceñir se en los demas gastos)* & quasi minùs liberaliter agere in hac vita cum hominibus, vt hominibus videatur munificentiùs agere cum Beatis in futurâ. Ac si nunc parcat sumptibus, & opes congerat, quò liberaliùs & magnificentiùs mox muneret homines tota beatitudinis gaza. Cuius opulentia tanta est, vt vix potuerit explicari hominibus, nisi more humano. Ecce tibi Deus vt ostentet suam munificentiorem liberalitatem in gloria, se priùs cingit, & sumptibus quotidianis quasi parcit: & qui nequit penuriam pati, saltem experiri videtur velut penuriam largiendi, vt ex moderatione sumptuum posse videatur copiosiùs & magnificentiùs munerare. Quæ summa liberalitatis est apud homines, apud quos angustior munificentia habetur, quæ se priuat, aut defraudat re vtili ad procurandam alienam vtilitatem: & ex sui penuria cumulat largitionis munificentiam. Nam ex superuacaneis sibi, aliis donare opum exoneratio videtur, non bonorum muneratio; quæ à penuria largientis magnificæ largitionis mutuatur elogium. Vnde Holofernis studiosus amor erga Iuditham sollicitat munificentiorem liberalitatem. Et exinde hìc vers. 1. *Iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius; & iussit illic manere eam:* (totis Assyriorum gazis illam munerans,) *& constituit quid daretur illi de conuiuio suo.* Ac si parum foret dilectam valde Iuditham conuiuari de Principis penu, nisi detraheret sibi, quod in Iudithæ delicias munificè impenderet; sua penuria exaggerans munificentiam amoris, & liberalitatis.

> Luc.
> Deus se præcingit, vt largius muneret
> Theoph.
> Iudith.

§. III.

§. III.

Verus amor non tam constare videtur affectibus, quàm muneribus.

11. INter cætera Amoris encomia, quæ passim prædicant sacri, & prophani auctores, illud & præclarissimum, & certissimum est; amorem esse liberalem, & munificum. Amor verus non est, qui auarus est. Adeò ei cognata est liberalitas, vt amor esse non probetur, qui effusus non est in largitiones. Amor voluntatis, & voluptatis gressibus fertur in amatum; nec solus it, sed simul cum amantis censu, & reculis. Nescio an magis probetur Amor ab affectu, an à munificentia? Porrò illiberalis amor, aut amor non est, aut degener, illiberalis, & adulterinus est: nam ingenuus amor munificus, & prodigus est, se, & sua personæ amatæ donans: amatorio philtro se bonis expoliat, vt amatum muneret. Placuit Holoferni pulchra Iuditha, oris, & eloquij venustate defigitur Holofernes: tenerè diligit puellam Gratiarum manibus factam, Iudith 12. vers. 21. *Tunc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam.* Scilicet Holofernes Iudithæ amans, statim illi tradit omnes suos, & Assyriorum thesauros. Quos opulentissimos esse constat ex cap. 2. vbi sic scribitur: *Aurum verò, & argentum de domo Regis assumpsit multum nimis*; Ex prædis autem præcipue vrbis Melothi valde auxerat Holofernes Assyrias opes: quibus primo amoris signo munerauit puellam, quam ardentissimè deperibat. Fidelissimus alioqui dux Holofernes totos Nabuchodonosoris thesauros ad tot expeditiones maximè necessarios, donat dilectæ Iudithæ; nec minùs amore in ipsam effusus, quàm munificentia: nam amore se totum donauit; liberalitate verò amatoria, suas, & Nabuchodonosorianas opes dedit. Parum amans foret, nisi vnà secum omnes suas, & alienas diuitias daret. Verùm se amatorem probat ab affectu, & munere. Et effusa prodigalitate testatur opulentiam amoris. Vnde, *Tunc*, id est, vbi primùm eam adamauit, *iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius.*

Amor munificus est.

Iudith.

12. Ioan. 3. v. 35. *Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.* Vulgò aduertunt interpretes voculam illam [&] Græcè καὶ significare *ideo*. Id est, *Pater diligit Filium*, (hoc est, Christum,) *& ideò omnia dedit in manu eius*; & sensus est, (vt ait Phæbadius.) Quia Pater diligit Filium suum Iesum Christum, ideo omnia dedit ei in manu, & arbitrio eius. Sensus quidem ad loci expositionem satis aptus, nisi videretur peccasse in rigore Theologiæ. Nam æternus Pater non communicauit omnia in manu filij, eò quod eum amat, sed quia eum cognoscit: Cognitione enim & intellectu gignitur filius, & sic cognitione omnia ei communicat Pater; non amore. Nam amor post cognitionem, & generationem est, & ita supponit iam omnia filio communicata esse à Patre. Serò quis accipit quod priùs habebat. Imò quod quis priùs habet; nullo modo potest accipere. Quî enim quis accipiat, quod iam habet? S. Cyrillus hunc locum interpretans, sic fatur: *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius. Suum Filium diligit, cuius dilectionis signum est, quia omnium ei rerum tradidit potestatem. Omnia enim (ipse ait Matth. 11.) mihi tradita sunt à Patre meo. Et rursùs Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Sententiam verborum Cyrilli egregiè calluit, & expressit Pater Maldonatus, sic ex mente Cyrilli commentans locum Ioannis, & propositam difficultatem satis ad rem explicans. Sensus igitur est, ait Maldonatus: Filium non solùm quia naturâ suâ Deus est, sed etiam quia Pater voluit; & omne quodammodò ius, quod in homines habebat, in illum transtulit.

Ioan.

Phæbad. lib. contra Arianos.

Diuini amoris munificentia.

Cyrill. l. 2. in Ioan. cap. 71.

Matth.

Maldon.

13. Ac si dicat: Etsi Pater in generatione æterna, quæ præcedit amorem, omnia dedit in manu filij, communicando illi suam omnipotentiam, & in ea omnem potestatem in diuinitatis thesauros; tamen quia posteà in alio signo filium diligit: ne amor Patris absque munere quodammodò inanis videretur, (videretur enim apud homines,) omnia dedit in manu Christi; id est, *Omne quodammodò ius, quod in homines habebat*, vt inquit Maldonatus, *vt omnem non solùm suam, sed etiam Patris haberet potestatem.* Et sic Pater *se alterum misit*, vt dixit S. Augustinus. Scilicet quia Pater amat Filium, suum ius, & authoritatem dedit Christo, in omnipotentiæ diuitias, & genus humanum; & paternum ius ei speciatim dedit; ita vt filius esset potestate *alter Pater.* Porrò Pater munificentiâ, & donis (scilicet *dans omnia in manu filij*,) comprobauit se diligere Filium; ac si minus sufficienter comprobasset suum amorem, si non omnia Christo donasset. Nam probatio amoris, exhibitio est muneris. Non videtur hominibus satis Amor, qui donis vacuus est. Vnde Pater, qui ante filij amorem filio communicauit thesauros omnipotentiæ, quia filium Deum genuit: eundem filium iam generatum amans, omnia dat in manu eius; id est, ius, quod Pater Deus habet in homines, illi contulit. Et eiusmodi munifico munere amorem erga Christum suum comprobauit fuisse verum, & generosum, & Amoris nomine dignum. Nam si Pater amasset filium sine munere, fortè vt degener, & non verus amor haberetur apud homines. Rectè ergo ait Euangelista: *Pater diligit Filium, & ideo omnia dedit in manu eius.*

August. ibi tract. 14.

14. Cæterùm Christus Dominus, cùm *omnia dedit ei Pater in manu eius*, valdè fuit opulentus; at quia amantissimus erat suæ Ecclesiæ, ac si tot diuitiarum gazæ non sufficerent ad demonstrandum quasi excessum amoris, quo Ecclesiam diligebat, ex propria industria nouas quodammodò conquirit opes, quibus eam muneret. Celebrem, ad hoc, locum (nuper à me aliter expensum) dabo ex Hugone sic aiente: *Ecclesiam Christus de salario paternæ maiestatis adamauit.* De paterno salario Christus amat Ecclesiam? Non aptè videtur dictum. Quando quis salario adamat, aut adamare potest? Voluntate amamus, affectu diligimus, non salario. Vnde Christus salario suo munerare potuit Ecclesiam, amare salario non potuit. Profectò id altè excogitauit Hugo. Nam etsi totum diuinitatis censum, & omnipotentiæ, & liberalitatis thesauros Christus habebat in manu; *omnia* enim *dedit ei Pater in manus.* At ipsemet Christus, Patris in terris negotia agere voluit, dicente ipso: *Nesciebatis, quia in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse*; vt sic triginta quatuor annorum salario merens, à Patre abundanter haberet, quod donaret adamatæ Ecclesiæ, quam *salario adamauit*; nam illam munerans, & propriis opibus, & salario, quod merebat à Patre, excellentem amorem, quo illam diligebat, ostendit. Plus salario, quam affectu videtur amasse: quia dona plus quam affectus probant amorem apud homines: nam dilectio non tam comprobatur affectibus, quam muneribus: character enim amoris

Christus muneribus amat Ecclesiam.

Hugo in Matth. c. 1.

Lucæ.

Digitized by Google

amoris munus est. Bellè ergo dictum est, quòd *Christus de salario paternæ maiestatis Ecclesiam adamauit.* O quàm vxorius erat Manasses Iudithæ maritus! ô quam ardenter eam adamauit, siquidem cap. 8. vers. 7. *Et reliquit diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones armentis boum, & gregibus ouium plenas:* nam munera non tam sunt probatio amoris, quàm amor. Et hic vers. 1. Holofernes adamatam Iudithám muneratuit Assyriis gazis.

Iudith.

§. IV.

Circumspecta nostri custodia sæpe non fit ob suspicionem mali, sed ob æstimationem boni.

15. PRetiosiora seruantur magnâ curâ; abiectiora incautè proiiciuntur à propria vilitate secura, Non deuenustatur pretiosior gemma, quòd in penitiori recondatur scrinio; nam attentior custodia valorem commendat. Quod pluris æstimamus solicitiùs seruamus. Ergo strictior custodia maioris pretij indicium est; non occasio querimoniæ. Cessent questus, quòd de re abiecta quæque suspicentur, eò quod te custodiunt: nam quod æstimatur pluris, seruatur magis, etsi periculum absit casus, aut ruinæ, quoniam eiusmodi adseruatio, non præseruatio est, sed æstimatio. Bene dotatus corpore, & mente creatus fuit Adamus, & statim includitur in paradiso, altâ maceriâ vndique septo; imò & ipse Deus voluit esse Adami custos. Genes. 2. vers. 15. *Tulit ergo Dominus Deus hominem & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum*, id est, *hominem*, nempe Adamum ait Augustinus. Benè seruatus erat Adamus in paradiso vndequaque murato. Imò à quo seruandus est? Audi S. Augustinum in simili de custodia paradisi sic dubitantem: *Vt custodiret autem, quid? an ipsum hominem? Contra quos? Nullus certè inimicus metuebatur inuasor, nullus fur, nullus limitis perturbator, nullus aggressor.* Et infra: *Custodire autem non aduersùs improbos, aut inimicos, qui nulli erant. Sed fortassis aduersus bestias. Quomodo istud? aut quare? Nunquid enim bestiæ iam in hominem sæuiebant? quod nisi peccato non fieret.* Ergo Deus adeò inuigilat custodiendo hominem, à quo tunc nihil mali timet, nec prudenter timendum foret. Quid ergò paradisi septo, vt in carcere Adamum includit? Quid ipse Deus & nomen, & curam custodis assumit? Pretiosis dotibus cumulauerat Deus Adam; at tam impensa cura, qua illum custodit, suspicionis notam inurit. Proculdubio aliquod delictum præcauet ab eo, quem tam attente custodit. Imò istiusmodi cura decus est Adami, neque enim illum custodit Deus, quoniam aliquid mali timeat. A quo enim timeat? vt bene S. Augustinus nuper adnotauit. Nimirum opulentauerat Deus Adamum donis cælestibus. Ergo pretiosior creatura attentiùs custodienda erat. Ezechiel. 34. vers. 26. *Ego pascam oues meas, ait Dominus Deus. Quod perierat requiram, quod abiectum erat reducam, quod confractum fuerat alligabo, quod infirmum fuerat consolidabo: & quod pingue, & forte custodiam.* Pende sententiam: Quæ debilia abiecta, & infirma reficiam, ait Dominus. Quod vero adipe gratiæ pingue est, & robore sanctitatis *forte: custodiam.* Nam pretiosa custodimus. Sic pingue, & forte custodit Deus dicens: *Et quod pingue, & forte custodiam.* Sic Adamum vberiori gratiâ adipatum, vigore iustitiæ originalis robustum, solicitè custodit Deus, & in paradiso locat, vt ipse Deus *custodiret illum.* Opportunè dixit S. Chrysologus agens de Patre, qui excepit filium prodigum. *Penes patrem est absoluta custodia.* Expende *Absoluta custodia*, non quæ respiciat peccatum, & delictum præcaueat, sed quæ filium æstimet.

Custodia sæpe non fit ob suspicionem mali, sed ob æstimationem boni.

Genes.

Aug. l. 8. de Genesi ad litt. cap. 10.

Ezech.

Chrysol. sermon.

16. Iob. 26. v. 11. *Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.* Cælúmne columnis innititur? Fortassis ne corruat adminiculis eget. Cælum incorruptibile est, & si ruat, minimè læditur. Imò Cælum in suo centro est, cur sustentaculo fulcitur? Nam vbi ruina esse non potest, frustra applicantur sustentacula. Profectò in cælorum iniuriam hæ columnæ structæ sunt. Imò in ornatum ait eleganter Beda hîc: *Sicut ad ornatum solummodò ædificiorum plerumque columnæ permagnificæ erigi solent.* Qui consideret cælum columnis incumbentem suspicabitur fors propriâ mole collabi; quæ magna cælorum iniuria est; At istiusmodi sustentacula columnæ honorariæ sunt; non cælum sustinent, sed ornant. Satis ad rem. A cautela non dedecoraris sed ornaris.

Iob.

Cælum columnis honoratur, non deuenustatur.

Beda.

Lucæ 12. vers. 33. *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælo.* Aduerte sacculos signari olim, iuxta illud: *signasti quasi in sacculo peccata mea.* Signatos sacculos deponis in cælo custodiendos. Timésne à cælestibus si sacculus non signatus inueniatur? Præfata verba Lucæ sic illustrat S. Chrysol. *Sacculus cur paratur? Quid tibi claustra, vbi ipsa custos est innocentia? ibi quid signaculum, vbi suspicio fraudis non habetur?* Perennis thesaurus, & multâ gazâ refertus, tutus est in cælo, à resignatione, & fraude immunis. Quid ergo sigillo munitur si ipsa innocentia custos est, nec est fraudis suspicio, nec auaritiæ timor? Nimirum pretiosa quæque non signantur, & clauduntur suspicionis metu, sed exaggeratione valoris. Nam pretiosa custodimus: ergo custodia sæculi honos est.

Lucæ.

Thesauri signantur in cælo ob æstimationem.

Chrysol. serm. 25.

17. Iob. 9. vers. 7. *Qui stellas claudit quasi sub signaculo.* Stellæ sunt cæli decus, ornatus orbis, præclarior siderum portio; cæli cauitatibus inclusæ detinentur, *Signa* vt regiæ epistolæ sigillo regio. Ecquis audeat reserare? *Signata*, id est, occultæ caligine nubium, & nebularum *Signata*, id est, ipsâ Solis luce obtenebratæ; nam ortus Solis, occultatio siderum est. Imò stellis, vt quæ virgines sunt, incorruptæ & pulchræ, insidiatur Sol sui fulgoris insidiis, vt attentus aduertit Iob. 25. vers. 3. *Super quem non surget lumen illius?* id est Solis. Septuaginta: *insidia illius.* Quid timetur ab stellis, quòd tam impensè custodiuntur? cælorum cauitatibus, velut carceribus detinentur, nubium cortinis velantur, radiis solaribus insidiatur illis Sol. Quod notarunt Septuaginta interpretes prædicta Iobi verba sic scribentes: *Qui stellas claudit, &c. Contra sidera signaculum posuit.* Verùm Cardinalis Caietanus hîc satis ad rem interpretatus est locum istum, sic aiens: *Pro stellis signauit.* Nempe eiusmodi sigillum, cautio, & custodia stellarum non deuenustat stellas, nec suspicionis nota est: Sed decus eximium. Nam quod clarius æstimamus, seruamus impensiùs; hæc custodia siderum non est nota diffidentiæ, sed exaggeratio æstimationis. Sic Holofernes pretiosissimam Iudithám custodit hîc vers. 1. illámque reponit inter Assyrias Gazas.

Iob.

Stellæ custodiuntur ob æstimationem.

Iob.

Caiet.

Iudith.

§. V.

§. V.

Apud Reges, Habe vt habeas.

18. COgnata Regum virtus Munificentia est: nec iam à clara stirpe, quàm liberalitate generosi audiunt. Tolle à Principe munificentiam, & sordet diadema. Sed inter multos ac varios errores temerè, inconsultéque regnantium, nihil propemodum dixerim nocentius, quàm (quod quidam Princeps;) Vt beneficia non possunt accipere, sic nec dare sciunt. *Inde sequitur, vt malè collata malè debeantur.* Regium munus benè collocatur in paupere, malè in diuite immerito. Ergo beneficia eant, non errent. Vltrò eunt ad pauperem; malè errant cùm diuitem vltra modum locupletant. Ista enim pereunt, cùm dantur, neque dantur, sed proiiciuntur. Mallem Principem illiberalem, quàm erga proceres nimis munificum: quia qui sic dat, vitium sordidæ illiberalitatis planè antecedit. Præstat enim non dare, quàm malè. Illud enim ad gloriam datur, quod necessitas accipientis commendat. *Datur enim quod maiori vtilitate recipitur*, ait Cassiodorus agens de Theodorici regis liberalitate. Ergo necessitas accipientis, regale beneficium facit, & commendat, secùs diuitum opulentiâ, quæ magis oneratur, dum muneratur, suæ gloriæ etiam donando detrahit Princeps, qui inopes illiberalis transit, & diuites opulentat. Præclarè Ennodius: *Mendicus fluminum cursus est, qui tantùm nobilissimorum satiare putatur ardorem: vbertas imbrium & nihil paritura saxa perfundit.*

Seneca lib. 1. de benef. c. 1. Rex ne sit nimis munificus erga proceres.

Cassiod. lib. 1. variar. ep. 18.

Ennod. lib. 7. epist. 12.

19. Homo ille prædiues, qui Matthæi 25. vers. 28. peregrè proficiscens, multa talenta tradit seruis suis. Hic homo, Rex est apud Lucam, cap. 19. v. 12. vt docet sanctus Hieronymus, & S. Ambrosius, quibus ancillantur recentiores interpretes. Nempe parabolæ cortex terreni principis ingenium, cuius persona assumitur, moraliter insinuat, & denotat. Is enim dedit cuidam seruo quinque talenta, alij duo, vnum alij ad lucrosos quæstus. (Neque enim Principem negotiatio dedecet: negotietur ad lucrum, ne nimia tributa negotientur subditorum egestatem.) Denique Rex adest, rationem ipse petiturus, & negotiosum seruum, qui pro quinque talentis omnino decem obtulit, laudat; laudat etiam eum qui ex duobus quatuor reddidit; desidem verò qui vno accepto, idem vnum obtulit, vituperat; & iubet ab eo auferri talentum, & dari ei, qui decem talentorum opibus abundabat. Ait itaque Rex: *Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit.* O graphicè depictam Regum munificentiam! habenti, plus dandum est? Et cur nihil datur minùs habenti? Opportunè S. Gregorius apud S. Thomam: *Opportunum autem videbatur, vt ei potiùs qui duo, quam qui quinque talenta acceperat, daretur: illi enim dari debuit, qui minus habebat.* Vnde iure videtur refragari consulta adstantium prudentia, quæ in has voces erupit, Lucæ 19. *Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas. Ac si dicerent ad Litteram: Superfluum est dare, quia satis habet.* Verba sunt Hugonis inibi. Verum enim verò id est Principis terreni ingenium, quod ferè nescit non habenti dare, & dare noscit plus habenti. Humanus enim Princeps sæpè donare ambit vsque ad superfluum, vsque ad fastidium accipientis. Quod eleganter adnotat Cassiodorus, hæc sui Theodorici Regis verba scribens, quasi commentaretur verba Matthæi: *Amamus* (inquit Rex) *nostra beneficia geminare: nec semel præstat largitas collata fastidium.* Hæc largitas non est, sed profusio. Quid enim profusius, quàm hiantem pauperum inopiam negligere, & procerum auaritiam vsque ad fastidium exsatiare? Famescit egenus opes, ad quas nauseat vel ambitio diuitum. Taceo.

Lucæ. Hier. Ambros.

Matth.

Gregor.

Lucæ.

Hugo. *Mundiales Principes habentibus donant vsque ad fastidium.*

Cassiod. lib. 1. variar. epist. 1.

Geneseos 45. vers. 20. Iosephus Ægypti Princeps, secundus à Pharaone, post iudicatam de fratribus vindictam prophetatâ septennij fame, fratres remittit ad patrem Iacobum, rogans eum, vt in Ægyptum descendat cum suis, vbi Pharaonis nomine promittit vbertim copiosam alimoniam, & terræ opes. *Ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ:* Quæ sunt verba Pharaonis ad suum Iosephum. Vnde Iosephus mandat fratribus, vt confestim pergant in Palæstinam, & Patrem Iacobum cum tota familia, & re familiari illuc asportent: sic aiens: *Nec dimittatis quicquam de supellectili vestra, quia omnes opes Ægypti vestræ erunt.* Sed quis non statim aduertat hanc rationem inidoneam videri; Nempe iubet Iosephus fratribus suis, vt omnia quæ possident in Palæstina in Ægyptum asportent, nec quicquam supellectilis dimittant, quia à Rege donandi sunt omnibus ditissimæ Ægypti opibus. Imò quia possessuri sunt dono Pharaonis, superbas Ægypti opes, superuacaneum est adducere vilem & pauperem supellectilem; quod superfluum & molestum impedimentum erit, præsertim in tam prolixo itinere. Qui enim statim possessuri sunt diuites Ægypti opes, non egent paupere supellectili pastorum? Et tamen curialissimus Iosephus seriò mandat, ne quidquam de supellectili in Palæstina dimittant, quia munerandi sunt Ægypti opibus. Consultissimè quidem id prouidet Ioseph; quippe qui perspectum habet ingenium Regum. Habenti enim dabitur, & abundabit. Nempe Principes assueti sunt non habentes negligere, habentibus dare. Habeant ergo, vt pluribus donentur à Rege; nihil dimittant, vt omnibus munerentur. Asportent greges, & armenta, argenti & auri scrinia; quin & cunctam supellectilem; nam quo opus habebunt, plura recipient à Rege; quasi diues possessio & multa supellex, illex sit regalis magnificentiæ, & incentiuum largioris donationi. Vnde Iosephus curialissimè inquit fratribus: *Nec dimittatis quidquam de supellectili vestrâ, quia omnes opes Ægypti vestræ erunt.* Nam sicut Rex ei qui non habet, vel quod videtur habere sæpe auferre solet; ita habenti dat, & habens copiosè abundat: siquidem regalis largitas habenti vbertim præstat vsque ad fastidium accipientis, vt nuper Cassiodorus aduertit. Ergo scitè dixit ille quicunque: *Habe vt habeas*, quæ non est verborum nugacitas, sed viuacitas prudentiæ, palatinâ experientiâ eruditæ. Quod animaduertere licet in hoc cap. vers. 1. Vbi Iuditha regiis opibus prædiues (vt dicitur cap. 8. vers. 7. muneratur à Rege Holoferne totis Assyriorum gazis. *Tunc Holofernes iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere.* Ergo apud Reges, habebis opes, si eas habeas: præhabeat, qui plura habere ambit. Proh! culpatur liberalitas, quam non commendat necessitas accipientis.

20. *Apud Reges habe, vt habeas.*

Genes.

Iudith.

§. VI.

§. VI.

Qui cæleſtem m beatitudine impenſiùs anhelat, valedicit terrenæ felicitati, & vltrò ſe deſtinat acerbioribus vitæ moleſtiis.

21. *Seneca epiſt. 61.* IN otio inconcuſſo iacere, & inerti felicitate hîc frui, non eſt tranquillitas, malacia eſt. *Sunt quedam triſtes voluptates*, ait Seneca. Tantùm læta voluptas eſt, quæ à beatitudine poſſeſſa eſt. At quæ hic animoſâ ſpe delibat eiuſdem beatitudinis glorias, tametſi verſatur circa veram & ſolidam gloriæ voluptatem, triſtis voluptas eſt, & blandimentis lætitiæ futuræ terret & vexat nunc. Angit, & moleſtat modò gloria, quæ æternùm beabit, & totâ beatitudinis mole, in hac vita opprimit, quem ſempiternè felicitabit. Nam gloriæ futuræ denunciatio, & notitia hominem concutit, & terret, dum viuaciùs extimulat ſtudio aſſequendi bonum felicius & beatius. Ergo dum voluptas futuræ beatitudinis hominem adulatur, & piè ſubornat ad ſui amorem? excitat, imò concitat animosè ad ſubeundos labores maximos, qui ad ipſam aſſequendam cateruatim occurrunt. Suſtinenda itaque nunc ſunt tormenta futuræ beatitudinis aſſequendæ, armanda eſt humana conſtantia aduerſus terriculamenta timoris. *Auidus beatitudinis ſpem præſtari ſe deſtinat. Lucæ.* *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Lucæ 12. v. 32. Quaſi dicat: Quia complacuit Patri veſtro reuelare vobis cælorum regnum, & illi vos felici prædeſtinatione certò deſtinare, non eſt cur tam timeatis. Quam ob cauſam timeant Apoſtoli à futura beatitudine ſibi reuelata? Eſtne beatitudo incentiuum timoris, an res ſummi gaudij? Quis à beatitudine timuit? Imò quid timeri poteſt à beatitudinis gloria; Vis ſcire quid ſit hîc timendum ab ardentiore amore cognitæ beatitudinis futuræ? Scilicet cùm valdè Apoſtoli affecti ſint amore tanti boni aſſequendi, animosè ſeſe obiicere quaſi coguntur periculis, ærumnis, calamitatibus, quibus paratur, & certò obtinetur tanta felicitas. Vnde inſignis amor beatitudinis hominem generosè animat, & valenter armat ad ſubeundos immenſos labores, ſi opus ſit, ne à feliciori bono excidat. *Ad magna enim præmia, niſi per magnos labores perueniri non poteſt. Delectet igitur mentem magnitudo præmiorum, ſed non deterreat certamen laborum.* Verba ſunt ſanctiſſima S. Gregorij. *Greg. hom. 37. in Euág.* Ergo dum ardentiùs amant beatitudinem, magis timent Apoſtoli; contra quem timorem his verbis armantur à Chriſto: *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*, cælorum inquam, quæ eſt concors interpretum commentatio.

22. *Geneſ.* Hinc procliue eſt explicare difficilem Geneſeos locum cap. 28. verſ. 17. vbi Iacob fugiens iras efferi fratris Eſau, ſub dio pernoctans, videt ſcalam, cuius cacumen è terra pertingebat cælos, *Pauénque; Quam terribilis eſt, inquit locus iſte! non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli.* Iuuat cauſas huius pauoris inueſtigare. Quid animoſum alià, Iacobum hic territat, & muliebrem pauorem ingerit? Dei domum agnoſcit ibi, & timet; in aſylo eſt, & pauet? Imò (quod mirère magis) portam cæli videt, per quam velut per feneſtram intueri dantur arcana cælorum, & beatitudinis cæleſtis myſteria, & tunc pauens, maximè terretur? *Terribilis dicitur locus in quo aditus cælo & beatitudo oſtenditur.* Quid? terretur Iacobus à gloria beatitudinis, & infelicitatur homo à ſumma hominum felicitate? Profectò vbi per cæli feneſtram intuitus eſt Iacobus cæleſtis palatij Empyream beatitatem, ſic affectus eſt amore illius aſſequendæ, vt ſtatim ſponte quaſi coactus tantæ gloriæ affectu, addicatur quibuſlibet laboribus quantumuis ærumnoſis, vt illam certiùs aſſequatur. Aperitur illi cæli feneſtra, ſed ſimul videt arduos ſcalæ gradus, per quas aſcendendum in cælum illi eſt. Quantùm enim afficitur & oblectatur cæli gloriâ, tantùm expaueſcit, & terretur à laboribus ſubeundis, ne excidat à cupita tantæ felicitatis gloria. Vnde quando in domo Dei, porta cæli aperitur illi, tunc *Pauens, Quam terribilis eſt*, inquit, *locus iſte! non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli.* Quis enim non ſubeat quoſcumque quantumuis acerbos labores, tam ſtudiosè affectus amore beatitudinis? Nam ardens adipiſcendi affectus pignus & obſes eſt nihil omittendi; omnia, tametſi perdifficilia, intentandi, vt certò aſſequatur percupitum bonum.

Matthæi 17. verſ. 6. In Thaboris alto vertice fulget Chriſtus tota beatitudinis gloriâ, nubes apparet, & è nube vox clara auditur intonans, & intimans diuinam Chriſti filiationem. Quid hic horrendum aut videtur, aut auditur? Et tamen *Audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde.* Iure miratur S. Chryſoſtomus ad hunc locum, cauſam Apoſtolici timoris, eámque vix reperit poſt diligentem inueſtigationem. Neque enim Chryſoſtomo videtur veroſimile Diſcipulos expauiſſe à pacato nubis fragore, & placidâ voce Patris intimâtis Chriſti filiationem diuinam. Nam, vt arguit Chryſoſtomus, conſimilem vocem audierunt rudes baptizandorum turbæ ad ripam Iordanis, & nemo à timore proſtratus eſt. Cur ergo proſterneret diſcipulos maioribus prodigiis aſſuetos? Niſi fortè à nube lucida timeant, quaſi foret horrendum ſpectrum. Quæ ergo alia reſtat tanti timoris occaſio niſi gloria Chriſti feliciter ſpectata, & viuaciùs perſpecta? At odium aut inuidia Phariſæorum timeat à Chriſti gloria: non amor, & beneuolentia diſcipulorum. Verùm enim verò Diſcipuli perſpicuè intuentes Chriſti Dei auguſtiorem gloriam ad ipſos deriuandam, illicò ingenti timore correpti expallent & expauent ab ardenti perceptæ beatitudinis amore, & anhelo deſiderio. Quia ſic erga illam adipiſcendam affecti ſunt, vt exinceps ſeſe deſtinent quibuſcumque ærumnis, & laboribus, & cruciamentis, vt tantum, támque ardenter percupitum bonum adipiſcantur. Non ſecus ac Iacobus vbi Empyream Dei domum per ianuam, ſeu feneſtram cæli proſpexit, nimium *pauens: Quam terribilis eſt*, inquit, *locus iſte! non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli.* Neque enim deſes operarius aut iners opera eualet aſſequi tam arduum bonum: nam magna magnò conſtent neceſſe eſt. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum.* Matth. 13. v. 44. Omnia vendit, omnia inquam, id eſt, omnes facultates, voluptates, poſſeſſiones; & ſpes, quorum omnium pretio peccata redimit & emit beatitudinis theſaurum. Nam impendium amoris terreni boni, compendium eſt ad aſſequendum ſummum. Vnde concupiſcentia ſummi boni terror eſt imbecillitatis humanæ.

Timent diſcipuli Chriſti à monſtrata gloria? Matth. Chryſoſt.

Geneſ. Matth.

24. Geneſ. 29. v. 11. Fugiens Iacob fratris minas, ad Labanum confugere feſtinat. Sæpè in tuto eſt apud exteros, qui inter ſuos periclitatur. Heu inuidiam, & inteſtina fratrum odia! diſſipat hereditas quos *Cur plorat Iacob, cùm oſculatur Rachelem.*

23.

deuinxit natura. Iacob ab itinere laſſus, ſiſtitur ad puteum. Aduenit mox Rachel, puella ingenio, & pulchritudine nobilis. Agnoſcit à fama conſobrinam, & venuſtatis blandimentis, & indolis candore extimulatus, capitur illicio decoris: Præmaturè nuptias ambiens, ruit in Virginis amplexus, tunc licitos, ſed occultos amoris lenones: figit grata oſcula, quæ ſunt obſides ſeptennalis ſeruitij iam libatæ beneuolentiæ, cui deinceps vltrò deſtinatur. Attende ad verba, quibus id refert ſacer Hiſto-
Geneſ. riographus: *Et adaquato grege, oſculatus eſt eam:* (id eſt Rachelem) *& eleuata voce fleuit.* O intempeſtiuas lachrymas, & importunas occaſioni. Videt Iacobus venuſtam Rachelem: fruitur cominùs eius decore: eloquij blanditiis lenocinatur conſobrinæ, tenera libat oſcula, fida impatientis amoris pignora, & tunc triſtes erumpunt lachrymæ? Quid in feſtiui gaudij feliciori occaſione opplorat humana tenuitas. Verùm Iacobus vbi ſe vltrò captum videt ardenti amore pulchræ Rachelis (quæ anagogicè
Hieron. Beatitudinem præmonſtrat, vt notauit Hieronym. adu. Iouinianum,) timet tunc, & expalleſcit, ſicut paulò ante, vbi per cæli feneſtram Empyream gloriam vidit: Et præmaturè Apoſtolus conſternatur ad proſpectam Thaborianæ gloriæ. Et amorem tanti boni auſpicatur à lachrymis, quæ iam tunc prophetant ſeptennalis ſeruitij ærumnoſam calamitatem. Enimuerò ſic venuſtam Rachelem ambit Iacob, vt exinde ſi opus eſſet, totum vitæ curriculum impenderet in dira ſeruitute, & deſtinaret diuturnis laboribus, vt tandem aliquando frueretur percupitis & libatis amplexibus. Et ita vbi ſe captum videt Rachelis amore, feſtinant lachrymæ, fauſtæ auguratrices quarumcumque ærumnarum, quantumuis illæ laborioſæ ſint, ne defraudetur cupitâ felicitate, quam ſic auidè exambit. O gloriæ beatitudinem! quæ vt æternùm felicitas totum hominem in futura vita, ſic eundem beatè infelicitas in præſenti!

25. Luca. Lucæ 13. v. 20. *Cui ſimile æſtimabo regnum Dei? Simile eſt fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farina ſatis tribus, donec fermentaretur totum.* Nempe regnum cælorum, ſeu cæleſtis beatitudo ſimilis eſt fermento, quo mulier (hanc mulierem
Auguſt. de Verb. Domini. *Dei ſapientiam* interpretatur S. Auguſtinus,) fermentat totam maſſam. Scitum eſt quòd à fermen-
Cur beatitudo comparatur fermento. to aceſcit tota maſſa. Scilicet regnum cælorum, ſeu beatitudinis gloria acor eſt, quo amaricatur maſſa ad condimentum ſaporis. Et quidem tota maſſa. ait enim: *Donec fermentatum eſt totum.* Dices Hiſpanè: *La gloria el guſto de la bienauenturança futura, abinagra toda la maſa de los guſtos del mundo.* Omnia in acorem conuertit, omnia inquam; dignitatis gloriam, opum ſubſidia, valetudinis valentiam, voluptatum lenocinia: & quicquid iucundum eſt in præſenti ſæculo totum amaricatur & aceſcit ab ardenti beatitudinis amore. Hinc videas Sanctorum proceres omnia humanæ vitæ commoda refutaſſe; incommoda anhelà ſiti ambiſſe, & exquiſitis tormentorum excruciamentis ad tempus infelicitari vt ſempiternùm bearentur. Sic *totum* fermentant acido moleſtiæ fermento, & fellibus cuncta condiunt, vt in æternum condiant ſa-
Iudith. porem futuræ gloriæ. Vide cap. 8. à v. 5. vt Iudith ſe ſollicitè angit, & ingenioſè excruciat. O quot, quantáque cruciamentorum genera ingeniatur vehemens beatitudinis deſiderium! cuius pia ambitio felicitatem humanæ vitæ, à quibus ſapit cæleſtis gloria: ærumnis enim negotiatur gloriam. Quod cernere hic licet verſ. 2.

§. VII.

Pauperi nihil vnquam deeſt; diuitibus multa bona tribuit Deus, vt bonorum penuriam experiantur.

Fortunæ bona omnium tenent vota; ſuſpiramus ad inania & fugacia bona: porrò diuitiæ non 26.
poſſeſſæ deſiderio ſui torquent, (*etſi alienum eſt omne quicquid optando venit,*) poſſeſſæ ob ſollicitudinem poſſeſſorum fatigant, ob inanitatem faſtidium mouent: *luxuria diuitiarum ludit.* Quin & diuitiarum poſſeſſio, tuas non facit opes: *Non eſt tuum, fortuna quod fecit tuum: dari bonum quod potuit auferri poteſt.* Verba ſunt Senecæ. Qui addit: Seneca epiſt. 10. & 18.
Fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus: ſi ſcierimus, quam non ſit graue pauperes eſſe. Quid tam auarè diuitias vndequaque radis, & congeris; ne quid (ais) mihi deſit? nam opes promptuarium ſunt ad quaſque neceſſitates occurrentes: *Paupertas perſonata eſt.* Chryſoſt. in c. 16. Lucæ.
nihil deerit cui locuples gaza non deeſt. Verè id non præſtant diuitiæ, ſed paupertas. Arguitè inquit S. Chryſoſtomus: *Adueniente morte, & ſoluto ſpectaculo, laruis egeſtatis, & diuitiarum depoſitis, &c.* Nempe opulentia, perſonata felicitas eſt, foris repræſentans diuitias & delicias, intus diram inopiam. Similiter paupertas, laruata miſeria eſt, ſpecie tenus ærumnoſa, & inops, reuera diues & opulenta. Vis eſſe ſecurè diues? contentus eſto tuâ paupertate, quæ in huius mundi ſpectaculo ſub *egeſtatis larua*, verè diuitem abſcondit. *Sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes* 2. Corinth. 6. v. 10. Scili- 2. Corinth.
cet pauper quaſi pauper eſt, perſonam gerit pauperis, ſed is verè diues eſt: è contrario diues, quaſi *Paupertatis pia ambitio.*
opulentus eſt, & laruam opulenti gerit, cum reipsâ inops ſit. Hinc ſcitè paupertas dicitur ambitioſa à Iuuenale, Iuuen. ſatyr. 3.

—— *Hic viuimus ambitioſâ*
Paupertate omnes.

Et Saluianus. *Præſentis paupertatis ambitu.* Planè Saluian. l. ad Eccleſ.
ambitio videtur Paupertatis æmulari opulentiam & abundantiam diuitiarum cum inopiæ merito; & ſine anxiæ ſollicitudinis incommodis. Quod ſubtilis S. Chryſoſtom. expenſio eleganter probabit.

Lucæ 22. verſ. 35. ait Chriſtus Dominus diſcipu- 27.
lis: *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, nunquid* Lucæ.
aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram. Numquid Chriſtus Deus contrarius ſibi eſt! Fortè retractauit ſententiam, vt rigorem paupertatis temperaret? Et qui diſcipulos olim miſit ſine ſacculo & pera, nunc morti proximus iubet, vt peram portent ad deferendam annonam, & pecuniæ ſacculos ad ſubſidium itineris. Idemmet qui ſacculos interdixit, modò mandat, vt ſacculos pecuniarum portent? Multus eſt Theophylactus, Theophyl.
vt à contradictione manifeſtâ hanc Chriſti ſententiam vindicet, eámque apprimè vendicat S. Chry- Chryſoſt.
ſoſtomus apud Catenam, eis verbis alibi ad aliud thema expenſus: *Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet ſacculum, quo ſcilicet portatur pecunia, tollat ſimiliter & peram, quâ ſcilicet portantur cibaria. Et quidem quando nec Zonam habebant, neque æs, nullius paſſi ſunt penuriam: vt autem marſupium conceſſit eis, & peram, eſurire videntur, & nuditatem pati. Ac ſi eis dixerit: Hactenus cuncta vobis vberrimè affluebant, nunc autem volo vos, & inopiam experiri.* Nimirum quando voluit Chriſtus

ne discipuli nullius rei paterentur penuriam, misit illos sine sacculo, & pera, id est, extremè inopes: cùm verò placuit vt inopiam, & summam egestatem experirentur, iubet vt sacculum, & peram portent. Quasi inopia sit à marsupio, & penuria ab annona: & summa egestas pro plenis saccis sit, & pro panario & largiori annona. Vnde nihil omnino defuit non ferentibus sacculum; neque peram. Ergo vt illis multa desint, iubet vt sacculum & peram portent, aiens: *Qui habet sacculum: tollat similiter & peram.*

28. Matth. Beda. *Ditissimus qui mitissimè depauperari patitur.*

Matthæi 5. v. 4. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Terram, id est terræ opes, commentatur Beda cum multis. Aliàs expendo, cur mititati, quæ celsissima virtus est, diuitiæ promittantur, quæ bona temporalia sunt, nec promittuntur spiritualia & æterna, vt cæteris Beatitudinibus. Nunc ponderare oportet, quare mitis possessurus sit terræ opes; cum potiùs mansuetudo exposita sit auaritiæ rapientium, & exarmata violentis potentiorum rapinis: nam mititas nulli repugnat, in neminem armatur, omnibus cedit. Imò ideo mitis hæreditabit terræ diuitias, quia nec furaci potentium auaritiæ, nec insolentiæ resistit, ait Hugo Cardinal. (Hugo.) inibi, his verbis: *Per mititatem, terrenam substantiam pacificâ, & magnificâ donatione possidemus. quia per hanc de amissione temporalis substantiæ non dolemus, neque turbamur.* Nempe ideò mitis nullius rei temporalis indigus erit, sed omnia possidet, quia non dolet, neque turbatur pro amissione bonorum temporalium, nec raptori repugnat, sed omnibus cedit, vt cum omnibus pacem habeat. Vnde quoniam omnia promptè relinquit, omnia dicitur possidere, nam qui omnia pacificè relinquit, omnia vberrimè possidet, quasi omnium relictio, sit possessio omnium: & ita mitis à depauperatione diues est, & opulentus, *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.*

29. Lucæ. *Pauper maximè diues est.*

Lucæ 14. v. 28. ait Christus Deus: *Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum?* Et mox aliam parabolam subiungit. *Aut quis Rex iturus committere bellum aduersus alium Regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se?* Aduerte quæso ad conclusionem vtriusque parabolæ: *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Profectò hæc conclusio parabolæ malè congruit cum totius parabolæ sententiâ. Nam vt egregiè aduertit ibi Maldonatus (Maldon.): *In turri, & bello potius quam in aliis rebus, parabolas Christus posuit, quod res sint duæ maximè difficiles, & sumptuosæ, palatia, turrésque ædificare, & bellum gerere, quæ maximo, & diligentissimo indigeant apparatu.* Ergo si Christus apposuit duas res, quæ maximis egent sumptibus: quo pacto concludit, vt spontaneâ omnium bonorum abdicatione priùs depauperentur? Pauperiórne inopia suppeditabit diuites sumptus? Bellè Augustinus (Aug. ep. 37.): *Itaque & sumptus ad turrim ædificandam & bellantium valentia decem millium aduersus Regem, qui viginti habet, nihil est aliud quam vt renunciet vnusquisque omnibus.* Nempe is est sumptuosè diues, vt possit magnifica extruere palatia, & annonam exercitui vbertim suppeditare, qui omnibus abrenunciatis, eximiè pauper est: nam sic ab inopia ditatur, vt possit cum potentissimo Rege de diuitiis certare.

30. Matth.

Opportunè Matth. 5. vers. 3. dicitur: *Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Beatitudo absentia est malorum, & cumulus bonorum omnium, hæc paupertati insunt. Sed cur Pauper dicitur Rex; Nempe quia sicut Regi omnes tributa & vectigalia pensitant in subsidium regalium sumptuum, sic Pauperi omnes subsidia debent, neque ingenui, neque principes viri, neque ipsi Reges immunes sunt ab hoc tributo, quod omnes tenentur pendere pauperi. S. Paulinus explicans illud Pauli ad Roman. 13. vers. 7. *Cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal,* sic ait: *Nunc & manus suas adaperiens pauperi, & de fructu operæ suæ porrigens inopi, spirituale vectigal pensitat, & reditum possessionis in sua militia stipendium.* Ecce tibi omnes stipendiarij sunt pauperi, cui omnes subsidij vectigal pensitant, vt Regi. *Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum.* Liguribus penuria oppressis, Regis nomine centum auri libras mittit Cassiodorus, sic eisdem scribens, *Sumite pietatis stipendium tributarij.* Quasi dicat Rex: Cùm diuites eratis, tributa mihi largè à vobis pendebantur: at cùm penuriâ laboratis, maiestas vobis tributaria est, & paupertas vel à Rege exigit stipendium: Ergò *sumite pietatis stipendium tributarij.* O planè opulentum paupertatis thesaurum! sine vsuris partum, absque rapinis acquisitum, sine sollicitudine seruatum, absque auaritia expensum: cui latro non inuigilat, cui potentes non insidiantur, cui nemo inuidet; vnde inexhaustæ sunt paupertatis gazæ. Hic vers. 3. omnia abunde Iudith suppetunt vsque ad fastidium, vel in hostium castris.

Pauper Rex est: Regíque illi vectigal pensitant.

Ad Rom. Paulin. epist. 29.

Cassiod. lib. 11. epist. 15.

Iudith.

---

§. VIII.

Diuina prouidentia est hominibus panarium, & ærarium indeficiens: meliùs sibi prouidet pendula spes de diuina prouidentia, quàm ipsa rerum temporalium possessio.

NEcessitati naturæ nihil non sufficit, sumptibus ambitionis nihil satis est, Nihil ex his, quæ habemus, quæ cupimus, necessarium est: sufficientes diuitiæ omnibus paratæ sunt: exiguum est, quo egemus, aut vile: *panem, & aquam natura desiderat, nemo ad hoc pauper est.* Quid te angit superuacua tui sollicitudo? Crede te Deo, & omnibus abundabis: potens est: amans tui est: ne desit tibi fides diuinæ prouidentiæ, & omnia vbertim suppetent tibi, non tantùm ad frugalem vitam, sed ad sumptuosam. Non egebit, qui egestatem non timet, à nimia tui sollicitudine eges: nam *Expectatio sollicitorum peribit.* Prouerb. 11. vers. 7. Otium spei negotiosum est. Deo fide potiùs quàm tibi. Malo successum mihi, quàm fidem prouidentiæ deesse, imò si fides non desit, nec successus abundantiæ deerit: *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Psalm. 54. vers. 23. Brutæ animantes sint tibi schola spei, & fomes ad sperandum de diuinâ prouidentia. *Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregabunt in horrea, & Pater vester cælestis pascit illa.* Matth. 6. vers. 26. *Potuisset afferre in exemplum Eliam, & Ioannem, & meminit auium, vt admoneat nos etiam illis esse brutiores,* ait scitè inibi Theophylactus: nam bruta absque sollicitudinis anxietate naturaliter sperant toto incuriæ adnixu: at homo gnarus diuinæ munificentiæ, vix, aut ne vix 31.

Seneca. epist. 25. *De diuinâ Prouidentiâ piè præsumendum.* Prou. Psalm. Matth. Theoph.

Digitized by Google

quidem; sic audet fidere tantæ prouidentiæ, quæ vberrimè pascit aues, & ambitiosè vestit agri lilia: *quamuis nulla necessitas exigat:* aduertit idem Theophylactus. Quasi Deus de se confidentibus non tantùm prouideat vbertim necessaria, sed etiam quodammodò superflua sumptuosè prouideat: vt sic incitet homines ad animosiùs sperandum: à spe enim erit abundantia, non à sollicitâ sui cura. *Sollicitudo desperationis est filia*, ait Hugo ex Chrysostomo ad Matthæi caput 6. Quasi homo desperet adipisci à Deo, quod admodùm sollicitè curat. Vnde negotiosa sollicitudo desperatio quædam est; otiosa autem fiducia, est animosa præsumptio. Ambrosius in illud cap. 12. Lucæ: *Et vos nolite quærere quid manducetis aut quid bibatis*, sic inquit: *Multò magis credas hominem, si omnem sui vsum in Deo collocet, numquam egere posse: eò quòd iure præsumpserit de fauore diuino?* Audis sollicitudinem sui dici *desperationem*, & spem diuinæ prouidentiæ appellari *præsumptionem*. Animosa planè fiducia, quæ religiosè audet, & piè præsumit, non est temerariè audax, sed audacter pia. Ergo plus fide diuinæ prouidentiæ, quam tuæ curæ? nam quod sollicitudo tua acquirit, simul perdit: quod negligit spes, planè acquirit. Despera de diuitiis, quibus frueris; nisi adsit tibi fiducia in Deo: hæc si adsit, quamuis omnia tibi desint, omnia vberrimè suppetent. Plus fide rebus, quas speras, quàm his, quas iam possides. Securior possessio ab spe est.

Theoph.

Nimia sollicitudo sui, affinis est quasi desperationi.

Hugo.

Chrysost.

Ambros.

Luc.

32. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Matthæi 6. v. 11. Breuis & simplex oratio, sed multipliciter difficilis. *Videtur* (ait Hugo ibidem,) *quod qui petit quotidianum, non habeat in crastinum. Quomodo enim petit quotidianum vel diurnum qui habet præparatum in quinque vel decem dies?* Nempe homo petit panem quotidianum vel diurnum, quo eget illâ die, & cur non petit ad alios dies cùm profiteatur se pane indigere singulis diebus? Panis ad vnum tantùm diem, erit donum Deo dignum? Fatetur se pane egere singulis diebus, & ad vnam tantummodò diem petit? aut exigua fides est ei, qui tam pusillum donum postulat, aut non bene sentit de diuina munificentia. Præterea, si suus est panis, (ait enim *Panem nostrum da nobis hodie*,) cur illum petit à Deo? nam quod suum est, non benè quis à liberalitate petat, sed a iustitia exigere potest. Imò nescias, cur qui panem petit ad vnam diem, omnem illum panem dandum singulis diebus suum dicat. Nisi fortè quia non petit panem nisi ad vnam diem tantùm, & victum ad alios dies negligat, & permittat diuinæ prouidentiæ, non habens curam de crastino, ideò omnem quotidianum panem, id est, victum omnem, suum fecerit. Non enim apparet quo alio titulo dicet esse suum panem, quem reliquis diebus dandum permittit diuinæ prouidentiæ. quasi dicat homo orans: Quia panem quotidianum habere negligo, sed diuinæ prouidentiæ dandum permitto, ideò illum appello, & facio meum. *Entonces es verdaderamente mio, quando le dexo en manos de la prouidençia de Dios: no quando le posseo.* Securior enim sum de diuina prouidentia; quàm de possessione mea: neque tam mihi seppetent ad necessarios vsus ea, quæ possideo, quàm quæ permitto prouidentiæ Dei. Vnde panem quotidianum, quod non in perpetuum, sed ad vnam diem peto, iure appello meum, securius mihi panarium est diuina prouidentia quam humana possessio? Nam *qui omnem sui vsum in Deo collocat, nunquam egere potest*. Hæc est religiosa spei audacia, & pia fidei præsumptio: quippe *quæ iure præsumit de fauore diuino.*

Matt.

Hugo.

Securi sumus magis de prouidentia Dei, quam de possessione nostrâ.

Ambros.

33. Adhuc expendere iuuat locum aliàs expensum; ex Lucæ 22. v. 35. Iesus morti proximus loquens cum discipulis. *Dixit eis: Quando misi vos sine sacculo & pera, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram.* Solliciti sunt interpretes, vt hanc sententiam vindicent à contradictionis calumniâ. Porrò Christus non multò antè vetuit discipulis nummorum sacculos, & cur modò illis mandat, & sacculos tollant, & peram portent? Num pœnitet primæ iussionis? Quid? pecuniosos vult discipulos, potiùs quam pauperes? Modò suadet sacculos, qui nuper sacculos interdixerat? Heu! euertitur Apostolica paupertas! Saltem planè extollitur diuina prouidentia. Eleganter S. Chrysostomus (nuper ad alind thema à me expensus aliter:) *Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, quo scilicet portatur pecunia, tollat & similiter & peram, quâ scilicet portantur cibaria.* Aduerto ad verba quæ subiungit: *Et quidem quando nec calceamenta, nec zonam habebant, neque æs, nullam passi sunt penuriam. Vt autem marsupium concessit eis, & peram, esurire videntur, & sitire, & nuditatem pati. Ac si eis diceret: Hactenus cuncta vobis vberrimè affluebant: nunc autem volo vos & inopiam experiri.* Quid argutius? Nimirum quando Christus misit discipulos sine sacculo, & pera, omnia illis vberrimè suppetebant, qui diuina prouidentia, cui solùm fidebant, pro panario, & ærario illis erat. At quando sacculos habere permittuntur, & peram portare; quando etiam confidunt subsidio permissi sacculi, nec tam vnicè fidunt diuinæ prouidentiæ, tunc inopiam experiuntur. Itaque summa egestas à diuina prouidentia pendula, adeò abundans est omnibus rebus, vt tunc vberrimè omnia affluant; at aliqualis sollicitudo sui, & fidentia in asportatis sacculis, vsque adeò egena est, vt egestatem experiantur à sacculis, & cura sui. Nempe securior est panis, certior est pecunia in diuinâ prouidentiâ, quàm in pera, & sacculo. Vnde qui annonam negligit, & in diuinam prouidentiam se permittit, veriùs dicit: *Panem nostrum*, quàm si iam illum possideret. Nam qui possidet, *inopiam experitur*; qui verò sui negligens, omnem sollicitudinem sui proiicit in Deum, *cunctis vberrimè affluit.*

Luc.

Discipulis permittit Christus sacculum, & peram, vt penuriam patiantur.

Chrysost. in Catena.

Igitur Christianus qui verè est Christianus, sic piè præsumit de diuina prouidentia; qui secus faxit, nescis an satis sit Christianus. Matthæi 6. vers. 31. *Nolite solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia Gentes inquirunt.* Nempe infidelium Ethnicorum propria est hæc sollicitior sui cura: & idololatriæ quasi affine vitium est, sic sollicitè curare de rebus temporalibus, ô grandem exaggerationem huius vitij! vis scire causam! *Hæc omnia Gentes inquirunt*; quia Gentes colunt truncos, & æreos Deos, qui neque vident hominum necessitates, neque audiunt eorum clamores, neque intelligunt, quibus prouidendum sit, neque opem ferre possunt, etiam si nossent. Igitur truncum Deum facit, truncum Deum adorat, qui Deum esse sine sollicitâ hominum prouidentiâ existimat; & negat Deum esse, quem vt Deum colit. Vnde sollicita sui ipsius cura, quædam idololatriæ species est; qua tacitè negat Dei prouidentiam, & non verum Deum: sed truncum Deum fingit. Itaque eiusmodi sollicitudo temporalium, Gentilismus est. *Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus?* &c. *hæc enim omnia Gentes inquirunt.* Etiam apud Gentes hostiles, omnia suppetunt vbertim Iudithæ, hîc v. 3.

Matth.

Sollicitudo sui, species Gentilismi est.

§ IX.

Digitized by Google

§. IX.

Quàm acerbè audiatur à subdito rei petita negatio.

34. INter humanas felicitates nulla sublimior est, quàm Imperialis potestas. Nam omnes egent Principe,& Princeps nullius est indiguus: ipse neminem rogat, & rogatur ab hominibus, quæ est æmulatio diuinitatis. Quid enim augustius, quàm rogari? quàm postulatis annuere, & ex calamitosis beatos facere? ô vtinam, vt rogari cupit Princeps, sic cuperet rogata facere. Verùm sunt aliqui Principes (potiùs tyrannos appelles. *Hi inuerecundi ad petendum, ad negandum frontosi*, ait S. Bernardus:) adeò maligno ingenio prædití, qui gestiunt rogari, non vt adnuant, sed vt abnuant, non vt postulata donent, sed vt denegent postulata. *Priores Principes* (inquit Plinius:) *à singulis rogari gestiebant, non tam præstandi animo, quàm negandi.* Nimirum ipsi non experti quàm graue sit ab alio petere,quàm intolerabile sit repulsam in petitione pati, deliciantur in negando, quod postulatur. O vtinam sciretur quàm horreant aures, quàm exasperet animos, audire infaustam hanc vocem, *Nolo!* quæ tam crebrò infelicitat subditorum vitam, bonos mores fascinat, & miseram reddit humanam conditionem, exitiali huic verbo obnoxiam. Humanior est inhumani tortoris sæuitia, quàm inurbani negatoris lingua. Attende quàm molestè tulerit Christus abnutum Patris.

Bern. l. 5. de consider.

Plin. in Panegyr.

35. Postquam cœnauit Christus Dominus cum discipulis, eorúmque pedes lauit, habuit ad eosdem longissimum sermonem, mysteriis diuinioribus plenum. Ecce repentè, Ioan. 14. v. 31. ait: *Vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, surgite, eamus hinc.* S. Augustinus & S. Hilarius ex his verbis vnam tantùm construunt periodum. Quò ire festinat Christus Dominus, vt intimet mundo ardentissimum amorem, quo diligit Patrem? Nam dicit se ire ad publicandum eiusmodi amorem, quò autem eat, tacet. Quónam ipsi eundum est, vt amorem ostentet suum erga cælestem Patrem? Certum mihi esset tunc Christum ad patiendum ire, nam in passione eximiam charitatem in Patrem euidentiùs ostentauit, nisi S. Chrysost. cum pluribus ex Græcis Patribus dissentiret. Et quidem ipse audissimè cupiebat pati: *Desiderio desideraui*, inquit. In quo autem quis auidè cupit, non bene ostentat amoris eminentiam, quæ in rebus duris elucet,non in desideratis anxio desiderio. Christus autem in passione, patiendíque meditatione deliciabatur. Vnde cùm inquit, *Vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, surgite eamus hinc*, ad patiendum non iuit, sed iuit (Caietan.) ad se offerendum Passioni. Itaque ex Caietani sententiâ Christus eximium amorem ferè non publicat in subsantia Passionis, sed in modo, non in patiendo, sed sponte se tortoribus obiciendo, quæ vltronea oblatio impatientis amoris solet esse documentum. Præclarè Rupert. existimat Christum ostentare ardentissimum amorem in Patrem, eundo ad orationem, in qua suppliciter postulaturus erat aliquid à Patre, quod sibi negandum præsciebat. Quasi d cat: *Vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem; surgite eamus hinc.* Rupertus: *Surgite eamus hinc. Immensa charitas Patris in voluntate sua deducet me ad centem: Pater non mea voluntas, sed tua fiat.* Profectò admira-

Ioan.

Aug. l. 2. de peccat. merit. c. 31. Hilar. l. 9. de Trinit.

Chrysost. hom. 75. *Quàm grauis tulerit Christus rei petitæ negationem.*

Caiet. ibi.

Rupert. in c. 14. Ioan.

tione dignissima est Ruperti subtilior expositio. Christus Dominus illâ ipsâ nocte petiulit se prodi à discipulo fraudulentâ versutiâ, & beneuolentiæ osculo: patitur discipulorum infidam, & inuriosam fugam; sustinet Apostolum negantem, alaparum execrandas contumelias, vinculorum, & verberum probra; crucis tormenta, & immaniores cruciatus, quos inuidia armata potenti vi excogitare vnquam valuit. Et his omnibus omissis,vt quæ non valeant propalare præstantiam amoris, quo Patrem diligit; tantùm meminit se passurum in petitione repulsam, & negandum illi fore, quod postularet? *Vt cognoscat mundus; quia diligo Patrem, surgite eamus* hinc. Nimirum eamus in hortum, vbi supplex rogabo, & quod rogabo anxiè, negabitur mihi seuerè. Quid exaggeratius pro hac re?

36. Diues ille, immisericors in pauperculum, & vlcerosum Lazarum, meritò ad totos inferni cruciatus damnatur, Luc. 16. inhumana patitur tormenta inhumaniter opulentus: Ardet gehennali æstu, auidissimè esurit, ardentissimè sitit, abroditur æternaturo verme, misera eius viscera depascente. Vlulatibus confusis obtunduntur eius aures, diris spectris oculi territantur, fellibus acerbantur ora, artus crudelioribus machinamentis lacerantur, Dei auersione omnium pœnalissimâ luget, impatienti desperatione tabescit; quin & ipse sui pœna est, ne quid eum non exagitet crudelissimè. Quod, quæso, tormenti genus illi deerat, quod cruciatus augeret, & præter infernales plagas miserum hunc diuitem acerbè cruentaret? Et sanè acerbissimum tormentum erit, quod supra hæc sæuissima tormenta sentiam sui faciat. Sapienter S. Nazianzenus ait hoc vnum illi deesse, quod quasi supra reliquos insanissimos cruciatus illum credulissimè exagitaret, scilicet quiduis petere nec impetrare. *Diues ille*, (inquit) *qui in flamma torquebatur, ac pro huius vitæ voluptatibus, Lazarique esurientis, & vlcerosi contemptu, hanc mercedem referebat, vt illic Lazaro opus haberet, nec tamen eius opem impetraret.* Quæ tam dira calamitas, quod tam acie tormentum posset cumulare huius miseri ærumnas, & complere miseriam? diuinus furor excogitauit ingeniosè aliud tormenti genus molestissimum; scilicet vt peteret vel guttulam aquæ,nec impetraret. Petitionis repulsâ miserrimè fatigatur. Hoc enim vnum tormentum acerbissimum restabat in gehennali cruciatuum officinâ, scilicet frustrari petitione sua, & peti is negari. Vsque adeò molesta est petenti rei petitæ negatio, vt calamitates damnatorum adaugeat miserandum in modum.

Luc.

Negatio rei petitæ est misera damnatorum pœna?

Orat. *Postea quà à Max. pop.*

37. Paulus 1. Corinth. 4. v. 13. inter cæteros labores, quos Euangelij causa subiisse dicitur, hos postrémum recenset: *Maledicimur, & benedicimus; persecutionem patimur, & sustinemus; blasphemamur, & obsecramus.* Arduum est explicatu apud interpretes, quid significet ibi τὸ *blasphemamur*, cui opponit, *obsecramus*. Nam tota hæc periodus antithesibus constat, opponit enim Apostolus Benedictionem maledictioni, & patientiam persecutioni, & blasphemiam obsecrationi. Quasi dicat, etiam si quis non blasphemet, adhuc illum obsecramus, id est, quanquam negat, quod petimus, tamen non desistimus à rogatione, vnde negatio petitionis, blasphemia nominatur; & secundum hanc expositionem tota antitheseos energia viget; & eximiè declaratur, quam molestum sit repulsam pati in petitione: si quidem qui petita negat, blasphemare dicitur petitorem. Quod indicat S. Chrysolog. vbi instruens pauperes, qui precariò victitant, inquit:

1. Cor.

Chrysol. serm. 16.

Digitized by Google

Verè pauper Christianus eris, *ſi ſis ipſa neceſſitate ſobrius, ſi non danti non ingeras blaſphemans iniurias.* Ecce tibi hortatur pauperem, ne in non dantem ſibi quod poſtulat, ſimilem blaſphemiam ingerat. Contemneris repulſæ contumeliâ, & negationis probro blaſphemaris? ne tu blaſphemes negatorem, ſed adhuc obſecra, ſi opus eſt, nam tibi adeſt exemplum Apoſtoli: *Blaſphemamur, & obſecramus.* Quibus verbis aptiùs potuit intimari, quàm ægrè feratur petitionis repulſa, & negationis probrum, quàm adhortans pauperem petitione ſuâ fruſtratum, ne inferat blaſphemias in negantem ſibi opem petitam? Nam petitionis negatio tam acerbè auditur, vt inſtiget ad blaſphemandum negatorem. Eſt, eſt enim negatio rei petitæ, euerſio patientiæ, conſternatio fortitudinis, incitamentum ad contumelias, & fomes blaſphemiarum. Caueat Princeps, caueat diligenter ab aſpero, & funeſto negationis verbo, & audiat quid dicat Panegyriſta de ſuo laudatiſſimo Principe Traiano: *Operæ pretium eſt referre quod tormentum tibi iniunxeris, ne quid amico negares.* Ne ſubditos exagitaret Traianus tormento negatæ petitionis, ſe pio tormento cruciabat; totis humanitatis, & vrbanitatis artibus incumbens ad annuendum poſtulatis, ſi fieri poſſit; ſin aliter, rem placido vultu differebat, bonâ ſpe inſinuatâ rei obtinendæ. Nam etſi à bono Principe omnia concedenda non ſunt, (ſæpè enim noxia poſtulantur,) tamen à bono, & vrbano Principe nihil negandum eſt. — Plin.

38. Chriſtus Deus fatigatus ex itinere, Ioan. 4. v. 7. aquam petit à fœmina Samaritide: *Mulier da mihi bibere.* Quid ſitit Chriſtus, aquam an opprobrium? Lex vetat Iudæos communicare cum Samaritanis; aliquid ergo arcani latet in hac petitione: præſertim cùm ſciat Chriſtus fore, vt Samaritana aquam non præberet. S. Chryſoſt. *Sed qualiter Chriſtus quæſiuit ab ea bibere, lege non concedente?* Lex non concedit, & Chriſtus petit ſibi concedi, quod lex Iudæa non concedit, vt petat? Quid quærit? quid ſitit Chriſtus? Pergit Chryſoſtomus: *Si autem quis dixerit, quia præſciebat eam non daturam,* &c. Scilicet Chriſtus diuinitatis priuilegio vtitur, ob quod eximitur ab eiuſmodi obligatione, & communicat cum Samaritanis, quærens, quod ſcit fore, vt illi non detur; ambit repulſam, ſitit quod illi negetur quod poſtulat, & vt ſubeat hoc moleſtiſſimum probrum, non veretur ſubire inuidiam Iudæorum, & ſuſpicionem irreligioſitatis: Nam *præſciens eam non daturam ait, Mulier da mihi bibere.* Nempe Chriſtus ſitit ſaturari repulſæ tormento, & negationis opprobrio. Ad rem ſatis dicitur cap. 4. v. 8. vt retuli ex Græco textu: *Et clamauerunt omnis vir Iſraël inſtantiâ magnâ, & humiliauerunt animas ſuas in inſtantia magna.* Nimirum dum Iſraëlitæ ſupplicationibus inſtant, humiliantur: nam dum res non conceditur oranti, oratio non tam eſt petitio, quàm humiliatio. Vnde Mamertinus dum ſuum Maximianum inducit piè orantem, ſimul inducit feliciter impetrantem, ne deuenuſtaret auguſtam Imperatoris maieſtatem. Sic fatur Panegyriſta: *Vidimus te, Cæſar, eodem die pro Republica, & vota ſuſcipere, & commiſſa debere, quod enim optaueras in futurum feciſti continuò tranſactum, vt mihi ipſa Deorum auxilia, quæ precatus eras, præueniſſe videaris, quidquid illi promiſerant, antè feciſſe.* Et Iudith hîc verſ. 5. in tranſitu ab Holoferne petit exeundi copiam; vt ſi eam fortè neget, tranſitu diſſimuletur rubor negatæ petitionis, & repulſæ moleſtia. Ac ſi non ſeriò roget, quod in tranſitu petit.

(Margin: Ioan. *Chriſtus ſitit repulſam petitionis.* — Chryſoſt. hom 30. — Iudith. — Mamert. in 1. Panegyr.)

§. X.

Commentarius litteræ.

Verſ. 7. Et exibat noctibus in valle Bethuliæ, & baptizabat ſe in fonte aquæ.

CVm vrbs Bethulia in arduo monte ſita eſſet, ad eius montis radices iacebat vallis, per quam decurrebant iugis aquæ manationes. Serar. Sanctius, & Tirinus exiſtimant, hunc fontem eſſe illum, qui in Bethuliam influebat copioſos latices ad bibendum, & viuendum, cuius canales cap. 7. præciderat Holofernes: ſed ſuæ coniecturæ nullum afferunt vel leue fundamentum, vt probent Bethulienſis aquæductus aquas in præfatam vallem, & non aliò diuertiſſe. Præſertim cum creberrimè ad ardui montis radices ebulliant aquarum ſcatebræ. Vnde nulla ex Græcis tranſlationibus, & ex antiquis commentatoribus nemo id docuit. Decurrebat ergo in valle illa quæ proxima erat Aſſyriorum caſtris, aliquis fons, quiſquis ille fuerit. In hoc fonte baptizabat ſe Iuditha ſingulis noctibus. Duo hic diſcutienda ſunt, primùm quid ſignificet *Baptizabat ſe*; alterum quâ de causâ ſe baptizabat Iuditha. — 39. (Margin: Verſ. 7. Serar. Sanct. Tirin. Iudith.)

Nonnulli apud Maldonatum in cap. 7. Marci, & Serarium, hîc *baptizare* Iudaïcum à *lauare* ſic diſtinguunt, vt baptizare ſignificet totius corporis in aquas ſubmerſionem; lauare autem elutionem manuum, aut pedum, aut alius membri. Sed hæc diſtinctio non admittitur ab interpretibus, nec firmo nititur fundamento. Nam Marci 7. v. 3. vbi dicitur, *Phariſæi enim, & omnes Iudæi niſi crebrò lauerint manus, non manducant: & à foro niſi baptizantur non comedunt: & alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſeruare baptiſmata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum.* Porrò operoſum foret quoties è foro ventitant, totum corpus abluere, præſertim hyberno tempore. Quin & lectos ipſos, vel totos ſæpè in aquas omnino mergere, eſſet valdè moleſtum. Neque adducar, vt aſſentiar Tirino hîc & Sanctio in lib. 2. Eſdræ, cap. 5. verſ. 25. aſſerentibus, Iuditham totum corpus abluiſſe in hoc fonte; neque Saliano, quid id affirmat veroſimile eſſe. Mihi penè indubium eſt, Iuditham tantùm lauaſſe faciem, & manus, aut pedes etiam, ſeu brachia (nam brach[illegible] etiam ablui ſolita, docet ſuprà Maldonatus:) Et ratio eſt, quia verbum *baptizare* ad id non cogit: & aliàs credi non poteſt, feminam caſtimoniæ laude præſtantem, in circumfuſo exercitu, vbi facilè videri poterat à tot ſalaciſſimis militibus, pulchrum corpus omninò nudaſſe, & ſpectandum præbuiſſe inſidiis curioſæ libidinis militum. Quis enim credat Iuditham ſuum proſtituiſſe pudorem ſpectantium oculis? vel ſaltem ſe expoſuiſſe periculo, vt nuda videretur ab Aſſyriorum vulgo? Vnde textus Græcus tantùm aſſerit ſe lauiſſe: idem docet Lyra, Carthuſianus, Sà, & Serarius.

(Margin: Maldon. Marc. Serar. — Marc. *Iudæorum baptiſmata frequens.* — Tirin. Sanct. Salian. — Maldon. — Græcus. Lyra. Carthuſ. Sà. Serar.)

40. Cauſam autem cur ſe baptizauerit, ſeu abluerit Iuditha, non eandem tradunt auctores. Lyra, Salianus & Sanctius hîc exiſtimant, vt puras ad Deum manus tolleret in oratione, nam poſt ablutionem dicitur, vacaſſe orationi. At cur totum corpus abluit Iuditha (vt docebat Sanctius in cap. illud 5. lib. 2. Eſdræ:) vt mundas ad Deum tolleret manus? Verùm cùm nobis conſtet Matthæi 15. v. 2.

(Margin: Lyra. Salian. Sanct. — Matt.)

Digitized by Google

Marci. Ioan. *Dein cauſa ſe baptizat Iudith.*

v.2.& Marci.7.v.3. & Ioann.3.v.6. Hebræos vel ſolitos eiuſmodi baptiſmate, ſeu ablutione antequam comederent: vt priùs abſtergerent immunditiem contractam ex conuictu, aut contactu Gentilium, inde probabilius videtur religioſiſſimam feminam tunc commorantem in Aſſyriis caſtris ante cœnam illam puram, ſe baptizare, ſeu abluere, ita Serarius, Sanctius, & Tirinus. Ego quidem exiſtimo cum Serario, dicis duntaxat causâ extra caſtra exiiſſe ad ſe baptizandum, ſcilicet vt aliquid agere videretur ex Iudæorum ritu; & ſic religioſum obtenderet prætextum foràs exeundi: quod ſua maximè intererat, vt ita poſt occiſum Holofernem, poſſet incolumis ad ſuos remeare. Porrò ſi tantùm ſe abluere vellet ſecundùm purificationem Iudæorum, id in ſuo tabernaculo præſtare poterat, petito aquali, aut adducto ab Abra ſua. Quòd ſi id facere non poterat in ſuo tabernaculo, quia erat inter Gentiles; neque idem facere potuiſſet in fonte, quia fons ille, vt traditur à textu Græco, erat in ipſis Aſſyriorum caſtris. Neque enim fieri potuit, vt Aſſyria caſtra, quæ tot hominum myriades capiebant, non occuparent ampliſſima ſpatia, & quæ vix poſſet imbellis femina ſæpè pedibus conficere non admodum diuturnâ mora.

(Serar. Sanct. Tirin. Græcus.)

VERS. 8. *Et vt aſcendebat, orabat Dominum Deum Iſraël vt dirigeret viam eius ad liberationem populi ſui.*

VERS. 9. *Et introiens, munda manebat in tabernaculo, vſque dum acciperet eſcam ſuā in veſpere.* Videtur hic inſinuare ſacer Hiſtoriographus, quòd Iudith non orabat ex profeſſo ſaltem, in valle illa, quouſque aſcendebat in tentorium ſuum: in quod vbi primùm introibat: munda manens, id eſt, purificata per ablutionem, orabat ardenter ad Dominum Deum Iſraël, vt eam dirigeret ad feliciter patrandum facinus, quod mente tractabat ſuā. *Et ſic munda manebat vſquedum acciperet eſcam ſuam in veſpere.* Neque enim ieiunium ſoluebat, niſi poſt ſtellæ ortum, tunc puram cœnam ſumebat. O piam virtutis veſtræ obſtinationē, quæ vel in Aſſyriis caſtris ieiunare non deſtitit! Cùm autem dicitur Iuditha munda vſque dum acciperet eſcam ſuam, non ſic accipiendum eſt, vt in cœna, vel poſt cœnam ſordeſceret; nam eiuſmodi voculæ *donec*, *vſque dum*, & ſimiles in ſacris Literis excluſiuæ non ſunt, nec ſignificant affirmationem poſt tempus, quod notatur Matthæi 1.v.25. dicitur de Ioſepho, *Et non cognoſcebat eam, donec peperit*. & cap.5.v.19. *Donec tranſeat cælum & terra*, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege. & 28.v.2. *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi*, & 1.Reg.6.v.26. *Michol filiæ Saul non eſt natus filius vſque in diem mortis ſuæ.* Pſalm.109. verſ.1. *Sede à dexteris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* De hoc modo loquendi legi poteſt S.Hieronymus in Heluidium, & S.Chryſoſtomus in Matthæi c.1.

(*Particula donec non ſemper excluſiua eſt.* 1.Reg. Pſalm. Hier. Chryſoſt.)

Opportunè notant Serarius, & Tirinus ad illud, *munda manebat*. Aſſyriorum caſtra, & Holofernis familiam vtcumque probam eſſe, in qua venuſtiſſima femina toto quatriduo, etiam nocturnis horis illæſa, & intacta euagari potuit quocumque vellet; neque vllus eſſet vel ex gregariis militibus, vel ex Aſſyriæ proceribus, qui excellenti formæ inſidiaretur. Verùm id ego reuerentiæ in principem Holofernem adſcriberem, ſiquidem peruulgatū erat valde illi placuiſſe, & apud ſe in ſuo tabernaculo exceptam. Plus admirationis ingerit, quòd Holofernes perdiſſimè illam deamans, tamen omnia eius dominatui ſubiacebant, noluit alia via, quàm blanditiarum, & precum, ipſam ſibi demereri. Quod deputandum arbitror præſidiario Iudithæ Angelo, de quo ipſa cap.13.v.2. Quis aliter cenſeat de barbarica Holofernis libidine!

(Tirinus. Iudith.)

VERS. 10. *Et factum eſt, in quarto die Holofernes fecit cœnam ſeruis ſuis, & dixit ad Vagao eunuchum ſuum: Vade, & ſuade Hebræam illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum.* Scilicet die quarto à Iudithæ aduentu, Holofernes ſtruit conuiuium domeſticis ſuis; procerum neminem adeſſe voluit, nam dicitur in textu Græco, *ſolis ſeruis ſuis*; opinor ne vllum ſuæ libidinis haberet teſtē ex Aſſyriæ Optimatibus. Inter domeſticos ſuos Iuditha cenſebatur, quam apud ſe diuerſari diximus. Lyra, & Carthuſianus nuptiale conuiuium eſſe exiſtimant, quo Iudithę exambiuit legitimè copulari. Planè diuinant; neque enim vllum fundamentum ſuppetit ex textu Latino, aut Gręco. Dein ſi princeps Holofernes nuptias celebrare vellet in eiuſmodi conuiuio, non taceret Aſſyriæ Summates à nuptiali lætitia, & clanculùm cum ſolis domeſticis peragerētur feſtum nuptiarum conuiuium. Vnde veroſimilius eſt libidinis furtum clàm meditatū, & noctu, & inter ſolos familiares. Ergo negotium clanculariç ſuaſionis dat Vagao eunucho, ſuç libidinis conſcio, & lenoniç artis perito, vt amatoriis blanditiis pelliciat Iuditham ad tori ſocietatem, vt ſuam ipſe expleret libidinem. Illud quod dicitur *habitare mecum*, expreſſius habetur in Gręco textu: Manducare, & bibere nobiſcum. 42.

(Iudith. Græcus. Lyra. Carthuſ.)

Vox *Eunuchus* generaliter duo ſignificat; aut hominem caſtratum, de quo plura Paulus Ægineta. De his Eunuchis agitur Deuter.23. & Leuit.22. Item Eunuchus in ſacris Literis ſignificat principalem Regum miniſtrum, etſi caſtratus non eſſet. Sic Geneſeos 37. v.36. Ioſephus venditus fuit in Ægypto *Putiphari eunucho Pharaonis*, & Pagninus pro *Eunucho Pharaonis*, vertit *Principi Pharaonis*, & Vatablus *cubiculario Pharaonis*. Et meritò: nam vt dicitur Geneſ.41. Putiphar habuit vxorem, quç perditiſſime deperiuit Ioſephum, qui poſtea vxorem duxit Aſeneth Putipharis filiam. De quo legi poteſt S.Hieronymus de Tradit. Hebraic. in Geneſim. Et Fagius ad præfatum locum ex 37. Geneſeos, ita ſcribit: *Hebraicè vocem Seris, quam eunuchum interpretantur, cenſent non ſemper vulgò dictum Eunuchum, id eſt, caſtratum ſignificare, ſed aliquando principem & præfectum: & hac ſignificatione eam vocem accipi hoc loco; Vnde Paraphraſtes Chaldæus eam vocem per Rabba tranſtulit, quod Dominum & principem, & magiſtrum ſignificat.* Plura qui volet ſuper hac re legat Pererium in præfata loca Geneſeos. Serarium in lib. 6. Regum, & expoſitores in libri Eſtheris cap.2. Lucianus Dialogum de Eunuchis ſcripſit. 43.

(Ægineta. Deuter. Leuit. *Quid ſignificat vox Eunuchus.* Pagnin. Vatabl. Hier. Fagius. Perer. Serar. Lucian.)

Hic Vagao eunuchus, in textu Gręco dicitur perfectus omnibus facultatibus Holofernis, & βαγώας *Bagoas* nominatur facili permutatione literç. V. in B. Hinc oritur quęſtio an *Vagao*, ſeu Bagoas ſit huius eunuchi nomen proprium an generale nomen, quod ſignificat ſpadones quoſcunque; Lyra & Carthuſianus videtur ſupponere eſſe nomen proprium huius eunuchi, quod expreſsè docet Serarius. Probabilius autem videtur quod Bagoas ſit apud Perſas generale eunuchorum nomen. Ita Sanctius, Salianus, & Tirinus. Et facilè probari poteſt ex Plinio lib.13.cap.4. & ex Curtio lib.10. Cælio Rhodig. lib 15.cap.9. & Plutarcho in lib. de Fortuna Alexandri, & ex Ioſepho lib.17. cap.3.

(*Bagoas generale nomen.* Lira. Carthuſ. Sera. Sanct. Salian. Tirin. Plin. Ioſeph.)

Seuerus. Sulpit. cap. 3. & apud Sulpitium Seuerum Artoxerxes Ochus suum habuit Bagoam. Igitur Bagoas eunuchorum generale nomen fuit.

VERS. 28. *Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo, vt immunis ab eo transeat.*

44 *Persarum intemperans libido.* Nempè præter accensas à natura ipsa libidinum flammas, ex moribus Assyriæ, & Persidis extimulatur Holofernes ad Iudithæ stuprum: nam indecorũ & probrosum est apud Persas, si feminæ immunes recederẽt ab illorum consuetudine, & thalamo. De Persarum intemperantia non pauca saltuatim diximus super hac Indithæ historia. Sic enim erat apud Persas profusa libido, vt nullus generi, nullus sanguini honos haberetur. *Persas cum suis matribus misceri*, Ctesias refert, verba sunt Tertulliani, cap. 9. Apologetici, de quo plura legere licet in Lexico Alexandrino, & Theodoreto contra Græcos, Orat. 9. in S. Nysseno in epist. contra fatum, & in Octauio Minutij Felicis, & in Agathia lib. 2. historiæ, quorum verba refert Cerda in notis ad præfata Tertulliani verba. Aduertit Lexicon Alexandrinum hanc licentiam libidinis manasse in Persas ex Assyriis: quia *Ninus Saturni filius matrem Semiramidem in vxorem duxit.* Ninus autem secundus Rex Assyriæ fuit. Vnde hic facer Historiographus Assyriorum libidinem contingit.

Ctesias. Tertull. Lexycon. Alex. Theod. Nyssen. Minut. Agath. Cerda.

§. XI.

Baptismus est, conscientia ad Deum interrogatio: & inde censentur baptismi elogia.

45 Nyssen. de Pœnit. SAnctus Gregorius Nyssenus sic fatur de Baptismo: *Vetus homo in aqua sepultus est, nouus generatus, gratia floruit.* Quasi florida gratia detur in Baptismo. Fructus aliquos eius floris hic breui dabo. Plura qui volet, adeat Iosephum Vicecomitem lib. 1. cap. 3. Præclarè Tertullianus: *Quantas vis aqua, & gratia, quot ingenia, quot officia, quantum instrumentum mundo ferat: qua vitam æternam gubernat, & in cælesti procurat.* Baptismusne Gubernator est vitæ æternæ? Omitto hæc alibi expendenda. Quodnam est hoc acumen aquæ, & baptismi ingenium, quod cælestem vitam hominibus procurat? Putabit quispiam, ingenium gratiæ baptismalis esse, quòd cùm sit *Symbolum mortis*, vt ait Septimius; vitam nihilominus procurat, & asylum mortis fit: quod arguté dixit Basilius Seleucus: *Hominibus*, inquit *Baptisma dandum erat, quo mortis promittebatur effugium, & resurrectionis confugium.* Porrò subtile acumen est, ex morte vitam ingeniari, & antiquæ vitæ sepulchro concedere Asylum mortis, & cælestis vitæ prærogatiuam: ita vt aliter ipse resurgat è sepultura Baptismi. *Sacrificatione secreta sub felici vnda pristini hominis vetustas exuitur, & quodammodo homo intra se alter efficitur.* Verba sunt Eusebij Gallicani.

Tertul. *Baptismus cælestia procurat.* Septim. de Pœnit. c. 6. Basil. Sel. Orat. 1. Euseb. Gallican. hom. 7. de Pascha.

46 *Præsumptio intinctionis*, Baptismi, inquam, intinctionis vocabulo significati, legitur in Tertulliano. Et *Felix aqua sacramentum* dicitur ab eodem in lib. de Bapt. cap. 1. Quid piè præsumit felix aquæ Sacramentum, gratiæ ingenio asseguendum? S. Maximus: *Baptismus* ait: *Christi, nobis est sepultura, in quo peccatis morimur, criminibus sepelimur, & veteris hominis conscientia resoluta, in alteram natiuitatem recidiua infantia reparamur.* Scilicet à Baptismi efficacia, homo ex vitiorum senio sibi resculpit infantiæ innocentiam, & in nouum hominem recreatus, sic expungit vitiorum vetustatem, & insolitam peccandi consuetudinem ferè sic dedisicit, ac si numquam deliquisset, *in alteram natiuitatem reciduâ infantia reparatus.* Planè luculenter Eusebius Emissenus sic loquitur de Baptismo: Christus *tam puros nos esse concedit ex fonte, qualis ad nos venit ex Virgine.* (valde audet hęc hyperbole, nisi fortè non adæquat, sed assimilat puritatem vtriusque. quod euincit egregia probatio,) *Dilata Domine, ac benedic sub instante regenerationis tempore sacra sinus parentis. Dic, Domine, Ecclesia tua, quod dixisti per Angelum Matri tuæ: Spiritus, inquit, sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Iterum mater de Spiritu sancto concipiat: Iterùm virgo parturiat, iterum homo Dei filius efficiatur, iterum virginitas fœcundetur.* Omitto verba inexpensa, ne rudiori stylo elegantiam sententiæ deuenustem. Felix aquæ Sacramentum ingenio gratiæ hanc arcanam gratiam operatur: Quam hicÎnditha piè ambit sese baptizans, ad corporis, & animi puritatem, nostri baptismi idoneo symbolo.

Tertull. l. de Pœnit. cap. 6. Maxim. homil. de Iuda proditore. Euseb. Emissen. hom. 2. de Symbolo. *Baptismus incarnationis æmulus.* Lucæ. Iudith.

47 *Baptismus gehennam interstinguit.* Immortaliter viuax est arcanus gehennę ignis, & quem nulla interstinguit ęternitas; at Baptismi aquis submergitur, & extinguitur peccatori quicquid voracissima flamma perennaturo incendio nunquam decoquendo expiaret. Eusebius Gallicanus, ita super hac re scribit: *Homo fonte tingitur & momentaneo lauacro, & ab inueterato malo primi parentis abluitur; sub aquis relinquitur quicquid flammis debebatur.* Audis gehennę flammas peccatori obrutas & extinctas baptismi aspergine? Gallicano Eusebio succedat Eusebius alter, Emissenus inquam, *Libet*, ait, *sollicita mente perpendere, quantam multitudinem populi sui de inferni carcere eripuerit, quantam in hac die pœnarum materiam incendia æterna perdiderint. Ecce quicquid iniquitatum sempiternus gehenna ignis excoquere, & expiare vix posset, subitò sacro fonte submersum est, & de æternis debitis breuissimo lauacri compendio, cum indulgentissimo creditore transactum est.*

Euseb. Gallican. supra. Eufeb. Emissen. hom. 7. de Pascha.

48 Etsi omnibus nouæ legis sacramentis adsit Spiritus sancti gratia, tamen nescio quo arcano illicio ipse Spiritus sanctus supernatat baptismi aquis, cuius vel Symbolo eas incubabat olim vim prolificam liquoribus primæuis indens, ac si forent Baptismi aquæ Spiritus sancti bibulæ ad fœcunditatem. Verùm cùm Gentiles Dæmonum instinctu æmularentur baptismi eminentias ritu pagano, & superstitioso, & inde vacuo fœcundæ gratiæ, in eos sic inuehitur Tertullianus: *Sed enim Nationes extraneæ ab omni intellectu spiritualium, potestatem eadem efficacia Idolis suis subministrant, sed viduis aquis sibi mentiuntur.* Quamobrem Gentilium baptismata sibi viduis aquis mentiri dicit? Quid est viduis aquis? quo marito orbantur aquæ Gentium, quæ viduæ dicuntur? Puto ethnici baptismatis aquas steriles dici, & viduas, quoniam viduantur Spiritu sancto qui olim primordialibus aquis incubans, fotu prolifico fœcunditatem adumbrat, quam mariti ad instar nunc mutuat baptismi aquis. Quod modulatè pangit S. Paulinus agens de sacro baptismi fonte:

Tertull. l. de Bapt. cap. 5. *Spiritus maritat aquas.*

Sanctus in hunc cælo descendit Spiritus amnem,
Cælestique sacras fonte maritat aquas.

Paulin. epist. 12.

Vnde

Digitized by Google

Vnde, Ethnici baptismatis aquæ steriles dicuntur, quippe quæ viduantur Spiritus sancti fontu,& fœcundioris gratiæ prærogatiua. Apposite Optatus Mileuit.ita de baptismo scribit, tractans illud ad Galat.3.vers.27. *Quotquot in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis*, sic ait: *O Tunica semper vna & immutabilis, quæ decenter vestiat,& omnes ætates,& formas; nec in infantibus rugatur, nec in iuuenibus tenditur, nec in feminis mutatur. Aderit profectò ille dies, vt celestes nuptiæ incipiant celebrari.* Ac si ad celebrandas cum Spiritu sancto Nuptias, detur baptismalis gratiæ decor, & ornatus. Sic Spiritus sanctus maritat aquas: sic anima à baptismo pura,& pulchra ab spiritu maritatur ad gratiæ fœcunditatem. Verùm tametsi anima antè baptismum diu cum vitiis scortata, sic ad infantilem ætatem renascitur arcani fontis merito, vt pristinæ Virginitatis florem quodammodo resculpat, vt Spiritus sanctus animam mariter digno connubio, *Hæc enim virtus Christi, & Domini, vt quamuis peccator, qui eius vnda se lauerit, denuò in Virginem reparatus, non meminerit antè quod fecerit, & iuuentis scelera non cognoscat. Fitque Virgo fide Christi, qui fuerat Adulter corruptione peccati.* Verba sunt S.Maximi. *O felix Sacramentum aquæ!*

Ad Galat. Opt. Mileu. lib.5.

Maxim. homil.1.de Eleemos.

Tertull. suprà.

49. Optatus Mileuitanus hæc libat Baptismi elogia, aiens: *Virtutum esse vitam, criminum mortem, natiuitatem immortalem, cælestis regni comparationem, innocentiæ portum, peccatorum naufragium.* Facile est cuiuis expendere singulas sententias, quæ planè sunt mysteriorum fertiles, & conceptuum grauidæ. Profectò bellè baptismus dicitur, *peccatorum naufragium.* Non fraudabo lectorem pulchris S.Chrysologi verbis ita scribi nitido quo solet eloquio? *Cum mundus intra generis humani primordia perdeflenda, nefando vitiorum squalore sordesceret, & totus criminum fæteret horrore, ac penè ipso iniquitatis suæ fumo, fucare cæli totam contenderet claritatem quadraginta diebus, ac noctibus expiaturus terram cælestis imber effunditur: vt quia perire sibi mundus quod factus fuerat, non debebat, gaudet tali baptismate se renatum.* Scilicet mundus felici eluuionis naufragio obrutus, naufragio baptismatis purus emergit, & floribus renascitur: ad gratiæ iuuentum. Porrò primordialis ille baptismus fuit *peccatorum naufragium*, quo repuerascit mundus morte à diluuio obruta *Nonne mirandum & lauacro dilui mortem*? ait Septimius.

Opt. Mileuit. suprà

Baptismus est peccatorum naufragium.

Chrysol. serm.160.

Sept.l.de Baptismo cap.1.

50. Loquens Ioannes Baptista de Christi Baptismo, ita ad turbas loquitur. Matth.3.vers.11. *Ille vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni*: quodnam est hoc ignis baptisma? Multa multi? Sanctus Hieronymus ibidem, secutus Originem, & Hilarium existimat, ignem purgatorium significari ignis baptismate. Ita scribit Hieronymus: *Ille vos baptizabit Spiritu sancto,& igni. Quia in præsenti, Spiritu baptizamur, in futuro igne.* Commendatúrne puritas purgatorij baptismi à puritate baptismatis aquei; An defœcatior puritas baptismalis gratiæ exaggeratur à nitida puritate purgatorij baptismatis! Vtrique inest florida gratia, vtrique nitor gloriæ. O quam pura & immaculata exit anima è purgatorij baptismo ad accipiendam coronam gloriæ: non minùs purus, & nitidus emergit homo à baptismi lauacro,& similem ad modum feliciter coronatur ad gratiam. *Eleuant baptizatos ad altare, eisque dant mysteria Eucharistiam: Et sertis coronat eos Sacerdos*: ait Seuerus Alexandrinus, qui subdit statim? *Fratres nos psallite Hymnum Filio, dominatori omnium, qui Regum Corona vos coronauit.* A consimili baptismo non absimili ambiuntur baptizati corona; alter floridæ gratiæ, sertos, alter gloriæ corona fulget; vterque regio insigni decoratur.

Matth.

Hier. Orig. Hilar. Purgatorio igne baptismus comparatur.

Seuer. Alex. lib.de Bapt.

51. Lucæ 12.vers.50. ait Christus Deus: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur*? Suspicabitur non nemo baptismi nomine præsignificari Eucharistiæ mysterium: nam S.Chrysologus, *Dei mensam* appellat baptismum. Fortè illustrassem Chrysologi verba, nisi vna mente, & ore interpretes omnes, huius baptismi vocabulo intelligerent Christi passionem,& crucis mysterium. At valdè nobilitatur baptismus Passionis seu crucis nomine. Et sanè aquæ baptismum, *Crucem* appellat Iosephus Vicecomes. Nam sicut Crux fuit patibulum, & interitus mortis,& matrix gratiæ; sic baptismi *Lauacro eluitur mors*, & lætior, & vberior gratia donatur. Et ita Optatus Mileuit. Baptismum vocat *Criminum mortem, virtutum vitam*, & Iosephus Vicecomes inibi, *Arcana perfectionis obsignationem.* Et inde recens baptizatus coronabatur gratiæ serto, vt nuper diximus ex Seuero Alexandrino.

Lucæ.

Chrysost. sermon. 10. Baptismus Passioni, & cruci comparatur.

Iosep.Vic. l.1.c.3.

Optatus.

Ergo cum baptismus sit pristinæ vitæ interitus, mortis asylum, vitiorum mors, perfectionis obsignaculum, vita virtutum, corona iustitię, felix natiuitas, quę arcanè restaurat innocentiam: & vitiis constupratam animi pudicitiam reparat in virgineum pudorem, sententiosissimè dicitur à sancto Nazianzeno Orat. in sanctum Baptisma: *Baptismus est splendor animarum, carnis abiectio, conscientiæ ad Deum interrogatio.* Quid à Deo interrogat baptizati conscientia: interrogat inquam, à Deo scientiarum Domino, quo modo baptizatus viuat baptismatis diluuio obrutus: quomodo emortuus vitiis, renascatur virtutibus: quomodo omnium scelerum reus iuuenescat ad gratiæ innocentiam: quomodo suorum peccatorum conscius, errorum iam oblitus, conscius tantùm sit felicioris sanctimoniæ: Pristina delicta baptizatus non inuenit, & nouitatem gratiæ elatatâ mente admiratus, conscientiæ stupore arcanæ metamorphoseos causam inquirit. Vnde *Baptismus est conscientiæ ad Deum interrogatio.* Hoc baptismatis elogium, ipsius laudandi compendium est, laudum summa, & gratiæ ingenium.

Baptismus est conscientiæ ad Deum interrogatio.

Nazianz. 1.Petr.c.3. vers.21.

§. XII.

Otium eruditio vitiorum est, & intestinus Dæmon: otiosus ferè custodiri non potest, ferè desperare potest?

53. OTium vitiorum negotium est, mentis inertia, virtutis lassitudo, penus malitiæ, schola improbitatis, nequitiæ thesaurus, spes gehennæ, & quasi quędam glorię desperatio. Otiositas variam facit mentem, emollit vires ad virtutem, robur animi frangit, sanctitatem prodit, bonos mores profligat, nauseat ad probitatem, fomes vitij est, proscriptio sanctitatis, probitatis nouerca: transfuga virtutis, & vrbs absque præsidio, exposita hostium licentię, & (vt paucis dicam,) vitiorum eruditio. Vnde *Otium præceptor vitiorum* dicitur à S.Basilio: *Omnem enim malitiam docuit otium*, inquit S.Ioann.Chrysost. Itaque otiositas improbitatis peritia est, & ruditas virtutis: & otiosus gehennę candidatus, & exul beatitudinis. Sanctus Basilius

Otiositas est vitiorum schola.

Basil hom. 8.in Hexamer. Chrysost. hom.15.in Genes.

Digitized by Google

Basil. hom. de legendis lib. Gentil. lius agens de otio, inquit? *Non itaque nobis dormiendum, neque ob breuem desidiam spes magnas amittendum.* Ac si desidia sit spei amissio, & tanquam dissimulata quædam desperatio. Nam otium res gehennæ est, Dæmonis negotiatio, & Diabolorum requies & intestinus Dæmon, Matth. 12. v. 43.
Matth. *Cùm immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam. Et veniens inuenit eam vacantem. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Nempe malus Dæmon totius gehennæ incendio torretur, & omnibus inferorum tormentis cruciatur, nihilominus audacter præsumit requiem quærere, & tot ærumnarum leuamen. Vbinam quærit
Otium est intestinum Dæmon. requiem? nusquam inueniet pœnarum laxamentum, & improbæ malignitatis otium. Quænam erit Dæmonis requies? Peropportunè Hugo hominem desidem, & otiantem affirmat esse Diabolorum requiem, sic scribens; *Nolite stare otiosi quia*
Hugo in Ierem c. 51. *ad domum vacantem, vnde exiuit Diabolus reuertitur: & habitat cum septem spiritibus nequioribus, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Vnde*
Matth. Hieron. *Matth. 20. Quid hic statis tota die otiosi? Hieronymus, ne te Diabolus inueniat otiosum.* Scilicet homo vacans & otiosus, ita adulatur vitiis, sic obsecundat malo Dæmoni, vt Diaboli sit apta habitatio, & Dæmonis requies. Sic complacet in homine otioso, sic deliciatur in homine vacante! Ac si tanta sit vitiorum colluuies in homine otiosè vacãte, vt quasi laxamentum sit Dæmonis, Diaboli deliciæ, & voluptuosa requies. Vnde Dæmon quærens requiem, habitat in homine vacante, & otiante. Aut si mauis, sic accipe commentationem Hugonis, vt homo vacans, & otians sit Dæmoniorum requies: quia parum aut nihil Dæmon laborat in illo tentando. Nam otiositas, & vacatio pro Dæmone tentatore est. Iure enim cessat Diaboli astutia ad tentandum, vbi otiositas sagaciùs & perniciosiùs instigat otiosum ad omnes nequitias. Quasi vacatio sit callidior, & nequitior Dæmon, æquiualens in malitia septem aliis spiritibus se nequioribus. Itaque otiositas est Dæmon intestinus, Dæmonis requies; & otium hominis, cessatio est Diaboli tentationum; nam perniciosior tentatio; otiosa desidia est, est seminarium improbitatis, vitiorum fomes, virtutum ruina, & quasi desperatio gloriæ.

53. Genes. Genesis 2. vers. 15. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum* (nempe hominem, vt interpretatur Augustinus:) Quę verba expendens
August. Hugo. Hugo Cardinalis secutus S. Augustini commentationem, sic ad rem præsentem inquit: *Tulit ergo hominem extra paradisum formatum vt ipse homo operaretur, non laboriosè, sed deliciosè, & sic Dominus custodiret illum.* Nimirum Deus statuit hominem custodire. O tutam Dei custodiam! ô securam hominis vitam Deo custode! Nempe sicut Angelus designatur singulis hominibus, sic Deus custos destinatur Adamo. Quo modo Deus custos hominis illum custodit? Aduerte ad ingeniosam Dei custodiam: *Tulit hominem extra paradisum formatum, vt ipse homo operaretur, & sic Dominus custodiret illum.* Scilicet arbitrium diuinæ custodiæ est hominem operationi destinare, & labore occupare, ne quem felicitat innocentię status, deprauet otij infelix torpor. Quasi occupatio custodia Dei sit, & otium esset derelictio: Deus custodit occupando, quem otio relictum desereret. Bellè Sophocles in Iphigenia: *Deus otiantibus haud* Sopoch. *assistit.*

Genes. 2. vers. 2. De Deo dicitur, quod *requieuit* 54.
die septimo ab omni opere, quod patrarat. Omnimoda cessatione requieuit Deus: Quid Deus omnino cessat? Otiatur Deus in quiete diei septimę? Negat Deum, qui otiosum illum facit. *Pater meus vsque modò operatur, & ego operor*, ait Christus Deus, Ioannis 5. v. 17. Nempe Deus noster actuosus est, & perpetuò operans, aut introrsùs, aut extra se. Nugatorius, & futilis est Epicuri Deus otio deditus; *Asseuerant Epicuræi Deum otiosum, & inexercitum, & vt ita dixerim, neminem humanis rebus*: ait Tertullianus. Hoc est elogium numinis Epicurę. Num Deus noster simili inertia cessat, & otiatur, cùm dicitur requieuisse ab omni opere, quod patrarit? Attende ad verba sequentia: *Et benedixit diei septimæ: quia in se ipse cessauit ab omni opere suo, quod creauit Deus, vt faceret.* Quid est, creauit, vt faceret? Quid? iterùm faciet: quę creauit? Planè actum aget. Hugo: *Creauit vt faceret, id est, de eis alia produceret.* Scilicet cessat, vt producat, & quasi otiatur, vt agat. O cessatio actuosa! o negotiosum otium. Luculenter S. Bernardus: *Rectè sapiens hortatur sapientiam scribi in otio: cauendum & in otio otium est.* Nempe actiuum otium desiderat S. Bernardus, ne homo otietur in otio, & cesset in quiete: Sed aut agat aliquid dum otiatur, & quiescit: aut saltem quiescat, vt comparet vires ad otiosiùs operandum. Igitur cauendum in otio otium est. Disce ab sanctissima femina Iuditha otium otij expers, & operosam cessationem ab humanis rebus, vt operosiùs incumbat in diuinas. Non fuisset magna laude dignum, occupatione vitasse otij pericula, in ipso rerum humanarum otio occupatissima erat, nec ad horam vacans, ne vitiorum disciplinam ab otio disceret, ne non posset custodiri, ne intestinum Dæmonem, otium inquam, medullitus aleret. Caue ab otio, à quo sic periclitatus est Holofernes, hic vers. 10. dum otiatur à prælijs.

Genes. — Deus si esset otiosus quasi non esset hominibus. — Ioan. — Tert. Apolog. c. 47. — Genes. — Hugo. — Bernard. l. 1. de Considerat. — Nec otiandum est in otio. — Iudith.

§. XIII.

Homo est sæuior sui ipsius hostis.

55.

MOnstri ad instar homo sibi est: est enim blãdus sui amicus; & vnà durus ac sæuior inimicus: Imò vnde sibi amicus, inde sui inimicus existit: planè beneuolus hostis, & à beneuolentia inimicus sui est. Enim verò nullus est tam crudelis hominis aduersarius: quàm homo sibi. Ad Philippenses 2. v. 13. *Cum metu, & tremore vestram salutem operamini: Deus enim est, qui operatur in vobis velle, & perficere.* Sapienter Paulus non tantùm cautos, sed etiam meticulosos nos esse cupit in re magni momenti, scilicet in re salutis æternæ, quæ summa Christianismi est. Verùm attende ad causam metus animi, & tremoris corporis: *Deus enim est, qui operatur in nobis velle.* Ideone timendum nobis est, quia Deum auxiliantem habemus? Absit à pio & religioso animo tam irreuerens persuasio, nam inde debemus fiduciam habere salutis consequendæ: quia Deus in adiutorium nostrum intendit. Deus enim de se liberalis est & munificus: amans hominum, & effusus gratiæ largitor. Atque ita timendum non est, ne non consequamur salutem æternam quæ à Deo. Vnde ergo timendum nobis

Ad Philip. — Homo timet sibi à se.

Digitized by Google

nobis eſt, ſi non timemus quia Deus operatur? Apertè id indicat Paulus: timendum nobis eſſe, non quia Deus operatur *in nobis*, id eſt, nobis cooperantibus. Quippe ſi Deus ſe ſolo, & ſine nobis ſalutem noſtram operatus eſſet; non timendum, ſed potiùs ſperandum nobis eſſet. At quia *in nobis* operaturus eſt, & nos cooperatores ſumus ad noſtram ſalutem, maximè timendum nobis eſt. Homo enim non modò retardat, & hebetat auxilia Diuina, ſed etiam fruſtratur. Itaque te ipſum time, quia à te pendeat cooperatio tuæ ſalutis: neque enim tam foret timendum, ſi Deus ſolus operaturus eſſet. Quod indicare videtur S. Chryſoſtomus ibi ſic ſcribens: *Cum timore, & tremore, &c. Si hoc attuleris: Deus omnia operabitur, tu confidito.* Quaſi dicat: ſi Deus omnia operaturus eſſet, nos maximè confidere debuiſſemus; at verò quia operaturus eſt *in nobis*, cum timore, & tremore eſſe debemus.

Chryſoſt. hom. 8.

56. Magnus vir Noë, & Dei familiaritate dignus; dignúſque cui Deus crederet mũdi reparationem: cùm in arca ſecum concluſiſſet quæcumque à Diuinà prouidentia ſeruanda erant, ne ab alluuione perirent. Cum iam iam inciperet inundationis calamitas, tunc Geneſ. 7. verſ. 16. *Et incluſit eum Dominus deforis.* Verùm iure quæritur, cur Deus Noëmum forinſecùs clauſerit; nonne ipſe Noë intrinſecus poſſet vel bitumine obturare ianuæ rimulas, vel ianuam claue obſerare? Conceditur illi teſtatio vniuerſi, & clauis arcæ non creditur? Nam à viro ſanctiſſimo, & Dei familiariſſimo timetur, ne ſe præcipitet in diluuij vndas. At quid erat tunc, quod poſſet Noëmum aut allicere, aut impellere ad tam temerarium præcipitationis facinus? Num clamor morientium? num euidens naufragium? num cadauerum horror? Certè omnia deterrebant virum alioqui prudentem à tam inſana audacia. Præterea in arca nemo erat, qui eum impelleret in ruinam. Animalia quippe pacatè verſabantur. Ab vxore & vxoratis filiis timeretur tam immane facinus. Quam ergo ob cauſam Deus eum forinſecus claudit? Satis ad rem S. Chryſoſtomus ibi: *Clauſit Dominus forinſecus illius arcam, vt doceat quod ſecurum fecerit iuſtum.* Scilicet ſecurum facit iuſtum, ianuam forinſecùs obſerando; vt illi periculum non ſit præcipitium: & impoſſibilem faciens temeritatem. Nam etſi intrinſecùs in arca à nemine timebatur, quod præcipitaret Noëmum omnibus charum: etſi extrinſecùs diluuij atrocitate omnia à ſimili inſania deterrerent; at ipſe tametſi iuſtus periculum ſibi erat; & vel à Noëmo timendum foret Noëmo: vſque adeò infenſus hoſtis eſt ſibi quiſque homo, quod ad hoc, vt ſecurum faciat Deus hominem alioqui ſanctiſſimum, & prudentiſſimum, eum claudit de foris, vt à præcipitio ſecurum fecerit. Et vbi extrinſecus nihil foret timendum; cauet Deus ne ipſi ſibi ſit infenſior, & ſæuior hoſtis. Tam crudelis aduerſarius homo ſibi eſt, tam inſolens, & temerarius!

Geneſ.

Cur Noë clauditur deforis in arca.

Chryſoſt.

57. Matthæi 4. Temerario auſu aſſumpſit Diabolus Ieſum Chriſtum Dei filium, & poſuit ſupra pinnaculum templi: ô infandam audaciam! Quid non timendum à Diabolo eſſet? Quid tunc ille ad Ieſum. *Mitte te deorſum* inquit: *Præcipitare debebat ſe ipſum*, (ait Theophylactus) *Tuæ crudelitatis eſt præcipitare*, ô Dæmon. Auſus eſt Diabolus irreuerenter Chriſtum arripere, & ſubducere vſque ad templi pinnaculum: cur non eundem impellit ad ruinam; ſed quaſi iam humanior factus, Chriſtum hortatur, vt ipſe ſe præcipitet? Iam videtur delæuiſſe tentationis impetus; iam comis eſt Dæmon & placatus. Imò tunc inhumanior ſæuit cùm humanior videtur. Neque enim tunc ambitione mundi, aut bracteata regnandi gloria Chriſtum tentat: neque ad voluptatis illecebras illum inſtigat: neque ipſemet Dæmon, qui ſæuior hoſtis eſt eundem adoritur, ſed Chriſtum cum ſemetipſo pugnare cupit, (cenſebat tunc Chriſtum tanquam cæteros homines,) non præcipitans; ſed aiens, *Mitte te deorſum*, id eſt tu aduerſùm te milita: Nam hominis ſæuior hoſtis, ipſemet homo eſt. Tu eſto tui impulſor, & euerſor, & tui ruina. *Si caſurus es*; à te cades. Suſpicabatur enim Dæmonum aſtutiſſimus, Chriſtum purum hominem eſſe. Vnde ſic illum adoritur. *Mitte te deorſum.* Ac ſi tacitè dicat: Si magnus propheta euertendus eſt, non eſt ambitione, non eſt voluptate ſuperandus, neque à me ipſo Diabolorum aſtutiſſimo; ſed à ſe ipſo vincendus eſt. Si cadere poteſt à ſe ipſo cadet: ſecum pugnam conferat: nam cùm homo ſit ſæuior ſui hoſtis: ſi alicuius manu vincendus eſt Chriſtus, ſua ſui ipſius manu vincendus eſſet. Pugnet homo cum robuſtiori aduerſario, ſcilicet ſecum. *Mitte te deorſum.* Nempe præſumebat malus Dæmon de Chriſto, vt de cæteris hominibus. Audis cap. 8. verſ. 22. toties Iſraelitas victos ab hoſtibus, occaſione ſui: qui niſi ob impietatem ſæuiiſſent in ſe, ſæuiſſimi hoſtes eos non profligaſſent. Ergo caue tibi à te. Vnde Bethulienses cap. 7. num. 15. à puſillanimitate temerarij, aiunt: *Sponte reddamus nos omnes populo Holofernis.* Ipſi ruinam ſui moliuntur: & malum quod non valet illis inferre Holoferniana crudelitas, ipſi ſibi adſciſcunt, & in ſtrages ruunt temerarij, & Holofernes hic v. 10. ipſe ſibi molitur ruinam.

Matth.

Theoph. Dæmon præſumit vt Chriſtus ſe ipſum deiiciat.

Iudith.

§. XIV.

Totus ferè operis labor à coactione eſt: Non videtur laborare; qui ſponte laborat, ſed qui inuitus, & coactus.

NVllus labor grauis eſt volenti illum ſponte tolerare. Vltroneus non ferè patitur à labore. Adſit ſpontanea voluntas, & moleſtia ponderis exuitur; quæ potiùs ab animi reluctantia, quàm à natiuo pondere hominem degrauat. Animus ſpontaneus artificium eſt alleuiandæ ſarcinæ. Pondus laboris inuitos grauat, vltroneos leuat, & reficit.

58. Matth. 11. v. 18. *Venite ad me* (ait Chriſtus Dominus,) *omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Omnes homines laborant: nam ſua cuique natura labor eſt, & domeſtica ærumnas paſſionibus noſtris ferimur, & concupiſcentiæ febribus ægrotamus. Quin & tot legum, & præceptorum ſarcinis degrauamur, vt aiunt S. Hilarius, & Theophylactus hic: *Venite ad me* (inquit Chriſtus Dominus,) omnes qui tot malis laboratis, & tot ponderibus onerati eſtis, *& ego reficiam vos.* At cupit animus ſcire, quo leuamine reficiendi ſint, qui tot laborum, & ſarcinarum malo premuntur: *Tollite* inquit, *iugum meum ſuper vos.* Egregium profectò leuamen! Euangelij iugo, vt inquit, S. Hilarius, & Beda ſubleuandi homines ſunt; imò oneroſiùs degrauantur. Sapienter Hieronymus hunc locum interpretans, inquit: *Quo modo lenius lege Euangelium: cum in lege homici-* *dium*

Matth. Omnis voluntarium non eſt onus.

Hilar. Theoph.

Hilar. Beda. Hier.

Digitized by Google

dium, in Euangelio ira damnetur? In lege multa præcepta ſunt, quæ Apoſtolus, Act.15. non poſſe com-
59. Hier. *pleri pleniſſimè docet.* Valde viget hæc Hieronymi dubitatio. Porrò onerati ſunt Christi diſcipuli tot laborum ponderibus, & grauati tot legum ſarcinis, & reficiendi ſunt grauioris valde oneris depreſſione? Quis vnquam graue onus grauioris impoſitione ſubleuauit? Aduerte ad verba Chriſti Domini, ex quibus vt dubitatio viget, ita ſolutio patet. *Tollite*, inquit, *iugum*, id eſt vos vobis imponite iugum meum, & ſic erit ſuaue, & leue; illoque vos reficiam, non onerabo. *Tollite*, hoc eſt, veſtrâ voluntate onus ſuſcipite, & ſic deſinet eſſe onus, & leuamen erit. Hanc expoſitionem ſubinſinuat S. Hieronymus reſpondens propoſitæ obiectioni. *Tollite in Euangelio enim voluntas quæritur.* Ac ſi dicat: Chriſtus Dominus, vos ô diſcipuli valde laboratis, & onerati eſtis reluctanti animo ſufferentes tot onerum grauiſſima pondera. Vultis ea leuare, & à tantis ærumnis refici, & recreari? Tollite voluntate veſtrâ eadem, imò & grauiora onera, & deſinent eſſe onera. Quia onera, quæ degrauant, ſunt, quæ inuitè tolluntur. Tollite voluntate veſtra, & onera deinceps non erunt, ſed oneris leuamen. Nam idem, quod onus inuito onus eſt, volenti ſubſidium & recreatio. Tolle voluntariè graue onus, & onus eſſe deſinet.

60. Quid grauius Abrahamo imponi potuit, quàm immolatio vnici filij ſui Iſaaci? qui erat totius paterni cenſus hæres, & ſpes tanta poſteritatis, puer
Geneſ. adeò bona indole prædítus, vt à gaudio nomen acceperit. Et Geneſis 22. verſ. 1. inquit Dominus Abrahamo: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac: & vade in terram viſionis, atque ibi*
Ambroſ. *offeres eum in holocauſtum.* Singula verba (vt pulchrè adnotauit Ambroſius,) paternum Abrahami animum excruciant, & difficultatem facinoris exaggerant: & tamen S. Bernardus ſerm. ſuper *Ecce nos reliquimus omnia*, auſus eſt dicere tam illuſtre
Bernard. *Non laborat Abrahamus, qui ſponte iacet ſuum filium.* Abrahami facinus ſpecie tenus ſuiſſe difficile: ſic inquit S. Bernardus: *Olim Abrahæ dictum eſt. Tolle filium tuum, quem diligis Iſaac, & offeres mihi eum in holocauſtum. Labor fictus eſt in præcepto.* Laborne fictus, vbi tam vera difficultas? Fictus planè; ait enim: *Tolle filium*, ſicut dixit Chriſtus Dominus, *Tollite iugum meum ſuper vos*, & ſic ego reficiam vos, qui laboratis, & onerati eſtis. Non enim imponitur onus inuito, ſed dicitur, vt ipſe *tollat*. Porrò quod actione propria & voluntate ſit, etſi alioqui grauiſſimum, leue, & lene ſit, & ſpecie tenus arduum. Quantùm difficultas facinoris augetur ab arduitate operis, tantum minuitur ab actione, ſeu voluntate tolerantis. Non qui ſponte *tollit iugum*: & *tollit* filium vnicum, vt illum mactet, (nam ille tollit, & propria voluntate tollit) ſed qui reluctans cogitur, & inuitus patitur, aut coactione neceſſitatur, vt patiatur, aut agat, quod pati, aut agere non vult, ei coactio tota difficultas eſt, non opus difficile. Nihil enim arduum eſt volenti.

61. Creauit Deus Adamum, & mox eum adduxit in
Geneſ. paradiſum. *Vt operaretur & cuſtodiret illum.* Paradiſum [illegible] Auguſtinus alibi ad hoc citatus. Deinde [illegible] flagitij commiſſus Adamus,
Gen. hanc tanti [illegible] damnationem audiuit, Geneſ.3. verſ.19. *In ſudore vultus tui veſceris pane.* Quibus
Pœna eſt Adam, quod inuitus faciat quod ſponte faciebat verbis [illegible] imponitur cultio terræ, [illegible] quia peccaſti, terram coles, glebas ſcindes, & agriculturam operam dabis. Quis non miretur hac pœna Adamum à Deo mulctari pro tanta culpa? Porrò ſi Adamus in felici ſtatu innocentiæ & cuſtos erat, & vnicus magni paradiſi agricola, in quem vnum incumbebat totius paradiſi cultio, pœna illi non eſt agricolatio, ſed commutatio operis. Ergo ſupplicij nomine illi imponitur poſt delictum, ipſummet opus, quod ante exercebat. Æquáne pœna tanti flagitij eſt, ipſamet opera, quæ priùs exercebat? Profectò ficta pœna hæc eſt, & inane ſupplicium. Imò maximum, nam terræ culturam, quam antea ſponte exercebat, modò cogitur, vt vel inuitus operetur. Antè vltrò agricolabatur, iam neceſſitas agricolandi illi imponitur. Et agricolatio voluntaria, quæ antea illi delicioſa erat, iam pœnalis, & coactione adacta, ſupplicium illi grauiſſimum eſt. Et acerbè punitur opere, quo antea deliciabatur. Et qui adductus eſt in paradiſum, vt illum cultione ſua operaretur, in felici innocentiæ ſtatu; iam titulo acerbioris ſupplicij cogitur ad cultionem terræ. Ergo coactio, non res ipſa, Lorin.
opus reddit vel gratum, vel ingratum, lene, vel Hugo.
graue. Hoc annotaſſe videtur ex Hugone Lorinus ſuper Pſalm. 93. verſ. 20. fortè alia Hugonis exemplaria nactus. Lege ad hanc rem, quæ traduntur infrà num. 164. 62.

Luc.23. verſ. 27. *Sequebatur Ieſum multa turba* Luca
populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas, dixit Ieſus: Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me. Quis non miretur Chriſtum Dominum prohibuiſſe pias piarum mulierum lacrymas, & grauiter ſtuiſſe religioſam compaſſionem? Sciinduntur dolore petræ, tenebris atratur Sol, obtenebratur Luna, & lugent elementa acerbas Chriſti paſſiones, & piæ fœminæ à ſexu
Plaudendum Chriſto vltrò patienti. in lacrymas pronæ, lacrymari inhibentur? Fertur Chriſtus Deus ad crucem, quis tam ſaxeus, qui piè compaſſione non condoleat tam enormem calamitatem? Niſi fortè gaudendum foret, quod hominem ſanctum, innoxium, omnium beneficum, Chriſtum Dominum, viderent tam acerbè tractari, tam immaniter dehoneſtari, & cruciari: Quid? non lacrymandum, & condolendum; ſed exultandum, & plaudendum illi foret? illi, inquam, tot flagellis, tot vulneribus, tot damnis afflicto! Ita quidem faciendum foret, ait Theophylactus, rem hanc expendens his verbis: *Flebant igitur mulieres per*
compaſſionem: Eum autem qui vltrò patitur, flere Theoph.
non oporteret, ſed magis ei applaudere. Pondera illud: *Qui vltrò patitur magis ei applaudere.* Patiebatur Chriſtus Dominus acerbiora, quàm vel mente excogitari poſſunt ſu[illegible], & ab ingrato populo inflicta. Contumeliis eum affecerant, colaphis dehoneſtarant, compa[illegible] Barabbæ profanauerant, viliſſimis ſputis ſaliuauerant, & quaſi ſarmentitium deferebant ad palum; Et ad gaudendum illi erat, & oporteret feſtiuè ipſi plaudere? ita ſanè, inquit Theophylactus, quia ſponte patitur. *Flere non oportere t? ſed magis plaudere: quia vltrò patitur.* Num tormenta quantum à ſe grauia ſunt, & moleſta, tantùm tolerabiliora ſunt, & quaſi facilia à voluntate patientis: Collacrymandum Chriſto eſt, quia patitur, plaudendum quia vltrò patitur? Quid elegantiùs pro hac re: Audis toto cap.7. quàm ægrè ferant Bethulienſes ærumnas propugnandæ Bethuliæ, & famis, & ſitis acerbiſſima cruciamenta? Aduerte id Oziæ Principis voluntate, non ex ſuo ipſorum arbitrio toleraſſe. At
poſtquam perſuaſus eſt populus oratione Oziæ Iudith.
illa ſponte pati, ſtatim à verſ. 2[illegible] & placide pertulerunt. Quaſi tantus obſidionis labor intolerabilis, non à ſe foret, ſed à coactione. Vnde hic verſ. 14. Holofernes ſedulò conatur, vt Iuditha

tha *sponte* patiatur pudicitiæ contumeliam, ne illi probum graue sit.

§. XV.

Superior sibi beneuolè indulgens, peracerbus est in subditos.

63. *Superior sibi beneuolus, subditis acerbus est.*

SVperior exactor morum est, sed priùs à se exigat mores, quos in subditis efformare satagit: durus, & intolerabilis exactor est, qui pertinaciter in aliis exigit, quod à se exigere non valet præire exemplo, qui auctoritate præest. Quidam magistratus de subditorum bonis moribus ambiunt dignitatis suæ commendationem, quam securius commendarent bono sui exemplo. *Quando oporteat demonstrationem, & commendationem rei adortos, ipsos priùs in administratione eius rei deprehendi, & constantiam commonendi propria conuersationis auctoritate dirigere.* Verba sunt Tertull. lib. 4. de Patient. cap. 1. Constantia præcepti est exemplum præcipientis, nutat mandatum, quod non stabilitur Superioris moribus. Porrò non pauci Præpositi sunt, qui Matth. 23. v. 3. dicunt, & non faciunt; *alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem suo nolunt ea mouere.* Super quibus verbis sic philosophatur Imperfectus: *Si erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam, rationem dare, quàm propter crudelitatem? Vbi enim Paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax: si Deus benignus est, vt quid Sacerdos eius austerus? Vis apparere sanctus? Circa tuam vitam esto austerus: circa alienam autem benignus. Audiant te homines parua mandantem, & grandia videant facientem.*

Tertull. — Matth. — Imperf. Homil. 47. in Matth. *Confessor moderatam pœnitentiam sibi imponat.*

64. Nam qui grandia mandat, & parua facit, inobedientiam persuadet; cùm opere dissuadet ea, ad quæ verbis hortatur: & quæ à se quis extorquere non valet, temerariè ab aliis exigit, sed nunquam extorquet. Quod notauit S. Gregorius explicans illud Lucæ 11. v. 46. *Et vobis Legisperitis, væ, qui oneratis homines*, sic fatus: *Tales quoque modo plures sunt Iudices seueri peccantium, & debiles agonistæ, intolerabiles legislatores, & debiles portitores, nec appropinquare volentes, nec palpare vitæ honestatem, quam intolerabiliter exigunt à subditis.* Nam intolerabile mandatum est, quod præcipit is, qui illud non exequitur. Bellè S. Chrysost. *Extra dolores existens humanos, facilè de morte philosophatur.* Qui dolores nescit, facilè mortes imperat & acerba quæque. Facilè delicias aliis prohibet qui nescit nisi in deliciis viuere. Vetuit Deus Adamo esum arboris, & sic apud Basil. Seleuc. loquitur Deus: *Citra inuidiam fructum interdixi, neque vsum mihi reseruaui ipsi.* Quasi dicat Deus: si mihi reseruassem suauia poma arboris vitæ, nil mirum si intolerabile tibi visum fuisset præceptum: at dum mihi ea non reseruaui, quid arduum inuenisti in eiusmodi prohibitione? Ac si omnis mandati difficultas sit, eò quòd mandans ea non exequatur.

Gregor. Lucæ. — Chrysost. homil. 66. in Ioann. — Basil. Sel. Orat. 3.

65. Lacrymabatur Isaias, c. 6. v. 6. se habere polluta labia, quæ vt emundaret, inquit: *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manus eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua & peccatum tuum mundabitur.* Omitto quod qui mundat dicitur hic *vnus*: Nam præpositus ab astutia multiplex, non bene mundat. Dicitur etiam Seraphim qui totus est charitas: nam Præpositi charitas mundat, odium sordidat, sed expendendum est cur Seraphim, qui forcipe tulerat prunam, in manu eam nunc gestet. Seraphinus forcipe prunam extraxerat de altari, quare modò eam manu gestat? Non est ausus ignitum carbonem sumere de prunario, & illum iam manu gestat accensum! Quid causæ est, cur ignitum carbonem portet nunc manu, quem ausus non est sumere accensum de prunario? Eleganter Chrysolog. *Et in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & quantus est, qui carbonem superni ignis sic manu gestat intrepidus, imò sic suo temperat attactu, vt propheta purget labia?* Nempe pudor erat Seraphino, ignem cuius ardorem, & molestiam non sit quasi expertus attactu, applicare ad Prophetæ labia. Sciat priùs ab experentia, (saltem specie tenus,) quantùm vrant prunæ, vt prunarum igne emundet ora polluti, & attactu suo temperet ardorem, vim ignis veluti expertus. *Carbonem superni ignis, quem forcipe tulerat de altari manu gestat intrepidus; imò sic suo temperat attactu.* Nempe præfectus vix sustinere valet leuem molestiam, ciborum penuriam, verbum duriusculum, &c. & tamen ipse effrenis conuitia ingeminat, dura mandat, & sæuissima iubet. A se discat alios; & quo se punctum dolet, sciat & subditos pungi & dolere: sic suo *temperabit attactu* acerbitates. Ezechielis 10. v. 2. *Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubin, & imple manum tuam prunis ignis, & effunde super ciuitatem.* Vt quid manu sumendæ sunt prunæ? siquidem combureretur manus, nempe prunæ mittendæ in ciuitatem priùs manu attrectandæ sunt, vt sciatur quantum ardoris habeat ignis, qui combusturus est ciuitatem.

Isaiæ. *Seraphim tangit prunas, vt temperet ardorem.* — Chrysol. serm. 57. — Ezech.

66. In Thaboris glorioso vertice, indutus vestem gloriæ, visus est Christus, visus est Moyses, & Elias loquentes cum Iesu, quin & Apostoli miscuerunt sua colloquia. Adhuc Petro loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Matth. 17. v. 5. *Et ecce vox de nube dicens: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde.* Quid causæ est cur corruunt discipuli pauidi, & semianimes audita voce, qua Christus declaratur Dei Patris dilectus filius? Dubium vrget S. Chrysostomus, aiens: *Quomodo hæc audientes perculsi sunt, iam antea similis vox in Iordane audita fuerit, & nemo ex turba quæ audierat expauit? Quodomodo inquam, nunc timore perculsi ceciderunt?* Et quidem Christus transfiguratus ad gloriam, discipulos non terruit, sed eorum animos placidè demulcebat. Dixit enim Petrus: *Faciamus hic tria tabernacula.* Vox Patris de nube nescias quomodo Apostolos exterreat, præsertim cùm non terruerit olim turbam in Iordane eandem vocem intrepidè audientem. Quæ nunc occasio tam insoliti pauoris; qui exangues prosternit Apostolorum proceres? Quid noui addidit Pater in Thabore, quod in Iordane omisit! Planè nullam aliam vocẽ addidit in Thabor, nisi hanc: *Ipsum audite.* Hęccine vox, *Christum audite*, Apostolos terret, qui toties soliti erant Christum audire? Verùm enimuerò audire hic obedire est ex mente interpretum. Hinc illustris dubij solutio, quam indicat S. Hilarius ibi: *Ipsum audite; vt scilicet idoneus ipse præceptorum talium auctor esset.* Nempe timent, & tremunt, & pauescunt discipuli, cùm Pater æternus Christum gloriosum, & impassibilem constituit *idoneum præceptorem.* Cuius præceptis obedire tenentur; ac si

Matth. *Quàm timeant Apostoli obedire in transfiguratione gloriosa.* — Chrysost. hom. 57. — Hilar.

dium, in Euangelio ira damnetur? In lege multa praecepta sunt, quae Apostolus, Act. 15. non posse compleri plenissimè docet. Valde viget hæc Hieronymi dubitatio. Porrò onerati sunt Christi discipuli tot laborum ponderibus, & grauati tot legum fasciculis, & reficiendi sunt grauioris valde oneris depressione? Quis vnquam graue onus grauioris impositione subleuauit? Aduerte ad verba Christi Domini, ex quibus vt dubitatio viget, ita solutio patet. *Tollite*, inquit, *iugum*, id est vos vobis imponite iugum meum, & sic erit suaue, & leue, illoque vos tertiam non onerabo. *Tollite*, hoc est, vestrâ voluntate onus suscipite, & sic desinet esse onus, & leuamen erit. Hanc expositionem subinsinuat S. Hieronymus respondens propositæ obiectioni. *Tollite in Euangelio enim voluntas quaeritur.* Ac si dicat Christus Dominus, vos ô discipuli valde laboratis, & onerati estis reluctanti animo sustetentes tot onerum grauissima pondera. Vultis ea leuare, & à tantis ærumnis refici, & recreari? Tollite voluntate vestrâ eadem, imò & grauiora onera, & desinent esse onera. Quia onera, quæ degrauant, sunt, quæ inuite tolluntur. Tollite voluntate vestra, & onera deinceps non erunt, sed oneris leuamen. Nam idemmet onus inuito onus est, volenti subsidium & recreatio. Tolle voluntarie graue onus, & onus esse desinet.

59. Hier.

60\. Quid grauius Abrahamo imponi potuit, quàm immolatio vnici filij sui Isaac? qui erat totius paterni census hæres, & spes tanta posteritatis, puer adeò bona indole prædirus, vt a gaudio nomen acceperit. Et Genesis 22. vers. 1. inquit Dominus Abrahamo: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac: & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum.* Singula verba (vt pulchre adnotauit Ambrosius.) paternum Abrahami animum excruciant, & difficultatem facinoris exaggerant: & tamen S. Bernardus serm. super *Ecce nos reliquimus omnia*, ausus est dicere tam illustre Abrahami facinus specie tenus fuisse difficile: sic inquit S. Bernardus: *Olim Abrahae dictum est: Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & offeres mihi eum in holocaustum. Labor fictus est in praecepto.* Laborne fictus, vbi tam vera difficultas? Fictus planè; at enim: *Tolle filium*, sicut dixit Christus Dominus, *Tollite iugum meum super vos*, & sic ego reficiam vos, qui laboratis, & onerati estis. Non enim imponitur onus inuito, sed dicitur, vt ipse *tollat*. Porrò quod actione propria & voluntate fit, etsi alioqui grauissimum, leue, & lene fit, & specie tenus arduum. Quantùm difficultas facinoris augetur ab arduitate operis, tantùm minuitur ab actione, seu voluntate tolerantis. Non qui sponte *tollit iugum*: & *tollit* filium vnicum, vt illum mactet, (nam ille tollit, & propria voluntate tollit) sed qui reluctans cogitur, & inuitus patitur, aut coactione necessitatur, vt patiatur, aut agat, quod pati, aut agere non vult, ei coactio tota difficultas est, non opus difficile. Nihil enim arduum est volenti.

Genes.

Ambros.

Bernard. *Non labrat Abrahamus, qui sponte faciebat filium.*

61\. Creauit Deus Adamum, & mox eum adduxit in paradisum. *Vt operaretur & custodiret illum.* Paradisum inquam, vt Augustinus alibi ad hoc citatur. Deinde ob grandis flagitij commissum Adamus, hanc tanti sceleris damnationem audiuit, Genes. 3. vers. 19. *In sudore vultus tui vesceris pane.* Quibus verbis supplicij nomine illi imponitur cultio terræ, vt liceat quia peccauit, terram colens, glebas scindens, & agricolationi operam dabit. Quis non miretur hac pœna Adamum à Deo multari pro tanta culpa? Porrò si Adamus in felici statu innocentiæ & custos erat, & vnicus magni paradisi agricola, in quem vnum incumbebat totius paradisi cultio, pœna illi non est agricolatio, sed commutatio operis. Ergo supplicij nomine illi imponitur post delictum, ipsummet opus, quod ante exercebat. Æquàne pœna tanti flagitij est, explanet opera, quæ priùs exercebat? Profectò ficta pœna hæc est, & inane supplicium. Imò maximum, nam terræ culturam, quam antea sponte exercebat, modò cogitur, vt vel inuitus operetur. Antè vltrò agricolabatur, iam necessitas agricolandi illi imponitur. Et agricolatio voluntaria, quæ antea illi deliciola erat, iam pœnalis, & coactione adacta, supplicium illi grauissimum est. Et acerbe punitur opere, quo antea deliciabatur. Et qui adductus est in paradisum, vt illum cultione sua operaretur, in felici innocentiæ statu; iam titulo acerbioris supplicij cogitur ad cultionem terræ. Ergo coactio, non res ipsa, opus reddit vel gratum, vel ingratum, lene, vel graue. Hoc annotasse videtur ex Hugone Lorinus super Psalm. 93. vers. 20. forte alia Hugonis exemplaria nactus. Lege ad hanc rem, quæ traduntur infrà num. 164.

Genes.

Gen.

Pœna est Adam, quod inuitus faciat quod sponte faciebat.

Lorin.
Hugo.

62\. Luc. 23. vers. 27. *Sequebatur Iesum multa turba populi, & mulierum, quae plangebant, & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas, dixit Iesus: Filiae Ierusalem nolite flere super me.* Quis non miretur Christum Dominum prohibuisse pias piarum mulierum lacrymas, & grauiter sustulisse religiosam compassionem? Scinduntur dolore petræ, tenebris atratur Sol, obtenebratur Luna, & lugent elementa acerbas Christi passiones, & piæ feminæ à sexu in lacrymas pronæ, lacrymari inhibentur? Fertur Christus Deus ad crucem, quis tam saxeus, qui piâ compassione non condoleat tam enormem calamitatem? Nisi fortè gaudendum foret, quod hominem sanctum, innoxium, omnium beneficum, Christum Dominum, viderent tam acerbe tractari, tam immaniter dehonestari, & cruciari: Quid? non lacrymandum, & condolendum; sed exultandum, & plaudendum illi foret? illi, inquam, tot flagellis, tot vulneribus, tot damnis afflicto! Ita quidem faciendum foret, ait Theophylactus, rem hanc expendens his verbis: *Flebant igitur mulieres per compassionem: Eum autem qui vltro patitur, flere non oporteret, sed magis ei applaudere.* Pondera illud: *Qui vltrò patitur magis ei applaudere.* Patiebatur Christus Dominus acerbiora, quam vel mente excogitari possunt supplicia, & ab ingrato populo inflicta. Contumeliis eum afficiebant, colaphis dehonestarant, comparatione Barabbæ profanauerant, vilissimis sputis inquinauerant, & quasi sarmentitium deferebant ad palum; Et ad gaudendum illi erat, & oporteret feliciter ipsi plaudere? ita sanè, inquit Theophylactus, quia sponte patitur. *Flere non oporteret? sed magis plaudere: quia vltrò patitur.* Num tormenta quantùm à se grauia sunt, & molesta, tantùm tolerabiliora sunt; & quasi facilia à voluntate patientis: Collacrymandum Christo est, quia patitur, plaudendum quia vltrò patitur? Quid elegantiùs pro hac re: Audis toto cap. 7. quàm ægrè ferant Bethulienses ærumnas propugnandæ Bethuliæ, & famis, & sitis acerbissima cruciamenta? Aduerte ad Oziæ Principis voluntate, non ex suo ipsorum arbitrio tolerasse. At postquam persuasus est populus oratione Oziæ illa sponte pati, statim a vers. 22. patienter, & placide pertulerunt. Quasi tantus ille obsidionis labor intolerabilis, non à se foret, sed à coactione. Vnde hic vers. 14. Holofernes sedulò conatur, vt Iuditha

Plaudendum Christo vltrò patienti.

Theoph.

Iudith.

tha ſponte patiatur pudicitiæ contumeliam, ne illi probami grate ſit.

§. XV.

Superior ſibi beneuolè indulgens, peracerbus eſt in ſubditos.

63\. *Superior ſibi beneuolus, ſubditis acerbus eſt.*

SVperior exactor morum eſt, ſed priùs à ſe exigat mores, quos in ſubditis eſſormare ſatagit dmns, & intolerabilis exactor eſt, qui pertinaciter in aliis exigit, quod à ſe exigere non valet præeat exemplo, qui auctoritate præeſt. Quidam magiſtratus de ſubditorum bonis moribus ambiunt dignitatis ſuæ commendationem, quam ſecurius commendarent bono ſui exemplo. *Quando oportet demonſtrationem, & commendationem rei adortus ipſos priùs in adminiſtratione eius rei deprehendi, & conſtantiam commonendi propria conuerſationis auctoritate dirigere.* Verba ſunt Tertull. lib. 4. de Patient. cap. 1. Conſtantia præcepti eſt exemplum præcipientis, nutat mandatum; quod non ſtabilitur Superioris moribus. Porrò non pauci Præpoſiti ſunt, qui Matth. 23. v. 3. dicunt, & non faciunt, *alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea mouere.* Super quibus verbis ſic philoſophatur Imperfectus: *Si erramus medicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam, rationem dare, quàm propter crudelitatem Vbi enim Paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax: ſi Deus benignus eſt, vt quid Sacerdos eius auſterus? Vis apparere ſanctus? Circa tuam vitam eſto auſterus: circa alienam autem benignus. Audiant te homines parua mandantem, & grandia videant facientem.* Nam qui grandia mandat, & parua facit, inobedientiam perſuadet; cùm opere diſſuadet ea, ad quæ verbis hortatur: & quæ à ſe quis extorquere non valet, temerariè ab aliis exigit, ſed nunquam extorquet. Quod notauit S. Gregorius explicans illud Lucæ 11. v. 46. *Et vobis Legiſperitis væ, qui oneratis homines,* ſic fatus: *Tales quoque modo plures ſunt Iudices ſeueri peccantium, & debiles agoniſtæ, intolerabiles legiſlatores, & debiles portitores, nec appropinquare volentes, nec palpare vitæ honeſtatem, quam intolerabiliter exigunt à ſubditis.* Nam intolerabile mandatum eſt, quod præcipit is, qui illud non exequitur. Bellè S. Chryſoſt. *Extra dolores exiſtens humanos, facilè de morte philoſophatur.* Qui dolores neſcit, facilè mortes imperat & acerba quæque. Facilè delicias aliis prohibet qui neſcit niſi in deliciis viuere. Vetuit Deus Adamo eſum arboris, & ſic apud Baſil. Seleuc. loquitur Deus: *Citra inuidiam fructum interdixi, neque vſum mihi reſeruaui ipſi.* Quaſi dicat Deus: ſi mihi retinaſſem ſuauia poma arboris vitæ, nil mirum ſi intolerabile tibi viſum fuiſſet præceptum: at dum mihi ea non reſeruaui, quid arduum inueniſti in eiuſmodi prohibitione? Ac ſi omnis mandati difficultas ſit, eò quòd mandans ea non exequatur.

Tertull.

Matth.

Imperf. Homil. 47. in Matth. *Conſiſtere durum pœnitentiam ſæpe imponere.*

64\.

Gregor. Luca.

Chryſoſt. homil. 46. in Ioann.

Baſil. Sel. Orat. 3.

65\. Lacrymabatur Iſaias, c. 6. v. 6. ſe habere polluta labia, quæ vt emundaret, inquit: *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manus eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua & peccatum tuum mundabitur.* Omitto quod, qui mundat dicitur hic *vnus*: Nam præpoſitus ab aſtutia multiplex, non bene mundat. Dicitur etiam Seraphim qui totus eſt charitas: nam Præpoſiti charitas enim dat, odium ſordidat; ſed expendendum eſt cur Seraphim, qui forcipe tulerat prunam, in manu eam nunc geſtet. Seraphinus forcipe prunam extraxerat de altari, quare modò eam manu geſtat? Non eſt auſus ignitum carbonem ſumere de prunario, & illum iam manu geſtat accenſum! Quid cauſæ eſt, cur ignitum carbonem portet nunc manu, quem auſus non eſt ſumere accenſum de prunario? Eleganter Chryſolog. *Et in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & quantus eſt, qui carbonem ſuperni ignis ſic manu geſtat intrepidus, imò ſic ſuo temperat attactu, vt prophetæ purget labia?* Nempe pudor erat Seraphino, ignem cuius ardorem, & moleſtiam non ſit quaſi expertus attactu, applicare ad Prophetæ labia. Sciat priùs ab experentia, (ſaltem ſpecie tenus,) quantùm vrant prunæ, vt prunarum igne emundet ora polluti, & attactu ſuo temperet ardorem, vim ignis veluti expertus. *Carbonem ſuperni ignis, quem forcipe tulerat de altari manu geſtat intrepidus; imò ſic ſuo temperat attactu.* Nempe præfectus vix ſuſtinere valet leuem moleſtiam, ciborum penuriam, verbum duriuſculum, &c. & tamen ipſe effrenis conuitia ingeminat, dura mandat, & ſæuiſſima iubet. A ſe diſcat alios; & quo ſe punctum dolet, ſciat & ſubditos pungi & dolere: ſic ſuo *temperabit attactu* acerbitates. Ezechielis 10. v. 2. *Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubin, & imple manum tuam prunis ignis, & effunde ſuper ciuitatem.* Vt quid manu ſumendæ ſunt prunæ? ſiquidem comburetur manus, nempe prunæ mittendæ in ciuitatem priùs manu attrectandæ ſunt; vt ſciatur quantum ardoris habeat ignis, qui combuſturus eſt ciuitatem.

Seraphim tangit prunas, vt temperet ardorem.

Chryſol. ſerm. 17.

Ezech.

66\. In Thaboris glorioſo vertice, indutus veſtem gloriæ, viſus eſt Chriſtus, viſus eſt Moyſes, & Elias loquentes cum Ieſu, quin & Apoſtoli miſcuerunt ſua colloquia. Adhuc Petro loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Matth. 17. v. 5. *Et ecce vox de nube dicens: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde.* Quid cauſæ eſt cur contura diſcipuli pauidi, & ſemianimes audita voce, qua Chriſtus declaratur Dei Patris dilectus filius? Dubium vrget S. Chryſoſtomus, aiens: *Quomodo hæc audientes perculſi ſunt, iam antea ſimilis vox in Iordane audita fuerit, & nemo ex turba qua audierat expauit? Quomodo inquam, nunc timore perculſi ceciderunt?* Et quidem Chriſtus transfiguratus ad gloriam, diſcipulos non terruit, ſed eorum animos placidè demulcebat. Dixit enim Petrus: *Faciamus hic tria tabernacula.* Vox Patris de nube neſcias quomodo Apoſtolos exterreat, præſertim cùm non terruerit olim turbam in Iordane eandem vocem intrepidè audientem. Quæ nunc occaſio tam inſoliti pauoris, qui exangues proſternit Apoſtolorum proceres? Quid noui addidit Pater in Thabore, quod in Iordane omiſit? Planè nullam aliam vocẽ addidit in Thabor, niſi hanc: *Ipſum audite.* Hęccine vox, *Chriſtum audite*, Apoſtolos terret, qui toties ſoliti erant Chriſtum audire? Verùm enimuerò audire hic obedire eſt ex mente interpretum. Hinc illuſtris dubij ſolutio, quam indicat S. Hilarius ibi: *Ipſum audite: vt ſcilicet idoneus ipſe præceptorum talium auctor eſſet.* Nempe timent, & tremunt, & paueſcunt diſcipuli, cùm Pater æternus Chriſtum glorioſum, & impaſſibilem conſtituit *idoneum præceptorum.* Cuius præceptis obedire tenentur, ac ſi

Matth.

Quam ob cauſam Apoſtoli obedire in transfiguratione glorioſa.

Chryſoſt. hom. 57.

Hilar.

si Apostoli ipsi timere possent, cùm illis intimatur, vt obediant homini glorioso, & impassibili. Tertull. lib. 4 adu. Marc. c. 22. Clarius id insinuat Tertullianus: *Domine audiui auditum tuum, & timui. Quem magis quam vocis cælestis illius: Hic est filius meus dilectus, hunc audite.* Quid tam arduum est, quid tam formidabile, quam obedire homini glorioso, qui impassibilis ipse totus beatitudinis infelicitatibus delectatur? qui tunc incapax est experiendi in se operis difficultatem, quam mandat: impassibilitate gloriæ id prohibente. Ergo Apostoli non videntur præ pauore cecidisse ad vocem Patris de nube loquentis, sicut nec ceciderunt turbæ in Iordane, sed quando illis intimatur, vt obediant corpori glorioso, & impassibili. Porrò gloria beatitudinis ob beatam indolentiam non sic patitur aliorum ærumnis. Quod notauit Petrus Damian. P. Damian. serm. 44. sic loquens de B. Virgine: *Numquid quia deificata, nostræ humanitatis oblita es? nequaquam, Domina: non enim conuenit tantæ misericordiæ tantam miseriam obliuisci: quia etsi subtrahit gloria, reuocat natura.* Audis quod gloria quodammodò subtrahit misericordiam? Plane qui nullas in se sentit ærumnas, non tam curat de alienis. Ergo pauent discipuli, cùm audiunt se parituros homini glorioso, & impassibili. Quem enim non prosternat obtemperare corpori glorioso, quod non pungunt molestiæ, quas aliis mandat?

67. *Cur arcus sit pacis signum, & non gladius.* Quærunt interpretes, cur arcum elegerit Deus in signum pacis, cùm potiùs sit belli signum. Nam arcu, & sagittis armantur exercitus ad pugnam: signum belli constituit prognosticum pacis: Genes. 9. v. 13. *Arcum meum ponam in nubibus cæli, & erit signum fœderis inter me, & inter terram.* Nempe arcus ad eiaculandum sagittam retractu nerui tela vegetans, priùs sagittarium ferit, quàm hostem, priusque in se experitur sagittam. Ergo dicit Deus: æterna pax erit, quia priusquàm telis feriam homines, idem telum quasi experiar ego. Id enim significat vox illa arcus. Nempe vibret superior asperioris præcepti sagittam è potestatis arcu, & priùs in se experiatur quàm feriat cruentè. Tunc arcus, id est, potestas mitior erit, æternam promittens pacem: Sed in alios asper est, & cruentus, qui erga se mitis est, & placidus.

68. Vehementer iratus est Deus ob nefaria Sodomitorum flagitia: eo usque enim ardebant præpostera Veneris libidinibus, vt vel in Angelos luxuriari tentauerint, vltrices flammæ decretæ sunt in tanti sceleris supplicium. Num ex gehennæ incendiis educendæ sunt flammæ, quæ Sodomitas exurerent, vt lasciuæ incendia gehennalibus incendiis, igne non absimili castigentur: Saltem per dæmones hominum infensissimos ministranda erũt. Leue videtur hoc supplicium. Attendendum est Genes. ad verba sacri Textus Gen. 19. v. 24. *Igitur Dominus pluit super Sodomam sulphur & ignem à Domino de cælo.* De cęlo misit Deus ignem. Puto, mitis erat, & placidus, vtpote de cęlo. Non cōburet, sed leniter illustrabit Sodomitas. Imò ad exaggerationem supplicij e cælo venit ignis: quod aduertit Saluian. Saluian. lib. de Gubern. Dei. aiens: *Deus voluit declarare iudicium, quando super impium populum gehennam misit è cælo.* Gehennáne è cælo? Gehennam; non ministrata per dæmones? An vt peracerbius sit cruciamentum? Num si flammarum ministri essent dæmones, fortè (etsi offensissimi hominum hostes) huic iis torquerent Sodomitas, vtpote qui experti sunt gehennæ ardores, & cruciatus: Ministratur gehenna Sodomitis per manus Angelorum, aut Dei, & venit è cælo, vnde nullis experientiis notus est sæuus gehennæ cruciatus, & ita plus ignium, & cruciatuum decernetur. Nam cælites nullam experti gehennam sunt. Ideò cælum euomit ignes; Deus Sodomitas flammat Iudith. gehennis, vt acerbiori incendio vrantur impij Sodomitæ: *Sic Deus voluit declarare iudicium quando super impium populum gehennam misit è cælo?* Sic Princeps Ozias, qui conuiuatur, & facit cœnam magnam, cap. 6. v. 19. inediam indicit populo intolerabilem, ita vt homines præ fame, & siti deficerent exanimes. Nempe superior benè satur statuit intolerabilem diætam. Et Holofernes hîc v. 10. &c. genio indulgens, crudelissimus est in reliquos, vt constat ex hac historia.

§ XVI.

Commentarius litteræ.

Vers. 12. Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate.

Vagao bene gnarus lenoniæ artis, in Iudith tentorium intrat, illámque vaferrimè aggreditur verbis, quæ specie tenus, simplicia videbantur, nimirum inuitat ad cœnam, ad familiaritatem, & hilaritatem; sed verborum sensus rectior, & insidiosior; alliciebat enim ad Veneris flagitium. Porrò castitas, vt nullibi satis tuta, ita semper suspiciosa est. Hic non malè leno *bonam puellam* appellat Iudithā. In textu Græco, non bona, sed *pulchra puella* appellatur; opportuniori epitheto. *Puella* dicitur Iuditha; an quia virgo putabatur, quia splendebat virgineo nitore? 69. Vers. 12.

ita Carthusianus, cui assentitur nemo: neque enim hic laudator egregia virginitatis dos ad nuptias, sed præstantissima forma ad illicitas Veneris delicias. Holofernes non ambit celebrare connubia, sed explere libidinem. *Puella* dicitur Iudith, quia hæc vox significat ætatem non admodùm adultam, Iudith verò in iuuentutis flore descendit in Assyriorum castra, (de quo suprà diu certauimus cum Serario) iam cum Hebrææ virgines in puellaribus annis viro copulabantur, neque apparet diuturnum fuisse illius coniugium, & viduis dissolutione trestantùm anni cum dimidio transierant: verosimile videtur in pulchræ iuuentæ flore, puellam dici posse. Sed esto grandioris esset ætatis, puella opportunè dicitur à Lenone, qui cùm probè nosset femineum ingenium blandè audire lenocinium, quod puellarem ætatem publicat, Iuditham appellat gratiori nomine; vt ita callidè eius pudicitię insidiaretur. Multa ex amœnioribus litteris ad id probandum accumulat Sanctius, plura adduci possent vel ad lectoris nauseam. Carthus. *Femina ambiunt puellare nomen.* Sanct.

An idoneè Vagao pulchrę puellę propinet vini pateras, suprà tradidimus ad illa verba cap. 10. v. 5. *Ascoperam vini.* Neque enim indecorus fuit vini vsus apud matronas Palestinas, sicut apud Romanas dedecet: Europhæas, quod Asiaticas decet. 70. Iudith.

Cui Iudith respondit: Quæ ego sum, vt contradicam domino meo?

Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum, faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. Non latuit prudentissimam feminam quò tenderet simulatus ille honor? sed callidè id dissimulanit; & vt Vers. 13. Vers. 14.

Digitized by Google

vt pudicam decebat, tantùm annuit iis quæ verba foris sonabant. Ita Seratius, Sanctius, & Salianus. Vnde suam tenuitatem ingenue fatetur, nec recusat obtemperare Imperatoris mandato? nec quicquam quod Holoferni placeat, ei vnquam difficile fore fatetur. Vnde constat Indithain annuisse iis omnibus, quæ Vagao disertis verbis postulauerat, non iis, ad quæ simulato sermone alliciebat. Cum autem Inditha abunde promittit, quicquid Holoferni placeret se vltrò facturam; verba sunt publica, & quæ vrbanè dici solitant hominibus de se bene meritis. *Son palabras de cumplimiento, que no obligan.* Vrbanitas enim prolixe promittit, quod probe nouit satis laxe obligare, imò neque obligare quidem: Nemo enim vrbani promissi implendi aliquem reum egit. Sed de hoc latiùs, qui casus conscientiæ tractant.

Serar. Sanct. Salian.

VERS. 15. *Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius.*

VERS. 16. *Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardens in concupiscentia eius.* Vbi primùm Iudithæ mandatum Holofernis excepit, statim surrexit; & eò sumptuosiùs se ornauit, quò exploratum sibi erat, rei summã in eo tunc agi, vt Holofernis oculis gratior appareret. Quæ cùm esset ingressa cõuiuij locum, sic cepit oculos, & animũ sui amasij, vt statim exarserit impuris libidinũ flammis agitatus.

VERS. 17. *Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inuenisti gratiam coram me.*

VERS. 18. *Et dixit Iudith? Bibam Domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis.* Holofernes amatorio poculo temulentus. Iudithæ propinat sui conuiuij pretiosa vina, vt ipsi igniculos ingerat ad venereas voluptates. Iubet quoque vt in iucunditate accumbat, dissimulanter insinuans quid exābiat permitti à femina, quæ tàntopere sibi placuisse oculis & ore demonstrat. Scilicet rem impuram non impuris verbis indicat. Scitè Inditha ad præsentem rerum statum attemperat sermonem: respondétque se lubentissimo animo obsequium præstituram, non in iis quæ tectè expetebat, sed quæ palàm eius verba sonabāt. Sapientérque addit, nullam vnquam fuisse foréve diem illi aut iucundiorem, aut gloriosiorem, quam ea, in qua obtruncandus erat Holofernes, infensissimus sui populi hostis: nulla enim Iudithæ dies aut gratior fuit ad voluptatem, aut gloriosior ad nominis immortalitatem. Dicit iam *magnificatam* esse; nam Prophetarum more, vtitur præterito tempore pro futuro. Sic indubium, sic certum illi erat, trucidandum à se Holofernem piè cruentis manibus. Carthusianus censet ideò dixisse se illa die magnificatam præ omnibus diebus, suis, quia à nullo humano Principe sic fuerat honoribus aucta. Vere quidem id dictum, sed inidonea expositio. *Animam* hic pro homine sumi, non tam dicendum fuit, quam non omittendum.

Carthus.

Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea quæ parauerat illi ancilla eius.

Et iucundus factus est Holophernes ad eam; bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam bi-
72. *berat in vita sua.* Non ignorat prudentissima &
VERS. 19. religiosissima femina illicitum fuisse Hebræis
VERS. 20. Gentilium mensæ assidere, & eorũ vesci dapibus: (de quo plura suprà,) vnde ipsa manducauit, & bibit, non quæ serui Principis affatim ministrabant ad luxus delicias, sed quæ eius Abra sobriè apponebat è cibo, & potu, quẽ domo extulerat. Quod fieri potuit commodè, neque enim accubuit in eadem mensa cum Holoferne, sed coram illo, in tapetitio humi strato, quod habetur in Græco textu: *Et accessit serua eius, & strauit ei ante Holofernem humi pelles, quas acceperat à Bagoa ad quotidianum vsum suum, vt manducaret accumbens super eas.* Notat Sanctius ad hanc diem abstulisse domo ascoperam vini, (quod fortè nunquam anteà gustauerat in omni vita sua) ne inciuilis & inurbana in conuiuio videretur: nam apud homines intemperantes lauti conuiuij laus censebatur ebrietas: indecorùm enim videretur puram aquam bibere inter tot insignes vini potatores. Verùm potiori iure inurbanitatis argui posset, quæ polenta, & caseo vesceretur inter conuiuas, qui exquisitis dapibus alebantur. Minus enim indecorum videtur pulchram feminam abstinere à vino quàm à delicatis cibis. Vnde persistendum censeo in coniectura, quam supra cap. 10. v. 5. multi, exposuimus.

Bibl. Six.

Sanct.

Indith.

Holofernes conuiuio suo assidens, & intemperantissimè, & vinosissimè sese ingurgitabat, & oculis suis hauriebat pulchritudinis dulce venenum. 73.
Quare iucundus factus est ad eam. Carthusianus *Ad eam*, id est, ex præsentia Iudithæ, cuius cupitis amplexibus statim frui sperabat. Seratius è Græco textu, *ad eam*, hoc est, ob eam, commentatur. Nempe extimulatus pruritu libidinis, spe concubitus hilaris, totus erat ad Iuditham. Tunc præ hilaritate tantùm vini hausit, *quantum nunquam biberat in vita sua.* Bene additur in Græcis exemplaribus, *In vna die.* Nempe nulla vnquam fuerat dies, in qua tantum vini potauerit Holofernes. O brutos peccatorum mores! Scilicet cùm Holofernes sitienter anhelat iucundiores expetitæ Veneris delicias, nimio baccho mentem & sensum sibi eripit, ne possit eisdem perfrui.

Carthus.

Serar.

---

§. XVII.

Sint virginis aures crudæ & acerbæ ad Veneris vocabula, ne in casto corpore scortetur auditus?

VErba alterius sexus, veræ & meræ sunt insidiæ pudoris; ipsa infractio & teneritudo femineæ vocis, frangit, effeminat, & exarmat virilem castitatem; Ipsa gratis asperitas virilis eloquij, blandè lenocinatur muliebri pudicitiæ. Vnde res diuersissimæ & secum pugnantes eundem fomitem ministrant, in idémque periculum mutuò conspirant. Aures suas obsignet: qui castitatis coronam exoptat. *Tam imbecillum est quod nocet, quàm qui nocetur*, inquit Seneca. Muliebriter vincit, & vincitur, qui verbis pugnat, & expugnatur. *Odi eam familiaritatem, quæ per aerem contrahitur,* ait S. Nazianz. Id est, per colloquia, quæ aëri incumbunt, quæ aërem toxicant veneno luxuriæ. *Ipsum aërem, qui incubat, scelestis vocibus constupratum* esse opplorat Septimius. Profectò si emortuus aër sensu carens quodammodò viuiscit ad sensum libidinis quam cum voce ebibit, nemo mirabitur si aures blandis titillatæ vocibus extimulentur ad luxum. Neque enim duntaxat corporum mixtio, sed etiam colloquiorum commistio, scortatio quædam est animorum. Neque tantùm cùm consentiunt mutuò, sed etiam (quod admirere magis,) cùm mutuò dissentiunt. *In omni spectaculo* (ait Tertullianus) *nullum magis scandalum occurrit, quàm ille ipse virorum, ac mulierum* 74.

Per aures scortatur animus

Seneca epist. 77.

Naziant. Orat. 12.

Septim. l. de Spectac. c. 27.

Tertull. l. de Spect. c. 25.

lierum accuratior cultus, ipſa confeſſio : ipſa in fauoribus aut conſpiratio , aut diſſenſio inter ſe , de commercio ſcintillas libidinum conſtabellant. Audis non tantùm verba , quæ reciprocant vtriuſque conſenſum , ſed etiam quæ diſſenſum publicant , ructare gehennam libidinum? Fuge, fuge verba, quaſi minas luxuriæ, ne in caſto alioqui corpore , ſcortetur anima per aures.

75. Marc.6.verſ.18. Animoſa vox Ioannis eſt : *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Sed Herodi Regi dicta , nunquam Herodiadi. Num Ioannes Baptiſta timet Reginam exaſperare verbis , qui non eſt veritus Regem caſtigare lingua? Infáſne apud Reginam , eiuſdem ſceleris collegam, & audacter linguatus apud Regem fortaſsè metuit Ioannes irata feminæ verba. Quod ſi vel ab iratis feminæ verbis Prophetæ caſtitas timet? Nec timet eſſe reū mortis propter aſperum alloquium , ſed fortè reatum feminei colloquij : omne enim feminarum colloquium ſuſpectum Ioanni eſt. Denique inceſtę Reginæ præſentatur egregium Prophetæ caput, ſed ſine voce mutum. Baptiſtæ emortua lingua dicturit eadem verba Reginæ , nec tam non poteſt ad reprehenſionem , quàm non audet ob caſtitatem? Inde totus orbis linguatus fit pro Ioanne, vt intrepidus ſubſtituat voces Ioanne dignas , quas ipſe feminæ impudicæ vel mortuus ſuggerere recuſat. Sic alloquitur Seleucus Orat. 18. laſciuam, & cruentam Herodiadem : *Linguam vnam ſuſtuliſti , ſed vice linguæ Ioannes, totus eſt mundus ; ad te accuſandum natura plena vocis eſt.* Sic ſic Ioannes refutat vel offenſam feminam alloqui, vel laſciuam feminam audire? ne pudicæ Prophetæ aures dulce verborum venenum diſſimuláter ebibant, ne dum adulterium corporum reprehenſione loquitur , à verbis feminæ aures ſuæ conſtuprentur. Hinc ſubſtituit alienas naturæ voces , ne proprias aures audientia quaſi deprauet. Heu tot ſtupra aurium, quibus clanculū meretricatur anima non ſatis cauta!

Marc. *Ioannes Baptiſta emortuus timet audire feminam*

Baſil. Seleuc.

76. Geneſeos 39.verſ.7. Princeps illa femina Putipharis vxor, Ioſephi domino, perditiſſimè deperit venuſtum iuuenem , gratiæ operâ , & Gratiarum manibus factum : & quadam die occaſionem opportunè nacta , impenſiùs compta ambitioſiori fuco, totas amoris artes exerit. Pulchritudinis fomes, oculorum micans pellacia , corporis naturalis infractio, narium odoratæ illecebræ , verborum amatoria lenocinia, & ipſa totas veneres Cupidinéique ſpirans, inſidiatur ætati , quæ facilè temperantiam proderet. Et ita ſibilat ad Ioſephum, amplexans veſtimenti laciniam : *Dormi mecum.* Sic ſe animæ per aures inſinuat ; obſidione occupat aures, quò expugnet animam. Renuit ſtuprum iuuenis ; & femina importunæ charitatis pœnas dat, Ioſephi opportuna fuga. O prodigioſam iuuenis temperantiam ! O iuuenem ſolerter pudicum! Vicit fuga impudicas manus declinans Veneris volentiam, impudentiam, impatientiam ; ſed non potuit fugiſſe voces : corpus fugit adulterium, ſed aures non potuerunt fugiſſe ſtuprum. Luculenter Seleucus ita fatur ſub perſona Ioſephi? *Dormi mecum : Hac voce haud aliter aures mihi verberantur, quam gladio. Quomodo agam ? quomodo conſpurcatas aures medicabor ? quomodo tuorum verborum abſtergam inquinamenta?* Scilicet caſtiſſimi iuuenis fuga procurat munditiem corporis, ſed procacis feminæ alloquio conſpurcatas aures culpat, culpat aures abſque ſui culpa conſtupratas , & ſolerter timet , ne in caſto corpore per aures ſcortetur anima, dum auditus ſceleſtis feminęæ vocibus inuitus conſtupratur. Fuge vel inuitum aurium ſtuprum. Non ſatis virgo eſt anima , cuius aures vltrò ſtuprum paſſæ ſunt. Caſtitas virtute conſtat, virginitas gratia, decore, felicitate. Nimis tenera eſt perfectæ virginitatis valetudo.

Ioſephi conſtupraniur aures

Geneſ.

Seleuc. Orat.8.

77. Tertull. ita fatur de virginitate: *Penès Iſraël illicitum eſt virginem ad virum tradere , niſi poſt conteſtatam ſanguine* (menſtruo inquam) *maturitatem: ita ante hunc indicem acerba res eſt. Igitur ſi tandiu virgo , quandiu acerba eſt , deſinit virginem , cùm matura cognoſcitur.* Hinc *Cruda virginitas* dicitur à Claudiano Panegyr.3.Stilic.& ab Horatio lib.3. Scilicet ſit virginitas, ſeu purior caſtitas incondita, immatura, cruda , acerba: quæ ſunt perfectæ virginitatis elogia. Metaphora ſumitur ab arborum fructibus immaturis. Sed quæ eſt cruditas, ſeu acerbitas purioris caſtimoniæ ? Audiendus eſt Ethnicæ Theologiæ princeps, Varro inquam. *Virgo,* inquit, *conuiuio abducatur, ideo quod maiores noſtri virginis acerba aures Veneris vocabulis imbui noluerunt.* Audiſtin Virgini debere eſſe crudas & *acerbas aures* ne imbuantur Veneris vocabulis? Nimirum virgo quæ placidè & minus vrbanè ex ore viri audit Veneris vocabula, nec acerbas & crudas habet aures; ſed mites, & dulces, & bene conditum ſaporem viro exhibentes, neſcias an ſatis virgo ſit. Nam grata feminæ audientia virum benè ſapit , qui præmaturè ſcortatur in Veneris vocabulis , vt dein luxurietur in rebus. Sint ergo virginis aures crudæ , inconditæ , & ſic acerbæ. Præterea ſint aliter *acerbæ* in vocabulis Veneris, id eſt, immites, aſperæ , ſpinoſæ. *Sepi aures tuas ſpinis , linguam nequam noli audire ,* Eccleſiaſtici 28. verſ.28. vt immitis acerbitas , & aſpera ſpinoſitas ſerò arceat amatorias procorum voces ; ne ſi benè ſapiant Veneris vocabula , cruda virginitas matureſcat in ſaporem libidinis. *Fauus diſtillans labia meretricis* (ſimiliter & proci ,) *& nitidus oleo guttur eius.* Prouerbiorum 5.cap.5.verſ.2. Quæ verba de melliloquio libidinis exponunt S. Ambroſius de Cain & Abel lib.1.cap.5. S. Chryſoſtomus homilia 14. ad Populum, Hugo, Caietanus, Ianſenius, Arboreus , inibi. Ne ergo mite , dulce & mellitum ſcortatoris colloquium condiat crudas & acerbas Virginis aures in eundem verborum ſaporem. Caueat ne degenerent in malè dulcem maturitatem. *Stultus fermentabitur labiis.* Satis nota eſt natura fermenti, à quo maſſa intumeſcit , incaleſcit , imò etiam & aceſcit , ſed acoris acerbitas vertitur in maſſæ condimentum, & ſaporem. Sciat aſtutias vocabulorum Veneris, acerba, & incondita virgo, ne cruda & acerba virginitatis maſſa labiis fermentetur ad corruptionem. Primò ne tumeſcat à fermento lenocinij fauorum: noſcat publica eſſe verba: quid aliud dicat procus ad Puellam , niſi amatoria verba ſpirantia ridicularios fauores? Noſcat fermenti negotium eſſe procurare & excitare calorem : reſtinguat caſtitatis amor has libidinum impudicarum faculas. Neque ſat eſt acerbæ virginitati, dum verbis fermentatur, ſi ſpecie tenus exacerbetur ad oſtentationem pudoris : nam eiuſmodi aſcititius acor ſæpè dulceſcit viro ; & fermenti ad inſtar placidè acerbam miſſam condit , & indulcat : *Stultus fermentatur labiis.* Sit virginitas azyma, ſit incondita, cruda, immitis , acerba ad condimentum melliloquij alterius ſexus. Nam cruda virginitas acerbas habet aures: malè virgo eſt, quæ vocibus cupidinem ſonantibus mitem , & bene gratum præſtat auditum.

Tertull. in l.de velandis Virginibus. c.11.

Claud. Horat. *Sint virginis aures crudæ, & acerbæ.*

Varro. in agathonic.

Eccl i.

Prouerb. Ambroſ. Chryſoſt. Hugo. Caiet. Ianſen. Arbor. *Labiis viri fermentatur femina.*

78. Danielis 13.verſ.54. Annoſi illi ſenes, ſenes ad

cauillos

Digitized by Google

nullos, iuuenes ad concupiscentiam, ex omni affectu venustissimam pariter ac castissimam Susannam perditissimè adamabant: renuit adulterium obstinatus piæ feminæ pudor, præeligens honestam mortem, quàm vitam inhonestam. Luxuriæ dux diabolus senum amorem conuertit in iram, & ex impudenti desiderio procudit arma, linguásque accusatrices suscitat. Susanna sistitur rea, non tam adulterij perpetrati, quàm seruatæ pudicitiæ. Canum testimonium decepit imperitum vulgus: trahitur castitas ad luxuriæ supplicium; refragatur Daniel, restauratur iudicium: sedet castus puer in tribunali pudicitiæ, & sic sciscitatur alterutrum ex sceleratissimis senibus: *Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi?* Vereor ne Daniel iuuenili imperitia imperitè interroget reos. Non enim Susanna accusatur colloquij, sed stupri: testati enim sunt senes se vidisse Susannam, & adolescentem *pariter commisceri*, quid ergo rogat, vbi viderint eos *colloquentes sibi?* Mutuum colloquium non est res adulterij, sed negotium puellaris leuitatis: non est reatus capitis, sed commercium nugacitatis. Nisi fortè pulchram puellam, & venustum iuuenem *sibi colloqui*, sit idem *ac pariter commisceri*. Est, est quidem; tam paruo interuallo colloquium distat à concubitu: vt peritè notauit Vatabl. Nam vbi vulgatus interpres habet: *Sub qua arbore videris eos colloquentes sibi*: sic scribit quasi synonyma verba: *Sub quanam arbore deprehendisti illos vnà rem habentes.* Attestantur Lyran. Sanctius, Cornelius, & vulgò interpretes; quasi idem sit suspectum colloquium, ac euidens adulterium: nam parum distat scortatio aurium, à commistione corporum. Nam aures, quæ Veneris vocabulis conspurcantur, simul & constuprantur. Habeat virgines aures, quisquis animi continentiam exambit, ne reus sit colloquij vel audientiæ, id est, adulterij. Vnde salubriter nos admonet Clemens Alex. *Horum non solùm visus, sed etiam aspectus, & auditus deponendam esse memoriam, vobis annunciamus. Scortatæ sunt aures vestræ, fornicati sunt oculi: Et quod est magis nouum, ante amplexum vestri adulterium admiserunt aspectus.* Audi scortationem aurium? Oculorum adulterium alibi expendo.

Aures scortantur alterius sexus verbis.

Dan.

Lyra. Sanct. Cornel.

Clem. Alexand. Adhort. Gentes.

79\. Lucæ 1. vers. 28. mittitur Gabriel Incarnationis nuncius ad B. Mariam Virginem: *Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena.* Quærunt aliqui quare mittatur Angelus, vt Mariæ edisserat, & annunciet diuinæ corporationis mysterium: & cur idem officium non potuit homo præstare? homo inquam sanctissimus, Propheta aliquis antiquorum æmulus de sanctitate, de sapientia, de castimonia. Frustrà è cœlo peregrinus accersitur interpres, qui possit facilè in terris reperiri. Num foret contra B. Virginis pudicitiam agere cum sanctissimo viro de re incarnationis? Expendenda sunt S. Ambrosij verba, super hac re grauissima. Sic fatur Ambrosius: *Erat Maria sola in penetralibus, quam nemo virorum videret, solam Angelus reperiret, ne quo degenere deprauaretur affatu, ab Angelo salutatur. Disce virgo verborum vitare lasciuiam. Maria enim, salutationem Angeli verebatur.* Et lib. 2. de Virginibus, agens de B. Virginis turbatione, inquit: *Ita peregrinata est in viro* (quia viri formam assumpsit Gabriel,) *quæ non est peregrinata in Angelo: vt cognoscas aures religiosas, oculos verecundos.* Verba planè Ambrosiana maiestate dignissima. Nimirùm, ideò nemo ex Patriarchis religiosissimis, ex Prophetis sanctissimis nemo, Dei nuncium ad Mariam deferr, *ne quo degenere Maria deprauaretur affatu.* Nam Patriarcharum, aut Prophetarum sanctissimus, homo tamen erat; & ita Marianam puritatem dedecet vel cum sanctissimo hominum agere de re conceptionis, de negotio Incarnationis. Vnde ne virgines B. Virginis aures degeneri hominum affatu quasi deprauarentur, salutatur ab Angelo. Aduerte quòd degener affatus dicitur ab Ambrosio, colloquium etiam purissimum cum purissima Virgine, agens de re Incarnationis diuinæ, & diuinissimi partus. Profectò vsque adeò tenera res est virginitas, vt veluti deprauari virgineas aures dicat Ambrosius humano affatu, quem degenerem nominat, quia ab homine, etsi de negotio Incarnationis. Agnosce teneritudinem non scrupulosam, sed religiosam animum Deiparæ. Vnde turbata, videns, & audiens Angelum sub persona viri, *peregrinatur in viro, quæ non est peregrinata in Angelo.* Quasi Mariæ virginis aures timeant vel ab efficta voce viri assumpta ab Angelo, prolata ab Angelo. Tam sunt suspiciosæ, & meticulosæ aures virginis! quæ etsi non timeant audientiæ consensum, verentur licentiam dicentium.

B. Virgo peregrinatur in voce Angeli sub specie hominis

Ambr. l. 2. in Luc.

Cantic. 8. v. 8. *Soror nostra parua, & vbera nō habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est? Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: Si ostium, compingamus illud tabulis cedrinis.* Non morabor lectorem inuestigando, à quonam dicantur hæc verba, siue Sponsus sit, siue Spōsa, siue prisci Patriarchæ, siue quiuis alius. Legat qui volet Ghislerium ibi: Hoc vnum scio, quod sororcula hæc paruula dicitur, & cui vbera necdum intumescunt, id est, cruda, & acerba virgo. Quid ergo tam sollicitè timetur à venustissima & castissima virgine? Num timent, ne se adsociet impudicis puellis, & quarum consuetudine deprauetur? Fortè metuunt puellarum licentiam, & inconditos mores? Quid si verentur ne à puellari inconsiderantia præmaturè ambiat placere viris, & lenocinio venustatis faciat iacturam pudoris? Quid ergo tam sollicitè timet consultissima prudentia de venusta puella, & adhuc cruda virgine? Nimirum timetur de occasione, *quando alloquenda est.* Nam vt scitè noster Sanctius inibi: Ætas illa mollis, & rudis facilè solet aliorum blanditiis capi. Mirum planè videbitur alicui consultiorem prudentiam de nulla alia re tam sollicitam esse in pulchræ virginis custodia, quàm de audientia, & virilis alloquij blanditiis. Sciunt esse crudam & acerbam virginem, sed timent ne fortè non ita acerbæ sint virginis aures ad melliloquia viri. Solliciti sunt, ne vel ab vrbanitate cultioris politiæ, non satis sint acerbæ Virginis suæ aures; quas muratas castitatis proposito, & castè inciuiles, acerbas, & ferè rusticanas volunt ad amatoria virorum verba. Ne dicat bene culta, & malè casta virginitas; Inurbana rusticitas est; feminam ingratè audire, & inciuiliter recusare amatoria verba, fauoribus & blanditiis plena. Audienda est grauissima reprehensio, quā rem totā paucis præstringit Tertullianus. *Et Ethnicæ quidem disciplina muratior,* (ita scribunt aliqui apud Cerdam) *& barbarior modestia est.* Scilicet, si de præfata Canticorum virgine timetur, *quando alloquenda est,* non annuat blanditiis, vt non inurbana & barbara videatur: si de eadem dicitur, quod est, aut esse debet sicut *murus*, id est, cruda, dura, impenetrabilis ad verba viri; sciat oportet, quod disciplina Christianæ modestiæ, & castitas, debet esse, *barbarior*, & *muratior*, quàm Ethnica. Sint muratæ virginis aures,

80\. Cant.

Ghislei.

Sit Virginis auditus muratior barbarè politus.

Sanct.

Tertul. l. de Vel. and. virgin. c. 17.

Cerda.

res, nes subruantur amatoriis verborum iaculis sint barbaræ, id est, inciuiles, rusticanæ religiosa barbarie, vt renutu arceant blanditiarum lenocinia. Nam iure timetur de femina, cuius aures acerbæ seu barbaræ non sunt, item cuius aures crudæ, & duræ, & mutatæ non sunt.

81. Euge Iudithæ modestia, cuius aures sic erant acerbæ, & (vt sic dicam) barbaræ, sic crudæ, & mutatæ, inter tot vocabula Veneris, quæ ingeminare aliàs solitat licentia militum, & Assyriorum libido, vt anticipatio castæ auctoritatis artificio, præmature arceret blanditias verborum & lenocinia Veneris. Quod liquidò constat in hoc cap. v. 12. ex verbis, quæ ad eam habuit Vagao lenonum princeps; cui sic perspecta & explorata erat acerbitas aurium Iudithæ, vt in toto alloquio sui lenocinij, nullum Veneris vocabulum vsurparit. Sic venusta auctoritas, & pulchra Iudithæ modestia, in ipso faucium impuro meatu lenonis intercludebat verba, vt honestaret lenonis vocabula: *Non vereatur*, inquit, *bona puella introire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius.* Sic stuprum aurium auertere procurauit Angeli auxiliaris (de quo ipsa meminit infra c. 13. v. 20.) sollicitior cura, ne anima castissima, vel inuita scortaretur in auribus; ne licentia Assyriæ temeritatis constupraret audientiam modestiæ, meretricante auditu castissimæ feminæ, maturissimæ ad rem virtutis, acerbissimæ ad negotium libidinis.

Iudith.

Iudith.

§. XVIII.

Homo verè pius, etiam in senili ætate, ætatem restaurat iuuentutis.

82. Ecce tota mihi vita mentitur, hanc ad verum (si acutus es,) redige. Est & illud humanæ vitæ mendacium præter vulgò nota, & quod acutioris philosophiç effugit profanum fastum. Nempe quod sicut virtus caret tempore, ita homo insigni virtute præditus, non sentit ætatis defectus, sed perpetuo vigore etiam in senectute iuuenescit. Pugnat quodammodò stabilitas virtutis cum lubrica hominum natura, & figmentum iuuentutem sistit: vt homo miretur ærumnas, molestias, tribulationes, quç sunt comites, & asseclç pietatis, & præmaturam senectutem accersunt, illam arcere arcano quodam modo, & iuuentutem propagare, etiam per aduersa senectutis spatia. Planè viro bono longescit iuuentutis pulchrum decus in longæua, & caduca senectute. Scimus ab experiẽtia notum esse illud Philonis. *Destinatum senibus morbum incurabilem ipsum, ipsum senium.* At sciunt quoque eruditi illud Tertull. *Anni recurantur.* Ecce morbum incurabilem recurat virtus, vir bonus in multo annorum numero languescit ad iuuentutẽ. Aspice hic v. 12. Iuditham ieiuniis durè fatigatam, ciliciis squalidè exasperatam, pià virtutis tyrãnide martyrem, ętate matronam, & (vt non pauci putant,) ferme vetulam, sic iuuenescere, vigore virtutis, vt mãgo Vagao ab officio peritus, ætatis puellaris arbiter, planè *puellam* appellet Iuditham. *Non vereatur* inquit, *bona puella introire ad Dominum meum.* Nẽpe ipsum senium, morbum alioqui incurabilem, quodammodò curat arcanus virtutis vigor, & ex matrona puellam facit perennare pulchræ iuuentutis flore. *Siquidem* charitas, quæ nunquam excidit, quia ex Deo defluit, & *in Deo permanet, omnem in quo manet, hominem, sua perennitate perpetuat*, ait S. Paulinus.

Seneca. epist. 45.

Annos curat virtus.

Philo. in lib. de Cherubin. Tertull. de Pallio c. 5.

Iudith.

S. Paulin. epist.

Philo Iudçus refert, reliquos animantes (excipe pulchram fabulam,) sic iuuenescere concupiisse, vt à summo numine *per legatos immortalitatem, à senectute immunitatem, perpetuámque iuuentutem sibi poscerent, æquum se postulare dicentes, quando munus iam vni ex eorum numero serpenti contigisset.* Quod fabulam putauit Philo, mendacium, sed verum existimauit S. Hieronymus. Is miratur Paulum Concordiensem, annis decrepitatum, & ætatis flore iuuenem à virtutis vigore: *Futuræ nobis*, inquit, *resurrectionis virorem in te Dominus ostendet: vt peccati sciamus esse quod cæteri senes, adhuc viuentes præmoriuntur in carne; iustitiæ, quod tu adolescentiam in aliena ætate mentiris.* Nimirum cęteri senes cum augmento ætatis experiuntur vitæ detrimentum, dum præmoriantur sensus, marcescant vires corporis, mentis vigor languescat, quod peccatorũ vectigal est. Tu verò à virtute, & pietate, etsi centenarius sis, sic repuerascis ad vigorem, vt non fabulose immunitatem à senio impetrasse videaris. Mentiris adolescentiam in aliena ætate; imò mentiris senium in peregrina iuuentute. Cohonestaris enim venerabilis senis auctoritate, & pulchræ iuuentutis flore viges. Quod est naturale virtutis miraculum. Prædicans Tertullianus felicem Carthaginensium virtutem sic fatur: *Vobis verò post iniuria beneficium, vt senium non fastigium exemptis.* Notus Græcismus, id est, vobis exemptis senio, non fastigio. Quasi dicat: Vestræ immortalis virtutis elogium est, vt vos sitis vetustate nobiles, nouitate felices, & exempti senio, non fastigio: deposuistis enim virtutis merito squalorem vetustatis, non fastigium senectutis. Vobis arcanè datur ętatum laudes deflorare; exuistis senium, non senectutis fastigium, & induistis nitorem, & vigorem iuuentutis in grandæua annorum senectute! estis ætate senes, vigore iuuenes, vtrumq; ad virtutis gloriam. 83.

Phil. l. de Confus. ling.

Senex à virtute iuuenis.

Hieron. epist. 21.

Tertull. l. de pallio c. 1.

84. Canticorum 1. v. 2. ita loquitur Sponsa: *Oleum effusum nomen tuum, ideò adolescentulæ dilexerunt te.* Mirabitur iure quispiam, cur adolescentulç tantùm hic referantur, allici ardore virtutum Christi Dei, vt illum celeri vestigio quçrant? Cur pigrescunt matronç grandiores ęui, & vetulç prouectioris virtutis? Christusne is est, qui puellarum ętatem amet, & alliciatur venustç iuuentutis flore? Forte vetularum annos, & rugas fastidit? O infelix femina, quç transiliret puellares annos, & ad aniles perueniret! Nec Chara Deo fuit Sara senio effœta, nec Anna Prophetissa, nec Elisabetha, quç processerant in diebu[illegible]s? Melius fuisset actum cum Virgine Matre, si citiùs obiisset, antequam tot meritorum gazas cumulasset? Quænam sunt istæ *adolescentulæ*? Respondet Origenes: *Adolescentulæ dilexerunt te, non illæ vetulæ ac veterem hominem indutæ animæ, neque rugas habentes, neque maculas, sed adolescentulæ in augmento scilicet ætatis?* Aduertis ad vetulas adolescentes? Neque enim maior ætas adolescentiæ renunciauit; nam virtutis ingenio annorum senectus iuuenescit ad florem ætatis, & grandæuç feminç senio confectæ gaudent priuilegio iuuentutis.

Cantic.

Vetulæ à virtute iuuenes.

Orig. hom. 1. in Cant.

85. Psalmo 102. v. 5. *Qui replet in bonis desiderium tuum; renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Quem locum de præsentis vitæ tempore interpretatur Lorinus. Num præsentis vitæ iuuentus sisti potest, ne transeat ad virilem ætatem, aut defectam senectutem? aut si semel transiuit, reuocari potest ętas irreuocabilis? Pierius Valer. lib. 19. refert hanc veterem lectionem, *Renouabitur iuuentus tua.* Opportuniùs S. Hieronymus apud Gasparum Graiar. non

Psalm. *Iuuentus pro senectute.* Lorin. Pierius.

Digitized by Google

Hier. Graiat. in c.1.Mich. non legit *renouabitur vt aquilæ iuuentus tua*, sed *senectus tua*. Id est, ita senectus ipsa renouabitur, vt senectus refloresçat in iuuentutem. Quasi foret idem senectus & iuuentus; & in viro bono senectus sit synonimon iuuentutis. Et virtus curat incurabilem senectutis morbum. Quod dixit supra Tertullianus, *Anni recurantur*, vel vt alij scribunt, *Anni recusantur*. Anni enim indicant, & indicant senectutem, & de illa præscribunt diuturnitate possessionis. Itaque in homine pio, & sancto recusantur anni, ne senectutem indicent, & indicent, & ne præscribat senectus. Nam etiam in senectute *renouabitur iuuentus tua*: quia *anni recurantur*, aut *recusantur à virtute* quæ caret tempore.

86. Hinc pronum est plures animare ad pietatis ærumnas, quos exanimat temporalis vitæ amor, & præproperæ senectutis timor. Nolunt pietatis molestias, ne immaturam accersant mortem. Imò à virtutis incommodis propagabunt iuuentutis felices annos. Omitto plura, quæ vbertim suppetunt exempla è vitis Patrum. Percrebuit opinio eorum, qui censent centesimo quadragesimo ætatis suæ anno Iobum subiisse diras ærumnas, quas passus fuit à malo Dæmone. Sic dæseuiit in Iobum tunc grandæuum, vt tantùm non mortuus fuerit acerbitate dolorum, cap.42. vers.16. dicitur, *Vixit autem Iob post hæc centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem*. Super quibus verbis ita scribit Nizetas: *Etenim si post detractam calamitatem Iobo duplicata omnia fuerunt, quin anni quoque duplicati sunt, dubitari non debet*. Nimirum à calamitate Iobo duplicantur anni. Et qui dum tot calamitates subiit, penè consummauerat vitæ periodum; ab ærumnis, à molestiis, à plagis, à calamitatibus piè exantlatis geminat vitæ annos: & iam ætate senex, renouatur in annos iuuentutis, resculpit denuò floridam ætatem, & ærumnarum felici malo faustè ægrescit ad iuuentutem. Quod de ceruo dixit Tertullianus: *Taceo*, inquit, *ceruum, quod & ipse ætatis suæ arbiter, serpente pastus, veneno languescit in iuuentutem*. Sic Iobus dum veternosi serpentis ærumnis ad satietatem pascitur, molestiarum veneno senium deponit, & restaurat iuuentutis annos, arcanè languescens in pristinam iuuentutem ad ipsum de serpente eleganter dixerat idem auctor his verbis: *Nominandus est serpens: nam & quod sortitus est conuertit corium, & æuum. Siquidem vt senium persensit, in angusta se stipat, pariterque specum ingrediens, & cute egrediens, ab ipso statim limine erasus, exuuiis ibidem relictis, nouum se explicat; cum squammis & anni recurantur*. Itaque homo est suæ ætatis arbiter, & in senili ætate eualet virtutis artificio restaurare iuuentutis florem.

Iobus restaurat annos à calamitate.

Nizetas.

Iob.

Tertull. l. de Pallio, cap. 3.

Tertul. ibid.

87. Adde quemlibet non modò sibi, sed & Christo quodammodò, suæ pietatis merito posse ætatem facere. Audi S. Paulinum: *Christus siquidem in illo ipso homine quem gessit, ita in nostris mentibus, gradus quasdam corporea ætatis exequitur. Nascitur, crescit, roboratur, senescit. Sed orandus ne in nobis diu, aut iugiter paruulus, & infirmus, & pauper sit*. Quin & hominis robustior, aut imbecillior pietas, dat meritis ætates quasdam, vt dixit S. Maximus: *Habent*, inquit, *merita ætates suas; nam & senectus morum inuenitur in pueris, & innocentia infantium reperitur in senibus*. Ergo vir bonus semper iuuenis est, iuuenis ætatem in eo habet Christus, & merita iuuenescunt, & vigent ad æternaturas cæli glorias? O quis non ambiat hanc à moribus iuuentutem. Virtus ætates cudit.

Christus in nobis ætates suas habet. Paulin. ep. ad Sulpit.

Maxim. hom. 4. in festo Paschæ.

§. XIX.

Capitis pretio emenda corona non est.

Erant hominum studia: voluptas imposturam facit, blanditur libido, subornat ambitio: hallucinantur humana desideria; vilia æstimamus; suspiramus noxia; ambimus nociua: & magno emimus, quod ignoratur an vsui futurum sit, an possessum prosit. Lucæ 14. v. 18. Opulentus ille homo cœnam magnam fecit, inuitauit non paucos, ex quibus non nemo sic se excusauit: *Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam*. Planè insipienter dictum, & factum. O inexcusabilis excusatio! Rem emit, & post emptionem vadit videre illam? ô homo mentis omninò expers, pretium dedisti pro re inuisa? Priùs oculis videnda villa erat, & exploranda fundorum vbertas, &c. & mox emenda: stolidè dedisti priùs pretium, & posteà is videre quid sit, pro quo iam pretium dedisti: Quid si tibi non placet? num poteris rescindere contractum? Præstaret priùs vidisse, & diligentiùs explorasse, & tunc dignam fundo offerre pecuniam. Ergo siue *villa nomine designetur terrena substantia*, vt existimat S. Gregorius; siue *in villa empta dominatio notetur*, vt interpretatur S. Augustinus, *Castigatur superbia*, & humana auaritia stultitiæ damnatur; quippe quæ rem, quam ignorat, emit. Planè decipitur qui pro re inuisa, & ignorata pretium obtulit, & deceptionem mercatur, qui sic emit. Se ignorat qui terrenam substantiam sui inedia emit; qui honores ambitione mercatur, sponte decipitur, ô stolide, quid emis diuitias, & honores laborando, sudando, (citò dicam) moriendo? Conaris vitâ emere quibus sine vitâ frui non vales: acquirendo, & ambiendo, te interimis? si vitam ambiendo prodigis, quando, & quomodo potiêris opibus, & honoribus vitâ partis? Bellè Tertullianus: *Non emo capite coronam*, (sic scribit aliquis apud Cerdam ibi:) Quid augustius? quid appetendum magis quàm corona? siquidem regij honores, & opes omnium desideria occupant. Summa felicitas in purpura est. Quid dabitur pretij ad coëmendum regnum? Nihil est in rebus, quod æquale pretium sit ad mercandam coronam, quia nihil æquo in pretio habetur apud homines. Et iure quidem: nam si quid valent humanæ res, purpura vnicè valet. Hæc nobilior dignitas, summa potestas, nulla subiectio, augustior honos, opulentiores diuitiæ, & (vt paucis dicam) apud homines summa felicitas. Sed quò pretio coëmenda est? Puto quolibet quantumuis maximo, si vnum excipias caput. Porrò corona capitis ornamentum, & insigne est. Vnde si caput das in pretium, inutilis tibi corona erit. Nam corona in manu otiatur, in collo degrauat, in pedibus squalet: vno in capite enitet, radiat, fulgurat. Ergo si caput in pretium das, non habebis vbi reponas coronam. Ergo *non emas capite coronam*. Non emas salute voluptates: quia si salute cares, nulla voluptas iucunda est. Non emas morte opes, quia defunctus non fruitur diuitiarum fructu. Non emas vitâ dignitates, quia cadauer honores negligit, ambitionem nescit. Ergo stultescit qui *emit capite coronam*. Saul quondam, 1. Reg. 18. v. 25. promisit Dauidi filiam Michol, quam mox inuidus Dauidicæ gloriæ negauit homini priuato. Adhuc ambibat Dauid nuptias Michol: & tandem annuit malè callidus Saul. Mutat mentem, vt perseueret in dolo

88.

Lucæ.

Voluptas ignorata stultè emitur.

Gregor. August. de verbis Dom. serm. 33.

Non est emenda capite corona.

Tertull. Apol c. 42. Cerda.

89.

1. Reg.

Digitized by Google

Vita pretio emit Dauid nuptias. Baſil. Seleuc. Orat. 16. dolo: fraudem diſſimulat, vt ſe beneficum ſimulet. Acutè ſuper hac re Baſilius Seleuciæ Tertulliano alludit, ſic fatus: *Inuiſo Dauidi filiam dare vult, non quò exoſum honeſtaret, ſed vt filia nuptiis cædem emeret.* Scilicet affectabat Dauid Micholis nuptias, vt regia affinitate nobilitaretur, vt potiretur deliciis venuſtiſſimæ feminæ: ſed inſcius, ſui ipſius cæde emebat honorem, & voluptatem, vitæ pretio mercabatur cupiditatem, deſpondet centum Philiſtinorum præputia, id eſt, occiſos à ſe Philiſtæos, vt honorem, & voluptatem emat. O contractum doli, & periculi plenum! Sui ipſius periculo ſeu cæde emit voluptates, & honores? vitâ propriâ coëmit ambitionem, & luxum vitæ? ſi vitam amittit, quâ vitâ fruetur vitæ deliciis? Stultè emit, qui *emit capite coronam.* Ergo prudenter Iuditha hic verſ. 12. recuſat probro gloriam emere, & honoris iacturâ mentitum honoris faſtigium.

---

§. XX.

Humana malitia alienam vitioſitatem procurat ad ſolatium, ſeu excuſationem propria.

90. Politico Chriſt. c. 21. SÆpè res diuerſa, imò contraria de peruerſo auxiliatur, ſæuiendo blanditur, nocendo prodeſt. Nom iam Stoïca, ſed Chriſtiana vox eſt: *Multorum innocentia & virtus lateret, niſi accepiſſet iniuriam: illuſtrauit nimirum fortuna plurimos, dum vexat.* Non vexaſſet, & non illuſtraſſet, & ita iacerent ſine iniuria: paſſi iniuriam ſunt, ſed gloriam conſecuti ſunt. Quin & vexatores & exprobratores gloriam ſibi parare peruerſè exoptant ex alienâ vexatione & iniuriâ: ex quibus fabricant vel commendationem ſui vel excuſationem ſuorum defectuum: nam communio vitiorum propriam malitiam extenuare videtur; & inde ſeſe fulciunt defectu alieno. Verùm ille ſecurus viuit, qui ſuis, non alienis innititur: futilis & caduca gloria eſt, quam quiſque ex alieno opprobrio metitur. Mentitur ille virtutem, magnitudinem, eruditionem, ornatum, qui alieno bonus, magnus, doctus, ornatus eſt, neque ſtare hæc poſſunt, nec poſteritatem pati. Suo magnus ſit qui magnus eſſe volet, & ex ſe naſcentibus magnitudinem paret. *Inuidia fulcitur aliena imbecillitate.* Malè virtutis gloria fundatur in alienâ iniuriâ, ſeu malitiâ. Num tu bonus eſſe poteris, quia alius malus eſſe vult? Improba tui excuſatio eſt, quæ accuſat alienam improbitatem. Tua malitia Tertull. adu. Hermog. c. 1. malitioſè gratulatur alienæ. Sunt (ait Tertullianus:) *Qui & maledicere ſingulis officium bonæ conſcientiæ deputent.* ô immunda conſcientia, quæ aliena conſpurcat, vt mundet ſuam! Vbi ſunt (inquit Nazianz. S. Nazianzenus Orat. 10.) *qui res noſtras tam honeſtas & laudabiles, quàm cum vitio coniunctas, obſeruant, non vt eas expendant, ſed vt improbent, nec vt nobis gratulentur, ſed vt inſultent; atque & ea quæ laudem merentur, calumniando deprimant, & quæ reprehenſione digna ſunt, Tragicis verbis exaggerent, ac injectandis proximorum erratis, excuſationem vitiis ſuis quærant?* Imbecillium robur eſt, quod de aliena imbecillitate armatur: infelix virtus eſt, quæ alienis vitiis felicitati procurat: adumbrata ſanctitas eſt, quæ prænitet aliorum delictis.

91. Sodomitarum regio, luxuriæ fomite materiam ſuppeditante flammis, è cælo decinereſcit; & homines in fauillas redacti, fatiſcebant in vagum puluerem: Salſeſcit in valle curioſa temeritas vxoris Lot; laſciuit in monte filiarum inceſta libido, auſa pium inceſtare patrem. Nam dum duæ Loti filiæ feminea leuitate exiſtimarent, non tantùm finitimas regiones, ſed & remotiſſimas quoque cæleſtis gehennæ incendio periiſſe, vt optatam ſobolem poſteritati mitterent, brutum facinus ingeminantur. Geneſeos 19. v. 31. *Dixitque maior ad minorem: Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ. Veni, inebriemus eum vino, dormiamúſque cum eo, vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen.* Hoc prætexunt nomine culpam: aiunt ſe prætendere æternum patris monimentum in ſobole, & ipſæ igniculis luxuriæ actæ, licentiam luxuriandi faciunt pietatis prætextu. Rem malè cogitatam, peius executæ ſunt: ſucceſſit votis euentus. Ab ebrio & inſcio patre, filia natu maior conſtupratur, inceſtatur, impregnatur: tandem naſcitur Moab, Moabitarum pater, & princeps. O fœdum & execrabile facinus! Ergo ibi ſiſtenda foret feminea libido, & inſania. *Excuſationis ſtudium ex proco lenonem facit.* Verùm *Alterâ quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo.* Multâ admiratione dignum eſt, maiorem 92 filiam, quæ ſe iam concepiſſe ex patre nouerat, ſorori ſeriò perſuadere amplexum libidinis cum viro, quem adeò ardenter expetiuit ad luxum, vt caſtas naturæ leges conſtupraret audacter. Porrò ſi ſobolem ſeu hæredem quærit, adeſt Moab, princeps familiæ ſoboles, etſi ex infami inceſtu: ſi optat parentis Lot monumentum, in vtero geſtat Moabum, vbi æternabit patris nomen, imò infamiæ titulus. (Quis verò ex infamia captet gloriam?) Profectò miriſſimum eſt, amicam ſeu ſcortum procurare adamato viro aliûs iunioris feminæ amplexus. Hæcne amans, an amens? Vbi ſunt ſuſpicionis iræ? vbi zelotypiæ furor? vbi ambitio ſingularitatis? vbi impatientia conſortis? Planè inſolens eſt ſcortum lenocinari ſcorto, vt cum a ſe adamato viro luxurietur. Verùm enimuerò femina hæc ætate maior, culpâ prior, non tam expetit conſortem amoris, quàm malitiæ: nequit eſſe ſola in delicto, quæ fuerat in malitia prior: cedit zelotypiæ furor ſtudio conſortis: ne ſola dicatur in crimine, ſi parem malitiam non procurat. Proprium facinus excuſare ſtudet ſororis facinore. Pietatis nomine meram impietatem ſorori ſuadet, vt ex aliena damnatione excuſet ſuum damnandum flagitium. Opportunè S. Nazianzenus: *Mihi vero* (inquit) *ad improbos & malignos oratio eſt, qui ex eo quod alios calumniis inceſſunt,* & criminibus onerant, *vitiis ſuis opem ferre moliuntur.* Naz. Orat. de laudib. Baſil. Et in re non abſimili, ſic pergit eleganter Orat. 1. *Omnes hoc nomine pij ſumus, quia alij alios impietatis damnamus. Huc accedit, quod alij aliorum peccata obſeruamus, non vt lugeamus, ſed vt exprobremus: neque vt medicinam afferamus, ſed vt nouum vulnus infligamus: atque à proximorum vulneribus excuſationem vitiis noſtris petamus.* Planè ſic ſtudioſè id expetit homo, vt ex proco lenonem faciat: quæ eſt maxima huius pernicioſæ paſſionis hyperbole.

Tertullianus, ſic fatur ad Gentes, quæ Idololatriæ priuilegio vitioſiſſima colebant numina: *Sugillatio,* inquit, *eſt in cælo veſtra iuſtitia.* Nam Gentiles impiè damnabant crimina in hominibus, quæ colebant in Diis: pudendos enim adorabant Deos. Saturnum in filios impium, Iouem aduersùs coniugia adulterum, Herculem, & Bacchum violentis rapinis, & ſceleſtis necibus nobiles, Venerem ſcortatione infamem, & alia eiuſdem fæcis numina. Ni- 93. Tertull. Apol. c. 11. *Excuſandi ſtudium ſugillabit cæ-tes.*

mitùm

Digitized by Google

mirùm pro arbitrio suo, ad suum egregium placitum fingebant, quos venerarentur Deos, vt excusarent in se ipsis, quod populari veneratione colebant. Malebant esse in cælum impij, quàm sibi non satis prouidentes excusationem facinorum: detrahatur religioni, quod excusationi adiicitur: sit cælitum vitiositas patrociniũ humanæ malitiæ. Quod
Nazianz. disertè opplorat S. Nazianzenus Orat. 1. de Theologia: *Iam vitiosissimi quique vitia ipsa, fœdos affectus, Deos esse censerunt, aut certè sub Deorum nomine coluerunt. Iram nimirum, Cædem, Libidinem, Temulentiam, reliquáque eius generis: non æquam neque honestam scelerum suorum excusationem nacti.* Ergo apud Ethnicos virtus sugillat cælites, quos vitiis ignes faciunt, vt sibi faciant vitiorum excusationem. Heu! humani criminis excusatio, vel cælites ipsos accusaret excusationis libidine! Sic volupe est hominibus, propria crimina aliorum criminatione excusare, vt placare possit zelotypiæ iracundiam, & cælites intemperantiæ accusare!

94. Luca. *Aliorum interius excusamus nostra delicta.*

Lucæ 1. vers. 6. Inchoat Euangelista Zachariæ & Elizabethæ elogia, inquiens: *Erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela.* Quibus, quæso, euidentioribus verbis potuit Euangelista extollere vtriusque sanctitates? Singula multam habent emphasim ad laudes, quæ commentatores multis expendunt. Verùm S. Ambrosius præsagâ mente iugulat maledicentiam Hæreticorum huius æui, qui
Maldon. (vt tradit Maldonatus ibi) contendunt etiam virtutis proceres sanctitatem habere imputatam; vitiositatem veram, & agnatam. Quid armauit Hæreticorum linguas, vt sic inuehantur in senes immeritos, pios, sanctos? Quam ob causam illorum virtu-
Ambros. tem infuscare exoptant? Optimam tradit S. Ambrosius præfata Lucæ verba exponens: *Quid ad hoc referunt, qui peccatis suis solatia præferentes, sine peccatis frequentibus, hominem putant esse non posse.* Scilicet aliena virtus exprobratio est hæreticæ vitiositatis: inde in sanctissimis viris fingunt delicta, quibus consolentur sua, suísque peccatis sibi blandiuntur, dum accusant aliena, quò propria excusent. O futile ingenium malitiæ!

Infamatio aliena, excusatio est nostra.

Celebris quæstio est apud Matthæi, & Lucæ interpretes, cur de virgine maritata Christus Deus nasci voluerit. Multas rationes agglomerant commentatores, vsque ad nauseam lectoris. Plures, & pulchras adducit S. Ambrosius, ex quibus vnam seligo ad rem præsentem peraptam. *Nec docuit* (ait
Ambros. l. 2. in Luc. Ambrosius) *sinistrâ virginibus opinione viuentibus, velamen excusationis relinqui, quod infamata quoque mater Domini videretur.* Quasi dicat: Adeò procliue est hominibus alienâ criminatione crimina excusare sua, vt oportuerit Mariam (quæ virginitatis est typus, & castitatis meta,) nisi maritatam non parere; ne virgines nomine, re non virgines, vt infamiam suæ impudicitiæ excusent, accusarent vel ipsam Deiparam de non benè opinatâ pudicitiâ Tam proni sunt homines ad excusandam suam libidinem, vt vel Deiparæ virginitati detraherent, si vel leuicula occasio, vel perexiguus rumusculus subortus olim fuisset, de non legitima parturitione.
Ambros. *Maluit autem Dominus aliquos de sui ortus, quam de matris pudore dubitare.* Animaduertit Dux Assyriorum, & Persarum (Assyrios autem & Persas esse intemperantissimos, vberi. constat ex vtrâque eruditione: & nonnulla super hâc re libauimus,) Hebrææ feminæ pudorem, & mittit lenonem Vagao, vt illam pelliciat ad libidinis impudentiam. Putas ex solâ libidine luxuriandi lenocinantur Iudithæ? Imò rem inhonestam honestate prætendunt, si plures à lascinia inhonestentur. Attende ad verba Holofernis hìc vers. 11. *Vade,* inquit, *& suade He-* Iudith.
bræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios, si femina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat. Ecce tibi non tam Holofernes exagitatur flammis libidinis, quàm libidine excusandæ suæ intemperantiæ de communi lasciuiâ. Solatium propositæ luxuriæ quærit, cùm alienam procurat. Ne fœdum sit apud te, quod alij fœdi non sunt. Quis enim pulcher est de alterius fœditate? Pudeat Christianum hominem esse Holofernis parem, & malitiæ æmulum.

---

§. XXI.

Lasciuia cadauer rationis est, stultè ingeniosa.

Libido est quædam mentis lippitudo: ingenij aciem retundit lasciuia, & mentem hebetat; 95.
stultescit à bruta passione, quâ affinis est bestialiori pecori: cæcutit Impudicus in meridie. Pauli- Paulin. ep. 2.
nus: *Intemperantiæ cæcitatem* dixit: Et iure quidem desipere dicitur à passione pecuinâ, & cæcâ. De
Samsone sic fatur Drogon: *Amasti mulierem non* Drogon. lib. de Sac. dom. Pass.
amantem te, sed persequentem, vt propter amorem eius sapientia tua stultesceres, & fortitudo tua infirmaretur. Samaritis illa mulier non malo ingenio prædita; benè prolixum sermonem cum Christo nexuit; inter loquendum ait ad illam IESVS, Ioann. 4. vers. 15. *Bene dixisti quia non habeo virum, quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes non est tuus vir. Dicit ei mulier: Domine video quia Propheta es tu.* Mirum est, quod hæc mulier sibi persuaserit esse Prophetam, quia eius publicam impudicitiam nouerit. Quid enim tam notum in vrbe est, quàm ciuium luxuria? Erat Samaritis scortum publicum prostitutissimi pudoris, cum quinque viris impudicissimè agens; quid vulgo notius? & tamen ipsa miratur id non latuisse Saluatorem; & inde colligit esse prophetam, quia scit prostibulæ luxuriem, quem nemo nescit: per arcanum prophetiæ instinctum existimat innotuisse impudicitias, quas nemo ignorat. *O intemperantiæ cæcitatem!* ô libidinis stultam insipientiam! Lucæ Luca.
15. vers. 13. Filius ille prodigus *Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.* Prodigúsne dicendus, qui exiguum censum dissipauit? ampliores facultates prodigalitas expetit, quas expendat. Titus Tit. Bostr.
Bostrensis sic inquit: *Dissipans substantiam suam viuendo luxuriosè. Vnde denominatus est prodigus dissipans substantiam suam, id est, intellectum.* Nempe viuendo luxuriosè non tam dissipauit censum, quàm intellectum, qui à lasciuiâ stultescit; imo obbrutescit. Bellè Philo inquit; *Super* Philo l. 2. allegor.
pectus, & ventrem tuum gradieris: circa has enim partes stabulatur affectus hic. Loquitur de voluptate libidinis, quæ more pecudis bruti fatuè stabulatur.

Cæcitas luxuriantis impudicitia. Ioan.

Amnon Dauidis filius deperibat Thamar virgi- 96.
nem venustissimam, & Gratiarum manibus factam puellam, ægrotabat desiderij febribus, æstuabat impatientia libidinis: callidè nactus est occasionem fruendi cupitis feminæ amplexibus; Virgo Thamar stuprum recusabat, sic aiens ad Amasium,
2. Reg. 13. vers. 12. *Noli facere stultitiam hanc.* 2. Reg.
Stultitiam appellat libidinem? ô quot homines sapientia

Digitized by Google

Luxuria cadauer rationis est.

sapientiâ claros stultitiæ insimulat Thamar! Si impudici stulti sunt, quis inuenietur sapiens? & iure quidem optimo libidinem appellat *stultitiam*, nam lasciuia bruta passio est, stulta, & bestians. Deficit ab hominis generositate in pecuinos mores. Sapiens à lasciuia desipit, è libidine rudis est; & quasi rationis expers, planè stultescit. Negat hominem qui Veneris delicias intemperanter nouit. Præclarè Clemens Alexand. *Qui fornicatur, Deo est omninò mortuus, & à ratione tanquam à Spiritu, vt cadauer, relictus est.* Scilicet impudicus homo, quà talis, homo non est, sed *à ratione cadauer relictus*. Itaque cadauer rationis est homo intemperans, nam hominis vita ratio est; ergo qui libidinis *stultitiam facit*, Ratione vt vitâ functus, cadauer Rationis est: nec plus vitæ rationalis in illo superest, ac in trunco, & deformi cadauere. A libidine enim deperdit homo Rationis vitam, & cadauerascit in stultitiam. Quid opportunius dici potuit pro hac re? Nam vt rectè Philo: *Dum voluptas vincit, exulat ratio.* Vnde vulgò circumfertur ex Seneca: *Mortifera ingeniis luxuria est.* Quasi luxuria sit ingenij interitus, & rationis extinctio.

Clem. 2. Pædag. c. 10. — Philo suprà. — Seneca.

97. *Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro est.* Genes. 6. v. 3. Homo à luxuria carnalis dicitur, at caro non est, nisi fortè à luxuria spiritualis animus degenerat in carnalem: S. Chrysostomus: *Qui carnis operibus se totos dedunt, & animæ substantia abutuntur, & quasi sola carne circumdati carent anima, sic vitam suam absumunt. Quemadmodum autem Paulus dixit: Vos non estis in carne, eo quod carnalia despiciebant, sic de illis dictum est; eò quod ipsi sunt carnes. Nam licet animam rationalem haberent potiorem sui partem; perinde tamen viuebant sine ratione, ac si sola carne constarent.* Nimirùm sic luxui erant dediti primæui illi homines, vt arcana quadam Veneris metamorphosi, anima quasi obbrutesceret in carnem; vnde caro dicuntur, ac si sola carne constarent. Pulchrè Ætius, sic inquit de Venere: *Neque ad sanctitatem conducit, neque ad animæ ratiocinationes, sed congelat quodammodo, ac stupefacit intelligentiam.* Ecce amantes ab amore amentes, à Venere stupidos. Sic hic Xerxes seu Nabuchodonosor, alioqui bono ingenio præditus, stolidissimus factus fuit à Venere, & nimia voluptate. De eius intemperantia satis sit dicere, proposito edicto præmium promisisse cuicumque nouum voluptatis genus inuenisset. (De quo Valer. lib. 9. cap. 1. & Tullius lib. 5. Tuscul. quæst.) De eius stoliditate, sat multa Herodotus lib. 7. Vnde hîc vers. 3. dicit se velle totum orbem suo subiugare Imperio; & mox se adorari quasi vnicum cæli, & terræ numen. Scilicet voluptatis luxuriantis libido hominem ferè dementauit, & relictus est rationis cadauer. Sic lasciuus dediscit hominem; & vt brutum pecus stultescit.

Genes. — Chrysost. hom. 22. in Genes. — Ætius Tetrab. 1. ser. 3. cap 8. & Tetrab. 2 serm. 2. cap. 23. — Valer. Tullius. Herod. Iudith. Aristot.

Adde ex Aristotele Problematum sectione 30. eos, quibus atra bilis permulta, & calida, esse *ingeniosos & amasitos*; quasi temperies, quæ titillat libidines, acuat mentes. Et Tertull. profundè dixit, *Lasciuia ingenia.* Scilicet libido est, & acutè bruta, & stultè ingeniosa. O quot amorum artes argutè excogitat Venus! Hic, hic est Nabuchodonosor, de quo in 1. cap. v. 5. prima fit mentio à natura ingeniosus, à libidine stolidus: vel potiùs stolidè ingeniosus. Et Holofernes hîc v. 12. specie honoris Iuditham constuprare procurat, ingenioso mendacio.

Tertull. Apol. c. 15. — Iudith.

§. XXII.

Luxuria cordolium est, pestis viuax, peruersus baptismus, & crimen læsæ maiestatis diuinæ.

Luxuria aliquo elegantem bona.

LVxuria vnicum vitium est, neque ab obiecto suo maximum: neque eius causa semper est tota rea: nam nimia humanæ naturæ propensio, etsi delictum non excuset, minuit delinquentis malitiam: sæpe enim reluctans vltrò raptatur homo libidinis impetu. Nihilominus hæc culpa non summa, summè deprauat delinquentem. Homo impudicus cæcus dicitur à Paulino: *Intemperantiæ cæcitatem* appellat; nempe ab intemperantia orbatur diuina luce, & cæcutit lasciuiæ meris tenebris. Cæcitati Paralysim addit: *luxuria paralysim*, inquiens: nam qui libidine laxatur, torpescit totus; & hominis amittit munia, & trunco similis redditur ad virtutes inutilis. Clem. Alex. *Paruam epilepsiam dicebat coitum.* Quod morbi genus tam triste, tam ærumnosum, tam exitiale est ac comitialis morbus? Cerebrum principem hominis partem inuitiat, cordolium efficit, ad mœstissimas tristitudines cogit, furores excitat, sensum adimit, vitam interrumpit. Ita vt Epilepticum, cadauer viuum credas: Cadauer quia homo viduatur sensu; viuum quia fœdo tremore & artuum concussione ad mortem viuescit miserè. Sic *viuax pestis* appellatur à Basilio Seleuc. Cæterum dolentioribus morbis salutis arridet spes, quæ leuat ægritudinis molestias: at luxuriam, *Abderites existimabat morbum immedicabilem.* Sic refert Clemens 2. Pædag. O quàm rarò conualescit homo à libidinis morbo! inter mortuos deputetur; *Qui fornicatur* (adhuc loquitur Clemens;) *Deo est omninò mortuus, & à ratione tanquàm à spiritu, vt cadauer relictus est.* Nonne immedicabilis morbus est, qui à lasciuiæ æstuanti febri hominem vertit in cadauer, & sepelit libidinum volutabris? Vnde homo impudicus, ac si iam vitâ functus esset, cum ardore luxuriæ, æterna gehennæ incendia anticipato supplicio quasi experitur. *Calor iste desiderij carnalis* (verba sunt S. Zenonis Veronensis) *furórque libidinis temporalis, æternum gehennæ ignem, & vltricium flammarum promulgabit incendia.* Quasi iam lasciuus experiri incipiat ferales inferorum flammas. Tam desperatus morbus reputatur à Patribus! Caue, caue, ô homo à cognatis ardoribus lasciuiæ, & gehennæ. 98.

Paul. ep. 12. — Paulin. suprà. — Clem. Alex. 2. Pædag. c. 10. — Basil. Seleuc. Orat. 5. — *Abderites apud Clem. suprà.* — Clem. — Zeno serm. 10.

Luxuria est matrix omnium delictorum.

Verùm indagare lubet, vnde moueat tantam malitiam, culpa de se non impiissima? Planè impudicitia depopulatio est omnium virtutum, & vitiorum omnium temerarius vigor. De impudica illa femina inquit Euangelista Lucas cap. 7. vers. 37. *Ecce mulier in ciuitate peccatrix.* Existimaret aliquis iniurium fuisse Euangelistam in Magdalenam, nam τὸ Peccatrix omnia peccata videtur amplecti; ampla quidem vox est, & omnia peccatorum genera capiens. Et tamen huius feminæ, aut à procacitate licentiam, aut à libidine intemperantiam, denotat. Iniquè cum illa actum videtur: siquidem vnicum luxuriæ vitium publicatur *Peccatricis* vocabulo, quod capit omnia delicta. Aut prodit Euangelista occulta Magdalenæ crimina, aut eam notat propter flagitia, quæ fortè non commisit. An iniquitatis damnandus Euangelista est? An ab arcana sapientia admirandus? Enimverò vnicum luxuriæ delictum delictorum omnium vitium est: 99.

Lucæ.

Digitized by Google

est: nam vsque adeò agnatæ sunt libidini temeritates vitiorum omnium, vt idem reputetur appellare, aut impudicam, aut *peccatricem*: impudicitia enim omnium delictorum aut origo, aut consummatio est. Vnde idem fuit dixisse de femina illa, quòd fuerit *peccatrix*, ac scortum, quasi vsurpasset vocabulum synonimum. Fallor si huc non alludit Clemens Alex. cùm agens de impudicitia, sic fatur: *Qui in hanc tingunt intemperantiam, ex temperantia in fornicationem baptizant, voluptatibus, & vitiis esse indulgendum decernentes.* Et sane arduum est intellectu, quomodo luxuria baptizet: quis vnquam vel licentiâ hæreticâ tale baptismi genus effinxit? Porrò baptismus Christianismi character est, cæli ianua, auspicium amicitiæ diuinæ, delictorum diluuium, reatuum oblitteratio, virtutum infusio, & sanctitatis diuinus vigor. Hæcne est fornicatio? Est, est quidem, sed peruersè. Nimirum quòd baptismus est in bonum, id quodammodo est fornicatio in malum. Nam libido character est reproborum, inferorum ianua, auersio à Deo, ardor vitiorum, gehennæ incendium, delictorum vigor, & infusio vitiorum. *Tingit* enim suo modo libido, *& ex temperantia in fornicationem baptizat*: quasi infundens reliqua vitia, vi peruersi huius baptismi. Ergo idem est dicere, *Peccatrix*, ac inhonesta: nam intemperantia, quasi quædam vitiorum infusio, & consummatio est.

Luxuria est peruersus baptismus. *Clem. 3. Strom.*

100. Longum esset recensere quomodo omnia vitia inferat peccatrix libido: singulare quoddam delictum hîc dabo, & quidem criminosissimum, & infensissimum, & exaggerationi pœnâ dignissimum: & ita explico locū Tertulliani in paucis celebrem: Magnus hic auctor: *Quid? quod corpus impurum, & ad istam artem effeminatione productum, Mineruam aliquam præsentat: nonne violatur maiestas; & diuinitas constupratur?* Aliàs explicui quo sensu ab hominum libidine quasi constuprari dicatur Christus Deus. Nunc enucleandum est quomodo *Maiestas violetur* impurissimorum hominum effeminatâ libidine. Num luxuria crimen est læsæ maiestatis? valde ab hoc sensu culpabitur impudicitia. Sed quâ ratione libido potest esse maiestatis crimen. Qui fieri potest vt homo ob impudicitiam aut rebellet in Deum, aut deficiat à numine? Num impudicitia crimen est læsæ maiestatis, quia impudicus in Christi Dei munditiem limpidissimam iniurius est, illum quodammodò maculans eadem labe? Ita videtur indicasse Anastasius Nyssenus quæst. 6. inquiens ex Apostolo: *Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis?* 1. Cor. 6. v. 15. Sic ait Zeno Veron. *Et Dominus sumendo carnem totius humani generis, peccatorum est sordibus obsoletatus.* Nempe sordibus impudicitiæ. Nostro modo concipiendi loquuntur Patres: aut quia Christus super se tulit peccata, vt pro illis faceret satis Deo. Et humana libido iniuria erit in Christum Deum, audens quodammodò deuenustare eius honorem, & gloriam limpidissimi nitoris. Nisi fortè dicatur lasciuia crimen læsæ maiestatis diuinæ: quia libido humanam naturam *aliam facit*, vt inquit Basilius Seleuc. Et ita per luxuriam alienata ab auctore suo, quodammodò deficit, & in eum rebellat; quia iam aduersarij Satanæ partes agit, candidatus Dæmoniacæ gehennæ, & muneris, sub vexillo enim Satanæ militans, ipsi, non Deo meret. Quasi luxuria rebellio in Deum sit, & defectio ad inferni phalangas. Vnde à lasciua impuritate *Maiestas violatur*: & sic crimen est læsæ maiestatis. Quod cernere licet in impudico Holoferne hîc v. 16.

Tertull. Apolog. cap. 15. *Luxuria crimen est læsæ maiestatis diuinæ.* *Anast. Nissen. Zeno.* *Seleuc. Orat. 12.* *Iudith.*

§. XXIII.

Adsitne gratiæ diuinæ, astutia Serpentis, & aliqua quasi Satanæ sagacitas, sed ad bonum?

101. NAtura humana de se nimis callida est ad malum: & callidior fit malo dæmone instigante ad astutias malitiæ. Ergo non modò bonitate sed quasi calliditate gratiæ muniendus est homo aduersus astutias malitiæ. Nam si iniquitas in malum astuta est, necesse est vt Gratia sagacissima sit in bonum. Et sicut iniquitas nimium excellit ab astutiis malitiæ: sic excellat Gratia quodammodò sapiens easdem astutias; ac si mutuam sumat à malitia quasi calliditatem, & ferè cauillos nequitiæ, sed ad bonum. Notæ sunt ex Genesi 27. v. 35. Rebeccæ fraudes; (piæ, an impiæ, alibi disputatur,) quibus mentitâ Esaü specie, etsi voce prodente mendacium, adeptæ sunt Iacobo benedictionem, etiam renuente Isaaco benedicturo, & fraudem attestante, cùm inquit: *Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.* Verùm Hugo Cardinalis dilectus Gratiæ diuinæ contemplator, sic inquit: *Sicut Iacob Rebecca mater adiuuit; sic mater Gratia diuina nos custodit.* Ecce tibi diuinam gratiam comparat Hugo Rebeccæ arti, seu astutiæ. Porrò iis artibus vtitur gratia ad alliciendos vel inuitos homines ad virtutem: tam profundè quasi astuta est, vt fraudes, & dolos malitiæ piè æmuletur: Est itaque Gratia astutè pia, fraudulenter sancta, & vaferrimè religiosa, religiosissimis quasi technis sagacissima.

Diuina gratia est piè astuta ad alliciendos homines. *Genes.* *Hugo ad 1. cap. Matth.*

102. Vaferrimus ille, & veterator serpens, Genes. 3. 1. *Callidior cunctis animantibus terræ*, humanæ naturæ deprauator, & sanctitatis euersor fuit. Ergo malæ rei malus & infaustus typus erit Serpens; & tamen Ioannis 3. vers. 14. legitur, quod serpens figuram præferebat Christi Domini: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto; ita oportet exaltari filium hominis.* Quid enim commune esse potest Christo Deo cum serpente seu paradisiaco, qui seduxit protoparentes, siue æneo, aut venenato, qui momordit in eremo Dei populum? Christúsne serpenti similis, serpenti inquam, sagacissimo, & astutissimo belluarum, humani generis seductori? Rupertus ad præfata verba Ioannis, sic scribit: *Ergo in Christo, serpentis similitudo quædam existit: quia nihil aliud de illo dici, vel æstimari valebant, nisi magnus est, seductor est. Et ipse quidem talis dici, & iudicari potuit.* Itaque iure Christus Dominus serpenti comparatur, quia serpentis artes imitatur; piéque fuit serpentinæ astutiæ æmulus. Eccli. 1. v. 6. *Radix sapientiæ*, (increatæ inquam) *& astutias illius quis agnouit? Astutias*, id est, *subtilitates* interpretatur Lyranus. Holcoth. verò prædicta verba ex mente Isidori 10. Etymol. cap. 1. ait: *Astutia aliquando dicitur dolosa deceptio*, iuxta illud Pauli 2. Cor. 11. v. 3. *Serpens Euam seduxit astutiâ suâ.* Ergo Ecclesiasticus subtilitatem gratiæ deprædicans, quasi serpentinam astutiam laudat in ea, religiosos dolos, & pias quodammodò fraudes? Diuinioris sapientiæ diuina gratia astutior est ad bonum, quàm est malitia ad malum? excellit astutias nequitiæ, & piis velut fraudibus vtitur ad pietatem? ingeniosè quodammodò decipit ad virtutem? Tam sagax, & subtilis est, vt astuta nuncupetur, & astutiæ serpentis æmula? Huc alludere videtur Petrus Damianus aiens: *Ad pulchrum nimis spectaculum hodiernâ festiuitate conuenimus*

Genes. *Quomodo in gratia est astutia serpentis.* *Ioann.* *Rupert.* *Eccli.* *Lyran. Isid. Holcoth.* *2. Cor.* *P. Dam. serm. 8.*

conuenimus. Videmus enim antiquum Draconem cum homine congredi: Videmus venenoſam calliditatem mulieris ſerpentis aſtutiâ ſuperari. Quid accommodatius.

103 Iobi cap. 1. verſ. 6. *Quadam autem die cùm veniſſent filij Dei, vt aſſiſterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.* Quiſnam fuerit hic Satan, qui diuinis conſiliis adeſt, non conuenit inter Commentatores. Referam (quam non approbo) ſententiam Steuchi, qui veroſimile putat *Satan* eſſe diuinam Nemeſim, aut iuſtitiam, quæ omnia luſtrat, & circumſpicit, & circuit vniuerſam terram: quæque vult nos eſſe Dei amatores, perfectos, & in aduerſis conſtantes. Et ad eam Nemeſis, & diuinæ iuſtitiæ perſonam accommodare nititur omnes interrogationes, & reſponſiones, quæ ſcribuntur in hoc Dei cum Satana colloquio. Num Dei perfectiſſimum attributum, quod omnia tentat, vt perfectos nos reddat, Satan appellarit? Satanæ nomen quadrare poteſt in perfectiſſimum Dei attributum, ſeu diuinam perfectionem, quæ ſollicita eſt de humana ſalute: Vel ipſum Satanæ nomen profanaret diuinitatem. Quid enim commune Deo, & Belial? luci, & tenebris; Deo, & Satanæ? Audiendus eſt Iuſtinus contra Tryphon. ſic inquiens: (quod ſatis ad rem præſentem, diſſoluit difficultatis propoſitæ nodum:) *Hæc*, inquit, *vox (Nas,) quod interpretatur ſerpens, Hebræis idem quod Satan valet: ita ex vtraque vnum vocabulum componitur Satanas.* Ad exactius explicandam diuinam Iuſtitiam, ſeu prouidentiam appellauit eam quaſi Satan, quod nomen aſtutum ſerpentem ſignificat? Ac ſi non ſatis explicaretur munificentia, ſeu prouidentia diuina, apud homines, iuxta modum concipiendi hominum, ſi bonæ bene rei nomina tantùm haberet, niſi ex aſtutiori Satanæ nequitia, mutuaret non aſtutam malitiam, ſed eminentiam aſtutiæ, quæ in malitia excellit, tranſlatam, ſeu accommodatam ad bonum? Num apud homines, cenſus bonitatis anguſtior eſt: anguſtiórque bonitas prædicatur: quæ ab exceſſu malitiæ eminentiam, & appellationem fœneratur? Et ita aſtutias Satanæ accommodat Steuchus Diuinæ perfectioni. (Sed viderit Steuchus quam excogitauit analogiam diuinæ prouidentiæ cum aſtutia Satanæ:) *nemo enim agnouit aſtutias ſapientiæ.* Aduertis ad aſtutias quas ingeniatur Gratia diuinæ prouidentiæ in Iudith? Lege verſ. 18.

Iob. *Adſunt gratia aliqua quaſi Satanæ ſagaciter, ſed ad bonum? Steuch.*

Iuſtin.

Iudith.

§. XXIV.

Homo, quia ex igneis moribus materiatus eſt, timeat à ſcintilla verbi inhoneſti.

104 HVmana caro fomes luxuriæ eſt: vnde vel ſcintillâ luxuriantis verbi incenditur homo, & miſerè conflagrat laſciuiæ incendiis. Adeo cauendum eſt ab obſcœnis verbis! Ad Epheſios 5. v. 4. *Fornicatio, & omnis immunditia nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos.* Vbi ſeriò vetat Paulus ne vel luxuriæ nomen, ſeu verbum minùs pudicum inueniatur in ore Chriſtiani hominis, ne totum exurat hominem luxuriæ flammis. Lex eſt vt nemo iuxta officinas, in quibus elaboratur ſulphureus puluis, facem perferat, ne fortè emicans ſcintillula, & euolans vago errore ſulphureum fomitem leuiter attingens, totam domum miſero incendio ad fauillas in momento reducat. Tota humana caro fomentum luxuriæ eſt, & ſulphureus fomes gehennalis ignis. Pulchrè enim ait Alexandrinus Clemens, *Igneos mores* homini ineſſe. Ergo *verborum ſcintillæ.* (Sic enim minùs pudica verba appellauit Laurentius Nouar.) præcauendæ ſunt: ne ſi fortè exiliant in carnis *igneos mores*, totus homo deflagret, & irremediabili incendio decinereſcat. Igitur ſapienter vetat Apoſtolus, *ne fornicatio, & omnis immunditia nominetur in vobis.* Sedulò præcauens, ne vel nominatione rei venereæ, Veneris ignibus exuratur homo, luxuriæ fomite, ſeu appetitu conflatus ad libidines. Diſce hanc cautelam ex Iuditha hîc v. 18.

Ad Epheſ. *Homo eſt conflatus ex igneis moribus.*

Verbum inhoneſtum ſcintilla eſt.

Clem.

Laur. Nouar. lon. de pœnit.

Iudith.

Verùm etſi propter diuturnam caſtitatem homo, qui dixit verba minùs honeſta, non flagret laſciuiæ ignibus, ſaltem valdè dehoneſtatur, & denigratur eius fama verborum fuligine. 1. Corinth. 7. Paulus ſanctitatis decus, caſtitatis nitor, & æmulâ virginitatis continentiâ inſignis, docuerat coniuges Chriſtianos, quomodo in vſu matrimonij ſe vltrò citróque gererent; quæ doctrina maximè & rei Chriſtianæ & pudicitiæ intererat; tum ad inſtruendos fideles coniugatos, quo pacto ſe haberent pudicè in maritali complexu; tum etiam ad obturanda hæreticorum ora, quæ temerario auſu damnare moliebantur licitas matrimonij voluptates. Multa verba fecerat Paulus ſuper hac re; in qua, etſi de ſe minùs pudicâ, pudicè admodum verſatus erat, vt decebat Apoſtolum: & modeſtiſſimè quaſi minùs modeſta nomina vſurpauerat, tandem concludit eiuſmodi ſermonem v. 40. *Puto autem, quòd & ego ſpiritum Dei habeam.* Quorſùm Paulus, quaſi dubitaret, aſſerit, ſe habere ſpiritum Dei? Quis Corinthiorum, ad quos ſermo erat, id vnquam dubitauit? Imò ipſe ſe ſuſpectum reddere videtur, dum tanquam dubitanter id affirmat? Audacter Tertullianus hanc difficultatem animo verſans, dixit; *Puto quod & ego ſpiritum Dei habeam. Idcirco hoc dixit, vt ſibi Apoſtoli faſtigium redderet.* Scilicet egerat Paulus toto illo capite de coniugali toro, de re vxoria, de matrimoniali copula, de debito coniugali, &c. & licet eâ modeſtiâ id tractauerit, quæ decebat Spiritum ſanctum, res ſcribendas dictantem, quæ maximè expediebant erudiendæ Eccleſiæ. At quia de re quodammodò minùs honeſta, etſi honeſtiſſimè egerat; quaſi eſſet ſollicitus, ne quia eiuſmodi res nominauerat, Spiritus ſanctus aufugiſſet ab eo: eúmque Apoſtolicâ dignitate priuaſſet, ſeriò & conſtanter affirmat, propter eiuſmodi verba nec carere Spiritu ſancto, nec ab Apoſtolico culmine deiectum, *Puto autem, quod & ego ſpiritum Dei habeam. Idcircò hoc dixit, vt ſibi Apoſtoli faſtigium redderet.* Ergo ſi Paulus vas electionis, Apoſtolico faſtigio ſublimis, cæleſti caſtitate nitens, à Spiritu ſancto edoctus, quia vt Eccleſiam inſtrueret, nomina quædam quaſi minùs honeſta, tametſi modeſtiſſimè vſurpauit, tam ſibi cauet ab illis: Quid non timeant, qui prurita Veneris inſtigante linguam, venena luxuriæ euomunt in obuias aures, & aëra toxicant libidinum vocabulis? Valde hac in re exaggerat cautelam Apoſtolus. 105

1. Cor.

Quam ſibi timeat Paulus agere de re coniugum.

Tertull. de exhor. Caſt.

Perueſtigant interpretes, cur Matthæus c. 1. Berſabee nomen reticuerit, & tantùm dixerit, *Ex ea quæ fuit Vriæ.* Et Lucas cap. 7. dixerit, *Erat mulier in Ciuitate peccatrix*, prætermittens obſcenæ mulieris nomen. Et Ioan. 8. nomen Samaritanæ omiſerit tantùm dicens? *Mulier quædam Samaritana.* Et ſanè ad auctoritatem narrationis ſpectaret nomina propria recenſere, vt notant eruditi. Num ſanctiſſimi Euangeliſtæ timebant mulieris impudicæ 106

Matth. Lucæ. Ioan.

Euangeliſtæ timent à nomine rei minùs honeſtæ.

dicæ nomen vſurpare? Nimis ſcrupuloſum id foret: At in nominibus inhoneſtis proferendis, nulla cautela ſcrupuloſa eſt, etiam Euangeliſtis. Nam ait S.Nazianzen. orat. pro Baſilio, *Lingua ſcortatur.* Ergo à ſcortatione linguæ cauendum eſt Pſal. 15. v. 4. *Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Sanguinum nomine turpidines intelligit hic Dauid. Qui modus loquendi familiaris eſt ſacris ſcriptoribus. Et legi poſſunt interpretes capitis 1. Ioann. ad illud: *Qui non ex ſanguinibus.* Quod in Pſalmi commentario aduertit Auguſtinus: ſi attentè legatur, & expreſsè Lorinus. Itaque, inquit Dauid, non adero in conuenticulis inhoneſtorum; imò neque audebo labiis meis vſurpare turpia eorum nomina. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Nimis imbecilla videtur Dauidis caſtitas, ſi quidem timebat vel proferre impudicorum nomina. Numquid ſola nominis prolatione inhoneſtaretur? Dauid Scrupuloſè ſanctus eſt, qui à nominibus timet. At re vera timet Dauid Prophetarum maximus, timet Paulus Apoſtolorum faſtigium, timet Ioannes Euangeliſtarum decus, timet Matthæus, & Lucas. Timent, quia ſunt myſtica labia Chriſti. Quod altè notauit Aſterius ſuper hoc verſu Pſalmi: *Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Quoniam labia Chriſti Apoſtoli, Euangeliſta, & Propheta fuere.* Itaque labia Chriſti Dei, nempe Paulus Apoſtolus, Ioannes Euangeliſta, & Dauid Propheta, Sanctorum proceres, & ſanctitatis miraculum, & Chriſti labia timent, & vehementer timent à nomine minùs honeſto proferendo, etſi dictato à Spiritu ſancto, etſi prolato ad eruditionem Eccleſiæ. Horreſcant mortales ex igneis motibus materiati. Nemo miretur ſi à re luxuriæ tam timet Iuditha cap. 8. v. 5. quæ ob cauſam caſtitatis in ſecretiori cubiculo cum ſuis puellis dies, ac noctes clauſa morabatur ne quid vel à domeſtico ſeruitio, aut ab externa turba minùs honeſtū audiret. Imitata Beatam Virginem, de qua Ambroſius explicans illud Lucæ 1. *Et ingreſſus Angelus ad eam* ſic ſcribit: *Diſce virginem moribus. Sola in penetralibus, quam nemo virorum videret, ſolus Angelus reperiret. Et ne quo degeneri deprauaretur affatu, ab Angelo ſalutatur.* Eane eſt Beata Virgo, quæ poſſit hominis affatu deprauari? Profectò cauet, ac ſi poſſet, illius cautela ſit noſtra eruditio.

Nazi. — Ioan. August. Lorin. — Aſterius — Iudith. — Luc. Ambroſ.

§. XXV.

Conſimilis affectus eſt laſciua libido Gloriationis, & ambitioſa cupiditas Fornicationis.

107\. Plato. PLatonis in Apologia Socratis vox eſt: *Affectus aliquis vrget præſtantiſſimos.* Profectò præſtantiſſimorum nemo immunis eſt à libidinis affectu, qui ingenitus fomes eſt ad luxuriam, qua rabidè extimulatur homo ad libidinis voluptates. Hic appetitus temporaneus furor eſt, & breuis inſania, qua homo ad Veneris delicias inhiat, & hinnit ad laſciuiendum. Huius inſanæ & fœtentis paſſionis æmulus eſt appetitus inanis gloriæ, cuius igniculis ſic vrgetur homo, vt ſtudium vanæ gloriæ ſpecies quædam ſit luxuriæ. Vnde ſicut datur in homine libido luxuriæ, ita datur etiam libido iactantiæ, & laſciuia famæ, ambiens nominis claritudinem. *Inanis enim gloria ſtrenua fornicaria non minor eſt:* inquit De Celada in Iudith. *Multò enim plura, & grauiora operatur,* ait Chryſoſtomus, non in tranſlatione Aniani, ſed alterius cuiuſpiā interpretis apud S.Thomam inibi. Ecce tibi inanis gloriæ cupido fornicatrix comparatur, imò præfertur licentia luxuriandi, quaſi famæ cupiditas, libido gloriæ ſit. Deuteronomij 23. v. 18. *Non offeres mercedem proſtibuli in domo Domini Dei tui.* Id eſt, cinædi, ſeu ſcorti maſculi. Septuaginta, Auguſtinus, Strabo, & alij: *Merces meretricis.* Nempe pretiū cuiuſuis luxuriæ arcet à domo Domini; omnem inquam turpitudinem. Hunc locum verſans Clem. Alex ſic ſcribit: *Non autem qui ſua beneficia iactat propter gloriationem, accepit retributionem. Non ingreditur autem, inquit, in Sancta merces meretricis.* Loquitur Clemens de gloriationis, & famæ appetitu, qui ab humanis plauſibus recepit mercedem ſuam, quorsùm ad id confirmandum adducit illud Deuteronomij, *Non ingredietur in ſancta merces meretricis?* Egregia profectò cauſalis. Nam inquit Clemens: Qui ſua beneficia iactat propter gloriationem, accepit retributionem: non enim ingredietur in Sancta merces meretricis. Aptáne eſt eiuſmodi cauſalis? O rem prorsùs diſparatam? Quid cinædo cum elato? quid ſcortatori cum ſuperbo? quid fornicatori cum gloriæ & famæ cupido? Niſi quòd datur etiam quædam luxuries famæ, & inanis gloriæ libido. Vnde non ſemel Septimius appellat Philoſophos, *Gloriæ libidinoſos.* Porrò ſicut libido luxuriæ eſt breuis quædam inſania, quâ tota generationis machinula ingenioſè bruta ambit deſpumare libidinem: ſic libido gloriæ eſt continuus quidam ardor, & furor, quo mens humana probitatis ſpecie, quaſi quibuſdam iactantiæ ſuæ ingenioſis machinis expetit captare inanes hominum plauſus, & ambitioſæ famæ faſtum. Conſimili enim fomite vrgetur vterque, & non abſimili agitatur libidinis calcari. Luxuriatur vanitas, ſuperbit luxuria.

Gloria inanis conſimilis affectus luxuriæ eſt. — Chryſoſt. hom. 17. in Ioann. — S.Thom. — Deuteron. — Septuag. Auguſt. Strabo. — Clem. Alex. 1. Strom. — Deuter. — Septim.

Tertullianus loquens de venuſtis feminis, quæ ſtudio placendi, propter inanis gloriæ vaniſſimam oſtentationem ſeſe ornant, & picturant omni pulchritudinis lenocinio, ſic probat facilè mutari gloriationem in fornicationem. *Porrò vbi gloria,* (pulchritudinis,) *illic ſollicitatio: vbi ſollicitatio, ibi coarctatio: vbi coarctatio, illic neceſſitas: vbi neceſſitas, illic infirmitas. Meritò itaque dum caput non tegunt, vt ſollicitentur gloriæ causâ, ventres tegere coguntur infirmitatis ruinâ.* Audis quàm cognatum, vel agnatum ſit vitium gloriationis, & fornicationis? quaſi grauida ſit venuſta femina à ſtudio gloriæ, potiùs quam à luxuriæ coitu, & vterum gerat non tam à deſpumatione laſciuiæ, quàm à prurìtu gloriæ: cuius libidine, qui ambitioſè flagrat, flagrat etiam luxuriæ incendio, facili admodùm metamorphoſi. Nam inanis gloriæ cupidus, nō abſimilis eſt fornicario. Quid exaggeratius ad exprimendam rabidā appetentiam inanis gloriæ, quæ æmula luxuriæ eſt, confinis laſciuiæ, & agnata fornicationi? Vnde humillima pariter ac caſtiſſima Iuditha æquè & ſimul timet à gloriatione, & à fornicatione, vt à vitiis valdè cognatis. Nā c. 8. v. 5. *In ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretū cubiculū, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur.* Vna præcauens inanis gloriæ ob bona opera celebritatem, & virorum oculos ob caſtitatē. Timet videri bona operās, quæ timet amari ad libidinis opus: æquè ſuſpecta illi eſt, & libido gloriationis, & voluptas fornicationis: quaſi idē vitiū foret. Nam vtriuſque vitij ipſiſſimos affectus vrget præſtantiſſimos. Et hic v. 12. & ſequentibus impudentior libido dicitur honorificentiæ ambitio. 109.

108\. — Gloria inanis luxuriatur. — Tertull. l. de velandis. Virg. c. 14. — Iudith.

Denique quàm ſimilis ſit libido gloriæ, & lu-

Digitized by Google

xuriæ, probat quod vtraque est epitome, & compendium reliquorum vitiorum. S. Zeno Veron. serm. de Pudic. sic habet: *Lascivia non linguis, non oculis, non auribus parcens, iocatur, sperat, ambit, obsequitur, Zelat, insanit: armatur precibus, armatur & ira: similiter nonnunquam vi extorquens, quod blandimentis impetrare non potuit.* En lasciuia sentina peccatorum est, & vitiorum seminarium, & flagitiosioris malitiæ origo. Audiendus etiam est Chrysostomus homil. 27. in Ioannem, ita aiens: *Fugiamus inanem gloriam, quæ cæteris est affectibus violentior. Hinc auaritia, hinc pecuniarum amor, hinc odium, bella, pugna. Quippe qui plura amat, minimè constare poterit: amat autem nullam ob rem, quàm inanem gloriam. Horum caput est inanis gloria, quod si absciderimus, malitiæ membra interibunt.*

Zeno Ver.

Chrysost.

§. XXVI.

Sicut gula quasi resculpit originale delictum; sic ieiunium quodammodò restaurat innocentiæ statum; & in cælestem, & virginem naturam velut reformat.

110. SI qua Christiana virtus deprauatam naturam hominis quasi reformaret in felicem & pacatum innocentiæ statum, maximè id præstaret Ieiunium, quod de se vitia cohibet, bestiales appetitiones compescit, & igniculos ingerens ad omnes sanctitates, paradisiacam, & cælestem quasi restaurat vitam. Alibi examinabam causam cur Moyses, Exod. 33. idololatriam populi Hebræi patienter tulit, iras Dei tranquillauit, ac totam rem pacatè composuit. Cùm autem eadem gens, Numer. 11. v. 13. gulæ delicias postulat, inquiens: *Da nobis carnes, vt comedamus,* vsque eò spes omnes abiecit Moyses, vt implacabilis gubernandi populi munus detrectauerit, dixeritque Deo: *Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi; sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me.* Enimuerò idololatria criminum maximum est, & vero Deo maximè offensum: Brutum & execrabile facinus, diuinos honores tribuere vitulo, quem paulò antè conflauerant, spreto Deo cuius numen viderant in tot signis, atque portentis, quæ experti erant in Ægyptiaca egressione; in deserti peregrinatione. Hæc, hæc, inquam, occasio fuit, in qua, (si quando,) Moyses implacatus sæuiùs fureret in rebellem populum: minimè verò cùm gulæ delicias expetunt; quæ venialis fortè intemperantia fuit, & conanda tædio tum longi itineris, & nauseæ, quam continua mannæ cibatio ciere poterat. Ob leuem intemperantiam furit mitissimus Moyses vsque ad muneris depositionem, postulans à Deo sui interfectionem, & ob idololatriam mitiùs agit cum populo? Num gula grauius crimen est, quàm idololatria? Vidit proculdubio Tertullianus hanc difficultatem lib. aduers. Psychic. & cap. 5. sic scribit de gente Hebræa, carnes in deserto postulante: *Nam & primus populus primi hominis resculpserat crimen.* Id est gulæ vitium primi parentis Adami restaurat delictum, & quodammodò resculpit originale peccatum. Quid exaggeratius? Nam sicut originale peccatum, vnum cùm sit, vitiorum omnium breuiarium est, ô quàm auertit à Deo! quam instigat ad delicta omnia! virtutum pestis est, & fomes ad vitia. Sic gula *primi hominis resculpit crimen:* Inflammat ad luxum, iras accendit, odia alit, linguæ habenas laxat, titillat concupiscentias, vitiis fauet, fouet delicias; & alter fomes est ad delinquendū; velut resculpit enim primi parentis originale delictum. Hoc idololatria non præstat, etsi criminosius delictum sit. Vnde Moyses ægrè tulit hoc gulæ delictum, & præ idololatria exaggerat: renuitque regere populum impressum, & quasi altero originali delicto actum.

Exod.

Numer.

Gula resculpit originale delictum.

Tertull.

Verùm si gula originis peccatū velut resculpit: ieiuniū interstinguit idem delictum, quod docuit Tertull. aiens: *Salutem æmulo modo redaccendit inedia.* Quasi dicat: Sicut gula quodammodò resculpit originale peccatū, & concupiscentias ad delicta; ita inedia cōpescens vitia, & ad virtutes inclinās, quodammodò restaurat hominē ad felicem innocentiæ statum; & æmulo modo quasi resculpit pacatā innocentię gratiā, seu illius imitamentum. Nam ieiunium irā cohibet, lasciuiæ impetū reprimit, linguæ audaciam frænat, vitia compescit, & habilem reddit hominē ad omnes sanctitates operādas; quę æmulatio quædā est felicissimi status paradisiacæ innocentiæ. Imò cælestem vitam æmulatur ieiunium, dicente S. Ambrosio: *Quid est ieiunium nisi vita cælestis imago;* Quin & fere Angelum reddit ex homine. Quærūt sacri Doctores, cur Ioannes Baptista homo cum sit, planè Angelus dicatur à Christo, aiente de Ioanne: *Ecce ego mitto Angelū meum.* Num Ioannes homo Angelus est? quæ duæ res sūt maximè diuersæ: nam homo brutā substātiā degrauatur; Angelus spirituali natura sublimatur. O admirandā ieiunij vim, qua homo angelizatur! *In deserto* (verba sunt S. Ambrosij suprà,) *Ioannes vacauit ieiuniis, & ideò qui vitæ humanæ possibilitatem continentiâ supergressus fuerat, non homo sed Angelus æstimatus est.* Parum est ieiunio hominem æmulari felicē innocētiæ statum, exprimere cælestē vitam, & transformari quodammodò in Angelum. Quid maius audeo? 111.

Tertull. l. adu Psych. c. 5.

Ieiunium quasi restaurat innocentiæ statum.

Ambr. l. 1. de Elia, & ieiun. c. 5.

Ambros.

Dubitabit aliquis cur vt Verbum incarnaretur, & gestaretur in Virginis vtero, ipsa Virgo tot gratiis instructa, & ornata fuit. At vt idem Verbum in speciebus Eucharisticis latens, intret in pectora fidelium, tantum gratiæ habitualis ornamentum non exigitur. Porrò Eucharistia, vt aduertit Chrysostomus, extensio Incarnationis est. Num ad primam (vt sic loquar,) incarnationem tot, tàmque exquisitis gratiis ornatur Maria, præseruatur ab originali reatu, & à debito incurrendi originale gratiâ præuenitur, (& fortè gloria, vt disputant plures,) Virginitate duplici donatur, muneratur tot dotibus, vt libros expleant meritissimè eius elogia; & ad hanc quasi secundam Incarnationem tantùm requiritur mundities à delicto graui? Obloquentur hæretici & obstinatè affirmabunt Christum verè non esse sub speciebus Eucharisticis, siquidem non æquè tractatur, ac in Incarnatione. Et quidem si idem Christus est, quare in vtraque corporatione tam inæqualiter tractatur? Inueniat ergo Deus aliquid necesse est, quod suppleat, vicesque quasi gerat gratiarum omnium, quibus B. Virginem affatim cumulauit. At quid excogitari poterit, quòd vices gerat B. Virginis, eiusque cælestium ornamētorum? Audeat quis dicere Ieiunium id præstare? Saltem certum est ieiunium ab Ecclesia exigi ad Eucharistiam sumendam. Strabus Fuldensis ad illud cap 3. Ionæ: *Adhuc quadraginta dies, &c.* sic ait: *Hoc numero Moyses, & Elias, & ipse Christus ieiunauerunt. Hic numerus nobis inducitur ad præparandas animas nostras ad esum corporis Christi.* Itaque ieiunium quadragesimale ea mente institutum est, vt præparatio, & ornamentum sit ad dignè 112.

Ieiunium in virginem naturam quasi reformat.

Strab.

Digitized by Google

gnè sumendam Eucharistiam in die Paschæ. Emphaticè Tertullianus sic loquitur. *Ipsa natura ennunciabit quales nos ante pabulum, & potum, in virgine adhuc saliuâ exhibere consueuit.* Non tantùm quadragesimale ieiunium præcedit ad sumendam Eucharistiam, sed etiam ieiunè sumenda est: *In virgine saliua.* Itaque os ieiunum, virgo saliua appellatur. Num quia eiusmodi ieiunium ad secundam Dei in nobis corporationem quasi vicem gerit

Tertull. lib. aduers. Physic. c. 6.

Beatæ Virginis? Prætereo exaggerationes. Satis nunc sit ad ieiunij laudem, tanto in pretio habitum fuisse, capite 8. vers. 5. à Juditha, vt *ieiunaret omnibus diebus vitæ suæ*, cuius opera quasi restaurauit in se innocentiæ statum, & velut virgine continentia carnem angelificauit, & Virginis typus extitit singularis. Et hîc vers. 19. stupère licet ad eius Angelicam sobrietatem in conuiuio Holofernis.

Iudith.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Vers. 1.

VT autem serò factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia
sua, & conclusit Vagao ostia cubiculi, & abiit. 2. Erant autem
omnes fatigati à vino. 3. Erátque Iudith sola in cubiculo.
4. Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus.
5. Dixítque Iudith puellæ suæ, vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret.
6. Stetítque Iudith ante lectum, orans
cum lachrymis; & labiorum motu in silentio. 7. Dicens. Confirma me Domine Deus Israël, & respice in hac hora ad opera
manuum mearum, vt, sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem
tuam erigas: & hoc, quod credens per te posse fieri cogitaui,
perficiam. 8. Et cùm hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius,
& pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit. 9. Cúmque euaginasset illum,
apprehendit comam capitis eius, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora. 10.
Et percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopœum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. 11. Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suam. 12. Et exierunt duæ, secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem, & transierunt castra, & gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis. 13. Et dixit Iudith à longè custodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel. 14.
Et factum est, cùm audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis. 15. Et
concurrerunt ad eam omnes, à minimo vsque ad maximum: quoniam sperabant eam iam
non esse venturam. 16. Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuersi:
illa autem ascendens in eminentiorem locum, iussit fieri silentium. Cúmque omnes tacuissent.
17. Dixit Iudith: Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se:
18. Et in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quam
promisit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem populi sui hac nocte.
19. Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens: Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum, & ecce conopœum illius; in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum feminæ percussit illum Dominus Deus noster.
20. Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis, gaudentem
in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra. 21. Confitemini illi omnes,
quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. 22. Vniuersi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam: benedixit te Dominus in virtute sua, quia per
te ad nihilum redegit inimicos nostros. 23. Porró Ozias princeps populi Israel, dixit
ad eam: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super
terram. 24. Benedictus Dominus, qui creauit cœlum & terram, qui te direxit in
vulnera capitis principis inimicorum nostrorum. 25. Quia hodie nomen tuum ita
magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis
Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter angustias & tribulationem generis tui, sed subuenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri. 26. Et
dixit omnis populus: Fiat, fiat. 27. Porrò Achio vocatus venit, & dixit ei Iudith:
Deus Israel, cui tu testimonium dedisti quòd vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit hac nocte in manu mea. 28. Et vt probes
quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israel
contem-

contempsit, & tibi interitum minabatur, dicens: Cùm captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua. 29. Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore, cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius. 30. Postea verò quàm resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit. 31. Benedicta tuà Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

§. I.

Commentarius litteræ.

Vers. 1. Vt autem serò factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua, & conclusit. Vagao ostia cubiculi, & abiit.

Vers. 2. Erant autem omnes fatigati à vino.

1. AD multam noctem protractum erat conuiuium, quia sumptuosius cœnatum est Persico ritu. De quo prolixè Athenæus lib. 4. cap. 6. Tunc conuiuæ epulis onusti, & vino temulenti dormiturient; quare festinatò se quisque confert ad suum tabernaculum, ne scilicet à nimiâ crapula detentus, ea repetere non posset. Putat Carthusianus, finita iam cœna vnumquéque discessisse. Fortè non satis exploratos habuit Persarum mores; loquens enim de Persarum conuiuiis Athenæus super allegatus, ait: *Mox cùm ebrij fuerint, discedunt.* Scilicet integrum erat conuiuarum cuique, cùm præsentisceret tentatum caput, è conuiuio discedere, ne crapulam proderet; aut ne ebrietate præpeditus, domum repetere non valeret. Vagao autem prætorio cubili exclusit si quos remansisse animaduertit: & tunc clausis cubiculi ostiis, ipse abiit postquam ebrium Holofernem reposuit in lecto, relinquens ibi Iuditham. Opportunè notat Sanctius, (quod vix negari potest,) habuisse Iuditham claues cubiculi, si fortè clauibus fores obserasset Vagao. Quo enim pacto ipsa potuisset egredi eadem nocte inscio eunucho?

Athen.

Persis temulentis licet abire à conuiuio.

Carthus.

Athen.

Sanct.

VERS. 3. *Eràtque Iudith sola in cubiculo.*

VERS. 4. *Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimiâ ebrietate sopitus.*

VERS. 5. *Dixitque Iudith puellæ suæ, vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret.*

2. Cùm Vagao Holofernis cubicularius conclusisset ostia cubiculi, sola mansit Iudith cum Holoferne altè dormiente, & stertente, nec satis digerente crapulam, à quâ sopitis sensibus penè emortuus iacebat in lecto. Tunc dixit Iuditha ancillæ suæ, vt staret pro foribus ante cubile, non vt arceret homines ab ingressu, vt putat Carthusianus; erat enim cubile clauibus obseratum, sed ne quis per ostij rimulas oculis curiosiùs exploraret, quid intus ageretur, vel admotâ propius aure. Apparet autem ex recepto Principum more, lumen non defuisse in cubiculo, vt constat ex Plutarcho in Cimone. Sed statim occurrit difficultas, quomodo si Iudith sola remansit in cubili, potuit aliquid iubere ancillæ suæ, quæ iam foras exclusa erat. Quod si ancillæ potuit intimare mandatum, ergo sola non erat cum Holoferne. Et sanè difficile videtur quod ait Carthusianus, ipsam Iuditham aperuisse clauibus ianuam, & mandatum suggessisse Abræ. Quid si Abra longiùs exclusa foret cum cæteris? Quin & negotium Holofernianæ cædis, clanculùm patrandum erat, neque vllus strepitus tam citò excitandus, ne qua custodibus subreperet suspicio facinoris, aut curiositas subitæ apertionis. Quod si statim orat in silentio cum labiorum motu, ne suscitetur Holofernes, suspectus erat Iudithæ quiuis importunus strepitus. Sanctius autumat solam Iuditham cum ancilla remansisse in cubiculo: quasi τὸ *sola* reliquos conuiuas excludat, non Iudithæ ancillam. *Sola*, inquam, vigil, nam etiam ibi Holofernes erat; sed sopitus. Ita Salianus. Esto, ita: at necesse fuit, vt Iuditha clauibus aperiret ianuam, vt ancilla pro foribus staret: quod ex dictis vero simile non est. Probabilior videtur coniectura, quam primo loco adducit Carthusianus, nempe Iuditham antequam venisset ad conuiuium præmonuisse Abram suam, ne longius à se recederet, sed adstaret pro foribus, ne aliquis exploraret, quid intus perageretur. Quod prænouisse, & prædixisse potuit Iuditha, vel quia ex reuelatione nouerat quod futurum erat, vel quia ex verbis Bagoæ inuitantis, quod accidit perfacilè potuit coniectare. Nam cum Iudithæ mens fuerit Holofernem trucidare, admonuit illa nocte ancillâ, vt, cum ipsa esset sola cum Holoferne, obseruaret ad ostium, ne quis perscrutaretur secreta cubili; quod facile potuit impetrare à Bagoa, ipsi Iudithæ, atque adeò ancillæ ciuilissimè blandienti. Iuxta textum Græcum nulla est in hâc re difficultas. Dicitur enim ibi, Iuditham Bagoæ exeunti dixisse, se negotio confecto profecturam ex more ad orationem; & ita opus esse, vt ancilla staret ad ostium. *Et dixit*, inquit, *Iudith ancillæ suæ, vt staret extra cubiculum eius, & obseruaret exitum eius sicut quotidie: Se exituram enim dixit ad orationem suam. Et Bagoa locuta est iuxta verba hæc.* Hæc expositio aptior videretur si aptè quadraret in vulgatum textum.

Iuditha sola erat cum Holoferne sopito.

Sanct.

Salian.

Carthus.

Abra pro foribus adstat.

Septuag.

Stetitque Iudith ante lectum orans cum lachrymis, & labiorum motu in silentio.

Dicens: Confirma me Domine Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt, sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. VERS. 6.

VERS. 7.

3. Tametsi Holofernes vino obrutus, & somno sepultus, vel vociferantem non audiret, conscientia tamen tanti facinoris imbecillo feminarum sexui, & silentium imperauit, & metum. Tacita enim erat Iudith cum labiorum motu; sicut Anna illa Samuelis mater, 1. Reg. 1. v. 13. In Græco textu dicitur, oralle, *in corde ipsum.* Nempe cùm eò res deducta esset, vt nulla videretur interponenda mora, ne opportunior occasio perimendi Holofernem elaberetur è manibus; priusquam manum ense, animum oratione Iuditha obarmat. Et cum silentio, & lacrymis Deum enixè precatur, vt virile robur inspiret feminæ ad patrandum facinus heroë dignum; & quod Deo auctore destinauerat mente, re perficeret, ipso Deo auxiliante. Dubium est cur Iuditha opem diuinam implorans, dixerit, *vt sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas*? Quid? tunc temporis Ierosolymæ dirutæ erant? Minimè quidem, nam si ante Babyloniam captiuitatem hæc

1. Reg. Græcus.

Ierosolyma quomodo tunc erigenda.

hæc historia accidit, validis mœnibus cingebatur vrbs illa maxima,& regni metropolis: si verò post captiuitatem, iam diu muri instaurati fuerant, & reconcinnata mœnia: aliter quomodo Hebræi repugnare auderent Assyriæ viribus? Sanctius putat, Deum promisisse per Prophetam Ezechielem, & Danielem,& reliquos qui post solutam captiuitatem prophetauerunt, rursus excitandam Ierosolymam, postquàm euersa fuit à Chaldæis. Verissima hæc, sed iam erant muri excitati Zorobabelis, & Nehemiæ opera. Verùm cùm tunc eò res Iudaica deuenerit,vt ageretur de deditione,& certa impenderet ruina Ierosolymis, Deum precatur Iudith, vt erigat Ierosolymam, non collapsam illam quidem,sed Holofernis metu penè prostratam. Nempe vel Ierosolyma hic significat Ierosolymitanos ciues Holofernis pauore prostratos, quos tanti facinoris gloria erigere Iuditha ambit: vel vrbem ipsam non iam dirutam, sed certissimè diruendam, dicit se erecturam. Nam quod proximum ruinæ est, rectè dici potest erigi. Hanc expositionem insinuat Carthusianus, & eam disertè Salianus tradit. Itaque sensus orationis hic est: ô Deus, confirma me imbecillam feminam,ad perficiendum virile facinus,quod intento; vt, sicut mihi promisisti, penè collabentem, & dirutam Ierusalem, per me erigas. Hæc commentatio valde expedita est. Non tamen est contemnenda, quam offert Græcus textus,qui sic orationem Iudithę refert: *Domine Deus vniuersæ potentiæ,respice in hac ora ad opera manuum mearum ad exaltationem Ierusalem.* Quod Hieronymiana exscriptio *erectionem* vocat, Græca translatio *exaltationem* appellat. Id est: Si mea manu cadat Holofernes, illustri exaltationis gloria sublimabitur Ierusalem, detriumphatis infestissimis, & potentissimis hostibus. In hac versione mentio nulla fit promissionis factæ vel Prophetis, vel Iudithæ, cuius promissionis meminit Vulgatus.

Sanct.

Carthus. Salian.

4.
Vers. 8. *Et cùm hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius,qui in ea ligatus pendebat, exoluit.* A præfata oratione nouas vires Iuditha resumpsit, & virili audacia obarmata,propiùs accessit ad lectum, & ex columna, quæ Conopœum aut suspendebat,aut distendebat, Persicum accepit acinacem, id est,breuem, latum, & curuum ensem,quo Persæ vtebantur. Textus Græcus non habet ad lecti *columnam*, sed ad lecti regulam,seu *canonem*. Puto eodem sensu, vt eruditè Serarius notat, nam κανὼν, Græcis significat etiam sustentaculum: columnæ autem ad quatuor lecti angulos dispositæ conopœum sustentabant. Ex altera verò columnarum, quæ ad lecti caput erat, pugio Persicus dependebat, quem Iuditha exoluit. Addunt Septuaginta interpretes, quòd cùm Holofernes iaceret sopitus in lecto, *erat superfusum ipsi vinum.* Nempè aut ipse madidus, & distentus vino iacebat: at quod verosimilius puto cum Sanctio, largè euomuerat vinum, & in eo vomitu fœdè volutabatur Holofernes, vnde circumfusus vino dicitur. Porrò ideò Persis licitum est è conuiuio discedere, cùm præsentiunt crapulam,quia conuiuiis fœdum est vomere, vt docet Athenæus lib. 4. cap. 6. his verbis: *Vino abundè vtuntur, neque illis ex opposito alicuius aut vomere licet, aut meiere.* Vnde domum repetunt, ne fœdè crapulam ructent, & euomant: nam vomitus est ebrietati affinis. Quare Holofernes vino distentus,& madidus, etsi alioqui bibacissimus, indecorè iacet in meri vomitu turpiter circunfusus, & volutatus. O miser Holofernes,ô Infelix, quid fœdè

Columna lecti, dicitur canon seu regula.

Græcus.

Serar.

Septuag.

Sanct.

iaces? quid altè dormis? Quid profundè stertis? Heu somnum æternum! ô crapulam nunquam edormiendam! Heu iam iam tibi imminet fatalis nox, & feralis hora, qua subeas æternaturam mortem, & æternùm viuas ad æternæ mortis feracissima cruciamenta.

Cùmque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora. Vers. 9.

Et percussit bis in ceruicem eius: & abstulit conopœum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. Vers. 10.

Nempè Holofernes fati sui nescius, non tam se, quàm Iuditham suo obarmauit pugione, & in suum iugulum parauit ferrum dentatum totius Orientis cladibus. Hunc acinacem, è pretiosa vagina (quam quidam suspicantur fuisse gemmam) virili manu eduxit Iuditha, & Dei auxilium breui oratiuncula imprecans, oblita feminam, assumpsit heroïs animos, læuáque apprehendens capitis comam ad firmandum ictum, semel & iterum immisso in iugulum pugione, Holofernis caput masculâ detruncauit audacia;& è lecto in quo iacebat truncum corpus deuoluit in terram, ibique illud reliquit indecorè prostratum, & suo sanguine volutatum. Vale,vale, Anima ebria, truculenta, adultera, sacrilega, infelix, te tota expectat gehenna: te Tartarorum sæui carnifices festo tripudio excipient. Inferni fauces hiatu diro rabidè famescunt suam expetitam escam,æternaturis ignibus nunquam excoquendam. Iam tibi fumat illa voracissima inferni fornax, quæ te æternùm vstulet, nec absumat, perpetua morte vitam ad æternos cruciatus reparante. Huc huc te infelix deduxit humana felicitas; hæc impietatis meta est,& ærumnarum carcer. Sed singula verba, quæ commentario indigent, oportet sigillatim expendere.

5.

Iuditha. Holofernem viriliter truncat.

Apprehendit comam. Rectè potuit Iuditha manu sua comam Holoferniani capitis implicare; nam constat Orientales comam alere. Et de Persis disertè tradit Herodotus lib. 1. Athenæus libro 4. Xenophon in Pædia Cyri libro 1. Holofernem autem Persam fuisse, ex nominis coniectura,suprà probauimus. *Confirma me Deus in hac hora*: quia non potuit tunc non expauescere, & expallescere femineum pectus ad patrandum grande in primis facinus, & quod vel Heroïs præcordia concuteret. *Percussit bis in ceruicem.* Etsi totis connixa viribus (*in robore suo*, dicitur in Græco textu,Hispanè, *Con toda su fuerça*) opus fuit semel, & iterum petere, & repetere iugulum, vt tanti monstri caput abscinderet. *Ceruicem* pro collo substitui existimo; neque enim constat, qua colli parte vultus primò apertum sit: nam sine fundamento diceretur, Holofernem iacuisse pronum in lecto super faciem suam; sic enim non tam liberè respiraret, quàm egebat crapulæ æstus. S. Augustinus in quodam sermone affirmat ter petiisse iugulum, at bis tantùm scribitur in Vulgata, & Græca translatione. Ecce tibi grande, & illustre facinus, & quod vel intentare non auderet bellator egregius, perfecit Deus per imbecillæ feminæ manum. Audiendus est Saluianus lib. 7. de Prouid. *Per infirmos res acta est, ne opus cælestis dexteræ virtuti assignetur humanæ, sed diuinæ. Siquidem & dux Sisara, quem Hebræus timebat exercitus à muliere prostratus est. Et Abimelech ciuitatum expugnatorem feminea manus percussit & ferratæ Assyriorum acies, Vidua opitulante ceciderunt.* Acutè aduertit Mendoza tom. 2. Annot. 28. sect. 2. Iuditham tanti æstimasse ora-

Herodot. Athen. Xenoph.

Ceruix pro collo.

S. August.

Saluian. Feminæ pugnaces, victrices.

Mendoza.

Digitized by Google

tionem, vt, dum apprehendisset sopiti Holofernis comam ad firmandum ictum, nihil ferè superesset ad victoriam, nihilominus tunc oraste Deum, aiens: *Confirma me Domine Deus in hac hora.* Nam si abesset orationis præsidium, parum de cæteris confidebat.

7. *Quo consilio euoluit corpus è lecto. Iudith.* *Et abstulit conopæum.* Scilicet rete sericum ad arcendos culices, & quod facile posset sic complicari, vt animaduerti non posset ab obuiis custodibus. De hoc conopæo plura diximus ad cap. 10. v. 19. Quod abstulit in testimonium facinoris, ne qui Holofernis faciem non videat, dubitaret de veritate rei gestæ. *Et euoluit corpus eius truncum.* Septuag. Iudith. Septuaginta explicatiùs tradunt horum verborum sententiam: *Et euoluit corpus eius de lecto,* vtique in terram, vbi inuenit cadauer Vagao; infrà cap. 14. v. 14. Quod eo consilio fecisse videtur, vt maiorem posteà metum Assyriis incuteret, cùm subitò vidissent imperatoris truncum corpus in terra volutatum, & ita præ rei insolentia exanimes, non curarent de struenda acie, cùm animaduerterent se inuadi ab Hebræis, sed de capienda fuga turbati cogitarent. Addit Tirinus aliam rationem, quare Tirin. truncum corpus è lecto deiecerit in pauimentum. Nempe Iudith volebat, vt ingressuris manè in cubiculum, statim in oculos occurreret cadauer, neque celari posset cædes Ducis.

§. II.

A gula obbrutescit homo: & vale dicit Deo.

Sententiosè inquit Clem. Alex. *Nouit ipse ieiunij ænigmata.* Difficile explicatu est, hoc ænigma ieiunij. Porrò ænigma nihil minus significat, quàm quod magis videtur significare: ænigmatis laus est, occultior sensus. Quid ergo significat homo ieiunans? Putabis significare hominem cibis abstinentem? Profectò egregium sic foret ænigma. Ego quidem existimo hominem ieiunantem ænigmaticè significare hominem: nescias enim an homo gulosus, satis homo sit, an in bruti naturam degenerauerit. Ait enim Nazianz. *Saturitates ad eos obtinerat, qui ad brutam naturam propriùs accedunt, quorúmque ferculis, atque in terram prona vita est.* Itaque heluo sensim desciscit in belluinam naturam, in cuius mores transit: nam dementatur nimietate ciborum, quibus ingurgitatus planè obbrutescit, & insanit. Appositè inquit Clemens, *Insania circa guttur.* Nam saturitas vltra modum, insaniæ quoddam genus est: vnde comessatio est quædam dementatio, quâ homo pecuino more stultescens satis homo non est. Et sic homo ieiunans ænigma est, quod significat hominem; & comessator ænigma est, quo brutus homo exprimitur.

8. Clemens. Alex. 7. Strom. *Ieiunium est ænigm: quo homo significatur.*

Nazianz. Orat. pro S. Basil.

Gula est insania. Clemens l. 2. Pædag. c. 1.

9. Chrysost. serm 2. *Ieiunij aliqua epitheta.* Malo vt gulosus ænigma sit, quo significatur homo profligatissimis moribus infamis. Sicut ieiunium ænigma est, quo exprimitur Sanctitatis summa. Audiendus est S. Chrysolog. *Ieiunium scimus esse Dei arcem, Christi castra, castitatis signum, sanctitatis Trophæum. Hoc Ioannem in natis mulierũ fecit esse maiorem.* Ita gulæ intemperantia ænigmaticè significat hominem perditissimis, & desperatissimis vitiis deformem. Clem. Alex. sic inquit: *His qui ad luxum mensarum propensi sunt, præest Dæmon heluo maximus, quem ego non vereor appellare Ventridæmonem.* Et mox: *Cohabitantem Dæmonem.* Scilicet comedones intrinsecùs alunt ventridæmonem, quo obsessi flagitiosissimè exagitantur: & ita nimia ciborum ingurgitatio, Dæmonis habitatio est: comessatores dæmoniaci sunt: è quorum ventre excantandus est Dæmon beneficio ieiunij.

Clem. Alexand. Suprà. *Saturitas est ventridæmon.*

Ad rem Tertullianus. *Aduersus duriora Dæmonia ieiuniis præliandum. Quid enim mirum si eâdem operatione spiritus iniquus educitur, quâ Sanctus inducitur.* Tertull. l. de Ieiun. c. 8.

10. Tertull. l. de ieiun. aduers. Psych. c. 16. Ad Philip. *Gulosi religio quæ?* Tertullianus explicat illud Pauli ad Philipp. 3. v. 19. *Quorum Deus venter est*, & sic fatur de comessationis idololatria: *Deus tibi venter est, & pulmo templum, & aqualiculus altare, & sacerdos cocus, & sanctus spiritus nidor, & condimenta charismata, & ructus prophetia. Apud te Agape in cacabis feruet, fides in culinis calet, spes in ferculis iacet.* Ecce tibi totam religionem gulosi graphicè descriptam. Vnde non miror cap. 1. dixisse de comedonibus: *Hi Paracleto controuersiam faciunt.* Scio Tertulliani Paracletum alias bonum non esse. Nam saturitas nimia spiritui sancto inimica est, cuius gratiæ videtur renunciare, & auersari à Deo cui quodammodò vale dicit, qui gulæ indulget. Iob. Iob. 1. cap. v. 5. piè vrbani filij Iob, crebrè faciebant conuiuia, & inuitabant ad epulas reliquos fratres, & sorores, & sic mutuæ beneuolentiæ obsequiis fraternam charitatem religiosè fouebant. *Cùmque in orbem transissent dies conuiuij mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, consurgénsque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis.* Valdè sollicitus erat Iobus cùm eius filij reciprocis conuiuiis indulgerent. Quam ob causam angitur? quid timet? Ne fortè inquit, benedixerint Deo in cordibus suis. Quorsùm veretur Sanctus Patriarcha, vt filij sui Deo benedicant! Idololatriam sapit hic metus? an delirium patris senis? O quot expositionibus interpretes fatigant hunc locum! Noster Martinus de Roa Verbum *Benedixerint* interpretatur, *Vale dixerint.* sic Gen. 47. v. 10. cùm Iacob Patriarcha ingressus fuisset, vt Pharaonem salutaret, *Benedicto Rege egressus est foras*, id est, vale dicto. Hispanè: *Despidiose del Rey.* Sic videtur congruè expediri Iobi locus, & timor. Scilicet timet pius pater, ne eius filij dum lautè conuiuantur, & oppiparè indulgent esculentis, & poculentis voluptatibus, Deo *benedicant*, id est, *vale dicant: Se despidan de Dios.* Quid aptius pro hac re, quam vertamus? Num deliciæ mensarum vsque adeò hominem auertunt à Deo, vt quasi desperet de consequenda Dei gratia, religionem abiuret, & Deo vale dicat? Nempe mauult comessator habere ventrem, vt Deum, quàm verum numen. Ergo gula ænigma est, quod significat vel brutum hominem, vel quodammodò apostatam à religione, vtpotè qui valedicit Deo, aut cuius Deus venter est. Sic Nabuchodonosor, cap. 1. v. 12. vt dicitur in textu Græco, vbi otians in Niniue, *vacauit epulis centum viginti diebus:* sic obbrutuit, vt abiurans religionem maiorum, vale dixerit Deo. Cui *controuersiam facere* intentans, bellum cœlo, & Diis infert. Holoferni enim præcepit tunc *Nabuchodonosori vt omnes Deos terræ exterminaret*, vt dicitur cap. 3. vers. 13. & hîc vers. 3. & 4. videre licet Holofernem ab esculentis & poculentis deliciis brutum.

Epulones valedicunt Deo.

Roa l. 1. locor. sing. c. 9. Genes.

Iudith.

§. III.

Periti Principis est præcepta subditis imponere, & munia destinare iuxta cuiusque ingenium.

12. MVlti sunt qui hominibus imperent: plures quos imperandi ambitio sollicitat: pauci admodum qui scientiam imperandi norint. Multa non sobrius Zelus vetat, plura aut suspicio, aut vindicta, aut imprudentia mandat. Sæpè preces alienæ, aut propriæ, non semel dona pro meritis sunt; sæpius Principis desidia, aut Familiarum fauor, aut temeritas casus dant munera. Et quod natura negauit, præceptum exigit. Peritus verò Rector multoculus sit, & benè perspectam habens subditorum indolem; iuxta cuiusque ingenium imperia dispenset, & munera. Nam quod fit contra naturam, violentum est: at operatio violenta nec eximiè perfecta est, nec valde diuturna: caducum enim est quod fit retinente eo, qui operaturus est. Quæ sponte fiunt, & conante naturæ impetu, diuturna & perfecta vadunt. Ergo Præfectus mandet congrua naturis subditorum, vt naturæ habilitas perfectionem fœneret obedientiæ. Geneseos 1. v. 18. Adamo, & Euæ ait Deus: *Dominamini piscibus maris & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram.* Et cur dicitur *piscibus maris, volatilibus cæli, & animantibus terræ?* Satis enim fuisset dixisse, Piscibus, volucribus, animantibus, neque enim animantes alibi sunt nisi in terra, neque volucres nisi in aëre, neque pisces nisi in mari. Igitur superuacaneum videtur addidisse, Piscibus maris, volucribus cæli, animantibus terræ. Minimè quidem. Quia vt bene notauit quispiam, ita Adamus dominari debebat piscibus, vt aduertat, esse piscem maris, ne illi mandet rem terræ, aut aëris, sed negotium maris; iuxta piscium naturā, & secundum studia marinæ naturæ (idem iudicium esto de volucribus cæli, & bestiis terræ.) Porrò si imperium piscem extrahat à sua natura, & ingenito loco, & inclinatione, nihil omnino perficiet. Nam piscis, qui in mari agilis, & viuidus est, in terra torpet, in aëre languet ad interitum. Ergo Adamus dominetur piscibus maris, volucribus cæli, & animantibus terræ; nempe dispensans præcepta non contra, sed iuxta cuiusvis subditi naturam. Sic exercenda foret præfectura in felici innocentiæ statu. Neque enim piscibus res terræ mandandæ sunt, neque bestiis negotia maris, neque volucres exercendæ sunt nisi in re aëris.

Præcipiendum est cuique secundum eius naturam & ingenium.

Gen.

13. Iob. 38. v. 10. *Circumdedi mare terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi: vsque huc venies, & non procedes amplius, & hîc confringes tumentes fluctus tuos.* In his verbis Basilius Seleuc. mari impositum præceptum agnoscit, sic fatus: *Dum imperio in abyssum vtitur pro claustro, & arena quasi habenâ formidabili mare continet.* Et post pauca: *Fertur illud quidem fluctibus altè elatum: vbi verò terminos attigerit, reuertit, refugitque, & Domini vocem littoribus inscriptam, cùm intuitum fuerit, curuatis fluctibus termini positorem adorat.* Itaque mare lege latâ arctatur, ne arenæ terminos transgrediens, longè latéque exundans, exorbeat terras. Verùm statim non leue dubium pulsat animum. Scilicet locus mari naturalis, est ille, quem modò occupat, vt multis euici olim commentans libros Aristotelis de Cælo. Quid ergo Deus imperio in abyssum vtitur pro claustro? Quid opus fuit vt in littoribus vocem Domini inscriptam reperiat, vt intra terminos suos se contineat, ne terras eluuione obruat? Porrò si maris centrū sunt perāplæ illæ cauitates, in quibus modò stagnat, inibi quies illi est: neq; appetit vltra arenæ claustra prosilire. Imò nec si conaretur, ad id eualeret. Sicut nec terra ipsa
valet extra centrum suum peregrinari. O monstro- 14.
sum præceptum pelago impositum, quin & ridiculatium! siquidem illi præcipitur ne exeat, vnde exire non potest; imò etsi extrinseca vi extra poneretur, statim relaberetur naturæ impetu ad locum, quem modò occupat. Verùm enim verò hoc superuacaneum præceptum, mari impositum, non superuacanea Principum eruditio est: quia imponere debent præcepta, & munia subditis destinare iuxta singulorum studia, & naturam, non contra naturalis ingenij impetū. Nam habilitas ingenij & naturę propensio, & studiosè incumbit in præscriptum opus, magnósque progressus facit innata studiositas. Nempe acre & viuidum, & audax ingenium destinetur ad audacias belli; morosum & pacatum fori politiam tractet: nam hic cunctādo, ille audendo præclarè se geret. Sagax mentis acumen addicatur rei litterarię, facundus è pulpitis tonet, prudens præfecturas obeat. Neque enim quiuis habilis est ad quamlibet rem. Errat errat Princeps, qui meram nobilitatem ad sublimia munera eligit, qui ambitiosè cādidatos præfert, qui in electionibus non attendit diligenter ad eligendorum naturam, qui non dispensat munia, & imperia iniungit iuxta cuiusque indolem, & ingenium. Qui secùs facit, volucribus mandat res maris, piscibus munia terræ, bestiis negotia aëris. Profectò consultissima Dei prudentia mari mandat, vt in proprij centri loco se contineat; & sic placidè, & perfectè perficit, quod secundum propensionem, & naturæ imperium exequi iubetur.

Sel. Orat. 1. Mari imperat Deus secundum eius naturam.

15. Matth. 2. v. 20. Herode vitâ functo, Angelus apparuit Iosepho peregrinanti in Ægypto, & ait illi: *Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel.* Quid intelligat Angelus per terram Israel, quò reditum Iosepho mandat, satis dubium est apud expositores. Assentio nunc Hugoni Cardinali sic scribenti: *Quia non distinxit in quam partem ire debeat, intelligit eam quæ dignior est; scilicet Hierusalem.* Verùm cum Iosephus rediret, audiens quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire. Nempè difficile valde visum fuit Iosepho habitare prope Archelaum Herodis filium, & hæredem & regni, & sæuitiæ Herodianæ. Quid ergo faciendū? Ibitne Iosephus Hierosolymā, & contra suæ naturæ, & opinionis impetum obediet Angelo? An Angelus abrogabit imperium? Hoc inconstantiam sapit, & prouidentiæ Angelicæ derogat; illud violentam extorquebit obedientiam Iosephi. Multùm tribuendum est obedientiæ S. Iosephi; sed non videtur imponendum præceptum vehementer reluctanti subdito, etsi obediendi paratissimo. Quid? Angelus perspicaciam suam accusans, præceptum corriget, quasi errauerit? Audi Euangelistam. *Iosephus admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ.* Super quibus verbis, sic fatur Anselmus Laudunensis: *Non mutat Angelus præceptum; sed manifestius corrigit errorem pietatis.* Scilicet Angelus non abrogat præceptum eundi Hierosolymam, ne inconstantiæ, & improuidentiæ arguatur, & tamen dispensatoriè permittit, vt eat in Hierusalem, ne S. Iosephus vexetur præcepto sibi valde difficili, ne dicam violento.

Matth. Nihil mandetur subdito id nimis reluctante. Hugo.

Matth. Anselm. Laud.

Digitized by Google

Quid enim religiosè laudabile, & generosè pium extorqueat violenta pręceptio? Extorqueret planè in ſanctiſſimo Ioſepho,ſed ægre id extorqueret in nobis. Vnde Ioſephi diſpenſatio eſt noſtrę imbecillitatis eruditio. Ne Princeps imperet ea, quę nimis reluctante ſubditorum naturâ exequenda ſunt. Nam violenter obedire tormentorum maximum comprobatur.

16. Geneſeos 3. cap. Peccat Eua, Adamúmque pellicit ad primæuum delictum, & ſimul totam naturam humanam miserè deprauauit. Adeſt Deus flagitij vindex, & ſupplicij nomine, ſic ferit Euam: *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Planè ſpecie tenus caſtigatur femina, quidem ob criminoſiſſimum delictum: nam etſi non peccaſſet, etiam ſub viri poteſtate eſſet. Peruerſio enim foret quod vir in felici innocentię ſtatu, non dominaretur, ſed ſubiiceretur vxori. Quod rectè notauit S. Auguſtinus lib.11.de Geneſi ad litteram, cap.12.aiens: *Videndum eſt quemadmodum propriè poſſit accipi illud, quod mulieri dictum eſt: Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Neque enim & ante peccatum aliter fuiſſe decet credere, niſi vt vir mulieri dominaretur, & ad eum ipſa ſeruiendo conuerteretur.* Ergo nugatoria, & ridiculâ pœna mulctatur femina ob peccatorum maximum. Nempe quæ alias ſubiecta erat viro, ipſi denuò ſubiicitur in pœnam delicti. At ſatis ad rem notat Pererius, hæc verba commentans, quod fuiſſet etiam in ſtatu innocentię mulier ſub viri poteſtate, verùm non coactè, nec moleſtè, nullaque voluntatis repugnantiâ; cùm enim mulier eſſet integro animo, rectâque mente, non niſi quod erat honeſtum, & rectum expetens, libens, gaudenſque ſub imperio viri fuiſſet. Scilicet acerbiſſimę mulctæ nomine imponitur mulieri grauiſſimum pręceptum ſubiectionis ad virum; quam ſubiectionem tametſi habitura foret in ſtatu innocentię; aſt id ferret libens, & gaudens. Poſt peccatum verò in pœnam peccati violentè feret eiuſmodi legem ſeruitutis. Ecce tibi acerbitatem ſupplicij; nempe præcipitur illi res valdè connaturalis, ſed quam violentè feret. Verùm quid moleſtiùs quàm inuitè cogi ad parendum? Hæc eſt pœnæ acerbitas. Vnde Ozias peritus Bethulienſium Princeps cap.7.v.23.valde ſatagit, vt ſubiectus populus vltrò conſentiat decreto de tuenda vrbe ab Hoſtibus, ne ſi violentè id populus tulerit, coacta præceptio refractarium faciat, non obedientem: nec minùs grauaret Bethulienſes violento pręcepto, quàm Holofernes obſidione grauabat. Et Iuditha hic verſ.5. Abram idoneo ingenio elegerat ad deſtinatum munus: magna enim ingenij ſolertia opus fuit.

Præceptum contra inclinationem eſt nimis violentum.
Gen.
Perer.l.6.in Geneſ.
Iudith.

§. IV.

Qui alicuius opera curiosè ſcrutatur, illa egregiè culpat.

17. SPero te ſic viuere, vt vbicumque eris, ſciam quid agas; planè vox eſt aut amiciſſimi, aut inimiciſſimi. Porrò amico non tantùm permittit homo cordis ſecreta rimari, ſed vltrò illi pandit mentis ſuæ arcana, ipſum admittéſ ad abditiores cordis receſſus: gaudétque intimas cogitationes vel ſuſpiciones innias cum amico miſcere. Quod amico ſpontè oblatum intimioris amicitiæ indicium eſt; ab inimico procuratum, graue probrũ eſt, & acerbior offenſa. Quid enim tam moleſtum, quàm pati inimicorum oculos, aut ſuſpicionem, aut cenſuram? Grauis & iniurioſa eſt inuita ſcrutatio; nam qui alienam viam diſcutit; diſcutiendo prodit, prodendo damnat. Vel obnoxium eſſe diſcuſſioni alienæ, ærumnoſa calamitas eſt, quam declinare ſatagit Iuditha hic, v.5.

Senec.ep.1.
Iudith.

Dura, & dira Ægyptiorum ſeruitute premebatur Hebræa gens, tunc præ reliquis nationibus ingenua: & auita nobilitate illuſtris. Quid non paſſi ſunt ſub barbarico Pharaonis imperio. Obuiæ ſũt vel indoctæ plebi Hebręorum calamitates. Num curioſam Ægyptiorum ſcrutationem effugerunt? Mirum foret ab hac magna calamitate fuiſſe immunes, qui tot, tantaſque ęrumnas tolerarunt, & inter ſæuas moleſtias, quas ab Ægyptiorum ſeruitute paſſi ſunt, à moleſtiſſima hac iniuria, & contumelia fuiſſe immunes. Exod. 2. v. 3. Amram Leuites accepit vxorem ex tribu ſua Iocabed, ex qua bellum infantem ſuſcepit nomine Moyſen: tunc vigebat crudele Pharaonis edictum de infanticidio Hebræorum. Parentes pueri, & paterna charitate & lenocinio pulchritudinis allecti, puellum Moyſen abſcondunt toto trimeſtri: *Quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem, abſcondit tribus menſibus. Cùmque iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, & liniuit eam bitumine, poſuitque intus infantem, expoſuitque eum in carecto ripæ fluminis.* Quærunt interpretes, cur infans, qui totis tribus menſibus abſcõdi potuit, vltrà ſeruari nequiuerit? Diſſimulauit Iocabed tumorem vteri, celauit partum, compeſcuit infantis vagitus, ne ſe inſcius proderet; quare vſque ad vlteriorem ætatem non reſeruauit puerum? Num Moyſes gratior, & elegantior erat recens natus, & maior ætas deuenuſtabat gratiam pueri? imò addebat amoris illecebras. Quorſum ergo tertio menſe proditur? Lyranus ad rem præſentem ita difficultatem proponit, & ſoluit: *Cùmque iam celare non poſſet. Contrarium,* inquit, *videtur: quia ex quo ſeruauerat eum tribus menſibus, videtur quod eadem ratione poſſet eum vltra ſeruare. Dicendum, quòd Rex fecerat ſtatutum, quòd in tribus menſibus ſemel ſcrutarentur Ægyptij domos Hebræorum.* Scilicet hoc vnum reſtabat inuentũ barbaræ Pharaonis tyrannidi, & miſeræ Hebræorum calamitati, vt tertio quoque menſe ſcrutarentur Ægyptij eorum domos, & receſſus. Quid ærumnoſius? Quid calamitoſius, quàm quod Regis oculi (ſic appellabant eiuſmodi curioſos profana eruditio) ſtratè inuerterent domorum exiguam ſupellectilem, & perueſtigarent ſecreta receſſuum, & obſeruarent quid rei domeſticæ agerent, quid negotij gererent, loquerentur, cogitarent? Nihil tutum erat, nihil non commune, non vulgandum nihil. Planè non potuit Ægyptiaca Hebræorum ſeruitus tam durè vexari, quin eiuſmodi curioſos oculos, & moleſtiſſimos ſcrutatores pateretur. Nec eſt cenſendum, exiguum eſſe, quod nihil quantumuis exiguum permittit, quod immune ſit à curioſa Pharaonis ſcrutatione. Neque paruum malum reputandum eſt, quod inter Ægyptiacas calamitates cenſetur. Et Dauid Pſalm. 108. v.11. inter execrationes, quas peſſimis interminat, ait: *Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius:* (fœneratoris nomine ſatellites Titi Regis interpretatur Lorinus ibi;) *Et diripiant alieni labores eius.* Neque Dauid inter duriſſimas calamitates, quas impiis minitatur, acerbiſſimæ ſcrutationis malum non recenſet

18.
Exod.
Scrutatio regularum moleſtiſſima eſt.
Lyra.
Pſalm.
Lorin.

Iacob

19. *Rixatur Iacob quia Laban ſcrutatur eius mobilia.* Genes.

Iacob Patriarcha patientiæ merito in primis excellebat; paternæ domus exilium patitur, & tacet; inuidiam, & iras Eſau fratris ſuſtinet & diſſimulat; Soceri Labani auaritiam tolerat, & mutus eſt ad iniurias. Sed animaduerte qualiter patiatur ſcrutationis offenſam. Geneſeos 31. verſ. 36. Laban numeroſa cognatorum ſtipatus caterua, fugientem Iacobum perſequitur, & ob ablati Idoli ſuſpicionem, omnē Iacobi ſupellectilem diligens inuerſit: *Tunc tumens Iacob, cum iurgio ait:* (ad Labanum inquam;) *Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me, & ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam?* Vatablus ex

Vatab. Oleaſter. Hebræa origine: *Iurgiſque Iacob rixatus eſt cum Laban.* Oleaſter admonet τὸ *ſcrutatus es*, Hebraicè etiam eſſe *mareſtrauiſti ſupellectilem meam.* Iacobúne is eſt qui turgeat præ ira? qui tumeſcat à furore? qui rixetur cum cognato? Quænam tam dira occaſio, quæ ſic inquietet, & exagitet mitiſſimum & pacatiſſimum virum? Cornelius ibi:

Cornel. Tumens præ ira, & indignatione iuſta Iacob, aliàs mitiſſimus: Læſa enim patientia fit furor. Scilicet ad cæteras calamitates erat Iacob vſque ad miraculum tolerantiſſimus, cùm ſcrutari, & inueſtigari, ſeu mutari aduertit omnem ſupellectilem ſuam, præ bile tumeſcit, & quaſi inſoleſcit & furit, tatus grauiorem iniuriam ob quam rixatur cum cognato vſque ad exprobrationem auaritiæ, & multæ malitiæ olim ſibi exhibitæ. Ac ſi ſcrutationis offenſa, patientiæ quondam diſſimulatas iniurias reſtauret ad iram, & contumelioſam vindictam. Audis quàm ſit toleratu grauis curioſa ſcrutatio, quippe quæ vel amiciſſimo Iacobo extorqueat iras, rixas, contumelias? Sic contumelioſam putauit Iacob ſui

Sophon. & ſuorum curioſam ſcrutationem. Sophoniæ 1. verſ. 12. *Et erit in tempore illo ſcrutabor Hieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in*

Hier. *fecibus ſuis.* Quæ verba ſic commentatur S. Hieronymus ibi: *In tempore, & in die captiuitatis Hieruſalem, vel à Babylonijs, vel à Romanis ſcrutabitur Dominus cum lucernis omnia abſcondita Hieruſalem.* Nempe vt exaggeretur calamitas Hebrææ gentis dicitur, quòd curiosè ſcrutanda eſt in captiuitate. Inter ſummas enim ærumnoſiſſimæ captiuitatis calamitates in primis cenſetur ſcrutationis malum.

20. Præterea inter cæteras grauiſſimas moleſtias, & contumelias, quas Christus Deus paſſus eſt à Scribis, & Phariſæis, illa valde grauis, & acerba, quòd

Luc. omnia eius opera malitiosè ſcrutabantur, & curiosè obſeruabant. Lucæ 14. verſ. 1. *Et factum eſt, cùm intraret* IESVS *in domum cuiuſdam principis*

Caiet. *Phariſæorum Sabbato manducare panem, & ipſi obſeruabant eum.* Ad quæ verba ſic Caietanus: *Phariſæi deſcribuntur obſeruantes* IESVM, *tum quoad verba, tum quoad facta, ſi in aliquo offenderet.* Obſeruabant enim iniurioſi Phariſæi non tantùm Christi dicta, ſed facta, doctrinam, inquam, cæleſtem, & glorioſiſſima Saluatoris miracula, vt ſcrutatione faſcinum aliquod afflarent, & obſeruationis ſuſpicione deuenuſtarent. Nec tamen Chriſtum potuit inhibere malitioſa ſcrutatio, quin glorioſa patra-

Theophylactus. Gloria Dei opprimit ſuos ſcrutatores. ret miracula. *Dominus* (ait Theophylactus) *ſatis ſciens Phariſæorum moroſitatem, ingreditur in eorum domos.* ibique paralyticum ſanat, & alia grandiora miracula glorioſè edit. Conſultiſſimè Phariſaicam ſcrutationem Theophylactus moroſam appellat. Moroſus enim homo dicitur Hiſpanè, *Vn hombre peſadamente curioſo, demaſiadamente exacto malcondicionado.* Ergo in moroſos Phariſæos, ſcrutatores curioſos & iniurios obſeruatores verborum & operum Chriſti, ipſe Chriſtus, etſi mitiſſimus, & pacatiſſimus ſæpe inuehitur, ſæpe eos reprimit ſermonibus, & miraculis opprimit. Numquid repenſans ſcrutationis contumeliam? *Qui*

Prou. Gregor. Bernard. Beda. Salazar. Lyra. *ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria.* Prouerbiorum 25. verſ. 27. τὸ *maieſtatis*, maieſtatem diuinam non humanam interpretatur Gregorius, Bernardus, & Beda, (apud Salazar ibidem) & Lyra in cap. 2. Exodi. Verùm quid eſt, quod Dei gloria opprimit ſcrutationis iniuriam? imò quæ iniuria irrogatur Deo, dum homo curiosè ſcrutatur arcana diuina? Nonne omnia Dei perfectiſſima ſunt, & Deo digna? Quid ergo deprehendet in Deo humana ſcrutatio Deo indecorum? Nihil planè. Quam ergo ob cauſam ſic grauiter punit ſcrutantes curioſorum oculos? Quin & à Dei gloria caſtigantur. Et cur non ab aliis attributis Dei? Quando Dei gloria caſtigat? Certè quando delinquitur in gloriam. At ſcrutator Dei, quia in auctoritatem & gloriam diuinam maximè peccat, dum illam ſuſpectam reddit curioſâ ſcrutatione, ideò punitur à gloria, quæ ſcrutatione offenditur.

21. *Quiſnam præſumat mortalium* (verba ſunt S. Bernardi præfatum locum explicantis) *huic ſe diuinæ*

Bernard. *maieſtatis horrendo ſcrutinio proprijs intricare conatibus, & importunus contemplator pauenda irrumpere in arcana? ſcrutatores proinde maieſtatis, tanquam irruptores duci reor.* Ecce tibi ſcrutatores; & obſeruatores quaſi vim inferre præſumunt diuinæ maieſtati, quam horrendo ſcrutinio audaciſſimè offendunt, & iniuriè dedecorant. Vnde diuina gloria, cui maior iniuria videtur irrogari, vindex contumeliæ exiſtit puniſque Dei gloria, quod curioſa ſcrutatio gloriæ detraxit: *Seda pro offendida la gloria de Dios, y ſale à la demanda contra el que rebuſca la vida à Dios, y curioſamente eſcudriña ſus obras.* O quàm Deus exhorret eiuſmodi curioſam humanæ mentis ſcrutationem! quam ſic lædit, & opprimit gloria diuina, tametſi Deus ab ſcrutatione non deuenuſtatur ſuſpicione malitiæ, ſed ampliùs ab ſcrutatione innoteſcat Dei gloria. Nihilominus gloria Dei non vult decorari ſuæ gloriæ ſcrutatione. Sic eſt inuiſa Deo, ſic eſt contumelioſa homini curioſa & attenta hominum ſcrutatio! Profectò omnis ſcrutatio hominem ſuſpectum facit, ſuſpicio cenſura eſt, cenſura contumeliam irrogat. Nil magis vulgò habetur apud homines, quod hominum ſcrutationem ſubit, & curioſam cenſoris obſeruationem patitur. Ergo, *Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria.* Sic Chriſti Dei gloria oppreſſit Phariſæos, qui glorioſa ipſius opera malitiosè obſeruabant.

---

§. V.

Diuinæ gratiæ humana neceſſitas adſtruitur.

NAturæ humanæ inertiam (impotentiam potiùs dixerim,) ad rem virtutis, ſi gratiæ viribus deſtituatur, ſeueriùs tradūt Theologicæ ſcholæ; nunc ad mores pauca libare iuuat, vt agnoſcat homo quàm de ſe ſit imbecillus ad negotium pietatis: & propriç tenuitatis conſcius, ſolerter exambiat auxiliatorem Deum, ſine cuius gratiâ nec gratiam exambire poteſt. O indignam naturæ humanæ paupertatem, quæ ſine gratiæ ope, adhuc precariò emendicare non eualet opem gratiæ! Sic infirma, nuda, & incompta eſt ad res gratiæ natura hominum, vt terrenâ mole depreſſa, 22.

aſſurgere

Digitized by Google

assurgere non poſſit ad cæleſtia: ſic diſtorta à primæui debiti præpropera fœditate, vt nihil de ſe habeat, quod ſit gratum oculis conditoris. Apocalypſis 21. v. 2. *Et ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouã deſcendentem de Cælo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Nomine ciuitatis Ieruſalem ſignificari Eccleſiam, ſeu fideles, ferè conuenit inter commentatores. Sed cùm iuſtorum anima, Allegoriã Sponſæ ſignificetur, animaduerſione digniſſimum eſt, paratam & ornatam à Dei gratiâ dici: nempè *diuinis chariſmatibus adornatam*, vt inquit Strabus, vel *virtutibus compoſitam*, vt commentatur Anſelmus Laudunenſis. Profectò omnis fœmina à naturâ ipſâ nimis eruditur ad ſe comendum, & ornandum: quod pronum & volupe eſt mulierum ingenio; hanc enim artem cum natura hauriunt, & à natura exprimunt, ad quod ſtudioſè pronæ ſunt nemine docente. Quis vnquam puellares feminarum annos, ad alia rudes, aliquando erudiuit ad fucos ceruſſæ, & purpuriſſi, quo rubeſcunt, & candicant? Ecquis puellas docuit ſumptuoſiùs optare, & ambitioſiùs aptare ſibi lenocinia comptioris veſtis, & politioris ornatûs fucum? Planè cum puellis naſcitur, & innutritur propenſiori ſtudio, & exquiſita arte: præſertim ſi blandioris beneuolentiæ fomite ad amores extimulentur. Quæ vnquam puella adeò deſipuit, vt amaſium rogaret, quòd ipſam ceruſsâ, & purpuriſſo pingeret: aut gemmas ſeu torquem, veſtes & ornamenta ipſi aptaret ad lenocinia venuſtatis? Ergo vt Euangeliſta Ioannes hominibus intimet quàm rudes ſint, & imperiti ad cæleſtes gratiæ ornatus, proponit homines ſub ſponſæ allegoria, quæ à Deo animarum amaſio, ornatur ad cultum, & gratiæ lenocinia. *A Deo paratam*, inquit, *ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Sic eſt rudis, ſic incompta, & inepta anima ad ſe ornandum cæleſtibus gratiæ lenocinijs, vt quæ à natura ſua nimis erudita eſt, nimiſque propendet ad naturalis pulchritudinis mundities & ornatus, rudis eſt, & inepta nimis ad cæleſtis venuſtatis ornatum. Vnde à ſe fœda, & inhabilis eſt: & induſtria totius ornatus ab amaſio, & ſponſo: à Deo inquam, ornatur.

Apoc.

Strab. Anſelm. Laud.

Gratia hominem tanquam ſponſam ornat.

23\. S. Ioannes Chryſoſtomus ſic fatur de hac re: *Cum alia animalia Deus munierit veloci pedum curſu, aut velocibus pennis, aut vnguibus, aut dentibus, aut cornibus, hominem ſolum ſic diſpoſuit, vt virtus illius ſit ipſe, vt infirmitatis ſuæ coactus, ſemper neceſſarium habeat Dominum ſuum.* Scilicet ſic homo languet, & penè emortuus eſt de ſe ad rem ſanctitatis, vt eius virtus & vigor à gratia ſit: nam ſufficientia noſtra, & facultas ad bene operandum, à Deo eſt, qui dat non tantùm poſſe, ſed & velle, & perficere. Vnde S. Cyrillus Alex. lib. in Ioannem cap. 6. ita ſcribit: *Vnigenitus Dei filius principium, & ſubſiſtentia omnium tam viſibilium, quàm inuiſibilium, in ipſis vita erat*, &c. Bellè quidem Chriſti fauor & gratia dicitur pietatis *ſubſiſtentia.* Nam ſicut ſubſiſtentia eſt terminus & perfectio hominis, eius fulcrum & ſtabilitas: impoténſque eſt homo ad operandum abſque ſubſiſtẽtiæ fulcimento: ſic gratia dicitur virtutis ſubſiſtentia, eius perfectio, & ſuſtentaculum, & potentia ſeu vigor ad operandam rem ſanctitatis. Imò & vita animæ dicitur à S. Cyrillo. Cui accinit S. Chryſologus ſerm. 16. *Quod eſt anima, inquit, corpori, hoc eſt animæ Chriſtus. Sine anima corpus non viuit, non viuit anima ſine Chriſto. Recedente anima mox corpori fœtor, corruptio, putredo, vermis, cinis, horror, & omnia viſu deteſtanda ſuccedunt. Diſcendente Deo confeſtim venit in animam peccatorum fœtor, corruptio criminum, vitiorum putredo, conſcientia vermis, vanitatum cinis.*

Chryſoſt. in cap. 7. Matth.

Cyril. Alex. l. 1. in Ioan. cap. 6.

Chryſol. ſerm. 16.

24\. Ergo cùm Chriſti gratia ſit vita hominis, & ipſius anima ad res pietatis, & potentiæ ſeu facultates à gratiæ vita ſint, vt nuper aiebant Chryſoſtomus, Cyrillus, & Chryſologus; facilè eſt inde interpretari difficilem locum Ioannis cap. 7. v. 32. *Miſerunt principes, & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent eum. Dixit ergo eis* I E S V S. *Quæretis me, & non inuenietis*, &c. Procul dubiò ſi ad miniſtros Phariſæorum hæc dixit Chriſtus, manifeſtum eſt ipſos miniſtros Chriſtum inueniſſe; neque enim Saluator potuiſſet ad ipſos coram loqui, niſi eum inueniſſent. Quo ergo pacto, ait: *Quæretis me, & non inuenietis?* Quis iam inuentum adhuc quærit, & non inuenit? Verùm cùm hi eiuſmodi miniſtri Chriſtum ſine gratia inuenerunt, (quia illum apprehendere intentabant) ait illis, quia homo ſine gratia eſt velut corpus ſine anima & tanquam homo ſine potentijs, etiamſi me inueniſtis, non tamen inueniſtis reuera; nam qui ſine gratia Deum inuenit, minimè ad pietatem inuenit: cùm Chriſtus tantummodò facultatibus gratiæ poſſit quæri, & inueniri. Vnde inuentus, adhuc quæri debet, nec inuenietur, quia ſine gratia quæritur. Quæ eſt communis Patrum interpretatio. (Legi poteſt S. Auguſtinus tractatu 32. in Ioannem.) Quia vt ait Iſaias cap. 65. v. 1. *Inuenerunt qui antè non quæſierunt me. Sine conatu ſunt donationes, & gratia Dei*, inquit S. Ambroſius, *Nõ eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* Profectò conatus humanus fortè inuenit Chriſtum, ſed non ad pietatem; & ita planè non inuenit; prima verò gratia, quia ſine conatu eſt, non quæſitum inuenit: ô gratiæ miracula! Vnde vt Iuditha ſuadeat Bethuliæ proceribus, ſe poſſe gratiæ facinora perpetrare, non à ſe, ſed à Deo ad id valere comprobat, ait cap. 8. v. 31. *Quod facere diſpoſui, probate ſi ex Deo eſt, orate vt firmum faciat Deus conſilium meum.* Nam vita, & potentia ad benè operandum, à Deo eſt, non à nobis: qui abſque vita ſeu vigore diuinæ gratiæ, velut inanimes & emortui ſumus ad rem virtutis, & negotium, ſeu otium pietatis.

Ioan.

Chriſtus inuentus quomodo non inuenitur.

Auguſt. Iſaias. Ambroſ. Luc. c. 1.

Iudith.

25\. Inter primas gehennalium cruciamentorum pœnas, ligationem manuum, & pedum minitatur index, Matthæi 22. v. 13. *Tunc dicet Rex miniſtris: ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Quænam ſunt hæ manicæ, & compedes, quæ vinciunt ſtrictè, & diſtrictius torquent damnatos? S. Gregorius: *Ligantur tunc pedes, & manus per diſtrictionem ſententiæ, vel tunc ligat pœna, quas modo à bonis operibus ligauit culpa.* Scilicet in inferno negatur damnatis gratiæ diuinæ efficacia ad omnem pietatẽ, qua negatione dicitur miſer damnatus pœnaliſſimè conſtrictus vinculis obſtinatæ malitiæ: hæc autem vincula conſtringunt damnati voluntatem, ne poſſit efficaciter ſe expedire à tormentis: & ita gratia negatus, dicitur manibus, & pedibus ligatus. *Es la gracia de Dios los pies y manos del hombre.* Porrò niſi ita ligaretur, tantus eſt diuinæ gratiæ vigor, vt facilè ſe poſſet expedire à gehennæ cruciamentis. Lucæ 3. v. 16. *Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto; & igne.* Quid eſt Chriſtum baptizare igne? Quiſnam iſte ignis? Neminem latet nomine *ignis* congruè ſignificari gehennæ incendium, ita S. Cyrillus Alex. in c. 4. Iſaiæ,

Matth.

Gregor. ſerm. 16.

Luca. Cyrill.

Hieron. Leo. Euthym. Druthm. Chrysost. hom. 11. in Matth. Isaiæ, S. Hieronymus ibi, & S. Leo in epist. 4. ad vniversos Episcopos per Siciliam constitutos, cap. 6. quam sententiam referunt Euthymius, & Druthmarus super cap. 3. Matthæi. At S. Chrysostomus nomine *ignis* diuinam gratiam interpretatur, sic fatus: *Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne. Ipsa translatione sermonis exprimens gratiæ largitatem. Iam verò commemoratione ignis adiuncta rursus ipsius gratiæ vehemens, atque incomprehensibile signauit.* Nempe diuina gratia baptismus ignis dicitur, quæ sic incomprehensibilis est, vt vel damnatos baptizaret, & pœnis infernalibus exolutos omnem pœnæ, & culpæ reatum instar baptismi tolleret, & Deo gratos redderet.

26. Vt autem planè, & plenè cognoscatur diuinæ gratiæ efficacia, non omittam hic interpretum admirationem ad cap. 25. Matthæi, quomodo tot virgines, decem inquam, (quo numero maxima multitudo denotatur,) reperiantur? Respondet Origenes. *Sensus est, omnes qui receperunt Verbum Dei virgines sunt. Tale enim est Verbum Dei, vt de sua munditia accommodet omnibus.* Scilicet ea est gratiæ diuinæ admiranda vis, vt constupratissimos mores tanquam virgines faciat. Porrò virginitatis decus recuperari non potest, si semel luxu constupretur, at diuinæ gratiæ tantus est vigor, vt ab illo quodammodò reflorescat marcidus virginitatis flos. Hinc colligere facilè licet, quàm restauret gratia diuina reliquarum virtutum pristinam venustatem, quæ sic velut resculpere eualet teneræ virginitatis honorem. Ergo, ô homo, magni æstima gratiam, id est vitam animæ, potentiam vitæ, vigorem iustitiæ, officinam virtutis, vitiorum interitum, delictorum excidium: & sic viue, vt piè exambias noua gratiæ incremẽta ad æternaturam vitam. Vide hic vers. 7. quàm se publicet Iuditha diuinæ gratiæ indiguam in occasione virtutis, cuius nacta fuit opportunitatem.

(Margin: Matth. — Origen. homil. 32. — Iudith.)

§. VI.

In peruersis quibusdam hominibus videtur gratia quasi violenta; Vnde Deus apta ingenia ad munera sæpe eligit, ne gratia resiliat, & cæleste Verbum patiatur aborsum.

27. ETsi humana natura à primæuo illo originalis peccati excidio, deprauata sit, & iniquissimis inclinationibus medullitùs vitiata: (nam à peccati fomite sic decinerescit, vt ardeat ad omnes prauitates, & ad omnes sanctitates frigeat: est enim eiusmodi fomes vitiorum ardor, virtutum nix:) nihilominus naturalis indoles valde iuuat ad veram sapientiam, & virtutem Christianam. *Nam opimitas sapientiam impedit, exilitas expedit*, inquit Tertull. corpulentia animum obtundit; macrum & exsuccum corpus exacuit animum. *Empedocles causam argutæ indolis, & obtusæ in sanguinis qualitate constituit.* Nobilitas, arcanus igniculus est ad gloriam: infamiæ dedecus, fomes est ad delinquendum. Iracundum ingenium mentem prodigit; pacatum, & mite seruat. Corpus vehementer propensum ad lasciuiam virtutes vrit: frigidum & pacatum, ardores libidinis temperat, & serpentem luxum, quasi cauterio sistit. Plures homines ambitiosâ honorum cupiditate naturaliter turgent, aliis sordida & humilis natura est, paruo contenta, & ab inertia frugalis. Quorumdam non bona natura seditiosa est, furax, fraudulenta, liuida, sæua, pugnax. Aliorum bona indoles, tumultuari nescit, furta odit, simplicitatem colit, inuidiam ignorat, crudelitates horret, & timore periculi pacata, Martis sæuitiam. Vnde nemini dubium est, quin ad rem bonæ sapientiæ, & Christianæ virtutis aliquid de corpore accedat. (An id fiat à mera natura, an à gratia naturæ permixta, ad Theologiæ scholas remitto, hodie super hac quæstione pugnacissimè dissidentes.) Vnde perspicuè patet humanam naturam sæpe vltrò cooperatricem esse diuinæ gratiæ, sæpiùs contumacem & reluctantem. Hinc perspicua fit gratiæ arcana politia, quæ naturam humanam explorat, & rerum indoli piè insidiatur, vt sic auxilium congruat ingenio, & officium personæ: & creaturæ sponte annuant ministerio. *Plato in Timeo Mineruam affirmat, cùm vrbem illam* (i. Athenas litterarum, & moralis virtutis metropolim) *moliretur, nihil aliud, quam regionis naturam prospexisse, alia ingenia pollicitam*, ait Tertull. Quia soli qualitas, & cæli temperies, sapientiæ, & virtuti aut congruit, aut officit: & naturalis indoles valde iuuat ad virtutem: nam hominis indita propensio, seu agnata inclinatio velut propheria est ministerij futuri. Matthæi 4. v. 18. *Ambulans Iesus iuxta mare Galiææ, vidit duos fratres Simonem, & Andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Super quibus verbis sic philosophatur S. Chrysostomus apud S. Thomam, fortè alia exemplaria nactũ: *Futuræ dignitatis gratiam artificij opere prophetabant.* Nempe Apostolorum cognatum piscandi opus, præsagium erat assumendos fore à Deo ad dignitatem expiscandi homines: humana piscatio cæleste piscationis officium portendebat. Sic enim Deus ministerium accommodat hominum inclinationi, vt innatum studium sit instar prophetiæ futuri muneris. Vnde Apostoli artificij opere quodammodò prophetabant futuræ dignitatis gratiam. Non quòd natura gratiam mereatur, sed quòd gratia ministeriis se accommodat naturæ. Opportunè inquit Philo: *Deus non pro magnitudine gratiæ suæ beneficus est, nimirum infinitæ, ac incomprehensibilis: sed attemperat se ad vires eorum, quos dignatur sua beneficentia. Neque enim sicut Deus ad benefaciendum natura propensus est, ita creatura ad recipienda beneficia.* Pende munificentiam diuinam se attemperare ad vires naturales eorum, quibus benefacit, non ad naturæ merita, sed ad innatam propensionem naturæ, vel insolitæ consuetudinis, quæ naturam aliam artificiosè format.

(Margin: Opimitas sapientiam impedit; exilitas expedit. — Tertull. l. de Anima. c. 20. — Natura est Gratiæ adiutrix. — Plato. — Tertull. suprà. — Matth. — Chrysost. — Philo l. de Mundi opif.)

Basilius Seleuc. Explicans illud Matthæi 20. v. 21. *Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo*; sic ait, *Pater dum probat, non simpliciter gratificatur, expectat mores nostros donum dum parat: non leuiter effundit gratiam.* Itaque Deus non leuiter effundit gratiam suam, sed naturam humanam perspectum habens, *expectat mores nostros*, non merita, (ne Semipelagianismi insimuletur Basilius,) sed naturę inclinationem, & naturalem indolis propensionem, ne homo respuens gratiæ beneficium, *Resiliat gratia*, vt inquit ipse Orat. 14. Nam gratia, quę aliquando naturalis est homini, (id est, ordinis naturalis,) & sępius supernaturalis; hæc aliquibus tanquam violenta est; & statim resilit, cùm propensionibus, aut studiis hominis non congruit, & inefficax fit irrito effectu. Pereleganter inquit S. Ambros. ad illud Lucæ 1. *Ecce concipies* 28.

(Margin: Matth. Seleuc. Orat. 23. — In aliquibus gratia resilit. Basil. — Lucæ. Ambros.)

pies in vtero, & paries. Non omnes ſunt ſicut Maria, vt dum de Spiritu ſancto concipiunt verbum, pariant. Sunt autem quæ abortiuum excludant verbum, antequam pariant. Audis plures animas cæleſti verbo prægnantes, nec omnes cæleſte verbum parere, ſed ſæpe abortum facere verbi, malè obſtetricante potius à natura ad contrarium nimis propenſa! Profectò *Gratia reſilit* ab his, qui *abortiuum excludant verbum*, iis enim eſt gratia quaſi violenta, & contraria naturæ. Altè de more ſuo inquit Tertull. lib. de Anima c. 20. de quibuſdam ſeminibus: *Alia degenerant pro conditione Cæli, & Soli.* Id eſt, ſæpe veluti degenerat cæleſtis gratiæ ſemen propter ſterilem naturam *Soli*, nempe hominis, in quo velut in agro ſeminatur; at inſolenter audiuit à *conditione cæli & ſoli*, quaſi degenerare gratiæ ſemen. Et tamen vtrumque coniungit Tertullianus, aiens; *alia degenerare pro conditione cæli & ſoli*: nam cæleſtis gratiæ ſemen, quod in ſterili tunc homine ſeminatur: degenerare dicitur: quia à generoſitate gratiæ efficacis, quæ alioqui foret, ſi homo fertilis fuiſſet boni operis, deſciſcit in gratiam inefficacem quæ ſic degenerat, vt à ſterilitate, & aduerſâ hominis propenſione & ſtudio, *abortiuum excludat verbum.* Ergo illa gratia generoſa eſt, quæ ſic attemperatur ingenio, & ſic naturæ, aut ſtudiis congruit, vt gratia non reſiliat, ac ſi foret violenta, nec ob prauè affectam naturam, abortum patiatur: ſed fœcunda ſit bonæ operationis, & virtutum fertilis.

Cælum ſterile. Tertull.

29\. Geneſis 1. v. 2. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Quænam hæ aquæ? S. Auguſtinus lib. [illegible]: *Aqua nomine ſignificatur materia ſubiecta operi artificis*, ex qua ſpiritus Domini, id eſt, S. Spiritus (vt proceres interpretum intelligunt,) fabricauit cæteras creaturas, nempe cælos, omnes animantes, volucres, beſtias, piſces, arbores, plantas, &c. Præclarè hunc locum commentatur Diodorus apud Lippomanum in Catena: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas: quando & quomodo creaturas cæteras pro ſua natura diſponeret, in ſimilitudinem videlicet fabri, cuius voluntas, his quæ fabricandis ſunt rebus, ſolet ſuperferri.* Itaque Spiritus Domini, Spiritus ſanctus eſt, qui in modum artificis prope aquam, id eſt, iuxta materiam: accingitur operi faciundo. Sed necdum eſt plenè explicatum τὸ *Ferebatur.* Diodorus dixit: *ferebatur ad ſimilitudinem fabri, cuius voluntas, his quæ fabricanda ſunt rebus, ſolet ſuperferri.* Expoſitionem inchoatam à Diodoro diſſodè expreſſit Hugo Cardinalis opportuniſſimè ad rem præſentem, ſic aiens: *Dominus Domini ferebatur ſuper aquas. Spiritus tanquam voluntas artificis ſuper materiam ædificij faciendi, qui de quo faciat conſiderans.* Nimirum ſicut peritus architectus poſtquam ideam formauit palatij faciendi, materiam conſiderat, ex qua materianda eſt fabrica. Nempe hæ pinorum ſpecies ad tigna, hæ cupreſſinæ ad laquearia, illæ cedrinæ ad columnellas, aliæ pineæ, ad tabulata contignationis. Hæc firmiora marmora ad columnas peryſtyliorum, hæc ad opera fornicata: arenarij & dolatu faciliores lapides ad alia munera, frontatos dolat ad ſtructuræ elegantiam, alios eligit ad compages ædificij, quoſdam ad fundamenta iacienda. Denique minutiores aptat, vt calce adglutinati in petrinam duritiem lapideſcant. Itaque aptam materiam diuerſis materialibus deſtinat manus artificis. *Sic Spiritus Domini*, vt faber, *ferebatur ſuper aquas, tanquam voluntas artificis ſuper materiam ædificij faciendi, quid de quo faciat conſiderans.* Hoc ſignificat τὸ *Ferebatur.* Hiſpanè bellè dicitur: *Se deſuelaua de la materia*, ſcilicet hæc portio aquæ nitidior, apta eſt ad fabricandos cælos cryſtallinos, hæc leuior ad materiandas volucres, ex hac turbida, belluarum turbidum ingenium pullulet: ex illa parte aquæ cœnoſæ, ſqualidæ, & ſordidæ animantes extent: illa impura ſalaces, & impuros piſces creet, &c. Sic opportuna, & connaturalis materia ſingulis creaturis deſtinatur, apta ad ſuæ naturæ munera. Et ita aptiſſimè explicatur illud, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas: tanquam voluntas artificis ſuper materiam operis faciendi, quid de quo faciat conſiderans.* Sic Paulum antiquæ legis acrem Zelatorem deſignat Deus, vt ardenter zelet Chriſti Euangelium. Apoſtolos ex piſcatione materialium piſcium, ad piſcationem hominum transfert: Matthæum ex humanis lucris ad cæleſtis mercimoniæ vſuras tranſportat: ſicque aſſumit naturæ propenſionem, vt gratiæ famuletur, & adiumento ſit. Sic generoſam Iudithæ naturam explorans, illam eligit Deus ad generoſum facinus, quod auxiliante gratia perficit. Feminam facie venuſtam, obſequio officioſam, eloquio diſertam, ad captandam Aſſyriorum beneuolentiam ſeligit: eius ingenium prudens, acre, viuidum, deſtinat ad auſum planè virilem animoſam mentem, & à magnanimitate generoſos ſpiritus armat ad obtruncandum Holofernianum caput, & vnà ingulandam victricem Aſſyriorum potentiam. Vnde præclarum Iudithæ ingenium à natura aptum, à gratia robuſtum, præclarè prophetabat præclarum facinus: nec reſilit diuina gratia, congrua bonæ indoli, & piis ſtudiis tantæ hæroinę. Fateor quod Deus non ſemel aſſumit ineptiſſima inſtrumenta, vt ſuæ gratię vires oſtentet. Sed quod poteſt Deus, non faciat homo: nec imbecillus cum Omnipotente certet de potentia. Nam quod in Deo prudens omnipotentia eſt, erit in homine imprudens audacia, aut malitię excuſatio. Non eſt aptus ad principatum qui ineptos eligit ad munera.

Genes. August. — Diodor. Lippom. — Hugo. Deus aptos [illegible] aſſumit, illos ad opus deſtinatum. — 30. Princeps aſſumat apta ingenia ad munera. — Iudith.

---

§. VII.

Sine Spe torpet humanitas tota: Spes fidei, & virtutum gloria eſt, quæ bene audax natura impoſſibilia religioſè intentat, & piè præſumit.

31\. SAnctus Zeno Veron. ſerm. de Spe, & fide, ſic fatur: *Primò omnium Spes nobis proponenda eſt futurorum, ſine qua ne præſentia quidem ipſa ſtare poſſe perſpicimus. Adeò tolle ſpem, torpet humanitas tota, tolle ſpem, artes, virtuteſque vniuerſæ ceſſabunt: tolle ſpem, & interempta ſunt omnia.* Porrò ſpes vigor eſt animi, corporis robur, promptuarium virium, & quæ hominem ſibi reddit, & hominem homini reſtituit: nam à deſperatione *torpet humanitas tota*: à ſpe redit humanitas, & quaſi reſculpitur hominis natura. Philo Iudæus in lib. Quod deter. potiori, &c. audacter dixit: *Solum bene ſperantem eſſe hominem. Itaque contrarium, qui deſperat, non eſt homo.* Nam ſi ſpem abiicias, tota humanitas torpet. Accinit S. Chryſoſtomus ſerm. de Fide, Spe, & Charitate, aiens: *Spes ipſum hominem conſtrauit.* Adeò tota humanitas torpet Spei deſtituta vigore vt pecuinam ſtoliditatē imitetur humanarum functionum ceſſatione! Vnde homo à deſperationis laſſitudine malè obbruteſcit, & à vigore ſpei vegetus, hominem conſtruit, & hominem ſibi reſtituit: quaſi ſolus homo bene ſperans, homo ſit.

Zeno. — Spes hominis facit ex quo ſenſu. — Philo. Chryſoſt.

32\. Addit S. Zeno virtutes etiam abſque ſpe, collabi, & ceſſare: quaſi virtutum matrix, & vigor, &

Digitized by Google

Chryſoſt. ad Hebr. ſpei anchora.

& firmamentum ſit ſpes. Quæ ideò *Sacra anchora* dicitur à Chryſoſtomo ſuper Pſalmum 140. imitante Paulum ad Hebr.6.v.19. quia ſpes nutantem animum, & à fluxis rebus, quibus inhæret, caducum, in huius Mundi verticoſo pelago ſtabilit, & velut aduncis obfirmat anchoris. *Conuertimini ad munitionem vincti ſpei*, inquit Zacharias c.9. v.12. Vincitur enim homo firmis ſpei rudentibus, & firmiter ligatur virtuti, ſpei anchorâ vinctus. Et vt multa Spei omittam elogia, eam appellat S.Chryſologus: *Fomem ſpei*, quaſi ſpes ſit virtutum fomes, ſeu fomes. Bellè S.Chryſoſtomus præfato ſermone vocat ſpem, *Suſtinendæ gloriam*, eſt enim ſpes felicitas patientiæ, tolerantiæ gloria, & laborum triumphus. *Si ſpem auferas non poteſt perpetua eſſe patientia: non patientiæ radix ſpes eſt*, inquit S.Ambroſius in Pſalmum 118. Et quod mirère magis, ſpes, quaſi retrogrado vigore fidem fouet, & alit. Beda in c.8. Prouerbiorum ita fatur: *Nihil execrabilius deſperatione, quam qui habuerit, & generalis huius vitæ labores, & quod maximè nocet, in fidei certamine conſtantiam fortitudinis perdit.* Ergo ſpes eſt fidei robur, nam fides vigore ſpei armata, hoſtes fidei exarmat, valenter vincit, & glorioſè detriumphat: ac ſi fidei laus à ſpe ſit. Imò ſpes ſociæ fidei actus, & functiones quaſi obit. S. Chryſoſtomus ſerm. illo de Fide: *Spes eſt cognitio fidei, credulitatis propinquitas, deſtinatum præmiorum tempus, futura expectatio meritorum.* Expende ſingula elogia, quæ plena ſunt emphaſis, plena acuminis, præſertim illud, *Spes eſt cognitio fidei.* Nam eſto, Spes ſit credulitatis conſtantia, & fidei honos; at quo pacto ſpes erit *Cognitio fidei*? Nam ſpes actus eſt alterius potentiæ, voluntatis inquam, quæ cæco impetu fertur in felix obiectum: at fides, actio intellectus eſt, arcana Dei myſteria ſupernaturali lumine percipiens. Verùm ſpes etſi obiecta cognatæ fidei perſpicere non valeat; at conſtantiam fidei ita ſtabilit, & roborat, vt ipſa cognitio fidei adſcribatur ſpei: à qua vigorem, & perſeuerandam firmetatur. Vnde *Spes fidei cognitio* nuncupatur. Argutè S. Zeno Veron. ſuprà: *Spes eſt fidei gloria. Qui enim optat, honorat*, inquit Tertullianus lib. de Patient. cap.6. Vel quia vt opportunè ſubiungit S. Chryſoſtomus: *Fides gloriam inchoat, ſpes ſuſtinendo conſummat.* Nempe ſpes fidei gloria eſt, quia ſuſtinendo, fidei gloriam conſummat. Itaque ſpes vna difficultatum victrix eſt, hæc triumphi ſteterunt, & quidquid in Chriſtiano bello magnum: hæc religionis anchora eſt, & fidei fomes, vigor, & gloria. Ergo ſpes fouenda maximè eſt, quippe quæ hominem ſibi reſtituit, & virtutes vniuerſas erudit, alit, incrementat.

Zachar. — Chryſol. ſerm. 1. — Chryſoſt. — Ambroſ. — Beda — Chryſoſt. *Spes dicitur Fidei cognitio & fidei gloria, & quare.* — Zeno. — Tertull. — Chryſoſt.

33. P. Damian. ſerm. 32.

Cæterum ſpes nimis poteſt in ſe virtutis, & quod piè præſumit potenter operatur. P. Damianus ita ſcribit: *Tertia ala eſt ſpes: hæc eſt quæ fragiles animos erigit ad ſuperna, quæ tædium expectationis leniat, quæ præſumit de miſericordia iudicis, & in diuinæ pietatis obuerſatur palatio.* Audis ſpem animosè præſumere? Porrò præſumptio audaciæ vitium, & etiam pium ſpei elogium eſt: nam ſpes ſic piè audet, vt æmuletur impiam ſceleratorum præſumptionem. Imò ſpes Dei omnipotentiam contendit æmulari, & ſibi adſcribere ſupplicem aliam omnipotentiæ ſpeciem, vt aliàs adnotabam ex Theodoreto. Matth.9. v.22. Acceſſit ad Ieſum mulier fœdum profluuij ſanguinis fluxum patiens, & fide attactus fimbriæ, anteuertens ſalutaria verba Saluatoris, fiducia præripuit ſanitatem. S.Hieronymus ita fatur ad hæc verba: *Fides tua te ſaluam fecit. Non dixit, Fides tua te ſaluam factura eſt; ſed ſaluam fecit. In eo enim quod credidiſti, iam ſalua facta es.* Ecce fiduciam æmulam diuinæ omnipotentiæ; tanta enim eſt vis ſpei ſuppliciter omnipotentis, vt animoſæ ſpei Chriſtus adſcribat virtutem miraculoſæ ſanitatis. Sic piè præſumit, ſupplex omnipotentia audentioris ſpei!

Spes ſupplex omnipotentia dicitur. — Matth. — Hieron.

34. Abrahamus ob Saræ infœcunditatem, ſterilis nuncupatur à patribus: nihilominus prolem ambit, quam inopia naturæ diu negauit. Quis quæſo fœcundare potuit ſterile, & effœtum longæuæ Saræ aluum? O naturale ſpei miraculum! Audiendus eſt Baſilius Seleuc. *Sterilis, inquit, venit in obliuionem ſuæ conditionis: natura dum ſpe renouatur, ſenecta obliuiſcitur. Acceptâ promiſſione habuit filium ante filij partum: & ſpes ipſa prius Iſaacum peperit, quàm aluus.* Scilicet Abrahami ſpes ſuppliciter omnipotens ſupra naturæ vires potens, priùs gignere, & parere Iſaacum audet, quàm natura; ſpes anteuertit prolem, & ante humanam genituram, ſterilem naturam fœcundauit ad felicem partum, quem priùs peperit ſpes quàm Sara.

Spes Iſaacum peperit antequam Sara. — Baſil. Seleuc. orat. 7.

Profectò martyrium res operis eſt. Tyranni crudelitas, carceris ſqualor, carnificis terror, cataſtæ dolor, tormentorum ſæuitia, ſæuæ mortis ſuprema calamitas Martyrem excudit; non imaginatio martyrij, quæ ſæpe ob terrorem, apoſtatas fecit. Et tamen tanta eſt ſpei efficacia, vt præuento carnificis officio martyrium anteuertere videatur. Præclarè Tertull. agens de illo ſtrenuè Chriſtiano milite, ob repudiatam coronam martyrij candidato, de quo dum ad carcerem raperetur, ſic fatur: *Et nunc ruſſatus ſanguinis ſui ſpe.* Audis Chriſti militem ab animoſa ſpe effundendi ſanguinem, præmaturè ruſſatum, & purpuratum? Ac ſi ſpes præuenerit tortores, & martyrij ſpes, quædam martyrij laurea ſit, quæ præmaturè martyrium inchoauit felici auſpicio: ruſſatus enim dicitur effundendi ſanguinis ſpe, incruento ſcilicet Martyrij genere. Quaſi primitias martyrij animoſa ſpes præripiat ſæuiori tyranno.

Martyrij candidatus ſpe ruſſatus martyrium anteuertit. — Tertull. l. de Coron. mil. cap. 1.

35. Ad Romanos 4. verſ. 18. de Abrahamo dixit Paulus, *Qui contra ſpem in ſpem credidit.* Quid eſt credere in ſpem contra ſpem ipſam? Quo pacto ſpes vires habeat contra ſpem? Nam eſto ſpes cætera vincere poſſit, at ſpes ſe ipsâ fortior eſſe nequit, Cardinalis Toletus ſic locum expendit ibi. Ita Abrahamus credidit ſperans, vt contra ſpem crediderit; quia nullam habebat priùs ſpem poſteritatis, nec naturaliter eſſe poterat. Magna profectò fides eſt ea credere, quorum non ſolùm nulla erat ſpes, ſed potiùs deſperatio omnimoda. Hæc ille. Zeno Veron. eleganter enucleat verba Pauli ad rem præſentem: *Hoc eſt quod Abraham contra ſpem credidit Deo, vt fieret pater multarum gentium. Contra ſpem autem eſt, quod impoſſibile eſt; ac non videtur eſſe poſſibile, ſed poſſibile hac ſpe fit, cùm Dei dicto indubitanter ac firmiter creditur.* Ecce ſpei animoſitatem, quæ rem prorſus deſperatam & ſummis naturæ viribus impoſſibilem audacter intentat, & feliciter exequitur. Nam quod *Non videtur eſſe poſſibile, poſſibile hâc ſpe fit*: quod enim naturæ eſt impoſſibile ſupplex ſpei omnipotentia facit poſſibile: quippe vel vtique impoſſibilia piè præſumit ſpei efficacia: & contra ipſam ſpem, ſpei fidendum eſt cum Abrahamo: audet enim ſpes patrare impoſſibilia, etſi ſpes eſſentialiter verſetur circa rem poſſibilem: nam quod eſt naturæ impoſſibile, poſſibile fit à potentia ſpei. Vnde iure Bethulienſes cap.6.v.15. animoſam ſpem appellant piam præſumptionem, qua armati exarmarunt victrices Holofernis acies. Tantâ pollet valentia Spes ſuppliciter omnipotens. Itaque ſemper ſperandum de Deo eſt, neque ſpes vn-

Ad Rom. — Toletus. *V.d contra ſpem ſperandum eſt?* — Zeno ſerm. de ſpe & fide. — Iudith.

quam ponenda. Imbellis animi est profutura proiicere, aut difficultatibus terreri; stolidi desperare, si primis conatibus non respondeat euentus. Ergo generosa spes ab ipsa difficultate alacritatem mutuet à periculo, à vulneribus, à sanguine. Quid? quod ab ipsa desperatione, tanquam à felici vtero & matrice non rarò spes enata Dominum beauit? admirare spei vigorem in Iuditha hîc vers. 7.

---

§. VIII.

Diuina clementia piè ambit, ne misericordia humana præcurrat diuina.

36. Seneca l. 1. de Benef. c. 1. *Liberalitatem Dei nemo præcurrit.*

Liberalitas augusta virtus est, & multis constat vt sibi constet. Citò dandum est: quia cum in omni officio magni æstimetur dantis voluntas, *qui tardè fecit, diu noluit*, ait Seneca. Quin & supplicantis preces largitatem deuenustant: *Serò dedit, qui roganti beneficium dedit*: nam supplicatio pretium est, quo emitur donum, & magnò quidem emitur, quod precibus mercamur. Gratia pretium ignorat, beneficium nescit compensationem, qua corrumpitur. Imò vera, & mera liberalitas festinat præuenire necessitatem; & munificentiæ ambitione præpoperat anteuertere alienam munificentiam, ne quis liberalitatis præripiat palmam. Rex Cyrus apud Danielem Prophetam edicto sanxit, ne quis quid ab alio peteret, nisi à se. O superbam Cyri ambitionem, quæ omnem liberalitatis censum sibi vsurpare frustrà præsumpsit? At non vetuit, ne quis prius quam Cyrus benefaceret. Oscitauit superbia Cyri, quæ non præcauit; ne alterius munificentia anteuerteret suam. Ambit ne alius rogetur, & negligit an alius non rogatus priùs det? Planè torpet superbus Cyri fastus: vt nostri Dei sit elogium singulare, à nemine præueniri in munificentiæ largitate. Quæ adeò præproperat miseris succurrere, vt omnem humanam sollicitudinem æmulo liberalitatis studio, festinet anteuertere, ne quis prior Deo præcurrat misereri. (Daniel.)

37. 1. Reg. *Saul punitur, quia ambit anteuertere liberalitatem diuinam.*

1. Regum 15. v. 3. Dei nomine mandat Samuel Sauli, vt inuisos Amalecitas funditus euertat: *Vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius, Non parcas ei.* Statim Saul instruit phalangas Israëlis, & Dei irâ obarmatus, adoritur hostiles acies, quas fugauit, prostrauit, detriumphauit; & Agag Regem apprehendit viuum. *Et pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum, & vestibus, & vniuersis quæ pulchra erant.* Quod vsque adeò acerbè tulit Deus, vt ob hanc noxam reiecerit Saulem, & regno priuarit. Quam Dei sententiam, dum illi intimat Samuel, *Dixit Saul Samueli: Peccaui.* Nec ideò placatus est Deus, qui ob simile verbum, pepercit Dauidi. Nam vbi primum Dauid dixit: *Peccaui*: statim audiuit ex ore Natan Prophetæ: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* 2. Regum 12. v. 13. Quare Saul implacabiles Dei iras meruit? cur Deus de se misericors & clemens, hîc seuerus, & iustus perseuerat? Quam ob causam hîc obliuiscitur suæ largissimæ misericordiæ, qua enormioribus delictis ignoscere solitat? Nonne hîc irrogatur iniuria diuinæ misericordiæ? Imò hac seueritate diuinæ iustitiæ, diuina misericordia vindicatur ab irrogata sibi iniuria. Siquidem Deus dixerat Sauli: *Vade & percute Amalec: non parcas ei. Et pepercit Saul Agag, & optimis gregibus*, &c. Scilicet Saul præsumit parcere, cui non pepercit Deus: & sic ambit (2. Reg.) certare cum Deo de misericordia. Et pietas humana sic æmulatur diuinam pietatem, vt illam anteuertere præsumat. Ac si homo primas partes misericordiæ sibi vsurpet, satagit in re clementiæ Deum superare, & præcurrere Deo ambit, ignoscens cui necdum Deus ignoscebat. Ergo Deus quasi æmulatus, quod humana misericordia præproperet, vt anteuertat diuinam; & zelo suæ misericordiæ, quasi pigritiæ, & torporis arguatur, sæuit in Saulem, qui temerario ausu præsumpsit diuinæ misericordiæ præcurrere, & prior Deo parcere.

38. Ioan. *Maria quasi præcurrit Christo in re misericordiæ.*

Ioannis 2. v. 3. Nuptiæ celebratæ sunt in Cana Galileæ, aderat nuptiis Dei pia Mater; inuitatus etiã est eius Filius cum Discipulis suis. *Et deficiente vino dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus. Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.* Hæc verba asperiora videntur, quam vt a mitissimo filio dicerentur piissimæ matri. Vnde homines non bene Catholici ex his Christi verbis licentiùs audent in Deiparam. Nam Montanistæ, Valentiniani, & Manichæi hinc Dei maternitatem Mariæ denegant. Planè errant hæretica licentia. Saltem hîc beatam Virginẽ reprehendi, disertè tradũt S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, & Ammon. in Catena Græca, quod cæteri antiquiores interpretes subintinuant. Recentiores verò speciem reprehensionis agnoscunt, quod negari non potest. Sed quam ob causam piissima Virgo, quæ longè à culpa aberat, velut reprehensioni videtur obnoxia? Mire dissident hic interpretes. Omitto multa, vt citò referam ex Chrysostomo hic homil. 20. ideò quasi asperiùs tractari Virginem Mariam, quia *intempestiuè petit.* Ait enim Christus Deus, *Nondum venit hora mea.* An Christi Dei diuinior liberalitas grauissimè fert præueniri à piissima piissimæ matris misericordia; & quasi anteuerti ad miserendum? Ac si dicat Christus: Num attentior, & vigilantior erit humana clementia, quàm diuina pietas? humana munificentia festinabit præcurrere diuinæ? nondum venit hora, vt misereatur Dei filius, & præproperat misereri Dei mater? Æquum non est, vt humana pietas præcurrat diuinæ, & præeat in miserando. Vnde quando pientissima Dei mater festinat anteuertere clementiam Dei filij, audit: *Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.* Ne humana sollicitudo præcurrat diuinam misericordiam. (Chrysost. Theophil. Euthym. Ammon. — Chrysost.)

39. 3. Reg. *Festinat Deus misereri, ne ab alio præueniatur.*

3. Regum 17. v. 9. Premebatur Palæstina Regio fame dira, mandat Deus Eliæ, vt pergat Sarepptham Sidoniorum oppidum, dicens: *Surge, & vade in Sareptha Sidoniorum, præcipies enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te.* Sollicite sciscitantur interpretes quando præceperit Deus huic viduæ, vt cibet Prophetam: nusquam enim eiusmodi præcepti mentio fit. Nec verosimile videtur, cùm nullibi dicatur Deum apparuisse viduæ gentili, & imposuisse præceptum piè alendi Prophetam. Quid ergo? mentitur sacer Historiographus? an Deus fingit se præcepisse, cùm id non præceperit? Hugo Cardinalis ibi: *Præcepi. Id est dedi ei vnde pascat: Vel præcepit, id est, charitas, quam Dominus dedit mulieri, præceptum eius dicitur.* Nempe quasi æmulatur Deus pietati huius viduæ: ne ipsa videatur anteuertisse diuinam misericordiam, ait Deus se præcucurrisse priùs, & præcepisse mulieri, misericordiam, videlicet elargiendo, vnde Prophetam pascat, vel charitatem illi præbendo. O ingenium æmulationis! ô pium diuinæ misericordiæ zelum! facultates viduæ Sarepthanæ datas, Deus appellat miserendi præceptum, ne ipse post viduam misertum fuisse videatur: diligenter præcepti nomine (Hugo.)

præoccupat

Digitized by Google

præoccupat miserendi officium, vt ante viduam diuina misericordia præproperasse videatur. Sic zelat Deus primas pietatis partes! sic piè ambit, ne quis prior misereatur! Ergo sapienter hic v. 7. cu-
Iudith. rialissima Iudith quodammodò adulatur diuinæ pietati, publicans se præuentam diuinæ prouidentiæ instinctu, ad succurrendum Hebrææ genti: ne ipsa diuinæ clementiæ præcucurrisse videatur.

§. IX.

Propositum, quod in animum irruit, & exterius inchoatum est opere, adeò homines instigat, ne cessent, vt plura absurda deuorent, ne videantur ab incepto desistere.

40. *Contentiosè persistit homo in opere incepto.*

ARdentissimè ad finem vsque deferre conatur homo propositum, quod in animum irruit, & opere inchoauit. Dedecus reputat desistere à sententia, quam approbatam semel, exequi incepit. Hispanè viuaciùs mentem meam explico: *lleuar adelante in que vna vez se empeno.* Et licet plura denuò in executione videat incommoda, quæ nisi incepisset, eum prohibuissent ab inceptione; tamen rem inceptam vsque ad finem perducere contentiosè conatur, neglectis difficultatum absurdis, ne ab incepto destitisse dicatur, quod probrum maximum reputat. Animaduerterant Iacobus, & Ioannes inter reliquos Apostolos Petrum sibi præferri in regno Christi: ambiebant sollicitè duodecim promissarum sedium primas occupare, & iure timebant, ne vnus Petrus primum præripetet locum. Porrò Petrus, & ætate, & vocationis antiquitate præcellebat, præcellebat & meritis, præcellebat & possessione. Cogitabant apud se quo pacto possent à Christo Domino obtinere, vt reiecto Petro, qui potior erat antiquitate, & meritis, & possessione, ipsi primam sedem obtinerent. Et hoc adinuenere consilium; videlicet, vt Christus arripiat propositum illorum præponendorum, illúdque exequi incipiat. Vnde Matthæi 20. v. 21. consultissimè aiunt
Math. Chrysost. hom. 66. voce Matris: *Dic vt sedeant.* S. Chrysostomus: *Vrgebant dicentes, dic. Empeñese se Christo en preferirnos.* Hoc propositum subitò capiat, & sic toto propositi impetu irruat in inceptionem operis; quò fiet, vt ab incepto non desistat, quoadusque perficiat, etsi Petrus primatus dignare præcellat. Quasi dicant: si quo modo obtinere poterimus à Christo, vt reiiciat Petrum antiquitate digniorem, meritis eminentiorem, possessione potiorem, id vno modo potest fieri, scilicet, si semel Christus incipiat id præstare. Nam tanta vis est in homine ad perducendum in finem, quod impensè inchoauit exequi propositum, vt adhuc de Christo (rudes tunc erant Apostoli,) id existimarint. Certi primas sedes obtinendi à Christo, si sententiam, quam arripuit Christus, opere eam exequi incepit. *Vnde*
Maldon. *vrgebant dicentes, dic*, vel *statue*, vt Maldonatus satis ad rem interpretatur. Tanta vi fertur homo ad perficiendum propositum, quod iam executione inchoauit!

41. Genes. Genes. 22. v. 2. Dixit Dominus ad Abraham: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum, super vnum montium, quem monstrauero tibi*, &c. Quis sanctorum Patrum non expendit, imò exaggerat difficultatem operis? Super quo legi posset Philo, S. Ambrosius, & S. Basilius Seleucus. Verùm Abrahamus statim in montem perrexit, & ad cacumen solus cum filio ascendit, construit lignorum struem, filium ligat, gladium stringit, leuat ad funestum vulnus, quò vnà cum filio caderent animus, & spes paternæ. *Et ecce Angelus Domini de cœlo clamauit, dicens Abraham, Abraham, non extendas manum tuam super puerum. Leuauitque Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem*, &c. Semel, & iterum ingeminat Angelus nomen Abrahæ, quasi semel vocasse, non sufficeret, vt illum retraheret à parricidio, quem debuisset auertere vel leue signum. Quod aduertit Basilius Seleuc. *Abraham, Abraham: vox mittebatur, & manus ligabatur. Ruentem ad iugulum feriendum dexteram desuper tenet: ingeminat vocationem, vt manum comprimat.* Geminatione vocis, & tentione manus Abrahami opus fuit, vt desisteret ab incepto facinore. Luculenter in primis notauit S. Zeno: *A filio ad agnum, semper lætatus, & gaudens: nec mutatus est vultus eius, cùm esset victima commutata.* Auertitur Abraham, ne occidat ipse propriâ dexterâ filium suum vnigenitum, de se amabilem, iure dilectum, spem tam illustris posteritatis, hæredem tanti census, &c. & in dilectissimi filij locum aries mactandus offertur, & magni æstimat S. Zeno, quod non expalluit, & expauit ad tale nuncium? Quòd non tulit grauiter, vt proprio filio parceret, & sæuiret in pecus? Et inde prædicat virtutem Abrahami, quòd *vultus eius non sunt commutati, cùm esset victima commutata?* Planè crudelitatis esset, & immanis sæuitiæ non lætari pro vita filij, qui tunc inopinatè natali funere reuixit. Et sanè in quo feliciori successu largiores strenæ, seu locupletiora euangelia, siue ditiora donatiua prò feliciori nuncio donanda forent, nisi pro filij vnigeniti incolumitate? Et tamen Zeno pietatem Abrahami dilaudat, quia non ægrè tulit, quòd cùm iam strinxisset gladium ad Isaaci necem, reuocatus sit? Scilicet Abrahamus in animum induxerat suum constanti proposito, iámque operis executionem impensè inceperat: Vnde inhiberi ab opere inchoato non grauiter tulisse, laudi datur: etsi opus inceptum fuerit dilectissimi filij parricidium. Vsque adeò tenaciter homines incumbunt in propositum, quod irruit in animum, & exequi inceperunt; vt non tam laudetur Abrahamus hìc à Zenone, quia filium mactare non horruerit, quam quod non exhorruerit, sed æquo animo tulerit, cùm prohibitus sit, ne perficeret opus inceptum, quod impensè inchoauerat. Quid viuacius pro hâc re? Illud ex Oseæ 13. quod adducit Paulus 1. Cor. 15. v. 54. 1. Cor.
Vbi est, mors, victoria tua? vbi est, mors, stimulus tuus? Sic extulit Tertull. lib. 5. adu. Marcion. c. 10. *Vbi est, mors, contentio tua!* Vim mortis quæ maxima est, contentionem appellans.

Laudatur Abrahamus quòd ab incepta filij iugulatione destiterit.

Seleuc. Orat. 7.

Zeno homil. de Abrahamo.

42.

43. Celebrans Tertullianus lib. 4. adu. Marc. cap. 20. diuinæ munificentiæ effusam largitatem, sic scribit: *O Deum non naturâ beneficum, sed æmulatione!* Infinitè munificus est Deus: nam eius munificentia eius natura est. Et sanè inter cætera diuinæ naturæ attributa, Misericordiæ opera, vtpote de se augustiora, eminent: ac si Deus esset magis munificus, quàm sapiens, quàm iustus, &c. Vnde excellit Misericordiæ attributum, non vt maius, sed ab opere nobilius. Hanc eminentiam diuinæ munificentiæ, etsi de se maximam, tanquam insufficientem existimauit Tertullianus ad velùti effusam Dei largitionem prædicandam, aiens Deum non tàm videri munificum esse à natura, quàm ab æmulatione? *Sobre apuesta.* Luculentiùs dicax: *Porque se à empeñado en ser dadiuoso.* Quasi munificentior sit Dei largitas ab eiusmodi æmulatione,

Deus dicitur munificus æmulatione, seu contentione.

ſeu propoſito, quod arripuit, & quo impulſus, iam diu irruit in largitiones, quàm à natura diuina de ſe propenſa ad largitiones, & munerandos homines immenſis miſericordiæ theſauris: Ac ſi plus eſſet in Deo æmulatione munificum eſſe, quàm à natura diuina procliuem eſſe ad largiendum? Hæc hyperbole Tertulliani rem apprimè exaggerat.

44. Animus noſter ſpiritualis eſt, & partibus caret; vnde in ſe creſcere non poteſt, ſed aliquando quaſi creſceret, maiora ſe intentat. A quanam vi? Egregiè Tertullianus: *Ita & animæ incrementa reputanda, non ſubſtantiua, ſed prouocatiua.* Nempe animus, aut animi hominis à natura, & ſubſtantia creſcere non poſſunt; at ſi aliquo modo excreſcere poſſent, maximè id fieret prouocatione, ſeu æmulatione: Tanta vis æmulationi ſeu prouocationi ineſt? Vnde prudentiſſimè Ozias Iudæorum princeps aduertens Bethulienſem populum irruere in deditionem æmulatione quadam, non eſt auſus eos palàm auertere à propoſito, quod ſemel cœperunt exequi; ſed cap. 7. v. 23. ded tionem procraſtinat, vt dilatione fallat ſpes. *Vio al pueblo empeñado, y da largas para diuertirlos de ſu propoſito.* Nam quis obſiſtat palàm propoſito, quod ſemel irruit in animum, & opere inchoatum eſt? Quod videre licet in Juditha hîc v. 7. dum peragit Holofernianam cædem.

Tertul. l. de anima c. 15. *Animi incrementa prouocatiua, magis quàm ſubſtantiua.*

Iudith.

---

§. X.

Pium deſiderium præmaturè gaudere dicitur operis priuilegio.

45. DEſiderare omnia quiuis poteſt, omnia habere nemo poteſt. Hoc in re diuitiarum verum eſt; in re virtutis non ita verum. Vis omnium ſanctitatum habere merita; deſidera ſigillatim ſanctitates omnes. Breuiſſima ad omnis virtutis meritum via eſt, per ſanctitatis deſiderium. Id ages, deſiderando, vt tibi inſtar totius vitæ, ſit vna dies. Quiſquis per alacritatem deſideriorum ad virtutem pergit, per compendium obtinebit virtutis metam. Planè artificium promerendi deſiderium eſt. Deſidera habere virtutum merita, & penè habebis, dum deſideras: quod eſt pium deſiderij priuilegium, vel natura vel vtrumque, *Qui enim optat, honorat,* (ſcitè dixit Tertullianus) non tantum rem optatam, ſed etiam deſiderij auguſtum meritum honorat. Quid enim ſublimius, quàm vt affectus præcurrat operis merito, & præmaturè anteuertat ferè omnem operis perfectionem. Luc. 1. v. 17. Zachariæ apparet Angelus à dextris altaris incenſi, & inter cætera Ioannis Baptiſtæ elogia, quæ patri prænunciat, ſic fatur: *Et ipſe præcedet ante illum* (Chriſtum inquam) *in ſpiritu, & virtute Eliæ, parare Domino plebem perfectam.* Non eſſet facile in hoc loco vitare Tautologiam, ſeu inanem eiuſdem rei repetitionem, ſi Græcam originem ad verbum exprimeret interpres. Græcè enim ſic ſcribitur ἑτοιμάσαι κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον, id eſt, *Parare Domino populum præparatum.* Quid, quæſo eſt præparare Domino populum præparatum? Si enim populus iam præparatus eſt, fruſtrà à Ioanne præparatur. Actum quidem agit, qui præparatum præparat. Verùm S. Hieronymus *Præparatum* conſultiſſimè vertit *Perfectum*: quaſi idem ipſiſſimum ſit *Præparatum*, & *Perfectum*. Porrò quiſquis præparatus eſt, & impensè affectus ad virtutis perfectionem, ac ſi iam opere ipſo perfectus eſſet, à Hieronymo reputatur: idem penè æſtimat, eſſe populum ad perfectionem affectibus, ſeu deſideriis præparatum, ac populum perfectum. Siquidem tanta perfectio elucet in affectu præparato, vt poſſit de merito æmulari operis perfectionem. Vnde Hieronymus, vt Tautologiam vitaret, *Præparati* quaſi ſynonymum excripſit, nempe *Perfectum*. (Deſinant interpretes rationem quærere tranſlationis Hieronymianæ.) *Es caſi vn tanto monta, preparacion deſembaraçada, o deſeos alentados de la perfecion, y la perfecion miſma.* Nam viuida affectio, aut expedita præparatio ad perfectionem, aut matrix perfectionis eſt, aut ipſiſſima perfectio virtutis.

Deſiderium rem honorat.

Tertull. l. de Pœnit. c. 6.

Luc.

Græcus. *Populus præparatus eſt populus perfectus.*

Hieron.

Marci 9. v. 23. Malus ille dæmon ſic pertinaciter ab adoleſcentia adhæreſcebat cuipiam iuueni, vt neque Apoſtolicis excantionibus extrudi potuerit. In patre marcebat miraculi fides, vigebat alacre deſiderium ſalutis caræ ſobolis, diu excruciatæ cacodæmonis contubernio. Simplex accurrit ad Chriſtum, anxiè poſtulat optatam liberationem filij. Et cùm miraculi fidem Saluator exigeret à patre; *Continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.* Multis commentationibus vexant hunc locum interpretes. Rationem difficultatis adducit S. Chryſoſtomus, aiens. *Sed ſi crediderat dicens: Credo, quomodo ſubdit: Adiuua incredulitatem meam?* Credo quòd pius hic pater non ſatis eſt apud ſe, à filij calamitate dementatus. Fruſtrà enim petit quis, quod habet: poſtulatio enim non eſt res poſſeſſionis, ſed negotium deſiderij: nam poſſeſſis fruimur, deſiderata & abſentia oratione negotiamur. Verùm S. Hieronymus animaduertens ad patris lachrymas, quibus toto animi deſiderio ſuſpirabat ſanitatem filij, ita fatur: *Fides cum lachrymis optata vota capit.* Nempè fidei deſiderium, ſeu *optatum votum* habendæ fidei, fidei meritum æmulatur, & quaſi computatur pro fide. Vnde optatum votum fidei, fidem pater appellat: ait enim: *Credo Domine.* At quia tunc actum fidei nondum habebat, ideo ſe incredulum dicit, & auxiliarem gratiam precatur ad optatam fidem actu habendam. Videlicet fidem, quam non habet, inquit ſe habere, aiens: *Credo Domine*, quia impensè eam exoptat. Et cùm adhuc incredulus eſſet, fidelem ſe nominat à voto fidei: quaſi votum fidei, fidem præcurrat: ſicque præmaturè fidelis à deſiderio, qui actu nondum fidelis eſt, honorans fidei deſiderium, nomine & merito exertæ fidei. Et qui nondum fidelis eſt actu, dicitur fidelis, à voto fidei. (Non quod fidei votum faciat fidelem, nec fides ſanctum, vt garriunt Nouatores licentiâ hereticâ; ſed quia fides deſiderata deriuat meritum in pium credendi deſiderium, quæ eſt Catholicorum ſententia.) Vnde pater credere dicitur ad meritum, & ad impetrandam filij valetudinem. Bellè S. Chryſologus: *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Pater credit, & (ſicut diximus) filius patris liberatur fide.* O eminentiam pij deſiderij! ô feliciſſimum voti meritum! Opta, vt habeas, qui iam præhabes, dum optaſti.

46. *Fides quæ deſideratur, habetur.* Marc.

Chryſoſt.

Hier.

Chryſol. ſerm. 51.

Lucæ 19. v. 8. Præcurrit Chriſti gratia Zacchæi diligentiam, & ab vſuris locupletem, ditat cæleſtis opulentiæ gazis. Vltrò ſe Chriſtus ingerit non inuitatus hoſpes, vt hoſpitij ſtipendium, ſit Euangelicæ perfectionis breue compendium: compendiaria enim via eſt, quæ per miſericordiam ducit ad cœlum. Stans autem Zacchæus, dixit ad Dominum: *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Quod dicit *Ecce*, attentionem exigit, ait noſter Maldonatus, quaſi rem magnam, Maldon.

47. *Dare dicitur qui dare deſiderat.* Lucæ.

&

& admiratione dignam, dicturus esset Zacchæus. Quidnam dixit tantâ dignum attentione? Ecce dimidium bonorum do pauperibus: & reddo quadruplum, si quid aliquem defraudaui. Inde tantâ attentione, & admiratione dignum est? Valde mirum est, hominem de miseriâ inopum diuitem, esse misericordem? An admirationem moneat, diuitem ære alieno oppressum, vltrò restituere? Mihi certè mirissimum est, Zacchæum tunc adstantem Christo, & cum illo coràm loquentem, dixisse tunc, Do pauperibus, Restituo creditoribus; non verò dixisse, Dabo, & Restituam. Nam qui tunc totus occupatus erat in obsequiis Saluatoris, in audiendis eius diuinissimis verbis, in apparando conuiuio, quomodo potuit verè dicere tunc, Do pauperibus,& Reddo debitoribus? Ipse se arguit mendacij, aiens se tunc agere, quod etsi agere desiderat, nondum peragit. S. Cyprianus in lib. de opere, & eleemosynis? & lib. 2. epist. 5. hac permotus ratione seriò autumat, Zacchæum antequam Christum pio excepisset hospitio, solitum fuisse largas eleemosynas pauperibus erogare, & pro debitis ex viuratio lucro, quadruplum soluere. At si res ita foret; vt existimat Cyprianus, non dixisset Christus. *Hodie salus domui huic facta est.* Vnde Irenæus lib. 4. cap. 26. Tertullianus, lib. 4. contra Marcionem. Ambrof. Beda, Theophylactus, Euthymius ibi, S. Chrysostomus tom. 2. in homil. de Zacchæo, S. Fulgent. in epist. ad Gallam, quibus subscribunt primores recentiorum, in ea sunt sententia, vt affirment, Zacchæum primò iustificatum, cùm Saluatorem excepit pio hospitalitatis obsequio. Quo ergo pacto, tunc verè dicere Zacchæus potuit, *Do*, & *Reddo*, cùm tunc nec daret, nec redderet, sed dare, & reddere destinaret? ô illustre desideriorum elogium? Acutè Theophylactus ita fatur in hac re: *Dimidium bonorum meorum*, inquit, *do pauperibus. Vides alacritatem?* Nempe Zacchæus dum expromptus est, & alacris ad donandum pauperibus, & reddendum creditoribus, rectè *dare*, & *reddere* dicitur: quia qui donare intendit, & alacris est ad donandum, meritum donationis planè anticipat; sic enim præmaturè donans qui alacriter donationem intentat.

Cypr. Luca. Iren. Tertull. Ambrof. Beda. Theoph. Euthym. Chrysost. Fulg.

Theoph.

48\. Matth. *Animus promptus beatur.*

Matthæi 5. v. 10. Christus Deus in monte edocens sublime Christianæ perfectionis fastigium, & cumulatius supernæ beatitudinis præmium, sic fatur: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Quid est persecutionem pati? num actuali perpessione ærumnas tolerare, calamitates perpeti, immania cruciamenta subire? Id existimant vulgò interpretes. At S. Hilarius supra doctiorum vulgus se se sublimiter attollens, sic piè piis desideriis fauet: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Perfectâ beatitudine eos remunerat, quibus omnia pro Christo pati, promptus est affectus.* Nempe affectus pro re haberi videtur,& piam alacritatem ad patiendum persecutiones,pro persecutionibus perpessis computat Hilarius: atque desiderium tolerandarum persecutionum, Beatitudinis præmio muneratur: quasi affectus persecutiones tolerandi, sit tolerata persecutio. O illustre desideriorum priuilegium! Scilicet Beatitudinis elogium, quod toleratæ persecutiones merentur, mercantur vota persecutionum: ô felix commercium! Sapienter Nazianzenus, hanc rem tractans, aduocat illud Isaiæ 55. v. 1. *Venite, emite absque argento.* Quæ verba sic commentatur, *O miram beneficentiæ celeritatem! O felicem contrahendi rationem! hoc bonum sole*

Hilar.

Isaiæ. Naz. Orat. in sanctum Baptisma.

voluntatis pretio emendum tibi proponitur. Appetitionem ipsam Deus, ingentis pretij loco habet. Ecce tibi affectus voluntatis, desideriorum priuilegio, penè gratis emit cælum, & beatitudinem promissam ei, qui persecutiones ipso opere patitur. *Perfectâ* enim *beatitudine munerantur, quibus omnia pro Christo pati, promptus est affectus.* Iuditha hic v. 7. factum putat opus, quod intendebat, & inchoauerat. Iudith.

§. XI.

Pium pij operis desiderium, velut opus reputat Deus.

Liberalis nostrorum munerum acceptator est Deus, cui desideria vsque adeò accepta sunt, vt pro opere libenter acceptet: desideratum ab homine opus, opere completum reputat. Lucæ 7. Fœmina illa peccatrix, Simonis domum, vbi Christus sedebat Pharisæi conuiua, opportunè importuna ingressa est, vt ad pedes Saluatoris prouoluta lachrymarum, & singultuum pretio cælum emeret. Cùm Christus tacitum Pharisæi murmur compesceret, & eius rusticitatem notaret, ait v. 45. *Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos.* Verùm Christus Dominus non tam proximus ianuæ accumbebat, vt vbi primùm Magdalena intrauit, statim potuerit Domini pedes exosculari: siquidem non in ipso limine, sed in ædium penitiori conclaui, mensæ instrui solitam. Ergo priùs Magdalena ingressa est domum Pharisæi, mox explorauit in qua mensæ parte Christus accumberet, dein illò perrexit, exinde prouoluta est ad pedes Domini, tandem illos osculata est. Et tamen ait Christus: *Ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos.* Num è limine osculata est pedes eius,qui in interiori domo accumbebat? Planè è limine exosculata est pedes Saluatoris, & *ex quo intrauit non cessauit osculari pedes eius*: quia ex quo intrauit vehementer desiderauit pia oscula. Porrò Christus desiderium reputat opus: & de pio desiderio tanquam de operis executione loquitur. Vnde quia è limine Pharisæi vehementiùs desiderauit mulier exosculari pedes Iesu, de illa dicit: (desiderium reputans factum) *Ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos.* Ac si oscula è ianua figeret pedibus Saluatoris, etsi Saluator proximus non esset ianuæ, quoniam desiderium impressit oscula; quod pro facto reputat Christus, aiens, quod ex quo intrauit domum, non cessauit Magdalena osculari pedes eius.

49\. *Desiderium pro opere executo reputat Deus.* Lucæ.

Vulgatum est illud Genes. 22. & à nemine non expensum, (sed adhuc aliquid expendendum restat,) quod ait Dominus Abrahamo tantummodò leuanti dexteram ad Isaaci vulnus: *Quia fecisti rem hanc, & non pepercisti vnigenito filio tuo*: Et tamen rem non fecit, sed facere voluit: & nihilominus fecisse, & non pepercisse dicitur. S. Chrysostomus ibi: *Considera misericordiam Domini: Non pepercisti (dicit) vnigenito filio tuo propter me, & sanè viuum illum reducit. At nondum finem vides, sed voluntatem, & mentem disce. Quantum enim ad voluntatem attinet, cruentauerat dexteram Patriarcha, & per cutem pueri immiserat gladium, perfectùmque obtulerat sacrificium, idcirco & Dominus quasi sacrific o re ipsa consummato laudat iustum & dicit: Non pepercisti vnigenito filio tuo.* Itaque desiderium Abrahami, ac si re ipsâ mandatum executioni, acceptat Deus ex mente

50\. Genes.

Chrysost. *Abrahamus filij mactator dicitur.*

Digitized by Google

Chrysostomi. Addam ex S. Nazianzeno orat. de laudibus Basilij verba expensione dignissima. Sic enim fatur: *Magnus Abraham, & patriarcha, & noua victimæ mactator.* Verùm ille *Mactator* est, qui & re ipsa mactat, & crebrò mactat. Ergo Abrahamus Mactator non est, quia nec semel mactauit. At vsque eò adpretiat Deus feruens mactandi desiderium, vt Nazianzenus non tantùm dicat Abrahamum mactauisse filium suum, sed *Mactatorem* appellet: tanquam si Isaacum & re ipsa mactauerit, & sæpius mactauerit. Vnde qui nunquam filium iugulauit, sed tantùm concepit mente facinus quasi crebertimè iugulasset, *Mactator* nuncupatur. Vsque adeò acceptat Deus desideria vt pro repetito facto eä reputet, quia repetito desiderio rem cupit!

Naziánz.

51. Adhuc persto in Abrahami facinore: Siquidem sublatam ipsius dexteram ad infligendum vulnus, considerans Basilius Seleuc. sic alloquitur Saram: *Isaaco oblato ecquid bonorum non speres?* Et addit: *Ausa sacrum facere dextera, beneficium spondet.* Id est, Abrahami dextera ausa mactare Isaacum, plura beneficia spondet obuentura piæ parentum temeritati, vltrò iugulantium dilectum filium. Itaque aduerte primò desiderium pro facto reputasse. Præterea desiderium vt opus computatum, ait Basilius, esse promissionem diuinam beneficiorum largiendorum à Deo. Recognoscenda est hîc prærogatiua piissimi desiderij, quod dicitur non modò opus, sed sponsionem remunerationis diuinæ. Parum enim esset feruentissimo desiderio promissionem diuinam succedere, illúdque munificentissimè remunerare, nisi ipsummet desiderium operis, esset sponsio diuina largissimi muneris redonandi pro desiderio. Quasi sera foret diuina promissio, nisi imbibita foret in ipso desiderio. Vnde desiderium ipsum sponsio dicitur munificæ retributionis. Imò præmium, quod largitur Deus pro Abrahami desiderio: *Beneficium spondet*, inquit, quia tam magnum præmium pro desiderio largitur Deus, vt non tam videatur præmium, quàm gratia, quæ meritorum condignitatem aut antecedit, aut excedit. Vsque adeò enim excellens est præmium, pro desiderio donatum, vt gratuita donatio, & merum beneficium appelletur. Tanti æstimat Deus desideriorum merita!

Basil.
Ingens pij desiderij præmium.

52. Ioannis 17. vers. 4. Sic loquitur Christus Passioni proximus ad Patrem Deum: *Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam.* At nondum id opus perfecerat, quia mors erat totius operis summa. Et morti proximus dixit: *Consummatum est?* Quo ergo sensu dicere potuit se ante Passionem consummasse omnia, quæ iussit illi Pater; cùm necdum perfecta essent? Nemo non mouet hoc dubium, quod apte soluit Theophylactus hîc, aiens: *Quomodo autem consummauit hoc, cùm modum inceperit?* Respondet: *Quia fecit quod maximum omnium, & radicem bonorum omnium nobis substrauit, dæmone victo, & se obiecto voracissimæ bestiæ, morti.* Nempe Christus se obiecit Passioni, & mortem tunc vel maximè desiderio desiderauit: ideò *se obiecto morti*, quasi iam mortem obiisset, verè dicit: *Opus consummaui?* Eodem vtitur verbo, quo vsus est in Cruce pendens, iam iam exhalans animam, & aiens: *Consummatum est.* Desiderium vehemens, & operi proximum sic computatur pro opere, ac si esset perfectum, & consummatum opus?

Ioann.
Quo sensu desiderium dicatur consummatio operis.

Theoph.

§. XII.

Sit homo in re virtutis piè quasi temerarius: & præsidio diuinæ gratiæ potens; homini impossibilia audacter intentet.

Solius Dei elogium est, se ipso plenum esse: creata omnia inanitate plena sunt, inde cognatus est illis defectus. Qui modò suspicit lunæ plenitudinem, mox defectum despicit, & luminis decrementa: neque vllum est in cælis astrum, cui aliqua eclipsis non suffuretur aliquid de plenitudine lucis. Homo ipse caducum esse habet, & defectibile: & quia se ipso plenus est, defectui maximè obnoxius est. Rarus est in quo dies pleni inueniantur, aut vita integra, aut plena opera: quisquis enim incrementa suscipit, vt patiatur decrementa necesse est. Timotheum virum sanctitate magnum aut inuenit, aut fecit Paulus, & tamen illum seriò admonet, 2. ad Timoth. 4. v. 5. *Ministerium tuum imple.* Super quibus verbis ait Anselmus: (si Anselmi sunt inter opera Anselmi inserta commentaria in Paulum.) *Ministerium tuum; id est, tui officij, imple, vt non sit in aliqua vacuum à bona actione tua; sed quicquid in eos debet agere, plenariè perficias.* Scilicet summa perfectio erit, si non sit in aliquo vacua; plena opera, plenum officij sui ministerium, plena omnia si in nulla re deficiant à tenuitatis humanæ vacuitate. Itaque integritas vitæ, & plenitudo operum, summum perfectionis fastigium dicitur à Paulo. Verùm quasi id non sufficiat, addit Tertull. Parum esse, vt quis officium suum impleat, nisi etiam plura præstet vltra sui officij obligationem. Neque enim plenam meretur laudem qui plenè satisfacit muneri suo, nisi adiiciat aliquid ad officij obligationem, vt adiiciat ad gloriam: nam quod superadditur ad plenitudinem officij, adiicitur ad gloriæ laudem, quæ non tam à plenitudine, quàm à superfluenti cumulo magnam admirationem, & plenam commendationem mutuatur. Itaque totus est Tertullianus in prædicanda Christi patientia, quæ tametsi maximè enituit in eius acerbissima morte, eam planè omittit, aiens: *Taceo quod figitur, in hoc enim venerat. Nunquid tamen subeundæ morti etiam contumeliis opus fuerat? Sed saginari voluptate patientiæ discessurus volebat. Despicitur, verberatur, deridetur, fœdis vestitur, fœdioribus coronatur.* Omnem humanam æstimationem excedit muta patientia quâ tenera Christi Dei caro crudeliter cruci affigitur, diris clauis manus, & pedes dirè terebrantibus; pendulum corpus suspendio luxatur, cruentis spinarum cuspidibus acerbissimè lancinatur Dei caput: Dolorum meta, & inhumana acerbitas, absque lethali vulnere animam atrociter extraxit, impatientiam doloris patientissimè tulit, & tandem deicidis doloribus moritur Christus. ô sublimissimam patientiam, quam stuporem insensibilem indicaret inscius! Et commemorans Saluatoris patientiam, id tacitus omittit Tertullianus; & cætera commemorat ad commendationem patientiæ Christi Dei? Magna præterit, vt minora commendet? Planè videtur præuaricator, & aduersùs tantam patientiam inuidus. At consultissimè immanissimæ crucifixionis, & diræ mortis patientiam omittit. Animum aduerte ad causam, *Taceo*, inquit, *quod figitur, in hoc enim venerat.* Nimirum Christus in mundum venit vt crucifigeretur, & morte sua mortem

53.
Officium suũ implere eximia laus est.
2. ad Tim.
Anselm.
Tertul. l. de Patientia cap. 3.
Supra debitum facere eximia laus est.
54. Tertull. supra.

Digitized by Google

mortem noſtram redimeret: hoc fuit Chriſti munus, hoc eius officiũ. Non ergo nimis eximia laus eſt, quod impleuerit munus ſuum. Numquid homo Deus potuit miniſterium ſuum non implere? Quod de ſuo ſupererogauit, & adiecit ad patientiam, cumulauit ad laudem. Vnde minoratæ ſed indebitæ patientiæ documenta ad maiorem Chriſti gloriam recenſet Tertullianus. Nam patientia crucifixionis damna ſentit ſolutionis: quod debito muneri ſupererogatur, glorioſiorem mercatur laudem, eò cumulatior exiſtens, quo fuerat minus debita: tanto enim debiti eminentias gloriæ quaſi ſuſtentatur.

55\. *Eximiè ſanctus audet ad impoſſibilia.* Cæterùm non eſt ſumma virtutis laus miniſterium ſuum implere; id eſt, exequi quod quis debet; imò nec plura facere quàm debet, niſi quaſi præſtet quis, quæ non poteſt: pius hic auſus à ſumma virtute eſt. Dicam Hiſpanè luculentiùs: *No es mucho hacer uno mas delo que deue, ſi de hacer mas delo que puede.* Nempe quiſquis ſummè perfectus eſſe cupit, neceſſe eſt vt ſit religiosè audax, & piè temerarius, animoſiori audacia impoſſibilia intentans. *Nam ſi Deus ſapiens, & potens, meritò in aduerſariis ſapientiæ potentiæque: id eſt, in ſtultitia, & impoſſibilitate materias operationis ſuæ inſtituit, &c.* Verba ſunt Tertulliani. Itaque piæ operationis congrua materia, eſt impoſſibilitas apud homines: *Nec tamen ideo ceſſandum eſt* (ait Philo.) *ſed ſtudio pietatis vel vltra vires audendum.* Nam vt ſcribit S.Chryſoſtomus: *Facilius eſt nobis per gratiam hæc impoſſibilia adimplere, quàm Iudæis per legem illa impoſſibilia.* Neſcit diuinæ gratiæ vires, qui vltra humanam poſſibilitatem non audet, & facere non intentat ea, quæ impoſſibilia factu ſunt: pietas enim tranſcendit vires.

Tertull. l. de Bapt. cap. 2. — Philo l. de [illegible]

56\. Senarius homo princeps, & publica præfectura occupatiſſimus erat, & arcto familiaritatis nexu coniunctiſſimus Ennodio; cauſabatur occupationes ne Ennodio frequenter reſcriberet, e uſque negotia tractaret. Cui ſic ſcribit Ennodius: *Audiui quidem ſæpe talia, ſed confiteor non recepi, quia frequenter neceſſitates deſideria tranſcendunt.* Scilicet qui ardenter deſiderat, naturam vincit, neceſſitatem ſuperat, & vltra id quod poteſt, operatur, nã amor ſupra poſſibilitatis vires audet. Lucæ 22. Saluator prædicit Petro trinam à debita fide defectionem: & audacter reſpõdet Petrus: *Domine, tecum paratus ſum & in carcerem, & in mortem ire.* Ad quæ verba ſic inquit Theophylactus: *Multa charitas animoſum eum reddit, vt polliceatur, quæ ſibi tunc impoſſibilia.* Nempe aduerſùs inconſtantiæ prædicationem, piè ferè temerarius præſumit conſtantiam, ei tunc (cõſequenti neceſſitate) impoſſibilem: neque enim ſcientia, & prædictio Chriſti Dei potuit irritari. At impoſſibilia intentare, ad impoſſibilia audere pietas eſt. Nam *Impotentem eſſe in opere, crimen eſt vitæ inertis*, ait S.Chryſoſtomus in Catena ad illud Lucæ 16. *Fodere non valeo.* Porrò impotentia noſtra ad virtutem, inertiæ crimen eſt, & deſidiæ delictum: pietas enim omnipotens eſt à gratia.

Ennod. l. 4. epiſt. 31. — *Ad impoſſibilia audendum amor animat.* — Luc. — Chryſoſt. Lucæ.

57 Ais, quis niſi temerarius præſumat ad impoſſibile? hoc ambitio potentiæ eſt, audacia pietatis non eſt. Nam ſi impoſſibile definitur: Quod *fieri non poteſt*: temerè quis audebit facere, quod non poteſt fieri: Ergo impoſſibilia intentare non eſt animoſitas virtutis, ſed temeritas vitij. Tunc deſperatio, pia erit, & religioſa. Verùm *Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.* Matth. 19. verſ. 26. Quæ verba ſic commentatur S.Chryſoſt. *Non enim ea de cauſa, quæ apud homines impoſſibilia ſunt, apud Deum poſſibilia eſſe dixit, vt tu deſperatione confuſus quaſi ab impoſſibilibus deterrearis: Verùm vt cum magnitudinẽ virtutis perſpexeris, facilius rem aggrediaris.* Facilliméne homo rem virtutis aggredietur, prænoſcens eſſe impoſſibilem apud homines? imò deſperatione confuſus deterrebitur. At à difficultate, & quaſi impoſſibilitate vires ſumet virtus, & audentiùs præſumet, quia experientia didicit, ſic animari ab omnipotentia diuina, vt poſſit dicere cum Paulo: *Omnia poſſum.* Ergo impoſſibilitas operis calcar addit ad operandum: ab impoſſibilitate felicitatem, & alacritatem mutuãs. Nam quis non extendatur alacriter ad impoſſibile, expertus à ſibi aſſidente omnipotentia, fore poſſibile? Porrò difficultas operis virtutem acuit: & magnanimitas impoſſibilia ambit, poſſibilia contemnit. Quid glorioſius quàm vltra vires audere, & poſſe ſupra id quod poteſt? Hic faſtus pietatis eſt, & pia virtutis ambitio. Aude, & poteris, quod niſi audeas, non poteris. Planè hic v. 9. & 10. piè audet Iudith imbellis femina, vltra robuſtorũ audaciam, & tranſcendens femineæ naturæ poſſibilitatem, impoſſibilia humanæ virtuti intentat, & patrat impoſſibilia, vel temeritati vatilli in Holofernis caſtris [illegible] operatur: Principem virtutis Aſſyriorum [illegible] obtruncat, fugat victrices acies, inſultantes hoſtes paſſim fundit, ferit, occidit, ſpoliis potitur opimis, & impoſſibilem bellicoſiſſimis ducibus victoriam, reportat femina.

Matth. — Chryſoſt. hom. 64. — Iudith.

§. XIII.

Grande malum eſt inimicitias agere, etiam cum hoſte à quo nihil mali timeri poteſt.

58\. *Inimicitias agere etiam in hoſte imbelli grande eſt malum.* Inimicitiæ res ſunt anxietatis plenę, plenę laboris, & ærumnarum; etſi deſit periculum reprehenſionis, ipſe hoſtilis animus ſui ipſius pœna eſt, & cruciatus acerbus, perpetuáque in animo tempeſtas. Si aduerſarium ferire non vales, maleuolentia æſtuas, fremis inſanè: ſi ille non ſentit ictus, aut ſenſiſſe diſſimulat, in te reciprocatur plaga. (*Occidi virum in vulnus mihi, & adoleſcentulum in liuorem, vel in cicatricem mihi.* Geneſ. 4. verſ. 23. ſic Chryſoſtomus.) Quæ in illum moliris angunt te, & vel occurſum illius exhorreſcis. Grande profectò malum inimicitias agere. Habere inimicum, inimicitiarum pœna eſt, à ſapiente & præcauenda, & timenda. Vicerat, profligãuerat Abrahamus quatuor Reges, & quidem victores; nec totas exeruerat vires ſuas, ſed ſubitanea opera domeſticis ſerius comitatus reportauit victoriam. Auctus Abrahamus (ſi non opibus, quas oblatas recuſauit) aliorum Regum fœdere, quos tanto beneficio ſibi deuinxerat, auctus victoriæ fama, re bene geſta, & ſupra hominis aduenæ faſtigium; tamen anxiè timet. Deus illi apparet, & angorem excutit. Geneſeos 15. v. 1. *Noli timere.* Quid tunc timeat Abrahamus? Regéſne, quos beneficio libertatis ſibi deuinxerat? Hoſtes, quos proſtrauerat? Planè quos victores vicit ſemel victos profligaret clade truculentiore. Quid ergo Abrahamũ angit? Suſpicor cum P.Pereira hic anxium eſſe, eò quòd inimicitias agat etiam cum hoſte imbelli & tanta clade proſtrato. Non timet malum ab inimico, ſed timet inimicitias, quod grande malum iure reputat. Valida Abrahamo ſuppetebant præſidia aduersùs hoſtes; ſed inimicitiæ inteſtinum malum eſt excedens

Geneſ. — Chryſoſt. ibi homil. 20. — Gen. — Pereir.

Digitized by Google

dens medullas;& perpetuus angor,& tabes animi. Bellum timet,quod in alios parat. Iob. 20. verſ. 23.
Iob. *Et pluat ſuper illum bellum ſuum.* Ac ſi dicat: Bellum,quod in alios gerit, aduersùs ſe ipſum gerit, Imber è cęlo ruit,fatigat hominem,& madore infirmat. Sic à numine decretum eſt, vt ſuper hominem pluat *bellum ſuum.* E cælo in ipſum ruit, ipſum angit,& excruciat miſerè.

59. Recuperauerat Iobus priſtinum faſtigium, & auxerat duplicata proſperitate;iam vigebat inclytus & regno & opibus, & potentiâ. At præterita calamitas amicos verterat in hoſtes; nam quos vt amicos priùs colebat, iam probauerat inimicos. Ad quos ſic fatur Deus, Iobi 41. v. 8. Ite ad ſeruum meum Iob,& offerte holocauſta pro vobis. *Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis, & faciem eius ſuſcipiam.* Agebat Deus,& ſeriò agebat de proſperãdo Iobo; & quando Iob gratulationibus occupabatur,& fruendum erat illi felicitatis parte, negotium mandatur orandi? Tuncne tempus vacandi ſacrificiis, & precibus pro doloſis amicis? Addit Deus: *Et faciem Iob ſuſcipiam*, parcendo vobis. Venia, quam Deus falſis amicis indulget, bonum Iobi eſt,vt plan[illegible]ditat Deus, *ſe faciem Iobi ſuſcipere*,vt illam [illegible]ur. Porrò *faciem ſuſcipere* eſt perſonam accipere. Hiſpanè; *Por acer eſto gratia a Iob caſi ſere acceptador de perſonas.* Scilicet grande beneficium Iobo confertur, eo quòd non ſolùm non puniantur eius doloſi amici, ſed vt veniã impetrent,& in veteres amicitias redeant. Aduertis ad loci difficultatem: aduerte ad intellectum rei. Nihil erat, quod ab Eliphaz Themanite, & Baldad Suhite timeret Iob; Iob,inquam, ſuperior regno,opibus,& potentia,quos ipſe Iobus calamitate proſtratus,ratione,qua tunc pugnabant, deuicerat. Verùm Deus largiſſimè munificus in Iobum ad cæteras proſperitates, quibus eum cumulauit, hanc addidit,ne haberet inimicos. Vnde hoc beneficium totum in Iobum collatum eſt: & rectè *facies Iobi ſuſcipitur.* Et Deus qui acceptator perſonarum non eſt,perſonam Iobi quaſi accipit, vt magnum donum illi condonet. Neque enim illuſtrem patientia virum perfectè proſperat Deus, ſi inimicos aduerſa fortuna fractos,felix iam retineret. Nam agere inimicitias etiã aduersùs imbecilliores,&à quibus nihil timet,magna calamitas eſt.

Iob. Magno Iobo præſtatur gratia, vt non habeat inimicos etiam à ſe deuictos.

60. Subdolus ſerpens deceperat humani generis protoparentes, & totam hominum maſſam aſtu corrupit; & à iuſtitiæ originalis arce deturbatos, miſerandum in modum peccati plaga proſtrauit. Audi ſententiam, quam Deus proprio ore fulminauit in ſerpentem, tantorum facinorum reum.
Vel [illegible] eſt.
Geneſ. Gen. 3. verſ. 14. *Et ait Dominus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus eris, & Inimicitias ponam inter te, & mulierem.* Et infra: *Et tu inſidiaberis calcaneo eius.* Pœna, qua ſerpens mulctatur ob commiſſum flagitium, eſt inimicitias agere cum muliere,& inſidiari Euæ. Hæcne Dæmonis pœna eſt, an mulieris? Mulier à natura imbecilla,culpa puſillanimis,à plaga languida,infeliciter victa, proſtrata miſerè eſt. Quid timeat dæmon à tam imbelli hoſte? Mulier potiùs infauſta timeat à tam cruento hoſte, qui natura Angelus eſt, & quidem præpotens;viribus impar,aſtu horribilis,victoria inſolẽs. Profectò hoc ſupplicium non vibratur in ſerpentem dæmonem, ſed in Euam miſeram. Et tamen vox Dei eſt ad Serpentem: *Quia feciſti hoc,inimicitias ponam inter te,& mulierem*, deuictam ſcilicet, *& tu inſidiaberis.* Vt vel hinc liquidò conſtet, quàm grande malum ſit inimicitias agere, ſiquidem Dæmon ipſe, vel Dæmonum princeps, lata ſententia ob tantùm crimen condemnatur à Deo,vt inimicitias gerat cum molli, ac femineo hoſte.

David hoſtibus cinctus Deum auxiliatorem ſibi 61.
poſtulat. Pſalm. 34. v. 2. aiens: *Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi.* Diuine eget ſcuto,& gladio,vt Dauidi auxilietur? Eſto, gladio opus ſit ad feriendum hoſtes; at ſcuto non eget Deus,quo ſe protegat. Quis enim adeò amens eſt, qui Deum ferire intentet? Inſana foret temeritas, imò fatua inſipientia. Num ſi Deo ſint hoſtes, apprehendat ſcutum neceſſe eſt quo ſe protegat? Etſi Deus nihil ab hoſte pati poſſit, tamen ab inimicitia ſe debet protegere,& ab hoſtilitate ferè cauere, Saluianus lib. 2. de Gubernat. Dei. *Apprehende ſcutum, & corripe gladium; ſcutum ſcilicet ad protectionem, gladium ad vltionem.* Arripiat Deus gladium ad vltionem inimicorum: ſed quia inimicos habet,protegere ſe debet ſcuto,non vt ſe tueatur ab inimicis,ſed ab inimicitiis,non ab hoſte,ſed ab hoſtilitate (loquitur Dauid de Deo more humano.) Ergo tu quantumvis viribus valeas, caue, vt infandum malum,inimicitias agere etiam cum impotenti hoſte. Nam ipſæ inimicitiæ,bellum eſt, quod in te pluet,quod timuit Abrahamus victor: pro quo faciès Iobi ſuſcipitur. Vides hic v. 9. & 10. victrices Aſſyriorum acies, & inuictum Holofernem deuictum imbellis feminæ manu?

Pſalm. Deus aduerſus hoſtes non tam [illegible] apprehendit gladium, ſed etiam ſcutum.

---

§. XIV.

Pœnam adulterat iudex, qui vnicum delictum multipliciter repetita pœna mulctat.

62. QVædam morborum genera febribus leuantur: neque ideò non ex toto illis caruiſſe melius eſt? *Abominandum remedij genus eſt, ſanitatem debere morbo*, ait Seneca. Simili modo, ſi ira iudicis repetito ſupplicio plectens iniquiſſimum reum,aliquando ex inopinato profuit ad eius emẽdationem,& timorem aliorum, non ideo ſalutaris eſt. Semel puniatur, qui deliquit ſemel: repetitæ culpæ repetita exigunt ſupplicia: nam ſecundum ſupplicium ob vnam duntaxat culpam,iuſtitia non eſt,ſæuitia eſt. Vltima ſupplicia vltimis ſceleribus repetita repetitis ponantur, vt nemo pereat, niſi quem perire aut Reipublicæ,aut pereuntis interſit. Hoc vno iudex erit diſſimilis medico,quod hic repetita remedia apponit ob grauitatem ægritudinis,aut culpam acceſſiti medici, quam non bene caſtigat ſemel acceptum pharmacum;at iudex vno ſupplicio vnicum culpæ morbum eluat: ſæuitia bis punit ſemel commiſſam culpam. Nam qui ſupplicium repetit *Pœnam adulterat*, inquit alioſum Baſilius Seleuc. Profectò adulteratur pœna, quæ multa repetitione incrementatur. Quin & adultera pœna eſt,quæ de libidine caſtigãdi blanditur iræ,aut ſæuitiæ iudicis, voluptas enim negotium adulterij eſt. Qui ſupplicium repetitione iterat,*pœnam adulterat*,& conſtuprat virginem iuſtitiam,quæ ab vnica punitione caſta eſt:à multiplici violetur libidine ſæuitiæ. Vnica culpa vnius ſupplicij rea eſt,vnico ſupplicio reatus expũgitur,nec pœna relinquat cicatricem vulneris, nec memoriam facinoris. *Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorũ tuorum non recordabor.* Iſaiæ.

Senec. l. 1. de ira. c. 23.

Sel. Orat. 3. Pœnam adulterat qui vnam culpam caſtigat bis.

bor. Isaiæ 43.v.25. Quisquis perspicax est ad ea quæ non sunt, cæcus est ad ea quæ sunt. Sit iudex ad delicta semel punita bene cæcus, ne sit malè perspicax. Nam sicut vna cæcitatis species est, non videre quæ sunt, sic alia planè est, videre quæ non sunt. Cæcè videt homo, quæ Dei perspicaciam fugiunt. Ne videat homo ad pœnam, quod Deum latet ad culpam.

63. Adamus tanti delicti reus, exul mittitur è voluptatis paradiso in terram, de qua assumptus est, nempe in suam patriam; vt peregrinetur in patrio solo, qui in paradiso extorris fuit ab innocentia, errore delicti. Præficiuntur à Deo iudices prouinciæ paradisi. Quinam sunt hi Præfecti? Genes. 3. vers. 24. *Collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, ad custodiendam viam ligni vitæ.* (Locus nuper à me versatus, sed iuuat ad aliud thema illum ampliùs emedullare.) Meritò ferè conuenit inter expositores, non vnum dumtaxat, sed plures Cherubinos Præfectos fuisse prouinciæ paradisiacæ, quod manifestè probat vox *Cherubim*, quæ in numero plurali est. Verùm quis non miretur, multos Cherubinos constitui, & vnũ tantùm gladium apponi? Malè plures armantur vno gladio. Fortè ab armamentario diuinæ omnipotentiæ, plures non suppetebant enses. Præstaret singulos Cherubinos singulis accingi gladiis. Quare plures adstant inermes? & cur vnus duntaxat armatur? Si arma aliquid valentiæ præstant, armentur omces contra humanam temeritatem. Quod si nihil ad id faciunt arma, nullus armetur. Planè exigua supellex ad plures armandos duces, vnus tantummodò gladius est. Verùm si apud humanos iudices, iudex vnus plures habet gladios, ad iteranda pœnarum vulnera; apud Angelicos, vnus sufficit ad vnum supplicij vulnus. Nam vt sapienter S. Hieronymus. Gladius Dei diuinam vindictam, seu punitionem significat. Diuinissimè ergo Deus Paradisi Præfectos creat plures: sed vnũ gladium, nempe vnam vindictam seu punitionem habeant: ne puniat vnusquisque, quod alius castigauit. Et ne quivis nimio iustitiæ zelo multiplicatione supplicij *pœnam adulterare* videatur, vnum tantummodò gladium porrigi, hoc est, vnam vindictam, seu punitionem. Esto Angelica præfectura humanæ exemplar: ne multi iudices habentes multos gladios, multas expetant pœnas pro vnius delicti culpa. Punitum crimen, quod iam nullum est ad culpam, ne sit ad pœnam multiplex.

Genes. *Ad vnum supplicium vnus sit gladius.* Hieron. in Psal. 62. & Zachar. 21.

64. Vetus & ardua disceptatio est, quare Deus, quia bis non iudicat in idipsum, orbi minitetur finale iudicium, in quo omnes mortalium reatus discutientur; & condigna mulctabuntur pœna. Porrò Petrus, vt Ecclesiæ pastor vniuersalis, sic etiam conscientiarum iudex est. Ergo qui ritè à peccatis absolutus est à Petro; iniustè iterum appellatur ad tribunal supremi iudicij. Iniuria videtur fieri summæ Petri potestati? imò & Christi Dei æquitati. Expendenda sunt ad hanc rem diuinissima Christi verba, aliàs ad aliud thema multis expensa. Matthæi 7.v.23. sic æternùm damnat Christus in die iudicij, æternæ damnationis reos; *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Non tantùm damnat saluator eos, qui tunc, id est, in die iudicij, operantur iniquitatem, nec condemnat eos, qui iniquitatem olim operati sunt? Omittit quondam perpetrata flagitia, & recentia quæ tunc damnandi committunt, duntaxat punit? S. Hieronymus ita fatur super his verbis: *Non dixit qui operati estis iniquitatem, ne videretur tollere pœnitentiam, sed qui operamini, id est, qui vsque in præsentem horam, licet non habeatis facultatem peccandi; tamen adhuc habetis affectum.* Ergo in finali iudicio tantùm manifestanda, & punienda videntur peccata, quæ per pœnitentiam non sunt deleta, quod insinuare videtur S. Chrysostomus homil. 2. in Psalm. 50. S. Hieron. in Isaiæ 64. S. Greg. 26. Moral. cap. 20. Magister, Durand. Viguer. Sonnius apud P. Henriquez 2. p. summæ lib. vltimo de fide hominis cap. 25. Saltem de eximia sanctitate viris, qui erunt iudices, id docet Origines homil. 21. in Numeros. Ecce tibi sententiam, quam innuunt locupletes scholarum Magistri. Scilicet etiam quandò Christus Deus omnium iudex, ostendebit summos diuinæ iustitiæ rigores repressos per tot annorum secula, tunc, tunc inquam, quãdo iustæ iracundiæ furoribus actus, fulminabit horrisona illa verba, quibus damnatos seuerissimè addicit æternis crucia mentis; hæc vox auditur: *Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* Non dixit, qui operati estis, ne videretur tollere pœnitentiam, & bis iudicare, vel damnare id ipsum Christus Deus in terribili supremi iudicij die, obliuiscitur iudicata & punita delicta; & humanus iudex eorum recordatur ad iterandam vindictam? Malè recordatur homo, eorum, quæ Deus obliuiscitur. Qui bis idem castigat, in se restaurat culpam, dum restaurat pœnam aduersùs iure insontem, iniuriè iterùm reum.

Matth. *An in die iudicij publicanda sint deleta crimina per pœnitentiam.* Hier.

Chrysost. Hieron. Gregor. Magist. Durand. Viguer. Sonn. Henriq. Orig.

Numerorum 20.v.11. Hebræa gens arescit in deserto ab aquæ penuria; nimia sitis rabiem ciebat; concitatur in Deum, obmurmurat in Moysen. Adest præsto Deus non merenti populo, & mandat Moysi, vt loquatur ad petram, quæ quasi vocem audiret, præstabit obaudientiam, & largum fundet aquarum imbrem. Moyses aliquantulum conciatior aduersùs rebellem gentem, coràm omni populo, *Cùm eleuasset manum, percutiens virgâ bis silicem, egressa sunt aquæ largissimæ.* Et confestim ac è saxo ebulliuit perennis fons, Deus offenditur Moysi, & grauissimâ pœnam illi seriò comminatur. In quonam Moyses peccauit? Nec vacat, nec iuuat referre, quæ vsque ad fastidium commentatores tradunt. Quidam interpretes, apud Cornelium censent, in eo Moysen peccasse. *Quòd bis percusserit petram, cùm semel tantùm debuisset.* At quam ob causam geminata silicis percussio imputatur ad culpam? Opportunè ad rem, petræ, aut silicis nomine intelligit Lauretus Ceruetiensis aut sanctos viros, aut duro corde homines, aut homines vtcunque. Ecce grandem culpam Moysis, Hebræi populi Ducis, quòd bis percusserit sillicem, cùm vna sufficeret silicis percussio. Nempe magna pœna mulctatur Hebræorum Præfectus, eò quod subiectum sibi silicem bis percussit, cùm sufficeret semel percusisse. Vna enim percussio, qua punitur bruta silicis natura, sat est ad corrigendum eius petrinum ingenium. Ergo geminata vel silicis percussio, miraculum correctionis ferè impedit, Deum seuerè irritat, & cogit ad durum supplicium amicissimo Moysi infligendum. Pœnam adulterat, qui semel prędurum silicem, bis percutit. Geminata durities geminatas exigit pœnas: vnicè durus, semel emolliendus est. Qui secùs faxit libidine castigandi agitur, cõstuprat virginem Iustitiam, adulterat ius, subditum perdit, Deum offendit, & amplioris pœnæ reum se facit apud Deum, supremum iudicium iudicem. 65.

Numer. *Petra semel dura non est bis ferienda.* Cornel.

Lauret. Cerue.

66. Lucę 11.v.52. Ait Christus: *Væ vobis legisperitis*: Ad quę verba ità scribit S. Cyrillus: *Reprobauit onerosam*

Luc. Cyrill.

Onerosa iurisprudentia officina. *onerosam legisperitorum officinam.* Audis iudicum legisperitorum tribunalia, dici a S. Cyrillo onerosam pœnarum officinam: ibi conduntur nouæ pœnæ, fabricantur repetita supplicia; inde paupertates, cruciatus, dehonestamenta, mortes. At tot, tantáque supplicia sæuiores aliqui iudices aduersùs reos producunt ex suæ Iurisprudentiæ officina, vt aliquando liceat censere, mortem esse blandissimam, aut mitiorem tribunalium pœnam. Lucæ. *Nec terreamini ab his, qui occidunt corpus*, Lucæ 12. v. 4. Ambros. Et cur corporalis mors timenda non est à sæuo iudice? Luculenter inibi S. Ambrosius ait: *Mortem supplicij corporalis esse defectum.* Ac si dicat: Qui apud seuerum & crudelem iudicem causam habet, qui reus est non tantùm criminis, sed etiam iræ iudicis, qui repetitã exigit pœnam pro vnica culpâ, ipsa mors, defectus supplicij est: nam defectus corporeæ vitæ eripit sæuo iudici materiam supplicij, quod sæpè repeteret, si corpus & vita suppeteret. Ergo bene cum reo actum est, si corporali morte punitus est; nam vna mors defectus est vlterioris supplicij, identidem repetendi. Caueat humanos iudex ab hac libidine sæuitiæ: nam vel saxum id est prædurũ, & sceleratissimi mores refutãt repetitos ictus. Semel percuti, iustitia est; bis feriri propter eandem culpam, sæuitia est. Vt sit elogium vnius Holofernis, id est, turbulentissimi, sceleratissimi, & profanissimi hominis, bis percuti; Iudith. *Et percussit bis in ceruicem eius*, vt dicitur hic vers. 10. Quod aduersùs Holofernem ius est, aduersùs cæteros, iniuria est, iniustitia est. Quasi cum Holoferne agitur, qui sic tractatur.

---

§. XV.

Commentarius litteræ.

Vers. 11. Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suam.

Vers. 12. Et exierunt duæ, secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem, & transierunt castra, & gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis.

67. IVditha tametsi virili animo prædita, non potuit non expallescere & exanimari dum audacissimũ patrat facinus, & quod bellatorem quempiam perturbaret, & deterreret: quare respirandi causa tantillum resedit, totum enim quodammodò spiritum effuderat, dum semel, iterúmq; acinacem vibrans, in neruosam ceruicem lethale ferrum abscondit. *Iuditha fesse eo legit à facinore.* Quin & ipse angor periculosissimi facinoris, respirationem tantisper intercluserat. Nec parum laborauerat imbellis & delicata femina, dum è lecto in terrã euolueret molem obesi cadaueris; & dum conopæum è cubilis tholo suspensum exoluit. Præterea quis dubitet Iuditham detersisse, si quid adhæresceret Holoferniani cruoris: Neque ego ambigo, quin deuotas Deo gratias tunc egerit de felicitate patrati facinoris, diuinámque opem implorarit, vt incolumis remearet ad suos. Expectauit etiam vt Holofernis caput, totum stillaret sanguinem, ne dum repeterent Bethuliam, ab cruoris instillati indicio proderentur. Præstolatur etiam consuetam exeũdi horam. Exiit itaque opportuno tempore, & clauibus reserata ianua, ferale Holofernis caput tradit Abræ suæ, iubẽs vt illud mittat in peram, in qua cibos deportarat ad Assyria castra: refertque in eadem gratissimum epulum Bethuliensibus, quo diuturnam sitim, & famem abundè depulerunt. Tunc ipsa cum Abra sua per media hostium castra sine vllius impedimento, aut suspicione transiuit feliciter, & circuiens vallem, in qua se lauare consueuerat, sospes peruenit vsque ad Bethuliæ portas.

Dubitat Dionysius Richel, quomodo fieri potuit, vt hac nocte non interpellaretur Iuditha ab exploratoribus Assyriis, cùm ad triduum tantummodò habuerit exeundi facultatem, vt constat ex cap. 12. vers. 6. & in die quarto, occiso Holoferne egressa sit, vt habetur eodem cap. 12. vers. 10. Dionysius existimat, visam non fuisse à custodibus, quia circuiuit vallem, ne exploratores offenderet. Profectò cùm peruulgatum fuisset in toto exercitu Iuditham valde placuisse Holoferni, & breui mora se tradituram Assyriis totam Iudææ prouinciam, haberéque facultatem à Principe noctibus exeundi quocumque vellet, parùm curarunt, an transactum esset priuilegij concessi tempus, an nondum impletum. Neque enim tam stricta & angusta sunt Priuilegia Principum erga charissimos & familiarissimos. Præsertim cùm penderet ex arbitrio Iudithæ, facultatis tempus ad nutum prorogare: sic grata fuerat Holoferni! Sic rem Assyriorum videbatur agere Iuditha! Imò sic obbrutescere solent amantes, seu amentes, vt hostilis femina omnia moderetur ad nutum! 68. Dionys. Iudith.

Et dixit Iudith à longe custodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel. Vers. 13.

Et factum est, cùm audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis. Vers. 14.

Et conuenerunt ad eam omnes à minimo vsque ad maximum; quoniam sperabant eam iam non esse venturam. Vers. 15. Postquam Iudith cum ancilla per vallis circuitum Bethuliæ portis appropinquauit, eminùs clamare cœpit, vt confestim aperirent vrbis portas. (Securè potuit eleuare vocem, cùm longiùs distaret ab Assyriis.) Et vt id alacriùs faciant, iubet illos gaudere, cùm res ex Hebræorum voto perfecta foret. Sed notanda sunt eius verba: *Aperite*, inquit, *portas, quoniam nobiscum Deus*. Non dixit quoniam cęsus est Holofernes, & parta victoria, sed quoniam nobiscum est Deus, præsentiam Dei æstimãs, quasi securitatem victoriæ, triumphi. Statim custodes aduocant Bethuliæ Senatores, quos presbyteros vocat; cùm vt lętũ nuncium illis prius intimaretur, tum quia vel apud ipsos erant vrbis claues, vel saltẽ ipsis inconsultis, noctu præsertim, vrbis portas nemini aperire licebat. *Sperare pro timere.* Statim ea ipsa intempestę noctis hora omnes vndique confluxerunt: *Quoniam sperabant iam iam non esse venturam.* *Sperare* propriè de rebus lętis dicitur; proinde Lyranus censet valdè impropriè hic accipi Τὸ *sperare* pro *timere*. Quasi verbum *sperare* etiam apud Latinissimos non accipiatur pro timere rem aduersam & tristẽ. Sic vsurpatur à Virgilio 4. Æneidos, & ab Herodiano lib. 8. & à Sophocle, & Thucydide, vt testatur Serarius, & Tirinus. Concurrerunt quidem ad eam omnes è senatu, & plebe, *omnes* inquam, multi admodum expectatione suspensi quid illa boni nuncij afferret: eò quòd iam non sperabat eam esse venturam; tametsi necdum agebatur Lyra. Virgil. Herodian. Sophocl. Thucydid. Serar. Tirin. Salian.

batur quinta dies, quæ fuerat meta promissæ liberationis. Sed in graui ærumna expectantibus, vel perbreuis mora longissima est. Septuaginta sic excribunt: *quoniam præter opinionem erat eis vt veniret ipsa.*

Vers. 16. *Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuersi: illa autem ascendens in eminentiorem locum, iussit fieri silentium. Cúmque omnes tacuissent,*

Vers. 17. *Dixit Iudith: Laudate Dominum Deum nostrum qui non deseruit sperantes in se.*

Vers. 18. *Et in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suã, quam promisit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem populi sui hac nocte.*

70. Cùm peruulgatum esset Bethuliæ Iuditham aduenisse è castris Assyriorum, lætúmque portasse nuncium, vniuersi auiditate illam videndi, & audiendi confluxerunt, & accensis luminaribus ad lucernandum noctem, eam circumcirca omnes circumdederunt. Tum Iuditha videns vniuersos ad se conglobatos, in sublimen ascendit locum, & silentio imperato, quasi è suggestu, vt votis populi satisfaceret, verba habuit plena dignitatis, & religionis plena, quibus ad laudes gratésque Deo agendas Bethulienses excitat. Nihil ex illo præclaro facinore sibi arrogans: sed totum illud diuinæ misericordiæ, & felicitati attribuit. Fatetur autem se futile instrumentum fuisse, quo Deus rem confecit maximè optatam: Nempe cædem Holofernis infensissimi & potentissimi hostis. Quod autem ait, *In me compleuit*, &c. idem est, ac *per me*. Sic statim dicit, *& interfecit in manu mea hostem*, id est, *per manum meam*. Sæpè vtitur Scriptura sacra hoc modo loquendi; imò vbi non. Ita vulgò interpretes.

Vers. 19. *Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens. Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum, & ecce conopæum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum feminæ percussit illum Dominus Deus noster.* Scilicet vt indubitatam fidem sibi adstrueret, magisque excitarentur Bethulienses, non tantùm rei auditu, sed ipso etiam visu, ex ancillari pera caput Holofernis depromit, & ostendit populo pulchrum spectaculum fœdi capitis. Verùm quia multis incognitus erat Holofernes, vel saltem pallor mortis & cruenta cædes Herois fœdauerat ora, ne forte cuiuspiam gregarij militis putaretur caput, ideò promit etiam conopœum, *ex purpura, & auro; & smaragdo & lapidibus pretiosis intextum*, quæ erat regia Imperatoris

Iudith. 10. 3. 19. suppellex, vel aliquibus nota, vel saltem quæ omnibus indicaret, virum esse principem, qui eiusmodi pretioso conopœo vtebatur.

Vers. 20. *Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem; & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati, reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra.*

Vers. 21. *Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.*

71. Cùm tot tantáque eluceant in hoc illustri facinore, quæ exuperant humanas vires, & consultiorem præsertim feminæ prudentiam, & prouidentiam longe excedant, prudenter Iuditha iuramenti interposita religione, id totum adscribit diuiniori Dei prouidentiæ, & tutelaris Angeli auxilio, quem aut spectabili quadam specie sæpe oculis vidit, aut saltem indubio experimento cognouit. Quis enim aliter crederet pulcherrimam feminarum, solam & inermem à petulantia militis vndequaque circumfusi, noctu præsertim, tenebris lenocinantibus stupro; à contubernio impurissimi Imperatoris ardenter incensi Veneris faculis, illibatum retulisse pudorem? Quin & incredibile esset imbecillam feminam rem tentare, quæ veterani cuiuspiam bellatoris audaciam deterret, & constanti animo perfecisse, ad suæ gentis gloriam, & exteræ inuidiam. Vnde Nouatores, qui humanis oculis rem Dei metiri ambiunt, fidem eleuarunt huic egregio facinori, & hanc historiam, piam fabellam, aut tragicomœdiam indigitãt hæretica licentia. Nesciunt insani, nesciunt quantas vires habeat diuina virtus, quæ futilia & penè nulla instrumenta eligit ad patrandum res magnas. Itaque Iudith præsidiarij Angeli patrocinio obarmata, & diuiniori præsidio tuta, è patriis mœnibus egressa fuit ad Assyria castra, ibi defensa, indidem tuto educta, & perducta ad suos incolumi, & felici reditu, post patratum periculosissimum & illustrissimum facinus.

Quis fuerit hic Angelus, qui Iudithæ adfuit, vt illi abesset omne periculum vitæ, & pudoris, dubium est. Antiqui expositores taciti hanc quæstiunculam prætereunt, præterit, & Sanctius, præterit & Emanuel Sà. Verùm Serarius, quæst. vltima non definit an fuerit Angelus custos Iudithæ proprius, An Raphael Tobiæ comes, an Gabriel vti apud Danielem 9. neque Salianus, neque Tirinus id definite audent. Asserunt tamen vnum fuisse è primoribus Angelis. Ego quidem suspicor primorum principem fuisse, Michaelem inquam. Porrò cùm in Iudithæ præsidio res publica ageretur, in qua veri Dei sacra Hebræorum religio, & templi sanctitas vertebatur, quæ omnia labefactare, & conuellere Holofernes adnitebatur; inde verosimile est Michaëlem fuisse, qui dux, & patronus Iudaicæ olim Ecclesiæ fuit, vt constat ex Rabbinis apud Franciscum Georgium Tom. 1. sect. 5. Problemat 343. qui Iudithæ, atque adeò totius rei Iudaicæ tutelam ex munere suscepit. 72.

Serar. Daniel. Salian. Tirin. *Quis fuerit Iudithæ Angelus.*

Georg.

Quod autem Iuditha ait: *Sine pollutione peccati reductam*, non tantùm id accipiendum est de iactura pudoris, quæ intacta: & illibata rediit ad suos, sed neque dehonestatam esse labe mendacij, (de quo multa suprà diximus,) ne præclarissimum facinus deuenustetur, & polluatur, & conspurcetur multiplicis, præmeditati, & indecori delicti fœditate. Concludit ergo Iuditha suam ad Bethulienses orationem, eos adhortans, vt pro tanto munere debitas gratias Deo agant, inchoans illud Psalm. 117. *Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.* Et cùm hic Psalmus in gratiarum actionem decantatus sit, 1. Paralipp. 16. v. 34. & 41. & lib. Esdræ cap. 3. vers. 10. & in hoc c. 13. v. 21. suspicatur Sanctius solemne & familiare olim fuisse Hebræis hoc Psalmo vti ad agendas Deo gratias pro insigni aliquo beneficio, sicut nunc Christiani vti solemus hymno; *Te Deum laudamus*, &c.

Psalm. 1. Paral. Esdræ. Iudith. Sanct.

---

§. XVI.

Victoria, quæ est felicitatum humanarũ maxima, timenda est, vt ærumnosa molestia.

PLane fucata est mundi gloria, personata felicitas est, dolosa prosperitas veráque calamitas, & quæ felicitates mentitur. Si tibi ab experientia non 73.

Digitized by Google

non credis, ſaltem crede Deo per Iſaiam 49. verſ. 8. dicenti: *Hæc dicit Dominus, In tempore placito exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui.* Quam vocem ingeminauit Paulus 2. Corint. 6. v. 2. Scilicet cùm placidè ageres? *in die ſalutis, ſalutis*, inquam humanæ, ait Gloſſa, id eſt, quando bene vales, quando bonis omnibus affluis, quando ridente tibi fortuna proſperaris: nam *ſalutis* nomine quicquid robuſtum, quicquid fauſtum, quicquid glorioſum eſt, ſignificari docet Gregorius. Ergo ait Dominus Iſraelitico populo: Quando felicitate glorioſus ſis, & ſalute robuſtus; tunc auxiliabor tibi, ſed tunc non opportunum erit auxilium, nec illud magno æſtimabitur. Non præbes auxilium tempore inopiæ triſtis, infelicitatis diræ, ægritudinis anxiæ: & in die proſperæ ſalutis, & fauſtæ proſperitatis, auxiliaturum te tuo populo promittis? Rides Iſraelem, & ironicè loqueris: Imò ſeriò, & opportuniori tempore auxiliabor tui, *in die proſperæ ſalutis*, quia tunc humana natura plus eget auxilo Dei. Cùm inopia laborabas, ipſa inopia auxiliabatur tibi: cùm inhonoratus erubeſcebas, ipſe rubor ſuppetias dabat, cùm ab hoſte ſuperatus cecidiſti, ipſa infelicitas præſidium tibi fuit; cùm doloribus anxius ægrotabas, ipſa infirmitas auxilij inſtar erat. Quãdo verò glorioſa felicitate, & læta valetudine frueris; tunc opportunè auxiliabor tibi. Nam difficile eſt ridenti fortunæ non ſuccumbere, & ſtare rectum hominem in cuius humeros gloriæ pondus incumbit. Quid enim magis inglorium, quàm humana gloria, quæ in fauillam ſoluitur, & euaneſcit? hominum ſalus, & valentia planè inualentia eſt, & defectus virium.

Iſaiæ. Corinth. Gloſſa. *In proſperitate opportunius eſt auxilium quàm in calamitate.* Gregor. Moral. 13.

74. Iob 3. verſ. 17. *Ibi requieuerunt feſſi robore.* Altè dictum: verùm quis à robore feſſus eſt, & non potius ab imbecillitate? *Nam in mundo fortes robore, non feſſi dicuntur*, ait Strabo hîc. A robore enim nemo viribus deficit, imò à robore robuſtus, & vegetus euadit; & ſic indefeſſus. Verùm aduerte, quod humanum robur imbecillitatis inſtar eſt; & ſic viri iſti præpotentes, & validi non fatigantur, & cadunt ab imbecillitate, & impotentia, ſed à potentia, & robore feſſi ſunt: ab humana gloria inglorij, ab humano *robore feſſi*, ab humana ſalute infirmi. Ergo felicior gloria, & robuſtior ſalus, magis indigua diuini auxilij eſt. Luculenter ait Propheta populo Dei fauſta vaticinans: *Tempore opportuno, in die ſalutis auxiliatus ſum tui.* Ac ſi infeliciori calamitate, & ærumnoſa infelicitate duriùs tunc affligeretur populus. Nam robuſta ſalus, & fauſta felicitas plus egent fauore, & auxiliis Dei.

Iob. Strabo. *A robore imbecillitas eſt.*

75. Deuicerat Abraham ſolis vernaculis ſtipatus, quatuor Reges, manubiis opulentos, robore valentes, & inſolentes victoria, prædam egerat opimam, & regiam Abrahamus. Tunc honore auctior, præſidio quinque Regum potentior, victoria glorioſior extitit: proſtrato hoſte, & viri potentia publicata, ſociorum fœdere ſecurus erat. Et mox apparet illi Dominus, & ait Geneſ. 15. v. 1. *Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum.* Emphaticè dicit: *Ego protector tuus.* Ne timeas, meum auxilium expertus es, in poſterum etiam experieris. *Protector* Hebraicè dicitur. *Scutum vel clypeus*: ego te protegam, & vt clypeo tegam. Si qui hoſtiles ictus in te vibrentur, ego ſcuti ad inſtar illos priùs excipiã & retundam, tua mala me priùs pulſabunt, & ferient, quàm te. Securus viue, noli timere. Quid tunc, quæſo, timeat victor Abraham? Cùm in medios, & aliàs victores hoſtes irruit ferè temerarius aduena, & quaſi in certam mortem & ſui, & ſuorum; non animatur, & ſpe victo, iæ pauor depellitur; & re pacata, victoriam adeptus, victoriæ felicitate, & triumphi gloria illuſtris, iubetur eſſe bono animo, & illi ſeriò dicitur; *Noli timere.* Quaſi tunc timeat inopiam? ditiſſimus eſt: infamiam? illuſtrio eſt, & regum detriumphator: timeat hoſtes? Vel ipſa victoria inſolentes Reges ſolus vicit, iam in ſocietatem quinque Regum adſci us, iure timebit? Quid timet Abrahamus victor? profectò ipſam victoriam timet. Vnde adhuc recenti victoria illi è cælo dicitur: *Noli timere Abraham.* Inter mundanas felicitates felicitatum maior, victoria èſt: ergo à maiori proſperitate timendum eſt: quia maior felicitas moleſtior eſt maiori infelicitate. Vel ipſa victoria lenociniis compta, & plena fuco eſt: Specie tenus iucunda, & placida, medullitùs inſuauis, & moleſta.

Geneſ. *Felicitas victoriæ timenda eſt.*

Proſpero Marte pugnabat Ioſue contra Palæſtinos, iam aduerſas phalanges expugnabat; ſed vetabat occaſus Solis: ne illo conflictu actuta eſſet vnà de hoſtibus. Tunc animoſiori voce quam homini par erat, imperioſè dixit: *Sol ne mouearis contra Gabaon*, Ioſue 10. verſ. 12. Qua voce attoniti inſolenter, ſtetere cæli & celeres inhibuere curſus, ſtupente Orbe. Itaque iubente homine ſtetit Sol; ſed neſcio an ligatus obedientia hominis, an mulctatus digno ſupplicio. Quia fortè victoriæ inuidus ſolito velocior ſe ſe præcipitabat in Occaſum. *Sol*, (ait Baſilius) *producebat curſum, vt victoria tempus eriperet.* O Sol cur velociùs feſtinas? permitte Dei hoſtes penitùs debellari. Miſereriſne Palæſtini deuicti, an inuides Iſraeli victori? Hæcne occaſio vt concitatiori euoles curſu? Imò opportunior occaſio eſt, peracutè ait Baſil. Seleuc. *Victoria potiùs tempus extrahebat Sol, vt ne (Iſraelitis) diuturniori victoria fatigatis moleſtiam crearet.* Victoria fatigat? moleſtiam creat Victoria? Victo, inquam, moleſta victoria eſt, non victori. Nam victoria eſt heroum decus, regnorum ſtabilimentum, opimioris prædæ poſſeſſio, Imperatorũ gloria, deliciæ victoris, & auguſtior felicitas. Ita eſt. At humana eſt felicitas, & ſic angoris, & moleſtiarũ plena victoria eſt, & moleſtè fatigat non tam victum, quàm victorem. Vnde Sol vt eſt oculatior & perſpicax rerum humanarum inſpector; *produxit curſum, vt victoria tempus eriperet, ne diuturniori victoria fatigatis* Iſraelitis *moleſtiam crearet.* Et ſic opus fuit, vt Ioſuana voce ſiſteretur. Iſtiuſmodi eſt proſperior felicitas, quia humana. Qui victoriis inſoleſcit, ſeſu caret, & moleſtiis inſoleſcit. Penitùs inſpice victoriam, & à victoria timebis, vt prudẽs Abrahamus; non ſuperbè intumeſces, vt Nabuchodonoſor ſtolidus. Victoria moleſtè fatigatur Ioſue: Excelſus Abrahamus à victoria puſillo corde timet, & Iuditha hic verſ. 11. truncato Holoferne timet magis; vt in Litteræ commentario aduertimus. Timeat, timeat à faſtigio felicitatis, quia vt ait Seneca epiſt. 19. *Ipſa altitudo attonat ſumma.* 76.

Ioſue. *Felicitas moleſta.* Sel. Orat. 31. Baſil. Sel. ſuprà. Victoria fatigat. Iudith. Seneca.

§. XVII.

Superioris propinquus ſanguine, aut familiaritate, ſæpè impunè delinquit, qui verò hominem non habet adiutorem, imbecillus eſt.

77. PRopinquitas aut neceſſitudo cum Præfecto, ſecuritas eſt ad delinquendum: Impunè peccat qui præfecti propinquus eſt, nam conſanguinitas an

Iudicis propinqui impunè delinquunt. aut amicitia hebetat Iustitiæ gladium, aut declinat innoxie. Supplicium nescit propinquos, ignorat amicos, sæuit in extraneos. Iratus quondam Deus in gentem Hebræam, & dura minitans: sic
Osea. minas concludit, Osee 2. v. 15. *Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem.* S. Hieronymus ibi, non *vinitores*, sed
Hieron. Ribera. *Principes* scribit. Ribera, *Gubernatores.* Locus planè difficilis. Quasi dicat Osee: Principes & Gubernatores tui non erunt exteri, aut alienigenę, sed erunt compatriotę tui, ex eodem loco, ex eadem
Iosue. vrbe. Et tunc vallis Achor, in qua apud Iosue c. 7. v. 24. acerbissimè sæuitum est contra Acham, erit ostium tuæ spei, vt plures exponunt: id est, execrãdum Achami furtum, & sæuissimum supplicium, erit motiuum sperandi. Sententia obscura, & planè ænigmati similis. Sed clarescit locus obscurus ab expositione morali. Ait enim Propheta: Dabo Israëli Principes, & Gubernatores ex eodem loco; & ita propinquos, familiares, & affines populi. Vnde tanta impunitas in delinquendo nascetur, vt crudele illud supplicium, quo in valle Achor castigatus fuit Acham, non modò non terrebit eos, sed spes erit ad peccandum. Adeò securè delinquent habentes principes, & gubernatores ex eodem loco; vt crudelius supplicium eos non terreat, sed excitet ad delinquendum, propter impunitatem, qua gaudent; quia habent principes & gubernatores familiares, & propinquos, vt potè ex eodem loco. Quod immanius supplicium fulminari potuit contra populum idololatram, quàm immunitas ad peccandum, & impunitas ad delinquendum? Hæc sæuior ira est: sed qua mirè expressit Osee indulgentiam gubernatorum erga sibi propinquos, & amicos, in quos sæuire nesciunt, sed miris artibus liberare satagunt, iura interpretando ab arbitrium, aut potiùs illudendo, ne castigent familiares, aut amicos.

78. Cæterùm Deus ipse (nostro concipiendi, & loquendi modo,) sibi olim cauebat ab hac propinquitate, vt seueriùs animaduerteret in delinquentes.
Osee. Osee 11. v. 9. *Quoniam Deus ego, & non homo: in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem.*
Glossa. Quæ verba sic exponit Glossa: *Quia sanctus sum ideo non ingrediar ciuitatem.* Sed quorsum cùm
Præfecti compatriota impunè delinquunt. Deus dura supplicia ciuitati minatur, pollicetur se non ingressurum ciuitatem? Ad hæc; quare Deus, quia sanctus est, non ingredietur ciuitatem? num si in ciuitate habitauerit, polluetur ciuium moribus? Quid: non puniet flagitia delinquentium, vt fuerat comminatus? Num si Deus vnus è ciuibus sit, necesse est, vt habeat propinquos, & familiares, in quos ferè nunquam animaduertitur? Ergo, ait Deus, vt flagitiosos puniam, quod minatus sum: *non ingrediar ciuitatem, hoc est,* (ait S. Hieronymus
Hieron. hic) *non sum vnus de his, qui in vrbibus habitant:* Itaque Deus, vt flagitiosam vrbem seueriùs castiget, pollicetur se nunquam fore vnum è ciuibus, ne propinquitate quasi coactus, permittat esse impunes eius propinquos: (sic loqui liceat de Deo humanæ tenuitati. Agimus enim de Deo, rudi nostro modo concipiendi.) Tanta est propinquitatis vis ad impunitatem! Vnde qui propinquum habet Præfectum, nunquam reus est: nemo in illum quicquam audet; habet enim emolumentum societatis suæ. *Væ soli*: in quem quiuis bacchatur impunè. Quid imbecillius quàm homo solitarius?

79. *Infirmitas est decertare cum solo.* Consimilis fuit prædicatio Christi, & Ioannis Baptistæ; imò Ioannes acerbiùs inuehebatur in mores populi, quàm Christus, qui mitiùs agebat, & tamen in Christum quiuis audebat, aut contumeliis illum lacessere, aut lapidibus petere. Causam indicat Orig. hom. supe illud Ioann. 1. *Miserunt Iudæi, &c.* Scilicet Ioannes propinquus erat Sacerdotum, apud quos summa tunc erat potestas: at Christus, solus erat, neminem habebat patronum, defensorem nullum. Adeò vt dixerit Tertull. Tentatio, Orig.
Diaboli est infirmitas. Quem locum alibi per otiũ versio. Et quidem difficile est, qua ratione ausus planè temerarius, quo Dæmon Christum Deum tentare non est veritus, dicatur tentatoris imbecillitas: Porrò *ductus est Iesus à Spiritu* (id est, Dæmone, vt commentantur non pauci expositores:) *in desertum, vt tentaretur à Diabolo,* Matth. 4. In solitudinem deducit Dæmon Christum Deum, vt eum ibi tentet, Christum, inquam, alioqui destitutum humano fauore, odiosum Sacerdotibus, offensum Scribis, populo non admodum gratum, procul abigit à propinquis, à discipulis, vt certamen ineat in solitudine cum Iesu solo. Quod aduertit Theophylactus ibi: *Ducitur autem Iesus in desertum, vt ostendat nobis, quod Diabolus tẽtet nos, quandò viderit solitarios, & non ab aliis adiutos.* Vnde etsi temeraria & insolens audacia Dæmonis videatur adoriri hominem, quem paulò antea à Patre Deo audierat in Iordane esse eius filium vnigenitũ, tamen quia illũ duxit in desertum, vt hominem solitariũ, & hominem fauore destitutum inuaderet, dicitur à Tertulliano, quòd eiusmodi tentatio, *Diaboli est infirmitas.* Profectò multa admiratione digna est hæc sententia. Scilicet pugnat Diabolus cum homine armato totius sanctitatis armis: cum homine ipsa diuinitate cataphracto, tota impeccabilitate defenso, tota omnipotentia munito; id est, cum Christo homine Deo: & eiusmodi tentatio, *Diaboli est infirmitas;* ita dicitur à Tertulliano: quia Dæmon cum solitario decertat: nec ab aliis adiuto, vt ait Theophyl. Adeò enim infirmus est, qui solus est; & humano fauore destitutus, vt illum tentare, seu certare cum illo, imbecillitas sit decertantis, & tentantis dedecus! Non potuit elegantiùs res exprimi!

Tertull. l. de orat. c. 7.

Matth.

Singularis est Caietani explicatio, loci alioqui facilis, Exod. 32. v. 27. & ab eius commentatione difficilis. Iratus Deus, & vnà Moyses, in populum Hebræum, brutum vitulum bruta idololatria adorantem, sic Moyses ait: *Hæc dicit Dominus Deus Israël. Ponat vir gladium super femur suum: Ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.* Et statim subiungit sacer textus: *Feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moysi: cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum.* Quibus mox gratias agit Moyses pro vltione, zelo Dei facta, pollicetùrque illis præmia Deo digna, sic inquiens: *Et ait illis Moyses: Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.* Certum & indubium videtur, Leuitas gladio & potestate Dei armatos, desæuisse in fratres, in familiares, & amicos, & cruenta cæde propinquos peremisse: nam id mandatum Dei planè sonat: & id factum asserit Moyses, & gratias illis agit, eò quòd neglecto naturali amore, non pepercerint aut filiis, aut fratribus, aut propinquis. Si hoc certum non est, nihil fixum, & certum in Scripturis est: neque euidentius affirmari potuit. Ast experientiis quotidianis discimus Iudices, & Præpositos beneuolentiæ arte torquere leges, & ingeniosè interpretari iura, ne puniant sibi familiares, illosque sic eximunt à rigore supplicij non violato iure 80. Exod. *Ingeniosè iudicum ne puniant propinquos.*

alioqui apertissimo. Tanta est, sagacitas ingeniosi affectus erga fratres, & propinquos! Verum in præsenti casu Exodi, adeò res tota perspicua est, vt nemini dubium esse videatur, quin vsque ad internecionem sæuitum sit in propinquos; nulla ingenij arte id excusante. Sed verba Caietani subiicio, vt mirè eluceat Præfectorum ingenium ad liberandos sibi propinquos. Retulit Caietanus, quæ excripsi verba Exodi; & sic ait: *Mandat ergo Moyses omnes occurrentes occidi, nullius necessitudinis ratione habita. Et cum huiusmodi executione stat, quod nullus occisus fuerit frater, nullusque socius, nullusque vicinus, si nullus horum occurrerit in via*, (Legat qui volet totam Caietani expositionem ad rei euidentiã, quæ omitto, quia multa sunt.) Disertè Deus mandauit, vt vnusquisque diuina potestate accepta, trucidaret fratres, & propinquos; id factum esse, ait Moyses, & gratias agit pro animosa vindicta. Et tamen ars non defuit, qua aliqui Leuitę Præpositi ad vltionem, fortè nullum peremerint propinquorum. Scilicet mirarer ego, quod Præfectus, etiam à Deo electus ad vindictam, imò & vltione iam dilaudata, sæuiret in propinquos. Nec inueniret artẽ, qua eosdem aut excusaret, aut omitteret impunes. Inclyta planè Valeriani Episcopi laus, quam his verbis prædicat Ennodius. *Sed dormiunt apud coronam tuam* (apud te inquam) *propinquitatis priuilegia, postquam pater esse meruisti*. Quo planè constat, quàm verè dixerit Osee, *Dabo ei Principes seu gubernatores eius ex eodem loco, & vallem Achor*, (id est, terram supplicij,) *ad aperiendam spem*. Ac si dicat; propinqui gubernatoris securi erunt à supplicio, immunes à reatu, metum in spem commutabunt. Quod licet videre hic v. 12. in Iuditha, familiaritate Principis secura ad impunè eundum, & redeundum quà velit. Nihil timetur à Principis familiaritate coniuncto; ac si non possit delinquere.

81. Caiet.

Ennod. l. 9. epist. 17.

Iudith.

§. XVIII.

Non bona suspicio leuiter concepta, graue famæ detrimentum est, & quasi praepropera damnatio.

82. Seneca lib. 1. de Ira, c. 7.

Facilius est excludere perniciosè conceptas suspiciones, quàm regere: & non admittere, quàm admissa moderati. *Nam cùm se in possessione posuerunt, potentiora Rectore sunt, nec recidi se, minuive patiuntur*. Deinde ratio ipsa, cui fræni traduntur, tamdiu potens est, quamdiu non inquietatur suspicionibus. Quas si semel mens admisit suspicando inquieta, vanisque agitata causis, & sibi affricat temeræ suspicionis delictum, & innocentem culpat suæ suspicionis ignominia. Præfectus nimis indulgens lenissimis suspicionibus. *Simillimus est ruinis, quæ super id, quod oppressere, franguntur*. Vel leuis suspicio proximum infamans, non leue malum proximi est, graui pœna luendum. Nam infamia suspecti delicti, confinis est contumeliæ iam perpetrati flagitij: Quis nisi incautus fidat quidpiam apud se suspecto? Quid quæso plus præstaret nota infamia publicati facinoris! Adde quod, quem occulta mentis suspicio culpat, nec auxiliari valet opportuna excusatio, nec innocentiæ probatio à reatu defendere potest: nam bonitas secura est, nec suspicatur malitiæ suspiciones. Vnde qui reus delicti non est, fit perpetuus suspicionum reus, quibus perniciosè culpatur: infamatur, inquietatur. Nam vt bene S. Chrysostomus: suspicio proxima est iudicio, & condemnationi.

Suspicio proxima est condemnationi.

Seneca suprà c. 1.

Matth. v. vers. 1. *Nolite iudicare, vt non iudicemini*: Et, *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui*, &c. Verba planè specie tenus simplicia, & vulgari experientia nota; at si penitus inspiciantur, altè conceptuum grauida. S. August. sic addubitat, hæc verba expendens: *Dicunt aliqui, quomodo verum est, quod ait Christus: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, si temporale peccatum supplicio punitur æterno?* Profectò licentiosa suspicio, & audax iudicium de proximi delicto, abundè nimis puniri videtur æternæ damnationis infamia; & toto gehennæ perennaturo incendio. Hæcne æqualis mensura temeræ suspicionis, aut temerarij iudicij? Tantumne hæc habent dedecoris temporalis, quantùm infernus damnatæ infamiæ, & æternaturæ ignominiæ? Tantumdem pœnæ, & molestiæ infert temeraria suspicio, seu censura iudicij, quantùm inferent feralia gehennæ incendia. Quomodo ergo Christus Deus dicit: *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis?* Neque enim videtur æqualis mensura, quæ pro suspicione delicti infert damnationis reatum: & pro temporali iudicio æternùm dãnat: & pro dedecore incantæ suspicionis, & imprudentis cautelæ, probrosissima mulctat infamia gehennæ. Numquid tam grande malum est temerè aliquem habere suspectum, vt Christus Deus, qui summa veritas est, affirmet æquam esse vtriusque mensuram: & ad æqualitatem rependi? Nisi fortè durior ipsa gehenna sit infidæ suspicionis infamia. Aduerte ad ea quæ subiicio.

Chrysost. in c. 7. Matth.

83. Matth.

August. l. 21 de Ciu. Dei, c. 11.

Geneseos 3. v. 15. Eua gulæ illecebris, & diuinitatis ambitione allecta, infelici suadela Adamum nimis vxorium seducit, legem pomi vetiti præuaricatur vterque. Transacto feruore delicti, adest Deus tanti reatus vindex: & serpenti Dæmoni præuaricationis auctori, hanc pœnam seuerissimè pronunciat ad dignè puniendum deprauati generis humani exitiale flagitium: *Inimicitias*, inquit Deus, *ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius*. Quis non miretur ridicularia pœna mulctari Dæmonem ob grauissimum scelus? Nimirum serpens diabolus condigno supplicio feriendus erat: & qui pœnas sustinet rabidę impatientię, feralium cruciamentorum, & totius gehennæ incendiis xurit (?), aliquo nouo supplicio ab ingenio diuinæ iracundiæ excogitato, castigandus erat: & tamen damnatur ad inimicitias cum deuicta à se femina, & cum imbelli eius sobole. Quænam sunt hæ inimicitiæ, quæ damnatissimi Dæmonis pœnas exaggerent. Acutè noster Mariana, è recenti æuo sapientiæ maiestate antiquus auctor, sic scribit in horum verborum commentario: *Inimicitias ponam inter te & mulierem*, &c. *Amicitia simulatione decepisti. Ego efficiam vt nullus tibi fidat*. Scilicet malus Dæmon ob primæuæ præuaricationis flagitium damnatur ad malignæ suspicionis reatum. Hæc est sapiens, & acerba Dæmonis pœna, vt nemo Dæmoni credat, nemóque se credat Dæmoni: *Ego* ait Deus, *efficiam vt nullus tibi fidat*. Quasi hac calamitosissima pœna vacauisset, qui omnia inferorum supplicia impatienter sustinet, & hac peracerbè excrucietur ad exaggeranda damnati Dæmonis cruciamenta. O viuidam exaggerationem, & opportunissimam ad cohibendam temerè suspicandi licentiam

84.

Genes. *Dæmon damnatur ad non bonam de ipso suspicionem.*

Mariana.

tiam

tiam? ne quis existimet leue esse malum, non leuem suspicionem.

85. Lucæ. Lucæ 1.v.26. *Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, ad Virginem desponsatam viro.* Quare Virginem desponsatam elegerit Deus in Dei matrem, prolixè tractant huius loci interpretes. Quid necesse fuit, vt Beata Virgo sponsum haberet, vt Deum pareret? S. Ambrosius eleganti interpretamento enucleans præfata Euangelistæ verba, ita fatur: *Ad Virginem desponsatam. Maluit Dominus aliquos de suo ortu quam de matris pudore dubitare: sciebat enim teneram esse virginis verecundiam, & lubricam famam pudoris: nec putauit ortus sui fidem, matris iniuriis astruendam. Seruatur itaque Sanctæ Mariæ, sicut pudore integra, ita & inuiolabilis opinione virginitas.* Videlicet tanti æstimat Deus pudorem suæ matris nulla violatæ pudicitiæ suspicione decolorati, vt malit haberi Iosephi fabri filius, quàm quòd Deipara habeatur rea suspectæ pudicitiæ. Tantùm vel sola suspicio teneram honoris naturã maculat, vt permittat Christus apud aliquos non haberi Dei filius, (tametsi rei Christianæ maximè id interesat,) quasi quod B. Virgo suspecta sit non bene seruati pudoris. Sic vel sola suspicio rei suspectæ vacua, constuprat opinionem pudicitiæ, virtutis, sanctitatis. Ne contemnas quasi leuem suspicionem quam tanti facit Deus! Neque leue dicendum est, quod grauiter opinionem sauciat. Quis fidat suspectæ probitati? quam suspicio deuenustat, dubium maculat, iudicium culpat. Quæ sunt consequentiæ suspicionis: nam suspicio lenocinatur dubio, dubium subornat iudicium: iudicium autem suspecti flagitij damnatio est. Aduerte ad consequentias temeræ suspicionis appendices.

Quam culpet famam non bona suspicio. Ambrof.

86. Luc. Lucæ 16.v.2. *Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: non enim iam poteris villicare.* Esto, Deus sit homo diues; at cùm sub hominis persona inducitur, (dicit enim Euangelista, *quidam homo*) humani affectus, & cognatæ hominibus proprietates illi tribuuntur. Profectò seruus hic malè audit apud Dominum, diffamatur quasi dominici census dissipator: & mulctatur cessatione officij ex solâ quasi diffamatione, antequàm rationem reddat? Hic homo diues malè, & inhumaniter videtur agere cum seruo quem ab officio arcet ex sola suspicione? priusquam ex ratione dati, & expensi res liquidò constet. Quod perbellè aduertit S. Petrus Chrysologus, aiens: *Tam piis, tam seuera cur iungitur ante à villicatione submouet, quàm rationem agnoscat?* Vis causam agnoscere, nimirum, vt cognoscat homo, quàm grauis sit, & quàm perniciosa suspicio, dum ob suspicionis meritum homo confestim submouetur à dignitatis officio, antequam reddat rationem sui. Quasi suspicio à solo rumore oborta, sit causa odij, & odium damnationem sollicitet, & damnationis censuram. Quod adnotauit eleganter S. Chrysostomus sic fatus; *Nolite iudicare. Ex solis plerumque suspicionibus odientes cæteros, & condemnantes.* Vnde præter cæterorum Patrum sententiam, existimauit S. Gaudentius hunc seruum non fuisse hominem, sed malum Dæmonem. Neque enim homo, sed solus damnatissimus Dæmon damnandus foret antequàm rationem redderet. Quasi cum Dæmone agitur cum homine, qui propter solas suspiciones infamatur, & damnatur.

Suspicio præpropera damnatio est.

Chrysol. serm. 125.

Chrysost. in c. 7. Mat.

Gaudent. lib. ad Germinium.

87. S. Petrus Chrysologus sic loquitur: *Quando homo non sub peccato tristis? quando non sub morte lugens? quando non sub Dæmonibus pallens? quando non sub idolis tremens? quando non sub vitiis suspectus? quando non sub criminibus desperatus?* Audis inter extremas hominis calamitates inprimis censeri, hominem de vitiis esse suspectum: Mirissimum est inter tot, támque grauia mala locum habere, quod patiatur non bonæ de se suspicionis notam. Quam inter probrosissimas contumelias, quas in passione sua pertulit Christus Deus, consultissimè recensuit Euangelista Marcus, inquiens c.14.v.44. *Quemcumque* (ait proditor Iudas ad cohortem,) *osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducit cautè. O cautionem incautam, & impiam!* exclamat Nazianzenus. Nimirum Christus Deus Passionis probra contumeliosa, & acerbissima cruciamenta auspicatur à non bonâ de se suspicione, & ab infami cautela. Et dum habetur vt nocentissimus; dum ligatur vt scelestus; dum flagris tunditur vt vilis verbero; dum sputis fœdatur; vt nihili homo; dum Barabbæ postponitur, vt illo nequior; dum inter duos latrones patibulatus necatur, vt omnium scelerum reus; incautæ & impiæ suspicionis fit mentio inter primas Christi Dei contumelias. Et Euangelista narrans iam esse Saluatorem prædamnatum, & ad tot, támque sæuos cruciatus, & contumelias destinatum, non tacet vel tunc suspectum esse; & à patientia suspicionis inchoat reliqua passionis cruciamenta. O cautionem temerè suspiciosam, & sceleratè impiam, quam ita grauiter tulit Christus, vt eam quasi passionis auspiciũ, inter acerbiora eiusdem cruciamenta reputauerit: & meditanda obiecerit iis, qui leui animo suspiciosi sunt, & à suspiciosa cautela Christi tortores incautè æmulantur; graui honoris alieni damno, nec leui propriæ conscientiæ detrimento.

Chrysol. serm. 6. *A suspicione de se non bona, auspicatur Christus Passionis contumelias.*

Marc.

Nazianz. Orat. in S. Baptisma.

Vnde Iuditha, de qua nemo erat, qui olim loqueretur, vel suspicaretur malum, vt dicitur suprà c.8.v.8. hic v.25. ferè suspecta est proditionis apud Bethulienses: *Et concurrerunt ad eam omnes à minimo vsque ad maximum; quoniam sperabant eam iam non esse venturam.* Quam incautam, & impiam suspicionem amouere festinat, v.20. ne non bona de ea suspicio virtutem eius fascinet, & suspiciosa cautela sit exinde licentia ad deliquendum. Quæ etiam solent esse suspicionis consequentiæ, & cautelæ appendices. 88.

Iudith.

---

§. XIX.

Neque oculis credimus de virtute aliena: dubitatio de alieno bono, illud indubiè probat?

Hominis superbia *vitiis suis sapientiam inscribit*, ait Seneca. Imò alienæ sapientiæ inscribit vitium: nihil non suum magni æstimans. Sic vitiis suis adulatur, sic virtutibus alienis insidiatur. Vnde aliena laus semper inuidiosa est, & inde suspecta, & incredibilis, & vulgo habetur veritate maior. Actorum 1.v.8. dixit Christus Apostolis: *Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Cuius rei erunt testes Apostoli? probrosæ crucis, & Ignominiæ Passionis? an augustioris gloriæ Resurrectionis? Hugo ibi: *Eritis mihi testes Resurrectionis verbo: & exemplo, vel signis.* Et cur non Passionis aduocat testes, sed resurrectionis? In promptu 89.

Seneca de vita beata, c.12. *Aliena laus incredibilis est hominibus, secus probrum.* Actor.

Hugo.

Digitized by Google

adeſt ſolutio. Nam ignominia Paſſionis indubiè ab omnibus credita eſt; ſecus Reſurrectionis gloria. Siquidem aliena probra abſque idoneis teſtibus certò credimus; glorioſa autem geſta, Apoſtolorum verbo, & exemplo, & miraculis teſtificata, ægrè fidem faciunt apud homines. Tam arduum eſt mortalibus perſuadere alienam laudem, vt vix oculis ſuis credant!

90. Cassiod. l. 1. variar. ep. 45. Laudabilia vix fidem merentur apud homines.

Boëtius quidam mechanicus, ingenioſè peritus erat, de quo ſic fatur Theodoricus apud Caſſiodorum: *Molitur oſtendere quod obſtupeſcant homines eueniſſe. Miróque modo naturis conuerſis facti detrahit fidem, cùm oſtentet ex oculis viſionem.* Scilicet argutus artifex Boëtius plena artis, plena ingenij molitur opera, immortali laude digna, quæ vix credunt homines, tametſi oculis ſuis illa cernant. Quid tam certum quàm oculorum euidētia? quis tam malitioſè rudis, qui oculis non credat? Verùm vſque adeò incredibilis eſt hominibus aliena laus, vt facilius ſibi perſuadeant oculorum euidentiam falli, quàm alium effeciſſe opus tam ingenioſè eximium. Vnde excellentia operis *facti detrahit fidem, cùm oſtentet ex oculis viſionem.* Hinc affulget lux loco in paucis difficili ex Ioan. 1. v. 7. Vbi de Ioanne Baptiſta dicitur: *Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.* Porrò lux teſtimonio non eget, vt credatur, ſed oculorum euidentia cernitur. Teſte non eget lux, ſed oculis. Aptè Rupertus: *Quo indigebat lux hominum, vel quod ſibi proſpiciebat emolumentum, vt conuenticulis hominum tantoperè ſibi prouideret tam magni præconij teſtimonium! Num quod parum luceret ipſa lux?* Quam ergo ob cauſam præclara Chriſti Dei lux emendicat à Ioanne teſtimonium, vt fidem ſui faciat? Profectò quia præclara eſt lux, ideò vt ab hominibus credatur, adiutricem aduocat auctoritatem, quia venit, *vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Nam vſque adeò incredibilis eſt hominibus aliena lux, id eſt, præclarior & illuſtrior excellentia, vt etiamſi oculis cernatur, vix creditur. *Facti detrahit fidem, cùm oſtentet oculis viſionem.* Alienæ tenebræ hominibus perſpicuæ ſunt, lux omnibus inuiſa eſt. Nimirum humani oculi æmulantur perſpicaciam noctuæ, quæ ad lucem cæca eſt, ad noctem oculata & perſpicax. O inuidia cæcè videns, & oculatiſſimè cæca? Nihil perſpicuum videt inuidia, cæcutit ad præclara, & magna, & generoſa.

Ioan. Praclarior lux eget teſtimonio, vt credatur eſſe lux. Rupert. l. 1. in Ioan.

Ioannis 6. v. 11. Transfretat Ieſus Galilææ ſtagnum, exilit è ſcapha, ſubit in montem, Saluatoris veſtigia ſequuntur turbæ allectæ miraculorum ſtupore: Fameſcunt tridui ieiunio: Quinque panibus, & duobus piſcibus cibantur in deſerto quinque millia hominum vſque ad ſatietatem. *Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinque panibus.* Quærunt interpretes quam ob cauſam tam copioſè multiplicati ſunt panes, & piſces, vt ſuperfluerint duodecim cophini fragmentorum pleni. Neceſſitati ſuccurrit Chriſtus, non nutrit ſuperfluitatem. Sat grande miraculum foret tot hominum myriades in deſerto omni annona deſtituto, affatim cibaſſe. Quare miraculum prouidet ſuperflua? Acutè Baſilius Seleuc. *Ideò nunc Dominus panes multiplicat præter neceſſitatem, in potentiæ defenſionem.* Nimirùm potentia vſque eò odioſa eſt, vt vel tot millium cibatio ſuſpecta foret, nec miraculum crederetur, niſi vel ad ſuperuacanea vſque miraculũ cibos multiplicaret. Quod eſt ſuperuacaneum turbarum cibationi, ſuperuacaneum non eſt fidei miraculi. Vnde tam prodigioſa oſcarum multiplicatio neceſſitati ſuperfluit, ſed tefenſioni miraculi neceſſaria eſt. Nempe vel eminentiſſimum miraculum defenſione indiget, vt credatur. Sic innata hominis inuidia inſidiatur potentiæ, vt *in potentiæ defenſionem, Dominus panes multiplicet præter neceſſitatem.* Sic obarmatur humana inuidia aduerſus excellentiorem potentiam, vt vel ſuperuacaneis egeat ad ſui defenſionem, vt ita exarmet incredulitatis proteruiam; quæ renuit credere excellentiam, quam vel oculis cernit. Tam cunctanter credit, imò tam pertinaciter diſcredit homo viſionis euidentiæ quando de alienis bonis res eſt.

Ioan. Superfluunt panes ad cibationem, non ad potentiæ defenſionem.

Baſil. orat. 33.

Vnde ſi dubitatur an bonum aliquod inſit alicui homini, indubiè illi ineſt: nam ſuſpicio quæ dubitationem ingerit, certior euidentia eſt, Matthæi 27. v. 11. Siſtitur Chriſtus ante Pilatum. *Et interrogauit eum Pilatus, dicens? Tu es Rex Iudæorum?* Dubitat Pilatus an Chriſtus ſit Hebrææ gentis Rex, quod ſummum decus eſt apud homines. Ergo Pilatus dubius eſt de valde illuſtri Saluatoris laude. Aduerte ad verba, quæ ſubdit Euangeliſta: *Dicit illi Ieſus: Tu dicis.* Ille non affirmat, ſed dubitauit, & interrogauit. At vel ſola dubitatio de bono alicuius vſque adeo certa eſt, vt ferè idem ſit dubitaſſe, & affirmaſſe. Tam auara laudis eſt aliena mens & lingua! Ecce dubitatio hominis de bono alterius, vſque adeò indubia eſt, vt digna ſit, quæ à Deo affirmetur, & fiat diuina fide certa. Nempe ratio quæ homini ingerit dubium de alterius bono, tam certè rem probat, & euincit, vt certa ſit indubia certitudine. Eouſque renuit humana perſuaſio credere bona aliena! Simili expoſitione locupletari poteſt illud Matth. 11. v. 3. *Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus?* Dubitátne Ioannes an Chriſtus ſit verè Deus? ſaltem dubitare videtur. At vel dubitatio de aliena probitate & excellentia illam efficaciter probat. Sic procliue hominibus eſt ſiniſtrè æſtimare de alterius bonitate, vt vel dubitatio adſtruat, quod dubitando deſtruere videbatur. Singularis Iudithæ laus eſt, quod eius laudes ſic perſuaſæ ſint hominibus, vt omnes magnificè ſentiant, & prædicent Iudithæ laudes. Dicitur enim hic c. 8. v. 8. *Erat hæc in omnibus famoſiſſima: nec erat qui loqueretur de ea verbum malum.* O inauditum elogium, & ſupra humanum faſtum: Quis niſi planè hæreticus, non credat Iudithæ laudes, quas vident oculi, quas mentes adorant, quas linguæ prædicant magnificè? Qui non credit rei euidentiæ, credat vel inuidiæ teſtimonio: ſemper enim inuidioſa eſt aliena laus. Vnde hic à verſ. 15. vix credunt Bethulienſes tantum facinus perpetraſſe, etſi euidentiſſima oſtendit ſigna: & ideò non tantùm caput Holofernis attulit, ſed conopœum etiam, de quo egimus in litterali commentario.

92. Matth. Qui de aliena virtute dubitat, illam affirmat.

Matth.

Iudith.

§. XX.

Qui alios temerè iudicat, iure arbiter machinarius habendus eſt.

93. Plato.

DIſertè ait Plato apud Tertull. lib. de Anima, cap. 18. *Facies occultorum ea, quæ apparent.* Temerè audet, qui alieni criminis conſcientiam rimari ſtudet. O quàm imprudens, & fallax eſt huiuſmodi iudicium! Bene & optime temerarium dicitur: nam intima cordis, quis etſi perſpicaciſſimus, penetret? Dubia coniectura eſt; ſæpe fallax, & malitioſè

liriosè mendax,& flagitiosè temeraria, & à qua cauendum maxime est viro probo. Genes. 1. v. 2. *Tenebra erant super faciem abyssi.* Glossa interlinearis *abyssi* nomine *cor hominis intelligit.* Vnde aduertenter Moyses, etsi Propheta, hoc est, videns, & à sapientia perspicacissimus, in superficie tantùm tenebras peccatorum se vidisse testatur. An verò post superficiem tenebrę, seu peccata sint, nihil affirmat, (nam in causa peccatorum superficies operis videnda est, non arcanum intentionis, & cordis.) Et quidem si aquæ superficies erat tenebrosa; hoc est, turbida, & cœnosa ex terræ commixtione, vt interpretatur Mariana, necesse est quod fundum aquæ turbidum etiam sit. At de hoc tacet Moyses, & tantùm superficiem aquæ, quæ videri poterat, infamat vt turbidam, & cœnosam, non profundum, quod non videtur. *Neque enim* (verba sunt Tertulliani,) *Si mediocritas humana factis solum iudicat: quia voluntatis latebris par non est.* Sagacissimũ cuiusque ingenium mediocre est, quin & hebes, & incertum ad intuendum, quod latet in recessu intentionis, & cordis. *Nam vides quousque oculos habes*, vt ipse alibi dixit, oculos autem non habemus, nisi vsque ad superficiem, ad profundiora cæci sumus. Ergo cæcutit, qui profundiora vidisse, & explorasse præsumit, & temerè audet qui interiora iudicare audet: eiusmodi enim iudicium error est, vt aduertit S. Chrysost. in illud Lucæ 6. v. 37. *Nolite iudicare, &c.* aiens: *Nec facilè reperies quenquam, neque Patremfamilias, neque claustralem expertem huius erroris.* Ecce appellat errorem eiusmodi iudicium, etsi aliquando veritatem attingat: nam errat iudicando, licèt verè iudicet: falsò enim iudicat verum, & temerè hallucinando illud iudicat.

Genes. Glossa.

Iudicium hominum par non est humani cordis arbitrio.

Maria.

Tertul. l. de Pœnit. c. 3.

S. Chrysost. Luc.

94. Tertullianus, vt erat perspicaci ingenio, horum hominum non bonã perspiciam sagax aduertit, & aduertenter prodit sic aiens: *Os mendacium seminauit, quod fit aut ingenio æmulationis, aut arbitrio suspicionis.* Nempe quod suspicaris malum de alio, cùm publicas, fertilẽ mendaciorum sementẽ facis, & vberem habebis prouentum. Quot grana in spica numeras ex vno, quod seminasti grano? Quot probra, quot dedecora metis, ex vno verbulo mendaci? Mendacium seminatur, sed aut *ingenio æmulationis.* Ille ad alia omnia tardus, & hebes, ad maledicendum ingeniosus est, & acutus: præsertim si simultates, & æmulationes tardiorẽ stimulent. Acuit enim æmulatio tarditatem. Vel nomine æmulationis intelligere possumus *Zelum*, quem ipsi vocant religiosum, & pium, sub cuius prætextu malè callidi homines proprias iniurias vlciscuntur. Bone Deus! quot flagitia in æmulo, quem obseruant, suspicantur ingenio æmulationis! & quia alioqui ad rẽ scholasticam rupex est, & petra, ingenium ab æmulatione mutuat. Quantas criminum moles de suo cerebro malitiosè architectantur! Addit Tertullian. aut *Arbitrio suspicionis.* Emphaticè dictum vt planè suspicionis natura percipiatur. Multùm audere solent Tertullianicæ voces reconditioris sensus grauidæ: præsertim, quæ ad Iurisprudentiam spectant, vt erat iuris peritissimus. Arbitrium dicitur ius, seu potestas iudici arbitro à litigantibus concessa, vt iudicet non secundum leges, sed provt sibi videbitur, leg. *Qualem autem sententiam* 22. & lege. *Item si vnus.* 19. §. *Pomponius.* De receptionibus Arb. Petrus Tolosanus Syntag. Iuris ciuilis. lib. 47. c. 39. n. 2. inquit: *Arbiter generali significatione is dicitur, qui libera sententia quod sibi videtur aliqua de re explicat; & inde arbitrari, & libera voluntate aliquid declarare.* Plura allegat iura ad id probandum, quæ legat qui volet. Addit satis ad rem præsentem, lib. 39. c. 13. n. 12. quosdam arbitros *machinarios* dictos, & citat l. penult. & finali fi ment. fall. mod. dix. in pr. Aptè quidem hi, qui malitiosè cùm crimina, quæ culpent de suo suspicantur, & iudicant in aliis, iure *arbitri suspicionis* appellantur. Nam arbiter non alligatur legibus, *sed libera sententia, & voluntate iudicat:* eius iudicium vt sententia habetur, ac si secundum leges lata fuisset. *Item Machinarius Index* à Iurisconsultis nuncupatur. O quàm hi suspicionis arbitri non alligantur legibus, neque charitatis, neque iustitiæ, neque veritatis. Quàm libera sententia, & voluntate censent! Machinarij Iudices, qui quæ machinantur crimina, inuidiosa æmulatione, aut malitiosa suspicione duce, notant, censent, iudicant, & veluti sententiam mali culpatum arbitri pronunciant.

Tertull. Apolog. c. 7. Iudicium temerarium est ab ingenio æmulationis aut arbitrio suspicionis.

95. *Petr. Tolos. Qui alios temerè iudicat, dicitur arbiter machinarius.*

D. Paulus 1. Cor. 13. v. 12. breui plures conglobat rationes cur eiusmodi iudicium fallax sit, & temerarium; scilicet, *Quia videmus per speculum in ænigmate.* Quæ verba ad cognitionem creaturarum extendit Alex. Clem. Porrò ænigma, aliud palam ostendit, aliud habet in abdito. Conatur remouere interpretem à veritate, & quò ab illa longiùs abducit, pulchrius ænigma est. Itaque ænigma mihi minùs significat, quàm quod magis significare videtur. Verius ænigma intentat mendacium, imò intimat sensibus Homo in hoc mortalitatis statu in ænigmate cognoscit dubiam, & incertam esse suam coniecturam existimat, ne intrepidè iudicet: Addit *per speculm.* Excipe commentum Clem. Alex. *Tales sunt quæ ex imbecillitate cernuntur phantasiæ, quemadmodum visio cernitur in aquis.* Id est, cognitio, qua rem interiorem, & à sensibus remotam cognoscimus, similis est visioni, qua aliquid cernitur in aquis. In Crystallino aquæ speculo videas baculum integrum, & rectum, incuruum, & fractum; arborem in margine sitam radicibus supernè comatam, & comis infernè radicatam, & quidem omnia inuersa. Quot homines integris & rectis moribus à tuo temerario iudicio curui, & infracti apparent! Quot viri sublimes litteris, & meritis, à tuo temerario iudicio, altis quondam verticibus, humillimam humum abiecti vertunt! In summa, omnia inuersa vides: *Quemadmodum visio cernitur in aquis.* Pergit: *Tales sunt, quæ ex imbecillitate cernuntur phantasiæ.* Pulchrè iudicium temerarium phantasiæ opus dicitur. Suspicionis tuæ mera sunt phantasmata ficta ex aliquibus, quæ percepisti sensibus. Vidit quis aurum, & montem, & somniat aureum montem: Vidit hircum, & ceruum, & phantasiatur in somnis hircoceruum, quod chimæra est, & merum phantasma ab imaginatione. Tales sunt, quæ ex imbecillitate cernuntur phantasiæ à tuo temerario iudicio imaginatæ. 96.

1. Cor. 13

Clem. Alex. 1. Stromat. Iudicium hominis ænigmaticè percipit, & liberè phantasiatur.

Clem. Alex. suprà.

Notat Cornel. pro τὸ *Per speculum*: scribi in Græco, *Longispicium*, quod Mathematicum instrumentum est reddens obiectum vicies, quinquagies, imò sexagies maius, & corpulentiùs. Erat, erat profectò culpa perexigua, & visa per speculum, id est, per longispicium, (dum longè ab illo abes, & animo, & affectu,) centies maior apparet culpa, & sicut Mathematici nihil opinantur, sed omnia per euidentissimam demonstrationem se cognoscere garriunt: sic qui alium temerè iudicat, indubiè illud scire seriò affirmat. 97.

Cornel. Iudicium hominum per longispicium vel vitrum coloratum videt.

Vereor quidem ne paruus erga personam affectus in causa sit temerarij tui iudicij. Loco dictionis illius *per speculum*, rursus vertitur in Græ-

Græcus. co *Vitrum coloratum*. Qui per vitrum, aut ſpeculare viride, aut rubrum inuetur, omnia illi virida, aut rubra apparent. Ita ex prauo iudicantis affectu res apparet hoc, aut illo colore delibuta. Inani gloria aliquem exiſtimas laborare? Vel humillimam deiectionem tumorem ſuperbiæ iudicabis, &c. *Quodammodò ex alienis affectibus æſtimantur*, ait S. Nazianzenus. Naz.

Miror quàm audacter aliorum facta interpretemur
98. in peius. Nimis prodigi ſumus culparum æſtimatores aut noxam ſine fundamento fingimus temerè in proximo, aut certe maiorem, quàm commiſit. 2. Cor. 4. v. 5. loquitur Paulus ex mente omnium Interpretum contra eos, qui cordis ſecreta iudicant: *Itaque nolite ante tempus iudicare quoaduſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium, & tūc laus erit vnicuique à Deo.* Audacter præſumere Paulus videtur aiens quòd cùm manifeſtentur à Chriſto interiora cordis peccata, omnibus hominibus futura erit laus. Aut nemo interiùs peccauit; quod quis dicat? aut à peccato interno erit laus; quodquis credat? Quomodo ergo & omnibus peccatoribus, & à iudicio temerario infamatis erit laus in die iudicij? niſi quia iudicium temerarium ſemper peiora peccata, quàm reipſa homines commiſerant, finxit. Omnibus erit laus à Deo: quibuſdam quia interiùs non peccarunt, cæteris, quia minùs peccarunt, quàm improbum hominum iudicium cenſuit. Vnde in die iudicij omnibus hominibus tam iuſtis, quàm peccatoribus erit laus aliqua. Iuſtis, quia non peccarunt, peccatoribus, quia minùs peccauerunt, quàm peccaſſe exiſtimati ſunt.

1. Cor. 4. *Iudicium hominum ſemper ferè amplificat culpas.*

98. Amici Iobi graues erant illius cenſores, quibus ſic loquitur, cap. 19. v. 22. *Quare perſequimini me ſicut Deus?* (locus alibi expenſus, ſed hic emedullandus:) Hoc eſt, quare mea delicta cenſetis, iudicatis, & reprehenditis, ſicut Deus? Locus planè difficilis. Nam Deus iuſtè iudicat, & animaduertit in peccata hominum: Quippe Deus, & non aliter poteſt. Quid ergo queritur Iob, quod amici illum iudicant, & reprehendunt: ſi enim illum iudicant, & reprehendunt ſicut Deus, piè agunt in Iobum: quod ſi non valdè piè, ſaltem iuſtè, & ſecundùm cauſæ merita iudicabunt, ſi iudicant ſicut Deus. Verùm enim verò animaduerſione dignum eſt, Deum qua pollet perſpicacia, non tantùm externa opera, ſed internas actiones iudicare. Nam vt bellè Paſchaſius lib. 2. & cap. 1. *Auctori tantùm debetur hoc priuilegium, vt conſcientiam poſſit intrare ſecretam.* Igitur quæritur iure Iob de inimicis, quod non tantùm iudicent quouſque oculos habent, nempe externa opera, ſed etiam ſecreta cordis, & arcanos mentis receſſus, qui peruij non ſunt humanæ cogitationi, ſed humanæ temeritati. Vnde temerarium iudicium graue homini eſt, quin & Deo: nam temerarius Cenſor in Dei iuriſdictionem ſeſe infert. Lites verò ſuper re iuriſdictionis eſſe ſolent grauiſſimæ. Ergo ob id queritur Iob, & timet Iuditha hic à verſ. 25. Vbi Bethulienſes deſperare dicuntur de eius reditu.

Iob. *Iudicium temerarium perſequitur hominem, vt Deus.*

Paſchaſ. l. 2. & cap. 1. Iudith.

§. XXI.

Detractio artificium eſt amplificandæ & publicandæ laudis?

100. ALiena laus difficilem ſortitur audientiā quaſi alicui detrahatur, quod alij à laude adiicitur. Nec facile creditur laus etſi vera, & certa, ſi aut ab amore, aut ab obſequio, aut ab adulatione profecta creditur. Hinc fit vt humanæ aures naturaliter laudem alienam refutent, vt falſam; ſiſtant, vt ſuſpectam, cohibeant vt noxiam, ne vlteriùs propagetur. At vituperium & beneuolas ſemper inuenit aures, & credulam mentem, & parata verba, quæ breui tēpore publicent, amplificent, buccinent quòd exceperunt probrum. Conuitium quod in aliquē dixit aut veritas narrationis, aut ingenium æmulationis, aut arbitrium ſuſpicionis, aut libido detractionis, *Neceſſe eſt exinde in traduces linguarum, & aurium ſerpat.* Verba ſunt Tertulliani. Sicut enim tradux noua pampinorum ambitione vitam propagat, ſic aures, & linguæ conuitia, quæ exceperunt, amplificant, & publicant per nouos traduces linguarum, & aurium. Bellè dictum.

Tertull. Apolog. c. 7.

Fama, malum, quo non aliud velocius vllum.

Porrò conuitium, quod vel clanculùm auditum eſt, velociſſimè publicatum eſt. Quis hoc ignorat? Nicetas Choniates dixit in Andron. lib. 1. c. 1. *loquax fama, & hac illac diſſipans rumores.* vnde vel clancularia detractio arbitrium eſt amplificandi, & publicandi delicti: ſicut præclarum facinus laudatione ſiſtitur, ſic obſcurum facinus obmurmuratione loquaciſſimè propagatur, non bonos rumores diſſipante non bona hominum natura. *Admirandum eſt Lucretia, quæ vim ſtupri paſſa, cultrum ſibi adegit in conſpectu propinquorum, vt gloriam caſtitati ſuæ pararet.* Verba ſūt Tertulliani ad Martyres cap. 4. Lucretia matrona fuit celebris pulchritudine, inſignis caſtitate, quæ cùm à Tarquinio per vim conſtuprata eſſet, conſtuprationem propinquis publicans, pugione ſe peremit, vt pudicitiæ gloriam aſſequeretur, nimirum pugionem ſibi adigens, in ſe fodit glorioſum ſepulchrum occiſæ caſtitatis à Tarquinio: & honoris perempti honorarium tumulum excitauit. Miror prudentem Matronam, ſui ſtuprum propria cęde publicaſſe, *vt gloriam caſtitati ſuæ pararet.* Glorioſior enim eſſet Lucretiæ caſtitas, qua celebris habebatur apud Romanos, ſi muto ore celaſſet infamiam. Publicatione ſtupri gloriam pudicitiæ mercaturō imprudens & ſtolidum conſilium! Imò prudentiſſimè ingenioſū. Nam mera & illibata Lucretiæ pudicitia, ſi meræ laudis eſſet materia intra anguſtos vrbis cancellos innoteſceret, (anguſti enim ſunt termini virtutis, & laudis apud homines:) ergo ſtuprum, & ſtrenuam ſtupri vltionem intentat, vt ſic illuſtrior eius pudicitia à ſtupri vituperio velociùs publicetur detractionis beneficio. Nimirum innata voluptate detrahendi publicabunt homines ſtuprū; ſed ſimul cum ſtupro priſtinam caſtitatem, cuius adeò fuit obſtinatè ſtudioſa vt ob vim illatam, gladium ſibi adegerit. Itaque à ſæuo amore caſtitas adiſpiſcetur laudem: à ſtupro, ob detractionem, mutuabitur publicationem. Vnde ſtuprum dilutum proprio ſanguine auget pudicitiæ celebritatem: nam materiam laudis homines detrahent: & ſic pudicitia Lucretię à re laudis mercabitur gloriam caſtitatis, à ſtupro glorioſè vindicato, obtinebit famā, & publicationem. Præclara ergo *Lucretia vim ſtupri paſſa, cultrum ſibi adegit in conſpectu propinquorum, vt gloriam caſtitati ſuæ pararet.* Vix enim meritam laudem conſequeretur eius pudicitia, niſi detractionis 101.
beneficio publicaretur, incrementaretur.

Nicet.

Tertul.

Sæpius intentauit Deus in Sacris Scripturis oſtentare nobile Miſericordiæ attributum. Quæ Bibliorum pagina non laudat munificam liberalitatem Dei? Moroſus ero, ſi loca tranſcribam, nec ſufficiet

Murmuratio operarum arbitrium eſt publicandæ miſericordiæ diuinæ.

Digitized by Google

ſufficiet charta. Et tamen ſatis nota hominibus non eſt diuinæ munificentiæ liberalitas. Audi ingenium diuinum; Math. 10. v. 11. Paterfamilias exiit valdè manè, vt conduceret operarios ad ſuæ vineæ culturam. Conuentione factâ ex denario diurno plures tunc miſit, mox alios, & alios; ac demum propè veſperum quoſdam miſit. Stato tempore ſedet procurator, vt pactam mercedem ſoluat. Primò conducti, qui portarunt pondus diei, & æſtus, acceperunt ſingulos denarios, ſicut acceperant, qui perexiguo tempore laborarunt in vinea: *Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi vnâ horâ fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei & æſtus?* Quid obmurmurant hi laborioſi operarij? Nempe ſibi redditam ex iuſtitia pactam denarij mercedem, & reliquis qui minus laborarunt, datum eſſe pretium ſupra merita, & vltra pactam conuentionem. Magnificentiáne apta murmurationis liberalior, & munificentior ſolutio? O ingenium publicandæ liberalitatis diuinæ! Scilicet æquale præmium pro inæquali labore aliquam ſpeciem iniuſtitiæ præ ſe fert, at re ipsâ eſt munifica liberalitas: ergo dum propter æqualitatem mercedis obmurmurant, ſimul liberalitatem prædicent neceſſe eſt; & ita citiùs & longiùs innoteſcet liberalitas diuina beneficio detractionis quæ velociſſimè rem amplificat, & longiſſimè propagat. Hiſpanè vernaculè dicas: *Pongaſe la Miſericordia de Dios en eſtylo demurmuracion, y con eſſe ſe dara mas a conocer.* Ecce tibi myſterium huius murmurationis. *Et accipientes murmurabant aduerſus Patremfamilias dicentes; Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus?*

102. 2. Reg. *Non ſolùm ſet bonum nuncium.* 2. Reg. 18. v. 11. Prælìabatur exercitus Dauidis contra Abſalonem, & Dauid coactus eſt manere in vrbe; inito certamine deuictus fuit Abſalon. Tunc Achimaas filius Sadoc facultatem petit à Ioab duce, vt permittat illi bonum nuncium velociſſimè ferre ad Dauidem, rei euentum in vrbe expectantem. Currentem Achimaas prope vrbem videt ſpeculator: *Et exclamans indicauit Regi; dixitque Rex: Si ſolus eſt, bonus eſt nuncius in ore eius.* Fallax profectò coniectura. Et cur non plures poſſent certatim currere ad Regem, vt officioſi gratiam eius mererentur? vt adularentur Regi? vt munerarentur regiâ liberalitate ob felicem prælij euentum? Quare dixit Dauid: *Si ſolus eſt, bonus eſt nuncius in ore eius?* Acutè dixit quidam: quia adeò bonorum inops eſt vita noſtra, vt non ſuppetant bona plura, quæ plures nuncij portent, & nuncient. Sic auara bonorum, ſic felicitatum ſterilis eſt! Bellè quidem. Sed aio ad rem: *Si ſolus, bonus eſt nuncius in ore eius:* quia qui bona dicat, vix vnus eſt; qui mala nunciet, & publicet, vnus non erit. Bonum ſiſtitur in ore vnius, malum augmentatur & ſerpit ad plures. Nec credibile videtur ſapientiſſimo Regi, quod bonum publicetur à pluribus, nec quod malum in ore plurium non ſit. Vnde ſapientiſſimè ait, *Si ſolus, bonus eſt nuncius in ore eius:* nam malum certiſſimè hac, illácque rumores diſſipat. Ergo ſicut fama boni facilè ſiſtitur: ita non bona fama vberrimè propagatur. Hoc fuit Lucretiæ ingenium ad ſuæ pudicitiæ laudem publicandam, hoc fuit Dei arbitrium ad amplificandum liberalitatis attributum. Neque Iuditha hîc verſ. 15. &c. immunis fuit à temeritate iudicij, quò & cognoſcatur non bonum hominum ingenium, & eius facinus, quò minus ſperatum, magis publicetur ad laudem.

Mala in ore multorū ſunt, bona vnicum habent nuncium.

Math.

Iudith.

§. XXII.

Amor Dei erga homines humanam tranſcendit cogitationem.

AGens de Amoris arcanâ vi ita fatur S. Petrus Chryſologus ſerm. 147. *Quid erit, quid debeat, quid poſſit non reſpicit vis amoris. Amor ignorat iudicium, ratione caret, modum neſcit. Amor non accipit de impoſſibilitate ſolatium, non recipit de difficultate remedium. Amor niſi ad deſiderata peruaſerit, necat amantem; & ideò vadit quò ducitur, non quò debeat.* Sic agebatur Iuditha amore in Deum, charitate in patriam, vt decernat pergere ad Aſſyriorum caſtra, & inter ipſos feraliſſimos ſatellites impunè iugulare Holofernem. *Vos autem*, (inquit hîc verſ. 33.) *nolo vt ſcrutemini actum meum.* Nam vltra humanam mentem, & prudentiam ſæpè audet vis amoris; quia *amor ignorat iudicium, ratione caret, modum neſcit.* Vnde Iuditha agitata amoris igniculis, conſultiſſimè vetat Bethulienſibus perſcrutationem ſui conſilij; ne ſi illud metiatur tenuitas humanæ prudentiæ, & nimis audax, & penè temerarium cenſeatur. Nam ardentior amor, cùm ſupra rationem ſit, humanâ videtur ratione carere, ignorare humanum iudicium, & humanum modum tranſcendere. O inſcrutabilem amoris vigorem! Benè amor ſcrutationem recuſat humanam, qui rationem humanam longè excellit. Enixè Deum precatur Paulus, vt det Epheſiis, cap. 3. v. 19. *Scire ſupereminentem ſcientia charitatem Chriſti.* Tò *ſcientia* tertius caſus eſt, & ita aptus ad rem præſentem, eundem ſenſus, nempè Chriſti charitatem ſupereminentem eſſe humanæ ſcientiæ, cùm humanum intellectum longè tranſcendat. Ita Oecumenius, & Theophylactus ibi. Subiicio verba S. Ambroſij: Paulus *Chriſti nos vult cognoſcere charitatem, quæ ſupereminens eſt ſcientia. Quis enim poteſt colligere myſterij huius charitatis rationem, vt & Deus hominis causâ homo naſceretur, deinde moriatur pro hominibus: pro ſeruis Dominus, pro creaturis Creator, pro impiis pius?* Ecce tibi in Iudithæ inſcrutabili charitate adumbrata myſticè Chriſti Dei inſcrutabilis charitas, ſupereminens ſcientiæ humanæ, & hominum rationem longè tranſcendens. Qui erit huius Paragraphi labor, Moralem ſenſum Myſtico admiſcens. Nam etſi humana mens impar ſit ad plenè cognoſcendam ſupereminentem charitatem Chriſti, piè contemplabitur rationes, quæ illam piè moueant ad reciprocum amorem, quem tanta erga nos charitas iure ſuo exigit. Quis enim Deum amatorem ardenter non redamet? Quis ad amandum frigeat inter tot flammas diuinæ charitatis?

Magnum planè foret, vt nuper aiebat Ambroſius, quòd Chriſtus hominis causâ naſceretur ex fœmina, moraretur in terris, traderetur pro creaturis Deus, pro ſeruis Dominus; ſed quid maius audi ex ſapientiſſimo ore S. Thomæ in Epiſtola ad Vrbanum 4. Chriſtus, ait, *totum ſe in humanam naturam contulit.* Is eſt Deus, qui ſe totum impendat, & ſuperimpendat humanæ naturæ? Iſne homo, qui mereatur vel memoriam Dei? O ineſtimabilem charitatis eminentiam! *Satis beatus etſi ſolummodò contactus: toties honoratur quoties manus Dei patitur: dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur,* ait Tertullianus in lib. de Reſur. Carnis cap. 6. Nemo ergo dignè æſtimabit, quòd *Deus totum*

103. Chryſol.

Iudith.

Scientia charitas.

Ad Epheſ.

Oecumen. Theophil.

S. Thom. *Chriſtus ſe contulit in humanam naturam.*

Digitized by Google

tam ſe in humanam naturam contulit. Pergit Tertullianus opportuniſſimè : *Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientiâ, prouidentiâ, & ipſa in primis adfectione, quæ lineamenta ducebat. Quodcumque enim limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus.* Et tandem cap. 9. vt beneuolentiam Dei expreſſiùs proponat, quò hominum extorqueat amorem, ita ſubdit : *Abſit, abſit vt Deus manuum ſuarum operam, ingenij ſui curam, adflatus ſui vaginam, molitionis ſuæ reginam, liberalitatis ſuæ hæredem, religionis ſuæ ſacerdotem, teſtimonij ſui militem, Chriſti ſui ſororem, in æternum deſtituat interitum.* Singula verba Dei erga homines charitatem ſpirant, hominum erga Deum charitatem extimulant. Tantùm hic nota, *Liberalitatis ſuæ hæredem* dici hominem, quæ verba paulò pòſt expendo.

105. Mirabitur nemo dixiſſe Tertullianum, *Totum homini Deum occupatum*; & S. Thomam, quòd Chriſtus *totum ſe in humanam naturam contulit*, qui aduertet ad eam ſententiam Saluatoris, Matthæi 11. verſ. 27. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Quæ verba alibi ab aliis ſanctis Patribus locupletata dedi, nunc ſubdam commentationem S. Hieronymi ad hanc rem valdè appoſitam : *Omnia*, inquit, *mihi tradita ſunt. Non cæli, & terra, & elementa intelligenda ſunt, ſed hi qui per filium, acceſſum habent ad Patrem.* Nimirùm, pij homines, *omnia* ſunt Chriſto? O piam Ieſuanæ charitatis exaggerationem! Profectò cùm ex ſapientiſſima Hieronymi mente ſcitur, homines eſſe *omnia* Chriſto, quis exinceps ſtupeat, dum audit, totum in homine Deum occupatum, & totum Chriſtum ſe in humanam naturam contuliſſe? Scilicet totus occupatur, totum ſe contulit, & impendit Chriſtus erga hominem, qui *omnia* Chriſti eſſe dicitur, eo ſenſu quo facit Hieronymus. Quis homo non maximi æſtimet, à quo ſic æſtimatur homo? Quis totis præcordiis non redamet eum, à quo ſic ardenter amatur. Deus totus homini, & homo nullus Deo? Neſcio an ſatis ſibi homo ſit, qui Deo totus non eſt.

Matth.

Homo eſt omnia Chriſto.

106. Et quidem ſapienter S. Hieronymus nuper cenſebat hominum ſanctitatem, & ſalutem eſſe *omnia* Chriſto. Plus audet Remigius dum exaggerans Saluatoris eximium erga homines amorem, non veretur affirmare, pietatem humanam, & hominum ſanctitatem eſſe Chriſto ferè cæli glorias, & quaſi glorioſam Chriſti Dei beatitudinem. Matth. 3. v. 16. *Baptizatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cæli.* Ei, id eſt, Chriſto, vt ex contextu liquidò conſtat, & ex Marci 1. verſ. 10. Eleganter Remigius ita ad hæc verba fatur : *Numquid tunc primò aperti ſunt ei cæli, etiam ſecundum humanam naturam? Fides enim Eccleſiæ, & credit, & tenet, quod non minùs aperti ei ſunt cæli antè, quàm poſt.* Aduerte diligenter ad verba, quæ ſubdit, alibi à me aliorsùm expenſa : *Ideò ergo dicitur, quod aperti ſunt ei cæli, quia omnibus renatis aperitur ianua regni cæleſtis.* Scilicet tunc, tunc vel maximè dicuntur cæli Chriſto aperti, ad videndas beatas Dei glorias, quando renatis aperitur ianua cæleſtis. O diues commercium charitatis Chriſti Dei! qui ſic homines diligit, vt eorum glorias reputet ſuas; tunc cæli dicuntur vni Chriſto aperti, cùm piis hominibus panduntur : ac ſi prædeſtinatorum gloriis Chriſtus bearetur. Quid exaggeratius? imò quid beneuolentius? Verè ergo hominem appellabat ſuprà Tertullianus, *Liberalitatis ſuæ hæredem.* Quaſi Chriſtus omnes liberalitatis, & munificentiæ ſuæ glorias in hominem, vt in hæredem quodammodò transferat. Siquidem quando vni Chriſto aperiuntur cæli, omnibus etiam ab ipſo per baptiſmum renatis aperti etiam dicuntur. Quin & Chriſtus quaſi hæres dicitur beatioris gloriæ hominum, quia ſcilicet tunc ei aperti cæli dicuntur, quando hominibus aperiuntur, vt aiebat Remigius. O ineffabilem amoris vicem reciprocantis eminentiam! Homo liberalitatis diuinæ hæres eſt; & Chriſtus Deus quodammodò beatur hominum gloriis. *Ecce aperti ſunt Chriſto cæli, quia omnibus renatis aperitur ianua regni cæleſtis.*

Remig.

Salus hominum eſt gloria Chriſti.

Matth.

Marci.

Remig.

Tertull.

107. Moroſus erit qui multis verbis expendat, quàm ſit ſolidus & verus amor parentum erga filios : nomen enim patris elogium amoris eſt, & prærogatiua beneuolentiæ : *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus.* 1. Ioannis 3. verſ. 1. Et tanquam ſi parum foret filios Dei nos eſſe, ait Alexandrinus Clemens : *Primogeniti autem nos filij, qui ſumus Dei alumni, qui progeniti ſumus germani, amici.* Scilicet filius primogenitus, vtpotè familiæ caput, nominis, & cenſûs hæres, charior ſolet eſſe parentibus : ne verò aut inter homines ipſos ſit primogenituræ æmulatio, aut imminutio charitatis paternæ dènotetur, omnes fideles primogenitos appellat Clemens Alexandr. Verùm quantâ amoris beneuolentiâ diuinus Pater proſequatur primogenitos filios, publicat S. Chryſoſtomus expendens ea Matthæi verba, ex cap. 7. verſ. 11. *Si ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris*; ponderat enim Chryſoſtomus, cur terrenos patres appellet malos erga ſuos filios, ita fatus : *Hæc autem dixit non detrahens humanæ naturæ, neque malum confitens omne genus humanum; ſed ad differentiam bonitatis ſuæ dilectionem paternam, malitiam vocans.* Nempe ſic munificè bonus, ſic generosè amator eſt Deus filiorum ſuorum, vt largior & charior terreni patris beneuolentia erga ſuos filios, malitia & odium ferè cenſeatur à Chryſoſtomo. Ita auarus amoris eſt terrenus pater; ita largus, & veluti effusè prodigus pater cæleſtis. Sic ardenter amat homines Deus, quo humanum amorem magnò mercatur, & iure exigit. Quis non præſumat de tam beneuolo Patre, de tam munifico largitore? O bona & pia præſumptio! O debita redamatio! ad quam Iuditha hic verſ. 18. excitat Bethulienſes.

Homo eſt germanus amicus Dei.

1. Ioan.

Clem. Alex. Adhort. ad Gentes.

Matth.

Chryſoſt. hom. 24.

Iudith.

§. XXIII.

Laus ab ore proprio ænigma eſt; imò in Euangeliſta, & in Chriſto de falſitate ſuſpecta apud homines.

108. Inutilis veri teſtis eſt propria lingua; & ita laus in ore proprio friuola eſt, imò & recuſata Sapientum conſilio. Prudens veri artifex, linguata opera habet, verba muta. Propria laus deuenuſtat gloriam; quæ ſuſpecta redditur à proprio teſtimonio : *Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua.* Prou. 26. v. 2. Quod admirari licet in Iuditha hîc v. 18. Nam Sapientis linguam nec balbutire res à ſe geſtas decet; disertè eloqui, nefas. Effutit ſuam gloriam, non laudat, qui ſe laudando prædicat : adeò faſtidioſa propriæ laudis virtus eſt! Lingua laudantis eleuat fidem veritati ipſi, non auget credulitatem. Nam quis niſi inſipiens credat propriæ laudi? Ipſe ſuo teſtimonio ſe recuſat.

Prou.

Iudith.

Laus ab ore proprio ænigma eſt.

by Google

Iob. recusat. Iob 13. vers. 17. *Audite*, inquit, *sermonem meum, & ænigmata percipite auribus vestris.* Arrigite animum, & intendite mentem ad ænigma, quod proponit Iobus. Ecce ænigma; *Si fuero indicatus, scio quod iustus inueniar.* Nimirùm innocens sum, ait Iobus, & si in iudicio sistar ante iudicem, id apparebit perspicuè. Profectò hoc ænigma explicatu facile est. Imò potiùs perspicua sui laus est; non ænigma difficile. Est quidem propria Iobi laus, ænigma; imò ideò ænigma; quia propria laus: nam propria laus ænigma est, nihil minùs significans, quàm quod significare videtur: quod negotium ænigmatis est. Hanc expositionem insinuat sanctus S.Thom. Thomas in eius loci commentatione: *Ænigmata percipite auribus vestris. Ænigma dicitur sermo obscurus, qui aliud prætendit in superficie, & aliud interiùs significat. Vnde subdit: si fuero indicatus, scio, quòd iustus inueniar:* Ecce tibi; cùm Iobus se innocentem, & iustum prædicat, ænigmata loquitur, quorum proprium est aliud externâ verborum superficie proponere, ab eo quòd verè significat. Quin & nullus sensus longiùs ab ænigmate abest, quàm qui verbis ostendi videtur. Simplicis, & imperiti hominis est externis ænigmatum verbis credere: nam ænigma alium absconditum sensum verè habet, & quem palàm offert planè mentitur; vnde hoc quasi mendacium, anima ænigmatis est. Sic laus propria quoddam ænigma est, & mentita veritas; quià verior laus, in ore proprio suspecta est, & à sapientibus vt falsa recusatur.

109. S.Thom. Christi verba quibus se laudat, suspecta apud quosdã homines. Beda. August. Ioan. 5. vers. 31. Ait Christus Dominus: *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum.* Stupore defigitur S.Thomas ad hæc verba, sic inquiens: *Sed admirationis præbet materiam, quod dicitur. Nam sicut Dominus de se infrà cap. 10. dicit, Ipse est veritas: Quomodo ergo testimonium eius non est verum, si veritas est? vel cui credetur, si veritati non creditur?* Valdè vrget hoc dubium. Cui respondet Beda inibi ex mente S. Augustini: *Quomodo ergo non est verum testimonium tuum, Domine, nisi secundum fragilitatem carnis?* Plus negotij facessit mihi responsum, quàm dubium. Nam Christus de se testimonium perhibens, se verè laudabat: aiens se Deum esse, & à Deo missum, & quamquàm *secundùm fragilitatem carnis* audientium loquutus de se, vera dicebat. Quomodo ergo non est verum testimonium Christi de se vera narrantis? Quia etsi de se magnificè loquebatur, verè id dicebat. Num veritas falsa est, quia ab ore proprio est? Quid magis diuersum à veritate, Chrysost. hom. 39. quàm falsitas? Veritásne falsa erit, quia ab ore laudantis est? S. Chrysostomus in Ioan. *Si ego de me ipso testimonium perhibeo, testimonium meum non est verum. Si enim testimonium eius non est verum, neque hoc verum: Vtrumque ergo falsum.* Et statim: *Nemo qui de seipso testimonium perhibet, habet apud homines auctoritatem.* Christus, Deus, & homo est; prima veritas, quia Deus; summa auctoritas quia homo Deus; & tamen *de se testimonium perhibens*, etsi vera dicat (quid enim aliud poterat?) dignus *fide tunc non habebatur apud homines*; qui mox reclamabant: *Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum nihil est.* Adeò infirmum est proprium testimonium, vt vel testimonium Christi apud plures homines nutet, apud quos propria laus in ore proprio nugæ sunt, & ænigmata ambitionis.

110. Petr Dam. serm. 14. De Euangelio Marci sic inquit Petr. Damianus: (Quæ verba alibi ad aliud thema verso:) *Perscrutantes namque omnes ferè paginas Scripturarum inuenire vix possumus Spiritum veritatis cautiùs vel circumspectiùs per alium quemlibet, quam per os beati Marci fuisse locutum.* In quo elucet circumspectio, & cautela Euangelistæ Marci, ex qua veritatem ipsam Euangelij præclariùs commendauit Marcus? Marcus cùr non eximiè laudat Petrũ. Scilicet notum est, quòd ipse P. Damianus ibi ait: *Quicquid Marcus scripsit, ex ore B. Magistri* (Petri inquam) *callidus, vt ita dicam, explorator audiuit.* Petr. Dam. serm. 16. Et serm. 16. *Euangelium Marci, Euangelium dicitur Petri.* Inde apparet quam ob rem Marcus cautiùs, ac circumspectiùs Euangelium suum, id est Petri, scripsisse dicatur, nimirùm omittendo Petri laudes, quas alij Euangelistæ prædicant. Vnde subiungit: *Vbi Ioannes scripsit Simon Petrus, ibi Marcus posuit: Vnus autem quidam de circumstantibus. Quatenus sic veritatis historiam texeret, vt tamen Magistri gloriam silentio præteriret: sicque veridici scriptoris impleret officium.* Itaque cùm certum sit Euangelium Marci, dici Euangelium Petri; quia ex Petri ore Marcus illud scripsit; omittens Petri elogia, quæ alij Euangelistæ deprædicant, veridici Scriptoris impleuit officium; sicque Spiritus veritatis cautiùs, & circumspectiùs se gessit, ne apud homines minueretur fides Euangelij, quod Marcus scripsit. Nam tametsi alij Euangelistæ referant laudes Petri, si eædem laudes reperirentur in Euangelio Marci, id est, Petri, vix vulgo maledico diceretur implesse veridici Scriptoris officium. Fides enim, quam mutuarentur einsmodi laudes, quia ab aliis Euangelistis scribuntur, nutaret fortè apud homines, quia ore proprio decantarentur: Nam, vt dicebat S. Chrysostomus: *Nemo qui de se ipso testimonium perhibet, habet apud homines auctoritatem.*

---

§. XXIV.

Tutelaris Angelus Diuina officia, & Paracleti munus obit erga suos clientes.

Nobile hominis elogium est è manu Dei tanquam è vulua procreatum fuisse: at ea est Angeli generositas, generationis diuinæ æmula, vt Deus *ante vniuersam creaturam mente conceperit, & creauerit Angelicas potestates*, ait S. Anastas. Sinaita lib. 6. de sexto diuini opificij die. Hinc Angeli dicuntur Iob 1. vers. 6. *Filij Dei*, quin & Dei primogeniti vulgò nominantur à Patribus: atque ineffabili arcanóque nomine *Iehouah* insigniri solitant in sacris Bibliis, vt obseruant interpretes ad illud Exod. 23. vers. 21. *Obserua eum, & audi vocem eius, quia non dimittet cùm peccaueris, & est nomen meum in illo.* Cúmque Angelus sit filius Dei, Deique nomen, vti creaturarum primogenitus, præferat iure dicitur, *Signaculum similitudinis*, Ezech. 28. vers. 12. & *Spiritus signaculum*, id est Angelus, signaculum appellatur ab Andrea Cæsariensi. In quo Epitheto non tantùm eximiam Angelorum perfectionem agnoscere licet, sed etiam egregiam operam, quam hominibus præstant. Porrò regium sigillum non modò Regis stemmata insculpta præfert, sed etiam eadem imprimit, & exprimit in rebus aliis, quod est sigilli, seu signaculi proprium munus. Ergo consultissimè Angelus dicitur Spiritus sigillum, seu signaculum diuinæ similitudinis: quia totus est Angelus ad resculpendam, seu denuò excludendam in hominibus Dei similitudinem, & probitatis illustre stemma. Hinc Angeli ex omni industriâ homines custodiunt, amant,

111. Angelus est signaculum spiritus. Anast. Sin. Iob. Exod. Ezech. Andr. Cæs. in cap. 19. Apoc.

Digitized by Google

mant, erudiunt, seruant, & promouent vsque ad Empyream gloriam, vbi similes Deo erimus, qu a videmus eum sicuti est. Hanc operam sole ter nauauit Iudithæ Angelus, & quotidie singulis hominibus egregiè nauat, qui erit huius §. labor.

Iudith.

112. Et quidem Angeli *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis.* Ad Hebr. 1. v. 14. Vnde, qui seruiunt ei, periphrasis Angelorum est, & eorum notitia. Et *Angeli salutis nostræ ministrales* dicuntur à S. Cypriano in Prologo operis de Cardin. Christ. operi. Profundè Tertullianus lib. de anima cap. 37. *Nos, inquit, officia diuina Angelos credimus.* Scilicet parum erat Angelicam naturam vocari diuinæ voluntatis administram seu officialem, nisi etiam adderetur Angelos esse ipsa *Diuina officia*, quasi Dei munia præstent, & exequantur Angeli quod attinet ad res humanas. Planè diuina officia obeunt. Et inde *Cælorum officinas* appellat Angelos P. Damianus.

Angelus est officia diuina. Ad Hebr. Cypr. Tertull. Petr. Dam. serm. 40.

113. Iure *Diuina officia Angelos credimus*, siquidem *diuinam auctoritatem suo munere exprimunt*, vt ait Sophronius in Sanctorum Archangelorum encomio. Quid augustius quàm diuinam auctoritatem exprimere, & ita non tantùm fungi diuino officio, sed *diuina officia* nuncupari, & Dei munia obire in custodia solerti, & beneficentia erga homines? Psalm. 129. v. 2. sic Deum orat regius Psaltes: *Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.* Deúsne is est, qui habeat aures? habebit fortè manus etiam, & pedes, & oculos. Vis nosse, quæ sint aures, & oculi, & manus incorporei Dei nostri? Recognosce *Diuina officia.* Luculenter S. Hilarius in præfatum Psalmum, cùm aduerteret Dauidem aurium nomine Sanctos Angelos intelligere, subdit: *Si fortè hos esse oculos, vel aures, vel manus, vel pedes Dei intelligere voluerimus, habemus non improbabilis intelligentiæ auctoritatem. Maximè cùm scriptum sit Hebr. 1. sunt efficientes spiritus in ministerium missi, propter eos qui hereditabunt salutem.* Scilicet loquitur Hilarius de Deo antropopathos. Oculi Dei dicuntur Angeli; sic perspicaces sunt ad præuidendum, & prouidendum, quod nostrâ interest, sic misericordes ad compatiendum de nostris ærumnis! oculus enim sedes, & iudicium misericordiæ est, vt alibi copiosè probauimus. Item aures Dei sunt sancti Angeli per quas attendit ad hominum preces, & ærumnas. Pedes & manus sunt Dei. *Son los Angeles, los pies, y manos de Dios.* Sic sunt actuosi, & veloces ministeriales Angeli ad prouidendum rebus humanis. Ergo si custodes Angeli sunt Dei oculi, aures, pedes, manus, quid mirum si *Diuina officia* nuncupentur à Tertulliano.

Sophron. *Angeli dicuntur Dei oculi, & aures.* Psalm. Hilar. ad Hebr.

Christus Deus attendens in limine suæ Passionis, infernorum potestates atrociùs desæuire in se, & in suos discipulos; eos seriò hortatur, vt attentiùs orent, & solerter vigilent: *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem.* Matth. 26. vers. 41. quod non semel repetit. Sic necessitas perurgebat resistendi Diabolicis incursibus. Tandem vers. 45. *Venit ad Discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam, & requiescite.* Rem planè & expensione, & admiratione dignissimam. Scilicet nuper impensè inuigilat Christus, ne dormirent Apostoli; & velut sui angoris oblitus, sollicitus est ne dormiant, sed vigilent aduersùs Tartareos hostes; quare nunc securos facit, & ad quietem somni seriò adhortatur? Luculenter ad rem S. Hilar. lib. 10. de Trinitate ait: *Post multam Domini precem, Angelum adstitisse confortantem eum, quo assistente, orare prolixiùs cæperis. Misso enim ad Apostolorum tuitionem Angelo, & per eum confortato Domino, ne pro his tristis esset, iam sine tristitia metu existens, ait; Dormite iam, & requiescite.* Scilicet, ait Christus: Nuper, etsi ego custos vestri eram, impensè angebar de vestrâ salute, & sollicitè præcauebam incursus Dæmonum: at cùm video vos sub Angeli patrocinio, securos reputo, & iam sospitibus gratulor: *Dormite iam & requiescite.* Quid? securiores sunt sub Angeli custodiâ, quàm sub Christi Dei patrocinio? O exaggerationem! Sed quæ luculenter publicat securam Angelorum custodiam; quam vel conferre cum Christi Dei præsidio, hyperbole foret.

Matth. S. Hilar.

S. Ambrosius dixit: *Angeli bonum odorem sanctificationis aspirant.* Nimirùm suis clientibus aspirant gratiam, quâ præueniunt lapsus, quâ ruinæ occasiones præcauent, quâ collapsos erigunt diuini auxilij vigore, quâ pios, & sanctos desidiâ humanâ depulsâ, informant ad omnes animi sanctitates (per meditationem inquam:) nihil ferè virtutis in hominibus elucet, quod ab Angelicâ ope, bonorum omnium officinâ, non præstetur. Nam Angeli gratias sanctificationis aspirant Luc. 12. v. 27. *Considerate lilia agri.* Quæ sunt hæc mundialis agri lilia, quæ niueo puritatis candore, sic pulchrè florent? Eleganter S. Ambrosius ad ea verba ita fatur: Angeli, inquit: *Verè istius mundi flores sunt, quòd eorum claritatibus ornatur mundus.* Numquid hi pulchri flores topiarias duntaxat delicias ostentant oculis, & fructuum steriles sunt? Imò fructus pariunt opimos: Nam cùm sanctitates aspirant, fœcundos faciunt in hominibus prouentus. Tot sunt eiusmodi florum fructus, quot virtutes, & sanctitates homo pie operatur; nostræ enim virtutes Angelici floris fructus sunt, & vberes prouentus. Nam quicquid boni homo exequitur fermè tutelaris Angeli precibus, industriâ, prouidentiâ, sollicitudine fit. Porrò Deus gratiam hominibus inspirat; & Angelici flores aspirant gratias, planè in nobis fructuum fœcundas.

114. Ambros. in c. 12. Luc. *Angelus spirat sanctitates; & quomodo.* Luc. *Angelus est flos gratiæ.* Ambros.

Cùm S. Ambrosius, *mundi flores* appellet Angelos, non hinc discedam, quin illorum pulchritudinem perstringam. Nam floris venustas pulchritudinis exaggeratio est, & decoris meta. Hebræi Genesis 1. vt ait Zohar, aiunt, Angelos esse *Firmamenti faciem*, quâ nihil pulchrius, augustius nihil in rebus corporeis elucet. Plus audet Ambrosius, qui ex occasione explicans illud Exodi 33. vers. 13. vbi Moyses sic Deum amicissimè alloquitur: *Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam.* Moyses, inquam, assuetus Angelos videre, cupidè exambit Dei faciem mortalibus oculis inuisam intueri. Ita super hâc re fatur S. Ambrosius in Psalm. 118. serm. 8. *Per eas (visiones Angelorum) magis accensus, vt videret Dominum Angelorum: irritus quidem erat postulationis effectus, sed affectus probabilis serui, qui vltra naturam suam deuotione progressus, de Domini Angelis æstimabat, quantùm in Domini vultu plus desideraret, quò cupiditatem suam gestiret explere.* Audis ex ore Ambrosij, Moysem de floridâ Angeli facie sæpe visâ, æstimasse claram Dei visionem? ac si visio Angeli sit census visionis diuinæ, & illius gloriosa æstimatio. Tanta est siderea Angelici vultus venustas!

115. Zohar. Exod. *Ab Angeli facie censetur Dei visio.* Ambros.

Angelus Dei mente conceptus, vt nuper diximus ex Anastasio, intellectus perspicaciâ in primis præstat, ad prouidendum humanis necessitatibus, quibus solerter inuigilat: *quare cognitionis fontes, & scaturigines*, appellantur beati illi spiritus à Sophronio

116. Sophron. *Angeli sunt Dei oculi.*

Digitized by Google

phronio in Encomio Angelorum; quia non modò intellectu pollent, ſed intellectum dant paruulis, quos ad omnem virtutem erudiunt clarâ eorum mente ab agnatâ hominibus caligine erroris. Apocalypſis 5. v. 6. *Vidi, & ecce in medio throni agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi in omnem terram.* Indubitum eſt, quin agni nomine ſignificetur Chriſtus Deus, & per oculos ſeptem, quibus Agnus oculatus eſt, innuantur Angeli, quibus cura hominum data eſt, atque ideo miſſi dicuntur in omnem terram, de quo legi poteſt inibi noſter Ribera, qui id eruditè probat ex communi interpretum conſenſu. Et paulò ſuperiùs ex Hilario diximus Angelos appellari Dei oculos, quo illorum denotetur perſpicacia ad præuidendum, & prouidendum rebus humanis.

Apocal. — Ribera. — S. Hilar.

117. Quid ſapientius, quid perſpicacius Dei oculis, quibus ſimplici obtutu anticipatâ notitiâ prænoſcit vniuerſa? Oculorum Dei *diuina officia* obeunt Angeli, vt humanæ ſaluti oculatiùs conſulant, & conſultiùs prouideant. Nihilominus cuſtodes Angeli, etſi Dei oculorum diuina officia exerceant, ne quid eos lateat, quo auxiliari poſſint ſuis clientibus, concilium cogunt & conſultores Angelos adſciſcunt, vt conſultiùs prouideant circa res humanas. Iob. 1. v. 6. *Quodam autem die cùm veniſſent filij Dei, vt aſſiſterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.* Nec pauci, nec indocti putant Angelos cuſtodes Iobi, & filiorum eius in concilium coactos, in quo verba de mandato Dei præerat: cui concilio affuit etiam & Satan cùm Angelis diſputans de Iobi virtute. Quod minimè fuiſſe imaginariam viſionem, ſed concilium in terris celebratum, docet S. Athanaſius q. 8. ad Antiochum, (ſi Athanaſij ſunt iſtiuſmodi quæſtiones,) & S. Auguſtinus in Annotat. ad Iob, de quo doctè noſter Pineda inibi, qui pro ea allegat S. Nazianz. Lactantium, Olympiodorum, Lyranum, Hugonem, & Ferum. O quam geſtiunt Angeli cuſtodes ſuos clientes feliciter dirigere, quandoquidem, ne quid omittant, concilium cogunt, & conſultiſſimè diſputant de hominum ſolerti cuſtodia, & proſperâ directione. O perſpicaciſſimos Dei oculos, ô ſolertiſſima *officia diuina*, quæ ſic inuigilant noſtræ Cuſtodiæ! Quid non videant Dei oculi? quid negligant officia diuina? O homo ſatage ne tua deſidia fruſtretur conſultiſſimum Angelorum concilium. Cui ſic Angelus cuſtos prouidet, ſic tu oſcitanter negligis? Tua ſic procurant Angeli, & tu tibi non proſpicis? Tibi conſule, tu te etiam cuſtodi, de quo feliciter cuſtodiendo, ſic conſulunt Angeli, etſi Dei oculi dicantur, & diuina officia ſolertiſſimè obeant. Sed aduerte ingenioſam Angelorum prudentiam in hoc concilio. Nam Angelus Dei nomine Præſes, Satanam ad concilium admittit, vt eius technas, & fraudes feliciùs agnoſcat, cautiùs prouideat, & feliciùs deludat. *Quid de cæteris Angelorum ingenijs edisſeram?* ait Tertullianus, agens de bonis, & nequam Angelis. Sic expromptè, perſpicaces, & ingenioſi ſunt ad cuſtodiendos clientes ſibi deputatos, vt toto ingenij acumine illis prouideant.

Angeli concilium cogunt. — Iob. — Athanaſ. Auguſt. Pineda. Nazianz. Lactant. Olympiod. Lyra. Hugo. Ferus. — Tertul. Apolog. c. 22.

118. Præterea bellè Angeli dicuntur Dei manus, & pedes, dum obeunt officia diuina: ô quàm velociter propria manus, vel pes exequitur voluntatis nutum! dictum, factum putat, qui manibus, aut pedibus ſuis imperat. Eleganter Tertullianus: *Omnis ſpiritus ales eſt, hoc Angeli: (omitto dæmones;) igitur momento vbique ſunt. Totus orbis illis locus eſt.* Sic prompti, & agiles ſunt ad exequenda diuina imperia circa hominum cuſtodiam, vt de celeritate æmulentur immenſitatem; ſiquidem totus orbis quaſi vnus locus illis eſt. Vidit Iſaias cap. 6. verſ. 2. Deum Iſraël in auguſto ſolio ſedentem; addit Propheta: *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Celebris eſt S. Ambroſij difficultas, & inde vulgarior; ita ſuper his verbis addubitat Ambroſius. *Si ſtabant, ait, quomodo volabant, & ſi volabant, quomodo ſtabant?* Profectò qui ſtat, pedibus immobilis eſt; qui volat, agillimum habet motum: quo pacto igitur ij Angeli igniti, cùm ſtare ante Dei ſolium dicantur, ocyſſimo volatu ad Dei nutum mouentur? *Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius.* Pſalmo 102. verſ. 20. Scilicet Sancti Angeli, qui à Deo mittuntur ad humana negotia, tam agili potentiâ pollent in Dei obſequio, vt vix diuinæ voluntatis nutum exceperint, cùm re feliciter præſtitâ redeant ad audiendam vocem vlterioris imperij, ſic auidè mandata exequuntur, ſic inhiant exequendis Dei iuſſionibus. Vt cùm *momento vbique ſint, & totus orbis illis locus vnus eſt*, ferè in momento redeunt, vt noua excipiant imperia. *Itaque exiſtimare poſſumus Angelum quempiam diuina mandata exhaurientem*, inquit Olympiodorus, ac ſi Angelorum quiuis pia aliorum æmulatione exambiat, ne quid aliis iubeatur, ſed vni ſibi totum: vnde agillimo obſequio, obſequium in momento perficit, vt ferè abſque vlla mora iterum adſit Deo, vt ita ipſe ſolus (ſi fieri poſſet,) *diuina mandata exhauriat.* Ergo arcanè Iſaias videt Angelos ignitos charitate Dei, & hominum, ſtantes ante ſolium Diuinitatis, & ſimul volantes. *Volant* ocyſſimè ad exequenda mandata circa hominum curam, & vnà *ſtant* ante Dei ſolium, vt noua imperia capeſſant, & ſic *Diuina mandata exhauriant.* Sententioſè ergo dicuntur Angeli, *Facientes verbum eius ad audiendam vocem ſermonum eius.* Sic æſtuant charitate in Deum, ſic ſunt impigri ab amore in homines, ſic diligenter peragunt humana negotia!

Tertull. ſuprà. — Angeli ſtant volantes. — Iſaias. — Ambroſ. l. 3. de Spiritu ſancto c. 22. — Pſalm. — Angeli exhauriunt Dei mandata. Olymp. in c. 1. Iob.

119. Matthei 18. v. 10. *Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.* Cùm in confeſſo ſit apud Doctores, Angelos hominum cuſtodes verſari in terris; etſi non intrà (vt quidam putant,) ſaltem propè clientes ſuos, quibus egregiam cuſtodiæ operam præſtant, ſatis arduum eſt, quo pacto hìc dicatur, puſillorum cuſtodes Angelos, in cælis ſemper videre faciem Patris, qui in cælis eſt. In terris vident faciem Dei, qui in cæli, eſt; in cælo autem, cui abſunt, planè non vident. Scio S. Auguſtinum de bonis Angelis dixiſſe: *De Angelis dicendum putaui, qui huius ciuitatis* (Empyreæ inquam,) *& magna pars eſt; & eò beatior, quòd nunquam peregrinata eſt.* Scilicet nunquam cælo exulant boni Angeli, ſicut apoſtatæ; at cuſtodes Angeli planè peregrinantur à cælo, dum in terris homines cuſtodiunt. Quomodo ergo cuſtodes Angeli, qui proculdubiò peregrinantur in terris, & cælo abſunt, dicuntur ſemper in cælis videre faciem Patris, qui in cælis eſt? Nunquid ſimul ſunt in cælis, & in terris? non adeò amplificari poteſt præſentialis Angeli virtus. Quid? in momento redeunt ad cælos poſtquam breui mora ſuos clientes viſitarunt: Profectò diuturniori præſentia eget crebertimus Dæmonum incurſus, & frequentior pugna. Fortè paruulorum cuſtodiam, quaſi

Matth. — Angelus cuſtos peregrinatur à cælo, non à gloria. — Auguſt. l. 11. de Ciuitat. Dei, c. 9.

Cælum descendit ad Angelos custodes. Bernard. ser. 5. Dedicat. Ecclesiæ. Apocal. quasi cælum Angeli reputant? Non sic deliciantur conuersatione mortalium, qui assueti sunt cælorum deliciis. Quid ergo restat, nisi vt cælum descendat ad ipsos? opportunè S. Bernardus. *Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris. Sic videlicet paruulorum custodia deputati, vt non priuati vllo modo beatitudine suâ. Hinc est quod Ioannes Sanctam ciuitatem Ierusalem descendentem vidit; stantem, non potuit intueri.* Audis in arcanâ Ioannis visione videri cælestem Ierusalem descendentem ad custodes Angelos? Estne Angelus custos ob custodiæ pietatem, cælestis Ierosolymæ centrum? Sic empyrea Ierusalem, beatioris gloriæ sedes, piè exambit merita custodis Angeli, vt dum ipse à cælo propter homines peregrinatur, cælum ipsum leni lapsu descendat ad Angelum, ne quid vel accidentariæ gloriæ illi deesse videatur, qui essentiali gloria vbiuis potitur?

120. Psalm. Psalmo 103. v. 4. *Qui facis Angelos tuos Spiritus, & ministros tuos ignem vrentem.* Quibus verbis graphicè depingit Propheta egregia munera, quæ erga suos clientes exercent custodes Angeli. In primis enim tutelaris Angelus dicitur *Spiritus* respectu sui clientis: spiritus nomine ventus intelligitur, quo nihil habemus familiarius. Spiritus est nobis custos Angelus, qui tot fauores, & gratias hominibus spirat iugi munificentiâ; *Spiritus* etiam noster est, per quem respiramus ad vitam gratiæ beatam. *Spiritus* sæpè pro anima accipitur. Ac si tutelaris Angelus sit sui alumni anima, spiritus, & vita, qua viuificatur (mediatione, non informatione,) ad vitam gratiæ, qui à peccati interitu toties cadauerascit ad animæ mortem. Dein *Spiritus* etiam absolutè positus significare aliquando solet Spiritum Sanctum, vt docet S. Hieronymus ad Michææ cap. 2. & S. Augustinus 2. ad Simplic. quæst. 1. saltem ea significatione liceat velitari ad mores. Iob. 33. v. 23. *Si fuerit pro eo Angelus loquens*, &c. Chaldæus, *Si est in eo meritum, preparatur Angelus Paracletus, vnus de millibus.* Scilicet custos Angelus, qui diuina officia exercet, Paracletus dicitur, ac si cum cliente obeat Spiritus sancti munia, *Spiritus vbi vult spirat, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat.* Ioann. 3. v. 8. Quid augustius dici potest de Angelis? Psalmographus: *Et ministros tuos ignem vrentem.* Bellè Angelus dicitur ignis, qui inter omnia elementa summæ est efficacitatis: nec dumtaxat contigua corpora allambit, & sese illis medullitus insinuat, sed etiam ea ad se conuertit. Scilicet id maximè contendit tutelaris Angelus, ex hominibus Angelos facere moribus, munditie, sanctimonia. Quò argutè videtur alludere Tertull. aiens: *Proinde igitur & nos Angelorum, si meruimus candidati.* Ecce tibi, homo dicitur candidatus Angelicæ dignitatis. Nec mirum, si Angelus cognata ignis efficacitate humanam scoriam purificans, Angeli elogia resculpere in homine exambit. O pulchram à gratia metamorphosim.

Angelus custos dicitur Paracletus.

Hieron. August.

Iob.

Ioann. Psalm.

Homo fit Angelorum candidatus.

Tertull. l. de orat. c. 3.

121. *Angelorum munificentia erga homines.* Cæterùm non est silentio prætereundum, custodem Angelum dici à Chaldæo *Paracletum*, quod est epitheton Spiritus sancti familiare, & quo denotatur quanta cordis lætitia homines muneret, quàm liberaliter illis impetret gratiæ dona, & gloriæ lumina. *Veni dator munerum, veni lumen cordium,* piè modulatur Ecclesia. Enimuerò munificentia, agnatum est amoris elogium, imò veri amoris medulla. Vis nosse velut effusam Angelorum liberalitatem erga homines? Aduerte ad verba Iacobi cap. 1. vers. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum.* In competto est vocabulo *Patris luminum*, Deum significari. Sed dubium est quorsùm cùm prædicatur ab Apostolo largior Dei munificentia, dicatur, *Pater luminum?* Quæ sunt ista lumina, quorum Deus appellatur Pater, quando largior munerator existit? Aliqui interpretes secuti S. Nazianzenum censent luminum nomine Sanctos Angelos intelligi. Hæc sunt S. Nazianzeni verba: *Secundi splendores procreati sunt primi splendoris administri, primario Dei fulgore collucentes, ille ob splendorem Lucifer*, &c. Scilicet cùm omne datum optimum, & omne donum perfectum emanare dicitur à Deo tanquam à liberalissimo hominum muneratore, tunc speciatim nominatur *Pater luminum* seu Angelorum, vt inde apud homines nobilitetur summa Dei liberalitas à prolis Angelicæ liberalitate. Sic ab Angelorum erga homines beneficentia commendatur liberalior Dei munificentia. O quam benefica largioris pietatis officia obeunt Angeli hominum beneficio!

Iacob.

Nazianz. orat. 2. de Pascha.

Denique cùm hominis vita sit luctæ palæstra contra infernales hostes, egregiè nos muniunt, & armant Angeli custodes nostri, ne cedamus pugnacissimo Holoferni, dæmoni inquam. Psalm. 124. vers. 1. *Non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem.* Quare non commouebitur? Quia *Dominus in circuitu populi sui.* Hunc murum, quo circundatur, & custoditur homo, custodem Angelum interpretatur S. Augustinus super eisdem verbis, *Ambiunt*, ait *Ecclesiam Angeli, & quasi murum faciunt.* Nec tantùm muri sunt, & mœnia, quibus homo defenditur; sed arma etiam sunt ad arcendos incorporei hostis validos ictus. *Cæterùm scito arma Dei esse Angelicas potestates*, ait Didymus apud catenam Barbari in cap. 34. Iob. Et Tertullianus. *Omnem autem hominis paraturam aliqua vtique potestas diuina voluntatis ministra modulatur.* Quid est Angelum custodem noui militis arma modulari, dum illum armat contra nequissimi aduersarij ignita tela? *Modulari* apud Latinissimos significat, carmen cum numerosum ratione componere. Scilicet quando Poëta nectit longam syllabam breui, & rursus subiicit breui longam, vt ita modulatum carmen euadat. Sic cùm Angelus clientem suum totum de Apostolo armat, ita Loricæ catenulas squamatim nectit, vt armorum *paraturam modulari* dicatur; ne qua pateat rimula, per quam eius alumnus feriri valeat à pugnaci aduersario. Sic cataphractum dimittit suum clientem in periculosa aduersùs dæmonem pugna. Imò n c dimittit quidem, sed eius latus auxiliari ope cingit; vnde homo non tam procedit ad bellum, quàm ad victoriam; quia *Dominus in circuitu eius*, id est, Angelus patronus in circuitu eius est, vt ex Augustino notauimus. Quò proculdubiò spectauit Tertullianus aiens: *Cui illa Angelorum circumstantia non cesset*, &c. Hæc *Circumstantia* Tertulliani, militia Angelica est; & vt eruditè Cerda notat ex Gellio, quod attinet ad vocum proprietatem, *circumstatio militum, corona appellata est.* Ergo dum nouus miles ad bellum egreditur, & Angelus in circuitu eius est, eiusmodi *circumstantia, corona est*, victoria, trophæum, triumphus. Sic modulatè contra Holofernem dæmonem armatur Iudith, sic Angeli tutelaris ope sospes redit ad suos, deuicto, truncato; & proculcato Holoferne. Vnde Angelo patrono adscribit incolumitatem sui, & hostis ruinam.

122. Psalm. August.

Angelus custos modulatur arma.

Didymus. Barbarus. Tertull. l. de Anima, c. 37.

Tertull. l. de orat. c. 3.

Angeli circumstatio, corona est.

Cerda. Gellius.

Iudith.

§. XXV.

§. XXV.

Vel leuis impudicitiæ suspicio, grauis damnatio est.

123. Seneca epistola 43. *TVnc felicem te esse indica, cùm poteris in publico viuere*, & humanos oculos malitiæ arbitros non timere. At in re luxuriæ ferè nemo reperitur, qui suspicionis censuram effugerit. Peccas in abdito recessu, & humanis oculis inuiso? te parietes tui tegent, non abscondent. Vix quemquam inuenies, qui non viuat aperto ostio: nam ianitores conscientia nostra, non superbia opposuit. Ergo & ianitor humanos oculos arcens, & secretum arbitros prorsus deuitans, tacitè insidiantur famæ luxuriantis, & produnt facinus occultatione facinoris: nam quò non intrat inuitio, penetrat suspicio: & humana mens ad impudicitiæ suspiciones oculatissima est, & cæcè perspicax: quia quò magis rem celare festinas, eò citiùs prodis: quod euenit in labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat. Itaque à publico propalaris, & à secreto proderis: & vndecumque publicatur libido. Porrò verba sunt Bedæ: *Voluptates carnis dissoluere mentem per delicias solent. La deshonestidad desprende el entendimiento*: stulta enim, & bruta est omnis luxuria. Sic humana malitia ingeniosa est ad insidiandum, & censendum de aliena intemperantia; quasi omne illud mentis, quod lasciuienti ademit natura, largiretur insidiatori, vt audaciùs, perspicaciùs censeat. *Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit illum, quia peccatrix est*, Lucæ 7. v. 39. *Peccatrix*, id est, palàm scortatur, si non corporis publicatione, saltem animi dissolutione, aut lenocinio venustatis, aut linguæ petulantiâ. Non bene arguit Pharisæus: Si esset Propheta verus, sciret lasciuos feminæ mores. Imò qui verus Propheta est, super lasciuia non diuinat, neque prophetat: nam ad diuinandum de re Veneris nemo est, qui Propheta non sit, & solerter diuinus alienæ lasciuiæ. O prauos vates, & bene censores, & malè Prophetas! Caue ab hac lasciuiæ non bona prophetia, quam planè inspirat immundus spiritus, præses concupiscentiæ popularis: qui sic instigat ad lasciuè prophetandum, vt vel à diuersissima occasione, & luxuriæ opposita, impellat ad malitiosè suspicandum, & perniciosè censendum.

Beda ad Marci c. 9. *Quiuis propheta est alienæ luxuriæ.* Luc.

124. *Opposito indicio probatur luxuria.* Genes. Geneseos 39. v. 16. Mulier illa Ægyptia Iosephi Domina, luxuriæ vile mancipium, apprehensa lacinia vestimenti, iuuenem ad stuprum impudenter sollicitat. Iosephus bene castus, malè lasciuientem feminam fugit, fugit vel leues vestimenti attactus, vt minas ignis. Illa petulanter occlamat, lascimum iuuenem olim insidiatorem fuisse suæ pudicitiæ, nunc palàm maritali toro vim intentasse. *In argumentum ergo fidei pallium retentum ostendit marito reuertenti domum. His auditis Dominus nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde*, &c. Iure miratur Basilius Seleuc. fidem Putiphari fecisse feminam peruerso indicio, & argumento opposito attestante: *Illa vestem ostentans fidem facit. O inexpectatam maledicentiam. O insaniam barbaricam! Cùm pallij, quo manus accusantur sit gestatrix, linguæ accusanti creditur.* Nimirum effractarius, & qui vim intentat, rem cupitam manu violentè premit ne elabatur; at qui vim patitur, totus est ad propulsandam inuadentis violentiam. Ergo laciniæ apprehensio, & apprehensi pallij demonstratio (vt res erat,) oppositum demonstrat; & tamen pudicus iuuenis ex hoc indicio, non modò in suspicionem venit intentati stupri, sed in euidentiam facinoris perpetrati: & argumento, quo palàm conuincitur eius pudicitia, impudicus probatur, & conuincitur impudicitiæ. Sic procliue est hominibus, hominem censere impudicum, vt impudicitiæ reus sit, vel ab euidenti probatione pudicitiæ! Vnde à gestatione pallij, quo feminæ manus accusantur, damnatur Iosephi pudica virginitas, ne vlla sit accusatio in re lasciuiæ, quæ sit incredibilis, & quæ rem, vel peruersè non conuincat. Vnde nemo miretur Iosephum non excusasse facinus, perderet enim operam: ac si inexcusabilis sit vel suspicio luxuriæ. Quo exemplo fortassis edocta Susanna, Danielis 13. incredibilem accusationem excusatione non refutat. Tam altè hæret hominum animis iudicium de aliena luxurie, vt vel futilis, & inuidiosa accusatio pro euidenti probatione sit! Qui libidinis accusatur, simul conuincitur stupri ipsa accusatione delicti. Eleganter S. Zeno Veron. de Daniele sic scribit: *Et Susannam iudicantium sententia praua deiecerat; illustris conscientiæ integritas erigebat. Sufficit ergo pudicitiæ conscientia; Testis est Deus.* Ac si fama castitatis ferè non se extendat vltra propriam conscientiam. Sic obnoxia est pudicitia non bonis luxuriæ suspicionibus.

Seleuc. Orat. 8.

Daniel. *Fama castitatis ferè non se extendit vltra propriam conscientiam.* Zeno ser. 9.

Basilius verè magnus, vir ad omnia Christianæ perfectionis summa natus, in corpore expers corporis; voluptatis exul, natura homo, puritate Angelus, præmaturè cælestis. Ea excelluit castimoniæ laude, vt S. Nazianz. in orat. de eius obitu, piè audax de eo dixerit, *fuisse ab omni libidinis motu liberum. Quem Angeli complectuntur, quem vel solum intueri feminæ reformidant.* Ergo cùm eius Angelica pudicitia palàm refutaret malitiosas inuidiæ suspiciones; nihilominus Alexandriæ Præfectus concitatus ob contemnendam cuiuspiam æmuli accusationem, Magistratus quosdam mittit, qui sancti viri cubiculum perscrutentur. *Quænam hæc?* (ait Cyro Theod.) *requiris in domo sanctissima, tectisque puris Angeli mulierculas?* Sic suspiciosa res est, sic credibilis vel inuidiosa incontinentiæ suspicio, vt reus sit homo, non facinoris proprij, sed alienæ malitiæ? Tam solerter sollicitat fidem, & negotiatur credulitatem res libidinis, vt Basilius, Basilius, inquam, carnis expers, omni ad libidinem motu liber, suspectus fuerit scortationis clancularias, etsi adhuc virgine castitatis opinione celebris. Quod de Minerua miratur S. Nazianzenus aiens, *Rursus Minerua Virgo est, & draconem parit.* Scilicet indubium erat apud Gentiles Mineruam perpetuò fuisse virginem; & nescio quam ob causam in clandestinæ impudicitiæ suspicionem venit ob Draconis parturitionem. Ergo cùm liberum Gentilitati non foret dubitasse de virginitate Mineruæ, illud vt certum supponunt, & tamen ne non assentiantur rumoribus incontinentiæ, simul censent virginem esse, & incontinentem. Facilius sibi existimantes fieri posse, vt quæ virgo est, simul sit impudica, & parturitionis rea, quam suspicionem de eius intemperantia esse falsam. Sit virgo vnà & scortum, ne discredamus famæ scortationis. Verosimilius est eandem esse simul meretricem & virginem, quàm meretricem non esse, quæ scortationis insimulatur. Quid exaggeratius? Hæc est medulla Minerualis fabulæ, alibi à me alterius expensæ. 125

Naz. *Sanctior castitas suspicioni obnoxia est.* Naz. Cyro. Theod. *Casta Minerua parere dicitur, ne non credatur suspicionibus.* Naz. orat. 2. in Iulian.

Multi aperta transeunt, condita, & abstrusa rimantur, furem signata sollicitant; ad impudicitiæ occulta, occultata est humana curiositas, quam nimis 126

Idem. nimis exprompta cenſura damnat. Ioannis 4. v. 18. Mulier illa Samaritana, quæ coniugij licito prætextu deludere tentabat inceſtæ ſcortum, ſed non potuit inſidias ſuſpicionis, tergiuerſabatur occultam ſcortationem fateri Chriſto. Chriſtus vt erat magnus ille Propheta, perſpicuè illi intimat occultam luxuriem: *Quinque enim viros habuiſti, & nunc, quem habes, non eſt tuus vir; hoc verè dixiſti. Dicit ei mulier: Domine video quia Propheta es tu.*

Creditur Euangelio, vt credantur ſuſpiciones luxuriæ.

Tam abſconſa enim eſſe cenſebat mulier ſua flagitia, vt opus eſſet prophetia ad ea rimanda, & publicanda. Mox pergit in vrbem, & vrbanos viros allicit ad fidem Chriſti. *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis.* Mirantur interpretes, viros alioqui vrbanos nimis credulos fuiſſe: Neque enim Chriſtianæ religionis myſteria à leui muliercula prædicata, tã indiſcretè credenda forent à viro prudenti. Theophylactus, vt erat malitioſæ naturæ hominum bene gnarus, ita philoſophatur ſuper hac re, propoſitum dubium acutè diſſoluens: *Propter verbum mulieris multi Samaritani credunt, vt potè prudenter apud ſe iudicantes, quòd vitam ſuam mulier non vulgaſſet, ad hoc vt gratificaretur alteri.* Nempe Samaritani ſic

Theoph.

127. ratiocinati ſunt: Si vera ſunt impudicitiæ crimina, quæ Chriſtus reuelauit Samaritidi, proculdubio verus eſt Propheta; at ſi falſa, falſus erit Propheta, & verus ſeductor. Vnde ne diſcredant occultæ ſcortationi Samaritanæ feminæ, tacitè coguntur credere Chriſto. Neque exhorrent homines ſubire iugum Euangelij, & mentem captiuare in obſequium fidei, & vale dicere auitæ religioni, omiſſa laxioris vitæ licentia, dummodo credant alienam luxuriam. Facilius enim ſe ſubdent Chriſtianæ vitæ incommodis, quàm ſibi perſuadeant veram non eſſe immurmuratam laſciuiam. Sic auidè fertur mortalium ingenium ad credendum detractionibus in re luxuriæ! Profectò ſicut libido quodammodò conſumit Euangelium, (de quo aliàs,) ſic illud fouit hic libidinis credibilitas; dum creditur Euangelio, ne diſcredatur libidini. Vnde caſtiſſima Iudith hic verſ. 20. ſollicitè ſatagit, & impensè curat ſiſtere hominum ſuſpiciones, ne ex Aſſyriorum contubernio cenſeant aliquid inhoneſtum perpetraſſe, neque Aſſyrios inſidiatos fuiſſe ipſius pudicitiæ, dum ipſa inſidiaretur Holofernianis victoriis. Procul omnis hæretica, & barbara ſuſpicio. Quia Iudith Angelorum ſatellitio obarmata, non ſtupro, ſed verè virgine continentia redemit patriam, quam incontinentia proderet. Hæc ſingularis laus Iudithę ſit, effugiſſe ſuſpiciones impudicitiæ, ne offuſcaretur tanti facinoris gloria.

Iudith.

§. XXVI.

Res periculis plena luxuria eſt. Vel leuis occaſio ſuſpecta eſt, etiam quibus eſt impoſſibile à Caſtitate deſciſcere?

128. Magna vis eſt libidinis, homines alliciens, & pertrahens ad luxuriæ Syrtes. Pulchritudo ſpectata tacitè negotiatur voluptatis otium: blanditur voluntati, quæ in conſenſum degenerans, conceptam libidinem deſpumat in opus. Et ſane humana caro ſibi eſt inteſtinum periculum, & fomes ad laſciuiam. Caue tibi à te: caue à feminarum aſpectu, alloquio, contubernio; ne igneos homini

Mulieres alloqui in Eccleſia de rebus fidei cum viris Apoſtolicis, vetat Paulus.

mores accendat ſcintilla occaſionis. Femina, periculoſa res eſt viro, & blanda vis ad lapſum, validè ad ruinam impellens ſanctiſſimum quemque virum. 1. Cor. 14. v. 34. ſic iubet Paulus: *Mulieres in Eccleſiis taceant, Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulierem loqui in Eccleſia.* In primitiua adhuc rudi Eccleſia, neceſſe erat, vt multa ignorarent feminæ præſertim; & opus erat ad rem Chriſtianam, vt feminæ inſtruerentur in myſteriis fidei, quæ vt pote ſublimiora, & humanum captum excedentia, doctoris ſedula explicatione indigebant. Ergo neceſſarium fuit, vt rudiores feminæ, quod addubitabant: interrogarent; quod ignorabant addiſcerent. Priuatim autem domi ſuæ inſtrui, aut adire domum inſtructoris, videtur dedecere feminas; at Eccleſiam adire, vt inſtruantur, de his, quæ ſpeciatim dubitant, planè videtur neceſſarium. Plures enim feminæ viros habent aut ruſticanos, aut idiotas, quibus facultas non eſt ipſarum inſtruendarum. Incongruè enim docebuntur ab iis, qui vix, quod ſibi ſat eſt, ſciunt. Et tamen præcipit Paulus, vt *domi viros ſuos interrogent ſi quid volunt diſcere*; nec quicquam in Eccleſia rogent ab Apoſtolis, viriſque Apoſtolicis, qui tunc vulgò fideles inſtruebant in rebus fidei. Num Paulus timet ne Apoſtoli ſeducantur conſeſſu, & alloquio feminarum? Arces ſanctitatis ſubruet colloquium cum femina! Quis hoc ſibi perſuadeat. Nihilominus Paulus eiuſmodi priuatã inſtructionem vetare videtur; quia *Turpe eſt mulierem loqui in Eccleſia*, ſcilicet cum viris Apoſtolicis, etiã de rebus fidei: *Turpe*, inquit S. Chryſoſtomus, *eſt mulieri loqui in Eccleſia: Pudorem incutit Apoſtolus.* Quaſi dicat Paulus: Non tã incongruit, vt feminæ ignorẽt aliqua, nec exactè inſtituantur in myſteriis: (dummodò quod ſat eſt, non neſciãt,) quam quod adhuc palam in Eccleſia, non clanculũ in angulis, conſulant diſcipulos Domini, & magiſtros Eccleſiæ. Ne fortè vel piiſſimo colloquio, ſeu aſpectu, & cõſeſſu ſancto, igniculos ſuggerant ad libidinẽ. Vnde ait Apoſtolus: *Domi viros ſuos interrogent, ſi quid volunt diſcere: turpe eſt enim mulierem loqui in Eccleſia.*

1. Cor.

Chryſoſt.

Herodis itaque laſciuia miſit Ioannem Baptiſtam 129.
in carcerem, ſaltat impudicè inuerecundã puella, placet Regi temulento, & conuiuis adulantibus. Herodes permittit puellæ optionem petendi, & ipſa poſtulat in diſco Baptiſtæ ſacrum caput: mittitur ſpiculator funeſtus, ferit Ioannis ceruicem, & feralẽ pij capitis ferculum apponit menſæ coram impudico Rege, & luxuriante puella: Ad quod ſpectaculum attendens Ambroſius, planè ſudatis verbis, ſic ſententioſiſſimè fatur: *Clauſit Propheta lumina, non tam mortis neceſſitate, quam horrore libidinis.* Abſciſſũ caput defuncti Præcurſoris claudit oculos, non tam mortis neceſſitate, quàm horrore videndæ laſciuientis puellæ. Baptiſtane is es, qui timere ſibi poſſit, aſpicere luxuriantẽ feminæ pulchritudinem? Inuiſa Ioannis erat puella ob inflictam ipſi necem, Ioanni inerat immenſus penè ſanctitatis vigor, qua præuentus erat adhuc in materno receſſu, quin & ipſe eremi aſperitatibus, & ieiuniis virgineo flore ſplendebat; erat enim Baptiſtæ caſtitatis nitor ad miraculum vſque fulgens, erat æmulus Angelicæ puritatis: & puritate verè Angelus, de quo dictum eſt: *Ecce ego mitto Angelum meum.* Quæ omnia, etſi non adeſſent Ioanni, *aſylo mortis*, in tuto erat ab oculorum libidine, ſiquidem homo defunctus, viator non eſt: neque in ſtatu apto ad demeritum. Num in emortuo capite oculorum laſciuiam Præcurſor exhorret? Oculos men-

Ioannes iam mortuus praeuenit occaſiones impudicitiæ.

Ambroſ.

te

te cæcos, ipse mortuus claudit, ne videat saltatricem puellam etsi infensam? Quid impudicum timeat ab eiusmodi conspectu sanctissimus Propheta, virginitatis decus, castitatis honos, puritate Angelus? Mortuus est, & adhuc timet? Cadauer est, & cadauerescẽtes claudit oculos inhabiles ad visionem, ineptos ad lapsum? Quid iam defunctus horret libidinem, quam, dum adhuc viueret, frustra timeret? O magnum pudicitiæ exemplum! *Claudit Propheta lumina, non tam mortis necessitate, quam horrore libidinis.* Ille & pudicissimus, & virgo, & ieiunus Propheta, & Angelus, & defunctus, & (vt vno verbo omnia illustria dicam,) Ioannes Baptista, sit nobis exemplar ad cautelam. Ille enim non sibi cauet, sed nobis præcauet, nobis, inquam, tot furiis libidinum exagitatis, &c. Vulgare hoc est, sed non omittendum, vt gradum faciam ad reliqua.

130. Genes. Dum historiam Sodomiticæ deflagrationis expendunt interpretes ad cap. 19. Geneseos, iure quærunt causas cur etiam infantes eodem cum parentibus incendio perierint. Infantibus enim necdum per ætatem licuit lasciuire; cur ergo cum fornicariis parentibus æquâ pœna mulctantur? Num prophetat gehennalis illa flamma, & pueros, quos simili lasciuiâ sordidandos præscit, præsagæ libidinis pœnâ præproperè castigat? horrendum planè foret hoc supplicium: neque enim moris Dei est pœnas expetere à nondum perpetratis flagitiis: nec infensissima Deo luxuries sic castiganda est anticipato supplicio. Dæmoniacum est illud: *Venisti ante tempus torquere nos.* (Matth.) Matth. 8. v. 29. Porrò propropera pœna, quæ præcedit reatum, quanto ostentaret iustitiam, profanaret Misericordiam diuinam, quæ pœnam non permittit infligi ante delictum. (Alcuin.) Alcuinus ibi sic rem componit: *Pluit Dominus super vniuersos habitatores terræ, & infantes quoque cum parentibus cremati sunt, vt possit aduersis impurissimum faci... Sodomorum, ne de eorum origine aliquod remaneret vestigium. Et prouisum est illis, ne diu viuentes sequerentur exempla patrum.* Scilicet Infantes libidinis nescios prudens flamma comburit cum parentibus fornicariis, quia filij cognatione ipsâ quasi combibunt parentum luxuriam? Nam lasciuiæ vitium tam leui occasione attrahitur, vt vel teneilli infantes libidinum inexperti, luxuriosi puniantur: Nesciunt luxuriam, & tamen velut impudici habentur ex paterno conuictu? Innoxiam ætatem quasi polluit conuersatio cum gente libidinibus deuitâ? Adeò facile hoc vitium allicitur, vt infantili adhuc ætati, & libidinum nesciæ, quodammodò imprimatur malum luxuriæ exemplum, quod luxuriæ impotens infantia veluti arripit, haurit, exprimit? Innocens ætas, & innoxia, & ad luxuriandum inepta, luxuriæ pœnas quodammodò subit, quid mirum quod Præcursor adhuc defunctus horrere dicatur puellæ venustatem?

131. *Vel virtus ipsa timet, ne fit occasio lasciuia, & sic degeneret in vitium.* Genes. Genes. 19. missi sunt tres Angeli ad nefariam Sodomorum vrbem voluptuosissimè luxuriantem. Et sollicite Loth, & eius familiam educunt, ne eodem cum impudicis incendio conflagrarent: Ardet iam ciuitas gehennali flammâ, quæ lasciuiæ ignibus iam diu ardebat. Crepitantibus flammis tota personat vallis, maturabant gressum Lothus, eius vxor, & filiæ, vt fugiendo possent nefarium supplicium euadere. Femineâ curiositate allecta, accidit, vt *respiciens vxor Loth post se, versa est in statuam salis.* Quid peccauit pia pij viri vxor, respiciens horrendum luxuriæ supplicium? Num prolectaretur ad libidinem, videns libidinosos Sodomitas, si quidem ob aspectum eorum tam seuerè punitur? Minimè: nam prouectâ ætate videtur fuisse: neque nimiùm extimularetur impudicorum Sodomitarum visu. Quin & læuior pœna delicti retraheret à voluptate, quantùm titillatio ex visione placidè alliceret. Cernit impudicos ad fauillas redactos ob impudicitiam, & incitabitur eiusmodi visione ad amorem delicti tam seuerè puniti? Quia respexit illos currenti pede, & leuibus oculis, pœnas dedit spectatæ luxuriæ? Egregiè ibi Lippomanus Metonensis: (Lippom.) *Videtur commiseratione quadam permota vxor Lot retrò spectasse ad vrbem, quod prohibita fuerat, cùm Dominus criminis illius commiserationem interdicens, tanta illud pœnâ deleuerit.* Nempe interdixerat Deus non tantùm aspectum pœnæ inflictæ impudicis Sodomitis, sed etiam commiserationem nimiam tantæ calamitatis. Ne fortè vnà cum misericordi aspectu horrendi supplicij, aliqua scintilla luxuriæ punitæ accenderet spectantis & commiserantis oculos. Abstineat à piâ quasi commiseratione, nam etiam talis miseratio suspecta Deo est, ne cum pietate misericordiæ simul combibat dulce luxuriæ venenum, & pius alioqui aspectus constupret mores spectantis. Res profectò expensione, & stupore dignissima! Caueant ergo vitia ab impudicorum aspectu, caueant etiam quodammodò virtutes, ne desciscant in vitium, & degenerent in lasciuiam. Vnde piæ feminæ, etsi grandioris ætatis, interdicitur, vt nec quasi misericordi aspectu videat sæuiores pœnas inflictas genti impudicæ; ne fortè plus alliciatur, vel à castigatâ libidine, quàm terreatur ab immanitate supplicij.

132. Genes. *Hyperbolicè dicitur, quod Deus quasi timet Angelis occasionem vel puniendi luxuriam.* Adhuc persto in huius loci expensione. Aderant Sodomis tres Angeli à Deo missi, & penè experti fuerant effusam voluptuosissimæ gentis luxuriem. Decreuitque Deus incendio extinguere lasciuiæ incendium, & in fauillas redigere luxuriantem populum. *Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrham sulphur, & ignem à Domino de cælo, & subuertit ciuitates has.* Quid opus fuit, vt Dominus plueret ignem à Domino ad castigandam turpitudinem Sodomitarum? Aderant tunc tres Angeli apud Sodomam, quorum quilibet valebat illam incendio euertere; siquidem vel vnus Angelus centum triginta millia de exercitu Assyriorum nocte vna peremit. Quid? hi Angeli fortassis imbecilli erant, nec potuissent eodem incendio inflammare vrbem? Dein, incongruum videtur, & insolens, quod Deus ipse per se exerceat tam crudele supplicium: congruentius enim foret, vt vrbs decineresceret alterius opera, quam Dei: neque enim Deus assolet tam acerbam pœnam per se immediatè infligere. Et tamen affirmat textus sacer, pluit Dominus sulphur & ignem à Domino. Caussam huius rei subindicauit S. Greg. 14. Moral. c. 10. (Gregor.) sic inquiens: *In ipsa qualitate vltionis notauit maculam criminis.* Porro qualitas vltionis est ignem immediatè immissum fuisse à Deo, quo notatur sordidissimum Sodomitarum nefas. Deus præcauet ne vel Angeli ipsi exerceant ius puniendi nefandum, & spurcissimum crimen? Profectò iudex perspicere debet attentis oculis, & intento animo scrutari causas reorum, vt iuxta cuiusque reatum pœnam imponat æqualem facinori. Deus nec purissimis, & incorporeis Angelis permittit hanc punitionem sordidissimi criminis, ne fortè Angelis (non id timet Deus Angelis spiritualibus, sed nostrum documentum est, ad cautelæ exaggerationem,) luxuriam examinando, tractando, puniendo, aliquid libidinosum alliniat lasciuia quanquam luxuriæ incapacibus? Pulchra planè rei exaggeratio,

De Celada in Iudith. Xx 2

Genes. Hieron. Laur. Nouar.

tio. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Genel. 5. v. 3. S. Hieronymus de Tradit. Hebr. sic vertit: *Non iudicabit*, &c. Vnde Laurent. Nouatiensis homil. de Pœnit. ad exaggerandum lasciuiam peccatricis feminæ, illam appellat *Præsulem luxuriæ*, ac si iudiciaria potestas, & discussio rei impudicæ, nimiùm dehonestet homines. Adeò periculosum est de re venerea agere! Leui oculo videnda est, & examinanda, & punienda à purissimo quoque, & castitatis amante.

133. Ierem. *Deus cur luxuriam punit in momento.*

Imò (quod mirère magis,) Deus ipse exercens hanc punitionem, perbreui morâ vltionis negotium exercuit, ne diu detineretur in re luxuriæ adhuc puniendæ. Ierem. 4. vers. 6. *Et maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento & non cœperunt in ea manus.* Quare in temporis momento Deus impudicam vrbem euertit? Num Deo periculum est in mora spectandæ luxuriæ, & castigandæ? Absit à Deo periculum, vt abest vitium. (Hæc celeritas Dei, humani iudicis documentum est.) At nihilominus in momento subuersa est: nec Deus qui sæpiùs solet cunctando castigare; in punienda lasciuia moram aliquam patitur. *Ideò subuersa est in momento.* Addit Ieremias: *& non cœperunt in ea manus.* Exaggerat breuitatem temporis, qua supplicium exercuit Deus. Ac si dicat: vix cœpit Deus eosdem castigare. Hebraïcè: *Et non inceperunt in eâ* (castiganda) *manus.* Adeò præpropere luxuriæ punitionem tractat Deus! Item P. Cornelius ex originali verbum *cœperunt*, vertit, *Profanauerunt:* Id est, Non velut profanau t Deus manus suas, impudicos Sodomitas castigans; vt enim incepit pluere ignem Domini à Domino, cùm tota vrbs miserè deflagrauit. Sic versat Deus rem luxuriæ! Caneat homo à tam infesta peste, quæ tacitè serpit in animam, & depascitur misero incendio mortalium viscera. Vnde Iuditha etsi à Deo instincta, vt adeat Holofernem, valde cap. 8. vers. 33. timet, & approbationem procerum Bethuliensium exposcit, ne vitio detur occasio labendi in lubrica re luxuriæ, & continuam orationem exposcit, vt impetret securitatem à tanto periculo; & hic vers. 20. sollicitè satagit depellere suspiciones ex Holofernis contubernio conceptas.

Cornel.

Iudith.

§. XXVII.

Caro humana adeò periculosa res est, vt ingenij Diuini cura meritò appelletur.

134. *Caro hominis emphaticè dicitur diuini ingenij cura.* Tertull. l. de Resur. carn. cap. 8.

CAro nostra etsi specie tenus venusta, fœditas est morum, domestica fraus, sepulchrum vitæ tædium probitatis, improbitatis fomes, vigor gehennæ, depravatio virtutis; & vt paucis multa complectar, innatum periculum est, imò naturalis ruina. Tertull. inter alia carnis elogia, illam appellauit *Ingenij Dei curam.* Scilicet Deus cætera, quæ architectatus est, mente, & verbo fecit; caro autem ingenij opus fuit; nam subtilis labor, qui reperitur in hoc opere, sublime Dei ingenium exigebat. Ingeniosum figmentum caro est. At vox illa *Cura*, grandius aliquid menti insinuat. Nimirum cura carnis, negotium est ingenij Dei. Nam corpus nostrum, vsque eò procliue est ad vitium, & præceps ad delinquendum, tam impotens sui est caro nostra, vt cura sit ingenij diuini. Nam ad coërcendum degeneres carnis motus, ad compescendam licentiam passionum, ad frænandam impotentiam libidinum, ac si non sufficeret quæ vis prouidentia; impensior sollicitudo, & ingeniosa cura necessaria est? Subtilior Dei ars, totum eius acumen, & acutiores adinuentiones diuini ingenij impensè & altè incumbant in carnis negotium, opus est? Et qui simplici cogitatione omnibus adest, & cætera gubernat, ad regendam carnem, totas ingenij vires contendit? Vnde luculenter illam appellat: *Ingenij sui curam.*

135. Tertull. l. de carne Christi, c. 4. *Incarnatio non fuit Deo periculosa.*

Et sanè totum ingenium contendit Tertull. vt liquidò constet, quòd etsi *Verbum caro factum est*, tamen non fuisse *periculosam Deo corporationem:* immunémque fuisse Deum à delicto, etsi caro factus sit, neque ex vicinia carnis depravatam esse diuinitatem. Nam diuinitas ea non est, quam innata vitia carnis potuerint depravare. Verùm tota impeccabilitate opus fuit, vt in vitia non degeneraueterit Deus caro factus: adeò carni etiam immuni à culpa, cognata, vel agnata culpa est. Bene ad rem S. Maximus sic scribit: *Omnipotens Dominus misit vnigenitum suum; non diuinitate degenerem, qui nostram suscipiens carnem*, &c. Nempe Christus Deus etsi nostram suscepit carnem à diuinitate non degenerauit. Ac si res difficilis sit creditu, carnem suscepisse, & à diuinitate non degenerasse. Porrò appetitus, voluntas dicitur in Scripturis. Quod vbertim tradidi, cùm explicabam Euangelium Ioannis, ad illud cap. 1. vers. 13. *Neque ex voluntate carnis.* (loquitur Euangelista de puro homine, id est, de Christi progenitoribus.) Voluntásne tribuitur carni, an appetitus? Item Isaiæ cap. 58. v. 3. *In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Voluntas* Hebraïcè scribitur ץפח *Chephets*, & significat, *id quod libet*, quæ vox alibi in Scriptura exscribitur, *concupiscentia, voluntas carnis, libido*, vt aduertit Cornelius ibi. Et Maldon. Ioan. 1. Concupiscentia, seu libido, rectène dicitur voluntas? Ad hæc, insignis locus est ad Ephes. 2. v. 3. *Et nos aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis.* Expende τὸ *Voluntatem carnis*, quam Caietanus *appetitum* interpretatus est. Sed mirum videbitur, quod Ioannes, Isaias, & Paulus vtriusque Litteraturæ sacræ facilè proceres, appetitum, & concupiscentiam vnanimi consensu, & stylo, *voluntatem* nuncupent, quod audacter dictum ineruditо videretur. S. Anselmus explicans præfatum locum Pauli, sic ait: *Plus voluit in desideriis notare, quam concupiscentiam, id est, multiplicem, & omnimodam vehementiam concupiscentiæ.* Itaque vehementior concupiscen ia carnis appellatur hîc voluntas. Adeóne coniuncta est animæ concupiscentia carnis, tam vna potentia est appetitus, & voluntas, vt promiscuè pro eadem potentia vsurpentur à Scriptoribus sacris? Concupiscentia voluptatis præstigiis sic mentem allicit, sic voluntatem flectit, & trahit, vt quod concupiscentia cupit, voluntas amare dicatur? ac si ipsissima potentia esset, nomen, & officium alterius promiscuè vsurpant? Vnde dicitur caro, seu appetitus amare; & voluntas dicitur concupiscere, & voluntas vocatur concupiscentia, & concupiscentia voluntas nominatur. Ergo quid periculosius, quàm caro, cuius concupiscentia, & libido dicitur voluntas? *ex voluntate carnis.* O quam flagitiosa est concupiscentia, quàm sollicitatrix criminum, quàm præceps ad delinquendum! Hæccine dicitur voluntas ab Euangelista Ioanne, ab Isaia, à Paulo? Etenim si voluntas, in cuius arbitrio est vita, & mors, quæ Imperiali officio fungitur in homine, appetitus, & concupiscentia dicitur, nimis expositus est purus homo

Maxim. hom. 2.

Ioan.

In Isaias. *Quàm flagitiosa est carn.*

Cornel. Maldon. ad Ephes.

Caietan. *Concupiscentia, dicitur voluntas, & contrà.*

Anselm.

Digitized by Google

homo periculis: Corpus naufragium erit, caro erit alea, & totus homo periculum est. Vnde hæretici quondam audacter dixerunt: *Periculosam Deo corporationem.* Sed planè errant: nam caro periculosa non est, quæ vnita Verbo est.

136. *Deus olim corporatus apparens, quasi ediscebat humana munia.* Tertull. l. de carne Christi, c. 6.

Vetus quæstio fuit apud prisci sæculi patres, an dato quòd diuinum Verbum apparuerit Patriarchis visibili specie; num apparentem, & phantasticam, an veram & realem carnem tum assumpserit. Ego hîc nihil statuo: adducam tamen elegans Tertulliani testimonium, ad præsentem thesim perquam aptum: qui ita scribit: *Atque tunc quoque inter illos Angelos ipse Dominus apparuit Abrahæ sine natiuitate, cum carne scilicet, pro eadem causa diuersitate.* Et mox: *Qui iam tunc & adloqui, & liberare, & iudicare humanum genus ediscebat.* Pendenda maximè est hæc sententia: *Dominus apparuit Abrahæ sine natiuitate cum carne, qui iam tunc adloqui, &c. ediscebat.* Non semel, inquit Tertullianus, Verbum carnem assumpsit, antequam tandem in Euangelio *Verbum caro factum est*; sed quam ob rem olim carne se vestiit diuinum Verbum? Scilicet cum carne *ediscebat adloqui*, &c. (Nempe loquitur Tertullianus de Deo more humano.) Adeò periculosum est hominem esse, & carnem sibi vnire, vt vel Deus ipse quibusdam quasi præludiis antè præmeditabatur, & quodammodo ediscebat carnem gestare, adloqui sine lapsu, audere sine temeritate, concupiscere sine noxa, pati sine ira, inter homines conuersari sine crimine? Deus ipse, cuius essentia est bonitas, cuius natura execratio est vitiorum, qui sanctus est omnimodâ impeccabilitate; ita sibi quasi cauet à carne assumendâ, vt sæpiùs præludia carnationis priùs faciat, ferè ediscens hominem esse, velut præcauens ne quid vitij admittat carnis suggestione? Hæc à Tertullian. per exaggerationem dicta, vt sciamus quàm periculosa sit corporatio; quàm timenda sit caro, cuius appetitus adeò cognatus est voluntati, vt sæpè in sacris litteris ipsa concupiscentia voluntas planè nuncupetur.

Iudith. Prudenter ergo Iuditha hîc cap. 8. vers. 6. se armat contra carnem tantâ ieiuniorum maceratione, tot orationum præsidio, totis ciliciorum asperitatibus; ne desciscat à virtutis ingenuitate; à quo non desciuisse, tanquam rem nouam, & portenti ad instar euulgat hîc v. 20.

---

§. XXVIII.

Periculosum est Religioso vel solum respicere relictum seculi statum.

137. Seneca.

INter cætera mala, hoc quoque habet stultitia; semper incepit viuere. Pergit Seneca in eadem epist. 13. *Considera quid vox ista significet, & intelliges quàm fœda sit hominum leuitas, quotidie noua vitæ fundamenta ponentium, noua spes etiam in exitu inchoantium. Quid est autem turpius quàm senex viuere incipiens?* Porrò constantia sanctitatis decus & fulcimen est: non prodest esse, quod mox fuisse pœnitet. Pulchra est pœnitentiæ virtus, fœda nimis pœnitentia virtutis. Feminea pietas est, quæ sæpè nutat, & in proposito labascit; constantia virum probat. Esto viriliter pius, ne sis muliebriter impius. Matth. 13. v. 5. Exiit diuinus ille pietatis seminator, & *in petrosa* mittit tertiam cælestis seminis partem; quæ mox emarcuit & æstuauit ad Solis ardores: S. Thom. ibi sic explicant hanc seminis portionem, quæ in petrosa decidit: *Qui autem super petrosa, cum gaudio accipit illud. Non autem habet in se radicem, sed est temporalis.* Profectò laudatior virtus temporalis non est; nam vt aliàs copiosè probabam, virtus caret tempore ex sententia Philonis. Infirma virtus est, quæ temporalis est. Vult, & non vult piger: constantia enim virtutis quasi virtus est, & aliquis sanctitatis vigor.

Ne sit virtus temporalis. — Matth. — Thomas. — Philo.

138. Tertull.

Putabit aliquis imperitè scrupulosus, audacissimè dixisse Tertullian. in libro de Exhort. castit. cap. 13. *Erunt nobis in testimonium feminæ quædam seculares, ob vniuiratûs obstinationem, famam consecutæ vt Dido.* Et in lib. de Spectaculis c. 1. *Sunt qui existiment Christianum, (expeditum morti genus) ad hanc obstinationem abdicatione voluptatum erudiri.* Audis pudicitiæ, & virtutis *obstinationem* æmulari de constantiâ Hæreticorum pertinaciam? Planè virtus perfecta piè obstinata est in re pietatis: vitium subolet, & mera virtus est. Luc. 9. v. 51. *Et ipse* (Iesus) *faciem suam firmauit, vt iret in Ierusalem.* Quid est firmauit faciem? Beda: *Sponte*, inquit, *crucifigendus, locum quò crucifigendus erat, firmatâ facie, id est, obstinata, atque imperterritâ mente petiisse.* Ecce tibi Christus Deus imperterritâ mente, constanti animo, & obstinatâ facie operatum fuisse negotium redemptionis humanæ: nec deflexisse oculos à proposito, sed eos obstinasse, ne aliud respiceret, quàm viam in Ierusalem. Sit ergo nobis Christus pietatis typus, qui præmaturè olim fuit Bethuliensibus quasi exemplar religionis: *Nos autem alterum Deum nescimus præter ipsum*, inquit Iuditha hîc v. 19. Bethuliæ proceribus. Quid est nescimus, nisi, non cognoscimus? Id est, constanti animo, & obstinatâ facie sic Deum nostrum, eiusque numen, & cultum perpetuò ante oculos habemus, vt non modò non degeneremus ab eius religione, sed neque oculos deflexerimus ab eius instituto, & sanctissimis legibus. Sic delicata est res pietatis, & negotium religionis, vt vel mentis oculos inhibeat, ne vel ipsa mente cogitent, se posse desciscere à pio pij instituti proposito: nam vel oculorum deflexio, & vaga aspectuum retrospectantium licentia periculum fit degenerandi, & timendæ apostasiæ formidabiles minæ.

Sit religiosus quodammodo obstinatus ad virtutem. — Lucæ. — Beda. — Iudith.

139. Lucæ. *Relictum seculum non respiciendum est.*

Nouitius nescio quis Christi discipulus, facultatem petit redeundi ad paternam domum breui temporis morâ, prætextu vrbanitatis. Cui respondet consultissimè Christus Deus, Lucæ 9. vers. 62. *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retrò aptus est regno Dei.* Planè scrupulosa nimis videtur hæc Saluatoris sententia. Quis sic cohibere poterit mentis oculos, vt nunquam retrò aspiciat? vt non meminerit vnquam renunciati seculi? ô altam eruditionem! ô terribiles apostasiæ minas! Dei ore ineptus pronunciatur ad beatas cæli glorias, non solum qui religionem deserit, quasi infidus pietatis refuga, sed etiam qui *retrò aspicit*? quem titillant res seculares, qui vel seculi aspectibus mulcetur? Dicam viuaciùs Hispanè: *Aun no le a de passar por el pensamiento aun religioso, que es possibile dexar de serlo.* Ergo obstina à facie Ierusalem intueatur, & pij propositi piâ pertinaciâ sit vsque eo pietatis tenax, vt sibi seriò persuadeat, cum quæ retrò aspicit, & vel tantillùm ad seculum reflectit oculos, non satis esse aptum ad regnum Dei. Cuius rationem reddit Græcus, apud S. Thomam in catena, qui sic commentatur Lucæ verba: *Aspiciens retrò non est aptus regno Dei. Crebri namque*, inquit, *intuitus eorum quæ deserimus, propter consuetudinem trahunt ad retrò*

Græcus. S. Thom.

acta: violentum enim quid vsus est ad retinendum sibi. Nonne habitus ex vsu, ex habitu verò natura innascitur? Naturam verò amouere, vel alterare difficile. Nam etsi paulisper declines coacta, redit ad se ipsam velociter. Nempe crebri intuitus relicti seculi & habitum sæcularem induunt, & exuunt habitum religiosum. At *homo apostata vir inutilis*, & ad rem Dei, & ad negotia sæculi. Ad hæc Beda explicans præfata Lucæ verba adducit in exemplum exemplare supplicium vxoris Lot, quæ fugiens Sodomiticos seculi ignes, & confugiens ad Religionis montem, Genes. 19. v. 26. eò quòd respexit retrò, lapidescit in mediatæ apostasiæ pœnam, oculis inchoatæ: *Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuam salis.* Vt supplicium saliat, quod putrescit ex intuitu seculi relicti. Nam *respiciens retrò aptus non est regno Dei. Si quis*, inquit Beda, *incipiens cum vxore Lot ad ea quæ reliquerat aspicere delectatur, futuri iam iam regni munere priuatur.* Vel damnati sæculi aspectus sic punit Deus, ne vel scelestum seculum etiam dum seuerius castigatur, blandiatur aspectibus, & tacitè ingerat sui amorem, à quo torpescit religiosæ vitæ studium, & pietatis ardor.

Prouerb. 6. v. 12.

Genes.

Beda.

140. Matth. *Periculosum est videre seculum relictũ.* Matthæi 19. v. 27. Petrus Apostolorum princeps totius collegij sollicitus procurator, sic fatur ad Saluatorem: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* Duo diuersa merita allegat Petrus, & seculum reliquisse, & Saluatoris sequi vestigia. Animaduerte ad Christi responsum: *Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, &c.* Et cur non repetit Christus, quod primò proposuit meritum Petrus? Quod sapienter notauit inibi S. Hieronymus, aiens: *Non dixit, qui reliquistis omnia.* Num vsque adeò vilescit apud Christum seculi derelictio, vt illam relinquat impræmiatam? Fortè oblitus est Iesus magni meriti, nempè Apostolos renunciasse seculo, & rebus omnibus sæcularibus? Puto in hanc rem aptè quadrare, quod aliorsùm dixit S. Gregor. Scilicet Christus ideò non meminit abdicationis seculi, quia *pertimescit, vt retrò per cogitationem redeat, qui ad interiora respiciens, iam mentis gressibus ad alta ibat?* ô moralissimam cautionem! Ideò enim Christus non repetit derelictionem seculi, ne Petro ad perfectionis alta tendenti iterum memoriam faciat seculi derelicti. Omittit inculcare hoc meritum, non vt illud non muneret, sed ne periculum Petro faciat; nam vel respectus retro deserti seculi, minæ sunt deserendæ religionis: *Nemo enim mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.* Sic suspectæ sunt Christo retrospecti seculi blandientes respectus! Sic erant suspecti Bethuliensibus, vt legere licet hic v. 20.

Hieron.

Greg. hom. 3. in Ezech.

Iudith.

141. Lucæ. *Pietas non est mors renuere.* Lucæ 11. v. 59. Dixit Iesus ad quempiam: *Sequere me. Ille autem dixit: Domine permitte mihi primùm ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos.* Quid? Christus pietatis auctor, religioso interdicit pietatem? Profectò vel ignoti defuncti funus prosequi, religio est; parentem tumulare, necessaria pietas: Imò incentiuum pietatis: nam cadauer tacitè prædicat humanam fragilitatem, spirat non tam fœtorem, quàm mortis memoriam, & demonstrat cadauerascentem naturam nostram. Opportunè S. Ambrosius; *Non paterni funeris sepultura prohibetur.* Et statim: *Nec reuocatur ab officio patris filius: non interdictum est muneris, sed religionis mysterium.* Nempè religionis mysterium, & res perseuerantiæ est, retrò non respicere vel ad paterni funeris pietatem. Pulchram rationem reddit mihi S. Chrysostomus, aiens: *Quid magis necessarium paternis exequiis? quid facilius? cum non esset multum temporis dandum. Per hoc autem docemur, quod Diabolus insistit attentiùs, volens aliquem aditum inuenire; & si modicam sumat negligentiam, magnam operatur pusillanimitatem.* Non omittam hic verba venerabilis Bedæ explicantis illa verba Lucæ 9. v. 61. *Sequar te Domine; sed permitte mihi primùm renunciare his qui domi sunt, &c. Si autem* (ait Beda) *secuturus Dominum discipulus quia vel domi renunciare velit arguitur, quid fiet illis, qui nullâ vtilitatis gratiâ sæpè visitant domos illorum, quos in mundo reliquerunt?*

Ambros.

Chrysost.

Luc.

Beda.

---

§. XXIX.

Commentarius litteræ.

Vers. 22. Vniuersi autem adorantes Dominum dixerunt ad eam: Benedixit te Dominus in virtute sua: quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

OBtemperauerunt omnes Iudithæ dicenti, *Confitemini Domino*, &c. & ita vniuersi laudauerunt, & adorauerunt Deum. Porrò cùm ipsa omnem facinoris laudem ascripserit vni Deo, Bethulienses id & virtuti diuinæ attribuunt, & industriæ, & constantiæ Iudithæ, quâ Deus largissimè Iuditham munerauit, quod pulchrè aduertit Dionysius, expendens illud, *Benedixit te Dominus, &c.* Deus enim benefacit, cùm benedicit; nam dixisse Dei, fecisse est, & tunc ipse benedicit; cùm largius benefacit, & donis suis dignum facit, cui benedicant omnes. Præterea aiunt, ad nihilum redactos eorum hostes, quia occiso Holoferne exercitus principe & capite, nullo negotio Assyrios superandos esse putabant. Quod è voto successit. Sic Bethuliensis populus gratulatur diuinæ potentiæ, Iudithæ virtuti, & suæ incolumitati. 142.

Dionys.

Hi quatuor versiculi, legi possunt in textu præfixo expositioni huius capitis, & nil aliud continent, quàm gratulationem Oziæ Bethuliæ principis, cui imprimis incumbebat gratum se ostendere in Iuditham, sui populi vindicem, & gloriosè assertricem. Quis fuerit, & quod munus gesserit hic Ozias, diximus suis locis. *Benedicta à Domino* dicitur, id est, ob illustria dona, quibus à Deo muneratur, benedicenda ab hominibus prædicatur. Tò *Excelso* vulgare Dei epitheton est, quo Deus esse cæli indicatur. Et vers. 24. dicitur Deus creator cæli, & terræ: Nam solemne est in Scriptura, cùm aliquod grande beneficium à Deo petitur, aut pro illo adepto debitæ aguntur gratiæ, illum prædicare Deum cæli, & terræ, & eum omnium creatorem confiteri: aut ita homines omnipotentiæ diuinæ piè blandiantur, illam confitentes, & adorantes. Et v. 25. *Pro quibus non pepercisti*, id est, eò quòd non pepercisti, vt aduertunt Sà, & Tirinus. *Animæ tuæ*, hoc est, vitæ. *Subuenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri*, id est, ruinæ veræ, & quæ non tantùm in hominum existimatione, sed in conspectu, & oculis Dei, vera ruina, & ærumnosa calamitas videbatur, vers. 26. Annuit omnis populus Oziæ acclamationibus, & festo plausu occlamant vniuersi; *Fiat fiat, Amen, amen.* Quæ vox populi crebrò insonat in Bibliis, vt non semel alias aduertimus.

Vers. 23. 24. 25. 26.

Sà. Tirin.

Porrò

Digitized by Google

143 *Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith,*
Deus Israel, cui tu testimonium dedisti, quod vlciscatur
VERS. 27. *se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum*
incidit hac nocte in manu mea.

VERS. 28. *Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit, & tibi interitum minabatur, dicens: Cùm captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua.*

Achior adhuc erat Gentilis, nondum enim annumeratus fuerat ad populum Hebræum, & ita non aderat eorum consiliis, nec agebat excubias, nec orationi vacabat, sed in Osiæ domo diuersabatur. Eum Iuditha accersiri iubet, vt dicitur in textu Græco in capite sequenti; cúmque vocatus adfuisset, illum edocet, vera nuper dixisse coram Holoferne de Hebræorum Deo: neque quicquam vltrà timendum ab Assyriis quorum vires profligatæ fuerāt, occiso Holoferne eorum Duce. In cuius rei testimonium, illi ostendit abscissum caput, quod sacrilego ore iactabat inane esse Israelitarū Numen, solumque suum Nabuchodonosorem dignum esse, qui appellaretur Deus super terram: quique adeò indubiè sibi gratulabatur de victoria, vt ipsum Achiorem in Bethulia, quasi in carcere incluserit, vt expugnatâ vrbe simul cum ciuibus experiretur suum vltorem gladium, ipsius latera dirè perforantem. Ita ferè commentatores omnes.

(Iudith. cap. 2.)

VERS. 29. *Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore, cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius.*

VERS. 30 *Postea verò quam resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit:*

VERS. 31. *Benedicta tu à Domino in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.*

144. Angusta est mortalium capacitas, & magnis affectibus impar. Scilicet Achior viso Holofernis abscisso capite, stupore tā insperatæ, & inopinatæ rei attonitus, deliquium passus est variis perturbationum motibus concurrentibus in cor eius. Abibat enim imminentis sibi, & nominatim denunciatæ mortis timor, succedebat confidentia; fugiebat tristitia, subintrabat gaudium, diffidentia locum cedebat admirationi, & simul cum huius prodigij contemplatione, fides, spes, charitas, & dona Spiritus sancti infidelitatem expellebant, hanc æstuandi causam affert Salianus satis aptam, & elegantem. Græcè pro *æstuauit anima eius*, scribitur, *exolutus est spiritus eius*, hoc est, stupore corruit penè exanimis. Cùm verò à consternatione se collegit, & ab adstantibus refocillatus est, sese abiecit venerabundus ad Iudithæ pedes, eamque *adorauit*, politica, inquam, veneratione, & quæ Heroïdem decebat: (sicut Iudith nuper principem Holofernem adorauit,) eiusque magnificas laudes coram prædicauit Achior.

(Salian. Iudith.)

Cùm autem ait esse benedictam in omni *tabernaculo Iacob*; non significat tunc Israeliticum populum habitare, vt olim, in tabernaculis, sicut quando per auia incertis sedibus palabundus errabat. Sed quia Hebræa gens quondam in vmbraculis habitauerit, inde tabernaculum accipitur sæpe in Bibliis pro habitatione. 3. Regum 12. vers. 16. *Vade in tabernacula tua Israel, nunc vade domum tuam Dauid.* Psalm. 86. *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.* Hanc notam debes Sanctio. Addit Textus Græcus, dixisse Achiorem: *Benedicta tu in omni tabernaculo Iuda, & in omni gente, quicumque audientes nomen tuum turbabuntur:* (scilicet præ admiratione, & stupore.) *Et nunc nuncia mihi, quæ fecisti in diebus istis. Et annunciauit ei Iudith in medio populi omnia quæ fecerat, à qua die exiuit, vsquequo locuta est eis.* Hæc habentur in capite sequenti, Græcus enim textus distulit narrationem eorum, quæ Achiori acciderunt, vt daret simul, quæ saltuatim, & quo ordine euenerunt tradit Latina exscriptio. Nam sicut per anticipationem plura narrantur ante tempus, in quo facta sunt; sic & quædam postponi familiare est omnibus qui historias scribunt. Quod etiam Euangelistis solemne est, vt notant interpretes ad illud Luc. 1. vers. 3. *Ex ordine tibi scribere.* Legi potest inibi Toletus. (Luc.)

(c. 10. v. 10. Vocatur Arbor à Iuditha. 3. Reg. Psalm. Sanct. Septuag.)

---

§. XXX.

Præfectorum cognatio sæpè impunè delinquit, sanctiùs meretur, promouetur faciliùs, feliciùs præest.

COgnati Præfectura, non tam aliena felicitas est, quàm nostra. Illius honore decoramur, illius potestate & nos præsidemus; incrementamur magnitudine cognatâ; & vnius præfectura sæpe omnium dignitas est, incolumitas, sublimitas. Familiæ Iudicis iura benigna sunt, merita propinqui sanctiora, eorum postulatio non est supplicatio, exactio est. *Quicquid illis negatum est, dari non potuit*, ait aliorsum Seneca. Sanctior esse solet mala causa sub propinquo Præfecto, quàm iustior sub seuero & rigido Præside. Nescio quâ arcanâ concupiscentia affinitas transuersum agit animum Superioris erga cognatam familiam, vt sibi deputet, quidquid illi impendit: & suo periculo sæpè redimat alienum: si alienum dici potest, quod est cognatum, & sanguinis affinitate propinquum. Contemplari licet Iuditham, cui cap. 11. v. 21. vltrò Holofernes obtulit primum locum in magna Magni Nabuchodonosoris domo, sponte se honoribus, & diuitiis abdicasse, vt cognatam gentem redimeret sui periculo. Generosius esse censens squalere in Bethuliæ oppido, dum opituletur agnatæ genti, quàm principari in Assyriæ metropoli dispendio propinquorum. Quod disertè publicat Ozias Bethuliæ Princeps hic vers. 25. aiens: *Benedicta es tu filia à Domino excelso præ omnibus mulieribus super terram, &c. quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter angustias, & tribulationem generis tui.* Vides Iuditham, nuper Holofernis, & Assyriorum Principum, grande periculum libenter subiisse, vt generi subueniret suo, sic vel virtuti adulatur cognationis ius! Quod etiam videre licet in Esthere toto cap. 4. præsertim v. 17. vbi pro suæ gentis incolumitate *Tradit se morti, & periculo.* Quod magis mirere in femina, quæ seruili conditione ad summum summæ fortunæ fastigium euecta est. Sic vrget cognatorum amor, vt tanto sui periculo mercari exambiat suæ familiæ incolumitatem! Quod probè fecerunt Iuditha, & Esther, alij improbè sæpè factitant. 145.

(Senec. 2. de Benef. c. 9. Iudith. Amor in cognatos. Iudith. Esther.)

146. Exod. 4. v. 12. Apparet Deus Moysi, & vltrò illi offert Hebrææ gentis principatum. Consultissima profectò electio, vtpotè Deo digna, & quam Moyses non negotiationis ambitu, sed meritorum

apparatu procurauit egregiè. Moyses statim munus oblatum specie tenus recusasse videtur, causans tenuem & gracilem vocem, & linguæ balbutiem indecoram. Instat Deus, & omnipotenter pollicetur linguæ expeditionem, quæ sufficiat ad principandum Hebræis, ad agendum de exitu cum Pharaone, ad educendum populum à vili seruitute ad ingenuam libertatem, stupente Ægypto, & Orbe ad tantam miraculorum patrationem: *Perge igitur*, ait Deus, *& ego ero in ore tuo; doceboque te quid loquaris. At ille, obsecro, inquit, Domine: mitte quem missurus es. Iratúsque Dominus in Moysē ait: Aarō frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit*, &c. Obstinatè videtur Moyses recusare sublimem principatum populi Dei, cùm vsque ad iram Dei resistat. O illustrem solertissimi, & meritissimi viri humilitatem! At Lyranus nescio quid meditatur ad rem præsentem. Quia Moyses non tam refutare videtur principatum, quàm Aaronis fratris exambire consortium in præfectura. Aduerte ad Lyræ verba: *Obsecro inquit, Domine, mitte, &c. licèt Moyses de verbo Domini non dubitaret, tamen quia Aaron frater suus erat eloquentior, desiderabat eum habere socium sibi à Domino designandum, ideò hanc petitionem replicauit.* Et paulò ante eandem sententiam expressiùs dixerat idem Lyranus, aiens: *Vidēs Moyses, quòd oportebat eum exequi Dei mādatum, & sentiebat se minus eloquentem ad tale officium: ideò petiuit societatem alicuius magis eloquentis: & intendebat hoc de fratre suo Aaron.* Nempe Moyses vix eligitur Princeps Hebrææ gentis, cùm soleter procurat, vt eius frater Aaron consimili fastigio sublimetur: idque semel & iterum ingeminat; & mauult insufficientiæ se notare, quàm cognatum non sublimare. Quod tam sedulus procurator sollicitat, vt sibi beneuolentissimi numinis moueat iracundiam, nec desistat quousque illi annuat Deus, & Aaronem etiam consti uat populi Præfectum. Profectò etsi id dissimulanter ambiuit Moyses, nullam faciens Aaronis mentionem, sed tantum linguæ impedimentum causans; tamen Deus ex lententia Lyrani ad mentem illi respondit, aiens: Tu obiicis impedimentum linguæ, & tacitè procuras dignitatem Aaroni cognato: *Aaron frater tuus, scio quòd eloquens sit, ecce ipse egredietur in occursum tibi, vidénsque te lætabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius.* Sic procuratio cognatorum dignitates cognatus Præfectus, tametsi sanctissimus, vt vel improperio propriæ insufficientiæ, vel specie recusationis officij, vel aliqua irritatione Dei sollicitet cognatæ familiæ præfecturam, quam vel abdicatione proprij muneris mercari intentat; adeò festinat negotiatione, vt nondum munus suum obeat, cùm fratris munus procuret.

Moyses sollicitè ambit vt eius frater sublimetur.

Exod.

Lyra.

Exod.

147. Tractent interpretes grauiter, an leui noxâ deliquerit Moyses tam contētiosè recusans principatum à Deo illi oblatū, nisi frater Aaron daretur in societatem Imperij: scimus enim ad iracundiam prouocasse Deum. Profectò Princeps, & Præsul debet esse, quasi Melchisedech, qui typus fuit Regum, & Pontificum. Ad Hebræos 7. v. 1. *Hic enim Melchisedech Rex Salem, Sacerdos Dei summi, primum quidem qui interpretatur Rex iustitiæ: deinde autem & Rex Salem quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia.* Eminenter Princeps pacis, & iustitiæ est, qui in summo principatus fastigio, sic se gerit, quasi nullā haberet cognationem in terris, nullam hominum affinitatem, cui natura flectat, quam subornent subditi, cui adulentur po-

Princeps iustitiæ sine cognatione est.

Ad Hebr.

puli, quam sublimet agnatus Præsul. Nam munerum honos, res est meriti, nō est negotium cognationis. Laudata præfectura cognationi renūciaret: omnis cognatus insufficientiæ suspectus est. Sæpè enim cognatus sanguis subornat iudicium. Taceo, ne dum commune naturæ vitium ostendo, alicuius mores perstringere videar. Satis sit proposuisse Melchisedecem velut iustitiæ, & pacis exemplar ab omnibus imitandum: & denotasse studium Moysis, tunc rudis & nouitij, (nam senex meliora sapuit: quippe qui non filiis, sed Iosue reliquit Imperiū,) quo satagebat prouehere fratrem Aaronem: non verti detrectare principatum, nisi frater pariter sublimaretur. Sic cognatus sanguis sollicitat cognatorum incrementa. Consultissimè Ennodius, typum boni Præsulis erga suam cognationem proponit, sic fatus de germano fratre: *Datur participem originis sic haberi, vt nec consideratio sanguinis negligatur, & descendens à merito laudetur examen.*

Ennod. l. 4. epist. 4.

148. Ad Romanos 9. v. 3. Paulus ad Apostolatus fastigium euectus, Dei familiaritate sublimis, beatæ gloriæ deliberatione illustris, sic fatur: *Optabā ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sūt cognati mei secundum carnem.* Quid est à Christo esse anathema, vt optet Paulus à Christo anathema fieri propter cognatorum amorem? Origenes & sanctus Hieronymus ad Algasiam quæstione nona: Optabam, inquiunt, esse anathema, id est, occisionem martyrum, & mortem corporis, pro cognatis Iudæis perpeti. Quidam apud Oecumenium: Optarim me nondum esse ad Christum conuersum, sed adhuc esse anathema à Christo, si hoc conferret ad fidem cognatorum meorum secundùm carnem. S. Thomas, & Lyranus: opto diutiùs abesse à Christi gloria, vt viuēs in hac vita prosim cognatis meis secundùm carnem. Dionysius Carthusianus, & Abulensis in caput 32. Exodi, censent esse hyperbolem, quā tantùm Paulus velit significare, & testari eximium suum amorem erga Iudæos cognatos secundùm carnem, quasi non nisi exaggerationibus possit declarari. Denique Theodoretus, sanctus Chrysostomus, Oecumenius, Anselmus, Theophylactus, Sotus, Catharinus, Cornelius, existimant; quod optat Paulus heroico quodam excessu, quasi cæcæ charitatis, quæ non considerat an res sit possibilis, aut secundùm Dei ordinationem, an non, optat, inquam, si Deus vellet, si fieri posset, esse anathema à Christo, id est, æternam separationem à beatitudine & gloria futura cum Christo, vt eius cognati secundùm carnem, Dei amicitia, & gloria sublimentur. Subiiciam pulchra ad hanc rem Theophylacti verba: *Viden' igitur quod ex amore, quo in Deum inflammatus est Paulus, optat (si modò possit,) separari à cœtu eorum, qui cum Christo æternum viuent? Non à charitate ipsius, sed à gloria ipsius, & illius vsu. Itaque ipse, inquit, ego qui innumera transegi, diligens Deum supra quam natura ferat, opto pro gloria Dei excidere à gloria Christi. Quod ait, Pro fratribus meis secundum carnem, viscera indicat, & quàm vehementi charitate erga eos ardeat.* Ac si dicat. Ego, ego ipse Paulus Apostolicā dignitate sublimis, qui iam delibaui beatitudinis glorias, illasque, vt par est, dignè æstimo: sic vehementer exopto prouehere cognatos meos secundùm carnem, ad illustre fastigium diuinæ familiaritatis, & ad thronum gloriæ cælestis, vt pie ambiam *separari à cœtu eorum, qui cum Christo æternū viuent, & excidere à gloria Christi pro fratribus meis secundum carnē.* Vides in Paulo pium, sed ardentem amorem erga cognatos

Ad Rom. Quam ardētè amat Paulus cognatos.

Origen. Hieron.

Oecum.

S. Thom. Lyra Dionys.

Theodor. Chrysost. Oecum. Anselm. Theoph. Sotus. Cathar. Cornel.

Theoph.

Digitized by Google

cognatos promouendos, vt sedulò procuret (si fieri posset,) cum propriæ gloriæ detrimento, illos ad dignitatem gloriæ sublimare? Quid exaggeratius pro hac re? Nempe quod Moyses, tunc nouitius forte non benè pro Aarone fratre prætendit, id iam veteranus intentat Paulus ad exaggerationem beneuolentiæ erga fratres suos, qui sunt secundùm carnem.

149. Ceterùm ne quis præfatam Pauli erga suos fratres beneuolentiam existimet cum Dionysio, & Abulensi esse prorsus hyperbolicam, attexam singularem Cardinalis Caietani expositioné, veramne, an falsam, hic non tracto. Lucæ 16. Diues ille epulo deliciis & abdomini deditus in hac vita, tandem morte luit quicquid deliciando deliquerat. In infernum detrusus feralissimis excruciatur pœnis, & toto gehennæ æstuat incendio. Rogat pientissimum Abrahamum, vt mittat Lazarum, de se quondam non benè meritum: renuit Abrahamus damnati vel tantillum alleuare pœnas. Instat diues epulo, Et ait: *Rogo ergo te pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Miretur forsitan quispiam, quomodo hic diues epulo tormentorum feralibus pœnis penè obrutus, sic otietur in gehenna vt suos promouere procuret. Quorsum id anxiè sollicitat? Num præsumit posse cognatos sublimare suos; an exambit ab ipsis sublimari? Nimis subtiliter Caietanus sic scribit in horum verborum commentario: *Rogo*, inquit, *ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei. Superbus videns se deiectum in miseriam, quamvis omnes vellet esse miseros similes sibi, aut miseriores se, videns tamen aliquos euasuros miseriam; appetit suos esse qui euadant miseriam: vt vel sic (hoc est, in suis) exaltetur. Ex affectu procedunt istæ preces. Videbat enim diues multos saluari, & propterea appetebat suos fratres euadere miseriam, vt vel sic in suis fratribus exaltaretur.* Scilicet diues ille epulo damnatione miser, cruciatibus excarnificatus, adhuc procurat incolumitatem suorum fratrum, & sollicitat anxiè cognatorum causam. Imò ipse à cognatorum felicitate, quam enixè expetit, præsumit exaltationem sui. Nempe, si quomodo posset fieri, vt damnatus euaderet æternas gehennæ pœnas, (quod fieri non potest) id præsumit fore, si eius cognati exaltentur ad munerum fastigia. Vnde vel in inferno eorum felicitatem procurat, vt ex illa felicitetur ipse saltem in ipsis. O pulchram exaggerationem, & que rem præsentem luculenter confirmat.

Damnatus ambit à cognatis exaltari.

Lucæ.

Caiet.

§. XXXI.

Valdè punitur, qui puniri potest: sit pœna definitio culpæ.

150. Tertull. l. de Pudic. cap. 9. *Iustitia non est ira adiuuanda.* Senec l. 1. de Ira, c. 8.

VOx Tertulliani est: *Securitas delicti etiam libido eius est:* nam impunitas subornat audaciam; lenocinatur humanæ licentiæ, & quasi ius facit delinquendi de securitate delicti. Iustitiæ æquanimitas impleat animum Iudicis, & recta iurisprudentiæ ratio, non spiritum accendat furor, malus Præfectorum Consiliarius. *Nunquam enim virtus vitio adiuuanda est, se contenta*, inquit Seneca. Vitiositas virtuti suspecta est, hostis perniciosè fouet aduersarium: de peruerso auxiliatur, & lenocinio fauoris se amicè lædit. Caue ab amico aduersarij ictu. Ergo cauet Iustitia ab Ira, à ferocia, à sæuitia, quæ iustitiam procurant, specie iustitiæ. Omnis iustitia ratio est, omnis autem ratio tranquilla. Sit ergo iustitia, etsi seuera, non turbulenta, sed pacata. Malè enim non bonus affectus malum affectum reprimit; neq; facinus medicina facinoris est. Sanentur mores pœnæ remedio, non ægrotent à medicina. *Vltima supplicia vltimis sceleribus ponat, vt nemo pereat, nisi quem perire, etiam pereuntis intersit.* Vt qui alicui noluerunt prodesse, imò perniciosâ temeritate multos offendere non verentur, morte certe eorum Respublica vtatur, non ad ambitiosam potestatis ostentationem, sed ad pacandum Reipublicæ statum. Qui si aliquando tranquillari potest, aut delicti dissimulatione, aut pœnæ procrastinatione, aut suppliciorum interminatione, aut sapientibus minis, quæ plus significent, quàm dicant, quæ plus timoris incutiant, quàm infligant vulneris, consultissimum arbitrium erit, (si res id patiatur.) Neque enim Iudex insectari debet hominem, sed hominis culpam. Profectò iustitia non renunciauit clementiæ: cognatæ sunt virtutes omnes; neque aliæ alias excludunt. Pereat qui extrema, & impœnitenda delicta admisit; sed homo non pereat inhumanè. Quod si non ita grauiter deliquit, permittatur emendationi, sæpe enim lenitas emédat, quod irritat sæuitia: & principalis Clementiæ virtus, aliquando est meritum ad emendationem, & corrigendi arbitrium.

Sen. suprà.

Iudex non permittat facinorum impunitatem, sed non admittat puniendo, quæ punit facinora. 151. *Nec malum malo curamus*, ait magnus ille Præsul Nazianzenus. Malus affectus non bene repercutit affectum malum: neque odium, neque ira, neque sæuitia, neque ambitio bonum aliquod imperauit. Magistratus qui nimios rigores intétat, non sanat Reipublicæ vulnera, sed multiplicat. Reus ipse fit iracundiæ aut sæuitiæ, & collega reatus, quem punit. *Malum pro malo fænerabant, interim impatientia occasionibus legis fruebatur*, ait aliorsùm Tertullianus. O illicitum fœnus, & non bonas vsuras! vbi delicti castigatio, irritatio est ad delinquendum, & licentia delictorum: & exterminatione reorum multiplicatur reatus: & vt pes vtcumque curetur, ægrotat caput; & ad vnici flagitij remedium, duplicatur flagitiorum audacia. Pergit idem Doctor cap. 10. *Est & alius summus impatientiæ stimulus, vltionis libido. Maximè cum ab alterius malitia prouocata Superiorem se in exequenda vltione quis constituit, & remunerans nequam, duplicat quod semel factum est.* Quid opportunius? Pulchrè Septimius: *Facilius ira, quàm indulgentia obliqua est.* Vnde Sapienter ait S. Nazianzenus Constantinopolitanæ Ecclesiæ summus Antistes: *Non enim iam vltrà ferre queo clementiam criminis loco mihi obiici.* Iustitia bilancem gestat in manu, lingula libramenti in æquilibrio sit: nec verendum est nisi ad clementiam tantisper inclinet, desciscat ab æquitate iustitiæ, cuius æquilibrium fermè obliquum est ad indulgentiam: siquidem iustitia æquitate imbuta est: & iram reiicit, vt rem peregrinam: & summum ius summa iniustitia est, & iustitia sine misericordia, iniquitas.

Nazianz. Orat. de Basil. laud.

Tertull. l. de Patiēt. c. 6. *Nimius rigor delicta multiplicat.*

Septim. l. de Pudic. c. 13.

Nazianz. Orat. 28.

Verùm adeò impudenter quidam peccant, vt multa coërcitione egeant. *Durior est frons ab ipso, & in ipso delicto impudentiam docta*, dixit Tertullianus. Cuius enim frons non pudefit ad delinquendum, nec reueretur, nec timet conscientiam supplicij, ac si impudentia delicti, sit magisterium non reuerendi mulctam supplicij. Quò fit, vt securitas 152.

Tert. lib. de Velandis Virg. c. 2.

apparatu procurauit egregiè. Moyses statim munus oblatum specie tenus refutasse videtur, causans tenuem & gracilem vocem, & linguæ balbutiem indecoram: instat Deus, & omnipotenter pollicetur linguæ expeditionem, quæ sufficiat ad principandum Hebræis, ad agendum de exitu cum Pharaone, ad educendum populum à vili seruitute ad ingenuam libertatem, stupente Ægypto, & Orbe ad tantam miraculorum patrationem: *Perge igitur,* ait Deus, *& ego ero in ore tuo; doceboque te quid loquaris. At ille, obsecro, inquit, Domine: mitte quem missurus es. Iratúsque Dominus in Moysē ait: Aarō frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit, &c.* Obstinatè videtur Moyses recusare sublimem principatum populi Dei, cùm vsque ad iram Dei resistat. O illustrem solertissimi, & meritissimi viri humilitatem! At Lyranus nescio quid meditatur ad rem præsentem. Quia Moyses non tam refutare videtur principatum, quàm Aaronis fratris exambire consortium in præfectura. Aduerte ad Lyræ verba: *Obsecro inquit, Domine, mitte, &c. licèt Moyses de verbo Domini non dubitaret, tamen quia Aaron frater suus erat eloquentior, desiderabat eum habere socium sibi à Domino designandum, ideò hanc petitionem replicauit.* Et paulò antè eandem sententiam expressiùs dixerat idem Lyranus, aiens: *Vidēs Moyses, quòd oportebat eum exequi Dei mādatum, & sentiebat se minus eloquentem ad tale officium: ideò petiuit societatem alicuius magis eloquentis: & intendebat hoc de fratre suo Aaron.* Nempe Moyses vix eligitur Princeps Hebrææ gentis, cùm solerter procurat, vt eius frater Aaron consimili fastigio sublimetur: idque semel & iterum ingeminat; & mauult insufficientiæ se notare, quàm cognatum non sublimare. Quod tam sedulus procurator sollicitat, vt sibi beneuolentissimi numinis moueat iracundiam, nec desistat quovsque illi annuat Deus, & Aaronem etiam constituat populi Præfectum. Profectò etsi id dissimulanter ambiuit Moyses, nullam faciens Aaronis mentionem, sed tantum linguæ impedimentum causans; tamen Deus ex sententia Lyrani ad mentem illi respondit, aiens: Tu obiicis impedimentum linguæ, & tacitè procuras dignitatem Aaroni cognato: *Aaron frater tuus, scio quòd eloquens sit: ecce ipse egredietur in occursum tibi, vidénsque te lætabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius.* Sic præmia cognatorum dignitates cognatus Præfectus, tametsi sanctissimus, vt vel improperio propriæ insufficientiæ, vel specie recusationis officij, vel aliqua irritatione Dei sollicitet cognatæ familiæ præfecturam, quam vel abdicatione proprij muneris mercari intentat; adeò festinata negotiatione, vt nondum munus suum obeat, cùm fratris munus procuret.

Moyses sollicitò ambit vt eius frater sublimetur.

Exod.

Lyra.

Exod.

147. Tractent interpretes grauiùs, an leui noxâ deliquerit Moyses tam contētiosè recusans principatum à Deo illi oblatū, nisi frater Aaron daretur in societatem Imperij: scimus enim ad iracundiam prouocasse Deum. Profectò Princeps, & Præsul debet esse, quasi Melchisedech, qui typus fuit Regum, & Pontificum. Ad Hebræos 7. v. 1. *Hic enim Melchisedech Rex Salem, Sacerdos Dei summi, primùm quidem qui interpretatur Rex iustitiæ: deinde autem & Rex Salem quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia.* Eminenterò Princeps pacis, & iustitiæ est, qui in summo principatus fastigio, sic se gerit, quasi nullā haberet cognationem in terris, nullam hominum affinitatem, cui iura flectat, quàm subornent subditi, cui adulentur populi, quam sublimet agnatus Præsul. Nam munerum honos, res est meriti, nō est negotium cognationis. Laudata præfectura cognationi renūciauit: omnis cognatus insufficientiæ suspectus est. Sæpè enim cognatus sanguis subornat iudicium. Taceo, ne dum commune naturæ vitium ostendo, alicuius mores præstringere videar. Satis sit proposuisse Melchisedecem velut iustitiæ, & pacis exemplar ab omnibus imitandum: & denotasse studium Moysis, tunc rudis & nouitij, (nam senex meliora sapuit: quippe qui non filiis, sed Iosuè reliquit Imperiū,) quo satagebat prouehere fratrem Aaronem: non veriti detrectare principatum, nisi frater pariter sublimaretur. Sic cognatus sanguis sollicitat cognatorum incrementa. Consultissimè Ennodius, typum boni Præsulis erga suam cognationem proponit, sic fatus de germano fratre: *Datur participem originis sic haberi, vt nec consideratio sanguinis negligatur, & descendens à merito laudetur examen.*

Princeps iustitiæ sine cognatione est.

Ad Hebr.

Ennod. l. 4. epist. 4.

Ad Romanos 9. v. 3. Paulus ad Apostolatus fastigium euectus, Dei familiaritate sublimis, beatæ gloriæ delibatione illustris, sic fatur: *Optabā ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sūt cognati mei secundum carnem.* Quid est à Christo esse anathema, vt optet Paulus à Christo anathema fieri propter cognatorum amorem? Origenes & sanctus Hieronymus ad Algasiam quæstione nona: Optabam, inquiunt, esse anathema, id est, occisionem martyrum, & mortem corporis, pro cognatis Iudæis perpeti. Quidam apud Oecumenium: Optarim me nondum esse ad Christum conuersum, sed adhuc esse anathema à Christo, si hoc conferret ad fidem cognatorum meorum secundùm carnem. S. Thomas, & Lyranus: opto diutiùs abesse à Christi gloria, vt viuēs in hac vita prosim cognatis meis secundùm carnem. Dionysius Carthusianus, & Abulensis in caput 32. Exodi, censent esse hyperbolem, quâ tantùm Paulus velit significare, & testari eximium suum amorem erga Iudæos cognatos secundùm carnem, quasi non nisi exaggerationibus possit declarari. Denique Theodoretus, sanctus Chrysostomus, Oecumenius, Anselmus, Theophylactus, Sotus, Catharinus, Cornelius, existimant; quod optat Paulus heroico quodam excessu, quasi cæcæ charitatis, quæ non considerat an res sit possibilis, aut secundùm Dei ordinationem, an non, optat, inquam, si Deus vellet, si fieri posset, esse anathema à Christo, id est, æternem separationem à beatitudine & gloria futura cum Christo, vt eius cognati secundùm carnem, Dei amicitia, & gloria sublimentur. Subiiciam pulchra ad hanc rem Theophylacti verba: *Vides igitur quod ex amore, quo in Deum inflammatus est Paulus, optat (si modò possit,) separari à cœtu eorum, qui cum Christo æternum viuent? Non à charitate ipsius, sed à gloria ipsius, & illius vsu. Itaque ipse, inquit, ego qui innumera transegi, diligens Deum supra quam natura ferat, opto pro gloria Dei excidere à gloria Christi. Quod ait, Pro fratribus meis secundùm carnem, viscera indicat, & quàm vehementi charitate erga eos ardeat.* Ac si dicat. Ego, ego ipse Paulus Apostolicâ dignitate sublimis, qui iam delibaui beatitudinis glorias, illásque, vt par est, dignè æstimo: sic vehementer exopto prouehere cognatos meos secundùm carnem, ad illustre fastigium diuinæ familiaritatis, & ad thronum gloriæ cælestis, vt piè ambiam *separari à cœtu eorum, qui cum Christo æternū viuent, & excidere à gloria Christi pro fratribus meis secundum carnē.* Vides in Paulo pium, sed ardentem amorem erga

148.

Ad Rom. Quam ardenter amat Paulus cognatos.

Origen. Hieron.

Oecum.

S. Thom. Lyra Dionys.

Theodor. Chrysost. Oecum. Anselm. Theoph. Sotus. Cathar. Cornel.

Theoph.

cognatos

Digitized by Google

cognatos promouendos, vt sedulò procuret (si fieri posset,) cum propriæ gloriæ detrimento, illos ad dignitatem gloriæ sublimare? Quid exaggeratius pro hac re? Nempe quod Moyses, tunc nouitius fortè non benè pro Aarone fratre prætendit, id iam veteranus intentat Paulus ad exaggerationem beneuolentiæ erga fratres suos, qui sunt secundùm carnem.

149. Ceterùm ne quis præfatam Pauli erga suos fratres beneuolentiam existimet cum Dionysio, & Abulensi esse prorsus hyperbolicam, attexam singularem Cardinalis Caietani expositioné, veramne, an falsam, hic non tracto. Lucæ 16. Diues ille epulo deliciis & abdomini deditus in hac vita, tandem morte luit quicquid deliciando deliquerat. In infernum detrusus feralissimis excruciatur pœnis, & toto gehennæ æstuat incendio. Rogat pientissimum Abrahamum, vt mittat Lazarum, de se quondam non benè meritum: renuit Abrahamus damnati vel tantillum alleuare pœnas. Instat diues epulo, Et ait: *Rogo ergo te pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Miretur forsitan quispiam, quomodo hic diues epulo tormentorum feralibus pœnis penè obrutus, sic otietur in gehenna vt suos promouere procuret. Quorsum id anxiè sollicitat? Num præsumit posse cognatos sublimare suos; an exambit ab ipsis sublimari? Nimis subtiliter Caietanus sic scribit in horum verborum commentario: *Rogo*, inquit, *ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei. Superbus videns se deiectum in miseriam, quamvis omnes vellet esse miseros similes sibi, aut miseriores se, videns tamen aliquos euasuros miseriam; appetit suos esse qui euadant miseriam: vt vel sic (hoc est, in suis) exaltetur. Ex affectu procedunt istæ preces. Videbat enim diues multos saluari, & propterea appetebat suos fratres euadere miseriam, vt vel sic in suis fratribus exaltaretur.* Scilicet diues ille epulo damnatione miser, cruciatibus excarnificatus, adhuc procurat incolumitatem suorum fratrum, & sollicitat anxiè cognatorum causam. Imò ipse à cognatorum felicitate, quam enixè expetit, præsumit exaltationem sui. Nempe, si quomodo posset fieri, vt damnatus euaderet æternas gehennæ pœnas, (quod fieri non potest) id præsumit fore, si eius cognati exaltentur ad munerum fastigia. Vnde vel in inferno eorum felicitatem procurat, vt ex illa felicitetur ipse saltem in ipsis. O pulchram exaggerationem, & que rem præsentem luculenter confirmat.

Damnatus ambit à cognatis exaltari.

Lucæ.

Caiet.

---

§. XXXI.

Valdè punitur, qui puniri potest: sit pœna definitio culpæ.

150. VOx Tertulliani est: *Securitas delicti etiam libido eius est:* nam impunitas subornat audaciam; lenocinatur humanæ licentiæ, & quasi ius facit delinquendi de securitate delicti. Iustitiæ æquanimitas impleat animum Iudicis, & recta iurisprudentiæ ratio, non spiritum accendat furor, malus Præfectorum Consiliarius. *Nunquam enim virtus vitio adiuuanda est, se contenta*, inquit Seneca. Vitiositas virtuti suspecta est, hostis perniciosè fouet aduersarium: de peruerso auxiliatur, & lenocinio fauoris se amicè lædit. Caue ab amico aduersarij ictu. Ergo cauet Iustitia ab Ira, à ferocia, à sæuitia, quæ iustitiam procurant, specie iustitiæ. Omnis iustitia ratio est, omnis autem ratio tranquilla. Sit ergo iustitia, etsi seuera, non turbulenta, sed pacata. Malè enim non bonus affectus malum affectum reprimit; neq; facinus medicina facinoris est. Sanentur mores pœnæ remedio, non ægrotent à medicina. *Vltima supplicia vltimis sceleribus ponat, vt nemo pareat, nisi quem perire, etiam pereuntis intersit.* Vt qui alicui noluerunt prodesse, imò perniciosâ temeritate multos offendere non verentur, morte certe eorum Respublica vtatur, non ad ambitiosam potestatis ostentationem, sed ad pacandum Reipublicæ statum. Qui si aliquando tranquillari potest, aut delicti dissimulatione, aut pœnæ procrastinatione, aut suppliciorum interminatione, aut sapientibus minis, quæ plus significent, quàm dicant, quæ plus timoris incutiant, quàm infligant vulneris, consultissimum arbitrium erit, (si res id patiatur.) Neque enim Iudex insectari debet hominem, sed hominis culpam. Profectò iustitia non renunciauit clementiæ: cognatæ sunt virtutes omnes; neque aliæ alias excludunt. Pereat qui extrema, & impœnitenda delicta admisit; sed homo non pereat inhumanè. Quod si non ita grauiter deliquit, permittatur emendationi, sæpe enim lenitas emédat, quod irritat sæuitia: & principalis Cleméntiæ virtus, aliquando est meritum ad emendationem, & corrigendi arbitrium.

Tertull. l. de Pudic. cap. 9. Iustitia non est ira adiuuanda. Senec. l. 1. de Ira, c. 8.

Sen. supcà.

151. Iudex non permittat facinorum impunitatem, sed non admittat puniendo, quæ punit facinora. *Nec malum malo curamus*, ait magnus ille Præsul Nazianzenus Malus affectus non bene repercutit affectum malum: neque odium, neque ira, neque sæuitia, neque ambitio bonum aliquod imperauit. Magistratus qui nimios rigores intétat, non sanat Reipublicæ vulnera, sed multiplicat. Reus ipse fit iracundiæ aut sæuitiæ, & collega reatus, quem punit. *Malum pro malo fœnerabam, interim impatientia occasionibus legis fruebatur*, ait aliorsum Tertullianus. O alienum fœnus, & non bonas vsuras! vbi delicti castigatio, irritatio est ad delinquendum, & licentia delictorum: & exterminatione reorum multiplicatur reatus: & vt pes vtcumque curetur, ægrotat caput; & ad vnici flagitij remedium, duplicatur flagitiorum audacia. Pergit idem Doctor cap. 10. *Est & alius summus impatientiæ stimulus, vltionis libido. Maximè cùm ab alterius malitia prouocata Superiorem se in exequenda vltione* quis *constituit, & remunerans nequam, duplicat quod semel factum est.* Quid opportunius? Pulchrè Septimius: *Facilius ira, quàm indulgentia obliqua est.* Vnde Sapienter ait S. Nazianzenus Constantinopolitanæ Ecclesiæ summus Antistes: *Non enim iam vltrà ferre queo clementiam criminis loco mihi obiici.* Iustitia bilancem gestat in manu, lingula libramenti in æquilibrio sit: nec verendum est nisi ad clementiam tantisper inclinet, desciscat ab æquitate iustitiæ, cuius æquilibrium fermè obliquum est ad indulgentiam: siquidem iustitia æquitate imbuta est: & iram reiicit, vt rem peregrinam: & summum ius summa iniustitia est, & iustitia sine misericordia, iniquitas.

Nazianz. Orat. de Basil. laud.

Tertull. l. de Patiét. c. 6. *Nimius rigor delicta multiplicat.*

Septim. l. de Pudic. c. 13.

Nazianz. Orat. 28.

152. Verùm adeò impudenter quidam peccant, vt multa coërcitione egeant. *Durior est frons ab ipso, & in ipso delicto impudentiam docta*, dixit Tertullianus. Cuius enim frons non pudefit ad delinquendum, nec reueretur, nec timet conscientiam supplicij, ac si impudentia delicti, sit magisterium non reuerendi mulctam supplicij. Quò fit, vt secu-

Tert. lib. de Velandis Virg. c. 2.

ritas

Digitized by Google

ritas delicti sit delinquendi licentia, & impietatis libido; & inde impunitas dicatur rigorum matrix. Præclarè inquit Cassiodorus. *Et quodam modo nascitur de pietate crudelitas, si quem negligis admonere, postea cogaris exigere.* Quasi rectoris lenitas, quæ piè procrastinat pœnam delicti, crudelitatem pietate nutriat. Seuerius enim animaduertit lenta pietas à rei impudentia irritata, quam præpropera seueræ iustitiæ animaduersio. Quomodocumque res, saltem vellem, vt *Pœna sit culpa definitio.* (Quam sententiam satis recordor me legisse apud quempiam ex Patribus, quisnam sit non satis memini, suspicor fuisse Alexandrinum Clementem in stromatibus.) Porrò definitio, rei explicatio est: sic pœna culpam dilucidè explicat; non valde minuat, non nimis exaggeret: nam definitio nihil debet habere superfluum, nihil diminutum: Præterea definitio debet esse breuis: ne ergo diuturna pœna, aut pœnæ timore torqueatur reus ab humano iudice: sæuius enim excruciatur meticulosus animus, qui multa imaginatur, omnia fingit, quæ molestiam inferre possunt: vel saltem anxia supplicij expectatio, vices gerat supplicij, quod sæpe est salubre, & vrbanum castigandi genus. Sic enim aliquando arcetur vitium, & suadetur virtus, quæ cogi vix potest, virtus enim coacta degenerat à sublimitate virtutis, quæ spontaneâ operatione fruitur.

Cassiod. l. 3. Variar. epist. 8.

Pœna sit culpa definitio.

Clem. Alex.

153. Præterea ciuilissimum puniendi genus, sunt fulguratæ minæ, vt quæ delictum nasciturum præmaturè puniunt, antequàm nascatur. Timor enim obsequium est probitatis, & improbitatis anticipata pœna. At nimis sæua terriculamenta sæpe non sedant, sed proritāt animos: humana duritia faciliùs suadetur, quàm vincitur ad rem virtutis. Saltem nimis pauidos reddit subditorū animos. *Nos ipsius lepores, destinata venatio, de longinquo obsidemur,* opplorat Septimius. Verùm tametsi nimius pauor pusillanimes, & seruiles animos gignit: sic congruus pœnæ timor humanam licentiam inhiber, & retundit temeritatis animositatem. Gen. 2. v. 17. Adamo, & Euæ interminat Deus mortis minas si comedant de arbore vetitâ. Adest mox (Genes. 3. vers. 4.) non bonus serpens Dæmone infanus, & versutè suggerit pœnam mortis comminatam, laruam esse vmbratilem minis territantem, non veram, & exequendam. *Nequaquam morte moriemini.* Pulchrè Basilius Seleucus. *Furtim demit mortis terrorem, vt legis munimenta deprædetur. Pœnam adulterat, quò ad legem perfringendam propellat.* Aduerte timorem dici legis munimenta, quo repercutitur humanæ temeritatis audacia. At vafer Dæmon, quò pelliciat ad delictum, comminatam *Pœnam adulterat.* Quid est *pœnam adulterare?* Scitè violatio legis vocatur legis stuprum, seu adulterium. Fortè pœnam adulterare est suadere esse fictam, & specie tenus pœnam, re autem ipsâ inanem, futilem, & ridiculariam, vtpote effectu cassam. Nisi rem profundiùs meditatus est Seleucus, comminatam pœnam vocans *adulteram*: Nam sicut negotium adulteræ est lenocinium voluptatis, & libidinis illecebra clāncularia: ita pœna comminatoria dicitur adultera, quia allicit homines ad voluptatem fractionis. Nam homo iucundiùs deliciatur in re vetita, in vetita nitimur omnes: vnde prohibitio dumtaxat comminatoria, lenocinatur adulterio legis, & quasi occultus fomes est ad legem frangendam. Ne ergo sit comminatio pœnæ futilis, & nugatoria: fortè timor seuerioris supplicij erit præcautio delicti, & proposita pœna erit anticipatum supplicium aliàs committendi delicti. O sapiens pœna, quæ præmaturè cauet, & sui apprehensione mulctat perpetrandum crimen!

Minæ præmaturè castigans.

Septim. in Scorpiac. c. 1.

Genes.

Basil. Sel. Orat. 3.

Ciuilior puniendi industria est prudentia Præfecti, quâ solerter præcauet delicta, & necessitatem pœnæ. Theodoricus Gotthorum Rex scribit Cassiodoro; Pacauerat enim Cassiodorus tumultuantes Siculos aduersùs Regem, super quo sic fatur Rex: *Siculorum suspicantium mentes ab obstinatione præcepti deuiasti, culpam remouens illis, nobis necessitatem subtrahens vltionis,* Nempe prudens Præfecti solertia, quâ minis præcauet supplicia, anticipata delicti venia est; vel potiùs præpropera pœna, quæ pœnæ necessitatem remouet. O tetricam quorumdam politiam, prudentiæ auaram, suppliciorum prodigam! è qua sic exacerbescunt subiecti populi, vt instigentur ad delinquendum: quod præstat aut acerbum eorum ingenium, aut cupido ostentandi rigores sæuioris iustitiæ ad ambitionis fastum. Felicior est iustitia, quæ præmaturè euertit crimina.

Minis præcauentur delicta, & puniendi necessitas.

Cassiodor. l. 2. Variar. epist. 3.

Hinc (verba sunt Clementis Alex.) *quidam ex Græcorum sapientibus dixit: venia est melior supplicio.* Quæ est hæc delicti venia, quæ supplicio præfertur? Venia apud Tertullianum sæpe dicitur aut leges rescindere, aut nouas non condere: nam lex libido delinquendi est, & sic legum rescissio erit anticipata delicti venia. Profundiùs rem meditatur Hildebertus Turonensis sic eleganter fatus: *Apud Gentilium philosophos proximum ab innocentia locum tenet verecundior peccati confessio: & magnarum virium esse perhibent lædentem negligere: & vindictam putant vindicare potuisse: maiusque vindictæ esse genus, ignoscere.* Nimirum vrbana punitio est, posse punire. *Hæc venia est melior supplicio*: imò venia quæ bonis, & vrbanis ingeniis supplicij loco est. Neque enim leuis pœna est, posse graui pœna mulctari. Ipsa obnoxia subiectio fastum castigat, licentiam inhibet, & ita manifesta venia est dissimulatum supplicium. Grandis mulcta est posse granditer mulctari. 154.

Clemen. Alex. l. 2. Strom.

Valde punitur qui puniri potest.

Hildebert. epist. 80.

Iudith.

Vnde Holofernes sese iactat apud Iuditham cap. 11. vers. 2. quòd antiquas iniurias condonarat, contentus eas posse punire, & Hebræum populum atrociter castigare. Nunc tamen iratus ob recentem contemptum, *Populus*, inquit, *tuus, si non contempsisset me, non leuassem lanceam meam super eum.* Nempè vrbanam *vindictam putat, vindicare potuisse.* Ambit haberi, quasi castigare potens, nec tamen castigans; & fastuosè mauult posse lædere quàm lædere. Satis punitur Achior, qui puniri potest ab Holoferne. Attende ad eius angores, & timores, etiam apud Bethulienses hic vers. 27. 28. & præsertim 29. Rideo Platonis sententiam, quam Stoici vltrò amplectuntur: *Vir bonus non lædit, pœna lædit.* Seneca. Imò si pœna lædit, vir bonus, qui illam fulminat, lædit. Sic castiga delictum, non delinquentem. At quomodo puniri potest delictum, nisi puniatur homo qui deliquit? Stoicorum argutię sunt vocabulis magnę, re nominum vacuę. Sic oportet castigare, vt emendes, non vt ferias delinquentem.

Seneca de ira, c. 6.

§. XXXII.

Digitized by Google

§. XXXII.

Ambitio corrumpit merita candidati honoris fuga, aut meritum inuenit, aut facit.

155. DEstinauerat Deus Achiorem ad meritos prouehere honores, & spurium & Gentilem hominem aggregare ad illustrem Abrahami prosapiam, & ius illi facere ex diuino priuilegio ad gerenda summa Israelitici populi munera, quod liquidò constabit ex capite 14. vers. 6. Ideò in hoc cap. vers. 17. dicitur, *Porrò Achior vocatus venit.* Nempe Achior optimè de Deo meritus, non vltrò se ingerit dignitatibus, nec eas æstu ambitionis procurat, sed quasi eas recusans, ipse honor ambit recusantem se: *vocatus* venit ad honorem, qui piâ merendi ambitione fecit, vt ad dignitates quæreretur, meriti negotiatione non negotioso ambitu candidati. Bene meritus accedit, quisquis *vocatus venit*; nam ambitio rectè potuit dignum honore reperire, tamen indignum facit, non bono ambitionis merito: ipse enim dignitatis ambitus præcedentia merita deuenustat, & alioqui dignum, planè reddit indignum. S. Leo sic scribit: *Principatus, quem seditio extorsit, aut ambitio occupauit, quamuis moribus, & actibus non offendant, ipsius sui tamen initio est perniciosus exemplo, & difficile est bono peragatur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.* Quòd pulchrè traditur in cap. *Per vestras*, de iure patron.

Iudith.

Leo ep. 85.

Innoc.

Lucæ 4. vers. 5. *Et duxit illum* (Iesum inquam) *iterum in montem altissimum, & ostendit illi omnia regna terræ in momento temporis.* Scilicet malus dæmon ad ambitionem Christum instigare præsumens, ostendit illi principandi gloriam in momento temporis. Quâ de causâ tam breui temporis morâ ostendit, quod toto ambitionis æstu desiderari procurat à Christo? Pulchrè S. Ambrosius ibidem: *In momento enim cuncta illa prætereunt; & sæpè honor seculi abiit antequam venerit.* Difficilior euadit Lucæ textus à commentario Ambrosij. Quo enim pacto abire potest, quod nondum aduenit? nam recessus accessum præsupponat necesse est. At ambitus honor abit priusquam re ipsâ venerit. Venerat merito, recedit ambitu: nam vel ipsa ambitio indignum facit alioqui dignissimum. Et qui prius in merendi fastigio possidebat honores, ipsâ ambitione sic se reddit indignum, vt ab ipso recedat honos tanquam ab indigno. Quod disertè traditur in lege, *Si quemquam.* Cod. de Episcop. & Cler. *Quæratur* (inquit) *cogendus, qui rogatus recedat, inuitatus fugiat. Profectò indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus*: ne ambitionis malo ambitus honor recedat antequam veniat: nam ambitio dehonestat bene merentis dignitatem, & bene meritum facit indignum.

Luc. *Ambitio bene meritum facit indignum.*

Ambros.

Cod. de Episc. & Cler.

156. Et quidem quàm sit facinorosa ambitio dignitatum, ostendit S. Ambrosius, vt solet eleganter his verbis, *Atque hoc ipso,* inquit, *perniciosior ambitio, quod blanda quædam est conciliatricula dignitatum: & sæpè quos vitia nulla deflectunt, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia subruere, facit ambitio criminosos. Habet enim forensem gratiam, domesticum periculum.* Nihil, me iudice, tam ostendit, quàm sit flagitiosus dignitatis ambitus, quàm tertia tentatio, qua Diabolus adoritur Christũ Deum, Matthæi 4. vers. 9. Postquàm enim ostenderat ei omnia mundi regna, & eorum gloriam, sic Christum alloquitur: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Super quibus verbis sic fatur S. Hilarius: *Sed iam tertiò tota Diabolicæ potestatis commouetur ambitio*: Scilicet Dæmon tam audacter præsumit Christum Deum semel, & iterum victorem, pellicere ad impiam infamis creaturæ adorationem, quia res ambitionis agitur. Sic enim est ambitio facinorosa & sacrilega, vt ab ea Diabolus temerariè præsumat vel numen ipsum profanare idololatriæ impietate. Quid posset Dæmonem ad tantum scelus erigere, vt diuinam bonitatem scelerare auderet, nisi cùm *tota diabolicæ potestatis commoueatur ambitio?* Ambitio Diabolum impulit ad tantum nefas: ambitione præsumit vel Deum inducere ad infame flagitium. Sic blanda scelerum conciliatricula ambitio est! sic lenocinatur ad delinquẽdum! *Igitur* (pergit Hilarius) *aduersus Dominum tota iam seculi potestate pugnatur: & creatori suo possessio huius vniuersitatis offertur, vt tenens ordinẽ fraudis antiquæ quem neque cibo pellexerat, nec loco mouerat, nunc vel ambitione corrumperet.* Audis vel rei possessæ ambitione malum Dæmonem præsumere ipsum etiam Deum corrumpere? Id iam iam vberiùs demonstro.

Ambros. ad Luc. c. 4. *Ambitio est conciliatricula dignitatum.*

Matth.

Hilar. Can. 3. in Matth.

Hilar.

157. Geneseos 3. v. 5. Callidus ille serpens vaferrimè studet protoparentes instigare ad primæuum delictum; & cùm videat eos gratiæ diuinæ præsidio obarmatos, totas inferni vires contendit ad inobedientiæ facinus persuadendum, in quo res humanæ naturæ vertitur. Sed attendere oportet, quibúsnam machinis eos subruere tentet. *Eritis sicut Dij*, ait. Insulsa planè tentatio, imò fatua. Neque enim adeò dementauit Dæmonem malitia, vt præsumeret suadere, à gula fore Deos, quos homines sapientissimos nouerat. Num Eua animum induceret suum, vt seriò existimaret, posse gula diuinitatem mercari? Ergo tantùm eam ingerit mentem, vt credant fore, vt à pomi esu feliciter euadant Deo similes, id est, *sicut Dij.* Et sanè protoparentes à principio suæ conditionis ea similitudine feliciter potiebantur. Genesis 1. vers. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Et vers. 21. *Et creauit Deus hominem ad imaginem suam.* Quò ergo eam mentem ingerit, vt ambiant habere, quod diu possident? Ecce tibi vel ex fallaci ambitione facit fomitem ad inopinatum delictum, & ineluctabile malum. Bellè S. Ambrosius nuper laudatus: *Pellectus est Adam cibo: & in esum interdictæ arboris sententia facilitate transgressus, temeraria quoque ambitionis crimen incurrit, dum similitudinem diuinitatis affectat.* Scilicet protoparentibus nostris in illa felici rerum omnium vbertate, nil ferè desiderandum occurrebat, quod animum illorum sollicitaret desiderio sui. O fuge, nequissime Dæmonum, quandoquidem ambitione non euales pulsare primorum parentum animos. Sed heu! vide callidi serpentis vafritiem; instigat ad ambitionem rei iam possessæ, & ambitum ingerit similitudinis ad Deum, quam iam feliciter possidebant, & ita illis malitiosè imposuit, & eos certissimè detriumphauit. Sic enim est facinorosa ambitio, vt dum vel rem possessam affectat, omnem iniquitatem persuadeat, & extorqueat. Nempe vel ambitio mentita sic mortalium animos corrũpit ad nefas, vt protoparentes, quibus nihil affectandum superaterat in paradisiaca felicitate, inuitauerit fatui criminis ambitiosâ temeritate. Si mentitus ambitus sic deprauat innocentiæ statu felices, quod flagitium non extorqueat à mortalibus

Genes. *Ambitio rei possessæ Adamum detrivit.*

Genes.

Ambros.

libus ab originali delicto infelicissimè nocentibus. Caue ab Ambitione, quæ est Paradisi expultrix, flagitiorum matrix, criminum promptuarium, & infelix delictorum reatus. Nemo quantumuis dignus, qui se honoribus ingerit, haberi debet dignus honore: nam culpat recentior ambitio, quem anteacta vita honestat ad meritum dignitatis.

158. Ad Hebr. Paulus ad Hebręos 5. vers. 4. *Nec quisquam, inquit, sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt Pontifex fieret.* Quę verba ita commentatur S. Anselmus: *Nec quisquam licet valde nobilis & sapiens sumit sibi honorem, vt adscribat sibi, & se quærat honorari. Non sibi imputat honorem, sed Deo, qui vocat: nec se ingerit ad accipiendū honorem, sed diuino nutu eligitur. Percutiuntur hâc sententia qui honores Ecclesiasticos, ad quos diuinitus non vocantur, arripere cupiunt. Qui enim se ingerit, & propriam gloriam quærit, non sumit honorem, si pontifex aut prælatus in Ecclesia factus fuerit; sed gratia Dei rapinam faciens, ius alienum vsurpat. Et ideò non accipio benedictionem, sed maledictionem.* Hæc Anselmus, & quidem moralissime. Lucę 9. vers. 57. *Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocunque ieris.* Christus verò repulit eum, ne sequeretur se. Et cur Christus renuentes inuitat ad sequelam sui, & reiicit vltrò sequentes? Eleganter S. Cyrillus: *Neque enim simpliciter Christum sequi petebat, sicut alij plures de populo, sed magis insiliebat ad Apostolicas dignitates.* Scilicet vel pium alioqui propositum sequendi se, refutat Christus, quia alia specie dissimulatæ ambitionis deuenustatur: negat Christus piam sequelam, ne latentem ambitionem acceptet. Mauult Iudam non ambientem, ad Apostolatum vocare, quàm pium alioqui hominem ambitiosè se ingerentem, acceptare. Sic sic facinorosa est vel dissimulata pietatis ambitio!

Anselm.

Christus mauult Iudam non ambientem, quam discipulum se ingerentem. Lucæ.

Cyrill. Al. in Catena.

158. Iacobus esurie fratris negotiatur primogenij angusta priuilegia, & fraude benedictionem mercatur. Ecce Iacobum natu minorem, gaudentem primogenij, & paternæ hereditatis opulento honore. Euge sanctissime Patriarcha, æternum fruere diuite, & illustri maioratu Isaacidæ domus. Sed ex consilio Rebeccę & Isaaci statim se absentat à paterna domo, cui præesse datum illi est. Geneseos 27. vers. 43. & 28. vers. 2. Quam ob causam Iacob blandè cogitur recedere è domo, cui præesse iubetur: Imò si longiùs abesset, euocandus erat, & in patriam domum reducendus, cui imperandæ destinatur. Audiendus est super hac re Sanctus Zeno Veronensis: *Iacob dat iracundiæ locum securus vt videat domum; patri commendat sensim, mitisque discedit, vt probet se meruisse, & non ambiisse quod meruit.* Ego quidem existimabam, Iacobum ideo tantùm è paterna domo excessisse, vt cederet iracundiæ ferocientis Esau: At S. Zeno altiùs rem contemplatus, ideò etiam existimat fugisse è domo, & familia, cui præesse cælitùs iubetur, vt ita probaret, imperare meruisse, quod desereret. Nempè consultissima fuga ambitionis arcet suspicionem, & recessu meritum ostendit: *Mitisque discedit, vt probet se meruisse, non ambiisse quod meruit.* Arcanè eleganter de more Zeno. Honoris fuga, aut meritum ostendit, aut facit.

Recessus à dignitate probat dignum.

Genes.

Zeno Veronens. serm. de Pœnit.

Zeno.

§. XXXIII.

Felicior Prosperitas adeò infelix, & ærumnosa, & criminosa est, vt consolandus esset Prosper de feliciori fortuna.

LÆtior Prosperitas, tristior calamitas est. Felicitas virtute debilitat, & infirmat, & toxicat veneno licentiæ, & rem virtutis vitium facit. Prosperitas probrum est probitatis, deliquium virtutum, defectus sanctitatis, animæ calamitas; à felicitate quicquid virile, quidquid vegetum, quicquid sanctum, & viuidum in homine est, exanimatur, & cadaueratcit in interitum. Felicibus congaudemus risu, & plausu, blandimentis adulamur; vtinam luctu; & consolatione prosequeremur fortunatos; condolentes de felicitatis infortunio. Christianum paradoxum videtur, sed meracissima veritas est, quam nos docuit Magnus ille Theologus Moyses. Iob capite quadragesimo secundo, versiculo vndecimo, acerba calamitate prostratus iacebat sanctus Iobus paupertie, doloribus, ærumnis exagitatus, queritur capite decimonono, se à propinquis desertum: *Fratres meos longè fecit à me; & noti mei, quasi alieni recesserunt à me: Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerunt, obliti sunt mei.* Mirùm profectò, quòd Iobo, qui in tristiori fortuna deseritur a propinquis, vbi primum meliori fortunæ restituitur, adsint cognati eundem consolaturi. *Addidit quoque Dominus omnia, quæ fuerant Iob duplicia*, Iob. 42. vers. 10. Et statim vers. 11. subditur: *Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum priùs, & mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum.* Quorsum hic tam frequens concursus cognatorum, vt moueant caput super Iobum, & doleant cum illo, illumque consolentur? Sera profectò consolatio post perpessam calamitatem, post restitutam pristinam felicitatem. Recesserunt à Iobo tempore afflictionis, eius propinqui, & accurrunt celeres postquàm deseuit tempestas, & serenum cælum illis ridet, & fortuna blanditur? Importuna nunc consolatio, quondam opportuna, imò & necessaria. Non mouerunt caput in angustiori fortuna, in agonia infelicitatis: *Et vbi addidit Dominus omnia, quæ fuerant Iob duplicia, venerunt ad eum omnes fratres sui, &c. & mouerunt caput, & consolati sunt eum.* Sapienter satis in calamitate non consolantur Iobum, & in prosperitate consolantur eundem, vt insinuat S. Thomas hic, (vel nutus tanti Doctoris, acumen est;) sic inquiens: postquam in pristinum felicitatis statum vidit Iobum constitutum. Venerunt ad eum omnes fratres sui, &c. & mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum: *scilicet compatiendo afflictioni ipsius.* Bene ergo Iobo secunda iam fortuna florenti *compatiuntur* cognati, qui non doluerunt *in afflictione ipsius*. Nimirum plus calamitatis & ærumnarum agnoscentes in felicitate augustiori, quàm in deteriori miseria.

160. Iob. Iob. 161.

Felix consolandus est de infortunio felicitatis humanæ.

S. Thom.

David psalm. 89. vers. 11. *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Solidè & peracutè S. Augustinus ibi, Potentiam diuinę iræ, non acerbiora supplicia, non pestes, non calamitates, non excidia, & strages: imò nec gehennam ipsam, & perennem damnatorum ignē; sed 162.

Psalm. August. *Felicitas humana est ira Dei.*

ſed felicitatem interpretatur. Felicitas humana erit potentior ira Dei ? imò indulgentior miſericordia eſt. Quis felicitabit eum, contra quem Deus iraſcitur? ira calamitates infligit non beat felicitatibus. Audiendus eſt S. Auguſtinus, qui egregiè abſtruſam, & ænigmati ſimilem, iræ diuinæ poteſtatem declarat his verbis: Sic locum præfati Pſalmi commentans: *Valde paucorum hominum eſt noſſe iræ tuæ poteſtatem, quia pleriſque ita magis cùm parcis, iraſceris, vt non ad iram, ſed potiùs ad manſuetudinem tuam pertinere intelligatur labor, & dolor.* Et paulò infrà: *Nonnullis, quibus plus iraſceris, parcere videaris, vt proſperetur peccator in via ſua,* &c. Pende illud: *Plus iraſceris, vt proſperetur peccator,* &c. Ecce tibi acerbior Dei ira non eſt calamitas, ſed læta Proſperitas. Opportunè ergo Iobi cognati in proſperitate conſolati ſunt eum.

163\. Et quidem Felicitas criminoſa fuit, & flagitiis imbuta: Quin & delictum ipſum: Ad Hebræos 11. verſ. 25. *Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem.* Quodnam hoc temporale peccatum, quod *iucunditatem* habet, ſeu *fruitionem*, vt eſt in Græco codice? Omitto plures commentationes idoneas, ad alias theſes comprobandas. Perplacet mihi Expoſitio Sapientiſſimi Patris Gabrielis Vaſquez inibi, ſic locum commentantis: *Peccatum, cuius iucunditate frui noluit, nihil aliud fuit, quàm ipſa vita aulæ regiæ ſecundum ſe, quæ tota in deliciis, ac proinde in peccatis eſſe ſolet.* Hanc loci commentationem ex Anſelmo fortè mutuauit Vaſquez, ſic præfatum locum interpretante; *Temporalis peccati habere iucunditatem. Peccatum enim putauit, ſe lætari in aula.* Ergo mundana felicitas, *& vita quæ in deliciis tota eſt*, peccatum appellatur à Paulo; quaſi ea vi ad peccatum inſtiget humana proſperitas; ea violentia ad delinquendum propellat mortales: vt peccatum planè vocetur, quod adeò certè ad peccatum adigit. Verùm cuius non profligauit mores fortuna ſecundior, & infeſta felicitas? Plura exempla menti quaſi cateruatim occurrunt. Vnus Saluianus audiendus eſt, qui de gente Romana olim frugaliſſima, dum diuerſis bellorum ſucceſſibus laborabat, ſic loquitur de fortunatiſſima gente in bello, & toga: *At per hoc vitioſitas, & impuritas, quaſi germanitas quædam eſt Romanorum hominum, & quaſi mens, atque natura, quia ibi præcipuè vitia, vbicumque Romani.* Ergò cùm Felicitas ſit peccandi fomes, augurium calamitatis, & morum depravatio: *Dum fortuna blanditur,* (Sapiens vir) *ingratus eſt: dum intonat, aſpernatur, exultans vniuerſis*, ait Hildeb. Expende attentius illud: *Dum fortuna blanditur, ingratus eſt.* Nam ingratitudo aduerſus Fortunam, non vitium, ſed virtus eſt. Eſto religioſè ingratus aduerſus felicitatem, ne inani ſuperbia turgeas: vt inſanus hic Nabuchodonoſor, qui à proſperitate inſolenter intumuit, à proſperitate infelicitatus eſt, felicitate infelix. Et qui nunc à victoria triumphat, ſtatim per manus feminæ detriumphatur. Et Achior hic verſ. 29. à felicitate corruit exanimis: & qui conſtanti animo ſuſtinuit Holofernis iras, dum ſæui hoſtis cæde felicitatur, proſperitate exanguis concidit.

Ad Hebr. Palatij proſperitas, peccatum dicitur.

Vaſquez.

Anſelm.

Saluian. l. 6. de Gubern. Dei. Romanorum infelix proſperitas.

Hildeb. epiſt. 56. ingratum eſſe aduerſus fortunam.

Iudith.

De Celada in Iudith.

§. XXXIV.

Felicior æmuli fortuna, inuidum infauſtè infortunat, & miſerè infelicitat.

164\. MVltis vitiis ſeruiet, qui Inuidiæ ſeruit: multis incommodis angitur, qui angitatur Inuidiæ malo: nec tantùm malo proprio vexatur, quàm alieno bono: à bono etiam patitur, qui inuidentiam patitur. Profectò aliena quies inuidum inquietat: aliena ſecuritas, illum ſollicitudinibus angit: & aliorum honor, contumeliis obiicit. Ipſum delectabile, tormentum ei eſt, cui alienum malum charū eſt. Multa ſibi timet, excruciatur multis, qui timet mala ſibi, bona aliis. Vel minima aliorū felicitas, inuidum maximè infortunat. Quin ingēs alterius boni pompa inuido eſt ingens ſupplicium, & exiguum aliorum bonum eſt apparatus terribilis ad tormentum. Neque inuidus tam timet malum, quod ab aduerſa fortuna ſibi imminet, quam quod ab aliena felicitate ſibi impendet. Inuidia ſui pœna eſt, & ſe pœnaliſſimo ſupplicio caſtigat aliena gloria. Appoſitè ad rem S. Nazianzen. *Inuidia*, inquit, *tabes poſſeſſorum, virtus ac rubigo eorum, qui eâ exagitantur: ſola ex animi perturbationibus æquiſſima ſimul, & iniquiſſima. Illud, quia bonis omnibus infeſta eſt; hoc, quia Dominos ſuos exedit, & conficit.* Nempè inuidia eſt grauiſſimæ malitiæ iniquiſſimè rea, & æquiſſimè iudex, & vindex: à ſe pœnas ſumens de gloria aliena.

Inuidia æquiſſima, & iniquiſſima.

Nazianz. orat. 26.

165\. Heli ſummus Hebræi populi ſacerdos flagitioſiſſimè delinquit in filiis, qui auaritiæ, & gulæ ſtudio auertebant Iſraelitas à religione templi, & Dei cultu. Audienda eſt Dei ſententia, 1. Reg. 2. verſ. 31. *Præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua: Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſrael,* &c. *vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua.* Parùm foret ſi Deus Heli ſacerdotem immatura filiorum cæde puniret, & omnem ſuam familiam priuandam eſſe ſummi pontificatus honore, interminatum eſſet, niſi etiam æmuli felicitate damnaretur, tranſlato ſacerdotio ab Ithamare, ad Eleazaream familiam, ſibi æmulam de ſacerdotij gloria. *Videbis æmulum tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſrael.* Quod ſic te exedet, ſic conficiet in ſobole, *vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua.* Nam æmuli proſperitas, defectus mentis eſt, peſtis corporis, & tabes animi. S. Zeno ſic eleganter ſcribit de æmulo proſperato: *Qui inuidet ſtatim dilabitur, ſtatim corruit,* (corruit Heli, & à lapſu occidit,) *ſtatim tabeſcis, & quamuis decori vultus, quamuis ſolidi & ſani ſit corporis, repentè velut ictus venenati ſerpentis morſibus conſumitur, & tabeſcit venenis noxij rheumatis, per oculos vſque ad cordis arcana penetrantibus, ac viſcerum interiora vaſtantibus.* Profectò inuidus ſublimitate æmuli iacet, de altitudine aliena corruit, proſperitate alterius infelicitatur, ob gloriam alienam tabeſcit, & infelici inuidiæ partu diſrumpitur: & venenum haurit dum venenum ſpirat. Quid infeſtius? quid infelicius?

1. Reg. Inuidia tabeſcit de alieno bono.

Zeno ſerm. de Liuore.

166\. Veronenſis Præſul ſic graphicè depingit ingenium inuidorum: *Iſti tales magnanimum quemque virum poterunm vocant, conſtantem verò ac patientē, ſine ſenſu doloris appellant: ſobrium, acerbum dicunt; iuſtum crudelem: prudentem, callidum vocant, liberum, arrogantem criminantur; liberalem verò, luxurioſum dicunt; parcum, auarum nominant: & omnes*

Zeno. ſuprà

prorſus virtutum ſpecies decolorare contrariis , & à malitia ſumptis appellationibus geſtiunt. Scilicet in re alienæ virtutis ingenio inuidentiæ culpas prætexunt , vt illos egregiè dehoneſtent. Quod fuit arbitrium , & pœna Iudæ proditoris. Matthæi 16. verſ. 14. Magdalena ſtudio colendi Saluatoris apparat vaſculum vnguenti odoratiſſimi, & pretioſiſſimi, & piè prodiga largitate Chriſti Dei irrorat caput; videt opus Iudas, & non videt operis pietatem; ſed ipſe nimis auarus mulieris pietatem prodigalitatis inſimulat, ſpecie miſerationis in pauperes.
Inuidia eſt non Deicidij. Contra Chriſtus Deus, vt feminæ pietatem, largiùs rependat, & grauius puniat inuidæ obmurmurationis audaciam, eximiè tunc laudat Magdalenæ obſequium , & æternaturam in Euangelio gloriam vbertim repromittit. *Non ſat fuit* (inquit Caietanus)
Caiet. *declarare, quod mulieris opus bonum , quod intentio bona fuit , ſed declarauit, quod tam laudabiliter fecit; vt in toto mundo in memoriam illius commemorandum ſit hoc quod fecit.* Verùm animaduer-
Matth. ſione digniſſimum eſt, quod vbi primùm Iudas inuidus vidit Saluatorem honoratum pretioſo obſequio Magdalenæ , ipſamque ob tantæ munificentiæ generoſitatem , dilaudatam iri , æternante ab
167. Euangelio fama pietatis erga Chriſtum ; *Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes ad principes ſacerdotum , & ait illis : Quid vultis mihi dare , & ego vobis eum tradam ?* Quid eſt *tunc?* Quando abiit Iudas , ex Apoſtolo iam proditor Chriſti, vt ipſum traderet contumelioſæ morti , & ipſius nomen deleret è terris ? Reſpondet Theo-
Theoph. Chryſoſt. phylactus ex mente S. Chryſoſtomi ; *Tunc abiit, cùm aliena mulier meretrix tantum exhiberet honorem , tunc diſcipulus abiit proditurus illum.* Videt inquam, Iudas Chriſtum eximiè honoratum obſequio pretioſioris vnguenti , audit feminæ laudes prædicandas in Euangelio perennatura fama munificæ pietatis , & *tunc* , tunc inquam impatiens inuidiæ rabie, præmaturè rumpitur inuidia : & gemina Chriſti, & Magdalenæ laude caſtigatus confeſtim exambit obſcurare vtriuſque glorias infami, & infida proditione magiſtri , & ſolerter deicidium procurat. Proh! quò te defert liuor, & tormentum alienæ laudis ?
Chryſol. ſerm. 4. Opportuniſſimè S. Chryſologus inuidiæ adſcribit Chriſti proditionem : *Si volumus*, inquit, *rei cæleſtis parricidij non teneri , peruigili fide luce ſpiritus, tetras inuidiæ pellamus, & excludamus inſidias , inuidiam totis armorum cæleſtium viribus comprimamus.* Quaſi inuidiæ malitia , ſic inſidietur inuido, vt impellat ad cæleſte parricidium , & ſeculis execrabile Deicidium. Vſque adeò enim acerbe fert inuidus glorias æmuli, vt (ſi opus eſt) quo eas decoloret , & deleat, temerarius audeat procurare Chriſti Dei mortem perfida proditione. Quid exaggeratius ? Neque mirum videri debet, vt inuidia quæ fuit Caino cauſa fraterni funeris, fuerit diſcipulo occaſio proditionis Magiſtri.

168. Sapien. Sapientiæ 5. verſ. 1. *Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos , qui ſe anguſtiauerunt : videntes turbabuntur timore horribili , & mirabuntur in ſubitatione inſperata ſalutis* , &c. *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei , & inter ſanctos ſors illorum eſt.* Mirabitur quiſpiam ſanctiſſimos homines , qui cùm in terris mortalem vitam agerent , humanis paſſionibus acti, tamen virtutis vigore pacati , mites & beneuoli erant in ſæuos eorum aduerſarios ; cùm cæleſtem vitam agunt in cælis , diuinis gaudiis immerſi , quaſi immites & implacabiles fore aduerſus ſuos hoſtes ? Tuncne vacat, & iuuat bea-
tos conſtanter accuſare ſuos perſecutores , & grauiùs vexare ſuos æmulos vexatos totius gehennæ cruciamentis ? Beatitudóne extimulabit ad æmuli vindictam , quem dum mortalem agebat vitam, virtus incitabat ad clementiam , & condonationem iniuriæ ? Quid ſi poſterius huius Salomonianę ſententiæ hemiſtichium explicatio prioris ſit? *Videntes* (perſecutores inquam) *turbabuntur timore horribili.* Quid videbunt hi damnati ſanctorum æmuli ? Mitto geminam Dioniſij Richelis *Beatitudo æmuli altera damnatorum gehenna eſt.*
expoſitionem , & aio cum ſancto Chryſoſtomo Richel.
Epiſtola tertia ad Cyriacum, cum ſancto Cypria- Chryſoſt.
no in libro ad Demetriad. cum ſancto Bonauentu- Cyprian. Bonau.
ra , Anſelmo Laudunenſi , Carthuſiano , & Lyra, Anſel. Carthuſ.
ſanctorum , quas tunc iniuſti videbunt glorias, Lyra.
fore pœnaliſſimam eorum vindictam. Audiendus eſt Lyranus ibi : *Videntes* , inquit , *turbabun-* Lyra.
tur. Quia videbunt iuſtos glorioſos in corpore , & anima , quod nullo modo crediderunt futurum. 169.
Ecce iuſti ipſâ beatæ gloriæ felicitate beata accuſant, damnant, puniunt , infelicitant ſuos æmulos damnatiſſimos. Damnati enim à beatorum lætitia mœrent , ab æmulorum ſublimitate humiliantur , & tota ipſorum beatitudine, ipſi in-
felices ſunt. Audiendus eſt ſanctus Chryſologus ſermone ſexageſimo , vbi arcanam oſtendit rationem , ob quam reſurgent ipſiſſima martyrum corpora : *Reſurget caro , reſurget , vt ipſi ſumus; vt agnitio maneat perſonarum : vt & martyr de perſecutoris pœna lætetur , & perſecutor ſumat de martyris honore ſupplicium.* Nimirum non erat alia cauſa , ob quam in hoc mundo miſera iuſtorum corpora , reſurgerent incorrupta ad æternaturas glorias beatitudinis? Multas inſinuant ſan- Chryſol.
cti patres , plores agglomerat Tertullianus. Hanc Tertul. l. de Reſur. carn.
tamen pulcherrimam eligit aureo ore Chryſolo- & l. de Carne Chriſti.
gus ; *vt perſecutor ſumat de martyris honore ſupplicium.* Vt perſecutor diſrumpatur inuidia cernens oculis faſtigium honoris & gloriæ , quò peruenit ſuus æmulus : nam beati felicitas erit æmuli infortunium, & beati gloria erit alia , ſed arcanior gehenna æmuli prædamnati : vt acerbum illi ſupplicium ſit & ſua gehenna , & aliena beatitudo. *Videntes turbabuntur timore horribili : quia videbunt iuſtos glorioſos in corpore , & anima , vt perſecutor ſumat de martyris honore ſupplicium.* Profectò ſumma beatorum felicitas pium & vrbanum vindictæ genus eſt , de infeliciter ęmulo , & pœnaliſſimè inuido.

Matthæi 20. verſ. 12. Munificus ille paterfa- 170.
milias diſpar laborum meritum , pari retributione Matth.
compenſat. Qui diuturniori labore ſudauerant portantes pondus diei & æſtus , ſic conqueruntur: *Hi nouiſſimi vna hora fecerunt , & pares illos nobis feciſti ?* Non enim tam grauiter ferunt , ſe non amplius munerari , quàm quòd æmuli tam magnificè munerentur : quaſi dona aliorum detrahant propriæ mercedi , & aliorum felicitas ſit cauſa cruciatus , & occaſio querelæ. Supplicium reputant, non mercedem, quia in labore æmulus generoſiùs muneretur. Eleganter Saluianus lib. 5. de Gubern. Dei, ita fatur : *Quis ſoluit charitati quod ſe agnoſcit debere, vel nomini ? Quis hoc eſt animo , quod vocatur ? Quis tam propinquus corde, quàm ſanguine , in quo non liuidus maleuolentiæ Zelus ardet , cuius non ſenſum liuor inuaſit? cui non proſperitas aliena ſupplicium eſt? Quis non bonum alterius , malum ſuum credidit ? Cui ita ſufficit felicitas ſua , vt etiam alij velit eſſe felicem.* *Dimiſsis aliis ni ſdo pauperatur inuidus.*

Matthęi

171. Math. Matthæi 8. v. 29. Cùm Christus Dominus ingrederetur Gerasenorum terminos, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes; sæui nimis; ita vt nemo posset transire per viam illam, qui non vexaretur, & infelicitaretur à crudelissimis & inuidissimis dæmonibus. Qui viso Domino, *Clamauerunt dicentes: Quid nobis, & tibi, Iesu fili Dei? venisti ante tempus torquere nos.* Grande dissidium est inter plures ex antiquis patribus, & vulgus recentiorum interpretum, quomodo Saluator ante tempus torserit malos dæmones? Neque enim adducar vt credam, diabolos non excruciari inferni tormentis vsque ad diem iudicij, tametsi id in quibusdam ex vestustis patribus scriptum legam, quod in scholis Theologicis ex professo refutatur. Propterea verosimile non videtur Christum aliquem dæmonibus cruciatum, vt de obsessis corporibus exirent, addidisse, vt existimat P. Maldonatus: nam dæmonum obstinatissimi, vel nutibus Christi Dei confestim obediunt. (Maldon.) Quid ergo hi mali dæmones cum Christo expostulant de præmaturo cruciatu, quasi priùs immunes forent à tormento? (*Inuidia gehenna æmula.*) Quid diabolos sic excruciat: Subtilis Basilius Seleucus oration. 25. existimat, hunc peracerbum cruciatum esse, quòd iubentur, vt homines diu æmulos non vexent, non subtrahant de eorum felicitate diabolicis insidijs, & ærumnosis vexationibus. *Venisti ante tempus torquere eos? Quod igitur* (ait Basilius) *non torqueantur, nondùm supplicij tempus adesse ratiocinantur. Grauiter enim ferunt ante iudicij tempus, hominum pœnis vt abstineant se iuberi.* (Basil. Sel.) Scilicet diaboli cum hominum pœnis abstinere iubentur, nec sinuntur infestare mortales, sibi diu æmulos inuidiæ rancore, nec eorundem bona in festare, felicitatem inuertere, virtutes inquietare, honores decolorare, vitam perdere; tunc tunc inquam, ante tempus se acerbissimè torqueri dicunt. Quasi non tam excruciari videantur antiquis inferni pœnis, quàm felicitate hominis, Christi Dei beneficio immunis ab Dæmonum inuidiosa infestatione. Aduertis felicitatem alienam, esse magnum diabolorum tormentum; & æmuli gloriam, esse illis pœnam gehennalis incendij æmulam. Iure hic ad rem S. Zeno Veronensis: (S. Zeno. ser. de Liuore.) *Fugiamus ait, inuidiam obicem pietatis, obstaculum regni cœlorum, viam gehennæ, pignus, & primitias quasdam pœnæ perpetuæ.* En vide oculis, inuidiam sic angi, sic torqueri, & excruciari æmuli prosperitate, vt aliena incolumitas, & felicitas sit pignus & quædam primitiæ æternaturi incendij, & præmatura gehenna; quæ hic ab inuidia inchoata, in inferno sempiternè conficietur. Proh inuidum præproperè infernalem, & iam hunc gehennę reum, cum iam recipiat *pignus, & primitias quasdam habeat pœnæ perpetuæ.*

172. Aug. (*Beatitudo ab ea est pœna damnati.*) Vetus quæstio est, quam ventilat sanctus Augustinus in libris de Ciuitate Dei, an Beati in cælis agnoscant damnatorum grauissimas pœnas & an damnati saltem contemplentur ex inferno beatorum glorias? quas saltem in die iudicij videbunt. Sed multi sciscitantur, quam ob causam damnati semel, iterum congregabuntur in magnâ illâ magni iudicij die, vt sententiam iudicij bene olim intimatam, & diu cognitam, secundò audiant? Num Deus iudicat bis id ipsum? Hoc non videretur esse res iustitiæ, sed negotium sæuitiæ. Præstaret vt è sepulcris raptarentur a dæmonibus damnatorum corpora ad feralissimum contubernium cum damnata anima, vt malitię, sic & pœnæ consorte. Tollantur impij ne oculis videant gloriam Dei, & Beatorum glorias. Imò congregentur, & inuiti compellantur adesse magno Dei iudicio, vt non solùm puniantur gehennæ tormento, sed etiam inuidiæ cruciamento. S. Chrysologus: (Chrysol. ser. 167.) *Appropinquauit,* inquit, *regnum cælorum. Regnum cælorum est præmium iustorum, impij pœna.* Pœna est inuidis & suus cruciatus, & alienus principatus: principetur alius, vt crucietur æmulus: nam gloria Beati pœna damnati est. Parùm damnaretur impij inuidētia, si non etiam gloria æmuli, esset illi exaggeratio gehennæ: *Regnum enim cælorum est præmium iustorum, impiis pœna.*

Vnde hîc vers. 29. Achior, qui *fratris mei lumen* interpretatur, & est symbolum inuidię, vt insinuat Strabus, (Strab.) videns se olim strenuum Ammonitarum ducem, Holofernis potentiâ superatum, & imbecillæ, & tenerrimæ feminæ industria, & manu deuictum, & detriumphatum Assyriorum exercitum, exanimis ipse contabescit. Dicitur enim, *videns autem Achior caput Holofernis,* (in manu victricis Iudithæ,) *angustiatus præ pauore, cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius.* Præclarum inquam Iudithæ facinus, (Iudith.) & æternatura æmulæ gentis gloria, Achiorem inuidum ęstu exagitat; exanimatur, & tabescit inuidus Achior ab æternatura alterius laude: & æmuli gloria tabes illius est. Nimirum plus torquetur ab aliena gloria, quam à proprio periculo. Sic angitur inuidia ob alienam felicitatem.

---

§. XXXV.

Dissimulata laus est vrbana laudatio, & laudandi ingenium: quisquis hominem coràm laudat, tacitè culpat laudibus.

NE *laudes virum in specie sua.* Ecclesiastici 11. 173.
vers. 2. (Eccli.) nam ante mortem nemo laudandus est, ne non tam à laudibus commendetur, quàm periclitetur in laudibus. Sæpè virtuti fauor officit, & dum egregiis factis blanditur, durè sæuit aduersus pietatem, quæ laudibus non excitatur, sed tumulatur. Puto multos potuisse ad virtutis fastigiū peruenire, nisi ab immodicis laudibus putassent se peruenisse, & ita quædam in se dissimularunt, quædam apertis oculis transierunt. Non est enim quòd magis aliena iudices vera adulatione, & falsa commendatione perire, quam nostra. Quis diu laudatus verum sibi dicere ausus est? *Quis non inter laudantium, blandientiúmque positus greges, plurimùm tamen sibi ipse assentatus est?* ait Seneca. (Seneca lib. 1. de Tranquil. vitæ, c. 1.) Nauseat ad probitatis ardua facinora, qui à blanda laudum suadela credit se absque labore assequi pręmia laboris. Bonus vir & virtutum diues, auarè impingit laudes, auariùs excipit; vt ab eius ore assentatio exulat, sic eius aures peregrinantur in laudibus. Profectò qui coràm aliquem laudando commendare ambit, veriùs illum confundit: nam disertè laudando, tacitè eundem inanis gloriæ damnat. Quis enim laudari exambit, nisi qui laudis non est dignus? nam verè laude dignus à rebus bene gestis laudari cupit, nō ab empta lingua blādientium, qua turpia sua facta offuscare, & periculum dedecoris redimere pręsumit. Quid? ergo nemo laudandus est? (*Peritne quod laudatur.*) Rusticanè, id est, coràm adulando, planè nemo. Vrbanè, id est, quasi aliud agēs, ne consultò rem illi gratam videaris afferre,

ingenio dissimulationis, nempe in alio commendans, quod in ipso eminet: aut arbitrio solidè laudandi scilicet illo absente, aut ignoraturo, aut alio quouis virtutis artificio, ne laude vituperes laude dignum: ne laudis appetens videatur, qui vera laude dignus prædicatur. Quod de suo Epiphanio eleganter prędicauit Ennodius, in eius vita: *Laudis, inquit, amore vacuus, cùm quotidie in eo laudanda adolescerent. Cúmque res gloria dignas per horarum momenta consummaret, perire fructum gloriæ opinabatur, atque mercedem, si prætulissent homines quod soli Deo exhibebat abscondité.* (Ennod.)

174\. (*Deus festinat hominem suum laudare, ne coràm laudet.*) Vetus quæstiuncula est, multorum ingeniosa discussione celebris; quare summus rerum opifex Deus, qui reliquum opus aut insensile, aut brutum, comite laude creauerat, hominem illaudatum omiserit? Et quidem homo prima laude dignus apparet: est enim expressus Dei imagine, arguta summi artificis manu perfectus est, testimonium diuinæ Sapientiæ, ingenij sui cura, manuũ suarum opera, adflatus sui vagina, libertatis suę hæres, creaturæ suæ præses, religionis suæ Sacerdos, testimonij sui miles, Christi sui frater, creati mundi finis compendium, vinculum, nexus: omnium enim rerum spiritualium & corporalium gradus in se habet, & nectit homo. Quam ergo ob causam condignis laudibus Deus viduat, quem tot attributis commendatione dignissimis deuinxit sibi? Num quia cùm homo liberi arbitrij sit, generosior erit laus à suo bono opere, quàm ab alieno? Num quia
175\. non potest diu durare in bonitate laudabili? Fortè Deus qui tot nominibus laudabilem fecit hominem, consultissimè non laudauit, ne diuina commendatione superbissimè turgens, dona sua inuitiaret, & tanta gratia vanesceret. Inde ante creationem ingeniosè commendat, ne illaudatus euadat suus homo, & ne coràm laudatus, tanta virtus degeneret in superbiam. Genes. 1. v. 26. Et ait Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Nempe à consilio suo pręmaturè honorans, & à considerantia sua pręproperè laudans, ne dum iam creatum laudat, non tam approbet, quàm laude improbet. Perbellè Basil. Seleuc. ita scribit super hac re: *Nondum formatus homo à conditoris considerantia, & Dei consiliis commendationẽ & pretium accipit. Faciamus hominẽ ad imaginem, & similitudinem nostram. Antiquiorem conditione sua honorem suscepit.* Vides ingenium laudandi? Nimirum Deus non est in suum hominem auarus laudum, qui quasi effusus videtur in elogia reliquorum operum: sed anticipata laudatione commendat, ne illaudatus vilescat, vt laudibus conflatus laude digna sapiat. Ast ne laudium titillatione sibi blandiatur, & vanitate tumescat, nondum formatum festinat laudare. Sic præcauet Deus à laudibus, quasi ab inanis gloriæ scintillis, quasi à superbiæ minis. Nec laudat coràm, quem solidè commendare exambit: ne dum hominis virtutem approbat exprobret homini vanitatem. *Laborabo* (inquit Plinius suo Traiano) *vt orationem meam ad modestiam Principis, moderationémque submittam, nec minus considerabo quid aures tuæ pati possint, quàm quid virtutibus debeatur.* (Genes. — Basil. Sel. Orat. 1. — Plin.)

176\. (Psalm. — Tertul. l. de Anima. c. 19. — *Expeditior laus est ab infante balbutienti.*) Imò nescias an sæpè solidè laudetur Deus ab homine, etsi deserto & pio. Vsque adeò difficilis, & scrupulosa res est vera & solida laus in ore humano! Psalm. 8. v. 3. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Tertullianus vertit: *Expediuisti Laudem.* Verùm explicatu arduum est, quo modo perfecta laus inueniatur in muto infantium ore. Porrò infans est, qui fari nec scit, nec potest; qui mutus est ad loquelam, elinguis ad laudes. Planè videtur Propheta tacitè negare, quod disertè affirmat. Sed esto, infantulus dum è nutricis mammis pendulus, garrire inceptet, & conari humanas voces, quo pacto dici potest *perfecta* laus, siue *expedita* (vt loquitur Tertullianus.) Præclarè S. Chrysostomus (ex alio themate ad hunc paragraphum remissus:) *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti (expediuisti) laudem. Infantes autem, & lactentes nec intelligere aliquem, nec laudare possunt.* Videlicet cùm humana mẽs, aut laus quamuis exaggeratior, nec Deũ intelligere cogitando possit, nec laudando dignè celebrare, ab infanti balbutie expeditior laus est; & linguati silentij ingenio, siue taciturnitate loquaci augustiùs celebrantur diuinæ laudes, quibus condignè prædicandis impar est humana facundia. Vnde infantuli conatu, & rudi balbutie melius expeditur diuina laus: ne diserta laus balbutiat, ad id quod infans balbutiens expedit. Aduertis generosius diuina attributa cõmendari non diserto eloquio, aut facũdia blandiente, sed infanti conatu ad laudes prædicandas? Quod Dei magnitudo in suo laudatore exigit, exigat laudandi viri pudor, & virtutis modestia. Perfectior, & expeditior laus est, quam conaris, quã non expedis, quam vix explicas, quam magis perficis voluntatis conatu, quàm lenocinio verborum. (Chrysost. hom. 67. in Matth.)

Quid si aliquando aliqua vituperatio, exaggeratior laus est, & commendationis arbitrium? de peruerso auxilians, ne palàm dilaudans adulationis vituperium subeat, aut mendacij suspicionem. 177.
Nemini non notum est, Romano triumphatori (planè triumphus humanæ gloriæ meta fuit,) dum trabea superbe induto, superba victoria turgenti, debellatis & proculcatis hostibus, pedes potiùs coronato, quàm caput lauro, non tam triumphali curru, quam vrbis plausibus vecto, suggeri etiam à tergo, ex præscripto Senatus: *Respice post te: Hominem memento te.* O tantæ gloriæ intempestiuas voces! Imò opportunissimas. Audi Tertulliani sudata verba, ad hoc recentia: *Suggeritur ei à tergo: Respice post te, hominem memento te. Etiam hoc magis gaudet, tantâ se gloria coruscare, vt illi admonitio conditionis suæ sit necessaria.* Ac si aliqua vituperatio sit vrbana laus, & ingenium prædicandi excelsa Ducis facinora. Nimirum dissimulanter vituperatio commendet, cui diserta laus esset de adulatione suspecta. Sic ex Senatusconsulto dissimulabantur heroum laudes! Ambitiosiùs eas dissimulat Panegyrista Plin. meram laudationem appellans actionem gratiarum, *Parendum est*, inquit, *Senatusconsulto, quo ex vtilitate publica placuit, vt Consulis voce, sub titulo gratiarum agendarum boni Principes, quæ facerent, recognoscerent, mali quæ facere deberent.* Consimili inuolucro Theodorici laudes obtegere nititur Felix Ennodius: *Dicite, si non præmij loco opifici suo lingua blanditur?* Mercedem virtutis laudationem appellans, ne laudum nomine, non planè laudare, sed dissimulater blandiri videatur. (*Vituperatio sæpè laudat aliquem.* — Tertul. — Plin. — Ennod.)

Vix creauerat Deus lucem, cùm ait Moyses: *Et vidit Deus lucem quod esset bona.* Genes. 1. v. 4. Quis audeat negare his verbis laudari lucem à Deo, & festiuissimam, & lætissimã, & venustissimam creaturam prædicari? S. Ambros. diligens verborum, & operum Dei inquisitor, aduertit non asseruisse Moysem, quòd dixit Deus; sed quod vidit esse lucem egregiè bonam: atque laudatam Dei oculis, non diuina voce; sed propria lucis bonitate, 178. (Genes. — *Oculi non lingua laudent.*)

non

Ambrof. l. 1. Hexam. c. 9.

non laudatoris facundia. *Et vidit Deus lucem, quòd esset bona* (Ambrosium legis:) *Bonorum operum proprium est, vt externo commendatore non egeant, sed gratiam suam, cùm videntur, ipsa testentur. Plus est quod probatur aspectu, quàm quod sermone laudatur. Suo enim vtitur testimonio, non alieno suffragio. Quòd si apud nos oculis iudicium remittitur, quibus simul & gratia venustatis, & rerum mensura comprehenditur, quantò magis Deus omnia quæ probat, videt, & quæ videt, probat?* Nempe laude dignus non expetit laudantium voces, sed intuentium oculos. Pudet virtutem laudari ambitione verborum, quæ exaggeratiùs spectatorum visu, & adnutu prædicatur. Omnis adulator mentitur, quæ commendat elogia: omnis virtus linguata est, & spectatorum oculis veriùs deprædicat opera commendatione digna. Oculorum laudes ambi, non futiles adulantium voces, quæ te inanis gloriæ mancipium potiùs prædicant: & laudando culpant, quæ operando laudem promerentur. Simplicior & sincerior laus est, quæ fuco ingeniosæ dissimulationis celatur.

Vnde Princeps Achior, præmaturè fidelis, & disertus Iudithæ laudator, stupens egregium ipsius facinus, vrbanissimè non ipsam laudant gloriosè, sed gloriosam diuinæ potentiæ virtutem prædicat, aiens hic vers. 31. *Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente, quæ* Iudith. *audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.* Videlicet ne inclytam heroïnam deuenustet laudibus, potentiam Dei disertissimè tunc commendat, vt Deum laudando, dissimulanter Iudithiam commendet: laudes enim exaggerat, dum palàm laudare dissimulat: quod est ingenium laudationis. Rusticana laus est, quæ coràm blanditur.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Vers. 1.
DIXIT autem Iudith ad omnem populum: Audite me, fratres,
suspendite caput hoc super muros nostros: 2. Et erit, cùm exie-
rit Sol, accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu, non
vt descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. 3. Tunc
exploratores necesse erit vt fugiant ad principem suum excitan-
dum ad pugnam. 4. Cúmque duces eorum cucurrerint ad ta-
bernaculum Holofernis, & inuenerint eum truncum in suo san-
guine volutatum, decidet super eos timor. 5. Cúmque cognoueri-
tis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos
sub pedibus vestris. 6. Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israel, relicto gen-
tilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij sui, & appositus est ad populum
Israel: & omnis successio generis eius vsque in hodiernum diem. 7. Mox autem vt
ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, accepitque vnusquisque vir
arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu & vlulatu. 7. Quod videntes explora-
tores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. 9. Porrò hi, qui in tabernaculo
erant, venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratiâ, inquie-
tudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret.
10. Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando aut intrando aperire.
11. Sed cùm venissent eius Duces ac Tribuni, & vniuersi Maiores exercitus regis Assyrio-
rum, dixerunt cubiculariis: 12. Intrate, & excitate illum; quoniam egressi mures de cauer-
nis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium. 13. Tunc ingressus Vagao cubiculum eius,
stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith
dormire. 14. Sed cùm nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans
ad cortinam: & eleuans eam, vidénsque cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine
tabefactum iacere super terram, exclamauit voce magnâ cum fletu, & scidit vestimenta sua.
15. Et ingressus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exiliit foras ad populum. 16.
Et dixit: Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor: ecce
enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. 17. Quod cùm audissent
Principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, & & intolerabilis timor &
tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valde. 18. Et factus est clamor
incomparabilis in medio castrorum eorum.

§. I.

Commentarius litteræ.

Verſ. 1. Dixit autem Iudith ad omnem populum: Audite me fratres, ſuſpendite caput hoc ſuper muros noſtros.

Verſ. 2. Et erit, cùm exierit Sol, accipiat vnuſquiſque arma ſua, & exite cum impetu, non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetum facientes.

Verſ. 3. Tunc exploratores neceſſe erit vt fugiant ad principem ſuum excitandum ad pugnam.

Verſ. 4. Cúmque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & inuenerint eum truncum in ſuo ſanguine volutatum, decidet ſuper eos timor.

Verſ. 5. Cúmque cognoueritis fugere eos, ite poſt illos ſecuri, quoniam Dominus conteret eos ſub pedibus veſtris.

1. Hi verſiculi adeò perſpicui ſunt, vt non egeant commentario; ideo breui periphraſi illos illuſtrare ſat erit, & admirari diuinam Iudithæ prudentiam in re militari. Porrò occiſo Holoferne, necdum deletus erat validus Aſſyriorum exercitus, qui poterat è tribunis, aut magnis ducibus quempiam ſubſtituere in demortui Principis locum; & ita obſidionem cõtinuare, & cogere ad deditionẽ Bethulienſes, fame & ſiti penè enectos. Vnde prudẽtiſſima Heroïna opportunum conſilium dat, videlicet vt primò è muro ſuſpendant Holofernis caput, quod ſpectaculum, & metum incutiet Aſſyriis, & obſeſſis animos addet alacres & ſtrenuos ad pugnam, ad victoriam, ad triũphum. Deinde iubet, vt bellatores omnes confeſtim arripiant arma, vt ſub ortum Solis magno impetu, & ingenti ſtrepitu & vlulatu ſimulent ſe inuadere Aſſyrios; non ita vt deſcendant deorſùm ad veram, & ſeriam pugnam, *ſed quaſi impetum facientes*, id eſt, quaſi irruptionem in proximas Aſſyriorum ſtationes ex compoſito parantes, (vt bene notat Tirinus.) Tũc etiam neceſſe erit, vt Aſſyrij exploratores, ad Imperatoris tabernaculum celeri curſu confugiant; cúmque duces, & magiſtratus, & militum vulgus, truculentam & inopinatam Holofernis cædem audiant, ſubiti nuncij pauore, & conſternatione exanimes, mentis inopes, nec tempus habentes ſubrogandi aliquem in Holofernis locum, (quæ res diuturnam, & conſultiorem exigebat moram,) videántque armatos Hebræos alacri animo in ſua caſtra animosè irruentes, ſubito pauore correpti, fugæ præſidium aſſumant. Scilicet cùm omnia ſubita ſint incauta, noluit Iuditha, vt priuſquam euulgaretur Holofernis cædes, & animaduerterent Aſſyrij, ſui Principis caput è Bethuliæ mœnibus pendere; Bethulienſes conſerant manus cum Aſſyriis. Prudentiſſimè enim maluit, vt Hebræi perſequantur conſternatos, & fugientes Aſſyrios, quàm incognita ſui Principis nece, potentes, alacres, victores. Paruerunt ad nutum Bethulienſes, & pro votis ſucceſſit euentus.

Iudithæ prudens conſilium. — *Tirin.*

Vers. 6.

2. *Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Iſrael, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſrael, & omnis ſucceſſio generis eius vſque in hodiernum diem.* In illa eadem noctis hora, cùm vidiſſet Achior diuinam potentiam, quæ in deſperato rerum articulo, per manum imbellis feminæ fregiſſet ſuperbas & inſolentes Aſſyriorum vires, abiurata idololatrę Ammonitidis religione, credidit Deo, & collum ſubiecit Moſaïcę legi. *Et circumcidit carnem præputij ſui*, id eſt, circumcidi fecit; ipſe enim non ſe ſua manu circumcidit, vt notat Dionyſius: & aggregatus eſt, quaſi proſelytus ad Hebręorum populum; eamdemque religionem eius poſteri longa ſeculorum ſerie tenuerunt.

Circumcidit Achior Ammonita. — Dionyſ. — Iudith.

Cęterùm cùm liquidò conſtet ex cap. 5. huius hiſtorię, Achiorem fuiſſe Ammonitam, atque adeò de poſteris Loth, qui veroſimiliter circunciſus ab Abrahamo patruo ſuo fuerat, bene addubitat Tirinus, quo pacto denuò circumciſus ſit Achior, qui iuxta Gentilium ſuorum ritum, circumciſus fuerat? Docet enim Origenes in ad Romanos 2. & S. Cyrillus lib. 9. contra Iulianum, & Euſebius lib. 9. de Prępar. Euang. cap. 4. pleraſque Oriẽtalium nationes circumcidi ſolitas, puta Phœnices, Arabes, (in Arabia autem habitabant Ammonitæ:) Ægyptios, Æthiopes, Chaldęos, Saracenos. Verùm ceremoniam circumciſionis apud Ammonitas, & reliquos, pręter Hebręos, non vt pręceptam, ſed vt piam conſuetudinem, nec populariter receptam, viguiſſe, tradit Philo lib. de circum. & Ioſephus lib. 13. Antiq. c. 10. & Herodotus in Clio. de quo legi poteſt Suarez 3. p. q. 70. diſput. 29. ſect. 1. Itaque veriſimile eſt Ammonitas ſucceſſu temporis, ſicut à religione veri Dei, ſic & ab hac pia, ſed dura & cruenta conſuetudine deſciuiſſe. Vnde Achior Ammonita rectè potuit nunc primò circumcidi.

Tirinus. — Origenes. Cyrill. Euſeb. — Philo. Ioſephus. Herodotus. Suarez.

Alia ſupereſt quæſtiuncula, ſcilicet quo iure Achior aggregetur populo Iſraëlitico, & iure ciuium donari potuit? Nam Deuter. 23. v. 3. præcipitur, *Ammonites, & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt Eccleſiam Domini in æternum.* Super hâc re multa docent interpretes ad eum locum Deuteronomij, apud quos indubium eſt Ammonitas, & Moabitas, &c. non arceri à Iudaïſmo, fide, ſalute, & templo: hoc enim alienum videtur à Dei bonitate: poterant ergo fieri proſelyti, & admitti ad Phaſe, aliáque ſacra Iudæorum. Ita Abulenſis inibi, & vulgò commentatores. Arcentur itaque tantùm à ſocietate politica Iudæorum, vt non habeantur ciues, neque habeant ius ciuium apud Iudæos. Scilicet ducere non poterant Iſraëlitidem feminam, nec magiſtratum gerere, &c. Verùm ex iuſta cauſa diſpenſatum fuiſſe cum Achiore Ammonita, docet S. Thomas 1. 2. q. 105. art. 3. Carthuſianus, Serarius, Salianus, Tirinus. Et ratio eſt quia Achior vir erat in primis illuſtris, & Ammonitarum omnium dux; eráque admodum benemeritus de gente, & religione Iſraëlitica; quippe qui Deum Hebræorum magnificis verbis audacter prædicauit coram Holoferne, cuius eximiæ confeſſionis cauſâ, conſtanti animo multa perpeſſus fuit ab Aſſyriis; & nunc plenâ fide expetebat aggregari Hebræorum populo: ergo Achior priuilegio virtutis & teſtimonij publicè pro vero Deo editi, iure admiſſus eſt in Rempublicam Iudæorum; nec ſolùm vt ciuitatis iure, ſed omni etiam ciuium priuilegio, & honore frui poſſet: imò & eius poſteri in multas ætates, & generatio

3. — Deuter. *Quo iure Achior ſit aggregatus populo Hebræorum.* — Abulen. — S.Thom.

Digitized by Google

nerationes. Nam tametsi ambigi possit, an redierit in Ammonitidem, vt degeret cum vxore, & filiis, ibique obseruaret Iudaicos ritus, tamen probabilius videtur, exinceps inter Israelitas vixisse, quod textus Latinus manifestè videtur expressisse, aiens; *Appositus est ad populum Israel & omnis successio generis eius vsque in hodiernum diem.*

Mox autem vt ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis; accepitque vnusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu, & vlulatu.

Vers. 8. *Quod videntes exploratores ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt.*

Bethuliensis populus Holofernis cæde alacer auidè præstolabatur auroræ lucem, vt inuaderet hostes: atque adeò omnes se præmaturè obarmant, adornántque acies strenuè. Et iuxta Iudithæ præscriptum, vbi primum dies illuxit, Holofernis caput conto præfixum suspendunt è Bethuliæ mœnibus, eâ parte, quâ prospectari posset ab Assyriæ castris. Tunc Bethulienses obarmati, ex vrbe egressi sese latè effundunt ad prælium, cum grandi strepitu, & clamoso vlulatu. Personat clamoribus vallis, & obiectus montium respondent geminatâ Echo, reboat armorum fragor, & exigua Bethuliensium manus similat strepitum numerosæ phalangis. Et, vt præsaga Iudithę prudentia prius coniectarat, Assyriorum exploratores celeri cursu contolant ad principis Holofernis taberna culum.

§. II.

Lux flos est, virtutis fructum spondens: sigillum est se rebus imprimens: interpres verbi est, illud dilucidè commentans: in numero facta non est, ne numerum conflet cum cæteris creaturis.

5. PRimus lucis encomiastes Deus est; nam vix formata Dei verbo effulsit, cùm lucis elogia deprædicat. Geneseos 1. vers. 4. *Et vidit Deus lucem quod esset bona.* Super quibus verbis ita fatur S. Basilius: *Quas laudes nos dixerimus ipsâ luce dignas, quæ testem suæ pulchritudinis ipsum iam suum habuit creatorem? Nam apud nos oratio cedit oculis, iudicióque ipsorum, quippe cùm tantum de ipsa dicere nequeat, quantum aspectus antecedens testatur.* Imò si diligenter attendas ad hoc encomium, non tam dicitur Deum commendasse lucis bonitatem, quàm lucis bonitatem vidisse, quasi ipsa lux sit sui laus, & elogium sui. Eleganter Ambrosius ita scribit: *Vidit Deus lucem, quòd esset bona. Bonorum,* inquit, *operum proprium est, vt externo commendatore non egeant, sed gratiam suam cùm videntur, ipsa testentur. Plus est quod probatur aspectu, quam quod sermone laudatur. Suo enim vtitur testimonio, non alieno suffragio.* Nempe tanta est lucis excellentia, vt commendatore non indigeat, sed ipsa sit sui panegyris, totque laudatores habeat, quot beat aspectus: ipsam enim vidisse laudasse est. Ergo laudes, quas lux oculis mentis ingerit, publicet lingua, quæ interpres mentis est.

Genes.

Basil. *Lux ipsa est sui laus.*

Ambros.

6. Et quidem lux purissima, & defæcatior qualitas est, secreta ab omni terrena impuritate, neque tantùm à tenebris præmaturè segregata, sed etiam à quauis mundana creatura valdè distans, ne denestetur ab aliqua creaturarum non bonâ societate. Porrò cùm summus rerum opifex Deus omnia in numero, pondere, & mensura creasse dicatur, singulariter de luce, ait Ambrosius: *Lucis natura huiusmodi est, vt non in numero, non in mensura, non in pondere, vt alia; sed omnis eius in aspectu gratia est.* Quid est lucem non esse creatam in numero? Quorsùm à reliquis numeris segregatur lux? cur non computatur cum aliis terrenis creaturis? cur sordidaretur lux, si cum reliquis conflaret numerum? S. Eucherius nomine lucis interpretans Angelicos spiritus, candore puritatis præclaros, sic fatur: *In hac luce historialiter recapitulatur creatio Angelorum, qui recapitulatione æternæ lucis, lux & dies nuncupati sunt. Quorum vnitas vt ostenderetur, in sequentibus non est dictum, dies primus, sed dies vnus.* Scilicet subtilior quæstiuncula est inter expositores Hexameron, quam ob causam omnium primus dies non dicatur primus, sed vnus. *Factum est vespere, & mane, dies vnus,* scribitur Geneseos 1. v. 5. Quæ est tanta primi diei ambitio, vt per summum fastum vel nomen primi fastidiat, & præsumat nuncupari vnus, non primus? Nimirum primus dies constat vel ex propria luce, vel ex metaphorica. At tanta est lucis puritas, vt renuit numerum conflare cum diebus cæterarum rerum, etsi in primo, & principe loco collocetur. Inde dixit Ambrosius lucem fieri absque numero: nam vt *lucis vnitas,* & puritas *ostendatur, in sequentibus non est dictum,* dies *primus, sed dies vnus.* Sic enim ambit lux disiunctionem, & segregationem à rebus aliis terrenis, vt refutet vel nomen primi, ne ordinem, habitudinem, & concatenationem habeat ad reliquas creaturas, quarum creationi cæteri dies destinantur. Bellè igitur dies lucis, non primus, sed vnus dies nominatur; quia vnitas disiunctionem, & diuortium importat à quouis alio. Hic fastus lucis est.

Ambros. *Lux non conflat numerum cum cæteris creaturis.*

Gen.

Quin & reliquæ creaturæ mundiales munditiem, & venustatem fœnerantur à luce, sine qua stupent, sordent, squalent; quasi lux sit rerum elegantia, & nitor. *Pectines Solis* dixit Septimius. Porrò pecten comam emaculat, comit, & venustat, & inter primas comptæ Veneris supellectiles, pecten recensetur. Et quoniam Sol quasi pectinatim radios suos emittit ad aëra, aquam, & terram: atque hæc elementa, & eorum partus emundat, expolit, venustat; ideò radij solares dicuntur *pectines Solis.* Et inde sumptâ metaphorâ Hispanè dicimus: *Raçon peinada, palabras peinadas,* &c. Nimirum impensiùs compta, & expolita verba: Sic lux pecten Solis appellatur, quia Sol lucidis fulgoribus omnia pectinat, perpolit & venustat, quasi pulchritudo rerum à luce sit, & luce constet. Hinc aduertit S. Ambrosius, Deum non tantùm laudasse lucem, sed cùm cæteras creaturas laudauit, à lucis commendatione laudasse: sic fatur Ambrosius: *Neque immeritò lux tantum sibi prædicatorem potuit inuenire, à quo iure prima laudatur, quoniam ipsa fecit, vt etiam cætera mundi membra digna sint laudibus,* ac si creaturæ reliquæ meritum laudis mutuentur à luce; sine qua squalidæ sorderent, etiam quæ pulchriores apparent. Quod aduertit Tertullianus sic aiens: *Cæli ambitus nunc sub dio splendidus, nunc nubilo sordidus.* Nempe cælum ipsum, quod agnata venustate ambit excellere supra omnem corpoream pulchritudinem, si à nubilo obscuretur, aut destituatur luce, obscuræ noctis, aut nubis oppanso velo, sordet squalidum: & si mox redaccendantur faculæ lucis, statim splendidè micat, & gloriosè fulget: quasi ipsum cælum totam gloriæ venusta- 7.

Septim. aduersùs Valentinianos. cap 3. *Lux dicitur pectines Solis.*

Ambros. *Sine luce sordet cælum.*

Tertull. l. de Pallio c. 1.

Digitized by Google

tem fœneretur à lucis gratia: sic cælum in nubilo sordens, sub dio spendet.

8. Neque lux sola gratiæ suæ venustate contenta est, sed etiam Mundi vtilitati sollicitè studet: nam bonorum operum apprimè fœcunda est. Matth. 5. vers. 16. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.* Lucem enim exigit Christus, non sterilem operum, sed virtutis fœcundam, & quæ præclara opera feliciter parturiat. *Tenebit cælum stellas sicut vitis folia*, ait Chrysostomus, sed luculentiùs lux flos dicitur: hac pulchra appellatione nuncupatur à Tertulliano: *Qui florem huius lucis, inquit, super iustos, & iniustos æqualiter spargit.* Et in Apolog. 11. *Lumina floruisse*, ait Lucretius lib. 4. *Florentia lumina flammis.* Statius in Thebai. *Arcano florentes lumine:* S. Chrysostomus: *Astrorum varij flores.* Scilicet lux bellè, & verè dicitur flos: florent enim luminosa corpora tot flores spargentia, quot fulgores emittunt. Verùm omnis florum gratia non est oculorum tenus: flos enim spes est fructus: à flore enim, & in flore gemmat fructuum vtilitas, & ex flore coagmentatur, & erumpit pomum conditum ad saporis gratiam. Ergo lux, quæ pulchritudine flos est, sit etiam vtilitate flos, qui parturiat proficuos fructus, benè conditos ad saporem virtutis. *Flores mei fructus honoris & honestatis*, Ecclesiastici 24. vers. 23. Neque enim satis est pulchritudinis honorem habere, nisi etiam erect fructus virtutis, & honestatis, quos condiat in gratiam saporis. Opportunè Ambrosius: *Non splendore tantummodò, sed in omni vtilitate gratia lucis probatur.* Pulchrescat Doctor, scientiæ luce floreat, sed non sterilescat, neque neget virtutum prouentum: nam fructus in flore residet, flos spes fructuum est. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.* Qui videt flores lucis, miretur fructus è florida luce erumpentes.

Matth.
Lux flos est & inde spes fructuum.
Chrysost. tom. 5 hom. ad Neophy.
Tertull. l. de Patientia, cap. 2.
Lucret.
Statius.
Chrysost. hom. 10. ad pop. Antioc.
Eccli.
Ambros.

9. Cæterùm tenebræ perpetuò patrocinantur delictis: nam qui in abscondito peccat, quasi impunè delinquit, ac si apud homines homo non tam sit reus delicti, quàm publicationis ipsius delicti. Et sanè secretum, & tenebrarum latebras suffragari delictis, ab experientia notum est. Septimius in Apolog. cap. 7. *Dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidij, & de pabulo inde, & post conuiuium incesto: quod euersores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum, & libidinum impiarum inuerecundia procurent.* Vvorenius non legit iuxta Rhenanum, & Pamelium *lenones tenebrarum*: Sed emphaticè scribit, *lenones tenebras.* Quia tenebrarum absconsum latibulum procurat inuerecundiam, & patrocinatur impudentiæ, & lenonis officia obit. Nam sicut lenonis munus est blanditiis, adulationibus, & vanis spebus venustas puellas pellicere ad stupri impudicitiam: sic tenebrę lenocinio secreti, alliciunt homines ad impudentiam delinquendi. *Vnde qui malè agit, odit lucem*, Ioannis 3. ver. 20. & amat lenocinantes tenebras, tenebrarum lenocinia officia expertus, *Et non venit ad lucẽ, vt non arguantur opera eius.* Nam lux sapiens argumentatrix est malitiam euidenter detegens, vnde sapienter damnat malum vitij, & solerter hortatur bonum virtutis. Sententiosè ad rem (etsi alia agẽs,) ait Tertullianus: *De luminis consilio.* Scilicet lux consiliosa prudentia fulget, eiúsque sententia, ac si à consulto Senatu prodiret, suspicienda est: qui enim lenocinio tenebrarum credit, hallucinatur, cæcutit, errat; qui verò paret *luminis consilio*, & argumentatrici lucis sapientiæ obtemperat, feliciter

Tenebræ lenones sunt ad delinquendum.
Septim.
Vvoren. Rhenan. Pamel.
Ioann.
Lucis consilium, vel concilium.
Tertull. l. de Pallio, c. 1.

incedit, & nullo impingendi metu graditur per salebrosos virtutis calles. Si fortè iuuat lege cum aliis apud Cerdam *De luminis consilio*, ac si sententia, seu consilium lucis decretum foret alicuius Concilij. Sic suspicienda, sic sequenda consilia lucis sunt! *Sicut in die honestè ambulemus*, monet Apostolus ad Romanos cap. 13. vers. 13. Quis enim nisi effronti impudentia temerarius in media luce delinquat? Lenones tenebræ peccandi inuerecundiam solicitè procurant; benè consiliosa lux peccata perpetuò vetat.

Cerda.
Ad Rom.

S. Thomas ita scribit: *Moyses postquam dixerat, In principio fecit Deus cælum & terram, subdit, Dixit Deus, fiat lux ad manifestationem diuini Verbi.* Nempe lux creata manifestat Verbum diuinum, quod lux increata est. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioannis 1. vers. 9. Quid magnificentius, quàm creatam hanc, materiatam lucem ad viuum exprimere, & dilectè manifestare archetypon Verbi luminis? Philo Iudæus, agens de lucis temporaria formatione, sic dilucide fatur: *Cæterum inuisibile illud, & intelligibile diuinum Verbum, & Dei Verbum, imaginem dicit Dei; & huius imaginem lucem illam intelligibilem, quæ facta est imago diuini Verbi, sua generationis interpretis.* Nimirum Verbum diuinum imago est Patris Dei, (etsi discrimen personarum ignorabat Philo Iudęus:) at lux hæc intelligibilis, seu visibilis, imago est Verbi diuini. Addit verba, vt emphasis plena, ita satis impedita ad intelligendum. Nempe aut diuinum Verbum esse interpretem lucis creatæ, aut lucem creatam esse interpretem generationis Verbi. Quid illustrius dici, aut cogitari potest de luce? grande, inquam, lucis elogium est, Verbum diuinum esse interpretem lucis, illius arcanam perfectionem declarans hominibus: aut ipsammet lucem esse commentarium, seu interpretem æternæ Verbi generationis. Nam cùm Verbum diuinum in splendoribus Sanctorum genitum sit, numen de numine, & lumen de lumine: quod commentum inueniri potuit aptius ad explicandum æternum lumen, quam perspicua lucis interpretatio: cùm enim creata lux imago sit prototypi luminis, lucidus illius interpres erit, manifestans Verbi diuini perfectiones per imitationem impressas lumini. O magnum lucis encomium! Vnde ait S. Dionysius: *Clara, expressáque Diuinitatis imago est magnus hic Sol, totus lucens, ac semper splendidus.* 10.

S. Thom. 1. p. q. 32. art. 1. ad 1.
Ioan.
Lux est interpres diuini Verbi.
Philo. l. de Mund. opif.
Dionys. c. 4. de Diuinis Nominibus

Idem S. Dionysius ita scribit: *Sol colligit, conuertitque ad se omnia, quæ videntur, quæ moriuntur, quæ illustrantur, quæ calescunt, & vno nomine ea, quæ ab eius splendore continentur: Itaque ἥλιος, id est, Sol dicitur, quòd omnia congreget, colligátque dispersa, eáque omnia eum expetunt, quæ sensu percipiuntur, aut quod cernere cupiant, aut sentire, illustrari, calescere, omninoque contineri à lumine.* Itaque Sol cùm parens sit, & auctor sublunarium omnium, omnia in eius lumine continentur eminentiali quadam virtute causarum adiutrice: aut quia venustissima, & valde proficua sit natura Solis omnes creaturę Solem expetunt: *Sol enim colligit, conuertitque ad se omnia, quæ videntur.* Hinc interpretari licet perdifficilem illam Solis definitionem, quam ex Stoicorum schola adducit Clemens Alexandrinus aiens, *Dicunt Stoici, Solem esse intelligens vinculum.* Quomodo Sol potest esse intelligens vinculum, qui neque intelligens est, nec vinculum est? Proculdubio Sol, radiorum efficacia præstrinxisse videtur horum sapientum oculos, cùm sic allucinantur 11.

Dionys. suprà.
Sol intelligens vinculum dicitur
Clem. Alex. l. 8. Strom.
12.

nantur circa Solis naturam. Forassis Sol *intelligens* dicitur, quia putabatur mente prædutus: *Vinculum* autem, quia iuxta Dionysium, cùm Sol omnium sublunarium sit pater, & auctor, omnem perfectionem eminentiali quadam potentiâ quodammodo continet: vnde in Sole sublunarium omnium attributa quasi quodam perfectionis vinculo colligantur. Vel dicetur *Vinculum* ex doctrina ipsius Dionysij, quoniam *Sol colligit, conuertitque ad se omnia, quæ videntur*. Nam sicut Heliotropium natiuâ vi perpetuò Solem spectat: sic Sol sublunares omnes creaturas, arcanâ quâdam vi, magneti haud absimili, colligit, & ad se conuertit omnes creaturas, vinculo admirationis, & beneficentiæ collectas. Nisi quis malit ideò Solem dici *vinculum*, quia se sibi copulat, & coünit, nempe suæ morti in occasu vnit vitam de Orientis vtero renascens. Ait enim Zeno Veronensis: *Sol semper intrepidus ad sepulcrum noctis cognata contendit, sciens in ipse se habere quod viuit*. Vnde Hæres sui dicitur à Septimio. Forsitan has ob causas Sol definitur, *intelligens vinculum*: Alius alia excogitet; verba quippe sunt conceptuum fœcunda, & quæ torqueant ingenium disertissimi cuiusque.

Zeno ser. de Resurrect. Septim. l. de Resurrect. Carn. c. 12.

13. Præterea inter lucis encomia omittendum non est, lucem habere sigillarem quamdam virtutem, & se cunctis rebus quasi imprimere, vel se exprimere in rebus quas illustrat. (hoc lucis attributum æmulari debet quisquis lucis munera obit, & à Christo audit: *Vos estis lux mundi*. Matth. 5. v. 14.) Quod notauit Origen. in cornuta ob splendorem facie Moysis, Exodi. 34. v. 29. per impressam irradiationem à contortio Domini. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*: Psalm. 4. v. 7. Nempe lumen Dominici vultus nobis impressum dicitur, & in nobis expressum: sicut sigillum sui formam imprimit, & exprimit in cera, aut quauis alia materia apta ad expressionem. Nam sicut sigillum ceræ impressum exprimit sigilli formam, & impressam imaginem: sic lux impressa homini, lucem, lucisque pulchra attributa, & gloriosa stemmata debet exprimere, vt lucida imago perfectè imitetur lucem sigillaris prototypi. Hinc lux Tertulliano, qui sic fatur: *Eodem momento* (quando Christus patiebatur in cruce,) *dies medium orbem signante Sole, subducta est*. Appositè ad rem dixit solem signasse orbem sigillariis fulgorum radiis, affectat enim Sol soles exprimere, & speciem suam quasi impressam sigilli typo in rebus sculpere. Ergo qui ambit in Ecclesiâ splendere velut Sol, piè quoque ambiat soles facere, vt omnes niteant splendidis radiorum fulgoribus. Sol enim suæ lucis radiis *orbem signat*. Signet etiam, qui *Dominante luce* (Vt ait S. Hilarius,) nitet in Ecclesia Christi, qui lux vera est.

Matth. Origen.

Psalm.

Lux quasi sigillum se rebus imprimit.

Tertull. Apolog. c. 21.

Hilar. in c. 5. Matth.

14. Denique illud singulare cælestis lucis elogium est, quòd cùm gloriosè splendeat, & tanta fulgorum ambitione præniteat, non solas ambit sublimitates, sed etiam ad inferiora quæque, & humilia, & abiecta sese demittit: Nec fastigia solùm irradiat, sed depressa, & inuisa. Quod notauit S. Dionysius: *Sol*, inquit, *omnibus qui eius lucem capere possunt collucet, habetque lumen per omnia diffusum, sursùm, & deorsùm*. Neque enim tantummodò ad summa fastigia submittit radios, sed etiam ad ima, & depressiora deorsum mittit. Quod in terrena luce non sic contingit. Iob. cap. 29. vers. 24. *Et lux vultus mei non cadebat in terram*: humana enim lux non patitur in terram cadere, semper ad sublimitates anhelat, culmina ambit: secus lux cælestis, quæ naturaliter deorsum mittit radiorum fulgores. Eleganter S. Chrysostomus, qui cùm seriò opinetur cum Stoicis astra esse igneæ naturæ, sic inquit: *Ignis natura alta petit, & si infinita cogant, ad inferiora ferri non tolerares. In sole verò totum Deus contrarium fecit, ipsius radios ad terram conuertit, & lucem fecit inferius vrgere. Et lucerna quidem flamma hoc ferre non potest: sidus verò tam magnum ad inferiora vergit*. Quod naturale miraculum est nobilioris lucis; ne dedignetur terrena lux, quod cælestis affectat. Præclarè Pacatus in panegyrico ad Theodosium Imperatorem, *In ipsis statim Imperij auspiciis priuatorum domos adibat, & vrbis angulos, qui nunquam Imperatorium Solem vidissent, pro lumine complebat*. Et hic veri. i. sub Imperiali luce & Sole victoriam auspicantur Bethulienses. Qui in caligine noctis, timent, sub præsidio lucis generosè audent.

Dionys. c. 4. de Diu. Nom.

Iob. *Lux cælestis ad inferiora vergit.*

Chrysost. tom. 5 homil ad Neophyt. & hom. 9. ad pop. Antioc.

Pacatus.

§. III.

Magnanimus Princeps erga eos debet esse munificentior, & gratior, qui fideliùs & fortiùs aduersus ipsum depugnarunt.

15. CÆsar vel hoc nomine maximè Augustus, cuilam magno duci Antonianas partes obstinatè secuto generosè dedit vitam, (*si dat qui nõ aufert*.) Furnius eius filius qui vitam, & veniam impetrarat, sic Cæsarem supplex alloquitur: *Hanc vnam, Cæsar, habeo iniuriam tuam: effecisti vt viuerem, & morerer ingratus*. Ita scribit Seneca. Imò statim gratus est, qui ita se onerat, ita beneficium amplificat, vt planè fateatur se quantumuis adnitatur, imparem esse reddendæ gratiæ pro tanto beneficio. Profectò hac velut necessaria ingratitudine dilucidè ostendit Furnius, quàm valenter eius pater sectatus fuerit Antonianas partes aduersùs Cæsarem, & quàm magnanimum se Cæsar probauerit, fouẽdo acerrimum olim aduersarium sui. Et sanè hæc summa Principis laus est, non fauere sordidi ingenij hominibus, & natura, vt aiunt, seruis, à quibus nihil timetur, sed à quibus neque aliquid magnum sperari potest. Scilicet non est generosum Principis ingenium, quod ciues seruili natura pusillanimes promouet: & magnanimos viros deprimit. Eleganter Panegyrista Plinius sic blanditur Traiano: *Et priores quidem principes, excepto vno, aut altero, (& nimis dixi,) vitiis potiùs ciuium, quàm virtutibus latabantur: primùm quòd in alio sua quemque natura delectat: deinde quod patientiores seruitutis arbitratur, quos non deceret esse nisi seruos. Horum in sinum omnia congerebant: bonos autem otio, aut situ abstrusos, & quasi sepultos, non nisi delationibus, & periculis in lucem ac diem proferebant*. Aduerte ad ea quæ subiicit, in quibus rem, quam intendo expressit Consul: *Tu amicos ex optimis legis. Et herclè æquum est eos esse charissimos bono Principi, qui inuisi malo fuerint. Scis vt sint diuersa natura, dominatio, & Principatus: ita non aliis esse Principem gratiorem, quàm qui maximè dominum grauentur*. Nempe magno animo viri, & ad magna nati, qui à domina natura illis insita, Dominum maximè aspernantur, acri iudicio & dominante magnanimitate præditi, hi inquam, non opprimuntur à præclaro Principe, sed promouentur: nam Princeps qui iura seruat, & magna intentat, respuit sordido ingenio homines, & magnanimos 16.

Sen. l. 2. de Benef. c. 25.

Viri acri ingenio promouentur à bonis Principe.

Plin.

legit.

Digitized by Google

legit, licet quondam sibi,& suis aduersarios: ab iis enim quos acres, bellicosos, & fideles Aduersario suo expertus est contra se, bene sperat, beneficiis, & honoribus auctos, fore similiter fideles sibi, & magnanimos ad ardua pro se animosè intentanda, & perficienda. Nam beneficentia quâ illos beneficiis demeruit, timorem auertit; magna & acris eorum natura securum reddit Principem magna quæque perficiendi. Quod perspicuè laudat in suo

Ennod. Theodorico S. Felix Ennodius: *Nec viri*, inquit, *fortis in te deest securitas, nec cautela metuentis. O geminam in vno Principe virtutum plenitudinem! quæ Dominum resignat auctorem, quia non habet inter homines à quo videatur accepisse quod habet.* Id est, inter homines rarus est, aut penè nullus, qui hac principali virtute emineat, & quem æmulatetur Theodoricus. Verùm habuit quidem, etsi perpaucos, quos iam subiicio: qui magnanimos aduersùs se hostes, beneficiis, & honoribus promouerunt, consimilem virtutem & fidelitatem erga se generosè sperantes.

71. Achior pugnacissimæ Ammonitidis Princeps,

Promouendus, qui fideliter iuuit inimicum.

domi, militiæque inclytus, tandem re desperata cessit Assyriæ potentiæ, & in Holofernis potestatem venit. Qui aduertēs ad Achioris acre ingeniū, & ad rem belli strenuum & magnanimum, non modò eius pugnacem audaciam non mulctauit morte, sed vita donauit, honoribus auxit, & ducem omnium Ammonitarum constituit, generosè sibi promittens, se strenuè ab strenuo hoste iuuandum

Iudith. in Orbis, quam intentabat expeditione, vt dicitur in hoc Iudithæ lib. cap. 5. v. 5. Quis non miretur celsitudinem animi Holofernis, qui nuper acerrimum contra se Ducem, auxiliarem nunc accipit, & ducatu suorum donat? Profectò generosus Princeps pusillanimes, & dedititios respuit, & profligat, magno animo viros honoribus sublimat, auxiliares adlegit, etsi nuper hostilem animum aduersus se gesserint. Neque enim in Holoferne viri fortis deest securitas, nec palam cautelam adhibet metuentis: prudenterque sperat fore erga se fidelem & fortem, qui fidelis & fortis aduersùs se fuerat. Opportunissimè Cassiodorus refert Theodoricum

Cassiod. l. 1. Variar. epist. 16. Regem summis Reipublicæ honoribus, sublimasse Venantium, dudum aduersùs se pugnacissimum hostem: *Vnde*, inquit, *sic factum est, vt ei libenter daremus præmium, quia nostrum fideliter iuuit inimicum qui casu patrocinante contrario, tanto nobis reddebatur acceptus, quanto tunc cognosci poterat indeuotus.* Nolo rudi expensione deuenustare pulcherrima Cassiodori disertissimi verba.

18. Moyses ab adoptione Ægypti princeps, ob reatum interfecti hominis Ægyptij erat profugus, deuitans Pharaonis iras; & tandem moratur in terra Madian, (quæ *Contradictio* interpretatur, vt notat

Anselm. Laud. ibi Anselmus Laudun.) Ibique Sacerdos Madian statim dedit illi filiam Sephoram in coniugem. Notant ibi commentatores, quod *Sacerdos hic accipitur pro Maiore, vel Magnate, sicut dicitur* 2.

Lyra. 2. Reg. Ioseph. Reg. 8. *Filij Dauid sacerdotes erant*. verba sunt Lyrani cui fauet Iosephus lib. 2. Antiq. Iudaic. cap. 11. Hinc exoritur pulchra quæstio: quare ignoto & pauperi, & profugo Moysi Raguel vel Madianitidis Rex, vel saltem vnus ex Magnatibus, & primæ

Iethro dat filiam strenuo hosti.

nobilitatis viris, filiam suam tradidit in matrimonium? Forte exosam habebat filiam, quam tradidit ignoto? Quid? regales nuptias obtulit Moysi pro-

19. fugo, & quantùm apparebat, vili & sordido? Fateor, Sephora Æthiopissa dicitur: at non erat venustior color in feminis regionis illius: & quidem ex Regum, aut Optimatū stirpe erat prognata. Malè filiam suam collocauit Raguel, vel Iethro, alibi à prudentia laudatissimus. Eruditè ad rem præsentem sic scribit Lyranus: *Notandum quod Iosephus* Lyra.

dicit, quod Moyses duxit exercitum Ægypti contra Ioseph.

Æthiopes. Iosephus latè refert bellum, quod strenuè ac feliciter gessit Moyses contra Æthiopas lib. 2. Antiq. Iudaic. cap. 10. *Opinor*, inquit, *Æthiopes inuasit Moyses, commissòque prælio fusos, ac fugatos, & spe occupandæ Ægypti frustratos, retro in suam regionem compulit. Neque hoc contentus, oppida illorum euertebat, & vbique magnas cædes hostium patrabat*, &c. Nempe Æthiopum procerum primus Moysi exuli, profugo, pauperi vltrò offerre exambit filiam suam in felix cōnubium, Moysi inquam, qui nuper Princeps fuit exercitus Ægyptiorum, qui ipsos Æthiopes repressit, qui ipsorum oppida euertebat, & magnas vbique eorum faciebat strages. *Vnde sic factum est, vt ei libenter daremus præmium*, (aiunt, non iam Theodoricus, sed Æthiopiæ proceres,) *quia nostrum fideliter iuuit inimicum.* Neque enim magnanimus Æthiopum Princeps sordida, & meticulosa ingenia æstimat, & sibi adsociat, sed magno animo viros; etsi casu patrocinante aliquandò aduersarios: melioráque sperat de strenuo viro quondam aduersario, quàm de ingenio seruili, pusillanimi, & à quo nihil timere potest. Præstat alicuius metus cautela, quam familiares & socios habere homines pusillo & seruili ingenio, à quibus nihil magnum sibi spondeat. Seruilis naturæ homines pacati sunt, nec aspirant ad ingenuā libertatem; & ingenuæ conditionis viri rebellabunt in Principem stipatum pusillanimi familiarium amicitia, satellitio, consilio; saltem spernent, & nihili facient. Sanè ciuilior politia pluris æstimat magna sperare, quàm exigua timere, illud laus est magnanimitatis, istud pusillanimitatis elogium.

Quam vtile est ad vsum secundorum per aduersa 20.

venisse! inquit Traiano Plinius. *Virtus enim it per* Plin.

obstantia, aiebat Seneca alibi laudatus. Senec. Magna enim virtus vel aduersam fortunam vincit, & tolerantis patientiæ arte hostes vertit in socios: *& vnde vix solet reportari patientia silentium, voces tibi militauerunt laudantium*, ait Cassiodorus lib. 1. Variar. Epist. 5. Superbus ille Indorum Rex, Porus inquam, corporis proceritate, militum multitudine, & bellandi peritia formidabilis, validè restitit Alexandro, & fermè stitit eius fortunam pertinacia repugnandi. Cuius strenuè barbaram animositatem egregiè narrat Curtius ad finem libri 8. Sed tandem aduerso Marte decertans, victus cecidit acerrimus belligerator. Malo rem comptis Curtij ver- Curtius.

bis exponere. Ergo, inquit, telis vndique obruitur, *Porus promouetur qui fuit strenuus hostis.*

confossóque eo, in vehiculum Porus imponitur: quem Alexander vt vidit alleuantem oculos, non odio, sed miseratione commotus: Quæ, malum, inquit amentia te coëgit, rerum mearum cognitâ famâ, belli fortunam experiri? At ille. Quoniam, inquit percontaris, respondebo ea libertate, quam interrogando fecisti. Neminem me fortiorem esse censebam: meas enim noueram vires, nondum expertus tuas; fortiorem esse te belli docuit euentus; sed nec sic quidem parum felix sum, secundus tibi. Rursus interrogatus quid ipse victorem statuere debere censeret. Quod hic, inquit, dies tibi suadet, quo expertus es quam caduca felicitas esset. Plus monendo profecit, quàm si precatus esset: quippe magnitudinem animi eius interritam, ac ne fortuna quidem infractam, non misericordia modò, sed etiam honore excipere dignatus est. Ægrum curauit,

Digitized by Google

uit, haud ſecus quàm ſi pro ipſo pugnaſſet. Confirmatum contra ſpem omnium in amicorum numerum recipit. Mox donauit ampliori regno, quàm tenuit. Simplicem famam æſtimabat in hoſte, quàm in ciue. Hæc ille, planè eleganter; & ad rem præſentem opportunè. Audis barbarum & pugnacem hoſtem, etiam poſtquam cecidit, inuicto animo conſtantem, inuictum, flectineſcium, ab Alexandro auctum honoribus, amicitiâ, & familiaritate Alexandri ſublimem, *& donatum ampliori regno quàm tenuit?* Sic erat magnanimus Alexander, iure ſuo Magnus! *Cui tanto Porus reddebatur acceptior, quantò tunc cognoſci poterat indomitior; nec aliis eſſet Princeps gratior quàm iis qui maximè dominum grauentur.* Poſſem plura exempla ſubſcribere, quæ prudens & lubens omitto. Aliqua refert Claudius

Mamert. in 1. Panegyr. ad Maxim. Aug. Mamertinus quæ aſſentatoriè magis quàm verè præfert præſtitæ erga Porum magnanimitati, ſic aiens: *Ille quidem Magnus Alexander mihi humilis videtur, Poro Indo Regi ſua regna reddendo; cùm tam multi Reges, Imperatores, veſtri clientes ſint,* &c.

Ergo Hebræa gens, & ab Aſſyriorum dirâ obſidione humilis, & mox ab Holofernis victoriâ ſublimis, Achiorem contra Bethulienſes & armis, & conſilio terribilem, benignè excipiunt, magnificè tractant, generoſè augent honoribus, diuitiis, dignitatibus, vt ſaltuatim narratur in hoc libro Iudi-

Iudith. thæ, quod tandem hîc v. 6. ſummatim perſtringitur, de quo latè egimus in litteræ commentario.

---

§. IV.

Audacia cogitationis humanæ aſſequi non valet cogitando munificentiam, quâ diuina largitas remunerat vel exigua hominum merita.

21. MAgnum calcar ad probitatem præmia ſunt: neque quiſquam tam fatuè malus eſt, vt ſi probitati iungantur præmia, non incumbat illi: nam vltrò, & cæco quodam impetu ad præmia decurrunt homines. Hinc Deus de ſe liberalis & munificus, magna virtuti præmia ſtatuit, vt mereri non pigeat, ſi munerari delectat. Planè naturam dedidicit; qui hac piâ ambitione non extimulatur ad merendum: eſto piè ambitioſus, vt non ſis fatuè deſidioſus: impensè conſidera quàm præclara præmia expendit Deus vel exiguis meritis. Porrò leuiſſima merita remunerat Deus magnâ præmiorum mole: nam momentaneum & leue tribulationis ſeu meriti, æternum gloriæ pondus operatur in nobis, ait Apoſtolus. Nempè meritum leue dici-

Iob. tur: præmium verò, æternum pondus gloriæ. Iob. 28. verſ. 15. *Qui fecit ventis pondus*; Id eſt, exiguum meritum, & leue inſtar venti, ſeu aëris, grande gloriæ pondus operatur: remuneratur enim à Deo, ingenti gloriæ pondere quantumuis leue meritum, & præ leuitate ſimile vento, ſeu inane, & quaſi aëreum. Magnum dubium eſt apud Mat-

Vel vmbram meriti præmiat Deus in Zaram. Matth. thæi expoſitores, quare cap. 1. verſ. 3. inter filios Iudæ fiat mentio Zaræ, ait enim Euangeliſta, *Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.* Porrò Euangeliſta lineam texit genealogiæ Saluatoris, qui ex Zaram non progenitus fuit, ſed ex Phares. Cur ergo Zaram ſolus nominatus eſt, cùm tantùm nominentur ij, qui progenitores fuerunt Saluatoris? Aiunt quidam Zaram gemellum fuiſſe, & ſimul natum cum Phares, qui fuit Chriſti progenitor. Et cur non Eſaü nominatur cum Iacob? tantùm enim dicitur: *Iſaac autem genuit Iacob*, nec meminit Eſau. Euthymius autumat Phares, & Za- Euthym.

ram innuere myſterium duorum populorum Iudaici, & Gentilis, ſiue duplicem legem, Moſaïcam, & Euangelicam. Quare Iacob, & Eſau id aptius non ſignificant? & tamen nulla Eſau mentio fit. Subtilis, & ſolida eſt Maldonati ratio, & aptiſſi- Maldon.

ma ad rem præſentem. Veram, inquit, arbitror fuiſſe cauſam, quòd in partu Thamar, prior Zaram extra vterum manum porrexit, qua retracta Phares prior exiit. Contendere enim iam tum in vtero gemelli infantes videbantur, vter primogenitus, & Chriſti parens futurus eſſet, & aliquale dubium fuiſſe videbatur vter primogenitus habendus eſſet. Itaque voluit Euangeliſta honorem illis quodammodò partiri, ita Phares in Chriſti genealogia numerans, vt Zaram non penitùs excluderet; ſed ſuum ille, quod habuiſſe videatur, ius, quo vno poterat modo declarando reſeruare. Magna enim laus fuit; quin parens eſſet Chriſti, tam parum abfuiſſe. Hæc ille. Videlicet ideò Zaram præ cæteris recenſetur in Chriſti genealogia, quia aliquale etſi leue ius habuit ad Iudæ primogenituram, & ſic vt eſſet Chriſti parens, ex eo quod prior manum extra vterum emiſerit. Quod leue ius, & meriti vmbram, inpræmiatam non relinquit Deus, ſed in ſolio progenitorum Chriſti illum recenſet, vt largiſſimæ remunerationis munificentiam oſtentet, dum leuium meritorum ventis facit pondus cumulatiſſimi præmij.

Homo naturaliter bonum ſibi vtile affectat, & 22.
grandius ſemper bonum ambit; quin & ingenioſi, *Diuina præmia ſuperant audaciam cogitationis humana.*
& audaciores ſumus in bonorum deſiderio. Quis enim non appetit maximum & ſublimius bonum, quod audaciâ imaginationis ſpeculatus eſt: Vel ad impoſſibilia audet humana appetentia & ſupra captum ſuum temeraria effertur. At tanta eſt opulentia præmiorum, quibus Deus humana merita remunerat, vt eorum diuitias vix homo vel cogitando, vel deſiderando aſſequi poſſit. Fauſtus Rhe- Fauſt. Rhegienſ. in initio. ad Monachos.
gienſis ſic excitat audaciam ſpei erga diuinam remunerationem; *In ſpem, inquit, cæleſtium tanto incitemur ſtudio, tanto inardeſcamus affectu, vt cum præmiorum dignitate deſideriorum magnitudo concordet.* Id eſt, quantumvis audeat pij deſiderij fiducia, æquare non poterit deſiderando, dignitatem, & ſublimitatem præmij à Deo futuri. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus, qui diligunt illum.* 1. Corinth. 2. 1. Cor.
verſ. 4. Vincit enim hominum deſideria, largior munificentia diuinæ remunerationis.

Matthæi 20. v. 4. Cùm magnus ille paterfamilias 23.
conduxiſſet primos operarios pacta mercede de- Matth.
narij diurni, mox pomeridiano tempore, otioſos alios conduxit, aiens: *Ite & vos in vineam meam,* *Deus nomine mercedis gratiam tribuit.*
& quod iuſtum fuerit dabo vobis. Tandem dixit Dominus ſuo procuratori: *Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſque ad primos.* Omnèque acceperunt ſingulos denarios. Ecce obmurmurationis occaſio, qua inæqualitatis accuſatur paterfamilias ab iis, qui portarunt pondus di-
ei & æſtus. Benè Imperfectum: *Nota, inquit, quia* Imperfect. hom. 34. in Matth.
cum primis ſolis conuenit ſpecialiter dare denarium, iſtos autem omnes ſub incerto pacto conduxit; id eſt, quod iuſtum fuerit. Et quidem ſi merces pleni laboris vnius diei, ſtatuitur vnus denarius, non benè mercedis nomine, hi qui vna tantum hora laborarunt, accipiunt etiam alterum denarium. Porrò

ſi

Digitized by Google

ſi labor vnius horæ mereatur vnum denarium, labor totius diei plus merebitur: ergo aut primos non æquâ mercede præmiat, aut nouiſſimos vltra laborem remuneratur. Donetur ergo his nouiſſimis denarius non mercedis loco, ſed donationis titulo. Et quidem ſi paterfamilias eos conducens, dixit, *Quod iuſtum fuerit dabo vobis*; cùm denarius largiendus eſt, ne dicat Procuratori: *Redde illis mercedem*: nam quod ob merita non debetur, mercedis nomine non benè ſoluitur. ô Dei munificentiam in munerando hominum perexigua ſeruitia! Siquidem Paterfamilias vltra merita largiſſimè donans non id tribuit donatiui nomine, ſed mercedis & præmij titulo. Sic enim à munificentia diuina exuberat præmiorum opulentia, vt donorum maxima augmenta, titulo debitæ mercedis euoluat.

Caſſiod. l. 1. variar. ep. 22. Argutè Caſſiodorus de regali Regis Theodorici munificentiâ, ſic ſcribit Eugenio: *Nec tamen benignitas noſtra vnâ remuneratione contentâ, eo ſtudio dona reparat, quaſi debeat omne, quod præſtat.* Ergo Deus qui conducens operarios, pactus eſt cum eis dicens: *Quod iuſtum fuerit dabo vobis*: etſi vltra laborem, & merita denarium donet; tamen iuſtæ mercedis titulo donatiuum largitur. Tam munificè enim Deus præmiat humana merita, vt donum, quod valde excedit laborem, ex mercedis debito tribuat, *Quaſi debeat omne quod præſtat*: quæ eſt liberalitatis exaggeratio.

24. Deus quaſi obligatur à ſuâ gratiâ. Cæterùm non tantum leue meritum meretur apud Deum ingens præmium, & vltra condignitatem: ſed ipſam gratiam, quam Deus largitur homini, reputat noſtrum meritum ad vlteriora præmia: quaſi Deus ex eo debeat, quia præſtitit nobis. Vnde gratia Dei vlterioris gratiæ meritum cenſetur.

Ioan. Ioannis 1. v. 16. *De plenitudine eius* (ſ. Chriſti,) *nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* Quid

Leont. eſt, nos accipere gratiam pro gratia? Leontius, id eſt, pro gratia, quâ, Geneſ. 2. v. 7. Deus inſpirauit in faciem primi hominis ſpiraculum vitæ, accepimus gratiam, quâ Chriſtus inſufflauit in Apoſtolos Spiritum ſanctum, infrà cap. 20. verſ. 22. Ac ſi

Ioann. Beda. Auguſt. Bernard. primum illud beneficium pignus ſit & quaſi meritum ſecundi. Melius Beda inibi ex S. Auguſtino, & S. Bernardo: *Gratiam pro gratia. Id eſt, pro gratia, in qua ex fide viuimus, recepturi ſumus aliam; quid tamen, niſi gratiam, hoc eſt, vitam æternam.* Nempe gratia, quâ homo benè viuit eſt meritum, quo homo in æternum beatè viuet: quaſi gratiæ nobis datæ debeat Deus omne quod exinceps præſtet nobis; & præfata gratia meritum ſit conſtituens Deum debitorem vlterioris gratiæ: ſic enim gratia gratiam parturit, & geminat gratiam. Quod

Caſſiod. ſupra. eleganter dixit Theodoricus apud Caſſiodorum: *Nec tamen*, inquit, *benignitas noſtra vnâ remuneratione contenta, honorem geminat, augmenta procurat. Nati ſunt faſces ex faſcibus, & naturam retinentes fœtus arborei, pullularunt iterùm decenter abſciſſi.* Nempe munus præfecturæ (cui faſces præerant,) geminat apud munificum principem aliam præfecturam, & ex faſcibus faſces naſcuntur, & vna gratia pullulat ex alia: ac ſi gratia non eſſet donum, ſed meritum. Æmulatur quippe munificus Rex Theodoricus diuinam liberalitatem; nam de plenitudine eius vult omnes accipere gratiam pro gratia; quaſi prior gratia ſit poſterioris meritum, & debitor ſit; vnde potiùs videbatur obligare; faſces enim naſcuntur ex faſcibus, & ex gratia pullulat gratia.

51. Denique tanta eſt vis propoſiti præmij, vt merendi labor participet præmij poſſeſſionem anticipata fruitione: dulceſcitque amaritudo merendi à dulci ſpe præmij poſſidendi. Vnde præcurrit præmium poſſeſſionem ſui, ebibitque labor meriti dulcedinem præmij, quod meretur. A præmio dulceſcit merendi labor. Geneſeos 29. Geneſ. v. 20. cùm ſeptem totos annos ſeruiiſſet Iacob, vt mereretur pulchræ Rachelis nuptias, callidus Laban mentitus fidem, alios ſeptem annos nihilominus ſeruire facit Iacobum, vt potiatur venuſtæ puellæ cupitis amplexibus. O diuturnam moram! ſeptem alios annos cogitur Iacobus expectare? amor impatiens eſt: quis ferat alterius ſeptennij longam diuturnitatem, vel potiùs æternitatem? Aduerte ad verba ſacri textus: *Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.* Si Iacob æſtuat ab amore Rachelis, quo pacto alij ſeptem anni videntur illi pauci dies? imò plures anni, ipſique longiſſimi videri debuiſſent, ſi verè amaſſet puellæ nuptias. Paſtoritias ærumnas ſuſtinet, vt mereatur Rachelem, & tam laborioſa, & prolixa mora videtur illi perbreuis?

Acutè dubium proponit S. Auguſt. in Quæſtioni- Auguſt.
bus ſuper Geneſim, ita addubitans: *Quod ſcriptum eſt, ſeruiuit Iacob pro Rachel annis ſeptem, & erant in conſpectu eius velut pauci dies, eo quod diligebat illam, quærendum quomodo dictum ſit, cùm eò magis etiam breue tempus, longum ſoleat eſſe amantibus.*

Huic bellæ dubitationi argutè reſpondet Lippoma- 62.
nus in catena ſuper Geneſim: *Ideò*, inquit, *ſicut* Lippom.
pauci dies videbantur, & facilis labor, pro quo tam grata cum merces maneret à Domino præparata. Scilicet labor merendi ebibit dulcedinem præmij: & dum ærumnosè merebatur, delicioſè præpropera fruitione quaſi potiebatur beata præmij ſuauitate. Elegauter S. Ambroſius agens de ſancto latrone cui patibulo in Cruce cum Chriſto, & acerbiſſimis doloribus anxio, dixit Chriſtus, Lucæ 23. v. 43. Lucæ.
Hodie mecum eris in paradiſo, ſic fatur: *Tantâ fuit* Ambroſ. in
celeritate ſaluatus, vt peccata eius gratia præuenerit de Paſſione.
antequàm pœna, & prius in malis ſuis cœpit gloriari, quàm puniri. Non enim patitur ſupplicium, dum Paradiſum promeretur. Huic enim dicitur: Hodie mecum eris in paradiſo. Nimirùm paradiſiacum præmium ſic exarmauit patiendi dolores, ſic beauit peracerba crucis tormenta, vt beatus latro dulcedinem præmij in meritorum moleſtia prælibarit: *nam in malis ſuis cœpit gloriari*; quia mala pœnæ merita erant gloriæ: & in pœnis factus eſt præmaturè beatus, prægustans beatas paradiſiaci præmij delicias, in pœnalibus meritorum ærumnis, quæ totæ imbutæ erant voluptate promeriti paradiſi. Ergo in labore merendi præſentitur felicitas præmij adipiſcendi: Ita meritum ſpe anteuertit felicitatem præmij! Vnde beatus latro *prius in malis ſuis cœpit gloriari, quàm puniri: non enim patitur ſupplicium, dum Paradiſum promeretur.* Ergo cùm Deus tam munificus meritorum remunerator ſit. Bethulienſes hîc verſ. 15. in ſacco & cinere volutantes, & in multa pietatis opera incumbentes, conſultiſſimè dicunt Deo: *Faciem Sanctorum tuorum attende,*
id eſt, ad merita, vt exponunt Lyra, Carthuſia- Lyra.
nus, & Hugo. Probè enim ab experientia Bethu- Carthuſ.
lienſes didicerant quàm ſit largus meritorum præ- Hugo.
miator Deus, vnde vel exiguis meritis, redemptionis gratiam mercari præſumunt. Hanc præmiorum
opulentiam expertus eſt Achior qui verſ. 6. pro Iudith.
leui merito munifica præmia à Deo accipit.

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Ipſa ſæuioris procellæ atrocitas nonnunquàm ducit in portum proſpero errore, & cæca felicitate.

17. PVſilli animi eſt ſpem abiicere in grauiori periculo. Ignaui eſt quiſquis deficit quantùm deficiat: calamitoſior ærumna cùm decumbit toto ſui pondere, animum degrauet, non obruat; nullum enim eſt tam deſperatum periculum, quod omnem euadendi ſpem occludat. Ergo aſſurgat animus non cadat, obluctetur fortunæ, & quà affulget ſpes, illac euadere tentet. *Magnus gubernator, & ſciſſo nauigat velo; & ſi exarmauit, tamen reliquias nauigij aptat ad curſum,* ait Seneca. Nec tantùm vni rimæ aut alteri obſiſtit, ſed quamuis pluribus locis nauigium laxari cœperit, & cedere, etſi omnis iunctura diducitur, tamen ſolerter ſentinam trahit, & ſuccurrere tentat dehiſcenti nauigio. Cedant vires, non cadat animus: nam ſæpè ſæuior tempeſtas, & deſperatior calamitas mutatur in ſecuram tranquillitatem: & à periculo grauiori, ſecuritas periculi eſt. Larges quondam imbres depluebat æther, imò vberes amnes ruebant, eructabant Oceanos terræ cauernæ: relaxato obice ſuperimundanæ aquæ toto gurgite proruebant è cælo: totus orbis Oceanus eſt in diluuio Noë. Sæuo turbine obruti perierunt mortales. At *Multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime.* Geneſ. 7. verſ. 17. Vnde ab atrociore tempeſtate *Octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam.* 1. Petr. 3. verſ. 20. Expende τὸ *per aquam.* Potiùs ſaluantur à diuinæ prouidentiæ paternâ curâ, humanæ propagationis ſollicitæ: potiùs ſaluantur bituminatæ arcæ beneficio, & artificio, ab ingenio ſummi opificis architectatæ, ad humani generis columen: potiùs ſeruantur munifica diuini numinis largitate, iuſti Noë curam gerente, & eius familiam incolumem ſeruante à communi omnium ſtrage. Et tamen ſecretioris Theologiæ apex Petrus ſapienter nos edocet, *per aquam* ſaluari. *Per aquam,* inquam, per quam cæteri immaniter periclitantur. Aquæ tempeſtas cæteros obruit, arcam in altum ſublevat, & incolumem ſeruat Noë familiam. Et quod reliquis exitio eſt, iis fermè ad incolumitatem? Tempeſtas ipſa, quæ cæteros mergit, & ſuffocat: hos tranquillat, & ſoſpitat. *Saluæ factæ ſunt per aquam.* Quod quia expreſſum à S. Petro ſufficiat vel adnotaſſe S. Auguſtinum tom. 6. lib. 12. Contra Fauſt. c. 14. qui ſic aduertit: *Noë cum ſuis per aquam, & lignum liberatur. Calamitatibus beatis*: ait S. Zeno Veron. ſerm. de Iona. Ecce Noë ipſomet periculo liberatum, & per aquam, ſeu tempeſtatem ſeruatum incolumem à tempeſtate. Sicut Achior hic, verſ. 6.

Seneca. epiſt. 30.

Ipſo periculo ſoſpitatur Noë.

Geneſ.

Petri.

Auguſt.

Zeno.

Iudith.

18. Audi conſimilem fortunam Ionæ à Zenone Veronenſi in ſerm. de Iona: Ipſius vtar verbis quàm elegantiſſimis. Ionas adæquè propheta ad Niniuitas miſſus à Deo eſt. At ille alio deflexus itinere nauem Tharſos petiturus aſcendit; cùm ſubito compugnantium ventorum flatu violento tremiſcens fremit mare: Solutiſque gurgitis prærupt orum montium canis voluminibus repugnantium litorum ſpumantia ora contundens, minatur per momenta naufragium: procellæ crebreſcentes inſaniunt: horrendum ſibilant funes: gemunt cedentibus velis antennæ, retuſa vndique iter non inuenit prora: trepidant nautæ, feſtinant incaſſum iactura vaſorum innatem leuare ponderibus, quæ prophetæ pondere premebatur. *Tum Ionas, qui eum ſolum expetebat bona illa tempeſtas, ſorte ductus, naufragus redditur; imo à ligno ad nauigium vitale transfertur: qui vt eſt dimiſſus in altum, ferinaque voraginis eſt receptus hoſpitio, vigilat in ceto, qui ſtertebat in naui. Mira res poſt naufragium, poſt natatile ſepulchrum, incolumis tertio poſt die Niniuitas illuſtrat.* Profectò bona tempeſtas, quæ Ionam naufragum ſoſpitauit! Quid ſæuius, quid horribilius quàm ferinæ belluæ diductus ad vorandum rictus? At Ionas qui in carioſa, & putri & emortua vehebatur naui; *in vitale nauigium transfertur.* Et in ventre Ceti vehitur ſecurus, qui in naui periclitabatur anxius: *natatile ſepulchrum* mutatur in vitę incolumitatem. Et ipſiuſmet periculi ope tutus, euadit periculum, & qui in natatili ſepulchro tumulatus iacebat, lætiori vita fruens & incolumis exurgens Niniuitas illuſtrat. Sapienter inquit Tertullianus: *Nonnunquam & in procella confuſis veſtigiis cæli, & freti, aliquis portus offenditur proſpero errore: nonnunquam & in tenebris aditus quidam, & exitus deprehenduntur cæca felicitate.* Vectores errabundi procellę vi aliquando aguntur ad inopinatum, ſed optatum portum proſpero errore: & in media caligine lux aliquando oboritur cęca felicitate. Verùm prętereundum non eſt illud: *In procella confuſis veſtigiis cæli.* Quaſi dicat Tertullianus, homines immani tempeſtate, & dura calamitate exagitatos, cùm neque per terram, neque per tumentes maris vndas iter facere conceditur, veſtigia cęlo imprimere: *Confuſis veſtigiis, cæli,* & per cęlos viam facere eos, quibus incedere non datur per terram, neque per aquam. Profectò læta eſt tempeſtatis ſecuritas! quid enim ſecurius quàm per cælum incedere? Ergo, ò homo, in periculo eſto vir; eſto in naufragio fortis: nam Noë in atrociori diluuione *Saluus factus eſt per aquam*: Ionas in atroci procella præcipitatus è naui, ex putri nauigio *in nauigium vitale transfertur, & natatile ſepulchrum* fit illi vitę ſeretrum, & vbi non datur natare per decumanos fluctus, datur incedere per cęlum, & aſtris veſtigia imprimere. *Ecce præſtant aduerſa, quod ſecunda non tribuunt.*

Ionas ſoſpitatur naufragio.

Tertul. l. 1. de Anima, c. 2.

In tribulatione tuſtus incedit per cælum.

Eucher. l. 5. epiſt. 40.

§. VI.

Euangelij laus eſt non deuenuſtari prædicatione Iudæ: & fundari vel dubia haſitatione prædicantium.

19. FOrtior miles ex confragoſo venit; at verna compoſitus & vrbanus ſolet eſſe ſegnis. Effeminat animos cultior, & facilis politia. Et amica vi aduerſarios profligare deuenuſtat victorię famam: quod robur militum eſt, non illuſtris peritia ducis. itaque victoriam parare, & triumphos demereri proprij excercitus virtute, & armis, vulgaris ſtrenui Ducis laus eſt. Maior tamen, & laudatior, quę hoſtiles phalanges ſibi auxiliares facit, & ex peruerſo ſibi auxiliatur. Hoſtem ſuo ipſius gladio iugulare, & ſuis ipſorum viribus vincere, & aduerſariorum robore aduerſarios detriumphare, ſingularis victoriæ faſtus eſt. Magnum non foret Chriſto duci propria ſuæ diuinitatis virtute Idololatriam labefactare, & fundare Euangelium, niſi id prætitiſſet vberrim & ſuorum infirmitate, & hoſtium viribus, quibus exarmauit mundi potentiam, & obarmauit Chriſtianam diſciplinam, magno

Digitized by Google

Matth. *Quomodo Iudæ prædicatio fuerit Euangelij laus.*

gno orbis miraculo. Matth. 10. verſ. 4. recenſentur duodecim Apoſtoli, quos conſultior Chriſti prudentia ex omnibus hominibus elegit, & adlegit in ſui collegium ad fundandam Euangelij diſciplinam. In et quos tandem recenſetur *Iudas Iſcariotes qui & tradidit eum.* Quam ob cauſam attentior Dei prudentia Iudam elegit? Eſto in præſentia probus erat, & opportunus, ſed palàm aduerſarius mox futurus præſciebatur tunc à Chriſti anticipata notitia. Ergo inuidioſi homines hæretico priuilegio & pagana licentia aut negabunt præſcientiam Chriſti, aut inuitiabunt conſilioſam ipſius prouidentiam: nam malè videtur eligi, qui bene non exequetur electionis miniſterium. Beda ad Ioannis caput 6. cenſet Iudam electum fuiſſe, vt proditione peruerſe iuuaret ad redemptionem: ſic fatur Beda.

Beda.

Dicendum quod ad aliud elegit vndecim, & ad aliud vnum: vndecim elegit, vt in Apoſtolica dignitate perſeuerarent: vnum elegit, vt per proditionis eius officium ſalutem operaretur humani generis. Nunquid Chriſti negotium eſt opportunum proditorem eligere, an diaboli res, & Iudæ proditoris malitia? Vnde S. Auguſtinus tractatu 59. in Ioannem, ſic ſuper hac re ſcribit: *Nonne duodecim elegi vos? An Iudas ad aliquid eſt electus, ad quod erat vtique neceſſarius?* Verùm adhuc humana mens hæſitat, ignorans ad quid fuerit neceſſaria Iudæ malitioſa induſtria, quæ poſſit à Chriſto eligi. Rabanus Maurus multa ingenij ſagacitate mentem Auguſtini explicat, & thema propoſitum ingenioſe confirmat, ita fatus ad ea verba Matthæi cap. 10. *Et Iudas Iſcariotes qui & tradidit eum. Qui non per imprudentiam inter Apoſtolos eligitur. Magna eſt enim veritas, quam nec aduerſarius miniſter infirmat.* Scilicet congruens, & opportuna fuit vndecim Apoſtolorum induſtria ad publicandum Euangelium; at Iudæ proditoris electio neceſſaria fuit ad confirmandum illud: magna enim veritas eſt, quam nec aduerſarius miniſter infirmat. Auguſtior Euangelij commendatio eſt, non dehoneſtari nequiſſima Iudæ prædicantis malitia. Prædicet, & adminiſtret Iudas rem Euangelij, quo præniteat magis eius fulgor, quem non infuſcauit prædicatoris obſcuritas. Iudæ ſumma malitia non damnat, ſed commendat, quod prædicat Euangelium, & ex peruerſo adſtruit, illud labefactendo fulciens. Quid enim niſi res Dei potuit non initiari vitioſiſſimo Iudæ miniſterio?

Rabanus.

Euangelium barbari dictione feliciùs perſuadet.

Poſt tria Euangelia publicata: adhuc humana ſapientia turget, & detrectat Chriſtianæ diſciplinæ ſimplicitatem quam gentes ſtultitiam nominabant: adhuc Græca, & Latina eloquentia lenocinio orationis nitida faſtidit barbaricam Iudææ gentis Litteraturam. Quis traducat ad Chriſti caulas aulicos ſapientum mores? Nempe Ioannes ſtagnis innutritus, ſcribit Euangelium ad erudiendas ſapientum ſcholas de arcanis diuinorum myſterijs. Audiendus eſt S. Chryſoſtomus: *In principio erat verbum, &c. Quomodo igitur barbarus hic, indiſciplinatus talia loquitur?* Barbarus, & indiſciplinatus Ioannes eſt; ſed à cuius indiſciplinatâ barbarie ſpumoſæ ſententiæ philoſophorum detumeſcunt, & è faſtuoſis Magiſtrorum cathedris fiunt ſcholares huius Barbari, (ſic Ioannem appellant,) & indiſciplinati. Quia eximior Euangelij laus eſt, non ſuadeti perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis arbitrio humani ingenij fucatis, ſed barbaro, hiulco, & peregrino eloquio probari ſummatibus, & ſermone ruſticante, & barbarie dictionis mercari rerum fidem apud eruditos. Ergo ex oppoſito ſibi auxilia-

Chryſoſt. homil. 1. in Ioann.

tur Euangelium, & faſtidium audiendi, factum eſt artificium perſuadendi.

Lucæ 9. v. 19. Peruenit ad Ioannem miraculorum, & doctrinæ Chriſti fama: *Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis Ioannes, & miſit ad Ieſum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus.* Dubitarit Ioannes, an non, diſputo aliàs ſeueriori ſtylo; ſatis ſit ad præſens inſtitutum, ſaltem ſpecie tenus, dubitaſſe, quod negabit nemo, qui ad nunciorum verba attenderit. Et aduertit S. Chryſoſtomus, tunc Ioannis Baptiſtæ diſcipulos, Chriſti doctrinæ addictos fuiſſe. Addit præterea Euangeliſta: *Omnis populus audiens, & Publicani iuſtificauerunt Deum baptizati baptiſmo Ioannis*, ô ſtupendum Euangelij miraculum! Nempe identidem Baptiſta Ioannes præclarum teſtimonium de Chriſti auctoritate dederat, aiens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* & alibi: *Qui poſt me venturus eſt, maior me eſt, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti.* Et cùm Ioannes dubitaſſe videretur de Chriſti miraculis, & Euangelij doctrina, tunc populariter illi creditur. Scilicet magna eſt veritas, quæ vel dubitatione apparenti fulcitur, diuina eſt auctoritas eius, quod vel ratione dubitandi adſtruitur. Parum enim foret auctoritati Euangelij ſi ſuaderetur pompa miraculorum, & eloquentiæ apparatu, niſi fundaretur etiam aliqua dubietate atteſtātium; tunc enim valentius ſtat, quando ipſâ concuſſione ſolidatur, & ex peruerſo auxiliatur ſibi.

31. Lucæ. *Euangelium aliqua dubietate prædicantis adſtruitur.*

Chryſoſt. in catena.

32.

Dubitatur à multis, explicatur à paucis, quare Paulus gratia prædicandi & felicitate conuertendi anteuerterit plures Apoſtolorum, ne dicam, omnes. Plus omnibus laborat in Euangelio, qui ad veſperam vocatus eſt ad illud prædicandum: Orbis Apoſtolus inſcribetur Paulus, & ferè te ii qui vni vs regni, aut prouinciæ dicentur Apoſtoli: Niſi fortè dum atrociter perſequitur Euangelium, illud feliciter perſuadet. Planè non inde; ſed ex inde maiorem fortè auctoritatem combibit Euangelium: cuius illuſtrior laus eſt, ab olim perſecutore ſic propagari. Vnde Sanctus Gregorius Nazianz. animosè dixit de Paulo, quòd *Euangelium implens.* Nimirum acerrimum perſecutorem Euangelij, ſic ardenter agi ad illud commendandum, & promulgandum, eximior Euangelij laus eſt, & Euangelij velut complementum. Nam ſi ab iis ſolùm, qui innutriti erant in Chriſti ſchola, & cum doctrina ſuxerant ſtudium erga charum magiſtrum, prædicaretur Chriſtiana diſciplina, non ita apud homines plenam fidem mereretur. Ergo complementum fidei noſtræ debetur Pauli perſecutionibus, quibus Euangelij fidem impleuit apud homines, & ſic factus eſt Euangelij propè complementum. Perſecutionis virus tranſit in Euangelij antidotum. Vnde Iudæa gens impensè ſollicitat Achiorem vt relicto gentilitatis ritu credat Deo Iſrael: & ſic ab hoſtilibus caſtris Hebrææ religioni validiùs auxilietur, quæ foret Iudaicæ legis grandior commendatio. Quod olim cap. 5. exambiunt Bethulienſes hic verſ. 6. feliciter aſſecuti ſunt. Quo factum eſt, vt, & Aſſyriorum acies profligarent, ſed ſacros Iudææ ritus preclariùs commendarent ex illuſtri Achioris probitate; qua ſic Achior enituit, vt ex infideli ſubito enaſcerit fidei norma, & virtutis exemplar. Matth. 8. verſ. 10. Gentilis Centurionis verba fidei plena *audiens Ieſus, miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Iſrael.* Ad quæ verba ita ſcribit Baſil. Seleuc. *Quid tibi, Iſrael, lucri ex miraculis in Ægypto editis? vnicus Gentilis ſupra*

Paulus perſequendo Euangelium illud implens.

Nazianz. orat. 1.

Iudith.

Matth.

Seleuc. orat. 19.

tot.am

totam Iudæorum multitudinem fide sese extulit. Esto gentilis discipulus, incredulus, vt credas, sequere. Ad quæ verba sufficiat digitum intendisse; nam alius expensionem præoccupauit. Nec audeo verba, quæ res ipsa petit, negare, nec possum rescribere, quæ alius præscribere festinauit; linguæ velocitas anteuertit cunctationes præli.

§. VII.

Commentarius litteræ.

Vers. 9. Porrò hi, qui in tabernaculo erant, venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret.

Vers. 10. Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando, aut intrando aperire.

33. CVm Assyrij exploratores palàm denunciarent ingentem Hebræorum manum è Beth[ulia] egressam: iámque clariùs resonaret descendentium Hebræorum clamor; serui Holofernis, vel præsidiarij milites, qui ad eius prætorium excubias agebant, ne quiescenti, aut lasciuienti importunè obstreperent, strepitum casu simulabant, vt euigilaret à fortuito strepitu, non à consilio excitantis. Causa redditur v. 10. quia vbi cubaret Rex, aut summus Assyriorum dux, nemini licebat ingredi, ne turbaret Imperatoris quietem, quantumuis è proximo immineret aut honoris, aut vitæ periculum, vt tradit Diodorus lib. 2. & Herodotus lib. 3. *Virtus Assyriorum* sumitur pro eo in quo est potentia, seu maiestas, scilicet pro Holoferne, ita Carthusianus, Sa, Serarius, Tirinus. Moralissimè aduertit Sanctius, quòd is qui tam quietè dormit, & indormit voluptatibus, nihilominùs dicitur, *Virtus Assyriorum*; cùm potiori iure, & magis ex meritis, vocari posset languor, & infirmitas. Heu! quoties à Magistratu, qui virtus Republicæ dicitur, languet, & inuitiatur populus?

Virtus Assyriorum dicitur, etiam cum stertit.

Diodor. Herodot. Carthus. Serar. Tirinus.

VERS. 11. *Sed cùm venissent eius duces, ac tribuni, & vniuersi maiores exercitus Regis Assyriorum, dixerunt cubicularijs.*

VERS. 12. *Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cauernis suis ausi sunt prouocare ad prælium.*

34. Cùm Holofernis famuli non auderent excitare Dominum suum, quem putabant cum Iuditha cubare; & Bethulienses cum ingenti strepitu, & clamoso vlulatu iamiam propiùs irruerent in stationes, conuolant Assyriorum duces, & magistratus ad Holofernis tentorium, & vrgent Prætorij cubicularios, vt ingrediatur in Principis cubile, illique denuntient, egressa fuisse è Bethulia Iudæorum agmina, non secus ac si è latebris suis prorepetent ignobiles murium greges, (simili sarcasmo irridebantur olim Hebræi à Philisthæis 1. Reg. 14. v. 11.) qui tamen temeratiè auderent inuictas Assyriorum acies ad prælium prouocare. At mures hi protternent Assyriæ Elephantos. Mendoza tom. 2. ad cap. 5. v. 6. lib. 1. Reg. suspicatur Palæstinos contumeliæ causâ solitos fuisse Hebræos homines appellare *mures*, quasi id esset familiare & vsitatum

1. Reg.

Mendoz.

De Celada in Iudith.

conuitium. In textu Græco procerum vox non minus arroganter sonat: *Excita iam Dominum nostrum, quoniam ausi sunt serui descendere super nos ad bellum, vt disperdantur in finem.*

Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire. VERS. 13.

Sed cùm nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & eleuans eam, vidensque cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum, iacere super terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua. VERS. 14.

Et ingressus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exiliit foras ad populum. VERS. 15.

Cùm atrienses famuli minimè auderent excitare Holofernem, & Assyrij exercitus duces vrgerent valde, Vagao eunuchus, quo familiariùs vtebatur, & conscius erat secretorum Domini sui, contra morem Persarum, (res enim vrgebat,) audacter introiuit in Holofernis cubiculum, sed citra cortinam oppansam eius lectulo. Persarum principum enim siue fastus, siue maiestas non patiebatur, seipsos aliorum oculis statim patere. Vnde præter conopæum, quod culices arceret, oppandebatur cortina ante lectum, sicut etiam ante conuiuij torum prætendi tradit Athen. lib. 4. c. 6. Stetit ergo Vagao ante hanc cortinam, & plausum fecit manibus, hoc est, complosit manibus, vt à strepitu euigilaret Holofernes. Textus Græcus habet: *Pulsauit aulam tabernaculi*, vel *atrium tabernaculi*, vel *peristroma tabernaculi*; nempe concussit aulæa, quibus ornabantur parietes tabernaculi. Sed exscriptio Hieronymiana manibus plausisse affirmat. Scilicet Vagao, vel nescius & inuitus plaudit cædi Holofernis, vnà cum Hebræis. Cúmque suspicaretur eum cum Iuditha deliciari; egregiam enim lenocinij operam ad id contulerat, maluit eum manuum complosione, quàm voce excitare. Sed cùm silenti gressu admouisset aurem, vt sic captaret, vel dormientium ronchos, vel confabulantium colloquia, nihilque penitus audiret, audacter *eleuat* cortinam, quæ erat ante lectum: vel cortinam *disiungens*, (vt est in Bibliis Sixtianis,) statim vidit truncum Holofernis cadauer in nuda humo indecorè prostratum, & fœdè tabefactum, quale Iuditha è lecto in terram deiecerat, eo consilio, vt inopinato & luctuoso spectaculo subitum terrorem incuteret intuentibus. Quod è votis successit. Nam vt vidit Vagao Domini sui truncum corpus absciso capite, scindens vestimenta sua, & doloris impatiens, flebili voce altè exclamauit. Adhuc ignorabatur truculentæ cædis auctor, donec Vagao statim suspicatus quod res erat, aduolat ad Iudithæ tabernaculum, & inde illam fugisse cognoscens, planè comperit cædis auctorem. E vestigio foras exiliens, dixit ad Assyriæ duces, & magistratus, & omne militum vulgus, qui omnes auidè expectabant iussa Holofernis. 35.

Athen.

Bibl. Six.

Et dixit: vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. Ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. VERS. 16.

Quod cùm audissent Principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis timor, & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valdè. VERS. 17.

Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum. VERS. 18.

36. Vagao funesti spectaculi stupore correptus, consilij impos, subita admiratione (dissimulare enim

Digitized by Google

debuiſſet Domini ſui necem, & dare ducibus adſueta mandata:) animo conſternatus, confeſtim egreſſus foras tragœdiam Holofernianæ cædis annunciat Aſſyriis, flebili clamore vociferans, vnam Hebræorum feminam, illuſiſſe Aſſyriorum inuictæ potentiæ, & infelicitaſſe tot victoriarum gloriam. Ad hanc vocem cubicularij Vagao, ſic obſtupuere Aſſyrij, ſic perturbato animo furebant amentes præ impatientia mœſti doloris, vt conſternatos animo, ſcindentes veſtimenta ſua, in ſignum Tragicæ calamitatis, vniuerſos inuaſerit intolerabilis timor, & præ animorum æſtu pauidè trepidauerint. Ipſoſque à tanto dolore pauidos, & conſilij inopes maximè terrrebant armatæ Bethulienſium acies, quę ſtrenuo & alacri animo inuadebant atrociter Aſſyrios attonitos præ rei inſolentia, & dira calamitate, qua vndique miſerè angebantur.

Illud, *Principes virtutis Aſſyriorum*, explicatum
37. eſt verſ. 10. Quod autem de eiſdem Principibus dicitur verſ. 17. *ſcidiſſe veſtimenta ſua*, quod etiam verſ. 14. dicitur de Vagao, notius eſt, quàm vt egeat commentatore. Signum enim erat acerbi doloris, & funeſtæ calamitatis, vt patet ex libris Regum & Paralipomenis, ex libro Eſther, & paſſim in Bibliis. *Timor & tremor.* Notum eſt diſcrimen: *timor* mentem, *tremor* corpus concutit. *Aſcendit timor*, notus Hebraiſmus, ſic etiam dicitur ſupra cap. 2. verſ. 18. & perſæpè alibi. Imò vbi non? Illud, *In medio caſtrorum*, non ſignificat tantùm in caſtrorum medio excitatum fuiſſe clamorem; ſed in ipſis caſtris lamenta, & ſuſpiria reſonaſſe. Porrò Hebraiſmus etiam eſt, *in medio caſtrorum*. Sic dicitur Lucæ 2. verſ. 46. *Sedentem in medio doctorum*, id eſt, inter doctores. Et Ioannis 1. verſ. 26. *Medius autem veſtrum ſtetit*, hoc eſt, inter vos, & Lucæ 22. verſ. 27. *Ego autem in medio veſtri ſum*, id eſt, inter vos. Hæc obuia ſunt & quæ ineruditus aduertat in Bibliis.

Iudith.

---

§. VIII.

Pauper inualidus delictis obnoxius eſt; potentia diuitis, quaſi ius quoddam eſt ad delinquendum.

38.

NObilis opulentia extra aleam eſt: diues indignus eſt, in quem iam aliquid fortuna poſſit. Diuitiæ illum collocauerunt in tuto: nam glorioſæ opes aſylum criminum ſunt. Bona cauſa pauperis fortiter timet. Nihil habet infelix paupertas durius in ſe, quàm quod ridiculos homines facit.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi.

Iuuen. ſatyr. 3.

Inquit Iuuenalis. Ridicularia eſt inopis defenſio: nam fruſtrà iure defenditur inops, quem ipſa inopia potenter accuſat. Inops ſemper criminoſus, quia inopia reatus eſt. Nam *Qui iuris nodos, & legum ænigmata ſoluit*, nempe Iuriſperitus, & iudex ferè ſemper ſtant pro diuite potente; ad huius vtilitatem flectunt legum iura: vnde opulentia impunitas eſt. Bellè leges appellantur *ænigmata*: quæ nihil minùs ſignificant, quàm quòd magis ſignificare videntur. Porrò iuriſconſulta viduis, pupillis, egenis fauent, potentiam diuitum coërcerent; ſed ænigmaticè. Nam innocens pauper, obnoxius eſt pœnæ; diues nocentiſſimus immunis eſt à delicto. Pſalm. 81. v. 1. *Deus ſtetit in Synagoga Deorum: in medio autem Deos diiudicat.* (*Deos, id eſt, Potentes*, ait Hugo,) *Vſquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum* (*id eſt maiorum veſtrorum*, inquit idem

Lex dicitur ænigma, & quare.
Iuuenal. Satyra 8.
Pſalm.
Hugo.

Cardinalis) *ſumitis? Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iuſtificate. Iuſtificate, id eſt, iuſtum credite, & iuſtum prædicate, non vt iniuſtum condemnate.* Adhuc Hugo. Scilicet pupillus, & humilis, & pauper: nunquam iuſtus & innoxius creditur in iudicio, ſemper vt iniuſtus damnatur, quaſi paupertas, & humilitas ſit reatus, & iniuſtitia; & glorioſa opulentia ſit immunitas delinquendi. Omnis iudex Nero eſt pauperi, diuiti Verres. Crimina adorantur in principe viro: virtutes damnantur in humili egeno. 29.

Tertullianus ſic ait ad Romanorum Præfectos: *Si enim talibus* (id eſt hominibus flagitioſiſſimis) *puniendis præſideris, horum autem pares, Deus ille maieſtatis ſuæ conſortio aſciuit? quid ergo damnatis quorum collegas adoratis? Sugillatio eſt in cælo veſtra iuſtitia.* Ac ſi dicat: prudenter & iniuſtè animaduertitis in plebis Romanæ crimina, in adulteria, furta, homicidia, & id genus alia pernicioſa flagitia morte punitis. Benè eſt: Sed aduertite ne fortè hæc ſeuera iuſtitia veſtra, quâ plebeios punitis, ſit ſugillatio in cælo, & heroum veſtrorum condemnatio. Nam Deus Saturnus impius fuit in filios, Iupiter in Patrem Deum. Mercurius adulterij reus eſt, Sæuitia eſt Martis laus, ſtuprum, & inceſtus Iouis vitia ſunt. Imò quis Deorum veſtrorum non eſt aut maritatarum adulter, aut virginum raptor, aut pue-[illegible]m contaminator, aut cædium patrator, aut alie-[illegible]on vſurpator, aut proprij non prodigus, aut auarus. Ecce in heroibus veſtris colitis vitia, quæ ſæuè damnatis in miſera plebe. Ergo non damnatis crimen hominis, ſed hominis conditionem: inualida plebis paupertas rea eſt, cùm procerum ambitioſa gloria immunis ſit à delicto: humilis inopia condemnatur, non flagitioſa potentia, quæ ſecurè audet, impunè delinquit.

Tertul. cap. 11. apolog. In pauperibus damnatur, quod in proceribus adoratur.

40. Regius vates Pſalmo 111. verſ. 3. ſic ſapienter cecinit tacitè increpans hanc non bonam Iudicum politiam. *Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.* Quid iuſtitiæ cum gloria, & cum diuitiis? Porrò à gloria ſuperbit homo, à diuitiis inſoleſcit: iuſtitia his aduerſatur implacabili odio: quomodo ergo, quia homo ambitioſè glorioſus eſt, & inſolenter diues, firmat ſibi iuſtitiam in æternum? Niſi fortè ab iniuſtitiæ fomite, iuſtitia nutriatur: & iniuſtitiæ morbus ſit ſanitas iuſtitiæ. Quando gloria & opulentia fauerunt iuſtitiæ? Quando non magis iniuſtitias perpetrarunt? Acutè S. Aug. in huius Pſalmi enarratione: *Gloria & diuitiæ in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Ipſa eius gloria, ipſæ diuitiæ.* Quaſi dicat Pſalmiſta ex mente Auguſtini: Ipſa eius gloria, ipſæ diuitiæ ſunt iuſtitia eius: iuſtitia, inquam, æterna: id eſt, iuſtitia, quæ durat toto tempore, quo durant gloria & diuitiæ. Nam is, qui ſublimis eſt gloria, & potens opibus, ſemper iuſtus eſt, neque vnquam damnatur ab vllo iudice. Gloria illi pro innocentia eſt, & opulentia pro impunitate. Nempe potentia procerum innoxiè, imò iuſtè delinquit: poteſtate ipſa reatum diluente. Vnde cui ſunt *Gloria, & diuitiæ in domo eius, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* O ſecura procerum delicta! o meticuloſas pauperum ſanctitates! in omni æuo viguit hæc iudicum imbecillitas, quæ adorat in heroibus, quod caſtigat in plebeis. 41.

Pſalm. Ibi ſunt gloria & diuitiæ nunquam innenitur reatus, aut rarò.

Eiuſmodi iniuſtam principum impunitatem acri cenſura notat Saluianus, ſic ſcribens, *In aliis quippe horrent, quod in ſe ſemper admittunt mirum in modum & accuſatores eorundem criminum, & excuſatores. Execrantur publicè, quod occultè agunt*

Saluian. l. 3. de Guberna. Dei. *Del-Ela in proceribus, aut non ſunt, aut minora ſunt.*

ac

ac per hoc dum damnare ſe cæteros putant , ipſos ſe magis propria animaduerſione condemnant. Et mox ſubdit: *Vtinam vel à maximis, qui volunt ſibi id fortè maiores , quaſi priuilegium vindicare , vt iure ſuo crimina vel minora committant.* Nimirum ſeculi potentes dum alienæ iuſtitiæ ſtudent , propriam reprehendunt : agunt enim ipſi, quod in aliis damnant. Sed communis potentum error eſt, exiſtimare potentiam eſſe licentiam ad delinquendum , & eſſe priuilegium poteſtatis , non tantùm impunè, ſe iuſtè delinquere. Vel ſaltem in Maioribus peccata eſſe minora ; quaſi potentia excuſet criminis grauitatem. Vnde ambitiosè præſumunt, quod cum ſit *gloria, & diuitiæ in domo eius , iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi* ; & ita impunè delinquit , nullo cenſuræ metu. Ecce tibi cap. 3. verſ. 12. Holofernis crudelior ſæuitia , irreligioſor impietas , Aſſyrij Regis præfracta inobedientia, habetur ab Aſſyriæ proceribus, vt militarior peritia. Et ita Holofernes poteſtatis licentia, & potentiæ iure, & impunè delinquit , & delinquendo primos honores peruersè promeretur. Heu ! nunquam diues , nuſquam potens iniuſtus eſt. Iniuſtitia vitium eſt inualidi; iuſtitia priuilegium eſt potentis. ô iuſtitiam iniuſtam ! ô impunitas omni pœna caſtiganda ! Opta malè iniuſtum eſſe, vt bene iuſtus ſis. Vides hic v. 11. gregarios milites non audere , quod Aſſyriæ proceres arroganter factitant.

Iudith.

§. IX.

Verba ſunt imbecillitas faciendi: linguæ arroganter grandiloquentia, defectus manuum eſt.

42. Vir ſtrenuus , & fortis non effutit minacia verba, vt fortitudinem oſtentet : nam valentia in lingua imbecillitas eſt in opere. Manus veriùs loquuntur fortitudinem , quàm lingua mentitur. Imò vigor, qui abūdat ex lingua , deficit in manu. Verba faſcinant opus, quod languet à verbis. Vir fortis parcit linguæ: ne manus parcat hoſti : parcus bellator eſt, qui verbis ferit. Femineū robur eſt , & imbelle telum, quòd à lingua eſt. Facta vulnerant, verba mulcent. Os mutum aduerſarij pignus vincendi eſt, & lingua magniloqua victoriam præſagit hoſti. Vulgaris Hiſpaniſmus eſt: *Sobra de lengua es falta de manos.* S. Bern. *Docuerunt linguam ſuam grandia loqui, cùm operentur exigua.* 1. Reg. 17. v. 44. prodit ad duellum cum ſtrenuo Philiſtæo Dauid adhuc iuuenis, pulchellus, & criſpus : pro lācea baculum geſtans, pro pharetra paſtoritiam peram, pro iaculis limpidiſſimos lapides, pro ſcuto pectus gerens, pro galea frontem, totus à natura inermis , at gigas Philiſtæus naturæ lacertis , & æneo thorace armatus. Cæterùm Goliathus , vt vidit imbellem hoſtem victoriam probrum reputans, deſpexit eum, & dixit, Philiſtæus ad Dauid : *Veni ad me , & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & beſtiis terræ.* Quibus verbis arroganter à Philiſtæo dictis , & patienter à Dauide auditis, ſtatim quaſi dato ſigno , non tam ad pugnam, quàm ad victoriam , ad duellum proſilit Dauid ſic reſpondens , ait Baſilius Seleucus, *Maledicam illam Philiſtei linguam , victoriæ pignus teneo.* Maledicam linguam dicit , qua iactabundè & minaciter eum deſpexit, & conuitiauit. Ac ſi diceat: Iactabunda Philiſtæi magniloquentia pignus victoriæ mihi eſt, & præſagium gigātis vincendi. Exiſtimabam ego Dauidem deſcendiſſe in certamen cum Goliatho, aut confiſum robore , quo Vrſorum robora luctando proſternebat , & quo Tigrinas ſimul ac Leoninas minas , aut vertebat in fugam, aut conuertebat in prædam : aut diuino vigore vnicè erectum, animatum ad pugnam : hæc, inquam validiſſima forent præſidia , & auxiliares vires : & tamen his auxiliis prætermiſſis minacia Gigantis verba victoriæ pignus tenet Dauid , & tenellus iuuenis præſumit proſternere validum Philiſtæum, etſi à viribus robuſtum , ab arrogantia verborum imbecillum. Nam grandiloqua hoſtis lingua indicium eſt imbecillitatis, & præſagium victoriæ. Vſque adeò arrogantia verba hominem aut eneruem oſtendunt, aut faciunt. Saluian. ſic ſcribit: *Prima enim ſemper irarum tela maledicta ſunt , & quicquid non poſſumus imbecilli, optamus irati ; ac ſi in omnis animorum indignantium motu , votis malis pro armis vtimur.* Hæc ferocia linguæ feminea imbecillitas eſt. Quod videre licet hic v. 12. in Aſſyriis Primatibus , qui verbis ſuperbè contemnunt , quos ſtatim muliebriter fugiunt.

Bern. l. 5. ad Eugen. *Verba arrogantia plena; plenas ſunt imbecillitatis.*

1. Reg.

Baſil. Sel. orat. 13.

Saluian. l. 3. de Guberu. Dei.

Iudith.

43. Matth. 8. v. 7. Nobilis ille centurio , iam præmature fidelis, acceſſit ad Chriſtum deprecans ſalutem deſperatam pueri, cui dixit Ieſus: *Ego veniā, & curabo eum : & reſpondens Centurio ait : Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum ; ſed tantùm dic verbo , & ſanabitur puer meus.* Cuius fidem demiratus Ieſus ait : *Amen dico vobis : non inueni tantam fidem in Iſrael.* Iure addubitat S. Hieron. hic an fides Centurionis præferatur fidei Prophetarum, & Apoſtolorum. Et auctor Imperfecti reſpondet præferri, ait enim Chriſtus : *Non inueni tantam fidem in Iſrael.* Verùm inquirendum eſt, in quo ſita ſit hæc prærogatiua fidei Centurionis. Eius enim excellentia ſita videtur in illa ſententia. *Tantùm dic verbo.* Et tamen veroſimile eſt , vt aduertit Maldonatus, audiuiſſe Centurionem , quòd Chriſtus leproſum verbo curauit. Quid ergo eximium elucet in hac Centurionis fide , quam tam illuſtri elogio commendauit Chriſtus ? Opportune Interlineans Gloſſa. *Magna fides , qua Dei dicere, credit eſſe facere.* Excellentia Centurionanæ fidei fuit credere Verbum Dei , quia verbum eſt, etſi Verbum Dei ſit , habere vim efficiendi quod loquitur, & præſtandi effectum , quem dicit. Siquidem tam imbecilla ſunt à ſe humana verba, tàmque factis vacua , vt magnificum ſit , Centurionem credidiſſe, verba Chriſti habere vim præſtandi effectum ſanitatis , & robur ad exterminandum valentiſſimas morbi vires. Vnde Saluator dilaudat. Centurionis fidem, qua credidit ſe verborum imbecillitate poſſe robuſtum , & diu inolitum morbum ſuperare.

Matth. *Vel Chriſti verba habent virtutē operandi.*

Hier. l.

Imperf. homil. 22.

Maldon.

Gloſſ.

44. Validè prædicatur Dei omnipotentia dum dicitur in Pſ. 39. v. 9. *Ipſe dixit, & facta ſunt.* Scilicet ex nihilo architectatus eſt Deus mundum hunc. Et quidem verbo : *Verbo Domini cæli firmati ſunt,* Pſalm. 32. v. 6. qui omnipotentiæ faſtus eſt. Hoc acutè notauit ſubtilis auctor Baſil. Seleuc. orat. 1. expendens illud Geneſeos 1. v. 2. *Dixitque Deus: fiat lux : & facta eſt lux.* & verſ. 6. *Dixit quoque Deus, &c.* ſic fatur Seleucus: *Non ergo poterāt Deus quodcumque collibitum erat , ſilentio facere ; non res nutum ſecuta fuiſſet* ? Nempe oſtentatio fuit omnipotentioris virtutis Dei , opus facere non ſilentio, ſed verbo; non tam manu ; quàm lingua : nec tam operando , quàm loquendo. Quippe non tam publicaret Deus hominibus omnipotentiæ vires: ſi rem difficilem (qualis eſt mundi effectio.) operaretur in ſilentio operando, quā verbis efficiendo.

Pſalm.

Pſalm. 32.

Baſil. Sel. Geneſ. *Verbo creauit Deus mundum ad oſtendendam ſuam omnipotentiam.*

Digitized by Google

Nam cùm verba, ſeu lingua apud homines, imbecillitas ſit faciendi, qui imbecillitate facit, potentiùs facit, pluſque vigoris oſtẽdat. Et ita Deus inſanam hanc mundi machinã verbo effecit, quò ſuam omnipotentiam euidentiùs, & probet, & oſtendet.

45. Ioan. *Quare diuinum Verbum nũcupatim dicatur Omnipotens.*

Ioan. 1. v. 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum.* Et mox ſubiungit Euangeliſta: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Quo ſermonum genere clariùs, & euidentiùs dicere potuit Ioannes Verbum Diuinum eſſe Deum? Nullo profectò, vt longiuſculè euincunt hic Sancti Patres, & proceres interpretum. Ergo ſi verbum diuinum Deus eſt, neceſſarium eſt vt omnipotens ſit. Sicut neceſſariò inſunt eidem cætera Deitatis attributa. Quorſum ergo tantũmodò attributum omnipotentiæ ſpeciatim refert Ioannes; imò & probat ineſſe verbo, poſtquam dixit, verbũ erat Deus; ſubiungens, *Omnia per ipſum facta ſunt?* Potuine Verbo, qui Deus eſt, abeſſe perfectio omnipotentiæ? Minimè? ſed audiendus eſt S. Auguſt. hunc locum verſans:

Aug. Tract. 1. in Ioan.

Omnia per ipſum facta ſunt. Per illud verbum & Angeli facti ſunt, per illud verbum & Archangeli facti ſunt, Poteſtates, Sedes, Dominationes, Principatus; per illud verbum facta ſunt omnia. Hinc cogitate quale verbum eſt. Et ſtatim: *Aſſiduè enim dicendo nomina verborum, quaſi viluerunt verba.* quaſi dicat; Etſi verbum ſit Deus, at quoniam apud homines viluerũt verba, vtpote factis vacua, & impotentia operis, neceſſe fuit, vt ſedulò Euãgeliſta adſtruat peculiariter Verbi omnipotentiam, quo planè ſciatur quale verbum ſit diuinum Verbum; & ab omnibus credatur, quod etſi verbum ſit, nihilominus omnipotens eſt. Quia licet Verbũ, quia Deus eſt, omnia attributa habet. At ſi fortè (dato impoſſibili,) aliqua ex diuinis perſonis carere potuiſſet omnipotentiæ attributo, ſeu vigore, maximè Deus verbum videretur caruiſſe. Vſque adeò verba apud homines viluerunt. Igitur etſi de Verbo diuino dixit Ioannes: Deum eſſe: nihilominus non fruſtrà refert & probat Verbi omnipotentiam, & energiam ad operandum, aiens: *Et Deus erat verbum: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.*

Thomas dum verbis plus cæteris audet, imbecillior eſt cæteris. Ioan.

Lazaro mortuo intendit Chriſtus ire in Iudæã, vnde paulo anteà fugerat, eò quod Iudæi intentarent illum lapidare, & atrociter interficere. Timent Apoſtoli, & diſſuadent reditum; at Thomas, cæteris (vt videtur) animoſior, vbi dixit Ieſus ſe decreuiſſe reditum, ſic ait, Ioan. 11. verſ. 16. Dixit ergo Thomas ad condiſcipulos: *Eamus & nos, & moriamur cum illo.* O illuſtrem animum, & tanto Apoſtolo dignum! Cæteri trepidant, & præ metu dehortantur reditum, & ſolus Thomas, dum alij tacent, generosè ſuadet condiſcipulis, vt ſpreto mortis diſcrimine, animosè audeant Chriſtum ſequi. *Eamus & nos* (inquit) *& moriamur cum illo.* Quid animoſius hâc voce? Imo quid imbecillius? Audi S. Chryſoſt.

Chryſoſt. homil. 61. in Ioan.

Dicit eis Thomas. Eamus, vt & nos moriamur cum eo: imbecillior enim erat cæteris. Nempe Thomas tunc imbecillior erat cæteris Apoſtolis. Vnde id colligitur? quia fortiùs & animoſiùs loquitur; nam animoſitas linguæ imbecillitatem arguit: inde noſcitur minus fortis, vndè verbis audet fortius, *linguas pro manibus armãt*, ait Baſil. Seleuc.

Seleuc. Orat. 23.

47. Marc.

Marci 14. verſ. 29. Cum Chriſtus morti proximus ſcandalum Apoſtolorum prædixiſſet, Petrus ait illi: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego. Et ait illi Ieſus: amen dico tibi quia tu hodie, in nocte hac priuſ quam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. At ille ampliùs loquebatur.* O quàm valenter loquitur Petrus! nimis audet. At valentia linguę præſagiũ eſt infirmæ imbecillitatis. Prædicit illi Ieſus trinam negationem. Et ille ampliùs loquebatur fundendo animoſa verba? Bellè quidem res congruit, & dum Petrus amplius loquitur, ampliùs confirmatur Chriſti prophetia: nam arrogantia in verbis, probatio eſt imbecillitatis prædictæ.

Petrus dum plus cæteris audet, negationem præſagit.

Ambroſ. exponens illud Luc. 22. v. 33. *Domine tecum paratus ſum & in carcerem*, &c. ſic fatur eleganter: *Petrus quidem etſi Spiritu promptus, corporis tamen adhuc infirmus, affectu denunciatur Dominum negaturus.*

Ambroſ. Lucæ.

Itaque arrogantia verborum qua præſumit præ cæteris ſe reſiſtere, & inuadere hoſtes, indicium fuit imbecillitatis, & præſagium timidæ negationis. Quia Petrus plus audet in verbis, timidior eſt in opere: nam qui linguam armat, exarmat manus. Vnde Nabuchodonoſor ſtrenuus Aſſyriorum Imperator, cùm ira percitus decernit vaſtare prouincias rebelles, (vt ipſe putabat,) non petulanter ferocit, & minacia verba fundit: ſed tantùm curauit, *vt defenderet ſe.* Quid temperantius? Quid mitius? at linguam exarmat, vt armet manus, nam quantum minarũ, & furoris detraxit verbis, tantùm addit ad operis furorem, vt compertum eſt ex hac hiſtoria. De quibuſdam optimatibus, ſic inquit Tertull. *Noui paſtores eorum in pace leones in* [illegible] *ceruos.* Scilicet Leones à terribili rugitu: *Ser*[illegible] turpi fuga. *Nihil his turpius verbis, ignauius nihil, nihil muliebrius, in linguis potentiam habere.* Verba ſunt S. Chryſoſtomi.

Tertull. lib. de Corona milit. c. 1.

Chryſoſt. homil. 31. ad pop.

---

§. X.

Prælium tacitè dehoneſtat vincentem. Sine pugna vincere, faſtigium victoriæ eſt: Et victoria Virgo.

CVlmen honoris victoria eſt. Quid illuſtrius quàm eos, quos odium infenſos, & natura pares fecit, ſuperare: & habere inferiores natura æquales! Victoria attollit hominem ſupra humanum faſtigium. Quot labores exantlant mortales, vt non vincantur, vt vincant, & Genium auguſtiorẽ victoria probẽt. Porrò ab hoſte vinci vſque adeò intolerabile malum eſt, vt homines vel mente ab hoſte vinci infeſtum iudicent. Ouat, triumphat victor, quod hoſtem bello ſuperauerit: angitur, & dolet, quod hoſtis illum vincere vel mente cogitarit. Nam animoſior aduerſarij præſumptio illuſtriorem victoriam dehoneſtat. Hinc principes, Imperatores, & heroës viri, non metu pugnæ, ſed Martis arrogantia, ſatagebant vincere ſine puluere, & ſanguine. Fortis olim bellator Dauid ſenio confectus principem Salomonem armat ad prælia, ad victorias: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, ô potentiſſimè:* Pſal. 44. v. 4. Et mox ſubdit: *Specie tua, intende proſperè, procede, & regna.* Vulgaris eſt, & nemini non nota dubitatio Tertul. Super hoc loco anguſtius aliquid molior. Sic fatur Tertul. *Accingere, inquit Dauid, enſe ſuper femur: ſed quid tempeſtiuius decore ſuper filios hominum, diffuſa gratia in labiis? Valde enim abſurdum eſt, ſi, quem enſe cingebat, ei de tempeſtiuitate decoris & labiorum gratia blandiatur: de quo ſubiungens dicebat, extende proſperè, proſpera, & regna. Et adiecit propter lenitatem, & iuſtitiam. Quis enim enſe accingitur, & non contraria lenitati, & iuſtitia exercet, id eſt, dolum, aſperitatem, & iniuſtitiam, propria ſcilicet negotia* prælio

48.

Victoria tacitè dedecorat vincentem.

Pſal.

Tertul. lib. 3. uerſ. Iud. cap. 9.

Digitized by Google

præliorum? Dauid dux ab adoleſcentia ſtrenuus ty-
ronem equitem obarmat, ſcilicet Salomonem Prin-
cipem ſuccingit baltheo & nobili enſe; quis tunc
non expectaret, erudiendum Salomonem, quâ arte
feriret hoſtes? Et tamen ſtatim pro armorum vſu,
illum dilaudat à pulchritudine vultus, à pacato ſer-
mone, ab animi tranquillitate, à veritate, à manſue-
49. tudine. Nimirum Salomonem inſtruit, vt vultu
placido, comi & pacato eloquio, & manſuetudine
hoſtes vincat, non enſe, & armis. Habeat Salomon
arma ad hoſtium terrorem, accingatur gladio: ſed
quem non ſtringat. Quia hoſtis, qui pugnam
cum illo conſerere audeat, ſi non in arenâ, & cam-
po, ſaltem in mente ſuâ profligauit Salomonem.
Neque enim hoſtis auderet cum Salomone manus
conſerere, niſi erectus ſpe victoriæ. Vnde etſi
hoſtis non vincit in prælio, ſaltem ſuperauit præ-
ſumptione præliandi. Ergo tacitè ſic Salomonem
erudit Dauid: Nouerint hoſtes te, & tuos armatos,
vt te, & tuos timeant. Nec ideò prouoces ad bel-
lum, ſed vultu, eloquio, & manſuetudine ſic age,
vt præuenias victoriam, & abſque prælio reportes
triumphos, ne præliari præſumant aduerſarij in tui
contemptum, ne te vel mente ſua vincant. Hæc
victoria glorioſior eſt, & Martis ſuperbior faſtus:
& Maximiani decus olim fuit. Conſultiſſimè dixit
de ſuo Maximiano Mamertinus: *Video enim te (quæ
pietas est,) oblivionem illius victoriæ, malle quam glo-
riam.* Oblinerare ambit memoriam illuſtriſſimæ
victoriæ; quia etſi hoſtes in campo vicit, priùs ta-
men victus eſt in hoſtium animoſa ſpe.

Magnus planè Imperator Traianus, vir ad victo-
rias, & triumphos factus, & mundi plauſibus in-
clytus. Verùm gloria inuidiam parit, inuidia lin-
guas acuit ad detractionem. Subterminabatur
quòd poſtquam creatus fuerat Imperator, nullas
hoſtium acies fuderat; nullam ab hoſtibus victo-
riam reportarat, nullis triumphis capitolium ornarat.
Ita eſt, ait Panegyriſta Plinius: ſed quia nemo
audet bellum prouocare. Et addit verba Conſule
tanto digniſſima: *Neque enim vnquam niſi ex con-
temptu Imperij noſtri factum eſt vt vinceremus. Maius
hoc omnibus triumphis.* Quidam dicat: Iulius Cæſar
Imperatorum primus, ſæpè vicit hoſtes; at ſaltem in
mente hoſtium anteà victus eſt. Auguſtus orbem
ſubegit; at in hoſtium animo priùs ille ſubactus eſt,
& proſtratus. Pompeius auxit triumphis; at Aſia-
norum arrogantia victus eſt, etiam cum vincebat;
neque enim in aciem aduersùs hos Imperatores
prodirent hoſtes, niſi concepta victoriæ ſpe; vince-
bantur priùs animo, qui in campo vincebant; ex
contemptu Imperatoris Romani procedebat hoſtis
ad pugnam. Cæterùm Traianum, nemo tam audax
eſt, ac ſuperba mente arroganter elatus, qui vel
mente præſumat vincere. Nemo vel in animo il-
lum vincit, qui contemptus Imperij Romani foret.
Acies inſtructas habet Traianus, habet gladium:
ſed quem non ſtringit. Non vincit in campo, quia
nec animo vincitur. Quæ ſuperba armorum arro-
gantia eſt. Ad hoc faſtigium excitat Dauid Prin-
cipem Salomonem.

50. Inde explico difficilem Philonis locum vbi *Vir-
go Victoria* dicitur. Quid victoriæ cum Virginitate
commune eſt? *Victoria* odiis conſtat, aſperitatibus
horret, armis ſæuit, vulneribus violatur, tum belli
ſæuitia conſtupratur. Virginitas pulchra eſt, abdita,
ſyncera, incorrupta, intacta, innuba. Verùm anguſtior
Victoria virgo eſt. Exaggeratione quidem pulchra
vtitur Philo: ſcilicet, Femina, quæ corpore tantùm
virgo eſt, planè virgo eſt; at non eſt plenè virgo,
niſi etiam mente virgo ſit. Nam animi conſenſu
Venereo ſaltem mens conſtupratur. Vnde faſti-
gium Virginitatis, virginitas animi eſt cum inte-
gritate corporis. Ita victoria: ſic planè vincit, qui
in campo, non modò victus non eſt ab hoſte, ſed
hoſtem in campo vicit. At plena victoria non eſt,
ſi mente vincatur ab aduerſario. Nam anguſtior
victoria, & de corpore, & de mente aduerſarij con-
ſtat. Traiani decus eſt, quòd tunc à prælijs vacans,
Virgine Victoria potitur. Neque enim niſi ex con-
temptu victoris fit, vt vincat. Ergo Holofernes,
Iudith 11. v. 2. videns Iſraelitas aduersùs ſe pugnan-
tes, ſe contemptum ab illis dicit: *Niſi populus tuus con-
tempſiſſet me:* quia contemptus ſui putat, quod He-
bræus populus illum ſaltem animo vincere putat:
nam victoria ſine prælio illuſtrior victoria eſt. Ad
rem Caſſiodor. de ſuo Theodorico præclariſſimo
duce, ſic ſcribit: *Acquiſiuit Reipublicæ Romanæ,
aliis contendentibus abſque vllâ fatigatione prouin-
ciam, & factum eſt quietum commodum noſtrum, vbi
non habuimus bellicâ contentione periculum. Trium-
phus ſine pugnâ, ſine labore palma, ſine cæde victoria.*
Sic vero illum Nabuchodonoſor felicitate inſo-
lenter elatus *miſit ad omnes* prouincias, vt ſponte
ſeſe dedant, minitans terribilem potentiam, ne vel
mente præſumant illum ſuperare, ſed legationi-
bus, & ſupplicationibus, eius ſe ſubdant imperio.
S. Gregorius Nazianz. apoſtrophe ad Conſtanti-
num Magnum factâ, ſic fatur: *Cuius, non magnâ,
& eximia trophæa armis & prælio quæſita: tum maio-
ra, & illuſtriora ſine vllâ cruoris profuſione parta ad
quem legationes, & ſupplicationes vndecunque con-
fluebant.* Vide hic verſ. 11. quam ægrè ferant Aſſyrij
victricia arma conſerere vel cum imbelli Bethu-
lienſium populo.

Margin notes, left column: Mamert. 1. panegyr. — Qui vincit ſaltem victus eſt in animo vido. — Pan. — Contemptum in hoſtes perſuaſum. Mamert. — Philo. l. de Mundi opif. Victoria Virgo.

Margin notes, right column: Iudith. — Caſſiod. l. 2. ep. 10. — Iudith. — Nazianz. orat. 1. in Iulian.

§. XI.

*Detractator auribus videt, quæ in aliis
notat vitia.*

SAtis perſpecta erat Patribus Arauſicani Conci- 51.
lij Hominum natura, cum declararunt menda-
ciorum fertilem eſſe: *Nemo de ſuo habet niſi men-
dacium, & peccatum:* id eſt, vt ſunt agri, in quibus
vbertim fructificat hoc aut illud genus ſeminum;
ſic ager humani cordis, & linguæ, vltro fundit
vberem mendaciorum prouentum, imò os homi-
num, & ager, & ſemen mendaciorum eſt. Tertull.
*Os mendacium ſeminat, quod ſæpe fit, aut ingenio
æmulationis, aut arbitrio ſuſpicionis, aut non noua, ſed
ingenita, quibuſdam mentiendi voluptate.* Itaque os
humanum vberem mendaciorum ſementem ſponte
facit. Et ſi quando verum aliquod prolatum eſt, &
deſiderio audiendæ, & dicendæ veritatis exceptum;
tamen ſi à multis excipiatur mente, & vituperetur
ore, *Neceſſe eſt exinde per traduces linguarum, &
aurium ſerpat.* Id eſt, veritas ipſa ſi crebrò vſurpe-
tur hominum ſermonibus, vt propago vitis nimium
augetur, & ſarmenti robore, & pampinorum luxu-
rie; nam propago eſt vitis vetula, & ſuppreſſa, ex
quâ vnâ plures fiunt. Et quidem veritas aucta,
multiplicata, & ſic propagata, veritas non eſt. *Ne
tunc quidem cùm aliquid veri affert ſine mendacij
vitio eſt, detrahens, adiiciens, demutans de veritate.*
Itaque *homo de ſuo habet mendacium, & os homi-
nis mendacium ſeminat,* imò & veritatem diceus
illam propagat, & propagando vitiat. Et tamen

Margin notes: Conſil. Arauſ. — Tertull. Apolog. c. 7. — Detractor auribus videt, quæ in aliis notat vitia. — Tertull. ibi- dem.

gens hominum, ita verbis hominum credit, (præſertim ſi detrahatur de aliorum famâ,) vt non audire, ſed videre ſibi videantur, quæ audiunt. Portenti ad inſtar eſt, vt verba quæ pungunt, quæ mordent, & lacerant, oculis videant, non auribus incerta percipientibus audiant. Quod curioſiùs obſeruari in Tertulliano qui ſic inquit: *Perſonant culices, ne in tenebris quidem aurium cæci.* Culices ſtrepitant dormientes, pungunt acerbè, nec in noctis tenebris cæcas habent aures. Auréſne culicibus prò oculis ſunt? Culices vidéntne auribus? Planè euertitur Philoſophia. Ita quidem, at naturalis philoſophia euertitur, non philoſophia moralis, & Ethica. Nam quibus innatum eſt, alios ore pungere, mordere, lacerare verbis, *ne in tenebris quidem ſunt aurium cæci:* quantumuis dubium ſit, & caliginis plenum, quod in alios dicitur, ita firmiter aſſentiuntur, ac ſi oculis perſpicuè viderent; (viſus enim certius, & euidentius percipit ſuum obiectum;) cernere ſibi videntur quæ audiunt, & vt vno verbo dicam, auribus vident, *ne in tenebris quidem ſunt aurium cæci.* At populus culicum hic eſt, nempe gens minuta, humilis, mordax. Hoc vitium populi eſt, non virorum principum, ac nobilium. Nam populus videt voces.

Tertull. l. de Anima, c. 10.

52. Exodi 20. v. 18. *Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ, montémque fumantem.* Hebræorum populus dicitur vidiſſe voces, & ſonitum buccinæ. Verùm voces non videntur, ſed audiuntur; irrepſitne error in ſacris bibliis? minimè: fortè pro *audierunt* ſcriptum fuit, viderunt: nam *voces*, & ſonitus non videntur. Sic exiſtimat Auguſtinus, & plures ex Sanctis Patribus quos facilè videbis in Lippoman. ibi. Sed eſto, loco verbi *videbat*, ſubſtituatur *audiebat*, eadem exoritur loci difficultas, vt præclarè aduertit Strabus inibi. Quia ſi dicatur *Populus audiebat vocem, & lampades, & vocem tubæ, & montem fumantem, quæſtio maior oritur quomodo audiebat lampades, & montem fumantem, quod pertinet ad ſenſum videndi.* Præſtat ergo dicere *populus videbat voces.* Scilicet populus Hebræus, cui *improperium murmurationis* obiecit Iuditha noſtra cap. 8. v. 24. non audit voces, ſed oculis videt, *ne in tenebris quidem aurium cæcus eſt*, quia videt auribus populus. Baſil. Seleucus commentatur illud Marci 10. *Ecce duo cæci audierunt, quod* IESVS *tranſiret.* Sic inquit: *Nam cùm ipſis eſſent oculi demortui, aures neceſſariò oculorum vicem corpori ſubſeruiebant: & vicinus ſenſus vſum minimè ſuum commodabat.* Ecce auris non commodat ſuum ſenſum, ſed ſenſum vicinorum oculorum.

Exod.
Populus Hebræus auribus videt.
Lippom.
Strab.
Iudith.
Baſil. Seleuc. Orat. 36.
Marc.

53. Et ſanè quælibet ſuſpicio, qua detractor odorat defectum aliorum, oculis videre exiſtimat; ſic videt voces, & aurium cæcus non eſt. Iob. 28. verſ. 7. *Semitam ignorauit auis; nec intuitus eſt eam oculus vulturis.* Planè vultur odoratu pollet; non ita oculorum perſpicaciâ. At cadauer fœtidum, quod procul odore vix percipit, oculis videre dicitur. Sic certò notat aliorum fœtores, vt quod ſagaci odoratu percipit, videre oculis exiſtimet. Vnde dicitur: *Nec intuitus eſt eam oculus vulturis.* Quaſi oculorum acie emineat, qui vi odoranti pollet: Imò quod os mendax fingit de ſuo, audire ſibi videtur. Ezechielis 16. verſ. 12. *Dedi inaurem ſuper os tuum.* Scio ſenſum, noto verba; ſiquidem inauris datur ori, quaſi os eſſet auris, & ore audiretur. Hæc eſt peruerſitas ſenſuum ad ſiniſtrè indicandum, & grauiter detrahendum! Verùm ſciat eiuſmodi detractorum grex, quod apud Clementem Alexandrinum, *Dicit Epicharmus, Mens videt, mens audit, alia autem ſunt ſurda, & cæca.* Certò exiſtimat Vagao hîc v. 13. Holofernem cum Iuditha cubare ad luxum. Præcauet introire in cubiculum, ne videat oculis, quod fallax præuiderat ſuſpicio.

Iob.
Vultur oculis odorat cadauer?
Clem. 2. Strom.
Iudith.

§. XII.

Libido guſtata, quadam libera neceſſitas eſt, & quodammodò prophetia vlterioris delicti.

IRrationales ſunt hominis paſſiones; & brutum faciunt ex rationali. Ambitio blanditiis Polypum imitatur, aulicus Camæleonta refert; adulator Simiam mentitur; furioſus Tigridis rabiem exprimit; Ira ferinam belluam facit ex homine, ſed ad tempus, nec diuturna metamorphoſi. Sola Venus intimas diu depaſcens medullas, vſque eò mortales dementat; & quantùm diſſimulanter negotiatur in homine, tantùm quaſi deprauat rationalem ſubſtantiam, vt depoſitâ mentis generoſitate, aliam quaſi naturam, & quidem brutam laſciuia faciat. Quod Maſſilienſis Saluianus ſapienter rimatus eſt, aiens: *Vſque adeò excluſâ natura originalis ſynceritate, aliam quodammodò naturam vitia fecerunt.* Sic vitiat hominem luxuriæ vitium, vt velut deſierit eſſe homo; & ſenſim in aliam naturam quodammodò transformetur à vitio. Sic delinitur à guſtatâ Veneris voluptate, vſque eò agitur luxuriæ flammis vt ex libero homine, & ſui arbitrij compote, quaſi impos euadat, & adactus ad vitium, agitatus carnis libidinibus. Vnde Tertull. incontinentiæ fomitem ab eo, qui Venereas voluptates expertus eſt, appellat *Carnis neceſſitatem*, ac ſi iam non ex arbitrij libertate, ſed ex luxuriæ vitio, alia quodammodò natura facta *carnis neceſſitatem* homo pateretur. Et quidem luxuria quaſi neceſſitas quædam eſt, quia libidinum motu titillata caro cogitur ad vitium, ſed liberè cogitur, quod pernicioſius malum eſt. Hanc carnis neceſſitatem expertus Dauid Pſal. 24. verſ. 17. Deum ſic exorat: *De neceſſitatibus meis erue me.* Quid *Neceſſitatis* nomine intelligat Dauid variant expoſitores. Receptior ſententia eſt loqui de prauâ conſuetudine, quæ altè impreſſa carni, illam cogebat ad peccandum tanquam ſi non liberè, ſed neceſſariò ferretur libidine delinquendi. Verùm perperam Dauid à neceſſitate timet, ne labatur in peccatum, ne Deum offendat reatu facinoris, & voluptate delicti. Nam ſi neceſſariò in libidines agitur, vitio caret delictum; imò delictum non eſt, quod ſine libertate offendit, ergo inanis delicti pauor eſt, qui à delicto neceſſariò timetur. Peracutè S. Auguſtinus neceſſitatem liberam, & libertatem coactam agnoſcit in Dauide incontinente ita ſcribens: *Per arbitrij libertatem factum, vt eſſet homo cum peccato, ſed iam pœnalis vitioſitas ſubſecuta ex libertate fecit neceſſitatem.* Ecce tibi neceſſitatem liberam, & libertatem quaſi violentam. Porrò luxuria ad delinquendum impoſſibilia componit, cùm liberam neceſſitatem admittat: vt quà libidinis facinus neceſſarium dicitur, certum, & quaſi ineuitabile ſit; quà verò liberum, peccati rationem inducat: Et ſic monſtrum quoddam conflectur, ſcilicet ineuitabile liberum, ſpontaneum violentum, arbitrium coactum, indifferens neceſſarium: ne quid mali non habeat res Veneris? ſic 54.

Luxuria guſtata dicitur libera neceſſitas.
Saluian. l. 7. de Gub. Dei.
Tertull. de exhor. caſt.
Pſalm.
Auguſt. l. de perf. iuſt.

Tertull.

Tertullianus libidinis flagitium, *Carnis neceſſitatem* appellat: & aliam quodammodò naturam facere edocet Saluianus.

Luxuriandi conſuetudo quàm impellat ad libidinem. Pſalm.

Attentum lectorem requirunt pulchra verba Pſalm. 118. num. 29. vbi inquit Dauid: *Viam iniquitatis amoue à me.* Videlicet poſt meridiem adhuc deſes & oſcitans Rex deambulabat in pergula animi causâ liberiùs animo, & oculis vagans, proſpexit Berſabetham venuſtam quidem fœminam, pulchro viſu inneſcati oculi hærebant feminæ, iucundior aſpectus tacitè euigorabat Dauidis virtutem, nam oculi inciearunt concupiſcentiæ appetitum, appetitus ſeduxit mentem blanditiis pulchritudinis: ſeducta mens illecebris voluptatis voluntatem euertit, arbitrium corrupit. Annuit licentiùs Veneri voluntas, conſentit; euocat feminam, deſpumat libidinem. Et exiguo die antiquitatem expertus in luxuriando, ſentiens quaſi deprauatam naturam vitio, dolens ita Deum infuſus lachrymis exorat: *Viam iniquitatis amoue à me.* Ac ſi dicat: ô Domine, eſto miſero peccatori placatus, & vt ne iterum laſciuiendo delinquam, *Amoue à me viam iniquitatis*, ne ego per illam iter faciam. Quis vnquam non inſanus diceret, vt auferatur via in qua ſentit fore periculum? Si periculoſa via eſt, & ab itinere timetur, præſtat per illam non incedere; aliò diuertat curſum, nec per illud iter pergat; nam via auferenda non eſt. Neque enim auditum eſt, vt via aut aratri ſulcis, aut excitata maceria impediatur, ne quis integer mente per illam non incedat. *Via enim ſcelerum non imperatrix noſtra eſſe legitur, ſed famula*, tempeſtiuè dixit Ennodius. Ita eſt, ait Dauid. Attamen *Viam iniquitatis amoue à me.* Ac ſi dicat, inquit P. Claudius Aquauiua Præpoſitus Generalis noſtræ Societatis, in expoſitione huius Pſalmi: Scio diuinæ gratiæ vires, ſcio quàm potenter Dei auxilia auertant à vitiis, ſcio me liberi arbitrij eſſe. Sed etiam ſcio quàm acri vi libidò prius guſtata trahat ad luxuriam. Facilius videtur viam auferre, quàm auferre mihi laſciuiendi voluntatem. Nam etſi liber ſum, veluti coactam libertatem experior, & ſpontaneam quodammodò neceſſitatem. Ergo ne præcipiter in peccati barathrum, *Viam iniquitatis amoue à me.*

Ennod. l. 2. epiſt. 19.

Claud. Aquauiua.

57\. *Luxuria quaſi prophetia luxuriæ eſt. Lucæ.*

Hinc interpretor locum illum Luc. 7. v. 39. etſi ab interpretibus ferè omiſſum, mihi quidem ſatis impeditum. Vbi minimè candidus ille Phariſæus, animaduertens Chriſtum permiſiſſe colloquia, & attactum feminæ peccatricis & peccatorum veniam indultam, & de reformatione vitæ ſpem conceptam, ſic apud ſe ſubmurmurauit: *Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique quæ, & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum quia peccatrix eſt*, & pudoris, & corporis prodiga. Protſus ineptè prophetiæ notitia neceſſaria erat ad ſciendum quod nemini non notum erat; quid enim vulgo notius, quam pulchræ feminæ licentior vita? Ad hæc: Quæ vis eſt voculæ illius, *Quæ?* cur dicitur, *ſi eſſet propheta ſciret, quæ, & qualis eſſet?* nam vox *qualis* totum ſignificatum amplectitur: Scilicet feminæ venuſtatem, nobilitatem, vitæ licentiam, turpeſ voluptates, ſcandala illicitæ pulchritudinis facta; & quidem quicquid ad malitiam huius feminæ prodendam dici potuit, ſufficienter, imò plenè exprimitur voce illa *qualis*. Ergo ſuperflua & otiatur vocula illa *quæ*, cui voci energiam excogitare facilè non eſt. Dialecticorum trita paræmia eſt: *Quæ* ſubſtantiam quærit, *Qualis* qualitatem. Ergo incontinentior viuendi modus, licentior vita, generis nobilitas, & ignobilitas ſcortationis huius feminæ, explicatur voce illa, *Qualis*. At ſubſtantia eiuſdem: quia *quodammodo aliam naturam vitia fecerant*, dicti voce illa *Quæ* exprimitur. Itaque non abs re dixit Euangeliſta nomine Phariſæi: *Quæ, & Qualis.* At cur requirit prophetiæ notitiam ad ſciendam incontinentiam huius peccatricis? *Hic ſi eſſet propheta, ſciret, &c.* Num quia Chriſtus adeò cauebat cum eiuſmodi agere, & tam longè aberat ab incontinente feminarum plebe, vt, niſi propheticâ occultorum notitia, id ignoraret? Minimè: quia Chriſtus in medio populo verſabatur. Num quia Veneris vi- 57.
tium occultum eſt? Sic videtur incontinenti, etſi oculis videat populus incontinentiam, libidine cæcus ille nemini notum putat. Cur ergo Phariſæus negat Chriſtum eſſe prophetam, cùm meretricem ad pœnitentiam recipit? Videlicet quia Chriſtus de incontinenti continentiam ſperat, de laſciua femina caſtitatem. Præclarè Hildebertus: *Vix de cupiditate triumphat, de quo ſemel cupiditas triumphauit. Cupiditas leges abſtergit, ius omne perſequitur, diuinas abradit ſanctiones.* Nam incontinentiæ vitium vlterioris peccati quaſi prophetia eſt. Et guſtata libido prophetat reliquæ vitæ licentiam. Oſee 1. v. 1. & 2. *Verbum Domini, quod factum eſt ad Oſee. Principium loquendi Domino in Oſee.* Magnus quidem prophetiæ ſuggeſtus, quo ſibi prophetandi plauſum capiat. Quænam eſt prophetia? *Fornicans fornicabitur terra*, id eſt, mœchus erit Hebræus populus, & fornicarius, id prophetò. Verùm ſciendum eſt, ex P. Mariana in Originali Hebræo non legi, *Fornicabitur terra*, ſed *Fornicata eſt terra.* At S. Hieronymus pro eodem ferè reputauit, *Fornicata eſt, & fornicabitur*, & vt Synonyma poſuit; adeò Hieronymo certum erat, quòd quæ *fornicata eſt, fornicabitur.* Vel fortè quia hæc fuit Oſee prophetia, quòd quæ fornicata eſt, & fornicabitur: & quæ ſemel incenſa eſt libidinum flammis, iterùm arſuram eodem incendio. Audi Saluianum: *Mala enim inceſſabiliter malis addimus, &c. Nec non tantùm nos noſtros tantùm ardere videmus: ſed & ipſi iam ex maxima noſtrorum corporum parte arſimus. Et quid hoc (Proh nefas!) mali eſt? Arſimus, arſimus, & tamen flammas, quibus iam arſimus, non timemus.* Ac ſi dicat: libidinis flamma non modò præſentem, quam agimus ætatem, ſed reliquum vitæ incendio vaſtat, & in cineres, & fauillam redigit. Quia vſque eò allicit luxuriæ voluptas, vt quaſi *carnis neceſſitatem* inducat, & prophetia ſit vlterioris delicti. *Papa, quanta eſt mulieris prophetia!* ait Hugo ad cap. 4. Ioannis, vt vel ob hoc hic verſ. 13. miretur nemo, Vagao conſcium Holofernianæ libidinis prophetaſſe de concubitu cum Iuditha.

Hildebert. epiſt. 42.

Oſee.

Hieron.

Saluian. l. 6. de Gubern. Dei.

Hugo.

---

§. XIII.

Reſcindere peccandi conſuetudinem diu inolitam naturæ miraculum eſt, gratiæ faſtus, & pignus gloriæ.

58\. PRæcipua naturæ humanæ dos, arbitrij libertas eſt: cætera enim animantia captiua ſunt, & mancipia ſub neceſſitatis iugo ſeruientia: at homo Rex ſui eſt, & imperialis arbitrij libertate principatur. Verùm diligenter præcaueat, ne à mala conſuetudine induat aliam naturam non bonam. Eleganter Baſilius Seleuc. nos hortatur, vt *bonis operibus libertatem nundinemur*, id eſt, repetitione actuum alicuius virtutis procuremus mercari perfectam arbitrij

Baſil. Seleuc. Orat. 43.

Digitized by Google

arbitrij libertatem, quam vitij consuetudo imminuit, inducendo vitij naturam, & quasi necessitatem; liberè cogendo, & vltroneam inferendo quasi coactionem.

Consuetudo nundinatur libertatem.

Nam frequens virtutis operatio vindicat hominem à libera necessitate, quam inducit consuetudo vitij: *Dans potestatem* (inquit Dorotheus de abrenunc. doctrina 1.) *quâ operari bonum possumus, ne pertrahi ad peccatum nolentes* (vt ita dicam) *possemus vllâ vi. Aggrauatur, & trahitur, qui peccato seruit, & funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur.*

Doroth.

Audis tantam esse consuetudinis efficaciam, vt etiam nolentes pertrahat ad peccandum, si ita fari licet,) & repetitâ peccatorum frequentiâ quasi ligari, & constringi arbitrium ad delinquendum? Videtur hyperbole, & meracissima veritas est.

59. Lucæ 11. vers. 61. Quispiam audiens cælestem Saluatoris doctrinam, & stupens tot miracula, ait Ad Christum: *Sequar te Domine, sed permitte mihi primùm renunciare his, quæ domi sunt.* Et Christus serò vetuit regressum ad suos. Certè nimia seueritas videtur non permittere huic recèns discipulo breue tempus, vt valedicat domesticis, & affinibus, & statim sequatur Christum. Causam tetigit Græcus eruditus Auctor apud S. Thomam inibi, sic scribens: *Crebri namque intuitus eorum, quæ deseruimus, propter consuetudinem trahunt ad retroacta: violentum enim quid visus est ad retinendum sibi. Nonne habitus ex vsu, ex habitu verò natura innascitur? Naturam verò mouere, vel alterare difficile: nam etsi paulisper declinet coacta, redit ad se ipsam velociter.* Ecce tibi à consuetudine fit prodigiosa quædam metamorphosis, & naturæ quasi mutatio, vt maneat in homine eadem, sed altera natura, id est, altera eadem, quam rarò exuit homo.

Lucæ.

Græcus.

Peccandi consuetudo vel in cadauere durare hyperbolicè dicitur.

Iob.

Sententiosè inquit Iob cap. 20. vers. 11. *Ossa eius* (id est peccatoris inueterati) *replebuntur vitiis adolescentiæ suæ, & cum ipso in puluere dormient.* Nempe adolescentiæ vitia, quæ cum ætate adolescunt, non tantùm durant vsque ad senectutem, sed vsque ad sepulchrum videntur perdurare. O grandem exaggerationem! Quo enim modo fieri potest, vt adolescentiæ vitia perseuerent vsque ad sepulchrum? Numquid hominis caro putrida, & fœtens adhuc florebit ad gratiam? proculcatum corpus superbiet ad gloriam? fortè ambibunt honores emortua membra, & ad puluerem redacta? Quid? frigida ossa vel in sepulchro ardebunt intestino lasciuiæ incendio? Quo ergo pacto verè potuit dicere Iobus, quòd ossa peccatoris ab adolescentia peccare adsueti, adhuc in sepulchro retinebunt adolescentiæ vitia? In senecta id fieri non potest, & fiet in sepulchro? Profectò qui in adolescentia à peccandi consuetudine fecit sibi vitij naturam vel in senectute eam non deponit: sed qui annis vetulus est, vt iuuenis viget ad peccandum; & qui in sepulchro cadauerascit, adhuc vigere dicitur adolescentiæ vitiis. Nempe qui in frigidâ senectâ iam caducus, & capularis est, iuuenili vigore adhuc vigere dicitur ad delinquendum. Tantus est enim vitij vigor, quem alit inueterata consuetudo, vt à senectute iuuenescat! Vndè rectè inquit Iob: *ossa eius replebuntur vitiis adolescentiæ suæ:* Vel vt scribunt Septuaginta: *Ossa eius replebuntur adolescentiâ suâ, & cum ipso in puluere dormient.* Ac si adhuc in cadaueris cineribus ardeat viuidus peccandi igniculus, qui ab adolescentiâ per consuetudinem vires auxit, nec senuit cum ætate, nec ferè moritur cum corpore, sed adhuc quasi viget in sepulchro.

Septuag.

Remigius prauam consuetudinem vocat *Peccatorum passiones.* Porrò passiones hominis vehementer illum instigant ad malitiam: nam passio audacia est ad peccandum, & temeritas ad delinquendum. Simile quid cense de prauâ consuetudine. *Es la mala costumbre otra nueua passion fuera de las que acompañan a la concupiscentia.* Nam habitus ad peccandum æmulus passionum est, & quasi nouus concupiscentiæ fomes. Nisi velis *passionis* nomine hîc intelligi inualentiam, seu languorem ad bonum operandum à non bona consuetudine profectum. Quia homo, qui vitioso habitu imbutus est, etsi ab habitu iustitiæ iuuenescat vigore gratiæ; attamen à praua consuetudine adhuc debilis, & languidus est ad virtutem. 60.

Remig. ad cap. 17 Luc.

Consuetudo alia passio est seu fomes ad delinquendum.

Luc. 13. v. 11. *Ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem, & octo; & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cùm videret* IESVS *vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est.* Addubitant interpretes, cur si hæc mulier tot annis assuefacta curuitati, verbo Christi Dei perfectè sanata fuit, non surrexit statim, sed expectauit donec Saluator porrigeret illi manum, & illam subleuaret? Num vbi primùm Christus dixit: *Dimissa es ab infirmitate tua,* confestim sanata non est? Minimè, nam Christi sermo operatorius erat: ipse enim dixit, & facta sunt. Quid ergo expectat Christi manum, quæ Christi ore iam sanata fuerat? Profectò hæc mulier vetusto morbo laborabat, octo, & decem annis inclinata erat ad terram; & ita tametsi verbo Christi sana, adhuc quasi non eualeret ad surgendum, medicam Christi manum expectat: S. Gregorius sic præfata, verba eleganter enucleat: *Mulier dimissa es ab infirmitate tua, & imposuit illi manus, & confestim erecta est. Vsitata culpa obligat mentem vt nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur, & labitur, quia vbi diu sponte persistit, ibi cùm noluerit, cadit.* Nempe vsitata culpa, seu vitium à longa consuetudine inueteratum, sic hominem inclinat, & curuat ad terram, vt adhuc Dei imperiali voce sanatus, quò resurgat ad cælum, eget auxiliari Dei manu, ac si necdum perfectè sanus esset. Surgere potest, quia liber est, & quia sanus à culpa est: at ab vsitata culpa, & nequam habitu, ita quasi ligatum arbitrium est, vt *nequaquam surgere possit ad rectitudinem,* (id est, vix resurget) nisi etiam præter sanitatem adhuc Christus porrigat illi manum, vt resurgat. Tanta est consuetudinis vis!

Lucæ.

Gregor. in Catena.

Danielis 4. v. 12. Magnus ille Rex Baltassar, qui & Nabuchodonosor nominatur orbis imperio, & regalibus diuitiis, & deliciis inclytus, ob insignem, quo superbiebat fastum, dementatus est, regno, & arbitrio priuatus; ad terram pronus, tanquam muta animantia, transegit septem omninò annos. Hæc sunt verba diuinæ sententiæ: *Alligetur vinculo ferreo, & æneo in herbis, quæ foris sunt, & cum feris pars eius in herba terræ.* Quis non miretur Regem potentem regno, & virium robore, & à furore, quo agebatur, valentiorem, catenis ferreis, & æneis obligari herbis syluæ? Profectò vel inualidus, & eneruis puer alligatus herbis, illas facilè auelleret, & liber abiret quò vellet. Quid prodest catenis ferreis vinciri, si herbaceæ imbecillitati alligatur? Marmoreæ, aut æneæ columnæ potiùs alligandus erat herbaceis funibus constrictus; non ferreis catenis herbæ ad resistendum imbelli. Lyranus, cui subscribit Fernand. visione 22. comment. 2. §. 2. per hæc vincula intelligit sententiam, & decretum Dei. Alij pœnam, seu afflictionem Regis interpretantur: 61.

Daniel.

Consuetudo est quasi catena ferrea alligans herbaceis.

Lyra.

Fernand.

Digitized by Google

tur: Malo cum communiori sententia verè ferreas, & æneas catenas accipere, quibus herbis solidè alligatur Rex per totum septennium. Sic enim bene significat Daniel non bonæ consuetudinis validam vim, quæ vel insipidis herbis alligat hominem, vt herbaceo, & fatuo cibo pascatur, relictis deliciis cibi cælestis. Tanta est vis vitiati, & inueterati vitij, vt homo contempto virtutis sapore obbrutescat, & delicietur in vitij herbis, quibus velut bestia assueuit, vt consuetudinis vinculis ferreis, & æneis illi alligetur. O diram praui habitus tyrannidem! ô læsam (etsi non extinctam) libertatem, à consuetudinis liberâ coactione! Præstigiarum speciem præfert, & incantamenti genus videtur potentissimum Regem consuetudinis inolitæ ferreis catenis alligari herbis Saltus, quasi æneæ columnæ. Zosimo

Isidor. Pelus. l. 1, ep. 139. vitiis inueterato sic scribit S. Isidorus Pelusiota, aliàs à me expensus: *Nec regnum te incitat, nec gehenna rursus terret: feram, & indomitam belluam incantamus.* O vitiorum præstigias! Heu! fuge tu praui habitus incantamentum, excantatus potentioris gratiæ carmine: cuius præcipua laus est inueteratam consuetudinem interrumpere; abolere miraculum.

§. XIV.

Culpata criminibus conscientia docet alienam conscientiam culpare temerariè.

63. 1. Cor. SAnctus Paulus 1. Corinth. 4. vers. 3. adhortans Corinthios ne de aliorum moribus, & vita iudicent, hoc vtitur argumento. *Neque me ipsum iudico; nihil enim mihi conscius sum.* Huius rationis

Chrysost. vim audi ex aureo sancti Chrysostomi ore, qui inibi ait: *Quod si in quibus ipse peccaui, nihil certo mihi conscius sum: quo pacto dignus fuero, qui de aliis feram sententiam? Qua ratione si res meas non satis exploratas habeo, aliena potero iudicare?* Nempè, si Paulus non satis vel seipsum perspectum & exploratum habet, vecordes erunt Corinthi si præsumant aliorum recondita cordis secreta, & mentis recessus iudicare. Scilicet qui seipsum iudicare nequit, quomodo alios iudicare poterit? A se discat alios non iudicare; imò à se discat alios iudicare. Nemo nisi non bonus malè de aliis censet. Qui alios temerariâ audaciâ prauè iudicat, aut non bonus est, aut malus erit in eâ re, quam iudicat. Vtrumque probo.

64. Ad Rom. *Qui alios iudicat, illius criminis reus putatur.* Ad Romanos 2. vers. 1. *Inexcusabilis es, ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas; eadem enim agis, quæ iudicas.* Vulgò interpretes existimant, hominem ad temerè iudicandum facilem, iusto Dei iudicio permitti, vt labatur in similia flagitia his, quæ temerè in aliis notauit. Vnde ait Apostolus: In quo alium iudicas, te ipsum condemnas, nempe ad similia flagitia perpetranda; quasi temerarium iudicium, non tam de aliorum culpis quam de propriis sententiam ferat: nam certissime incurret in ea delicta, quæ in aliis iudicauit: quasi censura alieni casus sit prophetia, & certitudo cadendi. Ad id probandum adducam elegantem, & perdifficilem Iobi locum;

Iob. qui cap. 1. vers. 5. quando eius filij mutuis conniuiis fouebant fraternum amorem, tam erat tunc sollicitus, vt offerret holocausta pro singulis, aiens: *Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis.* Verba planè impedita, & quæ sapienter expediuit Sanctius ibi, negationem priorem repetens, vt sensus sit: quod sollicitus erat Sanct.
Iob, timens ne fortè peccauerint filij eius, & ne benedixerint Deo in cordibus suis. Nimirum timet ne filij eius peccauerint in intimo cordis secessu: suspicatur enim filios deliquisse mente, & intentione; & in re bonâ non bonam habere intentionem. Hæc videtur germana loci commentatio. At timeo ne Iobus non benè censens de intentione & mente filiorum, suspectus sit ipse non bonæ mentis in bonis operibus: nam qui mentem aliorum iudicat, reus erit ipse non bonæ mentis. Vnde cùm malus Dæmon infrà vers. 7. audiens ex ore Dei Iobi laudes, inquit: *Tange cuncta quæ* Iob.
possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Nempe si Iobum afflixeris ærumnis, planè explorabis, quod in faciem, hoc est, extrinsecùs & palam benedicet tibi; secùs clàm, hoc est, in mentis arcano recessu. Expensione dignissimum est, quòd cùm Dæmon culpare vellet Iobum, & illum coram Deo dehonestare, nullum repererit exterius delictum, quo illum deuenustaret, sed ad mentis delicta confugerit, cuius latebris par ipse non est. Certissimè asserit Iob non benedicturum Deo in corde suo si tentatione pulsetur. Vnde id tam certò scis, astutissime Dæmonum? quis tibi indicauit Iobum non benedicturum Deo in corde suo? præstaret quidem, si illum accusares de aliquo crimine, quod extrinsecùs perpetrauit, non de crimine perpetrando in abdito cordis secreto: illa enim certiora forent. Verùm enimuerò sciebat Satan Iobum timuisse ne eius filij in piis, quæ alternabant, conuiuiis, non benedicerent Deo in cordibus suis; vnde callidus Dæmon ferè exploratum habuit, ipsummet Iobum, qui id iudicauit, in faciem benedicturum Deum, non ita in mente, & intentionis secreto. Scilicet quod suspicatur Iobus de filiis, id vsque adeò indubiè suspicatur Dæmon de Iobo, vt certò affirmet Iobum non benedicturum Deo in corde, quia ipse iudicauit filios non benedixisse Deo in corde: Nam, *In quo iudicas alterum, teipsum condemnas.* Quod videre licet hîc vers. 13.

At hæc Paulini loci expositio quibusdam com- 65.
mentatoribus non valdè placet: nam frustrà ob id *Iudicium te-*
dicitur homo *inexcusabilis.* Item absque energia *merarium de*
additur: in quo iudicas alterum, te ipsum condem- *se indicat idē*
nas: nemo enim ob delictum non factum, sed fa- *crimen.*
ciendum condemnatur. Vnde perplacet quorumdam commentum: quod qui peccatum aliquod de aliquo temerè iudicat, iam illud delictum in se expertus est: & ex propria conscientia iudicat alienam. Sed non est explicatu facile in hac sententia, quomodo verum sit, vt qui alios luxuriæ (exempli causa) notat, agatur ipse Veneris stimulis: & qui superbiæ, aut auaritiæ alios culpat, & ipse quoque turgeat inanis gloriæ, aut lucri cupiditate: nam castus luxuriosos, & humilis superbos, & pecuniarum contemptor auaros notare solet. Ergo non rectè dixit Paulus: *In quo*, id est, in eo crimine, quo alios temerè notas, te ipsum tunc condemnas, vt reum eiusdem criminis. Verùm rectè ait Paulus: *Eadem enim agis, quæ iudicas.* Scilicet à mala tua conscientia discis alienam. Iniquitas & malitia, quam tu experiris in te, te quasi manu ducit, vt simile flagitium præsumas in aliis. Nam conscientia sincera & candida suspicax non est: neque enim in aliis suspicatur malum, quod nunquam in se experta est. Hanc expositionem eleganter insinuat Tertullianus. Nimirum inaudita, & nefaria crimina Gentiles obiectabant Christianis, quam suspicionem

Digitized by Google

suspicionem sic in ipsos Gentiles retorquet Tertullianus, aiens: *Qui ista credis de homine, potes & facere, Tu homo es, & ipse quod & Christianus, qui non potes facere, non debes credere.* Ecce dissimulanter culpat Tertullianus Gentilium conscientiam similis flagitij, ac illud, quod temere iudicant: nam si ipsi Gentiles non possent committere, id est, aliquando non commisissent eiusmodi delictorum monstra, nequaquam præsumpsissent, id commisisse Christianos. Enimuerò suo temerario iudicio satis superque indicant se reos esse criminis quod Christianis impingunt, atque adeò suo temerario indicio se arguunt & planè condemnant: *In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas.* Concinit Tertulliano Minutius Felix in Octau. in casu simili, aiens: *Nemo hoc potest credere, nisi qui potest audire.*

Tertull Apol. c. 8.

Minut Fel.

66. Ioannis 13. vers. 25. Dixit Iesus se tradendum ab aliquo ex discipulis. Cui dixit Ioannes: *Domine, quis est?* Tunc respondit Christus: *Cui ego intinctum panem porrexero: & cùm intinxisset panem dedit Iudæ.* Quod euidentius signum proditionis potuit dari? Quis neget ex hoc euidentissimo signo Ioannem planè cognouisse Iudam fuisse proditorem? nam truncus foret, quid id non cognouisset euidenter. Et tamen Ioannes ait, se & cæteros Apostolos id ignorasse, aiens statim vers. 28. *Hoc autem nemo sciuit discumbentium.* Mirum est, quòd Ioannes id ignoraret, quæ non tantùm esset hebetudo, sed amentia. Audiendus est S. Chrysostomus sic aiens: *Hoc autem nemo sciuit discumbentium. Numquid & Ioannes? Neque ipse: neque enim putauit discipulum in tantam proruptiurum iniquitatem. Cùm enim longè à tali scelere abessent, neque de aliis suspicabantur.* Quid præclarius ad hanc rem? Nempe Ioannes a Christo audierat, illum esse proditorem, cui daret Christus intinctum panem: mox intingit panem, & dat Iudæ ante oculos Ioannis: & nihilominus Ioannes non suspicatur Iudam esse proditorem: nam cùm ipse longè aberat à proditione, de nullo suspicatur proditionem, etsi oculis videat euidentissima proditionis indicia: plerumque enim nemo facile potest credere alienum facinus, nisi qui potest facere. A propria conscientia discitur aliena: & propria peccata indicium sunt iudicandi aliena: nostra non bona conscientia aliorum reatus est: sanctissimus quisque suspectus est vitij apud flagitiosos.

Ioann. *Qui nescit in re aliqua delinquere, nescit iudicare.*

Chrysost. hom. 71. in Ioan.

§. XV.

Apud homines nemo satis innocens est, de quo an sit innocens quæritur: ipsa delicti inquisitio, præpropera damnatio est.

67. ONerosa est legisperitorum officina, hominibus clanculum insidiatur, dum auxiliari palàm intentat: vindiciæ, aut vindictæ litigantibus lenocinantur, vt sensim allectos conserant, vt Gladiatorum paria; ad luctam, ad vibices, ad cædes. Profectò Iudicum subsellia reos aut miseros inueniunt, aut faciunt; vel litigatores consumunt, vel damnant: nam etiam quos absoluunt, priùs consumpserunt ministrorum impensis, anxia sollicitudine litigandi, & (quod grauius est) disquisitione delicti. Serò absoluit iudicis sententia; quem prius vel ipsum iudicium prædamnauerat. Itaque apud homines nullus reus planè absoluitur à reatu delicti: nam saltem census absoluti in iudicio, damnatus fuit ad impensas litis, eius honor disquisitione deuenustatur: omnis inuestigatio delicti species reatus est, quem nunquàm eluit, quantumuis in iudicio vincat. Neque enim sententia iudicis absoluere valet, quem iudicis suspectum iudicium & inohonora reatus disquisitio culpauit. Nam delicta qui discutit, prodit: & dum criminalis agitur causa, tot sunt venena, quod officialium ingenia, tot dolores, quot causæ colores; tot pernicies, quot litium species. Quin & omnis iudex ab officio censor est. Censorum autem vel ciuilitas suspecta est de censuræ dedecore. Hebræa gens quæ multis retrò seculis per Patriarchas, seu familiarum principes regebatur, mox per Iudices gubernata est, vt constat ex toto libro iudicum, exinde Reges acceperunt imperij sceptrum; tandem penes sacerdotes fuit regia potestas. Sed infelicissimum omnium fuit regimen sub iudicibus, quos Critas nominat Tertullianus Græco vocabulo, sic scribens. *Post quæ instituit super illos Deus Critas, quos Censores intelligimus; sed neque istis obaudire perseuerauerunt.* Nam omnis Censor, (quoscunque iudices appellat Censores) etiam dum absoluit, censet; omnis autem censura deuenustat, dedecorat, culpat. Mallem ego malè non litigare in iudicio, quam bene absolui à Censore: nam suspicio reatus, præpropera & irreuocabilis damnatio est.

Inuestigatio delicti culpat innocentem.

Iudic

Tertull. in Scorpiac. adu. Gnost. cap. 2. *Omnis iudex Criticus seu Censor est.*

Ioannis quinto, vers. vigesimo secundo. Ita fatur Christus Deus de plena & legitima iurisdictio- 68.
ne quam habet in homine: *Neque enim Pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit Filio.* Magna quæstio est apud Sanctos Ecclesiæ Patres, quo vero sensu dici possit, Patrem neminem iudicare, sed solum filium, cùm Theologorum sit dogma; opera *ad extra* à tota Trinitate procedere. Quid est quod Pater Deus neminem indicare, id est, damnare dicitur,) nam iudicium pro condemnatione sumitur, vt sapientes interpretes in cap. 3. Ioannis, sed solus Christus? Quis nisi hæretico priuilegio neget Patrem Deum plures damnasse? quin & neminem iudicauit seu damnauit Christus Deus, quem Pater non vnà condemnet. Quæ est ista specialis damnatio reorum, à qua eximitur Pater, quæ tota est penes Christum, qui Deus homo est? Maldonatus ex Augustino, & ex Beda, sic grauissimæ difficultati satisfacit. Pater dicitur neminem iudicare, non quod reuera non iudicet: quicquid enim vna persona facit extra se ipsam, vt Theologi affirmant, omnes simul personæ faciunt: sed quia non iudicat, sumpta persona iudicis, quæ ab omnibus, quos iudicat videatur, cum illis loquatur, sententiam verbis proferat: denique externo ritu, formáque iudiciali non iudicat; inde dicitur, neminem iudicare. Quòd Maldonatus dixit: *Pater non iudicat quenquam, &c. quia externo ritu formáque iudiciali non iudicat.* Dixit sanctus Augustinus nuper allegatus, his
verbis: *Pater non iudicat quemquam, sed omnes, iudicium dedit filio; quia iudex in forma filij hominis apparebit, quæ forma non est Patris sed Filij.* Scilicet ideò Pater nullum hominum in die iudicij damnare dicitur: non quia non damnet reprobos simul cum Filio, & Spiritu sancto; sed tantùm tribuitur Filio, hoc est, Christo reproborum condemnatio, quia Christus homo est, & ita externo ritu, formáque iudiciali res agetur. Proferetur liber scriptus, præsentabuntur testes, vrgebunt accusatores dæmones, fiet delictorum disquisitio, & sic iudiciali & externo ritu negotium seculorum tractabitur. Benè ergo Pater, qui ita neminem iudicat; sed solà

Ioann.

Neminem damnare dicitur, qui non discutit crimen, sed condemnat.

Maldon. August. l. 1. de Trinit. c. 13. & l. 50. homiliarú. hom. 22. Beda.

August. 69.

sola intellectus perspicacia, & occulto voluntatis nutu, nullum condemnare dicitur, sicut Filius, Deus homo, Christus inquam, qui non tantum reprobos damnabit, cùm fulminet sententiam, qua feralibus gehennæ incendiis destinantur reprobi, sed iudiciali ritu, qui præcedit condemnationem, & accusatione dæmonum, & testium depositione, & facinorum disquisitione, præmaturè damnat, & anticipatâ censurâ condẽnat. Nam delicta, qui discutit, prodit; & iudicium de crimine obiecto, præpropera sententia est, & præmatura damnatio. Pater verò qui de nullius crimine sic disquirit, neminem damnare dicitur, tametsi vltimam damnatorum sententiam cum Filio decernat.

70. Lucæ.

Redeat iterum, semel & iterum ventilatus aliorsùm locus ex Lucæ Euangelio, cap. 16. v. 1. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum; & ait illi. Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Profectò nimis seuerè actum est cum hoc procuratore seu Oeconomo; imò inconsultè, siquidem ex sola rumorum accusatione, remouetur ab officij dignitate priusquam citetur ad iudicium, audiatur palam accusatio, sistantur testes, fiat reatus disquisitio; & tandem ipse pro se alleget. Iniustè amouetur ab officio, antequam liquidò constet de obiecta Dominici census clancularia rapinâ. Quod rectè aduertit S. Chrysologus his verbis: *Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris ampliùs villicare. Tam piis tam seuera cur iungit: Cur antè à villicatione submouet, quàm rationem agnoscat?* Malè ab officij dignitate submouetur, de quo nondum scitur, an mereatur depositionem. Vtrumque ex alterutro redarguitur, aut non prius disquisisse de crimine, antequam submoueret, aut submouere antequã disquisisset. Nam seruum deposuisse ab officio, serui condemnatio est. Semper autem innocentem damnat, qui ante criminis inuestigationem condemnat: nã vacante ex inquisitione notitia, vnde depositionis iustitia defenditur? Malè præcurrit sẽtentia disquisitionis notitiam. Verùm vindicandus est ab iniustitia hic homo diues, qui ex omnium interpretum sententiâ Deus est, & inde iustus, quin & misericors. Quæ ergo misericordiæ pietas elucet in hac prædamnatione? Planè fugit humanam sapientiam; sed non latuit acutissimam S. Chrysologi aciem, ad res diuinas perspicacissimam. Dixerat serm. illo 125. *Cur antè à villicatione submouet quàm rationem cognoscat.* Et respondet serm. proximè sequenti: *Euasit certas discussionis angustias.* Vide oculis huius opulenti hominis, id est, Dei misericordiam, dum præproperè submouet seruum ab officij dignitate, ante delicti discussionem, non quasi damnans, sed præmaturè liberans *à certis discussionis angustiis.* Quæ non est anticipata damnatio, sed festinata absolutio à criminis disquisitione, quæ magis culpare solet reum, quàm sententia condemnationis. Sic enim solet esse indecora criminis obiecti inquisitio exposita vulgari cuiusuis inuidiæ, & maleuolentiæ, vt species sit absolutionis velut damnare ante disquisitionem, nam condonantur *certæ discussionis angustiæ*, præ-condemnatione quodammodo formidabiles. Præstat sæpè pati sententiam iudicis Censoris, quàm censuram obuij calumniatoris. Hic vers. 15. satis proditur Iudithæ facinus disquisitione eunuchi Vagao.

Chrysol. serm. 125.

Sæpe leniùs feris condemnatio quàm disquisitio criminis.

Chrysol.

Iudith.

71. Innocentia apud homines, & virtute constat, & felicitate. Virtus est, hominem innocentem esse; sed felicitas est de eius innocentia quæri, non disquiri mores ad reatum indagandum. Nam etsi inquisitio non semper famam denigret, saltem infuscat suspicionis fumo, & disquisitionis fuligine. Sollicitus Sponsus, vel quicunque loquitur Canticorum 8. v. 8. de sponsæ sororculâ maritandâ, sic fatur: *Soror nostra parua, & vbera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?* Quid timent cognati vel agnati huius venustæ puellæ, cur illos sollicitat cura de illa collocandâ viro? Quid est puellam alloqui, nam eiusmodi loquela valde illos angit. Hebraica exemplaria non habent, *Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est*: sed ita, *Quando sermo instituetur de ea, vel contra eam.* Vnde apud Sanctium ibidem: *Auctores aliqui ad tempora referunt, quibus de hac puella viro collocanda, agendum est: vbi liberiùs in alicuius ingenium, mores, & ætatem inquiri solet.* Hanc ingenij, & morum disquisitionem sic cognati timent de bene moratâ puellâ, vt quasi consilij impotes, nesciant, quid consilij tunc capiant. Non quod timeant de ingenij bonitate, & morum elegantia sinistrè forè censendum, non enim tam verentur censuram, quàm inquisitionem. Siquidem idem reputant, quod id perquirendo. *Sermo instituatur de ea*, ac *sermo instituatur contra eam.* Nam vt sententiosè dixit Cestius Pius apud M. Senecã. *Nulla satis pudica est, de qua quæritur:* Nulla est satis proba apud homines, de cuius probitate disquiritur. Tam enim est tenera honoris & famæ valetudo, vt suspicione deuenustetur, discussione prodatur: discussio enim censuram præcurrit, & præmaturè damnat, vel quem omnium sententia absoluit: nam delicta qui inquirit, prodit nullúsque opinione hominum, est satis innocens, de quo quæritur.

Cantic.

Sanct.

Cestius. Senec. l. 1 Controu. contr. 2.

§. XVI.

Amico simulato nullus infestior hostis.

72. Mitissimus semper Dauid, & qui æquo animo tulit Saülem palàm deſæuientem, & Absalonem aperto Marte furentem in ipsum, & bene meritum, & parentem amantissimum: quasi iam succensus impatientiæ febri languet, & suæ impatientiæ excusationem obtendit, scilicet ab eo, quem amicum existimabat, exagitari: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.* Psalm. 54. vers. 13. Pende illud *sustinuissem vtique.* Quasi dicat: inimicus palàm inimicitias gerens non tantam infligit plagam, quæ tolerari non possit, nam mei protegendi ab hostili manu sedula mihi cura est: ab amico clanculùm inimicitias agente, quis sibi caueat? tam ferit crudeliter, vt magnitudo vulneris excuset impatientiam, & patientissimo cuique quasi ius faciat impatientiæ. *Si inimicus meus, &c. sustinuissem vtique.* Quippe inimicus amici persona indutus infestior hostis est. Vnde Saul infestior Dauidis hostis esse dicitur, quàm Goliath, quod notauit Basilius Seleucus, & addit causam, *Cogitatio inimica Saulis animo tegitur, est crudelis, maleuolentiæ plenus, amicitia larua loricatus.*

Amicus simulatus est infestior. hostis.

Basil. Seleuc. orat. 15.

Genes.

73. Genes. 47. v. 34. Accitum in Ægyptum patrem Iacobum vnà cum tota familia tot Patriarchis, & Regibus fœta, excepit Ioseph amantissimè, vt pararat, & induit patrem suum, & fratres, vt salutatum eant Pharaonem, & palàm profiteantur se esse pastores ouium. Aduerte ad causam: *Cumque vocauerit*

Inimicitiæ cognitæ sternunt.

nerit

Digitized by Google

uerit vos Pharao, & dixerit: quod eſt opus veſtrum? Reſpondebitis, viri paſtores ſumus ſerui tui ab infantia noſtra. Hæc autem dicetis, vt habitare poſſitis in terra Geſſen. Et ſubdit: *Deteſtantur enim Ægyptij paſtores ouium.* Hæccine cauſa in mentem venire potuit viro ſapienti? Omitto cauſas, aut odij, aut contemptus in paſtores, quas expoſitores vbertim afferunt; ſcilicet quia Ægyptij adorant oues; deteſtantur paſtores, qui eas mactant: aut quia Ægyptij ſuperbiſſimi ſunt, & ita contemnunt humile paſtoritij muneris miniſterium. Num bene cōſuluit Ioſephus Patri ſeni, & fratrum, & nepotum nobili populo, tradens illos Ægyptiorum odiis, imò & deteſtationi, aut contemptui ob humilitatem miniſterij paſtoritij? Adhuc proculdubio iniuriarū memor inimicitias alit animo Ioſephus. Imò nunquā induſtrior, amicitior nunquam. Præuidebat præſagâ futuri mente inteſtinas inimicitias inter Ægyptios, & Iſraëlitas, quas vt propheta poſt prædixit, & vt cautus nunc præcauet. Diſcedite in terram Geſſen, procul eſtote ab Ægytiis, nec conuinatis cum eiuſmodi gente. Odio vos habeāt, quin & deteſtentur, hoc ſedulò curo; ſcio planè veſtros inimicos eſſe nunc, & fore in poſterum, ne occaſione contubernij, aut conuictus amicitias ineant vobiſcum, nam erunt atrociores inimici ſub ſpecie amicitiæ. Nunc præcido omnes amicitiarum occaſiones, & cauſas, & id vnum prætendo, vt quos ſcio verè inimicos, palàm oderint vos. Ægyptiorum odium vos ſeruabit à ruina. Quiuis ſibi cauet ab hoſte; ab amico diſſimulato, nemo. *Reſpondebitis, viri paſtores ſumus, deteſtantur enim Ægyptij paſtores ouium.* Nam odia occulta ſub amicitiæ ſpecie vulnus efficiunt incurabile, at palàm ſæuientia ſeruant à vulnere. *Ipſa conteret caput tuum,* ait Deus ſerpenti, qui Euam decepit. Et hæc verba tranſtulit Auguſtinus: *Ipſa ſeruabit caput tuum.* Idem ſonat S. Auguſtino *conteret, & ſeruabit,* nam hoſtis prædictus contriturus caput, caput ſeruat: nam ab inimico aperto, cautela eſt.

August.

74. Deuter. *Optandum eſt, vt inimicus neget inimicum.*

Magnificis verbis benedicit Moyſes moribundus, Deuteron. 32. v. 29. Iſraëliticum populū: *Beatus es tu Iſraël, quis ſimilis tui popule, qui ſaluaris in Domino, ſcutum auxilij tui, & gladius gloria tuæ:* ſubdit: *Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.* Hæreo in his verbis. Quidnam eſt, Negabūt te inimici tui? Inimicus quomodo negare poteſt inimicum? Imò amicus cùm ab inimicitia deficit, & inimicum induit, negare dicitur amicū ſuū. Hiſpanè dicimus: *Negaron me en eſta occaſion mis amigos.* At inimicus non negat inimicum ſuum. Quænam hæc benedictio, qua Moyſes beat Iſraëliticam gentem? Ad hæc quorsùm dicitur, quia negabunt te inimici tui, tu illos detriumphabis? Profundè ſatis hæreo verbis Moyſis? *Negabunt te inimici tui.* Id eſt, inimici tui priùs te confitebantur, & vt amici ſeſe vobis ingerebāt, & cùm nihil mali ſuſpicabamini, malum vobis exitiale imminebat. Hanc benedictionem Deus hodie vobis impertit, ſcilicet, Inimici non te confitebuntur vt amici, *ſed negabunt te inimici tui,* id eſt, deficient palàm à tua amicitia, nec clàm ſæuient ſub ſpecie amicitiæ, ſed apertè te oppugnabunt; tamen non expugnabunt, imò expugnabuntur à te, quia *negabunt te inimici tui, & eorum colla calcabis.* Quaſi dicat, Nō vinceris, ſed vinces, quia cum manifeſto hoſte, non cum hoſtili amico res eſt: opportunè inquit Caſſiodorus lib. 5. epiſt. 43. *Grauiter dolet iniuria qua contingit inſperata, etſi inde proueniat dolus, vnde credebatur auxilium.* Grandi benedictione beat populum Moyſes! ô vtinam per illam exularent à populo Dei omnes amicitiæ falſæ, & verè veræ inimicitiæ! ô quantæ & animorum, & corporum ſtrages vitarentur! Ergo cumulatiſſima Iſraelis benedictio eſt carere ſimulato inimico extrinſecùs: intrinſecùs verò hoſte. Quin & celebris maledictio eſt inimici, furere iam non poſſe ſimulato amicitiæ nomine.

75. Geneſ. *Hoſtis diſſimulatus eſt terribilis.*

Geneſ. 3. verſ. 15. Maledicit Deus ſerpenti, & ſic inquit: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem.* Prægrauis ſi quidem maledictio eſt, & infeſta ſententia dæmoni agere inimicitias cum imbelli femina, & iam deuictâ ſemel. Quis non rideat ad hanc pœnam! Auſpicatus fuit a victoria bellum, & inimicitia cum profligato hoſte nomine ſupplicij irrogatur ſerpenti? Imò hæc ſententia in Euā ſæuit magis, nam grauius erit victæ feminæ cum Diabolo inimicitias gerere, quàm diabolo cum femina à natura, à ſexu, à caſu prorſus imbecilla. Et tamen Deus hanc ſententiam in ſerpentem fulminat, acrem quidem, & peracerbam. Audi Rupertum lib. 3. Geneſ. cap. 19. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem,* &c. *Hoc à fraudibus inimicitia differunt: quòd fraudes pacatam ſermonis, vel cuiuſlibet rei prætendunt ſuperficiem. Inimicitia verò manifeſtam contrarietatis habent intentionem. Conſtat autem, quod ſubdolus diabolus in ſerpente mulieri non tanquam armatus aduerſarius occurrit, ſed tanquam fidus conſiliarius lateri eius in via ſe adiunxit. Cùm igitur dicit Deus: Ponam inimicitias inter te, & mulierem, profectò magnam gratia ſua opus promittit, quod victorem diabolum: qui vicerat fraude, victa tum mulier vincere quoque debeat fortitudine.* Quid luculentius, Dæmon etſi naturâ, & viribus potens, & potentior, imò inſolentior à victoria, vincetur ab Eua imbelli femina, & victa, quia non ſimulata amici ſpecie, ſed palam agendum eſt cum illo, tanquam cum aperto hoſte. Iam non fraudibus, vt cum amico, ſed manifeſtè, vt cum hoſte aget mulier. Et quæ victa fuit fraude à ſerpente, ſerpentem aperto marte certantem, etſi victa, glorioſè vincet, & ſerpentem detriumphabit. Hæc maledictio ſerpentis eſt & Euæ benedictio, ſicut & illa Moyſis; *Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.*

76. Luc.

Non ſæuior plaga, quàm quæ ab amico eſt. Luc. 4. v. 34. Adducitur ad Ieſum homo quidam habēs dæmonium immundum, quod exclamauit voce magna dicens: *Sine: Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos!* Beda ſic commentatur hunc locum: *Quaſi dicat Dæmon: Paululùm à me vexando quieſce, cui nulla eſt ſocietas cum noſtra fraude.* Nempè ait Dæmon ad Ieſum: quomodo me tantùm fatigas, & torques, ſi ex tuis non ſum? ſi nulla tecum amicitia innctus ſum. Nec ſolet, nec poteſt ſic vexare, qui inimicus eſt: dolorem, & vulnus, quo me feris, adeo acerbum eſt, vt videatur eſſe vulnus amici diſſimulati, non inimici manifeſti. Non potuit dæmon exaggerare malum, quo à Chriſto vexabatur, niſi publicaret, ſe videri affligi vulnere amici, non hoſtis, hæc plaga amici ſimulati, aut inimici diſſimulati videtur eſſe. Plaga diſſimulati hoſtis, & ſimulati amici feritur hic verſu 16. Holofernes.

Beda. *Grauius vulnus ab amico.*

Iudith.

§. XVII.

§. XVII.

Bonum exemplum animata lex est, & velut prophetia imitationis, & maturum Euangelium.

77. IN re virtutis nihil præstabilius quàm bona bonorum exempla, quæ pietatem alliciunt, probitatem spirant, virtutes impertiunt, & sanctitates imprimunt: nam probum exemplum exemplaris virtus est, illex ad virtutem, fomes pietatis, religionis thesaurus, & *virtutis promptuarium*, vt vocauit Basilius Seleuc. *Quorum actiones sunt nobis pro legibus*, inquit Clem. Alexand. 1. Strom. Enimuerò verba habent suadelam, exempla violentiam; nec tam videntur suadere, quàm cogere ad virtutem. Scitum est lib. de Abraham, Philonem appellasse pia Abraham exempla, *leges exemplares*. Et mox: *Fuerunt enim illi animatæ, rationaléſque leges*. Et de eodem Abrahamo sic ait S. Zeno: *Cuius conuersatio lex fuit*. Sanè sanctiones scriptæ, emortuæ leges sunt, nec tam videntur leges, quàm legum cadauera, cùm nihil vitale spirent, nihil non mutè loquantur, nihil viuidè operentur. At bona exempla, exemplares leges sunt, rationales, & animatæ, quæ vigorem spirant ad opus, quod exemplari iussione certissimè imperatæ soliciant. Verùm quia lex quantumuis rationalis,& viuida non semper debitum sibi obsequium extorquet, (nam sæpè hominum peruicax contumacia sanctiores leges violat;) adiecit Tertullianus pia Sanctorum exempla prophetiæ habere vim,sic scribens:*Propriè enim Apostoli Spiritum sanctum habent,qui planè habent in operibus prophetiæ efficaciam, virtutum, ac documentorum linguam.* Et quidem prophetiæ veritas, veritas fidei est, eâdem certitudine pollens, ac cæteræ fidei veritates, cùm eâdem nitatur auctoritate ad assentiendum. Vnde in Prophetarum æuo,fide certum erat, Virginem parituram Christum Deum, Verbum diuinum assumpturum carnem,& cætera, quæ præsagâ mente vaticinati sunt Prophetæ.Hæc est prophetiæ efficacia,quæ certiorem veritatem, & certissimum rei euentum donat. Pulchrè ergo Tertullianus certitudinem operis, ad quod bonum exemplum inducit, exaggerans,inquit,esse in bonis *operibus prophetiæ efficaciam*. Nam sicut prophetia diuinam omnipotentiam obligat ad exequendum, quod prædixit Propheta: sic bonum exemplum diuinum misericordiam quasi adstringit, ad exenquendum ad quod inducit, bonum. Adde quòd pium exemplum non modò allinit bonum opus videnti, sed illud imprimit, & diu, multúmque duraturum efficit, vt bellè notauit Basilius Seleucus, sic de Abelo scribens: *Quem primum natura iustum genuit, silentio non pressit, sed contra res Abelis dilucidè deprædicauit, quemdam institiæ characterem posteritati delineans*. Profectò character Theologico idiomate indelebile priuilegium est, in æuum perdurans. Sic virtus à bono exemplo parta, diuturnior est, vtpote altè impressa, non à lingua,sed ab opere.

Basil.Seleuc. orat.16. Exemplum animata lex est. — *Philo.* — *Zeno ser.3.* — *Tertull.l.de exhort. cast. cap.4. Exemplum dicitur habere propheti efficaciam.* — *Basil.or.14.*

78. De Eunucho illo Reginæ Candacis ait Tertullianus quod fuit *Scripturæ diuinæ impressus*. Non moror hæc verba, quæ aliàs expendi. Teneo tamen magnam hominis laudem,quòd eius facta, & præclara opera impressa sint Scripturæ sacræ. Sed maius quid dixit Paulinus de quodam illius ætatis laudatissimo viro: *Totum in te spirare Martinum, florere Clarum, maturari Euangelium prædicabant.* Id est, adeò virtutis splendore fulges, vt toto orbe notissima sint præclara augustissimæ tuæ sanctitatis exempla, quibus Clarum exprimis, Martinum spiras,quin & in te vno *maturari Euangelium* videtur. Quid est sanctis sancti viri exemplis *maturari Euāgelium*? Num lento gradu, ne dicam, tardo Euangelium stylo, & atramento exaratum graditur ad fideles? aut fidem suadet,aut perfectionem edocet? cùm verò Euangelium operibus exhibetur, *maturat*, id est, celeriùs vadit,& ocyùs currit?Ac si dicat Paulinus: Euangelium in chartis exaratum pigrè incedit; cùm verò operibus tuis impressum est, impigrè graditur,& *maturat* profectum.Nisi fortè sublimius quid excogitauerit Paulinus, aiens, *in te*, hoc est,à tua sanctissima vita,& præclaris exemplis, *maturatur Euangelium*.Id est,Euangelium stylo, & atramento scriptum, quasi crudum,& quodammodò immaturum est; (nam verba sunt emortua, non animata operantis vigore: cùm verò tota Euangelij disciplina in te,tuisque operibus viuit,& animatur, Euangelium video decoctum,mite,suaue,& vt semel dicam, *maturum Euangelium*, quia quod in charta erat quasi crudum, in opere tuo ad imitandum est conditum,& maturum. Vnde à tuis exemplis maturatur Euangelium.

Tertull.l.de Bapt.c.18. — *Paulin.epist.14.* — *A bono exemplo maturatur Euangelium.*

79. Femina illa venustate, & luxu in Euangelio famosa, opportunè importuna in conuiuio accessit ad Christum, sed accessit retrò,fortè præcauens ne Christi Dei cautus pudor aliò deflecteret oculos,ne Magdalenæ pulchritudinem aspiceret. Aderat illa verecundiæ rubore venustior, lacrymarum gemmis ornatior, lenocinio potentiæ famosior, & aspectum Saluatoris declinat.Verùm consultè apud se cogitans,se totam spirare pœnitentiam,& exemplares virtutes, sic inquit ad Christum recusantem feminæ aspectū: *Corrige à me aspectum*. Verba sunt S.Laur.Nouarensis. Ac si dicat: olim declinabas, ô Iesu,videre venustæ feminæ pulchritudinem impudentem, (ne videreris videre feminam venustam,) quæ de se illex esse solet non bonæ voluptatis; nunc fige oculos in eadem muliere à vigore pœnitentiæ pietatem exhalante & exemplares virtutes palàm spirante. Quod si aliquando oculos iniecisti in meam pulchritudinem(fortè tunc merum hominem opinabatur esse Christum Deum,) quasi *corrige ad me aspectum tuum*; nam virtutes, quas mea pœnitentia publicè profert,& à bono exemplo imprimit, efficaces erunt ad quasi corrigendum aspectum humanum cuiusuis Prophetæ. Adeò enim potens est bonum exemplum pœnitentiæ meæ, vt vel sanctissimo prophetæ (merum hominem existimabat tunc esse Christum,) correptionem pœnitentiæ imprimere valeret. Securè me potest quiuis homo intueri,plus enim illum monebit ad virtutem bonum exemplum, quàm fortè olim instigauit ad malum pulchritudinis illicium. Quid exaggeratius? Sic præclaræ sanctitatis exempla Basilius Seleuc.appellauit *tesseram*. Tessera enim signum est, quo milites alicuius exercitus dignoscuntur à suis commilitonibus, quo dum manus cum hoste conserunt,internoscuntur à suis,ne mutuo se cædant. Itaque bonum exemplum *tessera est*,qua securè quis pericula obit,nec obstantia impediunt vitia, quominus intrepidè & tutò audeat, certus exprimendi in se virtutem, quam in alio exemplarem videt. Ergo qui attentus est ad egregia Sanctorum exempla, vsque adeò diues census virtutum euadit, tam altè impressæ hærent animo

Aspectus Christi corrigi dicuntur ad Magdalenam. — *Nouarens. hom. de Pœnit.* — *Basil. orat.8. Bonum exemplum est tessera ad virtutem.*

Digitized by Google

virtutes, vt erectam ſpem elatus beatitudinis poſſidentiæ, ferè poſſit præſumere ſe adepturum æternam felicitatem, cuius partem in ſe feliciter experiatur, vt præclarè dixit S. Zeno Veron. loquens de eximiæ ſanctitatis illuſtrioribus viris: *Tanta*, inquit *probitate vixerunt, vt paris felicitatis ſit noſſe quid*

Zeno ſer. de Iob.

fecerint. Vagao præ compaſſione ſcindit veſtimenta ſua, quod imitati ſunt ſtatim reliqui Aſſyrij. Turbantur pauci, & inquietantur, & cõſternuntur reliqui. Sic valet paucorum exemplum ad rem virtutis, aut negotium vitij.

---

§. XVIII.

Proborum conuerſatio virtutes ſpirat, imprimit, exprimit.

80. Carolus. Scrib.

POliticο-Chriſtiani ſalutis eruditio eſt: Optimos delige, quorũ cõſuetudine virtutis aliquid accedat, vitij decedat. Nulla enim res magis animos ad bonum, prauúmque impellit, reuocátque quàm proborum, improborúmque conuerſatio: paulatim enim mores deſcendunt, & vim præceptorum obtinent: frequenter enim audiri, videri, aliquid affricat: vnde homo ſenſim in amici aut contubernalis mores tranſit: & in ſe, ſe alterum exprimit: plurimùm namque conſuetudo valet. Sapienter inquit Hermias in Philoſophorum irriſio-

Hermias.

ne. *Animum cuiuis ſimile eſſe.* Aſſueſcis conuerſari cum pio, frugali, continenti? paulatim hos mo-

Exemplum vt polypus.

res imbibes, & pius, frugalis, & continens eris. Idẽ dictum quia de ſocietate ad hominem nequam, cuius conſuetudo aucupatio malitiæ eſt, ſcelerum eruditio, & expreſſio nequitiæ: eſt enim homo cui-

Clem. Alex.

cunque ſimilis, imago cuiuiuis. Clemens Alex. lib. 2. Pædagogi, cap. 11. hominum indolem polypis aſſimilat, aiens: *Nunc autem neſcio quomodo vnà cum lucis figuram, habitúmque, & mores mutant: non ſecus ac polypos dicunt petris, quibus adhæreſcunt aſſimilatos, videri quoque colore eſſe tales.* Tantùm aſſuetudo poteſt quàm à bonorum conuictu bonam ſenties, vicinitas enim virtutis illam vicino ſuo vbertim mutuat, & in conuictore exprimit. Baſilius quondam & Nazianzenus, & ſanctiſſimi, & ingenioſiſſimi iuuenes, Athenis eodem vtebantur contubernio: vterque virtutis, & ſapientiæ candidatus æmulus erat alterius in re virtutis, & ſapientiæ. In litteraria palæſtra, & pietatis ſtadio alter alteri præcurrere ſolerter ambiebat, neuter vlli cedebat. At vbi æmulatio alterum excedere intentat, contubernalis ſocietas id vetat; & alter alterum exprimit eoſdem mores à contubernali ſocio ebibens. Nimirùm bono exemplo cedit æmulatio piæ gloriæ: & dum quilibet deſidero gloriæ ſtudet alium ſuperare, à conſuetudine virtutis ſiſtitur, & in alterius vitam, & mores abit. S. Nazianzenus multa diſſerit de hac vtriuſque æmulatione. Et hæc verba interſe-

Nazianz. orat. de Baſilij laudibus. *Exemplum affricat eandem virtutem.*

rit: *Atque vnde quoque modo, quibúſque ex initiis conſtat inter nos amicitia; ſiue vt aptiùs loquar, animorum conſpiratio, & naturæ coniunctio fuerit,* &c. Et mox: *Tum verò iam vterque alteri quiduis eramus.* Scilicet Baſilius, & Nazianzenus etſi vterque alterius erat æmulus in ſtudio litterariæ gloriæ, & in virtutis excellentiâ, quæ duæ res maximè diuidere ſolent: at vſque adeò à quotidiano eiuſdem contubernij exemplo adglutinatus eſt alter ad alterius mores, vt non tam piam gloriam, quàm identitatem æmulati, in vnitatem animorum conſpirarint, & quaſi naturæ coniunctionem. O miraculum exemplaris virtutis, quæ ex æmulatione facit coniunctionem, res planè diuerſiſſimas, & indiuiduè vnit, quos æmulatio, & natura fecit eſſe maximè diuerſos! Sic virtus virtutem ſpirat, affricat, exprimit!

Geneſ. 1. v. 4. *Dixitque Deus: Fiat lux, & facta* 81.

eſt lux, Viditque Deus lucem quòd eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris. Miretur alius venuſtiſſimam naturam lucis, aut generoſum eius obſequium: ego magis admirabor ſollicitam Dei curam in ſegregandis tenebris à luce. Planè ſuperuacanea videtur

Geneſ. *Exemplum lucis ad tenebras.*

diligens hæc Dei prouidentia: nam vt bene vidit Baſilius, ibi natura vtriuſque talis eſt, vt confundi cum altera non poſſit, eſt enim tenebra lucis priuatio. Ergo inutilis eſt hæc Dei vox, & fruſtratur effectu; ſiquidem fruſtrà denuò ſegregatur, quod prius eſſentialiter ſegregatum erat, neque aliter poterat. Niſi fortè aliquid eſſe poſſit cum carentia ſui. Verùm enimuerò diligentiſſimè prouidet Deus, vt lux loco ſegregetur à tenebris, & tenebræ longo interuallo diſtent à luce, etſi à natura ſua ſibi contrarientur pertinaciter. Porrò vel impoſſibilia quodammodò præcauet Deus in re boni, aut mali exẽpli, vnde lucem à tenebris & tenebras à luce toto hemiſpherio disiungit, ne fortè alterutra ob vicinitatis aſſuetudinem, naturæ ſuæ terminos ſupergreſſa, in alteram ſe inſinuet, & transfiguret in alteram, ſe ſe confundens cum illa. Quòd opportunè aduer-

Baſil.

tit S. Chryſoſtomus ibi, ſic fatus: *Et diſtinxit Deus* Chryſoſt.

inter lucem, & tenebras. Quid eſt, diſtinxit? Vnicuique locum proprium diſtribuit, ac ſuam cuique regionem aſſignauit. Et ſtatim, *Neque lux ſuos terminos trangreſſa, neque tenebræ ſuum ordinem prætererunt, confuſione & deordinatione quadam introducta.* Nempe effectus ſegregationis tenebrarum à luce aſſignatur à Chriſoſtomo, quod tenebræ non ſunt confuſæ cum luce, neque lux cum tenebris permixtæ. Porrò Deus quaſi eget luce ad faciendum diem, & tenebræ neceſſariæ ſunt ad obtenebrandam noctem. Ergo tenebræ remotiſſimè exulent à luce ne fortè ob vicinitatem cum ea, *confuſione* quadam propter proximitatem *introducta*, fulgores fœnerentur à luce proxima. Tantùm enim poteſt bonitas vicina, vt quaſi præcauendum ſit, ne nigræ tenebræ niteant à confinio lucis, ſi illi aſſueſcant ob loci aſſiduitatem. Hæc hyperbole in re naturali, ſit eruditio in re moris: vt vel ipſa lux ſibi caueat à tenebris: nec deſperent tenebræ fulgores mutuare à vicina luce, quantumuis in naturalibus repugnet alterutrius æmulatio ad alteram.

Cæterùm ſi cum S. Auguſtino lucis nomine 82.

ſanctos Angelos accipias, & tenebrarum vocabulo teterrimi Dæmones intelligantur, pulchrior ad rem præſentem euadit ſenſus. Siquidem vix Dęmones peccati errore obſcurati ſunt, & Angeli gratię fulgore lucidi pręſtiterunt; cùm *Vidit Deus lucem, quod eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris.* Quare tam citò Angeli ſeparantur à Dæmonibus, & Dęmones confeſtim diſſociantur ab Angelis? Rupert.

Auguſt. de Geneſ. ad Litteram. *Angelorum lux citò ſeparatur à Dæmonum tenebris.*

inibi, *Terribile his verbis Dei iudicium contra Diabolum factum inſinuatur. Quæ enim ſunt iſtæ tenebræ, niſi omnes Angeli Satanæ cum eodem ſuo principe? Has itaque tenebras Deus, lucémque diuiſit, quia malos Angelos à bonis ſeparauit, ita vt neque illi, qui ceciderunt, reſurgere, nec illi qui cùm peccare poſſint, peccando cadere noluerunt, vlterius vnquam habeant, vel poſſint peccando cadere.* Nempe ex men-

te Ruperti, ideò ſeparat Deus tenebroſos Dęmones à lucidis Angelis, ne vel Angeli lucidiſſimi ob- Rupert.

tenebrentur

tenebrentur à Dæmonum vicinis tenebris, nève Dæmones illustrentur a proximo Angelorum fulgore. O Hyperbolem! quasi præcauendum foret, ne vel Dæmones propter Angelorum contubernium angelificentur; aut Angeli propter societatem cum Dæmonibus degenerent in Dæmones. Nimirũ exaggeratior hæc cautela; sit eruditio publicans vires exemplaris virtutis, quæ vel obstinatissimos Dæmones in obsequentes Angelos quasi mitigaret & flecteret. Tam valet ad imprimẽdas virtutes bonorum conuictorum!

38. Eccli. *Vicinitas ad primum, facit alterum primum.* Lyra.

Ecclesiastici 1. v. 4. *Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo.* Quænam est hæc sapientia, quæ prima omnium creata est? Si est diuina sapientia, non bene dicitur creata, quia potius increata est, vt bene arguit Lyranus. Quod si creata sapientia Verbi diuini secundum assumptam humanitatem intelligatur, vt contendit Strabus, non apte dicitur prior omnium creata: nam ante Christi humanitatem plura condidit Deus. Verùm hunc locum extricare, otium & negotium interpretis requirit. Bellè Hugo Cardinalis hæc verba Ecclesiastici commentans, sic fatur: *Prima omnium creata est sapientia. Prima, vna de primis, vel inter primas creaturas.* Scilicet Sapientia (quicquid sit hæc sapientia, parum enim refert ad rem præsentem,) prima omnium creata dicitur, quia inter primas creaturas creatur, & inter primas est, quantumuis numerorum natura repugnat. porrò primum necesse est, vt reliquos numeros præcedat, & numeri, qui primo succedunt, posteriores necessariò sunt. Ast tanta est virtus societatis cum bonis & primis, vt qui cum primo versatur, etsi primo succedat, & posterior illo sit, primus nuncupatur: quasi generositatem & eminentiam primi mutuet à primo, cui associatur: ab assuetudine enim cũ primo primus eua sit, & primus dicitur. Vnde, *Prima omniũ creata est sapientia. Prima, vna de primis, vel inter primas creaturas,* Primatũ fœnerans à societate cũ primo. Quod enim numeris repugnat obsequitur moribus. Nam exemplaris virtutis vis supra humanã rationem est: longèque superat rationis euidentiã, *Pulchrè de Indis dicebat Zeno se vnũ malle videre Indum, qui torreatur, quàm omnes de laboris perpessione probationes.* Verba sunt Clementis Alex. Plus enim permouet exemplũ, quàm euidentior Rhetoricorum ratio. Homines enim malunt exempla, quàm verba: nam loqui facile est, præstare difficile. Per oculos intrat res virtutis, per aures illius dumtaxat sonus intrare solet.

Strabus.

Hugo in c. 1. Genes.

Clem. Alex. 1 Strom.

§. XIX.

Res est periculis plena inimicitias agere cum femina, cuius furor terror est Diaboli.

84. *Femina mali diabolici æmula.*

HOmini agnata ira est quæ nõ mitigatur sexu; sed crudescit: implacatus hostis femina est; ab imbecillitate naturæ vires & neruos sumit rigor, & à sexus fragilitate vigescit mulier, eò magis potens, quò impotentior sui est: sæuit blanditiis, mulcendo ferit, ore tonat, oculis fulgurat, amoribus fulminat, inuidiã detrahit, odio ferit, & strages edit miseras inimica femina. Caue ab amore mulieris, caue ab odio; nec magis calet amoris æstu quàm furit odiorum impotentiã: æstu ingeniosa, odio rabiosa, sæuissimos hostes furore, & ingenio superat. *Mulier via mortis, sepulchri titulus, inferni ianua, lamenti necessitas tota.* Verba sunt Chrysol. Profectò Dæmon est sæuior hostis humani generis: nullum malũ patitur homo, quod Dæmone aut operante aut procurante non fiat. O quàm multa diabolorum potentiæ licent in homines! verbis parco super hác re vulgatissima, & passim traduntur à sanctis Patribus. Legi potest Septimij Apologia cap. 22. Vnde quæso, Diabolo tantus furor in homines, tam sæua rabies, tam rabiosa malitia? Nũ ab eorum natura; at diaboli indoles à natura sua mala non est. Nam ab inuidia hominum? Quid mortalis mortalibus inuideat? quid Spiritus æmuletur carni? quid Angelus homini. Fortè ab odio Dei, eius imaginem, hominem inquam, dehonestare, & deturpare studet ad inuidiam creatoris? quasi diuino honori possit detrahi humano aut dæmoniaco ingenio. Sanctior est Dei honos, quàm vt possit labefactari nostratum iniuriarum machinulis. Nihilominùs hæc est causa Dæmoniaci odij, stultescit enim diabolus præ nequitia, & furit in Dei imaginem, qui nequit sæuire in prototypon. Cæterùm si probabilis foret exoleta, & reprobata quorundam priscorum Patrum opinio, qui falsi ex illo Geneseos 6. vers. 2. apud Septuaginta: *Videntes Angeli Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores,* &c. existimarunt Dæmones natos fuisse ex cõcubitu Angelorum cum feminis; valdè astrueretur mulierum valida vis, & nequitia, quam dæmones dicuntur traxisse à matribus feminis. Sic ait Tertull. *De Angelis quibusdam sua sponte corruptis corruptior gens Dæmonum euasit.* Et Iustinus Martyr sic de eadem re fatur; *Angeli ordinem transgressi, victi sunt à moribus feminarum, quibus missi sunt, & filios procrearunt, qui dicti Dæmones.* (Omitto eruditionem Pamelij, & Cerdæ; nunc meo instituto superuacuam:) scilicet ex mente horum Patrum, corrupta est gens Dæmonum, non quia Angelorum soboles est, (absit tam à cælo iniquitas, procul ab Angelis nequitia,) sed quia feminarum filij. Ac si diaboli expressérint matricẽ feminarum prauitatem, & ad malitiam Dæmones matrizent. Neque enim hi Patres in rudi illo æuo inuenire potuerunt tanti, tamque exaggerati diabolici furoris originem nisi à mulieribus mutuaretur. Medulla huius fabulosi figmenti moralissima est, & egregiè publicat femineum ingenium, quod exemplar dicitur, & causa dæmoniaci furoris. Pulchrè inquit Tertullianus suprà alloquens Euam: *Tu es quæ eum suasisti, quem diabolus aggredi non valuit.* Id est, mulier deiecit, quem nec dæmon adoriri ausus fuit. Ausu vicit Mulier Dæmonem: Imò quòd Dæmon tentare ausus nõ fuit, valuit præstare femina: Vicit vota Dæmonis dæmone bellicosior femina, & supra dæmoniacam audaciam valuit, ausu temerarior, temeritate audacior, iracundiã ferocior Dæmone, quæ metus est diabolorum & inferni pauor. Quin & negotium facessit Deo: nam *in Euangelio secundum Ægyptios, aiunt, ipsum dixisse Seruatorem: Veni ad dissoluendum opera feminæ.* Verba sunt Clem.

Chrysol. serm. 79.

Septim.

85. Genes. *Dæmones falsò, sed moralissimè dicuntur mulierum filij.*

Tertull. Apolo. c. 22. Iustin.

Pamel. Cerda.

Tertull.

Clem. Alex. 3 Strom.

86. Flagitiosè deliquit Adamus feminæ suasu, & diaboli instinctu. Statim adest Iudex Deus: nec perendinare passus est, & tanto crimini supplicium differre. Primo grauissima pœna ferit Adamum, mox Euæ temeritatem punit debitis ærumnis; demum serpentem diabolum originalis flagitij originalem auctorem sic damnat, Genes. 3. vers. 14. *& ait Dominus ad serpentem: quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia: inimicitias ponam inter te, & mulierem,* &c. Hæc ne sententia est

quæ punitur dæmon, an Eua? Porrò dum Deus in-
iuriæ temeritate laceſſitus maturat ſupplicium, quis
non crederet, quòd acerbiùs ſæuiret in Dæmonẽ?
In Dæmonem inquam, ſibi infenſum, à ſe apoſta-
tam, diris mancipatum, omnium delictorum reum,
qui nulla excuſatione venialem fecit culpam, qui
nullo patrono lenit iras iudicis, qui malitiâ exagge-
rauit delictum. Et quidem pœnâ grauiſſimâ mul-
ctandus foret Dæmon, qui præ homine deliquit:
imò ſuperaddenda illi pœna eſt ſupra gehēnæ in-
cendia, quam ob alia priora crimina iam ſuſtinet.
Quodnam ſupplicium à Deo illi infligitur? Nem-
pe *inimicitias ponam inter te, & mulierem*. Hæc dæ-
monis pœna eſt, an feminæ? Quod aduertit Ru-
Rupert. per.lib.2.cap.16.de victor.verbi, aiens: *Ego huiuſ-
modi amicitias diſſoluam: inter te & mulierem ini-
micitias ponam. Cur hoc ad ipſam mulierem non di-*
87. *xit? Poterat namque, vbi dixit mulieri: Multipli-
cabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, &c. hoc ipſum
ſic ad eandem dicere: Inimicitias ponam inter te, &
ſerpentem.* Profectò femina hâc Dæmonis pœna
feriri videtur, nam inimicitias agere cum Dæmo-
ne, malum eſt feminæ, non Dæmoni. Quid enim
nisi robuſtus Dæmon timeat ab imbelli femina?
Et tamen indubium eſt hoc ſupplicio Dæmonem
feriri, & damnari Dæmonem ad inimicitias cum
femina. Et iure quidem: ea eſt enim mulieris va-
lentia, & furor, vt ſupra cæteras, quas patitur pœ-
nas, addatur Dæmoni, quod inimicitias gerat cum
femina. Quaſi femina diabolo prævaleat aſtu, vi-
ribus, potentia, qua vel Dæmonem dirè vexet, &
acerbè exagitet, & miſerè torqueat: vnde pœnæ
nomine dicitur Dæmoni: *Inimicitias ponam inter
te, & mulierem. Cùm muliebris infirmitas non modò
ſexum ſuperat: ſed & mundi huius principem inſu-
perabili mentis magnitudine triumphat*, inquit P.
P.Dam. ſerm.55. Damian. Fallor ſi huc nō videtur alluſiſſe Clemēs
Clem.Alex. Alexandrinus Adhort.ad gentes, cùm Euam *ſerpē-
tem feminam*, interpretatur, quaſi ſerpens, diabolus
Femina Diabolus Diaboli [illegible] cogatur inimicum & hoſtilem animum *gerere cum
ſerpente femina*. Et ita femina ſerpens diaboli erit.
Et ſicut ſerpens diabolus in primo conflictu adiu-
tus à ſerpente femina, vicit hominē, ſic *ſerpens fe-
mina* deiiciat diabolū: & femina ſit ſerpens ſerpē-
Iudith. tis, & diaboli diabolus, & potentior potentiori
hoſte. Quid tantum timet Hebræa gens, Holo-
fernis potentiam, cùm femina repugnet pro ipſis
quæ Holofernem trucidauit, hic verſ.16. Et aſſy-
rias phalanges fugabit, profligabit: Horreſce femi-
næ vires, quas timet diabolus, quæ Holofernem
proſtrauerunt, quæ mundum totum perdiderunt.
Timeat potiùs Holofernes vel piam feminæ auda-
ciam: nam diabolus ipſe timet feminę hoſtilitatem.

---

§. XX.

Dedecus, & infirmitas eſt potentioris ſi cum imbecilliori certamen ineat.

88. Tertull. de orat. c.8. *Tentatur homo à Diabolo in-firmitate.* TErtullianus vt erat magno ingenio vir, hæc
verba ſucci plena, & ſententiis grauida, ſcitè
ſcripſit: *Abſit vt Dominus tentare videatur, quaſi
aut ignoret fidem cuiuſque, aut deiicere, ſit conſen-
tiens. Diaboli eſt & infirmitas & malitia.* Deus
neminem tentat, totum tentationis negotium ma-
litia, & infirmitas Diaboli eſt. Statim mentem pun-
git, & angit, quomodo, quod Diabolus nos ten-
tat, ipſum *Diaboli infirmitas ſit*? Imò eſt fortitu-
do maxima. Iam diu mihi blanditur hic locus ex-
pendo hanc paginam in eius commentatione.
Cerda infirmitatem ſcientiæ, id eſt, ignorantiam
Dæmonis commentatur: Quaſi dicat: diaboli
tentatio ex ipſius diaboli infirma ſcientia oritur.
Non aſſentio. Nam prius ſagaciſſimè (qua pollet
perſpicacia) indagat dæmon, qua parte nutat
hominis conſcientia, & ſic illam expugnat,
iracundis rixarum occaſiones offert; pronis ad
venerem, pulchritudines cupidinum illices, *&c.*
& Chriſto ieiunanti cibos. Ergo tentatio non eſt
infirmitas Scientiæ; imò eſt index diabolicæ per-
ſpicaciæ.

Succedat expoſitio alia. Quod tentat Diabolus, 89.
infirmitas eſt: quia tentat vt infirmus, nam ten-
tando infirmitatem oſtendit ſuam, cùm ſolos præ- Geneſ.
ſertim tentando adoriatur: ſic Geneſ.32.verſ.32.
Iacob tranſiuit vadum Iacob & *manſit ſolus, &
ecce vir luctabatur cum eo*. Hunc virum Diabolum
fuiſſe, docent Origenes & Hieronymus infrà ci- Orig.
tandi. Sic Diabolus vt Chriſtum tentaret, expulit Hieron.
eum in deſertum locum, ſcilicet in ſolitudinem. *[illegible]*
Nimirum cum homine ſolo, & patronis diſtituto
luctari audet, timet verò cum homine auxiliariis
patronis cincto. Hæccine tuæ prædicatæ vires, An-
gele olim potentiſſime? Tu innata vi orbem euer-
tere vales ſolus, & tantùm cum ſolo homine præ-
ſidio deſtituto luctari audes? Planè vel inuitus fa-
teris imbecillitatem, & *infirmitatem* tuam, ſic ten-
tans homines. Non lāguet hæc interpretatio infir-
mitatis diabolicæ (quam alibi latiùs expendo,) ſed
aliam fortiorem cupio.

Quod tentat, diaboli eſt infirmitas. Nam cùm in 90.
arenam deſcendit præliaturus cum homine, iner-
mis deſcendit, & ſic apparet eius imbecillitas, &
infirmitas, cùm nec telum geſtet, neque habeat in
armamentario ſuo, quo hominē feriat, niſi homo
proprij arbitrij telis, & ſuæ voluntatis, aut volu-
ptatis cuſpide feriatur. Quid infirmum magis, quā
hoſtis nudus, & inermis? imò quod fortius, quam
hoſtis inermis feriens ſuum aduerſarium, ipſius
aduerſarij armis: *Quare arma tanquam victoriæ im-* Baſil.
pedimenta Dauid exuit? Ait Baſilius Seleucus. Ne Orat.15.
victoria adſcribatur armis, ſed vigori. Quæ illu-
ſtrior victoria, quàm hoſtem cogere, vt ſuo ſe
perimat enſe, aut hoſtili gladio illum ferire. Pro-
ſtrauit Dauid adhuc puer, robuſtū Philiſthęum, in
funda & lapide, & tamē Philiſthæi pugionē ſuſpē-
dit è templi tholo, vt vnà cum religione æterna- 1.Reg.
ret tāti facinoris perennis memoria. 1.Reg.cap.17
v.54. *Aſſumes Dauid caput Philiſthæi, attulit in Ie-
ruſalem; arma verò eius poſuit in tabernaculo*, Dei
inquam, vt liquet ex c.21. lapides potiùs debuiſſet
vouere Deo, quia in funda, & lapide Philiſthæū de- *[illegible]*
uicit, non gladio. Glorioſior enim fuit ictus lapidis
valenti manu, & arte à funda vibratus, qui robuſtū
& inſolētem proſtrauit hoſtem, quàm iners gladij
ictus, iugulans Goliatum iam à lapide exanimem.
Illuſtrior fuit lapidis, quàm gladij opera. Cōſecrari
ergo debuit audax lapis, non iners pugio, qui do-
minum ſuū Goliatum vel à puero Dauide ſeruare
non potuit. Et tamen gladius perpetuis honoribus
cōſecratur in templo. Meritò quidem, facinus enim
perilluſtre eſt hoſtem ſuo ipſius gladio vincere; &
vſque eò valere viribus, vt non meis armis, ſed ſuis
perimam. Quod expreſſit Abul. 1.Reg.1.quæſt.11.
ſic fatus: *Gladium potius poſuit in tabernaculo Do-
mini, quam aliud genus armaturæ, quia Dauid occi-
dit eū gladio ſuo, id eſt, ipſiuſmet Philiſthæi*. Hic
profectò Martis eſt faſtus: hæc elatio armorum eſt,
& victoria immortalitate digna. Nō ergo infirmitas
eſt

Digitized by Google

est Diaboli, sic enermen ad tentandum prodite, sed elatio, & superbiæ typhus, se inermem cerbrò vincere.

Superest alia huius loci commentatio quæ dif-
91. Tertull. ficultatem loci enodat, & thesim, quam proposui probat apprimè. Quod autem *tentat, Diaboli infirmitas est*. Dæmon natura sua est robustus, & præpotēs, quippe qui Angelica vi adhuc superbè pollet.

Dedecus est vincere imbecilliorem.

Vnde pugnās cum homine imbecillo, & infimo, sibi & potentiæ suæ detrahit: nā pudet potentem cum infirmo pugnare. Bonus athleta Iobus, tantis plagis à Deo prostratus, infirmitatem suam exaggerat, vt inde sapienter inferat, c. 13. v. 25. dedecus esse omnipotentiæ cum homine tam infirmo decertare. *Contra folium quod rapitur ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris.* Quasi dicat: egregiè admodùm ostentabit Deus suam omnipotentiam, adhuc feriendo homuncionem prostratum. Opprobrium erit omnipotentiæ mecum contendere, nam quæ laus est tantæ potentiæ deuictum vulnerare? Iob cap. 7. vers. 17. sic Deo inquit: *Quid est homo, quia magnificas eum?* Tantisne ærumnis magnificatur Iob? imò & deprimitur. Verè magnificatur, siquidem ingenti malorum exercitu aduersùs illum pugnat Deus, tanquam si esset aliquis hostis potentior, à quo sibi cauendum putaret; quæ est expositio Olympiodori hic. Profectò sicut honorificum homini id est, ita Dei omnipotentiæ non est valde magnificum, cum misello homuncione seriò pugnare. Luctabatur Iacob tota nocte, siue cum Angelo Dei, quæ est vulgaris Patrum sententia, siue cum malo dæmone, vt existimant Orig. lib. 3. Periarc. & Hieron. in Epist. ad Ephes. cap. 6. & alij apud Procop. Genes. 32. vers. 26. Tandem dixit Angelus ad Iacobum, *Dimitte me, iam enim ascendit aurora.*

Genes. Origen. Hieron. Procop.

92. Quid causæ est, cur siue Dæmon, siue bonus Angelus ab inchoata luctâ resistere prætēdat, vbi illuxit aurora? cur fugit inimicam lucem! Et quidem, si lux alteri prodest, vtrique prodesset, neque alteri nocebit, sed vtrique æquum aut præsidium aut nocumētum infert ambobus auroræ lux.

Dæmon vincens imbecillum, renuit agnosci.

Profectò puduit valentissimum alioqui Dæmonē clarâ luce cerni luctantem cum homine imbecillo, & vel à timore Esau fratris, semianimi. Vnde lucem fugit, ne agnosceretur ex effigie, & nomen occultat suum. Verba subiiciam Oleastri: *Quærendum est cur ante auroram discedere volebat: & causa meo indicio est, quia nolebat agnosci quantum ad effigiem. Et inferius, cum Iacob nomen eius inquireret, noluit indicare: vnde constat quod nolebat agnosci.*

Oleastr. Genes. 32.

Et Thomas Angelicus inibi: *Loquitur more alicuius grauis viri, qui erubescit videri ab aliis agere quæ parum condigna sunt.* Quippe dedecet magnū virum cum imbecilliori seriò rixari. Vnde pudor illi est, si fortè ab aliis videatur. Neque enim eiusmodi pugna, neque victoria commendat fortitudinem, imò valdè minuit. Et ita Dæmon luctans cum homine tenebras amat, lucem fugit, nomen eius audiri nequit, ne eius dedecus, & virium infirmitas diuulgetur. Præclarè ergo dictum est: Quod autem tentat, Diaboli infirmitas est; quia cum imbecilliori pugnat. Verè dixit hic vers. 16. Vagao: *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor.* Certare cum imbecilliori pudor est; vinci vero, ignominia, & probrum confusione dignissimum.

Thom. Angelic.

§. XXI.

Diuinior Dei vis per contraria, & secum pugnantia media, præstat quos intendit effectus.

VErè res Dei magnæ sunt, naturas omnes su- 93.
perant, & immenso interuallo transcendunt causarum vires, & humanæ mentis facultatem excedunt. quippe Deus adeò certò operatur effectū, quem intendit, vt etiam per contraria, ac sibi ipsis compugnantia media, effectus, quos prætendit, efficiat. Contrariis contraria producit. Et per quæ alius destrueret, ipse ædificat. Hoc vnius Dei elogium est, & gloria singularis. Quod in re Iosephi pōderauit Basilius Seleuc. his verbis: *Verum (ô diuinam prouidentiam) verax est, quæ comprehendit sapientes in astutia eorum. Nam inuiti illis somniis per imprudentiam obseruiunt.* Scilicet fratres Iosephi, *Inuiti Iosephi somniis operam commodant, viā, qua vera euadant somnia, venditionem moliuntur.* Id est, turba fratrum Iosepho inuisa, ne illum adorent, procul Iosephum abigunt, seruum faciunt, & vile mancipium. Quo facto effecta est res diuersissima, videlicet, vt Iosephus Ægypti Prorex constitueretur, & adoraretur à fratribus. Per venditionem, & seruitutem commodam operam ingenuæ Iosephi sublimitati, & regno. Ob venditionem Iosephus in pretio habetur; ob seruitutem regnat, ob contemptum adoratur.

Basil. Seleuc. orat. 8. Dei prouidentia sæpè per contraria operatur.

94. Matth. 11. vers. 25. Ad se vocat Christus Dominus laborantes humanis, id est, grauissimis ærumnis, oneratos tot legum, & præceptorum immēso pondere, vt tantam subleuet sarcinam, *Venite*, inquit, *ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Bonus Dominus vult reficere homines degrauatos magnis ponderibus. Sed attendamus quo leuamine. Fortassis auferendo sarcinam, aut minuendo, aut saltem diuinâ eloquentia homines animando ad ferendum laborem alacri animo, & flectinescio? Ita quidem homo onustos reficeret, non Deus: ait enim, *Tollite iugum meum super vos.* Promittit se refecturum laborantes, & subleuaturum oppressos onere, & nouum, imò & grauius pondus, vt ibi ponderat Hieronymus, imponit? leuando, aut minuendo sarcinam onustus subleuatur, non eundem nouis, & grauioribus sarcinis degrauando. Verùm ea diuinæ sapientiæ ars est, vt noui ponderis impositio artificium sit ponderis subleuandi: & grauiori onere onus minuat, & grauissimis sarcinis sarcinarum molestiam leuet. Tollite nouum onus, & sic tollam ab humeris vestris grauissimum pondus. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Quomodo! *Tollite iugum meum super vos.* Onere onus minuit, pondera subleuat, & sarcinam minuit sarcinis.

Matth. Deus nouo onere onus leuat.

Hieron.

Matth. 11. vers. 2. *Audiens Ioannes in vinculis opera Christi, misit duos ex discipulis suis, dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Non affirmo Ioannem tunc dubitasse Christum esse Messiam, etsi id asserāt Iustinus q. 38. ad Orthodox. & Tertullianus lib. 4. aduersùs Marc. sed indubium omnibus esse debet rationē dubitādi fuisse Christi miracula; nam cum audisset admiranda prodigia quæ Christus operabatur, misit duos discipulos, qui interrogarent eum, an esset Messias. Christus Dominus audita interrogatione nihil ore re- 95.

Iustinus. Tertull. Christus ratione dubitandi satisfacit dubio.

Digitized by Google

ſpondet, ſed opere. *Euntes, inquit, renunciate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis: Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt*, &c. Scilicet alia atque alia miracula patrat: claudis firmos dat greſſus, cæcos illuminat, ſurdis reſtituit auditum, munditiem leproſis, ægrotis integram ſanitatem. Hocne aptum reſponſum, & Chriſto dignum? Ratio dubitandi fuerunt Chriſti miracula, & reſpondit miraculis, procul dubio dubij rationem auget, nõ extenuat, exaggerat, non minuit. Nã ſi propter miracula dubitatum eſt, addendo noua, & maiora miracula, difficultatem adauget. Homo adaugeret; Deus verò minuit, & tollit. Nã ipſamet dubitandi ratio fit à Deo eiuſdem dubij ſolutio. Occaſione miraculorum dubitatum eſt, opere miraculorum dubium tollendum eſt. Et dubij ratio facta eſt dubij ſolutio. Neque enim Deo opus eſt ſolutione ad ſatisfaciendum, ſed ipſiſſima dubitandi ratione, dubium explicat, & ipſi plenè ſatisfacit Chriſtus. Imò maiori dubio dubium maius ſoluit. Ioannis 6. dixerat Ieſus ſuam carnem dandam in cibum: non credunt diſcipuli: *Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit eis: hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius.*

Ioan. Quid hoc, dubitant diſcipuli Chriſtum poſſe daturum carnem in cibum, & ſanguinem in potum & vt dubium ſoluat, ait ſe videndum aſcendere in cælum, vt Deo æqualis ſedeat ad dexteram Patris; Maius, & difficilius creditu eſt, eius carnem eſſe vnitam verbo, quàm poſſe dari in cibum: quod aduertit Toletus ibi, inquiens: *Maius enim eſt carnem meam vnitam eſſe diuinitati, quàm cibum eſſe vitæ æternæ.* Ergo Chriſtus minus dubiũ maiori dubio ſoluit, & maiori difficultate ſatisfacit minori. Hic faſtus doctrinæ eſt & ingenium Deo dignũ.

96. Geneſ. Geneſ. 22. verſ. 2. ait Deus Abrahæ: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terrã viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum.* Baſil. Seleuc. orat. 7. *Abrahãmus niue inflammatur.* Quæ verba expendens Baſilius Seleuc. ſic ſcribit: *Vnicum filium, quem diligis. Ferit animum amoris commemoratione, multiplicat appellationes, quibus flammam acriùs accendat: omnes effundit in eum naturæ niues.* Mirabile planè eſt teneritudine tot appellationum non mulceri Abrahami paternum animũ, ſed obfirmari: immiſſo gelu hominem calefacere, & effundendo in eum naturæ niues, flammam deuotionis accendere. Tres Babylonij pueri in calenti fornace experti ſunt quaſi ventum roris flantẽ, & ab igne frigeſcunt: Abrahamus niue inflammatur: Iuditha inter Aſſyriã luxuriem caſtior eſt: & hic verſ. 26. imbelli eius manui cedit Holofernis pugnaciſſimum robur. Iudith.

Luc. *Lepra curatur ex remedio, quo ſolet ſerpere.* Lucæ 5. verſ. 12. Acceſſit ad Ieſum homo quidam plenus leprã, & dixit ad illum: *Domine ſi vis, potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum dicens: Volo, mundare.* Quam ob rem Ieſus leproſum tangit, vt eum curet, Cur non timet, vt attactu leproſi contagium coinquinet ipſum tangentem, Voluntate omnipotenti poteſt eum curare. Dicitur enim: *Si vis, potes.* Cur leproſum tangit; Nempe lepra attactu ſolet afflari, & fœdare tangentem. Ergo notum ſit Chriſtum lepram curare attactu, & affrictu, quo lepræ contagium ſolet propagari. *Ipſius enim ſacra caro eſt, & vitam tribuens*, ait Theophylactus, & ideo leproſum tãgit, vt ſit lepræ remedium, quod ſolet eſſe occaſio, quã ſerpit lepra. Parum eſſet Chriſto Deo lepram curare, niſi lepram ſanaſſet eo medio, quo videmus lepræ contagium ſerpere. Theophyl.

Ioan. 6. Auditis quibuſdam difficilioribus myſterijs, defecere è Chriſto plures è diſcipulis: tunc dixit Apoſtolis: *Nunquid & vos vultis abire?* Quorſum Apoſtolos dimittit Chriſtus? Bene Chryſoſtomus. *Per hunc autem modum oportebat eos trahi.* Scilicet Chriſtus dimittendo trahit. Parum foret Chriſto Deo alliciẽdo trahere, dimittẽdo attrahit. 97. Ioan. *Chriſtus dimittendo attrahit.* Chryſoſt. hom. 46.

Ioannis 9. v. 7. Chriſtus cæcum natum à natiuitate vngit luto è ſua ſaliua coacto. Tunc ait cæco: *Vade & laua in natatoria Siloë.* Nonne in remedium cæcitatis linitur cæcus ſaliua Chriſti Dei, Ita planè Cur ergo eum mittit, vt lauetur in aquis Siloë, & ſic extergat lutum & remedium tollat. Belle S. Chryſoſtomus: *Non ergo erat timendum ne Siloë ſumeret hanc gloriam*; quia potiùs eã reſtituit Creatori: nam exterminando lutum, & auferendo remedium, curatus eſt: *Abiit ergo, & lauit & venit videns.* Mirabile medicina, quã Chriſtus vſus eſt, minimè. At Chriſtus adeò humanarum ægritudinum peritus medicus eſt, vt vel auferendo efficaciſſimã medicinam, curet morbos; imò apponendo cauſas eorum adaugendorum. Longiuſcula, ſed elegantiſſima Tertulliani verba ſubſcribam. *Medicum ridebis etiam in illo, quod fermè pares ad ijbet qualitates medelarum aduerſus qualitates querelarum, cum quaſi de peruerſo auxiliatur, per ea ſubueniens, per quæ laboratur. Nam & calores caloribus ampliùs onerando compeſcit: & ardores ſiti potiùs macerando reſtinguit, & fellis exceſſus amaris quibuſque potionibus colligit, & ſanguinis fluxus diffuſa inſuper venula reuocat. Deum vero & quidem Zeloten, culpandum exiſtimabis, ſi voluerit certare cum cauſa, & iniuria æmulando prodeſſe: mortem morte diſſoluere, occaſionem occaſione diſpergere, tormentis tormenta diſcutere, ſupplicia ſuppliciis euaporare, vitam auferendo conferre, carnem lædendo iuuare, animam eripiendo ſeruare? Peruerſitas quam putas ratio eſt; quod ſæuitiam exiſtimas, gratia eſt.* Quid elegantius? Sic Deus luto liniens cæci oculos eũ non ampliùs excæcat, ſed illuminat, quin & remediũ abluens, remedium facit ablatione cõgeneriſſimi remedij. Multiplex, & venenatiſſimus ſerpens momordit in deſerto Iſraelitas, Numerorum 21. v. 9. Et ſerpens medicina fuit, quod aduertit Baſil. Seleucenſis: *Serpens feriebat, & ſerpens medelam ferebat, & morſum ſerpentis curabat.* Chryſoſt. *Chriſtus ſanat ablatione remedij.* Tertull. in Scorpiac. aduerſus Gnoſtic. cap. 5. 98. Baſil. Seleuc. orat. 13.

Idem Baſil. notans tempus diluuij Noë, ſic ſcribit: *Aſtate capit inundatio montiumque vertices demerſit, hyeme adulta aquarum abundantia remiſit, contrarium naturæ legi ſecuta eſt ordinem.* Et dixerat oratione præcedenti: *Noe in arca velut in arce ſtadium decurrebat: Arca ferebatur ſuper aquas equitans in ſalo velut in ſolo, vice baſeos erat pelagus.* Expende hæc vltima verba. Nempè quod incolumitas Noëmi erat è tempeſtate, ſecuritas à procella, firmitas ab ipſa aquarum inconſtantia. Item pelagus erat baſis, & fundamentum arcæ, & vaga vndarum fluitatio erat tantæ machinæ fundamentum. Egregia profectò baſis tantæ moli ſuſtentandæ. Sic cap. 5. v. 12. ſuum populum ductauit Deus, & in ſæuientis pelagi vorticibus amœnos calles reperit, aut fecit, & per vdos maris fluctus ſicco pede ſuos Iſraëlitas ducit ad naturæ miraculum; & omnipotentiæ ſtuporem. Diuinitatis faſtus eſt per contraria auxiliari. *Ipſa ruina protectus* dicitur Cæſarius à S. Nazianz. oratione ad Iulianum Tributor. Seleuc. or. 6. *Mare fuit ſtabilitas, vice baſeos.* Iudith. Nazianz.

§ XXII.

§. XXII.

Timor calamitatem multiplicat, & exaggerat: actualis perpessio sæpè eam minuit.

99. TImor malorum adaugendorum artificium est. Nemo enim timet tantummodò malum, quod eueniret; sed imaginatione venturi mali malum imminens auget, & multiplicat. Vnde quod timetur malum, grandius est, quàm quod re ipsâ toleratur. Porrò metus non tantùm imaginaria, & quæ sæpius non euenient, proponit mala; sed ipsa simul, & cateruatim obiicit, quæ seriatim & successione quâdam toleranda sunt. Æger enim prius patitur frigoris rigorem; mox ardorem febris, dein potionum fella, postea ciborum tædia, & nauseam, denique chirurgiæ lanienam. At metus hæc omnia cruciamenta penetrat: & simul toleranda proponit. Vnde acerbior calamitas est ipse calamitatis timor, nô eiusdê calamitatis perpessio. Lucæ 9. v. 31. Cùm Christus Dominus in Thaboris vertice loquebatur cum Moyse, & Eliâ: *Dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* Verùm animaduersione dignum est, Christi passionem cùm actu toleratur à Christo, excessum, seu excessiuam non dici; cùm verò procul spectata timetur, excessum appellari. Quod eleganter ad rem notauit Lyra sic scribens: *Dicebant excessum eius. Idest, Passionem eius futuram, quæ dicitur hic excessiua.* Itaque Passio Christi Domini, quæ cùm actu toleratur, nusquam excessiua dicitur, cû futura timetur, excessiua iure appellatur, à metu excessum mutuante: nam timor exaggerat, & multiplicat patiendi molestiã, Vnde Christus in metu Passionis præ agoniâ sudat sanguinem: cùm verò actu patitur, intrepidus patitur, nec ab nutu Passionis sensum exprimit.

Timor exaggerat malum. Luce. Lyran.

100. Ioannis cap. 5. vers. 25. Cùm Christus Dominus ageret de tremêdo iudicij finalis die, sic ait: *Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei.* Iure quærit noster Maldonatus: *Quomodo dicit, [& nunc est,] cum nondum generalis resurrectionis tempus aduenerit?* Porrò si secundum litteræ rigorem, proponitur vltima hora resurrectionis generalis, & finalis iudicij, quo pacto ait Euangelista Ioannes: *& nunc est?* Aduenitne iam tremenda iudicij generalis hora? Non aduenit; aduenit tamen eius horror, & rigor. Nam ex qua hora Christus notificauit hominibus iudicij finalis horam, cùm ex tunc timenda proponitur, rectè affirmat Christus, *& nunc est.* Nam nunc est eiusdem metus, & horrenda expectatio, quæ ex timore leueriùs sæuire incepit. Et ita inquit, *venit hora* horrendi iudicij finalis, *& nunc est.* Nam ex quo tempore metus incipit, incipit sæuior rigor. Iam venit hora seuerissimi iudicij, & nunc est, quia nunc est timoris excessus.

Ioan. Maldon. *Nunc esse dicitur rigor finalis iudicij, quia ex nunc timetur.*

101. Propheta profugus post sortilegia è naui præcipitatus est in atrocissimam procellam. Proiectum Ionã statim deglutiuit marina bellua. Tunc è vêtre Ceti sic Ionas orauit ad Dominum: c. 2. v. 4. *Flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt.* Calamitatis impatientiâ dementatus videtur Propheta. In pelagus, & vasti maris insanos & verticosos fluctus est præcipatus, & ait, *Flumen circumdedit me?* Imo totum mare te circumdat, & ebibis. Imò totam pelagi tempestatem ebibes. Item expensione dignissima sunt, quæ sequuntur verba: *Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt.* Non satis apud se videtur esse Ionas dum ait, *Transierunt.* Nam tunc subitur actu periculum, & transit, non transiuit. Tunc enim Ionas iactatus est in mare atrociori tempestate horribili: belluæ marinæ præda est, & agoniâ mortis vrgentiùs angitur, & quasi temerariùs ait. *fluctus trãsierunt*: Quo tempore, rogo te, fluctus transeunt, si tunc iam transierunt. Quando periculum aderat, si iam periculû euasisti. Lyranus præuidit hanc difficultatem, & in locum τὸ *Transierunt*, substituit, *Transibant.* At Lyranus, nisi ego fallor, difficultatem transiuit, nec aduertisse videtur ad mysterium. Porrò cùm procellæ fluctus transeunt, iam transierunt. Nã sæuior procella non est ipsa procella, sed procellæ metus. Vnde cùm Ionas experitur periculum, exclamat iam transisse periculum. Vsque adeò euanescit molestia, quæ timebatur, quando toleratur, vt cùm actu transit, transisse dicatur. Nam vbi iam desiit timor rei molestæ, molestia transisse dicitur. Rectè ergo Ionas in atrociori malo constitutus, dum illud perpetitur, ait: *Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt.*

Ionas. *Iona periculum transiuit, dum transibat.* Lyram.

Sudato Pauli loco non vulgarem adhibeam interpretationem, 2. Cor. 4. v. 17. *Momentaneum, & leue tribulationis nostræ,* &c. Graué iniuriam videtur Paulus irrogare Iustorum laboribus, cùm eos momentaneos, & leues appellet. Num momentaneum & leue est, perpetua paupertas, perennis castitas, infamia spôtanea, inedia macilenta, &c. Imo æterna videtur ærumna cùm toleratur. Nam lætitia momentanea videtur præ voluptate, dolor autem, &c. diuturnior videtur, quàm reipsâ est. Quo ergo pacto Iustorum diu urnas tribulationes, momêtaneas, & leues appella, luculêter ad rê Theophylactus sic exscribit, & commentatur: *Statim, & leue tribulationis nostræ.* Hispanè dices: *El lugo de nuestra tribulationes es ligero de suffrir.* Quasi dicat Paulus, quod statim toleratur, quod non diuturna expectatione mali, animum terret, & metu angit, leuis tribulatio est. Illa vero est intolerabilis, quæ futura proponitur, & expectatione diuturnâ timêtem terret. Nam tempestas quæ transit, iam transiit, & tribulatio, quæ statim toleratur, leuis tolera u est. Vnde pulchrè inquit Paulus, tribulationes humanas esse leues, cùm statim tolerantur. Quia quod statim est tribulationis, leue est. 102.

Corinth. *Tribulatio statim tolerata, leuis est.* Theophy.

Lucæ 13. v. 31. *Accesserunt quidam Pharisæorum dicentes illi, (nempe Iesu:) exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.* Quibus respondet Christus: *Ite, & dicite vulpi illi: Ecce eiicio Dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consummor.* Herodes minatur mortem Christo in Galilæa, ipse videt mortem proximam, & iamiam imminentem in Ierusalem, & ait: *hodie, & cras, & tertia die consummor.* Quid est Christum consummari instante morte, Caietan. sic commentatur illa verba. *Consummor, hoc est, perficio, seu absoluo opus meum. Vel Consummor, hoc est, perficior secûdum omnia, quæ scripta sunt de me.* Profectò Christus toto illo triduo non est passus, sed proximè post. Quo ergo pacto dixit, hoc triduo consummor, hoc est, absoluo opus redemptionis, & omnia, quæ de eo scripta erant? Quid, ante mortem consummatum est nostræ redemptionis opus, ante mortem impletæ sunt Scripturæ, Absit. Verùm vsque adeo acerbus fuit Saluatoris metus imminentis Passionis, vt illo tempore, quod attinet ad dolores, & animi sensum, & angorem, consummari se dixerit, & quodammodo consummasse redemptionem, & implesse 103.

Lucæ. *Christus Passionis metu, Passionem prematurè subit.* Caiet.

impleſſe ſcripturas: quaſi nihil iam ſuperſtet patiendum in excutione: Adeò enim illi acerba fuit Paſſionis expectatio, & mors proximè imminens, vt ante Paſſionem ſe dixerit conſummatum. Hos timoris effectus videre licet hîc v. 17.

---

§. XXIII.

Metus veretur omnia, imaginatur omnia, quæ exacerbare poſſunt: malum anceps & dubium, ſiue ſomniatum, ab imaginatione timoris acerbiùs angit

104. MInus moleſtiarum habet vulnus à ſæuo hoſte inflictum, febris medullitùs æſtuans: vilis infamia, & mors ipſa calamitatum humanarum maxima, quàm harum metus; nam perpeſſio ſeorſim venit, neque enim omnia mala ſimul feriunt. Quin & metus plures imaginatur acerbitates, quàm ſe accident: metuit mala non futurâ, imò nec poſſibilia, & non metuenda quaſi agmine facto ſeſe adglomerant, & acerbiſſimum ſui ſenſum, & dolorem faciunt. Nam dum neſcit ſigillatim quid ei mali accidere debeat, cuncta mala timet: & illic trepidat timore, vbi non erat timor. Porrò metus ſphæram malorum crudeliter ampliat, & doloris cauſas ingenioſè incrementat ad dolorem. Timor ſiquidem ingenium eſt amplificandi moleſtias, & ſæuior tyrannus, imaginatio eſt: phantaſiamur mala, quæ mala non ſunt, & ferimur iis, quæ ferire nõ poſſunt. Tenerè peramabat Conſul Plinius coniugem ſuam Calphurniam, quæ non bona valetudine afflictabatur abſens. Cui ſic ſcribit: *Nunc verò me cùm abſentia, tum infirmitatis tuæ ratio incerta, & varia ſollicitudine exterret. Vereor omnia, imaginor omnia, quæque natura metuentium eſt, ea maximè, quæ maximè abominor, fingo. Quo impenſius rogo, vt timori meo quotidie ſingulis, vel etiam binis epiſtolis conſulas: ero enim ſecurior dum lego, ſtatim que timebo, cùm legero.* Audis à diſerto, & ſapiente viro naturam metuentium eſſe, vereri, & imaginari ea omnia, quæ maximè abominãtur. Itaque homo meticuloſus, inſtigante metu fingit ſibi impendere non ea, quæ accident mala, ſed quæ imaginatio fingit, & phantaſiatur, quæque maximè
105. horret: & quæ non poſſunt reipſa affligere, miniſterio timoris exacerbant metuentem. Paulus ardentiſſimè Chriſtum diligebat, in cuius amore ſic deliciabatur, vt anxiè timeret ab eius dilectione diuelli. Ad Roman. 8. v. 34. *Quis*, inquit, *nos ſeparabit à Charitate Chriſti, Tribulatio, an anguſtia, an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?* Et tandem concludit. *Certus ſum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei.* Profectò Paulus *inſtantia*, id eſt, præſentia mala paſſus eſt à Nerone. Quid ab Angelis (& quidem bonis, vt interpretatur S. Chryſoſtomus) timet: Num boni Angeli, Principatus, & Poteſtates terrorem Paulo incutiunt, niſi deſciſcat à Chriſti charitate? Dein, etſi Paulus timeat à *profundo* gehennæ, quid timet ab *altitudine* beatæ felicitatis! (ſic enim Theodoretus interpretatur has voces *Altitudo*, & *Profundum*) Nempe de timore vt ex Hieronymo aduertit ſapientiſſimus Cardin. Toletus ibi annot. 38. aiens: Hinc Paulus non tantùm timet à Nerone, à quo capite truncatus eſt, ſed timet à vita; timet ab altitudine honoris, & à profundo infamiæ; timet à profundo gehẽnæ, & ab altitudine, & deliciis cæli: timet à Dæmonibus, & etiam à Sanctis angelis, & à cælicis Principatibus, & à beatis Poteſtatibus timet, (per exaggerationem, vt interpretatur Chryſoſtomus:) timet à præſentibus, & à futuris: quin & à poſſibilibus, & impoſſibilibus timet. Ait enim *Neque creatura alia poterit nos ſeparare.* Nam qui timet; *veretur omnia, imaginatur omnia.* Vnde Paulus quaſi timet ab Angelis, imò à cælitum glorioſa beatitudine; timet ſeparationem à Chriſto, quia *illic trepidat timore, vbi non erat timor*; Pſalmo 13. v. 5. Quæ natura metuentium eſt.

Plin. lib. 6. epiſt. Timor veretur omnia, imaginatur omnia.

Ad Rom. Paulus timet ab Angelis, timet à beatitudine.

Chryſoſt. Theodor. Hieron. Tolet. Chryſoſt. Pſalm.

Eccleſiaſtici 1. verſ. 8. *Vnus eſt altiſſimus Creator omnipotens & Rex potens, & metuendus nimis.* Ex- 106.
penſione dignum eſt, cur Deus dicatur metuendus nimis, cùm nuſquam legatur punire, ſeu affligere nimis: nimietas enim timoris æquari debet nimietati pœnæ: Ergo ſi pœna toleranda nimia non eſt, cur timor nimius dicitur? Profectò doloris metus nimis excedit dolorem patiendum. Neque enim quis tantummodò timet, quod re ipſa paſſurus eſt, ſed dolores, moleſtias, & acerbitates metu ipſo amplificat, & longè plura metuit, quàm toleraturus eſt. Paulus ad Hebræos 4. verſ. 12. nititur oſtendere diuinæ iuſtitiæ furorem aduerſus infideles: *Viuus eſt, inquit, ſermo Dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti.* τὸ *ſermo* Græcè λόγος id eſt, Verbum diuinum (vt locupletiores interpretes commentantur,) viuidè rigores exercebit, viuaciſſimè & efficaciſſimè puniet delicta infidelitatis præſertim. Sed cur gladius ſeuerioris iuſtitiæ diuinæ dicitur à Paulo gladius anceps ad oſtendendum furorem diuinæ ſeueritatis? Nonne præſtaret, vt compararetur acutiſſimo gladio aut probatiſſimæ rhomphææ, quæ 107.
certum, & validum ictum, & inſanabilem plagam infligat. Porrò gladius anceps, & dubius dubiè ferit, & dubium vulnus aperit (& forſitan nunquam vulnerabit:) dubia autem plaga non adeò grauis eſt, & acerba. Imò grauiſſima, & acerbiſſima dubia plaga eſt, etſi nunquam infligatur: & gladius anceps penetrabilior, & crudelior eſt, tametſi nunquam feriat. Porrò enſis certus, ſeu certum vulnus, certum, & determinatum corporis membrum ferit, & cruentat: at gladius anceps, & dubius, anceps, & dubium infligit vulnus; indéque magis acerbum: quia cùm nulli membro ſigillatim immineat, omnia membra ſigillatim pauent, nec modo timent futuram reipſâ plagam, ſed grauiorem, & acerbiorem, nam metus amplificat, & auget ærumnam mali, quod timetur. Quis enim tantum timuit, quod euenit malum, & non maiorem, aut pluries repetitam plagam? Vnde gladius anceps, & dubius (ſicut anceps, & dubia fortuna,) grauior eſt, moleſtior eſt, acerbior eſt. Ergo ſententioſè Paulus ad diuinæ iuſtitiæ exaggerandos rigores comparatione vtitur *gladij ancipitis*, & dubij, qui cùm determinatum ictum non minetur, multiplices, & ſæuiores plagas abſens facit: & dum nulli membro ſigillatim impendet, omnibus horrorem incutit, metu amplificante ſenſum doloris, nam *qui timet, veretur omnia, imaginatur omnia, quæ natura metuentium eſt.* Hæc tropologia opportuna videtur ad mores, etſi alius ſit litteralior Pauli ſenſus.

Eccli. Ad Hebr.

Sanctus Iob ad miraculum vſque patiens, etſi 108.
bonorum prodigam amiſſionem, filiorum prmaturam mortem, contumelioſam à ſolio depoſitionem,

nem, amicorum probra, & valetudinis iacturam
æquo animo tolerasset: cùm ventum eſt ad terro-
res, & metus, quos per ſomnia ſuggerebat illi ma- Iob.
lus dæmon, ſic fatur cap.7. verſ.13. *Si dixero: con-
ſolabitur me lectus meus, terrebis me per ſomnia.
Quamobrem elegit ſuſpendium anima mea, & mor-
tem oſſa mea. Deſperaui: nequaquam vltrà iam vi-
uam.* Qui tot vera mala tolerantiſſimè tulit, ſic
horret timores quos patitur, non in prudenti vi-
giliâ, ſed in fumo, & inſipienti ſomno? Quid vl-
trà iam timeat, qui tanta patitur? Ferè exhauſta
eſt pharetra infernalis ſæuitiæ, nec vltrà ſagittæ
ſuppetunt Dæmoni ad Iobum feriendum, & ſic
horreſcit ad timores, quos fertilis ſomniorum ima-
ginatio repræſentat? Itáne Iobus patientiæ mira-
culum perhorret à metu, quem imaginatur in
ſomnis? à phantaſiâ timoris ſic vexatur, excrucia-
tur, exacerbatur, vt quaſi calamitate oppreſſus ſu-
ſpendium, & mortem eligat, & dicat: *Deſperaui:
nequaquam vltrà viuam?* O peracerbam metus ſæ-
uitiam! O carnificem timorem! Nullum Iobi mem-
brum immune eſt ab intolerabili doloris grauiſſi-
mi ſenſu, à planta pedis vſque ad verticem capitis
non eſt in eo ſanitas, ſuper quo percutiendus eſt
vltrà? Iam deſunt membra, quæ vltrà affligentur,
quid vltrà angitur? quid vltrà timeat? Verùm cru-
delior carnifex Timor eſt, ſæuiſſimus tortor me-
tus eſt, qui ſuprà quàm homo pati poteſt, calami-
106. tates ſuggerit. Nempe tolerabat Iobus quantum
mortalis homo pati poterat; metus verò per ſom-
nia à Dæmone immiſſus, fingebat, ampliabat, in-
crementabat mala ſuprà quàm pati poterat: nam
timor eſt arbitrium multiplicandi moleſtias, & in-
genium amplificandi calamitates. Vnde Iobus, qui
ſtabat conſtans ad veros dolores, ſic perhorreſcit
ad ærumnas, quas metus in ſomnis imaginatur, vt
quaſi nutans, (ne dicam cum Philippo ibi, cor-
ruens,) ſuſpendium, & mortem eligat ad leuamen
intolerabilium dolorum, quos à metu patitur. Et
quidem tanta eſt acerbitas metus etiam per ſóm-
Hippocrat. libro de virginum morbis. nia immiſſi, vt Hippocrates ita ſcripſerit de atto-
nitis, & timoribus: *Ex his adeò fortiter pauere ho-
mines, vt delirent, & Dæmones quoſdam ſe videre
putent ipſis infeſtos: quandoque noctu, quandoque in-
terdiu; aliquando verò vtroque tempore, & ob eiuſ-
modi ſpectris multos ſe iam ſtrangulaſſe, & proſiliiſ-
ſe in puteos, tanquam meliora ſint hæc, & omnem vi-
ſa vtilitatem excedentia.* Audis quàm grauis ſit vel
ſomniatus timor? Ita planè, quia *qui timet, veretur
omnia, imaginatur omnia, quæ natura inuentiua*
Iudith. *eſt.* Quod videre licet hîc verſ.17.

§. XXIV.

Parua opera in re virtutis, magnam virtutem exigunt: qui maiora vicit, ſæpe minoribus vincitur.

110. NOn eſt admirationi vna arbor, vbi in eandem
altitudinem tota ſylua ſurrexit. Illud vulgus
admiratur vt magnum, quod maximè eminet inter
cætera, & ſic magis annotatur, aut quia rarum &
inſolens, aut fortè quia inſperatum. Vulgaris eſt
inter homines hic error. Profectò parua & admo-
dum exigua, valdè magna ſunt, ſi non paruo &
exiguo, ſed valde magno, & valido animo egeant.
Non eſt valde magnum, quod eminet vſque ad ſpe-
ctantiũ admirationem: ſed ille homo valde magnus
eſt, cuius ſingula opera ſic ad virtutem conformata
ſunt, vt nihil degeneret à debitâ magnitudinis pro-
portione. Per ſua lineamenta virtutis opus perfici-
tur, ex quo nihil ſubduci ſine ruina poteſt. Pulchrè
Seneca. *Non eſt formoſa mulier, cuius crus lauda-*
tur aut brachium, ſed illa cuius vniuerſa facies ad- Senec. epiſt. 3.
mirationem ſingulis partibus abſtulit: quia nulla
pars eminet ſine alterius iniuriâ: alicuius partis exi-
mia venuſtas deuenuſtat cæteras: & pars quæ ad-
miratione ſuſpicitur, alias deſpectui tradit. Neque
enim fit electio ſine reprobatione: neque quic-
quam eminet abſque aliorum decremento. Sic
etiam accidit in re virtutis: in qua nollem, vt res
aliqua parua dicatur. Neque enim parua res eſt,
ſine quâ homo nequit eſſe virtute magnus. Quin
etiam perexiguæ res, & quæ contemni ſolent ab
imperfectis, non modicè iuuant ad perfectam vir-
tutem: nam rei conſummatæ perfectio exiguum
quid addit, ſed arguatum, & artis, & ingenij ple-
num. Sciunt hoc ſtatuariæ, & pictoriæ periti:
qui non aſciâ, aut runcino, aut dolabrâ, aut grandio-
ri penicillo, ſed perexiguæ lineæ aut additione,
aut detractione, opus ſuum conſummant, & per-
ficiunt. Hic artis præcipuus labor eſt, hæc perfe-
ctionis ſumma, & in quo maximè ſudat artificis *Sphæra elegans deſcriptio.*
induſtria. Ab exiguitate ipsâ creſcit rei magnitu-
do. Vis eſſe virtute magnus? Solerter cura de mini-
mis; in quibus plus difficultatis, & laboris ſæpè
experimur. In minutioribus elucet magis artis ma-
gnitudo. De perexiguâ Archimedis ſphæra, ſic
eleganter ſcribit Caſſiodorus: *Paruam machinam,* Caſſiodor.
grauidam mundo, cælum geſtabile, compendium l.1. Epiſto-
rerum, ſpeculum naturæ ad ſpeciem ætheris incom- larum, epiſt.
prehenſibili mobilitate volutatam. [O vtinam lice- 45.
ret hæc verba meo ſanctiſſimo Patri Xauerio ad-
aptare, qui ab humilitate *parua machina* eſt, ſed *Xauerij comparatio cum Sphæra Archimedis.*
machina, quæ Orientis gentiliſmum labefacta-
uit. *Mundo grauidus*, qui non tantùm Europæ,
Africæ, Aſiæ, ſed etiam Americæ Chriſtum in-
uexit; planè miſſus in mundum, *vt omnes cre-* Ioan.1.7.
derent per illum. Sicque homines geſtauit, quaſi
mater in vtero, vt non gemellos, ſed centenos,
& millenos vnà pareret. *Cælum geſtabile.* Nam cæ-
lum gerebat ſecum, quod tot hominum millibus
largiebatur, cuius fruitione ferè potiebatur in
terra, &c. *Compendium rerum*, quia res maximas
in ſe abbreuiauit. *Speculum naturæ*, qui erat ty-
pus ſanctitatis, & in quo, velut in pellucido
ſpeculo cernebatur ſumma perfectio ad quam
humana natura prouehi poteſt. *Species ætheris*, ab
ignei amoris ſphæra, vel ſidereæ naturæ à virgi-
ne puritate. *Incomprehenſibili mobilitate*, qua tot
leucarum myriades, non tam greſſibus, corporis,
quàm ocyſſimis amoris alis dimenſus eſt ad cæli
miraculum, & orbis ſtuporem.] Redeo ad rem,
ne grandia, breuitate minorem. Audis opus Ar- *Paruitas rei auget & commendat artem.*
chimedis quod erat grauidum mundo, cæli comu-
lum, abbreuiata ſidera, naturæ epitome, dici par-
uam machinam? Nam ipſa paruitas rem incre-
mentat, & miraculum auget; quia res exiguè ma-
xima maximam ſui facit admirationem. Imò mi-
nima magnam artem maximúmque artis laborem
exigunt.
Matthæi 14. verſ.19. frequens hominum mul- 111.
titudo aderat Chriſto in deſerto, vndique Ieiunio fa-
meſcens: Quinque panes ſuppetebant Apoſtolis
ad tot hominum cibationem: exiguum profectò
panarium ad ſuſtentandam hominum tantam mul-
titudinem. Vacillat diſcipulorum fiducia: at Chri-
ſtus miraculum inuentat: *Et acceptis quinque pani-* Matth.
bus, & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum benedixit
&

& fregit,& dedit diſcipulis panes; qui ſic multiplicati ſunt,vt poſt tot homines ſaturatos, adhuc panes ſuperfuerint. Addubitant in hoc loco interpretes, quare Chriſtus Deus ad patrationem miraculi aſpicit in cælum. Num cæli auctor expectat à cælo virtutem ad miraculi patrationem? è cælo emendicat Chriſtus panes, quibus alat turbam? aſpectus in cælum ſuſpectum facit illum impotentiæ. Alia grãdiora miracula propriâ auctoritate patrat,& ad hoc vires cæli auxiliares implorat: Præclarè Chryſoſt.in Matthæum, hanc difficultatem tractans, ſic fatur: *Ac ne repugnantia quadam in ipſis videretur, in cælum minora peracturus reſpicit,cùm maiora, cum poteſtate à ſeipſo faciat.* Nempe oſtendit Chriſtus quàm ſit difficile & arduum minora facere, cùm maiora facturus, nec cælum aſpiciat rem communicans cum Patre Deo, eius quaſi auxilium implorãs, quod præſtat ad minora facienda. Quaſi in re virtutis difficilius ſit minora & obuia facere, quàm maiora,& quæ plus virium exigunt. O præclaram eruditionem! qua inſtruimur ne deſpiciamus parua,& oſcitãter illa quanquàm exigua negligamus, quia ſæpe difficilius eſt abſtinere ab exiguis noxiis, & minutiſſima perfectionis opera ſoletter exequi, quàm magna,& ſpectabilia, & quæ ob ſui magnitudinem vires exerunt. O quoties magnorum hoſtium præclarus victor ab exiguis & imbecillioribus profligatur! Magnanimus non tantùm magna intentat,ſed nec minimis ſuperari patitur. Puſillanimis eſt qui à paruis vincitur. Ergo magnanimitas exigua præcaueat,ne rei tenuitas inſidietur victoriæ & magnanimum detriumphet.

Chriſtus reſpicit in cælum, facturus minora miracula. Chryſoſt. hom.50.

113. Matthæi 8.v.19. Scriba ille,meliora ſapiens,dixit Chriſto: *Magiſter ſequar te quocunque ieris.* O animoſam vocem, ô virilem nouitij diſcipuli animum, planè magnanimũ,audacter præſumit Chriſtum Deum in omnibus ſequi, quæ ſumma Chriſtianæ perfectionis eſt. Verùm illemet,qui tàm animosè audet ſequelam Chriſti in omnibus, (quod faſtigium virtutis eſt,) negligit pauperiùs viuere; audet viriliter magna, & muliebriter cedit paruis: terretur exiguis, qui animoſus erat ad grandia & qui ſibi videbatur ad maiora potens, impotens inuenitur ad minora. Exod.8.v.18. Diuina portenta patrat Moyſes corã Pharaone. Primò cruentat aquas omnes, cruentant pariter & Ægyptij Magi. Dein educit ingentem ranarum vim, educunt ſimiliter incantatores. Ad Hęc puluis parturit innumerã cyniphum,ſeu culicũ multitudinem: *Feceruntque ſimiliter malefici incantationibus ſuis,vt educerent cyniphes,& non potuerunt. Et dixerũt malefici ad Pharaonem: Digitus Dei eſt hic.* Super quibus verbis ſic loquitur Theod. *Arioli maiora animalia, nempe ranas,anteà produxerunt,crabronem minutulum educere non poſſunt.* Vnde exclamant: *Digitus Dei eſt hic.* Scilicet qui grandiora animalia producere valuerunt,vbi ſubtile,& perexiguum animalculum producendum eſt, præ impotentiâ exclamant, digito Dei,id eſt,tota omnipotẽtia opus eſſe ad rem vſque adeò tenuem & exiguam producendam. Nempe Chriſtus Cælum aſpicit ad minora miracula, quaſi auxilarem implorans Patrem Deum:& Magi velut inuiti fatentur, digitum Dei ſeu robur omnipotentiæ requiri ad hæc minutiora.

Minoribus terretur, qui maiora audet. Exod.

Theodor. quæſt.18. in Exod.

Matth.14.v.29. Vidẽt diſcipuli è nauicula Chriſtũ gradientẽ ſuper aquas,timent ſuſpicantes phantaſma eſſe. Voce Saluatoris timor depulſus eſt, & animatur Petrus ad ambulandũ ſuper aquas, vt citiùs ad Chriſtũ veniret. *Et deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquã,vt veniret ad locũ. Videns verò ventum validum,timuit,*&c. Super quo re ſic philoſophatur S.Chryſoſt. *Quod maius erat ſuper maria ſcilicet de nauigio confidenter deſcendere, magno animo fecit: vi autẽ ventorum, & impetu fluctuũ quod erat minus,ſuperatus timuit.* Ecce tibi Petrũ animoſum ad grandia,pauidum ad minora. Neque enim in Chriſtiana Philoſophiâ,qui poteſt ad magis,poteſt etiã ad minus;ſed ſæpe, qui audet ad magna,ad parua non ſufficit. Sic Petrus qui in horto audenter totam cohortem inuadit ſtricto enſe,in domo Principis ſacerdotũ, voce vnius puellæ exarmatur. Sic ſanctitatis proceres, qui magnas res animosè perfecerũt,exiguis ceſſerunt,& victi ſunt. Sic Holofernes & Aſſyrius populus,tot victricium nationum feliciter victor,ab imbecillo, & inermi populo, & per imbecillis & inermis puellæ manum vincitur: & exiguo hoſti cedit, tot regnorum inclytus detriumphator: vt videre licet hic v.18. 114.

Matth. *Minoribus cedit, qui maiora potuit.*

Chryſoſt. hom.51. in Matth.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

VERS.1. CVMQVE omnis exercitus decollatum Holofernem audiſſet,
fugit mẽns & conſilium ab eis, & ſolo tremore & metu agitati
fugæ præſidium ſumunt. 2. Ita vt nullus loqueretur cum
proximo ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnibus euadere
feſtinabant Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audiebant,
fugientes per vias camporum & ſemitas collium. 3. Videntes
itaque filij Iſraël fugientes, ſecuti ſunt illos. Deſcenderúntque
clangentes tubis, & vlulantes poſt ipſos. 4. Et quoniam
Aſſyrij non adunati, in fugam ibant præcipites, filij autem Iſraël
vno agmine perſequentes, debilitabant omnes,quos inuenire potuiſſent. 5. Miſit itaque
Ozias nuntios per omnes ciuitates & regiones Iſraël. 6. Omnis itaque regio, omniſque
vrbs electam iuuentutem armatam miſit poſt eos, & perſecuti ſunt eos in ore gladij,
quouſque peruenirent ad extremitatem finium ſuorum. 7. Reliqui autem qui
erant in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum, & prædam, quam fugientes Aſſyrij
reliquerant, abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde. 8. Hi verò, qui victores reuerſi ſunt
ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum attulerunt ſecum, ita vt non eſſet numerus
in pecoribus, & iumentis, & vniuerſis mobilibus eorum, vt à minimo vſque
ad

ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum. 9. Ioachim autem summus Pontifex, de Ierusalem venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith. 10. Quæ cùm exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vnâ voce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri: 11. Quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quòd castitatem amaueris, & post virum tuum, alterum nescieris: ideo & manus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta in æternum. 12. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat. 13. Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum à populo Israël. 14. Porrò autem vniuersa, quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo. 15. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

---

§. I.

Commentarius litteræ.

Vers. 1. Cúmque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore, & metu agitati, fugæ præsidium sumunt.

Vers. 2. Ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite relictis omnibus, euadere festinabat Hebræos, quos armatos super se venire audiebat, fugientes per vias camporum, & semitas collium.

1. AB Holofernis cæde inchoata victoria est, eam nunc perficit Deus, iniecto cælitus terrore in Assyriorum animo, vt aduertunt Salianus, & Tirinus: nam ex inopinato casu Holofernianæ cædis, non potuit tam dirus horror, & amens pauor concipi, vt penitùs sic consternarentur valida, & numerosa Assyriorum agmina, ita vt Procerum nemo sibi subiectos milites instrueret, & animaret ad repugnandum Bethuliensibus, quos facilè aut fugarent, aut prosternerent. Ergo terror ille à Numinis prouidentia valde auctus fuit, qui simul mentem ab eis eripuit, & è manibus extorsit arma. Itaque perturbati ob luctuosam Principis cædem, & æstuantes timore periculi, quasi de cælo attoniti, consilium à metu, non bono consiliario, sumunt: non à deliberatione, & consilio. Porrò cùm metus plerumque fugam suadeat, præsidium in fugæ celeritate constituũt. Et demisso ad terram capite, quod mœstitiæ, & desperationis indicium est, nec secum ipsi loquebantur: sed castra, & gazas, & impedimenta omnia relinquentes, sociis quoque suis diffisi, singulares, & dispersi, horsum, istorsum palantes sine duce, sine ordine, sine mente ferebantur: Puto etiam ingentem pauorem incussisse Assyriis prospectum abscissi capitis Holofernis è Bethuliæ mœnibus conto suspensi? Quod quantam hostibus trepidationem gignere solitet, ex prophanis historiis tradunt Serarius, & Tirinus.

Salian. Tirin.

De cælo timor Assyriis immittitur.

Serar. Tirin.

Vers. 3. *Videntes itaque filij Israël fugientes, secuti sunt illos, descenderúntque clangentes tubis, & vlulantes post ipsos,*

Vers. 4. *Et quoniam Assyrij non adunati, in fugam ibant præcipites: filij autem Israël vno agmine persequentes, debilitabant omnes, quos inuenire potuissent.* Bethuliensium acies iuxta Iudithæ præceptum, serâ pugnâ non inuasêre Assyriorum stationes, quoadvsque animaduertunt subito casu Holofernianæ cædis turbari omnes, & animo consternari, tunc militum voce, buccinarum clangore à seipsis dissipatos, & fugientes Assyrios à tergo prosequuntur. Cúmque Assyrij singulares, & sine ordine diffugerent, & Bethulienses ad disciplinam militarem aptè ordinati illos insequerentur, nullo negotio passim cædebãtur Assyrij. Tantùm hic aduerte τὸ *debilitare* accipi pro mactare, seu cædere, vt notat P. Sà.

Misit itaque Ozias nuncios per omnes ciuitates, & regiones Israël. Vers. 5.

2. *Omnis itaque regio, omnisque vrbs, electam iuuentutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quousque peruenirent ad extremitatem finium suorum.* Vers. 6. Ozias Bethuliæ princeps, apud quem erat periculosissimi illius belli administratio, suum esse duxit, vt sicut fugauerat hostem, sic illum persequi quàm posset longissimè: illúmq; aut fugientem perimere, aut procul à finibus suis arcere: Ne si fortè per temporis moram liceret, ex tot bellatorum millibus strenuus aliquis dux validam reconcinnaret manum, & periculosiùs sæuiret in vltionem stragis. Quocirca mox dimisit nũcios ad omnes vrbes, & regiones, à quibus spes auxilij erat: quæ libenter audierunt Oziæ mandatum, & statim obarmarunt electam iuuentutem, quæ fugiẽtes à tergo insecuta est, donec hostes à Iudææ finibus exclusit, & compulit vsque ad Assyriæ terminos. Quod dilucidiùs scribitur in textu Græco: *Et misit Ozias in Betomasthem. Bebe, & Chobe & Cola, & in omnem terminũ Israel, qui annunciarent super his, quæ consummata sunt, & vt omnes diffunderentur super inimicos in interitum eorum. Vt autem audierunt filij Israël omnes vnanimiter ceciderunt super eos vsque ad Chobe. Similiter autem & qui ex Ierusalem aduenerunt, & ex omnibus montanis, annuntiauerunt enim eis quæ facta fuerant castris inimicorum suorum. Et qui in Galaad, & qui in Galilæa dissipauerunt eos plagâ magnâ, vsquequò præterierunt Damascum & fines eius.* Septuag.

Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fugientes Assyrij, reliquerant, abstulerunt, & onusti sunt valde. Vers. 7.

3. *Hi verò qui victores reuersi sunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum attulerunt secum, ita vt non esset numerus in pecoribus & iumentis, & vniuersis mobilibus eorum, vt à minimo vsque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum.* Vers. 8. Dites ab Assyriis præda. Quicunque è Bethuliensibus idonei erant ad arma tractanda, vrbe exeuntes, fugauerunt, & prostrauerunt Assyrios: at qui per ætatem aut nimis prouectam, aut nondum satis adultam, arma capes-

 sere

ſere non valebant, reſederunt in Bethulia cnm imbelli feminarum populo. Porrò hi, dum cæteri procùl abigunt hoſtem, egreſſi ſunt ad Aſſyria caſtra, quæ longo interuallo non diſtabant: indéque Aſſyrias gazas, & opima ſpolia Bethuliam adduxerunt. Præterea Bethulienſes, qui palabundos hoſtes inſecuti ſunt, ingenti editâ ſtrage, dum rediére Bethuliam, ſecum retulerunt, quæ victi hoſtes, vt fugæ impedimenta vltrò relinquebant, & ſpolia, quæ interfectis Aſſyriis detraxerunt. Hæc ſpolia adeò fuerunt opima, vt nemo prædæ exſors, nemo non diues à præda fuerit. Nota quòd vbi Vulgatus legit verſ. 7. *Onuſtati ſunt valdè*, nempe Bethulienſes ab Aſſyriæ ſpoliis, Mariana ex Bibliis Gotticis habet *Honeſtati ſunt*. Sed Græcè ſcribitur, *ditati ſunt valde*. Vnde *onuſtati*, idem eſt, quod onuſti, vt dilerte notat Tirinus, & videntur ſupponere commentatores reliqui.

Mariana. Biblia. Gotthica. Tirin.

---

§. II.

Ratio victrix eſt, etiam contra potentiſſimos quoſque hoſtes.

4. *Ratio victrix eſt.*

VBi deficit Ratio, vires non ſufficiunt: imò deficiunt vires deficiente Ratione. Imbecillitas armata Ratione perpetuò vincit; vincitur robuſtior potentia exarmata ratione. Puſillanimis eſt omnis calamitas; & tamen Iob calamitate proſtratus corpore, erectus erat animo obarmato Rationis præſidio. Iob tantùm valuit animo vt non modò amicis (vt ſophiſticè, ſic pertinaciter contra ipſum philoſophantibus,) non ceſſerit, ſed & ipſum Deum prouocarit ad arenam, ſi Ratione agendum eſt. Iob. 6. v. 34. *Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat, loquar, & non timebo eum.* Deum ſcilicet; quaſi dicat: Adeò rationi fido, vt cum omniſcio, & omnipotenti Deo non recuſem certamen inire, ſi rationum mucrone agendum ſit. Ratione armatus nec *Deum timeo.* Non me præſtringet ſua diuina ſcientia, nec omnipotentia terrebit, ſi ratio pro me ſtat; vel contra Deum ſtabo flectineſcius, Ratione obarmatus. Opportunè Caſſiodorus: *Plus agit inculcator Rationis, quàm poſſit exercere terribilis.* Animosè inquit Græcus in catena. S. Thom. ad Lucæ 1. *Deitatis tribunal noſter intellectus eſſe cognoſcitur.* Adde Baſil. Seleuc. *Deus per natura legem boni, malique rationem nobis indidit, ſui dominam, aurigandi gnaram, & rectricem peroptimam.* Vellem vt vti liceret Græco Baſilij originali, vt fidelius poſſem emedullare ſenſus, quos Latina verba ſubobſcurè indicant, & vbertim ſpondent. Tantùm Rationi tribuendum? Et meritò quidem ſi vires rationis expendantur.

Iob. *Intellectus eſt Deitatis tribuna.* Caſſiod. l. 12. epiſt. 1. Græcus. S. Thom. Baſil. Sel. Orat. 32. *Ratio ſui domina.*

5. Quis non miretur, imò deteſtetur mortis tyrannidem, quæ primum omnium piiſſimum, & religioſiſſimum Abelum vitâ priuarit? Nonne ſatius foret, vt impius, & auarus Cainus prius interiret? Primitiæ mortis erit Abelus? Peccator viuat, & iuſtus moriatur? Quam ob cauſam flagitioſus erit ſuperſtes, & innocens luet flagitioſi pœnam; Eleganter Baſilius Seleuc. *O res inopinatas! in mortis veſtibulo reſurrectionis tabula legitur. Cur enim non primus mortis portas ingreditur Adamus? cur non prius Eua ſententia obnunciatur, quos propter natura indicatur? Sed primùm Deus concedit Abelum tolli de medio, vt victum morti ſubiiciat fundamentum, mortiſque ius infirmius euadat: Iuſtus enim iniuſtè à morte occupatus iuſta cauſa dictionem inferno eripit, & primam mortis viam, mortis diſſolutionem fere ſpondet.* Illuſtris profectò cauſa, & tanto Doctore digniſſima. Nimirùm miſericordiſſimus Deus permittit, vt mors iniuſtè inuadat Abelum innocentem, vt ſic Ratio ipſa infirmet ius mortis. Nam ſi prius ſæuiret in præuaricatorem Adamum, aut in Euam originalis delicti fomitem, aut in irreligioſum Cainum, ratione ageret mors. Ergo mors tyrannicè innocentem Abelum priuans vitâ, rea iudicij eſt, & deinceps imbecilla, ratione exarmata; imò ratione oppugnanda, & expugnanda. Hæc in Abelum impietas pietas fuit in reliquos mortales. Moriatur ſine ratione Abelus, vt mors exarmata ratione, inermis & imbecilla, facilis expugnatu ſit! vnde *in mortis veſtibulo reſurrectionis tabula legitur*, nam tyrannicæ mortis irrationalis inuaſio, vitam repromittit.

Ratio aduerſus mortem eualet. Baſil. or. 4.

Iudas Apoſtolus in ſua epiſt. verſ. 9. ſic ſcribit. *Cùm Michaël Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ; ſed dixit: imperet tibi Deus.* Sic hunc locum expendo; Michael Archangelus, Angelorum primus. Imperator cæleſtis exercitus; & a natura, & gratia, & à munere valentiſſimus, altercabatur aduerſus diabolum inferiorem naturâ, infirmiorem viribus, & tamen vincere illum vix poterat, ſed adiutricem omnipotentiam Dei exorat, dicens: *Imperet tibi Deus.* Strenuúſne cæleſtis exercitus dux, ſic quaſi timeat imbellem aduerſarium ſæpiùs proſtratum? Aduertamus ſuper quo altercatio ſit, & quibus armis vtrinque depugnetur. *Super Moyſi corpore.* Omitto alios interpretes: aſſentior Oecumenio ibidem aſſerenti altercationem Michaëlis cum diabolo fuiſſe, quòd Michaël vellet Moſem honorificè pro meritis ſepelire; Diabolus nollet, obiiciens ei, quòd à ſe *percuſſum Ægyptium* inhumatum *abſcondit in ſabulo.* Exod. 2. v. 12. ſic aiens: Moyſes Ægyptium hominem abiecit inſepultum, & ipſe honorificè ſepelietur: Hoc iniuſtum videtur, & ſpecie tenus contra rationem. Opera, quæ in alios exercemus, ſint lex noſtra nobis. Non ſepeliatur Moyſes honorificè, qui proximum ſuum inſepultum omiſit inglorié. Sic Diabolus *diſputans altercabatur*, id eſt, mente luctabatur, & rationum momentis. Et quidem apparenter valentibus rationum armis pugnare alicui videbitur Dæmum talionem exigens à iuſtitia diuina. Ergo quid mirum quod etſi imbecillus, & proſtratus ſæpe, modò ſtet alacer, & eiectus etiam aduerſum Michaëlem Principem cæleſtis militiæ. Potens eſt Michaël; ſed robuſtior ſupremi Archangeli potentia, ſic velut cedit, vel apparenti rationi, vt altercationem omiſerit, & diſceptationis deciſionem in vnum Deum remiſerit. Sic valet ratio ſpecie tenus efficax! Quia ratio vis eſt potentiæ, poteſtatis vigor, & omnipotentiæ mucro. Nam vel omnipotentia ſi à Ratione deſtituta foret, omnipotentia non eſſet, ſed impotentia. Hinc lux, hinc decor Iobi verbis animaduerſione digniſſimis.

6. Iuda. *Vel apparens ratio Diaboli potens eſt.* Oecum. Exod.

Iob 9. verſ. 4. Omnipotentiam diuinam ſic deprædicat: *Sapiens corde eſt; & fortis robore. Quis reſtitit ei, & pacem habuit?* Deus adeò viribus valet, vt nemo ei reſiſtere audeat. Et ſi quis temerarius Deo reſiſtit, diuinâ vi ſuperatus, proſtratus cecidit. At quâ vi Deus obſiſtentes ſibi deuincit? *Fortis robore eſt*, qui omnipotens eſt. Quid fortius Omnipotentiâ: Sufficit omnipotentia Deo ad profligandum obuios quoſque hoſtes: Planè ſufficit;

7. Iob. *Ratio eſt vigor omnipotentia.*

est; sed quia armata est Ratione: *Sapiens corde est, & fortis robore.* Ac si dicat: Omnipotentia robusta est, sed Ratione, & Sapientia. Nam omnipotentia absque recta Ratione, omnipotentia non esset, sed imbecillitas. Tanta est Rationis vis, vt inops viriũ, & cassa effectu foret omnipotentia absque Ratione. Nam robur omnipotentiæ, Ratio est, & omnipotentia absque Rationis vigore, inermis, & impotentia. Nam quod à ratione recta desciscit, degenerat in delictum.) Vna voluptas à Rationis iurisdictione petulanter eximitur. Vnde Clemẽs Alexandrinus. *Voluptas est elatio animæ, quæ non paret Rationi.* Tanta est vis voluptatis, vt arroganter detrectet Rationis imperium; Superbit voluptas aduersus omnipotentiam Rationis, & omnipotentiã æmulatur superbè. Heu grande malum potentior, imò omnipotentior est voluptas, quàm Ratio! Sed de voluptatis vi, aliàs sæpè. Nabuchodonosor aduersá fortunã apud Græcos fractus, & occisus, à suis cõtẽptus, ab alienis oppetitus, regno imminutus, tyronibus stipatus: bellum contra Arphaxadum instaurat, contra Arphaxadum inquam, validum *potentia exercitus sui, & gloria quadrigarum suarum potentem*, & tamen eum deuicit, quia ratio tunc stabat pro Nabuchodonosore, vt constat ex sæpe dictis in cap. 1. Vnde hoc vers. 2. dicitur, inuictum eius exercitum ab exiguo & inermi populo profligatum, & deuictum. Scilicet nunc Ratio repugnauit Nabuchodonosori, & illum superauit potiùs quàm meticulosa Betuliensium manus. Planè trophæum Rationis fuit.

Voluptas potens est aduersus omnipotentiam rationis. Clem. Alex. l. 1. Pædag. c. 13.

Iudith.

§. III.

Recta Ratio facies animi est, concupiscentiæ frænum, dissolutio passionum, fomes sanctitatis, & quadam libera quasi necessitas ad virtutem

8\. Seneca epist. 60.

EXimia Senecæ vox est, *Nil stultitia pacatum habet.* Tam supernè illi metus est, quàm infernè: vtrumque trepidat latus: tutissimum iter suspectissimum illi est. Sequuntur pericula, & occurrũt. ad omnia patet, quia imparata est ad omnia, & ipsis terretur auxiliis. Nam brutæ insipientiæ, & festinæ temeritati, nihil tutum est: qui enim Ratione non armatur, facilè exarmatur, & vincitur. Ratio enim robur est hominis, mentis energia, animi vigor, cœlestium amor, passionum coercitio, & vitiorum victoria, & cui tota hominum natura obsequium debet. Quia virtus sicut à ratione fulget, sic ab irrationali insipientia infuscatetur. Porrò Ratio naturalis (quæ est materia sapientiæ secularis,) *temeraria interpres est diuinæ naturæ*, vt ait Septimius, cæcutit enim ad diuiniora mysteria, nec cœlestes fulgores irrefutatis oculis valet sustinere. Vnde nulla virtus sine Ratione virtus est, sicut *Nec bonitas sine Ratione bonitas*, inquit Tertullianus. Hinc materię virtutum ratione destitutæ profligantur à vitiis, & degenerãt in vitiorum prauitatem. Itaque Ratio virtutum quasi principatum obtinet. *& Rationis præfectura* iure suspicitur à S. Nazianzeno. *Enimuerò Deus per naturæ legem Rationem dedit, aurigandi gnaram, & rectricem peroptimam*, inquit Basilius Seleuc. Ratio enim est auriga virtutum. Ad rem Philo lib. quod detur. &c. *Si desiderat quadrigas auriga, an non necessum est eas turbatas ferri cursu deuio?* Cursu deuio ferimur, nisi Ratio aurigandi gnara regat nos. Item ratio dicitur, Rectrix probitatis. O magnam rectorum potentiam. Bellè P. Damianus *Tibi ratio magistra præsidet.* Ecce dicitur ratio hominis magistra, quæ agnatam homini ruditatem erudiat ad omnem probitatem, & Præses sit virtutum. Quasi in diuino, & humano tribunali cæteræ virtutes adsint tanquam consiliariæ, & sola recta Ratio continuissime præsideat, summam præfecturam exercens.

Ratio naturalis est temeraria interpres arcanorũ Dei. Septim. l. de præscr. c. 7. *Nulla est bonitas absque ratione.* Tertull. 2. aduersus Marcio. c. 6. Naz. orat. 22. *Ratio auriga est.* Seleu. or. 38. Philo. *Ratio præsidet; reliquæ virtutes consiliatrices sunt.*

P. Damian. serm. 18.

9\. Tertullianus agnouit *Rationis gubernaculum*: Eandem vocem, & sententiam, vtpotè pulcherrimam ingeminat lib. de Pœnit. cap. 1. aiens: *Vniuersam vitæ conuersationem, sine gubernaculo rationis transfretantes, imminentem seculo procellam vitare non norunt.* Nempe vita nostra vastum, & vorticosum pelagus est, & periculosum ob sæuos conuersationis fluctus & immanium periculorum procellis infame, quibus ad syrtes, & vada cæca perpetuò impellitur passionũ vorticibus. Ergo Ratio sit gubernaculi instar, quæ facilè regat nauim, & huc, illúcque solerter flectat, ne æternùm periclitetur misero animorum naufragio. Ne committito nauigij clauum aut insipienti oscitantiæ, aut passionum audaciæ, aut appetitus temeritati, ne affectuum tẽpestatibus agatur ad scopulum culpæ, & naufragũ animæ. Vnde ratio arbitrium viuendi est, & mortis effugium, *Natura compertum est?* ait Philo in lib. Quod detur. &c.] *corpus, absente anima, animam absente ratione, interire funditus.*

Tertull. Apolog. c. 11. *Ratio est gubernaculum.*

Animus absque Ratione cadauerascit. Philo.

10\. Clem. Alex. *Rationis frænum* agnouit. Benè quidẽ. Nam quemadmodum frenũ lupati artificio indomitam belluam coercet, & ad suum imperium facilè flectit, & regit, quocumque sessor dirigit cursum, etiã equo renitente, sic appetitum moderatur homo rationis fræno. Præclarè inquit S. Chrysostomus, allegatus à S. Thoma ad illa verba Lucæ, cap. 11. v. 34. *Si oculus tuus fuerit simplex*, &c. *Si intellectum corrupserimus, qui potest dissoluere passiones, totam læsimus animam.* Nimirum ratio passiones quodammodo valet dissoluere ab homine, sic ipsas cohibet: & frænat, vt eas quasi eradicet, & faciat hominem velut à passionibus immunem, qualem præsumunt Stoici. Profectò sic delinitur homo voluptatis lenocinio, & concupiscentiæ præstigiis, vt prauis affectionibus velut Circeo incantamento hebetetur ad omne bonum, acuatur ad malum omne. Quis valeat concupiscentiæ præstigias dissoluere? Audi S. Nazianzenum *Rationum excantamentis memet delinio.* Scilicet prudenter solers ratio, & solerter diligens, & attenta, excantat hominem, & dissoluit concupiscentiæ præstigias: & quasi interstinguit voluptatis fomitem instigantem ad vitia, & ingerit quasi nouum fomitem ad virtutem. Fallor si huc non adludit S. Nazianz. Orat. 31. aiens: *At tu Rationem tibi insitam mouens, virtutisque fomitem per arbitrij libertatem excitans.* Ecce ibi dicitur recta Ratio fomes quidam ad virtutem excitans, & igniculus arbitrium accendens ad probitatem. Nempe sicut fomes peccati ab originali delicto profectus, appetitum arcet à virtute, & instigat ad omnes improbitates: sic recta Ratio, quæ scintilla diuinitatis est, & à cælesti igne accensa, hominem à vitiis arcet, & quodammodò ad omnes sanctitates excitat. Hinc audacter dixit Consul Plinus sic scribens ad Celestrium de suo Corellio: *Corellium quidem summa ratio, quæ sapientibus pro necessitate est, ad hoc consilium compulit.* Nimirum recta Ratio emphaticè, sed hyperbolicè dicitur necessitas ad bene operandum, ac si Ratio quoddam liberæ quasi necessitatis genus

7\. Strom. *Ratio frenũ est, & quasi passionum dissolutio.* S. Thom. Lucæ. Chrysost.

Ratio excantat passiones.

Naziant. Orat. 1.

Ratio est fomes ad virtutem. Naziant.

Plin. l. 1. ep. *Ratio dicitur libera quadam necessitas ad virtutem.*

Digitized by Google

nus imponat sapientibus, & benè moratis viris ad operandum secundùm rationem.

11. Philo lib. 1. legis Alleg. *Mens absq; ratione vidua manet.* Tertull. l. de anima c. 19.

Hinc Philo Iudæus sapienter inquit: *Quemadmodum principalis pars corporis est facies: ita animæ pars principalis est mens*: ac si mens, seu ratio sit facies animi. Porrò facies pulchritudo est animi. *Quidam* (ait Tertullianus,) *vel modico tempore viduant animam intellectu.* Quasi dicat: Anima orbata ratione, veluti vidua manet defuncto marito. Vidua verò quæ verè vidua est, omnem ornatum, & pulchritudinem cũ lacrymis, & squalore commutat, iacet solitaria, pauper, flebilis, tumulata meliori sui parte, coniuge inquam. Sic anima orbatâ intellectu, seu ratione, lugubri mœstitudine luget, & abiectâ mentis gratiâ, & intellectus ornatu, & rationis pulchritudine, squalet vt vidua destituta marito.

12. Septim. l. de Pœnit. c. 1.

Non omittam ad Rationis laudem, non tantùm rem Dei dici à Septimio aiente: *Quippe res Dei ratio.* Sed etiam Verbum diuinum Rationem dici. Ioannis. 1. v. 1. *In principio erat Verbum.* Card. Toletus inibi adnot. 1. *Verbum λόγος varia significat, Sermonem, Orationem, Rationem*, &c. Nempe diuinum Verbum, verus Deus, veri Dei filius est, splendor paternæ gloriæ, & increata increatæ bonitatis imago, attributorum epilogus, & perfectionum meta. Ad hæc omnia perfectiùs intimanda hominibus, ait Scriptura Dei filium, *Rationem* appellari, & commendationem mutuasse à Rationis nomine, qui est cælitum gratia, perfectionum gloria, & summum Diuinitatis elogium. Ergo magni æstima rectâ Rationem, quæ Verbum diuinum venustat, quæ res Dei est, maritus animæ, facies mentis, concupiscentiæ frænum, dissolutio passionum, fomes virtutis, quædam necessitas honestatis, probitatis præses. Gratulemur præfecturæ Rationis, quæ sic edomuit barbaram Assyriorum audaciam, vt ea obarmatus Bethulensis populus hic vers. 2. exarmauerit Medorum potentiam, Rationis armis, potiùs quàm armorum valentia.

Ioann. Toletus *Verbum diuinum Ratio dicitur.*

Iudith.

§. VI.

Quem commendat probitas, discordia damnat, inuitiat, infamat.

13. IVrgiorũ matrix Discordia est, & honoris vivax pestis. Exhonorari ambit, quisquis dissidia fouet. Quid speres ab homine male animato, nisi hostilem animum? Corde, lingua, manu aduersus te pugnabit. Nemo non potest lingua offendere, si viribus non eualet: etiam impotentissimi quique potentissimi sunt ad conuitiandum, verosimilia mendacia fabricabit simultas, si veræ non suppetãt contumeliæ. Omnes ingeniosi sunt ad maledicendum, cùm discordia exacuit malitiam, & venenat linguam. Vt pax est honoris compendium, sic famæ dispendium discordia est. Auara laudis simultas habetur, & æmuli laudes dissimulat, simulátque vitia, & vel diu dissimulata prodit. *Præcepta regalia* appellantur à sancto Chrysologo, quæ pacem suadent: quasi regiam maiestatem, & honorem muniẽtur à concordia mutua. Porrò mutua amicitia cùm reciprocet amici honores, iure dicitur ingenium adipiscendi famã. Ab odio autem, & discordia, vel regium decus deuenustatur infamiæ dedecore. Fuge dissidia, quisquis honorem amas. Fortè eris verè bonus, non verò appellaberis. Fama quidem non

Regalis concordia.

Chrysol. serm. 53.

est res virtutis, sed negotium linguæ, virtutem latè buccinantis.

Inter reliquas creaturas, quæ in mundi primordio summus rerum opifex Deus architectatus est, valde conspicuum est secundæ diei opus, Geneseos 1. v. 6. *Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum; & diuidat aquas ab aquis*, &c. *Et factum est ita. Vocauitque Deus firmamentum, cælũ: & factum est vespere, & manè dies secundus.* Notant subtiliores interpretes, opus huius diei etsi præstãtissimum, illaudatum negligi à Deo, cùm reliquorum dierum opera statim nobilitet diuina laudatio. Num lux, quæ accidentaria qualitas est, laude digna habetur, secùs firmamentum, vel cæli nomine inclytum? Stagnant maria, nubes suspenduntur in aëre, terra vestitur herbis, aquæ animantes germinant, astra scintillant è cælo, & mox commendantur diuinis encomiis, dicitur enim statim, *Vidit Deus quod esset bonum*: & nobile opus secundæ diei, viduabitur laudatione diuina? O quam sudant interpretes, vt huius rei verosimilem rationem adducant. Lyranus super hac quæstione ita fatur: *Quæritur, quare in secunda die non dicitur, Et vidit Deus quod esset bonum, sicut in aliis diebus. Ad quod respondent aliqui, quod hoc est, quia numerus binarius est infamis, eo quod primus recedit ab vnitate.* Quam rationem latè persequitur Paulus Burgensis inibi: Scilicet conditur firmamentum in medio aquarum, vt diuidat aquas ab aquis, quod est dissidij occasio. Imò quia hæc dies secunda est; numerus autem secundus, primus est discordiæ fomes; quippe qui ab vnitate primus diuidit, ideò infamis est, & indignus laude. Nam dissidium etsi infamiam non inueniat, planè facit; & cælum ipsũ infamat, & indignum laude reddit, alioqui per se dignissimum.

14. Genes. *Non laudatur secunda dies, quia primò recedit ab vnitate.*

Lyra.

Burgens.

15.

Et quidem firmamentum, seu cælum, princeps mundi pars est; sed dum conflat vniuersitatem. At cùm soluit vnitatem, deuenustatur discordiæ infamia, & diuisionis dedecore. Quod de oculo dixit eleganter S. Chrysologus. *Est*, inquit, *membrorum commercio pretiosus oculus, sed si perseuerat in corpore. Alioqui vbi corpori defuerit, sibi non aderit: debent illi membra omnia sua lucis obsequium. Sed & ipse oculus sentit corpori se debere, quod lux est. Qui vtique cum omnibus membris ministratum membrorum prouideat, euulsus à corpore nec sibi videt.* Itaque oculus dum est in corpore, in fastigio hominis est, corporis splendor, & decus. At à dissidio sic vilescit & squalet, vt discordiæ infamia intuicetur, & tenebrescat; & vel sibi redditur sordidus, qui totum nobilitabat hominem, dum corpori indiuiduus erat. Aduerte hic vers. 2. Assyrios olim adunatos, robore inuictos, & repetitis triumphis nobiles, at vbi non adunati excipiunt Hebræos, turpi fuga infames, terga vertunt inglorij. Concordes ipsi glorias toto orbe propagant: à dissidio verò & gloriam perdunt, & decus Assyrij nominis infamant egregiè. Nam quos concordia nobilitat, discordia infamissimè dedecorat.

Chrysol. serm. 1. 32. *Oculus euulsus à corpore, nec sibi videt.*

Iud.

1. Corinth. 11. vers. 18. *Primum quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo: nam oportet & hæreses esse.* Perstringit Apostolus Corinthiorum simultates, in agape diuidunda: quæ non erat admodum grauis dissidiorum occasio: At vbi dissidia aduertit inter fideles, statim timet hæreses. Nam τὸ *Hæreses* non tantum pro diuersitate sectarum, sed pro errore in fide interpretatur Cornelius ibidem. Nimirum timeant, qui dissident & simulta-

1. Corinth.

Cornel. *Discordia hæreseos insimulatur.*

tes

Digitized by Google

tes alunt, etiam in re non graui, ne sic dehonestentur à discordia contumeliæ matre, vt non tantùm peccatores audiant, & in suspicionem veniant grauissimorum criminum, sed etiam suspectæ hæreseos rei fiant. Nam vbi susurræ inter fideles submurmurantur, mox timetur hæreseos nota & infamia, quod summum est dedecus in fideles: luculenter Basilius Seleuc. *Ante omnia*, inquit, *corpus Ecclesiæ seruemus incorruptum, retentâ concordiæ possessione inspoliatâ. Ne dum mutua vlciscimur odia, rectæ fidei causam nos tueri simulemus.* Discordes etenim apud Paulum timent hæresim in his, qui à se dissident, etsi in re non magni momenti, neque pertinentis ad rem fidei: & S. Basilius à discordia, seu discordibus veretur, ne hæreseos nota impingatur aduersariis. Sic, sic prona est simultas ad grauiores contumelias. Vel hæreticus audiet qui adhuc leues inimicitias gerit; nam hostilis animus nulli probo parcit, vt hosti non parcat.

Basil. Sel. Orat. 39.

16. Geneseos 1. vers. 3. *Dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux. Et vidit Deus lucem, quòd esset bona: & diuisit lucem à tenebris.* Iure suo laudatur lux, quæ tot habet laudatores, quot videntium oculos. Lucis elogia qui velit persequi, legat S. Ambrosium super his verbis, vbi pulchræ huius qualitatis totus encomiastes factus est. Verùm tametsi lux ea sit, quæ diuino ore egregiè laudari mereatur, animaduersione dignissimum est, in quonam temporis articulo laudata sit; nempe antequam diuisa sit à tenebris. *Et vidit lucem quòd esset bona: & diuisit lucem à tenebris.* Quam ob rem Deus non laudauit lucem post absolutum diei opus, & diuisam lucem à tenebris? Numquid vel à tenebris diuisio, lucem dehonestabit? Quare Deus laudationem festinat præproperâ laudatione? Fortè timet ne deuenustetur ob separationem à tenebris? Imò elogium lucis est, disiungi à tenebris. Verùm enimuerò ante discordiam, seu disiunctionem à tenebris laudatur lux, ne fortè æmulæ caliginis, à qua disiungitur, hostilitate inuritetur, & à dissidij inuidia infametur contumelioso dedecore. Sic vel infames tenebræ ambiunt infamare æmulam lucem. Eleganter Philo: *Non solùm*, inquit, *separauit lucem à tenebris, verùm & terminos in mediis spatiis posuit, quibus vtrumque arceatur ab extremitatibus alterius. Alioqui propter vicinitatem inductura erant confusionem contentionibus de principatu mutuis, pertinaci ambitione luctam appetentia.* Audis infamissimas tenebras, vbi à luce diuisæ sunt, prætendere pertinaci ambitione lucem ipsam obscurare, & offuscare Solis radios? Æmulæ discordiæ ingenio ambiunt tenebræ æmulam inuitare lucem. Ita nemo tutus est à dissidentis contumeliâ, vt vel claritas ipsa timeat denigrari à dissidentis caliginis discordiâ. Vnde priùs laudatur lux quàm diuisæ à se caliginis experiatur contumelias. *Et vidit Deus lucem quòd esset bona: & diuisit lucem à tenebris*, priusquam tenebræ *pertinaci ambitione luctam appetentes*, meram & veram lucis bonitatem dedecorent ingenio dissensionis, & æmulatione dissidij. Vsque adeò nihil plenè bonum apparet, quod æmulum patitur. Fuge, fuge dissidia quisquis honores exambis.

Genes.

Ambrof. *Lux laudatur ante dissidium cum tenebris.*

Philo lib. de mundi opif.

Genes.

§. V.

Bonus Præfectus aquè erit beneuolus in omnes: imò & æmulus Præfecturæ stellarum, se totum exhibeat singulis.

AD omnes prouincias misit Nabuchodonosor nuncios, qui terram, & aquam postulent. Et tamen nec omnes erant æquè vtiles, neque æqualiter offensæ, & æquè mittit ad omnes. Præclara profectò eruditio, ad quam Præfecti attendere debét, ne permoti propria vtilitate, aut voluptate, aut æmulatione, aut odio, aut plus degrauent quosdam, aut alios propter beneuolentiam subleuent. Æquè mittant ad omnes. Nam bonus siue domus, siue vrbis, siue prouinciæ Rector, vt in neminem debet esse iniurius, ita specialia fauoris, aut amoris signa exteriora, nulli debet ostendere, quantumuis aliqualis causa id suadeat: quia nulla specialis ratio sufficit, vt propensiùs in aliquem Rectoris amor incumbat, vt extrinsecùs singularitatis notas edat. Sanctissimus Patriarcha Isaacus, bonus erat præpositus numerosæ familiæ suæ. Sed Esau primogenitum amauit præ Iacobo. *Quæritur*, ait Rupertus, *cur sanctum virum Deus in amorem reprobi declinare permiserit? declinare* dixit. Sed quis sufficientem reddet rationem cur potius Isaacus amauerit eum, quẽ Deus palàm oderit? Deus enim *Iacob dilexit, Esau autem odio habuit.* Theodoretus hanc reddit: *Quia officiosus erat patri; venatio enim illius ei erat cibus.* Hæccine apta ratio, vt in amorem Esau reprobi declinaret Isaacus, tantine gula, & palati deliciæ apud sanctissimum senem! Oleaster ibi existimat, quia Esau maior natu erat, ideò à Patre plus diligi: *Quia senex agrè ferret minorem maiori præferri.* Hæc ratio specialis amoris erga Esau futilis est; sine causa enim natu maior, maiori Patris amore prosequendus est, nisi aliàs ipse eiusmodi specialis amoris prærogatiua dignum se fecerit. Præterquàm quòd ipse Sanctissimus Patriarcha Iacob dicitur plus cæteris amasse Iosephum, quia erat natu minor. Genes. 37. v. 3. *Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eò quòd in senectute genuisset eum.* Isaacus plus amat Esau, quia maior natu est? Et Iacob magis diligit Iosephum, quia minor natu est? Ecce vtriusque ratio palàm pugnat. Nimirum nulla ferè est ratio sufficiens ostendendi specialem affectum, & ita à sanctissimis, & disertissimis Patriarchis reddi vix potest. 17.

Rupert. l. 7. in Genes. c. 15. *Cur Isaacus plus diligit Esau reprobum, quàm Iacobum.*

18. Theod. quæst. 77. in Genes. Oleast.

Genes.

Audiamus Seleuciæ Basilium hæc super re id acutè obseruantem: *Patris Iacobi charitas aduersus filium* (Iosephum) *filios exercuit, & carissima pignora inuidentiâ ebria contra semet intendit seditione: Scriptura verò modum amoris immodici admirata, affectionis illius causam inuulgat. Israel enim diligebat Ioseph, eò quod in senectute genuisset eum.* Id est, Iacob maiori prosequebatur amore Iosephum: quod in cæteris filiis inuidentiæ primùm, mox seditionis non modicæ, & probrosæ venditionis causa fuit. Verùm quæ extitit causa Iacobo carioris beneuolentiæ in Iosephum? Num quia pio virtutis zelo reliquos fratres *de crimine pessimo accusauit?* Fortè pulchellus erat puer Iosephus, & deliciæ parentis, gratior cunctis, pacatior cæteris, & indolis bonitate bene moratior omnium fratrum. Ita fuisse prudens suspicor. Sed causa hæc, vtpotè insufficiens, non assignatur à Scriptura Sacra, imò nec leuiter insinuatur. Quæ 19.

Seleuc. orat. 8.

Nulla exterioris beneuolentia in Scriptura assignatur ratio.

Digitized by Google

ergo ratio traditur carioris affectionis erga Ioſephum? *Iſraël autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eo quòd in ſenectute genuiſſet eum.* Profectò inefficax videtur hæc ratio! pulchrè eam vt minus aptam, nec ad rem ſatis ſufficientem, arguit Baſilius, ſic fatus: *Quod ſi Beniaminus filiorum Iacobi poſtremus, & ſenectuti vicinus erat, & pariendi finis, quomodo Ioſephus inſuper filius ſe-*
20. *nectutis appellatur?* Ac ſi dicat: ſi ideò Iacob dicitur præ cæteris fratribus amaſſe Ioſephum, quia filius ſenectutis erat, potiùs Beniamnium diligere debuiſſet, quia Beniaminus poſtremiſſimus erat filiórum. Hæccine ratio tam inſufficiens à Scriptura ſancta? Sed quæ mirè probat meum intentum. Ideò enim inſufficiens ratio redditur à Scriptura referente quid mouerit Iacobum ad ſingularitatem exterioris beneuolentiæ, vt oſtendatur ferè nullam ſufficientem rationem reddi poſſe, vt Iacobus tantæ, ac tam numeroſæ Rector familiæ, plus exterioribus notis diligat quempiam ex filiis aut ſibi ſubditis. Nam hac Iacobi ratione enermi, & imbecillâ, & quæ facilè inſufficientiæ argui poteſt, planè Spiritus ſanctus ferè nullam fore demonſtrat rationem, quæ ſuadeat exterioris charitatis ſigna plus erga vnum, quàm erga alterum oſtendere. Itaque Iſaacus plus amat Eſau, quia erat maior natu; & Iacob plus amat Ioſephum, quia erat natu minor. Ecce pugnant maioris amoris cauſæ. Imò hæc cauſa amoris non ſubſiſtit; cùm Beniaminus diligendus plus eſſet ob hanc cauſam. Ergo inſufficientes hæ rationes planè probant, nullam ferè inueniri cauſam, vt Præpoſitus familiæ aut vrbis plus exterioribus ſignis vnum præ aliis diligat, ne fauoribus auctus inſoleſcat, & cæteri ad inuidentiam extimulentur, & ita turbetur Reſpublica. Libret amoris pondera, & ſe ſiſtat in medio ſubditorum. Nec ſe totum vni tradat, ne nutriat iurgiorum fomenta.

21. Vellem, ſi fieri potuiſſet, vt ſi Rector ſe totum vni tradat, etiam ſe totum alteri, & ſingulis tradat, æmulans diuinam immenſitatem, quâ Deus ſic eſt hîc totus, vt etiam totus ſit vbiuis, ſic Rector ſpecialis amicitiæ notis ſe exhibeat alteri, vt ſingulorum ſpecialis amicus eſſe videatur. Diſputant interpretes ad illud Matth. 2. verſ. 9. vbi de Magorum ſtella agitur: *Et ecce ſtella antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſuprà vbi erat puer*; an ſit vera ſtella in cælo fixa, an apparens & in aëre errans. Et ferè conuenit inter expoſitores non eſſe veram ſtellam, ſed apparentem: nam ſi eſſet cælo fixa, præ altitudine non potuiſſet demonſtrare domum, vbi erat puer; quia æquè demonſtraret multas domos: ſic videmus lunam æquè incumbere multorum tectis. Ergo facula quædam erronea fuit in aëre micans, & vicina domui. Ex quo ſic philoſophari liceat ex Theophylacto ad Matth. 2. Cælorum ſtellæ & planetæ Rectores ſunt & Præſides orbis, conditi à Deo, *vt præeſſent diei & nocti*, Geneſis cap. 1. v. 16. & nemo eſt qui hanc ſtellarum præfecturam ignoret. Notanda ſunt Theophylacti
22. verba, quæ eſt ſubtilis obſeruatio: *Stellæ multum locum comprehendunt. Vnde tu ſupra domum tuam vides lunam, fortè & ego eandem video, non niſi ſupra domum meam: & vnicuique videtur, ſtare non niſi ſupra domum ſuam, lunam, vel aliam ſtellam.* Scilicet boni præſides planetæ ſunt: ſint ergo exemplares Rectores huius vniuerſi. Noctu eleuas oculos ad cælum, & vides lunam totam incumbentem ſupra domum tuam, & ſeriò credis totam Lunam, & eius fulgores, & influxus tui ſolius eſſe.

Matth.

Præfectus æmuletur præfecturam Stellarum, quæ æquè lucent ſingulis.

Theoph.

Luna præfectura ſit exemplar Præfectorum.

Tranſmigras fortè in aliam vrbis vicinam, vel vrbem; & eandemmet lunam, quam ſupra domum tuam totam reliqueras, videbis totâ incumbentem, & fulgores, & influentias elargientem ſuas in domum aliam. Ecce eademmet ſtella ſic tota illuſtrat tuam domum, vt eadem etiam tota plenis fulgoribus illuſtret aliam, & cæteras domos. Quod perelegantes dicit Ambroſ. explicans illud: Fecitq; Deus duo luminaria magna, nempe Solem & Lunam. *Exemplum magnitudinis eorum euidens, quòd omnibus hominibus orbis Luna idem videtur. Nam etſi interdum augeatur lumen eius, atque minuatur, tamen eâdem nocte qualis mihi apparet, talis & omnibus. Similis Sol & Indis, & Britannis eodem momento videtur cùm oritur, nec cùm vergit in occaſum minor apparet Orientalibus, quàm Occidentalibus. Hæc enim inuicem ſibi diſtant. Sed Sol à nullo diſtat, nulli præſentior, nulli abſentior eſt.* Quid quæſo ad rem accommodatius? Videlicet ita præſint Rectores, vt ſtellæ; & ſic omnis eorum aureus fulgor, & beneuoli influxus in vnum aliquem accumulēt, non vt alios deſerant: ſed ſic ſingulos conſimili radiorum plenitudine illuſtrent, ac ſi in cuiuſlibet ſigillatim commoda plenè incubarent. Ergo ſuperior ſtet in medio ſubditorum, æque *mittat ad omnes*, non ad maiorem natu, vt Iſaac: neque ad natu minorem, vt Iacob: & ſi ad vnum aliquem ſpecialiter mittit, *mittat ad omnes*, vt Ozias hic v. 5. Nam ſi quibuſdam indulgenter fauet, alios autem degrauat, intolerabilis erit ſubditorum vita: æqualitas enim, oneris eſt leuamen. Diſertè inquit Seneca: *Maximum ſolatium eſt, cogitare id ſibi accidiſſe, quod ante ſe paſſi ſunt omnes, omnéſque paſſuri: & ideò mihi videtur rerum natura, quod grauiſſimum fecit, commune feciſſe, vt crudelitatem fati conſoletur æqualitas.*

Ambr. lib. 4. Hexam. c. 6.

Iudith.

Seneca de conſolatione ad Polyb. c. 25.

§. VI.

Præfectus in æquilibrio ſit: & vt peritus funambulus in neutram partem inclinet.

BOnus Princeps perſonarum exceptor non eſt: nam benignitas indifferēs, laus eſt principatus. Qui amat aliquos, odit reliquos: paucorū laus, probrum eſt plurium: neq; enim electio fit ſine reprobatione. Superior, qui propriùs accedit ad quoſdam, diſcedit à cæteris. At diſtantia fallax eſt, & rem minuit, ſicut propinquitas auget. Sapienter inquit S. Nazianzenus: *Quemadmodū eadem terra ſanis quidem, & rectè valentibus firma & ſtabilis; iis autem, qui vertigine corrupti ſunt, mouetur, nimirum aſpicientium vitio ad rem inſpectam tranſeunte. Aut ſicut idem columnarū interſtitium, iis qui propius diſtant, maius: iis autē qui longius remoti ſunt minus videtur; loci videlicet interuallo aërem ſuffuſcāte.* Hinc Chriſtus Deus Superiorum exemplar, ſæpè apparens diſcipulis, *Stetit in medio eorum.* Luc. 24. v. 36. Ioannis 20. v. 11. ad nullam partem propriùs inclinans, ſed de ſe æquè diſtans ab omnibus; ne qui propriùs aderat tanquam maior ſuperbiret, & qui aberat remotiùs, vt minor habitus, animo caderet. Vnde Sol, qui principandi exemplar eſt, *A nullo diſtat, nulli præſentior, nulli abſentior eſt*, vt nuper notabat S. Ambroſius. Nam ſuperior, qui perſonas excipit, & paucos fauoribus auget, cæteros perdit, fauor enim aliquorum, cęterorum reprobatio eſt, & communitatis euerſio. Elegit Chriſtus ſpeciali priuilegio ad Thaboris gloriam, Apoſtolorum proceres, nem- 23.

Superior æquè diſtat ab omnibus.

Nazianz. Orat. 11.

Lucas. Ioan.

Ambr.

pè

Matth.25.

24. pè Petrum, Iacobum, & Ioannem, Matthæi 17. v.9.& post tantæ visionis priuilegium, serò eosdem admonet, ne cui dicant visionem, donec à mortuis ipse resurgat. Cur tam mutum silentium indicit Christus? Quid interest, quòd Apostoli publicent tantam gloriam, & Dei Patris præclarum testimonium? Imò inde efficaciùs probari posset Christi Diuinitas Dei vocibus publicata. Quonam quæso, emolumento impeditur publicatio rei tam necessariæ ad dignam Christi Dei æstimationem? Timetne Saluator gloriolam inanem, quasi delinquere posset: quasi non ambiret Passionis opprobria? Cur ergo eiusmodi gloriam publicari vetat: Egregie Damascenus allegatus in Catena hic: *Ne corda aliorum*, (discipulorum) *qui non viderant, subuerterentur tristitia: & ne proditor incitaretur ad inuidiæ rabiem.* O cælestem, & Deo dignam ciuilitatem! Nimirùm Christus occultat specialem fauorem paucis exhibitum, ne neglectorum Apostolorum constantia *subuertatur*: tantæ visionis celat gaudia, ne à tristitia dispereant reliqui: nam Thaboris tranquilla quies *inuidiæ rabies* erit exclusis: nesciant paucorum fauorem, vt defectionem ignorent: paucorum enim approbatio, multorum reprobatio est.

Tacentur Thaboris gloria, ne discipuli ab fauore exclusi ob-merrantur. Damasc.

25. Saluator in celebri illo Colloquio ad Samaritidem feminam habito, sic Samaritanos increpat, Ioann.4.v.22. *Vos adoratis, quod nescitis.* Tantanè Samaritanorum stoliditas, qui rem ignoratam colerent diuinis honoribus: *Quomodo nesciuerunt Samaritani, quod adorarunt?* ait Theophylactus hic: quia incredibile videtur homines non omninò dementatos adorare, quod nesciunt: nam qui ignoretur, nemo erit apud ignorãtes. Eleganter S.Chrysostomus: *Samaritani quidem quod nesciebant, adorabant: quoniam localem, & particularem Deum adorabant.* Nempe Deum ignorat, (dicam luculentiùs) atheus est, qui Deum localem facit, & particularem esse credit, & non vniuersalem omnium Deum, & fautorem omnium, etsi non colatur ab omnibus. Deus, si *localis* Deus est, Deus non est, amitteret diuinitatem à particularitate loci, nec integrè esset Deus, qui non esset immensus, nec omnium Deus. Qui aliter de Deo sentit, *adorat quod nescit*; Samaritanus est, id est, hæreticus, & atheus; nam qui quem ignorat colit, neminem colit.

Ioan. *Deus, si non omnium Deus esset, Deus non foret.* Theophyl.

Chrysost. hom.32. *Superior sit vniuersalis*

26. Redeat sanctus Nazianzenus, qui Orat.1. pulchra funambuli similitudine explicat, quàm industriè debeat superior conari, ne in alterutram partem inclinet, sic fatur Nazianzenus: *Quemadmodum in sublimi ac pendulo fune gradientibus hac, vel illac deflectere minimè tutum est, nec quantumlibet parua inclinatio paruum periculũ affert; verùm eorũ salus ac securitas in æquilibrio posita est. Ad eundem quoque modum vtramuis in partem quispiam siue ob vitium, siue ob imperitiam propendeat, haud leue periculum tum ipsi, tum subditis imminet, ne in peccatum prolabantur.* Videlicet, vt funambulus soccis calceatus, gradiens per funem pendulum pertica sese librans, solerter cauet, ne aliquam in partem inclinet, ne ab eiusmodi inclinatione præcipitet, sic Superior si ad quosdam subditos propendeat magis. Ergo tota superioris, seu funambuli industria laboret, vt in æquilibrio sit.

Superior vt funambulus in neutram partem inclinet. Naz.

27. Denique Tertullianus de primitiuæ Ecclesiæ Præfectis, sic scribit: *Nullum bonum sub exceptione personarum administramus, quia nobis præstamus: quia non ab homine aut laudis, aut præmij expensum captamus: sed à Deo exactore, & remuneratore indifferentis benignitatis.* Triplicem agglomerat rationem: ob quam primæve Ecclesiæ Præpositi indifferenti benignitate fideles regebant. Prima, *quia nobis præstamus*, nam cùm Ecclesia vnum corpus sit, seipsum lædit, qui aliquos excludit à communibus beneficiis. Secunda, quia *laudis expensum non captamus*: nam ob conciliandos amicos, & laudatores, inanis gloriolæ causâ solet quis promereri, & obligare quosdam. Tertia, quia *Deus exactor est indifferentis benignitatis.* Expende τὸ *Exactor*, Porrò exactor grauatè, acerbè, (ne dicam barbarè, & inhumaniter) tributa exigit, sic Deus exigat, & extorqueat indifferentem benignitatem Egregia hyperbole ad rem explicandam.

Tert. Apol. cap 36.

§. VII.

Probum si putaueris, facies: & improbum efficies, si improbum æstimaueris. 28.

OPinio nostra fingit aliorum mores. Talis est homo, qualis habetur. Æstima aliquem, & cense virum magnum, magnúmque æstimatione tua facies. Occultus & arcanus quidam vigor est bona opinio quæ spirat vires, & inspirat virtutes. Animatur homo bona sui famâ, & ab opinione refingitur, & quem bene moratum mente concipis, eiusmodi conceptum parturis, & reformas ad sanctitatem. Et non bona opinio de aliis illorum mores fascinat, vitam reprobat, & profligat; éstque totius probitatis euersio: sic bona existimatio, animatio virtutis est, & salus animi. Fomes est ad virtutem, & altè inundat omnes sanctitates. Scitum illud Senecæ, & scitè dictum: *Fidelem si putaueris, facies.* Existimatio tua, quædam arcana vis est ad virtutem aliorum, bene enim censendo probos ex improbis facies. Bona tua opinio effectrix est boni, quod in alio desideras. A tuo sensu, & censu probitas formatur aliena, cogitatione tua cude probitatem quam *si putaueris, facies.* O quàm facilè excudere potest quisvis sanctitatem in aliis? scilicet sola cogitatione, & approbatione. Deus dicendo & iubendo facit: *Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.* Psal.31. v.9. Homo benè æstimando, & approbando perficit, esto ad virtutem adiutor Dei, & quidem facilis: nam fidelem, & probum facies, si id putaueris. Quid diuinius quàm æstimatione facere, quod æstimas? & mentem, quam in te formas, eandem in alio exprimere? Porrò bona sui existimatio vsque adeò hominis vires vegetat, & probitatem incrementat, vt dixerit Ezechiel cap.19.vers.5. de quadam leæna, (scilicet Hierosolyma, vt inquit Maldonatus, & P.Prado: aut Synagoga, vt Vatablus, & Cornelius, aut de stirpe regia, vt alij.) Leæna *tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum. Qui incedebat inter leones, & factus est leo.* Itaque Hierosolymitana leæna (leone, id est, Rege viduata,) *tulit vnum de leunculis*, (quod dixerat versiculo 3. *eduxit*, Hebraicè est, *Extulit*,) *eduxit*, inquam, & *extulit* vnũ de catulis suis, & *leonem constituit eum.* Et ille sublimatus, *& leo constitutus*, inter leones incedebat, *& leo factus est.* Profectò ille leo non erat, sed exiguus, & exanguis, catulus, & leunculus exarmatus & tenellus; qua arte leo factus est, *Extulit* illum opinione magnifica, & regia dignitate, & ille, qui prius catulus erat, ea approbatione animatus, transformatur in leonem: quia leæna, quæ *extulit* illum, *leonem constituit* eum, & *leo factus*

Senec. ep.3.

Psalm. *Bona existimatio bonos cudit mores.*

29. Ezech. Maldon. Prado. Vatabl. Cornel.

eſt. Ergo catulus imbecillus, quia extollitur magnifica opinione, quia *leo conſtituitur*; *quia inter leones incedebat*, *leo factus eſt.* Non ab ætate roboratur, non ab annis armatur aduncis vnguibus & rictu feroci, & horrentibus iubis, ſed ab approbatione excreſcit, & ab opinione coronatur. Et quoniam conſtitutus eſt leo, *leo factus eſt.*

30. Matth. 11. verſ. 14. Laudes Ioannis Baptiſtæ prædicans Chriſtus, ſic inquit. *Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt.* Ergo ſi Iudæi nolunt recipere, & habere Ioannem, ac ſi eſſet Elias, Ioannes Elias non erit; & ſi illũ habeant, vt Eliam, planè Elias erit? Myſteria loquitur hic Chriſtus, & quæ non facilè hominibus perſuadeat. Nam quis ſapiens credat ex opinione hominum pendere, quod Ioannes ſit, an non ſit Elias? Si re verâ Ioannes Elias eſt, etſi homines aliter opinentur, Elias erit: Quòd ſi Ioannes Elias non eſt, quid refert, quòd id homines æſtiment? Num veritas rei ab hominum iudicio, & exiſtimatione dependet? Profectò nimiùm fauet Chriſtus erraticis hominum iudiciis, & quæ aliàs nec pili quidem facienda monet. Appoſitè ſatis ad rem præſentem, locum extricat Theophylactus hic: *Si vultis* (inquit) *accipere, hoc eſt, ſi ſana mente iudicatis, & non inuida, ipſe eſt Elias.* Ac ſi dicat: Si inuidiâ, & odio acti, maleuoli eſtis in Ioannem, & non ſana mente de illo exiſtimatis, Ioannes vobis non erit Elias. Quod ſi *ſana mente* de Ioanne *iudicatis* & præclara exiſtimatione fauetis, ſi eum Eliam æſtimaueritis, quaſi Eliam facietis: Quia à veſtra exiſtimatione extimulatus, auidiùs Ioannes Eliam æmulabitur: (liceat ſic ad mores locum expendere:) Imaginatio veſtra caſum faciet; mentem bonam, quam de illo conceperitis, exprimetis in illo. Eliam illum exiſtimate, & veſtro ſenſu, & cenſu veluti facietis Eliam: *Et ſi vultis accipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt.* Eliam ſi putaueris, facies.

Matth. *In re mor. exiſtimatio facit caſum.*

Theophyl.

31. Diabolus ille quondam ſerpens, qui primos parentes decipiens vnà deprauauit naturam hominũ malitioſus, & infenſus hominum hoſtis conuictus apud Deum de enormi reatu, ſententiam à Deo audiuit tanto flagitio dignam, Geneſ. 3. v. 14. *Et ait Dominus Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, ſuper pectus tuũ gradieris, & terram comedes.* Non facile expediunt interpretes in quonam percuſſus ſit ſerpens Dæmon hac ſententia diuina, qui iam anteà erat damnatiſſimus. Porrò ſuper pectus ſuum reptare, & terram lingere, eius natura eſt, & deliciæ. In quo ergo illum ferit diuina ſententia? Et quidem otioſa videtur maledictio Dei in illum vibrata, quia antea maledictus, & damnatus fuerat, cùm primò ſuperbiendo deliquit. Quorſum hæc damnatio in damnatiſſimum Dæmonem? His anguſtiis oppreſſus Ambroſius, ſic ſcribit. Diabolum *ideò ad nocendum hominibus pertinaciter obniti*; *quia ideò damnatus eſt, vt noceret.* Ac ſi dicat: Ex hac maledictione, ſeu damnatione euenit, vt Diabolus atrociùs ſæuiat in homines? Ecce effectu maledictionis non intentum à Deo, ſed ex Dei maledictione ſecutum. Altè profectò id excogitauit S. Ambroſ. ſcilicet furioſiſſimus Dæmon, qui quo exagitatur in Deum odio, & inuidia in homines toto ingenio, totis viribus & verſutiis vafriamentis, peruigil ſuſpirat in hominum perniciem, nunc publica damnatione, obſtinatiùs delinquit in Deum, & pernicioſiùs furit in homines. A ſententia diuina, & propalata condemnatione imprudentior euadit; ac ſi ad id ſolùm damnatus eſſet, vt inſolenter permitteretur. *Qui ideò damnatus eſt, vt noceret.* A damnatione inſolentiam, & impudentiam combibit, & quaſi ius ad delinquendum accepit ab infamia. Nimirum ſi malitia, peruerſitas, & reatus Dæmonis augeri iam poſſit; (qui à malitia Diabolus eſt,) ea maximè augeretur à publicata eius malitia, ab infamia delicti ipſa condemnatione propalati. Nam non bona fama ad flagitia inſtigat; & (tanquam ſi nihil reuerendum ſupereſſet,) effrænis fertur in omnem malitiam impudenter: ac ſi *ideò damnatus ſit, vt noceret.* Ergo qui non bonam opinionem, quam de aliquo concepit, illi oſtendit, ius illi facit ad delinquendum, & damnat illum, vt ſceleſtiùs noceat; tantò malitiæ incremento ab infamia mutuato, vt vel malitiam Dæmonis incrementet. Ergo probum ſi putaueris, facies; & improbum reputatione facies. Præſtat fundare ſanctitates opinione bona: non alere vitia æſtimatione malâ. Sic ex catulo facies exiſtimatione Leonem, ex homine Eliam. Sic Iuditha c. 8. v. 8. ab hominũ bona opinione creſcit de virtute in virtutem, vt ex Mendoza noto in expoſitione Litterali eius loci. Et hic verſ. 5. Samaritæ oriundi ex Aſſyriis, ex infeſtis hoſtibus fiunt fideles Oziæ Duces. quia illos fecit fideles bona exiſtimatione, quâ illos aſciuit ad belli ſocietatem, vt reliquos Iudææ populos.

Geneſ.

Infamia inſtigat ad delinquendum.

Ambr. l. de Parad. c. 15.

Mendoz. Iudith.

---

§. VIII.

Cautionalis Præpoſiti ſuſpicio, ſæpe interceſſio eſt ad deliquendum.

SVperioris confidentia, fidelitas eſt ſubditi, & fomitem addit ad virtutem quantumvis improbo; confidentiæ catenis coercetur, ne in vitium ruat præceps. Fidelem faciet, quem fidelem putat. At Princeps qui ſubditi conſcientiam reformidat, eum inſtigat ad delictum; nam Superior ſuſpicax virtutem faſcinat, & eneruat, & ad crimina allicit. Nam bona opinio arx eſt probitatis, non bona fama labefactatio probitatis eſt. Benè ſpera, & benè tibi reſpondebit ſpes. Quid ſi cautim dubitas, ſuſpicione non bona virtutem labefactas, & tua diffidentia minæ prophetia eſt. Creauerat Deus primum hominem viribus integrum, ætate florentẽ, naturali probitate bene cultum, ſupernaturalibus donis probè inſtructum, & ſatellitio virtutũm apprimè ornatum. Nihil tunc aderat: à quo cautè præcauendus foret. Non inteſtinus hoſtis ad peccatum incitans; non occaſio extrinſecùs allectans ad vitium, vita potiebatur pacatiſſima, ſine præliis felici, ſine pugnis victrici; & tamẽ paulo poſt miſerè labitur imbelli ictu appetitus à fæmina, quæ vix pomum marito obtulit, cùm ille auidè cum cibo mortem manducauit. Geneſ. 3. verſ. 6. *Deditque viro ſuo, qui comedit.* Femineo ritu tam cito proſtratus cadit, quem diuina virtus viriliter armauit? Adamus Dei virtute obarmatus erat, ſed vereor ne à ſuſpicione exarmatus fuerit propter agnatam hominibus malitiam. In paradiſo bene mutato ſtatim includitur Adamus, delicioſus carcer erat, ſed planè carcer, cuius Deus ipſe voluit eſſe cuſtos: Geneſ. 2. verſ. 15. *Tulit Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.* id eſt hominem, vt docet S. Auguſtinus. Citò delinquit (etſi ex propria prauitate) qui tam citò cuſtoditur, præproperè labitur, cuius lapſus præproperè timetur. Tranſgreſſione pre- 32.

Suſpicio cautionalis quaſi ius eſt ad delinquendum.

Geneſ.

Geneſ.

Auguſt. de Geneſ. ad litt. lib. 8. cap. 10.

cepti

cepti infidelis probatus fuit Adamus; sed priùs à custodia infidelitatis suspicionem subiit. Nam suspicio occasio delinquendi imbecillo est ad peccandum.
35. Sapienter Seneca, quasi Geneseos locum commentaretur, sic ait: *Ius peccandi suspicando fecerunt.* Ac si dicat: suspicio ferè priuilegium delinquendi est,& velut licentia ad peccandum; iure quodammodò peccat, qui de peccato suspectus est. *Honestum dixerim vitium*, ad quod suspicio compulit: animosè no verè dictum? venusta suspicionis exaggeratio! Cautela non semper vitiat delictum, sed sæpè creat vitium, non insontem facit, sed delinquentem: Iob 10. vers. 14. *Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi,&c.* Sic LXX. Interpretes transtulerunt: *Quod si peccauero, custodis me; ab iniquitate autem non insontem me fecisti.* Id est, suspicio sæpè illex est ad peccandum; ab ipsa custodiâ instigor ad vitium, securior custodiâ à me erit, non custode. Bellè S. Chrysolog. serm. 2. *Est penès patrem dulcis conditio, libera seruitus, absoluta custodia.* Expende τὸ *Absoluta custodia*, id est, custodia libera, & exoluta vinculis, hæc securior custodia est; hæc custodia digna patre est, nec indigna filio: quia si aliter *Custodis me ab iniquitate, non insontem fecisti.* Sed planè sontem, & delicti reum, Siquidem *Tineam non excludunt claustra, sed claudunt, & generant, non repellunt: rubiginem nutriunt seruata, non vitant; quia quod de re nascitur, non vitatur.* Verba sunt S. Chrysol.

Senec. ep. 3. — *Sen. supra.* — *Iob.* — *Chrysol.* — *Chrysol. serm. 7.*

34. Vnde superior sæpius non adhibeat operis inspectorem: nam inspector oculatior venenum iaculatur,& fascinum efflat in opus, planè labores infelicitat. Fide operario, & operarium fidum facies ex infideli. Matth. 20. v. 8. Pater ille familias sedulus in vineæ culturâ, plures misit operarios in vineam suam. Tandem ad vesperam misit operarios, inertes, otiosos, desides, quos & ipse, & alij sæpiùs respuerant vt inutiles ad laborem. Quia nemo eos conduxerat, stabant totâ die otiosi in foro. Mittit in vineam, vt laborarent, nec cum eis remisit inspectorem colonum, qui adstaret labori, fortè veritus ne otiosi homines reliquū vesperæ in otio transigerent,& mox mercedem expeterent. Quod benè aduertit Matthæus inducens Patremfamilias procuratori dicentem. *Voca operarios:* Vocat; ergo, fortè longè ab illis erat Procurator, non aderat illis molestus operis inspector. Hac confidentia incitati desides, & aliàs otiosi homines, vsque eò laboribus desudarunt, vt vnâ horâ laboris labores æquarint eorum, qui portarunt pondus diei & æstus. Sic Origenes in Cat. hic: *In breui tempore volebant operantem virtutem extendere.* Fidelem puta, & reputatione fidelem facies ex infideli. Qui absque arbitrio,& adstante inspectore opus exequendum committit, *operantem virtutem extendit.* Nam ad inspectoris oculos deficiunt vires operantis.

Matth. — *Confidentia fidelem facies ex infideli.* — *Orig.*

35. Ioannis 14. vers. 12 *Qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipse faciet: & maiora horum faciet; quia ego ad Patrem vado.* Causalis hæc vocula, *Quia* difficultatem ingerit non leuem. Num quia Christus recedit à discipulis, discipuli roborantur ad virtutem? Quare dicit Christus maiora se ipso patraturos miracula, quia ipse ab illis secedit? Abcessúne Christi, à quo tota vis discipulis inest, prodest ad maiores virtutes peragendas? Si ego vobis adessem, non tam miranda ederetis miracula, citò abero,& ob absentiam mei, maiora me facietis miracula? Porrò humanæ naturæ imbecillitas ea esse sæpè solet vt vires sumat ab inspectoris, & Præpositi humani absentiâ, vt totam exerat vim quæ ab inspectore,& adstante Præposito hebetatur. Quod innuere videtur S. Chrysost. hic: *Opera quæ ego facio,& ipse faciet,& maiora horum faciet, quia ego ad Patrem vado. Vt discipuli eius corporalem recessum facilius sustinerent, præparat eos promittens, quod eius recessus magnorum eis esset futurus causa bonorum.* Christi recessus magnorum discipulis est futurus causa bonorum? Num absceſſo adstâtis olim magistri *operantem virtutem extendent*, (quæ verba sunt Originis) & maiora quàm Christus miracula patrabunt? Aduertis, quòd virtus adstante præside non indiget, imò defectus patitur, & imbecillior est ab adstante. Ergo non bene Manasses ruralis Bethuliæ Præfectus, cap. 8. vers. 3. *instabat super alligantes manipulos.* Et ab æstu ipse exanimatus est qui exanimabat operas ad laborem, instanti cura homines vrgendo *instabat.* Solerter cap. 5. vers. 2. Holofernes ad belli consilium nuncupatim, *Vocauit omnes Principes Moab, & Duces Ammon,* vt ex infidis hostibus olim, nunc faceret strenuos à confidentia Duces. Quod prudenter excogitauit, è re successit, & egregiam operam nauarunt in Bello. Et Princeps Ozias hic vers. 5. consimili vtitur stratagemate erga Samaritas.

Ioann. — *Confidentia operantium virtutem extendit.* — *Chrysost.* — *Iudith.*

§. IX.

Homo vsque adeò æstimat pecunias, vt eas quasi Gratiam, & Gloriam reputet.

INcantatio quædam est, & præstigium, quod aurum, & argentum à nobis tantopere honoretur, ait S. Chrysostomus, Bracteata hæc felicitas hominum mentes eludit,& perstringit oculos, & cæcè rapit in amorem,& æstimationem sui. S. Maximus ambitiosas appellat diuitias aiens: *Diuitiarum ambitione.* Ambitionis negotium, est honor vltra modum, affectat ambitiosus fastigia, & thronos supra merita: nullaque gloria sat est ambitioso, nam quò sublimior est, eò magis æstuat augustius inthronizari: sic homo ambitiosè ambit opes, & ita ambit, vt religiosè eas colat, & adoret, *Diues effectus sum, inueni idolum mihi.* Osee 12. vers. 8. O profanam, & idololatricam diuitiarum ambitionem. Tantàne opum apud homines æstimatio? 36.

Chrysost. hom. 10. in 1. ad Thess. — *Diuitiarum ambitio.* — *Maxim. hom. in Litan* — *Osee.*

S. Cyrillus, sic scribit: *Non est malum argentum, tu tamen vtaris benè. Poterit sane aliquis per Pecunias iustificari, Esuriui, inquit, Matth. 25. & dedistis mihi manducare: omninò id per pecunias.* Audis ex grauissimo Cyrilli ore, diuitias iustificare. Quid dicere iam valemus *Pecuniam iustificantem*, vt dicimus in scholis Theologicis Gratiam iustificantem, Num *si poterit aliquis per pecunias iustificari*, dici potent pecunia iustificans? Planè diuitiæ iustificare dicuntur, diuerso modo, ac gratia iustificans, (de quo feuerius agitur in Gymnasiis Theologorum) nunc satis est pecunias iustificare, vt publicetur, quàm gloriosè æstimentur opes quæ saltem reos iustificant apud auaros indices.

Cyril. Ierosol. Catech. 8. Matth.

Patum est, quod opes hic iustificent, beare etiam existimātur. Redeat iterum Cyrillus supra: *Vis nosse, quod bona, & opes possunt esse ostium regni cælorum! Vende omnia, quæ habes, inquit, Matth. 19. & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis.* Ecce tibi opes habentur ostium cæli, & pignus beatitudinis. plus audet Hecatæus apud Clem. Alex. qui finem hominis, eiusque beatam felicitatem, aiebat esse *Sufficientiam.* Id est, saltem mediocres diuitias,& quæ sufficere possent ad sustentationem 37.

Cyrillus. Matth. — *Hecat. Clem. Alex. 1. Strom.*

vitæ

Digitized by Google

vitæ. Quid ? mundialia bona, & ſufficientes opes, non tantùm oſtium ad beatitudinem, ſed ipſa beatitudo dicuntur. Sic audet Hecatæus. Fides auctorem appellet. Verùm ſi verum ſit (quod mihi indubium eſt) Beatitudinem conſiſtere in clara Dei viſione; valdè videtur deſipere, qui conſtat temporaria bona, eſſe beatitudinem. Num opes ſunt mente præditæ? Oculatæne ſunt diuitiæ? temporaria bona erunt ſummi boni intellectualis poſſeſſio, vel affectuoſa fruitio? Quo pacto opulenta bonorum poſſeſſio erit beatitudo, cùm bonorum abiectio, & tenuior paupertas, prima Beatitudinum dicatur à Chriſto? *Beati pauperes:* Matth. 5. v. 3. (Matth.) Cæterùm ob impiè occiſum Abelum, ſtatim Deus parricidij pœnas repetit, & flagitioſum Cainum ſeuerè damnat; qui tantæ ſeueritatis impatiens, ſic inquit ad Deum, Geneſ. 4. verſ. 14. *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar.* (Geneſ. *Mundi diuitiis abiectus eiici à facie terræ, & Dei.*) Quid eſt Cainum eiici à facie terræ, & à facie Dei exulare? Num vitia terram abibit, quoniam? Quis poteſt abijci, & abſcondi à facie Dei, cuius ſcientiæ intentiſſima perſpicacia clarè intuetur vniuerſa? Caietanus in præfata verba, ſic inquit: (Caietan.) *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar. Eiectio à facie terræ eſt in hoc quod terra non reſpondeat ei ſecundùm vim ſuam; Abſconſio autem à facie Dei, eſt priuari diuina cura, & à Deo derelinqui.* Scilicet ne illi affatim ſuppetant terræ alimenta, & temporaria bona. Itaque terra ſteriliſcens ad agricolationem Caini, & maligniùs proueniens, & auarè reſpondens eius ſudoribus, dicitur Caini abiectio à facie terræ, & Dei, ac ſi qui abundat terræ bonis, ſit in conſpectu Dei, & eius facie perfruatur. Nimirùm abundantia bonorum temporalium dicitur à Caino diuinæ faciei quaſi fruitio: & dum priuatur terrenis opibus, queritur eiici à facie terræ, & Dei, à Deo, Deique prouidentia abſcondi.

38. Matthæi 20. Ille Paterfamilias, Deus, inquam, pro labore diuino denarium promittit, quo impenſum agricolandi laborem remuneret. (Matth. *Pecuniæ nomine Beatitudo deſignatur.*) Ferè conuenit inter expoſitores, mercedem operariis pactã eſſe Beatitudinem, (§. ſequenti enucleatiùs expendo hunc locum, & ita hic tantummodò illum perſtringo, vt exornem expoſitionem Caietani.) Sed aduertere oportet, quòd ab Origene edoctus, ſpeciatim aduertit Remigius, nempe denarij nomine Beatitudinem ſignificari, ſic ſcribens: (Orig. Remig.) *Conuentione facta ex denario diurno. Quia vnuſquiſque in agro Eccleſia pro ſpe futuræ remunerationis laborat.* Vides Beatitudinem dici à Chriſto denarium? Profectò denarij nomine Dei fruitio intelligitur. Non ſolùm quia pecunia, cæli ianua dicitur à Cyrillo ſuprà, qua poteſt homo cælum ingredi, cælúmque mercari; ſed quia cùm Chriſtus hominibus loquatur, apud quos ſumma felicitas habetur pecunia, ita pecuniæ nomine deſignat ſummam beatitudinis felicitatem. Vnde denarij nomine regnum cælorum indigitat, *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito.* Matth. 13. v. 44. (Matth.) Theſim hanc probo tuo §. ſequenti.

---

§. X.

Tam auidè homo pecunias appetit, vt cæleſtis beatitudo ſub pecuniæ nomine illi proponatur.

39. Diuitiæ fallaces ſunt, incertæ ſunt, & alternantis fortunæ vices & veniunt ad nos, & à nobis abeunt. Dubium bonum eſt aurum, & indubiè cupitur ab hominibus, & rei fugacis tenax deſiderium eſt: prolectat abſens, præſens delectat, ſuſpiratur amiſſum; & omnium animos ad ſe rapit. *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Matth. 6. v. 21. (Matth.) Eodem ſcrinio ſeruatur nummus & animus, eadẽ arca conditur pecunia, & ſepelitur affectus, qui ſemper eſt viuax ad opes. Porrò opulentia illex eſt voluntatis, voluptatis fomes, deſiderij magnes, nobilitatis vigor, amicitiæ fœdus, & bonorum mundialium cumulus opulẽtus. Hinc quaſi quibuſdam præſtigiis hominum occupat deſideria, & magna deſideriorum ambitione æſtimatur, cogitque ad ſui ambitionem. O vtinam hominibus tantum ſecularibus, & prophanis amorem ſui faceret, nec religioſas mentes pelliceret ad ſui appetentiam? Matthæi 5. verſ. 4. *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Quænam terra iſta promiſſa mitibus? (Matth.) Orig. homil. 26. in Numer. S. Baſil. in Pſalm. 33. S. Cyrill. in cap. 58. Iſaiæ, S. Hieronym. in Matthæi cap. 5. S. Auguſt. lib. 1. de ſerm. Domini in monte, S. Nyſſenus lib. de Beatitud. nomine terræ, terram viuentium interpretantur, nempe cælum. (Orig. Baſil. Cyrill. Hier. Auguſt. Nyſſen.) Validè repugnat S. Chryſoſtomus homil. 16. Theophyl. & Euthym. quibus veroſimile non eſt terræ nomine cælum ſignificari. (Chryſoſt. Theophyl. Euthym.) *Verùm tu hanc terram intellige*, ait Theophylactus. Itaque terræ poſſeſſio mitibus promittitur. Inde grauior ſuboritur difficultas, cur ſcilicet Paupertati, &c. promittatur regnum cælorum: *Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum Dei*; & manſuetudini, quæ gratior & 40. ſplendidior virtus eſt, promittitur terræ poſſeſſio. (Luc. 6. *Plus æſtimat homo bona temporaria de futuro, quàm ſpiritualia de præſenti.*) Iniquum enim videtur, vt luculentior virtus minus præmij recipiat, quàm ignobilior. Neque tantummodo minus præmium manſuetudini aſſignatur, ſed exile hoc præmium in futuro dandum promittitur, cùm paupertati ſtatim dandum regnum cælorum promittatur. *Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei*; & *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Æquumne eſt, vt pauper ſtatim ſit Rex cæli; & quod mitis in poſterum *poſſidebit* terram? Pauper ſtatim poſſidet regnum Dei, & mitis de futuro terram poſſidebit. Planè hic condeſcenſus eſt humanæ appetentiæ, nempe ſcit Deus, quãto in pretio ſint apud homines temporalia bona, quàm ardenter ea percupiant, vnde vt magis alliciat, certiuſque pertrahat ad amorem manſuetudinis, quæ virtus magis neceſſaria eſt ad humanum conuictum, verè promittit minus præmium, ſed quod magis æſtimant homines, qui vulgo magis appetunt temporaria bona, etſi in futurum promiſſa, quàm ſpiritualia, & cæleſtia, etiam ſtatim poſſidenda. Tanti enim apud homines fiunt diuitior ſenſus, & opulenta poſſeſſio, vt rerum æquam æſtimationem perturbet, ſuadeátque Deo, vt, tanquam maius præmium maioris virtutis proponat mundialium rerum poſſeſſionem de futuro, quàm cæleſtis regni poſſeſſionem de præſenti.

Lucæ 12. v. 33. Aduertens Chriſtum Deum quàm tardè & oſcitanter ferantur homines ad appetendas res cæleſtes, & beatitudinis glorias (quippe degrauati rerum temporalium cupidine,) virtutem proponit ſub ſpecie diuitiarum: 41. (Lucas.) *Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cælis.* Auaritiam docet Chriſtus? Chriſtúſne, qui adhortetur homines ad pecunias cogerendas in ſacculis? Vereor ne ſibi non conſtet, & apertè ſecum pugnet. (*Chriſtus cur laudat pecuniæ amorem.* Matth.) Scimus dixiſſe Matth. 5. v. 3. *Beati pauperes.* O quam crebertimè adhortatus eſt mortales! O quoties auaritiæ mala publicauit! Nunc ne

mutato

Chrysol. serm. 24. Sen. de Breu. vitæ, c. 3. mutato consilio diuitiarum cupidinem persuadet? Vulgare est illud S. Chrysologi, sed huc necessariò aduocandum: *Ecce docet auaritiam, qui coeperat suadere contemptum.* (*Cuius vnius honesta auaritia est*, aitaliorsum Seneca.) Arguta planè industria, plena artis, plena ingenij, artem virtutum quasi turbare, vt homines alliciat ad virtutem: Virtutem tegit specie auaritiæ, vt sic pertrahit ad virtutis amorem: scit Deus homines diuitiarum cupidine vltrò cogi, & liberè adigi ad earum amorem: inde ingeniose inuenit piam auaritiam, vt fallax fallacis pecuniæ desiderium religiosè fallat eorum animos, & dum pecunias cupiunt capiantur à virtute.

Chrysol. Pergit animosè Chrysologus: *Qui thezaurizantes temporaliter arguebat, ad totum cupiditatis fomitem iubet sacculos sine fine perquiri. Christe, quò te pertrahit amor tuorum? vt auarum lucrifacias, facis eum quod desiderat, non quod oportet audire: sacculos imperas: æternos thesauros, qui non deficiant vis parari; vt auarus dum consueta percurrit ad lucra, aut virtutem capiat, aut à virtute capiatur.* Eleganter quidem.

42. Matth. Matthæi 20. v. 2. Deus sub habitu, & nomine patrisfamilias operarios conducit ad cælestem vineam: & contentio fit *ex denario diurno*: Quisnam hic denarius pio labori operariorum promissus? Communis interpretum consensus, si vnum, aut alterum excipias, denarij nomine beatitudiem interpretatur: (annuo huic expositioni, dummodò ferorad mores; renuo dum ad scholæ rigores.) Hic oritur res notatu dignissima, nempe cur prædestinatis operariorum nomine significatis, proponatur cælestis beatitudo sub specie denarij. Et quidem Christi doctrina terret homines ab auaritia, & modò Christus, vt pecuniam proponit ipsam beatitudinis gloriam? Num operarij, seu iamiam beandi repudiabunt beatitudinem, nisi illis sub nomine, & specie pecuniæ ostendatur? Beatitudóne eget hoc lenocinio ad excitandos amores prædestinatorum? Adeóne auaritia tanget cælitum animos, vt denarij vocabulo illis proponenda sit

Bernard. summa beatitas? Bellè S. Bernardus aliud agens serm. 12. super Cant. *Sunt viri diuitiarum in ciuitate Domini virtutum.* Nimirùm sicut apud Psalmistam homines auari appellantur in terra, *Viri*

Cant. Iustus Org. *diuitiarum*, ob nimiam opum appetentiam; sic ad res cæli sunt *viri diuitiarum*, quibus ipsa beatitudo denarij nomine proponitur. Iustus Orgel in Cant. num. 195. explicans illud capitis 8. v. 11. *Vir adfert pro fructu eius mille argenteos, In mille autem argenteis plenitudo totius remunerationis ostenditur, & merces consummata iustorum.* Quia apud homines ab auaritia naturaliter impressos, ipsa beatitunis summa felicitas, vt magis ipsis arrideat, & ardentiùs ametur, proponitur denarij nomine, & denarij quidem diurni, quod diuturnitatem possessionis videtur minuere. Beatitudo quidem æterna, sed denarius non æternus, sed diurnus, tanquam si sat esset, ad alliciendos homines ad sui ardentissimum desiderium, beatitudo, vt denarius diurnus proposita. Condendus igitur est hic denarius in sacculis, quos Christus docet constituendos esse in cælis, & sic laus beatitudinis nummorum nomine proponetur, & certiùs faciet amorem sui. Ideò

Chrysolog. serm. 26. (ait S. Chrysologus Christum alloquens) *impuribiles in cælo sacculos vis parari, vt qui te non sequitur ad cælum, sequatur saltem sacculos suos.* Sic beatitudo denarij nomine proponitur.

43. Matth. Matth. 25. Homo ille Diues peregrè proficiscens tradidit seruis bona sua. Qui accepit quinque talenta, alia quinque superlucratus est: similiter & qui duo. Qui verò vnum accepit, otiosum illud habuit & reddidit Domino; qui præcepit, vt ab hoc nequam seruo auferatur talentum, & detur ei, qui iam habebat decem. Communis interpretatio est, hic agi de Iudicij finalis die, in quâ reddetur ratio humanæ negotiationis & iusti æterna beatitudine munerabuntur. Sed quæritur quam ob rem dabitur de nouo talentum prædestinatio seruo, cùm iam negotiationis locus non sit, cùm iam non sit merendi locus. Ingeniosè ad rem præsentem Caietanus sic inquit: *Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Non quoad vsum, quia non est ampliùs tempus meriti, sed quoad gaudium.* Caiet. Nimirùm numerosam talenti pecuniam in die iudicij dicitur Christus daturus beatis. Quis tunc pecuniarum vsus? Quid tunc emi poterit ex mundanis tabernis, quæ non erunt? Imò quid deerit tunc beato, quod emat pecuniis? Nihil profectò: vnde non dantur *quoad vsum, sed quoad gaudium*: non vt nummis vtatur, sed vt nummis veluti gaudeat: sic homo æstimat pecunias? Quid exaggeratius? ò infinitam diuitiarum cupiditatem, quâ flagrant homines! Sumpserat Holofernes de thesauro Regis *aurum, & argentum multum nimis*, sumpserat *omnem locupletationem* prouinciarum. Et cap. 3. vers. 3. eius sitim auidissimam pecuniarum agnoscentes omnes populi finitimi, qui se dediderunt, aiunt: *Omnis ciuitas nostra, omnisque possessio, & vniuersæ facultates nostræ in conspectu tuo sunt.* Quasi dicant: Potire illis aspectu, qui erit eorum possessio: iam tibi beati licet aspectu nummariæ beatitudinis, quâ felicitari te putas. Aspectum diuitiarum offerunt, vt sic innuant opes beatitudinem æmulari quæ tota in visione est. Vnde aiunt: *Omnes facultates nostræ in conspectu tuo sunt.* Ecce tibi diuitiarum possessionem appellat aspectum. Has opes non minori appetentiâ cortadunt Bethulienses hic vers. 7. & illustres victoriâ, beati exambiunt Assyriis gazis.

Quo sensu dicantur esse pecuniæ in cælis non quoad vsum, sed quoad gaudium.

§. XI.

Fugax est, & incerta nummorum possessio, Vnde Beatitudo, quæ de se æterna est, Denarij nomine significata, dicitur denarius diurnus.

Euripid. EVripidis in Peleo vox est: *Non probo vsquam inter homines illas opes, quæ faciliùs delentur à Deo, quàm scribuntur.* Vsque est celerrimè fugiunt possessorem, vt continuò ac quis scribitur diues, statim deleatur, & scribatur pauper; fugitiuæ sunt opes, instabiles, infidæ, volaticæ. Eleganter S. Chrysostomus, sic inquit de auaro: *Auro pallidior volitat propter diuitias, quæ magnopere expetuntur, quarum amicitia infirma, & instabilis est, quarum cupiditas insidiarum plena est, quæ derident, vt dominæ multorum; quæ irrident, vt vehementer amentur; quæ vinctæ sunt, & suspectæ: mortuæ sunt, sed hostes: quæ in mundo congesta venti vim obtinent.* Itaque diuitiæ instabiles sunt, quippe quæ dominis suis insidientur, vt seruus transfuga, & quæ fugæ turpis suspectæ sunt, etsi in arcâ vinctæ, & quantumvis emortuæ, ipsæ tamen vitalem motum habent, vt fugiant, vnde ventum tenet, qui pecunias possidet: *Diuitibus præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum*, 1. ad Timoth. 6. vers. 17. 44.

Chrysost. tom. 1. hom. in illud. Psal. 38. *Verum frustra, &c.*

Diuitiæ fugaces, & incertæ.

1. ad Tim.

Caietan. v. 27. Super quibus verbis ait Caiet. *In incerto, pro incertitudine. Et verè dicit in incertitudine diuitiarum; quoniam incerta eſt earum ſtabilitas, incertus eſt earum futurus vſus, & incertior fructus.* Eadem Pauli verba exponens S. Auguſtin. ſuper Pſalm. 83. ſic ait: *Quid enim tam incertum quàm res volubilis? Nec immeritò ipſa pecunia rotunda ſignatur, quia non conſtat. Tales ergo etſi habeant aliquid, pauperes ſunt.* Tam fugax enim eſt pecuniarum poſſeſſio, vt ſibi non conſtet. Vnde diuitem non facit, ſed pauperem: quod enim citiſſimè elabitur, vix poſſidetur.

Teruntia rotunda, quia volubilia. Auguſt.

45. Amos. Propheta Amos toto c. 6. inuehitur in potentiores diuites, & ſic ait ad eos v. 14. *Qui lætamini in nihil.* Nihil ſunt diuitiæ; nihili facit Propheta pecunias, quæ tanti æſtimantur ab hominibus? Expende ad hanc rem locum difficilem ex Matthæi cap. 25. v. 26. Dominus ille, qui peregrè profectus eſt, dum rediret, tradidit ſeruis ſuis bona ſua; & qui quinque accepit talenta ſuperlucratus eſt alia quinque; ſimiliter, & qui duo; qui verò vnum duntaxat accepit, illud ſeruauit otioſum: at Dominus in pœnam deſidiæ, & imprudentiæ, iubet ab eo auferri talentum, & donari ei, qui habebat decem, ſic totam rem concludens: *Habenti dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.* Bellè dubitat P. Maldonatus ibi, quomodo poſſit fieri quod ab eo, qui non habet quicquam, auferatur aliquid. Porrò auferri nō poteſt, niſi aliquid: ab eo autem, qui nihil habet, nihil poteſt auferri. Quid ergo auferendum eſt ab eo, qui nihil habet? Nam nihil habere ſecuritas eſt. Quis quæſo nihil habens, vnquam timuit, ne quid auferretur ab eo? Præterea nequam hic ſeruus vnū habebat talentum quod valet ſupra duodecim millia aureorum noſtratum, quæ non exiguæ erant diuitiæ, præſertim viliſſimi, & negligentis ſerui; quomodo ergo dicitur nihil habere?

Matth. Maldon.

46. Nihil habet qui ferè tredecim millia aureorum poſſidet? Profectò qui tot millia aureorum habet, verè nihil habere dicitur, & veriùs apparenter tantùm pecunias poſſidere, quia diuitiarū, & nummorum poſſeſſio vſque eo fugax eſt, & infida: tam citò poſſeſſorem deſerit ſuum, vt non tam ſint diuitiæ, quàm diuitiarum vmbra. Eleganter S. Chryſoſt. *Quid autem inanius ſunt diuitiæ? vmbra iners, fumus, qui citò euaneſcit.* Ergo multa aureorum millia non tam ſunt diuitiæ, quàm diuitiarum vmbra: vſque adeò enim fugaces ſunt, volaticæ, infidæ: tam citò è manibus priſtini poſſeſſoris elabuntur, & fugiunt ad alium Dominum, vt homo, qui tot nummorum millia habet, nihil habere dicatur; quia vmbram diuitiarum tantum poſſidet. Et ita etſi talentum ab eo auferatur, nihili habuiſſe dicitur, quia *iners diuitiarum vmbra* nihil eſt. Et ab eo, qui ſic nihil habet, quod videtur habere aufertur, quia non tam diuitiis, quam diuitiarum vmbra priuatur. Vnde conſultè inquit Euangeliſta: *Ei autem, qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Adeò infidæ res ſunt diuitiæ,* ait Chryſoſtom. Quid ergo *lætamini in nihilo?* ait diuitibus Propheta Amos.

Chryſoſt. homil. 33. in Ioann.

Chryſoſt. Orat. 35. in 1. Cor. Amos.

47. Matth. Diues myſteriorum eſt parabola illa Patrisfamilias, Matthæi 20. verſ. 1. qui ſollicitè conducebat operarios in vineam ſuam. Si rogas qua mercede laborauerint operarij, reſpondet Euangeliſta conuentionem eſſe factam ex *Denario diurno.* Quid intelligatur denarij nomine multis exponunt commentatores. Et ſanè vocabulo denarij, Beatitudinis gloriam innui tradunt ſancti Patres, & frequens recentiorum interpretum vulgus, ſi verum, aut aliū excipias. Nimirum homines à natura auariſſimos allicere cupit Chriſtus ad Beatitudinis amorem ſub ſpecie nummorum. Vnde alibi dixit: *Simile eſt regnum cælorum theſauro.* Matthæi 13. verſ. 44. ſed eſto Beatitudo intelligatur denarij nomine, cur dicitur denarius diurnus? Siquidem Beatitudo diurna non eſt, ſed diuturna, & perpetua. Ergo quod vſque adeò diuturnum eſt, non bene explicatur diurno vocabulo. Nam ſi Beatitudo æterna de ſe eſt, non aptè dicetur diurna, quod enim diurnum eſt, cras non erit: Beatitudo autem perennatura eſt in ſempiternum: alioqui Beatitudo non erit, quippe deficiunt ab æterna Beatitudinis duratione, quæ ſi non conſtat, nec conſtabit Beatitudo: neque enim Beatitudo eſt, quæ non ſempiternat.

Denarius diurnus cur dicatur Beatitudo æterna?

Matth.

48. Sed aduerte, quod etſi Beatitudo eſſentialiter æterna ſit, tamen denarij nomine ſignificatur. De pecuniarum bonis ſic inquit S. Chryſoſt. *Et hæc quaſi ſtantia arbitrati ſunt, & manentia, & non quaſi fugientia, hoc eſt, auolantia, & ne ad momentum quidem permanentia.* Audis nummos eſſe fugitiuos, & denarij æuum eſſe momentum? Vnde Beatitudo, quæ eſſentialiter æterna eſt, quandò denarij nomine explicatur, diurna dicitur, quæ diuturnior nummorum poſſeſſio eſt. Porrò rei nummariæ vnius dieculæ poſſeſſio, æternitas poſſeſſionis eſt: æternat enim nummorum poſſeſſio, ſi poſſeſſio vnius diei ſit tam fugax, & volatica, & momentanea eſt nummorum poſſeſſio! Vnde Beatitudo, quæ eſſentialiter æterna eſt, quando explicatur nomine denarij, conſultò dicitur, *denarius diurnus.* Non quia Beatitudo æterna non ſit: ſed vt ſimul explicetur quàm fugax ſit denariorum poſſeſſio. O pulchram exaggerationē! Sic, ſic ſunt fugitiuæ pecuniæ, ſic inconſtantes, & incertæ! Audis cap. 1. verſ. 10. theſauros Arphaxadi tranſlatos ad Nabuchodonoſorem, à Nabuchodonoſore ad Holofernem, ab Holoferne ad militum ſalaria, ab Holoferne & Aſſyrio milite hic verſ. 7. ad prædas Bethulienſium. Hanc opum inſtabilitatem tota hæc hiſtoria oculatiſſimè comprobat.

Chryſoſt. homil. 21. in Geneſ.

Iudith.

§. XII.

Auara opulentia, peccandi fomes eſt, licentia delinquendi, inferni viaticum, & quaſi gehennæ reatus.

49. Res inquieta eſt felicitas incerta diuitiarum: ipſa ſe exagitat, cerebrum mouet, nec vno modo grauis eſt. Immenſo labore acquiritur, inſtanti ſollicitudine aſſeruatur, anxioſis ſuſpitiis amittitur. *Paruo fames conſtat, magno faſtidium. Ad ſuperuacua ſudatur, quin* ad criminoſa, & nociua. *Sanus diues eſt, qui licet habeat diuitias, eas tamen vt egentes habet,* ſententioſè ait Seneca. Nullum enim bonum iuuat habentem niſi ad cuius amiſſionem præparatus eſt animus. Fortè appellat *egentes diuitias,* illas quas poſſidet mente Pauper, qui animo præparatus eſt ad earum amiſſionem, vel *pauperes diuitias* nominat, quibus non magis vtitur ad criminum licentiam, quàm paupertate. Profectò magnus ille eſt, qui in diuitiis ſic pauper eſt. Nam qui in diuitiis diues eſt, locuples etiam ad crimina eſt. Porrò opulentia olim, & nunc criminoſiſſima habetur; nam materiam tribuit delinquendi, peccandi licentiam, & incētiua criminum. Saluianus Maſſilienſis appellat diuitias, *Materiam voluptatum omnium.* Lucro enim pecuniæ damnum vitæ emitur: & temporariâ poſſeſſione conſtat detrimentum æter-

Seneca. lib. de Paupert.

Diuitiæ materia vitiorum.

Saluian. l. 4. ad Eccleſ.

æternitatis. O non bonum commercium, quo infernarum opum pretio mercantur homines æternatura in inferno supplicia! Quasi opulentia foret
Ecclef. reatus criminum. Ecclesiastici 10. v. 10. *Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam: hic enim animam suam venalem habet.* Quò alludere videtur idem
Saluian l. 1. ad Ecclef. Saluianus aiens: *Auro nihil est scelestius: & pessimum ac feralissimũ morbi genus, diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui. Quid enim peius, aut quid miserius, quàmsi quis præsentia bona in mala futura conuertat?*

50. Profectò mundialium bonorum affluentia, certissima bonorum morum corruptrix est, Lucæ 22.
Lucæ. *Diuitiæ passiones generant.* Chrysost. vers. 5. *Et pacti sunt pecuniam illi dare:* super quibus verbis, ita scribit S. Chrysostomus in Catena: *Tales enim auaritia generat passiones.* Audis diuitias dici, generare passiones? O infelicem natiuitatem! O insanam feralium parentum prolem! Siquidem humanæ passiones belluinam imitantur licentiam, feritatem, insaniam. Passiones inhiant vitiis, fastidiunt virtutes, suspirant illicita, nauseant ad rem pietatis: effrænes feruntur ad noxia, proficua tædio illis sunt. Sic opulentia passiones passionibus addit: nam passionum est generatrix, vitiorum
Ambr. lib. 2. de interpellatione Iob. c. 5. mater, nouerca virtutum. Vnde S. Ambrosius: piè audet opus appellare alterum peccati fomitem: ait enim: *Magna illecebra delinquendi est rerum affluentia.* Et in cap. 6. Lucæ diuitias nominat, *Lenocinia delictorum.* Quasi opes sic persuadeant vitium, sic instigent ad delinquendum, vt dicantur illecebra vitiorum, velut alter peccati fomes, & instar passionum exagitantes, & instigantes ad vitio-
Opulentia fomes sæpe est ad omnia delicta. rum furorem. Vnde rerum affluentia (quæ criminum materia est, & fomes seu illecebra peccandi,) non vno modo criminosa est, sed omnium criminum matrix, seminarium, fomentum. Sæpe persuadet auaritiam, quin & prodigalitatis occasio est: ad venalem luxum irritat, instigat ad libidines; deliciarum gulæ materiam subministrat, iram potentia accendit; quosdam inflat, emollit alios, aliquibus furorem armat, conductâ opum valentiâ, alios inertissimè deiicit, & animos exarmat inopiæ timore. Quin & nullum vitium est, cui diuitiarum copia de se non subministret vinidum ad delinquendum
Seneca. fomitem. Vnde sapienter concludit Seneca in libello de Paupertate. *Dubitabit aliquis ferre paupertatem, vt animum à furoribus liberet?* Ecce tibi opulentiam appellat Seneca *Furorem,* Ambrosius *Illecebram* seu fomitem: Chrysostomus *Passiones.* Ergo qui opes congerit, addit furorem agnatæ hominum insaniæ, addit illecebras originali fomiti, addit passiones feralibus hominum passionibus. O quàm multis diuitias parasse, non finis miseriarum fuit, sed mutatio: non desitio criminosi commercij ad lucrum, sed initium facinorosi commercij ad emendam omnem impietatem. Suspectum tibi sit quicquid dissimulanter materiam criminum præbet, & feraliter instigat ad crimina. Timeant Hebræi hic v. 7. ne cum Assyriis gazis arripiant Assyrios mores. Vis scire quàm certò opes propellant ad flagitia? Attende ad ea, quæ subiicio.

51. Matthæi. Matthæi 6. vers. 11. Christus Deus suam Ecclesiam edocens orandi formam, sic nos precari mandat: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra.* Et quidem nec apex est in sacris, & à Deo inspiratis Bibliis, mysterio vacans: neque casus habet locum, vbi Deus est qui loquitur. Itaque vetus disceptatio, quam ob causam postquàm homo petiit à Deo necessarium victum, statim instruitur, vt postulet delictorum
August. veniam. Suppono ex S. Augustino lib. 1. locutionum in Genesim, cap. 39. & Epist. ad Probam 121.
S. Basilio in regulis breu. inter 252. S. Nysseno in lib. de Oratione, Theodoreto in comment. super cap. 4. Epistolæ ad Philippenses, quibus subscribunt summates interpretum: *panem* hoc loco, *nostrum & quotidianum*, omnem necessarium cibum appellari. Panis autem appellatione, omnia ad vitam sustentandam necessaria intelligi debere, ex omnibus huius loci circumstantiis manifestum est, vt notat ibidem Maldonatus. Basil. Nyssen. Theod. *Post petitionem temporalium bonorum, statim petitur venia delictorum.* Maldon.
Ergo cùm panis appellatione, omnia ad sustentandam vitam necessaria debeant intelligi: quo pacto vtraque orationis Dominicæ pars aptè concatenanda est? Luculenter S. Chrysostomus apud S. Thomam ibi, (fortè alia exemplaria nactum,) sic fatur: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita nostra. Post subsidium cibi, petitur & venia delicti.*
Quasi dicat Chrysostomus: Aptè, postquam à Deo homo petit, & iam habet panem, idest, omnia ad vitæ sustentationem necessaria: aptè, inquam, statim postulat delictorum veniam: nam ei, qui iam habet omnia ad vitam necessaria, tam procliue est in delicta labi, vt vbi primùm id petitur, & obtinetur, illicò postulanda sit venia delicti. O quàm pulchrè hæc Chrysostomi animaduersio rem exaggerat! Scilicet qui fruitur rebus ad vitã necessariis, licet indigentia petat, oratio impetret: licet ad vnum tantùm diem id habeat, & quidem à Deo: tamen qui sic habet omnia ad vitæ sustentationem necessaria, etsi ad vnum diem dumtaxat, confestim petat veniam delictorum: quasi possessio rerum necessariarum vel ad vnum diem, die illa occasio sit delinquendi, criminum licentia, & certitudo criminum. Vnde vbi habet panem quotidianum, id est, necessaria ad sustentationem illius diei, confestim petat veniam delictorum, quæ in illâ die perpetrabit. Nec mirum est cùm rerum temporalium subsidium, sit quibusdam *illecebra* seu fomes delictorum, impietatis, *lenocinium, passio* instigans ad peccandum, & vitiorum *furor.* Ergo inopia præmaturè coërcet peccandi licentiam, redimit perpetranda delicta, & auertit immania gehennæ supplicia. Chrysost.

S. Chrysologus de auara diuitum opulentia, sic fatur: *Parentes negat, germanos diuidit, separat socios, amicitiam soluit, excludit affectum, hanc qui intra se habuerit, erit nullius, suis non erit.* Bellè, & verè dixit Chrysologus, quod diues, suus non est, est enim diuitiarum seruus, & vile pecuniarum mancipium. At diues, qui suus non est, alienius est. 52. Chrysol. serm. 162. *Diuites prædamnantur, & quo sensu.*
Vis nosse cuius sit? Mali dæmonis possessio est, mancipatus æternis suppliciis ad quæ festiuus properat. *Malus* (ait S. Chrysostomus) *supplicij viaticum diuitias habet.* Quasi diues, qui diuitiarum non deposuit affectum, in numerum damnatorum reponendus sit adhuc in hac vita. Tertullianus scribit? *Ipse Dominus, qui in nullis diuitiis inuenitur semper pauperes iustificat, diuites prædamnat.* Chrysost. homil. 29. in 1. Cor. Tertull. l. de Patientia, c. 7.
Quid est Deum diuites prædamnare? Num minimè expectat Deus ad demerita, ob quæ condemnet? Forte præuidet ipsa, quæ prædamnat flagitia, in ipsis diuitiis? (Mitto Theologicas recentiorum argutias qui anticipatam effectorum notitiam à causis mutuatam in Deo adstruunt.) Tam certò scit Deus crimina enascitura ex auara opum possessione, vt criminosam enascendam sobolem, dicatur quasi prædamnasse in opulentia criminum matrice? Et *diuites seculi, dicens: Væ vobis diuitibus* &c. Lucæ 6.
quidem eodem *Prædamnandi* verbo vsus est S. Paulinus ad Militem, fortè à Tertulliano illud mutuauit: *In Euangelio quoque clamat, atque prædamnat* Paulin. Lucæ.

Digitized by Google

v. 14. Quæ Lucæ verba sic expendit S. Cyrillus; *Væ semper in scripturis dicitur iis, qui non possunt euadere è futuro supplicio.* Ecce diuitem prædamnari, & dici gehennæ reum, & ipsas diuitias quasi reatum infernalis supplicij, à quo ferè non posse euadere, ait S. Cyrillus, cùm Christianum dogma sit, Christi Dei ore intimatum, Matthæi 19. v. 24. *Facilius est camelum per foramē acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valdè, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse?* Sic sic prædamnat diuites Christus Deus, & præmaturè Empyreâ gloria excludit, nisi sint animo pauperes, nempè, etsi habeant *diuitias egentes*, hoc est, ad amissionem intrepidè præparatas, dum occasio egestatis occurrat, ne in delictum incurrant: scilicet corporeas diuitias, quę cum animi paupertate habeant commercium. Alioqui opulentia est peccati fomes: delictorum materia, impietatis lenocinium, concupiscendi passio, blandimentum libidinis, iracundiæ ardor, animi furor intestinus dæmon, & ferè reatus gehennæ.

Cyrill. Matth.

§. XIII.

Res furto possessæ iniustum possessorem furtiuè fugiunt.

53. Senec. epist. 1. NOn qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Imo pauper est, a quo plus cupit habere diues; qui non tam computat habere, quod habet, quàm quod à paupere surripit. Nullum bonum iuuat diuitem, nisi quod exprimit è pauperis inopia. Monstrum est hoc crimen, & vsitatum miraculum. *Quis æstimare rem huius iniquitatis potest? Solutionem sustinent diuitum, & indigentiam mendicorum*, inquit Saluianus Massiliensis. (Saluian. l. 5. de Gubern.) Tanta est enim morum perditio, vt cùm iam non habeat paupertas, quod possit perdere, adhuc tamen habeat diuitum vitiositas quod præsumat acquirere: quasi maligna egenorum tenuitas sit iuge locupletum ærarium. (*Diues hiat ad recnlas pauperum.*) Verùm perantiqua sapientum vox est: *Malè parta malè dilabuntur.* Acquisitæ opes quantùm absunt a conscientia, tantùm quoque distant à duratione. (Senec. epist. 4.) *Neminem eò fortuna prouexit, vt non tantùm illi minaretur, quantùm permiserat.* Cætera bona alternantis fortunæ minus subiacent; opes autem malè partas, neque iniqua fortuna permittit; quæ dum sic acquiruntur, & dilabuntur: iniquum enim à furto possessorem, furtiuè fugiunt, detrectantes furacē à rapina dominum. S. Gregorius Nazianzen. ad Iulianum tributorum exæquatorem, ita fatur: (Nazian. orat. 9.) *Ne ex aliorum egestate opes nostras comparare sustineamus, neque cum aliorum lacrymis misceamus: à quibus tanquam à rubigine ac tinea consumentur.* Nemo verè habet quod de aliorum egestate malè possidet.

54. Psalm. Hieron. Hugo Card. Psalm. 10. vers. 21. *Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi*, S. Hieronymus sic vertit præfata verba. *Leones quærentes ad prædam*, &c. Hugo Cardinalis interpretatur *Sæuos Principes, qui rapiunt bona Dei, id est, religionum & pauperum hominum.* (*Diues quod rapuit statim quærit.*) Sed attentiùs aduerte ad hæc verba, quibus Psalmographus denotat principes, & opulentos viros, instar Leonum rugire ad prædam pauperum. Ait enim, *Rugientes, vt rapiant, & quærant.* Inconsulta, & præpostera videtur collocatio verborum. Prius enim est, vt auari raptores inuestigent & quærant prædam, quam mox rapiant. Quis enim tam hebes est, ac truncus qui quod iam ipse rapuit, mox diligenter quærat? Profectò furax diuitum auaritia perspicax est ad intuendum & perinuestigandum in recunis seu inopiâ pauperum, quid rapiat, & postquam iam rapuit, & inter diuitias suas reposuit, illud sollicitè quærit? Quid quærit, quod rapuit & iam habet? Nimis oculatus vidit in pauperis domo, quod cæcus in domo sua non videt? Quid est, *Rugientes, vt rapiant, & quærant ad prædam*, vt aiebat Hieronymus. O consultissima Prophetæ verba, quibus taxat diuitum auaram rapacitatem? Nempe ex prophetico ore sciat solers diuitum auaritia, quod reculæ inopum, & opes iniustè cōgestæ actu, vi, rapina, quantumuis inter suas diuitias repositæ sint, tam citò elabi, perdi, & dissipari, vt vix rapuerint, cùm eas statim quærere necesse sit. Nam opes ex aliorum egestate comparatæ, detrectantes iniustum possessorem, sic diffluunt, euanescunt; sic dissipantur & pereunt, vt inter suas diuitias computari non debeant, quia vix raptæ sunt, & congestæ inter suas opes, cùm statim, vt perditas, & fugitiuas quærere illas possit. Vnde diuitum rapina non tantùm spoliat pauperem, sed se defraudat spoliis. Alium depauperare sciunt, & se ditare nesciunt. In quos sic inuehitur Saluianus; *Lucro pecuniæ damna sua ementes, vt acquirant quæ non sunt sua, prodigunt quæ sunt sua, mandantes terræ thesauros luctuosos. Hæredibus breue gaudium, auctoribus longum mœrorem allaturos, condentes profundis specubus infernas opes:* (Aduerte ad verba, quæ subdit,) *fraudantes vsu rerum præsentium tam alios, quàm seipsos.* (Saluian. l. 1. ad Eccles.) Rectè hi proceres seu leones, inducuntur *rugentes, vt rapiant, & quærant*: id est, quærere vt amissa bona, quæ à rapina possident; nam vt notat Saluianus, pauperum deprædatione *fraudant vsu rerum, tam alios, quàm se ipsos.* Nemo enim ex alieno diues est; nam propria bona faciunt diuitem; aliena pauperem. Rapiat, & statim quærat, quod statim ac rapuit, amisit.

Iobi 20. vers. 15. ita loquitur Sophar Naamathites de Principum rapinis: *Diuitias, quas deuorauerat, euomet: & de ventre illius extrahet eas Deus.* 55. Iob. Τὸ *Deuorare* hic idem significat, ac *deglutire*, aduertunt interpretes inibi: innuit enim inexplebilem quandam ingluuiem, & voracitatem, qua diuites inhiant bonis pauperum: quæ auidè in ventrem suum mittunt, & in suam substantiam, cibi adinstar conuertunt. Ad quam metaphoram adludere videtur Dauid Psal. 13. vers. 4. aiens: *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis.* (Psalm.) Scilicet quantumuis substantiolæ pauperum concorporatæ sint, diuitis opulentæ substantiæ, tamen *de ventre illius extrahet Deus. Extrahet*, id est, expellet, aut delebit. Ita extrahet, vt nullum illarum vestigium remaneat, nullæque reliquiæ retineri possint ab impio; quæ sunt verba P. Pinedæ ibi. (Pineda.) Sed quis est, qui de ventre diuitis, sic pauperum substantiam extrahit, & extirpat, vt neque reliquiæ, neque vestigium maneat? in Hebræa origine אל scribitur, pro quo nomine *Angelum* transtulere Septuaginta interpretes, & quidem malum Angelum significari existimat auctor Catenæ, bonum verò Olympiodorus. Pineda ex communi sententia Deum interpretatur. (Catena. Olymp. Pineda. *Vel dæmon extraheret rapinam à damnato.*) Ex quibus interpretationibus propositum thema mirè elucet. Scilicet omnis cælestis, & infernalis potestas sedulò incumbit ad extrahendas diuitias de domo raptoris diuitis, ne vllæ earum reliquiæ maneant. Ac si non tantùm Deus prouidentiæ, & omnipotentiæ suæ viribus, id procuret, sed etiam cęlestes omnes:

quin

Digitized by Google

quin & ipsi mali Dæmones solerter in id ipsum incumbant: Vt omnes adiuuent, obsistat nemo; quò notius, & certius sit, quod diuitias, quas po-
56. tenter deuorauit diues, easdem impotenter euomet; de ventre enim illius extrahet eas Deus, vel Dei Angelus, vel ipsemet malus Dæmon, vel simul omnes; ne vlla sit potestas cælestis, siue infernalis, creata vel increata; religiosè pia aut immaniter impia, quæ in id sedulò non inuigilet. Omnis enim potestas vindex est principalis rapinæ. O rem admiratione dignissimam! Vel ipse Dæmon, qui diuitem auarè instigat ad inopem depauperandum, mox velut durus exactor extrahit rem malè partam. Vnde Saluianus inducit diuitem illum ex mendicitate pauperum opulentum, serò licèt, in
Saluian. l. 3. ad Eccles. inferno inquam, conantem extrahere à se diuitias, & pauperibus erogare. Sic fatur Saluianus: *Vel quid tunc proderat, quod dare cuncta cupiebat, quæ iam amiserat!* Nempe vel ab ipsis damnatis extraherentur diuitiæ malè partæ: nec Plutonis depauperata regio immunis est ab hac exactione, quam si Deus vel Angelus omittunt, vel Dæmones ipsi studiosè sollicitant: quia de omni diuite raptore dicitur, *Diuitias, quas deuorauerat, euomet, & de ventre illius extrahet eas Angelus*, nequam inquam, vt aiebat auctor Catenæ. O non bonum cōmercium, in quo pro exigua rapina, diues subiicit se potētissimis exactoribus? Planè raptoris bona in confiscato sunt. Quod oculis intueri licet in hoc cap. à vers. 7. vbi
Iudith. opulenta Assyriorum rapina, facta est Hebræorum præda: nam res malè possessa auarum, & rapacem possessorem fugit: malè parta, malè dilabuntur.

Neque verò hic vers. 7. Ab Assyriis tantùm ex-
57. *Opulentia ex rapinis tyrannus est.* Iudith. tractæ sunt opes, & thesauri, quos prouincias vastantes auarissimis rapinis congesserunt (vt habetur in hoc lib. cap. 2. à vers. 13. & toto ferè cap. 3.) sed etiam spoliati sunt propriis thesauris. Nam Holofernes dum parabat expeditionem cap. 2. vers. 10. *Aurum & argentum de domo Regis assumpsit multum nimis.* Sua perdit, qui aliena inhiat. Redeat
Iob. iterum expensus Iobi locus; *Diuitias, quas deuorauerat, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.*
Nizetas super orat. 9. Nazian. Quæ verba sic explicat Nizetas: *Et enim qui noxium aliquem cibum sumpsit vnà cum eo probos etiā euomit: sic qui iniquè congerendis opibus studet, non solùm ipsas, sed etiam quas prius iure possidebat, plerumque amittit.* Hinc procliue est interpretari sen-
Nazian. tentiam illam S. Nazianzeni Orat. 25. sic scribentis de opulentia, proculdubio malè congesta. *Non aurum, hoc est, occultus tyrannus.* Portò locuples pauperum præda sapienter comparatur, tyranno. Quia sicut tyranni negotium est vi, & potentiâ diripere malè subditam prouinciam, dira exactione, cruentâ & auarâ tyrannide: sic aurum furto possessum, occultus tyrannus est per vim extorquens non tantùm quod iniustè habet, sed etiam quod iustè possidet. Profectò qui aliena rapit, tyrannum occultè fouet, qui omnem suum censum dissipet, & diripiat. Qui alienis auarè inhiat, etiam propriis tyrannicè spoliatur.

§. XIV.

Mundialis gloria opibus comparatur, diuitiis constat.

58. Seneca. QVæ bona sunt fiduciam faciunt; diuitiæ audaciam. Quæ bona sunt magnitudinem animi dant; diuitiæ insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia, quàm species magnitudinis falsa. Seneca epist. 87. Insolentia ergo soboles est nimij & immeriti honoris, hunc hodie dat opulentia; non auita nobilitas, fumosis imaginibus clara; non litterata sapientia felicis ingenij curis cōparata, non virtus infelices animi passiones detriumphata:

Si quadringentis sex septem millia desint,
Est animus, tibi sunt mores, & lingua, fidésque,
Plebs eris.

Verba sunt Horatij. Cui accinit Iuuenalis, sal- Horá. epist. 1. ad Mœcenatem.
tuatim:

Quantùm quisque sua nummorum seruat in arca Iuuen. Satyr. 3.
Tantùm habet & fidei.
Nihil habet infelix paupertas durius in se *Paupertas sæpè facit homines ridiculos.*
Quam quòd ridiculos homines facit.
Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Scilicet pauper fatuus est ad sapientiam, ridiculus ad honores, criminosus ad rem sanctitatis, etsi sublimi ingenio diu scholas triuerit, licet plures in atauis numeret triumphos, quanquam possit cum Catone de moribus certare. Honores enim hæreditas sunt diuitum, in quorum censu computatur dignitas & gloria. Dicat accommodatitiè olim & nunc Opulentiâ (non iam Sapientia:) *Mecum sunt* Prouerb.
diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia. Prouer- *Gloria appendix est diuitiarum.*
biorum 8. vers. 18. Symmachus: *Mecum sunt vita antiqua*, &c. Ac si opulentia quantumuis recens, ambiat, & ambitiosè numeret antiquam auorum prænobilium seriem, quam, nummorum pretio mercatur impudenter, homóque heri pauper, & è fæce infamæ plebis, si hodie diues est, *vitam antiquam*, id est, auitam nobilitatem sollicitet, & probet, tot sistens testes, quot impēdit nummos. Quin & ipsæ opes nobilitatis sortiuntur priuilegium: Gloria enim, diuitiarum appendix est, & opum consequentia. *Mecum sunt diuitiæ & gloria.* Quod 59.
egregiè nos docet sacer historiographus hic ver. 7. Profectò Bethuliæ ciues ad summam pauperiem redacti erant, diræ obsidionis calamitate, & Assyriorum violentis prædis depauperati: Verùm postquam viriliter occiso Duce, Assyrij muliebriter Iudith.
conciderunt, & relictis castries turpi fugâ propriæ consulunt vitæ, *Reliqui qui erant in Bethulia ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati* Gorth. Biblia.
sunt valdè. Illud *onustati* exscribunt Biblia Gorthica, *Honestati sunt valdè.* Quomodo Bethulienses viri, dum sine vi & armis, relictas ab Assyriis opes inerti manu capiunt, honestari, seu nobilitari potuerunt? Onustari, quasi tantæ prædæ baiuli possunt, honestari & nobilitari à capta præda non possunt. Quid nobile, & dignum viris fuit in baiulanda diuite præda, quam vel imbecilliores feminæ onerariis iumentis possent imponere, & Bethuliam asportare? At consultissimè idem reputatur opibus *onustari, & honestari* opibus. Sic iam honestant opes, sic diuitiæ nobilitant, & augent possessores opulentiæ gloria? Diues enim quilibet tāquam iure suo sibi vsurpat cum diuitiis, illud Sapientiæ elogium. *Mecum sunt diuitiæ, & gloria.* 60.

Esdræ 1. v. 4. Cyrus potestatem fecit Iudæis, vt Esdræ.
redirent in Ierusalem, & vt eligant virum, quem *Munerare est idem ac exaltare.*
multis muneribus donent ad restaurationem templi olim euersi. *Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunque habitant, adiuuent eum argento, & auro, & substantia, & pecoribus*, &c. Tò *adiuuent* eum, Hebraicè *leuent* eum, siue eleuent, aurum enim & argentum, & quicquid diuitias conflat, & auget, non tantùm adiuuat, sed etiam iuuat, & eleuat ad

Eſther. Pagni. Pineda.

honorum gloriam. Eſther 3. v. 1. *Poſt hac rex Aſſuerus exaltauit Aman.* Sanctus Pagninus, *magnificauit*, ad regiam familiaritatem Amanum aſſumens, & ad thronum & dignitatem Regi Aſſuero ſuppatem. Pineda in caput 7. v. 21. Iob, *To exaltauit* videtur deducere a Radice נשא *naſa* quæ *leuare, extollere*, & *munerare* ſignificat. Vnde explicat locum: *Aſſuerus exaltauit Aman, id eſt, munerauit.* Audis Amanum regiè muneratum, confeſtim dici *exaltatum, magnificatum*, & ad ſummos regni honores euectum, quaſi ſynonyma ſint, munerare, ſeu ditare; & exaltare ſeu magnificare. Sic diuitiæ ſuperbè exaltant, & magnificant? *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ & iuſtitia.*

61. Demortua Sara ſurgit Abrahamus è luctuoſo funeris officio, & pergit ad proceres Hethæorum, & confitens ſe aduenam & peregrinum, audacter tamen petit electiſſimum illius gentis ſepulchrũ. Cui ſic Hethæi reſpondent, Geneſis 23. v. 6. *Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos*, &c. Vatablus *Id eſt, pro magno Principe te habemus.* Neque enim Abrahamus erat Hethæorum Princeps, neque Rex, etſi in Græco textu Rex dicatur. Quærunt commentatores, quam ob cauſam, ſummates Hethæorum barbarico faſtu tumentes, tanto in honore habuerint Abrahamum, vt non tantum *Dominum*, ſed *Dominum noſtrum* eum appellent? ita ſcribit Chaldaica periphraſis. Abulenſis cenſet ſic reuerendum fuiſſe Abrahamum etſi peregrinum, quia diuina oracula illis promulgabat. Lyranus; quia in dubiis rebus ad Abrahamum recurrebant tanquam ad virum conſultiſſimum. Caietanus: quia multâ fulgebat ſanctitate, ideò Hethæi primores illum *Dominum ſuum, & Principem* vocant. Optimè & opportuniſſimè Pererius Sanctorum Patrum doctrinis imbutus vir, aduertens Abrahamum, tametſi aduenam & peregrinum, & à deuictorum Regum opulentiſſimis ſpoliis, & feraciſſimis opimiſque prouentibus prædiuitem, ideò tanto honore fulgere apud gentes exteras & barbaras, vt illũ appellent *Dominum ſuum, & pro magno Principe illum habeant*, quia *omnium bonorum genere locupletatus fuerat.* Ac ſi diuitiæ ſint titulus ſui dominatus, & illuſtrioris principatus, non tantùm apud excultas & expolitas nationes, ſed etiam apud ſuperbiſſimos barbarorum proceres.

Geneſ. Vatabl. *Abraham Princeps dicitur, quia diues erat.* Græcus. Chaldæi. Abul. Lyra. Caiet. Pererius.

62. Exodi 10. verſ. 23. Ingeminat Deus primum decalogi præceptũ de arcenda idololatria, ſic aiens: *Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis.* Num Deus hic permittit ex ære conflare Deos, aut ex ligno dedolare, aut ex argilla fingere? Quid? tota Idololatriæ ſuperſtitio à pretioſa Idoli materia eſt, & non à ſuperſtitioſo cultu: Fortè Idololatra non erit, qui colet Deos æneos, ligneos, aut fictiles? Acutè Philo Iudæus ſic fatur: *Prohibet Deos aureos, & argenteos, figuratè docens, honores non conuenire diuitiis.* Quaſi dicat Philo: Deum diligentiſſimè præcauere, ne diues Idoli materia illex ſit ad idololatriam. Auariſſimi enim Hebræorum animi quibus tanto in pretio ſunt opes, nimis indè procliues erunt ad adorandum non figuram Idoli in materia pretioſa, ſed pretioſam materiam in Idoli figura. Vnde etſi probè Iudæi noſcant Idoli vanitatem, tamen ſi ex aurea, vel argentea materia illud conflatum videant, vix poterunt ſe cohibere, quin ipſi aſſueti adorare diuitias, diuitem Idoli materiam adorent. Oſee 12. v. 8. *Diues effectus ſum, inueni Idolum mihi*: in quem ſenſum præter communem opinionem, interpretantur hunc locum aliqui recentiores; quaſi diuinos honores tribuant Opulentiæ, vt Idolo; imò Idolo quia diues materia eſt. Vnde vulgò dicebantur Hebræi proni ad Idolorum cultum, quia ipſi adorare adſueti diuitias, Idola auidiſſimè adorabant ob pretioſam potiùs ſui materiam, quàm propter numinis reuerentiam.

Exod. *Diuitiæ idola ſunt.* Philo. Hebr. l. 1. de Monarch. Oſee.

63. Pſalmo 111. v. 3. agens Dauid de viri iuſti temporali felicitate, vt commentatur S. Hieronymus, ſic fatur: *Gloria, & diuitiæ in domo eius.* Ac ſic dicat Pſalmographus: Sancti viri virtute, & diuina familiaritate inſignes, & qui in mandatis eius cupiunt nimis, habent quidem ſæpe opes, & à Dei dono affluunt mundialibus diuitiis: & gloria, & honor, quo illuſtriſſimè coruſcant, non eſt ab opibus, qui fugax, fallax & ridicularius honos eſt, ſed ab agnata virtutis gloria. Vnde Sanctorum gloria anteuertit gloriam ab opibus. *Gloria enim, & diuitiæ in domo eius*; vt ſubinſinuat S. Chryſoſtomus inibi: Priùs fulgent inclytæ virtutis & ſublimioris ſanctitatis ſolidâ gloria, quam mox ſubſequitur futilis diuitiarum honor? ne putentur ab opibus glorioſi, & fallaci diuitiarum dignitate inclyti, præcurrit gloria diuitias, *Gloria & diuitiæ in domo eius:* non diuitiæ, & gloria, ſeu gloria à diuitiis. Hæc enim aliena eſt, incerta, futilis, fugitiua, & quæ nummorum pretio mercatur virtutis honores, virtutique infeſtiſſimè inſidiatur.

Pſal. Hieron. *In Sanctis diuitiæ appendices.* Chryſoſt.

---

§. VX.

Qui ſemel cadere incipit, non ſolet ſiſti vſque ad profundioris loci infimiſſimam ruinam.

64. FOrtuna ſtare neſcit, viciſſitudines alternare ſcit; conſtanti inconſtantia vices rotat. Lubrica res eſt felicitas. *Qui ſtat, videat ne cadat.* 1. Corinth. 10. verſ. 12. Quicumque in ſublimitatis faſtigio eminet, *Semper caſuro ſimilis pendet.* Qui cadere poteſt, metu cecidit: qui cadere incipit, profundè cadet, nam cadentis tota corporis moles inclinatur: hinc perdifficile eſt ſe ſiſtere, ne vlteriùs labatur, & penitus corruat. Vnde initium cadendi ſeu leuis caſus, vlterioris & vlterioris omen eſt, & profundiſſimæ ruinæ metus. Hiſpanè dicimus: *Alque comence à nacer de la altura de ſu felicidad dadle per caido: el caido no parara ay.* Eſther 6. verſ. 13. Amanus primus erat ex magnatibus Aſſueri Regis, qui ob neſcio quas vrbanitatis nugas inimicè offenſus erat Mardochæo, aſtu, & potentia inſidiari & opprimere Mardochæum intentat: at honore, quem ſibi præparabat, inimicum ſublimat inſcius. Triſtis & lugens domum pergit, & re communicata cum vxore ſua Zare, & conſeſſu amicorum: *Reſponderunt ſapientes, quos habebat in conſilio, & vxor eius: Si de ſemine Iudæorum eſt Mardochæus antequem cadere cœpiſti, non poteris ei reſiſtere, ſed cades in conſpectu eius. Adhuc illis loquentibus venerunt Eunuchi regis*, &c. Vnde præfati ſapientes conijcere potuerunt, quòd Amanus Regis familiaritate & dignitatis faſtigio ſublimis, quia ſemel cadere cœpit, forè, vt vlteriùs caderet vſque ad ruinam? Cenſeo cum Serario, quæſt. 19. hos conſilioſos ſapientes, magos fuiſſe, qui vel diuino quodam inſtinctu Sibyllarum, vel Caïphæ inſtar, locuti ſunt: vel humana quadam ſapientia, ſolertique coniecturâ. Magos enim de prodigiis conſuli ſolitos, & futura prædixiſſe teſtantur Cicero de Diuinat. Valerius lib. 1. cap. 7.

1. Corint. Seneca lib. 2. de Tranq. vitæ. *Leuis caſus eſt profundioris omen.* Eſther. Serar. Cicero. Valer.

Strabo

Digitized by Google

Ælian. Strabo. Lucian. Strabo lib. 16. Ælianus lib. 2. historia. cap. 17. Lu-
cianus in Maccobiis. Nempe sapientum dogma est,
Qui incipit cadere, profundissime cadet vsque ad
infimissimæ miseriæ centrum. Lyranus apposite
65. ad rem præsentem, sic scribit: *Dicit hic glossa He-*
Lyran. *braica, quod sapientes illi qui erāt de consilio Aman,*
viderant libros legis Moysi: quia aliqui Iudæi capti-
ui iam transtulerant eos in linguam Persicam: & ibi
viderunt quòd Hebræi comparantur stellis cæli, &
Genes. *terræ pulueri, vt habetur Genesis 13. & 15. & ideò*
dixerunt: Quando incipiunt cadere, deducuntur ad
nihilum quasi puluis; & quando incipiunt præualere,
ascendunt sicut stellæ cæli. Et ideò subditur: Ante
quem cadere cœpisti non poteris ei resistere. Vides in
hoc loco geminari exempla rei, quam versamus?
Porrò Iudæa gens ideò dicitur similis terræ pulue-
ri, quia si semel incipit cadere, redigitur in vagum
puluisculum: & vanescit in nihilum. Quod etiam
accidit Aniano, cui leuis inclinatio, grauioris casus
omen fuit, & infaustum augurium vlterioris ruinæ:
quousque impulsu valentiori aulicorum præcipi-
tatus, suspendio patibulatus miserè occubuit reda-
ctus in nihilum. Omnis sublimitas in lubrico est;
caue ne pedes labascant quia experieris, si cadere
incipias, quod à leui casu profundum hiat præcipi-
tium. Quis non impellit cadentem vsque ad infi-
mam ruinam.

66. Communis est inter Philosophos sententia,
centrum grauitatis esse centrum mundi: ita docent
Conimbr. ad lib. 2. Aristotelis de cælo, quæst. 5. art. 2. Patres
Corpora cadunt supra id quod possunt. Conimbricenses secuti plures, & quos plures se-
quuntur. Contra quam sententiam, tametsi lubens
pugnaui dum in Physicis velitabar, nunc eam ad-
mitto, fortè vt illam impugnem. Profectò res vi-
detur mira, quòd omnia corpora grauia grauitatio-
nis alis, vbi semel cadunt ad mundi, seu terræ cen-
trum: anxiè euolent præcipiti volatu. Et sanè plu-
ra corpora idem centrum, quod est insectile pun-
ctum infimissimum, tenere non possunt: nam
quoduis corpus aliud loco pellit natiuâ impenetra-
bilitate: quo ergo pacto corpora grauia nituntur
ire quò esse non possunt? Perperam enim ambiunt
descendere, quò descensus est impossibilis. nisi
velis concedere, quod intendo; scilicet cadentia
corpora anhelo descensu ambire impossibilia, vt
descendant magis. Quod argutè videtur probari
ex comparatione etiam ad stellas cæli, quam nuper
Matth. retulimus ex Lyrano. Dicitur Matth. 24. v. 29. de
prævio & lugubri apparatu, qui præcedet acerbis-
simum Iudicij finalis diem? *Stellæ cadent de cælo.*
Profectò res est difficilis creditu, stellas è cælo ca-
suras in terram. Attende ad difficultatem, quam
Orig tract. 30. in Matt. affert bene Philosophus Origenes: *Stellæ*, inquit,
cadent de cælo. Quomodo ergo cadent de cælo; cùm
magnitudini earum non sufficiat terra? Siquidem
totus terrarum Orbis, imò neque vastum elemen-
torum omnium spatium sufficit ad capiendam stel-
læ cuiusuis immensam molem, quæ pluries excedit
elementorum ambitum: quomodo ergo verè dici
potest, non vnam duntaxat, sed plures stellas casu-
ras in terram? Esto, nitantur cadere; at non poterunt
cecidisse. Verùm enimuerò quicquid vel è cælo
cœpit cadere, non desistit à casu, donec profundis-
simè corruat, etiam ad impossibilem profunditaté.
Nempe eius qui semel cadere incipit, ea est concu-
piscentia cadendi, vt naturam rerum euincat, &
descendendo cadat, quò casus descendere non po-
test. Sic omnia grauia corpora exambiunt exiguum
centri punctum occupare, tametsi centrum præ
sui exiguitate non sufficiat ad vnum dumtaxat cor-
pus amplectendum. Sic cælorum stellæ in terram
cadent, quanquàm totus terrarum orbis non suffi-
ciat ad capiendam, vel vnius dumtaxat stellæ ma-
gnitudinem. Nam casus impossibilia intentat, &
vltra naturæ vires præsumit profundiùs cecidisse.
Neque enim metui debemus humanos casus cum
appetitu naturæ: etiam vltra id, quod natura pati-
tur, & mens humana cogitando assequi valet, des-
cendit, qui semel cadere incipit.

Matthæi 4. v. 6. Tentauerat Iesum malus Dæ- 67.
mon, vt impelleret ad gulam, & palati delicias; nec Matth.
tentamento decidere potuit Christus à ieiunij pro-
posito. Restaurat pugnam Diabolus & Christum
sublimat supra fastigium templi, & inde suadet
spontaneum casum: *Si filius Dei es, mitte te deor-*
sum. Quare vt inanis gloriolæ ambitione deiciat
Saluatorem, illi persuadet descensum in terram?
nonne præstaret illum ascensu blandiri? *Sed num-*
quid proprius tentasset (ait Hugo ibi,) de vana glo- Hugo.
ria, si dixisset; *Si Filius Dei es, ascende in cælum?* *Leuis casus augurium ruina est.*
Sed nec tentando, ascensum vult persuadere cælestem.
Nimirum facilem descensum persuadere Christo
exoptat, vt inde in profundum nequitiæ barathrum
sponte ruat. Sic enim præsumit, vel de leui casu
astutior Dæmon, vt Christum Deum à diuinitate
perpetuò sublimem, & in delictu cadendi impo-
tem, præcipitare malitiosè intentet in delictorum
abyssum profundissimam, si semel cadere incipiat.
Vnde tertiò Saluatorem tentans, casum persuadet
v. 9. ita impudenter fatus: *Hæc omnia tibi dabo, si* Matth.
cadens adoraueris me. En casum suadet, vt extor-
queat summam impietatem à Christo Deo: quasi
leuis casus sit suadela grauioris: & impetus ad rui-
nam, & profanam mali dæmonis adorationem.
Quod scitè aduertit Hugo Cardinalis in horum Hugo Card.
verborum commentario, aiens: *Si cadens adorane-*
ris me. Notabiliter dicit cadens: non enim potest
adorare nisi casu. Ac si dicat Hugo: cùm versu-
tus Dæmon descensum è templi pinnaculo, & le-
uem ad terram casum Christo persuadere ambit,
non ibi sistit eius vaferrima astutia; quæ grauiores
inde meditatur casus; nam ab homine incipiente
cadere, extorquere præsumit impiissima crimina:
& incipientem cadere deturbare intentat in pro-
fundissimum miseriæ & nequitiæ barathrum. Nam
qui semel cadere cœpit, vix potest se sistere vsque
ad abyssi profundum: leuis enim casus vlterioris &
grauioris augurium est, impulsus est, & periculum
ruinæ: *Qui stat, videat ne cadat.*

Ærumnosis tot persecutionum calamitatibus 63.
exagitatus Dauid, sciens Saülem Regem, regnique *Qui incepit cadere, etiam cadet à sublimitate cogitationum.*
proceres illum ad necem persequi, aduersus quos
in summo honorum, & diuitiarum fastigio collo-
catos, nihil eualebat tum Dauid, ætate iuuenis, fa-
cultatibus pauper, potentia nullus: anxiè Deum
orat, vt suam causam tueatur, & inimicos disturbet à
potentiæ culmine. Psal. 5. v. 11. *Secundum multitu-* Psalm.
dinem impietatum eorum, expelle eos: hoc est impelle
eos vt è fastigio cadant, in quo superbiunt, è quo
me exagitant. Attende diligenter ad verba, quæ
præcedunt, in quibus est tota orationis energia, &
confirmatio thematis, quòd nunc verso. *Decidant,*
inquit, *à cogitationibus suis.* Quid est à cogitatio-
nibus cadere? Fortè optat emendationem, & resi-
piscentiam inimicis? ita Eusebius. S. Hieronymus, Euseb. Hier.
S. Chrysostomus. Quid si postulat, vt cogitationem, Chrysost.
& praua consilia inimicorum frustrentur effectu? Theod.
Ita Theodoretus, ita Euthymius. Nisi fortè prædi- Euthym.
cit futurum, vt suismet se cogitationibus accusent, Aug.
damnéntque: sic S. Augustinus, Cassiodorus, Re- Cassiod. Remig.

Digitized by Google

S. Thom. Bruno. migius, S. Thomas. Optimè S. Bruno sanctitate, & doctrina magnus, vim faciens in verbo *decidendi*; sic ait: *Iudica illos Deus; decidant à cogitationibus suis. Hoc fecit vt eos exterreat: & exponit per partes quomodo iudicet. Hic scilicet decidat de malo in malum. Et iste casus non erit à duritia tua, sed à cogitationibus eorum pessimis: & in futuro expelle eos à regno tuo.* Scilicet mei aduersarij, qui intestino odio,
69. & sæuo furore me exagitant *per partes indica*, id est damna illos. Quæ est hæc damnatio, quæ per partes facienda est? Scilicet *decidam de malo in malum*. nam si incipiunt cadere, de leui malo in grauius malum vltrò ruent, nec desistent donec in profundum præcipitentur. Et quasi parum foret hic lentus descensus ad ruinam, *Decidant*, inquit, *à cogitationibus pessimis*. Quasi dicat: leuis casus, & exigua ruina est, si cadant paulatim à fastigio dignitatum, in quo eminent: cadant etiam à cogitationibus suis, nempe à sublimitate, quam sibi suâ mente fingunt, in infimissimam abyssum, quam licentia humanæ mentis potest cogitando assequi. Nam qui semel cadere incipit, non tantùm sensim à malo in malum cadit ex fastigio dignitatis, quam habet: sed etiam ex fastigio, quod elationis ambitio fingit, & cadit in locum adeò infimum, vt nec metus illum possit inferiorem effingere. Adstruunt mente fastigium sublimius, ex quo altius decidant.

Iudith. Ex quo tempore Holofernis libido venustissimam & castissimam Iuditham excepit in castris, cepit inclinare res Assyria, nec à casu destitit; sed mox iugulatur Holofernes princeps eius militiæ: dein exercitus gloriosè victor, inops consilij fugit exiguam Bethuliensium manum turpi fugâ, quæ illos tot victoriarum triumphis, & tot opum gazis depauperauit, & opulentissimè ditauit hostes, vt habetur hic v. 7. Nam cui semel incipit Fortuna in aduersum inclinare, non sistitur quousque profundissimè decidit, non tantùm à culmine, in quo eminebat, sed à cogitata sublimitate, cui proximus erat. Ad impossibilem profunditatem, & quam vix crederent homines nisi affirmaretur à Deo, cecidit Assyria potentia, quæ vel solâ multitudine posset obruere, quos timidissimè fugiebat. *Qui stat, videat ne cadat*: nam grauiùs cadet.

---

§. XVI.

Commentarius litteræ.

Vers. 9. Ioachim autem summus Pontifex, de Ierusalem venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith.

Vers. 10. Quæ cùm exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vnâ voce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri:

Vers. 11. Quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaueris, & post virum tuum alterum nescieris: ideo & manus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta in æternum.

Vers. 12. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

30. Iudith. Hic Ioachim ille ipse est qui appellatur Heliachim supra c. 4. v. 5. Vbi dedimus causam, ob quam nomen Ioachim mutari soleat in Heliachim. Nimirum summus Pontifex Ioachim cum omnibus presbyteris suis, id est, cum omni Ierosolymitano senatu, vt est in Græco textu, (fortè qui de Sanedrim erant, vt suspicatur Tirinus) venit Bethuliam, videndæ inclytæ Heroicæ causâ. tum etiam vt Iudithæ de Illustri facinore gratularetur. Cuius aduentum vbi resciuit vrbana femina, venienti Pontifici obuiam processit. Tunc Ioachim, & senatores omnes festis & faustis acclamationibus summas Heroïdis laudes vnà prædicant. Non quia omnes simul eadem verba facerent ad Iuditham, vt notat Dionysius, sed quia Pontifici loquenti vltrò reliqui annuerent. Appellatur, *Gloria Ierusalem*, quia hanc vrbem, quæ erat & regni, & religionis metropolis, gloriosè eripuit ab hoste impio, crudeli, barbaro, qui regno, & religioni bellum indixit. Græcè dicitur, *Altitudo*, vel *exaltatio*, quia à Iudithæ facinore gloriosè exaltatur illustri victoriâ, detriumphatis truculentis hostibus. Vocatur *Lætitia Israël*, quoniam mœstos Israëlitarum animos, lætissimæ victoriæ gaudio medullitus exhilarauit. Dicitur *Honorificentia populi*, id est, decus & splendor, nam ob illustrissimæ victoriæ triumphum Hebræa gens, & declinauit insignem, quam subiret ignominiam, & gloriam sibi peperit sempiternam. Dein publicat, vnde spiritus adeò strenuosUditha hauserit, nimirum à Deo, imbellem feminarum sexum roborante, & è castitatis virtute, quâ à multis ambitas cum Iuditha nuptias, generosè aspernata sit amore virtutis. Pontificis, & totius Senatus honorariis votis, vnâ voce applaudit populus publicâ & vulgari acclamatione, postulans, vt Deus hæc præconia; rata faciat, pio studio ingeminans; *Fiat, fiat*, id est, *Amen, Amen*. De his voculis plura hic Serarius, & Sanctius ad librum 2. Esdræ, cap. 5. vers. 13.

Græcus. Tirin. Græcus. Serar. Sanct.

Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum à populo Israel. VERS. 13.

Porrò autem vniuersa, quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith, in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo. VERS. 14.

Spoliorum collectioni vix suffecit totus mensis: 71.
nam cùm Hebræi persecuti sunt fugientes Assyrios Damascum vsque, necessaria fuit tot dierum mora ad colligenda copiosissima & opulentissima spolia. Cæterùm cùm ad Iuditham spectabat maior & potior victoriæ pars, nam occiso Holoferne, reliqui corruerunt Assyrij: inde maiorem & potiorem spoliorum partem illi detulerunt; nempe quicquid in bonis Holofernis fuisse compertum est: quæ quidem & plurima, & pretiosissima fuisse constat. Nam ingentem auri, & argenti vim accepisse ex Nabuchodonosoris ærario, dicitur cap. 2. v. 10. & v. 16. traditur opimam egisse prædam ex vrbibus, & Prouinciis subiugatis, & habuisse diuitem thesaurum habetur cap. 11. vers. 1. Quare manubiarum portio prædiues fuit in auro, & argento, & gemmis, & pretiosissimâ vasorum, & peristromatum supellectili. Porrò quàm sumptuosè viuerent Assyrij, & Persici Principes, etiam in tentoriis, supra ostendimus. Vnde suspicatur Sanctius, spoliorum portionem, quæ Iudithæ annumerata fuit, fortè excessisse reliqua spolia inter alios omnes distributa. Græcus textus sic vertit hunc versiculum 14. *Et dederunt Iudith tabernaculum Holofernis, & omnia argenta, & lectulos, & stateras, & omnia supellectilia eius. Et accipiens ipsa imposuit super mulam suam*, (singularis pro plurali) *& coniunxit currus suos, & accumulauit ea super illos.*

Supellex Holofernis donata est Iudithæ. Iudith. Sanct. Septuag.

Et

VERC.15. 72. *Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus in organis, & citharis.*

Cum communis hostis, rapinis, cædibus, sacrilegiis infestu, è medio sublatus esset, commune gaudium intra Bethuliæ fines non se continuit; sed finitimæ vrbes, quæ Assyriorum aut metum, aut violentiam expertæ fuerant, aut ex Magistratuum edicto, aut sponte suâ, grandis lætitiæ dederunt signa, lætâ symphoniâ, & festo tripudio; vt sicut nemo expers erat vtilitatis, & gaudij, ita nemo alienus foret à communi lætitia. Quod præsertim in vrbe Bethulia post distributa factum fuisse indubium est. Illuc enim concurrerunt non tantum Ierosolymæ proceres cum Pōtifice, sed etiam frequēs populus ex finitimis vrbibus, studio videndi inclytam Heroidem, & Bethuliam quæ fuerat theatrum illustre faustissimæ (vt sic dicam) tragœdiæ.

Græc. text.

Textus Græcus plura tradit de hoc puellari plausu, satis consentanea Hebræorum mori, quæ Vulgatus omisit. *Et concurrit*, inquit, *omnis mulier Israel ad videndum eam, & benedixerunt eam* (sicut nuper Ioachim) *& fecerunt ei chorum ex se. Et sumpsit thyrsos in manibus suis, & dedit mulieribus, quæ secum, & coronatæ sunt oliuâ, & ipsa, & quæ cum ipsâ,* (nempè Iudithæ Abra.) *Et præiuit omnem populū in choreâ, ducens omnes mulieres; & sequebatur omnis vir Israël armati cum coronis, & hymnis in ore suo. Et inchoauit Iudith confessionem hanc in omni Israël, & succinebat omnis populus laudē hāc.*

Iuditha choros ducit.

Thyrsorum mentio, & vsus legitur 2. lib. Esdræ, cap. 8. v. 14. & lib. 1. Machab. cap. 10. v. 7. Nemo autem existimet dedecere grauem, & religiosam matronam, puellarem, & festum chorū ductare: nam id in more positum apud Hebræos legimus, ad inclytæ alicuius victoriæ gratias agendas Deo. Nam Exodi c. 15. v. 20. id decuit Mariam, principem feminam, & Moysis sororem; decuit & Debboram & insignē Prophetidem, & populi principem, Iudicum 5. v. 1. & filiæ Iephte Ducis totius populi, indecorum nō fuit, Iudicum 11. v. 34. Serarius, Salianus & Tirinus putant hanc pompam & festam & piam, egressam è Bethulia vsque ad Ierusalem. Quod valde difficile est: Bethulia enim longè distat à Ierosolymis, vt tradit Tilmannus Hella in charta Chorographica Palæstinæ. In tam longâ enim processione saltem feminas in viâ deficere necesse est.

Esdræ. Machab.

Exod. Iudith.

Serar. Tirin.

Tilman.

Consectariè ad superiùs dicta, aduertit Sāctius, caput Holofernis circumductum per præcipuas Iudææ vrbes, vt tanto mōstro insultassent liberiùs: tandémque ductum Ierusalem. Nam ea cōsuetudo viguit apud Palæstinos. Sic caput Goliath circumductum est. 1. Reg. 18. v. 6. & caput Nicanoris, 1. Machab. 7. v. 4. & caput Saulis apud Philistæos, 1. Reg. 31. v. 6. Vnde verè dixit Iuditha. c. 11. v. 15. Holofernem sic ingressurū in Ierusalem: quia sine ordine tota diffundebatur ciuitas, sicut agni sine pastore: neque contrà latrauit canis, cùm latro non adesset, quem latratu proderet, vel fugaret.

1. Reg. 1. Machab. Iudith.

§. XVII.

Etsi virtus non patitur ætates, senior sapientum ætas præferri debet iuniori; alioqui hic vanescit, ille sordescit.

74. RES est inquieta, Ambitio; ipsa se exagitat, exagitátque & inquietat alios. Non itur ad dignitates & munerum fastigia quemadmodum ad lacum concurritur, quem frequens & promiscua turba & turbat, & exhaurit. Iuuenis candidatus irridet muneri, quod exambit; insufficiens deuenustat dignitatem, & sordidus polluit. Non qui honorem expetit, sed dignus qui honores expectat, eligatur: nam dignitas non est negotium communis ambitionis, sed singularis meriti. Fateor verè & bellè dixisse Philonem, quòd *virtus caret tempore*. Vetus enim meritum non præscribit otiando; at diu merendo, cur non amplificet merendi dignitatem? Merum tempus ridicularium ius est ad prudentiæ, & sapientiæ munera. Quis enim non rideat candidatum, qui nihil aliud speciosius affert, quàm quod diu vixit? Canam sapiētiam suspicimus, antiquam insipiētiam despicimus. Sin minùs bruta marmora, & fatuæ pecudes, aut volucres multò diuturnioris æui, & quæ ferè ætates non patiuntur maiori in pretio erunt. Planè non eligatur ætas, sed meritum; imò meritum in ætate, si fieri potest. Sic non eligitur *Figmentum temporis ope ac præsidio fultum*, quod admonet S. Nazianzenus; nec recens, infecta, & non bene erudita nouitas: *Quis est ille qui veritatis Antistitem, ac propugnatorem, vnius diecula spatio, velut simulacrum ex argilla finxit?* ait idem Nazianzenus Præsul. Profectò languet maior ætas, cui præcurrit in minori ætate minus vel æquale meritum, aut negotiationis ingenio, aut felicitatis negotiatione. Quin & iuuenis sapientia à superba prælatione vanescit, inanis gloriæ typho turgens; nec alacritate prouehitur, sed à fastu fatuè stultescit. Quis enim adeptus in iuuentute dignitatem senum, animum adiiciat ad sapientiæ laborem, ad prudentiæ seueritatem, si ferè nihil iam ambiendum superest? Ergo etsi virtus careat tempore; sapientia, & prudentia suas habet ætates: & dignitas quæ iuuentutem patitur, decorum maioris ætatis decenter expetit. Iuuenilis ardor spe acuitur, possessione hebetatur: languet antiquum meritum, & à repulsa degenerat, & vilescit.

Philo.

Naz. Orat. in SS. Lumina.

Naz. Oratione 1. *Maior ætas aptior est ad dignitates.*

75. Exodi 4. v. 12. E flammeo rubi solio perhumaniter Deus alloquitur suum Moysem, illúmque eligit in Principem ingenti & numerosi quondam Hebræi populi. Renuit principatum Moyses, sed renutu magis sollicitat electionem, non negotiatione ambitionis, sed piâ ambitione meritorum. Allegat Moyses imperitæ linguæ balbutiem, & gracilitatem non satis masculæ vocis. Penè obstinatè excusationes ingeminat, etsi Deus expeditiorem illi polliceatur loquelam. Credit Moyses promissioni diuinæ; nec adhuc flecti potest, vt acceptet vltrò oblatam dignitatem. Quid cunctatur glorias principandi? Caussari iam nequit linguæ impedimentum, diuinâ promissione soluendum, & adhuc reluctatur vsque ad iram Dei? *Perge igitur* (ait illi Deus,) *& ego ero in ore tuo, docebóque te quid loquaris. At ille: Obsecro*, inquit, *Domine, mitte quem missurus es. Iratus Dominus in Moysem, ait: Aaron frater tuus leuites, scio quod eloquens sit*, &c. Profectò si lingua Moysis expeditur Dei promissione, quam ob causam tam cōtentiosè expetit Aaronis in principatu consortium? Principum ingenium impatiens consortis est. Quare ergo pudet Moysem præfici Hebrææ genti absque Aaronis societate in Imperij eiusdem fastigio? Luculenter Lyranus & ad rem præsentem opportunissimè: *Obsecro*, inquit, *Domine, mitte quem missurus es. Licet Moyses de verbo Domini non dubitaret, tamen quia Aaron frater eius erat senior, & eloquentior, desiderabat eum habere socium sibi à Domino designandum: ideò hanc petitionem replicauit.* Scilicet aduertit Moyses Aaronis ingenium ad summa quæque aptum:

Moyses iuniori præfici recusat, & pro seniori rogat. Exod.

Lyran.

explorata habebat Aaronis merita; & cùm Moyses eo esset iunior tribus annis, constanter recusat ipse principatum, nisi vnà & principetur Aaron, & summo sacerdotio sublimetur; non bene consultum ratus, vt prudens Aaronis senioris peritia sordeat inter plebeios homines, dum ipse iunior, & consimilis industriæ fulget in Præfecturæ fastigio. Vnde consultissimè annuit Deus huic Moysis ciuilitati, & eligit Aaronem in consortium imperij. Imò fortè id perficere intentat Deus per Moysis intercessionem. Quò magis appareat & vtriusque fratris meritum, & quàm non sit politicum præferre meritorum iuniorem ætatem.

76. Ioan. Ioannis 1. v. 37. In auspicio ostensionis Christi Dei, cùm Baptista Ioannes egregium de illo testimonium coram perhiberet, duo ex discipulis Ioannis, Christi discipulatum exoptant, & vltrò Saluatorem sequuntur: *Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.* Qui perhumaniter illos excipiens, diuinè eos totâ vnâ die erudiuit de mysteriis cælestibus; & eosdem benè instinctos statim dimisit. Dubium est apud commentatores, cur egregiam Andreæ indolem, (Andreas vnus erat ex duobus Ioannis discipulis,) quam post electurus erat; tunc non eligit ad Apostolatum, sed ad familiaritatem tantùm, vt notat Lyranus. Et cur

Andreas primò reiicitur, vt iunior Petrus præferatur. Andream diuinæ gratiæ pedibus vltrò venientem ad discipulatum, non admittit, quem mox aliud agentem sponte vocat ad Apostolatum? Matthæi 4.

Lyran. Matth. vers. 18. *Ambulans Iesus iuxta mare Galilaæ vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes in mare. Et ait illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Nempe consultissima Christi Dei ciuilitas, & cælestis politia Andream præproperantem non admittit ad Apostolicum collegium: nam cùm mox electurus erat Petrum in Ecclesiæ principem, maluit tunc cunctari, ne reciperet in Apostolatu Andream, quàm posteà non sublimare Petrum vocatione iuniorem ad Ecclesiæ principatum. Petrum & Andream vocat, vt fiant *Piscatores hominum, id*

Chrysost. *est, Doctores*, vt profundè notat S. Chrysostomus: & primò vocat Petrum, & mox Andream, (quem maturantem paulò antè reiecit,) vt dum Petrum euexit ad primam Ecclesiæ cathedram, summúmque orbis *Doctorem* renunciat, non eligat recèns admissum ad Apostolicum collegium, ne deuenustet Andream meritissimum, si ipse non eligeretur, cum foret vocatione antiquior, & religione senior. Præstat quasi reiectaneum non admittere tempore præcurrentem Andream, quàm tanti meriti virum antiquitati etiam præstantem, postponi Petro, recèns ad Christi collegium admisso, vt subtiliter insinuat S. Chrysostomus nuper laudatus. Vnde hîc

Iudith. Anselm. Laud. vers. 9. *Ioachim summus Pontifex de Ierusalem, venit in Bethuliam cum vniuersis Presbyteris suis, vt videret Iudith.* Presbyteros eligit, id est, seniores populi, ad augustissimam legationem. Anselmus Laudunensis, *Cum Presbyteris*, inquit, *discipulis quos elegit.* Nam etsi vltrò se offerebant summi Pontificis lateri iuuenes pari merito nec impari nobilitate, ac industriâ; maluit Presbyteros, seu seniores, quàm æqualis meriti iuniores eligere, vt officia honestet, vt non deuenustet Presbyteros.

77. *Natura satagit seniorem eligere.* 1. Regum 16. vers. 6. Reiecto Saule, ne imperaret Hebrææ genti, qui Dei reiecit imperium; iubetur Samuel pergere in Bethleem, & aliquem è filiis Isai clam vngere in regem Israel. Sed non indicauit Prophetæ, quem inauguraret ad regnum. Sanctificauit ergo Isai patrem Dauid, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium, id est, prandium. *Cúmque ingressi essent, vidit Eliab,* (natu maximū)

& ait: Num coram Domino est Christus eius? Ad 1. Reg.

quæ verba sic fatur Basilius Seleucus: Samuel Propheta, *Conspectus hominem* (Eliabum, inquam, fratrum seniorem,) *humanis mensus oculis, miratur; Num coram Domino Christus eius? & cornu inuergens, reiectaneum vt vngeret, cogebat.* Dixerat paulò

anteà Seleucus, ad illud: *Prouidi in filiis Isai mihi* Basil. Seleu. Orat. 14.

in Regem: Non simpliciter prouidi, sed mihi in Regem, arcanum aliquod mysterium continet. Tantùm non dixit, Meum esse istius regnum reputo. Nimirum vbi Samuel videt Isaï filios, ex quibus electurus erat aliquem in Regem, statim Propheta prudentiæ arcano instinctu vasculum olei ferè inuergit in maiorem natu, & quasi Deum cogit, vt illum inauguret ad principandum Israel. Vides Prophetam prudentiæ impulsu in id ferri. At quia Deus Dauidem natu minimum elegerat ad regnum præ reliquis fratribus, consultò ait, se sibi prouidisse Dauidem in Regem: suúmque esse Dauidis regnum, quasi ipse potiùs regnet quàm Dauid. Nam cùm videat Deus consultissimo Prophetæ impulsu cornu in natu maiorem vergi, illud sistit: & dum natu minorem eligit Dauidem, confestim publicat, non tam Dauidem regnaturum, quàm ipsummet Deum in Dauide: *Tantum non dixit: meum esse istius filij regnum reputo.* Ecce tibi, vt Eliab natu maior eligatur, & Prophetæ iudicium, & pronum olei impetum vltrò ferri. Quòd autem minimus eligitur, ideò fit quia Deus ipse regnaturus est pro illo. Quasi non tam regno præsit Palàm Dauid, quàm Deus dissimulanter in Dauide principetur. Propheta natu maximum eligere satagit, insensile vas Prophetæ suffragatur. Et tunc Deus non tam eligit natu minimum Dauidem in Regem, quàm se ipsum pro Dauide regnaturum spondet.

Ioannis 20. vers. 4. Petrus, & Ioannes, audito 78.

nescio quo rumore Resurrectionis Christi triduo *Senior Petrus præficitur.* iam defuncti, confestim pergunt in monumentum, ad explorandum mysterium Resurrectionis, & Incarnationis Dominicæ: *Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citiùs Petro,* Ioann.

& venit primus ad monumentum, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus, & introiuit in monumentum: Et vidit linteamina posita, &c. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus. Petrus senior, & Ioannes iunior, currunt pariter, sed Ioannes iunior præcucurrit, & primus venit ad monumentum: nec tamen audet intrare primus, ne Petrum seniorem anteeat. Verum aduerte iunioris

Ioannis vrbanitatem: *Venit primus, non tamen in-* Hugo.

troiuit, licèt prior venisset, intrare non præsumpsit, ait Hugo ibi: Vis scire cur foret damnata præsumptio, si Ioannes primus introiret? Audi Lyranum Lyran.

opportunè ad rem præsentem: *Non tamen introiuit Ioannes propter Petri reuerentiam, quem expectauit, quia erat senior ipso.* Nempe indecens foret: si Ioannes iunior, qui simul currebat paribus meritorum pedibus, consimilibus affectuum alis; primus introiret in dignitatem notionis mysteriorum Dei, & diuinioris Theologiæ. Vndè etsi primus venit, comiter tantisper expectat, *quia Petrus erat senior ipso.* Puduit enim iuniorem primas ferre seniori. Pudeat & Principem, iuniorem consimilis meriti præponere seniori, siquidem iuniorem pudet oblatum sibi primatum capessere. Cæterum subtiliter

addubitat Hugo Cardinalis, si Petrus, & Ioannes Hug. Card.

simul currebant, quo pacto Ioannes præcucurrit citiùs Petro? *Si præcucurrit Ioannes,* inquit, *quomodo*

Iunior currens simul cum sene præcurrit.

do ergo simul? Secum videtur pugnare Euangelista, aiens, quòd Petrus senior, & Ioannes iunior currebant simul, & quod Ioannes iunior præcucurrit citiùs quam Petrus. Nam qui longè præcurrit, non tam propriè dicitur currere simul, quàm pòst currere, vel sequi currentem. Audiendus est Cardinalis Toletus in commentario horum verborum. (Tolet.) Præ nimio desiderio currunt, & gressus accelerant: (ecce æquale vtriusq; meritum.) Ioannes autem vtpote adolescentior, cursu præuenit Petrum, eo post terga relicto; quem tamen non minus desiderium, sed debiliores vires posteriorem fecerunt. Hæc ille. Quod olim & nunc multis candidatis euenit, qui etsi æquales sint meritis, tamen quia senior debiliores habet vires; scilicet patrono destitutus, negotiationis ignarus, ambitionis expers est, etsi currant simul, iunior præcurrit: quia *seniorem debiliores vires posteriorem fecerunt*, non merito, sed felicitate.

79. Iudicum 5. vers. 20. Postquam Debbora Prophetis, & Princeps Hebræa gentis viriliter hostes profligauit illustri victoria, auxiliaris sibi Dei celebrat laudes illustri Cantico, sic pangens, dum cælo gratulatur: (Iudicum.) *De cælo dimicatum est contra eos. Stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.* Quidam Astrologi apud nostrum Delrium ex Stellarum situ, mutuoque aspectu existimarunt diem illum Debboræ faustum, Sisaræ verò infaustum redditum. Nugæ. Abulensis quæstione sexta, Hugo inibi: igneas quasdam inflammationes, vtpute cometas, stellásque cadentes hostium corpora vstullasse censent. Caietanus sic locum exscribit, & explicat. *E cælis pugnauerunt stellæ, de gradibus suis pugnauerunt cum Sisara. Adiungitur*, inquit, *de gradibus suis, hoc est, absque mutatione cursus sui, ne intelligeretur, quod stellæ passæ fuerint simile aliquid fixioni Solis, & Lunæ tempore Iosue.* Caietani sententiam dilucidè explicat Serarius noster quæstione duodecima aiens: Stellas in ordine, cursúque suo permansisse, vt egregie ab his pugnatum intelligamus; quemadmodum fit, dum suum in acie quilibet locum tuetur, neque turbari sinuntur ordines. Nempe stellæ dum nihil passæ sunt contra suum cursum, nec turbatur earum ordo; *Sed manentes in ordine suo de gradibus suis pugnauerunt*; tunc dulcidè fulgent, pugnant lucis radiis, præstringunt, fugant, & detriumphant hostes. Nam cùm aliquid passæ sunt, cùm sistuntur aliquarum cursus, cùm perturbatur ordo; dum alia aliam anteit, alia aliam subsequitur præter statum cursum rerum, aliæ malè splendent, aliæ non benè micant, nec dimicant in prælio Domini. Vnaquæque in gradu suo bene fulget, alioqui dum aliquà præproperè prænitet, alia diu interstinguitur, turbatur cælorum concentus. *De gradibus suis*, bene splendent, feliciter micant, fortiter dimicant. Non si quarundam stellarum cursus sistitur, dum aliæ cursus contendunt vltra suam naturam, nihil illustre sperari Potest, sicut neque è turbato militum ordine. *E cælis pugnauerunt stellæ*, sed *de gradibus suis pugnauerunt*, & sic fulgoribus micant, dimicant, ouant, triumphant, secus mœrent, lugent, squalent. Malè reportatur victoria, de quo vix expectatur.

Martin del-Rio lib. 4. Disquisit. Magic. c. 3. quæst. 1. Abulens. Hugo. *Stella in ordine suo micat, & dimicat.* Caietan. Serar.

§. XVIII.

Homo ignobilis ad fastigium honorum euectus, insolentiùs superbit, secùs nobilis meritorum conscius, facilè se demittit.

80. INtolerabili superbiæ fastu turget, qui humili loco natus, conscendit ad honores supra nobilitatem, aut merita. Nam vt superbia tumet; cautè timet, ne quid potentiæ, aut honoris adimatur sibi, conscius, aut propriæ vilitatis, aut illiberalitatis suæ. Planè suspicax est, & fastuosa tenuitas euecta ad sublime honoris. S. Chrysostomus: *Illud non ignoratis, quod quantò quis humiliori gradu ad dignitates assumitur, faciliùs in superbiæ insaniam effertur, vtpotè qui expers sit repentini, & insperati honoris?* Vides Arphaxadum è seruitio ad regnum euectum, quàm insolenter tumet? è seruo Rex fastuosè gloriatur. Secus ille, cui inest vel meritorum sufficientia, vel innata nobilitas hic conscius aut meriti, aut ingenuitatis ad humiliora officia securus descendit. Imò nobilitatem exaggerat suam, nihil ab humanitate, ab humilitate nihil timens. Quid nobilius cælite, versari solito in regia cælorum curia, num verebitur ad hæc inferiora descẽdere? Imò è cælo ad infima hæc ferè non descenditur, *Descendi de cælo*, inquit Christus Deus. Ioannis 6. vers. 38. ergo cælum deseruit? quo enim modo potest quis *descendere*, nisi relinquendo superiorem locum, & occupãdo infimum, quod vox *descendere* necessariò videtur importare. Verùm ea est Christi Dei nobilitas, vt vel descendendo, non descendat. Quod aduertit S. Thomas ad Philipp. 2. *Descendit enim è cælo, non quòd desineret esse in cælo.* Neque enim ignobilitatem descensùs patitur sublimitas Christi, cui tam ingenita nobilitas est, vt descensibus, & humilitatibus, non solum minuatur, sed augeatur eximiè, & à contemptu ipsius contemptûs probat egregiè generositatem suæ naturæ:

Ignobilis insolentiùs superbit. Chrysost. hom. 10. in Ioan. Ioan. *Nobilis humilitatibus non vilescit.* S. Thom.

81. Malus Dæmon satagebat Christi diuinitatem agnoscere, & suadet illi descensus, Matth. 4. v. 6. *Si filius Dei es, mitte te deorsùm.* Diabolus alias astutus, & ad tentandum plenus artis, & ingenij, planè hic desipit: num peccatum vitiauit intellectũ eius vnà cum voluntate? Bonáne est illatio ista, quam conditionalis illa vocula *si*, apud Dialecticos importat? Si tu es verè filius Dei, proculdubio te demittes; *Laborat Dæmon tentatione* (ait S. Hilarius ibi) *Dominum de excelsis ad inferiora deducere, & positum in templi summo, in humilibus continere.* At quorsum Christum in sublimibus constitutum, de diuinitate examinat, conando ad ima deprimere. Num ex humilitate probabit diuinitatem? Quàm appositè ad rem Theophylact. *Si filius Dei es, mitte te deorsùm. Quasi hoc dicat, Ego non credo voci cælitus missæ, at tamen tu, si filius Dei es, ostende mihi.* Quomodo? *Mitte te deorsùm*, Id est, Plura mihi suppetunt indicia, nec leuia, quibus suspicor te Deum esse: scilicet impransus totos quadraginta dies adhuc superstes es: cælestem doctrinam à te doces: & miracula patras supra humanum fastigiũ. Quin hisce mentis auribus nuper audiui vocem Dei Patris te Filium planè nominantem: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hæc profectò valida sunt indicia. Sed adhuc robustius

Matth. *Humilitas argumentum est à gloriosæ nobilitatis.* S. Hilar. Theophil. Matth.

bustius mihi superest argumentum ad probandam diuinitatem tui: nimirùm, *Si te mittis deorsùm:* Id est, conscius diuinæ nobilitatis tuæ, non verearis descendere ad ima, spectante hic numeroso Ierosolymorum populo. Nullum enim est argumentum euidentius ingenitæ nobilitatis, quàm securè
Nobilis facilè se demittit. ad infima descendere, & in humilibus versari. Liceat aliquando profanis diuina commentari. De
Plin. suo heroë Traiano, sic ad rem satis Plinius: *Cui ad augendum fastigium nihil superest, hic vno modo crescere potest, si se ipse submittat securus magnitudinis suæ.* (Pende verba:) *Neque enim ab vllo periculo fortuna Principum longiùs abest, quàm ab hu-*
Iudith. *militate.* Vide hic vers. 5. hanc humanitatem, seu humilitatem in Ioachimo, summo sacrorum Pontifice, & Hebrææ gentis Principe.

82. Contrà verò humiliori loco natus, non securus suæ magnitudinis, sed conscius suæ indignitatis, &
Ignobilis insolentius tumet. nutās propria imbecillitate, humilitates detrectat, & non merito fastigio elatus, inaniter superbit, & supra se extollitur arroganter. Enumerauerat Ale-
Clem. Alex. l.1. Pæd. c.8. xander Clemens munera, quæ in mundo obibat Verbum, verè hominum pædagogus: *Fastus* (in-
Carnis superbia & fastus. quit) *& superbia carnes, quæ excreuerant, exequat.* Non satis aptè dixisse videtur; *Fastus & superbia carnes*, dixisset aptiùs: *Fastus & superbia spiritus.* Nam spiritui hominis, & humanæ menti (quippe quæ spiritualis, immortalis, & ingenua est,) altè sapere licet; & in fastum, & superbiam erigi ob sui generositatem: At *caro* è limo terræ, & cœnoso elemento concreata, non ignara vilitatis suæ, abiecta
Eccli. quæque, & tantummodò humilitates saperet. Nam *Quid superbis caro, & cinis?* ait Eccles. cap. 10. n. 9. Verùm caro vtpote degener, ac ignobilis ad consortium animi euecta, & mentis contubernio nobilitata, superbos alit spiritus, & insolentiùs turget, intolerabilis fastus, & superbiæ tumore. Et ita intendens Alexander Clemens ostendere fastuosam superbiam, qua humanum genus tunc laborabat, inquit: *Fastus, & superbia carnes,* &c. id est, fastum, & superbiam, quā insolenter superbit caro, vtpote vilis, & abiecta. Nam quò abiectior caro est, eò elatior excrescit in superbiæ fastum.

83. Christus Deus Sponsi, & Domini personam
Lucas. assumit, Lucæ cap. 12. vers. 35. & iubet, vt eius discipuli præcincti ad opus, obeant seruorum officia: *Sint lumbi vestri præcincti, &c. & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum.* Sed ro-
Homo præsumit, vt pro seruitio talionem illis rependat Deus. go, quā mercede tibi seruitur? quod salarium illis penditur? *Amen dico vobis, quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Quasi dicat? si mei discipuli seruorum more mihi ministrant, vt Domino: Ego vicem rependam, & serui ad instar, vt Dominis, ego ministrabo. Libuit S. Chrysologo interpretem agere, & hæc
Chrysol. serm. 24. verba sic commentari: *Præcinget se Deus, &c. vt talionem redderet,* (verba vulgo notissima: sed excipe expensionem non vulgarē.) Planè hæc Chrysologi commentatio non præfert lucem sententiæ sed offundit tenebras: obscurior ab interprete, quàm ab Auctore textus euadit. Nam etsi Christus Deus seruorum ritu discipulis ministret, non reddet *talionem*; quia vox *talio* æqualitatem significat. Nū æqualis est seruitus discipulorū ad Christum vere Deum & Dominum; Christi Dei ad discipulos natura homines, viles genere, viliores officio? Discipuli Christo exhibent ministerium seruitutis; sed seruitutem exhibent Deo. Deus exhibet, quasi seruitutem, sed discipulis è plebis fæce adlectis. Non erit æqua lanx, quæ vtramque seruitutem æquè trutinet, dispar seruitus, & non æqua. Ergo non potest *Deus se præcingere, vt talionem rependat.* Verùm enim vero quò abiectior tunc erat discipulorum gens, eò *talionis* vox aptiùs adaptatur. Quia homo vilis & abiectus elatior est, superbiùs sapit, & ad ipsam diuinitatem anhelat insolētior. *Tam superbit caro, & cinis?* Vnde cū præcincti discipuli seruorum ritu ministrarūt Christo, deposuere superbiæ fastū, quo innato ad honores fomite deitatem ambit natura humana. Hanc superbiæ maiestatem ab ipsis cunabulis traxerūt; iuxta illud: *Eritis sicut dij.* Ecce tibi quomodo *Talio repen-* Eccli.
ditur. Christus quasi demittit diuinitatem, & quāuis vere est Deus, se præcingit, & instar serui ministrat. Discipuli præsumptam à naturæ vitio diuinitatem, quam vtpote homines, ambibant, demittunt, & deposito superbiæ fastu, quo vilis caro superbit, seruorum more ministrant. Ecce quasi æqualitatem: vide talionem. Vera magni Dei diuinitas æqua lance pensatur, ac præsumpta diuinitas à superbo & vili homunculo. Nec minùs superbiendo præsumit abiectior homo, quàm re verà veri culminis habet Deus. Vnde vicem, *& talionem rependit Christus.* Et liquidò constat, quàm facilè se demittant nobiles ingenitæ nobilitatis securi? & quàm efferantur insolenter homines, suæ tenuitatis conscij, à tenuitate superbiunt, à vilitatis conscientia insolentiùs turgent.

---

§. XIX.

Opportuna laudatio, aut prophetia est meriti, aut merita cudit: optimumque sæpè inuenit, aut facit.

Vera & tempestiua laus (qualem decet virum 84.
probum dicere, nec improbo dici,) merita sæpè excudit: calcar enim est ad præclara facinora, promptuarium probitatis, & virtutum officina. Profectò opportunam commendationem verè & bellè possis sæpe appellare, operatorium sermonem: nam merita aut inuenit, aut facit. S. Augustinus ita August. de Orig. anim. l.4. c.16.
scribit? *In nobis quoque adhuc in hac carne viuentibus, manus habet ipsa lingua corporea. Quia scriptū* Prouer. 18. v.21.
est; Mors, & vita in manibus linguæ: Mors propria & aliena, in detractione; vita aliena, & propria in *Hebetatur ingenium sine laude.*
laude. Audis linguam laudantem habere manus, quibus quasi operatorio sermone merita formet? Profectò etiam bona indoles non excitata honoris & laudis stimulo, sæpè ad res virtutis otiatur, languet, torpet. Quod luculenter tradit Panegyrista Plinius: culpans plures Romanorum Principes
quasi alienæ laudis auaros, sic fatus: *Adhuc autem* Plin.
quamlibet sincera, rectaque ingenia, etsi non deturbat, (scilicet illaudata negligi,) *hebetat tamen misera sed vera reputatio.* Bene veram conscientiam, seu reputationem propriæ virtutis & meriti, appellet miseram reputationem, si careat Principis laude, & fauore populi; additque optima ingenia *hebetari* ni laude excitentur ad præclara facinora. Ac si laudatio sit arbitrium & excitandæ, & amplificandæ virtutis, quæ eius miseram reputationem felicitat. Per singulos rerum gradus prædictum thema comprobare mens est, & huius paragraphi labor. Et rem auspicior ab insensili creatura.

Psalmo 32. v. 6. *Verbo Domini cæli firmati sunt,* 85.
& spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quodnam Psalm.
est hoc Dei verbum quod cælos firmat? Diuinum Tertull.
Verbum interpretantur Tertullianus, S. Cyprianus, Cypr.

Isidor. Greg. Fulgent. Orig. Hieron. Ambr. Hugo. *Cali à laude firmātur ad irrequietam ambulationem.*

nus, S. Isidorus, S. Gregorius, S. Fulgentius, & alij innumeri apud Lorinum mihi: At Origenes, Sanctus Hieronymus, S. Ambrosius, Euthymius ad Dei vocem, qua cælos creauit referunt. Sed pace tantorum patrum, dum non seuerè tractamus rem litteræ, sed laxius spatiamur ad mores, liceat ad Hugonis inclinare sententiam, qui de efficacia laudationis diuinæ locum interpretatur. Deus enim postquam lucem, cælos, astra fabricauit, confestim laude honorauit, & firmauit. Vnde sensus est, *verbo Domini*, id est, laudatione diuina alias creatos cælos, (idem dictum puta de reliquis elementis, quæ *Expansionis* vocabulo intelliguntur, vt expressè aduertunt interpretes super hoc Psalmo.) esse *firmatos*. Tertullianus, *confirmatos* legit, S. Cyprianus *solidos*. Nempe cæli laude diuinâ confirmati, & quasi solidati, irrequieto labore diu noctúque immensa gyrant spatia, nec laxati tot seculorum diuturnitate, in suis motibus eundem seruant tenorē, æquè semper à terra distantes, nunquam inclinati, perpetuò erga ingratas terras benefici. S. Cyrillus Alexandrinus. Firmare cælos, *Fouere* interpretatur.

Cyril. Alex. 7. De Trin.

Quasi diuina laus recens natos cælos foueat, firmet, solidet, ne laxentur ad immensa, quæ perbreui mora percurrunt spatia. Ac si diuina laus sic foueat cælos; sic illos solidet, & confirmet, vt potiùs fauore laudis, quàm naturæ, aut intelligentiæ alicuius impulsu excitentur ad motus nulla alternāte quiete immensos. Sic laudum passibus cucurrit ille alius à Theodorico egregie laudatus apud Cassiodor.

Cassiod. l. 1. Var. ep. 51.

Is enim, inquit, *frequenter victor, per diuersorum ora volitauit plus vectus fauore, quàm curribus.* Videtur Cassiodorus æmulari Panegyristem, qui ad suum Traianum sic fatur: *Cum orbem terrarum, non pedibus magis, quàm laudibus peragrasses.* En terræ,

Plin.

heroes, en astra cæli, immensa terræ, cælique spatia non magis pedibus, & impulsibus, quàm laudibus peragere; ac si laus sit eorum vehiculum, & velocitas. Bellè ergo ait Psaltes regius: *Verbo Domini* id est, laude & commendatione, cæli solidati, & confirmati sunt; *Et spiritu oris eius omnis virtus eorum*; Theodotion, *Omnis patientia eorum*: Tertullianus, *Vniuersæ virtutes eorum*. Quasi quicquid laudabile fulget in cælo, à laude Creatoris sit.

Theodor. Tertull.

86\. Neque inanimes duntaxat creaturas animant laudes; sed & bruta animalia laudibus excitantur. Siquidem nescio quo naturæ instinctu, quæ surda sunt ad alia præter voces, quasi natiua ruditate deposita; sunt ad laudes, anxia, & ingeniosa. Geneseos 4. vers. 15. *Fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum.* Quid opus fuit bestiales animantes, & brutas laudasse bestias? non enim laudes percipiunt. Quid brutæ reptiles, & fatuæ bestiæ laudibus titillātur? Audi Cassiodorum:

Genes. *Laudes stimulantur bestiæ.*

Cassiod. l. 1. Var. ep. 13.

Debetis, inquit, *Patres Conscripti, bene gerentibus, vt eos laudis vestræ comitetur assensus. Nam si equorum cursus hominum clamoribus incitatur, vt à mutis animalibus velocitas appetatur: quantum inde homines stimulari posse credimus, quos ad laudis auiditatem natos singulariter inuenimus:* Opportunè ergo bestiæ laudantur, quas sic commendatio demulcet, quibus sic prædicatio blanditur, vt tacito laudantis fauore stimulentur ad operis sui perfectionem ingeniosō laudum obsequio.

87\. Holofernis brutum ingenium, & fatua sæuitia deprehenditur, & reprehenditur in hoc libro, præsertim à cap. 3. v. 11. & sæpe alibi. At barbaricam eius ferociam sic mitigauit laudibus, sic emolliuit prædicationis blanditiis disertissima Iudithæ sapientia, vt postquam cap. 11. vers. 3. illum exaggeratiùs commendauit, depositâ belluinâ ferocia, hominem sapuit, & humanitatis dedit indicia, v. 20. & 21. Sic barbaries truculentæ naturæ mitigatur laudationis ingenio. Quod feliciter Iuditha prætitit astu prudenter exambiit Seneca, ita inchoans librum primum de Clementia ad Neronem, vt ferox eiusdem ingenium mitigaret ad aliquam humanitatem: *Scribere de clementia, Nero Cæsar, institui, vt te tibi ostenderem.* Scilicet in hoc libro, & sequentibus, quos illi destinat, elogia clementiæ ostendit, vt in eis quasi in speculo, se Nero intueatur. Profectò melius in libris de Ira se videret crudelissimus Imperatorum; & tamen laudis astutiâ erudire ad clementiam intendit immitem principem, vt emolliat laus, quem obdurauit natura; & laudatus à clementia exambiat clementiæ laudes: Vnde Panegyrista Plinius præcauens, ne suus Traianus in summa rerum potestate degeneraret à virtutis constantia, illi blandiùs adulatur de belli peritia, de bonitate indolis, de munificentiæ magnanimitate, de clementiæ vrbanitate, & addit: *Hæc tibi audire necesse est.* Quasi laudes suas audire non solùm Principem non dedeceat, sed & necessarium sæpe sit ad principem Principum politiam.

Iudith. *Laudibus sæpe mitigatur barbarorum ingenium.*

Senec.

Plin.

Lucæ 1. v. 67. Puer Ioannes recens natus soluit Zachariæ patris linguam: *Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu Sancto, & prophetauit, dicens; Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit*, &c. Opportunè addubitant interpretes quam ob causam Zacharias dicatur prophetare, cùm tantùm erumpat in meras laudes, quas in hoc cantico mirè deprædicat? Suspicari liceat laudationem esse quādam speciem Politicæ prophetiæ, quâ quod laudando prædicit, quodammodò prædicit, seu prophetat, nam rem laudatam aut inuenit, aut facit. *Faciebas ergo, cùm diceres, optimos*, ait Consul Plinius de suo Principe, eximio hominum laudatore. Quasi laudatio sit operatorius sermo, faciátque opere; quod verbis dicit; vel saltem non tam dicit, quàm prædicit; ac si laudibus insit prophetiæ aliqua energia. Sapientissimus Cardinalis noster Toletus ad cap. 1. v. 46. Lucæ exponens verba illa, quę audita Elizabethæ panegyri, *ait Maria; Magnificat anima mea, &c.* sic fatur: *Admirandum profectò colloquium Spiritus sancti per Elizabeth, sterilem, ac fœcundam, exclamantis; & Verbi per Virginem, & Matrem respondentis; inuicem laudantium, inuicem prophetantium.* Hæc ille. Mirifficè ad rem præsentem dixit: *inuicem laudantium, inuicem prophetantium*, quasi laudatio esset quædam prophetiæ species: & faustum omen facinoris laudati, aut commendatæ virtutis. Sic homines animantur à laudibus ad facienda opera laude digna, vt ipsa laudatio sit felix augurium, faustè ominans, quod dilaudat; & auspicium rei bene gerendæ, quam prædicat; iamque reputetur factum de quo faciendo laudatur. *Faciebas ergo, cùm diceres, optimos.* Quid exaggeratius?

88\.

Lucæ. Maldon. *Laudes prophetant.*

Plin.

Luc. Tolet.

Postquàm Deipara Verbum, quod diù mente conceperat, concepit & ventre: mox festinat in montana Iudææ, & vbi intrauit in domum Zachariæ, statim *Salutauit Elizabeth.* Luc. 1. v. 40. Verosimilis est interpretum sententia, (quam expressit nuper laudatus Toletus.) Mariæ salutationem prædicasse præter Dei elogia, laudes Elizabethæ. Nam alterum colloquium fuit Mariæ, & Elizabethæ; *inuicem laudantium inuicem prophetantium.* Et statim subdit Euangelista Lucas? *Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit in-* 90.

Lucæ. *Laus erigit ad faciendum laude digna.*

fans

Digitized by Google

fans in vtero eius. Ex salutatione laudatoria Mariæ, repletur gratia puer Ioannes, & in vtero à gratia excitante exiit. Quod affirmat Beda, & Ambrosius eleganter edisserit: *Votum*, inquit, *prior Elizabeth audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit. Illa Mariæ, iste Domini sensit aduentum. Istæ gratiam loquuntur, illi intus operantur; pietatisque mysterium maternis adoriuntur profectibus: duplicique miraculo prophetant matres spiritu paruulorum.* Audis ex ore Ambrosij vtramque matrem inuicem laudantem alteram, inuicémque decantatas laudes prophetantem? quasi laus prædicata sit prophetia gratiæ: nam ambæ matres, dum se dilaudant, *& prophetant, & gratiam loquuntur.* Quàm gratiam Maria laudás matrem Elizabetham, Baptistæ Ioanni ingerit; nam tunc exultauit à plenitudine gratiæ infans Ioannes in vtero matris Elizabethæ. Quasi audita, vel aliena laus à puero Ioanne, illi Spiritum & gratiam afflauerit. Quod summum laudis elogium est. Laudauerat Traianus quempiam è Quiritibus, & mox; *Accensa est iuuentus, erexitque animos ad æmulandum, quod laudari videbat; nec fuit quispiam, quem non hæc cogitatio subiret.* Verba sunt Panegyristæ. Ecce puerum Ioannem laudibus exultantem ad gratiam: ecce iuuentutem Romanam à laudibus ambientem virtutis laudatæ facinora: quod est quasi naturale laudis miraculum.

Beda. Ambros.

90. Lucæ 1. vers. 29. Recitatur panegyris Isocratica, Plinianâ vel laudatior, quâ Gabriel Angelus è cælo Rhetor, dixit in terris Mariæ Virgini, aiens: *Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Quæ oratio compendium est excelsioris laudis, quam mera creatura potest verè audire. Quæ autem ea gratia fuerit, ob quam Maria gratiâ plena dicatur, dissentiunt Doctores. Profectò B. Virgo plena tunc dicitur omni gratiâ, non quia tunc Verbum diuinum conceperat, vt plures ex Patribus affirmant: nam postea dixit Angelus: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, &c.* Sed quia verbum conceptura erat, dicitur præmaturè eâ gratia plena, neque enim cùm laudatur ab Angelo, erat incarnati Verbi gratia plena, nec erat Dominus cum illa, vti fuit mox quando carnem sumpsit: neque sic erat benedicta in mulieribus: sed potiùs mox benedicenda: nam in futuro scribitur Verbum *benedicere*, vt aduertit Maldonatus, qui plures ex Patribus allegat pro hac expositione, id est, Emissenum, S. Bernardum, Petrum Damianum, & alios. Nempe Angelus laudat Virginem de summa gratiæ plenitudine, de præsentia incarnandi Verbi in eius virgineo ventre, & de benedictione futurâ. Sed quare Angelus laudando, de præsenti esse dicit, quod mox futurum prædicit? Cur modo laudat de plenitudine gratiæ, quam tunc non habet? Scilicet, hoc est summum laudis encomium, vt laus sit ferè prophetia menti laudandi, & auspicium futuræ virtutis, quæ laude prædicatur, aut prædicitur. Nam vt luculéter dixit aliorsum Cassiodorus: *Talia iudicia non inuenerunt merita, sed fecerunt*, operante scilicet Spiritus sancti gratia. Angelus enim tunc non inuenit ea merita in Maria, vt tunc esset ea gratia plena, vt tûc esset Dominus cum illa, sicut mox erat per Incarnationem futurus: sed Angelus venerat è cælo nuntius ad operationem tanti meriti, & egregius laudum arbiter solerti industria Virginem de hoc merito anticipatis laudibus commendat, & laudádo prophetat merita mox futura: nam talia Angeli laudantis iudicia de merito Virginis, non inuenerunt merita, sed quodammodò fecerunt, extorquendo Mariæ consensum necessarium ad meritũ tantarum laudum. Ita vt quodammodò possit Angelus vsurpare illud eiusdem Cassiodori, & dicere ad B. Virginem: *Quicquid in te festiua gratulatione conspicitur, nostris verè laudibus applicatur.* Quasi Gabrielis laus sit, laudibus persuasisse Virgini, vt consensum præberet Incarnationis mysterio, quod à laudibus auspicatus est, laudibus expediuit difficultates, laudibus negotium absoluit, laudibus perfecit, quod laudibus prophetauit.

Lucæ.

Laudatio facit merita Deiparæ.

Emissen. Petr. Dam. Bernard.

Cassiod. l. 3. Var. ep. 1.

Meditatur Iuditha egregium facinus, comptiori ornatu è Bethulia egreditur, plaudente populo heroinæ laudibus, cap. 10. v. 8. *Dimiserunt transire, dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, vt glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero Sanctorum, & iustorum.* Audis populi laudes? Vide oculis prophetiam. Truncato Holoferne, victoria celebrata, venit è Ierosolymis Pontifex summus Eliachim cum suis Presbyteris, & hic vers. 10. sic Iuditham laudibus prædicant: *Benedixerunt eam vna voce dicentes; Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Ideò & manus Domini confortauit te, & ideò eris benedicta in æternum.* Quod hæc piè ambitiosa laudatio verè exaggerauit ad Iudithæ commendationem, reliqua eiusdem vitæ ratio, & meritorũ gloria vbertim comprobauit: nam vel laudum hyperbolem solet implere laudationis arbitrium, verúmque merendo facere, quod laudando exaggeratur: & quod videtur ingenij aut adulationis inuentum, fieri solet virtutis meritum. Ne assentari videretur Consul Plinius Traiano optimo Principi, quem maiorem censebat omni laudis ingenio, sic illum alloquitur: *Non nostri, Cæsar, ingenij, sed tuæ virtutis, tuorúmque meritorum voces fuerunt, quas nulla vnquam adulatio inuenit, nullus cuiusque terror expressit. Quem sic timuimus, vt hæc fingeremus. Quem sic amauimus, vt hæc fateremur.* Quod autem laudes excitauerint Traianum ad ambitiosum tot elogiorum meritum, adnotauit Cassiodorus alibi expensus, aiens: *Da Plinium, & accipe Traianum*: quasi Pliniana panegyris, id est, laudatior commendatio cudat Traianos, id est, optimos viros, & meritorum amplitudine magnos. Profectò vt sordidum & vile ingenium à laudibus inaniter vanescit ad culpam, sic optima indoles laudibus accenditur ad præclara virtutis facinora. Esto erga hos laudum quasi prodigus ad fœcunditatem virtutis; aduersus illos laudis auarus ad compescendam elationis vitiositatem. 91.

Iudith.

Iudith. Laus sæpè facit optimos.

Plin.

§. XX.

Procul esto à religioso Sacerdote mulierum etiam piarum frequens visitatio; ne familiaritas insidietur pudicitiæ.

NOxia omnino viro est mulieris consuetudo, etiam bonæ, nam vt improbitas desit, forma rapiat: oculi etiam castæ non castè feriunt, inest nescio quæ illis illecebra, etiam dum maturitatem, & pietatem loquuntur. Frons, deinde verba, vultus, capillatura, manusque, corpúsque totum teneritudine sua tanquã fulminibus virile pectus emedullant. Si ita virum fascinat pia fœmina, quid de improba, & omni lenociniorum supellectili ornata dicam 92.

dicam? Quid de curiosā oculorum iactatione, dum in oculis ipsius captiua virorum mens tanquam in triumphum ducitur? Quid de mollissimis verbis teneritudine suā robustis ad vincendos viros, obstrepentibúsque pudicitiæ disciplinæ? Quid dum omnium obtutibus suam pulchritudinem prostituunt, & mentito decore omnibus ignes obiiciunt, qui omnium virorum glaciem, & frigora soluunt, & in fornaces vertunt. Quis enim nesciat inuitatoria illa esse libidinum. Quid cùm cætera corporis laciniosis pomparum, & deliciarum ineptiis occupantur, quo de proximo curent lasciuiæ negotium? Inuigilat impensè harum industria in palpebris venustandis, oculis picturandis, genis fucandis, quò natura ab arte adminiculum fallendi sumat, vt sic virorum stuporem ædificent, mutuóque lenocinio fortiùs illudant virili robore. Quis pudicitiæ amans ad hæc attendens, & videns non tantùm ludentes oculos, sed in vultu, in tenera ceruice, in vberibus, (taceo reliqua, non tacebo tornatum manuum candorem) non exclamet: fuge, quisquis salutem amas? Argutè sanctus Maximus feminam dixit *Fomitem iniquitatis*. Porrò femina alter concupiscentiæ fomes est extrinsecus, inquam, spirans ignium minas, ructans lasciuiam, euomens gehennæ incendia. Eccles. 25. v. 33. *A muliere initium factum est peccati, & per illā omnes morimur. Ac proinde longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius.* Prou. 5. v. 8. Quid de familiaritate diceret? quid de crebro cum illa colloquio? Quid de repetita visitatione? Secedamus ab hoc noxio femineo aditu, non nisi funesto exitu claudendo. Neque excusat pietas, quem accusat periculum. Pietatis officium sæpe mentitur causam, vt visas, & reuisas feminas; sed caue *ne gratiam Dei transferas in luxuriam*, Iudæ v. 4. Timeat probus quisque, sed præcipue Sacerdos ne sub specie pietatis imprudenter hauriat dulce hoc venenum, ne aliis prosit cum sui periculo. Non licet cum mei ruinā mercari alienam incolumitatem. Suspectus sit Sacerdoti feminarum aditus. *Ne appropinques foribus domus eius.* Famæ tuæ consule, prouide religioni, caue occasionem, time luxuriam, quam ructat feminea conuersatio. Nemo existimat sanctitati Sacerdotum licere feminarum domos adire: quod olim vetitum fuit, & nunc periculum culpat, & populi suspicax murmur sæpiùs damnat. Quid Sacerdoti cū feminis, quibus renūciauit? Per professionē enim castitatis ipse euiratur, & nullius sexus fit. Rarò in hoc vitio peccatur à Sacerdote Catholico, & religioso: sed ne vnquā peccetur, obiiciam doctrinā Conciliorū, & Patrū, super hac re.

Mulier est fomes iniquitatis.

Maxim. hom. 6.

93. Eccli.

Prouerb.

Iuda.

94. In Concilio 3. Carthaginensi circa tempora Syricij Papæ tom. 1. Concil. cap. 25. serò decernitur, vt *Clerici ad viduas, vel Virgines, nisi iussu vel permissu Episcoporum, & Presbyterorum non accedant, & hoc non soli faciant; sed cum clericis, vel cum his, cum quibus Episcopus iusserit, vel Presbyter. Nec Episcopi, aut Presbyteri habeant accessum ad huiusmodi feminas, nisi aut clerici præsentes sint, aut graues aliqui Christiani.* Grauis profectò, sed necessaria præcautio, qua consulitur clericorum pudicitiæ, ne clerico, aut Sacerdoti liceat aditus ad domos feminarum, nisi priùs causam illas adeundi examinet Episcopus, aut presbyter, & fidum comitem illi adsociet, ne solitudo cum muliere occasio sit impudicitiæ clericorum. Esto, non sordidetur Sacerdotis castitas, saltem polluitur fama Sacerdotij. Vtrique malo sanctè præcautum est à Concilio. Sed aduerte non solùm minores clericos, sed & Ecclesiarum presbyteros prohiberi ne inuitant feminas, nisi clericis, aut grauibus Christianis præsentibus. Dedecet enim vt Dei Sacerdos singulariter adeat feminas absque arbitris, ne solitudo insidietur pudicitiæ. Hinc institutæ sunt Diaconissæ in Ecclesia, quarum munus erat, vt si qua mulier egeret quidpiam negotij tractare cum Episcopo, Diaconissam adiret, & ipsa adibat Diaconum, & Diaconus Episcopo nunciabat, ne vlla mulierum ad Episcopum accederet iuxta Beatum Clementem Romanum, Const. Apostol. c. 4. lib. 2. De quo legi potest Pamelius ad lib. Tertull. de exhortatione castitatis, n. 72. & Cornel. in epist. 1. ad Timotheum. c. 5. n. 51. qui sanctum hunc Ecclesiæ morem confirmat aduersùs Hæret. ex Concil. & Patrum doctrinā. Vides oculis quantā cum cautelā prouisum est, ne homines Deo dicati, & sacris addicti inuisant feminas, vt omnis consuetudo, & familiaritas cum illis tollatur, quæ fomes impudicitiæ est, & luxuriæ periculum. Nemo ergo Sacerdos facile adeat ad quam nunquam accedere licet. Porrò τὸ *Accessus* visitationem significat in præfato Concilio: & accessus ad feminas quid inhonestum vulgò sonat. Quasi accessus visitandi causa non valde distet ab impudico accessu: Sanctè ergo Sacerdotibus interdicitur visitatio feminarum.

Conc. Carthag. *Sacerdos sine licentia Episcopi designantis comites, nequibat aliās feminas visitare.*

Clem. Romanus. Pamel. Cornel.

95. Quid ergo? Pietas, & religio vetat Sacerdoti piè visere religiosas feminas? Vrbanitatem prohibet diuina lex? flebilium viduarum necessitatibus non occurrat Sacerdos? non fouebit spiritualem virginum profectum? pupillæ non opitulabitur? Verebitur Sacerdos manum porrigere miseris mulieribus? Cauendum est, ne qui videtur pietatis fomes, sit pruritus lasciuiæ, & initia pietatis concupiscentia claudat: familiaritatis femineæ funestus exitus est. Matthæi 5. vers. 29. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proiice abs te. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te.* Quid? hic culpatur pietatis dexteritas? Exul erit vrbana misericordia à viro religioso? Fortè commendatur sinceritas oculorum, id est, concupiscentiæ; & manuum, id est, operum. Audiendus est Auctor imperfecti hanc Christi sententiam commentans Hom. 12. in Matth. sic aiens: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, abscinde eum, &c. Vt puta erat mulier quædam religiosa, & virgo, vel vidua: respexi, & consideraui, & dixi: debeo visitare illam mulierem assiduè, vt si quid religionis ignoret quasi mulier, instruam eam, & confirmem ipsam in bono proposito eius: Bonus respectus est iste, & dexter oculus; sed dum assiduè visito eam, decidi in laqueum desiderij eius: & ille bonus respectus meus, & dexter, factus est mihi in scandalum. Vel ita videntes me quidam agere fiducialiter cum ea, scandalizati sunt, dicentes: Quid sibi vult hoc esse, quòd iste sic familiariter loquitur cum puella? Oportet ergo præcidere tale opus bonum, quod vel mihi, vel alteri generat malum.* Quid opportunius ad confirmandam thesim propositam? Vel ipsa pietas suspecta sit Sacerdoti, vt non frequens adeat feminarum domos, ne religio lenocinetur cupiditati, & gratia Dei transferatur in luxum. Neque tantummodò ædes religiosarum Virginum, aut continentium viduarum frequentandæ non sunt à religioso viro, sed neque sancta piarum Virginum gynecæa. Quod sollicitè cautum est in Concilio Lateran. sub Alex. 3. part. 1. cap. 11. his verbis: *Monestaria præterea sanctimonialium, si quisquam clericus sine manifesta, & necessariā causā*

Matth.

Visitatio etiā pia feminæ insidiatur pudicitiæ.

Gynæcea sanctimonialium non sunt frequentandā à Sacerdote. Conc. Lat.

frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur, & ſi non deſtiterit, à beneficio Eccleſiaſtico reddatur immunis. Præſumit de ſe Clericus, qui audet frequentare ſanctimonialium colloquia ſine vtriuſq; aut famæ, aut caſtitatis iniuriâ: nam frequens viſitatio, aut cupiditatis lenocinium eſt, aut indicium, aut vtrumque.

96. Profectò Sacerdos dum munus ſuum obit in Eccleſia, mundiſſimè agit; nempe immaculatam altaris ſacrificium offert, luſtrat fideles munda aqua, omnes emaculat piis concionibus, & pœnitentiæ ſacramento, à delictorum ſordibus emundat. Itaq; Sacerdos populorum mundities eſt, ſed in domo Dei: nam in domibus alienis neſcias an ſatis mundus ſit. Philo in lib. quod Deus ſit immutabilis, verſans illud Leuit. 14. v. 36. vbi ſtatuitur, quod Sacerdos mundam, aut immundam eſſe à lepra domum quampiam declaret. Si domus fuerit lepræ ſuſpecta, inquit, *præcipiet Sacerdos, vt efferantur vniuerſa è domo, vt videat & non erunt immũda quæcunque in domo ſunt. Poſt hæc intrabit Sacerdos, vt conſideret.* Aduerte ad verba, quæ ſubdit Philo: *Ergo priuſquam intret Sacerdos pura ſunt, quæ domus continet, ille autem introgreſſo, impura omnia. Atqui contrarium erat veriſimilius poſt introitum viri purificati, perfecti, ſoliti pro cunctis ceremonias obire, & vota ſacráque facere, rem in meliorem ſtatum mutari, & ex impuris puras fieri. At nunc nec in eadem conditione permanent, ſed ſuperueniente Sacerdote deteriores redduntur.* Porrò Sacerdos, qui in domo Dei mundus eſt, & emundans omnes; in aliena domo, aut immundus eſt, aut vulgò dicitur; & immundus ipſe, omnes illius domus non ſemel ſordidat, non bonâ famâ frequentioris aditus. Caueat Sacerdos, caueat diligenter à lepra qua feminarum familiaritas, & frequentior viſitatio inficit, & toxicat puriſſimum ſacerdotium. Vnde in hac re attentiſſimâ cautela ſibi conſulebat Iuditha, quæ etſi deuotiſſima erat rebus ſacris, & tota addicta Dei cultui, & religioni, eius domum non adierunt Presbyteri Bethulienſes, qui tunc res pacis, & belli adminiſtrabant, nec in dira obſidione, & certo rerum diſcrimine, auſi ſunt ad illius domum accedere, & illam, vtpotè Prophetidem conſulere in tanta prophetarum egeſtate; ſed opus fuit vt ipſa c. 8. v. 6. Dei inſtinctu miſerit ad Presbyteros *Chabri, & Charmi, & venerunt ad illam,* vt modum liberationis à Deo inſpiratum illis aperiret ne Presbyteri rei ignoratione retardarent, aut impedirent facinoris ſucceſſum. Religioſa Iudithæ, & Presbyterorum cautela ſit noſtra eruditio. Plura qui volet ad hanc theſim confirmandam, legat ſermonem dignum Chryſoſtomo aduerſus eos, qui apud ſe habent ſorores adoptiuas, tom. 5. Et Eliachimus ſummus Sacerdos hic v. 6. venit ex Ieruſalem cum Presbyteris ſuis, vt gratularetur Iudithæ de illuſtri victoria: Diſce cauſam digniſſimam viſendi, diſce vtriuſque piam cautelam.

Domus priuata quomodo inquinetur Sacerdotum ingreſſu.
Philo. Leuit.
Iudith.
Chryſoſt.

§. XXI.

Sacerdotium Sacrarium eſt Chriſtianæ Religionis, & officialis Dei omnipotentiæ æmulum.

97. SAcerdos Ioachim bellè & verè dicitur *Sacerdos Domini magnus.* Porrò ſacerdotium non plenè inuenit, ſed facit magnum, magnum inquam, & potentiæ amplitudine, & gloria poteſtatis. At neque qui deductum habet nomen à trabeis, & purpuris, & triumphis; neque qui recolit exeſam ſenio nobilitatem; neque qui opibus fulget, aut affinitate procerum, aut meritis ſecularibus, nec aliud Eccleſiis præfici debet. Multò minùs malè docta Sapientum adulatio, & bene ſolers candidatorum ambitio, & feliciter negotiatrix munerum ſumptuoſa largitio, Præſulem creet. Nam ſacerdotem vitæ probitas, morum integritas, rerum experientia, ſcientiarum eruditio, ſanctimoniæ laus commendat. Hic, hic, inquam, ſolus in Apoſtolica ſede dignè locatur: illi verò in proditoris Iudæ Cathedra, cuius videntur ſucceſſores, vt ait Gildas Sapiens aduersùs Angliæ ſacerdotes. Qui enim probos mores adducit ad ſacerdotium, verè *Sacerdos Domini magnus eſt*, fitque à ſacerdotio magnus, & amplitudine poteſtatis, & ſanctitatis gloria. Itaque vtramque Sacerdotum magnitudinem & à gloria virtutis, & plenitudine poteſtatis, paucis hic dabo, pauca de multis.

Iudith.
Gildas.

98. Et quidem quanta conſcientiæ puritate, & animi & corporis innocentia, & integritate fulgere debeat, qui altari aſtat, ſignificat S. Nazianzenus dicens: *Adeſte iam omnis Baſilij chorus, tam qui ſacrarij eſtis, quàm qui inferioris ordinis.* Audis ſacerdotes Epiſcopoſque dici Eccleſiæ ſacrarium? In Eccleſiarum ſacrariis piè adſeruari, & religioſè coli ſolẽt ſanctorum exuuiæ, & Martyrum ſanctiſſimæ reliquiæ. Ergo ſacerdos ſit ſacrarium ſui, in quo populus colat Apoſtolorum ſucceſſorem, Virginum integritatem, Confeſſorum aſperitates, Martyrum tormenta. Tiberius Saturni *Sacerdotes votiuis crucibus expoſuit*, ait Tertullianus. Magnus ſacerdos Baſilius piè æmulatus eſt hanc impietatem; ne deſit Chriſtiano ſacerdotio, quod in pagano adorabatur. Sic fatur S. Nazianzenus. *Atque ipſum quidem Baſilium* (Imperator) *vidit ante populum recto corpore ſtantem, nec corpore, nec oculis; nec animo vllam in partem ſe mouentem; ſed Deo, vt ita dicam, & altari affixum.* Ecce tibi magnum ſacerdotem Deo, & altari, velut cruci affixum, votiua cruce expoſitum, vt viuus martyr, & cadauer animarum, & Eccleſiæ ſacrarium, planè dignum, quem veneraretur ſummus Orbis Imperator, cum auditorum proceribus, non tantùm vt hominem in cruento martyrio illuſtrem, ſed *vt ſi in ipſis cœlis collocatus, inter cœleſtes illas virtutes medius ſtaret*, ait Chryſoſtomus.

Nazian. Orat. pro Baſilio. Sacerdos eſt Sacrarium.
Tertull. Apolog. c. 9. Sacerdotes aſſigari, velut cruci affixos.
Nazianz. ſupià.
Chryſoſt. l. 3. de Sacerdotio.

99. Cæterùm tanta eſt ſacerdotum dignitas, vt olim non tantùm hoſtiæ & aræ, ſed & *Sacerdotes coronis coronentur*, ait Tertullianus. Nempe Sacerdos cùm ſacerdotij munera obit, inclyta ſacrificabat corona redimitus: in ſignum regiæ poteſtatis, quæ ſumma videtur apud homines; etſi Sacerdotalis auguſtior ſit. Nam vt rectè Antonius Abbas in Meliſſa, ſermone 3. de bonis Epiſcopis: *Tantò eſt ſuperius regno ſacerdotium, quantum eſt inter ſpiritum & carnem interuallum*: Quid abiectius & humilius carne? quid ſublimius, & auguſtius ſpiritu? Tantùm excellit ſacerdotalis auctoritas regiam dignitatem. Quod luculenter tradit Seuerus Bituricenſis in lib. de vita B. Martini, quem cùm inuitaſſet ad conuiuium Maximus Imperator, & pocillator pateram Imperatori dediſſet; ille magno Sacerdoti Martino dari iubet: *Expectans atque ambiens, vt ab illius dexterâ poculum ſumeret, Sed Martinus vbi ebibit, pateram preſbytero*

Tertull. l. de Corona Militis. c. 10.
Antonius.
Seuerus. Bituri.

sbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se biberet: nec integram sibi fore, si aut Regem ipsum Presbytero praetulisset. Quod factum Imperator, omnesque qui tunc aderant, ita admirati sunt, vt hoc ipsum eis, in quo contempti fuerunt, placeret. Scilicet secundum esse a Sacerdote Turonensi, vel ipse Maximus Imperator ambiisse dicitur. Porrò ambitio immodici, & immeriti honoris appetitus est; & summus Orbis Imperator ambit esse post Sacerdotem, nec obtinuit. Nam magni Sacerdotis presbyter Imperatori praelatus est. Addit Seuerus, (quod maximè mirêre,) Imperatorem ipsum, & palatinos proceres à palatio fastum, & adulationem edoctos, sic factum Martini *admiratos fuisse, vt hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant placeret.* Nempe aulicorum, & Imperatorum fastus, etsi deuenustatus, & contemptus, admiratur, & laudat se presbyteris posthabitos fuisse. Tantus enim támque illustris est Presbyteri honos, vt Imperiale fastigium, etiam dum contemnitur, & postponitur, gaudeat & gratuletur suae gloriae, vt habeatur dignum, quod proximè succedat Sacerdotali dignitati. Ne ergo vilescat Sacerdos, sed pia ambitione quasi superbiat tam sublimi honoris fastigio auctus.

Ambiat Imperator posthaberi Sacerdoti.

100. Lucas. Lucae 9. vers. 29. *Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ascendit in montem.* Quare Beatitudinis glorias ostentat Christus, qui excessum Passionis ambit? Deinde quam ob causam non admittit Apostolos omnes ad Thaboris gloriam? reliqui enim aut moerore repulsae, aut inuidiae liuore tabescent. Praeterea, cur iterum assumuntur Petrus, & Iacobus, & Ioannes aliis fauoribus adsueti? Quid opus est, vt hi prae aliis beatam Thaboris gloriam videant? S. Ambrosius ibi, sic respondet: *Petrus ascendit, qui claues regni caelorum accepit, Ioannes, cui committitur mater, Iacobus, qui primus solium sacerdotale conscendit.* Scilicet Petrus videat beatam gloriae felicitatem, qui accepturus est potestatem remittendi peccata, vt à gloriae bonitate dignè aestimet peccatorum malitiam. Ioannes etiam à beata gloria discat, qua cultus reuerentiâ debeat tractare gloriae dominam, & caeli Reginam. Et Iacobus, qui primus sacerdotale solium ascendit, erudiatur dignè tractare sacerdotium à beata Thaboris gloria. Porrò è caeli gloriosa beatitudine discere debet Olympica Eucharistiae mysteria conficere, & tractare humanae reconciliationis arcanum. Tanta enim res est sacerdotale munus pro dignitate obire, vt vel à beata gloria edifcendus sit. *Ensayense Pedro y Diego en el Thabor, y aprendan con noticias de gloria à estimar y administrar dignamente el sacerdocio.* Gloriosum quippe est sacerdotale munus, & ideò Olympiis gloriis edifcendum in Thabore 1. Corinth. 11. vers. 7. *Vir quidem non debet velare caput suum quoniam imago, & gloria Dei est.* Est hendyadis. Quemadmodum enim cecinit Poëta, *aurumque fraenosque momordit*, id est, fraenos aureos momordit: ita inquit Paulus hic, quod vir est imago Dei, & gloria, id est, imago gloriae, vel gloriosa imago, in qua maximè elucet Dei maiestas, & imperium: est enim vir in supremo rerum gradu collocatus in hoc mundo, & tanquam secundarius aliquis Deus, dominans omnibus. Sed sciendum est quis sit iste vir, qui dicitur à Paulo imago & gloria Dei. S. Aniectus in Epist. ad Episcopos Galliae, hanc Pauli sententiam intelligit maximè de viris, qui sunt in clero, seu de sacerdotibus. Sacerdos enim est imago, & gloria Dei, vel imago gloriae, seu gloriosa Dei imago, repraesentans & an-

Ambros.

A beata gloria ediscendum est Sacerdotij munus.

1. Corinth.

Virgil.

S. Aniectus.

ticipatis gloriae fulgoribus exprimens beatam Dei gloriam, vt insinuat Cornelius praefata Pauli, & Aniecti verba dilucide expendens. Cornel.

101. Praeterea nemo dicendo assequi valet summam Sacerdotum potestatem. Supra Regiam, & Imperatorum eminere nuper tradebam. Et quia aliquando regius familiaris ambitione principandi plus imperitare solet, quam Rex ipse, (parco exemplis, quae vbertim adaggerat Politico-Christianus:) ideo Sacerdos familiari regio in potentia comparatur 2. Regum 8. vers. 18. *Filij autem Dauid sacerdotes erant.* Quod ad publicandam eorum potentiam dicitur. Lyranus ibi, sic locum commentatur: *Filij autem Dauid sacerdotes erant, id est maiores, vel primi ad honores. Vnde 1. Paralipomenon 18. vers. 17. habetur: Filij autem Dauid primi ad manum Regis. Non enim potest dici quod essent sacerdotes propriè in tabernaculo ministrantes, quia non erant de genere Aaron.* Quod expressiùs traditur eodem lib. 2. Regum cap. 20. vers. 26. vbi scribitur: *Ira autem Iairites erat Sacerdos Dauid.* Lyra ibidem: *Id est, magnus apud eum: sicut dictum est suprà, quòd filij Dauid sacerdotes erant. Dicit autem Rabbi Salomon, quod Dauid fecerat istum principem, & iudicem, id est, magnum inter principes & iudices,* Scilicet Ira Iairites, qui regius erat familiaris, non tantùm dicitur magnus princeps, & iudex, sed inter reliquos principes, & iudices valdè magnus, quasi principaretur principibus, proceribus, iudicibus. Ad quam summam potestatem exprimendam, consultò facit historiographus vsus est nomine Sacerdotis: non quia Ira sacerdos esset, ait Lyra, sed quia nullo alio aptiori vocabulo tanta potentia exprimi potuit, nisi nomine sacerdotis ad exaggerationem sacerdotalis potentiae. Nisi fortè Ira regius familiaris ambitione potentiae sese inferebat non tantùm in negotia secularia, sed etiam in sacerdotale ius.

Regius familiaris ad exaggerationem potestatis dicitur sacerdos.

Scrib. 2. Reg.

Lyran.

1. Paralip.

2. Reg.

Lyran.

Rabbi Salomon.

102. Parum foret Sacerdotis dignitatem suprà omnem secularem potentiam eminere, nisi etiam Dei aemularetur omnipotentiam: nam peccata dimittere, Sacramentum Corporis, & Sanguinis Dei conficere, super humanum fastigium est. Theophanes in libro, quo differit, Quid sit sacerdotium, ita fatur: *Hoc ergo opus excellentissimum, & Apostolis similiter operandum tradidit, & per illos illorum successoribus, & deinceps reliquis vsque ad finem vitae praesentis. Vnde non errauerit, ò dilecti, si sacerdotium esse dixerit, opificialem Dei potentiam.* Ecce tibi sacerdotium dicitur à Theophane, *Opificialis Dei potentia:* Scilicet vicaria Dei omnipotentia cunctorum opifex. O grandior laus! Sed aduerte sacerdotium substituere vicarias Dei vices, dum remittit peccata, quod solius Dei elogium est; & dum perficit sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi Dei: ne omnipotentiâ diuinâ quasi re propriâ fungi videatur Sacerdos, quae in modica, & supra humanum fastum potentia apparet. Vitium est Paschasio eius detrahere potestati. *Vnde* (verba sunt Paschasij) *Sacerdos non ex se dicit, quod ipse creator Corporis, & Sanguinis esse possit, quia si hoc posset, quod absurdum est, Creator creatoris fieret.* Haec enim summae Sacerdotum laudis diminutio, exaggeratio sacerdotalis laudis est, quae augetur magis dum magis minuitur, & à detrimento accipit incrementa. Opportunè Tertullianus agens de Imperatore, cui in triumphi superba gloria, gloriae detrahebatur, sic inquit: *Suggeritur ei à tergo, Respice post te, hominem memento. Etiam hoc magis gaudet, tantâ se gloriâ coruscare, vt illi admonitio* condítio

Sacerdotium est opificialis Dei potentia.

Theoph.

Pasch. lib de Corpore & Sang. Dom. c. 12.

Tertul. Apolog. c. 33.

Digitized by Google

conditionis suæ sic necessaria. Gratulor sacerdoti se tam illustri gloriâ fulgere, tantâ potentia fungi dû conficit corpus, & Sanguinem Christi Dei, vt illi admonitio conditionis tuæ sit necessaria, ne *Creator creatoris* esse videatur, dum *opificiali Dei potentia* fungitur. Non possum hic non subiungere vulgaria Petri Damiani verba, dum sic scribit de Sacerdotio: *Consummatus honor, hominem in terris positum cælis impetrare. Præcedit Petri sententia sententiam Redemptoris; quia non quod Christus, hoc ligat Petrus, sed quod Petrus, hoc ligat Christus, Iudicat Petrus, & Petri iudicia confirmat Omnipotens: & est in manu Petri manus Altissimi.* O Sacerdotium gloriâ & potentia verè magnum! benè, & verè dicitur, *Sacerdos Domini magnus*: magnus gloria, potentia maior.

Petr. Dam. serm. 26.

Iudith.

§. XI.

Ambitiosus opum fastus Sacerdotem dedecet: augustior apparatus in Præsule sit pompa meritorum.

103. QVi Episcopum desiderat, bonum opus desiderat: quasi Episcopatus res est operis, non pulchra nominis appellatio: non est otium honoris, sed negotium laboris. Omnes sponte eunt ad Pontificiam sedem; sed vt ibi sedeant; non vt ministeria sedis obeant. Vnde *nomen iam inane est Sacerdotis effuso videlicet in ipsos quoque principes contemptu*, inquit S. Nazianzenus. Ipsa throni sublimitate infelicitur dehonestatur, qui sublimis throni honores & opes quærit, non officia dignitatis. O quot, qui Episcopatum in Ecclesia desiderant, nullum opus desiderant, sed cathedræ censum, immunem opere. Tenuem Ecclesiam sine riuali, tenuis quisque obtinet; diues & opulenta cathedra ambitur à multis. Et ita sublimior Ecclesiæ honos, species quædam honesti quibusdam lucri fit, & artificium opulentæ negotiationis: quasi præsulis officium sit res acquirendi, non elargiendi opes. Genesis. 1. v. 16. Sol constituitur *Præses diei*, quia diem tota aureæ lucis opulentia ditat semper; videlicet Solis præfectura ab indefecta munerum largitione est. Opportunè S. Nazianzenus sic fatur: *Nos adolescentes antistites, miniméque adulta prudentia, nec tantulum quidem panis & vestium habentes, vt quibusdam præesse queamus.* Igitur emenda est celsi throni sublimitas, non præuiis donatiuis, quibus auaritiam electorum candidatus subornet, sed crebris munerationibus, quibus inopiam subiectæ plebis subleuet, & succurrat necessitatibus subditorum. His muneribus pietatis dignè mercari thronum licet: ne alioqui Crucifixi census impendatur, ad luxum, & sumptus secularis vitæ, sub religioso prætexto. Ergo procul fastuosæ diuitiæ ab Ecclesiarum Præsule: procul furax sagacitas, & auara rapacitas à diuinorum Antistite.

Præsul largitionibus præsit.

Nazianzen. orat. 1.

Genes.

Nazianz. supra.

104. Iudicum 9. v. 1. Decreuerunt Arbores Regem sibi eligere. Primò oliuæ sponte offerunt regnum: ipsa recusat imperium, ne cogatur deserere opulentiam propriæ pinguedinis. Oblatum regnum reiicit Ficus, reiicit & Vitis; ne cogatur ficus illis impendere aut mellitum succum, aut vitis generosum liquorem, qui magno in pretio est apud Deum & homines. Demum *Dixerunt omnia ligna ad Rhamnum: veni & impera super nos. Quæ respondit eis: Si verè me Regem vobis constituistis, venite, & sub vmbra mea requiescite.* Alias notaui diuites arbores refutasse imperium, ne cogantur erogare subditis proprias opes: quasi Principis munus non sit mutuus corradendi diuitias alienas, sed obligatio erogandi proprias. At paupertima Rhamnus statum annuit optatæ electioni, & iubet, vt statim subditi omnes propiùs ad se accedant. Quid eruditionis latet sub hoc Apologo? Hugo ibidem: *Ligna siluarum, id est, clerici vadunt, vt eligant Prælatum. Per oliuam, ficum, & vitem, quæ eliguntur, & non recipiunt, significantur Religiosi, qui nolunt promoueri in sæculo ad prælationes. Tunc ligna siluarum præficiunt sibi Rhãnum, id est, prælatum, qui aculeatus, & spinosus efficitur, spolians subditos, sicut spina, quæ spoliat oues, quæ tangunt eam.* Nimirum rubus austerus, & aculeatus ambit & vltrò acceptat prælationem, & subditos sibi approximari mandat, vt eos spoliet. Eius præfectura præda est, & spoliatio subiecti gregis, adunca spinositate deglubit oues, & defraudat vellere. *Et Zarça que os quitara la capa de los hombres.* Hic hic prælationem dissimulanter ambit, hic oblatam non recusat, qui commoda sua quærit, qui lucrosos quæstus captare prætendit. Rapax est rubi præfectura, furax est rhamni prælatio. Aculeatus, spinosus, cruentus est ille Præsul, qui propria lucra ex prælatione captat. Et addubitabit aliquis, an clericus auarè lucra captans, satis Christianus sit, S. Bernardus ita scribit Episcopo, & Clero Spirensi; qui fortè ob negotiationes non benè audiebant: *Taceo quod sicubi desunt (lucrosi Iudæi) peius Iudaizare dolemus Christianos fœneratores: Si tamen Christianos, & non magis baptizatos Iudæos conuenit appellari.*

Iudic.

Præsul non sit vt rhamnus.

Hugo.

Vsura facit Christianos Semi iudæos

Bernard. ep. 322.

Ioannis 21. vers. 15. Dixit Christus Petro, *Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos.* Benè subditi appellantur agni, quia agnorum plebecula inutilis est: nam ex agnis nec mulgetur lac, nec tondentur vellere, nec agni mactâtur ad escas, agnina enim insulsa caro est. Ac si dicat Christus, Petre, esto hominum Præsul: sed scito homines esse agnos, illos pasce, ne pascaris ex illis. Benè ait P. Damianus explicans illud Lucæ 10. *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Mali Pastores non sicut agni inter lupos, sed potius sicut lupi inter agnos sunt.* Addit etiam: *Pasce oues meas.* Id est, scito te pastorem esse, non Dominum. Pasce oues, non mulge, non tonde, non macta. Tibi pascendi labor sit, mihi totius gregis vtilitas. Non te pascas ex illis, sed illas pasce mihi. Eleganter S. Augustinus tract. 123. in Ioannem. *Nam quid est aliud si diligis me, pasce oues meas, quam si diceretur, me diligis; non te pascere cogita. Sed oues meas sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam in eis quære, non tuam; lucra mea, non tua.* 105.

Ioann.

Bonus Præsul pascat agnos inutiles.

P. Dam. ser. 5.

Lucæ.

August.

Ius pascendi Petro datur, titulus dominij negatur. Et ne quis alleget quasi titulum lucri se esse successorem Petri, aut Apostolorum, audiat elegantissima verba S. Bernardi, quæ scripsit ad Eugenium Papam, agens de opibus necessariis ad apparatum Pontificium: *Ipsa quoad animi bonum spectat, nec bona sunt, nec mala: vsus tantùm horum bonus, abusio mala, sollicitudo peior, quæstus turpior.* Aduerte ad verba, quæ subdit Bernardus, *Esto, vt alia quacumque ratione hæc tibi vendices, sed non Apostolico iure: neque enim ille tibi dare, quod non habuit, potuit: quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem super Ecclesias:* Quid illustrius dici potuit pro hac re? Scilicet Petrus dixit. Argentum, & aurum non est mihi, quod habeo, hoc tibi do. Dedit ergo Petrus, dederunt cæteri Apostoli successoribus 104.

Bernard. li. 2. de Consid. Petrus non tam dedit opes Præsuli quàm sollicitudinem.

cessoribus suis, non opes, quas non habebant, sed potestatem, & Ecclesiarum sollicitudinem, quam habebant. Igitur Apostolico iure diuitiæ conquirendæ, & adaggerendæ non sunt, nam ipse Apostolicus titulus probat pecuniarum rapinam esse, sic pecuniam conquirere. *Agnosce hereditatē tuam in Christi cruce, in laboribus plurimis.* Sit pro ambitioso fastu, sobria humilitas, magnificus apparatus sit pia meritorum ambitio: *sumptus virtutum* Antistiti cōgrui, non secularis prophanitas. *Vides omnem Ecclesiasticū Zelum feruere sola pro dignitate tuenda? Honori totum datur. sanctitati nihil aut parum.* Sumptuosa auctoritas, vitium est. Quid auctoritas defuit Petro, nulla apparatus pompâ conspicuo? Quid reuerentiæ non fuit exhibitum Martino humili, & pannoso? Quid æquè in veneratione fuit apud Hispanos, quàm Cardinalis Ximenez de Cyneros, Archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum Primas, Regni gubernator? Et humili asello vtebatur, non superbâ equorum sessione. Ambitiosior auctoritas est pompa meritorum; merita suspicimus in Sacerdote; regalem seu seculare fastum despicimus: nam superbus famulitij apparatus negat Sacerdotale munus, quod obeunt, & propter quod adorantur. Proh tempora in quibus sic languet aliquorum Antistitum virtus, (Fateor perpauci illi sunt,) vt egeat secularibus fulcris ad tuendam auctoritatem: & in subsidium meritorum adsciscitur laïcorum superflua prophanitas. Superfluus inquam; & ambitiosior fastus hic taxatur à Bernardo, non congruus & visitatus in Ecclesia, & Ecclesiasticam maiestatem decens, quicquid oblatrēt Hæretici. Verùm sic conuenit ostentare auctoritate, vt pauperes ex Ecclesiastico redditu subleuentur, vt subditi non depauperentur. Sit exemplar Ozias in communi sententia, summus Bethuliæ Sacerdos, qui cap. 6. v. 19. miserum Archiorem hospitio, & conuiuio subleuat, neque in tam calamitoso bello depauperat subditos, aut accendo hosti, aut placando nummi subsidia expetens. Vide hic v. 9. frugalitatem Ioachimi summi Hebrææ gentis Sacerdotis.

Bernard. supra.

Cardinalis Cysneros ambitiosa pietate asello vtebatur.

§. XXIII.

Christiana sanctitas non renunciauit comitati: vrbanitas Apostolica, Angelica, & Diuina laudatur.

107. CONstituimus superiùs, Indignam esse bono viro inanem ambitionem de loci præeminentia, de sedis primatu, de præuentu salutationum, de submissione locutionis; has enim nænias negligit homo Christianè prudens; sed quod erga se prudenter negligit, aliis exhibere sollicitè studet: neque enim politiæ renunciauit virtus, quæ inciuilis non est, neque barbara, neque rusticana, sed valde curat de ciuilitate. Quod videre licet in Iuditha hic v. 10. quæ vrbanissimè egit cum Ioachim. Itaque quisquis virtuti solerter studet, minimè negligat hanc politiam; nam qui virtutem causatur ne vrbanus sit, non eam excusat, sed accusat. Beneuolum te omnibus præbe, benignum, comem, facilem; læto vultu venientes excipe, læto dimitte; venerabundus perhumaniter venerare, primas in loco concede facilis; ciuilitate vince omnes, vinceris à nemine, etiam infra genus tuum te abiice, & fortunam tuam; gaudet comitate, ac quasi paritate humilis populus, fastum detestatur. Munificum etiam te exhibe: profundè etiam nonnunquam.
De Celada in Iudith.

Iudith.

Virtus non est inurbana, sed de cœlo allata politia.

Non potes rebus: Nemo verbis pauper est, profunde verba plena humanitatis, vrbanitatis plena. *Honore inuicē præuenientes*, ad Rom. 12. v. 10. *Vt vnusquisque festinet alium magis honorare, quàm honorari ab illo, & maiorem ei reuerentiam exhibere, sibique illū præferre: & ille similiter huic faciat*, ait S. Anlel. ad præfata Pauli verba. Belle Basilius Seleuc *Christianam* disciplinam appellauit *doctrinam nouam, & de cælo allatam politiam.* Non barbaram rusticitatem. *La virtud Christiana no es grosera sino cortes y comedida.* de quo legi potest S. Xeno Veron. serm. de Martyrio Isaiæ.

ad Rom.

Anselm. Basil. Sel. Orat. 3.

Zeno.

108. Lucæ 14. v. 21. Vir quispiam magnus parauit regium conuiuium: & misit seruos suos vocare inuitatos; & cū illi inurbanè se excusarent, dixit homo ille princeps cuidam seruo: *Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis*, &c. Et quos in vicis, & plateis reperit seruus, considere fecit regiæ mensæ Domini sui. Qui sunt isti, qui admittuntur ad magni Regis regale conuiuium? S. Gregorius apud S. Thomam ibi sic fatur! *Cum ergo de vicis, & plateis ad cœnam quosdam Dominus vocat, illum populum designat, qui tenere legis vrbanam conuersationem nouerat.* Nempe homines in plateis versantes vrbanitate compros, comitate vrbanos vocat Dominus ad virtutis conuiuium lautum, & verè regium. Non inuitat homines rusticos, & agrestes, barbaros, rupicones: quasi hi desciuerint ab hominis generositate; & degenerauerint in belluinos mores. Clemens Alexandrinus ita scribit: *Sicut enim homo vnus quidem verè est homo, qui communem habet prudentiam; alter verò agrestis, & belluinus. Sic etiam Comicus dixit: Caries est homo, donec fuerit homo.* Ac si dicat: Quiuis eatenùs homo est, donec communi prudentiâ, & vrbanitate vtitur: nam homo aggrestis, & inurbanus, non videtur esse homo integrè, sed semihomo; aut semibellua, belluinos & agrestes mores rusticitate imitans. Ergo Christus Deus integrè homines, de vrbanitate platearum ad Virtutis politiam vocet: Ac si non sit adeò satis aptus ad rem virtutis, & Euangelicæ perfectionis politiam homo barbarus, inciuilis, & rusticanus.

Lucæ.

Gregor. Homo vrbanus initæ gē homo est, & aptus Christianæ politiæ.

Clem. Alex. l. 8. Strom.

109. Non modò Christianorum vulgus debet impensè curare de ciuilitate, sed etiam qui attentiori studio operam dat sanctiori perfectioni: cum Apostolorum proceres impensè studuerint comitati, quâ à cælesti Euangelij politia eruditi sunt. Actorum 3. vers. 4. Petrus, & Ioannes intrabant in templum, & ecce claudus quidam eleemosynæ nomine stipem supplicat. Petrus pecuniarum pauper, fidei diues intentat sanare ægrotum: quem verè ipse pristinæ saluti restituit, aiens: *In nomine Iesu Nazareni, surge, & ambula.* Sed addubitauit quispiam, si Petrus operaturus erat miraculum, quare dixit, *Respice in nos*, id est, in se, & in Ioannem? Quid opus erat, vt claudus respiceret Ioannem, si Petrus operaturus erat sanitatem? Quorsùm dicitur, *Respice in nos?* Numquid Petrus ad miraculum non sufficit, cuius vel vmbra est prodigiorum operatrix! Non est imbecillus Petrus, sed vrbanus: non est hæc vox ab insufficientia, sed à comitate, quæ miraculum commune fecit cum Coapostolo Ioanne. Ad rem satis ait Basilius Seleucus, *Respice in nos. Rectè, communis siquidem cum vtroque miraculi effectio, ex vtroque curationis profecta est gratia. Etsi enim solus loquitur Petrus, tamen adiutor est Apostolus. Respice in nos.* Aduertite ad vtriusque Apostoli comitatem. Ioannes primas concedit Petro, Apostolorum Principi, quia Petrus solus loquitur,

Actor.

Vrbanitas Petri, & Ioannis.

Seleuc. Orat. 21.

Digitized by Google

qui ur, inquiens: *In nomine Iesu Nazareni, surge, & ambula.* Petrus simili vrbanitate Ioannem ostendit cooperatorem miraculi, aiens: *Respice in nos:* ne alteruter alterum vinceret comitate, sed vterque esset pie verbanus cælesti eruditus polit a, honore se inuicem præuenientes, & sollicitè curantes, ne alter alteri vrbanitate cederet: neque enim virtus politiæ renunciauit: nam virtus, quæ inurbana, & agrestis est, fortè virtus non est.

110. Lucæ. Verùm Christus Dominus Lucæ 10. v. 4. mittēs discipulos ad prædicandum Euangelium, & confirmandum miraculis, inquit: *Neminem per viam salutaueritis.* Simile quid iussit Eliseus 4. Reg. 4. v. 29. cùm misit seruum cum baculo, vt vitam restitueret emortuo puero. Numquid Christus rusticos, & inhumanos cupit esse discipulos? quid vetat ciuilitatem salutationis? Hyperbolicè dictum censet S. August. serm. 42. de Sanctis, & S. Gregorius hom. 17. in Euang. Verùm S. Ambros. lib. 7. in Luc. hac super re, ita fatur. *Pulchra est salutatio, sed eo pulchrior, quo præceptorum maturior executio diuinorum quæ per moram sæpè traxit offensam. Ideò autem & honesta prohibentur, ne solemnis gratia obrepat officij.* Scilicet tanta est gratia comitatis, sic cultior vrbanitas conciliat voluntates, vt præcaueat Christus, ne gratia exquisitæ vrbanitatis obrepat officio prædicationis; & sic mundi conuersio ad Christum, & tot miraculorum patratio adscribatur cultæ comitati, & ita iubet, non vt neminem salutent, sed ne nimis studeant vrbanitati, ne gratia vrbanitatis deuenustet Euangelij gratiam, & illi laudis gloriam præripiat. Nempe hæc præceptio exaggeratio est cultæ comitatis, non suasio inhumanæ rusticitatis. Nam qui Luc. 15. v. 8. iubet vt ambiamus vltimum locum, & primum vltro concedamus, non negligit salutationis officium, nec contemnit vrbanitatis gratiam.

Regum.

August. Gregor. Ambros. Præcauet Christus ne vrbanitati adscribatur Euangelij miracula.

Lucæ.

111. Et quidem non tantum Apostoli, sed etiam Angeli ciuilissimi sunt, & admodum vrbani: *Angelica vrbanitas*, dixit S. Chrysost. quasi sancti Angeli de ciuilitate vrbanissimè curent, qui maximè cælesti politiæ student. Quondam Michael Archangelus Iudæ v. 9. altercabatur cum rustico, & impudenti diabolo super Moysis corpore, & cùm præfractè, & impudenter agrestis Dæmon resisteret Angelorum principi, & petulanter insaniret blasphemo ore, Michael *non est ausus iudicium inferre blasphemiæ: sed dixit, Imperet tibi Deus.* Quid est iudicium inferre blasphemiæ? Vatablus: *Conuitium illi facere.* Tigur. *Notam impingere maledicti.* Nempe tametsi diabolus effrons impudentiā maledico ore barbaricè, & impudenter blasphemauerit in Michaelem, tamen Michael reuerenter tractans Angelicam Diaboli naturam, vt notauit Didymus, ne excideret conuitium, quod videri posset inurbanum verbum, totam rem ad Deum remisit, aiens: *Imperet tibi Deus*, id est, *increpet tibi Dominus*, vt exponit S. Hieron. *O Angelicam vrbanitatem*, quæ sic ciuiliter agit cum agresti Dæmone? & ne verbum excideret specie tenus minùs vrbanum, etsi iustissimè posset illum increpare, increpatione abstinet. Sed expende ad rem quare Apostolus Iudas dixerit de Michaele Archāgelo, quod *Non est ausus iudicium inferre blasphemiæ.* Num Michael timet Dæmonem? quare dicitur non audere, quod nota timoris est? Non timet princeps militiæ cælestis deuictum, & inermem diabolum, sed quasi præcauet, ne non videatur comitatis studiosus, *ne Angelicā vrbanitatem* deuenustare videatur asperiori verbo in agrestem Dæmonem. Porrò rusticitas, & inurbanitas vitium Diabolorum est. Sic agresti ore aduersarium appellat diabolum Basilius Seleuc. & Clem. Alexandr. *Agrestes Angelos*, vocat Dæmones Euseb. us, *belluas agrestes* nominat tartareos spiritus, quasi agrestis rusticitas sit proprium Diabolorū epitheton: elogium verò Angelorum Angelica vrbanitas, & è cælo allata politia.

Chrysost apud S. Thomam in c. 1. Ioan. Iudæ.

Vatablus. Tigur.

Didymus

Hieron. in epist. ad Titum. c. 3. Angelorum vrbanitas. & dæmonū rusticitas.

Basil. Orat. 20. Cle. Alex. l. 3. Pædag. c. 8. Eusebius apud Leonem Castr. ad Isaiæ c. 14.

Quin etiam Deus ipse comitate præcellit. Ferè nullus est hominum qui non agat inurbanè cum Deo: *barbarum quidem peccatum est.* Omnis siquidem peccator irreuerenter agit aduersus Deum; datam fidem frangit, diuina gratia frustratur, & sæpe impudenter contumeliosus Deo est. Ionæ 1. v. 3. Mandat Deus Ionæ, vt prædicet Niniuitis pœnitētiam, irreuerenter negligit Propheta Dei mandatū, & molitur alia nauigare, inuenit soluentem nauim, illam ascendit, & fluctuum sæuientium voce, & tacitis procellæ minis ciuilissimè admonetur peruicaciæ rusticanæ. Eleganter Basil. Seleuc. sic scribit: *Ionas inscendit nauim, & imprudens inuenit machinam sua multo validiorem: sollicitam nimirum de peccatoribus Dei comitatem.* Audis diuinam comitatē agere cum peccatoribus: Scilicet Deus irascitur in barbaros hominū mores, humanis flagitiis exasperatur, sæuit diuinæ iustitiæ rigor; & tamen seuerior Dei iustitia sollicita est de comitate: dissimulāter expectat, ciuilissimè dissimulat, vrbanè tractat semper. Procul à Deo, Deique Apostolis, & Angelis, inurbana rusticitas: procul etiam à virtutis sectatoribus. Principis Oziæ, Chabri, & Charmi piè ciuilis politia sit schola vrbanitatis: & comitatis magisterium, quo pij homines erudiantur. Qui cùm essent Bethuliæ, & totius Iudææ proceres vocati à Iuditha, impigrè ipsius domum adeunt c. 8. v. 9. quasi obliti maiestatem præfecturæ? & v. 28. vrbanissimè respondent grauissimè reprehensioni: scilicet malunt negligentiæ, & perfidiæ, quàm inurbanitatis argui: negligūt haberi peccatores, vt non habeantur inciuiles. Sic impensè sancti viri curant de comitate: ne ergo existimes virtutem esse negligentem, oscitantem, agrestem, rusticanam: quæ potiùs est diligens, attenta, ciuilis, & vrbana.

112. Dei vrbanitas cum peccatoribus. Ionæ.

Basil. Seleuc Orat. 12.

Iudith.

§. XXIV.

Eximia virtus publicari non ambit, sed nec timet: lucis examen approbatio est præclarioris operis.

Latibulum patrocinium flagitiorum est, facinorum officiositas, prauitatis leno, delictorum adulatio, & licentia ad deliquendū: nam lux malitiam arguit, & damnat; sicut tenebræ patrocinantur malitiæ. *Qui malè agit, odit lucē.* Ioan. 3. v. 20. Ergo qui agit benè, lucē non timet, imò lucē amat bonitatis securus. Quando lux fuit virtutis inimica, & probitatis æmula, quam ob rem lux inuideat sanctitati, & illā deuenustet? Quin & lux bona opera probat, & approbat. Probitas publicari non ambit, sed publicari non timet: nam veræ, & meræ virtuti lux suspecta nō est, sed amica, vtpotè cōmendatrix bonitatis, quæ congenita est virtuti. Vnde sanctitas non veretur examen lucis, imò sæpe illud ambit ad bonitatis probationem, & ceterorum exemplum. Quærunt libri Geneseos commentatores, cur summus rerum opifex Deus ante alia opera luce accenderit: (quòd verò lux primum producta fuerit, mihi penè certū est, vt olim probabam, commentans Hexameron.) *Dixitque Deus fiat lux, & facta est lux* 113.

Ioann.

Genes. *lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona.* Genes. 1. vers. 3. Pulchra quidem est lux, & multis elogiis apprime commendabilis; sed accidens quoddam fluxum, flaccidum, tenue, & occiduum. Quid? non est luce perfectior quælibet substantia, etiam bruta, & inanimis? Cur igitur in creationis opere lumen obtineat principem locum, quem naturâ sua non meretur? Præstaret Angelum, hominémve, aut perfectiora animantia, vel cælestes sphæras eiusmodi principatu potiri. Quare imperfectior creatura antistet perfectiores? Non videtur æquum, vt emortua, & insensilis lux loco præcedat hominem viuentem, & intellectualem Dei imaginem. Aptè Anselmus Laudunensis inibi: *Benè prius fit temporalis lux, vt per eam cætera viderentur.* Hanc Anselmi sententiam viuaciùs expressit noster eruditissimus Mariana, sic aiens: *Vide sapientiam conditoris: instar artificis opus facturus primum omnium lumen accendit.* Scilicet Deus ante reliqua opera sua lucidam faculam accendit, ne in tenebris operari videatur. Non suspectum est opus, quod lucem fugit. Præstantissima opera lucem non timent, sed amant. Ambit latere, quod refuga conscientia priùs dehonestat, quàm fiat. Quod verò bonum & perfectum est, oculos non fugit, censuram luminis non veretur. Imò potius commendationem & claritatem à claritate lucis exambit. Cupit videri, quod reprobari non timet. Hinc Deus ante reliqua opera piguia operatione lucem accendit, ne aliquod Dei opus in occulto tenebrarum fiat; sed à luce illustrentur cætera Dei opera. Ac si præcaueat Deus ne tenebræ insidientur eius operibus, & sic à cæca caligine deuenustentur. Nam lux character probitatis est.

Anselm. Laud.

Mariana.

114. Matth. Math. 11. v. 3. Mittit Ioannes discipulos suos ad Christum Dominum, vt interrogarent eum: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus:* Hæc interrogatio non sibi videtur constare, vt aliàs aduerti ex S. Hier. ibidem. Porrò si cum Christo loquuntur, quomodo interrogant, an venturus sit? addubitant enim id ipsum quod supponunt, & quod supponendo affirmant. Nam si cum Christo præsente loquuntur, fatentur iam venisse. Ab eo autem qui iam venit, ineptè interrogatur, an venturus sit. Quid ergo interrogat Ioannes? Scilicet Christus Dominus nondum se plenè publicauerat, triginta omninò annos delituerat domi, nec in publico opera Redemptoris, & Magistri operatus fuerat, sed adhuc ferè latebat. Tunc Baptista, qui *erat Lucerna ardens & lucens.* Ioan. 5. v. 35. & accensa ad manifestandum Christum; illum luce suâ iam manifestare incipiebat: iuxta illud Psal. 131. v. 17. *Paraui lucernam Christo meo;* quod in hunc sensum commentatur Hugo Cardinalis. Ergo ac si toto tempore, quo in secessu Saluator virtutes operatus fuerat, non patrasset opera digna augustissimo Redemptoris officio, interrogat Ioannes, illum iam demonstrans, & luce suâ manifestans, an futurus sit Christus; non in se ipso; sed quoad homines. Nempe postquàm Christi Dei opera illustrata sunt luce tantæ lucernæ, iam habebuntur opera Redemptoris; quæ in occulto patrata, hac prærogatiuâ carebant apud hominum iudicia. Quasi dicat Ioannes Christo: Ex quo tempore in publico operaberis, & notus & illustris eris meo testimonio; incipies apud homines operari opera Saluatore digna, & vt Saluator admirabere. Vnde Christus in secessu operans, dicitur venturus, quia in publico operaturus erat opera luce conspicua, & sic Redemptori congrua. Ac si tunc incipiat esse Redemptor apud homines, ex quo incipit palam operari opera, quibus non insidietur, nec quæ calumnietur argumẽtatrix lux. Scilicet tunc dicêris Christus, & Saluator, cùm publicè operari inceperis. Sic decorantur opera bona, quæ lucem non timent, quæ lucem approbatricem habent, vt tunc dicatur Christus venisse Saluator, cùm palam virtutes operatur. Vnde sapienter tunc illum interrogat Baptista: *Tu es qui venturus es?*

Hieron.

Christus in publico operans, tunc dicitur Christus, & Redemptor.

Ioan.

Psalm.

Psalm.

Hugo ad c. 5. Ioan.

Matthæi 9. v. 2. Oblato paralytico ait Christus. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Tunc Scribæ & Pharisæi, qui verba, & miracula Christi auidè calumniabantur, blasphemiæ damnant Saluatorem, quia ausus fuit dicere: Remittuntur tibi peccata tua. Christus verò ad probandum se habere potestatem remittendi peccata, dixit obmurmurantibus Pharisæis: *Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge, & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terrâ dimittendi peccata, tunc ait paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & vade.* Hæc Christi Dei ratio difficilior intellectu est. Porrò difficilius est remittere peccata quàm paralyticum curare. Nam quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? infirmis autem medica arte valet succurrere. Vereor ne non bona sit Christi argumentatio, quâ à minori ad maius (vt aiunt) arguit, quæ non satis apta argumentatio habetur apud Dialecticos. Præclarè S. Chrysost. *Nec est dubium quin confirmatio imbecillis corporis facilior sit,* (scilicet quàm remissio peccatorum:) *Verum quoniam alterum latet, alterum patet; quod quidem minus est, sed manifestius, adiicio, vt illud maius, ac inuisibile, confirmatius, certiúsque per hoc reddatur.* Nempe curatio paralytici minus miraculum est, remissio peccatorum multò sublimius: at curatio patet, remissio latet: curatio in publico, remissio in occulto fit. Vnde opus de se non tam sublime, quia manifestum & publicum, pluris habetur apud homines, quàm sublimius, quia occultum, & latens. Siquidem opus, quod non timet hominum oculos, & censuram, sic præclarum est apud homines, vt præclarius habeatur, quàm augustius opus in occulto factũ. Nam lux approbatio est operis, & prærogatiua virtutis. Vnde rei perspicuitas quasi incrementat miraculi magnitudinem. Nec semper virtuti fauor officiat. Magis virilis est sanctitas, quam non fascinat humanus aspectus.

115. Matth. *Miracula publica, vt maiora, & illustriora habentur.*

Chrysost. hom. 31. in Matth.

116. Luc. Luc. 12. v. 35. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Lumborum præcinctione multæ virtutum species intelliguntur à SS. Patribus. Nec satis est viro perfecto virtutum pulchritudine venustari, nisi ardentes faculæ accendãtur in manibus quæ publicent bonorum operum venustatem, vt ab examine lucis probatior, & præclarior euadat. *Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona.* Matth. 5. v. 16. Ecce tibi opera lucentia exigit Christus ab Apostolis. *Quid igitur?* (ait S. Chrysost.) *ad ostentationem nos viuere, atque gloriæ amorem iubes? Absit.* Nam in bono opere studium publicitatis ambitio est, & nota superbiæ. Sed Christus Deus approbat opera quæ lucem non timent, quæ à tenebris non obscurantur. Sententiosè Tertull. opus quod in secreto patratur, appellauit *Cæcum bonum.* Quasi bonum quod in publico fit, quod lucis censuram non timet, & quod alios sui exemplo ad probitatem æmulatione accendit, sit bonum præclarum, oculatum, illustre. Vnde inquit Christus Deus Apostolis: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Itaque infirma virtus est, quæ oculos humanos non potest pati, quin degeneret in gloriæ ostentationem: non satis præclara est bonitas, quæ

Matth.

Chrysost. hom. 15. in Matth.

Tert. lib. de Virg. velãd. cap. 10.

Matth.

Digitized by Google

infuscatur à luce: vt intelligas tuum vitiū esse, quod putas virtutis. Porrò latebræ diuersorium vitiorum sunt; lux verò palatium virtutis. Lux probatio sanctitatis est, non virtutis opprobratio: lux exarmat vitium, virtutem obarmat. *Induamur arma lucis, sicut, in die honestè ambulemus.* Ad Rom. 14. v. 12. Consultissimè hic vers. 10. summus Pontifex Eliachim summas Iudithæ virtutes coram publicat, & commendat egregiè.

Ad Rom. Iudith.

§. XXV.

Beatorum merita sunt ornamenta Beatitudinis.

117. HOnoris bona ambitio est, meritorum apparatus; nam honor immeritus contumelia est. Non fasces, non stemmata, non præclara munera; sed merita præclara homines honestant, quia vacua meritis conscientia conuicium honoris est, & dignitatem vertit in probrum, & Præfecturam in contumeliam. Non ambitio, non fortuna, non fauor, aut munificentia Principis, sed merita cudunt honores. Nam honor non meritus dehonestat possessorem; meritus, illustrat. Mira res, Matth. 25. v. 34. Sedet Christus Deus orbem iudicaturus in sede maiestatis. Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, &c. Tunc respondebunt ei iusti: Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus te? sitientem, &c.* Porrò scire cupit animus, cur Christus Deus largiturus iustis beatitudinem, eorum merita particulatim recenseat, & vsque adeò commemorando ea adaugeat, vt vix iusti ea, quæ patrauerunt merita recognoscant. Nam, vt notauit Origenes: *Non iusti obliti eorum, quæ egerunt, tunc respondebunt ei dicentes; Domine, quando te vidimus esurientem, &c. Sed humilitatis causâ laude benefactorum suorum, indignos se proclamantes.* Adeò enim Christus exaggerat iustorum merita, vt ea non agnoscant iidem ipsi iusti, & arbitrantur Christi verba non esse narrationē, sed *laudem benefactorum* suorum & laudatorium panegyricum. Quæ laudatio tantum excedere videtur eorum merita, vt sapientissimus noster Salmeron inter parabolas, non inter narrationes hanc historiam collocandam iudicauerit. Quare ergo Christus Deus redditurus beatitudinem iustis, merita, quæ præmianda proponit, adeò exaggerat, vt nec à iustis ipsis recognoscantur? Origenes: *Boni iudicis erat benefacta quidem hominum largiùs prædicare & ampliare*: at cur Christus bonus præmiorum distributor, nobiliùs prædicat, & largiùs ampliat merita Sanctorum? Mallem referre, quæ interpretes super hac dubitatione commenti forent; sed sagax eorum industria hîc tantisper cessauit, vt aliquid meditandum nobis relinquerent. Num proponuntur, & exaggerantur beandorum merita, vt beatitudo illis danda nouo alio titulo æterna sit; & ita firmiùs æternet? Nam facilè cessare solet apud homines amor, seu beneficium datum non merenti. Quod sui experientia eruditus, docet Ennodius sic sapienter ad rem inquiens! *Non firmis radicibus nititur amor indebitus; & citò ad examen reducitur quidquid gratia astra subripuit.* Vult Christus Deus & suum amorem, & beatitudinis munus deberet beato, ne si indebitus sit amor, quodam modo non tam firmiter duraret, si ad examen iustitiæ possit reduci? Præstat

Matth.

Cur exaggerat Christus iustorum merita.

Orig. hom. 34. in Matt.

Salmer.

Origen. in Caten. S. Thom.

118. *Meritorum etiam titulo æterna beatitudo.*

Ennod. l. 3. epist.

firmare beatitudinem meritis beatorum. Nam quod meritis nititur, firmius hac ex parte radicatur, & diuturnius perseuerat. S. August. refert Origenem in eo fuisse errore, vt assereret, animas peccatorum postquam in inferno luerint delictorū pœnas, tandem ascensuras in cælum, & æterna beatitudine fruituras: *Sed Origenem, inquit, propter hoc meritò reprobauit Ecclesia; quia & hoc quod misericors videbatur, amisit, faciendo veras misericordias, quibus pœnas luerent, & falsas beatitudines, in quibus securum, & sempiternum boni gaudium non haberent.* Ecce tibi falsa, & non secura, nec sempiterna Beatitudo dicitur ab Augustino, quæ bonis meritis destituta est, aut gratia, quæ est ius ad gloriam. Vnde meritorum magnitudo securitas, & quasi æternitas beatitudinis videtur. Debitus enim amor diuturnus, imò æternus etiam hoc titulo erit. Et ita Christus merita iustorum recenset, commendat, & exaggerat; nam si ex aliquo capite cessatura esset beatitudinis gloria (quæ nunquam cessabit) maximè id eueniret defectu meritorum. Nam vbi meritum adest, suum reddit quidquid ob meritum retribuitur. Nec benemeritus merum beneficium accipit, sed iustam retributionem, qua exoluitur illi debitum. Quod eleganter dixit Theodoricus suo Cassiodoro, lib. 2. var. epist. 3. *Macte vir felicitate laudabili, qui ad hanc vocem dominantis animos impulisti, vt bonorum tuorum potius fateremur esse quod dedimus.* Quid (scilicet) firmis radicibus nititur amor debitus. Ergo Christus beatitudinem æternam iustis largiturus, Beati merita recenset, cumulat, & exaggerat, quo firmetur ius ad beatitudinem, & sic firmius æternet beatitudo, ex hoc etiam titulo æterna.

August. l. 21. de Ciuit. Dei. c. 17.

Præterea adaggerat Christus, Beandi meritum, vt augeat beati felicitatē; ne scilicet possideat beatus non meritam beatitudinem. Porrò honor non meritus, non tā magnus honor est. Nam vt dicebam aliàs ex Saliano: *Quid est aliud principatus sine meritorum sublimitate, quàm hominis titulus sine nomine?* quia augustior honos absque meritis adeptus, deuenustat possessorem, & largior liberalitas in immeritum effusa, sæpe fit cū detrimento accipientis. Quod luculēter docuit Cassiod. lib. 1. var. epist. 16. *Nec decet esse difficile beneficium, quod largitate non patitur detrimentum.* Vbi sapienter insinuat, plura esse beneficia, quæ ab ipsa largitate patiuntur detrimentum. Nam liberalior munificentia largitoris merita non expectans ad donandū, sæpe exercetur cum non leui accipientis detrimento. Quia etsi accipiat rem magni æstimandam, tamen immeritus accipit, & possidet immeritus, quod necesse est, vt accipientem, etsi non dedecoret, saltem tantisper deuenustet. Hac de causa Christus iusti beandi merita commemorat, & auget, vt felicitatem meritam possideat, & beatitudinem, quam habet, promereatur, quod incrementum gloriæ est. 119.

Beatitudo promerita, felicior est homini. Saluian.

Ad hæc, ideò beandi merita exaggerat Christus, vt cælū ipsum, & beatitudinis gloriam illustrius adaugeat, & cumulatiùs illustret: nā meritū possidentis est honor dignitatis, seu officij, Ioan. 14. v. 2. *In domo patris mei mansiones multæ sunt:* & mox subiungit Christus: *Ego vado parare vobis locum.* Deinde: *Si abiero, & præparauero vobis locum, &c.* Quæ loca valdè secū pugnare videntur, vt aduertit August. ita scribens: *Quomodo vadit, & parat locum, si tam multæ mansiones sunt? Si quominus dixissem vado parare; aut si adhuc parandus est, cur non meritò dixisset; vado parare? an istæ mansiones & sunt, & parandæ sunt?* Et sanè difficultas planè vrget: nam si mansiones in cælis sunt, & beatorū solia, regia magnificentia, 120.

Ioan.

Aug. tract. 68. in Ioan.

Digitized by Google

centiâ constructa, & quidem ab origine mundi, Matth. 25. quidnam est quod huiusmodi mansionibus deest? Quinâ ornatus mansionibus superest, vt Christus vadat præparare locũ? Quomodo Christus cæli ornabit mansiones, ornatissimas à mundi primordiis? Porrò insulsũ est dicere Christũ ascendentem in cælos denuò ornaturum mansiones, seu solium beatorum. Idem Aug. sup. sic difficultatem expedit, vt affirmet cælos ornari, & præparari, quia ipse Christus e cælo missurus sit Spiritum sanctum
121. qui Apostolos virtutibus cumulet, & eorum merita adaugeat operante gratiâ; sic mansiones præparantur, sic cælum ornatur: *Hæc ergo domus Dei, hoc regnum Dei, regnumque cælorum, adhuc ædificatur, adhuc paratur sed quid est, quod vt paret, abiit? Cum profectò nosmetipsos præparet.* Ergo cum nos meritis locupletat & ornat, beatorum mansiones præparat, & exornat: nam cæli ornatus sunt cælicolarum merita. Enim verò augetur concinnitas, & ornamétum cælestis patriæ, quo crescit beatorum meritum. Vnde paratas cæli mãsiones, exornat Christus meritis exornando prædestinatos: nã virtutes prędestinati ornamenta cælorũ sunt, beatorum merita decus est cæli. Et ita Christus in die iudicij largiturus beatitudinẽ prædestinatis, eorum merita & recenset, & cumulat, & exaggerat, vt ipsis beatis non immeritis, sed benemeritis honores tribuat, & in cælestes mansiones illustriùs exornet: nam meritum beatorum, ornamentum cælorum est. Audis hic v. 10. Iudithæ ob merita dici *Tu gloria Hierusalem?*

Matth. Iudith.

123. Hic cursim perstringam quosdam electores, qui perniciosissima ambitione præstantissimos viros virtute, & meritis illustres eligere omittunt, quia locupletiores & nobiliores sunt: & mediocres eligunt, ne videantur præclarissimos eligere, à quibus aliquid sperent, sed tenues homines, quò iustior, & incorruptior videatur electio. Quod Liberio Patricio scribit Ennodius, aiens: *Elegistis mediocrem, ne præcelsi esset suspecta prædicatio. Clarissimorum castimonia, vt vires accipiant culmina castigantur.* Hæc subtilior ambitio est iniustâ electione iusti electoris nomen mercari. O versutias ingeniosæ ambitionis!

Ennod. epist. 1.

§. XXVI.

Castitas flos virtutum est: & reliquæ virtutes spiritualis quædam Castitas.

124. LVxuria vitiis grauida est: & vitiorum fœcunda, reliqua crimina enititur, lactat, incremẽtat. Idoneè inquit Nazianz. *Non enim peccatum illud solum, quod circa corpus admittitur, fornicatio dicitur, sed quodvis aliud flagitium.* Siquidem libido reliqua peccata agglomerat, cõsummat, coronat, sed de hoc vbertim aliàs. Num castitas luxuriæ submittat fasces? Eritne lascivia vitiorum sentina, & castitas non erit virtutum omnium culmus, & culmen? Pulchrè S. Ambrosius, inquit: *Sanctis vna competit virtus.* Vna virtus tantùm? Fallor si non plures virtutes asseclæ sunt sanctitatis, & felici sodalitio vnà illam indiuiduo fœdere comitantur. Quænam hæc vna virtus, quæ vna non est, sed instar omnium, aut vna multiplex, aut omnes in vna: De castitate scio dixisse Berosum loquens de N[oe]: *Castimonia corporis, & sanctimonia animi, duabus clauibus religionis, & felicitatis.* Itaque castitati peruia est omnis religiosa virtus, & castimonia communis clauis est, cui aditus apertus patet ad omnem religiosam sanctitatem, & beatam felicitatem. Mox enucleatiùs

Naz. Orat. 31.

Castitas est quodammodo omnis virtus. Ambros. in Luc. 6.

Berof. lib. 5. Antiquit.

expendo locum: parum enim censeo clauis sit ad reliquas virtutes, plus audet Ambrosius, aiens: *Sanctis vna competit virtus.* Ac si vna castitas cæterarum virtutum sit matrix & auctrix:

Tertullianus vt erat vir magno ingenio, & multa in eloquendo emphasi locuples, sic otius est librum de Pudicitia: *Pudicitia flos morum.* Quam ob causam castitatem appellat florem morum, seu virtutum? Num quia inter cæteras illustrior quâdam prærogatiua floret, & quasi primatũ vendicat sibi? Sic dicimus Hispanè. *La flor de la escuela, la flor de la Ciudad, la flor de las virtutes.* Id est, qui litteris præniteat in gymnasio, qui nobilitate, & venustate floret in vrbe, quæ inter cæteras virtutes venustior eminet, & gratiositate palmam refert. Nisi fortè dicitur, Flos virtutum quia venustior virtus est: quid pulchrius flore? Aut quia suauissimum efflat odorem, & spirat cælestes & beatas delicias. Quid fragrantius quàm pulcher flos repente primo vere erumpens e papillato corymbo explicante totam foliorum ambitionem, æmulantem muscos, balsama, & odorato ios pastillos: Sic puto, dixit Paulus. *Christi bonus odor sumus.* Sic dicitur Castitas, *Flos morũ.* Verùm, vt arbitror, profundiùs rem meditatur subtilis auctor. Siquidem flos decor arboris est, & pulchrior venustas, qua vernat ad gratiam, & etiã spes est futuri fructus. nam flos non tantum est signum futura poma prænuncians, sed in flore conflatur, & è flore materiatur pomum. Sic ait S. Chrysologus: *Grati flores, sed vsquedum perueniatur ad poma. Flores consumantur à pomis.* Itaque flores sunt fructus præcoces. At aduerte, quòd quæque arbor fructus parturit sui generis: neque enim flores pyri malogranata spondent, nec flos mali Medici cerasa facit, sed vnaquæque arbor sui generis fructus creat non omnium arborum facit fructus. Hæc prærogatiua pudicitiæ est, quæ omnium virtutum est flos, & virtutum omnium fructus parturit. Sic *Pudicitia* dicitur *flos morum*; quia sicut in flore præmaturè insunt fructus, sic in castitate, vt in flore, omnes adsunt virtutes, in castitate præcedunt, & condiuntur, è castitate materiantur, & effluunt. Et ita *Sanctis vna competit virtus*; nempe pudicitia, quæ est flos morum, feracissimus fructuum. Huc alludere videtur S. August. tractat. 18. explicans illud Ioan. cap. 15. *Et omnem qui fert fructum purgabit eum, aiens: Mundat itaque mundos id est fructuosos, vt tanto sint fructuosiores, quantò sunt mundiores.* Ecce tibi è munditie fructuosior prouentus. Et S. Cyrill. in Cat. explicans illud Lucæ 8. *Et aliud cecidit in terram bonam & ortum fecit fructum centuplum*; sic ait: *Sunt autem terra pinguis & ferax anima honesta.* Nonne audis Castitatem dici feracem virtutum, & fructuosiorem? Bellè ergo dicitur *Flos morum*, id est, ferax virtutum, quia fructuosior est, & matrix omnium sanctitatum, quas fouet, & parturit.

125. Tertull.

Chrysolog. serm. 62. *Castitas est flos morum, quia in ea florent omnes virtutes.*

Ioan. August.

Lucas. Cyrill.

Cæterùm longum esset recensere sigillatim virtutes omnes, quarum fructus fert castitas, nonnullas dabo. *Fides generis* humani dicitur à Septimio ibi. Et fidei nomine spes significari solet in Euangelio. Philo dixit *Gratiam virginem*. Ecce castissimã Theologalium virtutũ Trinitatem: & idem Sept. lib. 8. adu. Marc. c. 29. castitatem appellat *Felicitatẽ Sanctitatis*. Et Orig. hom. 17. prophetiæ matrẽ vocat castitatem, aiẽs: Annam illam vetulam Luc. 2. *Meruisse spiritum prophetandi à longa castitate.* Et Paulus 1. Cor. 7. Castitatem facit orationis energiã. Et S. Aug. lib. 11. de Genes. ad lit. c. 42. castitatem appellat perfectionem obediẽtiæ. Et Philo, Gratias (idest,

Septim.

Philo. *Castitati ea sunt omnes virtutes.*

Orig. 1. Cor. Aug.

Philo.

Digitized by Google

Virtutes dicuntur ſpiritualis caſtitas.

(id eſt, gratiarum actionem,) Virgines facit. Itaque caſtitas dicitur Fidei ardor, Spei animoſitas, Charitatis deliciæ, Felicitas ſanctitatis, Prophetiæ perſpicacia, Orationis vigor, Obedientiæ obſequium, Gratitudinis generoſitas, & (ne longior ſim,) omnium virtutum felix ſocietas. Opportunè Tertull. vocat principes virtutes, *ſpiritualem caſtitatem.*

Tert. lib. de Pudicit. c. 5.

Nempe defæcatior caſtitas dicitur fides, & ſpes, & charitas, & religio, & pietas. Quid eſt ſpiritualis caſtitas, niſi purior & ſincerior? Quid enim aliud eſt Fides quam *ſpiritualis caſtitas*, quæ licentiam credulitatis cohibet, & vni Deo pudicè adhæret? Vnde ait Septim. lib. de Præſcript. adu. Hæret. *Quid dicent, qui illam* (ſcilicet fidem,) *ſtuprauerunt adulterio hæretico, virginem traditam à Chriſto?* Et Spes arrhabonis nomine beatitudinẽ ſperat à caſto ſpõſo: & Charitas caſtè copulatur Deo: Item reliquæ virtutes ſunt quædam caſtitas, quæ cohibet, & refrænat libidines appoſiti vitij. Vnde encomiũ virtutum eſt, quòd dicantur *ſpiritualis caſtitas*, quia caſtitas flos morum eſt, & huius floris fructus, cæteræ virtutes. Benè ergo Iuditha omnibus virtutibus referta dicitur in hoc cap. 8. v. 8. ſic dicitur florere caſtitate, vt nemo eſſet, *qui loqueretur de illa verbum malum*, id eſt inhoneſtum. Quæ ſumma pudicitiæ commendatio eſt; quaſi in ea floreat omnium virtutum florida ſpes, & maturus fructus. Sanctis enim vna competit virtus. Et hic verſiculo vndecimo, Ioachim ſummus Pontifex omnia Iudithæ merita, & illuſtriores virtutes caſtitati adſcribit.

Iudith.

§. XXVII.

Humanus faſtus, Reſtitutionis ignobile nomen, cupit celare honorifico Donationis titulo.

126. INter cæteras animi peſtes nullam propemodum nocentiorem dixerim quàm alienorũ rapinam. Furtum dixere quidam. *Breue vitium*, ſed vlterioris, & diuturnioris vitioſitatis acceſſio eſt: & malitia vna plures, (vt ſic dicam,) ob repetitam rapinæ vnius vitioſitatem. Rem, inquis, non admodũ magnam rapui, & ſæpè paruam, at non parua, ſed valdè magna cunctatione rem non tuam inter tua detines. Reſtituam, inquis, domino ſuo, quamprimùm poſſim. Sed nunquam poteris, ſiquidem nunquam voles. Quis enim quod noluit, potuit? *Velis, & poteris*, ait Clem. Alex. Qui ſemel rapuit, diu nolet; vnde perpetuat apud te alienæ rei poſſeſſio, nulla iuris præſcriptione fauente, ſed oblatrante conſcientia aduersùs vile auaritiæ facinus. Me contemnent homines, ais, ſi reſtituam: nam reſtitutio furtum probat, & prodit. Sed *contemnendus eſt iſte contemptus.* Deus pluris æſtimat, quem humana æſtimatio contemnit. Et quidem clanculariа reddit o diuitat infamiæ malum. Ergo ſi Reſtitutionis nomen odioſum eſt & infame: altem aſſume ſpecioſum donationis vocabulum? Da, vt reſtituas, quod eſt artificium iuſtitiæ, & munificæ reſtitutionis arbitrium. Mutuum ſume à liberalitate nomen: vt honeſtetur titulus à liberalitate, qui à rapina foret inhoneſtus & turpis. Hunc donationis titulum ingeniatur in reſtitutionis negotio, ſagaciſſima Sanctorum pietas. Sic odioſum eſt Reſtitutionis vocabulum, & res ipſa reſtitutionis! Sic eſt difficile (ne dicam fermè impoſſibile) reſtituere. Sit liberalitas, iuſtitiæ lenocinium, ſi fortè ab iniuſto raptore impetret nomen liberalitatis, quod negatur iuſtitiæ. Quæ ſunt felices aſtutiæ ſapientioris gratiæ.

Clem. Alex.

Senec. ep. 71.

Eccli. 1. v. 6.

Prouerb. 3. v. 9. *Honora Dominum de tua ſubſtantia: & de primitiis frugum tuarum da ei.* Chaldæus: *Honora Dominum de mammona tuo.* Secundum hemiſtichium ita expreſſit S. Hieron. in Ezechielis c. 45. *Da ei de fructibus iuſtitia tua.* Vbi in eiuſmodi donatiuis, quæ ab homine exigit Deus, rem iuſtitiæ intelligit Hieronymus. Et quidem ſi de re iuſtitiæ videtur agi, aptiùs fortè dixiſſes, *Reſtitue*, minùs aptè, *Da.* Nam *Dare* res eſt liberalitatis, *Reſtituere* negotium iuſtitiæ. Cur ergo Salomon abſtinuit vocabulo reſtitutionis! Pulchrè rem tetigit, & dubium ſoluit Saluianus ita fatus: *Honora Dominum de tua ſubſtantia, & da ei, &c. Cum vtique totum ſuum ſit, quod ab eo accipimus, noſtrum eſſe dicit vt demus.* Ac ſi dicat Saluianus: Rem iuſtitiæ exigit tũc Deus ab homine, & rem mille nominibus debitam: at conſultò abſtinet nomine iuſtitiæ, redditionis, aut reſtitutionis. Tam malè enim apud homines audit iuſtæ reſtitutionis vocabulum, vt donatiui titulo, & largitionis nomine honeſtanda ſit, quò ab hominibus extorqueatur iuſtitiæ obſequium, *Cum totum ſuum ſit, noſtrum eſſe dicit, vt demus.* Sic inuiſum, & odioſum eſt vel reſtitutionis nomen, vt honeſto donationis titulo diſſimulandum ſit. Alliciatur ſpecioſo donationis & liberalitatis vocabulo, qui deterretur iuſtæ reſtitutionis nomine. Sic redimitur iniuſtitia fraudis, fraude diſſimulati vocabuli. Saltem reſtituat donando, qui niſi donando, non reſtituet.

127. Prou. Card. Hieron.

Reſtitutio honoretur titulo donationis.

Salu. l. 1. ad Eccl.

Matth. 9. v. 9. *Ieſus vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine: & ait illi ſequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum.* Matthæum, inquã, vidit, de telonio diuitem, de vſuris locupletem, lucris ſeculi onuſtum. Pergit S. Chryſologus; *Matthæus publicanus generat nobis non paruam ſuis quæſtibus quæſtionem: & magnum nobis negotium ſua negotiatione proponit. Quod negotium!* Satis (niſi ego fallor) perſpicuum eſt. Nam ſi Matthæus erat de telonio diues, de vſuris locuples, ære alieno onuſtus, non ſatis conſultè, vbi primum à Chriſto vocatus, illũ ſtatim ſequutus eſt. (omitto ridiculariam Iuliani Auguſti cauſam, quam S. Hieronymus facilè reiicit) Profectò Matthæus publicanus erat de vſuris locuples, & de aliorũ paupertate diues: igitur priuſquam poſt Chriſtum abiret, iure tenebatur æs alienum ſuis dominis reſtituere. Adeſt in menſâ locuples pecunia, & deeſt in animo reſtituendi vigor. Præſtaret, præſtaret quidem, prius reddere debitum ex rapinis contractum & mox Chriſti ſequi veſtigia. Neque enim vel Apoſtolicum faſtigium liberare hominem valet ab obligatione ſoluendi debitum ex iuſtitia. Reſtituat lucra malè parta, & tunc ſe reſtituat in Apoſtolicam dignitatem, ad quam vocatur. Ergo malè etiam ſequitur Chriſtum, qui priùs debuit rem alienam reddere ſuis dominis. Hanc quæſtionem ſuis quæſtibus nobis generat Matthæus. Fateor nullam reſtitutionis mentionem inueniri; ſed repetitam eius liberalitatem tradit S. Chryſologus nuper allegatus his verbis: *Miſericordiam voluit, vt Matthæus quod tulerat per miſeriam, in miſericordias prorogaret, & inde redimeret pœnam, vnde comparauerat culpam.* Nempe meminit ſacer hiſtoriographus lucri ab vſuris cõparati, & repetitæ à Publicano rapinæ, nec vlla fit reſtitutionis mẽtio. At Matthæi liberalitas, & publicani munificentia vbertim publicatur, quò ſpecioſum liberalitatis vocabulũ alliciat ad reddendum, quantum odioſus

128. Matth.

Chryſol. ſerm. 29.

Reſtituitur titulo liberalitatis.

Chryſol.

Digitized by Google

odiosus & inuisus Restitutionis titulus deterrebat. Vnde quod iustà restitutionis compensatio impendit, misericordia dicitur prorogare; vt honorarius pietatis titulus sit illex ad reddendum, ne impietas lucrosi quæstus publicetur, si publicanus restituat. Hæ sunt piæ astutiæ gratiæ diuinæ; mutare liberalitatis nomen, vt arduum & odiosum restitutionis negotium peragatur. Nam hominis ingenium de se facile est ad liberalitatis gloriam; tardum & impeditum ad restitutionis inuisum nomen. Mutetur vocabulum, non vocabuli res, quæ obtinetur dissimulatione nominis. Vnde rapinæ compensandæ miseria, misericordiæ glorioso titulo venoitatur.

129. Succedat diues diuiti, & Publicano Publicanus succedat, & Matth. Zacchęus, Luc. 19. Zacchæus nobilis censu, vsuris infamis, à lucrosis negotiis, gratiæ negotiatione côuertitur: & vocalibus Christi Dei oculis, has voces respondit: *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Verùm sciscitabitur quispiam, cur Zacchæus iniustis rapinis obæratus, vbi se ad Deum conuertere piè ambit, & solutione æris alieni, sua delicta redimere satagit, non statim dixit, Quod defraudaui reddam, seu restituam, sed prius dixit: *Ecce dimidium bonorũ meorum de pauperibus*, & mox (etsi in comperto erat, & sibi, & omnibus indubium, opes ex fraudibus exaggerasse,) non palàm dixisse, Reddam, vel restituam quod defraudaui, sed quasi dubitaret de rapinis, dixisse, *si quid aliquem defraudaui, reddam*, seu restituam? Præstaret enim quod priùs esset sollicitus de rebus ex iustitia necessariis, (népe de restitutione,) nec obligationem vocaret in dubium, & posteà de re consilij, & non admodùm necessaria curaret. Negotiosis telonij rapinis depauperauerat populos, & non statim ait, Restituam, sed *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus?* Superfluis bene studet, qui nauseat ad necessaria? Nihilominus certum est Zacchæum etsi ære alieno obligatum, negotium iustitiæ ritè peregisse. Ait enim Christus Deus: *Hodie salus huic domui facta est*. Ad quæ verba sic fatur S. Chrysostomus rem quam versamus eleganter edisserens: *Accepit domus Zacchæi salutem ex fide, quam perdiderat aliquando ex fraude. Misericordia reddidit, quod rapina abstulerat: conferunt dona quod fraudes ademerant. Dona enim pauperum lucra sunt animarum, vt probabile cunctis existeret, malis quæstibus damna in misericordiæ operibus lucra maxima aggregare.* Quid accommodatiùs? Nimirum Zacchæus donatiui glorioso nomine redimit & fraudis debitũ, & rapinæ infamiã. Det liberalitatis nomine, vt restituat, quia fortè, nisi dando liberaliter, non redderet ex iustitia. Mercatur enim Zacchæus specioso munificentiæ nomine, nomen liberalitatis, & celat illiberale restitutionis elogium. Tam difficile & arduum est, vel restitutionis vocabulum, quantò magis res ipsa restitutionis! Nam vt aduertit S. Chrysostomus inibi: Qui restituit, *Confitetur fraudes, ipse se iudicat, ipse se condemnat*. Profectò nomen donatiui absoluit, quod res ipsa restitutionis condemnat.

Lucæ.

Zachæus restituit specioso donationis vocabulo.

Lucæ.

Chrysost. homil. de Zacchæo.

130. Lucæ 16. vers. 24. Diues ille de miseriis inopum felix, de indigentia pauperum locuples, condigna vicissitudine mulctatus, è gehennæ infelici loco suspicit Lazarum in sinu Abrahæ felicem: & precaria ambitione præsumit feralium tormentorum remedium. *Pater Abraham* (ipse clamans dixit, *miserere mei*. Nempe, aut mittendo Lazarum ad gehennæ refrigerium, aut saltem eius heredibus & cognatis pœnitentiam suadeat. Saluianus vt erat sagaci ingenio acutè perspicax, suspicatur, hunc diuitem epulonem seram licet restitutionem procurare: sic fatur Saluianus: *Quid proderat, quod dare cuncta capiebat, quæ iam amiserat, qui nihil tunc pro se dederat, quando omnia possidebat?* Nempe diues hic æternaturæ gehennæ addictus, sic æstimat arduum, & difficultate maximè meritorium, restitutionis negotium, vt quamuis ipse sit iam diu merito auaritiæ damnatus: quamuis suas opes dimiserat hæredibus, (quis difficulter dabit, quod iam ipse non possidet,) tamen adhuc præsumit de restituendi merito euadere æternantis incendij gehennam. Sed aduerte adhuc, ad vitandum inferni condemnationem, etsi cupiat aliena restituere, renuere tamen restitutionis vocabulum, & donationis titulo rem ambit cohonestare, *Dare cuncta cupiebat*, ait Saluianus: Quasi nec pro euasione ab inferni gehenna vellet vsurpare Restitutionis nomen. O insignem rei exaggerationem! Iudithæ, fugatis ab ipsa & debellatis Assyriorum copiis, & expoliatis eorum castris prædiuiti præda, debebatur belli iure opulentior spoliorum pars, sed Hebræa gens naturaliter auara, auarioris rapinæ merito, prædam opimam vsurpauerat. Et quidem cùm Holoferniana supellex Iudithæ tandem redditur, sic hoc narratur hic vers. 14. *Porrò vniuersa, quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro & argento, & vestibus & gemmis, & omni supellectile.* Nempe ambiunt illustrem donationis titulum, & renuunt ignobile restitutionis nomen, quæ est huius §. res.

Quàm sit inuisum Restitutionis vocabulum.

Luc.

Salu. l. 3. ad Eccles.

Iudith.

§. XXVIII.

Merita accipientis beneficium, minuunt largitoris munificentiam.

Honor beneficentiæ, est beneficij gratuita donatio, largior beneficentia non commendatur a magnitudine largiti muneris, sed à liberalitate datoris: vnde dehonestatur munificentiæ generositas à merito accipientis. Desiderat Deus hominum preces, quia Deo sunt benefaciendi occasio. At non sinet se multum orari: *Orantes autem, nolite multum loqui*: Matth. 6. v. 7. Ne à merito diuturnæ orationis, minuatur munificentia benefactoris? nam liberalitas dantis decrescit à meritis accipientis. Vnde accipientis meritum, est quodammodò tacitum beneficij dehonestamentum: nam meritum gratiam minuit, aut perdit. Cucurrit Magdalena, Lucæ 7. vers. 33. ad Christum, tunc Pharisæi, & peccatricis lachrymas sitientem, plusquam Pharisæi vina. Accessit lachrymis grauida, & totum oculorum nimbum in Domini effudit pedes; & madentes tersit tota ad venustatem densa crinium capillatura. Et Euangelista rem narrans, ait: *Lachrymis cœpit rigare pedes eius.* Scio Tò *cœpit*, esse linguæ idiotismum: sed vocabuli cortex emedullandus est ad mores. Cœpit tantùm, nec prosecuta est lachrymando? *Cœpit*. Num tam citò lachrymari desiit, quæ erumpẽtes lachrymas vix cohibere poterat! *Cœpit*. Num respuunt fletum venusti oculi, picturati, non lachrymari assueti? at Christus fastidit peccatricis planctum? Cœpit lacrymari: sed, & fudit vberes lachrymarum riuulos. *Cœpit*, quia beneficus Deus vel vna lachrymula contentus, cæteras non expectat ad veniam. Vbe-

131.

Math.

Lucæ.

Cur Magdalena dicitur cœpisse flere.

Digitized by Google

res lachrymas fudit,sed vna tantùm negotium absoluit, & veniam impetrauit. Ne quodammodò dedecus esset diuinæ liberalitatis, post anxios singultus, & copiosum fletum veniam peccatorum largiri. Quod non tam esset dare beneficium, quã vendere. Non enim esset mera gratia, sed antidotalis retributio.Hoc negotium iustitiæ esset,liberalitatis fortitan non ita appareret.Nam liberalitas,vt gaudet dare gratis,sic commodare erubescit.

132. Lucas. Lucæ 11.v.5.Docuerat Christus orare discipulos suos, & vt orationis fiduciam excitaret, & Dei liberalitatem in donando commendaret, proponit parabolam amici, qui imparatus intempestâ nocte excepit amicum hospitem; & tres panes petiturus iuit ad alium amicum: (hic amicus ad quem iuit, Deus est,ex communi Patrum consensione,) qui importunitate & temporis, & petitionis exacerbatus non satis pacatè,sed asperioribus verbis respondit amico, se postulatos panes non concessurum: & tamen Christus Deus affert hanc narrationem, vt diuinam liberalitatem deprædicet. Et vna vox est sanctorum Patrum, & interpretum hic maximè diuinam magnificentiam ostentari. Ergo potius illiberalem animum hic agnoscerem. Nam amicus petit; Quid amico concedendum non est? Petit rem necessariam: quia necessarium est amicum hospitem domo excipere; at incœnatum relinquere,planè illiberalis hominis est.Vadit media nocte; qui tam importuno tempore petitus it,necessitatem probat: Tantùm tres panes postulat magnam nimirùm petitionẽ ab amico Deo, rogandam. Quis, quæso,tam auaro erit animo,qui tam exiguum donum neget, & tamẽ negat Deus. Adde quod panes non dandos gratuitò postulat, sed commodatos. *Amice commoda mihi tres panes.* Theophylactus hic: *amice da mihi mutuò tres panes.*Quasi dicat? Non peto gratis, da mutuos panes;mox reddam. Et tamen adhuc negat? & Deus negat. Et hæc petitionis negatio, diuinæ liberalitatis commendatio est; Et iure quidem petiti panes negantur in commendationem munificentiæ denegantis. Aduertit ad verba petentis: *Amice commoda mihi.Mutuò da mihi tres panes.* Hæc *impudentia* est,ait Teophylactus. A Deo petis mutuò dona? Si dederis reddam? emere vis donum à Deo,non petere! Quo alio modo postulares ab homine auarissimo,à publicano, ab vsurario? Hæc iniuria videtur in Dei largitatem, & rei postulatæ negatione castiganda. *Non possum surgere*, id est, sic,vt petis,non dabo,ferè impudẽter petitur quod liberaliter à Misericordia dandũ non petitur, propè impudentia est, Dei liberalitatem dehonestare, petendo à Deo mutuum, siquidem mutuum parùm à fœnore distat.*Beatus homo,qui miseretur, & commodat:* Psalmo 111.v.5.Laurent. Nouar. *Qui miseretur,& fœnerat.* Quasi commodare idem sit quòd fœnerari. Sapienter ait Seneca: *Turpis fœneratio est beneficium expensum ferre.* Num beneficiũ res mutui est,res fœnoris est beneficium? Deúsne is est, qui beneficiis negotietur;Nam beneficium nisi gratis detur, beneficium non est. Qui mutuò dat,liberaliter non benefacit. Beneficium negotiũ est liberalitatis,non mutui,non fœnoris. Mutuum à ratione beneficij planè desciscit. Tollit à Deo munifici benefactoris nomen,qui mutuum à Deo petit,non commodat Deus beneficia, nec in censu suo collocat, nec quasi *expensum* scribit in libro dati,& expensi,sed liberaliter dat vt Deum decet. Nam turpis fœneratio est beneficium expensum ferre. S.Ambr.laudat Abrahamum, quod de præ-

Misericordia Dei quasi exasperatur. dum commodatum beneficium petitur.
Theoph.

133.
Psalm.
Laur.Nou. homil. de Eleemos.
Sen.l.1.de Benefic. c.2.

Beneficium arroditur meritis accipientis.

Ambr.l.de Abrahã.c.3.

dã,quam tulerat deuictis tot regibus, nihil voluit contingere,nec oblatum sumere. Et rationem elegantem reddit: *Minuit enim fructum triumphi mercedis suspicio,& beneficij arrodit gratiam.*Plurimùm enim refert vtrũ pretio,an gloriæ donaueris.Bellè dictũ:Mercedis suspicio arrodit fructũ liberalitatis. Ergo liberalitas diuina quodammodò iniuriam patitur, & petitionis negatione id publicat,cùm mutuum aliquid à Deo postulatur. Sed tandem largitur petitos panes, ne quid vel iure neget Deus. Nonne hic vides exaggeratam munificentiam Dei volentis semper gratis conferre quicquid dat.

Adolescens ille prodigus defessus tolerando pij parentis domesticam disciplinam, ab eo petit portionem census, quæ illi obtigit hereditario iure: *Pater da mihi portionem substantia, quæ me contingit.* Lucæ 15.v.12.Gratias ago iuueni lasciuienti, & ligurienti,quòd eam non subripuit clanculùm, & aufugit. A patre petiti & id petit,quod debetur illi:*portionem,quæ me contingit.* Et tamen pater offensus est eiusmodi iusta petitione?Audi S. Chrysologum:*Petitionis offensam,genitoris largitas comprobauit.* Patrisne iniuria est, vt filius petat, quòd illi hæreditario iure obuenit, imò largitas patris,si filius nõ meretur donum,non offenditur,sed commendatur:nam dare non merenti,laus est largientis & liberalitatis commendatio. Pergit Euangelista,& Chrysologus:*Et diuisit illis substantiam. Petente vno, ambobus totam substantiam mox diuisit.* Hæc sunt genitoris largitas, quæ comprobauit offensam petitionis.Scilicet petierat à Patre Deo prodigus iuuenis hereditatem, quæ illum contingebat,& qui,quod suum est petit, datorem non finit esse liberalem, hac petitione velut offendi videtur pius & liberalis pater,& petitionis offensam largitate probat, nam & donat germano non petenti, *& diuisit illis substantiam.* Ac si diceret, ô iuuenis petis quod tibi debeo,me quodammodò offendis hac petitione, qua non me permittis esse liberalẽ. Scio quid faciam,vt liberaliter etiam nunc aliquid largiar, germano non petenti(& cui non debetur vt pote adhuc sub patria potestate,)vnà tecum cẽsus partem donabo, & sic largitio erit liberalis, & meam munificentiam decens. Nonne iam vides quod modo,*Genitoris largitas comprobauit petitionis offensam?* Velut offenditur Deus, quando munifice donare nobis à nobis non permittitur.Quod fastigium diuinæ liberalitatis est. Postulatum fuit à proconsule Plinio,vt susciperet causam, & quidẽ iustissimam contra Cælium Consulem designatũ, & sic respondet Gallo: *Et admones,& rogas, vt suscipiam causam contra Cælium.Quod admones, gratias ago,quòd rogas, queror.Rogari enim non debet. Quod non facere turpissimum mihi est*, pende illud: *Quod rogas queror.* Malè queritur, quod ab eo iusta petat. Ægrè scilicet tulit homo liberalis, quod iusta petant, quia non permittunt ei esse liberalem & sponte munificum.Quasi dicat Plinius: iusta petitione tua dedecoratur liberalitas mea,vnde,*Quod rogas,queror.* neque enim finis me esse liberalem, nam sero dedit,qui roganti beneficium dedit. Inde sera videtur Deo omnis largitio,cupiens, vt gratia meritũ præueniat, ne gratia a meritis præueniatur.

Laborarant in vinea magni illius patris familias,tot operarij,alij pondus diei,& æstus tolerant laborando, alij plus, minus alij;alij vix quicquam operis tulerant. Et Matth.20. vers.8. *Et cum serò factum esset, vocat Dominus vineæ procuratorem.* Serò id est, ad occasum Solis,& iubet, vt singulis mercedem soluat.Num vocandi erãt ad mercedem adhuc

134.
Lucas.
Cur oratio cur dicatur offensa Dei.
Chrysolog. serm.1.

Liberalitas queritur, quod rogatur.

Plin.lib.4. epist.

135.
Sera est liberalitas, quæ meritũ non anteuerit.
Matth.

adhuc clarâ die? minimè: sed ad finem vesperæ. Tunc Procurator vocat operarios, & tamen serò vocatos dicit: quia omnis debita solutio sera est ad liberalitatem. Serò dat ad gratiam omnis, qui soluit etiamsi det vbi primùm debet. *Voca operarios, & redde illis mercedem incipiens à nouissimis.* Vix vnâ hora laborarunt nouissimi, & primi mercedem recipient? iniquo iure agi videtur. Chrysost. bene expendit hæc verba: *Incipiens a nouissimis libentius aliquid damus illis, quibus gratis donamus; quia pro solo nostro honore donamus. Ergo omnibus sanctis Deus reddens mercedem, iustus ostenditur. Gentibus autem dans, misericors: Dicente Apostolo: Gentes autem super misericordia honorare Deum, & ideo dicitur, incipiens à nouissimis.* Qui liberaliter donat, honori suo donat, potiùs quàm accipienti: nam à munificentia honor est, à Iustitia debitum exoluitur. Ideò non merentibus operariis nouissimis, citiùs dat, & donatione aliis præferuntur. Timetur sera donatio, quia honori, & gloriæ suæ dat Deus, potius quàm illis. Sic cap. 2. vers. 7. Holofernes liberalitate Princeps, munere Imperator, non dicitur elegisse duces, & Magistratus; *Sed vocasse duces & magistratus:* non expectans supplices preces, non ambitiosa candidatorum munera, non intercessiones, & negotiationes, quæ non sinunt esse liberalem; hæc omnia anteuertit, quò sit liberalior; ne eius munificentia queri possit, quòd rogatur, quòd commodet officium: non det, quòd munera fœneretur; quæ arrodere solent beneficij gratiam. Porrò hic vers. 14. illustrissima Iudithæ merita planè extenuāt munificentiam populi erga ipsam. Quid tanto facinore dignum possent reddere.

Chrysost. in Cat. aur. *Honori suo non tribuit, qui patenti tribuit.* Ad Rom. 15. v. 9.

Iudith.

§. XXIX.

Superior nimis æquus, iniquus est: attentè moduletur fauores, & principatum inæqualitate amplificabit.

136. SVmma æquitas summa iniquitas est: & æqualitas ipsa à nimia æqualitate corrumpitur: nam æqualitas inter inæquales, æqualitas non est, sed iniquitas: nisi enim Superior plus distanti accedat propiùs, recedat longiùs necesse est: qui enim in medio omninò est, non æquè distat à non æquè distantibus. Planè iniquus est Superior, nec in medio est, qui subditos inæquales merito, æquissimè tractat. Porrò Iustitia seuera est, (sit etiam rigida Iustitia:) at ferrea non est, & flectinescia: merita taxet, cui plus debetur? iniquè tantundem soluitur. Habet subditorum virtus suos gradus; habeat etiam, & gratia, & fauor superioris: Quod videre licet hic v. 14. Cant. 2. vers. 4. *Introduxit me in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.* Num Sponsa Deo charissima, vel anima familiarissima Deo inordinatam habeat charitatem? Planè inordinata charitas, charitas non est; nam ab inordinatione vocabulum, & rem vocabuli amittit. Quæ est hæc ordinatio? S. Bernardus hæc verba sic commentatur: *Ordinauit in me charitatem. Etenim in bene affectâ mente non dubium quin dilectioni hominis, Dei dilectio præponatur: & in hominibus ipsis perfectiores imperfectioribus, cælum terræ, æternitas tempori, anima corpori.* Ergo Præpositi charitas ordinanda est; ordo autem non est rerum cumulus coaceruatim positus, sed multitudo seriatim per suos gradus disposita; ità vt Primus principem locum teneat. Secundus huic proximum, sed inferiorem illi, & reliquis potiorem, & sic de cæteris. Sic Superior ordinet beneuolentiam, & fauorem: nec enim promiscuè, & indiscretè omnes amplectendi sunt, sed pro cuiusque merito, ita vt *perfectiores imperfectioribus præponantur.* Sic ordinata charitas erga subditos, à Spiritu sancto exigitur, dum inquit: *Ordinauit in me charitatem:* quæ verba sic exposuerunt Rabbinorum antiquissimi in libro Midras: *Insignem facite, vel magnificate super me charitatem.* nam beneuolentia Superioris sic ordinata, insignior est, magnificentior est, augustior est. Imò Superioris beneuolentia, quæ sic non ordinatur, inordinata est: vnde S. Ambr. non legit *Ordinauit, &c.* sed *Constituit in me dilectionem.*

Nimia æqualitas superioru iniquitas est.

Iudith. Cant.

Bern. serm. 10. in Cant.

Rabbin.

Ambros. serm. 5. in Psalm. 118.

137. Basilius Seleuc. sic loquitur de Petro interrogatò à Christo Domino, quid de ipso sentirent homines: *Primatem inclinat, velut citharam quandam ratione præditam, ictibus excussitans.* Itaque Petrum Ecclesiæ primatem comparat citharæ, quæ multis fidibus constat diuersimodè sonantibus. Aptius Tertullianus eandem citharæ metaphoram Superiori accommodat; non quòd ipse sit cithara, sed citharam temperans, modulans, sic aiens. *Hæc ratio seruabatur apud prouidentiam Dei, pro temporibus omnia modulantis.* Et lib. 2. aduers. Marc. cap. 12. *Bonitas Dei operata est mundum, Iustitia modulata est.* Opportunè satis rem Musicæ transfert ad modum regendi subditos, quos comparat citharæ, quam Superior temperare, modulari, & pulsare debet gubernando. Et quidem Musicæ peritus antequam chordas manu pulset, eas diuersissimè temperat: nam quasdam valdè prætendit, vt graciliorem acuant sonum, alias remissius temperat, & aliquas laxiùs remittit, vt grauiorem accentum edant: & ita discordi concordia chordas ad harmoniam temperat: quod si omnes æquè prætenderet, aut laxaret, inamœnum redderet sonum: cuius amœ-
nior suauitas est in discordia temperaturæ. Ita su- 138.
perior, citharœdi instar temperare, & modulari debet subditos, velut animatam citharam: & dispari disciplina, sed harmonica, illos moduletur, pro qualitate ingenij, & virtutis merito, eosdem diuersissimè temperans. Alios contendens, remittens alios, quibusdam altiorem & sublimiorem locum tribuens, pro ingenij acumine, & meritorum sublimitate: inferiorem & grauiorem aliis, quos gurda natura, & corpulentum ingenium dedit grauem, & raucum sonum: hac diuersitate melodia constat. Quod si hos sublimat, illos demittit, aut vtrosque peræquat: harmonia perditur, & insuauis redditur sonus, & grauis auribus. Verùm attentè caueat Superior, nimis aut hos degrauet, aut illos attollat: nam leuissimus excessus aut infrà, aut supra naturam chordæ, totam citharæ harmoniam perimit. S. Nazian. sic de eo loquitur: *Ac mirus erat concentus, nexúsque potestatis.* Concentum appellat Nazianzenus Basilij politiam. Ergo Præfectus sit ipse temperatus, vt cithara: subditos quoque vt citharæ chordas temperet attentè, ne fauore, aut inuidia quosdā attollat, & alios deprimat, sed modos musicos seruans quemcumque in suo constituat gra-
du: nam hæc inæqualitas æquitas est Deo digna. 139.
Et quidem hæc inæqualitas, & inclinatio ad vnā partem, vt minuit Superioris affectum erga quosdam, sic dilatat eius principatum: & quod fauoris aliquibus detrahit, & impertit aliis, planè ampliat Principis dominatum. Lucæ 20. v. 37. Deus etsi cōmunis sit omniū Dominus, dicitur specialiter Deus

Seleuc. Orat. 25.

Superior vt citharœdus tem eret subditos.

Tertull. l. de Ieiun. c. 4.

Nazianz. Orat. pro Basilio.

Deus cur specialis Deus Abraham, Isaac & Iacob dicitur.

Lucæ.

Digitized by Google

Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Num hæc ſpecialis nuncupatio, & inclinatio diuinæ voluntatis, quæ Deum ſingulariter arctat ad vnam gentem, illum facit ab aliis alienum? Valdè reſtringitur Dei principatus, ad Hebræam gentem vnicè addictus. Imò verò eo ampliſſimè quaſi dilatatur. Expende pulchra S. Chryſoſtomi verba ſuper præfatis Lucæ verbis, *ſic & Deus ſpecialiter ſe horum Deum* (nempe Abraham, Iſaac, & Iacob,) *dicebat, non coarctando eius dominium, ſed ampliando.* Itaque ſpecialis Dei beneuolentia, & inclinatio ad vnam gentem, & ſpecialis fauor aliis detractus, mirè quaſi amplificat Dei dominatum: nam ſuperioris ſpecialis gratia plus merentibus impenſa, artificium eſt amplificandi principatum, & ingenium dilatandi dominium. Nam diuina iuriſdictio, quæ noua adiectione creſcere non poteſt, dum à non merentibus ſe alienat, & benemerentibus ſpecialiter ſe inclinat, mirè amplificatur: & diuinior prouidentia inæquali fauore pro meritorum inæqualitate, etſi non dilatetur nouâ adiectione dominij; at illuſtri dominandi eminentiâ amplificatur: & quoad nos incrementum capit, dum fauores pro meritis modulatur, diſcordiâ concordi res humanas temperans. Hæc inæqualitas genus eſt æqualitatis. Æquè etiam tractat omnes, qui ſic inæqualiter gubernat.

Chryſoſt.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

VERS. 1. TVNC cantauit canticum nouum hoc Domino Iudith, dicens:
2 Concinite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi pſalmum nouum, exaltate, & inuocate nomen eius.
3 Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi.
4 Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum noſtrorum.
5 Venit Aſſur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis ſuæ: cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles.
6 Dixit ſe incenſurum fines meos, & iuuenes meos occiſurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.
7 Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus feminæ, & confodit eum.
8 Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi, ſed Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſoluit eum.
9 Exuit enim ſe veſtimento viduitatis, & induit ſe veſtimento lætitiæ in exultatione filiorum Iſraël.
10 Vnxit faciem ſuam vnguento, & colligauit cincinnos ſuos mitra, accepit ſtolam nouam ad decipiendum illum.
11 Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.
12 Horruerunt Perſæ conſtantiam eius, & Medi audaciam eius.
13 Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorum, quando apparuerunt humiles mei, areſcentes in ſiti.
14 Filij puellarum compunxerunt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.
15 Hymnum cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo noſtro.
16 Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem ſuperare nemo poteſt.
17 Tibi ſeruiat omnis creatura: quia dixiſti, & facta ſunt: miſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt, & non eſt qui reſiſtat voci tuæ.
18 Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis: petræ, ſicut cera liqueſcent ante faciem tuam.
19 Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.
20 Væ genti inſurgenti ſuper genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij viſitabit illos.
21 Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, ſentiant vſque in ſempiternum.
22 Et factum eſt poſt hæc, omnis populus poſt victoriam venit in Ieruſalem adorare Dominum, & mox vt purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta, & vota, & repromiſſiones ſuas.
23. Porrò Iudith, vniuerſa vaſa bellica Holofernis,
quæ

Digitized by Google

quæ dedit illi populus, & conopœum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. 24. Erat autem populus iucundus secundùm faciem sanctorum, & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Iudith. 26. Post dies autem illos vnusquisque rediit in domum suam, & Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel. 26. Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita vt non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius. 27. Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. 28. Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque, & dimisit Abram suam liberam, & defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia. 29. Luxitque illam omnis populus diebus septem. 30. In omni autem spatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israël, & post mortem eius annis multis. 31. Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.

---

§. I.

Commentarius litteralis.

Vers. 1. Tunc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens:

Vers. 2. Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum, exaltate, & inuocate nomen eius.

1. *Iudith chorum ducit.* NOTAVIMVS ad finem capitis proximè præcedentis, in more positum fuisse apud Hebræum populum, pro insigni aliqua victoria, sic gratias Deo agere, vt feminæ choreis, & canticis diuinas laudes modulatè pangerent, & celebrarent. Femina verò quæ chori princeps erat, reliquas omnes inuitabat, dein ipsa præcinebat; reliquæ tympanis, citharis, sistris & cantu ingeminabant eandem vocem. Sic Iuditha, vti dux fuerat inclytæ victoriæ; ita nunc ductrix chori est, & princeps Psaltria: quare in festâ & piâ pompa & adhortatur ceteras ad modulandum Deo, & ipsa præcinit epinicium. Quod expressius habetur in Græco textu ad finem capitis præcedentis: *Græcus.* *Et inchoauit*, inquit, *Iudith confessionem hanc in omni Israël, & succinebat omnis populus laudem hanc.* Vnde duplex hic versiculus, procemium huius Cantici est. Itaque Iuditha iuxta nomen suum (Iudith enim *confitens* seu *laudans* Hebræis sonat,) Deum confitetur; & laudat in hoc illustri Cantico ob illustrem victoriam contra Assyrios diuinitus partam.

2. *Quid sit cantum nouum Psalmum. Sanct.* *Incipite*, inquit, hoc est, Incipite canere mecum modulato & festo acroamate. *Tympana*, & *cymbala*, nota sunt Musices instrumenta, & in Psalmis Dauid identidem repetita. Modulamini *Psalmum nouum*. Quid nouum psalmum expetit? Sanctius putat τὸ *nouum*, proprium & familiare esse psalmorum epithetum apud Hebræos, vt liquet ex Psalmo 32. vers. 3. & 39. vers. 14. & 95. *Psalm.* vers. 1. & 97. vers. 1. & 145. vers. 9. & 149. vers. 1. Vel *Psalmum nouum* dicit, quia semper nouus erit, hoc est, nunquam consenescet, nec fastidium pariet audientibus, quod rei nouæ proprium est, & nouitatis laus. Quasi dicat: etsi hic Psalmus æternum duret, nunquam perdet gratiam nouitatis. Sic S. Clemens Alexand. in adhortat. ad Gentes, dixit de Verbo Dei, esse *Nouæ harmoniæ æternum modum.* *Clement.* Lorinus in Psalmum 32. aduertens *Lorin.* omnia noua & recentia esse meliora, & vegetiora, & gratiora; ideò existimat Psalmum appellari *nouum*, quia semper iucundus & gratissimus erit. *Ioann.* Et hoc sensu Ioannis 15. vers. 3. præceptum amoris *nouum* vocari. *Nouum pro illustri vsurpatur.* Vel *nouus Psalmus* dicitur, quasi semper debeat velut renouari, atque repeti, & continuari. *Genebr.* Genebrardus in Psalmum 95. *Nouum* vsurpat pro illustri & raro. Et sic putat 2. Petri cap. 3. vers. 13. dici *cælos nouos*, & in Apocalypsi *2. Petr.* cap. 21. vers. 2. *Ierusalem noua.* *Apocalyp.* Verosimilius est Iuditham nouam Psaltriam, pro nouo beneficio, nouum Psalmum modulandum expetere, & qui nouam victoriam referat, & celebret. Nam cùm familiare fuerit Hebræis ad agendas Deo gratias, *Psalm.* vsurpare Psalmum 117. quod incipit: *Confitemini Domino, quoniam bonus*, &c. nihil generale vult concipi ad gratificandum Numini pro tantâ victoriâ; sed *nouum psalmum*, quo canant Deo, nouæ victoriæ gloriosum & insolitum triumphum nouo epinicio. Ita Emanuel Sà, nec tenuit Sanctius. *Sà.* Hunc nouum Psalmum appellat, *exaltationem*, & *Sanct.* *inuocationem* diuini nominis, hoc est, ipsius Dei. Iuxta vulgarem modum Scripturæ, quæ sæpè nomen vsurpat pro re. Quod sæpè notauimus; & nemo nescit, qui aliquid scit in re Biblicâ. Dionysius non scribit *exaltate*, sed *exultate*, id est, Lætamini festo cantico. *Dionys.* Sed in vulgatis, & in Græcis habent *exaltate*.

Dominus conterens bella, Dominus nomen illi. Vers. 3.

Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu inimicorum nostrorum. Vers. 4.

3. Cùm Iuditha exambiat, vt eius Canticum *sit nouum*, & æterna nouitate perennet in futura secula, adstruit in Cantici initio, quod nouum & insolitum facinus reddat facile creditu, vt doctè aduertit Sanctius: *Sanct.* scilicet Dei omnipotentem vim; qua id præstare potuit, & voluntatem diuinam erga Hebræos beneuolam, qua voluit suo populo opportunè auxiliari. Potentiam Dei ostendit, aiens: *Dominus conterens bella*: id est, validos bellatores, vel cassa reddens bella potentium, vt latè explicuimus suprà ad caput 9. vers. 10. *Iudith.* Quæ hic repetenda non sunt. Addit Iuditha: *Dominus nomen illi.* Si Hebraïca vel Chaldaïca exemplaria nobis suppeterent, viuacior sensus (qui alioqui marcet,) reddi posset his verbis: innotesceret enim quodnam ex Dei nominibus subesset huic voci *Dominus*

Digitized by Google

-nus, ex quo pateret sententiæ energia. Nam præcise nomen *Domini* non publicat peramplam & omnipotentem Dei virtutem, ad debellandum, & proterendum Tyrannorum superbas vires. Auctor notarum in S. Ephrem in notulis marginalibus ad sermonem de secundo aduentu, ex mente (vt ipse opinatur,) sanctissimi & sapientissimi viri, habet, *Dominus Sabaoth* nomen illi, quod viuidè ad rem præsentem apponeretur. Sensus enim esset plenus: Dominus conterit bella, hoc est, bellatores, quia Dominus Sabaoth, id est, exercituum, est nomen eius. At vt eruditè Serarius, hæc verba non allegat Ephrem ex historia Iudith, sed ex Isaiæ prophetia. Vnde satis verosimilis est coniectura Sanctij, cùm dixit in hoc Cantico Iuditha, *Dominus nomen illi*, alluisse ad Canticum Moysi vers. 3. vbi dicitur, *Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen illi*. Hebraicè pro τὸ *omnipotens*, scribitur יהוה *Iehoua*; *Iehoua* autem significat, *Qui est*. Quasi dicat. Deus noster solus est, qui est, ac proinde cætera habenda sunt quasi non essent. Vnde validissimæ quæque creaturæ, quæ nihil sunt comparatione Dei, perinde habendæ sunt, ac si nihil haberent virium: ac proinde facile possunt à Deo conteri, dissipari, ad nihilum redigi.

Ephrem. Sera. Sanct. Exod. 15.

3. *Qui posuit castra tua in medio populi sui.* Ecce quàm velit fauere, & fouere Hebræos, qui in medio eorum posuit castra sua. Num potiora erunt Assyriorum castra, quàm castra omnipotentis Dei, quorum milites sunt Angeli, quorum Imperator Deus ipse? Castra Dei dicuntur esse in medio populi sui, id est, in populo suo: nam τὸ *medium*, non significat quod est in medio aliquorum, sed quod est inter aliquos, vt aduertimus suprà ad illud capitis 14. v. 18. *In medio castrorum eorum.* Ideo dicit se *ereptos* de manibus inimicorum, non quia iam expugnata Bethulia aliquando fuerint Assyriorum præda; sed quia eò res Bethuliæ deuenerat, vt iam iam immineret vrbis vastatio, & direptio.

Iudith.

4. Vers. 5. *Venit Assur ex montibus ab Aquilone, in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum operuerunt valles.* Tametsi Assur aliquando vsurpetur pro Ægyptio, vt notauit Lorinus in Actorum cap. 7. v. 28. & caput 15. vers. 23. tamen indubiè hîc & ferè semper sumitur pro Assyriâ, quam, vt Ammianus indicat lib. 23. Barbari vocant *Assyriam*, vel *Atturiam*, vel *Assuriam*; & cuius caput & Metropolis fuit Niniue, aut Ninus, aut Nina, aut Niades, his enim nominibus appellari solet. Constat autem Assyriam sic dictam ab *Assur*. Vnde Assyrij Græcè & Latinè *Assurij* nominantur: (& Syria, vsque hodie Suria dicitur vulgò:) nam Υ apud Græcos idem est, quod V apud Latinos. Vnde passim Assyrij in sacris litteris, Assur nominantur. Psalmo 82. v. 9. *Etenim Assur venit cum illis.* Chaldæus sic scribit, & explicat: *Sed & Sennacherib Rex Assyriæ, associatus est illis.* Mitto innumera loca ex libris Regum, & Paralipom. & Prophetis, præsertim Isaiæ. Et indubiè Assur in hoc loco sumitur pro Assyriis: quia Nabuchodonosor Rex Assyriorum, deuicto Arphaxado, misit Holofernem Principem militiæ Assyriorum ad expugnandos Hebræos, & finitima regna. Assyrij autem appellantur *Assur*, vel ab Assur filio Sem, Genesis. 10. v. 22. *Filij Sem, Aelam, & Assur & Arphaxad, Lud & Aram*, ita Iosephus lib. 1. Antiquit. cap. 41. S. Hieronymus lib. de Traditionibus Hebrai. S Augustinus lib. 16. de Ciuitate Dei, cap. 3. Historia Scholastica, Lyranus super Geneseos cap. 10. Vatablus ibi, & plures alij

Lorin. Ammian. Quis sit Assur. Psalm. Chaldæus. Genes. Ioseph. Hier. August. Comestor. Lyra. Vatabl.

Vel ab alio *Assur*, filio Nembrothi seu Beli, à quo ædificatam fuisse vrbem Niniuem, & fundatam Assyriæ monarchiam tradunt Annius in suo Beroso lib. 4. ita Eusebius lib. 9. Præpar. Ribera in cap. 5. Osee, Pererius in cap. 10. Genesis, Bellarminus in perbreui Chronico, quod subiecit libro de Scriptor. Eccles. fauet Ioannes Ferdinandus in Thesauro, verbo *Assur*, & Lorinus in Psalmum 82. & alij. Omitto rationes quæ pro vtraque sententia militant, quia commentarius huius loci id non expetit. Hic ergo *Assur*, fuit Ninus, seu Iupiter, qui Niniuem condidit, filius Nemroti, seu Beli, seu Saturni, nepotis Chami. Hic Ninus conditor Niniues, & monarchiæ Assyriorum, dictus est *Assur*, à quo & Assyrii nominantur, siue per anticipationem, quia occupauit regnum aliùs *Assur*, filij Sem, siue quacunque alia de causa. Itaque ab Assur, siue is fuerit filius Sem, siue alius *Assur*, filius Nemroti, & pronepos Chami, *Assur* sumitur in sacra Scriptura pro Assyriis.

Annius. Euseb. Ribera. Pererius. Bellarm. Ioan. Ferd. Lorinus.

Sic ergo pangit Iuditha: *Venit Assur ex montibus*, id est, venerunt Assyrij ex montibus, quia per 5.
montem Libanum aduenire solebant Assyrij, & irrumpere in Israëliticos terminos. Dicuntur autem venisse ab *Aquilone*, quia respectu Palæstinæ Assyria ad Aquilonem spectat, vel potiùs inter Aquilonem & Eurum sita est; sed magis inclinatur & vergit ad Aquilonem. Quocirca Aquilonares hostes infensissimi erant Hebræis: *Ab Aquilone pandetur omne malum*, Ierem. 1. v. 41. Irrumpebant enim per Libanum ab introitu Emath. Hæc nota sunt ex descriptione terræ sanctæ. Addit Assyrios venisse, *In multitudine fortitudinis suæ*, vt publicet hostis potentissimi vires, quas suprà legimus in hoc libro, præsertim cap. 2. v. 7. & cap. 3. vers. 8. & cap. 7. v. 1. Erant autem Assyrij, multitudine innumerabiles, militari arte illustres, immanitate barbari, victoriis insolentes. Amplificat ergo eorum potentiam, vt sic augustius eniteat virtus diuina, quæ potentissimos hostes, imbellis feminæ manu deuicit, fugauit, concidit.

Ierem. Iudith.

Cuius multitudo obturauit torrentes. Nempe exaggerat multitudinem bellatorum, aiens, tantam esse Assyriorum multitudinem vt riuos, & torrentes exsiccauerint, dum vix sufficerent flumina ad potum præbendum Assyriorum multitudini, & exercitus sui iumentis, & ministrorum vulgo innumerabili. Ita Carthusianus. Quod tradit Herodotus lib. 7. de agminibus, quæ idem Nabuchodonosor, seu Artaxerxes armauit in Græciam, & Paulus Orosius lib. 2. cap. 9. & Iustinus lib. 2. & Iuuenalis Satyra 10. Et quispiam Assyriæ Rex, hæc verba arroganter iactat Isaiæ 37. *In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani. Ego fodi, & bibi aquam, & exsiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum.* Tanti exercitus equitatum operuisse valles, non est admodùm grandis hyperbole.

Carthus. Herod. Orosius. Iustin. Iuuenal. Isaias.

Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem. Vers. 6.

6. Vers. 7. *Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus feminæ, & confodit eum.* Assyria potentia, & felicitate tumens, tam superbos hauserat spiritus Holofernes, tam suæ virtuti, & fortunæ gratulabatur, vt quasi nemo foret, qui valeret ipsi repugnare; extrema quæque, & dira minitabatur, messibus incendium, iuuenibus gladium, infantibus prædationem, puellis captiuitatem, & quod pati solent ipsa captiuitate ærumnosius. At Dominus,

Dominus, inquit, Iuditha, quas in nos ſtrinxerat
minas, in ſuum ipſius conuertit caput, in quo ex-
pertus eſt, quæ in alios atrociter minabatur: nam
feminea manu inſignis ipſe bellator indecorè ce-
Carthuſ. cidit ſuo gladio confoſſus. Bene aduertit Carthu-
Plautus. ſianus, illud *nocuit eum*, vetuſtam Grammaticorum
Serar. phraſim ſapere, qua ſemel & iterum vſus eſt Plau-
Sanctius tus in Milite glorioſo, cuius verba ſcribunt Sera-
rius, & Sanctius. Illud, *Et confodit eum*, deſidera-
tur in Græco textu.

Vers. 8. *Non enim cecidit potens eius à iuuenibus, nec*
7. *filij Titan percuſſerunt eum, nec gigantes excelſi ap-*
In Scripturâ *poſuerunt ſe illi, ſed Iudith filia Merari in ſpecie*
ſæpè alluditur *faciei ſuæ diſſoluit eum.* Probat Iudith tanti triumphi
ad poëtarum gloriam vni Deo adſcribendam, qui ideo Aſſy-
fabulas. rias vires per manum femineam contriuit, vt eò
certiùs Deo tribuatur victoria, quò magis futile
inſtrumentum aſſumpſit. Poëtarum fabulæ de Ti-
Boccatius. tanibus, notæ ſunt. Legi poteſt Boccatius in Ge-
nealog. lib. 3. c. 4. & lib. 1. cap. 8. & lib. 4. cap. 1. de
Gigantibus multa tradit vtraque eruditio. Nemi-
ni non nota eſt Titanomachia, & Gigantomachia.
Titanes enim, ſeu Gigantes ambierunt Deos è cæ-
lo deturbare, & montes montibus ſuperponentes,
ſcalam in cælum conſtruxêre. Hinc homines pro-
cerâ corporis mole robuſti, *Titanes*, ſeu *Gigantes*
Sanct. appellantur. Ita Sanctius, qui nullum hic diuer-
Serar. ſum agnoſcit inter Titanes, & Gigantes. Serarius
verò autumat, *Titanes* vocari qui floruerunt ante
diluuium, *Gigantes* qui poſt diluuium nati ſunt.
Rio. Martinus del-Rio Adagio 167. cêlet hic & ad om-
nia fabuloſa, & ad fabuloſas genealogias adludi, *Ti-*
Claudian. *tanesque* (ex Claudiano in Gigantomachia) dici, qui
prius à terra genitos, bellum intulêre cælo, *Gigan-*
tes verò, qui poſt à ſimili inſolentia idem aggreſſi
Heſiodus. ſunt, ſiue ante, ſiue poſt diluuium. Heſiodus in
Theogonia putat, *Titanes* eſſe ſubterraneos Dæ-
mones, quos contra ſuperos Deos irata terra in vl-
tionem effudit. Et videtur deſumpta fabula à Gi-
gantibus, ſeu robuſtiſſimis & audaciſſimis viris, qui
Babelis turrim extruere moliti ſunt, conatu irrito,
Geneſ. Geneſ. 11. verſ. 4. Nemo tam amens & truncus erit,
qui dum audiat fabulas ex Iudithæ ore, diuini Spi-
ritus inſtinctu indubiè afflato, inde exiſtimet figmē-
ta approbare; hoc enim foret mendacium verum
facere. Sed dum poëticè loquitur in hoc Cantico,
ſapientes alludit ad nomina, & res poëtarum. Qua-
ſi dicat: Robuſta & inuicta Aſſyriorum potentia,
non fuit deiecta & profligata à validis & robuſtis
bellatoribus, neque à *Titanibus*, *ſeu Gigantibus*,
quos otioſa vetuſtas effinxit, ſed femineâ, & im-
belli manu. Neque inſolens eſt in Scriptura ſacra
Iob. verè alludi ad fictas fabellas, Iob 6. verſ. 6. *Qui fa-*
cit Arcturum, &c. & 12. verſ. 33. *Glareis Cocyti*, &
Thren. cap. vlt. verſ. 14. vbi Vulgatus, *Cornu ſtibij* vertunt
Amos. Septuag. *Cornu Amaltheæ*. & Thren. 4. v. 3. *Lamias*
legimus, & Amos 5. verſ. 8. *Facientem Arcturum &*
Orionem. De gigantibus multa paſſim in Bibliis,
quin adluſio fiat ad fabulas; imò fabulæ veritatem
Scripturarum ſæpè mentiuntur.

Sed vnde Titanum nomen Iudithæ notum;
8. Num Hebræa femina lectitabat Græcorũ fabellas?
Sanctius ſuſpicatur, ex quatriduí vſu cum Aſſyriis,
Sanct. in eorum caſtris; quos fortè crebrò audiebat com-
parare ſe Titanibus, & Gigantibus. Quid ſi non
audiſſet Aſſyrios hoc ſe nomine appellitantes? Ve-
rùm cùm Hebræa gens, vel captiua paulò anteà
fuerit apud Aſſyrios, vel ſaltem plures ex Aſſyriis
tunc habitarent Samariam, poſt decem tribuum
traductionem in captiuitatem Aſſyriæ, veroſimile
eſt ex eorum conſuetudine, nota fuiſſe vel vulgò
rudi & indocto, plurium fabularum nomina, præ-
ſertim ſi illuſtrius aliquid continerent, & quod
adluderet ad res Scripturarum. Quin & eodem
modo ſciſcitari quis poſſet, vnde Iob, & Amos, &
Hieremias fabulas noſſet? Quòd ſi viri aliqui ex
Iſraële, aut Idumæa, illas nouerant, quare à viris
Iſraelitis, id potuit Iudithæ innoteſcere? Profectò
ſunt aliqua nomina petita è celebrioribus fabulis,
quæ vel rudiori vulgo, & indocto feminarum po-
pulo nota ſunt. Sic apud Hiſpanos ex ore imperiti
cuiuſque ſæpè audies: *Fulano es vn Hector, & vn*
Hercules. Negabis eruditæ feminæ, quod rude vul-
gus planè neſcit?

Filij Titan, vetus exſcriptio apud Lyram habet, Lyra.
Filij Tyrannorum. Sed Latina, & Græca exſcriptio
habet, *Filij Titan*. Et quidem, *Filij Titan* nihil aliud
ſignificat, quàm *Titanes*, vſitato Scripturarum idio-
tiſmo, ſicut Filij taurorum, id eſt, tauri, & Filij
arietum, id eſt, arietes; Filij hominis, id eſt,
homo. Sexcenta alia exempla ſuppetunt in Bibliis.
Nec gigantes excelſi impoſuerunt ſe illi, legebatur
olim: Sed *appoſuerunt ſe* habet correctior Vulga-
tus, cui adhærendum eſt. Sed *Iudith filia Merari*.
Genealogia Iudithæ texitur cap. 8. à verſ. 1. De quo Iudith.
ibi multa, vbi probauimus Rubenitidem & Simeo-
nidem fuiſſe.

§. II.

Eccleſiaſticus cantus mentem tranquillat ad pietatem, Dæmones excantat piâ victoriâ, & religioſo trophæo.

HOc caput 16. Epinicia continet, quæ noua 9.
Pſaltria Iudith Deo modulatè concinit, gra-
tias agens pro illuſtri victoria ab Aſſyrio, ſeu Tar-
tareo Holoferne glorioſè partâ: & vt ſimul feſſo
cantu, & modulatis vocibus tranquillet Hebræo-
rum animos à belli & victoriæ tumultu, & cano-
ro concentu erigat ad auguſtiores Dei laudes. Pro-
fectò muſices harmonia nimis poteſt ad rem vir-
tutis, & pietatis concentum. 4. Reg. 3. v. 15. Ioram
rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iudæ exierunt in prælium
aduerſus regem Moab. Acceſſitur Eliſeus, qui pro-
phetet euentum periculoſiſſimi belli. Eliſeus au- *Cantus ſedat*
tem ſeueriſſimè obiurgauit idololatram Ioram, & *affectus &*
aſperioribus verbis cum illo egit. Tandem preci- *excantat*
bus Ioſaphat inclinatus, præſaga mente prophetiæ *paſſiones.*
munus obire intentat. Sed priùs ait: *Nunc autem* 4. Reg.
adducite mihi pſaltem. Cumque caneret Pſaltes, fa-
cta eſt ſuper eum manus Domini. Quorſum hic
Pſaltes requiritur? Num Eliſeus nouitius Prophe-
ta eſt, qui Pſaltem requirat ad prophetandum? Imò
quid harmoniæ cum prophetia? Porrò cantus mul-
cedo eſt aurium; prophetia, negotium gratiæ, &
ſupernæ reuelationis arcanum. A Pſaltis cantu, an
à Dei inſtinctu prophetat Eliſeus? R. Salomon R. Salom.
exiſtimat, *quòd ſpiritus Prophetiæ receſſerat ab eo, eò*
quod exaſperatus fuerat contra regem Iſrael. Vnde
Pſaltis opera exambit reſtaurare ſpiritum prophe-
tiæ propter aſperiora verba deperditum. Non ad-
ducat, vt id credam. Saltem verum puto, quod do-
cet hîc Lyranus, ad ſedandas animi & corporis
paſſiones, piè licet concitatas aduerſum Regem,
arbitrio cantus vſum fuiſſe Prophetam; ac ſi muſi-
ces foret paſſionum quies, & illex prophetiæ: *Ad*
hoc autem, ait Lyra: *quod ſpiritus tangat cor Pro-* Lyra.

Digitized by Google

phetæ facit eleuatio mentis per deuotionem. Ad quod iuuat melodia ad hoc ordinata. Ecce tibi, Eccleſiaſticus concentus excitat prophetiæ ſpiritum, & turbatam mentem pacat, & tumultus paſſionum ſedat, & tranquillat ad gratiam. Pulchrè S. Iuſtinus Martyr: *Excitat,* inquit, *hæc cantio cum voluptate quadam animum, & flagrans ad eius quod carmine celebratur deſiderium: affectiones, & concupiſcentias carnis ſedat: cogitationes males inimicorum, quæ cernere non eſt, ſuggeſtione obortientes, amolitur: irrigatam ad fructificationem diuinorum bonorum reddit: pietatis decertatores generoſos & fortes per conſtantiam in rebus aduerſis efficit: omnium rerum, quæ in vita triſtes & luctuoſa accidunt, piis affert medicinam.* Luculenter idipſum ingeminat Philo Hebræus: *Cantus, verbáque ſanitatem & ſalutem afferunt: cantus quidem excantando paſſiones animi, vt quicquid in nobis diſſonat, in concentum quemdam redigendo, reprimendóque immodicos affectus certis modulis componat.* Audis muſicam non tantùm componere animi affectus, ſed etiam excantare paſſiones.

Iuſtin. q. 106.

Philo l. de Vict. offer.

10. Verùm quàm ſit potens arcana Eccleſiaſtici cantus vis ad informandam homines ad pios Euangelij mores, & emolliendos ad omnem pietatem, pridè ſatis quotidianâ experientiâ edocti, quantum hoc pium otium ait negotium eſt. Clemens Alex. poſt relatas fabulas de Amphione Thebano, de Arione Methymnæo, & de Thracio Sophiſta, qui ſolo cantu lapides expoliebant ad fabricam, feras reddebant manſuetas, quin etiam quercus, pinus, fagos, & reliquas arbores ſuis locis motas muſicâ tranſplantabant; hæc ſubdit de cæleſti cantu: *Vide quantum potuerit nouum Canticum: homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris.* Nempe morum dum lapidoſitas, & belluina feritas emollitur & molleſcit piis arcani concentus præſtigiis. S. Auguſt. Confeſſ. lib. 9. cap. 6. *Quantum,* inquit, *fleui in hymnis & canticis tuis, ſuaue ſonantis Eccleſia tua vocibus commotus acriter! Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum; & ex ea æſtuabat affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & benè mihi erat cum eis.* Scilicet arcano Eccleſiaſtici cantus vigore, & veritas liqueſcebat impietatem, & Auguſtini cor olim lapideum, eliquabatur per oculos, & effluebat in omnem ſanctitatem. *Vide quantum potuerit nouum canticum: homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris.*

Cantus ex lapidibus homines facit.

Clem. Alex. Adhort. ad Græcos.

11. 1. Reg. 16. verſ. 23. (in vulgari ad id loco, aliquid non vulgare meditari exambio.) *Quandocumque ſpiritus Dei malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu ſuâ, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. Recedebat enim ab eo ſpiritus malus.* Vbi primò aduerte, quod eruditè notauit Hugo Card. ex ſententia Ioſephi, & S. Hieronymi, *quod tunc accepit Dauid propheticum ſpiritum, ſic ille quidem prophetare cœpit, ſancto ſuper ſe Spiritu veniente. Tunc cœpit Pſalmos canere.* Scilicet Dauid dum pulſat lyram dulci plectro, & hymnos canit Deo; tunc, tunc quidem illi infunditur largior prophetiæ ſpiritus, & vnà cum cantu gratiam ebibit largiorem: quaſi Muſica de rebus diuinis ſit prophetiæ matrix, & vberioris gratiæ conceptaculum cui ſe Spiritus ſanctus ſenſim infundit. At, vetus quæſtiuncula eſt, an Dauidis cantus habuerit vim expellendi Dæmonem, quo Saul affligebatur? Affirmare videtur Boëtius apud Lyranum. Dicitur enim Cantu Dauide, Saulem refocillari; quia *recedebat ab eo ſpiritus malus.* Iure interpretes id negant naturali muſices virtuti, verùm vel id dubitaſſe grande elogium eſt pij cantus, quo celebrantur diuinæ laudes. Saltem indubiū eſt, ita vberem Dei gratiam refuſam eſſe Dauidico cantui, vt mox ſerpentem dæmonem excantaret: *Neſcio an hymnus, an lamentatio ſerpentis eſſet Canticum,* inquit alibi idem Alexandrinus Clem. Quaſi cæleſtis hymnus non tam ſit decantatio diuinæ laudis, quàm lugubris lamentatio Dæmonum: qui mœſtiſſimè ingent, & acerbè excruciantur, dum læta canimus Deo. Baſil. Seleuc. ſic fatur de Dauidis cantu excantante Dæmonem: *Legatos humanè excepit Dauid, & mox erat in armis Spiritus. Pſalmus enim & Lyra, & gratia arma ſunt in Dæmonem. Loquebatur tantùm, & hoſtis vincebatur: & lyra melos veluti telum iaciebatur in Dæmonem. Quis audiuit trophæum cantibus excitatum?* Hæc trophæa olim & nunc excitat Eccleſiæ cantus, dum harmoniæ mulcedine fugat dæmones: vincit, profligat, detriumphat.

1. Reg.

Hugo. Ioſeph. Hieron.

Boëtius.

Clem. Alex. Adhort. ad Græcos.

Baſil. Seleu. orat. 14.

12. Pſalm. 56. v. 9. Ita pangit regius pſaltes: *Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara,* quæ verba S. Auguſtin. & alij Latini Patres myſticè interpretantur de Chriſto Deo. At cur Chriſtus muſicæ Harmoniæ comparatur? Sedulò diſputant Patres, cur perſona Verbi carnem induerit ad negotium redemptionis. Et quare perſona Patris non ſuſcepit hoc munus? nam vel nomen Patris miſellos filiolos animaret ad vitam: & perſona Spiritus ſancti agnato amore refoueret ad gratiam. Quam ob rem perſona Verbi præ aliis perſonis id officium obiit aſſumpta humanitate? An quia Verbum aptum eſt ad concentum? Audiendus eſt Clemens Alex. nuper allegatus, vbi Chriſtum Deum appellat: *Noua harmoniæ æternum modum.* Et ſtatim latè tradit, quàm feliciter homines ad humanitatem & pietatem allexerit cæleſti & diuino concentu. Vt vel hinc nobilitetur cæleſtis cantus.

Pſalm. Auguſt. Harmonia Verbi diuini.

Cæterùm cùm tanta ſit vis modulati cantus ad tranquillandos animos, illóſque permouendos ad omnem pietatem, piè Iudith religioſam pompam inſtituit, hymnum nouum Deo præcinit in gratiarum actionem: *Grates nos Deo exhibentes, rationales pompas, & hymnos celebramus, atque decantamus,* inquit S. Iuſtinus Martyr. *Rationales Pompas* ſententiosè appellat religioſa agmina, ſeu Eccleſiaſticas proceſſiones, in quibus alternantibus modulis reciproco concentu diuinæ laudes celebrantur, piâ Iudithæ æmulatione. At cauendum eſt ne ſeorſim irrepat in Eccleſiam ſecularis, ſeu theatralis muſica, quæ animos emollit, frangit, effeminat, quod ſollicitè præcauet S. Hieronymus aiens: *Audiant hæc adoleſcentuli, audiant hi, quibus Pſallendi in Eccleſia officium eſt: Deo non voce, ſed corde cantandum: nec in tragœdorum morem guttur & fauces dulci medicamine colliniendæ, vt in Eccleſia theatrales moduli audiantur & cantica.* Quin & ſciant non voce tantùm, ſed corde canendum eſſe, vt ſibi, & aliis proficuus ſit cantus. Quod præſcribit Paulus ad Coloſſenſ. 3. verſ. 16. ſic eoſdem admonens: *Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſapientia; docentes, & commonentes voſmetipſos Pſalmis, Hymnis, & Canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo.* Pius Pſaltes corde meditatur, quod voce modulatur, vt rationales hymnos decantet Deo, non minus deuoto corde, quàm modulato ore: ac ſi cordis pietas ſit vigor canoræ vocis.

Rationales pompæ, ſeu proceſſiones. Iuſtin. orat. ad Antoninum pium.

Hieron. in epiſt. ad Epheſ. 5. Cantus Eccleſiæ ne ſit theatralis.

ad Coloſſ.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

Animus exaſperatus, & mæſtus, fomes eſt ad vitia, & audacior criminum libido.

13. EXaſperatus animus iracundiam parit, iracundiæ triſtitia comes eſt: & vtriuſque ſoboles, omnis vitioſitas. Inter cætera incommoda animi exaſperati, eſt triſtis caligo mentis, & turbulentus furor: nec tantùm quaſi neceſſitas errandi, ſed errorum amor eſt, & libido inſaniendi. *Plus committitur, quàm quod ferè poſſit coercitione ſanari.* Nam

Senec. lib. 1. de Ira.

exaſperata triſtitia tacitus fomes eſt ad peccandum, & diſſimulatus criminum furor. Acerrimas feras vmbra, vox, & odor inſolitus exagitat. Exacerbata mens, ferarum inſtar eſt, exiguâ occaſione concutitur, furit, inſoleſcit. Neceſſe eſt multos exaſperet, qui ab aliquo exaſperatur, inſtigante triſtitiâ, ad fœda & inſolentia crimina. Ægrè tulit Cain munerum ſuorum repulſam, triſtatur, exacerbeſcit.

Iracundia exaſperatio eſt velut alter fomes peccati.

Confeſtim prævidens Deus pericula, quæ acerbitas triſtitiæ portendit, benigniſſimâ apparet Caino, vt præmaturè cohibeat imminentia crimina. Geneſeos 4. verſ. 5. *Iratuſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. Dixitque Dominus ad eum. Quare iratus es? & cur concidit facies tua?* Et addit verba & difficultate, & emphaſi plena, *Nonne,* inquit, *ſi bene egeris, recipies? ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit: ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Ecce exaſperatam Caini iracundiam, & inſanam mœſtitudinem ſolerter coërcere cupit Deus, vt criminum originem.

Geneſ.

Dionyſ. Carthuſ.

Præclarè Carthuſianus ibi: *Cur concidit facies tua? Quaſi dicat: Non habes rationabilem cauſam harũ deteſtabilium paſſionum, videlicet impatientiæ, indignationis, & mœroris perverſi.* Optimè exacerbationem & triſtitiam appellat *perverſum mœrorem, & deteſtabilem paſſionem*: quæ ſunt verba plena emphaſis; quaſi eiuſmodi exaſperatio ſeu mœror pervertat ſenſus, & ſit nouus paſſionum fomes, & alter appetitus ſeu concupiſcentia ad delinquen-
14. dum: Vnde ſtatim ſubdit Moyſes *appetitus* mentionem, ac ſi ingerant nouum appetitum ad peccandum. Quod etſi non exprimatur in verſione S. Hieronymi, id tamen palam indicat Hebraica origo, quæ ſic habet: ואליך תשוקתו *Veeléka teſchucato erit: Ad te erit appetitus eius.* Quam exſcriptionem videtur amplecti, & luculenter explicuiſſe Rupertus, ſic præfatum locum explicans: *Non neſcis quia ſi bene egeris, recipies? Sin autem malè, ſubauditur, & illud recipies: nam ſtatim in foribus peccatum aderit, vt quocumque te verteris, quicquid agere volueris, tecum ſit comes in itinere, princeps in opere. Et tunc quidem ſuper te erit* (ſupple appetitus) *& dominatur tui.* Ecce tibi in Caino crimen inſane mœſtitudinis & exaſperatæ iracundiæ, quaſi alter appetitus fuit, & viuidus fomes ad perpetrandum execrabile & funeſtum fratricidij flagitium: ad quod ſic agitabatur mœſtitiæ, & exacerbatæ iracũdiæ furiis, vt nec Dei admonitione, nec grauiſſimè interminatis minis coërceri potuerit. Ac ſi non medullitus in ſe, ſed quaſi deſpoticè ſuper ſe ſit: *Super te erit appetitus, & dominabitur tui*: non auferens arbitrij libertatem, vt inſaniunt Hæretici; ſed viuidè inſtigans ad furores criminum. Sic enim homo præceps fertur ad delictorum inſanias, mœſtitudinis, & exaſperationis acerbitate extimulatus, vt quaſi inſaniat, principante paſſione principi voluntati, quæ adhuc libera perſeuerat; tametſi agitata paſſione triſtitiæ, & exacerbationis fomite ſuit ad crimina; inſanit ad omnem flagitiorum temeritatem; *Super te erit, & dominabitur tui deteſtabilis paſſio.*

Hieron. Geneſ. 4.

Rupert. l. 4. in Geneſ. c. 44.

Hic non diſputo an Chriſtus Deus morti proximus, corpus ſuum communicandum Iudæ tradiderit. Planè quæſtio olim, & nunc hinc in dies multis ventilata. Interpretum proceres ſibi perſuadent incongruum fore, proditori iam iam nefarium facinus maturanti, amicè porrigi Euchariſticum Chriſti Dei corpus. Verùm tametſi Iudæ communicatio incongrua videtur; tamen vni illi negare, quod cæteris vbertim concedebatur, ſcandalum ipſi & reliquis Apoſtolis putant. S. Leo palam fatetur Chriſtum nulli negaſſe communionem Euchariſticam ſui corporis. Et reddens rationem cur negata non ſit Iudæ proditori indigniſſimo tanti beneficij, ſic fatur: *Neque ab hoc quidem myſterio traditore ſubmoto, vt oſtenderetur Iudas nulla iniuria exaſperatus, qui impietate voluntaria erat præſcitus.* Scilicet noluit Chriſtus negare Iudæ beneficium cæteris commune collegis, ne iniuriâ notatus, & exaſperatus, ab exaſperatione viuidè inſtigaretur ad tantum flagitium. Nimirum ſic præceps ad flagitia fertur homo, exacerbationis iniuriâ, & triſtitia actus, vt noluerit tunc Chriſtus Iudam exaſperare, ne exaſperationi tribueretur infame & nefarium illud facinus proditionis. Sic profunda triſtitia, ſic exaſperationis furor dementat mœſtum, & exacerbatum animum, vt præcaueat Chriſtus Deus, ne exacerbationi imputetur, ne ab exacerbatione feratur ad Dei inhumanam proditionem. Quaſi cognatum exaſperationis facinus ſit diuina proditio. Vnde indigniſſimum Iudam piè communicare maluit, *vt oſtenderetur nullâ iniuriâ exaſperatum* prorupiſſe in ſceleratiſſimum proditionis diuinæ flagitium. Sic eſt audax pigra triſtitia, ſic eſt temeraria iracunda exaſperatio, vt vel ad Chriſti Dei infamem proditionem inſtiget diſcipulum tot largioris munificentiæ beneficiis auctum! *Que occaſion, ſin vna mohina, pudiera ſerlo, paraque Iudas hiçiera tam deteſtabile maldad como fue vender y entregar, a ſu Dios y maeſtro, en manos de tuan crueles enemigos?*

15. *Exaſperatus mœſtitudine animus inſtigaret ad Chriſti proditionem.*

S. Leo ſerm. 7. de Paſſione.

Bellè S. Auguſtinus de hâc re agens, ſic ſcribit: *Nemo ergo vos fallat, quando fortè tædium patimini.* Nimirùm homo mœſtitiæ tædio exaſperatus rationem fallit, virtutem quaſi decipit, & effrænis fertur ad vitia agitatus exaſperatæ triſtitiæ fomite? Matthæi 25. verſ. 1. Simile erit regnum cælorum, decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ: *Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: ſed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum: prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.* Quodnam eſt hoc Euangelicum oleum, à quo quinque prudentes virgines prælucent ad virtutem? & quæ eſt olei vacuitas, à quâ imprudentes virgines infatuantur ad vitium? Quidnam ſic eas fefellit, & dementauit? à quonam ita inſtigantur ad delicta, vt arduæ virginitatis palmam perdant, & à victo hoſte detriumphentur? Opportunè S. Auguſtinus: *Per oleum ipſum lætitiam ſignificari arbitror, ſecundum illud: vnxit te Deus tuus oleo exultationis. Prudentes autem acceperunt oleum cum lampadibus, ideſt, lætitiam.* Ergo virgines lætitiæ oleo delibutæ prudentes dicuntur, non falluntur voluptatis

Aug. tract. 1. in Ioan.

Matth.

Aug. de verbis Dom. ſerm. 22.

Pſalm. 44. verſ. 8.

Digitized by Google

præſtigiis, ne tædioſi mœroris malo agitentur ad vitia. At virgines imprudentes, vacuæ exaltationis oleo, & plenæ dementiâ tædij, & tædio mœroris infatuantur ad virtutem, falluntur illecebris voluptatis, & agitantur libidine delictorum, notio flagitioſi tædij, & exaſperati mœroris fomite extimulatæ ad delinquendum. *No ay que prometerſe virtud de vn deſcontento y mal hallado.* *Nemo vos fallat quando fortè tædium patimini*: nam exacerbatus mœror Cainum ſæuè impulit ad nefarium parricidium, & Iudam inſtigaret ad Dei ſui infidam proditionem, & benè virgines malè infatuauit ad libidines delictorum.

16. Vnde piè diſerta Iudith ad exercendas virtutis vires, depoſito tædioſæ obſidionis mœrore, ambit à veſtium lætitia hilaritatem mutuare; *Exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ*, cap. 10. v. 1. Et hic v. 2. ſecundum aliquorum exſcriptionem, Bethulienſes exhortans ad virtutem, eoſdem inuitat, vt antiquo mœrore, & rancida exaſperatione, qua nuper exacerbeſcebant, depoſita, gaudeant, exultent, exhilareſcant feſto gaudio, & hilaris lætitiæ exultatione. Vt qui dudum mœſtitudine exaſperati, intentabat tot, quæ vidimus flagitia, proditionis, impietatis, deſperationis; nunc animetur ad omnium virtutum ſanctitates. Propterea v. 24. dicitur: *Erat autem populus iucundus ſecundum faciem ſanctorum.* Recuperauit enim hilaris lætitia, quod exaſperata mœſtitudo perdiderat. Benè gaude, ne malè viuas, eſto ſurdus ad exaſperatæ mœſtitudinis ſuadelam, vt placidè audias lætas virtutis voces. *Sola ſublimis & excelſa virtus eſt. Nec quicquam magnum eſt, niſi ſimul & placidum*, ait ſapienter Seneca. Implacata mœſtitia promptuarium vitiorũ eſt: in ſe & in alios per otium ſæuit, quiſquis mœroribus agitatur.

Iudith.

Seneca l. 3. de ira, c. vlt.

---

§. IV.

Temperata iucunditas, conſtantia virtutum eſt, & pius vigor aduerſus virtutum hoſtes.

17. VOluptas, & gaudium res ſunt planè diuerſiſſimæ. *Voluptas non ſolum interdiu, ſed etiam noctu in ipſis inſomniis nos cum præſtigiis ſuſſurando inſidiatur, & mordet*, ait Clemens Alexandr. Gaudium verò moderatum, vt decet, humanum cor erigit ad virtutem, ne triſtitudine euigoratum concidat, & ſuccumbat virtutum moleſtiis obrutum. Hinc Eutrapelia opportuna virtus, quæ recreationi præeſt (de qua S. Thom. 1. 2. quæſt. 168. art. 1. 3. & 4. & Ariſt. lib. 4. Ethic. c. 8.) Neque enim humana tenuitas par eſt continuis laboribus, & defatigationibus. Vnde aliquando exhilarari oportet, vt honeſta lætitia mœſtitudinem depellens, & laborum moleſtias alleuans, non obruatur ærumnis, ſed à licita, & permiſſa lætitia ad probitatem animetur; quia igniculus eſt ad virtutem, & calcar, & ad omnem honeſtatem. Aptè Philo dicit *Pacatè viuebat in iucunditatibus innocens*: quia moderata iucunditas valde conducit ad innocentiam. Pulchrè irridet idem Philo lib. *quod deterior*, &c. eos qui aiunt *prudentiam fortitudinem iuſtitiam* (& reliquas virtutes) *res tetricas & vita moleſtiam afferentes*, nam iucunditas moderata, non modò vitium non eſt, ſed virtutum hoſtis. Sciſtè dicebat ille, *ſe per vſum voluptatis pugnare cũ voluptate*. Verba ſunt Clem.

Clem. 1. Stromat.

S Thom. Ariſt. *Eutrapelia eſt opportuniſſima ad recte viuendum.*

Philo l. de Mundi opificio.

Clem. Alex. 1. Strom.

Alex. Voluptas vocatur honeſta iucunditas, per cuius vſum expugnat bonus vir illicitas voluptates, ſcilicet aliquando licet temperatè exhilarari, ne diu liceat voluptuosè, & intemperanter iucundari illicitis voluptatibus. Porrò mœſtitia carcinoma eſt probitatis, pigritia virtutum, languor ſanctitatis, triſtitia effeminat animum ad viriles actiones.

Profectò lætitia moderata virgo virtutum eſt, hominémque ſtrenuè armat aduerſus hoſtium impetum. Eccleſiaſt. 47. verſ. 5. *David in tollendo manum in ſaxo fundæ, deiecit exultationem Goliæ.* Goliath valentiſſimus dux Philiſthinorum, corpore procerus, viribus robuſtus, arte militari peritus, exercitu potens, ambitione erectus, arrogantiâ temerarius: & quidem hicmet Goliath proſtratus eſt à Dauide, qui ſingulari certamine illum vicit. Verùm vt Eccleſiaſticus Dauidis facinus commendaret ambitioſiori laude, notat Dauidem deieciſſe, viciſſe, proſtraſſe, non Goliæ robur, non armorum peritiã, quæ maxima eminebat in Goliath; *ſed exultationem Goliæ.* Quaſi exultatio huius ſtrenui Ducis valentiſſima, & pugnaciſſima fuerit inter reliqua, quæ Goliam formidabilem reddiderunt. Reliqua omittit, exultationem deieciſſe prædicat: nam exultatio validè munit, & armat: imò vincit, & triumphat hoſtes. Prouerb. 4. *Corona decoris proteget te.* Clemens Alexandrinus ſcribit: *Corona voluptatis protegit te.* Voluptas protegit & munit? Voluptas vincit hoſtes, an hoſtibus ſuccumbit? Voluptâne triumphus eſt, & corona Victoris! Eſt, eſt quidem: nam iucunditas, & exultatio (voluptatis nomine ſignificata) tam validè animat, munit, & armat, vt pro triumpho, & corona reputetur: ſiquidem exultatio vigor eſt præliantis. Et maximè laudatur in Dauide, quod deiecit non robur, non peritiam, *ſed exultationem Goliæ.* Et Chriſtus Deus diuinitate munitus, obarmatus etiam dicitur exultationis armis ad ſuperandas difficultates, & hoſtes. *Exultauit vt gigas ad currendam viam.* Pſalm. 18. verſ. 6. ab exultatione videtur animoſus, pugnacior, audacior. 18.

Eccli. *Lætitia vigor hominis eſt, & animi valentia.*

Prouerb. Clem. Alex. 1. Strom.

Pſalm.

Fortis bellator Iob, c. 30. innumeras, & ineluctabiles recenſet calamitates, quibuſcum certabat, & quaſi ærumnæ reliquæ toleratu eſſent faciles, hoc vnum acerbius fert tanquam ſi ſuſtinendo non ſufficeret; ait enim verſ. 15. *Redactus ſum in nihilum, abſtuliſti quaſi ventum deſiderium meum.* Quaſi dicat, præcipuum cordis mei ſolatium demeruiſti, vt iam nihil deſiderẽ; nam deſiderium ſubſiſtentia eſt animæ, & corporis ſuſtentaculum. (Hæc nota, alterius thematis argumentum eſt: pergo ad rem.) Symmachus legit: *Redactus ſum in nihilum, abſtuliſti iucunditates meas.* Expenſione digniſſimũ eſt, quòd Iobus patientiæ, & conſtantiæ exemplar animosè reſiſtens tot calamitatibus, quas nemo neſcit, nemo non expendit, tantùm dicit ſe quaſi ſuccumbere oneri, aiens: *Redactus ſum in nihilum*, quando ſenſit ſe carere omni iucunditate, *abſtuliſti iucunditates meas.* Et qui in laboribus vegetus, flectineſcius & animoſus ſtabat, cùm aliquis iucunditatis vigor deeſt, quaſi tunc animo caderet, clamat, *Redactus ſum in nihilum, abſtuliſti iucunditates meas.* Nempe cùm aliquali fruebar gaudio, facilè eludebam ærumnarum moleſtias, nam iucunditas animabat ſpem, quæ à gaudio animosè præſumebat meliora. Sententiosè definit Clemens: *Gaudium eſt elatio rationi conſentanea.* Gaudium rectè dici potest Elatio. Elatio ſuperbia eſt, ambitio eſt, præſumptio eſt, hæc in gaudio non reperitur. Imò elatio 19.

Iob.

Iucunditas temperata hominem ſanat.

Symmach.

Clem. Alex. 1. Strom. *Gaudium eſt elatio rationi conſentanea.*

elatio præclarè elucet in Gaudio. Nam à Gaudio sic effertur homo, vt quasi superbè, & arroganter præsumeret, plura animose audeat, & audacter speret, conetur, intentet. O piè audacem gladij elationem! Eam qui habet, fortiter audax est, qui eâ caret, imbellis, & hostibus obnoxius.

20. Matth. Marc.

Impie temerarius Dæmon præsumpsit Christum Deum tentando vincere. Matthæi 4. Marci 1. vers. 13. *Et erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana, erátque cum bestiis.* Quærunt vulgò Doctores cur Satan adortus sit Christum Deum tentationibus, quando versabatur in deserto? Si ad palati gulam Christum inescare intendebat, nonne præstaret id facere quando sedebat Pharisæi conuiua, vt nunc delicatarum dapum voluptate allectus, intemperanter indulgeret gustui? Quid lapides pro pane offert in deserto? Dein si ad ambitionem Christū instigare cupit, cur inter doctrinæ & miraculorum plausus ad id non prouocat? Si regni superbiā suadere studet Christo, quando post tot millium sustentationem Rex inclamatus fuit, opportuniùs id præstitisset, non in deserto, in quo remotissimè aberat ab his rebus, quæ appetitum prouocarent. Non tentat cùm propè adest occasio (etsi à Christo Deo semper longissimè aderat, & validè instigat cùm longissimè distat? Oscitat plane hic, aliàs tentandi peritus Dæmon. Imò astutissimè explorat, & noscit tentandi & vincendi opportunitates. Porrò Christus Deus hosce quadraginta dies, & noctes, quas destinauit in eremo transigere, cum bestiis versabatur, propinquorum, & charorum exul, ieiuniis maceratus, & ab omni humano gaudio remotus, tunc existimauit malus Dæmon (reliquorum hominum experientiâ doctus) se nancisci opportunissimam tentandi, & vincendi occasionem. Nam quando homo diu caret aliquali iucunditate, & leuamine miseriarum, tunc obnoxior videtur tentationi, & ruinæ. Vnde tunc Christum adoritur bene astutus Satan. Quod insinuare videtur Lauretus Ceuariensis tom. 1. §. de deserto, inquiēs quòd *desertum designat vitam humanam miseriis plenam.* Et ad id comprobandum plura adglomerat loca scripturæ, & Patrum, nempe cùm Christus agit vitam humanam plenam miseriis ab omni iucunditatis fruge alienam, tunc Dæmon illum inuadit, & spem concipit vincendi Christum Deum. Ergo perbellè dixit Tertull. *Necessitas Gaudij.* Nam quantùm tristitia nimia ad virtutē examinat, tantùm temperatum gaudium animat ad omnem probitatem. Sic Juditha, quæ tetricam vitam agebat in Oratorio, remota ab omni humana iucunditate, à secessu omnibus inaccessa, à ieiunio macilenta, ab oratione prostrata, à cilicio exasperata, ab ærumnis squalida; tamen cap. 8. vers. 6. diebus festis hæc pœnalia opera piè intermittit, vt festa iucunditas virtutes armet aduersus tetricæ mœstitudinis oppugnationes, & sic perennet virtus vigore lætitiæ. Et hic vers. 1. ipsa lætitissimè exultat, & ad festam hilaritatem inuitat populos. Itaque frui liceat aliquali gaudio; nec tamen tota vita in gaudiis agenda est. Nam moderatum gaudium est vita virtutum, insolens verò etiam corporis mors est. Audiendus est Tertullianus: *Nam etsi præ gaudio quis spiritum exhalet, vt Chilon Spartanus dum victorem Olimpia filium amplectitur, etsi præ gloria, vt Clidamus Atheniensis, etsi per ipsum, vt P. Crassus, multò violentior mors, quæ per aliena grassatur, quæ animam per corpora expellit, quæ tunc mori adfert, cùm iucundius viuere est in exultatione, in honore, in requie, in voluptate.* Aliquando commoda expellunt animum, & iucunditatis morbo emoritur quis. Caue à nimia tristitia, & iucunditate nimia, quæ vtrumque mortem afferunt: moderatum gaudium salus est animæ, & corporis.

Necessitas alicuius gaudij.

21. Lauretus. Ceuariens.

Tertull. l. de Bapt. c. 20.

Iudith.

Gaudium immoderatum mors est corporis.

Tertull. de anima c. 52.

---

§. V.

Qui officiosissimæ Gratiæ obtemperat, totam Dei gratiam redimit, animum triumphis coronat, resculpit Dei imaginem, & Eucharistia, seu Beatitudinis mensà quasi saginatur.

22.

GRatia est artificium sanctitatis, arbitrium boni operis, fomes ad virtutem, & ingenium pietatis. Gratia cauteriū vitiorum est, conscientiæ nitor, elaboratio virtutis, officina probitatis, præludium gloriæ, præsagium felicitatis, & pignus beatitudinis. Gratia opportuna cogitatio est, aut arbitrij propensio, non physico charectere voluntatem sigillans, sed comiter voluntatem arcana sagacitate certò alliciens, vt illæsus seruetur arbitrij principatus; & tamen magna patrat in re virtutis *Gratiæ facinora*, dixit Basilius Seleucus, quæ facinora adeò illustria sunt, vt humanum fastigium excedant. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Psalmo 4. v. 7. Quodnam est diuini vultus lumen signatum seu sculptum in homine: Hugo Victorinus 5. lib. Allegor. cap. 12. & Burgensis, diuinam gratiam hic agnoscunt, quam largior Dei munificentia homini imprimit: ipsa verò impressa resculpit diuinam imaginem, quam primæui delicti error deuenustauerat. Quid illustrius quàm diuini vultus nitore hominē insigniri, & diuinis fulgoribus illustrari: homo enim qui squalebat horrore peccati, gratiæ beneficio splendet iubare diuini vultus sibi impresso. S. Augustinus super præfatis verbis gratiæ elogia prædicat, inquiens: *Signatum autem dixit in nobis, tanquam denarius signatur Regis imagine. Homo enim factus est ad imaginem & similitudinem Dei, quam peccando corrupit. Et ad hoc credo pertinere, quod quidam prudenter intelligunt; illud quod Dominus viso Cæsaris nummo, ait: Reddite Cæsari quod Cæsaris est, & Deo quod Dei est. Tanquam si diceret: Quemadmodum Cæsar à vobis exigit impressionem imaginis suæ, sic & Deus: vt quemadmodum illi redditur nummus, sic Deo anima lumine vultus eius illustrata, atque signata.* Scilicet homo gratia impressus est velut moneta imagine Dei sigillata, quæ à regia imagine & pretij valorem, & monetæ vsum mutuatur. At homo gratia orbatus, velut spuria & adulterina moneta reiicitur: informe metallum est, non regius nummus, à Principis imagine valorem fœneratur. Hispanè dices: *La gracia hace al hombre moneda corriente: de dar y tomar.* Porrò moneta non excussa regio typo, spuria est, vilis, reiectanea, adulterina, & rea criminis maiestatis læsæ. Sic homo, qui lumine diuini vultus, seu gratiæ nitore signatus non est, homo nihili est, vilis, reiectaneus, spurius, & naturæ, & gratiæ reus. Aduerte quanti facienda sit efficax gratia, quæ sic hominem decorat, & regiis insignibus auget. Ergo, ô homo, ne sis tibi, & gratiæ contumeliosus per desidiæ oscitantiam, aut malitiæ pertinaciam, gratiam frustrans efficaciæ decore; sicque opulentam Dei gratiam velut depauperans. Ennod. Ticinensis: sic opportunè

Gratia facinora. Basil. Seleuc. orat. 13. Psalm. Hugo Vict. Burgens.

August.

Matth. 22 vers. 21. Gratia hominem in monetam cudit.

Ennod l. 2. epist. 19.

opportunè exſcribit, & exponit illud 1. Corint. 15. *Abundantius omnibus laboraui, & gratia Dei in me egena non fuit. Non enim pauper eſt diuina gratia, ſed meritorum noſtrorum putatur quadam macie aut exilitate tenuari. Quæ tunc non ſuis æſtimatur meatibus fluere, quando de eius curſibus ariditatis noſtra vena nil recipit.* Quid illuſtrius?

Hildebert. epiſt. 33. *Gratia eſt officioſiſſima.*

23. Qui attentus naturæ ſcrutator, & ſpeculator gratiæ eſt, diligenter aduertat ad gratiæ aſtutiã, quam ſolerter arbitrium ſolicitat ad rem virtutis pio lenocinio. *Officioſiſſima eſt hominibus gratia Dei*, ait Hildebert. Nempe nullum obſequium omittit, vt hominem alliciat ad bonũ opus; ſiquidem aut piis illecebris ineſcat, aut obſequio ciuilitatis mulcet, aut pia comitate adulatur, aut blandis terroribus impetrat, aut præmij deſiderio illicit, aut virtutis voluptate pertrahit, & ſic officioſiſſimè ſeſe inſinuat, vt hominẽ vel retrahat à vitiis, vel ad pietatem prolectet. Vnde Andreas Hieroſolymitanus de Salut. Angelica inquit, gratiam *ſummum fauorem mereri.* Gratia enim non tantùm iure ſuo exigit, vt honore conſenſus noſtri non fraudetur, ſed eiuſdem officioſiſſima obſequia promerentur etiam fauorem. Porrò fauor gratiam aliquam vltra merita importat: itaque gratia Dei gratiam ſeu fauorem apud hominem etiam meretur: vt hominis gratia faueat gratiæ diuinæ qua ſuffultus, ipſi fauorem officioſiſſimè impendat: quò officioſa Dei gratia obſequio etiam humani fauoris effectu decoretur.

Andr. Hieroſol. *Gratia meretur fauores.*

24. Profectò *Gratiæ facinora* ſunt crebræ victoriæ, de teterrimo humani generis hoſte; cuius dirâ ſeruitute iam diu premimur. Vincit, ouat, triumphat gratia, detriumphans hoſtiles infernorum phalanges. Vnde gratia efficax, *Victrix delectatio* dicitur ab Auguſtino, cui ſubſcribit Theologorum ſchola. Itaque qui gratiam nominat, non tam bellum dicit, quàm victorias, triumphos, coronas. Gratia *animum coronat*, inquit Iunilius lib. 2. de partibus diuinæ legis, cap. 22. O regiam Gratiæ dignitatem, quæ hominem vile Diaboli mancipium ſublimat ad Regiam dignitatẽ, & Imperiale ſolium, triumphali trabe veſtit, & decorat illuſtri corona; Quis non ambiat ſuperba Regum inſignia? Hos gratiæ fauores deprædicat Iuditha hic verſ. 4.

Auguſt.

Iunil.

Iudith.

Homo pius gratiam Dei redimere dicitur.

Cæterùm diuina gratia quæ ab humano conſenſu victrix eſt; ab hominis deſidia inerti, aut pertinaci reluctantia, qua negligitur, & inefficax redditur, non parum deuenuſtatur, ne dicam, quòd quaſi imbellis vincitur, & in gloria captiuatur. Audacter Tertullianus, aliorsũ expenſus feriò adhortatur hominẽ, vt diuinis auxiliis ad pietatem permouentibus, viriliter cooperetur: & elegantẽ cauſam, ob quam animetur ad eiuſmodi facinora, ſubdit: *Vt totam Dei Gratiam redimat.* Quaſi Gratia diuina, quæ à malitia hominis negligitur; dum inefficax fit, abſque victoria pij conſenſus, imbecilla, victa, & captiua reddatur. Ac ſi arbitrij pius cõſenſus Gratiam redimat, quæ captiua tenebatur in tenebricoſo humanæ mẽtis ergaſtulo, ligata imperialis arbitrij compedibus tanquam victa, ſeruilis, captiua. Ergo, ô homo, ſolerter inuigila ad virtutis opera, ne deuenuſtes diuinæ gratiæ facinora: ad diuinam vocationẽ attende, ciuiliſſimè obtempera, ne pigeat exequi quod gratia officioſiſſimè ſatagit, ne ad tua deſideria cadat victa, & captiua ſqualeat, quæ ab humano obſequio victrix, ac triumphalis foret. Cura diligenter, *vt totam Dei gratiam redimas.*

Tertull. Apol. aduer. Gentes, cap. 50.

Profectò Dei gratia diuinum ſemen eſt, quod fœcundat animam ad generoſam virtutis prolem, ne ergo homo aut ab inertia, aut à malitia ſterileſcat, fruſtrans genituram diuinã. Elegãter Philo Iudæus ita fatur: *Deus enim, virum & patrem vniuerſorum, ſemen genituramq; omnibus præbentem iuſtè dicemus. Mentem verò eiectam, Deo viduam quæ aut genituram diuinam non excipit, aut exceptam data opera abortum facit.* Scilicet mens ſine Dei gratia, Deo viduata eſt. Heu lugubres viduarum ærumnas! Ita cogita animã diuina gratia orbatam. At verò mens, quæ gratiam ſeu geniturã diuinã excipit, & exceptam data opera reiicit, planè gratiæ *abortum facit.* O infelicem genituram! o initiatas animas ſpontaneæ ſterilitatis vitio? Quis negligat generoſos cæli partus? Quis vltrò abortũ faciat præmaturè perimens diuinã gratiæ prolem? Ergo animus qui gratiã reſpuit, virtutis reus eſt. Quid enim intereſt: natum perimere, an facere vt non naſcatur? Spontaneus abortus ſpecies infanticidij eſt. Ergo ſponte excipe cæleſtis gratiæ ſemen, vltrò ama diuinam genituram, fœcundè concipe, maturè parturi, feliciter foue, infanta, nutri diuinæ gratiæ generoſam prolem, gaude aliquâ maternitate diuinâ. Adoleſcat in ſinu tuo gratia virtutum matrix, quæ vice verſâ erit tua mater, & nutrix. Bellè Hildebertus, *Ex quo enim*, inquit, *homo culpam commiſit, amiſit & gratiam: à qua ille derelictus, factus eſt ſine tutore puer, ſicut equus ſine freno.*

Philo. *Quod deterior potiori inſidiari ſoleat. Gratia abortus.*

Hildebert. epiſt. 36.

Matth. 24. v. 27. *Tunc expuerunt in faciem eius.* Id eſt diuinos Chriſti Dei vultus fœdiſſimè ſaliuarunt impij irriſores, & ſacrilegi tortores, ô infandum ſacrilegium, fœdare faciem Ieſu! Ecquod erit ſimile flagitium? S. Auguſtinus de quæſtionibus Euangel. libro 1. cap. 44. ita ſcribit: *Tunc expuerunt in faciem eius: ſignificantur eos, qui præſentiam Gratiæ ſuæ reſpuunt. Item tãquam colaphis eum cædunt, qui ei honores ſuos præferunt.* Nimirùm ille impudenter ſordidiſſimis ſputis faciem Chriſti Dei ſordidat, qui eius gratiam Paſſionis facinoribus partam, vt reiectaneam negligit, & planè reſpuit. Quaſi gratia ſit facies Chriſti, & nitor vultus diuini: (*Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, quod de Gratia nuper explicaui.) Vnde qui gratiã contemnit, expuit in faciem eius, & reus fit immaniſſimi ſacrilegij. O caue à grandi hoc piaculo! 25.

Matth. *Gratia Dei Dei vultus dicitur.* Auguſt.

Pſalm.

Pulcherrimorum ſenſuum fœcunda ſunt illa Philonis verba, ſic aiens: *Teſtamentum autem Dei figuratè dicuntur eius gratiæ: neque enim fas eſt, vt ille quicquam imperfectum largiatur.* Quamob rem diuina Gratia dicitur Dei teſtamentum? quid habet ſimile Dei teſtamentum cum diuina gratiâ? Cur ad explicandam gratiæ munificentiã teſtamento diuino cõparatur? Profectò liberalior eſt munificentia teſtatoris, vt pote iam iam morituri: neque enim deſcendet cum eo gloria & opulentia. Quin & teſtamentum morte teſtatoris confirmatur, ad Hebræos 9. verſ. 16. Hinc quidem publicatur largior Dei liberalitas, dum gratiam impertit: eam enim largitur quaſi teſtamento. Nimirũ non tantùm irreuocabili donatione: ſed velut teſtator, qui hæreditatem relinquit, cui ipſe quaſi mortuus eſt. Porrò Deus cùm impios punit, dicitur viuus. *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* Ad Hebræos 10. verſ. 31. At Deus gratiam donans, viuus non dicitur; non quia viuus non ſit, eſt enim ipſa origo vitæ, ſed quia velut emortuus illam teſtamento donat, ac ſi totam hæreditatem relinquens, eâ libertate, qua qui teſtamentum condit, ſolet totum cenſum munificentiſſimè donare, vt pote qui deinceps illum poſſidere nequit. Ergo ſententioſè *Teſtamentum Dei figuratè dicitur eius Gratia.* Gratia enim diuina eſt quaſi totus Dei cenſus: 26.

Philo l. de Sacrificiis Abelis & Caini.

Gratia Dei teſtamentũ dicitur.

Ad Hebr.

Gratia Dei eſt beatitudinis prælatum ... charitatis æmulatio.

in

in ea quippè cælestia munera donat, beatam felicitatem tribuit,& seipsum argu... *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me*, Psalmo 22.vers.5. Nomine cælestis huius mensæ sacram Eucharistiam intelligunt S.Basilius, S. Augustinus,S. Chrysostom.cum communi interpretum. Origenes & Didymus Beatitudinem interpretantur. At S. Maximus & Euthymius in hac mensâ diuinam Gratiam agnoscunt. Quasi diuina Gratia æmuletur maximum Eucharistiæ donum, & Beatitudinis felicitas in eâ donetur. Quid sublimius? Porrò in Beatitudine summam hominum felicitatem quod est maximum munus, largitur Deus: & in Eucharistia se ipsum donat. Sic fauor diuinæ gratiæ,Beatitudinis præludium est; & Eucharistiæ,in qua Deus ipse continetur, æmulatio. Quid Deo vltrà suppetit ad donandum? Ergo *testamentum Dei figuratè dicitur eius Gratia*: in ea enim se & sua largitur Deus: quod est maximum diuinæ gratiæ elogium. Videre licet in virili femina Inditha facinora Gratiæ,qua ipsa armata, pusillanimem Bethuliensium plebem armauit, victum & vinctum Archiorem redemit, Imperialem Assyriorum potentiam fregit, fugauit,triumphauit: inuictum Gentibus Holofernem vicit. Et(quod illustrius est)Gratia munita intestinos hostes superauit;nimirum ciliciorũ armis libidinem exarmauit; saturata hæc Gratiæ mensa ieiunebat omnibus diebus vitæ suæ:officioso Gratiæ obsequio officiosas carnis illecebras cohibuit: secreta à mundiali tumultu,& quasi in seruili cellulæ carcere,totam Dei gratiam redemit virtutis fœcunditate Grætiæ vitauit abortum:prædiuite Gratiæ censu, quasi testamento ditata, contempsit superbas mariti opes: & auxiliis Gratiæ victrix, animum coronauit suum, virtutum omnium coronis, vitiorum omnium triumphis,ad perennaturæ Gratiæ encomium. Qui enim illustrem Iuditham laudat, simul illustriorem Gratiam laudare necesse est.

Psalm. Basil. August. Chrysost. Origen. Didym. Maxim. Euthym.

---

§. VI.

Pulchritudo character Iustitiæ habetur; Salomonis robur; & Christus fortis dicitur,vt pulchra facies.

10. PVlchritudo inter reliquas corporis dotes censetur prima, *éstque animæ aliqua vestis urbana*, inquit Tertullianus. Quasi rustica videtur anima, quæ vestitur fœdo, & distorto corpore. Profectò *augustissima quæque species plurimum creditur trahere de cælo*, dixit Pacatus: vnde apud Clementem Alexandrinum. *Sancta pulchritudo dicitur.* Saltem *Virtutis addit forma suffragium*,aduertit suprà idem Pacatus. Et idem Clemens pulchritudinem appellauit characterem Iustitiæ sic scribens. *Per quam pulchritudinem ipse quoque se ipsum transmittit ad artificem,& id,quod est verè pulchrum sanctum signum, lucidum iustitia characterem ostendens Angelis.* Cæterùm inter reliquas pulchritudinis virtutes,ea vel in primis elucet in hoc vers. 7.quod valentissima, & pugnacissima sit: siquidem ad superandas tot Assyriorum myriades vna puella *eleganti aspectu nimis* destinatur à Deo.

Tertull. de cultu feminarum.c.1. *Pulchritudo est vestis vrbana.*

Pacatus in Panegyr. ad Theodos. Clem. Alex. 2.& 4. Stromat. *Pulchritudo dicitur iustitiæ character.* Iudith.

30. Miraret si vbi primùm sponsa nuptiali veste ornata dicitur, Cant.6.v.9.*pulchra vt luna*, non statim dicatur *terribilis vt castrorum acies ordinata*. Genes.2.vers.1. *Igitur perfecti sunt cæli,& terra, & omnis ornatus eorum.* Hebraicè scribitur,*& omnis exercitus eorum.* Audis cælorum pulchritudinem,& terræ ornatum,exercitum appellari? Quid commune habet venustas cum exercitu? Nam venustas tenella est, mollis,& eneruis est. Nisi velis pulchrum mollitudine roborari, coloris suauitate muniri, lenocinio ornatus armari,& à venustate euadere terribile,vt castrorum acies ordinata. Sic, sic planè:immò hic est fastus pugnacissimæ, & valentissimæ pulchritudinis, quæ teneritudine robusta est,mollitudine fortis,imbecillitate valens, ornatu potens. Exod.33.vers.6. *Dixitque Dominus ad Moysem: Loquere filiis Israel: Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.* Nempe Deus punire intentans pertinacem populum ob vituli adorati facinus, vltionem tanti flagitij intentans, hortatur reum populum, vt deponat ornatum suum. Quid est hic ornatus, nisi arma.Ita Lipomanus inibi,aiens, *Ponere arma milites iussit.* Itaque ornatus nomine arma intelligit. Bene est,at vlterius rogo,quid est:Depone pulchritudinem ornatu auctam, vt sciam quid faciam tibi. Num Deus nescit qua pœna mulctandus sit populus idololatra quoadusque deponat ornatum suum:Quem ornatum appellat arma. Quid, timet Deus ab ornatæ pulchritudinis armis? Cur non decernit Deus supplicium ante ornatæ venustatis depositionem? Quid refert venustas populi, aut squalor, vt dicat Deus, quod deponatur ornaméti decor,vt post ipse Deus decernat supplicium?Num Deus ornatam pulchritudinem aut nequit, aut nescit,aut non audet castigare? Pudet dubium soluere,sat est ad exaggerandam fortitudinem pulchritudinis proposuisse dubium,& considerasse populum *cultu munitum*,vt inquit Septimius.

Cant. Genes. *Pulchritudo armat robustissimè.* Exod. Lipom. Septim.l. de Cultu Christiani. 31.

Psalm.44.vers.4. *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime: specie tua, & pulchritudine tua,intende,prosperè procede,& regna.* Scilicet Dauid Principem Salomonem, & regni hæredem & typum Christi armat egregiè, vt metu contineat subiectum populum, & Salomonis valentiam exhorreant finitimæ gentes. Optat Dauid,vt compertum sit omnibus Principem Salomonem non tantùm esse paterni regni, & potentiæ successorem, & illustriori prudentia armatum, sed etiam esse strenuum bellatorem, peritia ducem, robore militem, hoc est: *Accingere gladio tuo super femur tuum, Potentissime*, Sed quid est quod mox subdit: *Specie tua,& pulchritudine tua intende, prosperè procede,& regna?* Quorsum gladio accingit, & armis robustè munit,& confestim edocet specie, & pulchritudine regnaturum? Armat potentissimum,& laudat pulcherrimum. Valentiam prædicare debuisset postquam eum armauit, non venustatem; nam ridicularia laus est robusti, & cataphracti militis: quæ à pulchritudine venit,non ab animo,à robore, ab audacia, à sæuitia. Nisi velis, quòd Dauid obarmans Salomonem, vt roboris eminentiam exaggeratiùs prædicet, inquit Salomonem imperio potentem, & armis peritum, & munitum tanta pollere fortitudine, vt pollet pulchritudo: hoc est,*Accingere gladio tuo super femur tuum Potentissime, specie tua, & pulchritudine tua intende,prosperè procede,& regna.* Quasi dicat, tanta viges fortitudine,vt ipsa pulchritudo, pulchritudinis valentiam,quæ summa est æmularis, tam fortis Salomon est,quantum pulcher fortis est: sic felix regnabis prospere, timebis ab hostibus,

Psalm. *Christus,vt femina facies cur dicatur.*

quos

quos detriumphabis, quia tanta polles fortitudine, quanta forma, & pulchritudo. Et quidem cum sit concors sententia Patrum Salomonem figuram fuisse Christi, hinc lucē præfero verbis illi a dif-
32. Tertull. l. de Corona Militis, c. 14. ficultate notis, quibus Tertullianus laudat Christi Dei fortitudinem, inquiens: *Qui tamen & viri caput est, & feminæ facies Christus Iesus.* Bene est, Christus dicatur viri caput; nam vir caput est, prudentia familiæ, & rector domus. At Christus quo pacto dici potuit honestè feminæ species, id est, venustas, & pulchritudo pulchræ feminæ. Quidquid in Christo est, virile est, robustum, & vegetū, quid Saluatori commune est cum venusta muliere; cum facie ornata pulcherrimæ puellæ? At quid fortius pulchritudine, (ô quot strages fecit pulchritudo!) Vnde vt publicet, & deprædicet Tertullianus Christi Dei valentiam, & robur; eum comparat cū facie speciosæ feminæ, aiens: *Et feminæ facies Christus Iesus.* Nam sicut Salomon armatus, eius fortitudo prædicatur similis pulchritudini. *Accingere gladio tuo; specie tua, & pulchritudine tua intende prosperè, procede & regna.* Sic Christus Deus dicitur fortis, vt fortis est pulchritudo, quæ for-
Prouerb. tissima quæque superat, vincit, detriumphat. Pro-
Chald. uerbiorum 4. vers. 9. *Corona inclyta proteget te*: He-
Aquila. braicè, *Diadema decoris muniet te.* Chaldaic. Aqui-
Theod. la & Theodor. *Corona decoris.* Audis decorem diademate ornatum, & Regiam pulchritudinem coronatam venustatis decore. Ergo bene ad superandum insuperabilem Holofernem elegit Deus feminam *eleganti aspectu nimis*, non valentissimas
Iudith. fortissimorum militū acies. Et quæ hic v. 8. dixit, *In specie faciei suæ dissoluit eum.*

---

§. VII.

Commentarius litteræ.

Vers. 9. Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israël.

Vers. 10. Vnxit faciem suam vnguento, & colligauit cincinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum.

Vers. 11. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.

33. PVBLICAT Iuditha quibus armis se munierit, vt potentissimas & inuictas Assyrias vires debilitaret ac frangeret. Nimirum exuit vestem lugubrem, & qualem decebat grauem & piam matronam, orbatā viro charissimo; & assumpsit lætas, & pretiosas vestes. Quid est, Iuditham *induisse vestimenta lætitiæ*? Sanctius & Serarius pu-
Sanct. Serar. tant nihil aliud significari, quàm eas induisse vestes quas in delicijs assumūt Israëlitides filiæ. Sed
Lyran. valde generalia hæc! Præfero expositionem Lyrani existimantis, vestimenta lætitiæ, esse lætas vestes quibus viuente marito ornari solebat: est enim quædam tacita antithesis. Scilicet deposuit Iuditha viduitatis lugubres vestes, & accepit nuptialia ornamenta, quasi placitura viro, si patriam libe-
August. raret, vt ex S. Augustino aliàs diximus.

Grauior difficultas est, (etsi prorsus omissa ab interpretibus,) quo pacto dicat induisse vestimenta lætitiæ in *exultatione filiorum Israel*; cùm certissime constet ex cap. 10. quando Iuditha lætas as- Iudith.
sumpsit vestes, tunc maximè Israëlitas dira obsidione premi, & tanti periculi mœstitudine obrutos, penè cogi ad funestam deditionem? Tuncne læta exultatio, cùm mœrent, complorant, lamentantur lugubri eiulatu? Responderet aliquis iustos & Paulus.
pios tunc iucundius gaudere, cùm durius tribulan- Iacob.
tur, iuxta illud Apostolicum: *Superabundo gaudio in tribulationibus meis*; Apostolorum alius: *Omne gaudium existimate, cùm in tentationes varias incideritis.* At aptiora sunt hæc ad velitandū pro moribus, quàm ad seriam pugnam, quæ litteræ res est. Ex doctrina Sanctij, quam nuper tradidit, respon-
deri posset, sensum esse, Iudithā *induisse se vestimen-* Sanct.
to lætitiæ in exultatione filiorum Israel, hoc est, assumpsisse lætas vestes, quales Israëlitides feminæ induere solent in exultatione & lætitia. Ita vt τὸ in *exultatione* non appellet supra tēpus luctuosum, in quo Iuditha se ornauit, sed ipsa vestimentum lætitiæ. Nēpe Iuditha assumpsit vestimentum lætitiæ, quod assumere solent filiæ Israel in die exultationis & festi gaudij. Hæc expositio satis expedita foret, nisi exposita esset obiectiunculæ, qua nuper Sanctium impugnabamus, nempe, *vestimentum lætitiæ* non esse quælicunque lætas, sed nuptiales vestes,
quas opponit lugubri viduitatis suæ indumento. Græcus.
Alia expositio suppetit ex Græco textu, qui sic locū exscribit: *exuit enim vestimentum viduitatis suæ* (supplendum est, & induit vestimenta lætitiæ: neque
enim nuda descendit ad Assyrios:) in *exultationem* Serar.
laborantium Israel. Vnde suspicatur Serarius in no-
stro texto non fuisse, *in exultatione*, sed in *exalta-* Psalm.
tione. Cuiusmodi mendū hæserat in Psal. 149. *Exultationes Dei in faucibus eorum*, quæ vert a in correctioribus Biblijs ex Græco emendata sunt, *Exaltationes Dei in faucibus eorum.* Ex qua doctrina expeditius euadit sensus. Nempe Iuditha exuit lugubrē viduitatis stolam, & induit lætam & nuptialem in *exaltatione*, vel in *exaltationem filiorum Israel*: hoc est, vt illustri victoria exaltaret, & illustres toto orbe faceret Israëlitas tanti triumphi gloria. Sed si quis adhuc velit hærere Vulgatæ verbis, respōdere poterit, τὸ *in exultatione* intelligendum per Metonymiam, ita vt accipiatur causa pro effectu. Scilicet, deposuit Iuditha sordidas vestes viduitatis, & induit nuptiales, & lætas, quæ fuerunt causa lætitiæ & exultationis filiorum Israël. Quod si quis adhuc non quiescit in nulla harum expositionum, afferat meliorem, quam vltrò admittemus.

Singula ornamenta, quæ hic Iuditha summatim 34.
perstringit, explicauimus latiùs ad primos versiculos capitis 10. Tantummodò explicandum superest, quid sit hic *stola noua*, quam assumpsisse Iudi- Septuag.
tha dicitur. Græcè scribitur *Accepit vestem lineam*, Exod.
quam in magno honore & pretio fuisse apud Israë- Leuitic.
litas, patet ex 28. Exodi, & ex 6. & 8. Leuitici, & Ezech.
Ezechielis 9. & 42. verùm *stola noua*, appellatur, vel quia *nouum* dicitur quicquid illustre, præstans, & gratum est, vt multis adstruebam ad illa verba huius capitis 16. v. 2. *Psalmum nouum*: vel quia, cū Iuditha diu assueta erat lugubri viduitatis amictui, quando lætas assumpsit vestes, vt comptius se adornaret, nouam & insolitam vestem induisse dicitur. Priorem commentationem præfero.

Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius. VERS. 12

Tunc vlulauerunt castra Assyriorum quando ap- VERS. 13.
paruerunt humiles mei arescentes in siti.

Filij

Digitized by Google

VERS. 14. *Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.*

Cum hoc Canticum sit epitome Holofernianæ tragœdiæ, postquam Iuditha cecinit Assyrij ducis gloriosam cædem, nunc canit quæ ipsam consecuta sunt, nempe stupor & horror, qui sic inuasit Assyriorum animos, vt vnicum salutis præsidium in fuga collocarent. Meminit *Persarum*, atque *Medorum*, quia post captiuitatem Babylonicã vnum corpus conflarunt cum Assyriis: neque enim antè ad tantam potentiam Persæ, & Medi euecti sunt. Ergo cùm Medi, & Persæ, & reliqui qui Holoferni militabant, audissent sui principis interitũ, terga vertentes lugubri vlulatu, locum dedêre vulneribus, quæ infligebant atrociter Bethulienses, paulò antea prosternati & humiles, & tantùm non enecti præ siti. Hi sunt *Humiles mei*. Mei, inquit, quia Bethulienses, *humiles*, & exanimati ab aquæ penuria, & abiecti bellatorum paucitate, ad repugnandum Assyriis, Iudithæ opera superstites sunt, & tantæ victoriæ gloriâ illustres.

Filij puellarum appellantur Bethulienses, id est, puelli, vel parui pueri, seu iuniores adolescentuli, quales esse solent qui mares habent puellas, seu iuuenculas. Sic filij Titan appellantur Titanes, & filij hominum, homines; & filij taurorum, & arietum, tauri, & arietes. Itaque sensus est. Cùm Assyrij exanimati *velut pueri* fugerunt, ad eos trucidandos, non opus fuit robusto & veterano milite, sed à pueris, si viri defecissent, vulnerari & concidi possent vel exiguis gladiolis. Id vnum ambit Iuditha, vt tantæ victoriæ gloria vni Deo adscribatur, qui sic debilitauit & fregit Assyriorum potentiam, vt a pueris prosternari facilè potuerint, nuper robusti bellatores. *Ergo perierunt in prælio à facie Domini mei*; Dicuntur autem Assyrij perijsse a facie Domini, vel quia id ipsum Iuditha precata fuerat cap. 9. vers. 6. dicens: *Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum*, &c. Nempe a facie seu vultu Dei perierunt. Vel τὸ *facies* redundat, qui est Hebræorum notus idiotismus: & ita significatur, Assyrios perijsse Dei virtute.

Filij puellarum appellantur iuuenes. — *Iudith.*

Hymnum cantate Domino, hymnum nouum cantemus Deo nostro. VERS. 15.

Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest. VERS. 16.

In hoc Epinicio summatim complexa est Psaltria nostra, quod pluribus capitibus narratum fue-
35. rat à sacro historiographo: mox quod familiare est in eiusmodi Canticis, incitat ad iterandas diuinas laudes. Dixerat enim vers. 2. *Incipite Domino*, &c. nunc ait, *Hymnum cantate Domino*, &c. Quod licet videre in Psalmis 117. & 106. in quibus illud *Confitemini Domino*, &c. sæpe repetitum audimus. Hymnum nouum appellat eodem sensu, quo v. 2. inuitauerat ad *Psalmum nouum*. Addit *Adonai Domine*, iterato eodem nomine *Domine*; nam *Adonai* Dominum significat (de nominibus Dei vbi de *Adonai* aliqua libaui ad cap. 9. v. 10.) Nec insolens est in eiusmodi laudatoriis Canticis iterare nomen *Domini*. In vno Psalm. 3. vers. 2. dicitur *Domine Dominus noster*, & v. 10. repetitur *Domine Dominus noster*, vbi S. Hieronymus vtramque vocem disertè in vocandi casu expressit. Hæc repetitio aut index est affectus, Lucæ 6. v. 46. *Quid vocatis me Domine, Domine?* vel auget significationem, & maximum ac supremum dominium denotat Ps. 67. v. 21. *Domini Domini exitus mortis*. Nam cùm Hebræi superlatiuo careant, vtuntur hîc geminatione loco superlatiui. In hac posteriori acceptione intelligo cum Lyr. verba hæc Iudithæ: *Adonai Domine*, quia tota est ad publicãdam diuiniorem Dei omnipotentiam, quâ validas & victrices Assyriæ vires, per manus imbellis feminæ fregit ac prostrauit. Subdit enim *Magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest*. Notat Histor. Schol. in narratione rerum Iudith, ex S. Hieronymo in Psalm. 8. *Cùm in Hebræo legitur nomen Domini geminatum, sicut hic, Adonai Domine, primum est tetragrammaton, secundum verò nomen Domini commune*. Quod docet S. Hieronymus, verissimum est: sed non videtur opportunè adductum, cùm hic liber Chaldaicè non Hebraicè exscriptus sit.

Psalm. — *Iudith.* — *Psalm.* — *Lucæ.* — *Psalm.* — *Lyra.* — *Histor. Scholast.* — *Hierony.*

Tibi seruiat omnis creatura: quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum & creata sunt; & non est qui resistat voci tuæ. VERS. 17. VERS. 18.

Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis: petræ sicut cera liquescent ante faciem tuam. 36.

Publicarat paulò antea summum Dei Israëlis dominatum, bis Dominum illum appellans, præstantem virtute, immensitate magnum, potentia insuperabilem: nunc per optantis modum, impensè desiderat, vt omnis creatura illi tanquam vero, & proprio Domino ad nutum obediat, & submissè deseruiat. Quòd verò eiusmodi obsequium præstare debeat Deo omnis creatura, ideo probat: quia à Deo habet, quod sit, & viuat: nullaque sit, quæ adeò viribus valeat vt diuinum imperium recusare possit vel impedire quominus in rebus fiat, quod efficaci Dei decreto statutum est. Nam qua facilitate potuit omnia ex nihilo creare, eadem valet omnia in suũ nihilum redigere. Nemo interpretum non aduertit, non modò sententiam, sed etiam penè singula verba deprompta fuisse ex Psalmis. Dicitur enim Psalmo 32. v. 9. *Ipse dixit, & facta sunt.* Hîc autem: *Quia dixisti, & facta sunt.* Et Psal. 103. v. 30. *Emittes spiritum tuum, & creabuntur.* Hîc autem: *Misisti spiritum tuum, & creata sunt.* Serarius noster hæc Iudithæ verba, *Misisti spiritũ tuum, & creata sunt*, probare inquit, Spiritus sancti diuinitatem: nam dicitur creator, creare autem vnius Dei opus est. Sed esto, verba Psalmi de Spiritu sancto communiter intelligantur à Patribus, quos longa serie Lorinus refert: tamen non pauci mysticè loquuntur, & plures de resurrectione, quæ fiet in finalis iudicij die. Dicitur enim in Psalmo, *Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emittes spiritum tuum & creabuntur.* Ergo saltem verba Psalmi non sunt intelligenda de prima rerum creatione, de qua Iuditha loquitur: nemo enim interpretum de generali resurrectione hæc verba intellexit, (etsi Lyranus, & Dionysius posteriorem versiculum de illa commentati fuerint.) Sed quicquid sit de loco Psalmi: perplacet Tirinus, qui τὸ *spiritum tuum* commentatur, vocem oris tui, id est, præcepisti, & mox creata sunt omnia. Vnde postquam dixit, *Misisti spiritum tuum, & creata sunt*, statim subdit, & non est qui resistat voci tuæ. Sic dicitur Psalmo 32. v. 6. *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum.* Vbi probat Lorinus spiritum oris eius, idem esse ac præceptum, seu Dei vocem. Satis sit hæc præstrinxisse: neque enim ago enarratorem Psalmorum.

Psalm. — *Serar.* — *Lorinus.* — *Lyran. Dionys.* — *Tirin.* — *Psalm.* — *Lorin.*

Montes à fundamentis mouebuntur. Frustrà Lyranus, & Dionysius hæc verba commentantur de iudicij finalis die. Porrò cùm Iudithæ mens sit ostendere diuiniorem Dei potentiam, vt illum timeant, & seruiant creaturæ omnes; & cùm argumentum sumpserit à creatione, idem persequitur

Lyran. Dionys.

expressiùs, aiens, montes & aquas, id est, terram, & aquarum abyssum, ex quibus omnia creata sunt, nempe creaturas omnes facilè posse à Deo à sedibus suis conuelli, & ab imis fundamentis subuerti. Nam eo ipso quod à Deo facta sunt, necesse est, vt illi ad nutum obtemperent; atque adeo si creatori collibuerit, dissoluantur in nihilum. Nam eâ pollet potentiâ Deus Israël, vt si minimum annuat, *Petræ sicut cera liquescent.* Quod dicitur in Psalmo 96. v. 5. *Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini.* Nempè saxea petrarum durities ab vno Dei verbulo colliquescet, & adinstar calefactæ ceræ, emollita diffluet. Ita Sanctius. Quicquid priori expositioni refragetur Serarius.

Psalm. Sanct. Serar.

---

§. VIII.

Funesta iustorum calamitas præ gloria felicitate, æmulatur beatas cælitum glorias.

37. Gaudium non est res vitij, sed virtutis perpetua hæreditas. Impensè studiosis mundanæ voluptatis sæpè interscinditur lætitia, quæ in voluptuosis deliciis inquilina est, peregrina est. In sapientibus verò & perfectis viris agnatum gaudium contexitur. Nullâ rumpitur causâ, nullâ fortunâ: semper tranquillus, hilaris semper est perfectus animus. Non enim ex alieno pendet; nec fauorem hominum, nec fortunæ minas expectat, timétve. Domestica illi tranquillitas est, etsi non innata saltem agnata fruitur lætitia diu duratura. *Exiret ex animo, si intraret: ibi nascitur*, siue parturientis, siue obstetricis gratiæ beneficio. Plenus virtute est: si quid obuenit aut extrinsecus ab hostis violentia, aut intrinsecus à naturæ malitia: extrinseca securè excipit, intrinseca pacatè tranquillat; vtraque feliciter deponit. Vnde lætitia semper fruitur maxima, continua, sua. Neque in calamitatibus despondet animum, nec tristatur ærumnis, nec dedecore dehonestatur, neque fertur aduersis. Quin & beatur laboribus (nam *Beatas calamitates* vocat S. Zeno) cruciamentis assuetus martyr. Tertullianus populariter quærit: *Quæ igitur negotiatio patientiæ in corpore?* Cui præmaturè respondit Paulus ad Romanos 5. v. 3. *Gloriamur in tribulationibus.* Quasi dicat; Anhela tribulatio, anxia calamitas, ærumnosus dolor, calamitosus labor, infame dedecus in perfectè Christianis non sollicitant mœrorem, nec muliebres cient lachrymas, sed festam parturiunt lætitiam, & negotiantur beatas glorias. Vnde ipse Tertullianus eodem libro, & capite, agens de Christianis Martyribus, cùm ad patibulum educuntur è carcere, pædore squalidi, macie titubantes, dedecore contumeliosi, inedia flaccidi, execrationibus turpes, ad omnia sæuitiæ cruciamenta destinati, ita fatur: *Producitur martyr ad experimentum felicitatis, ad ipsum diuinæ sedis ascensum.* O mundiales deliciæ fugitiuæ, nugatoriæ, fallaces! nec experimentum felicitatis cepit, qui studio capitur voluptatis humanæ. Qui verò crudelioribus suppliciis pro Christo lubens destinatur, ille, ille inquam, primum capit experimentum felicitatis, & Empyreæ gloriæ sublimem ascensum auspicatur. Quasi in martyrio non puniatur martyr, sed fides martyris. Nam Christiana fides persecutionibus tyrannorum periclitatur, martyr cruciatuum felicitate gloriatur: non enim tam producitur ad martyrij tormentum, quàm ad felicitatis experimentum. Siquidem *In tribulationibus gloriamur calamitatibus beatis.*

Seneca. — *Beata ærumna.* — Zeno. — Tertul. l. de Patientia, c. 13. — Ad Rom. — *Martyr auspicatur felicitatem in tormentis.* — Tertul. suprà.

38. Iob 42. v. 10. Postquam desæuiit tempestas calamitatum, quas obstinata ferè patientiæ gloria gloriosissimè pertulit diu, successit læta tranquillitas: *Et addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Iob duplicia.* Nempe Deus multiplicauit Iobo armenta, greges, agros, censum, ætatem, gloriam; filios verò non multiplicauit, sed eodem numero quot amisit, tot recepit. Et quare cùm cætera bona duplici numero aucta accepit, soboles non excrescit ad ampliorem numerum? Ventilent hanc quæstiunculam interpretes, pro omnibus vnus sufficiat Tertullianus sic fatus: Iobus *quæ amiserat reduplicata possedit. Et si filios quoque restitui voluisset, pater iterum vocaretur.* (Attentum lectorem aut inuenient, aut facient, quæ subdit verba.) *Sed maluit in illo die reddi sibi tantum gaudij. Sustinuit tam voluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia viueret.* Scilicet Iobus amissa bona feliciter recuperat aucto numero, vltrò recusat rediuiuam charæ sobolis restaurationem, sustinens voluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia deinceps viueret. Maluit enim in illa die reddi sibi tantum gaudij. Quasi non tantùm pristinæ felicitatis restauratio, sed etiam lugubris filiorum orbitas faceret ad gaudium tolerantissimi viri. Imò inter primas lætitiæ causas collocat funesta filiorum funera: ait enim Tertullianus perspicax patientiæ interpres, quod Iobus noluit restitui sibi filios, ne sine orbitatis patientia viueret; *Sed maluit in illo die reddi sibi tantum gaudij.* Quid est tantum gaudij, nisi luctuosam dilectæ sobolis orbitatem? *O Beatas calamitates!* O arcanum patientiæ sacramentum! Profectò mundialis ærumna verum & merum ænigma est, nihil minus significans, quàm quod magis significare videtur. Sensibus intimat angores, contumelias, cruciatus, & feliciter spirat blandimenta lætitiæ, delicias prosperitatis, beatitudinis glorias: nam qui piè & Christianè patitur, beatæ spei beneficio *gloriatur in tribulationibus.* Euge ænigmatica tribulationis felicitas, extrinsecùs auara gaudij: medullitùs vena diues solidioris gloriæ.

Iob. — *Arcana orbitatis lætitia.* — Tertul. l. de Patientia, c. 14.

39. Matthæi 17. vers. 5. Præalto Thaboris vertice ostentat Christus arcanæ beatitudinis glorias. Albicat vestis niuali candore, scintillat facies fulgoribus Solis æmulis, prænitet corpus beatitudinis dotibus, & totus fulget diuinitatis gloria. Pacati, & oculati testes adsunt Iudaicæ gentis proceres, consternantur & corruunt Euangelij summates: & à dìue fissimis effectibus eadem comprobatur transfigurationis veritas. Rutilat in cælo nubes lucidissimè opaca, quæ nouo Regi nouum solium expandit. E nubis fragore auditur augustior vox Dei Patris: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hærent interpretes in huius loci commentario, & allegat Dei patris vocem importuna occasione prolatam. Num Pater Deus cognatum filium agnoscit in gloria, quem in dedecore videtur dediscere. Thaboris gloria tacitè publicat diuinam Christi filiationem: cur ergo Pater Deus in Christi calamitatibus quasi mutus tacet, & vocalis est in gloriis? Nascitur Deus infans in pecuino tugurio: notatur in Circumcisione stigmate peccatoris: fugit in Ægyptum inerti fuga, (sic censetur ab hominibus fugientis pauor,) nec præclara Patris auditur vox? Impetitur maledictis, initiatur contumeliis, alapis dehonestatur, sputis contaminatur, verberibus deturpatur, patibulatur

Patiendi ærumnæ æmulantur Thaboris gloriam. — Matth.

bulatur vt omnium ſcelerum reus, (ò planè publicandæ diuinitatis occaſiones, vel neceſſarias vel ſaltem opportunas!) & tacet Pater Deus muto ſilentio, & cùm in Thaboris ſeceſſu apparet glorioſus: tunc magnificâ voce eius diuinas glorias perſpicuè buccinat? Intempeſtiuum videretur Thaboris præconium, niſi agnita eſſet tribulationibus
40. gloria. *O beatas calamitates!* O patiendi claritudinem, & delicias tormentorum! Scilicet dum Chriſtus atrociter torquetur, contumelioſè dehoneſtatur, vt noxius patibulatur in cruce, ſatis perſpicuè commendatur à beata gloria patiendi, (nam *gloriamur in tribulationibus, calamitatibus beatis*) Cùm verò tantiſper intermittitur gloria patiendi beatitudine Thaboris, tunc, tunc, inquam, (fortè aliquando) neceſſaria, vel ſaltem opportunior erat Dei Patris vox ſublimis pro Paſſionis gloria, & publicans diuinam Chriſti filiationem. Res hæc iure ſuo exigit laudatum Tertulliani locum, vbi Iudæis auidè poſtulantibus à Chriſto pendente in cruce, vt ex cruce glorioſè deſcenderet, ſponſione aſſeuerantiſſimè factâ illum pro vero Deo ſuſcipiendi, ſic loquitur de Chriſto glorioſum deſcenſum arcanè recuſante: *Hinc vel maximè, ò Phariſæi, Dominum agnoſcere debuiſtis: patientiam eiuſmodi nemo hominum perpetraret.* Ergo qui à beata crucis calamitate ſic perſpicuè ſe probat Deum, ſupervacanea tunc videretur Patris beata vox; & opportunior in Thaboris felicitate, à qua procul erat patiendi gloria. Quid illuſtrius pro hac re? Portò infelicitas patiendi lucentis felicitatis ænigma eſt, à perfectis viſa, imperfectis inuiſa.

41. *Ærumnoſa calamitas eſt dies exultationis.* Iudith 16. v. 9. Trucidato Holoferne, fugatis Aſſyriis, manubiis Hebræos ditantibus, ſoluto excidij, & captiuitatis diro metu, Heroïca Iudith exultans Deo, & hoſtibus inſultans, ſic pangit in eleganti panegyri, quam Deo gratulabunda modulatur: *Exuit ſe* (ipſa ſcilicet Iudith) *veſtimento viduitatis, & induit ſe veſtimento lætitiæ in exultatione filiorum Iſrael.* Scilicet cum iam prope erat,
Iudith. vt Bethulienſes dederentur Aſſyriis ad ſpontaneum excidium, ſe, inquam; deſperata, tunc Iudith abiiciens lugubres viduitatis ſuæ veſtes, ſeſe induit lenociniis comptioris ornatus, *In exultatione filiorum Iſrael.* Imò in excidio à deſperatione inchoato, in funeſta ſtrage iamiam imminente, in triſtiſſima omnium mœſtitudine: ſic calamitoſum illum rerum articulum appellaret ſecularis ignorantia. At pia & ſanctè religioſa femina penetrans calamitatis arcanum ænigma, non occaſionem mœroris, *ſed diem exultationis filiorum Iſrael* nominat, *beatis calamitatibus* feſtum, hilarem, glorioſum. Superficie tenus infelix apparet; ſed intrinſecùs felicitatur voluntate patiendi. Extrà gladius, & flammæ minitantur excidia, & incendia; intus verò meditantur arcanas patiendi glorias. Bellè & verè
Cant. de Dei Eccleſia dicitur. Cant. 1. verſ. 5. *Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Extrinſecùs denigrata, ſqualentia, & horrida; intrinſecùs verò opulenta,
Zeno ſer. 1. de Daniele. nitentia, glorioſa. S. Zeno Veron. ſic fatur de tribus pueris in æſtuanti fornace ſecuris à procella periculi, proſperis à felicitate torrentis: *Vbi iactati ſunt in fornacem ignis ardentis, hos deuotè cupidus ignis excipit. Lambunt roſcidos flammæ blandientes. Mira res! opacitas intùs, incendium foris eſt. Intus hymnus canitur, foris vlulatus auditur.* Nimirum à calamitatibus, in quibus peccator vlulat, exultat iuſtus blandimentis patientiæ.

CAPVT IX.

Tantùm in re virtutis vera & mera lætitia eſt.

SEntentioſè inquit Seneca: *Illud ante omnia memento, demere rebus tumultum, ac videre quid in quaque re ſit: ſcies nihil eſſe in iſtis terribile, niſi ipſum timorem. Quod vides accidere pueris, hoc nobis quoque maiuſculis pueris euenit. Illi quos amant, quibus aſſueuerunt, cum quibus ludunt, ſi perſonatos vident, expaueſcunt. Non hominibus tantum, ſed & rebus perſona demenda eſt, & reddenda facies ſua.* 41. Seneca epiſt. 24.
Chriſtiana diſciplina, nempe continentia, humilitas, aſperitatum rigor, pœnitentiæ ſqualor, ieiuniorum macies, tribulationum muta patientia, planè ſunt inania puerorũ terriculamenta: perſonatæ ærumnæ ſunt. Deme illis animi tui tumultum, pacatè & patienter illa tolera; quippe quæ immiſſa ſunt à Deo, & æternam vitam procurant, & ſapienter falles calamitates, quæ pueriliter homines fallunt. In ipſiſq; repentè inuenies verùm & ſolidum gaudium, non in fallacibus voluptatum nexibus. Pſalm. 118. v. 85. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua.* Quænam hæ fabulæ, quas iniqui decantabant Dauid? S. Auguſtinus ſic locum legit, & interpretatur eleganter: *Narrauerunt mihi iniqui delectationes ſuas; ſed non vt lex tua.* Benè & optimè iniquorum delectationes dicuntur fabulationes, id eſt, fictæ ad gratiam, modulatæ ad leporem, compoſitæ ad fallendum, & quæ voluptates mentiuntur ſpecie delectationis; ſed reuerà fallaces, & fugaces ſunt, volaticæ, phantaſticæ, commentitiæ, ridiculariæ. Non, non ſic lex tua, id eſt, virtutis diſciplina, quæ extrinſecùs aſpera, auſtera, & tetrica eſt, intrinſecùs autem pacata, hilaris, placida, feſtiua. Matthæi 2. v. 10. *Magi videntes ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valdè.* Gloſſa ibi: *Gaudio gaudet, qui propter Deum gaudet qui eſt verum gaudium.* Gaudium quod à Deo non eſt, nec de re Dei capitur, verum gaudium non eſt. Deus enim veri gaudij theſaurus eſt, & defæcatæ lætitiæ fons, à quo Chriſtianæ calamitates delibutæ bene ſapiunt, & arcanè delectant.

Delectatio fabula dicitur.

Pſalm.

Auguſt. ſer. 4. de verbis Apoſtol.

Matth. Gloſſa.

Ipſa voluptates in tormenta vertuntur. At viro pio & religioſo ipſa tormenta vertentur in voluptates, & quidem beatas. Matth. 5. v. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Magnum planè præmium Sanctorum calamitatibus hîc promittitur. Pauperibus cælorum regnum pollicetur Deus: Mitibus poſſeſſionem terræ ſpondet. Quid ergo dandum reſtat Deo, luctibus & ærumnis iuſtorum? Nihil vltrà ſupereſſe videtur in theſauris diuinæ munificentiæ. Audi ſubtilem Gloſſam, S. Thomæ calamo felicem: *Maior eſt retributio lugentis, quàm Pauperis, & Mitis: plus enim eſt gaudere in regno quàm habere, & poſſidere: multa enim cum dolore poſſidemus.* Scilicet Pauperibus promittit Chriſtus regna cælorum, & Mitibus terrarum poſſeſſionem; at lugentibus, & ærumnoſis ſpondet gaudium in beatitudinis poſſeſſione. Videtur hæc ſubtiliſſima Gloſſa acutè præſcindere poſſeſſionem regni cæleſtis, ſeu cæleſtis beatitudinis, à gaudio de Deo poſſeſſo; & in paupertatis præmium aſſignare cognitionem beatam, quæ eſt poſſeſſio Dei, vt qui poſſeſſionem mundialium bonorum pro Deo amittit, muneretur à Deo poſſeſſione ſummi boni; at qui terrenas abdicauit voluptates, in cælo muneratur ſumma voluptate, ſeu gaudio beatæ fruitionis, quæ illi correſpondebit

43. Seneca ſup. Matth.

Gaudium beatitudinis reſpondit labori.

Gloſſa. S. Thom.

in præmium. Ac ſi tantummodò ærumnarum anguſtiæ in terris, negotientur in cælis auguſtas diuinæ fruitionis glorias; quas præciſè non mercatur præciſus aliarum virtutum labor; ſed tantùm humana triſtitia, ſeu triſtitiæ angor. (Quòd ſi alicui Theologicè ſcrupuloſo, fortè videbitur, quòd nimis audet hæc Gloſſa, id imputet laudatoriæ exaggerationi, non computet ſeriæ affirmationi: ne quid quod refert, nec reiicit S. Thomas, ſuſpectum ſit in re Theologiæ.) Beata experientiâ edoctus aiebat S. Franciſcus: *Tanta eſt gloria quæ me expectat, quòd omnis pœna me delectat.*

S. Franciſc.

Matth.

Matthæi 5. v. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Benè eſt; hic lugentibus, & ærumnoſis promittitur in cælis æternæ fruitionis ſolatium; at quomodo qui nunc triſtatur & luget, etiam in ipſo luctu pronunciatur beatus, dùm dicitur, *Beati qui lugent?* Num in ipſo luctu beatas poſſidet glorias? Quid tam extraneum à luctuoſis lacrymis, quàm effuſioris gaudij voluptas? Pulchrè Rabanus; *Columba gemitum pro cantu habet: ita & ſancti. Sicut alij delectantur in cantu, ita ipſi in gemitu pro peccatis.* Ergo beati qui lugent, quoniam gemitu delectantur. O beatas lacrymarum glorias. 1. Petri 1. v. 8. *In quem non videntes creditis: credentes autem exultatis* (ſic ſcribitur in Græca origine) *lætitiâ inenarrabili, & glorificata.* Bellè dicitur glorificata lætitia hæc, quia perfuſa eſt gloriæ dulcedine, éſtque prægustus gloriæ cæleſtis. Caietanus ſic commentatur hunc locum: *Glorificata dicitur tum ex parte materiæ: quia eſt de glorificato Ieſu, quem diligitis, in quem creditis; tum ex parte formæ, quia participatio quædam eſt lætitiæ beatorum.* Ergo ride triſtes impiorum lætitias; adora piorum arcanos mœrores, qui prægustant beatas cælitum glorias. *Beati qui lugent*, 1. Petri 4. v. 13. *Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete.* S. Cyprianus: *Per omnia gaudete.* Per omnia gaudet, qui benè gaudet, lætitiâ beatitudinis æmulâ.

Rabanus. in c. 5. Matt.

1. Petri.

Caietan.

1. Petri.

Cyprian.

44.

Chriſtus Deus ab Incarnationis momento ſeſe humanis ærumnis vltrò deſtinauit in pretium redemptionis humanæ: exinde enim ſubiit Redemptoris officium, & redemptionis molem. *In laboribus à iuuentute mea.* Quanta dignatus ſit pati, nemo Sanctorum non ſcribit, nemò imperitorum neſcit. Quod peritè deſcribit Tertullianus. Ideò enim prædeſtinatus eſt filius Dei, vt pro hominibus dura à cunis pateretur, cui pro infantilibus cunis belluinum præſepe ſubſtituit vile obſequium: Taceo cætera, quæ prophetant lacrymulæ vagientis præpropero luctu. Ergo cùm Saluatoris vita contumeliis, ærumnis, angoribus, & cruciamentis conſtet, audi Dauidem Pſalmo 44. v. 8. ſub perſona Chriſti ſic modulatè pſallentem; *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* Symmachus, *oleò nitoris*, B. Chryſoſtomus, *oleo venuſtatis.* Quaſi virtutis lætitia idem ſit ac nitor, ſeu venuſtas Chriſti. Verùm ſiue *olei* nomine ſignificetur regia dignitas Chriſti, vt vult Chaldæus, magnos labores indicat: nam *factus eſt principatus eius ſuper humerum eius*, Iſaiæ 9. v. 6. Siue *olei* vocabulo deſignetur declaratio vnionis hypoſtaticæ in Iordane facta, vt aſſerunt S. Chryſoſtomus, S. Hilarius, S. Ambroſius, perſpicuũ eſt exinde Chriſtum inchoaſſe labores Euangelicæ prædicationis, & perſecutiones à Phariſæis, vſque ad Paſſionis cruciamenta, quibus animam egit in cruce. Siue *olei* nomine aſſeratur plenitudo Spiritus ſancti, & donorum eius, vt explicat S. Cyrillus Hieroſol. in comperto eſt, à Spiritu ſancto expulſum eſſe in deſertum, vt impudenter tentaretur à diabolo. Denique ſiue *olei* vocabulo innuatur gratia habitualis, aut gratia vnionis hypoſtaticæ, vt ex pluribus Eccleſiæ Patribus, & Scholaſticis adſtruit Lorinus in Pſalmum 44. v. 8. vbi allegat Suarez, plures referentem; planè conſtat ex probabiliori Theologiâ, ideò Chriſtum tantæ gratiæ oleo delibutum, vt ærumnoſum redemptoris officium odiret, digniúſque tanta, tamque dura, & crudelia pro humano genere pateretur. Ecce tibi dum Chriſtus perfunditur vnctione tot gratiarum, & quaſi athleta inungitur ad tot labores ęrumnoſiſſimè ſubeundos, *oleo exultationis* delibutus dicitur: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* Nam vt dicitur pſalmo 18. v. 7. *Exultauit vt gigas ad currendam viam*, duram, ęrumnoſam, calamitoſam? ſed planè *exultauit obrutus calamitatibus beatis*, vt ſępè diximus ex S. Zenone. Sic, ſic exultat Chriſtus Deus in laboribus, in triſtitia, in ęrumnis perſecutionum, & cruciamentis paſſionum, vt beatis calamitatibus quaſi obrutus, lętiſſimè exultet! Vnde Diabolus toto tentationum vaſtamento triſtitiam ingerere Chriſto verſutè procurat, ex mente Euthymij. Hic magnus doctor (ſecutus Origenem) in commentario capitis 4. explicans illud verſiculi 1. ſecundùm Gręcam verſionem. *Agebatur à Spiritu quadraginta diebus, tentationem à Diabolo patiens*, ſic locum commentatur: *Marcus*, inquit, *& Lucas dixerunt, quòd etiam quadraginta diebus tentabatur, nempè per ſomnum, per triſtitiam, per ignauiam.* Scilicet id in primis callidè procurat aſtutus tentator, vt Chriſtum exultantem in beatis ieiunij longiſſimi calamitatibus, ad triſtitiam pertrahat, ne tantò gaudio in ęrumnis exultet. At Chriſtus non tantùm de laboribus, & tribulationibus, ſed de tentationibus exultat, iuxta illud: *Omne gaudium exiſtimate, cùm in tentationes varias incideritis.* Omne gaudium, id eſt, conſummatum, & perfectum, ſecundum Scripturarum phraſim: nam *quem vnxit Deus oleo exultationis*, Dęmon contriſtare non ualet. Sic exultat Chriſtus in beatis calamitatibus! ſic exultet Chriſtianus: nam *Beati qui lugent.*

Tertull. l. de Patient. c. 4.

Vnio hypoſtatica dicitur oleum lætitiæ.

Pſalm.

Symmach.

Chryſoſt.

Chaldæus.

Iſaias.

Chryſoſt.

Hilarius.

Ambr.

Cyrillus Hieroſol. Catecheſi. 3.

Lorinus.

Suarez.

45.

Pſalm.

Zeno. ſerm. de Iona.

Origen. homil. 29. in Lucam. Græca exſcriptis.

Euthym.

Iacobi 1.

---

§. X.

Ærumnoſus merendi labor lenocinatur futuræ felicitati.

46.

CAnius Iulius vir olim in primis magnus, & meliori ſæculo dignus cum Caio Cæſare diu altercatus, poſt occiſos filios, & bona proſcripta, ne fortè magnanimus vir, aliqua vitę ſpe ſibi blandiretur, cùm ipſe ad mortem abiret, quia duci iubebatur à Cæſare, diræ morti deſtinatus, Canius vtiliter Cæſari reſpondit: *Gratias ago Optime princeps.* Quid ſenſit, dum dixit hæc verba, dubij ſunt qui rimantur Sapientum apophthegmata. An vrbanè contumelioſus eſſe Cæſari voluit, & oſtendere quanta crudelitas eſſet, in qua mors beneficium erat? An diſſimulanter exprobrauit Caio quotidianam dementiam, qua famoſus fuit? An mortis calamitatem, quaſi principis liberalitatem libenter accipit? Quicquid eſt, magno animo reſpondit. Et Gentilis hominis quaſi Chriſtiana prudentia, *Aduerſa benignè interpretatur*, ait Seneca. Scilicet bono interprete eget ſecunda felicitas, & infelicitas triſtior. Acerbus enim dolor eſt pręſagium voluptatis. *In ſiti dolor quidem intelligitur, in potu autem voluptas: dolor qui præceſſerit, fuerit*

Seneca. de Tranq. vitæ cap. 14.

Præcedens dolor eſt origo voluptatis.

efficiens

efficiens voluptatis, ait Clemens Alex. Quia sicut *nihil est infelicius felicitate patientium* (ait S. Augustinus epist. 5.) ita nihil est felicius infelicitate patientium. Benignè interpretanda est calamitas, quæ est matrix virtutum, trophæum religionis, meritorum officina, meritum gloriæ; imò felicior gloria est infelicitatis appendix; sicut infelicitas est argumentum gloriæ, & quodammodò humanæ beatitudinis gloriosa felicitas.

Clem. Alex. l. 4. Strom.

47. Matthæi 16. v. 20. Postquam Petrus cælesti scholà ante edoctus, arcanam Christi diuinitatem agnouit, & palàm publicauit, ad mysterij magnitudinem stupente Apostolorum collegio: *Tunc præcepit Iesus discipulis suis, vt nemini dicerent quia ipse esset Iesus Christus. Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere.* Addubitant sacri interpretes, quonam consilio Christus, qui bene nouerat quanti interesset Christianæ œconomiæ, suæ diuinitatis notitia, vbi à Petro diuinitùs publicatur, & ab Apostolis planè creditur, cur inquam, eosdem inhibeat, ne cui eam deprædicent? Dubij rationem auget Sanctus Hieronymus inibi, ita scribens: *Cùm suprà Iesus mittens discipulos ad prædicandum, iusserit eis vt annunciarent aduentum eius, videtur esse contrarium, quod hic præcipit, ne se dicant esse Iesum Christum.* Scilicet Petrus tanquam cæli lingua, discipulis manifestat Saluatoris diuinitatem, & tunc Christus mutos esse iubet ad illam publicandam? Quod cæli bene publicant, malè tacebunt homines. Nisi fortè solis discipulis innotescere debet Christi diuinitas? Opportunè ergo palam prædicabitur, quod cæli quasi linguati manifestant. Verùm enim verò quia Saluator exinde discipulos docet, se mox Passionis ignominiam subiturum, ideò sapienter existimat Origenes, noluisse Christum beatas suæ diuinitatis glorias manifestari, quousque à calamitate probrosæ Passionis cenferentur, æstimarentur, nobilitarentur: *Hæc autem* (Origenes loquitur) *quæ mandat, vt nemini dicant, tunc Apostolis conuenire. Inutile enim est ipsum quidem prædicare Deum, crucem autem eius tacere. Propterea præcepit eis, vt nemini dicerent: quia ipse est Christus, qui crucifixus est, & resurrexit à mortuis.* Nempe recusat Christus Deus manifestatas cælitùs attestatæ diuinitatis, & diuinæ filiationis glorias publicari ab Apostolis, quousque ærumnosæ Passionis gloriosis contumeliis decorentur. Mauult interim non haberi Deus, quàm haberi ante ignominiam Passionis? *Inutile enim est ipsum quidem prædicare Deum, crucem autem eius tacere.* Quasi inutilem censens gloriam, quæ præcedat Passionis ærumnas? quasi præuiæ ærumnæ sint gloriæ honestamentum; & ab ærumnarum infelicitate felicitetur gloriæ decus? Ac si gloria ante passionem quodammodò deuenustaret possessorem, quasi non tam benemeritum, quàm benefelicem? Felicitas autem apud homines, habetur Fortunæ casus, non meriti dignitas. Inde nauseat ad gloriam, quam Passio non commendat? *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Lucæ 24. v. 26.

Matth. *Gloria ante passionem ingloria iussit videri.*

Hieron.

Christus refutat sine cruce glorias.

Origen. tract. 1. in Matth.

Lucæ.

48. Geneseos 29 vers. 11. Ex omni affectu Iacobus adamabat Rachelem, puellam inquam, indolis bonitate, & oris pulchritudine absque lenocinij fuco semper venustam. Castos casti matrimonij amplexus Iacob sedulò ambit, & cunctis naturæ dotibus ornatam virginem, dotat septennalis seruitij ærumnosis laboribus. Morosi patris ingenio fraudatus cupitis nuptiis, septem alios annos destinat eidem seruitio; & diuturnior laborum mora videtur illi breuis & leuis præ amoris magnitudine. O patientiam impatientis amoris! Tandem lætissimè fruitur diu cupitis, & promeritis Rachelis amplexibus. Nec habuit tristitia locum, vbi festo tripudio potiebatur desiderato diu adamatæ puellæ thoro. Verùm animaduertere oportet, quam ob causam dum Iacobus à paterna domo exul eam ad puteum primò vidit, & stimulatus bellæ virginis pulchritudine, & venustatis illicio captus, auspicatur osculo & amplexu felicitatem amorum, statim fleuisse dicitur: *Et adaquato grege, osculatus est eam, & eleuata voce fleuit.* Quid moliciter plorat, qui viriles ambit amplexus? Ambitiosior planctus leno solet esse nuptiarum, sed in viduis; non in viris. Ecquis vir non virilibus obsequiis, sed femininis lacrymulis lenocinatur nubili & pulchræ, quam exambit, feminæ? Importunè illacrymat; vbi opportuna est causa iucundioris lætitiæ. Grata figit oscula, dulces innodat amplexus bellæ, & adamatæ virgini, & elatâ voce flet? Potius debuisset lætissimè exultare: dum delibat amorum gloriam. Fateor, sed gloriam, quam obuia dedit felicitas, non meriti dignitas. Post ærumnas diuturni seruitij, & passionis durissimæ, nullus lacrymarum locus est, sed gloriosâ voluptate fruitur suæ Rachelis cupitis amplexibus. Patiendi & merendi labor lenocinatur felicitati fruendi: cum fletu celebratur felicitas, quam non præcedit felix meritorum dignitas. Ac si gloriosè pudeat frui, quod piget ærumnosè mereri: nam laboris meritum condit fruitionis saporem. Non benè sapit, quod malè meretur: quid si nec meretur adhuc? Eleganter S. Paulinus in re non admodum absimili, inquit: *Tribulatio patientiæ robur operatur, vt patientia præmium gloriæ conferat.* Quasi dignitas laboriosi meriti, sit fruendæ gloriæ felicitas.

Merendi labor lenocinatur voluptati possidendi.

Genes.

Paulin. epist. 35.

49. Christus Dominus sanctissimè homo, quippe ab Incarnatione infinitè sanctus: naturaliter Deus, genitus in splendoribus sanctorum: ab hypostaticâ vnione homo Deus factus est: & inde omni sanctitate refertus, & potentiæ ad peccandum expers: ac si foret vilis peccator, accedit ad baptismum Ioannis, vt omnem iustitiam, id est, omnem sanctitatem expleret. Matthæi 3. v. 16. cùm è Iordane peccatoris habitu, seu nuditate indutus exiret, *Ecce aperti sunt ei cæli.* Quomodo cælum tunc aperitur, & recenter cæli gloria patet ei, qui vt Deus, attributo beatitudinis gaudet: vt homo, ab incarnationis momento vitam auspicatur in beatitudinis gloria, ab anima tunc possessa, & corpori exinde debita? S. Remigius, sic fatur opportunus interpres: *Et aperti sunt ei cæli. Sed numquid tunc primò aperti sunt ei cæli, etiam secundum humanam naturam? Fides enim Ecclesiæ & credit & tenet, quòd non minùs aperti sunt ei cæli antè, quàm post.* Ergo si ante insigne baptismi meritum, quo omnem expleuit iustitiæ sanctitatem, erant ei reserati cæli, quare quasi tanquam aliquod miraculum, dicitur, quòd tunc aperti sunt ei? Quid est quod noua cæli gloria tunc frui dicitur, quasi antè eadem non potiretur? Adeò piè quasi superba sunt tantæ humilitatis, & iustitiæ merita, vt Christo cui semper aperti sunt cæli, & cælesti gloria ab exordio incarnationis fruitur, tunc recenter dicatur, quod exinde aperti sunt ei cæli, & cæli gloria ipsi quasi de nouo pateat? Non quia olim eadem non frueretur vbertim: sed quia post tantæ

Quid est post baptismum Christo aperiri cælos semper patentes

Matth.

Remig.

Digitized by Google

Paulin.

virtutum opera, fermè felicius eâ potitur. Ac ſi ſtupendæ humilitatis *patientia præmium gloriæ conferat?* vt nuper dixit Nolanus Antiſtes. Eadem ipsâ gloriâ fruitur, ſed alia; eadem eſt, quia ipſiſſima; alia, quia poſt tantarum virtutum labores: nam beatitatem gloriæ proſperat benè operandi labor, à quo, ſi non augetur, (in Chriſto) ſaltem venuſtatur eadem felicitas beatitudinis ab vtero agnatæ.

50. Geneſ.

Geneſis 2.v.17. *De ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* Quare homini in hac mortali vita degenti præcipitur, ne comedat de arbore, quæ priùs propinat ſapientiam, ſeu experientiam boni, dein mali? Hugo Cardinalis ibidem: *Signanter dictum eſt, boni & mali. Quia qui hic bonum experiri volunt, in futuro malum experientur. Vnde mali comedunt lignum ſcientiæ boni, & mali; ſed ſancti viri è conuerſo comedunt lignum ſcientiæ mali & boni.* Quaſi dicat Hugo: Adami proſperitas quia anteit labores, caduca felicitas fuit; at felicitas poſt laborum ærumnas, beata proſperitas eſt, & ſancta cælitum beatitudo, ac ſi ab anticipata ærumnarum calamitate fœneretur ſaporem beatioris gloriæ, & alicuius eminentiæ prærogatiuam. 1. Petri cap. 1. v. 11. *Prænuncians eas, quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias.* Cur gloria, quam præcedit Paſſio, dicitur poſterior? Anſelmus Laudunenſ. Quia *diu deſiderata præcedentibus tribulationibus.* Beda gloriam Reſurrectionis, & Aſcenſionis cenſet dici poſteriores glorias, Bedæ ſubſcribit Carthuſianus. Diligens & attentus Lyra aduertit, dici *paſſiones, & glorias in plurali.* Benè quidem & optimè. Præcedentibus tribulationibus dicuntur gloriæ in plurali; an quia à paſſionibus, & ærumnis, veluti dilatatur, & multiplicatur gloria? & quæ ante tribulationes gloria erat, dicuntur in plurali gloriæ à perpeſſione laborum? Moleſtia patiendi eſt gloriæ incrementum, & multiplicatio gloriæ.

Hugo. *Poſt paſſionem dicuntur in plurali gloriæ.*

1 Petri.

Anſelm.

51. Geneſ.

Geneſeos 1. verſ. 3. *Dixitque Deus, Fiat lux. Et facta eſt lux.* Bone Deus, quanta hic mouent commentatores, vt hanc lucem interpretentur! Siue ergo hæc lux ſit Sol iam tunc lucidiſſimus, vt cenſet Catharinus; ſiue non ita lucidus, vt exiſtimant Beda, Magiſter, S.Thomas, S.Bonauentura, Hugo, Lyranus, Abulenſis, & recentiorum nobile vulgus, ſecuti Dionyſium de Diuinis nominibus, p. 1. cap. 4. Non quidem ſimplicem lucis qualitatem, ſed ſubſtantiam Solis & Lunæ fuiſſe his verbis conditam in præſentiarum probabilius videtur. At grandior hinc ſuboritur difficultas; Scilicet quid quarta die creatum ſit, cùm infrà v. 14. dicitur: *Dixit autem Deus; Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora?* Profectò ſi Sol, & Luna nomine lucis condita ſunt prima die, quo pacto verè dici poteſt, luminaria magna, nempe Solem, & Lunam quarta die creata eſſe? Niſi fortè ſemel productum, nec corruptum, poſt exiguum quatuor dierum æuum, iterum reproducitur; quod foret actum agere. Vnde vocabula Solis, & Lunæ, re vacua, producta erunt hac die quarta. Inanis autem eſt vocis productio, & potiùs negotium oris, non res diuinioris omnipotentiæ. Benè aduertunt præfati interpretes in hac quarta die Solem, & Lunam, & Stellas non accepiſſe ſubſtantiam, ſed formarum qualitates, & influendi virtutes. Sed maximè ad rem præſentem notandum eſt; nunc dici Solem & Lunam, quando dicuntur facta *in ſigna, & tempora,* id eſt, in ſigna temporum. Hugo, *In ſigna tempeſtatum.* S. Baſilius Magnus, *In ſigna,* id eſt, *in imbres ſanos, aut tempeſtates atrociſſimas.* (Et paulò antè dixerat,) *Nam & vnum quid rurſum, quæ à Sole oſtenduntur, Dominus noſter tradit hiſce verbis: Quia tempeſtas erit: rutilat enim triſte cælum. Cum autem per caliginem, nebulámve aſcenſus fuerit, Solis radij tunc offuſcantur,* &c. Scilicet cùm ſubſtantia Solis, ac Lunæ primo die creatur, tunc lucis nomine, hoc eſt, vt caduca qualitas, ſignificantur; neque honorifico Solis, & Lunæ nomine nobilitati ſunt. At quarta die dum accipiunt vim influendi in hæc inferiora, & dantur *in ſigna tempeſtatum atrociſſimarum, & ſæuorum imbrium, cùm per caliginem nebulámve Sol offuſcatur;* tunc; tunc quidem, quæ antè dicebatur ſimplex lux, iam generoſo Solis, & Lunæ vocabulo indigitantur; tunc cæli Rex dicitur Sol, & Luna eiuſdem Regina, tunc ambo aſtra dicuntur, *Luminaria magna.* Ante ſæuas tempeſtates atrociter ingruentes, & vel cælis bellum minitantes, ſaltem ſolares eorum fulgores offuſcantes, mera lux erit: at poſtquam tempeſtates, & offuſcationes patiuntur, merentur Solis & Lunæ generoſam gloriam: tunc enim cælorum Reges, & Præſides dicuntur.

Cathar. Beda. Magiſt. S.Thom. Bonauent. Hugo. Lyra. Abulenſ. Dionyſ.

Geneſ. *Lux à tempeſtatibus Sol appellatur.*

Hugo. Baſil. homil. 6. in Hexaëmeron.

Matth. 17. v. 9. Poſtquam Chriſtus Thaborianæ gloriæ fulgoribus rutilus apparuit, oſtentans diſcipulis beatas gloriæ dotes in paſſibili adhuc corpore, *Deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Ieſus dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec à mortuis reſurgam.* Quaſi Chriſtum pudeat tantæ gloriæ decorem habere, ante paſſionis meritum. Quod innuere videtur S.Hilarius, aiens: *Silentium rerum geſtarum imperat, donec à mortuis reſurgeret. Hoc enim fidei præmium reſeruabatur.* Fidei nomine meritum patiendi appellat Hilarius. Præſtrictim expendo hunc locum, magiſque ſignifico, quàm loquor; quoniam ſimili expenſione locupletandus eſt, ac ille eiuſdem Matthæi 16. v. 20. à quo paragraphum auſpicatus ſum. 52.

Matth.

Silentur gloria, quam paſſio non præcedit.

Hilar.

Apprimè ergo Iuditha hìc verſ. 9. ſæuiſſimum quod ingruebat bellum, & atrocem Aſſyriorum tempeſtatem, & diram ſeruitutem, quam iam fermè inchoabant, appellat *exultationem filiorum Iſrael.* Quia *calamitatis patientia præmium gloriæ confert;* ſæuior tempeſtas Solem facit; & triſtior mœſtitudo matrix lætitiæ eſt, & gloriæ promptuarium. Dulciùs enim ſapit poſterior gloria, quam condit, & obdulcat præuia ærumnarum acerbitas: belli periculum adauget ſecuritatem victoriæ, & venuſtat triumphi glorias.

Iudith.

---

§. XI.

In acerbiori calamitate deliciatur Iuſtus lætitiâ Beatitudinis æmulâ.

SAnctorum vita ærumnis, tentationibus, & calamitatibus plena, terret inſpectores, & exaſperat aures eorum, qui à ſuperficie cenſuram vibrant; at calamitas medullitus ſpectata, tranquilla eſt, ſuauis, & delicioſa eſt: *Sicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Cantic. 1. verſ. 5. Extrinſecùs quidem obiiciuntur iniuriâ temporum inuenuſta, & aſpera, & deformia: intrinſecùs verò regali magnificentia, & barbarico apparatu nitentia: Sic vita Sanctorum. Clemens Alexandr. *certamen noſtrum duabus opus habet virtutibus: audaciâ quidem, vt adeat pericula: ſapientia autem, vt diſcernat ænigma.* Quodnam hoc ænigma enodatu 53.

Labores ſunt velut ænigma.

Cant.

Clem. Alex. l. 1. Strom. c. 4.

datu difficile, quod interpretari opus est, nisi Iustorum vita ægnimatis persimillima? Quemadmodum enim ænigma aliud exterius sonat sensibus, aliud longè diuersum intimat intellectui sapientis: imò & ænigmatis lepor totus est in occultanda sententia, ne foris appareat, quod intrinsecus delitescit. Quod scitè docuit ægnimatum peritus Tertullian. *Sine dubio præter quam sonant, sapiunt: & aliud in vocibus erit, aliud in sensibus, vt allegoria, vt parabola, vt ægnimata.* Sic ænigmatica Sanctorum vita aliud foris ostendit, scilicet labores, tentationes, ærumnas; aliud intus recondit, scilicet tranquillitatem & delicias. Rectè ergo iustorum hominum vita ægnigmati comparatur, quæ nihil minus significat, quam quod oculis intimare videtur. Iob 13. v. 17. *Audite sermonem meum, & ænigma percipite auribus vestris; si fuero iudicatus, scio quod iustus inueniar.* Hæc ænigmatica, & obscura non sunt, sed clara, & expedita. Quid enim manifestius quàm dicere si iudicatus fuero, iustus procul dubio

Tertull. Scorp. c. 11.

Iob.

54. inueniar? Profectò ænigma, quod proponit Iob, in verbis non est sed in factis est: vt præclarè notauit Philippus in eius loci commentatione sic scribens. *Examinationis flagella idcirco ænigmata voluit appellare, quo iam qui innocentes, & iustos tribulari conspiciunt, velut ænigmata illis sunt, &c.* Cui consonat S. Chrysostomus: *Ænigma nunc facta est miseria nostra.* Id est, tristior ærumna, acerbus labor, dira tentatio, dura calamitosior miseria ænigma est, & nihil minus significat, quàm miseriam. Profectò miseriam sonat, sed quia enigmaticus sermo est, non significat miseriam, sed felicitatem, & gaudium. Quo deliciatus Apostolus dicebat palàm ad Rom. 5. *Gloriamur in tribulationibus.* Id est, non tantùm tribulationes & pressuræ putam, & lætam voluptatem nobis pariunt, sed & quamdam religiosam superbiam, & gloriæ arrogantiam. Nam vt disertè Senec. *est aliqua doloris ambitio.* Vnde *gloriamur in tribulationibus,* ambitione quadam gloriæ, & voluptatis.

Philippus.

Chrysost. hom. 2. ad pop. Antioc.

Ad Rom.

Sen. ep. 64.

55. In epist. 2 ad Corinth. c. 7. v. 4. aiebat Apostolus *Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.* Theophylact. ibi: *Superexuberantiam* interpretatur quod superaffluentiam, & nimietatem quamdã lætitiæ ex tribulatione perceptam significat. Tam dulci, & superabundanti, seu superexuberanti frui lætitia dedecere hominem Christianum arbitratus est Tertull. Planè insignis est locus ad hanc rem. Adhortatoriam epistolam, seu librum scribit Tertull. ad Christianos, qui fidei causâ Carthagine vincti, & ad Martyrium destinati tenebantur. Non eo animo hanc epistolam scribo, inquit, vt catenarum pondera leuem, aut mœstitudinem carceris eleuem: *Contristetur illis, qui fructum seculi suspirat.* Id est, mœstus erit in carcere, qui mundi honores ambit, & delicias expetit: & pergit: *Christianus extra carcerem seculo renunciauit, in carcere autem etiam carceri.* Nam Christianus, qui verè Christianus est etsi extra carcerem sit, vale dixit honoribus, diuitiis, voluptatibus, hoc est, seculo renunciauit. Et subiungit verba acuminis plena: *In carcere autem etiam carceri renunciauit Christianus.* Quid quæso, significet Tertullianus asserens Christianum in carcere positum carceri renunciare? Arduum explicatu est. Num Tertullianus incarceratum pro fide Christiana malo animo esse iubet, & hortatur, vt carcerem detestetur? Minimè. Nam Christianismi colũna tunc erat Tertullianus. Num suadet Martyri, vt fuga saluti suæ consulat? Nequaquam. Nam seueriori censura eiusmodi fugam

1. Cor. Theophyl.

Tert. lib. ad Mart. c. 2. *Summis laborum deliciis renunciat perfectissimis amator.*

notauit toto libro de fuga in persecutione. Num exhortatur Martyres, vt deliciis, & voluptatibus fallant molestias carceris? Haudquaquam: nam seuerissima fuit disciplina Tertulliani, & præ seueritate semper excessit. Quid ergo sibi vult Tertullianus hortatus Martyres, vt *in carcere carceri renuncient?* Quid est carceri renunciare? Ego enim sic existimo locum interpretandum, vt carceri renunciare, nihil aliud sit, quam carceris deliciis renunciare. Nam sancti illi Martyres designati, pro Christi fide vincti, & ad durissima quæque supplicia addicti tanto gaudio delibuti Martyria expectabant, vt Tertullianus seuerus gaudij censor, & inhibitor, edoctus ab Apostolo de superabundantiã seu *superexuberantia* gaudij occulti in tribulatione, tribulatos Martyres hortetur ad inhibendam lætitiam, & compescendum gaudium, quo in tanta calamitate læti potiebantur. Hoc est *in carcere renunciare carceri,* id est deliciis carceris. Neq; alia potest esse genuina difficilis loci commentatio.

Hinc interpretari possumus illud Iobi 27. v. 9. 56.
vbi de impio sic fatur: *Nunquid Deus audiet clamorem eius, aut poterit in omnipotente delectari?* id est, impius diuitiis, & deliciis florens nequit sicut iustus ærumnosus, & calamitosus delectari in *omnipotente.* Neque est existimandum vocem illam *omnipotente,* casu, & temerè ex ore Iobi cecidisse. Ergo dicit Iobus: Homo calamitate actus, & oppressus ab omnipotentia delectatur. Quasi tota Dei omnipotentia occupetur in delectando hominẽ tribulatione prostratum. Quod dixit Iacobus 1. c. v. 2. *Omne gaudium existimate, cùm in tentationes* (id est, tribulationes) *varias incideritis.* Profectò *omnis gaudij* nomine indigitari solet cælestis beatitudo. Num iustus homo calamitate oppressus tanto potitur gaudio, vt possit cælestem beatitudinem æmulari præ gaudio, & de lætitia cum beatis quasi decertare? *Omne gaudium existimate,* inquit Iacobus. Quæ sententia multum audet, sed cognata est sententiæ Pauli 1. Corinth 15. vers. 51. *Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur:* super quæ verba S. Chrysostomus: *Venerandum quidpiam, & arcanũ, & quod non omnes norunt, est dicturus: quod etiam ostendit magnum honorem, quo eos efficit, nempe eis dicere arcana. Quid hoc autem est? omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Id est, vt commentatur Claudius ex communi interpretum mẽte: *Omnes moriemur, & resurgemus, sed non omnes immutabimur, non omnes consequemur gloriam.* Huic communi interpretationi occurrit Caiet. quia verosimile non est Paulum se cum reprobis collocare, dicens: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur ad gloriam. Itane est sanctissimus Apostolus Paulus, qui non resurgat ad gloriam inter cæteros iustos? Minimè: exhorrent piæ aures eiusmodi blasphemiam. Quid hoc autem est? Aduerte ad verba Pauli, & intentum, quod versamus. Non enim ait Paulus: Non omnes consequemur gloriam, sed non omnes immutabimur ad gloriam. Res enim diuersissimæ sunt, gloriam consequi, & mutari ad gloriam. Gloriam quidem consequetur Paulus, sed non immutabitur ad gloriam. Quia Paulus in hac vita, tot ærumnis, & calamitatibus (quas recenset 2. Corinth. 11.) pressus, imò penè obrutus, in eis tanta *superabundantia,* seu *superexabundantia* gaudij fruebatur, vt *omne gaudium existimauerit* se possidere in acerbis laboribus. Bene ergo dicit: *Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur* ad gloriam; quia prius iam ille

Iob.

Lætitia Beatitudinis æmula in laboribus.

Iacobus.

Chrysost. hom. 43.

Claud.

illa quasi potiebatur in ærumnis huius vitæ, fruens *omni gaudio*, quod ferè Beatitudinem sonat. Hanc expositionem insinuat S. Thomas commentario huius loci, asserens Iobum calamitatem suam peracerbè ferentem, mutandum esse à calamitate ad gloriam, vnde aiebat cap. 14. *Expecto donec veniat immutatio mea.* Paulum autem dixisse, *Non omnes immutabimur.* Rectè ergo dixit Iacobus; *Omne gaudium existimate fratres, cùm in tentationes*? id est, tribulationes *varias incideritis.* Quia lætitia in tribulatione percepta æmula est beatitudinis. Ex quo hùc aduocare licet, quod cælestis beatitudo laboris nomine significatur: de Beatis enim dicitur: *Requiem non habebant die ac nocte.*

§. XII.

Laboris molestia centrum hominis est: est libido patiendi, & quadam Beatitudinis æmulatio.

58. Res humanæ præstigiatrices sunt, fallunt spes, & opinione aut mulcent, aut torquent: re diuersissimæ sunt, ac opinione. Voluptas mentitur gaudium, & hoc mendacio ad se allicit; labor mẽtitur dolorem, & hac laruа territat humanam puerilem credulitatem. Qui credimus communi mortalium errori, credamus experientiis Sapientum, & auctoritati Sanctorum, qui calamitatibus felicitantur, & ærumnis beantur, & tormentis deliciantur, & in labore quiescunt, & gaudent vt in suæ felicitatis centro. Iobi 5. v. 7. *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.* Comparationem quandam hic agnoscunt S. Chrysost. & Olympiod. Et sensus est mysteriis locuples. Nempe? *Homo nascitur ad laborem, sicut auis ad volatum*, id est, sicut auis celeri penna per purum aëra volitat, & sese alis librat in æthera, & deliciatur, & pascitur ambitione volatus, sic homo in labore, &c. Addit Sanctius num. 29. quod vbi vulgatus transtulit, *auis*, communiter Hebræi putant intelligi scintillas, quæ sursum è prunis eleuantur, nempe in centrum. Et ita sententia est elegantissima. Nempe, sicut scintilla, aut flãma, tota naturæ propensione, & natiuæ leuitatis alis inquieta euolat sursum ad suum centrum, & obuiũ quodque populatur, & quo magis vrit, maius ex impedimentorum voratione capit incrementum. Sic volet homo ad laborem, & crescat votum patiendi ab impedimentis, quæ à patiendo territant; volet, inquam, vt ad centrum suum; in centro enim quies est molestiarum, & felix votorum fruitio. Ergo labor centrum hominis est: quo nomine plenum gaudium explicatur.

Labores sunt hominis centrum. Iob. Chrysost. Olym. in Catena. Sanct.

59. Res virtutis plena est laboris, & molestiarum, sanctitatis studium laboriosum est; fateor, sed à labore suaue & iucundum. S. Nazian de vtroque ait: *Ita demum progrediebamur, Deo, & cupiditate adiutoribus vtentes.* Notum est Basilium, & Nazianzenum ad sanctitatem fuisse progressos felicissimè, sed maceratione carnis, asperitate vestitus, neglectu cultus, creberrimis ieiuniis, indefesso sapientiæ studio, iniuriarum tolerantiâ, ambitionis contemptu, & cæteris Christianæ vitæ ærumnis, quæ impeditæ sunt, & valde laboriosæ; & tamen ait vsum fuisse *cupiditate* adiutrice ad sectandam virtutem. Porrò cupido desiderium est, & ardens votum, quo nimis vrgetur homo ad percupitas voluptates. Quid? cupidine agebatur Nazianzenus ad res sanctitatis? Cupidine deliciabatur in labore virtutis? Nimis audax hæc vox. Sed vereor ne plus audeat super hac re homo gentilis, & disertè Stoicus. Is Seneca est aiens: *Ab amara quadam libidine dolendi animus recipiendus est.* Quasi parum dixerit Nanz. se expertum in virtutis laboribus *cupiditatem*, imò *dolendi libidinem.* O quam cupidè hinnit ad Veneris voluptates, lasciuiæ igniculis extimulatus homo! O quàm volupe est lasciuo optatus amplexus? Cæteras delicias vincit libido: & *libido dolendi* similis luxuriæ est, quâ deliciosissimè lasciuit homo.

Nazianz. Orat. pro Basil. *Cupiditas laboris & dolendi libido.* Sen. c. 23. de consol. ad Polyb.

60. Apocal. 4. v. 8. Dicitur de illis Beatorum proceribus, feliciori beatitudine donatis: *Et requiem non habebant die, ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, Sanctus.* Idoneè aduertit S. August. Et Iunilius qq. in Genes. hæc verba expendentes, quòd *Maxima, & vnica sanctis est requies in cælo, laudem summæ Trinitatis, quæ Deus est, indefessa voce dicent.* Perspicua est hæc Augustini sententia, nam Beatorum proceres auctiori beatitudine felices, prosperâ cælorũ quiete fruuntur, quæ summa requies est, & prosperior felicitas, inquietudinis, & laboris expers. Verùm si hæc trisagij decantatio illorum maximam beatitudinem exprimit, quomodo dicitur, *Requiem non habebant die, ac nocte*; Num beatiores animæ requiem nõ habent, nec interdiu, nec noctu? Et cùm vigilantiores aliis beatis, Dei perfectionem vident, & vnâ Dei bonitate fruũtur (quæ summa requies est,) dicuntur die, ac nocte irrequieti? Illis summa *est requies in cælo*, ait August. & tamen requiem non habere dicuntur die, ac nocte? Sic, sic planè, neque enim aliter publicaretur summa horum summatum beatitudo, nisi explicaretur similitudine voluptatibus, qua potiuntur sancti viri in laboribus, & calamitatibus, in quibus adeò dulces libat voluptates amore patiendi, vt cùm Euangelista Ioannes exprimere cupit feliciorem paucorum beatitudinem, disertè dicat: *Requiem non habebant die, ac nocte*, sic inquit August. *Maxima Sanctis est requies in cælo*, quæ planè explicatur à Ioanne, dicente: *Requiem non habebant die, ac nocte.* Nempe summas patienter laborantium delicias exprimens, & exaggerans. Quid exaggeratius? Attendisti ad Bethuliensium obsessorum calamitates, ærumnas, lamenta, famem, sitim, & cætereas molestias, quæ homines mœstitudine obruunt? Aduerte hic vers. 19. in acerbiori calamitate eosdem festa, & læta conuiuia agere, nam qui ob piam causam, piè affliguntur, in afflictione feliciter reficiuntur, exhilarantur, felicitantur. Vnde hic vers. 9. tempus huius calamitatis dicitur, *Exultatio filiorum Israel.*

Apoc. August. l. 4. de Genes. ad litt. Iunil. *In laboribus datur voluptas beatitudinis æmula.* Iudith.

§. XIII.

Calceorum sumptuosior ornatus ad gratiam.

61. Siquid calceatus inducitur, mundissimum opus est, aut pedes nudi magis, certè viriles magis quàm in calceis. Verba sunt Tertulliani. Et suprà denotauerat *perones effeminatos.* Exquisita pedum ornamenta obiurgat magnus hic auctor. Porrò necessitas calceos inuenit, ab arrogantia ambitiosè expoliuntur, è luxu sumptuosius nitent, gemmant, fulgurant, quod feminarum & iuuentum, & lenocinium est, quo insidiantur oculis intuentium, denudantes calceatos pedes obuiæ spectatorum libidini, quò faciliùs adeantur, dum ipsæ meretricio incessu se produnt, publicant, prostituunt. Saltem exquisitus feminarum fastus pedes adornat ambitiosiùs

Tert. l. de Pallio, c. 5. *Nudi pedes sunt magis viriles.*

Calceorum pretiosa ambitio. Tert. de Habitu mul. cap. 7.

ambitiosiùs. Eleganter idem Tertullianus sic debacchatur in matronas Romanas: *Latent in cingulis smaragdi: & in peronibus uniones emergere de luto cupiunt. Denique iam gemmatum habent, quod gemmatum esse non debet, si non comparet,* (plus significat, quam dicit) *aut ideo comparet, vt neglectum quoque ostendatur.* Scilicet si gemmati calcei non comparent, superuacaneè inutilis fastus tot impensis emitur: Si verò comparent, aut scortantur in calceis oculatâ libidine; aut ambitiosius superbiunt auri & gemmarum proculcatione, fastuosè depretiando quas exambiunt diuitias. Plinius lib. 9. c. 35. *Neque enim,* inquit, *gestare iam margaritas, nisi calceis, ac per uniones etiam ambulent, satis est.* Plura ad hanc rem ex amœniori eruditione congerit & spissat eruditissimus noster Cerda, dum illustrat notis præfata Tertulliani verba. Plura peti possunt ex sacra eruditione ad cap. 5. & 7. Cantic. ad Isaiæ c. 3. ad Ezech. c. 16 ad Apoc. c. 12. Ergo vtraque eruditio plura eructat, quæ egregiè infamant ambitionem, & luxum exultioris pedum ornatus. Ne verò negligentior censeatur pietas virtutis, quàm inconsulta temeritas vitij, breui hic perstringam Mystici calceamenti venustatem, vt non minus dicatur de calceis Iudithæ, quòd sandalia eius rapuerunt oculos Holofernis, quàm quòd Mysticæ Iudithæ sandalia rapuerunt oculos Dei.

Plinius.

Cerda.

62. Cantic. *Amatoria salutationes soleis subscripta.*

Cantic. 7. v. 1. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!* Scilicet Ierosolymitanæ puellæ laudes Sponsæ auspicantur à calceis. Quænam fuit tanta calceorum venustas? & vnde nota calceamentorum elegantia? quia pulchriùs latet, quod turpiùs prostat. Quales sunt hi venusti incessus, quos in calceamentis ostentat cælestis sponsa, & à quibus maximè commendatur eximius erga sponsum amor. Gaspar Sanctius inibi verosimile censet, non esse à re nuptiali & amatoria alienum, talia amoris casti symbola in huiusmodi calceis notata margaritis esse, aut acu Phrygia, qualia in aliarum feminarum sandaliis fuisse dicit Clem. Alex. *Multa,* inquit, *feminarum soleis quoque amatorias salutationes imprimunt vt vel per terram numerosè incedentes amatorios spiritus in incessu insculpant.* Nempe cælestis sponsa subiectæ calceorum parti, quæ vestigia imprimit addebat formam aliquam seu typum qualis est in sigillis, qui in vestigiis aliquod amoris signum exprimeret. Pulchri ergo dicuntur sponsæ gressus, quia quocumque se verterit, relinquit animi sui, & casti amoris notata vestigia, quæ sacri sponsi oculos, & amorē alliciunt.

Clem. Alex. 2. Pæd. c. 11.

63. Isaiæ. LXX. *Oculati, & speculatorij calcei.*

Isaiæ 3. v. 18. *In die illa auferet Dominus ornamenta calceamentorum.* Quæ sunt hæc ornamenta calceamentorum. quæ LXX. *gloriam* appellant, Quidam vertunt *oculata*: Scilicet feminarum calcei oculati erant. Quod satis emphaticè dicitur: nā eiusmodi oculis arguta Phrygionis acu elaboratis, in superiori parte elegantioris calcei; planè innuitur, tantam à breuitate pedis, & calcei ambitioso ornatu esse venustatem, vt ideò calceus sit oculatus, quia spectatorum oculos alliciat. Neque enim minus ornatui calceamentum à pretiosa materia, & lenocinio artis, quàm auidis intuentium oculis, quos vltrò calceis defigit admiratione elegantiæ, & libidine voluptatis. Ergo mirū non est, si *Sandalia eius rapuerunt oculos eius:* inde enim dicuntur *oculati calcei.* Neque insolens est oculorū functiones calceamentis tribui. Tertullianus, *Speculatoriam morosissimam pedibus absoluit.* Ecce tibi, speculatorios calceos, quibus speculatores milites vtebantur, de quibus Suetonius in Caligula, Lipsius

Iudith.

Tert. lib. de Coron. mil. cap. 1.

Suet.

in lib. 1. Hist. Taciti, Turneb. l. 17. c. 20. & Cerda in præfatum Tertulliani locum. Vides oculis speculatorios, seu oculatos calceos, videre, & videri aptos?

Turneb. Cerda.

Eò processit ambitio politioris cultus, vt feminæ non contentæ imitari theatrales ornatus, diuinum cultum profanarent. *Filiæ eorum composita, circumornata vt similitudo templi.* Psal. 143. v. 12. Verba illa Isaiæ, *In die illa auferet Dominus ornamenta calceamentorum,* sic interpretatur S. Basil. inibi: *Id est, vestes fimbriatas cum appendentibus tintinnabulis aureis, ac malis granatis ab extremitate vestimenti, quæ singula per exuberantem suam mollitiem filiæ Sion imitabantur in ambitu sui vestimenti, quibus factis contumeliam irrogabant peculiari prærogatiua sacerdotalium vestium.* Aduerte *ornamenta calceamentorum* esse ex Basilij mente, aurea tintinnabula, & malogranata coronis ornata, quæ ab extrema vestium ora pendebant, & adornabant femineos calceos, vt aliquid subtinniret in pedibus, vt pedes coronarentur naturalibus malogranatorum corollis, quæ pendebant è fimbria. Ac si quid Pontificium, & Regium fulgeret in superbè ambitiosis calceis feminarum. Sic feminei pedes calceabant coronas. Quid exaggeratius? 64.

Psal. Isaiæ. Basil.

Feminæ coronas calceabant.

Vnde Sionitides puellæ Regiam sacræ Sponsæ dignitatem, ex calceamentorum ornatu adstruunt. Cantic. 7. v. 1. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis.* Audiendus est Rupertus inibi, sic eleganter præfatum locum commentans: *Tibi dico, o Sulamitis, cui dixi, Reuertere, & quæ iam reuerteris: te appello filiam Principis, & hæc tibi dico, quia pulchri sunt gressus tui in calceamentis.* Nempè cùm vel pedes ipsos (quæ depressior hominis pars est,) coronatos habeat, piè ambitioso calceamentorum ornatu, inde argutè probant, esse filiam Principis, id est, Principem & reginam: nam corona principis nota est & regium stemma.

Cant.

Rupertus. *Ex calceis probatur Regina.*

Lunæ splendoribus calceata inducitur sancta Deipara, augustior cæli regina, Apocal. 12. v. 1. *Et Luna sub pedibus eius.* Ezech. 16. vers. 10. cælestis sponsa *calceata ianthino* nitet: & illustris heroina Iudith pretiosis & elegātibus sandaliis ornata Holofernem Dęmonem deuicit, proculcauit, detriumphauit: *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!* Nonne præstaret vt virilis femina Iudith discalceata nudis pedibus procederet ad Tragicum cum Holoferne duellum? Cæterùm procedit virilis, & femineis incedit pedibus. *Pedes nudi certè viriles magis, quàm in calceis.* Rupert. exponens præscripta Canticorum verba: *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis!* Sic argutè fatur: *Nonne ancilla, siue ancilla filia discalceatis pedibus incedit? Planè discalceatis, & propter hoc seruilis arguitur conditionis: quia nuditas pedum seruilitatis est argumentum* (aduertè ad verba, quæ subdit:) *Idcircò ancillæ* (i. Euæ) *calcaneū serpens momordit, tu autem, ô filia Principis calceata, caput serpentis contriuisti.* Scilicet Eua discalceata seruili ignauia & inertia cessit serpenti Dæmoni; at calceata Sponsa Iuditha inquam, eleganti calceamentorum armatura proculcauit, & contriuit Dęmonem Holofernem? *Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.* 65.

Apoc. Ezech. *Discalceatæ Euæ momordit Serpens: Iuditha calceis Serpentem calcat.*

Tertull.

Rupert.

Iudith.

Ergo Iudith est Euæ figurata, cuius calcaneo Holofernes Dæmon insidiatur, & quæ Serpentis Holofernis contriuit caput. *Ipsa conteret caput tuum.* Pulchrè Tertullianus, *Scorpio pro soleâ, anathema inlidito.*

Genes. Tertull. In Scorp.

§. XIV.

Digitized by Google

§. XIV.

Reprehendentis nimia ſeueritas, non emendat, ſed irritat ſubditum, illúmque armat aduerſus Præpoſitum.

66. REprehenſio arbitrium eſt emendationis, audaciam peccandi ſiſtens, & cohibens delinquendi temeritatem. Sed caueat bonus Præfectus, ne ex medicina morbum faciat: Heu! hodie non tam morbis, quàm remediis laboratur: Abſit ira à corde reprehendentis, nullus ſit horror in vultu, nulla in verbis contumelia, nulla maleuolentiæ ſuſpicio, quæ perdent correptionis fructum. Adſit blanda ſeueritas, beneuola mens, ſanctitas ſumma, par comitas, quæ *inſectetur vitia, non homines, nec caſtiget errantes, ſed emendet.* verba ſunt Conſulis Plinij. Ergo reprehenſio temperetur ad emendationem, non ad vltionem, quæ adigere homines ſolet ad inſolentiam temeritatis. Reuereatur reprehendentem, non reformidet. Sic ſanctus Nazianzenus, Magnum Baſilium Cæſareæ Præſulem laudat: *Quis in obiurgando melior; Sic vt neque increpatio in temeritatem, neque indulgentia in mollitiem recideret.* Præclarè Innocentius: *Error cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas cùm non defenditur, opprimitur: negligere quippe, cùm poſſit deturbare peruerſos, nihil eſt aliud quàm fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori, cùm poteſt, deſinit obuiare.* Itaque ſit reprehenſio, repreſſio audaciæ, frænum temeritatis: licentiæ coërcitio: non ſit rixa reprehendentis, & reprehenſi, ſeu vtriuſque metus, aut amborum odium implacabile.

Correptio neceſſaria eſt, ſed quæ inſectetur vitia, non homines.
Plin. epiſt. lib. 1.
Naz. Orat. de Baſil. laudib.
Innocent. in cap. Error. diſt. 83.

67. Vnde magna peritia opus eſt ad ritè reprehendendum: nam ſeuerior obiurgatio ſubditum auertit, & validè armat in ſuperiorem. 2. ad Timoth. 4. verſ. 2. Reprehenſionis formam præſcribit Paulus ſuo Timotheo, aiens: *Argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina.* S. Proſper ad diuerſos refert: *Argue coæquales, obſecra ſeniores, increpa iuniores.* Sed præſtat cum communi interpretum hæc omnia ad vnum & eundem referre. Singula verba expende, quæ emphaſim habent. Pro *argue* Græcè eſt ἔλεγξον, id eſt, argumentis conuince: quia vt ibi ait S. Chryſoſtomus: *Si abſque argumentis aliquem increpes, temerarius eſſe videberis, nullúſque te proferet. Obſecra:* Theophylactus ſcribit: *Conſolare*, quod beneuolentiam redolet. Nam vt ait S. Auguſtinus: *Quicquid lacerato animo dixeris, punientis eſt impetus, non charitas corrigentis: dilige, & dic quod voles.* Addit Paulus, *Increpa in omni patientia.* Theophylactus: *Poſtquàm argueris, atque demonſtraueris eum deliquiſſe, tum increpa in omni longanimitate: reprehendere namque in longanimitate oportet, vt non omnibus ſimpliciter credas.* Sed expenſione dignum eſt, quid myſterij lateat in verbis, *Increpa in omni patientia?* Omnē patientiam requirit Paulus in reprehendente, an in reprehēſo? planè is, qui reprehenditur opus habet omni patientiâ, vt perferre poſſit acrem Superioris obiurgationem, qua non eget, qui reprehendit, reprehenſio enim bilem mouet ſubditi reprehenſi, quem obiurgando Superior exaſperat, exprobrando delictum. Quid ergo in reprehendente non modò patientiam, ſed omnem patientiam requirit Paulus? Sapienter in Superiore reprehendente requiritur omne genus patientiæ; quæ expectet delicti probationem, & ſpontaneam pœnitentiam, & emendationem, & opportunitatē obiurgandi; quæ exhibeat lenitatem corripiendi. Sed præcipuè omnem patientiâ exigit in corripiente, quâ iras, & vindictam ſubditi acriter correpti ſuſtineat. Quæ eſt ſubtilis Anſelmi expoſitio: *Increpa in omni patientia ad ſuſtinendas indignationes eorū, quos deſtruis.* Superior enim, qui acerbe ſubditum increpat, opus habet omni patientia ad tolerandam indignationem ſubditi correpti; nam qui alium reprehendere intentat, priùs armari debet ſcuto, aut panopliâ omnis patientiæ aduerſùs reprehenſi iras, maledicta, detractiones, odia, & quaſcumque poſſit ſæuas inuaſiones in reprehendentem.

Reprehenſionis forma traditur.
Proſper. l. 2. de Vit. contempl. c. 5.
Chryſoſt.
Theophyl.
Auguſt. in c. 6. ep. ad Galat.
Non tam reprehenſus quàm reprehendens eget patientia.
Theophy.
Anſelm.

Porrò reprehenſio; diuturna & implacabilis maleuolentia ſæpè eſt, & odiorum diuturnus fomes. Quæ eſt faceta explicatio, quam indicat Anaſtaſius Nyſſenus verſans locū illum celebrem ex Matthæi 18. v. 19. *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quamcumque petierint fiet illis à Patre meo, qui eſt in cælis.* Quid eſt ſi duo ex vobis conſenſerint, impetrabunt quamcumque rem petierint? Nimis ampla videtur promiſſio, & quæ negotium, imò ſcrupulum ingerit commentatoribus. Quid ſi rem temporariam, & inutilem petant? quid ſi noxiam, & voluptuoſam, aut ambitioſam? Planè neceſſe videtur, quod illa impetrent; nam promiſſio Chriſti Dei perampla eſt; neque vlla res eſt, quæ non contineatur in *in omni re, quamcumque petierint*; nam omnis res nullam excipit. Ad loci enodationem aduertit Anaſtaſius recurrendum eſſe ad verba quæ præceſſerant: *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum*, & ſic rectè explicabitur; *Si duo ex vobis conſenſerint de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo.* Nempe ſi duo ex vobis, is qui corripit, & corripitur, conſentiant de omni re, quamcumque petierint, illam impetrabunt. Quia tam longè abiunt, vt ſibi deinceps conſentiant, ob odium ab increpatione conceptum, vt ſecurus poſſit Chriſtus illis quamcumque rem polliceri quantumuis pretioſam, ſeu arduam, quid ſi fortè noxiā? Nam vbi conditio ad impetrandum eſt conſenſus, & pax reprehendentis & reprehenſi, quaſi certum eſt nunquam adimplendam conditionem ad impetrandum, & ita ſecurè poteſt quiduis illis promitti. *Qui en pone per condition concordia entre el que reprehende, y el reprehendido, ſobre ſegaro puede prometer qualquiera coſa, cierto de que no la conſequiran.* Audi Anaſtaſium ſic ſciſcitantem, *Quomodo eſt intelligendum illud: Si duo ſimul conſenſerint ſuper terram, &c. Ipſe locus hoc indicat: nam verba facit de eo qui arguitur.* Cúmque is qui increpando alium arguit, nunquam conſenſurus ſit cum eo, qui increpatur, & arguitur; inde ſit, vt ſecurè poſſit Chriſtus promittere, quod impetrabunt omnem rem, quamcumque conſentientes petierint. Facetè & moraliter Anaſtaſius, non ad litteræ rigorem. 68.

Anaſtaſ. Nyſſenus.
Matth.
Reprehenſio odiorum occaſio ſolet eſſe.
Anaſt. Nyſſen. quæſt. 94.

Hinc erudiuntur Præfecti quàm leniter, & quanta cum cautela obiurgare debent ſubditos. Marci 16. v. 14. ante glorioſum Aſcenſionis triumphum, apparuit Ieſus diſcipulis, *Nouiſſimè recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt.* Credibile eſt in feſta & lætitiſſima Dominicæ Aſcenſionis die Ieſum acerbius increpaſſe diſcipulos; Quid feſtiſſimo triumpho cum aſperitate reprehenſionis? Quid triſtitia abſentiæ Domini augenda erat obiurgationis acerbitate; Præſertim cum reprehendan- 69.

tur

Marci.
Incredulitatem reſurrectionis reprehendit Chriſtus, oſtendens euidentiam reſurrectionis.

tur ob incredulitatem, iam diu abactam ab discipulorum cordibus, tot dulcissimis Christi apparitionibus: *Nunquid iam tunc exprobraturus erat, quod non credidissent eis, qui eum viderunt resurrexisse, quando iam & ipsi post resurrectionem toties eum viderant?* Quæ sunt verba sancti Augustini. Quid si Christus discipulorum oculis se resuscitatum perspicuè ostendens, sic increpat incredulitatem eorum, qui non crediderunt se resurrexisse? Hic planè foret congruentissimus reprehendendi modus; scilicet manifestè ostendere euidentiam suæ resurrectionis; quæ manifestatio, prudens est increpatio incredulitatis circa Resurrectionis veritatem; (sic reprehenditur gulæ, aut intemperantiæ vitium, ostendendo ieiunij & temperantiæ veras laudes.) Sed esto, Christus ore tunc reprehenderit discipulorum incredulitatem, aduertendum est, non statim eos obiurgasse, sed multa longanimitate quadraginta omninò dies expectasse; & ante diu procrastinatam correptionem, eos euidenter tot apparitionibus conuicisse de vera resurrectione. Adde in vera sententia sancti Augustini suprà allegati, hanc discipulorum increpationem factam fuisse paulò post resurrectionem ob vnius Thomæ incredulitatem, quando apparuit illis Iesus absente Thoma. Ioannis 20. vers. 16. Nimirum Christus scelus vnius Thomæ in communi increpat, ne quem sigillatim obiurgando, illum exasperet, & faciat à se alienum. Item absentem obiurgat, ne præsentem nimis pudefaciat, & infamiâ notet. Tam cautè reprehendit Christus suos discipulos! Christi magisterium sit Præfectorum eruditio. Hanc Christi lenitatem in reprehendendo, admirare cap. 8. vers. 10. in Iuditha, præproperè Christiana. Vnde Bethuliæ summates verè & pacatè reprehensi, officiosè blandiuntur prudentiæ tam opportunæ, & tranquillæ obiurgationis. Et hic v. 13. tacita est reprehensio diffidentiæ Bethuliensium, vt notant interpretes.

Aug. l. 3. de Concord. Euag. c. 25.

Ioann.

Iudith

§. XV.

Sub bono Principe, principalium flagitiis perennat rigor: nec opprimit pauperculos & inualidos.

70. SVb imperio boni Principis omnium virtus proficiat, omnium malitia deficiat. Omnium inquam; nam vt æquè subditi sunt proceres, & pauperculi, ita æquè debet vtrisque principari. Aut omnium culpa plectibilis est, aut nullius. Nisi fortè opulentia, & nobilitas sit impunitas ad delinquendum; & misera paupertas sit obnoxia delicti, pauperculúsque sit non tam flagitij, quàm paupertatis reus. Vel saltem *Volunt sibi id fortè Maiores, quasi priuilegium vindicare, vt iure suo crimina*, aut nulla, aut *minora committant*. Vnde legum vigor, & iustitiæ rigor Maiores prætérit, minores offendit, qui sustinent innocentiam pauperum, & reatum diuitum. Saluianus acerrimè inuehitur in Principes qui animosi sunt aduersus inualidos: *Quis*, inquit, *locus est, vbi non a principalibus ciuitatum, viduarum, & pupillorum viscera deuorentur, & cum his fermè omnium sanctorum? Nam & hos quasi viduas, & pupillos habent: quia tueri se aut pro studio professionis suæ nolunt, aut pro innocentia atque humilitate non possunt.* Vnde mediocrium culpa plectibilis est, principalium autem scelus punitionem sæpe nescit. O peruersam politiam! Hæcne animositas Iustitiæ est, an pusillanimitas iudicis? Iustitia æqua est, iniqua non est. Sæuit, furit, insanit iudex, qui inualidos plectit, & proceres dissimulat impunitos, & dissimulatione facit delinquendi licentiam. O vtinam sic esset æquus iudex, vt est æqua iustitia; & culpa esset res malitiæ, non fortuna personæ: nec iudex videret hominem, sed reum, cùm punit delictum, hinc plecteretur malitia, non mediocritas, aut pusillitas delinquendi.

Flagitia procerum sæpe impunita habentur. Salu.

Salu lib. 5. de Guber. Dei.

Quis nisi Herodes parcit principalibus, & ferocit aduersus inualidos? Matthæi 2. vers. 16. diu expectat Herodes rex Magorum reditum: & eorum cunctatione offensus, furit insanè: *Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valdè, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius.* O magnanimum & generosè animosum Principem, & qui iure optimo sibi fecit nomen Magni! Scilicet (vt ipse existimabit) delinquunt Magi, id est, homines sapientiâ illustres, diuitiis nobiles, potentia inclyti, & illis parcit, sæuítque aduersus imbecillos infantes. Hæcne æquitas digna magno Principe, an pusillanimis & sordida iniquitas? Quod eleganter notauit S. Chrysostomus inibi, aiens: *Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valdè. Sed quid fecit? mittens occidit omnes pueros. Et ille delusus à Magis, iram suam super paruulos diffundebat.* Si quod scelus patratum est, illud Magi, seu magnates commiserunt: ergo præstaret, vt Herodes suos mittat satellites, aut validam armet manû, & plectat delictum contemptæ maiestatis: & locupletes contemptores luant pœnas tanti reatûs. At innoxios infátes, nullius criminis reos, nullius culpæ conscios, innocentia candidos, cur plectit, nisi quia paruuli sunt? Pusillitas paruulorum, culpa illorum est, & crudelis infanticidij reatus. Impunè Magi deludunt Regem, potentes enim sunt; & castigatur infantium innocentia, quia pusilla & inualida est. Ecce adumbratos quorumdam Principum mores, qui in principalibus dissimulant, quod puniunt in paruulis, & mediocribus: & hi luunt pœnas, quas merentur magnates. *Ille delusus à Magis, iram suam super paruulos effundebat.* 71.

Matth.

Quis nisi Herodes parcit principalibus.

Chrysost.

Ionas è vitali naufragio rediuiuus, & rursùs propheta, audacter ingreditur Niniuem regiam vrbem, Assyriæ & potentiæ, & malitiæ metropolim, & intrepidus prophetica voce buccinat excidium vrbis. *Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum; & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiori vsque ad minorem.* Ionæ 3. vers. 5. Basilius Seleucius quo pollebat ingenij acumine, ita expendit hæc verba: *Vestiti sunt saccis à maiori vsque ad minorem. Vide pœnitentium terminos.* Nempe hi sunt religiosæ, & Deo placitæ pœnitentiæ termini, *A maiori vsq; ad minorem.* Ne tantùm minores pœnitentiam agant, nec pauperculi & inualidi squaleant in cilicio & cinere: nec rigor incipiat à minori vsque ad maiorem: Deus enim non sic flectitur ad miserationem, sed irritatur ad punitionem. Sed incipiat à maiori vsque ad minorem; nec maior sit implectibilis, & rigoris nescius: imò pœnitentia, & ærumna erit piè ambitiosa, & quæ lenocinetur pietati diuinæ, si incipiat *à maiori vsque ad minorem. Vide pœnitentiæ terminos.* Ne luxurientur maiores dum minores squalent. 72.

Ionæ.

Basil. Sel. Orat. 32.

Bon i iudex à maiori vsque ad minorem.

Totus erat Moyses, vt Pharaoni persuaderet, Hebræorum Deum verè esse omnium Dominum. Dixerat enim Pharao: *Nescio Dominum, & Israël non dimittam.* Exodi 5. vers. 2. Tum Moyses, & Aaron nouem plagis, ipsísque grauissimis non potuerunt 73.

Exod.

Digitized by Google

tuetunt obſtinatiſſimo Pharaoni ſuadere Dei principatum. Ac decima plagâ perdomitus eſt rebellis Pharaonis animus. Quid peculiare fuit in hac decima calamitate, quæ ſic perſuaſit ſummum Dei principatum? Audi verba Exodi cap. 11. v. 5. *Hæc dicit Dominus Deus: Media nocte egrediar in Ægyptum, & morietur omne primogenitum in terra* Exod. *Ægyptiorum, à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molam, & omnia primogenita iumentorum.* Nimirùm reliquæ plagæ plus feribant populum, quàm Pharaonem, & regni proceres, licet hi grauiùs peccarent in Deum. At hæc calamitas, quæ incepit à maiori vſque ad minorem, & punitionis terminos exactè obſeruauit, inchoans pœnæ rigorem à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molam, & omnia primogenita iumentorum, ſic perſuaſit ſublimem Dei principatum, vt tunc, tunc quidem *Surrexit Pharao nocte, & omnes ſerui eius, vocatiſque Moyſe & Aaron, ait: Surgite, & egredimini à populo meo: ite, & immolate Domino, ſicut dicitis.* Exod. 12. verſ. 31. Audis obſtinatiſſimum Pharaonem iam Deum Hebræorum, vltrò appellare *Dominum*, cùm aduertit generoſum regimen iuſtitiæ diuinæ, quæ caſtigat *à minori vſque ad minorem*, à filio Regis, vſque ad vile mancipium? Quod indicat Lyra, ſic aiens ſuper hâc vltima punitione, quæ Regem perſuaſit Domini Dei ſupremum imperium: *Adhuc*, inquit, *vna plaga tangam Pharaonem, & Ægyptum, Regem principaliter,* Lyra. *quia principalis fuit in peccando, & populum ſecundario, quia peccauit Regi conſentiendo.* Vide iuſtitiæ terminos. Scio, ſic rem iuſtitiæ adminiſtrat ſummus rerum omnium princeps Deus; ſic ſe probat omnium Dominum; non cùm incipit à minori vſque ad maiorem.

74. Iſaiæ. Iſaiæ 1. verſ. 5. *Super quo percutiam vos vltrà addentes præuaricationes? omne caput languidum, & omne cor mœrens. Capitis, & cordis* nomine, ſummates Hebræorum intelligi, ferè conuenit inter Patres, & expoſitores; & id diſertè docet S. Hieronymus, qui ait Principes nomine capitis metaphoricè innui. Proceribus ergo Iſraëlis, ait Dominus: *Super quo percutiam vos vltra? Eſtque ſenſus*, ait Hieron. Hieronymus ibi, *non inuenio quam plagis veſtris poſſim adhibere medicinam: omnia membra veſtra plena ſunt vulnerum: nullam partem corporis, quæ non ſit antè percuſſa, reperio.*

Bonus Princeps à plâ a vſque ad verticem punit.

Sicne Deus primores ſui populi mulctat? Sic perenniter illos ferit, ne opulentia, & potentia Principum implectibilis videatur, & impunè delinquat. Prætori Vrbis Romæ committit Theodoricus plebis punitionem. At ſi Senator delinquat: *Protinùs relatione tranſmiſſa, perenitatis noſtræ mulctam percuſſus excipiat.* Verba ſunt Caſſiodori. Caſſiod. l. 1. Var. ep. 42. Scilicet ad plectendos Romæ proceres, iubet Rex, non vt ſerenitati ſuæ (quo elogio communiter inſigniri ſolet) ſed *perennitati*, relatio facinoris fiat à Præfecto; vt principalibus non tantùm pœna irrogetur, ſed *perennet* ſupplicium, quo oſtentetur laudabilis iuſtitia Regis, æmula iuſtitiæ diuinæ, à qua ſic etiam perennat ſupplicium aduerſus principes Iſraël, vt non habeant partem corporis, vbi denuò vulnerari poſſint. Nam capitibus, ſeu principibus, ad virtutem languidis, ad vitia valentibus, ait: *Super quo percutiam vos vltra?* Sic enim perennauit repetita plagas, vt nulla pars corporis immunis ſit à ſupplicij vulnere. Bellè ergo magnatum inſolentia flagitiorum mulctam debet excipere à Regis, non ſerenitate, ſed perennitate. Si Senator delinquat: *Protinùs relatione tranſmiſſâ, perennitatis noſtræ mulctam percuſſus excipiat.* Ne inſoleſcat diues implectibilis, & pauperculus reus ſit omnis delicti.

Dira obſidione opprimebat Bethulienſes numero pauciſſimos, & fame imbecillos, numeroſa & pugnaciſſima Aſſyriorum potentia. Quis Bethulienſium irruere cogatur in tantos hoſtes? *Filij puellarum compunxerunt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos.* Iudith. Dicitur hic verſ. 14. *Non cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi.* Nempe non vrbis proceres, qui *gigantes*, ſeu *filij Titan* dicuntur; ſed *filij puellarum*, id eſt, pueri, & inualidi iuſſi ſunt arma ſumere, & ruere in tantum diſcrimen. Sic res accidit in turbata Republica, & propè ruitura: Imbecilles & inualidi coguntur ad periculoſa quæque. Res gloriæ neſciunt, negotium periculi ſciunt. O mores, ô tempora! Sileo.

---

§. XVI.

Vſqueadeò temeraria eſt humana malitia, vt peruersè diuinam bonitatem æmulari præſumat.

HVmana malitia inquieta res eſt, audax, temeraria: nam vltra poſſibilitatis metam enor- 75.
miter audet; ſupra potentiam ſe longiſſimè extendens, temerario affectu præſumit, quò delicti vires non valent operando pertingere. Auguſtè definitur à Seneca: *Iudicium in prauo pertinax*, Sen. ep. 71. plus intentat prauitas, quæ pertinaciter ambit tranſilire propriæ ſphæræ terminos, & delinquere ſuprà quàm delinqui poteſt. Planè inſana delicti artifex, malitia eſt; quæ & rem virtutis imitat, & negotium vitij plus amplificat ad delictum. *Malitia humana ſupra vires ſe extendit.* Sanctus Chryſologus, *Herodes* inquit, *deſtinatus ad ſcelus ius abrogat, confundit fas, nefaſque.* Chryſolog. ſerm. 15. Quaſi humana malitia ſit ita ad malum prona, ac ſi eſſet ad malum deſtinata; neque dumtaxat virtutem deprauet; ſed etiam ipſum nefas confundat, adulteret, incrementet: vt non tantùm bonitas, ſed neque etiam prauitas immunis ſit à malitiæ inſana temeritate. Sic temerariè audet licentia delinquendi! Ioannis 8. verſ. 44. *Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere.* Ioan. Ad quæ verba ita ſcribit S. Chryſoſtomus: *Non dixit opera, ſed deſideria eius facitis.* Chryſoſt. hom. 13. Porrò deſiderium plus audet, quàm opus: nam potentia metitur operis magnitudinem, & ſummum opus potentiam implet. *Malitia humana deſideria Diaboli præſumit.* At deſiderium liberè vagatur, & impoſſibilia fingit, & ad malitiam exambit, intentat. Tanta ergo eſt hominum malitia, vt quò Diabolus audacter deſiderando venit, homo peruenire operando præſumat. Cæterùm (quod mirère magis) cùm hominum nequititia aliquando Diabolorum vitioſitatem excedat, malitiosè prætendit contendere cum ſumma Dei bonitate, vtra ſit exaggeratior, an bonitas Dei ad bonum, an hominis malitia ad malum? quæ magna hyperbole nequitiæ eſt, & ſumma iniqui- 76.
tatis meta, & huius paragraphi theſis.

Baſilius Seleucu. ita ſcribit de magna ciuitate Niniue, vt Aſſyriorum, ſic & flagitiorum metropoli: *Niniue ciuitas erat inter Aſſyrios, hominibus refertiſſima, peccatis naturæ terminos ſupergreſſa, non tamen* Baſil. Sel. *Malitia ſupra naturam audet.*

tamen diuinæ clementiæ metas exuperabat. Audis Assyriorum malitiam excellisse humanam naturam? (vt sicut sunt merita supernaturalia, sic quodammodò dentur flagitia quasi supra naturam:) quæ adeò supergreditur naturæ terminos, vt peruersè æmuletur bonitatem diuinam. Ieremiæ 8. v. 4. *Numquid qui auersus est, non reuertetur;* (*Auertetur*, scribit S. Hieronymus,) *Quare ergo auersus est populus iste in Hierusalem auersione contentiosâ?* Scilicet, amplificat Propheta obstinati populi perfidiam, & malitiam naturæ terminos supergressam. Quippe qui peccandi obstinatâ impudentiâ vincere student infinitam Dei clementiam, quam exuperare delinquendo præsumunt. Illud enim est *auersio contentiosa:* nituntur enim contra Domini machinas, Prophetarúmque voces, in suo errore obstinato persistere, quasi laudi ducant malè viuendo, studio contentioso diuinam superare clementiam. Quæ sunt verba Sanctij explicantis hunc locum. Et S. Hieronymus sic illum elucidat: *Auersione contentiosa*; id est, *Quantò magis ego ad pœnitentiam prouocaui, tantò illi plus recesserunt à me, non tam peccandi studio, quam me superandi.* Ecce humana malitia temerariè præsumit *auersione contentiosâ* superare clementiam diuinam. O peruersam æmulationem! Planè diuina clementia infinita est, attributum Deo dignum, & quod augustissimum habetur in operibus Dei, quasi prærogatiuâ aliquâ, quoad homines saltem, emineret: hoc, inquam, magnum bonitatis diuinæ attributum vincere satagit humana malitia, & obstinatè intentat plus audere peccando, quàm Deus possit parcere miserendo. At tanta est diuina bonitas, vt humana malitia *naturæ terminos supergressa, non tamen diuinæ clementiæ metas exuperet.* Ac si elogium sit bonitatis diuinæ non superari ab humana malitia. Proh nequitiæ enormitatem!

Hierem. *Malitia humana peruersè æmulatur bonitatem diuinam.* Hieron.

Sanct. Hieronym.

77. Nemini ignota est vulgaris illa Tertulliani exclamatio: *O Deum non naturâ beneficum, sed æmulatione!* Expensio non erit ita vulgaris. Nimirum, quo cum æmulatione contendat diuinæ munificentiæ bonitas? Num cum humana malitia? Matthæi 21. v. 34. Homo ille paterfamilias (Deus inquam, ex omnium interpretum sententia,) plantauit vineam, & rurali domo exstructa, ornatáque vinearia supellectili, eam locauit agricolis: *Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos ad agricolas, vt acciperent fructum eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum, dicens: Fortè verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, venite occidamus eum*, &c. Auctor operis imperfecti sic eleganter expendit præfata Christi Dei verba, quibus rem præsentem mirificè confirmat: *Considera*, inquit, *quomodo per singulos gradus misericordiæ diuinæ malitia Iudæorum crescebat, & quomodo per singulos gradus Iudaicæ malitiæ Dei misericordia addebatur, & contra clementiam Dei malignitas humana certabat.* Insana malitia fuit priores seruos cædere, lapidare, occidere: sed diuina bonitas non cedit tantæ hominum malitiæ; & vincens in bono malum: misit alios seruos plures prioribus. At agricolæ obstinatâ nequitia vesani, & auersione contentiosâ temerarij, incrementant facinus additione facinoris, illósque impudenter occidunt. Tunc bonitas Dei ne vincatur à proterua hominum malignitate, quasi offensæ immemor, mittit suum vnigenitum filium ad consimile periculum: *O Deum non naturâ beneficum, sed æmulatione! Considera quomodo per singulos gradus Iudaicæ malitiæ Dei misericordia addebatur; & contra clementiam Dei malignitas humana certabat.* Nempe auersi sunt à Deo *auersione contentiosa*, è peruerso æmulantes eminentiam diuinæ clemétiæ.

Tertull. l. 4. aduer. Marcion. c. 10. *Malitia humana æmulatio cum bonitate diuinâ.* Matth.

Imperfect. homil. 40. in Matth.

78. Profectò eiusmodi æmulatio in Deo exaggeratio est largioris clementiæ, quæ non irritata tot offensis, beneficiis metitur iniurias; imò longè benefaciendo superat, quod homo delinquendo offenderat. At in homine talis æmulatio criminosissima est. O vitiorum promptuarium. Quod sic expressit Tertullianus ita fatus: *Porrò nihil sine æmulatione decurret. Proinde enim æmulationi occurrant necesse est officiales suæ, in ea quæ æmulantur, ira, discordia, odium, dedignatio, bilis, nolentia, offensa.* En peruersæ æmulationis peruersam sobolem. Matthæi 26. v. 24. *Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur.* Scilicet homo infeliciter Christum prodit; Deus autem feliciter eum tradit. Perbellè Origenes: *Filius hominis tradetur. Quia Deus tradit eum propter misericordiam circa genus humanum: Iudas propter auaritiam: Sacerdotes propter inuidiam.* Vides Iudam, & Sacerdotes peruersè æmulari Patrem Deum piissimè tradentem filium suum propter genus humanum redimendum? Iudas enim sordidè auarus; Pharisæi ab inuidia malitiosè æmuli, impiè æmulantur præclarissimum Dei opus, & auersione contentiosâ ambiunt tradere Christum. At illi nefariâ vitiositate contendunt præstare, quod Deus magnificâ liberalitate præstitit. Neque modò Iudas proditor, & Pharisæi perfidi, *Sed & ingratus populus perdurat in bonitatis diuinæ contentione*, ait Basil. Seleuc. & superare delinquendo exambit bonitatem diuinam *auersione contentiosâ.*

Malitia humana exambit contendere cum Dei bonitate. Tertull. l. 1. adu. Marcio. Matth.

Orig. homil. 35. Matth.

Basil. Sel. Orat. 11.

79. Iacob 4. v. 5. *Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis. Maiorem autem dat gratiam?* Quisnam hic spiritus, qui in nobis habitat, qui ad inuidiam concupiscit, & maiorem dat gratiam. Mitto plura, vt citò dicam esse Spiritum sanctum: ita Beda, Strabus, Hugo, Titelmannus. Franciscus Lucas Brug. Gagneius, Caietanus, Catharinus, Salmeron, Iustinianus, Mariana, Lorinus, Cornelius; tametsi ex iis alij aliter locum interpretentur; conuenit tamen inter præfatos Doctores hîc induci à Iacobo Spiritum sanctum, qui ad mundi inuidiam concupiscit, piéque æmulatur in bono, hominum malitiam ad malum: *Et tandem æmulatione contentiosâ maiorem dat gratiam*; ne summa Spiritus sancti bonitas vinci patiatur ab obstinata hominum malitia. Luculenter S. Petrus Chrysologus proculdubio hùc alludens, ita scribit: *Aut quid S. Spiritus non potest, si hoc potest caro?* Quasi dicat: Num omnipotentior erit caro ad delinquendum, quàm Spiritus sanctus ad miserendum? Scio, inquit, *auersione contentiosâ* humanam malignitatem æmulari diuinam clementiam, vt malitia hominis supergrediatur bonitatem Dei: verùm *ad inuidiam concupiscit spiritus, & maiorem dat gratiam.* Neque enim tam potest caro, quantumuis vires æmulando contendat ad malum, quàm potest Spiritus sanctus omnipotenter æmulatus ad bonum, maiorem enim dat gratiam, ne permittat se vinci ab humana temeritate. O Deum non tam naturâ beneficum, quàm æmulatione! O impudentem audaciam humanæ temeritatis, quæ plus posse delinquendo præsumit, quàm possit Deus omnipotenter miserendo:

Iacob. Beda. Strabus. Hugo. Titelman. Brug. Gagneius. Caietan. Cathar. Salm. Iustin. Mariana. Lorin. Cornel. *Quæ sit inuidia spiritus.* Chrysol. serm. 56.

Digitized by Google

flagitiosè ambit omnipotenter delinquere, vt Deum superet beneficentissimè miserantem: & de æmulatione diuinæ clementiæ in bonum, exaggerat malignitatem humanæ prauitatis ad malum.

Iudith. Audiat, & plaudat orbis forti Iudithæ pulchrè modulanti hoc præclarum Dei encomium hîc v. 16. *Adonai Domine, magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest*: neque enim exaggeratior Holofernis malitia, Dei populum iniuriando, superare potuit Deum magnâ bonitate vberiùs miserando. Cesset, cesset hominum malitia impudens, audax, temeraria; nec ambiat æmulâ nequitiâ vincere, *quem superare nemo potest.*

---

§. XVII.

Commentarius Litteræ.

Vers. 19. *Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.*

80. PROPOSVERAT Iuditha in versiculis proximè præcedentibus, magnam magni Dei potentiam, qua creauit omnia, eademque eualet nutu voluntatis suæ redigere ad nihilum; vt ob hanc rationem homines se totos impendant in obsequium diuinum. Nunc aliam rationem affert nihilominùs efficacem. Scilicet Deus timentes se, id est pios, & religiosos: (quod autem id significet *timor Domini*, ostendimus suprà ad caput 8. vers. 8. super illis verbis: *Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valdè.*) Muneribus ornat, & apud se perpetuò nobilitat beatâ felicitate. Cuius exempla obuia sunt in Scriptura; neque recenti exemplo Holofernianæ cædis, & inopinatæ & gloriosæ victoriæ contra inuitam Assyriæ potentiam, partæ, vllum inueniri potest illustrius ad probandam Dei erga suos munificam beneuolentiam. Verùm vocula illa *autem*, quæ in Latino, & Græco textu reperitur, & planè aduersatiua est, huius loci intelligentiam, alioqui perspicuam, interturbare videtur. Porrò nisi præcesserit impiè superbientium deiectio & prostratio, quàm vim habere potest vox aduersatiua *autem*, cùm subditur, *Qui autem timent te, magni erunt*, &c. Hæc ratio Serarium, & Tirinum compulit, vt existimarent, in superiori versiculo per *montes*, & petras, significari superbos homines, præfractos & duros, vnà cum ipsorum *aquis*, id est, cum opibus omnibus, & numerosissimis seruitiorum, exercituúmque millibus, qui omnes funditùs euellentur, exterminabuntur, perdentur. Quocirca *montes, aquæ, petræ*; non propriè, sed metaphoricè accipienda sunt, ex eorum mente. Non est deferenda propria & genuina explicatio propter hanc obiectiunculam. Porrò vocula illa aduersatiua *autem*, non debet referri ad verba proxima, sed ad intentum verborum propositum. Nam cùm Iuditha intendat amplificare diuinam potentiam, quæ impios & superbos Assyrios fugauit & euertit. Deinde omnipotentem vim probasset ex rerum omnium creatione, ex qua liquidò constat, posse etiam arduos montes, etsi terræ visceribus impactos, quouis locorum demutare, & saxeos & prædurος lapides eliquare; redit mox ad intentum tantisper intermissum, & ait: Potentissimi olim Assyrij, qui potentiâ suâ arroganter superbientes, Creatori suo impium intulere bellum, deiecti sunt à potentia sua; *Qui autem timent te*, (id est, Hebræi populi,) *magni erunt apud te per omnia.* Hinc patet aduersatiuæ *autem* energia.

Timor sumitur pro religione.

Serar. Tirin.

Montes, & petra non sunt metaphorice exponenda.

Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicauit in eis, in die iudicij visitauit in eos. **VERS. 20.**

Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant, vsque in sempiternum. **VERS. 21.**

81. Adstruxerat Iuditha in proximè præcedentibus versiculis, Dei potentiam à rerum omnium creatione, & dominio; & à beneuolentia erga pios & religiosos, id est, erga Hebræum populum, quem non modò eripuit à proxima clade, sed nobilitauit illustri victoriâ; nunc eandem rem amplificans, docet piorum hostes durissimis cruciamentis perpetuò diuexari. Cæterùm cùm interpretes omnes, qui hæc Iudithæ verba hîc ex professo commentantur, aut alibi ex occasione explicant, illa aptè interpretentur de feralibus gehennæ cruciamentis; & etiam opportunè possint intelligi de truci Assyriorum clade, de qua agit Iuditha; mihi penè certum est præfata verba, (si quæ alia in Bibliis,) duplicem habere sensum litteralem; si quidem verba ipsa vtrumque admittunt sensum, non res alterutrius sensus, alterum significat. Quod autem eadem Scripturæ verba possint admittere duos sensus historicos seu litterales, perspicuum est, etsi indubium non sit. Legatur noster Salmeron Prolegomeno 8. vt alios omittam. Primò ergo locus exponendus est ad litteram, de Assyriis deuictis, & minis aduersùs Israëlis hostes, mox de impiis vltimò iudicio, & æternaturo incendio destinatis.

Duplex litteralis sensus horum verborum.

Salmer.

82. Retulerat Iuditha in hoc Cantico, quomodo diuinior Dei omnipotentia impiam & inuictam Assyriorum potentiam prostrauerit, conculcauerit, detriumphauerit obtruncato indecorè ipsorum principe, interfectis pluribus, fugatis reliquis, debilitatis, & spoliatis omnibus; ergo nunc edocet, quibus vexentur tormentis, qui Dei populum vexare exinceps audeꝛent. *Væ genti insurgenti in genus meum.* Vocula *væ* ingentem calamitatem indicat contra eos, qui bella mouent, & hostiliter inuadunt Hebræam gentem, quod manifestè significat illud, insurgunt *in genus meum*, id est, in Hebræos. Pergit: *Dominus enim omnipotens vindicabit in eis*, hoc est contendet omnipotentiæ vires, ad vlciscendum iniurias illatas suo populo: *Et in die iudicij visitabit illos.* Dies iudicij in Scriptura sacra appellatur dies vindictæ & vltionis, id est, impij qui armatas intulerint manus in populum Israël, Deo deuotum & sanctum, subitâ & horribili strage luent pœnas impiæ temeritatis. Grauior enim punitio sæpe appellatur *iudicium*, quia est iudicij effectus. Osee 10. vers. 4. *Germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri.* Exod. 6. v. 6. *Ego Dominus qui educam vos de ergastulo Ægyptiorum, & eruam de seruitute, ac redimam in brachio excelso, & iudiciis magnis.* Et 1. Corinth. 11. v. 29. *Iudicium sibi manducat, & bibit.* & Ezechiel. 14. v. 21. *Quatuor Iudicia mea pessima, nempe, gladium & famem, ac malas bestias, & pestilentiam.* Quod verò τὸ *Visitare* sumatur etiam in malam partem, scilicet pro vlcisci, notum est ex lib. Exodi 20. v. 5. & cap. 32. v. 34. & passim in Prophetis. Vibrat autem Iuditha einsmodi minas de futuro aiens: *vindicabit, visitabit.* Nempe horribiles strages, quas passi sunt non semel Assyrij ab Hebræis minitantur cuicumque insurrexerit in eosdem.

Explicantur verba ac frangit Assyrios.

Iudicium, sumitur pro calamitate.

Osee. Exod. 1. Cor. Ezechiel. Exod.

Dabit

83. *Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum.* Persequitur Juditha in hoc versiculo 21. Interminationem inchoatam versiculo præcedenti. Quasi dicat; Quisquis audaci temeritate bello euaserit Hebræam gentem innoxiam & piam, similem Assyriorum experietur pœnam. Ingenuè fateor quòd interpretum nemo expresè tentauerit hæc verba exponere de temporali supplicio in hac vita infligendo, sed de æternaturis pœnis in inferno luendis. At non exiguo operæ pretio tentabo hunc locum interpretari de temporali supplicio, ne vnus hic versiculus, alienus sit ab instituto Judithæ, & ab historiali sensu, quem Juditha prætendit. Si enim Psaltria nostra in toto Cantico modulatur rem huius victoriæ, non facilè mihi persuadeam, tantummodo vltima eiusdem verba tam longè aberrare à cœpto instituto.

84. *Obiectiones contra dicta adglomerantur.* *Anselm. Hugo. Lyra. Strab. Carthus. Sanct. Tirinus. Serar. Abulens. Cornel. Ecclesiast. Marci. Serarius.*

Sed plura obstant contra hunc sincerius Litteræ aperiendæ conatum. Primò quia omnes interpretes præfata huius versiculi verba exponunt de æternis gehennæ cruciamentis. Ita Anselmus Laudunensis, Hugo Charensis, Strabus, Lyra, Carthusianus, Sanctius, Tirinus, Serarius, quæst. 2. & 3. Abulensis in Matthæi 25. quæst. 553. Cornelius in cap. 66. Isaiæ. His aggregare licet interpretes, qui ad Isaiæ cap. 66. v. 24. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*, exponunt de æternis damnatorum Pœnis: (legi potest Cornelius noster:) & Ecclesiastici commentatores ad illa verba capitis 7. v. 19. *Vindicta carnis impij, ignis, & vermis*; Et Marci 9. v. 24. *Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Quæ Christi Dei verba putat Serarius esse instar commentamenti verborum Judithæ. Ergo qui solus & sine patrono discedet à tot, tantisque viris, planè aberrabit temerariè. Præsertim cùm subtrahat locum, quo aduersus Hæreticos validè adstruitur, esse infernales ignes, quibus damnati æternùm vstulentur. Secundò quia nusquam legitur Deum puniisse Assyrios igne, & vermibus: ergo hæ pœnæ numquam possunt dici de Assyriorum suppliciis, & inde detorqueri ad minitandum, ne qua gens, vt Assyrij inuadant religiosæ Judææ fines, ne easdem aut similes patiatur pœnas. Tertiò dicitur *vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum.* At Assyrij impiæ temeritatis pœnam, in hac vita non poterunt *sentire*, vsque in sempiternum. Etsi τò sempiternum accipiatur pro longa duratione: nam *ignis*, quàm citissimè absumit vitam; *vermis* autem ex putrescente enascitur cadauere: ergo quia ab igne citò soluitur in fauillam, & à vermibus, qui sensim cadauer corrodunt, non potest dici, quod *sentiant vsque in sempiternum.*

85. *Solutio obiectionum.*

Denique quia vbi expresè dicitur, *In die iudicij* visitabit impios horrendo supplicio, verosimilius videtur intelligendum de suprema *iudicij die*, in qua reprobi ferientur vltimâ punitione: præsertim cùm mox dicatur, *dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum.* Hæc sunt quæ cogitando exaggerare potuimus contra hanc interpretationem, vt argumentorum solutio, sit expeditus loci commentarius.

Ad primum ex auctoritate petitum, Respondere possem, Serarium in commentario, Sanctium n. 16. & 17. & Tirinum non leuiter propendere in nostram expositionem, etsi tandem dilertè de æterno supplicio locum commententur; at prius suam mentem insinuarunt Anselmus Laud. Hugo Charensis, & Strabus, sensum mysticum venari solitant. Ergo pauci militant contra nos. Imò planè nullus: nam illi non negant, præfata verba intelligi posse de temporalibus suppliciis, sed esse secundum litteram intelligenda affirmant de æternis, quod ego libenter fateor, vt in secunda expositione litterali adstruam: igitur præter omnium mentem locum expono, & aduersus neminem.

Ad secundum responderi posset ex doctrina Serarij, intelligi metaphoricè posse, per *ignem* morbos, qui corpora adurunt & inflammant; vt Herpes, Erysipelas, phlegmone, panus, carbunculus, febris quæ etiam ab igne apud Græcos nomen inuenit πυρετὸς. Per *vermes* vlcera, purulentia, putredines, phitiriases, verminationes. Et per Synecdochen, hisce duobus, totum morborum genus significari potest. Et sensus erit: Quisquis impias & hostiles armauit manus aduersùs pium & religiosum Israëlis populum, sæuos hosce morbos dirè patietur in *æternum*, hoc est, diuturno tempore, & vsque ad finem vitæ; quam miserè finiet sæuientis morbi malo. Verùm iuuat, *ignem*, & vermes non metaphoricè, sed propriè accipere. Quod verò Assyrij ignem passi sunt sub Sennacherib, cùm 4. Reg. 19. v. 35. obsidebat Ierosolymam, & cælitus ingentem accepit cladem, dicitur Isaiæ 10. v. 13. his verbis, *propter hoc immittet dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & subtus gloriam eius succensa ardebit, quasi combustio ignis.* Quæ verba interpretatur Sanctius ex Hebræorum mente; cui adsentire videntur S. Hieronymus, & S. Thomas, occulto igne fuisse cremata Assyriorum corpora Angeli ministerio, vt vestes ac ornamenta alia intacta fuerint atque ab incendio pura. Quod autem Assyrij subierint vermium corrosionem sub Juditha, liquidò constat, cùm tot millia cadauerum passim prostrata iacuerint in dira illa strage: cadauer autem vermium esca est, & eorum hæreditas. Ecclesiastici 10. *Cum mortuus fuerit homo, hæreditabit serpentes, bestias vermes.* 86.

Serar. Ignis significat calidos morbos. *4. Reg. Isaiæ.* *Sanct. Hebræi. Hieron. S. Thom.* *Ecclef.*

Neque difficile est soluere tertium argumentum, quod premere posset imperitum, videlicet ignem, qui medullitus depastus est Assyrios; & vermes, qui exedunt cadauera, non sentiri vsque in sempiternum, imò nec sentiri; nisi forte cadauera sentiant. Ego quidem existimo, τò *sentient*, non significare doloris sensum, sed experientiam prædicti mali. Quasi dicat: patientur ignem, & vermes, etsi non sentiant ad dolorem. 2. Reg. 22. v. 5. *Funes inferni circumdederunt me*, vertit Clarius Brix. *dolores inferni*, & explicat, *dolores sepulchri*; non quia cadauer in sepulchro habeat doloris sensum, sed quia experitur corrosionem, quæ faceret sæuos dolores. Alia commentatio suppetit expedita, & facilis, scilicet vt illud *vsque in sempiternum*, non appellet supra quemcumque, qui igne vstulatur, & vermibus exeditur; sed supra successiuam collectionem hostium, qui audeant impiè Hebræam gentem inuadere, vt sensus sit: *Dominus omnipotens vindicabit in eis*, id est, in eos qui iniustè bella moueant contra Hebræos; & sicut in Assyrios dedit ignem sub Sennacherib; & sub Nabuchodonosor seu Holoferne dedit vermes in cadauera: sic dabit deinceps vsque in sempiternum similes pœnas, & paria supplicia aduersus quamcumque gentem, quæ audeat inuadere populum suum. Nempe τò *vsque in sempiternum* nectendum est ad futurum illud *dabit*: τò *sentient* explica vt in præcedenti solutione, hoc est, experientur. 87.

Sentire significat tantum, etsi non sentias. *2. Reg. Clarius.*

Quartum argumentum expeditur ex suprà dictis: nam dies iudicij, nisi cogat contextus, aptè potest

teſt explicari de acerbiori ſupplicio, qui eſt iudicij effectus, (vt ibi probatur ex lib. Exodi, Oſee, & 1. Corinthiorum, &c.) Quòd nihil hìc cogat, ſatis mihi videor euiciſſe ex hac loci explanatione, quam latè tradidimus. Ex quibus liquidò conſtat in hiſtorico ſeu litterali ſenſu poſſe intelligi verba vtriuſq; verſiculi, abſque vlla mentione finalis iudicij, neque gehenalis ignis aut vermium, qui in inferno abrodunt ſontium animos, aut corpora.

88. *Alter ſenſus litteralis.*

Alter Litteralis ſenſus eſt, vt præfata verba intelligantur de futuro iudicio, & pœnis, quas damnati in gehenna patiuntur. Ita auctores omnes nuper allegati, & nemo eſt qui apertè refragetur. Et penè ipſiſſima verba ſunt, ac ea quæ habentur Eccleſ. 7. v. 19. Marc. 9. v. 44. & Iſaiæ 66. v. 24. ergo eodem modo ſunt intelligenda. Nam contextus tantum abeſt, vt obſtet vt fauere videatur egregiè. Quia etſi paulò antea Iuditha apertè agat de rebus Hebræorum; ſic etiam agit Iſaias loco allegato; & exinde tranſit ad promulgandas gehennæ pœnas; vt notant commentatores, quòd familiare eſt Prophetis: ergo ita foret faciendum Iudithæ illuſtriſſimæ Prophetidi. Sed expendere oportet ſingula verba.

In die iudicij viſitabit illos. Quibus verbis clariùs potuit exprimi ſupremi *Iudicij dies* horribilis? Præſertim cùm mox ſubiungat: Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiant vſque in ſempiternum. Hæc verba æternam damnatorum mortem planè ſignificant & gehennalem ignem, qui perpetuò depaſcetur damnatos cruciatu horribili. Quòd autem vero igne excrucientur damnatorum corpora in inferno, in confeſſo eſt apud Catholicos. Neque enim ignem eſſe intelligendum per tropum, aut metaphoram, niſi homines tropici & metaphorici non aſſerunt. Diſertè Caluinus lib. 3. Inſtitut. cap. 25. §. 12. ſibi præmaturè promdit, negans inferni ignem: ſed quem verbis negat, meritò re ipſa patitur. De quo legi poſſunt Scholaſtici in 4. diſt. 50. præſertim Sotus quæſt. vnica art. 1. P. Henriq. lib. vltimo c. 6. §. 5. littera X. An verò damnatorum animæ & Dæmones ab igne excrucientur, alius ſcholæ labor eſt. Affirmant hodie multi ex recentioribus; ex antiquis ſcriptoribus negarunt plures, quos allegat & ſequitur ſapientiſſimus P. Vaſq. 1. part. diſp. 23. c. 6.

Caluin. Sotus. Henriquez. Vaſquez.

89. *Vermes tantùm conſcientiæ eſſe in inferno quidam putant.*

Quærunt interpretes an ſicut ignis inferni, propriè accipiendus eſt, ita etiam propriè & abſq; metaphora ſint *vermes* apud inferos, qui perpetuò abrodant miſera damnatorum corpora? Eiuſmodi vermes eſſe, metaphoricos, qui morſu perenni conſcientiam damnati corrodant, angant, & dilacerent, adſtruunt Scholaſtici in 4. diſt. 50. & ibi S. Thomas; Ianſenius in Concordia c. 71. Maldonatus in cap. 9. Marci, & plures alij ex recentioribus. Quæ ſententia eſt expreſſa S. Hieronymi, & Procopij in Iſaiæ 66. S. Ambroſij in Lucæ cap. 14. S. Auguſtini lib. 2. de Ciuit. cap. 9. Iſidori lib. de Sum. bono, cap. 13.

S. Thom. Ianſenius. Maldon. Hieron. Procopius. Ambroſ. Auguſt. Iſidorus.

Veros vermes eſſe in inferno, probabilius videtur.

Verùm probabilius videtur, dari in inferno vermes propriè dictos (præter eos, quibus conſcientia angitur,) horribiles, mordaciſſimos, perpetuos, qui diuinâ virtute efformati, ab igne non abſumantur, ſed perenniter abſumant damnatorum corpora. Itaque S. Auguſtinus, vbi ſuprà, affirmat hanc ſententiam eſſe probabilem; eam diſertè tradit Haymo in Iſaiæ 66. S. Baſilius in Pſalmo 33. Pſeudo Auguſtinus tom. 9. in opere de triplici habitaculo, S. Proſper lib. 3. de vita contemp. c. 12. Hugo Victor. lib. 4. de Anima c. 13. Anſelmus in Elucidario, Innocentius 3. lib. 3. de contemptu mundi c. 1. & 2. Cyrillus in orat. de exitu animæ, S. Chryſoſtomus & Theophylactus apud Maldonatum in Marci c. 9. Guilielmus Pariſ. apud Serarium, Valentia 3. p. diſp. 13. q. 5. p. 3. Serarius hìc quæſt. 4. Tirinus ad hæc verba, Cornelius in Iſaiæ cap. 66. & valdè inclinat Sanctius hìc & in præfatum Iſaiæ caput. Plures rationes pro hâc ſententia congerunt Serarius, & Cornelius nuper citati, quæ ibi legi poſſunt. Hæc vna efficaciter probat intentum. Prima & potiſſima regula eſt, eruta ex S. Auguſtino, & aliis Patribus; loca Scripturæ, quæ propriè poſſunt accipi, ſine tropo & metaphora interpretanda ſunt: atqui vermes ſine tropo & metaphora accipi poſſunt, vt conſtat ex tot doctorum auctoritate, & verbis textus, ergo & debent. Præſertim cùm in hoc Iudithæ loco dicatur, dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiant vſque in ſempiternum, ergo immortalis hic vermis non abrodet mentem, ſed corpus: igitur alius eſt vermis, qui conſcientiam anget, alius, quem carnes ſentient, & qui perpetuis morſibus corpus exedet. Plures obiectiunculas contra hanc ſententiam afferunt Serarius, & Cornelius, quas facilè quiuis ſoluet, legantur ibi, in quibus, & in Sanctio eſcribuntur verba, quibus præfati Patres adſtruunt hanc interpretationem!

Auguſt. Haymo. Baſil. Pſeudo. Auguſt. Proſper. Hugo Vict. Innocent. Anſelm. Cyril. Chryſoſt. Theophyl. Guiliel. Valentia. Serar. Tirinus. Cornelius. Sanctius. Serar. Cornel. Sanct.

§. XVIII.

Seueritas poſtremi iudicij expenditur.

Incuſſus grandioris mali timor hominem ad ſpiritualem audaciam erigit, virtutis eſt incentiuum, & impietatis retinaculum, coërcens delinquendi licentiam, conſuetudine peccandi effrænam. *Deum ſolum eſſe metuendum cuius poteſtati non natura præſcribat*, ait S. Ambroſius. Portò anima à collegio carnis ob primordiale delictum initiata, ſic eſt aſſueta flagitiis, diu experta mutam Dei patientiã, & aſſiduam numinis pietatem, vt quadam quaſi præſcriptione peccandi, aſſereret impunitatem delinquendi, niſi horrendo formidabilis iudicij pauore medullitùs concuteretur. *Quoties diem iudicij conſidero, toto corpore contremiſco, ſiue comedo, ſiue bibo, ſiue aliquid aliud facio*, ait S. Hieronymus in Matthæum; Et in Epiſtola ad Heliodorum: *Iudicaturo Domino lugubrem mundum, immugiet, & tribus ad tribum pectora ferient. Potentiſſimi quondam Reges nudo latere palpitabunt: adducetur cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis; tunc Ariſtotelis argumenta non proderunt, quando veniet ille filius pauperculæ quæſtuariæ iudicaturus fines terræ.* Neque tunc peccatoris iudicandi animum tranquillabit ſuperba procerum opulentia, nec indemnis Regum licentia, nec depoſita Platonis auctoritas, nec arguta Ariſtotelis Philoſophia. Omnes ante Deum iudicem pauebunt, palpitabunt, & totis artubus contremiſcent, ſera reatus conſcientia accuſati, cùm ſiſtentur tot ſcelerum rei, cùm ad dæmonum accuſationes attendant, cùm fulgurantem Chriſti faciem videant, cùm *ſententiam iam cadentem* exhorreant. Ergo; ô homo, dum adhuc viuis, diſpone ſermones tuos in iudicio, quia neſcis qua hora euocandus ſis; hoc vnum noſcis clanculum furis adinſtar, per inopinatæ mortis oſtium, rapiendum te eſſe ad ſeuerum Dei tribunal. *De aduentu ſponſi clamor media nocte fuit: quia ſic dies iudicij ſubrepit, vt præuideri non valeat quando venit*, verba ſunt Sancti Auguſtini apud Thomam 90.

Ambroſ. in Lucæ c. 12. *Natura peccatis ad vnia non præſcribit.*

Arguta ſubtilitas Philoſophiæ non proderit in die iudicij.

Emiſſenus homil. 1. de Quadrag.

Auguſt.

Digitized by Google

Thomam Ibern. *subreptio* dicitur hora mortis; ne tibi subrepat procrastinatio conuersionem ad Deum, ne in die inopinata incidas cadentem seuerissimi iudicis sententiam pertimescas. Hac mente rigores horrendi iudicij celebrandos in vltima mundi die, hic proponam.

61. Matth. Diu torsit interpretum ingenia, quid rei significetur per illa verba, quæ Christus Dominus voluit in dies in solemni oratione repeti, Matth. 6. vers. 10. *Adueniat regnum tuum.* Quod est hoc regnum, quod Deo adueniente expetimus? Numquid Deus Rex non est? est quidem, & regia potestate, & maiestate inclytus. Quam ergo regiam maiestatem, aut regnandi augustam ostentationem Deo cupimus, sedulò deposcentes: *Adueniat regnum tuum?* Tertullianus serio contendit festinationem diei Iudicij nos postulare: *Cum regnum Dei quod adueniat, oramus, ad consummationem sæculi tendat, optamus, maturius regnare.* Hanc expositionem hauserunt ex Tertulliano S. Cyprianus, Venantius, & Saluianus apud Cerdam ibi. (Tertull. lib. de Orat. c. 5. Cyprian. Venant. Saluian. Cerda.) Regia maiestas, & augustior dignitas in die iudicij elucebit in Christo, quam quotidianis votis ipsi optamus? Tantane tunc fulgebit dignitate, vt ad regiæ dignitatis gloriosam ostentationem seuerioris Iudicij diem in dies postulemus? Planè Matth. 25. vers. 31. & 34. Cum Christus iudicaturus orbem inducitur, & Rex appellatur, & sessurus in sede maiestatis suæ regio solio dicitur. Et Matth. 26. v. 64. adiuratus à Principibus sacerdotum, an sit vere Christus, Dei naturalis filius? sublimitatem, quam habebit in finali iudicio allegat ad confirmationem maiestatis diuinæ: *Veruntamen dico vobis, amodò videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* Quod cap. 25. vers. 31. dixerat: *Cùm venerit filius hominis in maiestate sua,* &c. Mirabitur forte quispiam, quare Christus Deus in signum augustioris maiestatis diem horribilis Iudicij adducet? Nonne aptiùs Resurrectionis glorias allegaret, aut gloriosæ Ascensionis triumphum, aut Thaboris fulgores, aut consessum nobiliorem ad dexteram Dei Patris: saltem generosior est nobilioris misericordiæ exhibitio, quam seuerioris iustitiæ ostentatio. Verùm in vltima mundi die vsque adeò sedebit gloriosius in augusto maiestatis Throno iudicaturus orbem, vt omissis reliquis gloriæ insignibus, semper aduocet iudiciariæ diei inclytas glorias. (In die Iudicij extrema erit diuinitas. Matth.) Idoneè satis Septimus sic fatur: *Duobus enim aduentibus Christi significatis, primo qui iam expunctus in humilitate conditionis humanæ, secundo qui concludendo sæculo imminet in sublimitate diuinitatis exertæ.* (Septim. Apolo. c. 21.) Tantúne est Christus Deus in rigoribus, vt tunc vel maximè maiestatem diuinitatis exerat, & ostentet? Sic humilis fuit cùm adoratur à magis? cùm candicat in Thabore? cum recidiua natiuitate gloriosiùs exurgit de funere? cùm triumphali apparatu cælos penetrat? cùm auguste sedet ad Patris dexteram? At tantam diuinitatis sublimitatem in die iudicij exerit, vt reliquas omnium glorias, glorias duntaxat rigorum ostentet. Ecquis non te timebit Rex Gentium, qui tantus es in tribunali iudicij?

92. Superexaltat misericordia iudicium; & qui parcendo diu sibi quasi contumeliosus extitit, seuerius puniendo, suam iustitiam vindicat à despectu mortalium. Deus enim sæpe patiendo thesaurizat iram
Isaiæ. ad iræ diem, Isaiæ 42. vers. 14. *Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul, desertos faciam montes, & colles.* &c. De Celada in Iudith.

Semper tacuisti, ô Domine, semper patiens fuisti? Vnde ergo vsurpasti terribile cognomē, quo Deus exercituum appellaris? Vbi sunt Sodomorum incendia, & redacta cadauera in vagum puluerem? (De patientiâ erumpit rigor.) vbi Ægyptiorum plagæ, ad pauorem orbis; vbi Palæstinorum strages, & nubes pugnaces missilia grandinantes ad terrarum vastitatem? Hæccine est muta patientia tua? Heu qua voce tonabis, quando sicut parturiens mugies in horrenda tremendi Iudicij die? Si hæc est patientia Dei, qualis erit furor? *Tacui semper, silui, patiens fui. Exurge igitur Veritas, & quasi de patientia erumpe,* ait Tertull. (Tertul. lib. de Velandis Virgin. c. 1.) Ac si anteacta patientia sit iustitiæ incentiuum, & seuerioris iracundiæ conceptaculum. Emmuerò in die iudicij quasi patiendo defessus Deus, demum loquetur velut parturiens, ore suo succendens gehennæ feralia incēdia, eliquans montes, & sternens impietatis colles. O Dei patientiam iudicialium rigorum matrem! Seuerior est pœna, quæ de patientia erumpit. Hic seca, hic vre, vt in æternum parcas.

93. Isaiæ. Isaiæ 6. vers. 1. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum: duo Seraphim stabant super illud,* &c. *& clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius.* Idoneè addubitant interpretes, quare Deus cùm diuiniores ostentat glorias, sedens appareat. Nonne habitus stantis, elogium est perfectionis? sessio enim quies laboris est. In quonam laborauerat? (Deus anhelus dicitur sedere post supplicium.) P. Damianus: *Vidi Dominum sedentem,* &c. *solet,* inquit, *quietem labor præcedere, statio sessionem, sed quando laborabit illa maiestas, quæ nec afficitur passione, nec labore distringitur? Audi quomodo plurimus ei labor increbuit; cùm illum pessimum præsumptorem de cælis ad inferna detrudit; & hominem peccato penè simili comprehensum de paradiso voluptatis in ærumnosum immisit exilium.* (P. Damian. serm. 52.) Scilicet cùm Deus seueriùs castigat, tunc quasi actuosiùs operari dicitur; tunc enim velut viuacior prædicatur à Paulo ad Hebræ. 10. vers. 31. *Horrendum,* inquit, *est incidere in manus Dei viuentis.* (Ad Hebr. Isaiæ.) Et cùm Isaiæ 41. vers. illo 14. iratus Deus intentat rigores iustitiæ, aiens: *dissipabo, & absorbebo simul,* Foterius exscribit, *anhelabam, & inspirabam,* id est anhelus crebro singultu halitum expirabam, & inspirabam: quod est eorum, qui fatigantur. (Foterius.) Quasi dicat: tantam edidi hostium stragem, vt ex defatigatione anhelus simul expirare, & inspirare videar: (loquitur Isaias de Deo more humano.) Ergo Deus viuacior in castigando, quasi anhelus, & defatigatus sedere dicitur, & velut requiescere ab acerbæ punitionis anhelo labore. Et quidem tunc Deus à seueriori iustitia sublimis dicitur sedere in solio augustioris maiestatis, & tunc Deo glorioso plausu occlamant Seraphini illustre illud Trisagium, Sanctus, sanctus, sanctus; & tunc plena dicitur omnis terra gloria eius. *Vsque adeò iustitia plenitudo est diuinitatis ipsius exhibens Deum perfectum,* opportunissime inquit Tertull. (Tertull. lib. 2. contra Marc. c. 13.) cuius rei causam paulò superiùs tradiderat. *Quis,* inquit, *boni auctor, nisi qui & exactor?* Cùm rigores seuerioris iustitiæ exercuit Deus, tunc, tunc quidem sedere videtur in solio excelso, & eleuato, tunc illi applaudunt Cherubini, tunc plena est omnis terra gloria Dei: quia *iustitia plenitudo est diuinitatis,* & ipsius sublime elogium, & augusta perfectio.

94. Lucæ. Lucæ 21. vers. 25. *Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cælorum mouebuntur: & tunc videbunt*

Digitized by Google

Filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna,& maieſtate. Quid peccauerunt ſplendida cœlorum aſtra, quæ ſic tabeſcunt ad ſeueriorem præſentiam iudicis? Quare ſancti Angeli, qui dicuntur poteſtates cælorum, ſic commouentur? Areſcant impij præ iudicij timore: iuſtine homines areſcant præ expectationis æſtu? expectatio lætitiæ eſt, & bonorũ fiducia. Num iuſtus areſcet ab expectatione iudicij, ô arcanos huius ſupremæ diei metus! *Quid faciet Virga deſerti, vbi concutietur cedrus paradiſi? quid faciet agnus, vbi aries tremit? Si iuſtus vix ſaluabitur, impius vbi apparebit?* exclamat in Moralibus S. Gregor. Tantáne eſt iuſtitiæ diuinæ ſeueritas, vt iuſtus timore concutiatur, vt expectatione areſcat; vt vix iuſtus ſaluetur, ô tremendos diuinæ iuſtitiæ rigores? excéditne diuinæ iracundiæ furor; Pulchrè Tertull. *Bonitas Dei operata eſt mundum? Iuſtitia modulata eſt.* τὸ *modulari* propriè ſignificat vel muſicæ harmoniam quâ voces diuerſæ mutuò ſibi correſpondent; vel poëtæ attentionem, quæ longas ſyllabas breuibus nectit, aut breues longis alſociat Sic modulatè Chriſtus Deus ſupplicia diſpenſabit. Scilicet, ſic videtur veluti excedere diuinioris Iuſtitiæ furor, quòd opus ſit, vt innoteſcat mortalibus? diuinam iuſtitiã ita ſeuerè puniendo, non excedere delictorum merita, ſed iuſtè meritas damnatorũ pœnas pro qualitate criminum modulari. Heu quantus eſt Dei furor, cui cautio neceſſaria eſt ne mortales celeant, eſſe rigoris exceſſum, quod modulata iuſtitia eſt.

Greg. *Deus in die iudicij modulatur ſupplicia.* Tertull. lib. 2. aduerſ. Marcion.

95. Cæterùm, quis non miretur in terribili iudicij die, non impios dumtaxat tremere iuſto conſcientiæ metu! ſed ſplendida aſtra tabeſcere, Angelos commoueri, & iuſtos quodammodò timere, & expectatione ipsâ velut concuti; *Quid faciet de iniuſtis iudiciis, qui ipſas quoque iuſtitias iudicabit*, ait S. Bernard. in Epiſtolis. Nimirùm ſancti Angeli, & iuſti homines, etſi à conſcientiæ teſtimonio, certi ſint, incolumes euaſuros de ſuorum examine meritorum, nihilominus quodam arcano timore commoueri dicũtur. Quem timorem egregiè explicuit S. Chryſoſtomus inibi, aiens: *Virtutes cælica mouebuntur, quamuis ſibi conſcia non ſint. Videntes enim infinitas multitudines condemnati*, (adde, & ſua merita diſcuti, & examinari,) *non intrepidè illic ſtabunt.* Sed planè ſeuerum iudicium timebunt, non ſeruili, ſed filiali metu, qui Beatos decet. Contemplare ad hanc rem Noëmum in ærumnoſo illo mundi naufragio, videntem ſæuam eluuionem cuncta depopulantem, & exſorbentem, tot hominum editis ſtragibus. Tunc Noëmus ex arcâ velut ex arce deſpectabat communem vaſtitatem, vndas velut ſtadium decurrebat, fide, & ligno deluuioni vim afferens: arca ferebatur ſuper atroces fluctus? velut curriculo aquis inuecta, non proſcidens fluctuum profunda, ſed equitans in ſalò, velut in ſolo: vice baſeos erat pelagus, & arca ſuſtentabatur inundatione, quaſi via publica. Verùm etſi Noëmus aderat naufragio ſecurus, & à nauigij artificio, & à Dei verbo, nec in tanto periculo nutabat incolumitatis fides; tamen Baſilius Seleucus ſuper hac re ita fatur: *Noemus verò ſolus per omnium gentium ſtragem vita fruebatur inopinata.* Vita fruí inopinata Noëmus dicitur? Lababat fortè incolumitatis fides, timuit naufragij vndis ſorberi, qui verbo Dei ſecurus illuuioni aderat nõ reus, ſed teſtis. Timuit, timuit quidem, & exhorruit videns communem omnium ſtragem, & etiam firmiſſima incolumitatis fide ſuffultus, adhuc corã tanto naufragio, frui dicitur vitâ inopinatâ. Simile quid proportione ſeruatâ, cenſe de ſanctis Angelis & iuſtis hominibus in vniuerſali illo impiorum naufragio. Sic rimari licet filialẽ Beatorum metum, de reliquorum ſtragibus, & ſuorum examine meritorum conceptum, & præſertim de Dei ſeueriſſima tunc maieſtate, ad oſtentandos Iuſtitiæ rigores.

Bernard. Chryſoſt. *Noe fruitur vita inopinatâ* Baſil. Seleuc. Orat. 5.

96. S. Auguſtinus ita ſcribit de rigoribus iudicij diuini: *Ille iudex nec gratia præuenitur, nec miſericordia tam flectitur, nec ſatisfactione, vel pœnitentia mitigatur. Hic dum tempus habet agat anima pro ſe, quandiu locus eſt miſericordiæ, quia ibi erit locus iuſtitiæ.* Nempe in horribilis iudicij die, locum eſſe diuinæ iuſtitiæ dicit, non miſericordiæ, non gratiæ ſiue pietati. At refrágatur Auguſtino S. P. Chryſologus, *Æquitas ſine bonitate ſæuitia eſt, & iuſtitia ſine pietate crudelis.* Sola iuſtitia pietatis expers, impietatem redolet; O ſeueriſſime Iudex, caue, & caue, ne in vltimo iudicio apud homines crudelitatis inſimuleris præ æmulatione meræ, & veræ Iuſtitiæ. Iuſtus, & ſeuerus eſſe potes, impius & crudelis eſſe non potes; qui infinita iuſtitia viges. O homo, eſto ſeueriſſimè puniat Deus iudex: *Quid Dei compeſcis humanitatem, quid Domini poteſtatem rapis*, ait Baſilius de Elia expetente meram iuſtitiam, & compeſcente miſericordiæ humanitatem. Verùm enim verò tanta eſt diuini iudicij ſeueritas, vt etſi tũc iudex nec gratia nec miſericordia flectitur, etſi in ſupremo iudicij die, locus eſt non miſericordiæ (vt eo vſque fuit) ſed meræ iuſtitiæ; tamen Deus mera iuſtitia puniens feralibus gehennæ cruciamentis, crudelitatis non incurrit elogium; ſed ſublimioris iuſtitiæ eminentiam. Imò tanta eſt damnatorum malitia, vt non tantùm à iuſtitia Dei, ſed etiam à miſericordi pietate, quodammodò puniri dicãtur. Sic rem exaggerat Saluianus lib. 4. de Gubern. Dei. *Cumque eius natura ſit mens Dei, atque maieſtas, vt nulla iracundia paſſione moueatur, tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio eſt, vt per nos cogatur iraſci. Vim (vt ita dixerim) facimus pietati ſua, ac manus quodammodò inferimus miſericordia ſua.* Quid exaggeratius.

Auguſt. l. 5. de ſymbolo. *Noſtra peccata experiunt iuſtitia rigores.* Chryſol. ſerm. 145.

97. *Ergo præſentis temporis ita agenda eſt lætitia, vt nunquam amaritudo ſequentis iudicij recedat à memoria*, inquit S. Gregorius homil. 32. Subtinniat in auribus hominis Chriſtiani terribilis turbæ ſalubris ſonitus: Surgite mortui, & venite ad iudiciũ, quò & vitam priſtinam reformemus, & ad Chriſti Dei diſciplinam informemur egregiè: *Ad iſtam diſciplinam metu prædicati iudicij emulamus*, ait Tertullianus l. de Teſtim. animæ, c. 2. & in lib. de ſpectaculis c. 10. *Quale ſpectaculum in proximo eſt aduentus Domini iam indubitati, iam ſuperbi, iam triumphantis.* Vide ne erres in voce *Superbi.* Conſule Latiniſſimos: & Dei Sapientia ſuperbas opes habere dicitur, Prouerb. 8.

Gregor. Tertull. Prouerb.

---

§. XIX.

Chriſti iudicantis irata facies ſententiam fulminat damnatis; qui mitiorem æſtimãt gehennam, quàm videre iratum Chriſti vultum.

98. T*Vnc audientes hæc filij Iſraël, timuerunt valde à facie eius.* Audiũt Iſraelitæ ſtrages vbique ab Holoferne factas, & timent *à facie eius*; Scilicet orbium ſuarum excidia, ſuas, & ſuorum cædes quaſi negligunt, & iratum vultum Holofernis exhorreſcunt. Adeò truculenta eſt Potentioris irata facies, vt ſæuum terrorem incutiat ſubiectis, præ

Iudith. 4. 1. *Irata Chriſti facies quam terribilis.*

præ ipsâ calamitate timenda. Iob c.16. v. 9. ait deprædicans Dei magnali : *Qui tenet vultum solij sui.* i. qui nũc detinet, aut dissimulat seueritatẽ vultus, quo territabit reprobus in die vltima, quâ sedebit in augustiori Diuinitatis solio iudicaturus orbem. S. Hieronymus sic locum ibi commentatur : *Qui tenet vultum solij sui*, hoc est : *Sententiam iudicij sui reseruat in posterum.* Itaque ex mente S. Hieronymi acerbissimam sententiam quâ reprobi fulminandi sunt, appellat Iobus, *vultum* iudicis. Ad rem S. Chrysologus aduertit, quod Ionas cap. 1. v. 3. *Non dixit, fugio Deum, sed à facie Dei ego fugio.* Et quidem nihil æquè intolerabile homini potest accidere, quàm audire à Iudice Deo, quem recusare, aut declinare nequit, finalem sententiã quâ cælo priuatur, quâ dirissimæ gehennæ æternùm addicitur, & æternantibus pœnarum cruciamentis; hanc ergo sententiam in Christi iudicis seuerissima facie damnandi legunt; ab horribili vultu audiunt, & æternæ damnationis pœnam exequitur seuerior vultus. *Cultus autem Domini super facientes mala.* Psam. 33. vers. 17. Cæterùm sicut Dei placidus vultus felicitat beatorum mentes, & beat felices animas; sic Dei iratus vultus infelicitat damnatos, & grauiùs quàm gehenna torquet : vt idem vultus, qui placidus beat, iratus damnet, nec minùs valeat ad præmiũ, quàm ad pœnam : dum Dei facies visa placidè Beatitudo fit; toruè caperans vultus, tormentum præ gehennalibus acerbum est.

Iob. Hieron. Chrysol. Serm. 33. Psalm.

99. *Irata Christi facies in die iudicij, est ne gehennâ acerbior.*

Versabam aliàs, aliam thesim locupletans, orbem adstantem Christo iudicaturo, & quidem vt reum adstantem; dein discussis mortalium causis acerbissima sententia damnandos reprobos sæuissimis inferorum cruciatibus; cùm Christus Deus omnium iudex, in solio exertæ diuinitatis sedens, caperata fronte, toruo vultu, facie omnia terriculamenta minitante, intimabit damnationis sententiam, qua perennaturæ gehennæ destinantur reprobi. Et recenset Euangelista Matthæus cap. 25. vers. 46. quòd dum eam audient : *Ibunt hi in supplicium æternum.* Pondera ad rem prætentem τὸ *ibunt.* Ibunt quidem damnati ad æternam pœnam, non rapientur, non vi trahentur, sed quasi sponte ibunt pedibus suis. Quis reus vltrò it ad supplicium, & non violenter rapiatur? voluptas trahit, imus spontè ad delicias; supplicia homines abigunt, & terrent, & ad fugã compellunt. Ego sanè existimabam reprobos harpagandos à diris cacodæmonibus, & vi trahẽdos, & compellendos ad infernum : & tamen ipsi quasi vltrò eunt: *Ibunt hi in supplicium æternum.* (nam eodem *eundi* vocabulo iusti ibi dicuntur ire ad gloriam beatitudinis.) Quid prolectat eos, vt ipsi eant ad gehennam? Aut quid eosdem territat, vt fugiant à loco iudicij? Quid hic acerbiùs experiuntur, & gehenna ipsâ intolerabilius? Puto minacem iudicis vultum minitantem iras, fulgurantem ignes, fulminantem incendia, ipsis Tartareis flammis acriora: *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus?* Iob 14. vers. 13. Quasi infernus protectio sit à furore diuini vultus irati. Scilicet damnati vultrò infernum eligunt, vt fugiant Christi vultum, spontè ad gehennam eunt, ne videant acerbissimam iudicis faciẽ : & mitiorem iudicant gehennam, & tolerabiliores inferni calamitates, quàm videre iratos Christi vultus. Procliue est huc aduocare locum difficilem S. Paulini qui de reprobis sic fatur : *Aut impietate duri, aut lasciniâ molles: quorum diuitiæ peccatum, itinera lubricum, finis interitus, gloria in inferno est.* Quomodo reproborum *gloria est in inferno?* Nonne infernus ignominiæ locus est, & feralium cruciamentorum: nullus ibi voluptatis locus est, nullus gloriæ, & tamen inquit Paulinus, *quorum gloria in inferno?* Pulchra hyperbole, sed hyperbole. Scilicet reprobi tantâ suffunduntur ignominiâ in iudicij loco, tam acerbis tormentis à iudicis vultu; vt ipsi vltrò *eant* ad inferni supplicium æternum, ipsum infernum quasi gloriam reputantes, vt acerbitatem diuini vultus declinent. Quid exaggeratius?

Matth. Iob. *Quæ gloria in inferno?* Paulin. Epist. 4.

---

§. XX.

Expenduntur feralissima Gehennæ cruciamenta.

PEtrus Damianus, ferales inferni pœnas sic describit: Regio gehennalis, regio dura, regio extimescenda, terra afflictionis, terra obliuionis, terra miseriarum, terra tenebrarum, terra turbinis, & caliginis, terra maledictionis, & mortis, in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Totus tremo, atque horreo ad memoriam regionis istius, & concussa sunt omnia ossa mea. Ille est ignis, qui non succenditur, vermis, qui non moritur, frigus horrendum. Ibi fœtor intolerabilis exoritur, percutientes mallei resonant incessanter, obfusæ tenebræ cumulatiùs indensantur : illic confusio peccatorum, horribilis facies Dæmonum, inextricabilium vinculorum fertilis multitudo. Ibi fletus, & stridor dentium, planctus, & gemitus, & alternantia mala impios sine pietate discerpunt. Huc vsque ille, qui multa summatim dixit; aliqua è multis expendenda sunt. 100.

Damian. Serm. 59. *Gehennæ descriptio.*

Christus Deus Matthæi 25. v. 41. cùm discussis hominum causis, hortendam fulminat damnatis sententiã, perennaturo incendio illos adduci : *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Nunquid omnes damnatorum pœnæ igne continentur? Tantane est voracis flammæ violentia viuax? Tertullianus, *Si gehennam* inquit *comminemur, quæ est ignis arcani subterraneus ad pœnam thesaurus.* Vox *thesaurus*, si bene Latinos consulas, est vetus depositio seu defossio multiplicis rei pretio magno habitæ, vt puta auri, & argenti, & gemmarum, &c. Quid? multiplex est hic gehennalis thesauri arcanus ignis? Profectò vnus plures est, qui multis, & miris modis damnatos excruciat. Primùm non tantùm exurit corpora, sed etiam spiritualem animam; sic dirè vstulat, vt acriores mundialis ignis flammas appellet *quædam fumariola*, Pacianus. Quin & Philippus singulariter explicat illud Iob. 24. v. 19. *Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium.* Nemo quidem interpretum palàm negare audet, niueam frigoris hyemem non pati damnatos; asserit tamen Philippus, ardoris æstum, & rigorem frigoris in vnam causam arcani ignis reiiciendos esse, etsi sint affectus adeò diuersi, & inter se oppositi. Addit Caietan. in c. 25. Matthæi: *Verùm, inquit, in Theologia speculatiua dicitur, quòd ignis cruciat spirituales substantias non comburendo, sed alligando illas. Etenim ignis vt instrumentum diuinæ Iustitiæ, detentiuus spiritus damnati, ita quod est velut carcer spirituum. Nec solo carcere priuatiuo libertatis localis; sed ademptione liberi vsus tam intellectus, quàm voluntatis cruciabuntur. Detinebitur enim illorum intellectus ad consideran-* 101.

Infernus est pœnarum thesaurus. Tertull. Apolog. c. 47. *Frigus ab igne gehennæ.* Pacian. De Pœnit. & Confess. Philippus Iob. Caietan. *Quot pœnis ignis excruciet damnatos.*

Digitized by Google

dum, & voluntas ad deiectandum ſupplicium illud; ac per hoc ad continuam triſtitiam actualem. Scilicet ex Patrum, & Theologorum ſententia arcanus gehennæ ignis comburet miſera damnatorũ corpora, & infelices animas, ex Philippi opinione, idẽ ignis niuei frigoris præſtabit rigores: ex Caietani mente idemmet ignis ergaſtulum erit, & vincula, quibus corpora conſtringantur in gehenna, & nexus, quo mens adigatur ad cogitandum acerbitatem ſupplicij, & voluntas cogatur ad impatientiam pœnæ, & exinde oriatur lugubris mœſtitudo, abſoni gemitus, luctus perennis, eiulatus impatiens, ſeræ lacrymæ, & infernalis furor. Hæcne operabitur arcanus gehennæ ignis? Planè pœnarum theſaurus eſt, & ſuppliciorum compendium.

Matth. Hugo.

102. Matthæi 3. v. 14. *Paleas autem comburet igni inextinguibili.* Hugo ibidem: *Actiuè, quia non omnino extinguit, quos paſcit. Mors depaſcat eos.* Vnde miſeri damnati arcanâ ignis operâ perpetuò moriuntur vitæ, & viuunt æternam mortem.

Gregor. *Gehenna ignis dum erogat reparat.*

Eleganter S. Gregorius lib. 4. Dialog. *Anima,* inquit, *illic poſita bene eſſe perdidit, & eſſe non perdidit. Ex qua re ſemper cogitur, & vt mortem ſine morte, & defectum ſine defectu, & finem ſine fine patiatur: quatenus ei & mors immortalis eſt, & defectus indeficiens, & finis infinitus.* Idem non imparis facundiæ eloquio edisſerit Caſſiodorus in Pſalm. agens de gehennalis incendij æternaturo cruciatu: *Abſumet vt ſeruet, ſeruabit vt cruciet; dabiturque miſeris vita immortalis, & pœna ſeruatrix.* Et Minutius Felix in Octau. *Ille ſapiens ignis membra vrit, & reficit, carpit, & nutrit: ſicut ignes fulminum corpora tangunt, nec abſumunt: in pœnale illud incendium non damnis ardentium paſcitur, ſed inexesâ corporum laceratione nutritur.*

Caſſiod. Minutius.

Eleganter quidem hi omnes, & planè æmulati Tertullianum vbi ſuper hac re ſic fatur: *Nouerunt & Philoſophi diuerſitatem arcani & publici ignis: ita longe alius eſt, qui vſui humano, alius iudicio Dei apparet, non enim abſumit, quod exurit, ſed dum erogat, reparat.*

Tertul. Apolog. c.48.

Cerda.

Aduertit noſter Cerda in notis hîc, & alibi ſæpe, τὸ *erogare* propriè ſignificare, in rogum dare, atque adeò abſumere. Ergo infernalis ignis erogando, ſeu conſumendo miſerum damnatum, reparat eundem.

Ignis inferni quo ſenſu recrere dicatur.

Nempe vorax flamma ſic pœnaliſſimè illum cruciat, vt breui abſumeret; at ob arcanam ignis violentiam abſumptione reparatur, & morte viueſcit ad cruciatus. Quod argute explicauit Lactantius Firm. lib. 7. Diuin. inſtit. c. 21. aiens: *Idem igitur diuinus ignis, vna eademque vi atque potentia, & cremabit impios, & recreabit, & quantum corporibus abſumet, tantum reponet, ac ſibi æternum pabulum ſubminiſtrabit.* Nimirum diuinus gehennæ ignis vrendo ſic conſumet damnatam creaturam, vt illam recreet, & reparet ad pœnalia cruciamenta, quaſi habeat veluti vim iterum creandi, eaſdem damnatiſſimas creaturas; nam ignis tantundem quodammodò reponit ad æternum pabulum, quantùm abſumpſiſſe videtur immanitate ſupplicij: Heu non bonam damnatorum recreationem, omni cruciamento ditiorem! cuperet ſemel perire, qui æternum perire non deſinit. Modulatè Prudentius Hamart.

Lactant. Prudent.

Carpunt tormenta, fouêntque
Materiam ſine fine datam, mors deſerit ipſa
Æternos gemitus, & flentes viuere cogit.

Minut. Euſebius.

103. Verùm ſciſcitabitur quiſpiam, quam ob cauſam gehennale incendium dicatur à Minutio, *Sapiens ignis,* & ab Euſebio mox allegando, *Rationabilis exuſtio?* Num inferni flamma ſapientiâ viget, & ratione pollet? Acutè Emiſſenus de Epiphania homil. 1. *Tardè nobis diſplicebimus ſub conſpectu ignis æterni, qui interrogabit oſſa, & medullas, & cogitationes noſtras.* Audis inſenſilem creaturam, quaſi ratione, & ſapientiâ præditam, iudicium in damnatos exercere, & oſſa & medullas, & intimas cogitationes adhuc interrogare de crimine, & acerbiſſimis cruciatibus, illud inquirendo damnare! Opportunè Caſſianus: *Ille,* inquit, *ignis inextinguibilis, & inquiſitor meritorum omnium.* Inquiſitor dicitur ſapiens gehennæ ignis, dum rationali exuſtione interrogat ſontis oſſa, & medullas, & intimas cogitationes, ad futuros adhuc æternos cruciatus. O peracerbum inquiſitoris ignis tribunal! *Illa enim non cauſalis, ſed rationabilis, & pœnalis exuſtio quia culpam iubetur inquirere, ſubſtantiam neſcit abſumere,* ait Euſebius homil. 1. ad Monachos. Ecce tibi inquiſitor ignis culpam inquirere dicitur.

Ignis gehennalis interrogat damnatos.

Caſſian. Collat. 15. c. 10.

Præterea ſapiens & rationabilis dicitur inferorum ignis, quia ſapienter diſcernit inter damnatorum merita, & illa cõgruis cruciamentis caſtigat. 104.
Iſaiæ 59. verſ. 12. *Peccata noſtra reſponderunt nobis,* quaſi gehennæ ſupplicium ſit Echo culpæ illi ſapienter correſpondens. Lucæ 8. verſ. 31. *Et rogauerunt illum, ne imperaret illis, vt in abyſſum irent,* Ad quæ verba ita ſcribit S. Maximus: *Statuit autem Deus vnicuique manere peccatorum conſonam pœnam gehennæ ignis propter carnis incendium.* (Vnde S. Nazianzenus ait: *Nouiignem non purgatiuum, ſed afflictiuum, ſeu Sodomiticum,* ac ſi totus gehennæ ignis laſciuiam æternis ardoribus exurat, nec excoquere valeat.) Pergit S. Maximus, *Stridorem dentium propter riſum laſciuum; intolerabilem ſitim propter voluptatem, & crapulam, peruigilem vermem propter obliquum, & malignum cor, caliginem propter ignorantiam, & fallaciam, limbum abyſſi propter ſuperbiam.* Sic, ſic ſapiens pœna aptè correſpondet delictis, quæ ſunt pabula feralis incendij. Ergo *opus arbitrij noſtri non arſurum, paremus,* ait S. Paulinus.

Cur dicitu ſapiens igni. Iſaiæ. Maxim. Nazian. Orat. in SS. Lamin. Maxim. Paulin. epiſt. 14.

Ad hæc ſapiens pœna, & rationabilis ignis dicitur, quia vt nuper aiebat Caiet. Ignis *eſt velut carcer ſpirituum. Detinebatur enim damnatorum intellectus ad conſiderandum, & voluntas ad deteſtendum ſupplicium illud.* Damnati enim imaginatio cogetur ad perpetuò cogitandum, quæ dolorem faciant acerbiſſimum. Conſcientiæ vermis indeſinenter abrodet, & laniabit ſontis animum. Redeant verba Emiſſeni: *Tardè nobis diſplicebimus ſub conſpectu ignis æterni, qui interrogabit oſſa, & medullas, & cogitationes.* Sic enim ex intimis præcordiis vlulabit miſer damnatus: propter nugaciſſimas voluptates, propter volaticas diuitias, propter caduca bona, delicias mentientia, vera & æternatura ſupplicia æternum ſubeo! ô quam procliue & facile erat hæc vitaſſe ſupplicia; ô humanam amentiam, mentita ſpes me fefellit: en perpetuò morior, ſed fugit optata mors. Sic in rabiem acti ferali impatientia tanquam Furiis exagitantur ad augmenta pœnæ. Matthæi 8. verſ. 12. *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Quæ verba ſic expendit Rabanus: *Stridor dentium prodit indignitatis affectum, eo quòd ſerò vnumquemque pœniteat, ſerò ſibi iraſcatur, quòd tam pertinaci improbitate deliquit.* Heu tumultuariam, & inſanam rabiem, qua laniabantur ſontium mentes! Dein cùm indubiè noſcant æternitatem ſupplicij, inde etiam acerbiſſimè angi neceſſe eſt, non modò pœna, qua tunc dirè cruciantur; ſed anticipato

105. Caiet. Emiſſen. *Damnatum præſentis ſe tura tormenta.* Matth. Raban.

ſenſu

Euſeb. homil. 1. ad Monach os

ſenſu perennaturi ſupplicij, timoris vi præmaturè crucientur. Præclarè id loquitur Euſebius. *Si verò inquit, totam naturam occupauit pariter & inualuit exceſſus capitalium ſcelerum, quia non recipit cauſa remedium, carebit fine ſupplicium. Occidente itaque pœnâ, & viuificante ſententiâ ſtabit ſeculis materia reparabilis, & nunquam ad metam malorum termino fugiente perueniret:* (attente ad verba, quæ ſubiicit,) *Et dum ſibi nullam ſpem promittere poterit vel poſt immenſa tempora, iam etiam in præſenti ſentientur conſequentium tormenta ſeculorum: ac ſi dolorem mortis conſcientia impoſita immortalitas augebit.* Quid inclementius? Vide Dei hoſtem non ſolùm affligi præſentis tormenti impatientiâ, ſed veluti præſenſu per totam æternitatem futuri ſupplicij, quod valde exaggerat damnatorum immania cruciamenta. O fuge, quiſquis ſapis, has ignium minas.

106\. Pacianus ita loquitur de infernorum incendiis: *Si de cruciatu exomologeſis retractatis, gehennam recordamini, quam vobis exomologeſis extinguet. Vim eius & de præſentibus æſtimate, cuius fumariola quædam maximos montes ſubterraneos ignes decoquunt; æſtuat indefeſſis flammarum globis Ethna, & Lipariniculus, & Veſuuius Campanus: & quò nobis iudicij perpetuitatem probent, diſſiliunt, deuorantur, nec vllis tamen ſeculis finiuntur.* Nempe cenſuerant antiqui ſcriptores Ethnæ, & Veſuuij arcanas fornaces *fumariola* eſſe gehennalis incendij, & de quadã inferorum vicinia infeſtari terræ regiones. Tam latè gehennalia incendia propagari credebant, vt nullibi terrarum foret incolumitas ab inferorum flammis, ſed vbique metus & pauor. Vnde exiſtimauit S. Chryſoſt. extra hunc mundum infernum ſitum eſſe, ne vel ex remotiſſimo loco homines horrore infeſtaret. Lucæ 16. v. 22. de Diuite illo epulone dicitur: *Et ſepultus eſt in inferno.* Ad quæ verba ſic inibi ſcribit S. Chryſoſt. *Sicut Regum carceres extra manent ſic & extra mundum foris alicubi eſt infernus. vnde & exteriores tenebræ dictæ ſunt, & Princeps huius mundi eiicietur foras.* Nec ſatis tutum ſe putabat Chryſoſt. Chryſoſtomum, inquã, ad omnem ſanctitatem factus homo, etiam cum ſanctiſſimè viuebat, ab inferorũ igne, niſi extra mundũ collocaretur illa gehẽnalis & dira fornax; quæ etiam è centro terræ, vbi profundè iacet, ſæpe ignium globos videtur in terras iaculari, ad mortalium pauorem.

Pacianus de Pœnit. & Confeſſ. Terra non eſt ſatis tuta à flammis.

Lucæ. Chryſoſt.

107\. Iob 26. v. 6. *Nudus eſt infernus coram illo,* (Deo inquam) *& nudum eſt operimentum perditioni.* S. Thomas ſic præfata verba commentatur ibidẽ: *Quaſi dicat, ea quæ in inferno aguntur, conſpicua ſunt coram oculis eius, & ſecundum eius iudiciũ aguntur.* Adeóne peracerbæ ſunt damnatorum pœnæ vt pœſi dubium foret, an earum eſſet conſcius piiſſimus Deus, & eius conſultiſſimo iudicio decretæ forent, neceſſariũ duxerit Iob de eã re homines facere certiores? Fortè enim quiſpiã tantæ acerbitatis inſanus expenſor, furorem, & crudelitatẽ putaret, quod vera & mera iuſtitia Dei eſt. Verumenim verò etſi æquiſſimo Dei iudicio tanta damnatorum pœna decreta ſit, & nullatenus eius lateat perſpicaciam, tamen vt veluti blandiatur ſuæ miſericordiæ, dãnatorũ pœnam quodammodò neſcire dicitur (ſic eſt dura, & acerba,) vt veluti euitet inuidiam ſeuerioris ſupplicij, Matth. 25. v. 41. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & angelis eius.* Ac ſi dicat Deus: Non hominibus, ſed dæmonibus extruxi hoc horrendum ergaſtulum, & inflammaui infernalem pyram. Ita S. Chryſoſt. Theophyl. & Euthymius: *Parce como que ſi ſale Dios affuera del rigor de tam inſuffribile ſupplicio.* Nimirum, gehennam Diabolis deſtinauit, cælum hominibus; homines verò nequitiæ impia pertinaciã ſeſe immergunt pœnarum abyſſo, & inferni barathro; Ipſi viderint. Vnde damnatiſſimis Virginibus diſertè dixit: *Neſcio vos,* Matth. 25. v. 12. Quomodo poteſt Dei omniſcientiam quicquam latere? Neſcit Dei pietas damnatorũ pœnas, quas bene noſcit Iuſtitiæ rigor? Verùm dum clauduntur damnati ferreis inferni repagulis, arcanioti ſenſu Deus dicitur eos neſcire. Subtiliter id docet Emiſſen. *Ideò autem Propheta dixit: Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum, quia cùm ſuſceperit reos, claudetur ſurſùm, & aperietur deorſùm, dilatabitur in profundum; nullum ſpiramen, nullus liber anhelitus, clauſtris deſuper vrgentibus, relinquentur. Detrudentur illuc vbi dicentes rerum naturæ* (nota ſequentia verba:) *vltra neſcientur à Deo, qui Deum ſcire noluerunt; morituri vita, morti ſine fine victuri.* Damnatos enim Dei miſericordia vltrà neſciet, ſciet palàm diuina iuſtitia, & medullitus viſitabit voraciſſimo incendio.

Iob. S. Thom. Deus dicitur neſcire damnatos.

Matth.

Chryſoſt.

Theoph. Euthym.

Matth.

Emiſſenus. homil. 5. de Epiphania.

108\. Etſi reprobi *Tenebris ſigillati ſint*, vt ait ſanctus Cyprian. & Regius vates, Pſal. 48. v. 20. *Terram tenebroſam, & opertam mortis caligine*, inferos appellet; tamen ſanctus Gregorius cenſet aliquid lucis; etſi malignæ, eſſe in inferno, non ad aliquale ſolatiolum, ſed ad incrementum ſupplicij, videlicet vt reprobi videant ſuos olim flagitiorum complices; & quos videndo amauerant, & amando deliquerant, eoſdem nunc viuendo oderint, & odiendo excrucientur. Illos enim vident, vt de eorum pœnis incrementum ad ſuarum pœnarum augmentũ. Vt ita non tantùm propriis, ſed aliorum etiam calamitatibus quodammodò infelicitentur. Euſebius ita fatur: *Damnatorum corpora vitæ gaudiis cauta, & ſolis mortis doloribus conſecrata.* Quid eſt *corpora doloribus conſecrata?* Vulgare eſt ex vtraque eruditione, hominem, ſeu hircum, factum dici, in quem diris exſecrationibus conciciebãt totius populi peccata, ad omnium expiationẽ. Ergo damnatorum *corpora doloribus conſecrata* cenſet, quæ nõ tantùm ferunt ſuos dolores, ſed etiam de reliquorum ſuppliciis participant, vt reprobi calamitas etiam integretur ex aliorum calamitatibus. Quid ærumnoſius, quàm eſſe miſerum, non modò propria calamitate, ſed etiam reliquorum miſeria?

Cyprian. ſerm. de Aſcenſione Domini. Gregor. l. 9. Moral. c. 33. *Damnati aliorum calamitate crucientur.*

Euſebius. homil. 2. de Symbolo.

109\. Et quaſi parum foret reprobum aliorum etiam cruciatibus torqueri, addere licet, gloriis etiam Beatorum infelicitari, & eorum beatitudine miſeriores fieri. Dubitant ſubtiliores interpretum, ad Matth. c. 25. v. 34. & 41. quare in die iudicij Chriſtus Deus futurus omnium iudex, prius ſibi adſciſcat prædeſtinatos ad gloriam, aiens: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum;* poſtea dicturus ſit reprobis ſeueriſſimam ſuam ſententiam: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Nonne præſtaret prius detrudere impios in Tartarorum carcerẽ, dein vocare iuſtos ad cæli glorias? ſic enim & rerum omnium, & diuini iudicij exitus terminaretur ſuaui & nobili miſericordiæ elogio, non infauſti rigoris exercitio. Poſtremiſſimum piiſſimi Saluatoris verbum, ſeueriorem iuſtitiam, & tot damnatorum carnificem exercebit, & non potiùs melleum glorioſæ miſericordiæ fauorem; Ita planè videretur pietas exigere, niſi ſeuerior Dei iuſtitia vellet, impios quoque punire felicitate Beatorum. Vnde prius illi gloriã donantur, vt damnati Beatorum etiam gloria

Matthæi. *Damnati torquentur gloria beatorum.*

tor

torqueantur. Quod pulchrè meditatur, & eleganter eloquitur Emissenus his verbis: *Omnes ergo*, inquit, *resurrecturi sunt boni, & mali. Iusti, vt percipiant quæ meruerunt, iniusti, vt videant quæ perdiderunt, reportaturi secum primam pœnam alienæ beatitudinis conscientiam.* Heu millies miseros, qui non modò suâ, & aliorum gehennâ excruciantur; sed etiam Beatorum gloriis torquentur.

Emissen. homil. 2. in Symbolum.

110. Ergo descendamus in infernum viuentes, ne descendamus morientes: ex omni oratione meditemur voracitatem perennaturæ flammæ, immortalem vermem, tabidam desperationem: audiamus attentè Damnatorũ miseras voces, quæ in S. Augustini ore resonant ad nostram eruditionem. Sic loquitur Augustinus in quodam sermone ad Heremitas: *Miseri præ nimia doloris amaritudine amarissimè flentes, & præ angustia spiritus gementes dicent in inferno: Quid profuit nobis superbia nostra, diuitiæ, honores, dignitates, luxuria, gulositas, & omnes delectationes carnales quid profuerunt nobis? Ecce omnia transierunt quasi somnia; quasi fumus & vmbra, & quasi non fuerint, & nos cruciatibus deputati sumus, & suppliciis æternis. In inferno nulla est redemptio, quoniam ibi gemitus sunt, & suspiria, non est qui misereatur. Ibi est dolor, & planctus, & clamor, & non est qui audiat.* Heu viua damnatorum cadauera tot pœnarum cruciamentis æternùm consecrata!

August.

§. XIX.

Commentarius literæ.

Vers. 22. *Et factum est post hæc, omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta & vota, & promissiones suas.*

111. Postquam Iudith festo plausu cantauit Domino epinicium, pro illustri victoriâ à sæuissimo hoste gloriose parta; dein *omnis populus*, id est multus, nempe proceres, & bellatores, & non exigua pars vulgi, cum Iuditha venerunt Ierosolymam, Deum adoraturi. Nam tametsi vbiuis possit adorari Deus; at victimis, & sacrificiis, nisi in templo Ierosolymitano adorari non poterat à Iudæis. Mox purificatus est populus ob cædes factas, etsi bello iusto, & cadauerum contactus, iuxta præscriptum in lib. Numer. c. 19. v. 11. & c. 31. v. 24. vt ritè posset templum ingredi, & legitimè offerre sacrificia. Tunc *holocausta* obtulerunt Domino, & *vota*, quæ spontè quisque promisit, vt à funesto periculo liberaretur Deo auxiliante. Nempe obtulerunt etiam spolia, pretiosas vestes, vasa aurea, & argentea, &c. Simile quid legimus Num. 31. Opportunè obseruat Sanctius tunc adductum fuisse Ierosolymam Holofernis caput, vt effusior esset populorum lætitia, & augustior triumphi gloria. Denique vt impleretur, quod Iuditha prædixerat c. 11. v. 15. Holofernem ingressurũ esse Ierosolymã, neque vno cane oblatrante, & inuenturum populum sine ordine effusum, sicut oues absque pastore. Verè quidẽ id accidit, sed longè aliter ac ipse incautus existimauit.

Numer.

Caput Holofernis ducitur in Ierusalem.

Numer. Sanctius.

Iudith.

Vers. 23. *Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis quæ dedit populus illi, & conopæum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius obtulit in anathema obliuionis.* Persæpè Iuditha Deo adscribit tantæ victoriæ gloriã, illúmque agnoscit, & proclamat auctorem inopinatæ felicitatis. Vnde pretiosissima quæque spolia, nimirùm vasa bellica, quæ fuerant Holofernis, summo Deo destinat, & consecrat. Nominatim recensetur *conopæum* illud, quod suis ipsa manibus ab hoste sustulerat. Hoc *conopæum* (de quo plura suprà) *obtulit in anathema obliuionis.* Quæ verba difficilem habent explicationem. Nam eiusmodi dono potiùs arcetur, quã inducitur obliuio. Græcus textus tantùm habet, *in anathema Deo dedit*, quæ verba facilem & expeditum habent sensum. Sed cùm omnes Latinæ exscriptiones constanter habeant *anathema obliuionis*, necesse est extricare huius sententiæ nodum. Lyran. censet, Iuditham obtulisse Domino eiusmodi spolia *in anathema obliuionis*; scilicet *Sacerdotibus, vt de cætero nullus vteretur eis, sed seruaretur in loco cultus diuini ad memoriam beneficij diuini.* At hæc expositio plus eget cõmentatio, quàm ipse textus. Secunda expositio est Emanuelis Sà, Sanctij, & Saliani existimantium *obliuionem* vocari prosperum successum qui solet maiorum obliuionem inducere. Quò pertinet illud Iosephi Patriarchæ, Gen. 41. v. 51. qui postquam è tot calamitatibus emersi, primogenitum suum appellauit Manassem, dicens: *obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei.* Plura eiusmodi exempla congerit eruditè Sanct. n. 27. iuxta hanc expositionem, *anathema obliuionis*, erit pretiosum donum è templo suspendendum, quo præteriti periculi memoria, non affligat memores; sed quotidie renouet recordatione victoriæ, & lætitiæ causam. Tertia expositio est Serar. quam sequuntur Tirin. & etiam Salian. *anathema obliuionis*, esse donum illud Deo consecratum, quod Hebræam gentem ab obliuione vindicet. Sic dicitur medicina morbi, non quæ morbũ affert, sed quæ morbum pellit: dicetur ergo *anathema obliuionis*, quod obliuionem expellit. 112.

Iudith conopæum Deo offert.

Græcus. *Quid sit anathema obliuionis.*

Lyran.

Sa. Sanct. Salian. Genes.

Sanctius.

Serar. Tirinus. Salian.

Pro expeditori huius loci intelligentia notandum est discrimen inter ἀνάθημα *anathima*, & ἀνάθεμα *anathema* per ε in penultima, non per η: quod *anathema* scriptum per η significat donum aliquod pretiosum, quod suspendi solet è templo, illudque exornat, illiusque sanctitatem indicat. *Anathema* verò per ε significat aliquid execrabile. Vnde abiectissimi & execrandi homines, qui ad vrbium lustrationem Diis Manibus, aut inferis mactabantur, *anathema* solent appellari. & hoc sensu (vt quidam interpretantur) dixit Paulus ad Rom. 9. v. 3. *Optabam ego ipse anathema esse à Christo à fratribus meis.* Ergo præfatę interpretationes anathema accipiunt pro donario pretioso. In qua significatione acceptum, à secunda interpretatione nõ incommodè, nec violenter admodum explicatur. Verùm nescio quid vetat, vt *anathema* hic vsurpetur pro re aliqua execrabili, & sic sensus euadit expeditus. Scilicet Iuditha obtulit Holofernis conopæum, quod ante omnium oculos suspendendum erat in templo, *in anathema obliuionis*, hoc est, ad arcendam & exterminandam è Iudæorum animis tanti beneficij obliuionem. Hanc interpretationem innuunt Dionys. Richel. Neque obest quòd in Græcis exemplaribus scribatur ἀνάθημα *anáthema* per η, atque adeò donũ significet, quod templum adornat. Porrò cùm Græca exscriptio (vt notauimus persæpè,) valde discrepet à Latina seu vulgata editione, non adeò magni facienda est, vt quia interpretatio illi non consentit, ideò etsi germana 113.

Ad Rom.

Dyonis.

Digitized by Google

germana reiicienda ſit. Et quidem ſi tanti ducendum eſt Græcum textum, quem non ſemel adulterij arguimus, non eſſet legendum *in anathema obliuionis*, quod nunc nobis negotiū faceſſit, ſed *in anathema*, quod difficultate caret. Itaque cùm nobis non conſtet, quodnā Chaldaicū verbum ſcriptum ſit pro quo S. Hieron. vertit *anathema*, nil officit, vt illud accipiamus in cōmodiori ſignificatione.

Hieron.

114. Vers. 14. *Quid ſit lætari ſecundū faciem ſanctorum.*

Erat autem populus iucundus ſecundum faciem ſanctorum, & per tres menſes gaudium huius victoriæ celebratum eſt cum Iudith. Trimeſtri ſpatio celebratum eſt huius victoriæ gaudium, *ſecundum faciem ſanctorum*, Id eſt, pia & ſancta lætitia, non, vt ſolent Gentiles, comeſſationibus profanis; & laſciuis choreis, & truculentis gladiorū ſpectaculis; ſed fundendo preces, cantando hymnos, mactando victimas, & ſpirituali quadam lætitia, quæ è ſecreto cordis in faciem erumpebat. Ita Carthuſ. & Serarius, quæ expoſitio accommodatior videtur, quàm alia quæ placuit Vatablo, Emanueli Sa, Salian. & Tirino, nec diſplicuit Serario. *Secundum faciem ſanctorum*, id eſt, lætati ſunt ante ipſum templum, vbi ſacrificia offerebantur Deo. Quāto cum luxu, & ludorum profanitate ſoliti ſint Gentiles victorias celebrare, vberrim tradit vtraque eruditio: obuia & parabilis vel imperito.

Carthuſ. Serarius. Vatablus. Sa. Salian. Tirinus. Serarius.

Vers. 15. *Poſt dies autem illos vnuſquiſque rediit in domū ſuam, & Iudith magna facta eſt in Bethulia, & preclarior erat vniuerſæ terræ Iſrael.*

Vers. 16. *Erat enim virtuti caſtitas adiuncta: ita vt non cognoſceret virum omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo defunctus eſt Manaſſes vir eius.*

Trimeſtre illud ſpatiū occupauit pia lætitia; quo exacto rediit quiſque in domum ſuā, & Iudith in Bethuliam vbi eā fulgebat gloria apud omnes, quę decebat illuſtriſſimam Heroidē, & quam tanti facinoris merito iure mercata eſt. Ad alia merita, quæ cap. 8. recenſentur, hic aggregatur Caſtitati amor, à quo ſtimulata, etſi viduata liberis, nō ambiuit ſecundas nuptias, & proculdubio oblatas pertinaciter repudiauit. Quis procerū Iſraelitarum non expeteret cōnubia Iudithæ venuſtiſſimæ, opulentiſſimæ, nobiliſſimæ, & quam Holofernianæ cædis illuſtre facinus nimis auxit ad gloriam?

Iudith.

Vers. 17. 115. *Erat autem diebus feſtis procedens cum magna gloria.* Rediit Bethuliam Iuditha, & auſterum illud vitæ inſtitutum, quod habuit c. 8. à v. 4. obſeruauit vſque ad vitæ finem. Quo proceſſerit cum tanta gloria, perſpicuè inſinuatur, cùm dicitur, *diebus feſtis*. Nempe in tribus anni ſolennitatibus procedebat ad templum Ieroſolymitanum, vt opinatur Serarius, & Sanctius: quod & alias pias feminas feciſſe legimus, vt Anna 1. Reg. 1. & Deipara Lucæ 2. An verò feminæ Hebrææ tenerentur adire Ieroſolymam in his tribus feſtis, multis nuper tradidimus, interpretantes c. Luc. 2. interim legi poteſt Toletus in c. 7. Ioannis, Annot. 2. Putarem etiam ſingulis annis adire ſolitam in templum ad celebrandum feſtum, quod in memoriā cæſi Holofernis inſtitutum eſt, & ab ipſa Iuditha nomen accepit, & feſtum Iuditha appellabatur. De quo ſtatim. Quæ hæc tam *magna gloria*, qua Iuditha diebus feſtis procedebat? Planè non erat ambitioſum famulorum ſeruitium, & ſuperbus ſupellectilium apparatus, ſed feſta laudatio, & plauſus populi, & cantici glorioſa repetitio, quæ ingeminabat Iuditha, & victoriæ gloriam.

Serar. Sanct. 1 Reg. Luc.

Tolet.

Vers. 18. *Manſit autem in domo viri ſui annis centum quinque, & dimiſit Abram ſuam liberam: & defuncta eſt, ac ſepulta cum viro ſuo in Bethulia.*

Vers. 19. 116. *Luxitque illam omnis populus diebus ſeptem.* De Iudithæ ætate aliqualis quæſtiuncula eſt. Suidas putat centum quinquaginta annos vixiſſe. Vnde hauſerit hunc annorū numerum, ignoratur. Fortè mendum fuit librariorum, & pro ρε ſcripſerunt ρν. Alij apud Serarium qu. 1. putant vixiſſe centum viginti quinque. Fundamentum eorum eſt, quòd cùm hic dicatur, vixiſſe in domo viri ſui centum quinque annis, ſuperaddunt viginti, quam ætatem agere exiſtimant, cùm nupſit Manaſſæ. Veroſimilius eſt, vixiſſe centum quinque annis. Ita Athanaſius in Synopſi, Sulpitius in hiſtoria, Zonaras 1. tom. Annal. Carthuſian. Sà, Serarius, Sanctius, Tirinus hic, Textus Græcus, ſic habet: *Conſenuit in domo viri ſui annos centum quinque.* Id eſt totidem annis vixit. Dicitur autem centum quinque annis vixiſſe in domo viri ſui, quia cum ageret centeſimum quintum mortua eſt in domo viri ſui. Nā, vt docuimus ad c. 5. v. 9. huius hiſtoriæ, in computationibus annorum ſæpe numeratur extremum temporis, quo aliquid completū eſt, in quo priora etiam tempora continentur, quod ex Auguſtino, & Caietano additis etiam ſcripturæ locis, probat Sanctius ad præfatum c. 5. v. 9.

Suidas. Serar. *Anni vitæ Iudith.* Sulpitius. Zonaras. Carthuſ. Sà. Serarius. Sanct. Tirinus. Græcus. Auguſt. Caietan. Sanct.

Hic dicitur dimiſiſſe Abram ſuam liberam. Fortè auaritiæ, & illiberalitatis argui poſſet Iuditha, quòd vſque ad finem vitæ ſuæ non manumiſerit ancillam, quæ tam fidelem & periculoſam exhibuit illi operam in transfugio ad caſtra Holofernis, & in ipſius cæde perpetranda. Quid ſi ſtatim Abra libertate donata eſt, & ſpoliis Aſſyriorum pro merito aucta: ſed noluit diſcedere è Dominę ſuæ latere, quouſque mors ab hera ſua eam diſiunxit? Et tunc dicitur Iudith *dimiſiſſe Abram ſuam liberam*, quia ancilla olim libertate donata, poſt ipſius mortem è Dominæ ſuæ domo diſceſſit, & tunc quaſi dimiſſa eſt. Hæc coniectura fors alicui videbitur non improbabilis. Sed animus non eſt diſcedere ab omnium ſententia, quæ aſſerit in morte manumiſſam fuiſſe Abram, etſi olim ſpoliis Aſſyriorum pro merito locupletata fuerit. Additur Iuditham eodem tumulo cum viro ſuo conditam. Manaſſes autem vir eius, vt dicitur c. 8. v. 3. in textu Græco, ſepultus eſt *in agro, qui eſt inter Dothaim, & Balamon*. Et quia hic ager erat Bethuliæ, ideò dicitur ſepultus in Bethulia, non in vrbe, ſed in vicino agro; vbi extructum erat ſepulchrū progenitorum Manaſſes. Et tandem ſeptem dierū ſolenni luctu Bethulienſes proſecuti ſunt Iuditham parentalibus ſacris, iuxta illud Eccli. 22. v. 13. *Luctus mortui ſeptem dies.*

Serò videtur manumiſiſſe Abram. Iudith. Eccl.

Vers. 30. *In omni ſpatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Iſraël, & poſt mortem eius annis multis.*

117. Ex his verbis ſuprà probauimus ad cap. 1. v. 1. hanc Iudithæ hiſtoriam contigiſſe poſt captiuitatem Babylonicam. Itaque poſt hanc Aſſyriorum ſtragem à bellis reſpirauit Hebræa gens, & altâ pace diu quieuit toto tempore, quo durauit Perſarum monarchia, & ſtetit Græcorum Imperium, vſque ad Anthiochum, qui bella mouit aduerſus Hebræos, de quo latè in lib. Machabæorum. Illi verò anni fuerunt ferme ducenti: hoc enim annorum ſpatium interceſſit inter Artexerxem, ſeu Nabuchodonoſorem, & Anthiocum. Super qua re conſuli poſſunt Chronologi, ſatis ſit ad noſtrum inſtitutum plures fluxiſſe annos, in quibus pacis proſperitate diu quieuit à prælijs Hebræa gens. Nec ſic cogimur ad anguſtias, quas patitur opinio Serarij, Bellarmini, & Saliani: de quo vel ad lectoris notitiam ad prædictum c. 1. v. 5.

Pax poſt Iudithæ obitum. Serarius. Bellarm. Salianus.

Dies

VERS. 31. *Dies autem victoria huius festiuitatis, ab Hebrais in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudeis ex illo tempore vsque in præsentem diem.*

Pius fuit Hebræorum mos in recordationem insignis beneficij à Deo accepti, solemne festum instituere ad gratiarum actionem. (Dies festus Iudith.) Sic libertas sub Assuero Rege per Mardochæũ, celebratur Esther 9. v. 28. & victoria parta de Nicanore 1. Machab. 7. v. 49. & Encænia seu restauratio templi & altaris vt antiquiora alia festa omittam. (Esther. 1. Machab.) De quibus latè agit Tolet. in c. 7. Ioannis, Annot. 2. (Tolet.) Ergo in memoriam tantæ victoriæ, Iudithæ festum institutum est ab Hebræis ex decreto Pontificis, & Ierosolymitani Senatus. Verum etsi hoc Iudithæ festum non inueniatur in Hebræorum Kalendar. neque in textu Græco vlla fiat mentio eiusmodi solennitatis, nil officit veritati huius historiæ; nam tractu temporis, & interueniente consensu Sacri Senatus, potuit hoc festum excidere, sicut potuit à Pōtifice institui. Sic videmus sæpe aliqua festa ab Ecclesia Catholica institui, & omitti alia, quæ priscis temporibus celebrabātur. De hac Ecclesiastica eruditione legi potest Serarius hic qu. 9. (Serarius.) Porrò sacer historiographus tantùm asserit, vsque ad illam diem, in qua scripsit historiã, celebrari; neque affirmat in perpetuum institutam esse eiusmodi celebritatem, aut non posse excidere, sicut & aliæ exciderunt. Huius festi meminerunt præter commentatores libri Iudith. S. Thom. 1. Machab. 10. Et Æthiopica Ecclesia in festorum catologo diem Iudith numerat. (S. Thom. Comestor.) Historia Scholastica & Carthus. (Carthus.) affirmant hæc Iudithæ festa *Cambyssa vocata*, vtpote instituta in confessionem Cambysis Regis. Sed vnde id hauserint, ignoratur. (Serarius.) Serarius irridet hoc nomen huius festi, & simile figmento putat. At suprà diu multùmque sudatum est, vt probetur non sub Cambysa, sed sub Artaxerxe hanc historiam accidisse. De hoc Iudithæ festo legi potest Toletus nuper allegatus, qui illud inter cæteras Hebrçorum solennitates recenset, & explicat. (Toletus.)

---

§. XXII.

Generosè quis implet, quod liberaliter promisit.

118. SIc promittamus beneficium, quemadmodum cupimus nobis promitti: sic demus *quomodo vellemus accipere*, ait Seneca. (Seneca. lib. 1. de benefic. c. 1.) Rem liberaliter promissam gratanter quis inter sua computat; sic honorans fidem promittentis, præmãturè gratus, dum generosè sperat quasi citò accepturus. Porrò ingratum est beneficiũ, quod diu inter manus promittentis hæsit: probrosum autem promittenti, & accepturo, quod cunctatione fallit accepturi spē, & promittentis fidem. Negante peior est, qui promissa non complet, quia ille illiberalis est, hic perfidus. Sæpius negat qui non diu dat; præstaret negasse semel. Sunt qui plura promittãt ambitione liberalitatis, quam magis infuscant, & inuitiant auaritia non implendi. *Ageres præclaras, nihil magnificè interim promittens*, sententiosè aiebat Pythagoras apud Stobæum in serm. de de virtute. (Stobæus.) Sit ergo magnifica promissio; non sola verborum inanitas, & aucupium gloriæ, sed auspicium rei promissæ faciendę: neque enim gloriosum est generosè promittere, sed exactè implere promissa. *Nubes, & ventus, & pluuia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non implens.* Prouerb. 25. v. 14. (Prouerb. Vatabl.) Vatablus: *Qui magnificè pollicetur, sed præstando fallit.* Nam liberalis & munifica promissio ab impletione munificentiam mutuatur: quia vel sordibus, & auarus animus solet esse ad promittendum magnificus prodiga liberalitate, quippe quā non retardat implēdæ promissionis auara difficultas. Hinc generosâ fulget gloria, non qui promissa inaniter loquitur, sed qui eadem liberaliter implet.

Centies in Scriptura sacra repetitur præclara Dei promissio: qua Deus crebris apparationibus pollicitus est Hebrææ genti Palæstinorum opimã regionem: *Vnde & terra promissionis* vulgò nominatur. 119. Iacobo non semel promissa est, sæpe Isaaco, Abrahamo sæpiùs. Cæterùm cùm Deus promissa non impleuerat, non satis cognitus erat ab hominibus; satis autem tunc sese publicat: cùm educens Israëlitas de Ægyptiaca seruitute, fidem suã liberat illos munerans terra promissionis. Exod. 6. v. 3. (Exod.) Dixit Dominus ad Moysem: Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni, per manum enim fortem dimittet Israëlem, & in manu robusta eiiciet illos de terra sua, vt possideant terram promissionis. Et sic adhuc fatur Deus: *Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente & nomem Adonai non indicaui eis. Pepigique fœdus tum eis, vt darem eis terram Chanaan.* Scilicet Deus cùm multa pollicens, apparebat Abrahamo, Isaaco, & Iacobo, dicitur illis *apparuisse in Deo omnipotente.* Maius nunc intentat elogiũ. Neque enim valde magnum est, apparere omnipotentem Deũ promitti. (Ouid. Inst. lib.) Quiuis enim omnipotens est ad promittendũ. *Pollicitis diues quilibet esse potest*, cecinit ille quicunque. (Dei nomen est, quia promissa implet.) At cùm promittebam (inquit Deus) *nomen meum Adonai non indicaui eis*, sed Moysi, modò nunc primò ostenditur, & publicatur, cùm promissionem adimpleo meam. Multa mouent commentatores, vt expediant, quare hoc nomen nulli Patriarchum sit reuelatum vsque ad Moysem. Et quidem in confesso est apud interpretes, magnum Dei nomen Tetragrammaton, quod soli Pontifici summo, in benedictionibus, quæ fiebant in templo, licebat vsurpare, hic reuelatum Moysi, quod יהוה *Iehouah* dicitur, & cuius loco hic accipitur nomen *Adonai*, quod *Dominum*, vel *Iudicem* significat, *Iehouah* autem essentiam, seu Dei quidditatem (vt vocant) importat. (Exod.) Quod explicuit Deus suprà c. 3. v. 14. aiens ipsi Moysi: *Ego sum qui sum.* Hoc autem nomen significat diuinam essentiam putam, quantùm cognoscibilis est à mortalibus oculis. 120. Audi ergo elegantem rationem, quare Deus priscis Patriarchis non indicauerit magnum nomen *Iehouah*, sed tantùm alia sui nomina minus arcana, nec summam summi Dei perfectionem indicantia. Lyranus nobilis Bibliorum interpres, (Lyran. Rabbi. Salomon.) Hebræorum sanioribus scholis instructus, ita fatur super hac re ex mente Rabbi Salomonis: *Hoc nomen Iehouah significat veritatem diuinæ naturæ: ad veritatem autem pertinet impletio dicti sui vel promissi. Ideò dicitur hic: Nomē meum magnum, scilicet tetragrammaton, quod veritatem importat, non indicaui eis, quia in diebus eorum non impleui promissum, quod eis feci de terra Chanaan ab eis possidenda: quia non habitauerunt in ea, nisi tanquam peregrini. Sed nunc ad hoc te misi, vt impleam illud promissum, & sic ostendam me esse veracem in promissis implendis. Et littera sequens huic expositioni concordat, quæ facit mentionem de dicto promisso, & de eductione populi Israel de Ægypto, & introductione ipsius in terram Patribus promissam: vt patet litterã intuenti.* Præclarè quidem, etsi prolixè. Porrò hoc est

Digitized by Google

eſt ſummum Dei elogium, quod ſuam eſſentiã magnificam magnificè explicat, nempe implere promiſſa. Dum enim promittit largiùs, vulgatè omnipotentiam oſtentat; homo enim ad promittendum etiam omnipotens eſt: (cætera Dei nomina, diuina attributa imponãt.) At tunc, tunc quidem diuiniorem ſuam eſſentiam oſtendit, & oſtentat, cùm promiſſionem adimplet. Tunc maximè ſe probat Deũ, & ſummam ſuæ eſſentiæ perfectionem publicat, & generoſiorem exhibet, non cùm omnipotenter promittit, ſed cùm munificè implet promiſſa. Vis noſſe quis ſit Deus, eius eſſentiæ & quidditatis perfectionem? *Deus eſt qui promiſſa adimplet.* Hæc auguſtior Dei laus eſt apud homines: hinc vult vt homo metiatur ſummum ſuæ inuiſibilis eſſentiæ elogium, & epitomem omnium perfectionum. Quid illuſtrius?

131. Geneſeos 8. v. 21. Egreditur Noë ex arca, & obtulit Deo gratum ſacrificium. *Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait: Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines.* Vbi interpres vulgatus habet: *Et ait*, quæ verba promiſſionem diuinam continent, aſcribunt LXX. Interpret. *Et ait Dominus Deus recogitans.* Id eſt, quaſi poſt multam cogitationem deliberans. Hebraicè ſic legitur: *Et dixit Deus ad cor ſuũ.* Quaſi quod Deus Noëmo promittit, non tam homini, quàm ſibi polliceri dicatur, vt promiſſio Dei, & ad Deũ ipſum facta, ſanctior, magiſque firma, & inconcuſſa videatur, ſiquidem Deus ipſi Deo veluti fidem ſuam obligat, vt nefas quaſi magis profanum eſſet non ſtare promiſſis. Pſal. 88. v. 34. ſpondet Deus Dauidi regnum Iuda æternaturum in ſobole, & ita fatur: *Neque profanabo teſtamentum meum* (hoc eſt pactum, ſeu promiſſionem) *& quæ procedunt per labia mea non faciam irrita.* τὸ *profanare*, vinculis rem exprimit, importat enim irreligionem quandam, & impietatem aduerſus Deũ: Strabus inibi: *Profana eſſet promiſſio, ſi eſſet inexpleta.* Nempe ita ſe Deus ſponſionibus factis Noëmo & Dauidi (idem puta de cæteris hominibus) ſe adſtringit & obligat, vt non tam homini, quam ſibi ipſi id promiſiſſe videatur. *Et dixit Deus ad cor ſuum*; & quidem poſt conſultiſſimam meditationem. Vnde quod ſibi ſpondet Deus, certò implet. *Dei enim profana eſſet promiſſio, ſi eſſet inexpleta.* O quã procul à Deo profanitas abeſt! ſic etiam abeſt à non implendis promiſſis. Nam ſicut promiſſionis adimpletione auguſtiorem ſuam eſſentiam generoſè oſtentat Deus, ita ſi promiſſa non adſeruaret, ſe proderet, & ſuam eſſentiam profanaret. Valdè hoc verbum *profanare*, exprimit & exaggerat quàm æſtimet Deus ſeruare hominibus pactam fidem.

Geneſ.
Cùm Deus promittit, loquitur ad cor ſuum.
LXX.
Pſalm.
Strabus.

122. Geneſis 22. v. 4. apparet Deus Abrahamo, & mandat vt immolet ſibi chariſſimum Iſaacum ſuper vnum montium, quem illi erat deſignaturus. Annuit Abrahamus, & mane conſurgens, pergit ſtatim quò iubetur. *Et die tertio, eleuatis oculis vidit locum procul.* Benè notat Abulenſis, è conualle Mamber, vbi habitabat tunc Abraham, vſque ad montem Moria, tantùm eſſe vnius diei iter. Hinc diu ventilatum exurgit dubium, quare Abrahamus exemptioris obedientiæ typus, iter vnius diei tribus confecerit? Quid, cunctatur ſacrificium, quod ſtatim acceperat, & vltrò promiſit? Num chari pignoris amore moras prætendit impletioni voti. Fortè promiſſionis pœnitet? Lyranus exiſtimat ideò à domo tardius ſacrificare Iſaacum, vt procul, & cunctanter eundo *poſſet deliberare de facto.* Planè locus difficilior euadit à commento Lyrani. Quid enim deliberandum ſupereſt vbi Deus eſt qui iubet? Cunctationem Abrahami lego, cauſam deliberandi non video. Viderit abrahamus ne non rectè deliberet, ſi fortè prætendit moras, vt fidem non ſeruet Iſaaci immolandi. Verùm enimverò hæc cunctatio adimplendi promiſſum, deliberatione indiget, vt ait Lyranus. Neque enim Abrahamus cunctatur immolationem, vt non impleat votum, ſed ne non perpetuò impleat. Nollet enim rediuiuam offerre victimam. Subtiliter aduertit Oleaſter in cap. 34. Exodi, ideò Deum voluiſſe, vt mactarentur in ſacrificiis, non homines ſed pecora: quia homines poſt mortem iterùm viuent; ſecus pecora. Ideò, inquit pecudes deſtinauit Deus ad victimas, *vt oſtenderet pecorum occiſione pactum tamdiu duraturum, quamdiu mors illorum.* Et quemadmodum perpetua erat mors victimarum, ita & fœdus initum. Pulchrè ad rem. Nimirum cunctatur Abrahamus in via, Iſaaci mactationem, non amore filij, ſed *vt poſſet deliberare de facto.* Metuebat enim ne ſi homo foret victima, ad tempus eſſet impletio, & non perennabat in facto, ſicut perennabat in voto. Nam timebat vel Iſaaci immolationem impediendam, vt impedita fuit, vel Iſaacum ſtatim reſſuſcitandum: vel ſaltem Iſaacum vtpote hominem, tãdem cum cæteris reſſuſcitandum eſſe: & ita diuturniorem non fore victimam. Hoc apud ſe diu cogitat, ſuper hoc *deliberat*, hæc anxia ſollicitudo Abrahami eſt, non vt cunctatione non impleat votum, ſed vt perpetuò impleat: & ne impletio ſit tantùm ad tempus, ſed ad æternitatem perẽnet. Sed quocumque modo res ſit, de fidelitate Abrahæ ſic fatur S. Zeno Veron. *Abraham Dominum filio, Sacerdotem prætulit patri, nec pium ſe credidit, niſi probaſſet fidelem.* Admirare fidelitatem Abrahami, vel in mora eundi, vel in maturitate ſacrificandi, vel in difficultate deſiſtendi. Et quod mirere magis, ipſa quaſi impietas in filium verſa eſt in fidelitatem erga Deum: quia ex intentato parricidio fidelior euadit. Ac ſi vel quod videtur vitium, & impietas apparet, ſi fiat pro impletione voti, fidelitatis mereatur elogium, quia Abraham *non ſe pium credidit, niſi probaſſet fidelem.*

Abrahamus cunctatur immolationem Iſaaci, vt ſæpe victima perpetua. Abulenſis.
Lyran.
Oleaſt. in c. 34. Exod. Quare homines non immolantur Deo.
123.
Zeno Veron ſerm. 2 de Abraham.

Ergo cùm tanta ſit virtus, & gloria adimplenti nũncupata vota, certatim feſtinant Bethulienſes hic v. 22. *In Hieruſalem adorare Dominum: & mox vt purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta, & vota, & repromiſſiones ſuas.* Iudith.

§. XXIIII.

Munerum ingenium inſtar miraculi eſt ad permouendas hominum voluntates.

124. *Crede mihi res eſt ingenioſa dare.*

Dixit ille quicumque; nam munera, merita ſunt: muneribus redimuntur culpæ; & imperitus donis emit ſufficientiam, & honores. Nazianzen. *Sed pecunias eripiunt; eadem operâ pennas quoque excidunt.* Audis pecunias, & munera dici pennas, quibus velociſſimè volatur ad dignitatũ merita, & faſtigia. Vnde munera ſunt ingenium negotiandi, & merendi artificium.

Ouid.
Nazianz. Orat. 27.

Semper eris Pauper ſi pauper es Æmiliane:
Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus.

Martial. lib. 5. epigram.

Si pauper dare ſciat, diues erit, & dando, confeſtim diteſcet, nam munera pariunt munera; & diſperſio opum, ditior congregatio eſt: erogatio enim eſt congregandi ars, & quidem ingenioſa, ne dicam, miraculoſa. Cl. Mamert. *Præterea Francos ad petendam pacem cum Rege venientes, Parthoſque vobis munerum miraculis blandientem.*

Mamert. & Genethl.

Præterea etiam ego moneta dici blandimenta, & tantùm adiecto munera appellari miracula, quod expenſione digniſſimum eſt. Porrò munera præſtigiæ quædam ſunt, quæ tacitè perſuadent, quæcunque quis volet; muta eſt cultior facundia, & largitiones linguatæ ſunt, & eloquentiſſimè vocales; ſubitoque cauſæ merita mutant. *Inducebam iudicem* (ait de Chriſto Domino Baſil. Seleuc. Orat. 43) *integrum, & muneribus corrumpi neſcium, peccata donis nequaquam nundinantem*: vt ſingulare Chriſti encomium, & miraculi ad inſtar, habet Baſilius quod inueniatur homo, (ſed quia homo Deus) qui delicta non redimat muneribus, nec peccata donis *nundinetur*. O quàm vili pretio emitur delicti impunitas in his munerum nundinis? Planè miraculoſa vis ineſt donis, ad perſuadendum, ad impetrandum; animum miraculosè verſant quocumque volunt, flagitiorum reum reddunt innocentem, inſontem faciunt reum, ruſtico tribuunt merita periti, moroſum, & hebetem conſtituunt facetum, & acutum. Et, vt ſemel dicam, quot moneta ſunt in manu, tot miracula ſunt ad arbitrium: velis, & poteris; ſi muneribus armas manum, exarmabis Herculem, Socratis conſtantiam flectes, Radamanthum reddes iniuſtum, Catonem ridiculum facies. Crebra hæc miracula miraculi admirationem eripiunt, faciuntque naturale hoc miraculum. Tam miraculoſa vis eſt donis ad mercandam gratiam, vt vel ipſa miracula mutuentur fidem, & plauſum à muneribus.

Seleuc.

125. Leproſus quiſpiam ſupplex orat, & exorat ſalutem à Chriſto Deo, (locus aliàs verſatus à me ad aliud thema comprobandum huic affine:) ſtupente turbæ ad miraculi euidentiam, & plaudente omnes omnipotentiæ Saluatoris. Tunc ait illi Ieſus, Matthæi 8. v. 4. *Vade, oſtende te Sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.* Nonne palam factum eſt tam illuſtre miraculum, quare ergo ambit Chriſtus Sacerdotum teſtimonium, quaſi clanculum perpetratum foret? Imò cur pauperem leproſum cogit mandato ad munerandum Sacerdotes? Eleganter S. Chryſoſt. hic: *Vade, oſtende te Sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis. Non ſic intellige, quod Moyſes præcepit in teſtimonium illis, ſed vade tu, offer in teſtimonium illis.* Scilicet non Moyſes præcepit, vt mundatus à lepra offerat munus Sacerdoti in teſtimonium; ſed ego præcipio tibi, vt offeras Sacerdoti munus in teſtimonium. Ac ſi diceat: Etſi miraculum patratum eſt coram tanta hominum frequentia, vt oculis viderint meo attactu te mundatum a lepra, nihilominus, vt Sacerdotes credant vel rei euidentiſſimæ, tu offer munus, aliàs non credent; munere oportet mercari fidem miraculi; donum, non miraculum, redimet Sacerdotum incredulitatem: munerum miraculum miraculo fidem faciet, quod à munere mutuabit credibilitatem miraculi. Vnde, vt manifeſtum miraculum credatur, ait Chriſtus leproſo: *Vade, offer munus tuum Sacerdoti, in teſtimonium*, nempe miraculi. Nam à munerum miraculis miraculo facienda fides eſt. Et ſanè donis emitur, vt taceant Sacerdotes, nec miraculo obſtrepant; vox enim, & laus muneribus empta ſuſpecta eſt.

Munera miraculum probant.

Matth.

Chryſoſt.

126. Claudus ille, qui Actor. 3. v. 6. ſedebat ad Speciosam portam, precariò victitans, Petro, & Ioanne illac templum introeuntibus, eleemoſynam petit. Negat Petrus ſe habere pecuniam, aiens: *Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Ieſu Nazareni ſurge, & ambula.* Eſto, Petrus non habeat pecunias ſuas; at ex facultatibus, quas fideles offerebant ad pedes Apoſtolorum, Apoſtolorum Principi largiſſimè ſuppetebant ad eleemoſynas. Cur ergo tam auarus diſpenſator eſt Petrus? Quam ob cauſam negat habere, quæ vbertim poſſideri? aut auarè pecunias diſſimulat, aut inimicus eſt in pauperem, aut planè Petrus myſteria loquitur, & operatur. Eleganter Baſil. Seleuc. reddit rationem cur Petrus pecuniam neganter claudo, ita aiens: *Argentum & aurum non eſt mihi. Ea debilitas abacta, integrâ à muneribus voce iudicium exerceat. Chriſtus de quo dubitant, hæreantque Iudæi, tuis pedibus dilaudetur.* Nempe vſque eò apud homines ſuſpectum eſt teſtimonium eius, qui munus accepit, vt vel exiguus nūmus claudo dandus non ſit, ne Petrus mercari videatur claudi vocem, qua deprædicabit ſe Chriſti nomine à Petro ſanatum. Prædicent miraculum reſtitui pedes, nō voces vel eleemoſynâ emptæ. Nam etſi euidentiſſimum ſit miraculum, vtpotè patratum in templo hominum frequentiâ illuſtri; tamen vereor, ne ſalutem, quam vident oculis, exiſtiment figmentum eſſe, & mercatam claudi vocem, & corruptum teſtimonium muneris corruptelâ: nego munera claudo, ne Iudæi oculati teſtes negent miraculum. Vſque adeò enim dubiæ fidei eſt vox eius, qui muneribus ſubornatus eſt, vt oculis non credant, vt diſcredant teſtimonio donis ſubornato! Sic audere ſolet munerati vox in laudes munerantis.

Act.

Baſil. Seleuc. Orat. 21.

Hinc lux loco Ioannis perdifficili, c. 16. v. 14. Sic loquitur Chriſtus Deus de Spiritu ſancto: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* S. Auguſt. totus eſt in declarandâ voce *clarificabit*, in qua glorioſiſſimum Chriſti elogium agnoſcit. Verùm maior loci difficultas eſt, in explicando, quid eſt *de meo*, & *accipiet* de futuro? Quæ vis illius cauſalis, *quia*, dum dicitur, *ille me clarificabit, quia de meo accipiet*? Didym. lib. 2. de Spirit. S. Nazianz. Orat. de fide, *Tò de meo*, ad diuinitatem referunt, quam Spiritus ſanctus recepit à Filio; Cyrill. l. 11. in Ioan. c. 1. & Chryſoſt. hom. 77. cui ancillatur Euthym. ad voluntatem, & ſcientiam referunt, vt ſit ſenſus. Non alia annunciabit, quàm ea, quæ ego volo, & doceo. Et quidem cùm non dicat de meo accipit, ſed de meo accipiet, aliquid poſt accipiendum innuere videtur, quidquid illud ſit. Hinc præclarus loci ſenſus, & ad rem præſentem opportuniſſimus. Spiritus ſanctus (inquit Chriſtus) me illuſtriſſimum, & auguſtiſſimū prædicabit, quia de meo accepit olim, & nunc diuinitatem, & mox aliquid (quidquid illud ſit) Deo donatione dignum donatum eſt, & quod poſſit accipere Deus, accipiet. Num ea potiſſimùm ratio mouet Spiritum ſanctum ad clarificandum Chriſtum Deum magnificis laudibus? Merita Theandrica Chriſto ſunt, diuinitatis attributa inſunt Verbo; & vbi tot, tantæque ſuppetunt laudationis cauſæ, hanc vnam expreſſit, *quia de meo accipiet*? Quid? munera exaggeratiorem extorquent laudem, quàm Chriſti merita, quàm diuinitatis elogia? Abſit; ſed hanc expreſſit, quippe quæ apud homines potentiſſima eſt. Vnde ait Chriſtus, eâ me laude cumulabit Spiritus ſanctus, quæ debetur perſonæ, quæ illi, & communicauit olim, & nunc diuinitatem, & mox grande donum illi donandum erit. Nimirum Chriſtus, vt exaggeraret laudem, quam accepturus erat à Spiritu ſancto, meminit Spiritum ſanctum à ſe accepiſſe diuinitatem, imò & deinceps accepturum aliud munus opulentum, & Deo dignum. Ita patet energia cauſalis vocula: *Quia*, cum dicitur, *ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Nec contentus fuit dicere de meo *accepit*, ſed conſultè addit, *accipiet*, vt cumulatione

127.

Ioan.

Auguſt. Tract. 100. in Ioan.

Dydim. Nazianz. Cyrill. Chryſoſt. Euthym.

Laus à muneribus præclarior.

mulatione donorum, laudis etiam magnitudinem amplificet. Sic enim munera apud homines mercantur præclariores laudes, aut quidquid magnificum est.

Et maiestatem res data dantis habet,

Iudith. Dixit ille alius. Ergo sapienter Eliachimus cap. 3. v. 12. taxat ferocitatem pectoris Holofernis, qui tot tantisque muneribus sibi oblatis, nihilo mitior factus sit; sed munera vltrò accipiens munerantes populos contempserit, culpauerit, vastauerit. Quid ferocius? Quid inhumanius? Cerne oculis hic placatum Deum tot votis, tot muneribus Hebrææ gentis.

---

§. XXIV.

Cælestis Beatitudinis felicitas adeò excellit, vt præ magnitudine æmuletur humanas infelicitates.

128. Tertull. ADeò celebre est illud Tertull. *Bonorum quorundam, sicut & malorum, intolerabilis magnitudo est*, vt quod erat quondam Tertulliani, iam vulgi sit. Et quidem si hæc sententia alicubi fortè non peregrinatur, sed locum suum patrium obtinet, id maximè fit in hominum patriâ, scilicet in cælesti beatitudine. Cuius voluptas adeò insolens videtur humanæ tenuitati, vt præ magnitudinis insolentia ferè intolerabilis censeatur. Nullis cultæ eloquentiæ lenociniis adeò eius laudes exaggerari potuerunt, quàm *Intolerabilis* elogio? Vsque eò excedunt Beatitudinis deliciæ, vt Beatus quasi impos tantæ felicitatis, eam non capiat, vtpote quasi excedentem humanum captum? Beatus velut impatiens tanti boni eius magnitudinem intolerabilem censet, degrauatus tantæ felicitatis mole,
2. Corinth. 2. Corinth. 4. v. 17. *Quod in præsenti momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Locus cætera expeditus, nisi Beatitudinis gloriam appellasset Paulus *æternum pondus*. Quod subtilis
Caietan. Caietan. inibi pulchrè aduertit, inquiens: *Metaphorâ verò ponderis, coactus est Paulus, vti* ad tradendam magnitudinem cælestis gloriæ. Verùm præfata metaphora satis violenta, & coacta videtur. Nam Beatitudo est cumulatior voluptas, centrum animi, æterna hominis requies, vbi depositis huius vitæ sarcinis, & leuatis humanis ærumnis, æternùm requiescit glorioso molestiarum leuamine. Ergo Beatitas leuamen est humanorum ponderum, non pondus æternum, quod degrauet humeros Beatorum. Itaque aut ingratus est Paulus in delibatam à se Beatitudinem, aut minùs sapere videtur eam *æternum pondus* indigitans. Pondus enim attestante Iobo c. 31. v. 23. (taceo Prophetas) significat miseriarum cumulum, quem ipse patiebatur; ait enim Deum alloquens: *Pōdus eius ferre non potui.* Et tamen nihilominus asseuerat Caietan. quod ad explicandam gloriæ amplitudinem, *Metaphorâ ponderis coactus est Paulus vti.* Non omittam hic opportuna Theophylact. verba, quæ rem explicant: *Gloria*, inquit, *æterna est, & pondus habet, hoc est magnitudinem excellenter excellentem; hoc enim est, quod ait per hyperbolen, ad hyperbolen.* Id est, cælestis gloria adeò magna est, & excellenter excellens, vt graue, & æternum pondus dicatur habere per hyperbolen ad hyperbolen. Ac si dicat: Coactus est Paulus est Beatitudinis magnitudinem appellare æternum pondus per hyperbolen, qua

Beatitudo iure dicitur moles.

Iob.

129. Theoph.

pondera, & ærumnæ humanæ exaggerantur. Nam sicut homini in hac vita mortali degenti, labores graues sunt, & ærumnæ intolerabiles; & homo opprimitur earum grauitate, vel de se magna; vel humana impatientia, vel imaginatione exaggerāte eius acerbitatem. Quis enim nesciat in hac miseriarum valle amplā esse ærumnarū sphærā, felicitatis verò breuem. Nostra mala grandia sunt; aut ab imaginatione, aut ab impatientia fiunt: nullaque re aut leuissima boni admixtione temperata. At verò humana felicitas (dum viuimus) maligna est, adulterina, futilis, breuis, fallax, & à curis, & sollicitudinibus imminuta. Itaque hæc altè considerans Paulus coactus est cælestem Beatitudinem pondus æternū appellare, & grauissimum. Nam si voluptatis vocabulo gloriam cælestem declararet; cum gaudium apud mortales breuem habeat sphæram, & tam exiguum sit, vt experientiis scimus, necesse fuit, vt Apostolus ad peramplam malorum sphæram confugeret, & à magnitudine cōtrariæ infelicitatis vocabula mutuaret, vt declararet sic mundo Beatitudinis gaudia. Ac si dicat: Beatitudo verè felicitas est, plena gaudiis, plena deliciis, plena æternis voluptatibus, quę beata felicitas adeò magna est, vt esse solet apud vos intolerabilis, acerbior infelicitas: adeò hominem curis leuat Beatitudo, vt degrauare solet homines immensa ponderum moles. Bellè ad rem dixit Claud. Marius Victor. lib. 1. sacri poëmatis in Genesim, appellans Deum *Immensum mole beata.* Quasi ipsa felicior Dei beatitudo moles immensa sit, & æternum glorię pondus. Itaque Claud. Marius Victor.
Beatitudo est re ipsâ felicitas, quæ præ amplitune excedit sphæram infelicitatis, est reuera leuamen, sed quod excedit pondus molestiarum: est re quidem voluptas, sed quæ superat diuturnitatem & acerbitatem ærumnarum. Et vt vno verbo omnia abbreuiem, Beatitudo est felicitas humanæ tenuitati velut *intolerabilis*, & *æternum gloriæ pondus*: scilicet adeò grandis, vt æmuletur magnitudinem malorum, imò longè excellat.

Illud Psal. 67. v. 19. *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus.* Quod 130.
etsi secundum litteram intelligatur de Moyse, Paulus ad Ephes. 4. sic scribit, & figuratè ad Christi Ad Ephes.
Ascensionem transtulit: sed inuestigādum est, quęnam sit hæc captiuitas, quam Christus in cœlum triumphator ascendens, captiuam duxit in triumpho? Caiet. ad præfatum locum Pauli, sic scribit:
Ascendens Christus in altum, hoc est in cælum, captiuam duxit captiuitatem, pro quanto Sanctos omnes, qui captiui erant in limbo duxit in cælum, quod est tanquam de captiuitate in captiuitatem ducere. Caiet.
Euolant sancti Patres è limbi tetro carcere, & è diuturna captiuitate ad cœlum; Christi cingunt latera gloriosa, eunt ad cælestem patriam, possessuri æternam gloriam, & in captiuitatem trahi dicuntur! Ascendunt in cælum sancti Patres meritis onusti: ibi Adamus pœnitentiæ exemplar, Noëmus, Abrahamus, reliqui Patriarchæ ad miraculum sancti: Prophetæ Dei familiaritate illustres, ibat Iosephus, ibat Ioannes Baptista, & totus ille Beatorum chorus, primitias comulationis gloriæ possessuri, & captiui ducuntur in gloriam? Num Beatitudo captiuitas est; Nonne captiuitas est summa infelicitas? Nonne Beatitudo est summa felicitas? Faciliùs adducar, vt credam infelicitatem esse felicem, quàm Beatitudinem esse captiuitatem. Et tamen Christus ascendens triumphator *captiuam duxit captiuitatem*: id est, *Sanctos omnes, qui erant in limbo duxit in cælum tanquam de captiuitate in captiuitatem.*

Profundè ſanè Beatæ animæ, quæ feruntur in cælum poſituræ primitias gloriæ, dicuntur ferri in captiuitatem. Neque enim aptior erat metaphora ad exaggerandam immenſam earum gloriam, tum quia ſumma bonitas libertatem abſumit, intellectúmque, & voluntatem felici quadam neceſſitate captiuat,& Deo ligat: tum quia ſicut captiuitas eſt calamitatum maxima, & ærumnarum ſumma: ſic Beatitudo eſt libertas ſumma, & felicitatũ maxima. Nam cùm proſperitas Beatitudinis tanta ſit, quæ excedit hominum apprehenſionem, eleganter explicatur vocabulo moleſtioris, & diuturnioris miſeriæ, vt inde timeret homo eius amplitudinem. Ac ſi diceret,cæleſtis gloria eſt captiuitas quædam libera,& ſeruitus beata,& (vt ſic dicam) felicitas infelix: id eſt, felicitas voluptate, infelicitas magni nominis. Item captiua libertas, id eſt, felicitate libertas, exaggeratione libertatis, eſt captiuitas, hoc eſt, non minus libera & proſpera, quàm captiuitas ſerua, & infauſta. Eſt enim Beatitudo velut intolerabilis libertas. Ad hæc Beatitudinis liberam ſeruitutem alludere videtur Rupert. inquiens: *Abraham potuit quidem per fidem ſuam, & iuſtitiam, paterni reatus euadere pœnam ſed nullis meritis illam, quæ in primo parente exhæredatus eſt potuit redimere gloriam.* Quid eſt redimere gloriam? Beatitudinis gloria captiua eſt? Gaudent infelicitatis vocabulis, quod valdè exprimant, & exaggerent beatæ felicitatis rem, eo ſenſu, quo nuper explicui.

Rupert. lib. 1. in Ioann.

131\. Apocal. Apocalypſis 5. adſtabant quatuor illa animalia, quæ glorioſum illud triſagium, *Sanctus, Sanctus, Sanctus,* decantabant Deo. Quæ animalia quatuor eſſe Angelos principes, & optimates reliquorum, refert noſter Alcazar ibi. Verùm de his cæleſtibus ſpiritibus reliquorum optimis, & glorioſiſſimis ſubiungit Ioannes v. 8. *Et requiem non habebant die, ac nocte dicentia,* &c. Aduertiſne ſanctiſſimos, & beatiſſimos, & Deo coniunctiſſimos Angelos, dum deprædicatur eorum glorioſior beatitudo, dici, nullam habere requiem, ſed dies, ac noctes irrequietas ducere? Quod commentus eſt Rupert. dicens: *Requiem non habebant, id eſt otium non habebant.* Nunquam otium, nunquam requies illis erat? Nonne Beatitudo ſumma requies eſt, quo ergo pacto die, ac nocte neque otium, neque requiem habebant. Niſi velis requiem eſſe requiei expertem, & beatitudinem irrequietam, & improſperam felicitatem. Quod facetè irridet Tertull. inquiens: *Erit certè etiam carcer in cælo carens Sole, & vincula fortaſſe de Zonis, & eculeus axis ipſe, qui torquet: tum ſi lapidandus Chriſtianus, grandines aderunt; ſi vrendus, fulmina præ manu ſunt, ſi trucidandus, Orionis armati manus operabitur: ſi beſtiis finiendus, vrſas Septentrio emittet, Zodiacus tauros, & leones.* Ergo ſi in cælo non ſunt moleſtiarum inſtrumenta, quomodo inquit Ioannes, quòd requiem non habebant; quid illos moleſtat? Profectò rem, quam verſo, attigi. Neque enim ſatis explicuiſſet Ioannes amplitudinem gloriæ, quâ fruitur eiuſmodi quatuor principes Angeli, Deo familiariſſimi, niſi ſummam beatitudinis quietem, quæ quies, & centrum felicitatis eſt, declararet irrequieto nomine. Nam quies apud homines, in hac vita quietis expertes, exiguam felicitatem inſinuat: vnde ſumma quies inquietudinis vocabulo exprimenda eſt. Nam cùm humanæ ſollicitudines, & moleſtiæ permagnæ ſint, perpetuæ moleſtiæ nomine declaranda eſt ſublimitas beatæ quietis, vtpotè, quæ quietudinis felicitate exæquet, & ſuperet ſollicitudines irrequietas, & inſomnes, & moleſtas vigilias. Vnde de exaggeratiori beatitudine, ſeu de beatioribus Angelis dicitur à Ioanne, quòd *requiem non habebant die, ac nocte.* Quid luculentius? Iure ergo Hebræa gens tanti æſtimat ſuam materiatam Ieruſalem, quæ figura eſt cæleſtis, & beatæ Ieruſalem, vt c. 4. v. 2. vt non tam timeat à ſæuitiâ Holofernis vaſtationem Iudææ, direptionem ſuarum vrbium, libertatem, & vitam ſuam, & ſuorum, quàm, *Ne hæc faceret Ieruſalem, & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus, & templis earum.* Sit prima, & ſumma hominum cura, ſumma æternæ beatitatis felicitas: id vnicè time, ne perdas, quod vnicè diuitat, felicitat, beat beatâ felicitatis perennitate. Et hîc v. 22. Bethulienſes cum omni Hebræorum populo ad celebrandum tantæ victoriæ feſtum cum gaudio pergunt in Ieruſalem: quia extra Ieruſalem nulla lætitia verè animum implet. In lætiori occaſione gaudij vbiuis mœret, qui niſi in Ieruſalem gaudet, quæ eſt lætitiæ mater, & beatioris gaudij beata & glorioſa plenitudo.

Alcazar. Quos beate dicuntur requiem non habere cum ſint in gloria contra

Rupert.

Tertul. in Scorp. c. 10.

Addo aliud Beatitudinis elogium. Dubium eſſe ſolet, an poſt generale orbis iudicium Beati habituri ſint notitiam pœnarum, quas damnati patientur; & rurſùs vtrum damnatis nota ſit felicitas Beatorum? S. Auguſtinus lib. 20. de Ciuit. Dei, c. 22. exiſtimat Beatos cognituros damnatorum atrociſſima tormenta: reprobos autem ignoraturos felicitatem Beatorum: *Qui erunt in pœnis,* ait Auguſt. *quid agatur in gaudio Domini neſcient, qui verò erunt in gaudio, quid agatur foris in illis tenebris exterioribus ſcient.* Quam ob cauſam (ſciſcitabitur aliquis) Deus reuelat Beatis damnatorum cruciatus, & Beatorum glorias occultat damnatis? Porrò damnati viderunt oculis ſuis, cùm palàm toto orbe damnarentur, Beatos in cœlum euolantes? quare hanc memoriam viſæ beatitudinis deleat Deus è reproborum memoria? Congruentius enim foret, vt ad maiorem pœnarum acerbitatem, ſæpiùs recordentur, & animo voluant quanto perfruantur gaudio Beatorum animæ, vt illorum excitatâ inuidia, torqueantur tota etiam felicitate Beatorum. Quod maximè cumularet gehennæ infelicitates: nam ſic ſubirent inferni ſupplicia, & infelicitarentur felicitatibus Beatorum, & ita torquerentur infernali pœna, & Beatorum gloria. Quod docet S. Chryſoſt. ad illa verba Lucæ 16. *Magnum chaos firmatum eſt, vt hi, qui volunt hinc tranſire* &c. ſic fatus: *Videre poſſumus, tranſire non poſſumus; nos videmus quid fugerimus, & vos videtis, quid perdideritis, & noſtra gaudia cumulant veſtra tormenta, & veſtra tormenta cumulant noſtra gaudia.* Ita planè foret; at tanta eſt gloria Beatitudinis, vt ſollicitè caueat Dei ſeuerior iuſtitia ex mente Auguſtini, ne vlla cognitio beatitudinis ſit apud damnatos? forſitan gloriæ notitia, etſi de ſe excitaret in damnatis inuidiæ rabiem, tamen adhuc malignè cognita, eoſdem quodammodò felicitaret, & gehennam paradiſum faceret, pœnámque verteret in gloriam? Certè ſedulò cauet Deus, inquit Auguſtinus, ne apud inferos poſt diem iudicij, vlla ſit Beatitudinis notitia. Quò alludere videtur Rupert. vbi ex occaſione verſans illud Prouerb. 8. v. 34. *Beatus homo, qui audit me,* &c. ita ſcribit diſertiſſimus Abbas: *Vnde contigit illud Sapientia prolatum Beatitudinis præconium: Beatus homo, qui audit me: & qui vigilat ad fores meas, & obſeruat ad poſtes oſtij mei.* Planè pugnare videtur ſecum Rupertus, quippe aitpropriam laudem Beatitudinis eſſe, quòd beatus eſt, qui Beatitudinem audit, etſi foris ſit in limine, & extra poſtes oſtij. Nam beatus eſſe poteſt,

132\.

Auguſt. Vel notitia beatitudinis quodammodo beat.

Chryſoſt.

133\.

Rupert. lib. 3. in Ioann.

potest, qui extra beatitudinem est? quâ ergo ratione dicitur esse præconium Beatitudinis, quòd est beatus homo, qui eam audit, etsi sit extra fores Beatitudinis? Adeò excellens Beatitudinis gloriæ, vt quodammodo beatus sit, qui Beatitudinem audit, & de Beatitudine cogitat, tametsi extra beatitudinem sit? Ita præcauere videtur Augustini acuta suspicio, ne damnati vllam habeant notitiam Beatitudinis, ne vel à solâ notitia aliqualiter beentur damnati, etsi feralibus gehennæ incendiis crucientur.

§. XXV.

Supernæ Beatitudinis Elogia adhuc prædicantur.

134. NAturæ, & gratiæ opera concinnè decantant Dei laudes. Quid enim pulchrius quam operosa mundi machina plena artis, plena ingenij? Quid sublimius, & augustius quàm gratiæ eximia opera, quibus terreus homo carnalibus affectibus execotis, totus angelizatur ad gloriam? At beatæ Sanctorum felicitatis nemo reperietur dignus encomiastes. Absconditum Beatitudinis thesaurum quis pro rei dignitate publicabit? Ibi munificentiam suam magnificè ostentauit Deus, quo homines ad se alliceret, & pertraheret & ad virtutem, accenderet spe Beatitudinis. Aliqualia tantæ gloriæ indicia hic dabo, ex quibus rimari possit nemo beatæ felicitatis bona, quæ præparauit Deus ad æternas Beatorum delicias.

Ioan. Aliquando Christus Dominus Beatitudinis gaudia vel leuiter insinuauit Apostolis, Ioan. 13. v. 33. *Quò ego vado, vos non potestis venire*, &c. Ego, inquit Christus, citò clarificabor, & glorificabor à Patre Deo, ad quem iam vado; at vos non potestis me modò sequi, sequemini autem postea. Nam dilatio vestræ sequelæ valdè expedit rei Christianæ. Et statim inchoans c. 14. v. 2. inquit: *Non turbetur cor vestrum: creditis in Deum, & in me credite: in domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Meritò

Ioan. disputant interpretes quorsùm Christus hic dixerit plures esse mansiones in cælo, & qua de causa, discipulorum turbatione obortâ, eam sedare conatus fuerit asseuerando multas esse in cœlo mansiones. Plures causas agglomerant interpretes, & nos alibi hanc eandem quæstionem versantes. Nunc ad rem præsentem aliis aliorum sententiis, aut omissis, aut repudiatis, eleganter noster Maldonatus dubij solutionem, & Litteræ rigorem tradit his verbis: *Videbat Christus tristes esse Apostolos, & turbatos: consolatur ergo eos, non propterea exclusos esse, si modò non sequentur, secuturos suo postea tempore: neque ipsis locum defuturum: in domo enim Patris sui, hoc est, in regno suo mansiones multas esse, suam cuique seruari, neque timendum esse, ne ab alio occupetur.* Scilicet audierant discipuli Christum Dominum insinuantem æternæ beatitudinis felicitatem, in quam tam auido ferebantur affectu, vt grauissimè tulerint non statim ad ipsam obtinendam cum Christo pergere, veriti ne audito tantæ beatitudinis bono nuncio, publicatâ iam cælestis felicitatis notitiâ tanto desiderio ad eam festinarent homines, vt cùm ipsi ituri essent ad cœlum, iam sedes omnes præoccupatæ forent: *Non turbetur cor vestrum: in domo Patris mei mansiones multæ sunt; sua cuique seruatur, neque timendum est, ne ab alio occupetur.* Vsque adeò magnificè æstimauerunt Apostoli Beatitudinis gaudia, vt vererentur ne homines dissolutis terrenarum illecebrarum compedibus, diuitiarum expoliatione agiles, desiderio tanti boni assequendi extimulati, festinato cursu omnes certatim contenderent. Nemo enim sanæ mentis non anhelet ad tantum bonum, & quàm maximis itineribus, virtutis gressibus non prævolet ad cœlum. Vnde ipsi Apostoli mœstitudine turbantur, nè sedibus ab aliis præoccupatis, ipsis locus in cælo desit. Timor hic Apostolorum, & sollicita cautela valdè prædicat quam augustè de supernæ felicitatis beatitudine conceperint, cùm seriò sibi cauerint, ne vel leuis Beatitudinis notitia pigros alioqui ad virtutem homines, vsque eò extimularet, vt catervatim omnes contenderent, & præoccuparent sedes tanto numero paratas, vt ipsismet Apostolis defore anxiè formidarent. Sollicitus hic Apostolorum metus valdè prædicat Beatitudinis gaudia.

Maldon.

135. *Apostoli timent, ne ipsis desit locus in Beatitudine.*

Hominum natura, vt est voluptatis auara, non modò veris gaudiis, sed apparentibus, & fictitiis delectatur. Nimis audet humana imaginatio, præsertim stimulata voluptatis amore, nec veritatis limitibus coarctata, liberè phantasiæ ausibus fabulatur homo felicitatem quampiam, & suspicione mali exortem, & bonorum cumulo refertam. Hæc audacior imaginationis fabula, necdum ad veritatem supernæ felicitatis attingit, inquit S. Nazianz. his verbis versans illud 1. Corinth. 2. *Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec humanus intellectus, pro potestate, atque arbitrio Beatitudinem fingens, vnquam informauit.* Quid luculentius pro hac re? id est, pro potestate, atque arbitrio suo fingat homo Beatitudinem, quantumuis audeat imaginatio mentiendo effingere, & phantasiando mentiri, quæ nec visa vnquam, neque à liberrimis poëtarum figmentis audacissimè modulata sunt; necdum mentiendo æquabit veritatem Beatitudinis. Maior est, quàm quæ fingi possunt; mendacia excedit Beatitudinis veritas. Plus felicitatis veritas possidet, quàm mendacium audacissimè fingit. Finge tibi audaciori mendacio Beatitudinem, & nondum Beatorum gloriam mentiendo attinges. Fabulosior exaggeratio minor est veritate. Vnde somnio comparatur à P. Damiano serm. 59. Agens de Beatitudine, sic inquit: *Iam stamus in atriis Ierusalem, iam è vestibulo magnæ ciuitatis gaudia somniamus.* Expende, *gaudia somniamus.* Cælestis Ierusalem somniatne gaudia, & ficta somnia? Profectò egregia laus Beatitudinis est. Est quidem, nam veritas Beatitudinis excedit somniorum audacissima mendacia. Porrò audacior hominis imaginatio æquare nequit fingendo gloriæ beatitatem; imò & diuina Sapientia, nempe Christus eam verbis exprimere non videtur ausus. 136.

Naziant. Orat. 3. Apolog. 1. Cor.

Beatitudinis veritas etiam non mentiendo assequi posse videtur.

Ioannis 1. v. 38. Audierunt Christi laudes ex Ioannis Baptistæ ore; ex discipulis eius duo, qui mox Christum Dominum secuti, eum percunctati sunt, vbi habitaret. *Vbi habitas*, qui è cælo magister inter homines degis? Alcuinus existimat de cælesti habitatione hic agi sensu Litterali, an Morali tractant eius loci interpretes. Certè Christus Dominus, qui facilè ipsis indicare potuisset terrenum suum habitaculum, de cælesti respondit: *Venite, & videte.* Super quæ pulchrò Beda: *Vultis videre habitaculum meum? Sermone explicari non potest, ope re demonstratur: venite, & videte.* Nosse desideratis cæleste habitaculū meum? Empyrei regiam, & gloriam beatitudinis verbis, etsi meis (ait Christus ex Bedæ sentētia per exaggerationē: nam Christo quid seipsa difficile) vix explicari potest, experimento 137.

Ioan.

Alcuin.

Beda. *Christus quodammodo non audet explicare Beatitudinis gloriam.*

oculorum ſuo tempore agnoſcetis. Porrò Chriſtus ipſiſſima erat Dei ſapientia, & Verbum, & lingua Patris: quin & ſua ipſius maximè intererat, explicare hominibus Beatitudinis felicitatem, vt maximè ad virtutem extimularentur, & nihilominus explicare pro dignitate quodammodò non videtur audere ſupernæ felicitatis gaudia, etſi diuina eloquentia præditus erat; ſed ad oculorum experientias remittit? Tantæ ſunt Beatitudinis deliciæ, tam ineffabilis gloria, vt vel diuinus ille Rhetor quaſi veritus eſſe videatur, ne vel diuiniori elocutione non adæquet tot felicitatum elogia, nec verbis ſuis exæquet Beatorum honores, proſperitates, & gaudia, quæ tanta ſunt, vt prorſus ineffabilia ſint humanis eloquiis. Vnde Chriſtus ait: *Venite, & videte.* nam cæleſte *habitaculum meum non poteſt verbis explicari.* Nemo pro dignitate, niſi experientia æſtimabit felicitatem Beatitudinis, quæ maior eſt verbis, & vincit cultiorem eloquentiam hominum.

138. Porrò Beatus non tantùm fruitur propriæ beatitudinis portione, ſed in omnium aliorum beatitudinibus deliciatur, & cæterorum felicitate beatur; quo nimiùm ſingulorum beatitas excreſcit, & incrementatur eximie. Nam cuiuſlibet beatitudo ex omnium beatitudinibus conflatur, imò exaggeratur. Ad felicem filij prodigè luxuriantis aduentum pius pater, Deus, inquam, lautum exuuxit conuiuium, & paterni amoris, & effuſi gaudij plures edidit notas: quod grauiter ferens frater ſenior, apud Patrem conqueſtus eſt. Cui diuinus Pater reſpondit verba expenſione digniſſima. Luc. 15. v. 31. *Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* Celebris quæſtio eſt apud commentatores, quo pacto verè dixerit diuinus Pater ſeniori filio: *omnia tua ſunt.* Quæ bona ſi erant etiam fratris iunioris, falſum dixit; ſi verò ſolius erant fratris ſenioris, iniuſtè agit Pater admittendo filium prodigum ad paternam domum, & cenſum. Altè profectò S. Auguſt. hanc quæſtionem verſans dixit: *Quid ſibi vult, omnia mea tua ſunt, quaſi non ſint & fratris? Sed ſic à perfectis, & immortalibus filiis habentur omnia, vt ſint & omnium ſingula, & omnia ſingulorum.* Quippe immortales, & beati filij Dei, ſic propria beatitudinis portione fruuntur, vt poſſit Deus cuilibet verè dicere: *omnia mea tua ſunt*, id eſt, omnes felicitates, beatitudines omnes omnia mea, quibus ſingulos beatos donaui, *tua ſunt, & omnium ſingula, & omnia ſingulorum.* Nam quiſque beatus adeò vnus, & idem eſt cum cæteris, mutuo charitatis fœdere, vt felix ſit & propria, & aliorum beatitate. Cæterorum proſperitatem, vt propriam reputat? Aliorum gaudiis exultat, aliorum palmis triumphat, cæterorum coronis regnat, & omnium felicitatibus quaſi beatur? Num Martyr martyrum purpura felicitatur? num Virgo veſte virginum candida? num Apoſtolus, num Angelus, Apoſtolorum inſignibus, & Angelorum ſtemmatibus? Num & Beatiſſimæ Deiparæ ineffabili gloria, & Chriſti Domini immenſâ beatitate: imò ipſius Dei infinita beatitudine velut fruitur, per charitatis nexum communicato gaudio? Vnde Beato cuilibet dicere poteſt Deus: *omnia mea tua ſunt; vt ſint & omnium ſingula, & omnia ſingulorum.* Quid pulchrius pro hac re?

Beatus quodammodo beatur ſingulorum beatitudinibus. Lucæ

Auguſt. Euang. c. 33

139. Demùm Clem. Alex. ſcribit: *Bonas animas, vt inquit Plato, ſupercæleſti loco relicto, ſuſtinuiſſe venire in hunc Tartarum.* Nimirùm beatos quoſdam ſpiritus, reliquiſſe, ait, cælum, & ad terras deſcendiſſe. Aptène dicetur mundus hic *Tartarus*? Profectò Tartarus infernum ſignificat, ſeu locum feralibus damnatorum tormentis deputatum. Ergo mundus perperam dicetur *Tartarus*? nam plures homines in mundo hoc gaudiis affluunt, deliciis florent, vita vigent, voluptatibus laſciuiunt, diuitiis opulentantur, honoribus incrementantur, libidinibus luxuriant, proſperitatibus deliciantur, ita vt affatim felices reputentur; qui perfruuntur vita; infelices, qui vita priuantur. Delicioſa hæc vita dicetur Tartarus? Infernus erit tanta quorundam opulêtia voluptatum? Ita planè dicitur, & iure quidem ita dicitur, ſi hæc vita comparetur cum cæleſti beatitate. Porrò Beatus vſque adeò glorioſus eſt Dei aſpectu, Dei fruitione, & ſummi boni poſſeſſione beata, tot, tantiſque immergitur gaudiorum voluptatibus, vt cæli comparatione hic mundus dicatur *Tartarus*, & inferno comparetur. Nam faſtigium mundialis honoris comparatione honorum quibus ſublimantur beati, dedecus eſt. Voluptates, &c. quibus feliciores homines in hac vita felicitantur, ærumnæ ſunt, & gehennalia cruciamenta, ſi comparentur cum Beatorum deliciis. Vnde felices illæ animæ, quæ reliquerunt cæleſtem locum, non tàm dicuntur veniſſe in mundum, quàm in Tartarum; quia hic mundus cæli comparatione triſtis *Tartarus* eſt, dirus infernus, & ærumnoſior gehenna.

Clem. Alex. 9. Strom. Comparatione Beati ædiuinis cæleſtis. Mundus hic dicitur Tartarus.

---

§. XXVI.

Sic vilis eſt apud homines cælorum gloria, vt beatitudinis drachmam habeant inter ſtercora.

SI *tanti vitrum, quanti margaritum?* Quis eſt vſ- 140.
que adeò hebes, & truncus, vt vitrum æſtimet præ margarito pretioſiſſimo? Vitrea felicitas eſt, quæ à fortuna eſt: nempè fugaces opes, volaticas voluptates, ſcenicos honores mundus offert inſanis ſui amatoribus. Quæ licèt inaniſſima, tanti facit homo, iniquus planè rerum æſtimator, vt mundiales has nugas anteponat perpetuò æternaturæ gloriæ corporis, & animi. Mauult in hac vita præſenti vitrea bona, quàm veram & meram virtutis felicitatem, & præfulgens beatitudinis margaritum. Sic ſic obbruteſcit ad æternatura bona qui acutus eſt & perſpicax ad inania, incerta, caduca! Heu! quàm vili pretio eſt apud homines res virtutis, & negotiatio beatitudinis, quæ rebus omnibus præferenda foret! Matth. 13. v. 44. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem, qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum.* Audis huius Euangelici hominis animoſitatem, qui vt gloriæ theſaurum, & beatitudinis margaritum ſibi emat, à ſe vltrò reiicit vniuerſa quæ iam diu poſſidebat bona? S. Hilar. *Poſſidendi huiuſmodi theſauri cum agro poteſtas, non poteſt eſſe ſine pretio, quia cæleſtes diuitiæ non ſine damno ſæculi poſſidentur.* Profectò impendium ſecularium bonorum, & compendium eſt acquirendi cæleſtia, & glorioſior beatitudinis æſtimatio. Præclarè S. Hieronym. regni cæleſtis theſaurum *in corde abſcondit, quem priſtinis prætulit facultatibus.* Nempè qui præfert res cæleſtes rebus mundialibus, iam habet in corde, regni cæleſtis beatum theſaurum. Ac ſi æſtimatio ipſa ſit ſecura poſſeſſio, ſeu certum poſſeſſionis ius. O verè beatum illum qui *inuenta vna pretioſa margarita abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam*, Matth. 13. v. 46.

Matth.

D. Hilar. in commen. huius loci. *Rerum omnium abiectio eſt pretium cæli.*

Hieronym. ibi.

Matth.

Subti

Auguſt. de quæſt. Euang. c. 11. Subtiliter S. Auguſtin. ſic fatur ſuper his verbis: *Venditis enim rebus noſtris nullum aliud pretium accipimus quàm nosmetipſos, quia natalibus implicati noſtri non eramus, vt rurſus nos pro illâ margaritâ demus: non quia tantum valet, ſed quia plus dare non poſſumus.* Nempè dum ita magni facimus beatitudinis margaritam, vt omnia noſtra à nobis abiiciamus, quò illam poſſimus emere, eiuſmodi abdicatione bonorum primùm nos ercimus, qui eramus temporalium bonorum ſerui; iam verò noſtri iuris effecti etiam nosmetipſos in pretium damus. Non quia plùs non valeat, & æſtimari debeat, ſed quia nec plus dare, nec pluris æſtimare eam poſſumus.

141. Luc. Luc. 15. v. 8. *Quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam vnam, accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam?* Sollicitè quidem quæritur hæc drachma, cùm ſtatim quæratur deſiderio quàm citiſſimè recuperandæ rei amiſſæ, & ſanè ex omni affectu accendit nocte lucernam, ne cara perdatur drachma. Sed attende rem cæleſtem in ipsâ æſtimatione vilipendi: & ipsâ etiam indagatione publicari quàm paruò æſtimantur cæleſtia bona, & æternarum beatitudinum. Aduertis vbinam quæratur! *Euertit domum,* inquit, *& quærit diligenter.* O vilipendium! Luculenter S. Hier. *Drachma perit, ſed in ſtercore inuenitur.* Eane eſt res virtutis, animi ſalus, & beatitudinis gaza, vt inter ſordes, & quiſquilias habeatur? Hæcne drachmæ pretioſæ ſcrima? Scopis res cæleſtis euertitur! ô quàm vili pretio habetur, quod ſummum pretium habere debuiſſet! Eſtne vitrum in ærario, & margaritum in ſtercore? Mundi dona tanto in pretio, & cæli drachma inter quiſquilias! Non ſic æſtimat Paulus æquus rerum cenſor, res mundiales, & beatitudinis glorias: *Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.* Ad Philippenſes 3. v. 8.

Luc. ſunt ſtercora habentur gratia margaritum.

Hiero.

Ad Philipp. Pudet dicere, quod (malum) non pudet eſſe. Sci-
142. Homo plus æſtimatur à Diabolo quàm à ſe. Matth. licet quàm nihil ſe æſtimet homo, ſiquidem pretio leuiculo, & fugaciſſimæ voluptatis ſe diuendit, & mancipat æternantis ſuppliciis. Diſce, ô homo, vel à Diabolo, quanti te debeas æſtimare. Matth. 4. v. 8. *Et oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* Omnia regna mundi, & deſideratiſſimas regnandi glorias pro te tibi offert; quis tam vecors erit, qui ſic ſe depretiet, vt propter futile gaudiolum, & imaginarios honores ſe à ſe alienet, & vltrò deſtinet infami Dæmonum ſeruituti? ô factum, & criminoſum commercium! Diſce, diſce à Dæmone tui pretium: ne tu te minoris æſtimes, quàm
Saluian. lib. 3. ad Eccleſ. æſtimaris à Diabolo. Acerrimè Saluianus debacchatur in eiuſmodi homines: *Quis ergo,* inquit, *furor eſt, viles à vobis animas veſtras haberi, quas etiam Diabolus putat eſſe pretioſas? At per hoc quicumque animas ſuas negligunt, etiam infra iudicium Diaboli ſe aſtimant.* Planè eleganter, vtinam non ita verè! Sic ſe, & ſua negligit homo! Sic contemnit cæleſtia bona! Sic vilis eſt apud ſe, & ipſe, & æternatura ſibi beatitudo.

Porrò quàm negligenter tractemus rem victutis & negotium ſalutis æternæ, declarat apprimè decem virginum parabola moraliſſima, Matthæi 25. v. 10. Omnes enim, tam prudentes, quàm fatuæ dormierunt, quin & dormierunt. Ita oſcitanter inuigilant ad rem animæ! Mox cùm aduentantis iam ſponſi intimarunt præſentiam, fatuæ virgines dum concinnare lampades ſuas ſerò procurant, adhuc ſemiſopitæ pergunt empturæ oleum ad æternæ lucis pabulum: *Dum autem irent emere, venit ſponſus:* Matth.
Et quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua: Nouiſſimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. Serò pertexerunt ad emendum oleum: ſed fortè diligentia ſuppleuit tarditatem. Attendendus eſt S. Auguſt. *Dum autem irent emere, &c. Non autem dictum eſt, quòd emerunt oleum.* Heu humanam negligentiam! Vadunt emere oleum, quo emant cæleſtia bona, & ita negligunt vnicum gloriæ negotium, vt rei potiſſimæ oblitæ ſint; & vacuæ neceſſario oleo redierunt? Planè repulſæ meritæ, non cęleſtis connubij candidatus eſt quiſquis opus Dei, & ſuę animę negotium tam negligenter facit. Ita pigreſcimus ad vera bona, ſic vilis eſt apud nos res ſalutis ęternę. Auguſt. ſerm. 22. de Verbis Dom.

Adnotauimus aliquando ad illud Matthæi 6. 143. Matth.
verſ. 10. *Adueniat regnum tuum.* Hominum pigritiam; ſimile quid iuuat expendere ex illis verbis Baptiſtæ Ioannis, quibus apud Matthæum cap. 3. verſ. 2. ſuam auſpicatus eſt prædicationem: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.* Quid eſt appropinquauit regnum cælorum, *non vos regno,* (inquit Hugo inibi) niſi pęmaturè exoraſſe illud, *Adueniat regnum tuum?* Hugo.
Nimirum ſic pigreſcit hominis iners deſidia in viâ ad cęlum, vt neceſſe ſit, quòd regnum cęlorum appropinquet nobis, & ad nos adueniat, ſiquidem nos ad illud non imus. Tam vili pretio ęſtimat homo beatas cæli glorias, ſic piger eſt ad procurandum beatum cælorum regnum, vt niſi ipſum ad ſe veniat, ipſe ad illud ire non curat. Appropinquat cælum ad vos, ſiquidem vos cunctamini appropinquare ad cælum.

S. Auguſtinus ſic ſcribit: *Comperi quoſdam putare, eos ſolum arſuros illius æternitate ſupplicij, qui pro peccatis dignas eleemoſynas facere negligunt. Ideo indictum ipſum voluiſſe exiſtimant illud commemorare ſe eſſe dicturum, niſi eleemoſynas ſiue factas ſiue non factas.* Pergit c. 27. ad rem præſentem opportuniſſimè. *Sed qui dignè pro peccatis ſuis eleemoſynas facit, priùs eas facere incipit à ſe ipſo. Indignum eſt enim vt ipſe ſibi non faciat, qui fecit in proximum.* Eſto tibi miſericors, qui fortè miſericors es in alios. Non pudeat, nec pigeat te eleemoſynam elargiri tibi quaſi pauperi, qui reliquos pauperes tuis eleemoſynis ſubleuas. Ne ſis tu tibi adeò vilis, vt qui pauperes ſic magni facias, vt de tuo cenſu auxilieris ipſe te negligas, & nihili facias. Magni te æſtima ad pietatem, quem ſic æſtimauit Chriſtus, vt proprij ſanguinis pretio emerit; quem ſic æſtimat Diabolus, vt omnia regna mundi, & omnem eorum gloriam, tibi pro te offerat. Ne te ipſum inhumanè deſtituas, qui alios auxiliari eleemoſynæ ope non deſtituis. 144. Aug. lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 22. Homo ſibi faciat eleemoſynam.

§. XXVII.

Voluntaria hominum dona diuinæ pietati adulantur.

Sic demus, quo modo vellemus accipere. Ante omnia, ſpontè citò, libenter. Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit: quod extorquetur ſupplicationis pretio, non ſpontaneo donantis merito. Qui non vltrò donat, priùs donaſſe pœnituit, pœnitendo dona pudet recepiſſe, 145.

& non recipere iuuat. Violenta gratia, nulla est; perdidit enim gratiæ elogium, & degenerat in offensam: nam qui coactè donat, & deuenustat donum, & culpat accipientem, tanquam violentum petitorem, aut indignum beneficij possessorem. Beneficium, quod verè beneficium est, vltrò effluit ex manibus donantis, non extorquetur iniuriâ recipientis. Sponte donet quisquis donare ambit: nam donum induit largitoris animum aut hilarem, aut mœstum. Malo nullum, quàm triste beneficium, & quod squalet lugubri pœnitentium habitu, pœnitudine donantis. Quod erga homines est in gratia, apud Deum religio est. Deus acceptat libenter obsequia violenta; spontanea expetit; talibus enim hostiis promeretur Deus; quasi pretium fœneretur oblatio ab animi lubentia, à qua censetur.

146. Laudatissimum illud Abrahæ facinus de Isaaci immolatione, quod Hebræa gens in primis conspicuum & incomparabile iure putabat; non sic illustre censebatur ab inuidis nationibus, sic oblo-

Philo. lib. de Abraham. *Spontanea pœna valdè placent Deo.* quentibus apud Philonem: *Aiunt enim & alios multos suis affectibus deuinctos, & amantes liberorum, immolandos exhibuisse filios, vel pro incolumitate patriæ, vel vt auerterent bella, siccitates, inundationes, pestilentias: alios autem domestica, quantumuis falsa, religionis gratiâ. Græcorum certè clarissimos, non solùm priuatos ciues, sed & Reges, non magnâ ratione ex se natorum habita, his mactatis, maximas deleuisse hostium copias primo impetu. Barbaras quoque gentes per multas ætates litasse mactatis filiis. Indorum quoque Gymnosophistas, & hodie sub initium morbi longi & incurabilis, priusquàm inualescat, accenso rogo se ipsos exurere. Imò & mulierculas eorum defunctis maritis, in rogos eorum cum gaudio se mittere, atque ita viuas concremari cum adamatis cadaueribus.* Hæc Philo. Et quidem si Reges excultissimæ Græciæ, & audentioris Barbariæ charam sobolem mactant vel ob publicum bonum, vel in falsæ religionis obsequium: quæ eximior laus maneat Abrahamum propter simile facinus? audi responsum

Philo. Philone dignum: *Qui liberos mactant, partim ex more id faciunt, partim quia magna mala, & aduersùs humanam opem contumacia à suis ciuitatibus aliter arcere nequeunt. Ex his quidam inuiti suos exhibent, coacti à potentioribus. Alij compulsi metu hominum, &c. Laudantur enim facta voluntaria; inuoluntaria referuntur ad necessitatem rerum, aut casuum, aut temporum.* Vis nosse quàm libenter filium immolare affectauit Abrahamus? Audi S. Zenonem: *A filio ad Agnum transtulit*

Zeno serm. 1. de Abraham. *dexteram, semper lætus, & gaudens; nec mutatus est vultus eius, cùm esset victima commutata.* Scilicet non minùs ardua fuêre facinora, quæ immolando liberos, Gentes patrauerunt: at tantùm rei difficultas non decernit meritum Abrahami, sed spontanea mens, & alacer affectus, quò affectauit Isaacum immolare in Dei obsequium. Vide quam exaggeret meritum doni, lubens donandi animus. Porrò coacta victima sæpè non placat Deum, sed offendit: *Hilarem enim datorem*

Iudith. *diligit Deus.* Vnde hic v. 22. 23. & 24. *Populus iucundus secundùm faciem Sanctorum*; Deo immolat sacrificia, offert spontanea dona, & vltrò destinat templo pretiosiora spolia, quæ ab hoste gloriosè reportauit.

147. Disquirunt interpretes, quare Abrahami facinus de affectata immolatione vnici filij tot plausibus celebretur; secùs verò perfecta immolatio vnicæ filiæ Ducis Iephet? Nota est historia ex li-

Voluntas Abrahami immolantis perplacet.

bro Iudicum cap. 11. v. 35. Et quidem Abrahamus subsecutus est præceptum diuinum; at Iephte votum Domini præcurrit, præproperâ religione pius. Vtraque victima fuit vnigenita soboles. Imò Iephte re ipsâ mactauit filiam; Abrahami verò immolandi votum reputatum est pro filij immolatione: nam Angelus cadentem detinuit ensem. Cur ergo Iephte fraudatur meritissima laude? Verùm aduerte, animositatem facinoris Iephtani non parum culpari fletu vouentis patris, & filiæ deuotæ. Ille sic filiam excipit: *Heu me! filia mea, decepisti* Iudicum.

me. Et filia ita patri respondet: *Dimitte me, vt duobus mensibus plangam virginitatē meā.* Heu nimis lugubris victima! Heu flebile donum! Qui hilarem datorem diligit, lubentia dona acceptat, coactam & mœrentē victimā non magnifacit: *Semper lætus & gaudens Abraham*, æternas laudes prometetur *Victima sine lacrymis.*

ab exprompto semper voto filij sacrificandi; dolens & mœstus animus Iephtæ offerentis, & filiæ oblatæ, offuscarunt (ne dicam constuprarunt,) tanti facinoris gloriam. Nam luctus funestat victimæ deuotionem. Luculenter Tertullianus: *Cum propriis* Tertull. Apolog. c. 9.

filiis Saturnus non pepercerit, extraneis quidem non parcendo, perseuerabat, quos quidem ipsi parentes sic offerebant, & libenter exponebant, & infantibus blandiebantur, ne lacrymantes immolarentur. Nec minùs eleganter Minutius Felix: *Meritò ei (Saturno) in nonnullis Africæ partibus, à parentibus infantes immolabantur, blanditiis & osculo comprimente vagitum, ne flebilis hostia immolaretur.* Sic respuunt vel ficta Numina flebilem hostiam, & luctuosum donum! Sic libenti animo acceptat Deus sponte, citò, libenter oblatum munus: vt qui tot elogiis prædicauit Isaaci immolationem; illaudatam emiserit Iephtæ victimam, pari amore dilectam, pari difficultate immolatam.

Minut. in Octau.

Consentiunt Geneseos commentatores, Abrahamum non indicasse Saræ vnici filij immolandi secretum præceptum; nec conueniunt in reddenda silentij ratione. Subiicio pulchra ad hanc rem Basilij Seleuci verba. *Facinus tam audax Saram celat, neque ad matrem affero mandata. Quam ob rem? Illa quidem, inquit, amans Dei est, at ingenium vereor. Intueor matris in Deum propensionem; at metuo affectum in liberos: Dei amans est mulier, sed mater est: Mulieres natura impotentia deuicta res importuna. Vereor ne lacrymis sacra fœdet, ne puero complorato iniuriam imperanti arroget, ne vultu contuso sacra disiiciat, Deóque vim afferat, ne mente infracta, rei tam stupendæ gratiam spoliet.* Chartam implerem, si vellem singula, quæ viuidè dixit Seleucus, expensione persequi. Plura qui volet super hac re, adeat Notas Cerdæ in cap. 9. Apologetici Tertulliani, vbi allegat Plutarchum, & alios, quos longum esset recensere. 148.

Lacrymæ Saræ fœdarent Isaaci immolationem.

Basil. orat. 7.

Cerda. Plutarch.

Toto ingenij adnisu conabatur Arius adstruere, Christum Deum non fuisse passum voluntariè, vt præclariora nostræ fidei sacramenta dehonestaret, culpando Passionem. Sic ingeniosè malitiosus fatur apud Basilium Seleucum expendens illud Lucæ. 22. vers. 41. *Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Vides, inquit Arius, vt inuitus Passionis limen ineat? Quod si inuitè suscepta Passio, Resurrectio quoque non ab eius voluntate profecta est. Si præter animi sententiam crux, vi nobiscum gratia communicata est.* Ecce quàm esset futilis Passio, si prorsus inuoluntaria Christo foret; & quàm dehonestarentur subsecuta mysteria! At pudet, & piget hic probare quàm libenter Christus subiérit mortem, vt nos vita donaret. Psalm. 149.

Quàm voluntariè se obtulit Christus.

Luc.

Seleuc. orat. 12.

39. vers.

39. verſ.8. *Holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam. Deus meus volui: & legem tuam in medio cordis mei.* Omitto ſexcenta Scripturæ loca ad id ſtabiliendum contra Arij impudentiam: aliud enim ago.

150. Ioan. Chryſoſt. homil. 46. in Ioann. Ioannis 6. verſ. 68. Audientes ſublimiora gratiæ myſteria quidam ex diſcipulis, ea ſupra captum humanum cenſentes, defecerunt a Chriſti collegio: *Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire?* Super quibus verbis ita philoſophatur Sanctus Chryſoſt. *Non eis dixit: Abite; hoc enim eſſet eos expellere: ſed interrogauit eos, an vellent abire, auferens eis vim & neceſſitatem: ex neceſſitate enim detineri, par eſt ac ſi abirent.* Porrò qui inuitus religionem ſuſcipit, illam deſerit. Præcurrit enim vera impietas pietatem coactam: & ſponte profanat, quem inuitè colit. Coacta religio, ſpecies irreligionis eſt, & ſacrilegij blandimentum. Tertull. Apolog. cap. 28. Tertullianus his verbis inſectatur Imperatores Romanorum vi propagantes Deorum religionem: *Quoniam autem, inquit, facilè iniquum videtur, liberos homines inuitos vrgeri ad ſacrificandum (nam & aliàs diuinæ rei facienda libens animus indicitur:) certè ineptum exiſtimetur, ſi quis ab alio cogeretur ad honorem Deorum, quos vltrò ſui causâ placare deberet, ne præ manu eſſet iure libertatis dicere: Nolo mihi Iouem propitium, Tu quis es? Me conueniat Ianus iratus ex qua velit fronte. Quid tibi mecum eſt?* Porrò religionis ſuſceptio non eſt arbitrium violentiæ, ſed negotium lubentiæ. Planè coactio profanat numen, quod dignè colit ſpontanea adoratio.

§. XXVIII.

Diuitiæ reiectæ, merita ſunt: & ipſæ abundantiùs recuperatæ ſunt opulentum præmium ipſius abdicationis.

151. Diuitiæ in ſe malæ non ſunt; quod malitiam earum exaggerat: meliùs enim actum cum diuitiis foret, ſi vnicam, & ſpecialem malitiam haberent: ac cùm nullâ ingenitâ prauitate deuenuſtentur, omnium vitiorum malitiâ vitiantur. Porrò opulentia ſuperbiam parit, ambitionem nutrit, armat ad vltiones, conuiuia inſtruit, heluationem, & crapulam perſuadet, luxuriæ fauet, & fouet, & vt breui omnia dicam, vitiorum omnium fomes eſt, ac malorum omnium radix. *Diuitiæ præſunt cupidio cordi.* Theoph. S. Thom. Lonicer. Arguté inquit Theophyl. ad c.12. Lucæ, non ſecundum tranſlationem Loniceri, ſed apud S. Thomam in Catenâ: *Facultates præſident cupido cordi.* quaſi opulentia. Præſes ſit cupiditatis, cui cupido ad nutum obediat opulentia inſtigante ad quoduis facinus, & tribuente materiam, & opportunitatem ad delinquendum. Vnde ſicut opes impudenter fouent vitia, ſic vitia dehoneſtant opes. Chryſoſt. Lucæ. *Luxuria infamat diuitias.* ait S. Chryſoſt. in Lucæ c. 6. quod etiam præſtant reliqua vitia. Super hac re non ero longior, quia animus non eſt hîc infamare diuitias (de quo alibi vbertim,) ſed expendere nonnulla Scripturæ loca, in quibus diuitiæ loco præmij tribuuntur; & quidem à Deo, diuitiæ inquam toties vituperatæ.

152. Matth. Matthæi 5. v.4. *Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Profectò non benè actum videtur cum mititate, quæ excelſa virtus eſt, & abſque dubio ſublimior, quàm aliquæ ex his, quæ Beatitudines nominantur: (legi poteſt Hugo inibi, qui Hugo. multis eminentiam mititatis commendat:) ſcilicet reliquis beatitudinibus cæleſte, & ſpirituale præmium tribuitur, hæc verò eximia virtus bonorum temporalium abundantiâ muneratur? S. Chryſoſt. tacitè huic difficultati reſpondet, quod Chryſoſt. Chriſtus hîc *ſpiritualium ſenſibilia miſcuit*, ne omnia præmia ſint ſpiritualia, & inuiſibilia. Tum etiam vt aliquid ſtatim detur, ne munera omnia ſint de futuro: nam mora retributionis minuit valorem muneris: pluriſque ſolent homines æſtimare exiguum donum ſtatim largitum, quàm ſpem largiſſimæ munerationis. Verùm adhuc vrget difficultas, cur præclariſſimæ virtuti temporalia dona tantummodò hîc deſtinentur. Imò præmium huius Beatitudinis non ſatis conſtare videtur cum re primæ Beatitudinis. Dixit enim Chriſtus Deus: *Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum Dei.* Lucæ 6. v.20. Porrò ſi abdicatio diuitiarum tanti Lucæ. æſtimatur à Deo, vt prima, & princeps Beatitudinum ſcribatur, quo pacto diuitiis ipſis, & quidem abundantioribus, mititatem dignè præmiat Deus? nam ſi diuitiæ renunciatæ, prima Beatitudo eſt, & princeps felicitas; diuitiæ poſſeſſæ miſeria erunt, & infelicitas maxima: quia res, cuius abiectio bona eſt, eiuſdem poſſeſſio vtique mala erit: igitur de peruerſo præmiat Chriſtus, & infelicitatem deſtinat in Beatitudinis præmium, & ita infelicitabit Beatitudinem hanc.

Hæc difficultas ſimili dubio ex eodem Euangelio Matthæi exaggeratur: capite decimo-nono, 153. Matth. verſ. vigeſimo-ſeptimo, ait Petrus ad Ieſum: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te; quid ergo erit nobis?* Audi mercedem Deo dignam: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet.* *Diuitiæ relictæ merita ſunt, & præmia poſſidentis.* Quod adhuc expreſſiùs traditur Marci 10. verſ.29. Marc. *Nemo eſt qui reliquerit domum, &c. aut agros propter me, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, domos & fratres, &c.* Hæc ſententia ſibi videtur manifeſtè pugnare: nam ſi Apoſtolorum meritum fuit omnia temporalia bona reliquiſſe, præmij nomine non erant tribuenda illis abundantiora bona temporalia. Quo ergo pacto dicentibus; quid præmij dabitur nobis, qui reliquimus omnia, reſpondet Chriſtus, *centuplum accepturos nunc in tempore hoc, domos, &c.* Nam ſi meritum eſt reiectio opum, non benè centies multiplicatę opes deſtinantur in præmium: ſi enim abiectio diuitiarum bona eſt; poſſeſſio non erit bona: igitur abundantior poſſeſſio, cumulatior erit malitia. Ergo diuitiæ, quæ abiectæ, meritum ſunt; abundantius poſſeſſæ erunt præmium; & diuitiarum abiectionem munerabit Deus abundantioribus diuitiis. Et ita Deus diuitias, quas laudabili reiectione culpauerat, nunc eas in præmium deſtinando, commendat: Ergo commendat, quod damnauerat.

Arguta planè dubitatio; duplex ſolutio mihi ſuppetit: nempe diuitias, & temporalia bona vtcumque poſſeſſa, fomitem eſſe vitiorum; (vnde præſtat eas relinquere;) at opes à Deo datas, materiam virtutibus omnibus miniſtrare, quaſi à diuina donatione virtutem combibant ad probitatis vſus. Quod benè explicuit Imperfectus Matth. Imperf. hom. 14. in Matth. explicans illud, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, vbi addubitat quomodo diues, qui annonam habet in plurimos dies, petere poſſit à Deo panem, quem habet. Quis enim quod habet petit?

Digitized by Google

petit? Respondet: *Ita ergo intelligendum est, quia non solùm ideò oramus, panem nostrum da nobis, vt habeamus, quod manducemus, sed vt quod manducamus, de manu Dei accipiamus. Nam habere ad manducandum commune est inter iustos & peccatores; de manu autem Dei accipere panem, non est commune, sed tantùm Sanctorum.* Itaque annona, & opes de manu Dei acceptæ, dona sunt sæpiùs conducentia ad virtutem. Sic Abrahamus ditatus à Deo fuit, sic Isaacus, sic Iacobus, sic Patriarcharum proceres, vt virtutibus, sic etiam opibus opulenti. Et Iuditha ipsa hîc versiculo 23. diues fuit ad eleemosynas, ad templi cultum, ad affinium subsidia, & communem omnium vtilitatem. Ergo vulgares diuitiæ abiectæ sunt, & sic meritò abiiciendæ: at opes à Deo specialiter elargitæ, præmij loco designantur mititati, & destinantur Apostolorum meritis, quippe quæ valdè conducere solent ad virtutem.

Iudith.

Hinc lux aliqua loco obscuro Deuteronomij 32. versiculo 8. *Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israël.* Sapienter hic Mariana adstruit his verbis agere Moysem de distributione hæreditatum, & regnorum facta olim Gentibus, & mox filiis Israël. Septuaginta interpretes, sanctus Hilarius, sanctus Gregorius, sic locum efferunt: *Iuxta numerum Angelorum Dei.* Ac si idem sit, cùm hæreditantur à Deo filij Israël, & Angeli Dei. Nimirum Israel Angelus Dei nominatur, cùm opimâ hæreditate donatur à Deo.

Deuter. Mariana. Hilar. Gregor.

154. Aliam solutionem subiicio, ingenio sancti Nazianzeni dignam. Scilicet diuitias præmij loco à Deo dari ob ipsas reiectas, vt habeat homo vberes diuitias, quas vbertim reiiciat in obsequium Dei. Nam opes, vt malæ sunt ad possessionem, sic bonæ & expetendæ ad reiectionem. Præclarè ait Nazianzenus. *Omnia Deo dono dedit, opes, famam, nominis claritatem, bonam valetudinem, literas ipsas: ex quibus dumtaxat hoc commodi tuli, vt eas aspernarer, atque aliquid haberem, cui Christum anteferrem.* Nempè tota diuitiarum felicitas est, posse feliciter abiici. Vnde loco præmij donat opes Deus, non vt hominem ditet, sed vt homo se depauperet, quæ summa laus diuitiarum est: *Nullum bonum iuuat habentem, nisi ad cuius amissionem præparatus est animus*, ait Seneca. Perbellè Tertullianus: *Et si aliqua amisistis vitæ gaudia, negotiatio est aliquid amittere, vt maiora lucreris.* Occasiones huius lucri, & opulentæ negotiationis vsuras offert Christus in præmium voluntariæ abdicationis: nam aliquid amittere lucrosa negotiatio est.

Felicitas est habere diuitias, quas Christo, & pro Christo relinquas. Nazianz. Orat. 1. Seneca l. de paupertate. Tertull. l. ad Martyres cap. 2.

---

§. XXIX.

Immoderata tristitia est intestinus Dæmon, delictorum fomes, & cruciatus gehennæ affinis.

155. EVripidis in Oreste vox est: *Tristitia, grauis Dea est, veruntamen curabilis.* Dabo hîc aliqua ex Tristitiæ malis; ad calcem præstringam curationem. Heu! quam grauis Dea, tristitia est. *Adeò multipes variúmque malum est tristitia*, ait Posidippus in Myrinice. Dicitur *multipes*, quia multis & diuersissimis viis & modis ad nos venit. *Varium malum* appellatur, quoniam plura & innumera mala secum affert immodicus mœror. Basilius, sic fatur: *Nimia autem tristitia auctor peccati esse solet, cùm mœror mentem submergat, consilij inopia vertiginem afferat, penuria cogitationis ingratum animum generet.* Scilicet mœstitia mentem submergit, rationémque obruit, & simul viuidum ad peccandum fomitem hominibus subministrat. Res planè diuersissimæ, & quæ valdè exaggerant tristitiæ malum. Porrò ad peccandum arbitrij libertas omninò necessaria est. O grande & quasi fatale malum à tristitia! ab illa enim mœstitudinis vertigine nutat ratio inopiâ consilij, & penuriâ cogitationis, & simul ingeritur tacitus igniculus ad peccatum, & intestinus fomes ad delinquendum. Nam & nimiùm debilitat & extenuat arbitrij libertatem, & ita viuidè instigat ad atrociora flagitia, vt vltrò quasi cogat ad delinquendum, liberá (sic fari liceat) necessitate. Quod consultissimè aduertit Moyses. Geneseos 4. vers. 6. Cùm enim impius Cain inuidentiæ fomite æstuaret ad necem innoxij Abeli, *Dixit Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne*, &c. Et statim subiungit: *Sub te erit appetitus eius: & tu dominaberis illius.* Quare, postquam dixerat Deus *concidisse faciem Cain*, & præ nimia mœstitudine *inclinato capite* incedere, statim addit appetitum esse sub hominis potestate, & voluntatem passionibus principari? Opportunè Caietanus inibi: *Et ne Cain causari possit, quòd appetitus huiusmodi*, (scilicet tristitiæ vltricis,) *non esset liber, subiungit ipsius libertatem, & tu dominaberis illius, scilicet appetitus; vt tuæ præsidentiæ imputari intelligas, quod appetisti: at per hoc cecidit vultus tuus, irámque incurristi* criminosi parricidij, quod mente moliris. Ac si dicat Deus: *Cùm nimia tristitia auctor peccati esse soleat, & mœror mentem submergat consilij inopiâ, & penuria cogitationis*, ne existimes, quia præ mœstitia concidit vultus tuus, inde te habere excusationem delicti, quasi appetitus tuus & passio tristitiæ, cogat voluntatis arbitrium. Non ita est: nam quantumuis mœstitudine obruaris, tamen sub te est appetitus tuus, & tu, licèt ægrè, potes tamen illius dominari: neque enim nimia tristitia libertatem omninò cogit seruili necessitate. Nempe necesse est, vt Deus ipse publicet humanum arbitrium non cogi à nimio mœrore. *Fue menester que Dios declarasse que vna profunda melancholia no quitaua totalmente la libertad.* Sic immoderatus mœror inclinat ad peccatum liberâ seruitute, aut coactâ, (vt sic dicam) libertate! *Tristitia nonnihil cum insania commune habet*, dixit Alexis apud Stobæum.

Euripid. apud Stobæ. serm. 90. Posidippus. Basil. Orat. 12. quæ est de mœrore & tristitia. *Nimia tristitia valdè vrget ad delinquendum.* Genes. 156. Alexis. Stobæus. Serm. 99.

157. Lucæ 4. v. 33. *In synagoga erat homo habens dæmonium immundum*, & (viso Iesu) *exclamauit voce magna.* In exemplari Græco legitur, *Erat homo habens spiritum Dæmonij immundi.* Ecquis est iste spiritus Dæmonij, qui sic dirè obsidet miserabile corpus huius infelicissimi hominis? Sapientissimus Cardinalis Toletus refert nonnullos, *qui humoribus melancholicis talia adscribunt.* Ac si ille ipse homo, qui ab Euangelista dicitur *habens dæmonium immundum*, non verè sit dæmoniacus, sed profundè tristis, & nimiùm melancholicus. Quasi qui eiusmodi tetricâ & lugubri passione agitur, imitetur & exprimat energumenum, & ab infernali Dæmone obsessum. Non approbo hanc sententiam, quam multis olim impugnabam; sed aduoco horum auctorum mentem ad probandum quàm infelix

Lucæ. Grecos. *Melancholicus velut energumenus.* Tolet. Annot. 54. in c. 5. Lucæ.

infelix & dira sit profundi mœroris passio ad ferme profligandam naturam humanam: si quidem energumeni dementiam,& furorem imitatur,habeturque quasi intestinus Dæmon. Profectò energumenus sic agitur Dæmone intrinsecus latente, vt licet homo videatur verba efformare, manus, pedesve mouere, at latens in corpore Dæmon auctor est eiusmodi sermonum, & motuum, qui non imputari debent energumeno, sed Dæmonio,de quo S. Augustinus lib. 19.de Ciuitate Dei c.4. & lib.de Ecclesi.dogmat.c.82. Itaque nimia mœstitudo aptè dicitur esse quasi *spiritus Dæmonij*,& profundè mœstus imitari videtur energumenum, qui sæue agitur à Dæmonio.Quid exaggeratius ad exprimendum quam sæua,& infernalis passio sit grauis quorumdam tristitia,& desperatus mœror?

Augustin. l.19.de Ciuit. Dei c.4. & l.de Eccles.dogmat. c.82.

158. Et quidem, vt alia omittam vitia immoderatæ tristitiæ, nimis suspicax & malitiosa est. Matthæi 25.v.26. Mulier illa Chananæa fide animosa,supplicat filiæ sanitatē.At Christus Deus non respondit ei verbum,& mox respondens, ait: *Non est bonum sumere panem filiorum,& mittere canibus.* Ex quo asperiori responso ingentem concepisse tristitiam tradunt expositores: & ita miratur Basilius Seleu. quod à mœrore instigata, non eruperit in blasphemias: *Nisi enim*(inquit) *talis fuisset mulier fortè inhumanitatis, aut impotentiæ Saluatorem condemnans, auolasset.* Et post pauca: *Ab ea insuper tunc dictis spes excussit concepto mœrore. Canis in tanta hominum multitudine audio? Fortè etiam ipse Dæmoni ius in eam permittit. Fortè filia calamitas huius potestatem superat: Fortè humilitatis, tenuitatisque sua confessionem celat obtentu contumeliarum.* Ecce tibi voces, in quas erumperet *conceptus mœror,nisi talis fuisset mulier.* Caue ab immoderata tristitia,vtpote contumeliosè impiâ, & temerariè blasphemâ. Audi Cainum mœstitudine blasphemum, Geneseos 4.vers.13. *Maior est iniquitas mea,quàm vt veniam merear.* Ad quæ verba sic fatur S.Bernardus: *Mentiris Cain;maior est enim Dei pietas,quàm quæuis iniquitas.*

Tristitia immodica sæpè blasphema est. Matth.

Seleuc. Orat.10.

Genes.

S. Bernard. Serm. 11. in Cantic.

Cæterùm quàm sit graue malum profundus mœror, indicant illa verba Christi Dei, Matthæi 26.v.38. *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, id est,adeò tristis,vt tristitia ipsa mortem mihi afferre videatur: quemadmodum vulgò dicere solemus:morior dolore,morior fame: sic etiam,morior præ tristitia.Ita locum hunc interpretantur nobiles quidam recentiores. Audiendus est S. Basilius: *Alij,inquit,in mortem prorsus collapsi sunt,ac si fulcimento quopiam debili niterentur, subtritis eorum viribus & diffractis immodico pondere tristitiæ. Nāque quod cernere posses in flamma, quæ introclusione suffocatur proprij fumi, qui cùm liberè egredi non queat,implexam flammam suo opprimit ambitu.* Aduertis quàm sit exitialis immodica tristitia, quæ dum animum occupat, mentem sæuè discruciat, & vitam eripit? *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem, & dolorem inueni.*Psalm.114.v.3.S. Hieronymus *angustiam & dolorem* reperi. Alij *tribulationē & mœrorem*,vel *afflictionem*,& *anxietatem*. Nempe profundus mœror appellatur *dolor mortis*,id est, qui sic exasperat, discruciat, & dilaniat animum lætæ mœstitudinis furiis, vt mortem inferre valeat. Addit Dauid:*pericula inferni.* Quidam apud Lorinum,*angustiæ inferni*, vel *fouea*,vel *sepulchri*. Itaque siue το *inferni*, accipiatur pro sepulchro,siue pro ipsa gehenna, luculentus euadit sensus ad rem præsentem. Nimirum tam graue & petacerbum malum est vesanus mœror, vt mœrenti mortem adsciscat præ sæuitia doloris. Quòd *si infernus* pro gehenna vsurpetur, vt interpretantur commentatorum proceres, tristitia ferali damnatorum mœstitudini,& infernali cruciamento hyperbolicè comparatur, quo nihil exaggeratius concipi potest, & quod quouis valet expendere & ampliare viuacissimè ad cognoscenda mala, quæ immanis tristitia afferre solet.

Matth. *Tristitia nimia obruit, & suffocat.*

Basil. homil. 4. de Gratiarum actione.

Psalm. Hieron. *Tristitia est æmula gehennæ.*

Lorin.

Ergo *tristitia grauis Dea est, veruntamen curabilis.* Quænam est medicina, quæ curare potest tam graue malum? Dauid in Psalmo, quem nunc expendamus, huius morbi causam affert; inde facile est remedium apponere opportunum: *Tribulationem & dolorem inueni*; vel vt alij exscribunt, *angustiam & dolorem reperi.* Scilicet angustias, & mœrores homines quærunt, & inueniunt, cùm res aduersas interpretatur acerbiùs, cùm plura timent,quàm imminent,cùm mente sæpiùs tractant, & exaggerant tristitiæ causas. Oportet ergo angustiam non quærere, nec inuenire, & vltrò aduentantem depellere consilio prudentiæ, & aliò mentem diuertere,& vestigare rationes, quæ animum reddant pacatum & lætum, non quæ hominem exasperent,& acerbiùs contristent.Sic feralis & immitis tristitiæ affectus curari potest, & debet.De hoc remedio plura diximus aliàs. 159.

Eurip.

Psalm.

Itaque vt omnibus innotescat pietas, & sanctimonia Hebræi populi, dicitur hic v.24. *Erat autem populus iucundus secundum faciem Sanctorum.* Sicut suprà cap.7. v.17. & 18. proditur iniquitas & desperatio Bethuliensium, cùm publicatur eorum immodica tristitia,& luctuosus angor.

Iudith.

§. XXX.

Nonnullis honorum gloria lenocinium est ad virtutem: & ærumnosa miseria fit peccandi libido.

Paucis deponere felicitatem molliter licuit: cæteri cum his, inter quæ eminuêre, labuntur, & illos degrauant ipsa, quæ extulerunt. *Non deerit quem repulsa distorqueat, erunt quos honor ipse vexet.* Ideò adhibeatur prudentia, quæ modum ac parsimoniam felicitati imponat, quæ cum fugacissimis rebus innitatur, citò deserit aut deseritur. *Ipsa enim felicitas se nisi temperat, premit.* Sed non semel ipsamet fortuna quæ bonos mores fascinare,& inuitiare solet, languentem virtutem excuscitat, igniculósque excitat ad augustiorem probitatem. Vir bonus fidelis redditur, dum fidelis putatur: & ipsa ab honore æstimatio extorquet æstimatione digna: sæpè languet virtus hominis,qui vilipenditur, & scintilla ad probitatem non semel interstinguitur vilipendio. *Vn hombre alentado es para mas al humillado y abatido no pocas veçes se le quiebran las alas, ves aun menos de loque es.* Sapienter S. Gregorius Nazianzenus sic fatur: *Quarum enim rerum laudes noui, earum quoque rerū haud dubiè incrementa explorata habeo.* Periculosa res est inanis gloria, à qua vanescit virtus, & infatuatur probitatis sapor: at est, est quidem honestus honor, honestáque honoris ambitio, quæ & virtus sæpè est, & virtutum incrementa & procurat, & efficit. 160.

Senec. epist. 75.

Nazianz. Orat. de Basilij laudibus.

Matthæi 25.v.13. *Homo peregrè proficiscens,vocauit seruos suos,& tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta,alij autem duo,alij verò vnum, vnicuique* 161.

Matth.

Digitized by Google

vnicuique ſecundum propriam virtutem. Quòd autem ait Chriſtus talenta diſtributa eſſe *vnicuique ſecundum propriam virtutem*, haud facile eſt interpretari. S. Hilar. Auctor Imperfecti, & Theophyl. inibi, propriæ virtutis nomine fidem intelligunt. Sed neſcio an fides, quæ ſemper à gratiâ eſt, aptè hic dicatur propria cuiuſque virtus, vt notant commentatores. Propterea S. Hieron. & Beda præfata verba intelligunt, prout ſe quiſque ad recipiendam gratiam diſponit. Quæ doctrina cùm vera ſit, intellecta de diſpoſitione ex auxilio gratiæ (procul, procul à tantis Eccleſiæ Patribus exſuſcitare emortuos Semipelagianorum cineres:) iure addubitat noſter Maldon. an ſatis prædicta expoſitio congruat inſtituto, & verbis parabolæ. Vnde ipſe ſapientiſſimus Doctor è proprio ingenio aliã expoſitionem commentus eſt, quã in medio proponit, tametſi illam non audeat affirmare; nempe illud *vnicuique ſecundum propriã virtutem*, intelligẽdum de naturâ ipſa, nam alia aliâ aptior eſt ſecundum naturalia, ad exercenda munera, ad quæ Deus illam deſtinat. Licuit Maldonato ſuam excogitaſſe ſententiã, liceat nunc ad motes aliam excogitare, quã videtur inſinuare Orig. ibi, tractatu 33. in Matthæum, his verbis: *vnicuique ſecundum propriam virtutem. Alia fuit virtus eorum, quibus data ſunt quinque talenta, alia quibus duo, alia quibus vnum.* Nempè etſi eadem ſit natura omnium ſecundum naturalia, aut paria merita, ſecundum ſupernaturalia; at maior dicitur virtus eius, cui dantur quinque talenta, nam tantâ tanti muneris largitate, & magnæ numerationis dignitate excitatur ipſa natura (vel potiùs ipſius naturæ gratia) ad ſublimiora incrementa virtutum, & quodammodò obligata manet ad ampliora incrementa. Hiſpanè dicimus: *Auna perſona que eſta en mayor pueſto, le corren mayores obligaciones.* Vnde ille, cui concreditæ ſunt quinque talentorum gazæ, plura lucratus eſt, eáque generosè reddit munifico Domino. Qui verò accipit duo, alia duo obtulit minori quæſtu. Qui autem vnum, virtutis neglexit quæſtus, & deterior à gratiæ abuſu effectus eſt. Ecce tibi quid ſit: *Vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Quaſi impar ſit æqualis natura ad gratiæ lucra, ſi vberiùs muneretur, ſi plus illi æſtimationis, ſeu gratiæ credatur, ſi maiorẽ accipiat dignitatem muneris: ac ſi ipſa felicitas amplioris muneris feliciter incrementa virtutis & exiguum munus concreditum, aut malignè ſobolem bonorum operũ parturiat, aut faciat abortũ gratiæ. Quemadmodum fecit, cui vnum duntaxat talentum creditum eſt, ſecus ille cui ampliſſimum munus commiſſum, etiamſi æqualis eſſet natura vel virtus antecedens munera. Profectò à munere accepto, iam *alia fuit virtus eorum, quibus data ſunt quinque talenta, alia quibus duo, alia quibus vnum.*

Hilar. Imperf. Theoph. *Ab honore augetur ardor ad virtutem.* Hieron. Beda. Maldon. Orig.

162. Depreſſior humilitas, paupertas anguſta, anguſtiæ infelicitati, virtutem non admodum robuſtam, reddunt pauſillanimem: at ne puſillanimitate pigreſcat, & langueat, excitari ſolet à Deo honoris, ſeu felicitatis bono, quod non ſemel eſt incentiuum virtutis, Luc. 6. v. 20. *Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei. Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebetis*, &c. Quia, vt optimè dixit S. Cyrillus alibi laudatus, *pauperes habent intellectum modeſtum & quodammodo remiſſum*; humiles anguſto corde premuntur; eſurientes fame exanimantur, ideò ſtatim Chriſtus regales diuitias pauperibus pollicetur, humilibus honores promittit, eſurientibus ſaturitatem ſpondet. Audiendus eſt S. Chryſoſtomus ſuper hac re eleganter fatus: *Poſtquam igitur mandauit paupertatem colere, ea, quæ ſequantur inopiam, coronat honoribus. Contingit autem paupertatem colentes neceſſariorum incurrere defectum, & vix acquirere victum: idcircò non ſinit diſcipulos puſillanimes ſuper hoc fieri, dicens: Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini*, &c. Nempe vt diſcipuli à paupertate, ab humilitate, ab inopia non fiant puſillanimes ad pias virtutum audacias, honore afficit humiles, regiam dignitatẽ, & opulentiam illis indulgens: *Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum Dei*, qui ab humana infelicitate erant puſillanimes, à regiâ dignitate fiant magnanimi ad heroicas Chriſtianiſmi virtutes: vt reſtituat honor, quod humilis paupertas fors detrahit, ne virtus à puſillanimitate detrimenta patiatur. Vnde Chriſtus Lucæ 4. v. 38. *Surgens de Synagoga introiuit in domum Simonis.* Quare Chriſtus Deus in vilem piſcatoris domum ingreditur; optimè S. Chryſoſtomus: *Manebat apud diſcipulos honorans ipſos, & ob hoc animoſiores reddens.* Honor enim aliquando animoſitas eſt ad virtutis facinora.

Animatur pauper honore. Lucæ. Cyrillus. Chryſoſt. in Catena. Lucæ. Chryſoſt.

163. Profectò admiratione dignum eſt, Diabolum auſum eſſe Chriſtum in deſerto tentare. Veroſimilibus coniecturis ſuſpicabatur diabolus Chriſtum eſſe Deum, & illũ tentando deiicere intentat. Planè hic deſipit malus dæmon, & barbarica temeritate inſanit. Quidnam Diabolum erexit in tam audax facinus, Diabolicis technis impar? Aduerte diligens & attentus expenſor ad Euangeliſtæ verba: *Et ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum: Et erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana. Eratque cum beſtiis.* Marci 1. v. 12. Nimirùm Spiritus ſanctus (vt commentantur S. Chryſoſt. Theophyl. & Euthy.) *expulit*, Græcè ἐκβάλλει, hoc eſt, *eiecit.* Ac ſi dicat Euangeliſta: Aduertens malus Dæmon, Chriſtum Deum eſſe quaſi eiectum ab hominibus, & cum beſtiis in ſiluis habitantem, tunc, tunc quidem audet illum adoriri, & præſumit tentationibus deiicere, & ſuperare. Et qui antè puſillanimis erat, tunc erigitur in audaciſſimam temeritatem. Quod inſinuare videtur S. Chryſoſt. pendens Chriſtum à Spiritu expulſum, crebrò impetu tentationum vafr amentis, & machinis; impudenti Dæmonis audacia tunc præſumente, vel Deum tentando proſternere. *Expulit, &c. & tentabatur à Satana. Propter hoc autem non oſtendit eum ſimpliciter euntem in deſertum, ſed expulſum, vt hoc intelligas fieri ſecundum diuina diſpenſationis verbum.* Nempè communis diſpenſationis ratio eſt, vt eiectus ab hominibus, pauper, humiliatus, calamitoſus, expoſitus ſit tẽtationibus grauiſſimis, & atrociſſimis incurſibus Dæmonum. Nam Diabolus ſicut hominem alacrem non audet inuadere, ſic eiectum & ærumnoſum facilè inuadere, & ſæpè proſternere ſolet. Quaſi in homine eiecto deiectus ſit animus, demiſſus, proſtratus ab ærumnæ puſillanimitate.

Chriſtus tunc tentatur, cum deſpectus videtur. Marci. Chryſoſt. Theoph. Euthym. Chryſoſt. homil. 13.

164. Vulgaris quæſtio eſt inter noui Teſtamenti Commentatores, cur Chriſtus Deus proditori Iudæ corpus ſuum, & ſanguinem in vltima cœna porrexerit. Porrò dedecere planè videtur, vt in præcordia immundiſſima intraret immaculatum Chriſti corpus, & auſpicia Euchariſtiæ deliberet impius proditor. Num Sanctorum dandum eſt canibus, canino rictu frocientibus? Sanctus Chryſoſtomus, opportunè rationem aſſignãt his verbis: *Poſt hæc introiuit in eum Satanas. Etenim maius peccatum eſt fallax, quoniam cùm acceſſiſſet non fallax*

Chryſoſt. homil. 83. in Matth. *Honor peſſimos facit.*

Digitized by Google

factus eſt melior, neque timore, neque beneficio, neque honore. Nimirùm ſatagebat diuina prouidentia perditum Iudam reſtaurare: Metum illi incutit, & terret, & perſeuerat in proditionis inconſulto conſilio: adhibet exhortationes tacitas, & Dei eloquentiâ dignas, & adhuc ſurdus eſt. Quod ſupereſt remedium conſultiſſimæ Dei prouidentiæ ad cohibendam prodeoris impietatem, & frænandam Iudæ temeritatem effrænam? *Beneficio, & honore* afficit Iudam, illum amicè alloquitur, & admittit ad Apoſtolatus ſublime faſtigium, Corpus, & Sanguinem Dei Euchariſticè non negat: vt quem metus non emollit, dignitatis honor informet ad probitatem. Hæ ſunt præ aſtutiæ diuinioris gratiæ, vt reſtauret dignitas honoris, quod neque blanda adhortatio, neque incuſſus timor extorquere potuit. Hæc eſt ſumma proditoris nequitia, Deum prodidiſſe, Magiſtrum abrenunciaſſe perfidè; nec beneficiorum obſequiis, nec ſummæ dignitatis honore informari ad virtutem potuiſſe. Perditiſſimè perit, qui neque beneficiis, neque honoribus à Deo largitis reſipiſcit ad virtutem, neque informatur ad probitatem. Quod quaſi vltimum remedium deſtinatur Iudæ proditori, & fuit primum erga primum generis humani conditorem Adamum.

165. Geneſeos 1. verſ. 26. Poſtquam in mundi opificio ſummus rerum opifex Deus creaturas reliquas de nihilo formauit, & diuinâ laude dignas indicans, laudationis honore confirmauit, dum deſtinat fabricare hominem, ſic dicitur: *Et ait, Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Verùm ſciſcitari oportet, quoſnam alloquatur hîc Deus Pater, aiens, *Faciamus*. Perperàm Hebræus Philo, & Plato autumant Deum his verbis Angelos alloqui, illis creationis negotium mandans. Non enim ait, *Facite vos*, ô Angeli, ſed *Faciamus*. Propterea ſanctus Baſilius, Theodoretus, ſanctus Cyrillus, lib. 1. contra Iulianum, ſanctus Auguſtinus lib. 16. de Ciuitate Dei, Rupertus, & alij innumeri (imò qui ſecus dixerit, anathemate damnatur in Concilio Smirnenſi apud S. Hilar. lib. de Synodis,) ſapienter exiſtimant his verbis Patrem Deum alloqui Filium & Spiritum ſanctum, quaſi collegas ſuos, eiuſdem ſecum naturæ, potentiæ, & operationis, ad hominis formationem faciendam. Sed quare diuinarum perſonarum collegium conuocatur quaſi ad conſultationem, ſeu conſilium humanæ formationis? Nam eſto, hominis natura viſibilium omnium ſit præſtantior, propterea que aut *Micrococſmos*, id eſt, minor mundus, ſeu *Horizon vniuerſi* appelletur à Philoſophis; eſto inquam, quòd hominis formatio argutiſſimum ſit operum Dei, quare tanto conſilij apparatu facta proponitur? Luculenter Baſilius Seleucen. 1. *Non alium formatur homo à conditoris conſideratione, & Dei conſiliis commendationem & pretium accipit. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Antiquiorem conditione ſuâ honorem ſuſcepit.* Nimirùm homo antequam ſit, honoratur, ne vbi primùm ſit, degeneret ab hominis generoſitate. Neque enim Deus Adamum tot gratiarum inſtructum munimentis vult, vt adhuc in paradiſo ſit ſine dignitatis honore, ne quòd innocentiæ gratia aut erit malum, accerſat virtus inhonorata. Serò laudaretur, ſi poſt ſui conditionem commendaretur; vt homo iunior ſit ætate, quàm honore, viuat ad honoris dignitatem, qui necdum viuit ad viuum vitæ: quò honoris dignitas præcaueat delinquendi occaſiones, quas afferret virtus inhonorata. Heu! Adamus non tantùm fuit primordialis deli-

Philo l. de Mundi opif. Plato in Timæo. Baſil. Theodor. Cyril. Auguſt. Rupert. Concil. Smirn. Hilar.

Seleu. ora. 1.

De Celada in Iudith.

cti, ſed etiam anticipati honoris reus: nempe abſtens & amœnitate paradiſi, & dignitatis felicitate.

Quod malè perdidit Adam, bene recuperanit Iudith, Generosè vtens honoris & gloriæ felicitate: nam cap. 8. verſ. 1. nobilis eius proſapia celebratur: verſ. 7. eius venuſta pulchritudo, & opulentia: verſ. 8. inclyta tamæ honeſtæ fama commendatur: verſ. 28. vt prophetis ſuſpicitur: cap. 10. & 11. apud Aſſyrios eius ſapientia, decor, & virtus celebris eſt: cap. 15. verſ. 19. Summus Pontifex Ioachim cum Hieroſolymorum proceribus Bethuliam veniens gratulatus Iudithæ, & ipſius laudes celebrantur; & cap. 16. verſ. 25. dicitur: *Iudith magna facta eſt in Bethulia, & præclarior erat vniuerſa terra Iſrael.* Quæ tantâ gloriâ nobilis, quinque & centum annos celebris fuit omnium ſanctitatum laude: neque honorum gloria infuſcauit virtutem, ſed clariorem reddidit, nobili pietatis incremento. Iudith.

---

§. XXXI.

Ambitionis fomes, vitium humanæ naturæ ſuſpecta virtus eſt quæ dignitates non recuſat.

661. INnata eſt homini principandi cupiditas: ſublimitatis ambitio omnium mentes occupat, & vota tenet omnium: omnes ſuperbiæ telo perculſi naturaliter ſuſpirant ad honores. Neſcias vnde vilis limus tam generoſos haurit ſpiritus, quibus ſemper ſupra ſe aſcendere ſatagit natura concupiſcentiâ. *Dat & Apoſtolus nobis concupiſcentiam 1. ad Timotheum 3. Si quis Epiſcopatum concupiſcit, bonum opus concupiſcit: ſed bonum opus dicens naturalem concupiſcentiam oſtendit.* Verba ſunt Tertulliani. Audis concupiſcentiam ſublimioris throni, quæ eſt eminentis præfecturæ ambitio? Quaſi detur in homine aliquis ſpecialis fomes inſtigans ad honores quærendos, qui dicitur ambitio. *Habes ex iſto fomite,* (nempe ambitionis) *æſtuantem magnum Regem ſolâ gloriâ minorem,* ait Septimius. Scilicet Alexander Macedo nouo ambitionis fomite æſtuabat ambiens nouos Orbes, quibus imperbiſſimè principaretur. O quot excantant labores malè acti ambitionis æſtro! ô quantas ærumnas patiuntur, qui honorum cupidine aguntur! Eleganter deſcribit idem perantiquus Doctor Candidati moleſtias: *Sed iſti enim qui ambitu obeunt capeſſendi Magiſtratus, neque pudet, neque piget in commodis animæ, & corporis. Quas non ignobilitates veſtium affectant? Quæ non atria nocturnis, & crudis ſalutationibus occupant? Ad omnem occurſum maioris cuiuſque perſonæ decreſcentes, nullis conuiniis celebres, nullis comeſſationibus congreges, ſed exules à libertatis & lætitiæ felicitate, idque totû propter vnius anni volaticum gaudium.* Id eſt, propter annuam Præfecturam. Ecce tibi quàm æſtuat homo hoc fomite principãdi: quàm diligenter agitetur ſtimulis ambitionis, quæ vt conſcendat ad honorum ſublimitates, omnes moleſtias moleſtiſſimarum virtutum ſubit, ſimulátque ſanctitates omnes vt dignus videatur ſublimitate muneris quod prætendit. Quaſi qui ſic aſcendit, *non aſcenderit mendacijs ſcalis*, vt quondam Romulus cælos ſcandit. Nempe ex diſſimulatis vitiis, & ſimulatis virtutibus gradus facit ad ſublimitatem honoris.

Tertull. l. de anima, c. 16. 1. Timoth. *Ambitio concupiſcentia dicitur, ſeu fomes ad honores.*

Septim. de Pallio, c. 4.

Tertull. l. de Pœnit. c. 11. *Ambitioſus graphicè deſcribitur.*

lib. 4. aduer. Marc.

Digitized by Google

vnicuique ſecundum propriam virtutem. Quòd autem ait Chriſtus talenta diſtributa eſſe *vnicuique ſecundum propriam virtutem,* haud facile eſt interpretari. S.Hilar. Auctor Imperfecti, & Theophyl. inibi, propriæ virtutis nomine fidem intelligunt.

Hilar. Imperf. Theoph. *Ab honore augetur ardor ad virtutem.* Hieron. Beda.

Sed neſcio an fides, quæ ſemper à gratiâ eſt, aptè hîc dicatur propria cuiuique virtus, vt notant commentatores. Propterea S.Hieron. & Beda præfata verba intelligunt, prout ſe quiſque ad recipiendam gratiam diſponit. Quæ doctrina etſi vera ſit, intellecta de diſpoſitione ex auxilio gratiæ (procul, procul à tantis Eccleſiæ Patribus exſuſcitare emortuos Semipelagianorum cineres:) iure addubitat noſter Maldon. an ſatis prædicta expoſitio congruat inſtituto, & verbis parabolæ. Vnde ipſe ſapientiſſimus Doctor è proprio ingenio aliã expoſitionem commentus eſt, quã in medio proponit, tametſi illam non audeat affirmare; nempe illud *vnicuique ſecundum propriã virtutem,* intelligẽdum de naturã ipſa, nam alia aliã aptior eſt ſecundum naturalia, ad exercenda munera, ad quæ Deus illum deſtinat. Licuit Maldonato ſuam excogitaſſe ſententiã, liceat nunc ad mores aliam excogitare, quã videtur inſinuare Origenes, tractatu 33. in Matthæum, his verbis: *vnicuique ſecundum propriam virtutem. Alia fuit virtus eorum, quibus data ſunt quinque talenta, alia quibus duo, alia quibus vnum.* Nempè etſi eadem ſit natura omnium ſecundum naturalia, aut paria merita, ſecundum ſupernaturalia; at maior dicitur virtus eius, cui dantur quinque talenta, nam tantã tanti muneris largitate, & magnæ munerationis dignitate excitatur ipſa natura (vel potiùs ipſius naturæ gratia) ad ſublimiora incrementa virtutum, & quodammodò obligata manet ad ampliora incrementa. Hiſpanè dicimus: *Auna perſona que eſta en mayor pueſto, le corren mayores obligaciones.* Vnde ille, cui concreditæ ſunt quinque talentorum gazæ, plura lucratus eſt, eáque generosè reddit munifico Domino. Qui verò accipit duo, alia duo obtulit minori quæſtu. Qui autem vnum, virtutis neglexit quæſtus, & deterior à gratiæ abuſu effectus eſt. Ecce tibi quid ſit: *Vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Quaſi impar ſit æqualis natura ad gratiæ lucra, ſi vberiùs muneretur, ſi plus illi æſtimationis, ſeu gratiæ credatur, ſi maiorẽ accipiat dignitatem muneris: ac ſi ipſa felicitas amplioris muneris feliciter incrementa virtutis & exiguum munus concreditum, aut malignè ſobolem bonorum operũ parturiat, aut faciat abortũ gratiæ. Quemadmodum fecit, cui vnum duntaxat talentum creditum eſt, ſecus ille cui ampliſſimum munus commiſſum, etiamſi æqualis eſſet natura vel virtus antecedens munera. Profectò à munere accepto, iam *alia fuit virtus eorum, quibus data ſunt quinque talenta, alia quibus duo, alia quibus vnum.*

Orig.

Maldon.

162. *Animatur pauper honore.*

Depreſſior humilitas, paupertas anguſta, anguſtiæ infelicitati, virtutem non admodum robuſtam, reddunt puſillanimem: at ne puſillanimitate pigreſcat, & langueat, excitari ſolet à Deo honoris, ſeu felicitatis bono, quod non ſemel eſt incentiuum virtutis, Luc. 6.v.20. *Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum Dei. Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis,* &c. Quia, vt optimè dixit S.Cyrillus alibi laudatus, *pauperes habent intellectum modeſtum & quodammodo remiſſum*; humiles anguſto corde premuntur, eſurientes fame exanimantur, ideò ſtatim Chriſtus regales diuitias pauperibus pollicetur, humilibus honores promittit, eſurientibus ſaturitatem ſpondet. Audiendus eſt S. Chryſoſtomus ſuper hac re eleganter fatus: *Poſtquam igitur mandauit paupertatem colere, ea, quæ ſequantur inopiam, coronat honoribus. Contingit autem paupertatem colentes neceſſariorum incurrere defectum, & vix acquirere victum: idcircò non ſinit diſcipulos puſillanimes ſuper hoc fieri, dicens: Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini,* &c. Nempe vt diſcipuli à paupertate, ab humilitate, ab inopia non fiant puſillanimes ad pias virtutum audacias, honore afficit humiles, regiam dignitatẽ, & opulentiam illis indulgens: *Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum Dei*, qui ab humana infelicitate erant puſillanimes, à regiã dignitate fiant magnanimi ad heroicas Chriſtianiſmi virtutes: vt reſtituat honor, quod humilis paupertas fors detrahit, ne virtus à puſillanimitate detrimenta patiatur. Vnde Chriſtus Lucæ 4.v.38. *Surgens de Synagoga introiuit in domum Simonis.* Quare Chriſtus Deus in vilem piſcatoris domum ingreditur; optimè S.Chryſoſtomus: *Manebat apud diſcipulos honorans ipſos, & ob hoc animoſiores reddens.* Honor enim aliquando animoſitas eſt ad virtutis facinora.

Lucæ.

Cyrillus.

Chryſoſt. in Catena.

Lucæ.

Chryſoſt.

163. *Chriſtus tunc tentatur, cùm deſpectus videtur.*

Profectò admiratione dignum eſt, Diabolum auſum eſſe Chriſtum in deſerto tentare. Veroſimilibus coniecturis ſuſpicabatur diabolus Chriſtum eſſe Deum, & illũ tentando deiicere intentat. Planè hic deſipit malus dæmon, & barbarica temeritate inſanit. Quidnam Diabolum erexit in tam audax facinus, Diabolicis technis impar? Aduerte diligens & attentus expenſor ad Euangeliſtæ verba: *Et ſtatim Spiritus expulit eum in deſertum: Et erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana. Eratque cum beſtiis.* Marci 1.v.12. Nimirùm Spiritus ſanctus (vt commentantur S. Chryſoſt. Theophyl. & Euthy.) *expulit*, Græcè ἐκβάλλει, hoc eſt, *eiecit*. Ac ſi dicat Euangeliſta: Aduertens malus Dæmon, Chriſtum Deum eſſe quaſi eiectum ab hominibus, & cum beſtiis in ſiluis habitantem, tunc, tunc quidem audet illum adoriri, & præſumit tentationibus deiicere, & ſuperare. Et qui antè puſillanimis erat, tunc erigitur in audaciſſimam temeritatem. Quod inſinuare videtur S. Chryſoſt. pendens Chriſtum à Spiritu expulſum, crebrò impetu tentationum vaſtamentis, & machinis, impudenti Dæmonis audacia tunc præſumente, vel Deum tentando proſternere. *Expulit, &c. & tentabatur à Satana. Propter hoc autem non oſtendit eum ſimpliciter euntem in deſertum, ſed expulſum, vt hoc intelligas fieri ſecundum diuina diſpenſationis verbum.* Nempè communis diſpenſationis ratio eſt, vt eiectus ab hominibus, pauper, humiliatus, calamitoſus, expoſitus ſit tẽtationibus grauiſſimis, & atrociſſimis incurſibus Dæmonum. Nam Diabolus ſicut hominem alacrem non audet inuadere, ſic eiectum & ærumnoſum facilè inuadere, & ſæpè proſternere ſolet. Quaſi in homine eiecto deiectus ſit animus, demiſſus, proſtratus ab ærumnæ puſillanimitate.

Marci. Chryſoſt. Theoph. Euthym.

Chryſoſt. homil.13.

164. Vulgaris quæſtio eſt inter noui Teſtamenti Commentatores, cur Chriſtus Deus proditori Iudæ corpus ſuum, & ſanguinem in vltima cœna porrexerit. Porrò dedecere planè videtur, vt in præcordia immundiſſima intraret immaculatum Chriſti corpus, & auſpicia Euchariſtiæ deliberet impius proditor. Num Sanctorum dandum eſt canibus, canino rictu ferocientibus? Sanctus Chryſoſtomus, opportunè rationem aſſignãt his verbis: *Poſt hæc introiuit in eum Satanas. Etenim maius peccatum eſt factum, quoniam cùm acceſſiſſet non factus*

Chryſoſt. homil.83. in Matth. *Honor meliores facit.*

Digitized by Google

factus eſt melior, neque timore, neque beneficio, neque honore. Nimirùm ſatagebat diuina prouidentia perditum Iudam reſtaurare: Metum illi incutit, & terrores; & perſeuerat in proditionis inconſulto conſilio: adhibet exhortationes tacitas, & Dei eloquentiâ dignas; & adhuc ſurdus eſt. Quod imperfecti remedium conſultiſſimæ Dei prouidentiæ ad cohibendam proditoris impietatem, & frænandam Iudæ temeritatem effrænam? *Beneficio, & honore* afficit Iudam: illum amicè alloquitur, & admittit ad Apoſtolatus ſublime faſtigium; Corpus, & Sanguinem Dei Euchariſticè non negat: vt quem metus non emollit, dignitatis honor informet ad probitatem. Hæ ſunt piæ aſtutiæ diuinioris gratiæ, vt reſtauret dignitas honoris, quod neque blanda adhortatio, neque incuſſus timor extorquere potuit. Hæc eſt ſumma proditoris nequitia, Deum prodidiſſe, Magiſtrum abrenunciaſſe perfidè; nec beneficiorum obſequiis, nec ſummæ dignitatis honore informari ad virtutem potuiſſe. Perditiſſimè periit, qui neque beneficiis, neque honoribus à Deo largitis reſipiſcit ad virtutem, neque informatur ad probitatem. Quod quaſi vltimum remedium deſtinatur Iudæ proditori, & fuit primum erga primum generis humani conditorem Adamum.

Geneſeos 1. verſ. 26. Poſtquam in mundi opificio ſummus rerum opifex Deus creaturas reliquas de nihilo formauit, & diuinâ laude dignas
165. Geneſ.
indicans, laudationis honore confirmauit, dum deſtinat fabricare hominem, ſic dicitur: *Et ait, Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Verùm ſciſcitari oportet, quoſnam alloquatur hîc Deus Pater, aiens, *Faciamus.* Perperàm Hebræus Philo, & Plato arbitrantur Deum his verbis Angelos alloqui, illis creationis negotium mandans. Non enim ait, *Facite vos*, ô Angeli, ſed *Faciamus.* Propterea ſanctus Baſilius, Theodoretus, ſanctus Cyrillus, lib. 1. contra Iulianum, ſanctus Auguſtinus lib. 16. de Ciuitate Dei, Rupertus, & alij innumeri (imò qui ſecus dixerit, anathemate damnatur in Concilio Smirnenſi apud S. Hilar. lib. de Synodis,) ſapienter exiſtimant his verbis Patrem Deum alloqui Filium & Spiritum ſanctum, quaſi collegas ſuos, eiuſdem ſecum naturæ, potentiæ, & operationis, ad hominis formationem faciendam. Sed quare diuinarum perſonarum collegium conuocatur quaſi ad conſultationem, ſeu conſilium humanæ formationis? Nam eſto, hominis natura viſibilium omnium ſit præſtantior, proptereaque aut *Miſcrocoſmos*; id eſt, minor mundus, ſeu *Horizon vniuerſi* appelletur à Philoſophis; eſto inquam, quòd hominis formatio argutiſſimum ſit operum Dei, quare tanto conſilij apparatu facta proponitur? Luculenter Baſilius Seleucus: *Nondum formatur homo à conditoris conſiderantia, & Dei conſiliis commendationem & pretium accipit. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Antiquiorem conditione ſuâ honorem ſuſcepit.* Nimirùm homo antequam ſit, honoratur, ne vbi primùm ſit, degeneret ab hominis generoſitate. Neque enim Deus Adamum tot gratiarum inſtructum munimentis vult, vt adhuc in paradiſo ſit ſine dignitatis honore, ne quòd innocentiæ gratia arcetur malum, accerſat virtus inhonorata. Serò laudaretur, ſi poſt ſui conditionem commendaretur; vt homo iunior ſit ætate, quàm honore, viuat ad honoris dignitatem, qui needum viuit ad viſuram vitæ: quò honoris dignitas præcaueat delinquendi occaſiones, quas afferret virtus inhonorata. Heu! Adamus non tamèn fuit primordialis delicti, ſed etiam anticipati honoris reus: nempe abutens & amœnitate paradiſi, & dignitatis felicitate.

Philo l. de Mundi opific. Plato in Timæo. Baſil. Theodor. Cyril. Auguſt. Rupert. Concil. Smirn. Hilar.

Seleu. ora. 1.

Quod malè perdidit Adam, bene recuperauit Iudith, Generosè vtens honoris & gloriæ felicitate: nam cap. 8. verſ. 1. nobilis eius proſapia celebratur: verſ. 7. eius venuſta pulchritudo, & opulentia: verſ. 8. inclyta tantæ heroïnæ fama commendatur: verſ. 28. vt prophetis ſuſpicitur: cap. 10. & 11. apud Aſſyrios eius ſapientia, decor, & virtus celebris eſt: cap. 15. verſ. 19. Summus Pontifex Ioachim cum Hieroſolymorum proceribus Bethuliam veniunt gratulatum Iudithæ, & ipſius laudes celebrarunt; & cap. 16. verſ. 25. dicitur: *Iudith magna facta eſt in Bethulia, & præclarior erat vniuerſæ terræ Iſrael.* Quæ tanta gloria nobilis, Iudith. quinque & centum annos celebris fuit omnium ſanctitatum laude: neque honorum gloria infuſcauit virtutem, ſed clariorem reddidit, nobili pietatis incremento.

§. XXXI.

Ambitionis fomes, vitium humanæ naturæ ſuſpecta virtus eſt quæ dignitatem non recuſat.

INnata eſt homini principandi cupiditas: ſublimitatis ambitio omnium mentes occupat, & vota tenet omnium: omnes ſuperbiæ telo perculſi naturaliter ſuſpirant ad honores. Neſcias vnde vilis limus tam generoſos haurit ſpiritus, quibus ſemper ſupra ſe aſcendere ſatagit naturali concupiſcentiâ. *Dat & Apoſtolus nobis concupiſcentiam* 1. *ad Timotheum* 3. *Si quis Epiſcopatum concupiſcit, bonum opus concupiſcit: ſed bonum opus dicens naturalem concupiſcentiam oſtendit.* Verba ſunt Tertulliani. Quis concupiſcentiam ſublimioris throni, quæ eſt eminentis præfecturæ ambitio? Quaſi detur in homine aliquis ſpecialis fomes inſtigans ad honores quærendos, qui dicitur ambitio. *Habes ex iſto fomite,* (nempe ambitionis) *æſtuantem magnum Regem ſolâ gloriâ minorem*, ait Septimius. Scilicet Alexander Macedo tanto ambitionis fomite æſtuabat ambiens nouos Orbes, quibus ſuperbiſſimè principaretur. O quot excantauit labores malè actus ambitionis œſtro! ô quantas ærumnas patiuntur, qui honorum cupidine aguntur! Eleganter deſcribit idem perantiquus Doctor Candidati moleſtias: *Sed illos enim qui ambitu obeunt capeſſendi Magiſtratus, neque pudet, neque piget in commodis animæ, & corporis. Quas non ignobilitates veſtium affectant? Quæ non atria nocturnis, & crudis ſalutationibus occupant? Ad omnem occurſum maioris cuiuſque perſonæ decreſcentes, nullis conuiuiis celebres, nullis comeſſationibus congreges, ſed exules a libertatis & lætitiæ felicitate, idque totũ propter vnius anni volaticum gaudium.* Id eſt, propter annuam Præfecturam. Ecce tibi quàm æſtuat homo hoc fomite principãdi: quàm diligenter agitetur ſtimulis ambitionis, quæ vt conſcendat ad honorum ſublimitates, omnes moleſtias moleſtiſſimarum virtutum ſubit, ſimulátque ſanctitates omnes vt dignus videatur ſublimitate muneris quod prætendit. Quaſi qui ſic aſcendit, *non aſcenderit mendacij ſcalis*, vt quondam Romulus cælos ſcandit. Nempe ex diſſimulatis vitiis, & ſimulatis virtutibus gradus facit ad ſublimitatem honoris.

661. Tertul. l. de anima, c. 16. 1. Timoth. *Ambitio concupiſcentia dicitur, ſeu fomes ad honores.* Septim. de Pallio, c. 4. Tertull. l. de Pœnit. c. 11. *Ambitioſus graphicè deſcribitur.* Lib. 4. aduer. Marc.

167. Verùm enimuerò, quemadmodum vitiositas humanæ naturæ ad honores inhiat ingenito ambitionis igniculo, sic virtus, quæ vera virtus est, solerter fugit, & impensè detestatur munus principandi; & quasi alio arcano fomite vitat honores, amore humilitatis. Porrò ambitio quantumuis dissimulata, manifesta superbia est. Virtus non delinitur honoribus: qui se lubens permittit principatui, dissimulanter illud ambit. Procul à sanctitate laruata ambitio: procul à virtute sublimitatis fastus, quos semper fastidiuit vera virtus; quæ vt humiliter de se sentit, sic superbias dominationis solerter castigat. Suspecta tibi sit virtus eius, qui libenter se permittit honoribus, dissimulanter enim eos ambit. Dignitates ipsæ dignam munere personam quærant, & reluctantem hominem rapiant ad sublimitatem. Basilius vir planè magnus, Episcoporum exemplar, sanctitatis labor, virtutis meta, præclarum hac in re exstitit documentum, de quo sic fatur S. Nazianzenus: *In Episcoporum cathedra Dominum laudat Basilius, non hanc potestatem furatus, nec ea per vim potitus, nec honorem persecutus, sed ab honore quæsitus.* Furto rapit Præfecturam quisquis largitionum corruptelis, eam impetrat: nam Præfecturam vectigalem facit soluendi ambitionis impensas. Hoc genus emptionis quædam species furti est. Vnde sumptuosus ambitus est furti reus. Et dignitas ipsa cogitur soluere, quos detestatur præuiæ ambitionis sumptus. At Basilius *dignitatem non est furatus*, quam non emit munerum pretio, sed meritorum dignitate. Addit atque: Neque negotiationis violento ambitu *Honorem persecutus est.* Honorem persequitur negotiatio. Ambitio non tam est prosecutio, quàm Persecutio dignitatis: nam à negotioso candidati ambitu multa patitur honos: calamitas est Præfecturæ, sic obtineri. Verùm Basilius ambitione non quærit honorem, sed *honos* ambitiosè *quærit Basilium*. Heu! hodie, *Non virtute magis, quàm maleficio, & scelere sacerdotium paratur, nec digniorum, sed potentiorum throni sunt.*

Ambitio honorem persequitur.

Nazianz. Orat.de Basilij laudibus.

Honores quærunt bene meritos.

Naz.suprà.

168. S. Seuerus censu pauper, virtute diues, officio vilis, merito sublimis: casu pergit ad templum maximum, vbi populus consulebat de Episcopo eligendo. Absconditur ibi vt videat, non vt videatur: sed quem conscientia negabat honoribus, meritorum sublimitas eligebat. Columba specie conspicuâ insignis diuinitus reuolat super S. Seuero: ille satagit inter turbam abscondi; nam columba caro Seueri capiti insidet, episcopum cælitus designans: Expendenda sunt verba P. Damiani: sic aientis super hac re: *Conqueritur intra se Seuerus nil sibi profuisse confugium. Veruntamen adhuc suspicatur deceptam errore columbam.* Scilicet Seuerus sublimioris throni dignissimus, tam longè abest ab ambitu dignitatis, tam abiectè de se existimat, vt suspicetur columbam cælitùs missam, errore deceptam esse in sui designatione ad dignitatem, quasi quodammodò suspicans facilius esse cælestem columbam quasi decipi, quàm ipsum mereri thronum illum. Certat humilitas Seueri cum cælesti præsagio: & ipse suæ insufficientiæ conscius quasi suspectam habet electionem columbæ. Generosâ humilitate ambit, quod refutat conscientia humilitatis: & pia virtutis ambitione, ambitionem dignitatis detrectat: indéque dignior honoris efficitur, vnde impensiùs honorem recusauit. Et ita in detrectando munere æmulatur negotiosæ ambitionis solertiam: & quasi alio fomite ambit negari honoribus: facilius quasi suspicans cæleste signum (needum satis exploratum) decipi, quàm se dignè suscipi ad tantum munus. Sicut etiam sanctissimo Doctori Ambrosio, suspecta fuit infantis miraculosa vox, dum agebatur de eligendo Episcopo: *Subito vox fertur infantis in populo sonuisse Ambrosium Episcopum.* Verba sunt S.Paulini in eius vita. Quin & sæuitiam iustè intentat, & mulierculas castissimè accersit, vt se mentiatur indignum sublimitate muneris. Legatur inibi Paulinus, & Theodoretus lib. 4. historiæ. Sed irrito conatu fugit thronum Ambrosius, quia solers & sedula reiectio, pro pia ambitione fuit: & à muneris reiectione tam dignus est habitus munere, quàm alij ab ambitione digni sunt, qui reiiciantur à munere. Ecce S. Ambrosius scelera simulat, ne eligatur ad thronum; vt alij virtutes simulant ad ambitionem throni. Sed euentus probauit feliciter eligi reluctantem.

Humilis facilius quasi suspicatur cæleste signum decipi, quàm se esse dignum honore, cui destinatur.

P.Damia. serm.5.

Paulin.

Theod.

169. Piget & pudet recensere quàm viriliter Christiana virtus recusauerit honores, exemplo Christi Dei, qui acclamatus Rex à quinque millibus hominum, quos diuinitus in eremo cibauerat, *fugit in montem ipse solus.* Ioann.cap.6. vers.15. Adducam Traianum hominem non religione sed moribus præmaturè Christianum hac in re. Captabantur auguria, & consulebantur Dij de Principe eligendo; designat omen Traianum: *Nec aliter à cunctis omen acceptum est.* Verba sunt Consulis Plinij in sua ad Traianum Panegyri; at sobrius Princeps refutabat imperium. *Recusabas enim imperare: recusabas quod benè erat imperaturis. Obstinatum enim tibi non suscipere imperium, nisi seruandum fuisset.* Nimirum is recusat dignitatem, qui commoda dignitatis non captat, sed labores; qui se velut dignitati, non dignitatem sibi. Is inquam, obstinato animo thronum detrectat. Animosè ait Consul, *obstinatè*: nam tanto mentis conatu, & virium adnixu imperium detrectauit Traianus, vt *obstinatè*, & contumaciter imperium reiecerit, & quasi pertinaciter flectinescius ambierit non esse Imperatorem sed priuatum. Hoc exemplo hominis Gentilis, *Adigo cauterem ambitioni*, sententia est Tertulliani, ne tam latè serpat candidatorum morbida negotiatio, quæ cancer est reipublicæ, & cautere opus habet, ne pestilens contagio latiùs propagetur: Cauterio curatur morbus lethalis, & irremediabilis, & vtcumque sic sistitur valetudo; *ergo adigatur cauterium ambitioni*, & cauterizata conscientia ignibus ambitionis, & superbiæ fomite, pœnalissima & extremâ medicinâ curetur. Vtinam ambitiosa negotiatio repulsam negotiaretur; & ambitio quæ honores persequitur, negaret honores: & ita neglectus muneris esset muneris negotiosior ambitio; nam omnis dignitas omnem ambitionem recusat: suspectus sit omnis ambitus, vt secura sit omnis dignitas: & fuga ab honore, meritum sit ad honorem obtinendum. Aduerte Iuditham *è secreto domus suæ cubili in quo cum puellis suis clausa morabatur*, negligentem diuitiarum honores, recusantem connubia Principum Iudæorum, detrectantem Prophetidis sedem, & nomen, & superbas Holofernis nuptias: à Deo electam, vt principetur Principibus Bethuliæ, & quasi Imperatrix Hebræi exercitus Nabuchodonosoriam potentiam profligaret. Nimirum Iuditham honores negligētem eligit Deus ad summum honorem, quem negotioso neglectûs ambitu adepta est hic v.25. quippe quę principatū mercata fuit ambitione meritorū, non præstigiis negotiationum, & secessum quærens, principatum inuenit, & Principum princeps renunciata est.

Ioan.

Plin.

Obstinatè recusat principatum; qui bonus princeps futurus est.

Tertull.l.de Pallio,c.5.

Ambitioni cauterem adige.

Iudith.

§.XXXII.

§. XXXII.

Secularis prosperitas aliquando iuuat ad virtutem; estque sanctitatis custos.

170. *Felicitas aliquando custos est virtutis.*

IN hac vita malè audit humana Prosperitas, ac si esset pia vitiorum mater, & impia virtutum nouerca. Homo cui ridet fortuna, cui blandiuntur opes, cui adulantur honores, facilis est ad vitium; nam quis fortunam ferat totâ felicitate incumbentem? Virtute Atlantes prostrauit miserè felicior prosperitas, quæ sanctitatis venenum meritò nuncupatur. Ast Mithridates sustentabatur veneno. Et quibusdam Prosperitas valde profuit ad virtutem.

Iob.

Iob 29.vers.2. *Quis mihi tribuat*, (dicebat Iobus calamitate deiectus,) *vt sim iuxta menses pristinos, in quibus Deus custodiebat me?* O vtinam ad pristinum felicitatis statum reuocarer, in quo innocentior mihi vita fuit, & remotior à culpis; nam insana hæc calamitas irritamentum mihi est ad delinquendum, longiùs à vitiis aberam, cùm florebam regno & opibus.

S.Thom.

S. Thomas ibi explicat verbum illud, *custodiebat me*: id est, *promouebat me* Deus augendo opes, me ad honores in dies promouendo, & nouis fortunæ accretionibus felicitando, *custodiebat me*. Id est: felicitas mihi erat custos sanctitatis.

Genes.

Neque hoc est insolens in Scriptura: Genes. 2.vers.15. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum*, hominem, inquam, ait S. Augustinus.

August. l.8. de Genes. ad litt.c.10.

Ergo ex mente Augustini, Deus posuit hominem in paradiso voluptatis, vt toto paradiso voluptatis custodiret hominem. Paradisiacâ voluptate, hoc est, amœniori felicitate Deus custodire hominem intentat. Ad hunc locum Geneseos proculdubio allusit Iobus, cùm asserit fortunatissimum olim statum pro custode fidelissimo illi fuisse: *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, in quibus Deus custodiebat me?* nimirum regno, honoribus, & diuitiis custodiebat me Deus sicut Paradiso voluptatis quondam custodiuit Adamum, ponés eum in paradiso voluptatis, *vt custodiret illum, id est, Adamum*. Sic Deus aliquos ad sanctitatem per diuitiarum abundantiam, & honorum fastigia ducit. Alioqui omnes fortunati damnarentur.

171. *Ioannes prosperitate humana crescit in virtute.*

Christus Deus baptismum pœnitentiæ à Ioanne accipit, demissus quidem abiectissimâ humilitate, veluti mentiente peccata. Et Baptista euehitur ad sublimissimum honoris fastigium, scilicet Deum abluere suo baptismate. Et subiungit Christus Dominus: *Sic decet nos implere omnem iustitiam*. Matth. 3.vers.13. id est, *omnem sanctitatem*, vt vulgò expositores.

Matth.

Quasi dicat Christus: Ego humilitate hac, abiectione, & humano dedecore: tu verò hac sublimitate, tanto honore, & fastigio dignitatis; perficiemus omnem sanctitatem. Ego dedecore, & contumeliâ: tu gloriâ, & auctoritate; diuersissimis quidem viis, ad omnem sanctitatem, id est, virtutis culmen perueniemus. *Sic decet nos implere omnem sanctitatem.* Ioannes crescit, honoribus sublimatur, pro Christo reputatur, augetur auctoritate, & supra humanum fastigium attollitur Ioannes. Et eiusmodi prosperitatibus prosperatur Ioannis virtus.

172. Iob.

Præclarè Iob 10.vers.14. *Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris?* Quid est: *ad horam pepercisti mihi?*

Sanctius. Gregor.

Sanctius ibi edoctus à S.Gregorio, ad pristinum statum felicitatis pristinæ reuocat hæc verba, cùm

multis abs te beneficiis cumulatus florebam prosper in regno meo. Pulchrè prosperitatis tempus *horam* appellauit.

Prosperitas aliquando est antici-pata venia delictorum.

Nam diuturnior felicitas, instantanea est. Sed pendo illud verbum, *pepercisti*, cùm dicitur de prospera Iobi fortuna: *Ad horam perpecisti*: Felicitásne peccatis parcit? éstne anticipata venia delictorum, quæ patranda in calamitate forent? est sanè aliquando: neque ad hanc commentationem alio egeo patrono, seu interprete, quam ipso Iobo? Nam calamitatem indubie appellat iniquitatem; *Cur ab iniquitate mea* (id est, à calamitate mea,) *mundum me esse non pateris, si ad horam pepercisti mihi* regiâ quondam felicitate? Vidistin' quomodo Prosperitatem præmaturam veniam appellat peccatorum patrandorum in ærumnis, quæ delicta, saltem leuia, à religiosis viris extorquere solitant? Ergo prosperitas aliquando præpropera venia delicti est anticipata remissio, & præmatura criminis condonatio: *Ad horam pepercisti mihi*. Præuenit gratia delictum, & felicitas auertit flagitium. Quid luculentius pro hac re, quàm planè dixisse Iobum, pristinam prosperitatem fuisse anticipatam veniam delictorum?

S.Gregor.

Hanc expositionem Sanctij disertè tradit S.Gregorius rerum Iobi sagacissimus inspector: Qui ad illa verba cap.42. vbi restitutus pristinæ felicitati, de calamitate perpessa, sic inquit Gregorius: *Et consolati sunt eum super omne malum quod intulerat Dominus super eum. Percussi enim mœrorem consolari, est ei post percussionem de venia congaudere.* Ecce quomodo restauratio prosperitatis antiquæ, *venia* dicitur à Gregorio. Illi debes hanc expositionem, Gregorij acumini adscribatur.

Iudith.

Sic Iuditha cap.8.vers.8. dicitur virtute *famosissima; neque erat qui loqueretur de ea verbum malum.* Nempe tot felicitatibus, quæ in hoc capite v. 25. recensentur, sic est aucta eius sanctitas, vt inter præstantissimas matronas, præstantissimum locum obtineat. Fateor, sæpius ærumnæ & calamitates iuuant ad virtutem; sed aliquando felix prosperitas præmatura venia est delictorum, quæ patranda forent in acerbiori calamitate. Tametsi hæc non adeò secura via sit. Malo in hac vita affligi cum Christo vt securiùs cum ipso feliciter in futura.

§. XXXIII.

Non bene præcauentur delicta, auferendo obuias occasiones, sine quibus hominum vita vix transigi potest.

173.

BOni peritique vrbium Rectoris est pungi sanctarum legum violatione: vt ægrè fert patrata à subditis scelera, sic præcaueat ne deinceps patrentur, & occasiones delinquendi aufert diligenter: Sed vt *vltima supplicia vltimis sceleribus ponit*: (vt docet Seneca lib.1.de Ira, cap.6.) sic vltima remedia vltimis & desperatis morbis facienda sunt.

Seneca.

Puerilis cautio est, vulgares occasiones, & sine quibus vix humana vita agitur, submouere.

Superioris cautela pueriliter auferret necessarias occasiones.

Alienâ pulchritudine peccatum fortè est: ergo deuenustãda omnis feminea pulchritudo. Malè cessit consilium sapientis: ergo sapiens consulendus non est? In templis virorum, ac feminarum concursus sæpè facinorosus extitit: ergo nec diebus festis conueniendum in templum est? sic sexcentæ eiusmodi cautiones occurrunt. Hæc, inquam, imperitia Præpositi est, non cautio delicti. Nam quis præcauere possit tam faciles peccandi occasiones, quæ hominem ad delinquendum non impellunt, sed animi

Digitized by Google

imbecillitatem ostendunt magis? Peccauit Adamus in paradiso; & mox paradisi Rector eum è paradiso expulit: occasionem delinquendi exterminio abstulit Deus? Benè & prudenter cautum est, vt qui in paradiso deliquit, paradiso careat, quò peccãdi amputetur occasio? Planè eiusmodi consilium Dei sapiẽtiam dedeceret. Et ne talis cogitatio quenquam subiret, consultò Moyses eiusmodi suspiciones amputauit. Non est Adamus è paradiso eliminatus, quia peccauit; sed ne peccatum, quod ibi commisit, immortale fiat: *Ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Genes. 3. vers. 22. Porrò puerilis cautio & inanis foret exilium. Nam qui vel in paradiso peccauit, & extra paradisum fortè grauiùs peccaret. Nec quia semel, neque quia iterum, & sæpiùs peccaret, arcendus paradiso erat, cui paradisi voluptas tam leuis occasio delinquendi fuit. Neque enim quia quidvis non bene cedit, statim vitandum, aut ablegandum est. *At malè cessis* (inquit Seneca) *& liberi, & coniuges spem fefellerunt: & tamen educamus, & ducimus. Adeóque aduersus experimenta pertinaces sumus vt bella, victi; & naufragi, maria repetamus.* Huiusmodi suspicionis larua pueros terreat, non viros. Semel periclitatum est, non semper periculum erit, imò fortè à casu cautior & vegetior resurget homo. S. Chrysolog. loquens de filio Prodigo tot flagitiis infami, cuius pius Pater sic præcauet delicta futura, ait: *Est penes patrem dulcis conditio, libera seruitus, absoluta custodia, timor lætus, blanda vltio, paupertas diues, secura possessio.* Expende illud: *Absoluta custodia*: id est, absoluendo ligat; permittendo interdicit; licentiâ custodit. Quod videre licet in Iudith hic v. 17. & alibi sæpe.

Genes. — Seneca de benefic. l. 1. c. 1. — Chrysolog. serm. 1.

174 Peccauit Adamus libertati suæ permissus; quid faciat Deus? Luculenter Basilius Seleuc. *Si iussus homo mandatum prætereat, non ideo naturam demutat Deus, neque necessitatis legibus vincit inobsequentem, neque gratiam per vim aufert, neque intra necessitatem dona contrahit, neque naturam peruertens mentem adulterat.* Nimirum quia liber erat, peccauit: non ei sustulit libertatem, sine quanon deliquisset. Hoc fortè fecissent homines; sed non Deus: *ne naturam peruertens, mentem adulteret*: quia imminuta libertas mentem humanam fecisset adulteram. Vel quia mens imminuta arbitrio, esset vt moneta adultera, quæ nullius est valoris: vel quia auferendo aliquid arbitrij, remansisset mens adeò impudens ad peccandum, vt solet femina publicè adultera, quæ nullo pudoris fræno cohibetur ad luxum. Sic homo, qui notatur publicè auferendo ab illo occasionem aliquam remotam delinquendi: Matth. 5. v. 29. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te*, &c. *Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te; expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.* Peccasti visu? erue tibi oculos, ne tibi sint in animæ ruinam. Et sic rectè cautum erit. Deliquisti manibus? manus abscinde, vt occasio peccati penitùs amputetur. Hoc consilium à Christo est, salubre, & sanctum erit. O Deus bone! nemo erit mortalium non cæcus, aut luscus, aut surdus, aut mancus, aut claudus: quia nemo est qui non visu, aut aure, aut manu, aut pede deliquit. Imò qui animo peccauit, animum eliminare cogetur. Et qui toto corpore deliquit, qua ratione totum corpus abscindet? num minutatim concidet membra? an totum corpus auellet è toto corpore? Nugari mihi videtur, ô homo: & facetè S. Laur. Nouar. sic præfata Matthæi verba expendens: *Si per cuncta peccata, vel scandala, non animi cupiditas reprimenda est, sed effodiendus est oculus, qui vidit, nullus iam habiturus est oculos. Non est quisquam, cui oculi remanebunt; quia non est inter mortales, qui non concupiscit, aut scandalizatur, aut peccat.* Reprimatur cupiditas, inhibeatur impetus naturæ, frænetur appetentia, animi subsultus comprimantur. Non effodiantur corporei oculi, non secetur manus, non amputetur auris. Aduerte sanctissimam Iuditham hîc non vitare obuias occasiones, sine quibus vita humana vix transigi potest, sed cum magna gloria processisse statis diebus.

Seleu. orat. 3. — *Libertatis imminutio adulterium est mentis.* — Math. — *Non est eruendus oculus, qui delinquit.* — Laurent. Noua. homil. de Pœn.

§. XXXIV.

Singularitas in re sanctitatis, destruit quod astruit.

175 INimicus multorum est, qui multis dissimilis est. Quicunque studiosus sanctioris virtutis, recedat quantum potest à se ipso & in se ipsum; sed non recedat nimis à cæteris. Sit vita non vulgaris in occulto, sed non sit singularis in publico; nam singularitas non tam est publica virtus, quam occulta ambitio. *De singularitate famosus* dicitur Phœnix à Tertulliano. Porrò singularitas famam captare ingeniosè studet: vnde habetur elationis artificium, non virtutis meritum. Qui singulariter viuit, non proficere, sed conspici cupit. Sapienter vetat Seneca: *Facere aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia sunt.* Asperum, incultum, & intonsum caput, & negligentiorem barbam, squalidam vestem, insolens ieiunium, cubile humi positum, ecstatica suspiria, & quicquid aliud ambitionem peruersâ viâ sequitur, deuita. Satis ipsum Religiosorum nomen, etiamsi modestè tractetur, inuidiosum est. Quid si te hominum cõsuetudini cœperis excipere? *Intus omnia dissimilia sint, frons nostra cum populo conueniat.* Videri cupit bonus & frugalis, non esse, qui ob singularitatem omnium oculos, & admirationem ad te rapere cupit. Frugalitatem exigit virtus, non admirationem. Temperetur vita inter bonos mores, & publicos. Magnus ille est qui in vita communi singulariter viuit.

Vita nostra ne sit de singularitate famosa. — Tertul. l. de Resurr. carnis, c. 13. — Seneca. epist. 5.

176 Matthæi 4. v. 1. *Ductus est Iesus à Spiritu in desertum, vt tentaretur à Diabolo: & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*, &c. Totos quadraginta dies constanter ieiunat Christus: quorsum tam acerbâ diætâ maceratur? Num vt carnem debilitans, concupiscentiam cohibeat, & ieiunio tranquillet corporis indomitam licentiam? Minimè: nam Deus non subest eiusmodi passionibus, nec Dei caro ægrescit innatâ concupiscentiæ peste. Forte vt se probet Deum, quadraginta dies & noctes pertinaciter ieiunat? Profectò infirmum foret Deitatis argumentum: nam Moyses, & Elias totidem dies, & noctes ieiunarunt. Sed cur hos Hebrææ sanctitatis proceres ieiunando non excessit? Eleganter S. Chrysostomus: *Prius Moyses, & Elias in hanc ieiunij longitudinem peruenire potuerunt. Nec tamen vltrà progreditur Christus, ne scilicet rei admirandæ excessus*, &c. Nempe non vltrà ieiunat, quàm Moyses, & Elias, ne excessus ieiunij ob singularitatem, admirationem pariat. Nam apud cordatos homines Singularitas virtutem mentitur, vitium elationis affirmat. Elegit non excedere, etsi poterat, ieiunium Moysis, & Eliæ ne singularitatis inuidiâ incurreret. Mauult hac in

Math. *Singularitatem in ieiunio vitat Christus.* — Chrysost. hom. 13. in Matth.

re

re non haberi, vltra hos Prophetas, quàm singulariter ieiunare; *ne rei admirandæ excessus* singularis deuenustaret eximium ieiunij opus apud homines, quibus singularitas suspecta, & inuidiosa est.

177. Luca. Lucæ 1. v. 25. Mittitur Gabriel Angelus à Deo ad Mariam virginem, vt agat de re Incarnationis quam operatura erat illibato virginitatis pudore: *Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Quæ fuit sufficiens causa, vt Maria turbaretur? Num colloquium cum Angelo, vt insolitum, turbaret Mariam, assuetam cum cælitibus cælestia crebrò tractare? Fortè quia specie iuuenis tunc apparuit: quasi sub alia specie toties apparuisset. Quid? turbat Mariam Dei corporatio? Quid ipsi notius? Forsitan quòd de puella virgine nasciturus erat? quasi id olim non publicasset Isaias. Quid ergo virginem turbat? Opportunè Andreas Hierosolymit. *Turbata est in sermone eius, &c. Quasi diceret: Num sola ego inter mulieres nouum naturæ modum induam?* Nimirum timet Maria ne si Virgo, & mater sic, a sit etiam virgo singularis. Lego in Tertullian. appellasse nuptias, *Exitum singularitatis*; vnde cœlibatus *singularitas erit.* Scio ex S. Nazianzeno, quòd *Virginitas in ordinem Angelorum, naturaque singularis ordine censetur.* Hæ singularitates, vtpote deinceps communes, Mariam non turbant. At maternitas virgo, & virginitas puerpera, quæ insolentia naturæ est, & singularis gratiæ prærogatiua, fortè tunc timetur à Maria, & eam velut turbat, verita, ne *sola inter mulieres nouum naturæ modum inueniat.* Nempe humillima virgo timet esse singularis, ne elatio singularitatis deprauet priuilegia diuinioris gratiæ. Deipara turbatur singularitatis metu; Christus Deus eiusdem filius singularitatem ieiunij deuitat, & homo superbiæ obnoxius singularitatem affectat? Caue ab hac peste virtutum deprauatrice. Esto intrinsecus singularis, extrinsecus communis, & sic à communi singularitate præmite.

Deipara timet esse singularis.

Andr. Hierosol. in S. Maria Deipara salutationem.

Tertul. l. de Exhort. Castit. c. 1. Naz. Orat. in laudem Basil.

178. Matth. Matthæi 5. vers. 3. *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Paupertas humilior, seu humilitas pauperior, prima, & princeps beatitudinum est, & præmij loco regnum cælorum illi promittitur. Bene est. Sed cur quæso principi beatitudini commune præmium proponitur? Porrò possessio cælestis regni merces est promissa cuius sanctitati, & cuiusque minimæ iustitiæ corona. Communi præmio dignè munerabitur singularis virtus, & augustior beatitudo? Quam ob causam non illi assignatur speciale præmium. Fortè peculiare præmium de singularitate suspectum erit humili, qui fugit nomen virtutis, tenet rem; qui mauult spectabilem esse, quam spectari. Non ambit honores de singularitate, sed singularem virtutem obtegit sub communi vita. Non singularitatis fastus gehennæ meritum est, non beatitudinis præmium. Bellè Bernardus agens de monacho singularitatis amatore, ait: *Cum autem ex his, quæ singulariter, sed inaniter agit apud simpliciores eius opinio excreuerit, dum miserum beatificant, in errorem inducunt.* Nemo ob singularitatem beatificatur, quia singularitas neminem facit beatum. Procul est singularitas à beatitudine: siquidem beatitudinum princeps non modo non ambit singulare præmium, sed fortè recusaret. Quod præcauens Christus Deus, commune præmium non speciale aut singulare, primæ beatitudini pollicetur.

Matth. singulare præmium vitaret humilitas.

Bernard. de 3. gradib. humilitatis.

179. Bernard supra. De singularitatis amatore sic ait S. Bernardus, quò monachos ab hoc vitio deterreat: *Non melior esse studet, sed videri. Non meliùs viuere, sed videri viuere gestit. Plus sibi blanditur de vno ieiunio, quod cæteris prandentibus facit, quàm si cum cæteris septem dies ieiunauerit. Commodior sibi videtur vna oratiuncula peculiaris, quàm tota Psalmodia vnius noctis. Vigilat in lecto, dormit in choro. Cùmque alijs psallentibus ad vigilias totâ nocte dormitet, post vigilias alijs quiescentibus solus in oratorio remanet, excreat, & tussit, gemitibus ac suspiriis aures foris sedentium de angulo implet.* Hanc singularitatis vitij anatomiam facit S. Bernardus, bonus animæ Chirurgus. Caue ab hoc vitio. Sit tibi exemplar illustre, Iudithæ vita, quæ capit. 8. vers. 5. sub specie diuitis & honestæ viduæ, duriorís paupertatis, & inediæ molestias occultabat: sub cortice vitæ communis, medullitùs agebat vitam planè singularem, & diuinam.

180. Iudicum. Debbora inclyta Hebrææ gentis heroïna celebrans illustrem victoriam, quam aduersus Sisaram reportauit; eam his verbis magnificè commendauit, Iudicum 5. vers. 20. *De cælo dimicatum est contra eos. Stellæ manentes in ordine, & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.* Quid est astra strenuè admisisse ad victoriam reportandam, dum permanerent in ordine, & cursu suo? quasi dicat: Fateor præclara fuit victoria, quâ Iosue olim cap. 10. v. 11. detriumphauit tot potentissimos Reges; at Solem, & Lunam stare fecit in cælo, cursúque suo inhibuit, euariato naturæ ordine, atque orbe stupente prodigij nouitatem. Verùm hæc aduersùs Sisaram victoria illustrior est, neque enim exorbitauit natura, nec steterunt astra: *sed stellæ manentes in ordine, & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt.* Illustrior enim laus est consueto ordine, & naturali cursu facinus aliquod perpetrare, quàm auxiliares stellas extrahendo à suo consueto ordine, & insolitis prodigiis, & quæ admirationem mouent, magna patrare. Hic est huius victoriæ fastus; & vitæ Christianæ, & religiosæ sublime encomium, si quis in ordine, & cursu suo, nec affectando noua, & extraordinaria, sed tacitè, & sine strepitu, & populorum admiratione, in assueta, & communi vita illustrem sanctitatem quæreret, & insigniter perageret. Vt insignis ille Ludouicus Gonzaga, nostræ Societatis gloria, qui in communi vitâ non communem, sed extraordinariam, & prodigiosam sanctitatem adeptus est: ne ambitio singularitatis sit euersio sanctitatis. Sic religiosissima Iudith hic vers. 28. in ordine & cursu suo, id est, in vita, & victu, & cultu communi, singularem alebat virtutem: & extraordinariam sanctitatem.

B. Gonzaga in vita communi singularem sanctitatem nactus est.

§. XXXV.

Sterilitas reatus naturæ est, vigoris inopia, deformitas humanitatis, prematura mors Sed præstat sterilem esse ventre, quàm mente.

181. Sterilitas vitium hominis est, naturæ dedecus, & humanitatis contumelia: nam infœcundus homo quasi frustratur sanctum matrimonij ius, sistit suam speciem, & prolis auarus, sibi soli nascitur. Hinc (olim maximè,) sterilitas probrosa fuit. Clemens Alex. sic fatur: *Alicuius etiam matrimonij miserentur poetæ, quod est semiperfectum, & caret liberis: beatum autem id dicunt, quod floret, & germinat*

Clem. Alex. 2. Strom. Sterilis dicitur naturæ reus, & inops naturæ.

Digitized by Google

germinat vndique. Nempe felix est matrimonium, quod multiplici prole floret; at infœcundum matrimonium, semiperfectum dicitur à Clemente: semiconiux (liceat sic fari) & semifemina erit, quæ sterilis est: quasi non sit integrè vxor, quæ caret aliqua sui parte, liberis inquam, quæ est aliqua parentum portio. Quin & Tertull. orbos, siue orphanos appellat homines, qui liberos non susceperunt, sic aiens: *Maledicti iudicantur, qui non naturæ reatu, sed mortis preuentu orbi decessissent: ideò illis ex suo genere vicaria, & quasi posthuma proles supparabatur.* Orbum seu orphanum appellat hominem prole carentem. Sed expendere licet sterilitatem dici *Naturæ reatum*, culpatur enim infœcunditas reatus nomine, quasi delictum naturæ sit sterilitas. Saltem paupertas naturæ est. Quod disertè tradit Basilius Seleuc. aiens: *Abrahamo circumfluebant vndique opes ingentes; sed inopia naturæ partum negabat.* Naturæ inops, & naturæ reus appellatur sterilis. Imò inopia naturæ auaram gloriam infœcundis Principibus elargitur, & æuo perexiguo perituram, nisi in sobole propagetur. Bellè Ennodius hæc de rege Theodorico scribit ad Symmachum: *Det etiam (Deus) de eius germine successorem; ne bona tanti hominis in vna ætate veterascant, & antiquata temporibus, pro sola aurei seculi commemoratione nominentur.*

Tertul. l. de Monog. c. 7.

Basil. Sel. Orat. 7.

Ennod. l. 9. epist. 30.

182\. Præterea fœcunditas est decor, & pulchritudo sexus; ergo sterilitas turpis est, & fœda. S. Ambrosius ita elegantissimè fatur: *Speciosa fœcunditas est; contraria ergo speciositati sterilitas: quoniam qui priuatur specie vel decore, in eo est malum: quod autem malum, hoc sterile & infœcundum. Cuius rei quod euidentius indicium quàm terra est? Terra enim quæ bona est, fertilis atque fœcunda; quæ autem mala, ea ieiuna, atque sterilis: quæ verò fertilis, hæc & decora. Quid enim pleno agro pulchrius, cùm seges fluctuat, cùm poma irrutilant, vel cùm vuarum serta dependent, aut baccis onusta olea curuescit, vel viridanti gramine montium vertices, & vallium humilia vestiuntur? Similis est causa animæ & soli, quia ea decora anima, quæ fœcunda sit, ea indecora, quæ sterilis.* Ergo fœcunditas est naturæ venustas, infœcunditas verò fœda deformitas. Sibi suffragatur idem S. Ambrosius sic fatus de Thamar matre Phares, & Zaram: *Non temporalis vsum libidinis requisiuit, sed successionis gratiam concupiuit. Erat enim deforme liberos non habere: quod etiam legum ciuilium fuit auctoritate mulctatum.* Ita sancitur l. inter virum, C. de infirm. pœn. Scilicet sancita lege cogebatur olim matrimonium, ob prolis bonum, quæ est ciuilior politia. Audiendus est Tertullianus: *Sufficiat ad consilium viduitatis vel ista præcipua causa, importunitas liberorum: ad quos suscipiendos legibus compelluntur homines.* Neque enim tantùm Hippocrates toto libro de sterilibus, medetur infœcunditatis morbo, sed etiam Iurisprudentia hanc naturæ deformitatem ciuilissimè curare intentauit.

Ambr. l. de Isaac & anima c. 7. *Pulchra est fœcunditas, sterilitas deformis.*

Ambr. l. 3. in Lucam.

Tertul. l. de Exhort. Castit. c. 12.

Hippocr.

183\. Isaiæ 4. vers. 1. *Et apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum.* Quasi dicant septem, id est, plures feminæ vni viro: Maritorum negotium est vestibus ornare, & cibis alere vxores: hæc neglige, tantùm coniugale debitum expolcimus, vt auferatur opprobrium nostrum. Ecquod est hoc opprobrium vsque adeò contumeliosum, vt mulieres Zelotypiæ oblitæ, plures certatim ambiant vni viro simul nubere. Lyranus ibi: *Aufer opprobrium nostrum, scilicet sterilitatis, & nihil plus petimus à te.* Tam probrosa olim sterilitas habebatur! Nec mirũ, cùm Exodi 23. vers. 26. dicatur. *Non erit infœcunda, nec sterilis in terra vestra.* Super quibus verbis sic scribit Lipomanus: *Antiquitus benedictio Domini, prolium erat abundantia; & sterilitas, & infœcunditas maledictionis loco interminabatur impiis.* Ad hæc Exodi verba proculdubio alludere videtur S. Bernardus, ita fatus: *Maledicta sterilis in Israel. Dura necessitas, & graue iugum super omnes filias Euæ, & si pariunt, cruciantur, & si non pariunt, maledicuntur. Hæc maledictio quid aliud est, quàm hominum exprobratio? Neque ob aliud sanè dicitur sterilis maledicta, nisi quod opprobrio & contemptui sit habenda, tanquam inutilis & infructuosa.* Ergo sterilis probrosa, inutilis, & maledicta olim habebatur.

Isaiæ. *Sterilis probrosa erat, quasi inutilis, & infructuosa.*

Lyra.

Exod.

Lipom.

Bern. serm. 2. super Missus est.

184\. Geneseos 30. v. 1. *Cernens autem Rachel, quod infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar.* Quasi mortem malit Rachel, quàm sterilitatis contumeliam, quæ mors reputatur: nam sterile emortuum dicitur 1. Reg. 2. vers. 6. *Dominus mortificat, & viuificat.* Mendoza inibi sic locum interpretatur: *Dominus sterilem facit, & fœcundat.* Quæ sunt verba sterilis Annæ, iam fœcundæ. Ad Romanos capite 4. vers. 8. dicitur de Abrahamo, cui centenario Deus prolem pollicitus est: *Nec considerauit corpus suum emortuum, cùm iam ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ.* Vnde viuum idem est ac fœcundum, & contrà, sterile mortuum dicitur. Hinc lux loco illo perobscuro ex libro Iudicum, cap. 11. v. 30. vbi Iephte comparans se ad prælium contra Ammonitas militari ambitione victoriæ, sic vouit: *Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino.* Cui victori cùm primum occurrisset vnigenita filia; (neque enim habebat prolem masculam) scidit vestimenta sua præ impatientia doloris, aiens: *Heu me filia mea, decepisti me: aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero.* Cui illa annuit, postulans bimestre tempus ad deflendam in montibus virginitatem suam cum sodalibus. *Expletisque duobus mensibus reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum.* Ergo si Iephte fecit, sicut vouerat, cùm vouisset illam offerre in holocaustum, illam verè obtulit. S. Hieron. & S. Aug. quibus ancillantur vulgò interpretes, id seriò asserunt. Negant proceres Hebræorum, quibus subscribit Lyran. & Mariana. Verba Lyrani pulchra sunt: *Potest dici quod filia Iephte non fuit sacrificata Domino per mortem corporalem, sed potius per ciuilem, seu spiritualem: eo modo, quo Religiosi dicuntur mundo mortui in quantum à mundanis actibus sunt segregati, & diuinis obsequiis totaliter mancipati. Sic filia Iephte fuit sacrificata Domino per obseruationem virginitatis.* Quid ergo tam lugubri planctu flebiles parentes, & puella lugent longissimo bimestris spatio, si in holocaustum non est oblata? *Dimitte me,* inquit, *vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam.* Lyra ibi: *Quia tunc temporis opprobrium erat mori sine prole.* Nempe in holocaustum, & mortem addicta dicitur filia Iephte, quia inutilis, & infœcunda esse cogitur: nam sterilitas probrosum genus mortis habebatur. Mulier enim, quæ filiis moritur, sibi mortua videtur: & præmaturè luget anticipatum futuræ prolis interitum; quasi iam portio aliqua sui interierit. Vnde præmaturas exequias liberorum præcoci planctu flebi-

Genes.

1 Reg. Mendoza. *sterilis emortua dicitur.*

Iudic. *Monialis mortua dicitur vt filia Iephte.*

Hieronym. Augustin. Mariana. Lyra.

185

Lyra.

Digitized by Google

flebiliter prosequitur, quasi magna ex parte sui iam obierit, quia sterilitati adigitur. Et quia vulua emortua est, ipsa semimortua habetur: quia *Dominus viuificat & mortificat*, id est, *sterilem facit, & fœcundat*; quasi sterilitas, mors sit, & ita ærumnarum summa; fœcunditas verò felicitatum cumulus.

186. 2. Regum 7. v. 19. Natham propheta, instinctu Dei promiserat Dauidi longam posteritatem, tunc ingressus est Dauid Oratorium suum, & gratias agens Domino pro tot magnificis beneficiis in se collatis, dixit: *Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum: ista est enim lex Adam, Domine Deus.* Quare cùm gratias agit Domino de promissa posteritate sobolis in longinqua tempora, mentio fit Adami? Omitto plures interpretum commentationes, vt vnam sapiẽtissimi Marianæ interpretationem ex sene nouam, in medium adducam, cuius hæc sunt verba: *Certè* Adam *ponitur pro Adam antiquo, vt Hieronymus, & Pagninus velle videntur, vocem intactam relinquentes, sed hoc sensu: An ista lex Adam? quasi dicat, eum morti obnoxium fecisti, me immortalem.* Quid elegantius? ait igitur Dauid ad Dominum; Omitto regia beneficia in me collata, & longinquæ sobolis tantùm recordor; meum protoparentem Adamum morti obnoxium fecisti, me autem immortalem ob perennaturam sobolem, in qua ego perpetuus & immortalis ero. Vnde adhuc in oratione persistens, addit; *Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te?* Ac si dicat: Nihil mihi occurrit, quod vltrà petam, cùm mihi donando numerosam prolem, omnia bona, quæ homines exoptare solent, mihi concesseris, ô insigne fœcunditatis encomium! Nihil tibi, ô Dauid, suppetit, quod à Dei liberali omnipotentia postules, postquàm accepisti promissionem de numerosâ posteritate? O hyperbolem! Omnia temporalia bona sibi donata Dauid existimat, cùm fœcunditatem, seu potiùs *immortalitatem* (vt ait Mariana) consequutus est. Et ita cùm hanc obtinuit, ait ad Deum: Quid ergo addere poterit Dauid, vt petat à te? aut quid vltra desideret? Apparuit Deus Abrahamo, Gen. 15. v. 1. & ait illi: *Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Dixitque Abram: Domine Deus, ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ, iste Damascus Eliezer.* Ad quæ verba ita fatur Basilius Seleucus: *Saræ sterilitas diuitiarum tantarum fructum prohibebat. Fluebant tempora, vt hæres erat.*

2. Reg. *Fœcunditas est æternitatis æmula.*

Marian.

Hieronim. Pagnin.

Filij sunt paternis omnia temporalia bona.

Genes.

187. Nempe soboles dicitur fructus diuitiarum, quasi fructus diuitiarum sit filiorum duratio. Et cùm abrahamus sobole orbatus est, *hæres sui* consultissimè dicitur. Scilicet si hærede careo, & ego mei hæres sum, quid commodi afferant opes? Videlicet Dei liberalitatem, quæ tot tantáque bona illi dederat, immunificam sibi existimat Abrahamus improlis. Quorsùm mihi tot munificentissimæ largitiones, si careo liberis? Vnde à Deo audiens: *Merces tua magna nimis.* dixit: Quò mihi hæc bona, *si ego vadam absque liberis?* Quasi dicat: Cassa sunt, & mihi inutilia. Nam quemadmodum Dauid muneratus numerosa posteritate, ait, Nihil iam bonorum temporalium addere posse Deum: sic Abrahamus orbatus posteritate, nimis magna munera paruipendit, & quasi nihilum æstimat. Quasi homini infœcundo & sterili nihil magnum obuenire possit, quippe qui orbatur sobole, quam loco bonorum omnium æstimat. Quid enim magnum censeat homo sterilis filiis carens, *hæres sui*, naturæ inops, & infœcunditatis reus, semiconiux, immò quasi semiuiuus, cùm magna sui parte decesserit emortuâ filiorum spe.

Basil. Seleuc. Orat. 7.

188. *Quid facies Virgo* (siue casta femina) *quæ hæc audis, quæ hæc legis* (Verba sunt sancti Bernardi) *Angustiæ, inquit, mihi sunt vndique. Melius est tamen mihi maledictum incurrere, & castam manere, quàm priùs quidem concipere, per concupiscentiam, quod meritò post cum dolore pariam.* Quæ verba in Iuditham apprimè quadrant, quæ virginea continentiâ floruit, aut castitate virginitatis æmula, & sterilitate fœcunda meritorum. Eleganter Hildebertus ad quandam principem feminam, sed infœcundam, sic scribit: *Fortassis Dominus conclusit vterum tuum, vt progeniem adoptares immortalem. Quod si ita est, attende sterilitatem carnis, animæ quæstum esse, non dispendium: gloriam, non confusionem; beneficium, non flagellum. Felicius enim est fœcundam esse spiritu, quam carne; cœlo parere quam sepulchro.* Ideò enim Iuditha diues opum, auitâ gloriâ illustris, corpore venusta, etsi sterile matrimonium sub viro manasse triennio exegerit, aliis nuptiis abstinuit, quamquàm sterilitatis notam subierit; quia præmaturè nouerat, quod idem Hildebertus post multos annos sapienter dixit in epistola 36. *Ex nuptiis nulla speratur impunè felicitas, quam primò necesse est quadam carnis contumeliâ comparari. Infeliciter succedit ei, quæ successu virginitatis* (pudicitiæ inquam) *mercatur impendio. Magni soboles emitur, cuius conceptus infestatio est pudicitiæ, partus vitæ.* Pudet elegantissima Hildeberti verba expensione deuenustare. Nempe castissima Iudith Christiana præcox, virtute anteuertens Christianos mores, maluit esse inops naturæ, quàm sublimioris gratiæ; rea sterilitatis, quàm pudicitiæ, mortuam habere vuluam, quàm rediuiuam nuptiarum voluptatem. Neglexit perennare in filiis, quæ ambiit æternare in meritis.

Bernard. ser. 3. super Missus est. *Sterilitas bona.*

Hildebert. epist. 70.

Iudith.

---

§. XXXVI.

Mortis memoria immotales facit, vicarias Dei vices substituit: asylum est humanarum calamitatum. Vnde oportet Christianos esse riuales pulchræ mortis.

189. F*Orma moriendi causa nascendi est*, inquit Septimius: Nempe ideò quis sordidè nascitur, vt pulchrè moriatur: vita flos est, fructus huius floris mors. Mors, inquam, forma, seu typus vitæ est, in vita exprimens formam, seu characterem sui: nam mors præmaturè meditata, vitæ imprimit sui formam & speciem: præmeditatio enim mortis, species & forma vitæ est. Argutè Philo: *Viuimus illorum* (id est defunctorum) *mortem, mortui sumus illorum vitam.* Hoc est: Si nostrum viuere est diu mori, & ita viuentes mortui sumus defunctorum vitam; viuamus etiam defunctorum mortem, iugi meditatione morientium: nam qui in vita meditatione moritur, in morte æternùm viuit. *Meditare vtrum commodius sit vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam*, inquit Seneca. Transeamus ad mortem meditatione, ne ipsa transeat ad nos operatione. *Egregia res est mortem condiscere. Superuacuum forsitan putas id discere, quo semel vtendum est. Hoc est ipsum, quare meditari debeamus. Semper discendum est, quod an sciamus;*

Septim lib. de carn. Chr. cap. 6.

Philo lib 1. legis alleg. *Mortui sumus vitam, viuamus mortem meditatione.* Sen. ep. 26.

Transeamus ad mortem meditatione, ne ipsa transeat ad nos.

Iii 4 ex

Digitized by Google

experiri non possumus. Meditare mortem. Qui hoc dicit, meditari libertatem iubet. Qui mori didicit, seruire dedidicit. Supra omnem potentiam est, certè extra omnem. O præclaras meditatæ mortis vtilitates! *Mortis vsura*, dixit S. Chrysologus, (fateor, aliud agebat:) Ac si parum foret dixisse cum Paulo ad Philipp. 1. vers. 21. *Mori lucrum*, nisi etiam addidisset, adeò esse diues lucrum, vt vsuras piè repetat. Porrò meditatæ mortis vsura licita est, etsi prædiues sit, & vltra meriti sortem.

Mortis vsura. S. Chrysol. serm. 26. Ad Philipp.

190. Et primùm quidem mortis memoria, tetrica & lugubris non est, sed læta, hilaris, festiua. 1. ad Thessalonic. 4. vers. 12. *Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, vt non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent.* Rectène Paulus meminit mortis, ne Thessalonicenses constristentur? imò vel sola mortis memoria illos contristabit? *O mors quàm amara est memoria tua!* Eccli. 41. v. 1. Scilicet antidotum ex veneni potione conflatur, & amara mortis memoria placidam & suauem reddit vitam, mores corrigendo, & immortalitatis spes subministrando. Vnde Paulus ne Thessalonicenses contristentur; sed vt verè lætentur & exultent, ingerit illis mortis memoriam, quasi promptuarium gaudij. Acutè aduertit S. Chrysologus, quòd Christus Deus fleuit ad restitutionem vitæ Lazari, & gauisus est eius auditâ morte: *Certè ipse qui dixerat, Lazarus mortuus est, & gaudeo: de quo gaudet mortuo, ipsum cùm resuscitat, tunc lamentatur. Qui cùm amittit, non flet; cùm recipit, tunc deplorat: tunc fundit mortales lacrymas, vitæ spiritum cum refundit.* Ecce tibi flebilem esse vitæ recordationem; mortis verò memoriam, hilarem & iucundam. Eleganter S. Ambrosius de fide Resurrectionis, ita fatur agens de obitu Satyri fratris sui: *Quem non excludat mœrorem, si credas nihil perire morte; imò ipsius celeritate fieri mortis, plus perire non posse?*

Ad Thessal. — *Mortis memoria hilaris est, & læta.* — Eccli. — Chrysol. serm. 64. — S. Ambros. *A morte habet homo, vt perire non possit.*

191. Creauit Deus Adamum statu innocentiæ felicem, immortalitas dote immunem à mortis censu, amœnabatur paradisiacis voluptatibus. Et ecce Dominus iniicit illi mortis metum Genes. 2. v. 17. *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris,* Immortalem creauit Adamum, & illi suggerit metum mortis? Quid? intendit Deus infelicitare vitam, quam tot felicitatibus beauit? Forsan pœnituit Deum prosperitatis concessæ: aut Deus inuidit homini immortalitatem, & ita vix immortalitate muneratur cùm illi mortem minitatur. Ego enim sic existimo, ideò Deum iniecisse Adamo mortis memoriam, vt ita immortalem conseruaret. Vnde sollicitè satagit malus Dæmon persuasionem mortis abolere, vt ita mortalem faciat eum qui antea creatus fuerat immortalis. Genes. 3. v. 4. *Dixit autem Serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini.* Scilicet toto tempore, quo protoparentes nostri memoriam, & metum mortis conseruarunt, immortales fuerunt: vbi primùm autem abiecerunt eiusmodi persuasionem, mortales facti sunt: quasi memoria mortis sit immortalitatis pignus. Luculenter Basilius Seleuciæ: *Docuit mortales, immortalitatis ianuam esse mortem, & de sepulchro vitam erumpere.* O miraculum! Scilicet mortis memoria vitam redimit, & meditata mors mercatur immortalitatem: & præpropera mors ianua est ad perpetem vitam, & per illam intratur ad immortalitatem. Præmaturè morere, vt æternùm viuas, vitâ beatâ, & immortali.

Immortalis Adamo iniicitur mortis memoria, ne mortalis fiat. Genes. — Genes. — *Mors est immortalitatis ianua.* — Basil. Sel. Orat. 13.

192. A quo tempore Deus eduxit Abrahamum de Vr Chaldæorum, illum miris cumulauit beneficiis. Diuite censu illum munerauit, sublimauit regiis honoribus, cupita prole prosperauit, diuina protectione muniuit, & amico & familiari colloquio cum illo conuersatus est. Quid vltrà optaret vel humana ambitio? Audiendus est P. Damianus ita fatus: *Etenim & illud sæpe non otiosè quæritur, cur Abraham qui se ex parte corporis puluerem esse confitetur, & cinerem, tam ambitiosam sepulturæ suæ prouidentiam habuit?* Cur tantâ sollicitudine, & tam ambitiosis impensis quærit Abrahamus electam sepulturam Saræ mortuæ, & sibi morituro? ô superuacaneam sepulchri ambitionem! Et sanè aduertunt expositores Geneseos, (quod commentans Genesim antè multos retrò annos tradidi; feliciùs excogitauit alter, & excudit) ab hoc, inquam, tempore Deum vltrà non apparuisse Abrahamo, cùm antea frequens illi appareret; & protectionem illi pollicens, valdè roboraret aduersùs hostiles insidias, & ad virtutis fastigium in dies eueheret. Quid? offensus est Deus eò quòd Abrahamus tam impenso studio egerit de sepulchro, & ideò desiit illi apparere, & protectionem spondere? an quia tam impensa cura, & sollicita cogitatio de sepulchro & morte, vices gessit diuinæ protectionis: Quid si huc alludit Tertullianus? dum ait: *De requie sepulturæ, de asylo quodā mortis.* Audis sepulturam dici asylum mortis? Porrò asylum, locus erat vbi reus quisque quamtumuis iustè insectaretur, tutus erat: nam religio, & ius vetant, ne vllum dispendium aut in corpore, aut in honore, aut in re familiari pateretur, qui ad asylum confugerat. Ibi enim nullius rei erat indiguus: & pacatè fruebatur suis bonis. Nimirum à quo tempore Abrahamus, quæsito diligenter sepulchro, eius possessione, & memoria instantis iam sibi mortis potiebatur; in hoc mortis asylo, seu requie sepulturæ, ita securus erat ab hostium incursionibus, sic mortis memoria profecerat in spiritualibus gratiis; ac si ius sepulchri, & mortis memoria substituerent vicarias vices Dei crebrò illi apparentis, & suum Abrahamum perhumaniter protegentis. Hinc censenda est possessio sepulturæ, & continua mortis memoria.

Petr. Dam. serm. 36. *Sepulturæ impensior sollicitudo obiicitur Abrahamo.* — *Mortis memoria vicarias Dei vices subsistit.* — Tertull. Apol. c. 87. — *Mortis asylum est sepultura.*

Tertull. lib. de Exhortat. Castit. cap. 12. reprehendit mortis obliuionem, sic inquiens: *Sed de posteriori tempore cogitant Christiani, quibus crastinū non est.* Quia Christianus, qui verè Christianus est, quotidie debet mori cum Paulo 1. Corinth. 15. v. 31. *Quotidie morior*, non quidem re ipsâ; nam semel quis mori potest; sed animo, & memoria: quia Paulo non erat crastinum. Et agens de se 1. Corinth. 4. vers. 9. ita fatur: *Puto quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos.* Quid est, Morti destinatos? Vulgò dicitur, mortis reos. Vincentius Cerda in re eruditionis oculatissimus aduertit *destinam* esse funem iniectum collo reorum, qui iudicis audita sententia destinantur mortis supplicio. Quid aliud cogitet eiusmodi reus, nisi mortem? sic Paulus totus erat in mortis memoria, tanquam morti destinatus, tanquam reus, è cuius collo pendet destina funestissima. Vsque adeò frequens fuit Paulo mortis memoria. Nec infrequens erat S. Iobo; vnde sublime perfectionis fastigium tenuit. Ausim dicere, ferè nihil aliud cogitasse Iobum, quàm sepulturam, & mortem. Iob 1. vers. 21. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Vocula *illuc*, quæ indubie relatiua est, negotium facessit interpretibus. Porrò maternus vterus proximè præcessit voci *illuc*, nec verosimile est, sic desipuisse Iobum, vt di-

193. Tertull. *Christianis non est crastinum.* — 1. Cor. — *Destina quid.* — Cerda. — *Homo sic debet viuere, quasi reus mortis destinâ è collo pendente.* — Iob. *Quàm frequens mortis memoria fuerit Iobo.*

cat, ſe è materno vtero nitum, & tandem fore, vt in eundem vterum maternum reuertatur. Vnde ferè conuenit inter commentatores, τὸ *illuc* intelligendum eſſe de ſepulchro. Ita S. Hieron. in epiſt. ad Taraſiam, S. Proſper part. 1. de prædict. Gaudentius Brixian. ſuo tractatu in Scripturam, S. Cyprianus Orat. de mortalitate, S. Gregorius hîc, & vulgò recentiores. Verùm ſtatim animum pulſat difficultas, quomodo dixit *illuc*, quæ vox relatiua eſt, ſiquidem ſepulchrum quod referat, non præceſſit, & *illuc* planè dicit. Dicit planè, etſi non præcedit in Scriptura: nunquam tamen diſcedit à Iobi mente. Porrò tam frequens erat Iobo memoria mortis & ſepulturæ, vt cùm abſolutè dicit, *illuc*, intelligendum ſit de ſepulchro. Sicut Magdalena quæ ſemper cogitabat Chriſtum, dixit abſolutè hortulano, Ioannis 20. verſ. 5. *Si tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi.* Quem vocat *Eum*, cùm nullius præceſſerit mentio? *Eum* vocat qui ſolus eſt in mente, quem ſolum Ieſum verſat in memoria. De quo legi poteſt Origenes in eleganti homilia ſuper hac re. Ita Iobus ſic iugi memoria verſabat mente ſepulchrum vt abſolutè dicens *illuc*, interpretandus ſit, vt agat de ſepultura. O pulchram eruditionem! tam ſedula enim recordatione tractat in memoria ſepulchrum, vt quando abſolutè dicit *illuc*, de ſepulchro interpretandum ſit.

Hieron. Proſper. Gaudent. Cyprian. Gregor.

Ioan.

Orig.

194\. Sed iuuat aliter Iobi locum verſare ad rem præſentem: *Nudus*, inquit, *egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Nempe τὸ *illuc*, ſepulchrum innuit, vt Patrum auctoritate comprobauimus, ſed ſepulchrum appellat vterum matris, qui præceſſit, ad quem τὸ *illuc* referri debet: id eſt, ſepulchrum, aut ſepulchri memoria inſtar vteri materni eſt, qui hominem fouet, & ad vitam ſpiritualem iterum gignit, & animat ad cœleſtem vitam. Sit ipſe Iobus locuples ſui interpres. Ait enim c. 17. v. 14. *Putredini dixi: Pater meus es, mater mea & ſoror mea vermibus.* Nimirum mors & ſepulcrum munus patris & matris Iobo præſtat. Sepultura fuit Iobo matripater, ſiue patrimater, à qua mutuatur meliorem exiſtentiam, & auguſtiorem vitam. Audi S. Hieronymum hæc verba commentantem: *Quemadmodum quiſpiam mortalium ſine parentibus non poteſt exiſtere: ita ego factus ſum, quaſi ſine putredine & vermibus eſſe non poſſem.* Nempè ideò Iobus ſepulchrum vocat matris vterum, quia ſepulchri putredo, & vermis meditatione velut ſemine, hominem gignunt, fouent, pariunt, ad meliorem vitam, immortalis æmulam. Et ſicut hanc vitam mortalem nemo viuere poteſt abſque producentis aut gignentis opera: ſic nemo aut ferè nemo Sanctorum auſpicatur ſpiritualem, & cœleſtem vitam niſi editus in lucem ab vtero ſepulchri meditati, & repetita mortis memoriâ. Vnde ſepulchrum appellat matris vterum, & vitæ immortalis officinam. Hæc, hæc eſt vitalis & arcana hominum eruditio: *Deſcende* (ait Sanctus Chryſologus ſermone 54.) *vt expeditus intres pauperis ſcholam, ſcientiam diuinitatis, tolerantiam paſſionum, philoſophiam mortis.* Studeamus igitur mortis Philoſophiæ, frequentemus hanc ſcholam virtutis, immortalitatis gymnaſium, ſcientiam diuinitatis, & quæ omnia docet mortis abſtruſa arcana Philoſophiam.

Iob. *Sepulchrum eſt velut maternus vterus.*

Iob.

Hieron.

Mortis memoria eſt ſchola virtutis.

Chryſolog. *Mortis philoſophia.*

195\. *Quis incolumis, quis exanimis?* ait Tertullianus. Imò nemo incolumis, niſi qui exanimis eſt: nam mors priuilegium eſt Chriſtianæ incolumitatis, & immortalitatis aſſertio. A Tertulliano appello ad Tertullianum in eodem libro capite 54. ſcribentem: *Proinde vita, mortis ſcilicet æmula.* Ergo vita mortem æmulatur, mors vitæ æmula eſt. Profectò mortalis hæc vita, quam viuimus omnes, quid eſt, niſi quædam vitæ mortis æmulatio. Eleganter S. Chryſologus: *Homo hominis eſt ſepulchrum: vbi in homine non homo cernitur, ſed cadauer.* Nimirum homo ſui ſepulchrum eſt: magna ex parte ſui iam obiit: cùm poſterior ætas, mors ſit prioris: & ita in homine non cernitur totus homo, ſed magna illius portio euanuit; cernitur enim viua mors, cadauer ſpirans, homóque ſui cadaueris vitale feretrum eſt. Itaque vita mortis æmula eſt. Et mors vitæ elogia ambit, & vitam æmulatur. *Viuentem mortem* dixit Baſilius Seleuc. Oration. 32. Tertullianus lib. 5. aduerſus Marcionem, cap. 10. illud Pauli 1. Corinth. 15. verſ. 54. *Vbi eſt mors victoria tua?* vertit *Vbi eſt mors contentio tua?* ac ſi mors contendat, & ambiat vitæ priuilegia. *Porfia la muerte a ſer vida.* Quid mirum ſi ſuos amaſios habeat mors, nec minori zelo quamplures vitam ſoleant aut voluptatem adamare? Luculenter S. Nazianzenus orat. de Machabæis, ſic commendat vitam & pulchram mortem: *Non minùs animis, quàm corporibus fratres, mortis inter ſe riuales, at mutua mortis ζηλοτυπίᾳ flagrantes.* Nimirum *mortis riuales* dicuntur *enamorados de la muerte.* Porrò riualis eſt procus, ſeu amaſius, qui in fano, venuſtæ puellæ amore ardens, ambit inter competitores palmam amoris præ aliis reportare, & cupitis amplexibus frui, fretus contentione lenocinij. Sic quidem viri virtute præſtantes, ita continua viuæ & pulchræ mortis meditatione inflammantur illius amore, vt riualium adinſtar mortem depereant, & illius amores & amplexus ambiant. Cupio diſſolui, aiebat Paulus, bonus mortis amaſius. O piam piæ mortis voluptatem! *Non poſſumus viuere ſine voluptate, qui mori cum voluptate debebimus*, ait Septimius lib. de ſpectaculis, cap. 28.

Tertull. lib. de Reſurr. carn. c. 17. *Mortuus eſt incolumis.*

Chryſolog. ſerm. 110. *Homo eſt hominis cadauer, & ſepulchrum.*

Mors viua. Baſil. Seleuc. Tertul. 1. Cor. *Mors contentioſa.*

Nazianz.

Mortis riuales.

Mori cum voluptate. Septim.

Sapienter ergo Arphaxadus hîc verſ. 1. Mediæ regno potitus, reconcinnat mœnia Ecbatanæ, & illam elegit in regni Metropolim, & ſolij ſui ſedem: ibi enim, vt notauit Strabus hîc ex Ioſepho libro 10. extructi erant Medorum Regum ſepulchra. Ambit enim Arphaxadus, aut ambire potuit coràm habere potentiſſimorum Regum gloriam ſolutam in cineres, & horrorem cadauerum, vt ſoluuntur pauperum corpora: omnibus enim communis moriendi lex eſt: *Mortem non pluribus ſtadiis ab aula quàm à tugurio diſtare, memineris.* Reges admonet Hildebertus, epiſt. 1. Nam tametſi Principum ſuperbia, cadauera coronabit: *Coronat mortuos*, inquit Clemens Alex. lib. 2. Pædag. & Tertullianus lib. de Corona militis cap. 10. *Nam & mortuorum eſt coronari.* At coronamentum otioſum eſt in cadauere, ſpontè cadit corona è capite decineſcente. Vnde corona quæ non congruit defuncto corpori, congruè ornabit viuum cadauer, planè dignum regiis cadauerum ornamentis. 199.

Iudith. Strabus. Ioſeph. *Mors non pluribus ſtadiis diſtat à palatio quàm à tugurio.*

Hildeb. *Cadauera coronantur.* Clem. Alex. Tertul.

Denique non omittam quàm ſit vitæ fertilis ipſa mors. Quod eleganter tradit S. Zeno Veronenſ. ſermon. de Reſurrectione, ſic fatus: Non homines tantùm, ſed penè omnia ſuis mortibus viuunt. Stellæ præcipites labuntur è cœlo, & à tergo, longo ſtellarum albeſcentium tractu funereæ faces ſolemnitate in occaſus ſuos, quaſi quibuſdam deducuntur exequiis: quas ſi per plagas, vnde reſitæ ſunt quæras, redituri luminis lege ſuis ſedibus reſurrexiſſe cognoſcas. Sol quotidie naſcitur: eadémque die, qua naſcitur, moritur; nec tamen inſtantis finis ſorte terretur, ſuos vt repigret curſus 197.

Zeno. *Sol oriens & occidens graphicè deſcribitur.*

A morte vita ſplendidior.

Digitized by Google

sus: vt horas ac momenta producat: vt saltem paulò diutius diei sui demoretur in vita, sed fidelis semper, semper intrepidus ad sepulchrum noctis cognatæ contendit, scius in ipso se habere quod viuit: denique adimitur ei ortus, si ei aufertur occasus.

Luna crescit, & decrescens. Luna quoque, quæ veræ rationis humanæ omnia in se lineamenta depingit, nata sanguineæ teneritudinis, dubio cornu primò, quasi de cunis apparet: paulatimque crescendo in puella, iam virgo pro quotidianæ ætatis incremento progrediens, lasciui cursus ambagibus carpit pensa mundana.

Siderum ortus & mortes. At vbi matura aureo igne flagrantis luciflui aurigæ, par laboribus fratris, angustis circulis argenteum compleuit globum, paulatim deuergit in senium, donec vltimâ senectute consumpta, suâ morte reuiuiscens, menstrualis ignis solemni germine accenso, sumat rursùs de fine principium. Hucusque Zeno. Longiusculè, sed quid omitterem?

Tertull. Suppar Tertulliani fuit Zeno, sed non impar comptâ elocutione: iudicet lector, vter elegantius eandem rem depinxit lib. de Resurrect. carnis, cap. 12. ita scribit Tertullianus: Dies moritur in noctem, & tenebris vndequaque sepelitur; funestatur mun-

Sol cadens in sepulchro noctis. di honos, mundi substantia denigratur. Sordent, silent, stupent cuncta vbique iustitium est, & quies rerum. Ita lux amissa lugetur. Et tamen rursùs cum suo cultu, cum dote, cum Sole, eadem, & integra, & tota vniuerso orbi reuiuiscit, interficiens mortem suam, noctem; rescindens sepulturam suam, tenebras; hæres sibimet existens; donec & nox reuiuiscat cum suo & illa suggestu. Redaccenduntur enim & stellarum radij, quos matutina succensio

Nox lucis sepulchrum. extinxerat. Reducuntur & siderum absentiæ, quas temporalis distinctio exemerat. Redornantur & specula lunæ, quæ menstruus numerus attriuerat. Hæc ille. Vnde licet agnoscere quàm sit vitæ affinis, & confinis ipsa mors: à morte enim vitæ auspicium, & viuendi priuilegium; scilicet qui adimeret occasum, auferret & ortum: ab occasu enim vitæ vitam auspicantur mortales, sed vitam cælestem, felicem, beatam. Præcox meditatione mors fœcundior est ad vitæ immortalis fructus. Præmaturè morere, vt æternùm viuas.

CAPVT XXXVII.

Difficultas facinoris, metitur gloria felicitatem: malè dulcis est voluptas humana, quam aliqua difficultas non condit, & mellit.

198. *Sen. ep. 17. Difficultas solet esse voluptatis mensura.*

CElebris Senecæ sententia est: *Paruo fames constat, magno fastidium.* (Non licebit ei refragari, qui multis Sapientium dictis refragari solitat: & dum refert consultissima veterum Philosophorum effata, nec pili ea facit?) Imò quod paruo constat, etsi à voluptate benè saperet, desipit à paruo pretio, quo constat; & fastidium mouet, quia non constat magno. Ea enim est natura hominis, vt saporem adulteret, & ad facilia nauseet, & hianter expetat adeptu difficile, quasi à difficultate bene sapiat, & à magno pretio dulcescat. O fallaciam voluptatis humanæ, quæ non à rei gustu, sed à tormento adeptionis felicitatem metitur! In deliciis enim habet fastidium, quod magno constat, & fastidit delicias, quas paruo comparauit, à tormento voluptatem æstimans: quasi res, non à se, sed à difficultate sapiat; à facilitate desipiat: & pœnalis difficultas sit condimentum, & ingenium saporis.

Aliàs ad aliud thema probandum, expediebam locum illum in paucis illustrem Ecclesiastæ capitis secundi, versiculo quarto: Proposuerat Salomon paulò antea hanc sententiam: *Et gaudio dixi, Quid frustra deciperis?* Et quidem non est facile rimari, quid sibi velit, dum ait, gaudium seu voluptatem decipi: nam voluptas sæpè homines decipit, facilè enim imposturam facit quod delectat; at deceptrix hominum voluptas, quando aut quomodo decipi potest? Vis nosse astutiam decipiendæ voluptatis? Attendo ad doctrinam Salomonis, quâ id homines sapienter erudit. Salomon enim postquam lepidè irriserat gaudio seu voluptati, quod facilè decipi patiatur, ostendit in se modum deceptionis, pulchrâ antilogiâ: *Et gaudio dixi,* inquit, *quid frustrà deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meam, &c.* Et mox subdit: *Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas.* Planè aut delirare videtur sapientissimus hominum, aut boni propositi confestim pœnituisse. Porrò seriò statuit in corde suo abstrahere se à vino, & statim ædificat rurales domos, & vineta plantat? Præstaret, præstaret quidem vt Salomon dum suorum criminum pœnitentiam exambit, non proponeret à vino abstinentiam, si mox per aliam non bonam pœnitentiæ pœnitentiam retractat pium propositum abstinentiæ à vino. Sic marcet, sic statim languet pij propositi vigor in auspicio pœnitentiæ? Imò inde obfirmat, & firmiùs roborat. Nempe cùm à vino (vini nomine mundiales innui delicias, certiùs est, quàm vt probatione indigeat,) abstinere piè intendit, illico vineas generosis vitibus pretiosas sapientissimè plantat, vt eâ arte voluptatem decipiat. Nempe in rurali domo habitat, vbi vitescunt colles exquisitis & peregrinis pampinis, vbi apothecæ subsunt doliis refertæ, generosi Falerni abundantiâ fragrantes, vt dum ad manum suppetit pretiosissimi vini copia, appetitus nauseet ad facilem abundantiam, qui inhiabat ad peregrini liquoris, & longè petiti suauitatem; Ne ergo difficultas blandiatur concupiscentiæ potandi, adsit facilè, & aderit ad contemptum. Perbellè S. Nazianzenus Orat. 2. sic de se inquit: *Facti sumus vobis in satietatem, & nauseam, antequam gustum vllum nostri, speciémque præbuissemus. Adeò facilè in contemptum venit, quicquid facilè superatur.* Profectò abundantia fastidium procurat, & facilitas voluptatis capessendæ arbitrium est illius contemnendæ. Sic gaudium decepit Salomon: sic facilia fastidimus: quasi pœna difficultatis, sit voluptatis sapor; iucundiúsque deliciemur in tormento adipiscendi, quàm in gustu fruendi. Proh malè dulces voluptates.

199. Eccles. Eccles. Fastidimus exprompt as delicias. Nazianz.

Vetus quæstiuncula est Doctorum contentione exaggerata, quare Deus tam studiosè procuret sese abscondere à mortalium cognitione, dum in hac mortali vita degunt, vt morte luant reatum propiùs accedendi ad Deum. Quid Deus timet ab humanis oculis, vt cæcâ fide, non clarâ notitiâ velit explorari? Quorsùm caligat Sinaitæ montis fastigium? & cùm Deus nouus legislator adest, fuligo nigrantis fumi offuscat chari populi aspectus? Cur nebula abdit tabernaculi arcana, & Sancta sanctorum tenebrescunt odoramentorum euaporatâ nube? Quare in somniorum cæcâ obscuritate Patriarchis reuelat Deus diuina mysteria; quæ Prophetæ pandunt cæcis parabolarum inuolucris? *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehen-*

200. Deus inuisus ad hominum æstimationem. Ad Rom. cap. 11.

Digitized by Google

comprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis vestigationem prohibet, nisi qui timet deprehendi? Planè apud homines suspectum est, quod ambit abscondi, quod probari se non vult: *Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Saluator,* Isaiæ 45. vers. 15. (Isaiæ.) Absconditus inquam, non ad hominum cæcam ignorationem, sed ad reuerentiam, & stuporem tantæ, támque augustæ maiestatis; non ambitione latendi, sed arbitrio æstimandi: *Facilè quippe vilescit, quicquid facilè percipitur: quod autem ingenij nostri aciem superat; quò assecutu difficilius, eo etiam maiorem sui admirationem mouet.* (Nazianz.) Verba sunt S. Nazianzeni in oratione de Pauperum amore. Sic facilè acquisitum vilescit apud homines, vt sibi caueat ab eiusmodi vilipendio summa perfectio Dei.

201. Diligenter inuestigant sancti Ecclesiæ Patres, quam ob rem Christus Deus, cuius theandrica opera dum infinitum habebant valorem, vel minimum opus poterat esse non tantùm æquale, sed & exundans pretium pro mundi redemptione; tanta, támque dura pati exoptauerit ad hominum redemptionem? (Tert. lib. de Patient. c. 3. *A difficultate æstimatur redemptor.*) Tertullianus Christi labores his verbis eleganter recenset, & tandem dubium expedit dum ita scribit: *Nasci se Deus in vtero patitur matris, & expectat: natus adolescere sustinet, & adultus non gestit agnosci, sed contumeliosus insuper sibi est; & a seruo suo tingitur, & tentatoris congressus solis verbis repellit. Parum hoc, si non etiam proditorem suum secum habuit, nec constanter denotauit. Cùm verò traditur, cùm adducitur, vt pecus ad victimam, ne vnius discentis gladium in vltorem probauit. Taceo quod figitur, in hoc enim venerat: Nunquid tamen subeunda morti etiam contumelijs opus fuerat?* Quare Christus Deus tam difficile redemptionis opus intentat, exequitur, consummat, cùm facilius id posset perfici, eodem meriti valore? (Tertull.) Ipse Tertullianus concludit Saluatorem se voluisse saginare, seu deliciari voluptate patientiæ. (1. Cor.) Paulus 1. Cor. 6. v. 20. vt redempti pretio magno, pluris æstiment homines redemptionis magnum beneficium. (Nazianz.) Optimè S. Nazianzenus nuper allegatus, aliud agens, argutam insinuat rationem: *Facilè quippe,* inquit, *vilescit, quicquid facilè percipitur.* Nimitùm operosum & arduum redemptionis genus operatur Christus, ne à facilitate assequendi, vilescat suus homo, qui vndecunque plus amare, pluris æstimare procurat: nam assecutionis difficultas auget æstimationis pretium: vnde quod de se vile est, gestit censere à difficultate acquirendi.

202. (Exod.) Exodi 3. v. 8. Apparet Moysi Deus de rubo flagrans, & liberationem à dirâ Ægyptiorum seruitute vltrò promittit, vnàque terram promissionis munificentissimè pollicetur Hebrææ genti: *Descendi,* inquit, *vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiosam ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi.* Quærunt Biblici interpretes quare inter hos populos non numeret Deus Gergezæos, cùm indubium sit ex pluribus sacræ Scripturæ locis, horum etiam regionem, vrbes, & oppida data fuisse in possessionem filiis Israël? Cur alias recensens Deus, hanc solam omittit? Num præ soli sterilitate inhabitabilis fuit eiusmodi terra Gergezæorum? Imò feracissima. (*Non promittit Deus Gergezæos, quos non debellarunt.* Hebræi.) Quare ergo Deum, aut Moysen puduit memorare Hebræam gentem possessuram eiusmodi regionem? (Lyra.) Dilucidè ad rem Lyra, sic scribit, *Tacentur autem hîc Gergezæi: & in pluribus aliis locis, vbi cæteri nominantur: quia vt dicunt Hebræi, non restiterunt filiis Israël per bellum, sicut alij: sed de terrâ recesserunt ante ingressum filiorum Israël.* Nimirum optimam regionem, nec reliquis opimitate inferiorem, ingloriurn existimat Moyses recensere, occupandam fore ab Hebræo populo, quia regnum ab habitatoribus desertum, facilè, & sine prælio possederũt. Reliquæ gentes validè repugnarunt Hebræis, & labore, industriâ, & sanguine occuparunt muratas eorum vrbes armorum vi. Vnde regna difficilè expugnata, & multo sudore acquisita, gloriosè promittuntur, generosè possidentur; at Gergezæorum vacuas habitatoribus vrbes facilè occupatas, non iuuat referre, quasi tædeat possidere. *Facilè quippe vilescit, quicquid facilè percipitur.* Sic nauseamus ad facilè acquisita, etsi bonitate naturæ, vtilitatis commodo, & possessionis voluptate non cedant iis, quæ in magno pretio habentur, imò fortè præstantiâ vincant.

Lucæ 15. vers. 5. Indicitur Christus Deus Angelorum, & hominum solertissimus pastor. 203. O dilectum gregem tanti pastoris curâ felicem! Errat vna ouis brutè fatua; (*Segniùs delectat, quo facilius fruitur.*) sensim abducta aut voluptate pascendi, aut libidine luxuriandi, à reliquis segregatur. Tunc diligens pastor cæteras nonaginta nouem quasi negligens, hanc vnam erronem sedulò inuestigat, feliciter inuenit. Quam inuentam non pedo ferit impatiens, sed humeris imponit gaudens: *Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens; & veniens domum conuocat amicos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentiâ?* (Luc.) Quid causæ est, vt Christus bonus animarum pastor, errantem ouem, id est peccatorem hominem à proprio errore pereuntem, *imponat in humeros suos gaudens?* Quæ hîc tanta occasio gaudendi dum humanorum peccatorum pondere sic grauatur, vt in Passione vltrò quasi succumbat non tam crucis, quàm ouis onere? *Et notandum,* inquit S. Gregorius *quod non dicit: Congratulamini inuenta oui, sed, mihi.* (Gregor.) Et quare in cælis festo plausu plus lætatum est de inuentione vnius erronis ouiculæ, quàm de nonaginta nouem, quæ nusquam errauerunt? Errórne ouis eius æstimationem auget? O licentiæ titulus, qui excusaret humanos errores! Quare sic vilescit splendidus Angelorum chorus, aut iustorum hominum innocens pietas? Luculenter S. Nazianzenus cui hunc paragraphum lubens adscribo. (Naz. Orat. 27.) *Videlicet à naturâ compertum est, vt ea segniùs concupiscamus, quibus facilè, liberéque frui licet.* Nempe quæ errauerat ouis sollicitè quæritur, aut torrente Sole, aut glaciali frigore à Christo Deo hominum pastore; imponitur humeris; & ouicula tot errorum, seu criminum sarcinis grauis, boni pastoris humeros degrauat, Crucis scilicet immẽso pondere: & tandem pastorem sollicitæ indagationis labore fessum, plus fatigat vectionis labore. Profectò hæc vna ouis inuentu, & reductu difficilis est, & inde grata. *Imponit in humeros suos gaudens.* Sibique non oui congratulari gestit, festáque gaudia in cælo immensùm amplificat: difficultas enim rei adipiscendæ, rei concupiscentiam auget, & feliciter blanditur voluptati possidendi. *Videlicet à natura compertum est, vt segniùs concupiscamus, quibus facilè, & liberè frui licet.* Vnde quasi segnior esset lætitia de nonaginta nouem ouibus, quæ nunquam errauerunt, id est de cælestium Spirituum possessione; profusiori gaudio celebratur quod tantâ difficultate comparatur.

Alexander

204. Alexander ille Macedo, ambitu orbis dominandi æstuans, barbaras Indorum regiones temerarius inuasor penetrat. Occurrit obuiam Porus rex validâ & numerosâ collectâ manu, quæ parumper inhibuit Macedonum furorem, & sistit felicitatem. Nam turriti elephantes inter armatos dispositi, speciem turrium procul fecerant. Ipse Porus, humanæ magnitudinis excesserat formam. Magnitudini Pori adiicere videbatur bellua, quâ vehebatur, tantùm inter cæteras eminens, quantùm aliis ipse præstabat. *Itaque* (verba sunt Quinti Curtij libro octauo) *Alexander contemplatus & Regem, & agmen Indorum: Tandem*, inquit, *par animo meo periculum video. Cum bestiis simul: & cum egregiis viris res est.* Statim signa conferunt Reges, hinc indè dubio Marte pugnatur, tandem fortuna, seu virtus Alexandri domuit ferocientem Indorum Regem. Hanc quidem victoriam, vtpotè periculo parem, maximi fecit Alexander, qui *simplicius famam æstimabat in hoste, quàm in ciue: quippe à suis credebat magnitudinem suam destrui posse. Eandem clariorem fore, quò maiores fuissent, quos ipse vicisset.* Vides Alexandrum magnum famæ æstimatorem, non metiri gloriam à felicitate victoriæ, sed à periculo prælij: quasi non triumphi expedita & facilis gloria, sed grandioris periculi ardua difficultas, sit rerum voluptas, & gloriæ sapor. Profana hæc; religiosiora malo. S. Paulinus sic fatur: *Magister gentium Apostolus ait arcano diuinæ pietatis consilio, & magno humanæ salutis emolumento, opponi quosdam obices cursibus nostris: (vt morbos, damna, discrimina;) quia tribulatio patientiæ robur operatur, & patientia præmium gloriæ confert: quod certè virtus capere, nisi victrix non potest:* (Aduerte ad ea, quæ egregiè ad rem eleganter subiicit) *non habitura victoriæ facultatem, nisi cum aliquâ priùs difficultate certauerit.* Non enim tantummodò profana Alexandri superbia, sed & Christiana Pauli, & Paulini pietas à periculo metitur gloriam, & à difficultate æstimat felicitatem. Quasi fatua sit gloria, quam ardua difficultas non condit, & desipiant deliciæ, quas difficultatis voluptas non mellit.

Victoria æstimanda est à difficultate. — Curt. — Curt. — Paul. ep. 35.

Benè & optimè hæc illustris victoria, quâ strenua Imperatrix Iuditha victrices Assyriorum phalangas prostrauit, domuit superbientis Holofernis feroces animos, & magno sui discrimine redemit alienum; meritò inquam, inclytæ huic victoriæ tanto periculo partæ, anniuersaria decernitur solennitas hic vers. 31. vt festus plausus perennet in æuum ei, quæ tantæ difficultatis periculo superato, tanto sui discrimine mercatur æternaturam gloriam. Nempè quia maluit Iuditha (egregia gloriæ interpres) non esse magna in domo Nabuchodonosoris Regis magni, (id enim vltrò ei obtulit Holofernes:) vt dicitur cap. 11. v. 21. quod facili adnutu consequi posset, quàm à difficultate facinoris, non sibi facere augustius nomen. Non enim felicitas, sed difficultas metitur gloriæ felicitatem: nam facilia contemnimus, difficilia adoramus.

§. XXXVIII.

Bonus vir sic gratus est, vt fermè ingratus esse non possit?

205. EXceptâ *Medorum gente, non est in vllâ data aduersus ingratum actio.* Seneca ait: Si appello, si ad iudicem voco, incipit non beneficium esse, sed creditum. Deinde cùm res honestissima sit referre gratiam, desinit esse honesta, si necessaria est. Non enim magis laudabit quisquam gratum hominem, quàm eum qui positum reddidit. Ita duas res, quibus in vita hominum nihil pulchrius est, corrumpimus; gratum animum, & beneficium. Quid enim aut in hoc magnificum est, si beneficium non dat, sed commodat: aut in illo qui reddit, quia non vult, sed quia necesse est? *Non est gloriosa res, gratum esse; nisi tutum est, ingratum fuisse.* Hucvsque sparsim Seneca nuper allegatus. Bellè quidem & verè, si sermo sit de homine sordido, qui ferè ab humanitate degenerat, hic enim sic gratus est, vt potuerit ingratus fore. At vir bonus, & virtutis moribus factus, ita gratus est, vt arcano quodam necessitatis genere, propè non possit esse ingratus. Sic à generositate, aut naturæ, aut virtutis vltrò quasi cogitur ad reddendam gratiam, vt velut necessariò illam reddat quoad certitudinem; liberè quoad meritum. Sic enim gratus est, vt quodammodò non potuerit esse ingratus. Qui est huius paragraphi labor.

Sen. l. 3. de Benefic. — Iudith.

Lucæ 5. v. 14. Vir plenus leprâ, exul vitæ, & patriæ, quærit medicinam morbi à Christi Dei medico ore. Vltrò sanitatem homini facit Saluator. Gestit natura sanata (vt corpore, sic fortè & animo,) gratias agere pro gratia salutis: *Et Iesus præcepit illi, vt nemini diceret.* O nunquam auditum præceptum, quod ferè hominem cogit esse ingratum! Vellem vt tractarent interpretes, an τὸ *præcepit*, sit verum præceptum, an præcepti simulacrum? Verùm quare præcipit Christus Deus nuper leproso, vt quo modo poterat esse gratus, nimirum publicatione beneficij, gratus non sit? Sanctus Ambrosius ita fatur: *Docet Saluator, non vulganda nostra beneficia, sed premenda; vt non solùm à mercede abstineamus pecuniæ, sed etiam gratiæ.* Voluit enim Christus non tantum beneficium donare leproso, sed etiam condonare beneficij gratiam, ne spes gratitudinis decoloret speciem gratiæ: nec tam videatur donare beneficium, quàm vendere ob pretium publicationis. At leprosus quasi taciturnitatis præcepto non obligaretur, totus vocalis factus est ad diuulgandum optatæ sanitatis beneficium: nec cohiberi potuit ne illud linguæ clamore & sanitatis vocibus longiùs publicaret. Rebellisne est ad præceptum, an obsequens benefactori? O inobedientiam! iubetur obstinatè tacere, & linguatissimus clamat? Præstaret leprosum obedientem esse, an gratum? Opportunissimè Beda apud Strabum inibi, ad ea Christi verba: *Tacere*, inquis, *iubet, nec taceri potest.* Non potest gratus animus tacere beneficio accepto? Sic agitur gratitudinis bono, fomite erga suum munificum benefactorem, vt si tacere Christus iubeat, taceri non possit. Præcipitur benificij silentium; at non ore duntaxat, sed totis artubus linguatus est ad publicationem beneficij, nec tacere potest, tametsi taceri beneficium iubeatur. Bonus enim vir, sic gratus est, vt ferè ingratus esse non possit. 206.

Lucæ. *Leprosus non potest tacere beneficio accepto.* — Ambros. — Beda. Strab.

Geneseos 36. v. 9. Impudens Domina venustum Iosephum ex omni affectu deperit; venustatis pellaciâ, oculorum blanditiis, verborum lenocinio, & infracti corporis præstigiis sollicitat ad stuprum Iosephum in ea ætate, quæ suopte ingenio prona est ad lasciuiendum. *Dormi mecum*, ait petulanti ore procacissima femina. At iuuenum modestissimus, recensens multa, ipsaque permagna beneficia quæ in illum contulit eius herus, ita concludit: *Quomodo ergo possum hoc malum facere?* Aduerte ad 207.

Ioseph non potest esse ingratus. — Genes.

Digitized by Google

ad voculam illam *ergo*. Postquàm enim præclara retulit beneficia in se collata, sapienter concludit: Quomodo ergo possum ingratus esse, & petulanter delinquere aduersùs munificum benefactorem? Nec tantùm renuit adulterium, sed adulterij possibilitatem fere negat, ne constupret virginem Gratiam. Sic enim vrget gratitudinis excelsa virtus, vt ferè cogat, ne quid ingratè fiat aduersùs benefactorem; vnáque potentiam quodammodò auferat ad

Oleaster.

temeritatem malitiæ. Oleaster inibi agens de hac gratitudine Iosephi, sic fatur: *Excedit enim iustorum vires peccatum* (ingratitudinis inquam.) *Mirum valdè est considerare, quantùm potest iustus in bonis, quam parùm in malis. Licèt iusti optimè sciant bona facere; mala verò facere se nescire fatentur*, scilicet aduersùs homines erga se munificos. Ita enim adorant beneficia, & colunt munificos benefactores, vt vel nesciant, vel ferè non possint esse ingrati.

208. Vetus disceptatio est, quare secundum signum aduersùs Pharaonem, & eius regnum, videlicet cùm fluminis aquæ in sanguinem turbidum conuersæ sint, non iussu Moysis Principis Hebræorum, & Dei Pharaonis, sed operâ Aaronis peractum

Exod. *Moysis gratitudo erga beneficas aquas.*

sit? Exodi 7. vers. 19. *Dixit quoque Dominus ad Moysem. Dic ad Aaron: Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Ægypti, & super fluuios eorum, & riuos, ac paludes, & omnes lacus aquarum, & vertantur in sanguinem, & sit cruor in omni terra Ægypti.* Nonne aptiùs foret, vt Moyses, qui summo fulgebat principatu, id faceret, quàm Aaron eius minister? Fortè Moyses imbecillior erat

Lyran. Hebræi.

aduersùs aquas fluminis, quàm Aaron? Audi Lyranum ibi: *Causa autem quare factum est istud miraculum per manum Aaron, supra dicta est. Aliam causam assignant Iudæi dicentes, quòd quia Moyses fuit saluatus, & extractus de flumine, ideò non debuit manu propriâ percutere flumen, conuertendo in sanguinem.* Videlicet Moyses dum infans in ceratâ fiscellâ fluitabat in Nili vndis, certo naufragio, aquarum quasi beneficio & vitæ incolumitatem, & generosam Principis adoptionem auspicatus est; inde accidit, vt ipse in Nilum non posset esse ingratus, illum virgâ suâ contumeliosè feriendo, & iniuriose crystallinas vndas vertendo in cœnosum cruorem. Non approbo Lyrani commentamentum; sed valde exaggerat literatissimus vir, quàm cogat ad gratitudinem acceptum beneficium; siquidem Moyses delegatâ Dei omnipotentiâ suppliciter omnipotens, & Ægypti tunc Vicedeus, sic reueretur vel brutum benefactorem, vt velut impotens ad illius iniurias, abstineat à plaga fluminis de se benemeriti, anúque existimet carere gloriâ tanti miraculi, quam beneficas aquas grauiter ferire, & atrociter cruentare. Sic, sic obligat vel insensatum beneficium ad sui gratitudinem!

209. Lucæ. Beda. *Verbum diuinum gratitudine expressum.*

Lucæ 22. vers. 29. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum.* Ad quæ verba sic eleganter Beda fatus est: *Non æqualitas ad Dominum, sed similitudinis æmulatio est. Solus enim Christus plena imago Dei est, propter expressam in se paternæ gratitudinis vnitatem.* Quam ob rem Verbum diuinum dicitur exprimere vnitatem paternæ gratitudinis? nam diuinum Verbum exprimit perfectionem paternæ essentiæ, & elogia attributorum in vnitate naturæ cum Patre Deo. Profectò vt summum fastigium essentiæ diuinæ, & diuinarum perfectionum augustius exprimat & explicet magnus Theologus Beda, illa appellat generoso gratitudinis vocabulo. Mitto hæc ad aliud locupletandum thema. Et ad rem præsentem expende; tam esse gratum ergà suum Patrem diuinum Verbum, (non loquor de propria gratitudine; quia Pater non liberè, quod ad proprietatem beneficij spectat, sed necessariò communicat Filio totam suæ essentiæ perfectionem, & attributorum eminentias,) vt vel essentiam ipsam, & diuina attributa sibi communicata exambierit appellare illustri gratitudinis vocabulo; quo & honoret rem gratitudinis, & quo modo potest, æternet in se ipso gratitudinis honos, ne vnquam sit diuinum Verbum sine gratitudinis elogio, essentiæ, & attributis arcanè impresso. Nam vbi Verbum ab æternitate accipit à Patre Deo suum esse, exinde illud cognoscendum exhibet Patri, vt perpetuò recognoscat se à Patre accepisse quod habet: *Christus enim plena imago Dei est, propter expressam in se paternæ gratitudinis vnitatem.* Nempè adeò illustris est gratitudinis generosa species, vt diuino Verbo, eius essentiæ, & perfectionibus quasi impressa sit à Patre Deo in æterna Verbi generatione. Et ne vnquam diuinum Verbum sit Deus, quin simul sit quodammodò gratus, sculpitur hæc species gratitudinis in diuinis Verbi perfectionibus. Quid exaggerat us?

Tanta est diuinæ munificentiæ velut effusa largitas erga homines, vt humana tenuitas timeat à liberalitate diuina, ne obruatur tantis largitionibus; & cùm homo soluendo non sit, cogatur ad ingratitudinem. Quod vel ad lectoris nauseam dedi aliàs. Non defraudabo lectorem pulchris verbis Basilij Seleuc. sic aientis: *Verùm animi vitio fit vt homines sæpè benemerentem Deum, vt insidiatorem accusent.* Nota τὸ *Insidiatoris* vocabulum, (cuius expensio vltrò se ingerit cuipiam,) dum propero ad alia, quæ subdit verba: *Nonnulli beneficiorum causas idolas affingunt.* Quid est rem seu causam beneficiorum esse idolam? Memento, Gratias esse Iouis filias, vt ex Chrysippo tradit Seneca: *Tres Chrysippus Gratias ait Iouis, & Eurynomes filias esse.* Gratiæ enim diuinâ prosapiâ concretas esse, tradit cultior eruditio. Bene ergo gratitudo *beneficiorum causas idolas affingit*, id est, sic magni æstimat, sic gratè afficitur, sic reuerenter adorat rem beneficij, & causam benefaciendi, vt easdem quasi Idola habeat, colat, adoret. O arcanam, & honestam grati animi idololatriam! *Es su idolo el agradecimiento: idolatra en ser agradecido.* Et quasi diuinos honores exhibet benefactori, generoso gratitudinis obsequio. Itaque Gratias, quasi diuinam sobolem, & grati animi Idolum debemus colere, & adorare. Vnde Bethulienses hìc vers. 31. vt æternum perennet beneficium Iudithæ, id est, Dei (qui est fastus victoriæ, quam reportauit Iuditha,) & solemni cultu illud adoret gens Hebræa, *Dies victoriæ huius festiuitatis ab Hebræis in numero Sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.* Nempe religio additur gratitudini, vt tanti beneficij gratitudo perpetuet, vt non possint non esse grati qui tantum beneficium acceperunt.

210. *Causa beneficiorum idola.* Basil. Seleuc. orat. 9. Chrysipp. Seneca. l. 1. de Benefic. c. 3.

§. XXXIX.

Sanctorum reliquiæ sunt virtutis Sanctorum compendium, & humanarum calamitatum asylum.

ET *erit sepulchrum eius gloriosum*, Isaiæ 11. v. 10. Emortua enim Iudith viuit Deo, virtuti viuit, viuit famæ, gloriæ, æternitati: & eius cadauer viuum 211. Isaiæ.

Digitized by Google

piâ quadam immortalitatis ambitione sumptuosiùs resculpit viuentis patrocinia, sanctitates, glorias. Porrò anniuersariâ solemnitate restaurat Hebræus populus Holofernianæ victoriæ triumphos, & festo plausu occlamat illustrioris Heroïnæ sanctitatibus, & quæ mortua est ad vitam, adhuc viuit ad laudes, viuit ad hostium terrorem, viuit ad Hebrææ gentis patrocinium, viuit ad gloriam sanctitatis. Emortuæ enim Sanctorum fauillæ arcano quodam modo monumenta sunt anteactæ vitæ, & pristinæ gloriæ. Iudicum 2. vers. 9. *Sepelierunt Iosuë in finibus possessionis suæ in Thamnath-sare, in monte Ephraim.* Nempe in vrbe Thamnath-sare excitatum est sepulchrum, seu illustre Mausoleum, in quo condita sunt sacra ossa inclyti ducis Iosuë. Non parum negotij facessit interpretibus, nomen vrbis, vbi erigitur Iosuë sepulchrum. Caietanus inibi sic rem componit, ad rem præsentem opportunè: *Aduerte,* inquit, *quod nomen ciuitatis huius variatur hic, & Iosuë vltimo: nam inibi nominatur* Thimnath-Serach, *hic verò* Thimnath-Cheres, *ad insinuandum, quòd ciuitas, quæ priùs vocabatur prohibitio r. fidui (nescio à quo euentu,) vocata fuit post tradi... ationem à Iosuë, prohibitio Solis, in memoria prohibiti à Iosuë Solis, ne progrederetur.* Timnath *enim prohibitionem*; Serach *residuum*, Cheres *verò Solem significat.* Scilicet res gestæ Iosuë planè censentur ex illustri illa victoria, qua Imperiali voce, & supra humanum fastigium audente, inhibuit properantis Solis cursum, & illum in medio cælo defixit, stupente orbe piam iussionis insolentiam. Vnde consultissimè factum est nomen vrbi, vbi sancti eius cineres religiosè conduntur, *Timnath-Cheres,* id est, *Prohibitio solis,* quasi Iosuë sepulchrũ sit illustre emblema tanti herois facinorum: & quia dum viueret, Solem gloriosè prohibuit, eius sepulchrum *Prohibitio Solis* gloriosiùs nominatur, quò viuentis glorias sacris ossibus resculptas veneremur. Quod in Iosuæ Mausoleo nomine tenus accidit, re executum legimus in Iudithæ sepulchro. Ipsa enim dum viueret virili audaciâ & truncauit Holofernem, & insultantes hostes profligauit; idem etiam præstat eius sepulchrum, & sacri cineres tantæ Heroïnæ; nam *in omni spatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israël, & post mortem eius annis multis.* Sic enim infesti hostes timent sacras Iudithæ reliquias, vt nemo fuerit tam superbè pugnax, tam temerariè audax, qui post multa adhuc sæcula, fuerit ausus bellum inferre regioni, vbi sumptuosiùs condebantur, & religiosiùs colebantur: *Inimica inuisibilium* (& visibilium) *phalanx ante reliquias stare non poterit, confusam, & deiectam se ingemit,* ait Theofridus: *Ecquid mirum si viuentes virtute miraculorum pellebant Sancti, quando eorum potestatem non vnà cum ipsis demortuus humus consepeliuit,* inquit Basil. Seleuc.

Iudicum.

Caietan. Iosuë.

Iudith.

Theofrid. in serm. de SS. reliquiis. Sanct. Basil. Seleuc. orat. 8.

212. Censet Barcepha Syrus, Noemum ossa Adami secum in arca detulisse non solùm vt à sæua eluuione reuerendos protoparentis cineres asseruaret incolumes, sed etiam vt inter atroces diluuij vortices securior esset à communi naufragio: & qui Dei verbo, plusquàm arcâ sospes vehebatur, adhuc à venerandis ossibus struit fiduciæ fulcrum. *Spei pignus* appellantur Sanctorum reliquiæ à Berengosio Abbate in serm. de Reliq. venerat. quasi sacris Sanctorum cineribus oppigneretur Christianorum fiducia. Disputant Geneseos commentatores quam ob causam Patriarcha Iosephus iusserit vt in Ægypto conderentur eius ossa, donec Hebræa gens rediret in terram promissionis; præsertim cùm Iosephus narret

Barcepha. l. de Parad. c. 14.

Berengos.

Ioseph.

non tantùm Iacobi ossa, sed & reliquorum Patriarcharum delata fuisse statim post singulorum mortẽ, ad natale sepulchrum. Genes. 40. v. 24. dicitur de Iosepho Patriarcha: *Cúmque adiurasset eos, atque dixisset: Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto, mortuus est.* Ad quę verba ita scribit S. Chrysost. *Duo agebat; vnum ne Ægyptij memores beneficiorum eius, cùm pro more suo haberent facilè ex hominibus Deos appellarent, corpus iusti haberent in impietatis occasionem. Alterum, vt securi & certi omnino sint se redituros.* Scilicet acceptus sacris Iosephi cineribus, fidei obses, & spei pignus datur Hebræis redeundi in terram promissionis; tanto enim pignore obsignatur fiducia paradisiacæ terræ possidendæ. Eleganter Theofridus Abbas, ita de eis scribit: *Terrarum sunt munimenta, & æternæ retributionis documenta.* Quasi Sanctorum cineres pignora sint terræ paradisiacæ, seu beatæ gloriæ possidendæ: nam Sanctorum monumenta sunt spei pignus, fiduciæ obses, & præclarum documentum retributionis æternæ.

Genes.

S. Chrysost.

Theofrid. supra.

Annuâ celebritate, & festo plausu diu frequentant Hebræi Iudithæ sepulchrum, & eius sacros cineres venerantur magno animarum prouentu, & trãquillæ pacis glorioso incremento. Agens de Sanctorum sacris fauillis Abbas Berengosius in præfato sermone, ita fatur: *Specialis vtique Ecclesia, ecce quam læta fouet, vnde læta floret.* Nempe populorum religio exsomni vigiliâ, feruidis precibus, & votis è pectore æstuantibus, sanctorum reliquias *læta fouet*, & emortuos cineres veluti animat, & viuificat ad viuaciùs patrocinandum deuotæ plebi: & inde *læta floret*, flore virtutum, & spe æternalium donorum; cuius fructus in hac vita est copiosior virtus, & sanctitatum incrementum; in futura verò Empyrea Beatorum gloria: nam *fauillæ reliquiarum speciem gaudentis Ecclesiæ illustrant,* ait Ionas Aurelianensis lib. 1. de Cultu Imag. & *æternæ retributionis documenta* dicuntur à Theofrido nuper allegato. 213.

Berengos.

Ionas. Aurelian.

Exodi 13. vers. 19. postquam Hebræus populus Ægyptios gazis spoliauit, *Vidit quoque Moyses ossa Ioseph secum.* Moyses inquam, non ignarus rerum censor, pretiosiorem thesaurum ex Ægypti monumentis vsurpat, quàm Hebræorum solertia: hi enim aurea, & argentea vasa, & gemmata monilia; ille verò Patriarchæ ossa præ auro, & argento æstimanda, piè auatus accepit. Quod dilucidè aduertit Græcus auctor apud Lipomani catenam: *Tulit Moyses ossa Ioseph secum. Ioseph autem Patriarchæ ossa significat; propter quod Iudæi vtpotè infantibus similes, aurum, atque argentum secum detulerunt; Moyses verò intemerati animi vir, Ioseph ossa deportauit*; pluris æstimans sanctas sancti viri fauillas, quàm omnes Ægyptiorum thesauros. Appositè P. Damianus sic plaudit Venetiæ, vbi sacra Marci Euangelistæ ossa condita sunt: *Gaude igitur & exultans in Domino, plaude Venetia, quia per illud pretiosi thesauri talentum, quod in te constat esse reconditum, facta es superni Regis ærarium.* Quasi Sanctorum sepulchra sint Dei thesaurus, & omnipotentiæ diues ærarium. Sic sic opulentamur sacris Cælitum exuuiis! 214.

Exod.

Græcus.

Damian. serm. 16.

Verùm sacræ Sanctorum thecæ non modò dicuntur Omnipotentiæ ærarium, & diuinioris munificentiæ thesaurus, quia sunt promptuarium diuinæ liberalitatis; sed quia inibi affliguntur, & vstulantur Dæmones velut in gehennali incendio, Tertulliano enim gehenna dicitur *Ignis arcani subterraneus ad pœnam thesaurus.* Itaque sic mali Dæmones perhorrescũt Sanctorum cineres, & fauillas, quasi incendij scintillas, & gehennalium flammarum minas. Ionas Aurelian. ita rem exaggerat, agens 215.

Tertull. Apolo. c. 47.

Ionas. Aurelian. l. de Cul. imag.

de

de Sanctorum reliquiis, & loculis, in quibus religiosè conduntur: *Dolas Dæmonum per eum loquebatur, qui suas futuras pœnas apud Sanctorum Martyrum memorias imminere mœrebant; in multis enim talibus locis torquentur.* Audis torqueri, & quasi torreri Diabolum fauillis sanctorum? Ergo sanctæ Sanctorum exuuiæ, quæ gehenna Dæmonum dicitur, sit Christianum asylum, & à Dæmonum incursibus tutum effugium: neque enim præsumit Diabolus inuadere, quem videt munitum Sanctorum reliquiis. *Qui sedem suam in monte testamenti, in lateribus Aquilonis se positurum gloriabatur, à dissoluto Sanctorum puluere superatur, igneisque catenis religatur*, inquit Theofridus nuper laudatus. Theofrid.

216. 4.Reg.2.vers.9. *Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis, vt faciam tibi antequam tollar à te. Dixitque Eliseus: Obsecro, vt fiat in me duplex spiritus tuus.* (2.Reg.) Multiplici expositione vexatur hic locus, vt exponatur, quid sit hic *duplex Spiritus* Eliæ quem Eliseus postulat. Quidquid illud sit: saltem in confesso omnibus est, rem aliquam valdè sublimem Eliseum expetiisse. Cæterùm Eliâ in cælum rapto; Eliseus scidit vestimenta sua, *Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* Petit Eliseus duplicem Eliæ spiritum, & donantur illi Eliæ vestes, & sacræ exuuiæ? Num his Eliæ reliquiis arcanè inest duplex spiritus, quem Eliseus enixè postulauit? (Lyra.) Idoneè Lyranus: *Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei. Non à casu*, inquit, *cecidit, sed ex diuina ordinatione, vt Eliseus ipso operiretur, in signum quod spiritus Eliæ requiescebat super eum, & quod erit substitutus loco eius.* Scilicet loco Eliæ substituuntur eius exuuiæ, & inde egregium documentum duplicis spiritus indubiè accepit. Tanta virtus inest Sanctorum spoliis! Siue enim hic *duplex Spiritus* sit Spiritus patrandi miracula, siue Spiritus Prophetiæ, siue vtrumque: Quis nesciat, quanta indies prodigia edunt Sanctorum exuuiæ? (Ionas. August. Hieronym. Chrysost.) Legat qui volet Ionam Aurelianensem in prædicto sermone, vbi plura agglomerat ex SS. August. Hieronymo, & Chrysost. Si verò illustre prophetiæ donum significetur, (Eccli.) Eccl.48.v.14. dicitur de Eliseo: *Et mortuum prophetauit corpus eius.* Et cap.49.vers.18. de Iosepho Patriarcha legitur: *Et ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt.* Quid prophetant sanctæ Sanctorum exuuiæ? Planè prophetant eorum dum viuerent, augustam sanctitatem; eorum arcanas cæli glorias prophetant, quasi dato pignore suorum supplicum virtutes, & futuram gloriæ beatitudinem. Nam vt ait idem Theofridus, (Theofr.) Sanctorum reliquiæ sunt *æternæ retributionis; diuinæque magnitudinis documenta.* Quasi diuina magnitudo sit mensura virtutis & potestatis, quam erga mortales exercent sacri Beatorum cineres, & emortuæ fauillæ, quæ splendidè scintillant ad supplicum gratiam. Ergo exsibilatis Hæreticorum næniis, supplices adoremus Sanctorum exuuias, & magni (vt par est,) faciamus *Diuinæ magnitudinis documenta.*

Digitized by Google

TRACTATVS APPENDIX DE IVDITH FIGVRATA,

IN QVO

VIRGINIS DEIPARÆ LAVDES IN IVDITHA

Adumbratæ, prædicantur.

Digitized by Google

TRACTATVS APPENDIX
DE
IVDITH FIGVRATA,
PROLOGVS.

1\. VMBRAM sequi viderer, si IVDITHAM, MARIÆ Vmbram, perpetuo Commentario illustrassem, neglecto eiusdem vmbræ corpore, & luce, Mariâ inquam. *Iudith est vmbra Mariana lucis.* Imò neque Iudith Mariæ vmbra satis clarata fuisset, nisi lucem, & corpus pariter illustrassem; his enim Vmbra constat. Quia *vmbra non aliter exprimitur, nisi per lumen, & corpus. Virtus Altissimi Mariam obumbrat, quia in eius vtero lux incorporea corpus sumpsit.* Verba sunt S.Gregorij apud Thomam Ibernicum. *Gregor. S.Thom. Ibernicus.* Verùm cùm Deiparæ corpus sit humanæ naturæ candor, & eius animus, animíque dotes, sit *Radius diuinitatis* (vti dixit S Bonauentura in Opusc. de laudibus Virginis.) *Bonauent.* necesse est humanæ mentis aciem perstringi Mariæ excellentiæ fulgoribus: nihilque eius præstantiâ dignum afferri: *Superuacuis ad beneficia laborat impendiis, qui Solem certat facibus adiuuare: gratiæ plenitudo adiectione non indiget.* Verba sunt Ticinensis Ennodij. Nil tam volupe mihi est, quàm virginis deprædicare laudes; sed timendum ne pia audacia luat temeritatis pœnas, dum exambit rem diuiniorem balbutie humanâ metiri. Sed primùm (S.Nazianzenum audis auspicantem Basilij elogia;) *Vt verum fatear, sermonem habere detrectabam, quemadmodum quia sacra accedunt, priusquam vocem, animúmque perpugassem*; ac si sacramentariâ linguæ, & animi perpurgatione opus sit ad Diuinam, & Eucharisticam Deiparam dignis laudibus celebrandam. *Nazianz. Ad laudandam Mariam opus est sacramentaria labiorum purgatione.* S. Hieronymus sapientiæ meta in sermone de Assumptione, sic præfatur: *Quid nos tantilli, quid actione pusilli, quid in Mariæ laudibus referamus, cùm etiamsi omnium nostrûm membra verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus.* *Hier.* Porrò Deiparam *vis magnitudinis, & notam hominibus obiecit, & ignotam* (id de Diuinitate dixit in Apolog. Tertull.) *Tertull.* Nota hominibus Maria est ex munifica munerum largitate, quæ exundat in omnes: ignota est arcana diuinæ maternitatis dignitas, quæ 2. augustioris gratiæ, & humanum fastigium transcendentis, matrix existit. At laudum *dignitas dum ad incognitum venit, donum est; cùm ad expertum, compensatio meritorum. Quorum alter debitor iudicij, alter obnoxius est fauori,* dixit luculenter Cassiodorus lib. 1. variar. epist. 13. *Deipara reciprocat obsequia.* Nempe si laudum præconio publices notam Virginis dignitatem, ipsam facies iudicij tui debitricem; si verò ignotam prædices (quis planè noscat arcanam Virginem, vni Deo satis notam?) illam reddes fauori obnoxiam. *Cassiod.* Sic, sic fit vectigalis Maria iis, qui debito pietatis obsequio, sublimes eius dotes pro virili commendant. Regali enim, quâ solet munificentia in suos clientes reciprocat, quæ acceptat obsequia. *Cùm multa nobis bona* (Basilius Seleuc. loquitur in Orat. 39.) *Basil. Sel.* *quæ nullius oratio possit assequi, Deiparæ operâ nobis contingant, eam bene merenti vicem rependamus, quæ in nos reciprocetur.* Scilicet præconia, obsequia, seruitia, quæ grato animo, & ore præstamus Deiparæ, ipsa non auarè retinet, sed ab agnatæ beneficentiæ liberalitate, eadem vbertim in nos reciprocat: & gratos laudatores ab ipsius laudandæ merito efficit laude dignos, reciprocata laudis dignitate. Marianæ laudis auara lingua meritorum paupertate soluit auaritiæ pœnas: at diues vena laudandi prodiga, non perdit, sed cumulat laudandi meritum, reciproca laudum muneratione. Quisquis pio obsequio Mariam laudat, quid in ipso dignè laudetur nunquam deerit; siquidem laudis vicem Mariæ pro acceptis beneficiis rependimus, vberiori gratia in nos reciprocat. Ergo quem accusat Mariam laudandi temeritas; excuset benemerendi cupiditas, officij non omittendi exigentia, & aliqua deuotionis ambitio, Beatæ gloriæ pignus, siue obsidem æstima Mariæ laudandæ studium, ipsa enim ait: *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* *Ecclesiast. Hildebert.* O Maria, *doces me sperare maiora meritis, quæ meritis maiora largiri non desinis.*

Digitized by Google

DE IVDITH FIGVRATA, ID EST, DE VIRGINE DEIPARA.

CAPVT VIII.

Vers. 1. Iudith, quæ erat filia Merari, filij Idox, *&c.* filij Simon, filij Ruben.

§. I.

A Maria illustri nobilitate, generosè nobilitatur Christus Deus?

PHARISÆORVM vulgus suspiciens cælestem Christi virtutem, & diuiniora miracula, cùm in Saluatoris moribus nihil reprehensione dignum inueniret, eum à materno genere culpat impudenter. *Nonne*, inquit, *mater eius dicitur Maria?* Matth. 13. v. 55. Scilicet Pharisaico supercilio vilipenditur filius Deus ob matris ignobilitatem. Quin & Orientales hæretici, Pharisæorum soboles, *longam hospitij mortalis iniuriam* Christo Deo exprobrant, quasi Deum dedeceat de Mariano vtero, & genere nasci. Nesciebant Hæretici illud S. Bernardi serm. 2. super *Missus est: Porrò Deum huiusmodi decebat natiuitas, qua non nisi de Virgine nasceretur. Talis congruebat Virgini partus, vt non pareret nisi Deum.*

Bernard. An potuerit creari à Deo creatura nobilior Mariâ.

Et quidem cùm Iesuanæ nobilitatis humanus census æstimetur ex Matre, operæ pretium est generosam Virginis nobilitatem vindicare ab hac calumnia. Mitto vulgarem eruditionem ab historiis petitam, ad quam eruditus lector nauseabit, & amœniores expetet probationes. S. Bernardinus tom. 3. in serm. de sancto Ioseph, ita fatur: *Fuit B. Virgo nobilior creatura omnibus creaturis, quæ in humana natura fuerint, aut possint, aut potuerint generari.* Quasi potentia diuina sit mensura Marianæ nobilitatis, & Mariæ generositas, quodammodò omnipotentiæ meta: Mariæque nobilitas veluti exhauserit omnipotentiæ infinitudinem, nec Deus creare potuerit puram creaturam Deiparâ nobiliorem.

Bernardin.

Pergit Bernardinus: *Vnde patet, quòd Dominus Iesus Christus, qui sine matre fuit in cælis, & absque patre in terris, totam à Virgine humanitatem recepit, atque dignitatem, quæ ad humanitatem sequuntur.* Audis Christum non modò totam humanitatem mutuasse ex Maria: sed etiam eiusdem humanitatis illustrem dignitatem, & tantæ humanæ gloriæ stemmata, quæ generosam humanitatem sequuntur? Profundè dixit Tertullianus, *Christum per Mariam censeri*. Ad Romanorum censum planè adludens, quæ verba infrà §. 3. ad alia themata latè expendemus. Ex inibi dicendis expendi possunt hæc verba, & thema propositum egregiè locupletari.

Christi nobilitas censetur ex Maria.

Tertull.

4. Mariæ virginitas moratur cunctanter Incarnationis sacramentum, amore pudoris. Angelus mysterij paranymphus ex virgine Matre virginem Filium fore pollicetur, & nascituri infantis prærogatiuas breui panegyri deprædicat Luc. 1. v. 32. Inter alia encomia Angelus prædicit, Christum fore verè magnum. *Hic erit magnus.* Subtiliores interpretum offendit vocula illa de futuro *erit*. Erit exinceps magnus, nec tunc magnus est, qui tunc filius Dei est? Acutè S. Bernard. ser. 3. super *Missus est*, ita addubitat: *Hic erit magnus: sed quare hic erit, & non potius est magnus, qui semper æqualiter magnus, non habet quo crescat, nec maior post conceptum futurus sit?* A Mariæ generositate honoris magnitudinem fœnerabitur Christus Deus? Audi ipsam sic de se verè dicentem: *Magnificat anima mea Dominum.* In vtero Virginis creuit, qui maior esse non potest? Quare Angelus dicit *erit magnus* de futuro? O immensam Mariæ celsitudinis dignitatem, à qua Filius Dei, homo factus excelsæ nobilitatis magnitudinem mutuatur.

Lucæ.

Christus Deus prædicitur fore à Maria magnus. Bernard.

5. Actor. 7. v. 55. Cùm S. Stephanus crepitantium saxorum turbine quateretur, ait: *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dextris Dei.* Videt, & publicare satagit Christi Dei glorias, & illum Filium hominis appellat? præstaret, præstaret quidem illum nominasse Christum Deum, aut Dei Filium, & nobiliori aliquo elogio illum nominare. S. Maximus hom. in natali S. Stephani, ita scribit, *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem, &c. Cõsiderate attentiùs cùm beatus Martyr Dominum nostrum Iesum Christum ad dexteram Dei Patris stare vidisset, cur se Filium hominis videre testatus est, & non potius filium Dei: cùm vtique plus honoris Domino delaturus videretur, si se Dei potiùs quàm hominis Filium videre dixisset.* Scilicet S. Stephanus sublimatus ad videndum glorias Christi, se *Filium hominis*, id est, Virginis filium vidisse testatur. Tanta, tamque sublimis est gloria, quam à Virgine Matre mutuatur, vt Christi glorias commendans Ecclesiæ Stephanus, gloriam quasi vnigeniti à Matre vidisse publicet. Christi enim humana nobilitas per Mariam, & ex Maria censetur. Vnde Guarricus Abbas serm. 2. de Assumpt. vt Christi Dei nobilitatem augustè deprædicet: *Non degenerat*, inquit, *à Matre Filius.*

Actor. Augusta Christi Dei gloria est esse Mariæ filium. Maxim.

Christus non degenerat à matre. Guarric.

6. Verùm cùm vetustior antiquitas sit præcipua nobilitatis prærogatiua ex hac parte, videtur Christum Deum nobilitari non posse à vetustiori Mariæ prosapiâ. Porrò creatura tempore incepit, Deus ab æterno est. Eritne creatura Creatore vetustior, & inde nobilior? Petrus Damianus serm. 46! *Meritò itaque B. Maria dicitur: Oriens orientis, fons fontis viui, origo principij.* Et Eusebius Emissenus hom. 2. de Natiuit. Domini: *Creator*, inquit, *ex creatura sua nascitur, & fructum ventris sui mater innupta miratur, ac femina auctoris auctor efficitur.* Scilicet Maria origo fit sui principij, & auctor Creatoris, vt Creator à creaturæ suæ nobilitate tanquam à generis humani auctore, & origine generosè nobilitetur. Ergo Deus omni principio

Petr. Dam. Emissen.

Maria est origo principij.

principio creato prius,& antiquius, Mariã suspicit vt parentem, auctorem, & originem sui. O vetusta nobilitatis stemmata! ô antiquæ generositatis prodigium! Auita typicæ Iudithæ nobilitas, ignominia est, si cum figuratæ Iudithæ generositate comparetur. Quin & parens nobilitatur à generosa sobole. Copiosa hinc exurgit seges Deiparæ nobilitandæ à Filio Deo. Sed vulgaria hæc, ad alia festino.

Capvt VIII.

Vers. 7. Erat autem eleganti aspectu nimis.

§. II.

An sicut Maria nullam vnquam habuit propensionem ad peccatum, aliquem habuerit fomitem ad virtutem.

7. Non solùm à Diuini Verbi incarnatione, sed etiam ab instanti immaculatæ Conceptionis in B. Virgine extinctum fuisse peccati fomitem, piè & verè docent Alexander Alensis 3. p. q. 9. in 2. art. 1. & art. 5. & in art. 1. & 2. Scotus, Gabriel, Almain. in præfata distinct. 3. Marsilius inibi dist. 4. art. 1. Corduba lib. 1. Quæstion. Theol. q. 45. P. Morales lib. 3. Tract. Suarez tom. 2. in 3. p. q. 27. art. 5. ad 6. disp. 4. sect. 5. vbi tradit hanc sententiam esse ferè omnium, qui immunitatem à peccati originalis labe, Mariæ adstruunt: & potiori iure eorum, qui sentiunt exemptam fuisse à debito illius contrahẽdi: quibus iam olim assentiebam. Porrò nunquam *Mariam concupiscentiæ fumus attigit, nec verbis voluptatis eam læsit*, ait Hesychius homil. 1. de Deipara. Si quidem *fumus concupiscentiæ*, etsi non semiustulasset virginem, extorquendo vel leuioris culpæ consensum, saltem purioris gratiæ nitorem cognatâ fuligine tantisper deuenustaret. Et quanquam *voluptatis vermis* non mordicaret concupiscentiã; ipsa tamen vermiculatio absque vllo morsu plurimum haberet dehonestamẽti. Sed mittamus hæc ad seueriores scholas: & succedat amœnior alia quæstiuncula. Vtrùm B. Virgo sicut nunquam habuit noxium peccandi fomitem, ita semper habuerit generosum fomitem ad virtutem; ad virtutem inquam naturalem, & quæ non excesserit humanæ naturæ metam, cuius vestigium apparet in eximiè probâ aliquorum indole, quæ ad multas morales virtutes prona est ex bonitate naturæ. Audiendus est primùm S. Damascenus planè inter Mariæ alũnos non vltimus, qui in oratione 1. de Mariæ, natiuitate scribit: *Mariam soli Deo opera dantem: cupiditatem autem omnem ad id solum expetendum, atque amandum intentam.* Et mox: *appetitus tuus in hoc sicut est, vt diuinis sermonibus nutriaris, hisque sagineris Dei cupiditate flagrans.* Aduerte Virginis cupiditatem, & appetitum situm dici in re virtutis, & flagrare igniculis pietatis.

Alexand. Scotus. Gabriel. Almainus. Marsilius. Corduba. Morales. Suarez. *Maria sine fomite ad peccatum.* Hesychius. *Maria appetitus, & cupiditas ad Deum flagrans.* Damascen.

8. Ioannis 1. v. 16. *De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* Quid est de plenitudine gratiæ Christi, nos omnes accepisse? Et quidem gratiam pro gratia? Quid est gratiam pro gratia accipi? Quidam apud P. Maldonatum: *Gratiam non pro natura, sed pro gratia*, id est, accepimus omnes à Christo gratiam, quæ non sit natura sed gratia. Numquid ab hac generali sententia eximi potest (sicut ab aliis) sanctissima Dei mater. Nam vt inquit Clemens Alexandrinus 5. lib. stromat. *In tota hac rectè quæsiuimus oratione, virtusne fuerit natura?* Sat mihi rectè id quæri. Vtinam id sentiant plures, quibus vltrò subscriberem in Deiparę obsequium; interim vt affirmare non audeo: sic non quærere vix possum. Scio tamen Petrum Damianum serm. 44. ab ipsa natura Mariæ, misericordiam exigere: *Moueat te, inquit, natura, potentia moueat, quia quanto potentior, tantò misericordior esse debebis.* Audis à Mariæ natura ob naturalem indolis gratiam, misericordiam expeti? Indolis priuilegium ad miserendum allegat. At si cum Iobo creuit miseratio, quid mirum si cum Maria nascatur?

Ioann. Maldon. *Habuitne Deipara fomitem ad virtutem.* Clem. Alex. Petr. Dam.

9. S. Gregor. Nazianz. in orat. de S. Basilij laudibus, ita de illo scribit: *Nemo est qui per omnia ad summa vsque grassatus sit; verum is apud nos præstantissimus est, qui vel quàm plurima præstiterit, vel vnum quàm maximè, & præstantissimè. At hic noster* (non iam Basilius, sed Maria: quid enim magnũ in seruo, quod non emineat nobilius in Dei matre?) *ita omnia peragrauit, vt in illâ gloria materiam quæsiisse natura videretur.* Expende diligentiùs hæc vltima verba. Scilicet natura humana meritò cõquerebatur, quòd ob originale scelus quodammodò vitiata, non tam mater, quàm hominum nouerca audiret: & vitiorum matrix, officina delictorum, promptuarium facinorum, & prętuaricationum conceptaculum haberetur, ęstuans libidinum blandimentis, pręceps iracundiæ furore, tabescens inuidiæ dedecore, & à peccati fomite exprompta ad omne delictum. Itaq; humana natura infamis à primordiali pręuaricatione exambit sic purum efformare Deiparę immaculatũ corpus, sic à vitiis auersum, sic ad virtutes quasi procliue, *vt in illo gloria materiam quæsiisse natura videretur.* Opportune à S. Damasc. orat. 1. de Mariæ natiuitate, Maria dicitur, *Humana natura venustas*, Quia in reliquis hominibus (excepta matre virgine, & filio Deo) natura humana apparet vitiis squalida, libidinibus turpis, concupiscentiis inhonesta, delictis fœda. At caro Mariæ vsque adeo exors dicitur à delictorum censu, & sensu, vt tota optimæ indolis concupiscentia, proclinis videatur ad rem virtutis, & vere fuerit *humana natura venustas.* Nec mirum, nam in illa efformanda, *gloria materiam quæsiisse natura videtur.* Quod elogium maximè eam carnem decere videtur, quæ Christo Deo *concarnatur & conuisceratur*, vt alibi diximus ex Tertulliano lib. de Carne Christi, cap. 20. *Enimverò quanta ei decebat carnis munditia, cuius erat portio superpulchra Deitati hypostaticè vnienda?* Verba sunt Dionysij Carthusiani in opusc. de vita solitar. art. 7.

Nazian. *Natura laudem quæris in Maria indole.* Damasc. Tertull. Carthus.

10. S. Damascenus nuper laudatus *appetitum, & flagrantem cupiditatem ad Deum* admiratur in virgine: *Concupiscentiam ad lauream martyrij* legimus in Petro Damiano serm. 22. Quando in natura humana inuenitur cupiditas ad pietatem, libido ad virtutem? *Virginitas* (quæ alia nisi Mariæ?) *splendor libidinis* dicitur à S. Nazianz. Orat. *Ad Virginem exhortatio.* Planè vt squalet blandiens libido ad Veneris turpes voluptates; sic splendidè niteret virgo libido ad fulgentissima virtutum opera. O fulgentissimam libidinem, & toto orbe micantem!

Damasc. *In Maria est splendor libidinis.* Petr. Dam. Nazianz.

11. Eua antitypus fuit Mariæ, vt vulgò tradunt Ecclesię Patres: nã Maria inuenit, quod Eua perdidit, Eua peccato mortua, abortum fecit antequam pareret: Maria à Dei gratia viuax vitam peperit nobis, qua redderemur à mortalitate immunes. Ab eua extitit peccandi incentiuum? Maria matrix est gratiæ, quæ est virtutis illecebra Pulchrè S. Maximus hom. 6. *Parturit igitur femina salutem mundi; vt quæ extiterat fomes iniquitatis, fieret ministra iustitiæ.* Ecce

Maria est fomes misericordia. Maxim.

prima

Digitized by Google

prima Eua dicitur *fomes iniquitatis*; ſecunda verò, Maria inquam, *miniſtra iuſtitiæ*. Hanc antithesim (Bonauent.) elegantiùs expreſſit S. Bonauentura in opuſculo de laudib. Virginis, eam appellans, *fomitem misericordiæ*. Scilicet Eua fuit *fomes iniquitatis*, Maria verò *fomes misericordiæ*, igniculus pietatis, & incentiuum ad virtutem. Et iure quidem optimo peccati fomes, qui fuit Euæ inobedientis ſupplicium, factum eſſet obſequenti meritum. (Emiſſen.) *Vt quod fuit instrumentum pœnæ, ſit gloriæ teſtimonium*, ait Euſeb. Emiſſen. in hom. de SS. Martyribus Epiphodo & Alexand.

12\. (Hildebert.) Hildebert. epiſt. 48. ſic ſcribit de ſua munificentiſſima Regina: *Fateamur neceſſe eſt eam deceſſiſſe reginam, cui nihil ex lenocinio ſexus ad honeſtatis periculum ſubrepſit. In ea præter virtutẽ nil virtus inuenit.* Numquid virtus cæca eſt ad videndam naturam, quam non inueniſſe dicitur? O humanam Deiparæ naturam, virtutis æmulans! præter virtutem nil virtus inuenit in Maria; quaſi natura ſui oblita, transformetur in gratiam, & cupido vitiorum in cõcupiſcentiam virtutis! Pſal. 83. v. 3. *Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meũ, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* (Pſalm.) Audis concupiſcentiam cæleſtium bonorum? Non tantùm *cor*, id eſt, mens, ſeu voluntas, ſed etiam ipſamet *caro* exultat in Deo, Hebræum verbum רננו *Ieranneneu* ſignificat *exultare, geſtire, ouare*. Nimirum ſi caro ipſa deficiens à prauo appetitu, virtutem concupiſceret, tunc *ouaret*, & triumpharet agnatas alioqui carnis paſſiones. Profectò ſingulare carnis encomium eſt exultare in Deo, concupiſcere rem virtutis, & (Emiſſen.) *ipſam bonorum cæleſtium ſitim bibere*, vt ait Emiſſen. hom. 3. de Epiphania. At mirum non eſſet, fortè habuiſſe concupiſcentiam virtutis Mariæ carnem, quæ fuit *officina Spiritus ſancti*, vt prædicat Arnol- (Arnold.) dus Carnotenſis in Tractatu de laudibus Mariæ. Hæcne eſt nimia corporis venuſtas Iudithæ figuratæ, Mariæ inquam? Vellem profectò id ſeriò affirmare: at ſine præuia Doctorum auctoritate non poſſum. Satis mihi ſit quæſtionem vtcumque locupletaſſe; rei cenſum aliis permitto. Nollem vt hæc Mariani corporis venuſtas nimia videatur. Siquidem Iuditha, Mariæ eximius typus, *eleganti* (Iudith.) *aſpectu nimis*, dicitur à ſacro Hiſtoriographo. Quid virtutis in Deipara nimium?

CAPVT VIII.

Verſ. 7. Cui vir ſuus reliquerat diuitias multas, ac poſſeſſiones armentis boum, & gregibus ouium plenas.

§. III.

Maria, etſi in re nummariâ, paupercula fuit, opulentiſſima eſt gratiæ cenſu.

13\. (Concil. Epheſin.) IN Concilio Epheſino apud Theophylactum in cap. 2. Matthæi, dicitur de Chriſto: *Pauperculam elegit matrem*, pauperculã inquam, mundialium bonorũ diuitiis, ſed prædiuitem cæleſtis gratiæ opu- (Petr. Dam.) lento cenſu Petr. Damian. lib. 2. epiſt. 2. Mariam nominat, *Pretioſam animam, Deo pecuniam*: quaſi Ma- (Damaſcen.) ria ſit pretioſiſſimum Dei numiſma. S. Damaſcen. in Orat. 1. de Mariæ Natiu. illam appellat, *Gratiarum pelagus*. Et Orat. 1. de Dormitione Virginis, eamdẽ vocat, *Sanctitatis theſaurum*. Et P. Damianus ſerm. (Petr. Dam.) 45. Mariam nominat *Gazophilacium theſauri, quo ſumus de cruenti prædonis ſeruitio comparati*. Et à S. (Damaſcen.) Damaſceno orat. 1. de Aſſumpt. *Gratiæ abyſſus* dicitur. Dies hîc me deficerent, ſi vellem conglobare, (Ex Maria cenſentur Chriſti diuitiæ.) & ſtipare his adſimilia epitheta, quibus beatiſſimæ Virginis opulentia explicatur à Patribus. Tertull. (Tertull.) in lib. aduerſus Iudæos c. 9. de Chriſto verba faciẽs, ſic profundè loquitur: *Ex ſtipe Ieſſe deputatum, per Mariam, ſcilicet, & inde cenſendum.* (locus alioqui expendendus pro honore, nunc pro diuitiis, vtrumque his verbis inſinuatur.) Indubium eſt Tertull. hîc adludere ad Romanos magiſtratus, inter quos Cenſor magna auctoritate vigebat. Cenſoris erat munus ſingulis luſtris luſtrare Romam, cenſere, ſeu æſtimare ciuium facultates: neque quiſquam plus facultatũ ſe habere putabat, quàm Cenſor æſtimabat. Ait ergo Tertull. Chriſtum per Mariam, ſeu ex Maria cenſeri. Omnes Chriſti diuitiæ per Mariam, aut ex Maria quodammodò deputentur? neque plus poſſidere videatur, quàm habet ex Mariano cenſu? Maria eſt *Gazophilacium theſauri* diuini, *Dei moneta, Gratiarum pelagus, ſanctitatis theſaurus*, & *Gratiæ abyſſus*. Ergo diuitiæ Chriſti ex Maria cenſeri videntur. Nec mirum id videri debet, nam vt ait S. Thomas in Catena ad c. 1. Lucæ, *Virgo ſan-* (S. Thom.) *cta totam ſibi hauſerat Spiritus ſancti gratiam*.

14\. (Damaſc.) Quaſi parum foret Mariam eſſe gratiæ theſaurũ, vbi reponuntur diuiniores gazæ, appellatur etiam à S. Damaſc. *Latum Diuinitatis promptuarium*: nam (Maria mutuò dedit incarnationem Deo.) cùm Maria ſit diuini Verbi conceptaculũ, vbi expromptè ſuppetit Deus hominibus per ipſam communicandus; inde Maria peramplũ promptuarium diuinitatis iure dicitur: ex quo Deus depróſit humanitatẽ Deo, & humanitas diuinitatem ſibi, & vterq; Deum hominem. Pulchrè Method. in orat. habita ad Hypopãtem Domini, ſic Mariam alloquitur: *Tu* (Method.) *enim admirabilem incarnationem, quam aliquãdo non habuit, Deo mutuò dediſti*. Quid eſt virginem mutuò dediſſe incarnationem Deo? Nam cui aliquid mutuò datur, aut idemmet, aut ſaltem tantumdem iure exigitur. Quid dignum reddetur Virgini, pro incarnatione, quam mutuò dedit Deo? Num diuina maternitas, quæ quandam habet infinitatem? nam *infinitum ſeruorum, ac matris diſcrimen eſt*, vt ait S. (Damaſc.) Damaſcen. Orat. de Dormitione Virginis. An adhuc illi debet Deus incarnationem, quam à Maria mutuò accepit? Tantum Marianis meritis licet, vt Deum habeat debitorem? O paupercula, & opulentiſſima Virgo, ille tibi debitor exiſtit, cui creaturæ omnes ſũt debitores? ô arcanas Mariæ diuitias! Fortè pignoris nomine pro tanto debito Chriſtum Deum poſſides, filius enim parẽtis poſſeſſio eſt Gen. 4. v. 1. *Eua cõcepit & peperit Cain, dicens: Poſſedi hominem per Deum*. Sic ſecunda Eua, Deipara inquam, filium Deum poſſidet? Planè opulenta poſſeſſio eſt. *Euge quæ debitorem habes eũ, qui omnibus mutuatur. Deo* (Method.) *enim vniuerſi debemus, tibi autem etiam ille debet*. verba ſunt Methodij in ſer. de Purificat. Virginis.

15\. (Lucæ. Chryſip. Deipara eſt hæres Chriſti.) Lucæ 1. v. 18. dicit Angelus ad Mariam: *Aue gratia plena Dominus tecum*. Quæ verba ita commentatur Chryſipp. Hieroſol. de S. Maria Deipara: *Dominus tecum, Dominus totius gratiæ Rex cum ancilla*, vulgo Chriſtus *Rex gloriæ* dicitur; at reſpectu ſuæ Matris *Rex totius gratiæ* appellatur. Sic Mariam ditat opulentis gratiæ theſauris! Verum ſciſcitari oportet, cùm Chriſtus Deus *totius gratiæ* Rex & inteſtatus, & ſine naturali prelo deceſſerit in cruce, cuinam quaſi hæreditario iure obueniat tantus gratiarum cenſus? Opportunè S. Damaſcen. in Orat. de (Damaſc.) Aſſumpt. *Oportebat, inquit, Dei matrem ea, quæ filij erant, poſſidere*. Nempe Maria maternitatis iure in

Digitized by Google

opulento censu Regis totius gratiæ, Christi Dei inquam, succedit, quasi filij sui hæres, cui superstiti hæreditas filij veluti iure hæreditario obuenit? Gratulor tibi, ô prædiues Virgo, imò gratulor nobis filiolis pauperculis: nam præterquam quòd quidquid super plenum funditur, effunditur, diues matris census, opulentia filiorum est.

16. S. Damascen. orat. 1. de Assumpt. his verbis exaggerat prædiuites Mariæ opes: *Hæc omni profuit creaturæ, quam veluti coemptam à seruitute, in libertatem asseruit.* Quasi tantus sit Mariæ census, vt illo potuerit veluti coëmere creaturas omnes. O arcanam opulentiã! Plus audet Andreas Cretens. ser. 2. de Assumpt. *Hæc* (scilicet Maria) *est diuinarum reconciliationum, quæ pignore dato fit, fideiussio.* Obserua vocem illam *fideiusso*, in qua viget tota energia sententiæ. *Fideiussor* (teste Donato) *est auctor credendi, alium aliquid daturum, facturúmue, suâ fide, suóque periculo promittens.* Sic magni æstimat suum censum Maria, vt suâ fide, suóque periculo promittat fideiussionem pro Deo? sic exhausisti omnipotentiæ diuitias, vt fideiussore egeat Deus? Sic sunt depauperati diuinitatis thesauri? Vna Maria sic diues est, vt pro Dei sumptibus in re gratiæ, & redemptionis, valeat fideiussionem facere? Scilicet (dicam audacius vsic) si Deus soluendo non esset, aut soluere noluisset pro toto debito generis humani, B. Virgo (quæ diuinæ *gratiæ thesaurus, & pelagus est*) vt potuit ex mente Andreæ Cretensis, fideiussionem pro Deo præstare, sic etiam & condignè posset reconciliationem humanam suis meritis operari, & æquè (pacto priùs inito) pro tanto debito satisfacere. Sic opulentus est Virginis census in re gratiæ, quantumuis in re nummaria dicatur *paupercula* à Concilio Ephesino.

Damasc. Maria fideiussionem facit pro Deo

Andreas Cretens.

Donatus.

Sotus in 4. d. 1. q. 5. art. 4. Suar. 1. to. in 3. p. disp. 4. sect. 7.

17. Moris est Scripturæ, & Patrum, res diuinas, quippe quæ humanum captum longè superant, nostro rudiori intelligendi modo, illas attemperare & humano idiomate eloqui. Apud homines enim ille habetur prædiues, qui & opibus abundat, & cui homines opulentiores multa debent. Vnde S. Bernardus nuper allegatus, postquã vbertim locupletem Virginis censum tradit, Deum ipsum esse Mariæ debitorem ostendit. Sic etiam locupletata Maria est vbere Spiritus sancti gratiâ! Audiẽdus est S. Bernardus Senensis tom. 1. ser. 51. *A tempore*, inquit, *quo concepit Virgo Deum in vtero suo, quandam (vt sic dicam) iurisdictionem, seu auctoritatem habet in temporali missione Spiritus sancti.* Scilicet tantis diuinorũ charismatum gazis ditatur Maria, vt Deum, cui cæteri debent, habeat debitorem: & quasi Deus soluendo non esset, sese quodammodò Mariæ vectigalẽ fecisse, & quandam (ita fari liceat cum Bernardino) dedisse iurisdictionem in omnes temporales Spiritus sancti missiones. *El Espiritu sancto le a librado le paga en este propio.* Locupletes gratiæ opes, quas Maria possidet vix nisi per hyperbolem explicari possunt hominibus, vti sublimiora nostræ religionis sacramenta.

Bernard. *Maria habet ius in omnes temporales Spiritus sancti missiones.* Bernardin.

18. Sed esto, Maria prædiues sit à tanto gratiæ, & gloriæ censu. At Maria non se possidet, sed possessio Dei est; ergo non Mariæ, sed Dei sunt ipsius diuitiæ. Quis neget Deiparam esse locupletem Dei hæreditatem? tota Mariæ possessio Dei est, & quidẽ perantiqua: *Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quicquã faceret à principio.* Prou. 8. v. 22. At audiendus est Petrus Damian. serm. 11. *Aue, ait, gratia plena, Dominus tecum. Quia à Deo electam, & præelectam, totam eam rapturus erat sibi Spiritus sanctus.* Plus videtur Damianus insinuare, quàm dicit. Cùm raptum audis, non intelligas Mariam rem alienam esse à Spiritu sancto, cuius spiritu, & gratiâ semper plena fuit? & inde vsque adeò opulenta. Vix nisi per exaggerationes, aut nimis sonantia verba agi potest de Marianæ gratiæ opibus. Inde ipsa de se, sic loquitur Prouerb. 8. v. 18. *Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ & iustitia*, hoc est, iustè possideo superbas opes. Vox *superbas* plus audere videtur, quàm significat, sed audentiori vocabulo explicanda erat superba Virginis opulentia. *Superbia* vocem ne censeat malè grammaticus, etsi bene Theologus, donec consulat Calepinum, aut Mamotrectum aliquem.

Prouerb. P. Dam.

Prouerb.

Capvt VIII.

Vers. 8. Neque erat qui loqueretur de ea verbum malum.

§. IV.

Inter præcipua Mariæ elogia censetur, neminem loquutum fuisse de illa verbũ malum.

Mvltus fuit Christus Deus, vt bonam suæ matris opinionem adstrueret etiam cum dispendio propriæ. Mauult enim haberi fabri filius quàm à suspicione stupri dehonestare parentẽ: permisitq; aliquos de suo ortu potiùs, quàm de matris pudore dubitare: scit enim quàm sit tenera eximiæ virtutis fama, & lubrica maledicentiæ lingua: nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis adstruendam. Et ipsa sancta, & humillima Virgo sumptuosius procurat, ne quis arrodat eius eximiam sanctitatem, licentioris linguæ priuilegio: Scitè S. Hieronym. explicans illud Isaiæ 11. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*, ita sibi: *Maria virga est, flos Christus: ut nunquàm flos ascendit de virgâ foliis nudâ: priùs virga foliis adumbratur, & honestatur, quàm flos ascendat: priùs ergo Maria viro erat honestanda, quàm Christus nasceretur.* Vnde Hieronym. moralissimè explicat, quem versamus Iudithæ locum: *Ex quo colligere licebit quantâ obseruatione mulieres curare debeant, vt honorem, ac bonam famam conseruent, nec aliquid occasionis dent, vt de eis verbum dicatur malum. Inter ea de quibus Iudith commendatur, illud præcipuum est: Nec erat qui de ea verbum loqueretur malum.* Audis ex ore Hieronymi præcipuam Iudithæ laudem fuisse, vt nemo esset, qui de ea verbum malum loqueretur? Nobilissimæ virtutes eminent in Iuditha, sed quod in primis laudem eius exaggerat, est, neminem in tam numeroso populo reperiri, qui eius famam loquendo arroderet. Euge gloriosior Iudith, virgo inquam sanctissima; nemo, nemo quidem iam diu est in tota Ecclesia, qui de te loquatur verbum malum, quòd maximè facit ad tuarũ laudum gloriã. *Nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Virtus*, ait Seneca Epist. 62. *habet suos numeros, plena est.* Quid est virtus habet numeros? Numquid consũmata virtus numeris cõstat, & ad harmoniæ numeros tẽperata est? Plin. iunior vt laudatissimam sui Traiani virtutẽ exaggeraret, dixit in sua ad illum panegyri, in Traiano inueniri *Concentum omnium laudum.* Sententiosè, & ingeniosè dictum. Porrò concentus cõstat harmoniâ, seu cõsonantiâ omnium vocum: quando grauis cũ acuta, &c. ita concinit ad musicæ sonos, vt nulla dissonet à modulato, & harmonico cõcen- 19.

tu

Nemo de Iudith figurata loquitur verbum malum.

Isaiæ.

Hieron.

Iudith.

Seneca. *In Deipara est conceptus omnium laudum.* Plin.

Digitized by Google

tu. Nam vel leuissima cuiusuis vocis dissonantia harmoniam perdit,& inamœnas reddit cæterorum quantumuis sonoras,& modulatas voces: Sic accidit in re laudis. Nam cū virtus,quæ plena est', suos habeat numeros,ad perfectam virtutis prædicationem,opus est,vt sit *concentus omnium laudum*, neque sit *qui loquatur verbum malum.* O Beatissima Virgo,tua virtus cælestis, & augustior sāctitas plena est,numeris constat: ergo oportet, vt Christus Deus,filius tuus,qui *Præcentor* dicitur à Clemente Alex.in Adhort.ad Gentes,diligenter procuret, vt in te sit *Concentus omnium laudum*; nemóque sit, qui de te *loquatur verbum malum.* Sed omnes vno animo magnificè de te sentiant,omnes vno ore sublimissime de te loquantur.

20. Matth. August.

Matthæi 1.v.20. Æstuabat S.Ioseph præ agonia non bonæ suspicionis, quam ex occasione intumescentis vteri,quiuis maritus conciperet. Rem mente versabat anxiè, & fortè,vt putat S.August. inclinabat in sinistram opinionem de Mariæ pudore. Vt ergo suspicionis tranquillaret æstum: *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens. Ioseph fili David; noli timere accipere Mariam coniugem tuam*, &c. Disputant iure interpretes (vt ad aliud thema alibi expendebamus,)quare Angelus in somnis apparet Iosepho, & nondum in vigilia,diligens, & attentus foret expensor verborum Angeli? Aliis in vigilia apparent, & loquuntur Angeli,& cur non Iosepho?Fortè inferioris meriti censetur Iosephus? Nonne negotium Dominicæ Incarnationis, & Mariani pudoris, attentiorem intelligentiam requirebat? Quorsùm dum sopiti sunt Iosephi sensus, Iosephum alloquitur Angelus? Verùm aduerte ad rem ex Euangelistæ verbis:

Matth.

Hæc autem eo cogitante (nimirùm non bonæ suspicionis causas) *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph,dicens*, &c. Bellè S. Chrysostomus hom.4. id notauit, aiens: *Apparuit in somnis: quia nulli narrauit suam suspicionem.* Quasi dicat: Iosephus mente tacitus cogitabat, & in arcano cogitationis tractabat non bonas de Maria suspiciones, quas nemini communicauerat vel vt molestiam angoris leuaret, vel vt consilium sumeret in re arduâ, & perplexâ: imò nec illacrymando rem oculis notificauerat,nec auditui tacitè submurmurando, nec complosione manuum suspicionis suæ indicium dederat. Ergo consultissimè Angelus apparet *in somnis*,vt cum imaginatione,& mente Iosephi duntaxat loquatur super sinisteritate suspicionis de Mariæ puritate. Iosephus nulli locutus est verbum malum de Maria; imò nec totus Iosephus nescit quid ipsius mens secum voluat in Mariæ dedecus, quia Iosephi externi sensus id ignorant: Ergo necesse est, vt per somnium fiat satisfactio; ne vel satisfaciendo conceptæ infamiæ contra puritatem Mariæ, loquendo intimet sensibus suspicionem non bonam de Mariæ impuritate. Vnde *Hæc cogitante, Ecce Angelus Domini apparuit in somnis: quia nulli narrauit suam suspicionem.*O pulchram eruditionem à Iosepho,& Angelo! Ecce tibi Iosephus agoniâ zelotypiæ exagitatus,nulli locutus est verbum malum de Mariæ puritate,quæ vehementi tumentis vteri indicio illi suspecta erat. Quin & Angelus vel non bonam suspicionem de virgine renuit notificare sensibus. Vnde tacitæ imaginationi & menti in somnis loquitur.Sic præcauent Iosephus,& Angelus, vt nullus sit, qui loquatur de Maria verbum malum, ne perdatur concentus Marianæ laudis si vel vna vox dissonet à laudationis harmonia.

Chrysost.

Non toti Iosepho nota fuerunt suspiciones contra virginis puritatem.

Lucæ 1. Zachariæ sacerdoti,& prophetæ apparuit Angelus prædicens Ioannem (qui interpretatur Gratia) nasciturum, cuius conceptio è vuluâ sterili præstruebat Mariæ virgineam puritatem, vt ipse Angelus mox exposuit, vers. 36. aiens: *Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua*,&c. Renuit Zacharias id sibi persuadere,& quidem modestissimè ore dubitat,aiens: *Vnde hoc sciam?* Attende ad pœnam, quâ mulctatur ab Angelo: *Ecce eris tacens,& non poteris loqui vsque ad diem quo hæc fiant*: hoc est, vsque ad Ioannis, seu gratiæ natiuitatem. Origenes hom. 5. in Lucam expendit Græcam vocem ἄλογος *alogos*, quam vulgatus vertit,*tacens*, & *non poteris loqui*, sic inquit,Origenes ἄλογος,*quod etsi Latinus aliter expresserit, tamen propriè transferri potest absque sermone sine ratione.* Quisquis fidem negat iis, quæ adstruunt virginis pudorem, & intactam Deiparę virginitatem,& loquitur de Maria *verbum malum*, etsi sacerdos,& propheta sit,si tamen dubitat, ἄλογος *est,& absque sermone,& sine ratione.* Imò ideò absque sermone,quia sine ratione. Sed iam nemo est Nestorius, Heluidius nemo, qui venenatâ linguâ arrodat virginis pudorem.

201. Lucæ. *Qui Deiparam arrodit, sine sermone,& sine ratione est.*

Origen.

22. Lucæ. *B. Virgo martyr dicitur ob linguas ipsi detrahentium.*

Lucæ 2. vers. 34. *Et ecce positus est hic* (Iesus) *in ruinam,& in resurrectionem multorum in Israel: & tuam ipsius animam pertransibit gladius*, ait Simeon ad Beatam Virginem. Ardua planè quæstio apud Bibliorum peritiores, quo pacto B. Virginis animam pertransierit gladius, cùm nusquam legatur martyrium subiisse. Quinam est hic cruentus gladius, qui vsque ad Mariæ animam penetrat, & illam immitissimè sauciat? Opportunè Beda inibi: *Nulla docet historia Beatam Mariam ex hac vita gladij occisione migrasse: præsertim cùm non anima, sed corpus soleat interfici. Vnde restat intelligi gladium illum, de quo dicitur: Et gladius in labiis eorum.* Quid accommodatius? Nimirùm acutus gladius,qui viscera Mariæ crudeliter sauciat, & à quo Martyr dicitur, est gladius linguæ,qui irreuerenter Virginem dehonestat.

Beda.

23. *vel dubiæ laudes de Virgine adstruendæ sunt.*

Dicebat olim quispiam scrupulosè pius: timeo ne me multa dilectio erga Virginem vsque ad peccati mendacium trahat, & non veris laudibus illam cumulem: nolo de charitate in charitatem peccare. Verùm vsque adeò est augusta Mariæ sanctitas, vt quicquid palàm non videatur absurdum, quantumuis grande elogium sit, ferè possit piè credi, & affirmari de Virgine. Quod Mariæ typus Iuditha iure exigebat a Principibus Bethuliæ, Iudith 8.v.30. Cùm in animo tacitè versaret heroïcum facinus descendendi ad Assyriorum castra,& perimendi Holofernem suo ipsius gladio. Celat rem ab Ozia,& Chabri & Charmi, Bethuliæ proceribus:& tamen expetit,vt suffragiis approbent,quòd ipsi nesciunt, an approbationem mereatur. Et dixit illis Iudith: *Sicut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis, ita quod facere disposui, probate*, id est, *approbate*, (vt explicabam in litterali Commentario) *si ex Deo est.* Ex mox: *Vos autem nolo, vt scrutemini actum meum.* Quid ais prudentissima feminarum? Consilium,quod in arcano mentis tacitè voluis,à Presbyteris celas; & approbationem expetis? Nemo consultè approbare potest rem,quam ignorat, an approbationem mereatur. At tantæ, támque sublimes sunt res Iudithæ,& Mariæ,quam præfigurabat Iuditha, vt approbatio ritè possit præcurrere notitiam. Ignoras, aut dubitas an Maria nobilitetur aliquo elogio? (nisi refragetur fides) rem,quam ignoras, aut dubitas, suffragio tuo approbo

Iudith.

Digitized by Google

proba, approbatione tua commenda. *Maior est enim omni laude* Dei genitrix, quam deprædicas. Siquidem Mariæ laus, & virtus, humanæ mentis fastigium longè excedit. Vnde dicitur à S. Damasceno oratione de Dormit. Virginis: *Officina immensorum bonorum, atque omnem mentis captum, & cogitationem superantium.* Quod si omnem cogitationem, & mentis captum transcendunt Marianæ prærogatiuæ, pio deuotionis præiudicio encomium approba, quod dubitas an in Maria sit: & sic aggregaberis Virginis laudatoribus: *Illud siquidem voce depromitur, quod prius in officina conscientiæ deformatur.* Verba sunt Emisseni in sermone Exhortatorio contra diuersa vitia. Et inde nemo erit, qui de figurata Iudith loquatur verbum malum. Quod fuit summum typicæ Iudithæ encomium cum sola Virgine commune.

Damascen.

Emissen.

24. Non fraudabo lectorem piâ S. Bonauenturę meditatione, tom. 2. Opusc. cap. 3. de vitæ Christi meditatione, sic loquentem inducit infantem Virginem: *Cum pater meus, & mater mea me dimiserunt in templo, statui in corde meo, habere Deum in patrem; ac frequenter cogitabam, quid possem facere Deo gratum.* Et post pauca: *Petebam*, inquit, *vt faceret me videre tempus, in quo esset nata illa Beatissima Virgo, quæ debebat filium Dei parere, & vt conseruaret oculos meos, vt possem eam videre; linguam, vt possem eam laudare.* Nempe sumptuosiùs expetebat Maria antequam nosset, esse pręelectam ad diuinam maternitatem, vt Deus linguam eius conseruaret, quò posset almam Dei Matrem laudibus sublimare. Quod Maria tam sedulò exambit, homo negligat? Adimple in te, quòd Mariæ modesta humilitas non patitur adimpleri in se. Lauda Mariam in omnibus, quæ omnium laudes longè superat: *maior est enim omni laude.*

Bonauent. *Maria expetit Deiparã laudare.*

CAP. VIII.

Vers. 17. Ita etiam de nostra humilitate gloriemur.

§. V.

Mariæ diuina Maternitas, sequela fuit humilitatis humanæ.

25. HOminibus adnata est sublimitatis libido: sed homo in honoris sublimi loco collocatus, nescio an satis homo sit: humanam enim naturam dediscere solet, & sublimius quid cogitare, & supra humanum fastigium præsumere. Sic à dignitate homo tumescit, vanescit, insolescit. Hinc generosior habetur honorata virtus, quippe quæ superbię fascino non degenerauit in vitium. Heu! quot degeneres virtutes probauit sublimitas! O generosam Deiparæ sanctitatem, quæ in fastigio diuinæ maternitatis collocata, dum abiectiùs de se cogitat, & humiliùs sapit, virtutis fastigium humilitate ostentat. Idoneè S. Ildefonsus serm. 2. de Assumpt. *Iam ergo B. Virgo humiliat se in cunctis, vt totam in se suscipiat gratiam conditoris: quia quod per partes aliis datum est, tota simul in ea venit gratiæ plenitudo, quia scilicet multùm se humiliauit inter immensa dona, inter diuinitatis commercia.*

Maria totã gratiam humilitate suscepit.

Ildefonf.

26. Ecclesiastici 3. vers. 20. *Quanto maior es humilia te in omnibus.* Quasi humilitas sit magnitudinis census, & veræ sublimitatis appendix. S. Bernardus in serm. de verbis Apocal. *Signum magnum*, sic fatur: *Cùm Maria quanto maior erat humiliabat se in omnibus, certè humiliata est præ omnibus, quia maior omnibus extitit. Quapropter meritò facta est nouissima prima quæ cùm prima esset, omnium se nouissimam efficiebat: meritò facta est omnium Domina, quæ se omnium exhibuit ancillam.* Videlicet ideò Deipara præ omnibus humilis fuit, quia sublimitatis prærogatiuâ omnes excelluit; & celsior altitudo fit humilitati vectigalis, & augustior sublimitas fit tributaria humillimæ abiectioni? Sententiosè dixit S. Gregorius in Reg. apud Thomam Ibernicum: *Dum vnigenitus*, inquit, *Dei existens ante secula, ex Mariæ vtero natus est homo, inuestigabili miraculo facta est & ancilla hominis per Deitatem, & mater Verbi per carnem.* Bene est; Maria facta sit per Virgineam carnem, mater Verbi diuini: at inuestigabile miraculum apparet, quòd facta sit *ancilla hominis per Deitatem.* Cognatus Deus, quem verè genuit, & portauit in vtero, ancillam facit ex matre, an ex ancilla ingenuam, & Augustam? quid ancillari ignominiæ cum augustiori dignitate? verum Maria dum se appellat ancillam, aiens: *Ecce ancilla Domini*, Dei mater efficitur. Planè vices reciprocāt maiestas maternitatis diuinæ, & humilitas ancillaris personæ, & tametsi res diuersissimæ, adsociantur amico fœdere, vt *quæ humilitate concepit* Deum, fiat *ancilla hominis per Deitatem*: quasi maiestas maternitatis diuinæ elogium sit ancillaris humilitatis; & ancillaris humilitas sequela diuinæ maternitatis?

Eccleſiastic.

Bernard.

Diuina maternitas est sequela Marianæ humilitatis.

Gregor. Thomas Ibernicus.

P. Canisius eruditione magnus, nec impar sanctitate, lib. 1. cap. 1. ait: nomen Mariæ *deducitur à verbo* Iarah, *quod significat proiicere*, vt Maria proiecta, demissa, & humilis vel ipso nomine significetur. Sublime humilitatis stemma nomine præfert, vt non tantùm re nominis, sed nomine ipso ostentet humilitatem, quâ sic medullitus erat imbuta, vt Maria maternitate diuina sublimis, & gratię diuinioris gazis prædiues, *in prece pauperis spem reposuerit.* Verba sunt S. Ambrosij lib. 2. de Virg. virgo notissima. Puto *pauperis* nomine, humilem significari, vt sæpe in sacris litteris. Quasi dicat Ambrosius: Tam magnificè sentiebat Maria de merito humilitatis, vt ipsa B. Virgo quæ *spes nostra* dicitur à tota Ecclesia, suam reposuerit spem in prece, & suffragio humilis, & abiecti pauperculi. Hæc dixerim, vt viam præstruam ad pulchra S. Ignatij verba: *Maria* inquit, *miseris, & afflictis condolebat coafflicta, nec segniter subueniebat, humilibus deuota, quæ & deuotis deuotius humiliaretur.* Idoneè *in prece humilis spem reponit*, quæ erat *humilibus deuota, & deuotis reuerentiùs humiliaretur.* Expende illud, *Humilibus deuota.* Porrò deuotio nostra magnum patronum spectat, de cuius excellentia magnifica concepit. Ergo B. Virgo sic magnì æstimat humilitatem, vt quemadmodum aliqui pietate præstantes, deuotioni Mariæ eximiè studentt: ita Maria *deuota humilibus* dicitur; Quis non stupeat hanc Mariæ humilitatem in tam sublimi dignitatis, & meritorum fastigio. 27.

Canif. *Maria humilibus deuota.*

Ambrof.

Ignatius in epist. ad Ioan. Euang.

Lucæ 1. vers. 48. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Submissior Mariæ humilitas illi aperit sublimitatis arcana fastigia, quæ gloriosissimè obtinet. Vis nosse quàm profundè se Maria demiserit, expende verba S. Bernardi in serm. super illud Apocalypsis: *Signum magnum*, sic scribit Bernardus: *Meritò facta est omnium Domina, quæ se omnium exhibebat ancillam. Meritò super Angelos exaltata est quæ infrà viduas, & pœnitentes, infra eam* 28.

Lucæ. *Deipara infra dæmoniacam humiliatur.*

Bernard.

eam, de quâ fuerant eiecta ſeptem Dæmonia ineffabili ſe manſuetudine inclinabat. Quid abiectius, quàm eam, quæ Deum portabat in ventre, quaſi in anguſto ſolio diuinioris gloriæ, ſic humiliari, vt ſe abiiceret infra eam, apud quem ſeptem ſqualida Dæmonia immundiſſimè ſtabulantur? Quonam poteſt profundiùs creatura demitti? Sed aduerte ad quod dignitatis faſtigium à tanta humilitate Pet. Dam. ſublimetur. Petrus Damianus ſerm. 45. *Hæc, inquit, tam ſingularis, tam incomparabilis Virgo, ſi non ſequeretur humilitatem Chriſti, nunquam pertingeret ad celſitudinem Chriſti.* O hyperbolem? Quis poteſt pertingere ad Chriſti Dei celſitudinem? Profectò ſi pura creatura poſſit illò vſque ſublimari, maximè quæ ſupra humanum faſtigium euecta, tantis gratiarum gloriis ſublimata, vel infra dæmoniacam peccatricem ſeſe profundiſſimè demittit.

Inter plurimas Mariæ laudes, quas conglobat S. Ambroſius lib. 2. de Virginibus, dicitur *Corde*
29. Ambroſ. *Chriſtus Matris etiã humilitatem expreſſit.* *humilis.* Planè plus ſignificat, quàm dixiſſe videtur Ambroſius. Nam Matthæi 11. v. 29. Chriſtus dicitur *humilis corde.* In qua laude videre mihi videor Chriſtum Deum matrizare, ſeu matrem moribus referre. Neque enim Chriſtus Deus hâc iure degenerauit à matre, ſed eius potiùs indolem, & virtutem (alioqui humanitati debitam diuinitatis priuilegio,) arripuit, hauſit, expreſſit. Pulchra ſunt ad hanc rem ſudata eiuſdem Ambroſij verba: *Hu-*
Ambroſ. *milem, inquit, & mittem paritura, humilitatem debuit ipſa præferre.* Nempe generoſa eſt Chriſti Dei humilitas, quam etiam à matre expreſſit, in quâ matrem refert: & ipſe humilis humilem matrem repræſentat. Nam Maria *Corde humilis* Chriſtum *humilem corde* generauit.

30 Iſaiæ. *Maria, quia terra dicitur, tributa pendunt cætera creatura.* Iſaiæ 45. v. 8. *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant Iuſtum; aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* *Terra* nomine B. Virginem ſignificari, & expreſſum videtur ex littera, & paſſim Patres exponunt. Sed fortè alicui videbitur, *Terra* elogium valdè humile, & abiectum eſſe, & inde inidoneum Deiparæ. Porrò terra infimum eſt elementorum, veſtigiis animantium teritur, & proculcatur, reptatu ſerpentium ſqualet, & vilitatem præfert terræ nomen, & inde incongruum Marianæ maieſtati. Nùquid terra rerum omnium abiectiſſima, pro dignite Mariam exprimat? Verùm *terra*, rerum omnium abiectiſſimæ, meritò comparatur Deiparâ, quæ creaturarum omnium humillima fuit. Et quidem animaduerſione digniſſimum eſt ad humilem, & abiectam terram exornandam, & illuſtrandam, reliqua omnia quaſi tributariam operam, & induſtriam perpetuò penſitare. Aqua irriguâ fertilitate terram humectat, aër nubium rore impinguat, cælum, & aſtra calore, & influxu terram excolit, & homo agricolationis induſtria terram excolit, & adornat; & Deus ipſe terræ ſuæ ſolerter prouidet. Quaſi humili terræ cætera omnia tributa pendant vectigali beneficentiâ. Opportunè cõparatur Terræ B. Virgo, cuius profundæ humilitati omnes om-
Rupert. nium gratiæ, & induſtriæ videntur vectigales. *Cunctæ virtutes, omnes gratiæ, cuncta dona, quæ virginem exornabant, humilitati eiuſdem tributa pendebant.* ait Rupertus in cap. 1. Cantic. O Maria, terra es ob humilitatem, ſed ob id tributa tibi pendunt creaturæ ad tuum cultum, & ornatum. Tibi debetur hominum illuſtre ſeruitium, cæleſte Angelorum obſequium, cælorum ſplendidum famulitium: & Dei munificentior liberalitas tibi debet diuinæ maternitatis vſuras. Ergo quantùm humile *terræ* vocabulum Marianæ gloriæ detrahere videtur tantumdem amplioris gratiæ tributa ſumptuosè compenſant.

CAPVT VIII.

Verſ. 29. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es.

§ VI.

Oratio ad Mariam, exoratio eſt: nam vectigalis dicitur humanis precibus.

Fons benedictionum, & bonorum omnium ſcaturigo, Maria appellatur à S. Damaſceno Orat. de Aſſumptione. Perennis inquam, gratiarum ſcatebra, quæ tota naturæ ſuæ propenſione exundat, & bonorum ſteriles homines fœcundat humore cæleſtis gratiæ. Petrus Damianus ſerm. 44. hanc benefaciendi inclinationem dilaudat in Virgine: *Moueat te, ait, natura, potentia moueat: quia quantò potẽtior, tãtò miſericordior eſſe debebis.* A naturâ Virginis miſericordiam efflagitat? ſic procliuis eſt ad miſerendum? Sic quaſi naturaliter effluunt gratiæ ab hac plena bonorum omnium ſcaturigine? *Gratia plena* dicitur ab Angelo; plena ſibi, ſuperplena, & ſuperfluens nobis ſupplicantibus. Eleganter Caſſiodorus lib. 12. Variar. epiſt. 17. *Fundit potiùs qui mittit in plenum: nam illud potiùs recunditur, quod vaſis vacuis congregatur.* Ergo Deus qui nouis in dies gratiarum augmentis cumulabat Mariam, gratiæ plenitudinem non tam ipſi, vt ſic dicam quàm nobis conferebat. *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria.* Prouerb. 8. verſ. 18. alij exſcribunt: *A me ſunt diuitiæ, & gloria.* (vt aliorsùm latè expendam:) quaſi idem ſit, bonum gratiæ opes Mariæ conferri, & à Maria in eius ſupplices exundare. Eſto deuotus Mariæ ſupplex, Mariam ſæpe roga, illam crebrò precibus ſollicita, & vberrim experieris exundantem gratiam, quæ ex hac bonorum omnium ſcaturigine copiosè emanat, & redundat in ſupplices Mariæ clientes. 31. Damaſc. Damian. *Nobis effundit gratias, qui in plenam Mariam illas mittit.* Caſſiodor. Prouerb.

Non inamœna quæſtiuncula eſt, quare Chriſtus Deus cùm inſtruit homines in re orationis, ad Patrem illam fieri præmoneat? Matthæi 6. v. 9. Sic ergo vos orabitis: *Pater noſter, qui es in cœlis.* & Lucæ 11. v. 2. & alibi perſæpè. Cur ſolemnis Eccleſiæ oratio non fit ad Spiritum ſanctum, qui fons gratiarum dicitur? Quare non dirigitur ad Verbũ, quod homini concorporatum merendi negotium abſoluit? Saltem ſupplicet homo abſolutè Deum qui vt in tribus perſonis ſubſiſtit, ſic nulla perſona omittetur, cuius non imploremus opem. Et tamen in Eccleſia ſemper ſolemniter dicendum eſt: *Pater noſter*, cùm auſpicamur orationes noſtras. Quid arcanè in eſt in patris nomine, quod orationi blanditur? Profundè rem meditatus eſt Tertullianus in lib. de Oratione cap. 2. ita ſcribens: *Sic ergo vos orabitis: Pater noſter. In Patre filius inuocatur; nec Mater quidem* (non Eccleſia, ſed Maria, quæ fidelium mater eſt,) *præteritur: ſiquidem in Filio, & Patre mater recognoſcitur, de qua conſtat & Patris, & Filij nomen.* Scilicet ſolemnis Eccleſiæ oratio non fit ad ſupremum numen ſub Dei nomine, etſi inde prouidere debeat creaturis: neque ſub Verbi nuncupatione, quanquam aſſumens humanum corpus, rem omnem gratiæ hominibus promeruerit: neque ſub appellatione Spiritus ſancti, tametſi ſit bonorum gratiæ munificus diſpenſator; ſed ſub Patris 32. Matth. Lucæ. *Oratio ad Deum Patrem Mariã etiam rogant.* Tertull.

Digitized by Google

Patris vocabulo: quia *in Patre Filius inuocatur, nec Mater quidem præteritur: siquidem in filio, & Patre Mater recognoscitur.* Christus enim probe nofcens, quàm sit efficax humana oratio nuncupata ad Mariam, sic Ecclesiam suam erudit, vt nunquam oratio ad Deum fiat, quin simul Mariam tacitè inuocet, & illius auxilium suppliciter expetat: vt sic postulatum beneficium securius impetretur. Sæpè enim quòd Deum precando, extorquere non valemus, vel tacitè imploratâ Mariæ ope certius impetramus.

33. *Anselm. Quare oratio ad Mariam citiùs sæpè impetrat, quàm ad Deum.*

S. Anselmus in Tractatu de Excell. Virg. cap. 6. acute miratur, & piè stupet, quare *Velocior est nonnunquam salus memorato nomine Mariæ, quàm inuocato nomine Iesu, vnici filij sui: & id quidem non ideò fit, quod ipsa maior, & potentior sit: neque enim ipse maior, & potentior est per eam, sed illa per ipsum. Quare ergo propitior salus in recordatione eius, quã Filij sui sæpe percipitur?* Nescio quâ arcanâ gratiæ propensione ferimur ad precandum Mariæ auxilium in humanis ærumnis, tunc intermissa oratione ad Deum, qui potentiâ, & misericordia longè præstat Mariæ. Idne prouenit à Mariani nominis teneritudine sub vocabulo Matris: an ab experientia, qua sæpe nouimus, quòd Maria inuocata citiùs nobis adest, quàm sæpe Deus. Fortè ex fiducia nostra, qua non semel animosiùs præsumimus de Mariæ pietate? an quia in Maria tota, & sola Dei misericordia adest, seueritatis iustitiæ expers, præclarè Seraphinus Firmius problem. 54. ex S. Anselmo & S. Bonauentura ita respondet: *Quia in virgine à Filio deriuatur diuina pietas, absque vllo iustitia terrore, at in Filio licet attrahat pietas, terret tamen quod scriptum est, iudicem eum esse adeò seuerum, vt rationem sit exacturus de vnoquoque verbo otioso. Quid autem mirum, si magis præfidat reus in sola pietate, quàm in ea iustitia coniuncta,* (attentiùs aduerte) *quando eadem est diuina pietas in vtroque & filij, & eius Matris tribunali.* Quasi tota Christi pietas, & meracissima quidem absque iustitiæ admixtione, & seueritatis rigore commissa sit virgini ad liberalitatis opera. Percupit miser reus meram misericordiam, terretur iustitiæ seueritate; inde precum obsequio animosiùs frequentat Virginis aras, quàm diuina altaria. Sic pie præsumit de oratione, quæ fit ad Mariam.

Firmius. Anselm. Bonauent.

34. *Oratio ad Mariã ambitiosa dicitur.*

Res valde negotiosa, ambitio est; nam cùm ambitiosus candidatus sæpè diffidat meritis, præfidit industriæ negotiationis, vt conscendat ad immeritos honores ambitionis gressibus. Hinc opulenta donatiua, vt electorum animos suborment, quia ipse non adornatur à meritis: Hinc obsquia, vt ipse decrescens ad singulorum occursum, assequatur honoris incrementa. In summa nullum non mouet lapidem ambitionis ingenium, vt eligatur ad excelsam dignitatem. In ambitiosa candidati negotiatione adumbratam video orationem, quæ fit ad Mariam: vidit & olim Tertullianus in lib. de Pudicitia, cap. 5. agens de precibus, quas in primitiua Ecclesia solenniter pœnitentes agebant, sic fatur: *Pariter de pœnitentia officio sedent in sacco, & cinere inhorrescunt, eodem fletu gemiscunt, eisdem precibus ambiunt, eandem Matrem inuocant.* Ecce tibi preces, quæ Matrem inuocant, ambire dicuntur. Planè ambitiosa est oratio, quæ fit ad Virginem Matrem: est enim ingenium negotiationis, & arbitrium impetrationis. Eamdem solertiam oratio ad Mariam dissimulanter exhibet, quam ambitio candidati solitat exhibere: nam precibus ambit, quisquis Mariam inuocat Quis Mariam auxiliarem inuocauit, & frustratus est felicitate impetrationis? Ambiamus solliciti hanc precum ambitionem.

Tertull.

Aliter supplicamus rem gratiæ, & liberalitatis, aliter exigimus iustitiæ debitum. Sic vellem vt Mariam ores, non quasi qui misericordiam rogat, sed veluti qui iustitiæ debitum petit. Porrò *Maria omnibus sapientibus, & insipientibus copiosissima charitate debitricem se fecit,* ait S. Bernardus serm. 98. Nec putes hoc debitum, quo suis supplicibus se Maria debitricem, seu vectigalem fecit; eius deuenustare prærogatiuas; nam inde eximiè commendantur. Non tam de Diis Gentilium supplicationi populari expositis, quàm de Maria, quæ promptuarium est Christianæ orationis, & energia exorationis, dixisse videtur Septimius in Apologet. cap. 13. *Sed enim agri tributo onusti, viliores: hominum capita stipendio censa, ignobiliora. Nam hæ sunt notæ captiuitatis. Dy verò* (Maria inquam) *qui Magis tributarij, magis sancti; imò qui magis sancti, magis tributarij.* Ne putes Marianæ gloriæ dispendio, dici debitricem, & vectigalem humanis precibus; nam hæc est nota augustioris prærogatiuæ. Maria enim quò magis tributaria supplicantibus, magis sancta habetur apud homines: imò quia magis sancta, magis est tributaria. Est enim sibi sanctitatis plena, nobis superplena. Sic ergo Mariam ora, non quasi misericordiam supplicans, sed quasi debitum exigens. Singularis Mariæ gloria est, tantâ repleri gratiâ, vt eius exundatio vbertim superfluat in eius supplices, & deuotos clientes. *Ergo sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ: ita oculi nostri* ad Mariam Dominam nostram, *Donec misereatur nostri. Miserere nostri* Domina, *miserere nostri.* Psalm. 122. vers. 2. 35.

Bernard. Maria tributaria dicitur humanis precibus.

Tertull.

Psalm.

CAPVT VIII.

Vers. 31. Ita quod facere disposui, probate si ex Deo est.

§. VII.

Maria pro humanis causis, curialissima negotiatrix est apud Deum.

Victoria in litibus, non tantùm ratione, & iure constat, sed etiam industriâ, & ingenio negotiationis: nam sæpè apud humanos iudices, cui suffragatur bonitas causæ, refragatur curialissima aduersarij solertia. O quoties ob industriam diligentis patroni, & exsomnem procuratoris diligentiam, litigantes vincunt, qui alioqui causâ caderẽt ignominiosè: Dum lego Iuditham in ferè desperata Bethuliensiũ causa, insomni oratione, & sacci ambitioso squalore apud Deum aduocatam in vrbe apud principem Oziam, & reliquos ciuitatis Senatores, negotiosè sollicitam: in castris apud Holofernem, piis fraudibus religiosè subdolam; in omnibus, & apud omnes solertem negotiatricem pro suo populo; videre mihi videor sedulam valde operam, quam grauiter Maria expendit in negotiatione apud Deum pro liberandis hominibus a dira Tartarei Holofernis tyrannide. Nullum non mouet lapidem Maria, vt apud filium Deum, humana negotia efficaciter tractet, & feliciter absoluat S. Bernardus serm. 1. de Assumpt. *Maria no-* 36.

bis facta dicitur aduocata, quæ apud Deum salutis nostræ negotia efficaciter pertractet.

37. Bonau. *Maria curialissima est apud Deum pro humanis causis.* Bernard. Synodus Chalcedon.

S.Bonauentura in speculo Virg.cap.7.ipsam appellat *Consistorium, & domum causarum.* Est ergo Maria ipsum consistorium, & tribunal, in quo tractantur humanæ causæ, (heu! quot flagitiorum rei sæpè sistimur ante Dei tribunal! Est etiam B. Virgo ex mente Bernardi sedula *Aduocata* in negotio humanæ salutis. *Et negotium omnium seculorum* vulgò dicitur ab ipso Bernardo. Quin in Synodo Chalcedonensi definit. 2. Maria *Theotocos* appellatur, id est, *Mater Dei*, seu *negotiatio Dei.* Quasi B. Virgo non modò sit generis humani *negotium*, sed etiam ipsa *negotiatio* ad Deum. Non est intellectu facile, quare Deipara dicitur à Concilio, *Negotiatio Dei.* Num quia curialissimè humana negotia pertractat? *Curialissima fuit Regina*, inquit S.Bernardus tom.1. serm. 52. Puto opportuniùs ad rem præsentem dixisse S.Ioannem Geometram, Mariam esse *Ius ciuile, & Ius dirimens lites.* Ius ciuile dicitur multiplex Imperatorum, & Iurisconsultorum lex, per quas dirimuntur subditorum lites. Est ergo Maria curialissima hominum *Aduocata, & negotiatio nostra, & ius ciuile dirimens lites*; quia eius solers negotiatio, & diligens pro nobis aduocatio, & pia intercessio est *ius ciuile*, seu viua lex, secundùm quam Iudex Filius misericorditer humanas *lites dirimit.* Quasi Mariæ aduocatio, & intercessio sit ius nostrũ secundùm quod iudicamur à Filio Deo. Ne timeat malam causam, qui Dei Matrem Aduocatam adsciscit; est enim curialissima: & sic solerter negotiatur, vt etiam omnium criminum reus à gratiæ auxiliis mutata causa, eius negotiatione feliciter absoluatur, & iustitiæ merito cælorum regno ditetur; qui damnandus erat gehennæ barathro.

Bernard. Geometra.

38. Genes. *Maria est pro nobis negotiatrix, vt Rebecca pro Iacobo.*

Geneseos 27. Isaacus allectus, & prærogatiua ætatis, & subornatus venationis lenocinio, meditatur benedicere Esau primogenito: secus Rebecca dilectum Iacobum benedictione munerari cupiẽs, clanculùm piis fraudibus benedictionem Isaaci Iacobo procurat. Vide quis euaserit voti compos, an Isaacus, apud quem totum erat benedicendi ius, an Rebecca, quæ solerti negotiatione benedictionis felicitatem Esau debitam, exambit Iacobo donandam? Eleganter Petrus Damianus rem tractat, & deflectit ad Mariam, serm.27. sic inquiens: *Et illic ergo carnalis vxor, & hîc spiritualis Sponsa* (Maria) *viris suis in propria sententiæ diuersitate præualuit.* Quasi dicat: adeò solerter negotiatur Rebecca benedictionem Iacobo, vt pia negotiationis fraus, etiam contra ætatis priuilegium, & voluntatem Isaaci, obtinuerit benedictioné dilecti sui filij. Sic etiam figurata Rebecca, Maria inquam ita gnauiter hominibus benedictionem procurat, vt piæ negotiationis astutiâ, quasi insidietur iustitiæ diuinæ, & cælestem benedictioné à misericordia hominibus negotietur, vltra voluntatem diuini beneplaciti: præstans à Deo efficaciter decerni, quod piâ negotiatione Maria exambit pro benedicendis hominibus, communi Protoparentũ maledictione dánatis. Sic est pro nobis negotiatrix curialissima Virgo!

Damian.

29. Eusebius. *Estne Maria nimia negotiatrix?*

Eusebius Emissenus in serm. de Assumpt. Virginis ita fatur: *Beatissima Virgo vtriusque vitæ actiuæ videlicet, & contemplatiuæ plus cæteris omnibus priuilegia custodiuit.* Cuius eminentiæ indiciũ est, quod Ecclesia dum celebrat summas Mariæ Assumptionis glorias, vtriusque vitæ eminentias Marthæ, & Magdalenæ nomine, Mariæ Virgini decantat. Verùm mysterio non vacat, vitæ actiuæ symbolum; Martham, inquam, quasi nimis negotiosam denotari: *Martha, Martha sollicita es & turbaris erga plurima.* Luc. 10. v. 41. Excellitne Marthæ sollicitudo, an excedit? Sollicitudo Mariæ, sub Marthæ nomine figuratâ, nimietatis arguitur? Præclarè S. Augustinus allegatus à S. Bonauentura in Speculo B.Virginis cap. 6. *Vnam ergo ait, ac te solam pro nobis in cælo fatemur sollicitam.* Quasi Maria sola excellat sollicitæ negotiationis prærogatiua pro leuandis hominum ærumnis. Quæ sic pro nobis sollicita est, vt specie tenus præstringatur reprehẽsionis vocabulo, re ipsa eximiè laudetur: nam & negotiosa sollicitudo Marthæ, & Magdalenæ otiosa contemplatio hîc in Maria laudantur: contemplatio honoris nomine; negotiatio autem sub cuiusdam veluti reprehensionis elogio. Non quasi Maria excedat, sed quasi excellat. Porrò res magnæ, nisi vitiorum vocabulis vix plenè explicantur apud homines. De quo alibi latiùs tractauimus.

Lucæ. August. Bonauent.

40. Arnold. Carnot. *Maria negotiatione munit redemptionem.*

Ad hæc, ita solerti industria hominum negotia cum Deo tractat Maria, tanto negotiationis merito, & rei felicitate, vt dixerit Arnoldus Carnotensis in Tractatu de laudibus Mariæ: *Diuidunt coram Patre inter se Mater, & Filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt redemptionis humanæ negotium.* Ac si Christi Passio, humana redemptio, & parta hominibus salus, Deiparæ aduocatione, & negotiatione muniatur. Negotium redemptionis humanæ stabilitur Mariæ sollicitudine? Virginis allegatio, & patrocinium, Redemptionis munimen est? Hoc munimento egebat firma Christi Dei redemptio? O summum Mariæ negotiationis elogium! O stupendas Mariæ laudes! Sumant hinc animos Mariæ clientes, quorum capitalem causam Maria tam solerter procurat in cælis, piè ambitiosa negotiatione: ipsa enim est nostra apud Deum felix negotiatio.

Maria orando, & negotiando ad nos reciprocatur. Genes.

Geneseos 21. vers. 16. Agar cum puerulo Ismaële diu errabat in Bersabee vastâ solitudine: & quia exiguo panario, & lagenâ dimissa fuerat ex Abrahami domo; dum puer Ismaël æstuabat præ sitis ardore, à puero tantisper discedit mater, ne præmorientem videat suorum viscerum portionem, fermè iam exanimem. *Et sedens contrà, leuauit vocem suam, & fleuit. Exaudiuit autem Deus vocem pueri: vocauitque Angelus Dei, Agar*, &c. Mater è regione pueri flebilis sedet, & anxiè Deum orat vt opem ferat penè exanimato Ismaëli, & exaudiuit Dominus vocem pueri? Puérne hiscere valet præ sitis ardore, & ipsius vox exauditur à Deo? Mater anxiis precibus clamat? Mater ergo exaudiatur, non filius, qui mutus tacet, & præ sitis agonia semimortuus iacet. Verùm ea est Matris nostræ, Marianæ inquam orationis arcana via, vt in filios ærumnis laborantes reciprocetur, & vix orantibus ipsis, imputetur Matris oratio; vt in oratione Mariæ, non tantùm exaudiatur Matris pietas, sed filiorum necessitas. Fallor nisi hanc Marianæ orationis reciprocationem non subinsinuat Basilius Seleuc. orat. 39. sic aiens: *Cùm multa nobis bona, quæ nullius oratio posset assequi, Deiparæ operâ nobis contingant, eam benemerenti vicem rependimus, quæ in nos reciprocetur.* Quasi Deipara non solùm seruitia, quæ illi impedimus in nos munificâ largitate reciprocet (vt in præfatione dicebamus) sed etiam ipsam orationem; quæ tacitè ad Matrem factam arcanè ad nos redit. Et voce Matris filioli dicuntur clamare, quò & efficaciùs orent, & feliciùs impetrent rem orationis. Scilicet hoc duntaxat elogium Mariæ orationi deerat.

Basil. Seleuc.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Verſ. 33. Vos autem nolo, vt ſcrutemini actum meum,&c.

§. VIII.

Prauia diuinæ eſſentiæ viſione, elui debet humana ruditas ad Mariam, reſque Mariæ, digno obſequio tractandas.

41. Seneca. *INter cætera mortalitatis incommoda, & hæc eſt caligo mentium: nec tantùm neceſſitas errandi, ſed errorum amor. Ne ſingulis iraſcaris, vniuerſis ignoſcendum eſt, generi humano venia tribuenda eſt*, ait Seneca lib. 2. de ira, c. 9. Ad ſublimia perſpicienda, & tractanda, lippus eſt humanus oculus; & niſi affulgeat cæleſtis gratia quia & beata gloria penè cęcutit ad ſublimium auguſtiorẽ cognitionem. Vnde conſultiſſimè Iuditha tres Bethuliæ presbyteros nobilitate principes, ſacerdotio inclytos, doctrinâ ſapientes, ſollicitè admonet cap. 8. v. 33. inquiens: Iudith. *Vos autem nolo vt ſcrutemini actum meum.* Quid refert, vt res Iudithæ, & myſterium liberationis Iſraëlitici populi, innoteſceret viris piis, prænobilibus, ſapientiſſimis? Verùm caligo mentium agnatum vitium eſt mortalis hominis, à qua non tantùm enaſcitur errandi neceſſitas, ſed aliquis errorum amor. Prudenter recuſat Iuditha intimare ſapientibus heroicum facinus, quod mente tractabat, ne à mortalium oculorum malignâ notitiâ deuenuletur. Sic caligat mortalium mens ad res humano captu ſublimiores, quouſque mortalitatem exuta, gloriæ lumine illuſtrata, perſpiciat res vti ſunt, non vt mortalibus apparent. Puto hæc non tam Bethulienſi Iudithæ quàm Iodithæ figuratæ, Mariæ inquam, aptiùs conuenire. Quis enim mortalium dignè cenſere, & tractare valeat res Virginis, niſi à mortalitate immunis, gloriæ beato lumine illuſtretur ad cõtemplanda, & pro dignitate tractanda Mariæ beata priuilegia; Præclare S. Epiphanius contra hæreſes Epiphan. lib. 3. hæreſi 39. *Immenſitatem quippe gratiæ, & felicitatis tuæ conſiderare cupienti, ſenſus deficit, lingua fatiſcit*, niſi à beatitudinis gloria euadat diuinè erudita, arcanè docta, & dignè fœcunda.

Lucæ 9. verſ. 28. *Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & aſcendit in montem, vt oraret.*
42. Lucæ. *In Thaboris gloriâ ediſcit Ioannes agere cum Maria.* *Et facta eſt dum oraret ſpecies vultus eius altera, & veſtitus eius albus, & refulgens.* Quærunt diligenter interpretes quare ſingulariter ſelegerit ad beatas Thaboris glorias Petrum, & Iacobum, & Ioannem omiſſis reliquis? quare cæteros Apoſtolos reſpuit? & quare hos tantùm ſignatè aſſumit? Quorſùm hæc? Reſpondet S. Ambroſius: Ambroſ. *Petrus aſcendit, qui claues regni cælorum accepit. Iacobus, qui primus ſolium Sacerdotale conſcendit* (hæc alibi ad alia themata expendimus; attende quid ſuper Ioanne dicat,) *Ioannes cui committitur Mater.* Nimirum quia Ioanni Maria committenda erat, & Ioannes conuerſaturus cum illa fuerat, eam familiariter adlocuturus, & locuturus de eâ in Apocalypſi, ideo ſingulari Dei prouidentiâ, & arcana erga matrem ſuam reuerentia, Ioannes ſingulariter aſſumitur ad Thaboris beatas glorias; vt à gloria Filij eruditus qualiter de Maria, & cum Maria tractare debeat, arcanè ediſcat. Quaſi qui Dei gloriam non vidit vix poſſit dignè de Maria, & cum Maria familiariter tractare. Saltem ex mente Ambroſij, à Thaboris gloria eruditur Ioannes ad agendum cum Maria, & de Maria.

Geneſeos 2. v. 21. cùm ſtatuiſſet primam Euam 43. Geneſ. *Prauia Dei viſio præcedit tractaturum cum Virgine.* condere (*Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam: cùmque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius*, &c. Pro *ſopore* Græcè ſcribitur ἔκστασιν *Extaſim*, in qua quidam putant Adamum clarè vidiſſe Dei eſſentiam, temporariaque viſione beata potitum. Inclinat Richardus in 2. diſt. 23. art. 2. q. 1. nec reiicit Richard. S. Thom. S. Thomas 1. p. q. 94. art. 1. Quid cauſæ eſt cur paulò antequam Adamus aſſocietur Euæ, eiuſque familiaritate vtatur, aſſumitur ad claram Dei viſionem? Quid opus fuit temporariæ viſionis gloria, ad agendum cum prima Eua? Iure putaret quis, hic adumbrari ſecundam Euam, Mariam inquam. Porrò ad dignè agendũ cum B. Virgine congruentiſſimè præmittitur viſio beata, vt innoteſcant ſublimiores ipſius excellentiæ, & quanti æſtimetur in cælo, quæ vti paupercula deſpiciebatur in terra, ſimúlque erudiatur quanta cum reuerentia cæleſtis curiæ proceres tractant Mariam, réſque Mariæ. Vnde Gratian. Morales. Gratianus Complutenſis lib. 5. titulo 3. n. 9. & Noſter Morales lib. 1. Tract. 1. n. 14. ſeriò cenſent S. Ioſephum Mariæ ſponſum, aliquando in terris illuſtratum clara Dei viſione, vt dignè cum Maria, & de Maria ageret. Nam ſi Ioannes aſſumitur ad Thaboris glorias, quia illi *Maria committitur*, congruentiſſimum videtur, vt Ioſephus, ſicut Adam, ſublimetur ad claram diuinæ eſſentiæ viſionem, ad agendum, & conuerſandum cum ſecunda Eua, cum Maria inquam. De Ioſepho dicitur Matthæi 1. v. 25. Matthæi. *Et non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum, & vocauit nomen eius Ieſum.* Quid eſt Ioſephum non cognouiſſe Mariam donec Ieſum pareret? Quid noui poſtea cognouit in Maria? Puto ipſam Mariam perſpicaciùs cognouiſſe, quam ante partum non ſatis perſpectam habebat. Ita cenſet S. Epiphanius contra hæreſes lib. 3. hæreſi 78. *Et non cognoſcebat eam, propter gloriã.* Scilicet in glorioſo Virginis partu, & arcana Chriſti natiuitate ſic mente illuſtratus Ioſephus eſt (fortè tunc ex viſione clara Dei, vt nuper putabat Gratianus,) vt *propter gloriam* tunc perfectè cognoſce- Epiphan. ret Mariam, quam ante gloriam vix cognoſcebat. Quaſi poſt partum dignè cognoſceret, quam ante partum, ipſe non ita illuſtratus, non ſatis dignè cognoſcebat. Ecce ex diuinioris ſapientiæ conſulto, præcedit beata viſio ei, qui dignè tractaturus eſt de Virgine, & cum Virgine. Sic tranſcendunt humanum captum res Deiparæ?

Quin & tanta, tamque auguſta eſt B. Virginis 44. *Prauiâ beatâ gloriâ ſe Maria cognoſcit.* excellentia (vt nec ipſamet Virgo, humana, & diuina ſapientia à Deo copioſiſſimè edocta (quantumuis erat diligens, & attenta ad myſteria, quæ in ſe experiebatur) ſatis ſe nouerat, quouſque Dei eſſentiam in terris clarè vidit, & à viſione beata diuinitus ediſcebat opulentiam, & ſublimitatem meritorum, quibus à Deo vbertim cumulata eſt. Indicat hanc prærogatiuam Virginis Dionyſius Ri- Dionyſ. Caniſius. chelius lib. 2. cap. 8. de Præconio, & dignitate Virginis apud Caniſium lib. 23. cap. 3 *Eo quòd Maria veri omnipotentiſque Dei mater vera facta ſit, tantam gratiæ plenitudinem continere, quantam ne ipſa quidem Virgo, niſi Dei contempletur eſſentiam, perſpicere poſſit.* Quid illuſtrius de Mariæ dignitate dici potuit? Profectò mens hominum deficit, fatiſcit lingua mortalium ad perſpiciendas Deiparæ laudes, & planè balbutit humanæ Virginis encomiaſtes, neſcitque pro dignitate tractare res Mariæ, Mariamque ipſam, niſi prius in limpidiſſi-

 mo

Digitized by Google

mo gloriæ fonte, Deo inquam, clarè viſo, agnatam mortalibus ruditatem eluerit. Illuſtrentur priùs humani oculi, ſole illo iuſtitiæ in ſe ipſo contemplato, vt ipſius iubar, ſeu radius, Mariæ inquam, dignè cógnoſcatur, debito obſequio tractatur ab hominibus. O grande Deiparæ elogium.

CAP. VIII.

Verſ. 34. Vade in pace, & Dominus ſit tecum in vltionem inimicorum noſtrorum.

ET CAP. XVI.

Verſ. 30. In omni ſpatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Iſraël, & poſt mortem eius annis multis.

§. IX.

Mariæ venuſtas, eſt ſuorum clientum mutua concordia.

45\. Nil gratius, nil Mariæ iucundius, quàm alta populorum pax, & fœderata animorum cóſenſio; vnde pacem exambit, & ſedulò procurat pacé. S. Epiphanius in ſerm. de laudibus Deiparæ; *Ipſa eſt* inquit, *cæli, & terræ mediatrix, quæ vnionem naturaliter peregit.* Quaſi tota naturæ propenſione ad cócordiam, & animorum vnitatem inclinet. Infrà tradem9 ex S. Chryſoſtomo, Mariam *centrum* dici. Nimis audere videtur Mariæ cum *centro* comparatio. Nam Deus vnicum animorum centrum iure dicitur. Præſumet Virgo vſurpare ſibi ſingulare Dei elogiú? Verùm *centri* metaphora apprimè quadrat in Mariam: ipſa enim arcanâ quadã virtutis vi corda hominum velut quodam philtro ad ſe allicit. Sed ad rem præſentem expende res in ſuo centro pacatè quieſcere, & tranquillè vniri, & conſtipari. Corpora extra centrum inquieta, & turbuléta ſunt mutuâ violentia, pugnaci impetu luctantur, & ſeſe loco trudunt reciproco diſſidio, in centro autem alterna cóſenſione tranquillantur pacifica quiete, & vniuntur amico fœdere. Ergo Maria verè *centrũ* eſt; quippe *quæ vnionem naturaliter peregit*, vt ex Ephiphanio recitauimus, Deipara enim rixas componit, & ſedat diſſidia. Prouer. 8. v. 18. *Mecum* (vel *à me*) *ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia.* Aquila exſcribit: *ſubſtantia cũ pace.* Nulla enim vel ambitionis ſuperbia, vel opum cupiditas, vel honorum æmulatio diuellet, quos Maria quaſi centrum ſociat, & covnit. *Ecce interceſſione Sanctiſſimæ Virginis olim quæ fuerant membra diuiſa, per Spiritus ſancti gratiam, ad vnitatem, & charitatem perfectã ſunt redacta.* Ita habetur in Conſtantinopolitanæ Synodi epiſtola ad Hormiſdam Papam.

Epiphan. A Maria pax & concordia. Chryſoſt. Prouerb. Aquila. Synodus Conſtantin.

46\. Canticorum. 8. v. 10. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.* Scilicet homo ſimul cum gratia paradiſi pacem perdidit, nullibi terrarum pax inueniebatur quantumuis ſolerter quæreretur. At Maria pulchrã pacem, à nemine inuentam, feliciter reperit. O planè neceſſarium inuentum! inuentores olim alicuius rei valde proficuæ, cælo, & apotheoſi donabantur: ſic Minerua oleæ inuentrix, vini Bacchus, &c. Maria inuentrix fuit pacis, rei pulcherrimæ, & apprimè hominibus neceſſariæ, Sanctus Ambroſius ſerm. 22. in Pſalm. 118. hæc verba: *Facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens*, ita vertit, & explicat: *Ego eram in oculis eius tanquam inueniens pacem. Talis*, inquit, *eram in oculis ſponſi, qualis quæ habet pacem.* Scilicet quam inuenit, & fecit in mũdo. Quaſi inuentum pacis ſit epilogus Marianæ excellentiæ. Ac ſi dicat Deipara: Vis noſſe qualis, quantáque ſim in Dei oculis, quanta corporis, & animi niteam pulchritudine, morum ſanctitate, & eminentia virtutum! *Ego eram in oculis eius tanquam inueniens pacem.* Ita enixè pacem deperditam inuenire procuro, quaſi id ſit mearum virtutum ſumma, compendium ſanctitatis, & omnium laudum exaggeratio. Sic ſumptuosè Maria pacem quæſiuit, ſic feliciter inuenit, ſic latè propagare ambit. O pulchra pax felix Mariæ inuentum!

Cantic. Pax eſt Mariæ inuentum. Ambroſ.

Canticorum 6. v. 3. *Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Ieruſalem.* S. Nyſſen. ibi ita hunc locum tranſtulit: *Pulchra es proxima mea ſicut beneplacitum, ſeu beneuolentia: decora ſicut Ieruſalem*, quæ viſio pacis dicitur. Quaſi mutua hominum beneuolentia ſit Mariæ venuſtas, & eximius decor, Aponius ſic locum explicat: *Pulchra es, amica mea ſuauis, & decora. Pulchritudo*, inquit, *in lenitate morum, ſuauitas in munditie cordis oſtenditur, decor autem in amore pacis.* Quid accommodatiùs? Quaſi venuſtior Mariæ pulchritudo ſita ſit in amore pacis, in concordiæ ſtudio, & diſſidiorum exilio. Quis non ſtupet auguſtiorem Mariæ venuſtatem, & eximium animi, & corporis decorem, tot præconiis decantatum à Patribus? Sed aduerte ex Aponij mente eminentiam Mariani decoris arcanè mutuatam ab ſtudio, & amore pacis, qua clientes ſuos inter ſe mutuò aſſociat, & covnit. Sic venuſtatur Maria à ſuorum concordia, vt ab illa pulchritudinem fœnerari dicat: *Oſtenditur decor in amore pacis.* Quiſquis ſocietatem diſturbat, Mariæ venuſtatem quodammodo fœdat, & damnat. Procul, procul diſſidia à Virginis clientela. Nam tota pulchra eſt B. Virgo, & macula non eſt in ea. 47.

Cantic. Nyſſen. Mariæ pulchritudo à pace eſt. Aponius.

Mariæ dona comparantur paradiſo, & malo punico, Cantic. 4. v. 13. *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum.* Virginis munera aſſimulantur paradiſo vbi pax ſumma, & pulchra florebat conſenſio: quod explicatius traditur verbis ſequẽtibus; quibus non cuiuis paradiſo, ſed paradiſo, duntaxat *Malorũ punicorum* comparantur Mariæ donatiua. Et quidẽ eleganter ad rem præſentem Theodoretus apud Ghiſlerium: nam mala punica *ſub vno einſdem mali cortice multa continent grana, ita mutuò inter ſe conſerta, viciſſim minimè comprimant, aut corrumpant, ſed integrent, & conſeruent.* O quam aptè ſunt diſpoſita mali punici grana! membranulis, & cellulis concinnè diſcriminantur ad vnionem. Nullũ granum aliud comprimit, aut corrumpit: ſuum occupat locum ſine altioris ambitione, ſine alterius inuidia, omnia grana vnum ſertum coronat, idem decus adornat, omnia grana ſunt vnum plura; plura res, vnum concordia, venuſtate, honore. O Maria, verè Sulamitis, quæ vnionem naturaliter peragis, quæ inuentrix eſt pacis, cuius decor in pacis amore pulchrè oſtenditur. Emiſſiones tuæ, ſeu miſſilia dona, quibus tuos clientes donas, verè ſunt paradiſus malorum punicorum, mali enim punici grana, pace creſcunt, concordia nitent, fœdere integrantur, ſocietate matureſcunt, purpuraſcunt, & tandem eodem paradiſiacæ gloriæ donatiuo munerantur: *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum.* Hæc ſunt munera eius, *quæ vnionem naturaliter peregit.* Quiſquis cum fratre concors non eſt, exors Mariæ eſt. Heu grandius ſupplicium! 48.

Cantic. Maria vt concordia Mali Punici. Theodor. Ghiſlerius.

CAP

CAPVT IX.

Verſ. 17. Exaudi me deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem.

§. X.

Maria imperiali ſupplicatione, aut ſupplici imperio Filium Deum orat.

49. Seneca. LEnocinium eſt muneris, antecedens metus, ſententiosè dixit Seneca lib. 1. de Beneſic. cap. 11. At (niſi fallor) verius puto quòd præambula impetrandi ſecuritas, pia orationis ambitio eſt, & inſtrumentum ſupplicationis elogium, quia antecedens metus petit quaſi à negaturo, & ita lenocinando gratiæ muneris, detrahit munificentiæ largitoris. Qui verò animoſè petit, impetrandi ſecurus præuia fiducia honorat muneratorem, & certiùs beneficium exorat. Profectò Mariana ad Filium Deum oratio, ſecurior impetrationis eſt, quàm vt poſſit præuij timoris lenocinio gratiâ muneris adornare. Rex Salomon è regio ſolio aſſurgens Betſabee matri filiali obſequio, dixit illi, 3. Reg. 2. v. 20. *Pete mater mea, nec enim fas eſt, vt auertam faciem tuam.* Quaſi nefas foret non obſequi Salomonem maternis precibus. Quin & materna ſupplicatio ſupplex (vt ſic loquar) imperium eſt. Petrus Damianus ſerm. 2. de Natiuitate Virginis, ſic illâ alloquitur: *Accedis ante illud aureum humanæ reconciliationis altare; non ſolùm rogans, ſed etiam imperans: Domina non ancilla.* Quaſi Mariana oratio pro oratis maieſtate ſublimetur ad arcanum quoddam quaſi Imperij faſtum ſub habitu ſupplicantis. Dicam apertè; aut Domina rogans eſt, aut ancilla imperans: vt habeat rogantis humilitatem cum ſecuritate imperantis.

Maria filiū Deum rogat imperiali voce.

3. Reg.

Petr. Dam. *Marianæ orationi data eſt omnis poteſtas in cælo, & in terra.*

50. Luc. Luc. 1. verſ. 49. *Fecit mihi magna qui potens eſt.* Quæ ſunt hæc magnalia, quæ operatus eſt Deus in Virgine; Potentia Dei facit magna in Maria, nunquid ipſam potentiam quodam modo Mariæ communicauit? Petrus Damianus ſic interpretatur hæc verba in ſerm. 1. de Natiuit. Mariæ: *Fecit tibi magna qui potens eſt, & data eſt tibi omnis poteſtas in cælo, & in terra: & nihil tibi impoſſibile, cui poſſibile eſt deſperatos in ſpem beatitudinis releuare.* Profectò non accedit rogans, ſed veluti imperans, quam ita magnam fecit qui potens eſt, vt illi dederit precariam omnipotentiam in cælo, & in terra, cui nihil, etiam quod nimis arduum videtur, impoſſibile ſit. O potentiſſima Virgo, omnia tibi poſſibilia ſunt; quia data eſt tibi omnis poteſtas in cælo, & in terra, vt orationis tuæ ſupplici omnipotentia, aut omnipotenti ſupplicatione petas omnipotentèr. Pete non quæ à te petimus, ſed quæ noſti expetenda maximè nobis eſſe.

P. Dam.

51. Lucæ. Lucæ 1. v. 28. Angelus ſalutat Mariam, aiens: *Dominus tecum.* Hæc perbreuis ſententia grauida eſt multiplicis encomij, Dominus eſt tecum, non ſolùm vt Dominus, ſed vt filius: non tantum vt filius, ſed vt Deus: non modò munificus, ſed vt potens; vt quia fecit tibi magna qui potens eſt. S. Bonauentura in ſpeculo Virginis, cap. 5. & 8. *Quia Dominus,* inquit, *potentiſſimus tecum eſt, ideò & tu es potentiſſima ſecum: potentiſſima es per ipſum; potentiſſima es apud ipſum, ita vt verè dicere poſſis illud Eccleſiaſtici* 24. *In Ieruſalem poteſtas mea.* Maria enim carnem dedit Verbo, Verbum autem ſuam omnipotentiam cum Maria communicauit: nam potentiſſima eſt per ipſum, ſed apud ipſum: à precaria enim orationis omnipotentia, Mariæ omnia poſſibilia ſunt. Præclarè dixit S. Anſelmus in lib. de laudibus Virginis, cap. 12. *Te ſic Deus exaltauit, vt omnia ſecum poſſibilia eſſe donauerit. Tu velis, & nequaquam fieri non poterit.* Nihil enim eſt impoſſibile Mariæ, quæ rogando, quaſi imperiali voce iubet, & ſupplici imperio veluti mādat. *Conceptaculum potentiæ diuinæ* appellat Mariam S. Damaſcenus orat. 1. de Natiuit. Mariæ.

Deipara imperiali oratione.

Bonau.

Eccleſ.

Anſel.

Damaſc.

52. Inuitatur Chriſtus ad nuptias Cana Galilææ, adeſt nuptiali conuiuio eius ſanctiſſima mater: cuius oculata pietas anteuertit vini defectum, & accedens ad Filium Deum, ſic eum ſupplicat, Ioan. 2. verſ. 3. *Vinum non habent.* Chriſtus verò, vt lenocinaretur miraculo, non Matri, ita reſpondet, verbis ſpecie tenus auſteris: *Quid mihi, & tibi eſt mulier, nondum venit hora mea.* Hæc verba ſupplicationis repulſam ſonant, quaſi importuno tempore fieret ſupplicatio, nec tunc vellet patrare miraculum. At B. Virgo, ac ſi Chriſtus ipſi adnuiſſet, alacris pergit ad conuiuij miniſtros, illiſque imperat, vt ſtatim filio ſuo obſequantur: *Quodcumque dixerit, vobis facite.* Sic piè de ſua oratione Maria præſumit, vt quamuis Chriſtus illam repuliſſe videatur, nihilominùs Maria perſiſtit impetrationis ſecura. Quod euentu comprobatum eſt: nam ſtatim Saluator nuper refutatum miraculū patrauit. Ego quidem non tam hic admiror miraculi magnitudinem, quàm Marianæ orationis ſupplicem omnipotentiam. Dixerat Chriſtus nondum eſſe opportunum tempus, & tamen facit quod Mater rogat. Quod aduertit S. Chryſoſtomus hom. 20. in Ioannem: *Quamuis dixerit, nondum venit hora mea, poſtmodum fecit quod Mater dixerat.* Num Chriſtus rogatus à Matre, importuno tempore, & ante horam miraculo idoneam, patrat miraculum? Etiam renuente Saluatore ſi Maria ſupplicat, adnuendum eſt Marianis precibus? Fortè nihil negare poteſt Chriſtus petenti Matri? Piè audet pius Doctor Ioannes Rusbrochius in Libello de ſeptem amoris gradibus [illegible] fatur: *Maria omnis gratiæ, & pietatis, & miſericordiæ mater eſt, & aduocata, & mediatrix noſtra, media intercedens inter nos, & Filium ſuum* (attende ad verba, quæ ſubdit) *qui nihil petenti negare poteſt, cùm ſit illius Mater.* Vnde ſciens Maria Filium ſuum nihil Matri petenti negare poſſe: (Quid enim piæ Matri pius denegat Filius?) ac ſi Chriſtus adnueret, cùm renuere videbatur, ſecura impetrationis, prodigio viam ſternit miniſtrorum obſequio, ac ſi nihil Mariæ petenti negari poſsit. O precariam Marianæ orationis omnipotentiam. ô Mariæ voces ſuppliciter omnipotentes! Oras, an imperas? Profectò imperando oras, aut orando imperas: quia Mater imperiali oratione Filium Deum rogat, & piè tranſuenit ad miſericordiæ elogium. Eſt enim Maria diuinæ pietatis illex, & miſericordiæ cōceptaculum. De quo in proximè ſequenti §.

Ioann. *An Chriſtus Deus poſſit aliquid Matri negare?*

Chryſoſt.

Rusbroch.

§. XI.

Miſericordia Chriſti ſoboles Maria eſt, quā cum indole generatē expreſſit?

53. ETſi omnia Chriſti magna ſint, (quid non magnum in homine Deo Maieſtas diuinitatis augustiora

Chriſtus Deus expreſſit etiam Matris miſericordiam.

guſtoris reddebat opera humanitatis:) tamen Miſericordiæ prærogatiua valde excelluit: nam *miſericordia eius ſuper omnia opera eius*. Chriſtus Deus liberalitatis eminentiam non modò accepit à Deo infuſam, cum reliquis virtutibus; ſed à progenitoribus munificentiæ generoſitatem indolis beneficio hauſit. Sic Luc. 18. v. 38. Oculatus ille cæcus

Luc.

ſcitè clamabat, *Ieſu fili Dauid miſerere mei*. Quaſi Chriſtus ex regio Dauidis ſanguine ortus regiam indeſmunificentiam expreſſerit per arcanum generationis traducem. Porrò ſicut iracundiam, immiſericordiam, & alios agreſtes parentum mores arripiunt filij: ſic manſuetudinem, temperantiam, liberalitatem parentum cum bona indole filij exprimunt. Sæpe progenitorum mores hauriunt filij quaſi hæreditario iure. Vnde Chriſtus Deus, qui vt plurimùm matrizauit, maternos Mariæ mores vnâ cum ſanguine arripuit. Eleganter Caniſius Ambroſiani eloquij, & eruditionis æmulus lib. 4. de

Caniſius.

Virgin. cap. 8. ita ſcribit de Virgine Deipara, & eius filio Deo: *Mater à filio haud quaquam degenerauit, ſed filius potius Matris indolem, & naturam expreſſit*. Quid ergo mirum ſi à Virgine matre liberalitatis elogio inclytâ, filius Deus hauſerit munificæ pietatis prærogatiuam?

Abrahamus caput, & princeps cenſetur Ieſuanæ

55 familiæ; hic vt coniugem prouideret idoneam Iſaaco, mittit induſtriũ ſeruum in Meſopotamiam; & dum ſtabulatur prope vrbem Nachor, ita Deum

Geneſ. Maria dicitur mater miſericordiæ Chriſti.

alloquitur: *Domine Deus domini mei Abraham. Ecce ego ſto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella, cui dixero: inclina hydriam tuam, vt bibam, & illa reſponderit: bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac*. Geneſ. 24. v. 13. Hoc liberalitatis indicium prima omnium Rebecca exhibuit: & inde dignam cẽſuit Iſaaci coniugio. Profectò ex futili coniecturâ captat auſpicium electionis diuinæ. Eritne idonea coniugio Iſaaci, quæ liberaliter aquam ſibi porrigat vltrà quàm expetit? Erit, erit planè. Solerter enim iam tunc prouidet Deus, vt Matrona ex quâ naſciturus erat Chriſtus, liberalitate excelleret. Genitrix enim Saluatoris eminere deb[illegible]beralitatis prærogatiuâ, quam Saluatori [illegible] generationis traducem generoſè infundat: & quam Chriſtus cum natura ebibebat. Rebecca longiſſimè liberalitatem influit in Saluatorem; Maria verò de cuius puro ſanguine coalitus eſt, cuius viſcerum portio animatur in Chriſtum, quem ventre fouit, lacte pauit, ſeſe euiſcerans in Chriſtum: Maria, inquam potiori iure eminet Miſericordiæ laude, vt filius Deus matris indolem; & pietatis naturã exprimat. Vnde Maria non tantùm dicitur Chriſti Dei mater, ſed mater etiam miſericordiæ Filij ſui. Quod præclare docuit S. Auguſtinus ſerm. 2. de Aſſum-

Auguſt.

ptione his verbis: *Domina noſtra, auxiliatrix noſtra, &c. Fac benedicta per gratiam quam inueniſti, per prærogatiuam, quam meruiſti, per miſericordiam, quam peperiſti*. Audis ex Auguſtini ore; Mariam peperiſſe miſericordiam Filij: O piiſſima Virgo, gratulor tibi, quòd peperiſti Saluatorem; & nobis gratulor quòd ſimul Saluatoris miſericordiam miſeris mortalibus peperiſti. Tuus eſt partus, & humana Chriſti natura, & humanior indoles ad omnem pietatem. Non degenerauit Filius: ſed potiùs matris indolem, & naturam expreſſit; à te hauſit

56. pietatem, quam præſtet hominibus.

Damaſc.

Auguſtino conſonat Damaſcenus, qui in Oratione 1. de Mariæ Natiuit. ſic de ipſa fatur: *Dei miſericordiam parit*; quaſi non tantùm Chriſtus, ſed etiam Chriſti miſericordia Mariæ ſoboles ſit. Nimirùm diuinum Verbum volens ſibi aſſumere corpus à bona indole mite ac pium, elegit naſci ex Maria. Quod tradit Andreas Ieroſolymitanus in

Andr. Ieroſ. Maria generoſitatem filij glorificat.

S. Mariæ ſalutationem: *Dei filius*, inquit, *ſuapte natura ſanctus, in vtero virginali, ceu naturæ officinâ quoad incarnationem mirabiliter ſe ipſum concluſit: humanitatis enim ſtudioſus eſt*. Itaque Dei filius humanitatis, & pietatis ſtudioſus ex Maria corpus aſſumpſit, vt à matre acciperet, & naturam humanã, & indolem humanitatis, & pietatis ſtudioſã. Sciebat enim corpus aſſumptum ex piiſſima Maria fore humanitatis ſtudioſum, & procliue ad miſericordiam: nam *Maria Dei miſericordiam parit*. Neque enim Chriſtus Deus degenerauit à piiſſima Matre, ſed potiùs generoſè Matrem expreſſit: quia *Maria generoſitatem illius glorificat*, Sapientiæ 8.

Sap. Guarr.

verſ. 3. (quod de creata aut increata ſapientia dicitur, ſolitat Eccleſia Mariæ accommodare:) Nam vt bellè dixit Guarricus ſerm. de Aſſumpt. *Non degenerat à matre filius*; loquitur de filio Deo, & matre Virgine.

Celebris quæſtio eſt ex qua parte Mariani cor- 57.

Salm. Abul.

Quare Chriſtus ſit ex Patris & Matris corde genitus.

poris, Chriſti Dei corpus efformatum fuerit, quam eruditè tractat Salmeron tom. 3. tractat. 9. Quidam apud Abulenſem in cap. 12. Leuitici piè meditantur ex aliquibus ſanguinis guttis è corde Mariæ erutis, Spiritus ſancti miniſterio, Chriſti corpus fuiſſe coalitum. Quia Chriſtus debebat eſſe ad amandum, compatiendum, & miſerendum propenſus: eiuſmodi autem corporei affectus ſedem habent in corde. Et quidem de corde Patris æterni originem ducere filium Dei, tradit Tertullianus

Tertull.

aduersùs Praxeam de Trinitate, cap. 7. *Vnigenitus*, inquit, *vt ſolus ex Deo genitus propria de vulua cordis ipſius, ſecundum quod & Pater ipſe teſtatur*

Pſalm.

Pſalmo 44. Eructauit cor meum verbum bonum. Videlicet Dei filius, qui à corde paterno quaſi de vulua ortus dicitur, voluit etiam enaſci ex matris corde, vt induens miſericordiæ viſcera, hauriat à Matre illuſtre liberalitatis elogium, & indolem ad miſerendum generoſè propenſam. Vnde S. Bonauentura in Pſalterio Virginis illam appellat, *Venam*

Bonau.

miſericordiæ: quippe quæ ſtillauit è cordis venulis puriſſimi ſanguinis guttas, ex quibus formaretur Chriſtus ad miſericordiam eximiè propẽſus, & regiâ liberalitate munificus. Quin & *Fomes pietatis* Maria dicitur ab eodem Bonauentura in Opuſculo de laudibus Virginis. Salue ô Regina regali pietate inclyta, munifica mater miſericordiæ, quæ miſericordiam Dei ex tuis piiſſimis viſceribus genuiſti: miſerere humanæ miſeriæ, ſine qua tanta vis benefica in te quodammodo vacauiſſet. Noſtræ miſeriæ debes tantæ miſericordiæ notionem: experiamur opere, quod mente non ambigimus. Porrò ærumnoſior miſeria eſſe ſolet pia ambitio miſerendi.

CAPVT X.

Verſ. 4. Cui etiam Dominus contulit ſplendorem.

§. XII.

Maria facies, lucis flores arcanè ſpargit ſpectatoribus.

CVm legimus, Dominum typicæ Iudithę ori 57.
contuliſſe ſplendorem, ſtatim vltrò venit in mentem

mentem diuinus fulgor, qui splendidè irradiabat in facie Iudith adumbratæ, Mariæ inquam, quo mirè venustabatur ad gloriam siderea Mariæ pulchritudo: *O quàm pulchra est casta generatio* (Iudithæ, & Mariæ) *cum claritate; immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota est, & apud homines*, Sapientiæ 4. v. 1. splendor Mariani vultus non Deo duntaxat, sed hominibus etiam splendidè prælucebat.

Matth. Maria sidereus vultus præclarè splendebat.

Matthæi. 1. v. 25. de Iosepho Virginis sponso dicitur: *Et non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.* Procul à Mariæ Angelica puritate libidinis vel leuis suspicio. Quid ergo innuit Euangelista dum ait, S. Iosephum non potuisse Mariam coniugem cognoscere, quousque infantem Deum vernantis vuluæ flore gloriosè peperit? Nonne dies, noctésque cum Virgine coniuge Iosephus virgo versabatur? Quæ oculorum, aut mentis lippitudo Iosephum impediebat, quominùs Virginem oculis videret, & visione agnosceret? Quid quæso, erat in Virgine quod offuscaret præclaros Iosephi oculos?

Hilar.

S. Hilarius inibi: *Et non cognoscebat eam donec peperit, Dominum enim gloriæ habens in vtero, quomodo cognosceretur! Si Moysis cum Deo colloquentis glorificata est facies, vt non possent intendere in eum filij Israel quantò magis Maria cognosci, vel intueri non poterat, quæ Dominum potentiæ in vtero habebat?* Scilicet Christus Deus splendor diuinitatis, in splendoribus Sanctorum genitus, Auroræ Mariæ innisceratus, tantum reuerberabat splendorem in Virginis faciem, vt Ioseph præstringeret & refutaret obtutus, ne gloriosam sponsam posset intueri, nedum agnoscere. Sic nitebat Mariæ sidereus vultus, cui Deus suum contulit splendorem. Hilario adstipulatur Hugo Charensis sic fatus ibidē: *Et non cognoscebat eam, &c. In Euangelio Nazaræorum legitur (vt dicit Chrysostomus) quòd Ioseph videre Mariam facie ad faciem non poterat: quoniam Spiritus sanctus eam à Conceptione penitus impleuerat; ita quod non cognoscebat eam propter splendorem vultus eius. Sicut legitur quod discipuli non poterant videre faciem Domini propter splendorem.*

Hugo. Chrysost.

58. Chrysolog.

Appositè Maria diei comparatur: dies enim splendoribus integratur, & cōstat. S. Chrysol. serm. 1. *Dies est aspectus Matris, Sol Patris rutilat in vultu.* Vnde Petrus Blessensis epist. 14. Mariam vocat *Imperialem diem*, quasi splendoris primatum teneat, & reliquorum principatum: sic rutilat nitore lucis, sic est tenebrarum expers; quod est singulare huius diei elogium. Accipe pulchra verba, quæ super hac re scripsit sapientissimus Idiota, in libr. de laudib. Virginis, cap. 1. & 2. *Virgo*, inquit, *sua pulchritudine & dignitate omnem mundi pulchritudinem vincit: Solem, Lunam, & Stellas flore lucis excedit. Neque enim Sol perpetuò nobis splendet, cùm contraria vicissitudine nox diei succedat; nec semper Luna orbem illustrat, cùm cælorum conuersione noster hic mundus certo temporis spatio tenebris obuoluatur. Maria verò & Sole, & Luna & astris illustrior suo lumine, nulla sui commutatione, aut vicissitudine complet, ac ambit omnia, flammis lustrat, luce vestit: nec enim illi succedit nox.* Ecce tibi Mariæ facies dies est, splendorem fulgoribus irradians & dies princeps, seu imperialis, cui nec succedit nox, neque noctē completur. Nota de Mariæ sidereo vultu pulchrè dici: *Stellas flore lucis excedit.* Non est sterilis fulgor Mariani oris, sed plenè fœcundus, ideo flos lucis dicitur, cuius lucidi floris copiosi fructus sunt clientum suorum bene compositi mores, & bene morata actio, quæ in eorum manibus præclarè lucet. Sic Marianæ lucis flores luceant coram hominibus, vt videant opera nostra bona, & glorificent Matrem nostram, quæ in cælis est. Quàm fuerit virtutum fœcunda, florida lux vultus Mariæ, probat illustris sanctitas magni Dionysij Areopagitæ.

Petr. Bless. Maria cur dicitur imperialis dies.

Idiota.

S. Dionysius in quadam epistola ad S. Paulum Apostolum ita scribit de nitore diuino Mariani oris: *Fateor*, ait, *coram omnipotentia Dei, & clementia Saluatoris, & gloria maiestatis Virginis Matris eius: quoniam cum à Ioanne vertice Euangelij ductus fui ad Deiformem præsentiam altissimæ Virginis, tantus me splendor circumfulsit exteriùs, & pleniùs irradiauit interiùs, vt nec corpus infelix, nec spiritus posset tantæ felicitatis insignia sustinere, defecit cor meum: defecit & spiritus tantâ gloriâ maiestatis oppressus.* Audis mentis ecstasim? Vides erga Mariæ affectum? Aduertis deuotionis vigorem, quem à fulgente Mariæ vultu Dionysius cōcepit? Nescias quid magis admireris, aut cælesti splendore latè circumfulgentia Mariæ ora, aut admirabilem huius floridæ lucis fructum. Vtrinque stupor, vtrinque miraculum, & quòd mortalis Mariæ facies anteuerterit beatas corporis dotes, & quòd huius lucis flores parturiant fructus consummatæ virtutis in Dionysio: *Stellas flore lucis excedit*, quæ de se palàm prædicat, *Flores mei, fructus honoris & honestatis.* Ecclesiast. 24. v. 23. 59.

Dionys. Fœcundus erat splendor in Mariæ facie.

CAPVT X.

Vers. 14. Considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor.

§. XIII.

Eximia Mariæ pulchritudo, fuit Castitatis illex, & concupiscentiæ stupor.

TAmetsi Persarum gens erat libidinis impotens; & venustissima, & ornatissima Iudith, diu, noctuque inter viros luxu effrænes liberè versabatur; in eorum oculis stupor esse dicitur, fortè pariter stupebat concupiscentia ex ipsius aspectu, (si vnum excipias obstinatissimum Holofernem, qui ad populi liberationem inescandus erat tantæ venustatis illecebra.) Miraculi ad instar est, salacissimos viros, militiæ priuilegio impudentiores, nec lasciuis oculis, nec inhonesto verbulo fuisse insidiatos Iudithæ pudicitiæ, saltem quando noctu patrocinantibus tenebris, gyrabat castra. Procul dubio in typica Iudith adumbrari censeas singularis Mariæ laudem, quæ etsi venustissimo erat aspectu, nunquam tamen illam intuentes exstimulabātur tantæ pulchritudinis concupiscentiâ; quin potiùs appetitus libidinis interstinguebatur, quasi spectatoribus castitatem afflaret. Ita S. Bonauentura in 3. d. 3. 1. part. art. 2. q. 3. S. Thom. in 3. d. 3. q. 1. art. 2. quæstiunc. 2. ad 4. Alexander Alensis 3. part. q. 49. membro 3. art. 2. Suarez 3. part. q. 27. art. 1. disp. 2. sect. 2. Salmeron tom. 3. Tractat. 44. apud quos diligenter disputatur, quâ arcanâ virtute id fiat. Sed amœniores huius rei probationes expetimus. S. Ambrosius lib. de Institut. Virgin. c. 7. ita scribit: *Tanta erat Mariæ gratia, vt non solùm in se virginitatem seruaret sed etiam si quos inuiserat* 60.

Maria castitatem spectatoribus afflat.

Bonau. S. Thom. Alexand. Suarez. Salmer.

Ambros.

Digitized by Google

res integritatis insigne conferret. Scilicet immensitas Marianæ pudicitiæ, quasi angustaretur vnius puellæ virginitate, amplificat se se, & visu in obuios quosque amplissimè dilatabatur ad castitatis latissima incrementa, Gerson in serm. de Natiuit. Mariæ, Consid. 3. refert ex S. Bonau. qui id hausit ex Iudæorũ fideli narratione: *Quod nullus ex aspectu gloriosæ Virginis, quamuis esset pulcherrima nimis, vrebatur, aut inflammabatur ad fœdam carnis concupiscentiam: sed eam potiùs extinguebat ille diuinus aspectus, quasi frigidus quidã ex oculis ros virgineus expiraret, vel efflueret à mente sua castissima.*

Genes. Bonauen.

61\. Genes. *Maria spirat castimoniam videntibus.*

Genes. 12. v. 11. *Cumque Abraham propè esset, vt ingrederetur in Ægyptum, dixit Saraæ vxori suæ: noui quod pulchra sis mulier, & quòd cùm viderint te Ægyptij dicturi sunt: vxor ipsius est, & interficient me, & te seruabunt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis: vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.* Profugus etiam peregrinatur Iosephus cum pulcherrima sponsa Maria, quare opportuno stratagemate non sibi præcauet Ægyptiorum insidias? Fortè Ægyptij minùs iam salaces erant? At luxus diuturniori luxu incrementatur. Quid? Maria pulchritudine non præstabat Saræ? Imo feminarum venustissima Maria fuit. Et sanè sicut Abraham mentitus non fuit ob cognationem cum Sara, nec mentiretur Ioseph simili ambiguitate sermonis. Quare ergo vtitur Iosephus anito stratagemate? Audi Simonem de Cassia lib. 1. cap. 22. qui ita propositam difficultatem expedit aptissimè ad rem præsentem. Sciebat, inquit, sanctissimus Ioseph, quòd maiori custodiâ munita esset Virgo, quàm Sara: *Talem gratiam Deus in Virgine matre posuerat, vt nec propter excellentem eius pulchritudinem immundè posset conspici. Nouerat hoc Ioseph experimento sui, qui nunquam ex ipsa carnis tentationem præsenserat, quamuis secum pariter habitaret.* Quid timeat Iosephus Ægyptios oculos insidiaturos Mariano pudori, cùm ipsi Mariæ oculi insidientur libidini, & concupiscentiam sistant ad ampliorem castitatis prærogatiuam? O pulcher Mariæ aspectus, quæ salubris antidotus est aduersùs venena libidinis! O salutare fascinum quo luxuria ægrotat, & castitas bene valet! O Maria, ad nos conuerte illos tuos misericordes oculos, quibus continentiam spiras, libidinem perimis.

Sim. Cassia.

62\. Cant. Rupertus. *Maria spectatorum libidinem ad horam extinguebat.* Richel.

Cantic. 2. v. 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Rupertus inibi: *Lilij* nomine B. Maria interpretatur, & rectè quidem: nam immaculata Deiparæ Virginitas *Lilij* candorem exprimit: sed statim oboritur difficultas, quare reliquæ feminæ spinis comparentur? Plures mente, & corpore pulcherrimæ sunt, pacatæ, trãquillæ: quam ergo ob rem conferuntur spinis, inamœnis, & cruentis? Dilucidè Dionysius Richelius præfata Canticorum verba ita illustrat ibidem: *Quamuis fuerint multæ virgines sanctæ, tamen respectu Virginis, quasi spinæ fuisse videntur, in quantum aliquid culpæ habent. Et quamuis in se fuerint mundæ, non tamen fuit in eis fomes prorsus extinctus: fuerunt & aliis spinæ, qui ex earum intuitu concupiscentiâ pungebãtur. Porrò Deipara Virgo ab omni culpa fuit prorsus immunis: fuit fomes in ea plenè extinctus, & tam intensa castitate erat repleta, quòd intuentium corda sic penetrarit sua inæstimabili castitate virginea, quod à nullo potuit concupisci: imò potius extinxit ad horam illorum libidinem.* Scilicet reliquæ pulchræ feminæ, quantumvis in se castitate præstantes, tamen spectatores incautos illicio pulchritudinis inescant; nam pulchritudo spirat libidinem, toxicat aëre, & spinis concupiscentiæ cruentat intuentes. At pulcher pulcherrimæ Mariæ aspectus, non modò non flabellabat libidinis flammas, sed planè illas restinguebat, inspirans arcana vi castitatis propositum, & continentiæ vigorem, quò non tantùm in se esset purissima, sed etiam in aliis castissima arcano pudoris incremento.

63\. Richel. Cant. *Mariæ paradises spirat.* Ghislet.

Cantic. 4. v. 13. De B. Virgine loquebatur sacer Sponsus cùm ait: *Emissiones tuæ paradisus.* Nomine *Emissionum* significari germina, quæ ex arbore pullulant, perspicuum est ex Hebræa origine, & Doctiorum commento. De quo legi potest Ghislerius ibi: ergo Maria, quæ arbor illa est plantata secus decursus aquarum: paradisos germinat, flores, & fructus pudicitiæ. Nam inter cæteras paradisi laudes, illa eximia est, quòd vberes fundebat castitatis prouentus. Tandiu Protoparentes versati sunt in paradiso, quandiu virgines fuerunt; at vbi libidinis blandimenta appetitum blandè titillabãt paradisum perdiderunt. Huc adludere videtur S. Damascenus in Orat. 1. de Mariæ Natiuitate, Deiparam appellans *Virginitatis feracissimam.* Quasi non tantùm in se, sed etiam in aliis paradisiacam virtutem, vberes inquam, castitatis flores, & fructus feracissimo prouentu fundat. Damasc.

64\. Gerson.

Gerson in sermone de Conceptione Virginis: *Physiognomia*, inquit, *Virginis mouebat aspicientes ad omnem castitatem, & luxuriosas extinguebat cogitationes.* Gersoni accinit Ioannes Maior in cap. 1. Lucæ: *Illam dotem omnipotens Deiparæ suppeditauit, vt mortalium nemo illam conspiceret: porrò illa vita insfranis libido (vt firmiter teneo) prorsus extinguebatur.* Hinc asserere licet Virginis familiares, ex aspectu, & conuersatione Mariæ, Virginitatis, & continentiæ elogia mutuasse. S. Iosephum ex Virginis oculis pudicitiam fœnerasse, nuper perstrinximus ex Simone de Cassia: *Nouerat hoc Ioseph experimento sui.* Deiu B. Virgo oculorum perspicacia, penetrans Elisabethæ vterum, dum illam perhumaniter inuisit, prærogatiuam Virginitatis inspirat puerulo Ioanni, vt suprà retulimus ex Ambrosio: *Tanta erat eius gratia, vt non solum in se Virginitatem seruaret, sed etiam si quos inuiseret, integritatis insigne conferret.* Præterea Euangelistam Ioannem Virginitatis eminentiam Marianis oculis debere, eleganter tradit P. Damianus serm. 63. *Rectè ergo* inquit, *Virgini ad obsequium traditur, & pro Domino seruus vice filij subrogatus, vt virginalis pudicitiæ splendor ex vtraque persona sibimet inuicem congruat, & floribus candoris aspectus, quod in se virere considerat, hoc vernare & in altero deprehendat.* Quin & Marianæ virginitatis splendor, qui propter seram ad suos parentes affinitatem, virginitatis laudem non potuit inhalare, saltem præmaturè regessit castitatis insigne, vt docet Beda in Lucæ cap. 1. *Annæ*, ait, *partus non est ablatus, sed per sterilitatem dilatus donec transiret tempus carnis & cupiditatis, castissimúsque vterus virgini concipiendæ pararetur.* Nimirum spirandæ castitatis gratia Mariam anteuertit, & Matris vterus quem non potuit virginitate donare, ex eius reuerentia sterilis continentiæ decoro præmaturè donatur. Sic castissima Virgo castitatis flores vbique spargit oculis, conuersatione, ore, attactu. Quisquis Virgineam continentiam amas, à Mariæ deuotione illam expete, quæ est virginitatis concéptaculum, continentiæ fomes, castitatis vigor, & concupiscentiæ extinctio.

Maior. *Maria castitatem contubernalibus afflabat.*

Simon de Cassia.

Ambrosi.

P. Dam.

Beda.

CAP.

CAPVT XI.

Verſ. 8. Conſtat enim Deum noſtrum ſic peccatis offenſum, vt mandauerit per Prophetas ſuos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis ſuis.

§. XIV.

Maria ſedulo peccatoribus auxiliatur, vt in ſe reſculpat iterum diuinæ maternitatis elogium.

65. *Maria eſt vita, ſeu virtutis ſubſiſtentia.*

HOmo antè viuere deſiit quàm inceperit; vel potiùs à lapſu vitam inchoauit. Sic eſt in homine tenera, debilis, & caduca virtutis valetudo, vt antequam pietatis greſſus explicet, corruat in barathrum primævæ impietatis: Quo ſtabilimento firmabitur lubrica hominis natura? *Suſtentaculum vitæ* Maria dicitur ab Andrea Cretenſ. ſerm. de Aſſumptione. Prouerb. 8. v. 14. *Meum eſt conſilium & æquitas*, pro τὸ *æquitas* in Hebræa origine ſcribitur תושיה *Thuſchijjah*; id eſt, *eſſentia*, ſeu *ſubſiſtentia*, vt notum ſit Mariam eſſe *ſuſtentaculum vitæ*, ſiue probitatis, *ſubſiſtentiam*; non ſubſiſtit virtus, Mariæ ſuſtentaculo, ſeu fulcimento deſtituta, ſed pronè corruit in vitium. At ſi caducus homo ſponte proruit in delictorum barathrum, neceſſe eſt vt ſolerter exambiat hoc pietatis ſuſtentaculum, ſiue virtutis ſubſiſtentiam. Mariam inquam, quæ eſt peccatorum ſpes. (And. Cret. Prou.)

Profectò Deipara non tantùm dicitur Deitatis bibula; ſed etiam humanæ malitiæ. *Noſtra ſpongia nequitiæ* (vt aliorsùm notabam,) dicitur à Ioanne Geometra: quaſi omnem humanæ malitiæ, ſuccum hianter ebiberit, vt homines faceret nequitiæ exſuccos. Sic peccatores ſibi conuiſcerat immaculatiſſima, & prorſus peccati expers Maria, vt aſſumptâ peccatorum ſcoriâ, puros, & immaculatos Deo ſiſtat. Bellè S. Bernardus ſerm. 2. ſuper *Miſſus eſt*, ita fatur de Virgine: *virtutes fouet, & excoquet vitia*. Scilicet pio Mariæ fotu animantur virtutes; nec peccator duntaxat, ſed etiam peccatoris vitium excoquitur, & arcanâ metamorphoſi æmulatur virtutis elogium; cùm ex vitio ipſo arripiatur occaſio ſumptuoſiùs merendi. Ideò Maria quaſi ſpongia humanam ſugit nequitiam, vt eam velut ſibi concorporatam excoquat ſuæ charitatis igne, faciátque peccatores: excluſâ delictorum ſcoriâ, à delictis puros. *Alieno peccato iuſtitiam ſuam cumulans*, dixit Emiſſenus in homil. de S. Stephano. O Maria, egregia peccatorum amatrix, languentes hominum virtutes refoue, & inolita vitia excoque; & tu puriſſima puros nos redde virtuti, Deo, Tibi. (Ioan. Geometra. *Maria ſpongia noſtra nequitia dicitur, vt excoquat vitia.* Bern. Emiſſen.)

66. Geneſis 1. verſ. 16. *Fecítque Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei; & luminare minus, vt præeſſet nocti*. Solem inquam, & Lunam. Hugo inibi: *Luminare maius, Chriſtus, qui præeſt diei, id eſt, iuſtis. Luminare minus, id eſt, Maria, quæ præeſt peccatoribus*. Maria enim præſidet cauſis humanæ malitiæ, & peccatorum nocti. At ſciſcitabitur quis, quare proprium Lunæ epitheton ſit pulchritudo? *Pulchra vt luna* dicitur. Pulchrè Hildebertus epiſt. 16. *Quia pulchrum eſt benefacere vel indignis*. (Geneſ. Hugo. *Maria præeſt peccatoribus.* Hildeb.)

Rationales ſpicæ, falci maturæ, meſſores exigunt. Meſſis Dominus auidè expetit mittere meſſores. Tandem Apoſtolos mittit, qui ſolerter demetant Dei noualia, Ioannis 4. v. 38. At ſi qua ſpica à meſſoribus fortè negligitur, aut meſſorum manus fugit, nunquid cum paleis omittitur æternis arſura flammis? In Dei meſſe adeſt Ruth, quæ ſpicilegium faciat, & reiectaneas colligat ſpicas. S. Bonauentura in Speculo Virginis, cap. 5. *Ruth ergo*, inquit, *in oculis Booz, Maria in oculis Domini, hanc gratiam inuenit, vt ipſas ſpicas, id eſt, animas à meſſoribus derelictas, colligere ad veniam poſſit. Qui ſunt meſſores, niſi Doctores, & Rectores? O verè magna Mariæ gratia, quâ multi ex eis ad miſericordiam colliguntur, qui à Doctoribus, & Rectoribus, tanquàm incorrigibiles relinquuntur*. Opportunè S. Bernardus apud eundem Bonauenturam inibi, ait; *Maria tu peccatorem toti mundo deſpectum materno affectu amplecteris, foues, nec deſeris, quouſque horrendo iudici miſerum reconcilies*. O ſedula Ruth, Maria inquam, ſollerter, vt aſſoles ſpicilegium facito: nulla rationalis ſpica ſit adeò deſpecta, reiectanea, derelicta, quam ſollicitâ charitatis opera, non colligas, & in Boozi area reponas, vt congregetur in horrea Domini. Nemo eſt, nemo inquam, vſque adeò à gratia derelictus, & gratiæ obſtinatus, qui à te derelinquatur, niſi ipſe dereliquerit ſpem Marianæ tutelæ. Imò hos etſi iam derelictos manus tua tolle, duc ad Chriſti aream, contritione tritura, & puros colloca in Filij tui horreis: *Quia pulchrum eſt benefacere vel indignis*. (Ioan. *Maria ſpicilegium facit.* Bonau. Ruth. 2. Bern.)

Prouerb. 8. v. 31. *Et deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum*. Filij hominum hîc appellantur homines, quibus peccatum agnatum eſt, & cognata propenſio ad peccandum, vt nobiles recentiores commentantur. Quid tam iucundum reperit Maria in peccatoribus, vt ſic cum peccatoribus delicietur? Imò peccatores auerſari debuit, ſqualent enim delictorum horrore; & tamen ſic delinitur eorum conuictu, & conuerſatione? Quis niſi non bonus in malo, & cum malo complacet, & deliciatur? Verùm ſublimius quid meditari licet in his deliciis Mariæ, quandoquidem ſic cum peccatoribus agit, vt eoſdem à peccatis auertat, & cõuertat ad Deum. S. Epiphanius in lib. aduerſùs Antidicomarianos, & Aretas ibi. S. Auguſtinus lib. de Symbolo ad Cathecum. cap. S. Bernardus in ſermone ſuper *Signum magnum*; & Boozius Eugubinus ex horum Patrum mente, & verbis ita ſcribit lib. 9. de ſignis Eccleſiæ, cap. 6. *Mulier amicta Sole, &c. Hanc mulierem eſſe Virginem Mariam, quæ Dei dono Chriſtum peperit, & meritis Chriſti Chriſtum parit quotidie interuentu precum ſuarum in mentibus humanis, volunt Epiphanius, &c.* Ecce tibi vnam, & totam cauſam, cur ſic delicietur Deipara conuerſans, & conuertens ad Deum peccatores. Nimirum quia in eorum animis parit quotidie Chriſtum Deum, & ita in dies reſculpit in ſe diuinæ maternitatis prærogatiuam. O ſublimes Mariæ honores, ô beatas delicias quando Chriſtum Deum immaculata concepit, & virgo peperit! Has, has inquam, arcanè quodammodo reſtaurat, cùm *Chriſtum parit quotidie in manibus humanis*. Quid ergo mirum ſi ipſa lætabunda de ſe dicat: *Et deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum*? cum peccatoribus inquam, & ſceleſtis hominibus, vt identidem in illis pariens Chriſtum, reſtauret beatum diuinæ maternitatis elogium. 67. (Prou. *Maria quotidie Chriſtum in peccatoribus parit.* Epiphan. Aretas. Auguſt. Bern. Boozius.)

Sapientiæ 6. verſ. 15. *Qui de mane vigilauerit ad illam, non laborabit: aſſidentem enim illam pro foribus ſuis inueniet*. Quænam ſunt hæ fores, ſiue portæ quibus Maria aſſidet ſedula, & officioſa? Puto *portas mortis* hic innui, quibus inuigilat ſollicita, 68. (*Maria auxiliaris in portis mortis.*)

ne

ne peccator in hora mortis periclitetur. Psal. 126. vers. 5. *Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis; non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.* Quæ verba quidam interpretantur de B. Virgine, de quo legi potest P. Morales lib. 3. Tract. 11. Lyra *porta* nomine iudicium intelligit, ita aiens: *In porta, id est, in iudicio: quia Iudices antiquitùs in portis sedebant.* Benè est, Maria auxiliarem opem præstat hominibus in tremendo Dei iudicio. Sed accommodatiùs Strabus in Glossa morali; *Non confundetur, cùm loquetur inimicis suis in porta; scilicet mortis, in qua non confundetur à spiritibus malignis.* Neque enim tunc laborabit deuotus Mariæ alumnus: nam quantumvis sit omnium scelerum reus, videatque hiam gehennæ barathrum, & insultantes diabolos; tamen *assidentem illam pro foribus suis inueniet*, quæ supplici precum suarum omnipotentiâ præsto illi sit: & auxiliari ope illum extrahet de inferorum immanissimis faucibus; & lætum ducet ad Empyreas glorias, æternúmque beabit summi Dei beatâ visione. Ius enim Mariæ commissum est introducendi homines ad cælum, & ostendendi gloriosam Dei faciem. Quod eleganter tradit P. Canisius lib. 1. de B. Virgine, sic fatus: *Hebræi inter arcana sua celeberrimum ducunt, vnam inter creaturas omnes longè præstantissimam esse; ipsi* Mitraton, *hoc est, Principem facierum appellant, quia semper stet ante faciem summi Imperatoris; & ius habeat ad ipsius præsentiam benemeritos introducendi. Animaduersum est autem ab eruditis, Maria nomen cum illo* Mitraton *haud perperam conuenire.* Itaque pussima Maria foribus mortis sedulò assidet; quin & ipsis Empyrei portis imperiali potentiâ adest, vt quos benemeritos suo patrocinio, aut inuenerit, aut fecerit, quasi verè *Mitraton*, introducat ante gloriosam summi Dei faciem quâ æternùm beentur perennis gloriæ gloriosâ felicitate. Vnde.

Psalm. Morales. Lyra. Strabus. *Maria Mitraton, seu Princeps facierum dicitur.* Canisius.

69. S. Bernardus in serm. super *Missus est*, sic piè, & eleganter Mariam alloquitur: *Sicut à te despectus, & auersus necesse est, quod pereat; sic ad te reuersus, & à te respectus, impossibile est, quod pereat. Filioli hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia, hæc tota ratio spei meæ.* Et S. Martyr Ignatius; *Impossibile*, inquit, *est aliquem saluari peccatorem, nisi per tuum, ô Virgo auxilium, & fauorem: quia quos non saluat Dei iustitia, saluat suâ intercessione Mariæ misericordia infinita.* Hæc enim perpetua Mariæ vox ad Filium Iudicem: *Clementia est aliquid vltrici detrahere sententiæ: nam quisquis nihil reatus impunitum relinquit, delinquit. Culpa est totam persequi culpam.* Hildebertus epist. 25. Sic typica Iudith scelestos, & desperatos Bethulienses trăquillat, sospitat, felicitat: & Holofernianâ erutos tyrannide, templo Dei triumphali pompâ gloriosè sistit.

Bernard. *Quàm soliciter pro nobis erat in hora mortis.* Ignatius. Hildeb.

CAPVT XI.

Vers. 18. Et mirabantur sapientiam eius.

§. XV.

Maria gymnasium est diuinioris Sapientiæ; & forma, seu venustas Christianæ disciplinæ.

70. RVdis, & stupida Iudæorum gens audiens sublimiorem Christi Dei doctrinam, de Schola cæli, id est, de Paterna mente haustam, sic submurmurabant, Matthæi 13. v. 54. *Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? Nonne mater eius dicitur Maria?* O fatuam admirationem! cælestem Sapientiam admiraris in Mariæ filio? Profectò vel Mariæ nomen scientias sapit, & sapientiam redolet: nam vt tradit Canisius lib. 1. de Virgine Maria ex S. Hieronymo, vel potiùs ex Philone: Maria idem est ac *Illuminatrix.* Et sanctus Bernardus in Salue: *Scientiarum*, inquit, *scientia Sanctarum Maria.* Et Rupertus lib. 5. in Cantic. Mariam appellat. *Prophetissam Prophetarum, & Magistram Magistrorum, id est, Apostolorum.* Vnde S. Bernardus sermone *super Signum magnum. Maria*, inquit, *profundissimam diuinæ sapientiæ, vltrà quàm credi valeat penetrauit abyssum: vt quantùm sine personali vnione creatura conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa.*

Matth. *Maria sapientia.* Canisius. Hieron. Philo. Bernard. Rupert. Bernard.

Dei Verbum, Patris, inquam, Sapientia, in hanc rerum vniuersitatem factus homo descendit, vt doceret homines arcana cæli mysteria, quæ valdè excedunt humanum captum. Adeò enim sublimia sunt, vt neque ipsi Prophetæ, qui ea præsagâ mente olim prædixerunt, neque ipsimet Apostoli, qui ea ex Christi ore, & magisterio didicerunt, tunc cùm discerent, plenè penetrarent. Ioannes de Schola Christi nouerat, ipsum esse Dei Verbum, & tamen cùm id, quod didicerat, hominibus tradit in sui Euangelij auspicio, aiens: *In principio erat Verbum*, dicitur barbarus à sancto Chrysostomo homil. 1. in Ioannem: *Quomodo igitur barbarus hic talia loquitur?* Quare Ioannes, & cum eo cæteri Apostoli, & Euangelistæ Barbari dicuntur? Sententiosè dixit Clemens Alexandrinus: *Si non nouero vim vocis, ero loquenti barbarus, & loquens mihi barbarus.* Id est, si non plenè capiam; & perfectè comprehendam Magistrum docentem, ego ero illi barbarus, & ille mihi barbarus erit. Vnde B. Virgo adscitur ad Christi Dei scholam: *Maria etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.* Luc. 10. vers. 39. Græcus apud S. Thomam in Catena, ad cap. 2. Lucæ, ita fatur super hac re: *Mater eius conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo, Considera*, inquit, *prudentissimam mulierem Mariam, verè sapientiæ Matrem, qualiter scholaris sit Pueri.* Scholaris, & discipula Christi Dei dicitur Maria: Et sanè *quæ profundissimam diuinæ sapientiæ, vltrà quam credi valeat, penetrauit abyssum.* Quorsum de Matre, fit scholaris, & discipula Filij? Quia si discipulus non nouerit vim vocis (hoc est non plenè intelligat, quæ Magister docet) erit loquenti barbarus, & magister loquens, illi barbarus erit. O quoties ruditatis arguuntur Discipuli à magistro Deo, cùm audiebant ipsum docentem! *Adhuc*, inquit, *& vos sine intellectu estis?* Aggregetur ergo inter Christi discipulos, & scholares Maria quæ diuinioris gratiæ ingenio altiùs penetret arcana Christi mysteria, & pro captu humano intelligat sublimia cælestis disciplinæ sacramenta. Nam si ipsa tunc non esset scholaris Christi Dei; cùm reliqui discipuli non perciperent doctrinę cęlestis eminentiam, quâ à Christo erudiebantur, non duntaxat Apostoli barbari fuissent, non penetrantes doctrinę profunditatem: sed ipse Christus edocens non intelligentes, quodam modo barbarus diceretur: Quia *si non nouero vim vocis, ero loquenti barbarus, & loquens mihi barbarus.* Gratulor tibi, ô sapientissima Virgo, tantam doctrinæ eminentiam, quâ scholaris facta Filij tui, sedens secus pedes illius, arcanè erudita es. Gratulor etiam Filio Deo Ecclesię Magistro, quia tuę sapientię merito, *barbari*

71. *Maria scholaris est Christi, ne ipse dicatur apud homines barbarus.* Chrysost. Clem. Alex. 1. Cor. c. 14. v. 11. Lucæ. Græcus. S. Thom.

Digitized by Google

bari elogium ſaltem apud homines vitauit: quod fortaſſis, niſi ob inſignem tuam ſapientiam, dum ſudes adhuc diſcipulos erudiret, forte non effugiſſet. Filij tui ſcholaris es, erudi nos de ſapientiæ paupertate pueros, ſed tuos ſcholares, diuiniora myſteria, & diſciplinam Chriſtianæ philoſophiæ.

72. Ruditas agnata homini eſt; qui lippus naſcitur ad res mundanas, ad diuinas cæcus, niſi à gratia oculi accendantur in hominis mente. Ideò Dei Verbum, ſeu diuinior Sapientia corporatur in hominem, vt hominem erudiat, & inſtruat de cæleſtibus rebus. *Et aperiens os ſuum docebat eos*: Matth. 5. v. 2. O pulchram eruditionem! ô quàm ſplendet cæli diſciplina in Chriſti Dei ore! non humanæ facundiæ lenocinio calamiſtrata, ſed diuinæ ſapientiæ vigore, & nitore formata. Quid auguſtius diuino Chriſti Dei ſermone? Verum à S. Hieronymo, vel Sophronio potiùs in ſerm. de Aſſumptione: Maria dicitur, *Forma diſciplinæ Chriſti*. Profectò hæc vocula *Forma* nimis audax videtur. Porro *Forma* dicitur facies, ſeu ſpecies & pulchritudo rei: Numquid Maria, facies, ſpecies, & pulchritudo eſt Chriſtianæ diſciplinæ? *Es Maria la faz, lo eſpecioſo, la hermoſura de la doctrina de Chriſto.* Ego quidem Chriſtianam diſciplinam ſpecioſiorem, & venuſtiorem eſſe putabam in pulchro Chriſti Dei ore, cùm *aperiens os ſuum*, docebat Diſcipulos. At ex magni Hieronymi ore audio, Mariam eſſe formam, venuſtatem, & pulchritudinem diſciplinæ Chriſti. Et verè quidem, nam Chriſtiana diſciplina etiam in ore Chriſti Dei dum homines ore erudit, planè verba ſunt. Maria verò vitâ, & moribus perfectiſſimè reſculpens eandem Chriſti diſciplinam, dicitur, *Forma diſciplinæ Chriſti*. Vnde eademmet Chriſti diſciplina pulchrior, & venuſtior quodammodò apparet perfectè expreſſa in Mariæ moribus, & vitâ, quàm eleganter dictata à Chriſto. Porrò idem, idemmet loquitur Maria morum, & vitæ linguâ, quod Chriſtus Deus ore prædocet. Neque quicquam Chriſtianæ perfectionis à Chriſto edoctæ neglexit Deipara, quod opere penitùs perfectè non impleret. Et ſic meritò dicitur Maria à Hieronymo, *Forma diſciplinæ Chriſti*. Scilicet comparat Hieronymus Chriſti diſciplinam expreſſam Mariæ opere, cum diſciplina Chriſti ab ipſomet Chriſto, ore dumtaxat, nondum opere expreſſa: neque [illegible] meritum comparat, ſed nitorem; quia ſplendidiora ſunt opera, quæ perfectè implent totam diſciplinam docentis. Vnde Maria bellè, & verè dicitur, *Forma diſciplinæ Chriſti*.

Matth. *Sicut Chriſtiana doctrina ſpecioſior in Maria opere, quàm in Chriſti ore.* Hieronym.

73. S. Bernardinus Senenſis tom. 1. ſerm. 61. & tom. 2. ſerm. 51. ſic explicat illud Cantic. 5. v. 2. *Ego dormio, & cor meum vigilat. Virgo magis in contemplatione Dei excreſcit dormiendo, quàm aliquis alius vigilando; ſicut ipſa teſtatur: Ego dormio, & cor meum vigilat.* Sic ſane Maria ſtudioſa diuinioris ſapientiæ, vt etiam cùm in cæteris humanæ facultates à ſomno obbruteſcunt, tunc, tunc quidem in Maria expeditæ, vigiles, & expromptæ forent ad res diuinas ſagaci ingenio concipiendas & feliciter penetrandas. Perquàm opportunè Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædagogi cap. 9. dixit: *Gymnaſium ſomni.* Somnus gymnaſium eſt, vbi ſublimior ſapientia edificatur, an mentis hebetudo, & ſchola deſidiæ? In ſomno eruditur homo, an ad tempus deducit dum comparatam eruditionem? Verùm vſque adeò Maria ſtudioſa eſt ad omnem ſapientiam, vt etiam in ſomno tanquam in litterato Gymnaſio vigilet ad omnem litteraturam, & ſapientiæ eminentias. O quàm ſapit dum vigil eſt, cui vel ſomnus pro gymnaſio eſt.

Cantic. Bernardin. *Vel ſomnus gymnaſium fuit Mariæ.*

Clem. Alex.

De Celada in Iudith.

Cantic. 4. v. 4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis.* Pagnin. *Ædificata ad docendum.* Hebraicè, *Conſtructa ad diſciplinas.* Quaſi Maria ſit communis Angelorum & hominum ſchola, & celeber gymnaſium, in quo ad omnem ſapientiam erudiuntur. Suſpicabitur fortè aliquis eius Filium Deum, cùm adhuc puer erat frequentaſſe hoc Matris gymnaſium, non vt aliquid denuò diſceret, (quid enim de nouo ediſceret homo Deus?) ſed vt Matris ſapientiam honoraret. Sicut ipſe decennis puer audiebat Doctores, & eoſdem interrogabat. De filio Salomone, & matre Betſabee intelligitur ex mente Ianſenij illud Prouerbiorum 31. v. 1. *Verba Lamuelis Regis, viſio quâ erudiuit eum mater ſua.* Quod de Chriſto filio, & Maria eius matre interpretatur Mendoza tom. 1. ad cap. 4. Annot. 12. ſect. 1. num. 24. Id eſt Chriſtus Deus eâ animi ſubmiſſione tractabat res diuiniores in hoc celebri Mariæ gymnaſio, vt ob Matris reuerentiam, qua illam audiebat, & interrogabat (ſicut poſtmodum legis Doctores) dicatur *eruditio*. Sic enim puer Ieſus frequentabat hanc Mariæ Academiam; vt ſpecie tenus erudiri videretur, dum cum Matre tractabat arcana diuinioris ſapientiæ ſacramenta: puerum enim agebat, & cum Matre obſeruatiſſimè conuerſabatur. Hoc ſenſu intelligenda ſunt verba S. Ildefonſi in lib. de virginitate S. Mariæ: *Sub Mariâ*, inquit, *diſciplina infans Deus verſatur*: Quaſi infans Ieſus eſſet ſcholaris Mariæ. Quid exaggeramus? Iure quidem non tantùm Aſſyrij, ſed & ſapientiæ luminares *mirantur ſapientiam eius*, Iudithæ inquam typicæ: vel potiùs figuratæ. Maria enim admiratio eſt Doctorum, & ſapientum ſtupor.

74. Cantic. Pagninus.

Puer Ieſus ſcholaris Mariæ cur dicatur.

Ianſen. Prouerb.

Mendoza.

Ildefonſ.

Iudith.

CAPVT XI.

Verſ. 19. Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, & in ſenſu verborum.

ET CAPVT VIII.

Verſ. 28. Omnia, quæ locuta es, vera ſunt; & non eſt in ſermonibus tuis vlla reprehenſio.

§. XVI.

Maria eſt lingua fidei, & Chriſtianæ religionis aſſertio.

EGimus in præcedenti §. de mentis Marianæ ſapientia, nunc de verborum ſenſu, ſeu veritatis eminentia nonnulla perſtringere operæpretium eſt. Et quidem *omnia, quæ locuta eſt* Maria, vſque adeò *vera ſunt*, vt iure optimo lingua fidei poſſit appellari. S. Ildefonſus ſerm. 2. de Aſſumpt. *Audite*, inquit, *Matrem Prophetiſſam Dei. Prophetiſſam dico: imò, vt ita dicam, Euangeliſtam.* Functáne Maria eſt Euangeliſtæ munere? Dilucidè Franciſcus Suarez diuinæ ſapientiæ diues theſaurus, tom. 2. in 3. p. q. 37. art. 1. diſp. 10. ſect. 1. affirmat accepiſſe Virginem aliquo modo donum illud, & ſingulare Spiritus ſancti auxilium, quod ſolet dari ſcriptori ſacro ad Canonicam ſcripturam ſcribendam. Nam ſicut ſcriptori Canonico Spiritus ſanctus dictat ſingula verba, ita B. Virgini dictauit ſingula verba, quæ in illo celebri Cantico, *Magnificat anima*

75. Ildefonſ. Suarez. *Maria Euangeliſta dicitur, ſignaculum fidei, & religionis aſſertio.*

mea Dominum, prorupit. Quæ omnia ſicut ab ipſa prolata ſunt, Lucas Euangeliſta ſcripſit: hoc enim & ad fidem hiſtoriæ, & ad reuerentiam debitam Virgineis verbis pertinet. Canticum autem illud canonica eſt Scriptura, non ſolùm quia materialiter, id eſt, quia Euangeliſta refert B. Virginem illud protuliſſe; ſed etiam formaliter, ac per ſe vt ab ipſa Virgine prolatum eſt, & vt tale recipitur ab vniuerſa Eccleſia. Huc vſque verba ſunt Suarez. Audis ex magni Theologi ore, Mariæ verba Euangeliſtæ priuilegio fuiſſe nobilitata? Vnde eleganter ſibi ſuffragatur S. Ildefonſus ſerm. 1. de Aſſumpt. Mariam appellans *Signaculum fidei*. Quaſi Mariæ verba inſigniant Chriſtianam fidem, & quaſi pendente ſigillo firment, & corroborent. Aptius de ſancta Deipara, quàm de Baptiſta Ioanne dixiſſet Petrus Damian. ſerm. 22. quòd lingua, & moribus fuit *Totius religionis aſſertio*. Et Germanus in oratione de Natiuitate, ſic Virginem alloquitur: *Gaude non ſcriptum ſanctitatis folium, veteris, nouique teſtamenti ſigillum*. Quid mirum, ſi Euangeliſtæ ſublimiori fungatur officio, quæ dicitur: Totius Chriſtianæ religionis aſſertio, ſignaculum fidei, & veteris, nouique teſtamenti ſigillum?

Ildefonſ.
Damian.
Germanus.

76\. Rupertus Tuitienſis lib. 1. de gloria, & honore filij hom. & lib. 1. in Cantica, Mariam appellat, *Propheti ſſam Prophetarum, & Magiſtram Magiſtrorum, id eſt, Apoſtolorum, fidei, ac religionis magiſtram*. Quo pacto B. Virgo erudire valuit Apoſtolos ab Spiritu ſancto immediatè edoctos? Quid potuerunt à Maria ediſcere, qui totum ſciebant ab Spiritu ſancto? Eleganter Caniſius lib. 5. de Virgine, cap. 1. *Licet enim*, inquit, *Apoſtoli per reuelationem Spiritus ſancti omnem fuerint veritatem edocti, incomparabiliter tamen eminentiùs, ac manifeſtiùs Maria, per eum Spiritum veritatis, illius veritatis profunditatem intelligebat: & per hoc multa eis per Mariam reuelabantur, quæ in ſe non ſolùm ſimplici ſcientiâ, ſed ipſo effectu, ipſo experimento didicerat, vt Anſelmi verbis vtar*. Scilicet ad eum modum, quo Spiritus ſanctus ſuggeſſit, & declarauit Apoſtolis, quæ, dum ſcholares Chriſti eſſent, ex eius diuino ore audierant, nec plenè intellexerant: *Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis*. Ioannis 14. v. 27. Ad eum inquam modum B. Virgo, quæ eminentiùs, & manifeſtiùs penetrauerat profunditatem doctrinæ, quam Apoſtolis Spiritus ſanctus ſuggeſſit, illam declarabat Apoſtolis, Vicario Spiritus ſancti magiſterio. Vt ſicut Spiritus ſanctus fuit quodammodo Chriſti interpres, & lingua; ſic Maria foret interpres, & lingua Spiritus ſancti. Pulchrè Rupertus lib. illo 1. in Cantica, hanc rem tractans, ſic fatur: *Quia Spiritus ſanctus Apoſtolos docuit, idcircò verbi magiſterio non opus illis fuit. Imò vox tua* (cum Maria loquitur) *vox illis fuit Spiritus ſancti, quidquid ſupplementi opus erat eiſdem mortalibus, vel teſtimonij ad confirmandos ſingulorum ſenſus, quos acceperant ab eodem Spiritu diuidente ſingulis prout vult, ex religioſo ore tuo perceperant*. Ecce tibi vox Deiparæ Apoſtolis fuit vox Spiritus ſancti. O diuinum & exprompſum oraculum! O arcanam Mariæ authoritatem?

Rupert.
Caniſius.
Vox Deipara dicitur Spiritus ſancti vox.
Anſelm.
Ioann.
Rupert.

77\. Prouerbiorum 8. verſ. 12. ſic loquitur B. Virgo: *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus*. Antiqui Codices habent: *Habito in Concilio*. Benè aduertit inibi P. Salazar, *Interſum* ſignificare *præſum*, ex verbi propria ſignificatione. Quaſi dicat Maria: *Ego habito in Concilio, & eruditis præſum cogitationibus*. Audi ſuper hac re Caniſium, qui ex ſententia, & verbis Ruperti nuper laudati ita fatur lib. 5. de Maria Deipara Virgine cap. 1. *Quid quod Maria non tam interfuit, quam præfuit priuatis, & publicis conuentibus in quibus tempore illo difficillimo, maximis de fidei negotiis Apoſtoli, aliique Seniores ſubinde conſultarunt, atque definierunt. Quod vt minus mirum eſſe videatur eruditus auctor Rupertus perſpicuè tradit, cùm ad primum Concilium Hieroſolymis celebrandum Apoſtoli conueniſſent, nec Mariam ſuo munere defuiſſe: quam non modò Magiſtram Magiſtrorum, id eſt, Apoſtolorum, ſed etiam fidei, ac religionis Magiſtram appellat*. Et poſt pauca ſubdit: *Quia Spiritus ſanctus illos docuit, idcircò verbi magiſterio non illis opus fuit. Imò vox tua, vox illis fuit Spiritus ſancti*. Longiuſculè, ſed quid omittendum? Ergo cùm vox Mariæ ſit vox Spiritus ſancti, lingua fidei, & totius veritatis aſſertio, verè dicere potuit, quod de ipſa prædixerat Salomon: *Ego habito in Concilio, & eruditis præſum cogitationibus*. Vnde *ſacrarium Spiritus ſancti, & Conſilium Verbi*, Maria dicitur à S. Ildefonſo ſerm. 3. de Aſſumptione.

Prouerb.
Salazar.
Maria Conciliorum Præſes dicitur.
Caniſ.
Ildefonſ.

78\. Canticorum 4. v. 8. *Veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana*. Vox *Amana*, *veritatem*, ſeu *fidem* ſignificat, vt interpretantur Theodoretus, & Iuſtus Orgelitanus. *Capitis* nomine præcipuum, & excellentiſſimum in aliqua re indicatur, vt exponit eruditiſſimus Martinus del Rio in florida Mariana ad feſtum Aſſumptionis, vbi pulchrè hæc verba Deiparæ accommodat. Nimirùm, Maria, quæ ſceptrum, & corona eſt orthodoxæ fidei, opportunè coronatur *de capite Amana*: id eſt, de præcipua medulla veritatis, & de ſublimiori arcano fidei. Quid Maria eſt Regina veritatis, ſceptrum fidei, aſſertio religionis, veteris, ac noui Teſtamenti ſigillum, Conciliorum præſes, & fidei ſigillum.

Cantic.
Theodoret.
Iuſt. Orgel.
Maria nominatur corona veritatis.
Rio.

Denique aduertere oportet B. Virginem donum linguarum habuiſſe etiam ad publicas functiones, & in die Pentecoſtes ſimul cum Apoſtolis illud accepiſſe, vt eruditè probat P. Suarez diſp. illa 20. ſect. 2. Qui addit: *Denique probabile eſt etiam ante illa tempora habuiſſe vſum huius gratiæ (ſi fortè neceſſitas, vel occaſio illum poſtulauit,) vt verbi gratiâ, quando Chriſtus adoratus fuit à Magis, credibile eſt illos intellexiſſe, vel cùm peregrinata eſt in Ægyptum, Ægyptiorum linguâ vti potuiſſe*. Quo miretur nemo typicam Iudith conuerſatam cum Aſſyriis, & Perſis ſic perſpicuè intellectam, vt verborum ſenſum, & elegantiam muto ore admirarentur vniuerſi.

Maria præpoſterò habuit donum linguarum.
Suarez.
Iudith.

Capvt XIII.

Verſ. 7. Reſpice in hac hora ad opera manuum mearum, vt, ſicut promiſiſti, Ieruſalem ciuitatem tuam erigas, *&c.*

§. XVII.

Quid Mariæ debeant auguſtiora Chriſtianæ Religionis Sacramenta.

79\. NOn eſt bonus accepti beneficij interpres, qui ignorat an beneficium acceperit. Accidit autem eiuſmodi ignoratio, vel ex hominis vitio, qui vt multoculus eſt cùm donat, ſic cæcus eſſe ſolet dum accipit: vel ex largiori donantis munificentia, qui

qui enim non det dantis ambitioni, ſed indigentiæ accipientis, ita magnifica ſæpè donat, vt beneficia anteuertant neceſſitatem, imò & perſpicacem accipientis ſenſum. Porrò neſcientem numerare, muneris lenocinium eſt, quia non dedit rependendæ gratiæ, ſed leuandæ miſeriæ. Qui ſic donat non pudet beneficium, ſed auget liberalitatem; non concepta ſpes gratitudinis, liberalitatem egregiè demonſtrat. O Mariæ velut effuſam liberalitatem, cui ſedulò lenocinatur ambitione latendi! Donas ô Virgo, indigentiæ noſtræ, non gloriæ tuæ, imò ex indigentia noſtra adiſcitur gloria tua. Quid boni habes, ô homo, quod à Maria non accepiſti? Quòd ſi per Mariæ manus vel neſciens accepiſti, gloriare, quia ab illa accepiſti: neque enim gratitudinis tributum [illegible] exigit, quæ neſcientibus donat: nam gratiam do beneficij accepti, & cogniti negotium eſt. Nemo libenter beneficium debet alicui, à quo neſcit [illegible] acceperit. Verùm ſi fieri potuiſſet, vellem hic videre hanc Mariam munificentiæ ignorationem, &(vt alia omittam, quæ alibi trado) paucis oſtendere, augustiora noſtræ fidei myſteria Virginis [illegible] ab hominibus quodam modo deberi: vt acceptorum munerum notitia aliorum accipiendorum ſpem erigat, & gratitudinem extorqueat vel à bruta natura. Breui percurro ſingula Chriſti Dei myſteria eo ordine, quo geſta ſunt.

80. Incarnationis myſterium Mariæ meritis congruè impetratum, proceres Theologorum adſtruunt quos alibi ſenatum recenſui. Vnde à S. Ildefonſo ſerm. 7. de Aſſumpt. dicitur Maria, *Mundi ſaluatrix*, & à Theophane in hymno de Annunciat. *Eius redemptio.* Mitto hæc, quia communia cum reliquis antiquorum Patrum. Et ſi Maria augustiori merito ea congruentiùs impetrarit, & in vteri ſui generoſo thalamo à Spiritu ſancto maritata, diuini Verbi corporationem arcanè peregerit: quod ſolius Mariæ elogium eſt, ſed vulgo decantatiſſimum. Cæterùm non indonea quæſtio eſt, an Verbū ſumpſerit carnem humanam, vt Mariam veram Dei matrem, & verè Deiparam faceret, quod pudeat Neſtorium, diuinam maternitatem Virgini denegaſſe: & [illegible] in imo Tartaro [illegible] occiſum, [illegible] aduerſus Virginem oris, pœnas æternùm luit, audiat non tantùm in cælis ratum eſſe, Mariam eſſe verè Theotocon, ſeu Dei matrem, ſed an Deus ſic affectus erga Virginem fuerit, vt decreuit humanam carnem induere, vt Mariam veram Dei matrem efficeret, quod eſt ſummum humanæ naturæ elogium, poſt hypoſtaticam vnionem. Nec putes nouellam eſſe quæſtionem, nam illam breui perſtringit Hugo Carenſis in cap. 2. Matthæi ad illa verba: *Accipe puerum, & matrem eius*, tametſi ex S. Chryſoſtomo id neget his verbis: *Non enim propter matrem filius natus eſt.* Nam communis Theologorum vox eſt, Virginem matrem prædeſtinatam, & natam fuiſſe propter corporandum Dei filium, hoc eſt, vt Dei filium, hominem faceret; non contra, Dei filium hominem factum, vt Mariam faceret Dei matrem, & auguſto Deiparæ elogio illam ſublimaret. Verùm qui cum Scoto, & eius ſubtili ſchola, cum Franciſco Suarez, & eius aſſeclis, ſeriò cenſent, diuinum Verbum aſſumpturum humanam carnem, etſi non præuidiſſet humanum lapſum, forſitan expromptè poſſem inter fines minùs præcipuos, hunc recenſere, nimirum, vt Mariam ad generoſam maternitatis diuinæ gloriam eucheret. Nihil hic decerno contentus propoſuiſſe quæſtionem, quæ in Virginis laudem eximiè cedit: illam decidere ſubtilioris ſcholæ otiū, & negotiū eſto. Quis hinc nō videat ſiue ex vtroque ſiue ex alterutro philoſophandi modo, Incarnationis myſterium multum debere Marianis obſequiis.

Ildefonſus. Theoph.

An verbum carnem induerit, vt Mariam faceret Dei matrem.

Hugo. Matth.

Scotus. Suarez.

81. Ad hæc in Sacramento Redemptionis humanę multum negotij, & meriti contulit B. Virgo, Mitto Corredemptricis meritum, quo eximiè nobilitatur Maria à SS. Patribus de quo latè noſter Salazar: & Arnoldus Carnotenſis in Tractatu de laudibus Mariæ, ſic fatur de Chriſto Deo, cruci affixo, & aſtante Deiparâ patienti filio: *Vnum pariter holocauſtum ambo pariter offerebant Deo: Maria in ſanguine cordis, Chriſtus in ſanguine carnis.* Et ſanè vetus quæſtio eſt quamobrem Chriſtus Deus tot, tantáque tormenta paſſus ſit in Paſſione: nam ad hominum copioſam redemptionem, mitior paſſio ſufficeret, vtpote infiniti valoris? Arguté S. Ildefonſus in ſerm. de Natiuit. Mariæ: *vt Mariam*, inquit, *veram matrem oſtenderet, verum ſe hominem patiendo tormenta monſtrauit.* Nempe vſque adeò ſatagit Chriſtus Deus ſe verum Mariæ filium demonſtrare, vt tot ſubire tormenta non abnuerit, cruciamentis demonſtrando ſe verum eſſe Mariæ filium, ipſam indubiè eſſe genitricem Dei. Scilicet tanti æſtimat Chriſtus Deus, *Mariam veram ſui matrem oſtendere*, vt non tantùm propter hominum redemptionem, ſed etiam, vt auguſtum Deiparę elogium palàm comprobet Marię, acerbiores cruciatus lubens ſubierit, ex mente Ildefonſi. Ergo hoc titulo magnum dominicæ Paſſionis ſacramentum Mariæ debemus.

Arnold. Carnotenſ.

Tot cruciamenta paſſus eſt Chriſtus, vt ſe verū filium Mariæ probaret.

Ildefonſ.

82. Et ſanè ſi Paulus auſus eſt dicere, *Adimpleo ea quæ deſunt Paſſionum Chriſti in corpore meo.* Ad Coloſſenſes 1. verſ. 24. Potiori quidem iure id dicere potuit B. Virgo, quę complementum, & conſummatio Paſſionis meritò appellatur ab Arnoldo Carnotenſi in Tractatu de verbo illo, *Mulier ecce filius tuus*, loquitur Arnoldus de filio in cruce patiente, & matre iuxta crucem compatiente: *Oportebat quidem*, inquit, *ad ſanguinem animæ, & carnis ſuæ addere ſanguinem, & eleuatis in cruce manibus celebrare cum filio ſacrificium vespertinum: & cum Domino Ieſu corporali morte redemptionis noſtræ conſummare myſterium.* Audis quòd Maria dicitur *conſummatrix redemptionis*, ſiue complementum Paſſionis? Lubet exclamare cum S. Gregorio Nazianzeno: *O Chriſti exinanitio, & paſſiones ipſius* (non iam Gorgoniæ, ſed Marię) *mortificatione decorata!* Porrò dū in Cruce moritur Chriſtus, ſimul & mortificatur iuxta crucem Maria: & filio commoriens, *Redemptionis noſtræ cōſummat myſterium, & decorat Paſſionem.* Euge glorioſa Virgo, verè tu es Corredemptrix humani generis, redemptionis conſummatrix, & Paſſionis decus, potiori iure, quàm dixit de ſe Paulus eſſe Chriſti Paſſionum complementum.

Ad Coloſſ.

Arnold. Carnot.

Maria eſt Paſſionis decus.

Greg. Naz.

83. Cæterùm curioſè ſciſcitabitur quiſpiam vtrùm immunitas Ieſuani cadaueris ab horrore putredinis, & vermium ſqualore debeatur Saluatori, quia almę Virginis filius eſt. Profectò illuſtre eſſet Marię encomium, ſi quia filius eius eſt, exemptus foret Chriſtus Deus ab hoc naturæ humanæ dehoneſtamento. S. Bernardus ſerm. 35. in Cantica, expendens illud Pſalmi 15. verſ. 10. *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, ſic eleganter fatur: *Haud dubium quin de corpore dicat, quod in ſepulchro iacebat exanime; hoc enim ſanctum. Et Angelus, qui nunciauit Virgini, locutus eſt, dicens: Et quod naſcetur ex te ſanctum, &c. Quo ergo pacto ſanctum poterat videre corruptionem, quando de incorrupti vteri perpetuo virore vernantibus paſcuis ortum, etiam*

An à Mariæ puritate ſit Chriſti Dei in ſepulchro incorruptio.

Pſalm. Bernard.

Lucæ 1.

auidos Angelorum in se figi possit obtutus insatiabiliter oblectandos? Virgo mater, quodammodò partitur negotium Dominicæ Resurrectionis cum Patre Deo? Non subiacet Christus squalori putredinis, quia filius Mariæ est; & incorruptus gloriosè resurgit, quia etiam filius Dei est? Ecce tibi quantùm meriti conferat purissima Virgo ad illustre Resurrectionis sacramentum. De triumphali descensu ad inferos, quod est mysterium Resurrectioni cognatum, ita scribit S. Epiphanius in serm. de laudibus Deiparæ: *Per te* (ô B. Virgo) *mors conculcatur, & spoliatur infernus.*

Maria operata ad spoliandum infernum. Epiphan.

84. Multæ, ipsæque grauissimæ causæ exigebant, vt Christus Deus peractâ hominum redemptione, & instructâ iam fidelium Ecclesiâ, triumphali pompâ ad cælos ascenderet. Quibus aliam adnumerare licet, quam adducit Guarricus serm. 4. de Assumpt. inducens Christum sic loquentem: *Ego vt Patrem honorarem, in terram descendi; nihilominus vt Matrem honorarem, in cælum reascendi.* Vellem paulò accuratiùs expēdere τὸ *nihilominus.* Hispanè *nosmenos.* Sed nolo per exaggerationem crepidines excurrere: Expendat qui volet, in æuo ad calumniandum proclium.

Quid gloriosa Christi Ascensio debeat Mariæ. Guarricus.

Super Trinitatis mysterio non pudet subiicere sudata Hesychij verba homil. 2. de Deipara. Vbi illam appellat *Trinitatis complementum.* De terrestri Trinitate, multa congerit P. Morales vel ad lectoris nauseam. Quo autem modo B. Virgo dicatur supernæ Triados complementum passim buccinant concionatores. Profectò hæc Hesychij verba nō tam hic exscribenda erant, quàm non omittenda, ne vllum deesset ex magnis fidei nostræ mysteriis. Ferè hæc omnia paucis verbis complexus est S. Cyrillus Alexandrinus tom. 4. homil. 6. contra Nestor. sic cum ipsa Virgine loquens: *Tu sceptrum orthodoxæ fidei: per te Trinitas sanctificatur: per te crux pretiosa dicitur, & adoratur in toto orbe terrarum, per te exultat cælum, lætantur Angeli, & Archangeli, fugantur Dæmones, & homo ipse ad cælum reuocatur.* Quod modo Deipara cælestem Eucharistiæ cibum condiat iam iam tracto: ne vllum ex præcipuis mysteriis desit, ad quod egregiam operam Maria non contulerit.

Hesychius. Morales. *Triados complementum dicitur.* Cyrill. Alexand.

---

§. XVIII.

Quam operam B. Virgo contulerit ad Eucharistiæ institutionem, & an reliquiæ Deiparæ in Eucharistico pane adorentur?

85. MEnsura summæ munificentiæ est, vt quàm minimè mortale munus sit. Hoc munerandi elogium, in Eucharistico munere maximè elucet, in quo Deus ipse vltrò sese donat hominibus ad immortales palati delicias. O augustissimum Dei donatiuum, in quo Christi deificata caro apponitur ad beatam animarum saginam, quâ adipatur mortalis homo, & immortali saginatus cibo delibat diuinitatis saporem in modico panis fragmēto! In hoc Eucharistiæ cibo mādūcatur medulla Deitatis, eniscerattur Christi caro diuinitatis bibula, & homini cōuiscereatur arcanè. Iure expetitur à deuotis Deiparæ alumnis, quam operam contulerit huic maximo sacramento Mariæ meritum, & industria? Et quidem maximam contulisse in confesso est omnibus, qui aliquid ex sacra eruditione libarunt.

Profectò Christus *est granum frumenti*, ex quo panis conficitur qui cor hominis confirmat, vti ex Origene, S. Cyrillo Alexandrino, S. Augustino tradit Lauretus Cernar. Idoneè S. Ambrosius, in lib. de instit. Virg. *Vnum,* inquit, *granum frumenti fuit in vtero Virginis Christus Dominus.* Hoc *granum frumenti* in fertili virginei vteri agello diuinâ virtute satus, cælestis gratiæ rore, & Spiritus sancti calore fœcundatus, sic excreuit in *rationalem spicam* (sic loquitur Basilius Seleucus) vt ex illâ confectus sit Eucharisticus panis. *Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis.* Cant. 7. vers. 2. Pergit S. Ildefonsus in serm. de Natiuit. Mariæ. *Maria,* inquit, *nutrit Angelorum, & hominum cibum.* Et mox: *Lacta Maria Creatorem tuum, lacta panem cæli.* Ecce Maria lacteum Eucharistiæ panem nutrit ad delicias Angelorum, & hominum. Præterea *Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier* &c. Quæ est hæc mulier, quæ fermentat Eucharistiæ massam, & dulci acore erudit ad cælestis gloriæ saporem? Ad rem S. Chrysologus serm. 99. quo soleat acumine, ita fatur: *Maria huius fermenti implet typum, dum de supernis suscipit fermentum Verbi, & humanam carnem in aluo Virginis, cælestem totam conspergit in massam.* Quin & virgineus Mariæ vterus, clibanus est, qui Deitatis igne, & ardentissimi amoris flammâ coquit cæli panem. Maria enim *est clibanus intellectualis, quæ ignem, & vitæ panem habebat.* Verba sunt S. Epiphanij in serm. de laudibus Mariæ. *Num virginis vterus panem vitæ Christum per nouem menses decoquendum accepit,* ait P. Salmeron (Protoparentis nostri Ignatij socius & sanctissimus & eruditissimus) tom. 3. Tractat. 8. Opportunè pulchra Rebecca, pulcher Mariæ typus, vt palati deliciis emeret benedictionem dilecto Iacobo, *Parauit illa cibos, sicut velle nouerat Patrem illius.* Geneseos 27. vers. 14. Dulciùs quodam modo sapit Eucharisticus cibus, quia Mariæ arte, manu, amore conditur. Quid non sapiat à Mariæ melleis manibus, à Mariæ dulci amore, à Marię sapida industria? Tu es, ô beatissima Virgo, feracissimus Eucharistici frumenti agellus, tu es nutrix cibi Angelorum, & hominum, tu lactas Eucharistiæ placentam, tu es fermentum, clibanus, & pistrix cęlestis panis, quem Angeli insatiabiliter expetunt in cælesti gloriæ conuiuio: tu es illa nubes arcana, quę cælestem mannam pluit non Hebrææ genti, sed Christiano populo. *Quin potius ipsam Mariam, manna dixerim, quia est subtilis, splendida, suauis, & virgo,* ait S. Maximus homilia Dominicæ in Palmis: vt hinc rimari liceat affinitatem Marię cum Eucharistico manna. 86

Origen. Cyrillus. August. Ceruarius. Ambros. Basilius Seleucus. Cantic. Iudith. Ildefons. *Maria Eucharistiam fermentat, & apparat.* Chrysol. Epiphan. Salmeron. Genes. Maximus.

Et quidem non nemo hâc nostra ætate, eò deuotionis progressus est erga B. Virginem, vt disputet an Eucharistiæ sacramentum coli, & adorari etiam possit, quasi Mariæ adhuc superstites reliquiæ, quod fortè alicui verosimile videbitur. Nam vt docet magnus ille Theologus P. Franciscus Suarez tom. 2. in 3. p. q. 27. art. 1. disp. 1. sect. 2. *Facilè credi potest, illam substantiam carnis, quam Christus assumpsit ex Virgine, nunquam fuisse omninò dimissam, aut continua caloris naturalis actione resolutā, sed eamdē omninò fuisse semper conseruatā, & Verbo Dei vnitam.* Quod probabile censet tum ex philosophica ratione, tum ex speciali prouidentia, & voluntate ipsiusmet Christi Dei, qui id præstare potuit. Nec temerè id censet sapientissimus Suarez planè imbutus Sanctorum Patrum doctrinis. Audi S. Augustinum in serm. de Assumpt. Virginis cap. 5. *Caro Christi, caro est Mariæ.* Et statim: *Caro Christi* 87.

Maria reliquiæ adorarine possint in Eucharistia. Suarez. Augustin.

Christi quamuis gloria resurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen mãsit, quæ suscepta est de Maria. Et Petrus Damianus serm. 1. de Natiuit. Mariæ postquam retulit tres modos, quibus Deus inest creaturis, hæc verba subdit: *Quarto modo inest vni creaturæ, videlicet Mariæ Virgini, indentitate, quia idem est, quod illa. Hic taceat, & contremiscat omnis creatura, & vix audeat aspicere tantæ dignationis immensitatem.* Et Arnoldus Carnotensis Tractatu de laudibus Mariæ: *Vna est Maria, & Christi caro, vnus spiritus, ex quo dictum est ei; Dominus tecum.* Porrò si caro Christi caro est Mariæ, numquámque dimisit Verbum virgineam carunculam, quam ex purissimis Deiparæ visceribus mutuauit, quid prohibet in Eucharistia adorare, tanquam Mariæ reliquias, carnis portionem, quam adhuc Christus retinet ex Maria: Euge vera Dei mater, & inde Eucharistica Virgo, Euge sacrosanctum Deitatis panarium, quod vitæ panem mundo suppeditauit.

P. Damian.

Arnoldus. Carnotens.

88. Mathæi 26. v. 27. *Et accipiens calicẽ gratias egit: & dedit illis, dicẽs: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Nempe ille ipse sanguis, qui pro mundi redemptione effusus est in Passione, ille, idemet consecratur in calice. Appositè ergo Eusebius Emissenus homil. 1. de Natiuit. Domini: Christus *de carne Mariæ coagulatus, de eius formatus visceribus, de eius substantia consummatus* (pulchra quidem verba, sed pulchriora subdit) *Sanguinem, quem etiam pro Matre obtulit, de sanguine matris accepit.* Pergit Petrus Damian. ser. 45. & modulatè concinit Emisseno: *Manat aliquid ex vberibus Virginis, & incarnem vertitur Saluatoris.* Et mox: *Illud, inquam, absque vlla dubietate non aliud nunc de sacro altari percipimus, & eius sanguinem in Sacramentum nostræ redemptionis haurimus.* Quid luculentius ad hanc rem:

Matthæi. *Mariæ reliquiæ in Eucharistia supersunt.* Emissenus.

Damian.

89. Vnitatem Marianæ carnis cum carne infantis Christi profundè meditatus est Tertullianus in lib. de Carne Christi. cap. 20. explicans illud Psalmi 21. v. 10. *Quoniam tu es, qui extraxisti me de vẽtre.* ita exscribit Tertullianus: *Quia tu es, qui auulsisti me ex vtero matris meæ. Quid auellitur, nisi quod inhæret, quod infixum, innexum est ei, à quo vt auferatur, auellitur? Si non adhæsit vtero, quomodo auulsus est? Si adhæsit qui auulsus est, quomodo adhæsisset, nisi dum ex vtero est? Ita concarnatur, & conuisceratur.* Ecce tibi Dei Filium concarnatum, & conuisceratum Virgini Matri, quia ex vtero eius Christus est; & quia carnis portionem, quam accèpit ex Virgine, nunquam dimisit, & quia eam cum reliqua carne, & asseruat in cælo, & tradit in Eucharistia: *Illud, inquam, absque vlla dubietate, non aliud, nunc de sacro altari percipimus.* Nempe corpus Christi Dei incarnatum, & conuisceratum Virginis carni. Sic, sic inquam non palati sapor, sed argutus Christi amor *Panem effeminat*, vt aliorum dixit eleganter Clemens Alexandrinus lib. 2. Prædagogi, cap. 1. Ergo Mariæ clientes esurite delicias huius effeminati panis, ibi Deus ipse arcanè latet, ad edentium gloriam; Christus inest ad vbertatem gratiæ, nec deest Marianæ carnis aliqua adhuc portiò: *Nam Maria est à Christo, velut esca dulcissima collocata*, ait S. Catharina Senensis Tract. 4. Dialog. c. 149. Adorate in hoc cælesti cibo superstites Mariæ reliquias, gustate hanc suauissimam escam æmulam cælestis beatitatis.

Psalm. Tertull.

Christus Deus concarnatur, & conuisceratur Deiparæ.

Clem. Alex.

S. Catharina Senensis.

90. Denique ne quid Mariæ desit, quod faciat ad Echaristiæ mysterium, eam appellat S. Epiphanius serm. de laudibus Deiparæ: *Velut Sacerdotem pariter, & altare, quæ quidem mensam ferens dedit nobis cælestem panem Christum, in remissionem peccatorum.* Maria est esca dulcissima, quæ nobis præbet corpus filij sui in escam animarum; & ipsa *Diuinitatis bibula*, porrigit nobis bibendum sanguinem filij sui, cum proprij sanguinis eximia portiuncula. Audite pij piæ Matris alumni, ipsa clamantem, Prouerb. 9. v. 1. *Sapientia ædificauit sibi domum, immolauit victimas suas: miscuit vinum, & proposuit mensam. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.*

Epiphan. *Maria est Sacerdos, & altare.* Chrysol.

Prouerb.

Capvt XIII.

Vers. 10. Et percussit bis in ceruicem eius (*Holofernis*,) & abscidit caput eius, *&c.*

§. XIX.

Maria est serpentis Dæmonis serpens femina, Tartarorum pauor, & Dæmonum arcanior gehenna.

HOlofernem symbolum esse Diaboli; per Iuditham verò Mariam adumbrari conuenit inter eos, qui mysticos sensus venantur. Benè quidem typica Iudith ferit Diabolici Holofernis caput, quia de figurata Iudith, de Maria inquam, scribitur, Genesis 3. v. 15. *Ipsa conteret caput tuum.* Et quidem secundùm sensum literalem de Virgine interpretantur hæc verba nobiles Commentatores. Vnus Hieronymus in quæst. Hebraïcis exscripsit, *Ipsa seruabit caput tuum.* Vt aptiùs hæc sententia quadret in Iuditham, quæ primò *abscidit*, & *contriuit* caput Holofernis, posteà *seruauit*, mittens illud in perã suam, vt deportaretur in Bethuliam, ad sumptuosiùs detriumphandum. Itaque Iudith figurata, nempe Maria, serpentis Dæmonis caput abscidit, & contriuit. S. Bernardus homil. 2. super *Missus est*, ita fatur: *Ipsa contriuit caput venenatum, quæ omnimodam maligni serpentis suggestionem tam de carnis illecebra, quam de mentis superbia, deduxit ad nihilum.* Maria serpentem conterens, dicitur deduxisse ad nihilum humani generis hostes: Iudithæ verò palàm ostentanti præcisum Holofernis caput, acclamant Bethulienses, *Benedictus Dominus in virtute sua, qui per te ad nihilum redegit inimicos nostros.* 91.

Genes.

Hieronym. *Maria serpentem Holofernem detriumphat.*

Bernard.

Iudith.

S. Bernardus adhuc præfatum Geneseos locum emedullans, ita scribit in eadem homilia: *Placuit Deo eo potiùs, & modo & ordine hominem sibi reconciliare, quo nouerat cecidisse; vt sicut Diabolus priùs seduxit feminam, postmodùm virum per feminam vicit, ita priùs à femina Virgine seduceretur.* Nimirùm serpens Dæmon feminam seducendo diiicit, & profligauit totum hominum genus; ita valdè expediebat, vt ipse seductor seduceretur à femina Virgine: *Seductori imposturam fecit, & mentientem fefellit*, dixit aliàs Eusebius homil. de sancto Maximo. Ergo sicut Iudith seductorem seduxit, sic Maria seductoris seductrix fuit, & fallenti serpenti imposturam fecit. Quasi Maria fuerit serpentis serpens. Quò videtur alludere Clemens. Alexandrinus in Adhortat. ad Gentes, vbi *serpentem feminam indigitat.* Itaque quodam modo Maria dici potest *femina serpens* serpentis Dæmonis. Nam sicut seductor serpens feminæ 92.

Bernard. *Maria est serpentis Dæmonis serpens femina.*

Eusebius.

Clem. Alex.

impoſturam fecit, mentiendo eam fallens: ita *femina ſerpens* Maria, ſerpentem Dæmonem veritate fefellit. Vnde quemadmodum homines horrent Dæmones, territantúrque vel Dæmonis vmbrâ, & vocabulo: ita Dæmonibus inſignem metum, & pauorem incutit Maria, quæ illis formidabilis, & terribilis eſt, pauidéque perhorreſcunt vel Mariæ dulce nomen. *Abſcedat itaque* (audito Mariæ nomine,) *ſerpens quantum poteſt, totámque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus ſeriem ſuam euoluat, tortuosè procedat, nec ſemel totus, lucifuga beſtia.* Verba ſunt Tertulliani aduersùs Valentin. cap. 3. O triumphalis Virgo, tu piè ſeduxiſti ſerpentem, qui humanum genus impiè ſeduxit, tu es aſtuti ſerpentis prudentiſſimus ſerpens. Tantæ victoriæ feſto tripudio adplaudunt cælicolæ omnes, & triſtes vlulant infernales cateruæ, quæ te quodam modo magis timent, quàm ipſa, quæ patiuntur gehennalia cruciamenta.

Tertull.

93 Geneſ.

Geneſeos 3. v. 16. Serpens Dæmon conuincitur fraudulentæ ſeductionis, quæ & protoparentes perdidit, & vnà genus hominum: adeſt ſtatim vindex Deus, & tanti flagitij meritas repoſcit pœnas: Audi ſupplicium, quo culpatiſſimus Dæmon mulctatur: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem,* O ridicularium ſupplicium! Hæcne pœna eſt Dæmonis, an feminæ? Quid timeat Diabolus à deuicta femina? & quid non metuat deuicta femina ab hoſtilitate victoris Diaboli? Expectabam ego ad vltionem tanti flagitij, diuinum furorem iracundiæ ingenio adinuenturum aliud ſupplicium gehennali pœnâ acerbius, cui damnatiſſimus ſerpens de nouo addiceretur, & tamen damnatur ad inanes, & futiles inimicitias cum femina. Verùm enimuerò ſeueriſſima pœna eſt Dæmoni, damnari ad æternas cum Maria inimicitias, à quibus æmulo gehennæ incendio æternùm exæſtuat. Bellè ait Richardus Victorinus cap. 26. Commentariorum in Cantica: *Virgo tenebrarum principibus terribilis fuit, vt ad eam accedere non præſumpſerint. Deterrebat enim eos flamma charitatis, incendebant orationes, & feruor deuotionis.* Quaſi flamma Marianæ charitatis, pietatis ardor, & feruor deuotionis, ſit incendium Dæmonum, & altera Diabolorum gehenna; quam denuò patitur ab inimicitiis cum femina. Nec miretur aliquis Mariæ vitam dici Dæmonum mortem: & ardorem Marianæ charitatis appellari Diaboli gehennam: quia *fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Canticorum 8. v. 6. Nomine *æmulationis*, charitatem iterùm ſignificari, communior interpretatio tenet. Itaque Mariæ ſanctitas, & virtus, eſt Dæmonis mors? & Virginis charitas, quaſi infernalis Dæmonum gehenna. Euge Maria, diuinum monſtrum, quæ pariter mortalium vita es, & Dæmonum mors; Tu es hominum gloria, & glorioſæ beatitudinis ſpes; & ſimul Diaboli arcanum incendium. O ament te omnes homines, vt timeant, & horreant omnes ſpiritus tartarei: horum *pœna tua argumenta ſunt gloria*, dixit aliorsùm Emiſſenus, ſermone de S. Romano.

Dæmon ſerpens pœnaliſſimè damnatur ad inimicitias cum Maria

Ricardus Victorinus.

Maria eſt Diabolorum gehenna.

Cantic.

Emiſſenus.

94 Richard.

Legimus Christum à Dæmone tentari; Mariam verò tentari, nuſquam legimus. Imò Richardus Victorinus nuper allegatus, ita ſcribit: *Virgo tenebrarum principibus terribilis fuit, vt ad eam accedere, eámque tentare non præſumpſerint.* Numquid impudentiſſimus Dæmonum, qui Chriſtũ Deum tentationibus adoriri auſus eſt, Virginem tentare non præſumpſit? Perhorreſcit ſuggeſtione inuadere matrem Virginem, qui filium Deum tentare non exhorruit? Profectò temerarius inuaſor extitit Dæmon, quando Chriſtum tentare præſumpſit. Secum priùs pertractabat Diabolus negotium Dominicæ tentationis. Hinc animabatur impudenter, inde terrebatur egregiè. Macilentus erat Chriſtus à ieiunio, & inde animi tentatoris; ſed totis quadraginta diebus cibo abſtinere, humanas vires excedere videbatur. Vocem Patris in deſerto Diabolus audierat, quâ Deus teſtabatur diuinam Chriſti filiationem, ſed Dæmon videns quouſque habebat oculos, hominem cernebat, Deitate inuisâ. Sãctior Chriſti vita, & conuerſatio, ſupra humanum faſtigium extolli probabat, ſed libidine congrediendi, & auſpicio primordialis victoriæ, victoriam Dæmon præſumebat. Multa, ipſáque grauiſſima Dæmoni obuerſabãtur, quominùs auderet cum Chriſto congredi: ſed potentiſſimam (& à qua ferè exanimis recedere moliebatur,) putabat, Chriſtum eſſe Mariæ filium; Mariæ inquam, quam Dæmonibus eſſe terribilem planè nouerat. Luculenter S. Maximus hac ſuper re ſcribit homil. 1. de Ieiunio: *Animabat Dæmonem præſumere congreſſum, partus femineus; ſed terrebat Virginitas parientis.* Scilicet nihi æquè exanimabat Dæmonem quominùs auderet congreſſum, quàm noſſe, Chriſtum tentandum, eſſe Virginis filium. Timet cautè, ne Matris Virginis vigor in Dæmones, generosè hereditario iure vigeat in ſobole. Quaſi non tam expaueſcat congreſſum ob diu expertam ſanctitatem Chriſti, ob inediæ ſuſtinentiam, ob auditam vocem Patris, &c. quàm quia ſoboles Virginis eſt. Sic puſillanimes facit Dæmonas, vel cognatio cum Maria, ſic Maria terribilis eſt Tartareis phalangibus. O Mariæ *lenis anima*, mitis, amœna, ſuauis, & tota hominibus amabilis; pariter & tota terribilis Dæmonibus. Tu es immortalis eorum mors, eorumdem horror, & terror. Propter te vix audet Dæmon tentare Chriſtum; quin & etiam perhorreſcit tentationibus inquietare tuos alumnos: *In omni autem ſpatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Iſraël, & poſt mortem eius annis multis*, dicitur de typica, & de figurata Iudith cap. 16. v. 30. *Cùm muliebris infirmitas non modo ſexum ſuperat, ſed & mundi huius Principem inſuperabili mentis magnitudine triumphat.* Verba ſunt Petri Domiani ſerm. 35. Inſuperabilis animi tui magnitudo, vigor ſit puſillanimitatis humanæ.

Dæmon timet cum filio Virginis congredi.

Maximus.

Iudith.

Damian.

95 Caniſius.

Caniſius lib. 1. de B. Virgine Maria, præclarum eiuſdem nomen ediſſerens, ita ſcribit: *Maria deducitur à verbo* Iarach, *quod rebellionem deſignat. Es Maria vn valiente motin.* Arcanum planè epitheton, & accuratiori expenſione dignum. Quid Mariæ cum rebellione? Maria tota mitis eſt, pacata, tranquilla: at rebellio pugnacem defectionem ſonat. Num à ſuperba (vt ſic loquar,) ſanctitatis ſublimitate Maria rebellauit in Deum? Saltem Verbi incarnationem in vtero eius peractam Andreas Ieroſolymitanus, *Spiritus inuaſionem* appellat. Quid? rebellauit in Dæmonem cùm in glorioſo puræ Conceptionis inſtanti, imminens primæuæ tyrannidis iugum excuſſit? Planè rebellauit aduersùs Tartareum imperium, quæ Holofernem Dæmonem piâ fraude, gratiæ viribus induſtriæ robore debellauit, deuicit, detriumphauit.

Andr. Ieroſ.

CAP.

Digitized by Google

Capvt XIII.

Verſ. 10. Non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari.

§. XX.

Figurata Iudith populi ſui vindex, vindicatur ab originali delicto, & illius contrahendi reatu.

96.
Anſelm.
Ad Mariæ Conceptionem laudandam, ſeque ſtrandum eſt cor à collegio carnis.

PRæclara Anſelmi vox eſt in lib. de Excell. Virg. cap. 8. *Immenſitatem gratiæ & gloriæ, & felicitatis tuæ conſiderare cupienti, ſenſus deficit, lingua fatiſcit.* Infans planè eſt mortalium lingua ad Marianæ gratiæ gloriam, felicitatem, immenſitatem dignis laudibus prædicandam. Imò nec ipſa mens, Virginis prærogatiuis cogitando aſſequi valet, quamdiu cogitandi officina, humanorum ſenſuum torpore hebetatur. *Adeò autem* (verba ſunt Tertulliani, lib. de Reſurrectione carnis, cap. 15.) *non ſola anima tranſigit vitam, vt nec cogitatus licet ſolos auferamus à collegio carnis. Siquidem in carne, & cum carne, & per carnem agitur ab anima, quod agitur in corde. Hanc denique carnis ſpeciem etiam Dominus in ſuggillatione cogitatuum taxat. Quid cogitatis in cordibus veſtris?* Nempe cùm captum humanorum ſenſuum tranſcendat Marianæ puritatis lux, oportet tantiſper mentem abſtrahere à collegio carnis, ne ſuggillatio humanorum cogitatuum culpet ſideream Mariæ puritatem, quæ humanos ſenſus longè ſuperat. Ergo mente Scripturarum, & linguâ SS. Patrum quæ ſequeſtrata eſt à carnis collegio, eloqui cambio puriſſimam Beatiſſimæ Virginis Conceptionem, à carnis contagio, & labe prorſus immunem, præclariorem ſiderum iubare, & Angelorum fulgore, & diuini candoris de puritate æmulam.

Tertull.

97.
Iſaiæ.
Maria ſpoliis Holofernis dæmonis donatur ad Conceptionis puritatem

Iſaiæ cap. 49. verſ. 24. ita Dei inſtinctu buccinat Euangelicus Propheta: *Nunquid tolletur à forti præda, aut quod ablatum fuerit à robuſto, ſaluum eſſe poterit?* Reſpondet ſtatim: *Equidem captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robuſto, ſaluabitur.* Quibus verbis mihi videtur & typicæ Iudithæ illuſtre facinus adumbrari, & indemnis Marianæ Conceptionis puritatem vindicari. Maſculo robore, & virili dextrâ truncat Holofernem Iuditha, redit ſoſpes ad ſuos Bethulienſes, victrix canit, triumphat. Principe occiſo terga vertunt Aſſyrij, paſſim funduntur, trucidantur, proculcantur. Opima Perſici exercitus ſpolia capiunt Hebræi, quibus opulentiſſimè ditantur omnes. Attende ad arcanam opulentæ prædæ diſtributionem. Iudith 15. v. 14. *Porrò autem vniuerſa, quæ Holofernis peculiaria fuiſſe probata ſunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi à populo.* Iure quidem Hebræus populus à Deo inſtinctus Holofernis opulentæ gazis Iudithiam, quæ Holofernem detriumphauit. Quis neſcit, quod ſæpe adnotauimus, nempe Holofernem in hac Hiſtoria myſticè Diabolum adumbrare, Iudithiam verò eſſe Mariæ ſymbolum? Arcanè ergo *Vniuerſa quæ Holofernis*, ſeu Dæmonis *peculiaria fuiſſe probata ſunt, dederunt Iudith.* Quænam fuerunt Diaboli diuitiæ? Ego quidem in Dæmone nil tam opulentum inuenio, quàm naturæ Angelicæ ſublimitatem, & ſplendidum gratiæ candorem in quo primùm creatus fuit. Hæ fuerunt peculiares Dæmonis gazæ, quibus ſpoliatus fuit, & quæ prædæ nomine Mariæ datæ ſunt. *Vniuerſa, quæ Holofernis peculiaria eſſe probata ſunt, dederũt Iudith.* Ergo Mariæ data eſt *Angeliſicata caro*, vt diceret alias Tertullianus, & candor vberioris gratiæ, quo ſplenduit Dæmon in prima ſui formatione. Hæc Dæmonis ſpolia tulit Maria, vt in ſuæ Conceptionis auſpicio ditaretur ſpoliis Dæmoni detractis, vt tunc fulgeret ſicut Angelus Angelicæ gratiæ nitore: accepit enim præmaturæ gratiæ dignitatem, quam perdidit ſuperba Angelorum hoſtilitas. Vnde *Regina glorioſior Angelicam recuperat dignitatem.* Verba ſunt Petri Damiani ſermone 4. aliàs profundiùs enucleanda. P. Dam.

Tertull.

S. Hieronymus ſerm. de Aſſumptione: *Cæteris per partes gratia præſtatur; Mariæ verò ſimul ſe totam infudit plenitudo gratiæ.* Iuuat ſic hunc locum expendere pro immaculata Virginis Conceptione. Refert Plinius lib. 35. cap. 9. quod Zeuxis, pictor eximius, vt Agrigentinis elaboraret imaginem Iunonis, quam in templo dedicarent, multas illorum inſpexit virgines, vt quod in quaq. laudatiſſimum eſſet, exprimeret in pictura arguto penicillo. Ecce Mariæ ſimulacrum ex *omnium defloratione conſtructum*, quòd aliàs dixit Tertullianus aduersùs Valent. cap. 12. Itaque in Mariæ efformatione: *De magnis eminentiora præſumpta ſunt: quemodo ſi aliquis pictor egregius ex multarum pulchritudine perſonarum, vnam aliquam vellet coaptare, & exprimere perſonâ ex plurimis ſpeciebus ſpecioſa defloret, ac diuerſas vultuum gratias in vnam faciem colligat, & de præcipuis præcipua eligat, vt vnam ex pluribus formam artificis diſpoſitione componat.* Verba ſunt Emiſſeni de Symbolo homil. 1. Nempe idea ſummi opificis, cui creaturarum perfectiones præſentiſſimè obſeruabantur, ex omnium præſtantiſſimarum creaturarum defloratione Mariam formauit. Eleganter ſapientiſſimus Idiota in Contemplatione Virginis, cap. 1. ita Mariam alloquitur: *Non deficit tibi puritas Angelorum, non fides Patriarcharum, non ſcientia Prophetarum, non Zelus Apoſtolorum, non patientia Martyrum, non ſobrietas Confeſſorum, non innocentia & humilitas Virginum. In ſumma, nullo genere vacaſti virtutum, quodcumque donum alicui Sanctorum vnquam datum eſt, tibi non fuit negatum, ſed omnia omnium Sanctorum priuilegia in te congeſta.* Itaque cùm ad efformandam Mariam deflorauerit Deus Angelorum etiam puritatem, vt ex omnium creaturarum defloratione conderetur Maria, Angelicæ puritatis primum florem decerpſit, quo in primo ſuæ Conceptionis inſtanti Maria floreret, ſicut & floruerunt Angeli in prima ſui conditione, ne aliquod ſit priuilegium in Angelis, néve aliquis vernantis gratiæ flos, ex cuius defloratione non conſtruatur Maria, *cui non defuit Angelorum puritas*; puritas inquam, qua candicant nitore gratiæ à prima origine ſuæ creationis: quod fuit primum Angelorum elogium: *Si diligenter attendas, nihil eſt virtutis, nihil ſplendoris, nihil gratiæ, & nihil candoris, quod non reſplendeat in Virgine glorioſa*, ait ſanctus Hieronymus in ſermone de Aſſumptione. Qui tam ſollicitè pulchriores omnium creaturarum flores decerpit ad formandam Mariam ex omnium defloratione, ſpinas peccati permiſit ſqualere, & horrere in hoc florido perfectionum omnium faſciculo?

98.
Hieron.

Plinius.

Tertull.
Maria fuit ex omnium creaturarum defloratione cõſtructa ad Conceptionis puritatem.

Emiſſen.

Idiota.

Hier.

90.
Luc.

Lucæ 1. verſ. 37. Poſtquam Gabriel Angelus, factus Virginis encomiaſtes, plures eius prærogatiuas prædicauit, cauſam illarum ſubdit: *Quia non erit*, inquit, *impoſſibile apud Deum omne verbum.* Ideóne Maria gratia plena eſt? ideo benedicta erit præ omnibus feminis? ideò illibato pudore concipiet, & pariet hominem Deum, quia nihil eſt impoſſibile

Digitized by Google

possibile apud Deum? Quis neget Deum esse omnipotentem? Ex Dei omnipotentia duntaxat probatur, Deum posse id facere; fecisse autem non inde euincitur. Num quia Deus omnipotens est, idcirco Maria, tot prærogatiuis excellit? Hoc (nisi fallor) est compendium laudum Mariæ; & illustris probatio immaculatæ Conceptionis. Mẽsura enim elogiorum Virginis omnipotentia dicitur. O grandem mensuram! Hinc magnus ille vir Gregorius de Valentia, & de doctrinæ laude, & de hæreticorum trophæis nobilis, tom. 4. in 3. part. d. 2. q. 1. punct. 2. acutè adstruit puritatem Marianæ Conceptionis. Ipsa, inquit, Virgo singulariter ob eamdem prærogatiuam præseruatiuæ gratiæ, ait: *Magnificat anima mea Dominum. Quia fecit mihi magna qui potens est*, Referens nimirum in Dei potentiam eximium illud singularis, & insolitæ gratiæ donum, quod accepit. Attende ad verba quę fundit: *Mensura enim priuilegiorum Virginis, potentia Dei dicitur*. Quæ verba hausit ex S. Augustino, tom. 2. epist. 3. ad Volusianum, vbi ex Deæ omnipotentia probat Mariæ virginitatem non dehonestari mirabili partu. *Hic si ratio quæritur non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus Deum aliquid posse: quod nos fateamur inuestigare non posse, in talibus rebus tota ratio facti est omnipotentia facientis.* Ergo si mensura priuilegiorum Virginis potentia Dei dicitur: quia fecit illi magna, qui potens est, & non est impossibile apud Deum omne verbum; non ex humanis coniecturis, sed ex diuina omnipotentia metiri debemus Mariæ prærogatiuas. O perfectissimum Mariæ elogium! O quanta est Maria, cuius gratiæ mensura dicitur diuina omnipotentia! Nemo absolutè negabit Deo, posse Mariam in primo suæ Conceptionis instanti munerari à Deo immunitate ab originali delicto, & à debito illius contrahendi: ergo nemo negabit Mariam in vitæ auspicio copiosa gratiâ donatam, quę anteuertit originale delictum, & illius contrahendi reatum. Metire Marię pręrogatiuas cum Dei omnipotentia: *Mensura enim priuilegiorum Virginis, potentia Dei dicitur.* Hoc Virginis encomium, exprompturn conceptaculum est, vnde suppetunt innumera Marię elogia. hoc Marianum priuilegium, compendium laudandi est, & laudum summa.

Mensura priuilegiorum Mariæ dicitur omnipotentia Dei. Inde probatur à peccato immunis. — Valent. — Luc. — August.

100 Vulgò sapientes hanc regulam tradere solitant ad cognoscendum quid sit Deus pro hoc statu, in quo per ænigmata illum noscimus. *Quidquid tibi vera ratione meliùs occurrerit, id scias esse Deum.* Quasi perfectior hominum cognitio sit apud homines, aliqualis mensura diuinæ perfectionis. Sic (seruatâ proportione inter perfectiorem creaturam, & perfectissimum Creatorem,) exambiat humana tenuitas Dei matrem cognoscere, quoad gratiæ priuilegia. *Mẽtem nostram genitricis Dei promptuarium efficiamus*, ait S. Damascenus Oratione de Assumptione. Sit ergo nostra mens promptuarium Marianæ perfectionis. Meditare in arcano mentis gratiæ prærogatiuam, quam possit Deus facere, & Matrem Dei deceat, quantumvis audeat cogitatio, eam crede in illa gratiarum abysso, Mariâ inquam, vbertim inueniri. Audacter contende mentis vires, sublimia cogita de Maria: quodcumque cogitaueris, verum est; *quodcumque senseris, ratio est.* Dixit aliorsùm Tertullianus aduersùs Praxeam, cap. 5. Ratio enim exigit, vt Dei mater Virgo sit; vt eâ splendeat puritate, quâ maior non possit sub Deo intelligi: vt quæ à tanta maternitate cœli, & terræ Regina est, nunquam fuerit subdita peccato, nec tantisper vile Dæmonis mancipium ita filia, & Dei hostis. Sublimiora, & augustiora de Maria cogita; *quodcumq; senseris, ratio est.* Nam si vectigalem fuisse peccato senseris, aliquid maius sub Deo intelligi poterit. Quod Anselmi præscripto planè aduersatur. Sit mens tua conceptaculum laudum Mariæ. Piè aude, potes enim; *Maior est enim omni laude.*

Sit mens nostra conceptaculum Marianæ gratiæ. — Damasc. — Tertull.

Aquarum nomine sæpè adumbratur Maria: in Sacris Litteris fons dicitur, & flumen, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei. Congregationes aquarum præfigurarunt Mariam. Pudet persequi parabilem eruditionem. Expensione verò dignissima sunt ad rem præsentem Tertulliani verba, plena facundiæ, plena ingenij in lib. de Baptismo cap. 3. *Habes homo*, inquit, *in primis ætatem venerari aquarum. Nam & tenebræ totæ, adhuc sine cultu siderum informes, & tristis abyssus, & terra imparata, & cælum rude;* (attentiùs aduerte,) *solus liquor semper materia perfecta, læta, de suo pura, dignum vectaculum Deo subiiciebat.* Scilicet quando in rerum primordio res omnes à recenti productione extiterunt; tunc, tunc quidem reliquæ creaturæ squalebant tenebrarum sordibus: mœrebat abyssus caligine atrata, terra iacebat inuisibilis, & incomposita, cœlum ipsum stabat rude, & incornatum, tot Angelorum splendoribus spoliatum. In summa quando in primo rerum exordio cuncta sordebant primordialibus tenebris, *Solus liquor* (quo præfiguratur Maria,) *semper materia perfecta, semper* inquam, in auspicio etiam Conceptionis, in quo maturauit gratia, vt peccatum anteuerteret, vt perfecta conciperetur Maria sine peccati originalis macula, vel debiti næuo. Addit *læta.* Quid si innuitur Mariam conceptam fuisse in gloria, vt quorundam pietas meditatur? Dein dicitur, *de suo pura*, vt potè naturam habens ab instanti Conceptionis sine propensione ad vitium, quæ propensio agnata est cæteris hominibus. Quid si innuitur hic aliquis fomes ad virtutem? (de quo aliàs diximus.) *De suo pura*, dicitur, quasi à sua natura inclinaret ad puritatis nitorem? Denique causam tot gratiarum subiungit: *Deo vectaculum dignum subiiciebat.* Ex eo enim Maria tantâ gratiarum opulentia adornata est, vt dignum filij sui habitaculum effici mereretur. Porrò diuina maternitas tot charismatum matrix est. Ergo iure Deipara aquæ comparatur: quia *Solus liquor semper materia perfecta, læta, de suo pura, dignum vectaculum Deo subiiciebat.* Opportunè ad rem S. Ambrosius in 22. Lucæ sic exclamat: *O aqua, quæ sacramentum Christi esse meruisti; quæ lauas omnia, nec lauaris.* Maria enim est hęc arcanior aqua, quæ lauat omnium sordes, nec lauatur: quia semper perfecta, & pura, quid in ea ablueretur, nunquam habuit. 101

Maria primæuo liquori adumbratur: inde omnia lauat, nec habuit quod lauaret. — Tertull. — Ambros.

Ego quidem sic existimo B. Virginem alienam à culpa, sic delictis extraneam, vt non modo peccatum non habuerit, sed neque fomitem, aut vestigium peccati: non tantùm primordiali delicto caruit, verùm etiam à debito illius contrahendi, ne Deipara vllam haberet cognationem cum peccato. Aptiùs de Maria, quàm de columbis, quæ ipsam præfigurant, quas ipsa in Purificatione obtulit, dixit Clemens Alexandrinus lib. 1. de Pædagog. cap. 5. *Nec iubet per Moysen duos pullos columbarum pro peccato offerre: eorum, quæ nullam, quæ eis insit cum peccato affinitatem.* Scilicet vna est *columba mea*, speciosa mea, Maria inquam, quæ non modò non est peccatis cognata, sed *nec vlla ei insit cum peccato affinitas.* Sic à delictis peregrinatur Maria 102

Maria est sine affinitate ad peccatum. — Clem. Alex.

Maria, vt non duntaxat sanguinis, sed etiam nominis affinitatem cum peccato detrectet. Lucæ 7. vers. 37. *Erat mulier in ciuitate peccatrix.* Cur nomen peccatricis feminæ omisit Euangelista? Fortè erat anonyma? Nunquid Euangelistam latuit huius feminæ nomen? Nonne ipsa appellabatur Maria Magdalena, à licentia libidinis bene nota? Erat, erat quidem. Sed fortassis ob reuerentiam Mariani nominis, peccatricis siletur nomen, ne splendidum Mariæ nomen deuenustaretur in peccatrice. Quod insinuat S. Petrus Chrysologus serm. 77. agens de feminis illis, quæ diluculo surrexerunt ad visendum sepulchrum Christi, sic ait: *Venit mulier, sed redit Maria.* Scilicet peccatrix illa femina, mulier dicitur, & mulieris appellabatur vocabulo, nec est illi credita Mariani nominis gloria, quovsque oculorum vndis abluens delicta, & patienti Christo compatiens, & rediuiui Saluatoris gloriis perfecta, recuperare meruit Mariæ nomen: *Venit mulier, & redit Maria.* Ne vel Mariæ præclarum nomen vllam habeat cum peccato affinitatem, & à contagio nominis res tantisper deuenustetur. Qui sic studet materni nominis claritudini, rem nominis negliget? Nominis puritatem procurat seruare à peccati dedecore, & rem præ omnibus charissimam inglorie dimittet.

Lucæ.

Chrysolog. *Maria nomen sine ambiguitate peccati.*

103 Psal. *In nouilunio nulla eclipsis, ad Conceptionis Marianæ puritatem probandam.*

Psal. 80. v. 4. *Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Quorsùm in nouilunio, seu Neomenia læto tripudio, & festâ symphoniâ, diem festum agunt Hebræi? Fortè putaret quispiam Neomeniæ festum sapere Gentilismum, nisi notum foret, omnia in figuris Hebræis contigisse. Quid quæso in noua lege præfigurabat tam solenne Nouilunij festum? Maria Ecclesiæ Luna est; *quæ pulchra vt, Luna* dicitur Ergo festum dicatum nouilunio, seu auspicio Lunæ, nouis inquam lunæ splendoribus, præfigurabat futurum immaculatæ Conceptionis festum, recentibus Mariæ fulgoribus factum. In quo sicut in nouilunio fulget noua luna Maria pulchro gratiæ candore. *Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Sed animaduersione dignissimum est, quod aduertunt Astrologi, vt notat Ioannes de Sacro Bosco cap. 1. Sphæræ, & ibi noster Clauius, in nouilunio nunquam lunam obscurari, siue eclipsi infuscari, vt aptiùs figura cum re ipsa conueniat: & innuitur Lunam Ecclesiæ Mariam in Conceptionis nouilunio offuscatam non fuisse caligine culpæ, nec primordialis delicti eclipsi obscuratam: sed in felicissimo sui ortus auspicio cum gratiæ fulgoribus vitã inchoasse. Imò maculæ quæ apparent in luna, rarior lux est, sed planè lux, verè nitor, & fulgor, vt tradit Richardus in 2. dist. 14. quæst. vit. Et Ægidius lib. 2. Hexaemer. cap. 35. Quin & luna ita sine lapsu cursus suos peragit, vt nunquam offenderit. *Luna menstruis modulationibus, variat*, ait Tertullianus in lib. de Pallio, cap. 2. Tò *modulari* musicæ harmoniam sonat, quam musicæ harmoniam, seu concentum cantores attentissimè obseruant: in choro enim si quis tantisper discrepet, perdit concentus harmoniam, & absurdum reddit sonum. Omnes inquam, Lunæ gressus modulatissimi sunt, nec discrepant, aut offendunt in Conceptionis limina, vbi cæteri impingunt. *Luna menstruis modulationibus variat*, hoc est, modulatè mouetur ad nouæ gratiæ augmenta, quovsque pleno lumine fulgeat, Solis æmula. Quidam, ait S. Zeno Veronensis in Psal. 130. *Soli labores imponunt, errores suos lunari circulo adscribunt*: Quisquis in huius cælestis Lunæ cursu errores inuenit, suos illi adscribit errores.

Sacro Bosc. Clauius.

Richard. Ægid.

Tertul. *Maria luna modulationibus variat.*

104. *Mariana gratia soli Deo cognita.*

Inter cætera Mariæ elogia, illud in paucis celebre est, quòd mortalium nemo, quin nec perspicacior Angelus plenè valeat comprehendere, quanta sit Mariæ dignitas, & excellentia. Quantumuis vel ipsi Cherubim mẽtis aciem exacuant, non possunt comprehendere cognoscendo sublimem Virginis perfectionem, & arcanas prærogatiuas gratiæ. *Solus Pater Deus Virginis conscius est*, ait Rupertus in cap. 1. Ioan. Hanc laudem Mariæ detrahit quisquis vel peccati vmbrâ illam infuscat. Audi S. Bernardum sic loquentem de Christo cùm in Circumcisione specie tenus peccator apparet. Hæc sunt verba Bernardi in serm. de Circumcisione, quæ eodem modo debent intelligi de Virgine matre: *Si quo modo Deus posset non cognoscere filium, in quo ei bene complacuit, ex hoc signo maximè poterat ignorare eum.* Scilicet, tametsi solus Deus Pater Virginis conscius sit, ita tamen auertatur vel peccati originalis vestigium, vt ex eo maximè posset ignorare Mariam, & eximias eius prærogatiuas nescire. Nemo B. Virginem numeret inter fatuas Virgines, quibus sponsus Deus dixit, *Nescio vos*: Matthæi 25. v. 12.

Rupertus.

Bern.

Matth.

105. Cantic. *Maria dicitur esse sicut bona opinio, seu beneuolentia.*

Cantic. 6. v. 3. Cælesti sponso dixerat sponsa, se vnicè ab eo dilectam: nullam enim creaturam sic Deus dilexit, vt Mariam, quam semper, & vbique adamauit egregiè; Sic ergo Mariæ diuinus sponsus respondet: *Pulchra es amica mea, suauis, & decora.* Pulchritudinis nomine insinuari potissimæ Conceptionis præcocem venustatem, multis placet. De Maria enim dicitur: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*; id est, nec macula peccati originalis, nec illius contrahendi nævus. Hinc interpretari licet, quid sit tò *suauis*, quod negotium facessit Commentatoribus. S. Gregorius Nyssenus sic locum exscribit, & interpretatur: *Pulchra es proxima mea sicut beneplacitum*, siue *sicut beneuolentia.* S. Ambrosius lib. 1. de Virginibus: *Pulchra*, inquit, *es amica mea tanquam beneplacitum. Non caduci ista est corporis pulchritudo, sed nullis obnoxia casibus opinio bonorum.* Theodoretus tò *suauis*, Græcè *ἐυδοκίας pro probatione* accipit. Ac si dicat: vis nosse quàm sit pulchra Maria in sua purissima, & immaculata Conceptione? Pulchra est, *sicut beneuolentia*, ait Nyssenus. O quàm magnificè sentimus de persona dilecta! Nimis incrementat amor amoris causas. Ex tua beneuolentia dependet (non sic accidit in aliis mysteriis,) quàm augustè de Mariæ Conceptione sentire. Mariam ex imis præcordiis ama, & à *beneuolentia* sublimissimè de Maria senties. Sit apud te tua *beneuolentia*; mensura puritatis, quâ B. Virgo nitet in splendoribus suæ immaculatæ Conceptionis. Et quoniam pia affectio egregiè iuuat ad opinandum, addit S. Ambrosius; *sicut beneplacitum*, seu *opinio bonorum.* Scilicet, sicut bona opinio. Non puto S. Ambrosium bonam opinionem appellasse opinionem piam in re Conceptionis, sed bonam existimationem de puritate Marianæ Conceptionis. Quasi dicat: Tam pulchra est B. Virgo in suæ Conceptionis instanti, quantùm tua bona opinio, seu existimatio piè censeat. Sit mens tua conceptaculum Marianæ puritatis: deuotę mentis vires quàm maximè contende, & piè aude; nam quantumvis audacter sublimia cogites citra limites humanę creaturę, non transcendes immaculatæ Conceptionis nitorem. Sit audacior humanę mentis vis, mensura Marianę puritatis in sua immaculata Conceptione: subdit Theodoretus: Puchra es sicut *Probatio*; Scilicet quâ bona opinio probatur, ex tot Patrum, Docto-

Greg. Nyss.

Ambros.

Theodor.

rum,

Digitized by Google

rum, & ſeculorum conſenſu, qui eadem mente, & vno ore Mariæ Conceptionem immunem aſſerunt à primævi delicti reatu. Quaſi dicant hi Patres: Tam pulchra eſt Maria in eius immaculatâ Conceptione, qualem *Beneuolentia* æſtimat, qualem bona *Opinio*, ſeu exiſtimatio cenſet, qualem *Probatio* adſtruit. Liceat ſic accommodare verba Patrum ſuper his Canticorum verbis ad puriſſimam Mariæ Conceptionem: Nam ſponſæ nomine in his Canticis Mariam adumbrari, omnibus in confeſſo eſt; & Eccleſiæ, Patrum, & Doctorum vſu frequens.

§. XXI.

Chriſtus cenſetur ex Virgine: & inde adſtruitur puritas immaculata Conceptionis.

106. *Chriſtus cenſetur ex Matre; & inde immaculata Conceptio adſtruitur.*

PArentum honos, nobile filiorum ſtemma eſt: Maternum dedecus eſt ignominia ſobolis. Nam cùm filius ſit parentum portio, arcanè reſculpit progenitorum elogia. Nouitius erit in re Theologiæ, qui neſciat, quòd etſi B. Virgo ſqualeret (abſit) primordialis delicti maculâ; imò & culparetur actualis flagitij ignominia, nihilominus Chriſtum Deum, & à diuinitatis prærogatiua, & ab arcano nouæ generationis ſacramento immunem fore ab Originalis delicti reatu. Negari tamen non poteſt, naſci ex matre exemptâ à culpæ labe, & quæ immunis ſit à primævæ præuaricationis propudiosâ ignominiâ, ſingulare decus eſſe tanti filij; ſecus etſi non culparetur, deuenuſtaretur tamen parentis dedecore; nam *gloria hominis ex honore parentum.* Eccleſ. 3. v. 13. Vnde ex præproperâ Matris gratiâ filius Deus exigit vſuras gloriæ. Sententiosè dixit Tertull. in lib. aduersùs Iudæos, cap. 9. de Chriſto loquens: *Ex ſtirpe Ieſſe deputatum, per Mariam ſcilicet; & inde cenſendum.* Quaſi Chriſti Dei honos cenſeatur ex Virgine. Procul dubio adludit Tertullianus ad Romæ Magiſtratus, inter quos Cenſor principe dignitate potiebatur, cuius munus erat, ſingulis luſtris vrbem obire, & ſingulatim ciues ſingulos cenſere, ſeu cenſoriâ æſtimatione taxare cuiuſque facultates, & honores; neque quis plus aut opum, aut honorum ſe habere putabat, quàm quod Cenſor æſtimaſſet. Vide quantùm honoris, & gloriæ habuerit immaculatæ matris ingenuus filius, cùm humanæ gloriæ cenſus deputetur ex Matre: *Deputatus per Mariam, & inde cenſendus: nam gloria hominis ex honore parentum.* Puto, ſi Deipara infamiſſimæ præuaricationis fuiſſet rea, & Tartareo tyranno tributaria, non tam gloria, quàm filij aliquod dedecus inde cenſeretur. Qui ex Matre ſic cenſetur ad gloriam, cenſebitur ad ignominiam?

Eccleſiaſt.

Tertull.

107. Eccleſiaſtici 32. v. 15. *Horâ ſurgendi ne te trices; præcurre autem prior in domum tuam, age conceptiones tuas.* Hoc eſt, in primo Conceptionis maſuâ ne autore Mariæ, (Adiuuabit eam Deus valde diluculò, Pſal. 45. v. 6.) in primi ortus auſpicio, expromptè adeſto expeditus: & præcurre prior, anteuertens peruigilem peccati ſolertiam, præcurrendi gratiâ: *præcurre prior in domum tuam*, in Virginem inquam, cuius generoſum vterum elegiſti in domum, in qua habitare dignatus es: & ibi *age Conceptiones tuas.* Conceptionem ſcilicet Matris, & inde tuam. Nam ſi dignè agis Conceptionem Matris, illam gratiæ priuilegio nobilitans, & eximens ab infami primordialis delicti reatu, & præclaram ages Matris Conceptionem, & ſimul tuam: ex pura enim, & gloriosa tuæ Matris Conceptione, glorioſè nobilitatur tua Conceptio: nam matris infamia ſobolem dehoneſtare ſolet. At ſi præcurris prior anteuertens expromptum peccatum, ages conceptiones tuas. Ergo *præcurre prior in domum tuam* (hoc eſt in virginalem aulam,) *age Conceptiones tuas.* Non quia Chriſtus Deus peccatum originale contraheret, ſi naſceretur ex matre infecta; ſed quia deuenuſtaretur matris dedecore.) S. Chryſologus ſerm. 15. ſic ſuper hac re fatur: *Accepit Chriſtus hoſpitium carnis, ſed in aula Virginis, vt de pollutione humani corporis nihil haberet. Pollutionis* nomine ſignificat dehoneſtamentum aliquod, quo deuenuſtaretur filius Deus, ſi ex Matre labe alicuius delicti polluta naſceretur: Chriſtus enim cenſetur ex Virgine.

Eccleſ. Conceptionem ſuâ venuſtat Chriſtus, Matrem præſeruando.

Chryſol.

Iſaiæ 11. v. 1. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*, Etſi vulgò Patres *virgæ* nomine Mariam intelligant, ex qua vernante virginitate *flos* Chriſtus erupit, non inidoneè Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, cap. 20. per *florem* prænotati exiſtimat B. Virginem, ex quo flore fructus extitit mitis, & ſuauis, nempe Chriſtus Deus: *Cuius*, inquit, *ventris futurus eſt fructus, caro Chriſti, quæ ex vtero Mariæ floruit.* Aduertetenetam eſſe floris valetudinem, & quàm leuiſſimam floris læſionem ſaltem deuenuſtare fructum. Pomum enim, etſi ex generoſa arbore exiſtat, & alioqui foret pulchrum, & nitidum; ſi tamen coagulatur ex flore, qui aliquando emarcuit aliquo caloris æſtu, vel leui percuſſura grandinis: ignominia floridæ matricis, etſi non lædat qualitatem ſaporis, decolorat ſaltem fructus venuſtatem: nam fructus haurit, & exprimit floris nitorem. Caue ne atra nubes peccati originalis grandinet Marianum florem, cuius fructus, Chriſtus Deus eſt. Nam vel leuiſſima floris læſura, tametſi fructum non lædat delicti macula, ſaltem decolorabit à matricis ignominia. Petrus Damianus ſerm. 40. Mariam appellat, *Candorem lucis æternæ*: Et S. Bonauentura in Opuſcul. de laudibus Virginis, *Radium diuinitatis.* Aduerte ad puritatem, qua radius oritur à Sole, & à luce lumen. Hanc puritatem meditare in Mariæ immaculata Conceptione. Profundiùs rem præſentem exprimit Tertullianus in libro de Patientia, cap. 2. vbi *Florem lucis* contemplatur: ſcilicet B. Virgo *Flos lucis* eſt, cuius floridæ lucis fructus fuit Chriſtus homo Deus, *lux vera*, & præclara Patris Dei ſoboles. Bellè Maria dicitur *flos lucis*, ſeu lux florida. Nam valetudo lucis non eſt adeò delicata, ac valetudo herbacei floris. Lux enim non timet aduerſarium, nec ab aliquo infeſtatur, quo minùs ſplendeat, indemnis luſtrat loca aliis infeſta, neque vllam ex eis haurit contagionem. Sic Maria, etſi flos dicitur, & inde tenera, & delicata poſſet videri; at *flos lucis* eſt, aut lux florida, quæ à nullo infeſtatur, à nemine læditur, ſecura luſtrat per infeſta loca, & ita indemnis parturit fructum ſuum, vt nec lædatur lucis floridæ pulchritudo, nec decoloretur lucidi fructus venuſtas. Naſcitur Chriſtus floridus ex vernante, & florida Matre: Chriſtus enim cenſetur ex Virgine.

108. *Iſaiæ.*

Tertul. Maria dicitur flos lucis, & inde immaculata probatur.

Petr. Dam. Bonau.

Tert.

Fontis nomine (cuius aquæ ſaliunt in vitam æternam,) Chriſtum ſignificari, tradunt Origenes ſuper Numer. homil. 12. S. Ambroſius in libro de Paradiſo, cap. 3. Philo de Profugis. Arnobius ſuper Pſalm. 35. Huius fontis aquæductum, ſeu canalem eſſe B. Virginem, res notior eſt, quàm vt indigeat 109.

Orig. Ambroſ. Philo. Arnob.

Digitized by Google

Caſſiodor. *Indiuidua dicitur Deipara, & Chriſti gloria.* digeat probatione. Eleganter ad rem, quam verſamus; Caſſiodorus lib. 11. Variarum, epiſt. 11. aut *Fontis puritas per limoſa corrumpitur. Aurum ipſum cùm ſoluitur in liquorem, niſi mundiſſima caliculo ſuſcipiatur, inficitur: quando puritatem ſui illa ſola cuſtodiunt, quæ nulla ſordium admixtione fuſcantur.* Maria puriſſimus eſt aquæductus, per quem fons puritatis Deus carnem humanam de Mariæ carne mutuans, influxit in humanum genus gratiæ, & gloriæ humorem. In Mariano vtero tanquam in caliculo mundiſſimo dignè excipitur Diuinitatis liquor, ſcilicet, Deus pariter, & homo Chriſtus Ieſus, Cuius ne à limo originalis alluuionis ſqualeat mundiſſimus aquæductus. Nam etſi ſordes originalis delicti inde Chriſtus non contrahat, tamen diuini liquoris puritas tantiſper infuſcaretur aquæductus impuritate. Neque enim Virginis vterus merus canalis fuit, ſed Chriſtus Deus verum carnem mutuauit ex Matre, & inde indiuidua eſt vtriuſque gloria, & ignominia communis ambobus: Bellè Arnold. Carnot. in Tractatu de laudibus Mariæ: *Quod Maria prædicatur gratia plena manifeſtum eſt indiuiduam eſſe Matris, & filij gloriam, & commune eſſe vtriuſque præconium.* Chriſtus enim conſeretur ex Virgine. Arnold.

110. Pſal. 21. v. 21. *Erue à framea Deus animam meã & de manu canis vnicam meam.* Frameæ vocabulo, aut ſignificatur mors, vt putat Lorinus; aut Diabolus, vt ibi interpretantur Euſebius, Didymus, Theodoretus, S. Baſilius, Nicephorus. *Anima* verò nomine B. Virginem prænotari exiſtimant recentiorum permultes. Itaque Chriſtus Patrem Deum anxiè precatur, vt à morte originalis delicti, à quo *morte moriuntur* homines, vel à Diabolo, qui inſidiatur Conceptionis exordio, Mariam eruat: Sed aduerte, Virginem Matrem *animam* Chriſti appellari, quod inſolens non eſt apud Patres: Arnoldus Carnotenſis nuper allegatus: *Vna eſt Mariæ, & Chriſti caro, vnus ſpiritus ex quo dictum eſt ei, Dominus tecum.* Vna dicitur Chriſti, & Mariæ caro, vnus ſpiritus, vna anima. O illuſtre Mariæ præconium! Vide quàm degeneret homo, qui in corpore habet inueniſſimus nævum, in ſpiritu defectũ, in anima maculam. Anima Mariæ propriè non eſt anima Chriſti; ſed arcano quodam amoris, & cognationis nexu Mariam quaſi ſuam animam reputat Chriſtus. Quò innoteſcat, gloriam vtriuſque indiuiduam eſſe, & fore quodammodò communem ignominiam, quæ à Matris dedecore deriuatur in filium. Chriſtus enim conſeritur ex Virgine.

Lorin. Euſeb. Didym. Theodor. Baſilius. Niceph. *Maria dicitur anima Chriſti & inde immaculata.* Arn. Carn.

Capvt XIII.

Verſ. 21. Non pepercisti animæ tuæ, propter anguſtias, & tribulationem generis tui: ſed ſubueniſti ruinæ ante conſpectum Dei noſtri.

§. XXII.

Mariæ munifica charitas, partem gloriæ ſuæ reputat leuare mortalium ærumnas.

111. *Maria in cælis ſublimata eſſe dicitur ſed humilior.* OBliuio agnatum felicitatis vitium eſt. Quià fortuna ſublimius euehitur, ferè dediſcit hominem, & humanitatis obliuiſcitur. Palatinus ille Pincernarum princeps, quod in ærumnoſo carcere generoſè vouit, reſtitutus priſtino faſtigio, ſumptuoſius obliuiſcitur. Qui beneficij meminit in ſublimitate, ſine impendio gratus eſt. Vel ſola felicis memoria, miſero leuamen eſt, & cognata liberalitati. Eleganter Petrus Damianus ſerm. 1. de Natiuitate Virginis, Mariam alloquens, ſic maternam eius erga nos miſericordiam deprædicat: *Numquid,* ait, *quia ita deificata, ideò noſtræ humanitatis oblita es? Nequaquam Domina. Scis in quo diſcrimine nos reliqueris, vbi iaceant, quantùm delinquant ſerui tui. Non enim conuenit tantæ miſericordiæ, tantam miſeriam obliuiſci: quia etſi ſubtrahit gloria, reuocat natura: non enim ità es impaſſibilis, vt ſis incompaſſibilis.* Profectò ea eſt B. Virginis munificentia erga miſeros mortales, vt partem ſuæ gloriæ reputet, quòd hominum liberalius miſereatur. P. Dam.

112. Luc. Lucæ 10. verſ. 42. *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Quæ eſt hæc optima pars, quam Maria elegit, & quam æternùm poſſidebit? Multa multi commentatores, quibus ſciens ſuperſedeo; vt myſticum ſenſum aperiam, qui in hoc Euangelio (quod in glorioſa B. Mariæ ad cælos Aſſumptione cantat Eccleſia,) intenditur. Seriò inquam, cenſendum eſt cum S. Auguſt. de quæſt. Euang. lib. 2. q. 2. hîc agi de beata gloria, quâ Maria muneratà eſt, in eius glorioſa Aſſumptione ad cælos, quo ſenſu ea verba videntur recitari ab Eccleſia, dum in Aſſumptionis gloria inquit, *Maria optimam partem elegit.* Verùm adhuc diſputabit ingenioſius Marianæ gloriæ deuotus, quam ob rem Deiparæ beatitudo, quæ immenſa eſt, vbertimque ſuperat cumulum beatitudinis humanæ, & Angelicæ naturæ pars dicatur? *Optimam,* inquit, *partem elegit.* Eſto, optima ſit, ſed *pars.* Quantùm laudis addunt Marianæ gloriæ, *Optimæ* elogium, tantùm detrahere videtur *partis* appellatio. Quare *pars* dicitur Mariæ in cælis beatitudo? Nonne Deus clarè viſus in patria (adde, ſi placet) & ſummè dilectus, totum Beato eſt? *Deus meus, & omnia* dictitabat ille humilitate maximus; aut deuenuſtatur his verbis Marianæ beatitudinis gloria, vtpote diminutæ, & partitæ, aut ſaltem amplioris gloriæ aliqua ambitio tacitè inſinuatur. Quæ eſt alia huius partis compars, quæ adimpleret Mariæ beatitudinẽ? Beatitudo enim, quam in Aſſumptionis gloria poſſidet *pars* appellatur, cùm palàm dicitur, *Maria optimã partem elegit.* O piiſſima miſericordiæ Mater, non ſubtrahit natura, neque *reuocat gloria tãquam miſeriam obliuiſci.* Ideò Maria reputat aliam ſuæ beatæ gloriæ partem (etſi accidentalem, eſſentialis gloriæ æmulam,) hominibus copioſè miſereri: ſic eſt ſollicita de noſtris periculis; ſic ſollicitatur humanis miſeriis. Vix cælorum limina calcabat Lazarus ille, feliciter pauper, & beatè miſer, cùm illum recẽs aduentantem fouet Abrahamus paterno ſinu. Superuacanea eſt miſericordia erga Lazarum olim miſerum, ſed iam beatum. Exceſſus miſerendi videtur, & aliqua miſericordiæ ambitio. Audi opportunam, & ſubtilem huius rei expenſionem apud S. Chryſol. *Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.* Luc. 16. v. 22. *Reuera* (inquit Chryſolog. ſerm. 122.) *parum ſe beatum credidit, ſi in ipſa ſuperna gloria, ab hoſpitalitatis pio ceſſaret officio.* Scilicet tam longè abeſt, vt *reuocet gloria tantam miſeriam obliuiſci,* vt veriùs de B. Virgine, quàm de Abrahamo dici poſſit: *Parum ſe beatam credidit, ſi in ipſa ſuperna gloria, à miſerationis pio ceſſaret officio.* Ergo ſententioſiſſimè Euangeliſta Lucas ex mente Auguſtini, ſummam B. Mariæ beatitudinem *partem* beatæ gloriæ appellat; cuius alia, quæ reſtabat compars, eſt

Auguſt. S. Franc. *Maria partem gloriæ ſuæ reputat in cælis noſtri miſereri.* 113. Luc. Chryſol.

eſt hominum largiſſimè miſereri. Sic enim pientiſſima Virgo miſeros amat mortales, ſic ſollicitantur Mariæ viſcera hominum ærumnis, vt partem gloriæ ſuæ reputet, illis opportunè auxiliari, illos materna pietate fouere: & *parum ſe beatam credat, ſi in ipſa ſuperna gloria, à miſerationis pio ceſſaret officio*. Ita piè exoptat miſeris opem ferre, quaſi ſimul ſibi procuret beatam gloriæ partem, & generoſa beatitatis augmenta. Quis pigreſcat auxilium implorare ab ea, cuius tanti intereſt piè auxiliari, vt ab auxilio negotietur incrementa gloriæ? Nauſeas ad expromptum remedium, qui hias ad mortale periculum?

114. Prouerbior. 8. v. 18. Sic de ſe loquitur beatiſſima Virgo: *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia*. Ecce pretioſum cæleſtium bonorum theſaurum, quo Deiparam cumulauit Deus, *Mecum ſunt*, id eſt, apud me habeo, & ſollicitè mihi adſeruo opulentas gratiæ, & gloriæ gazas; quibus à Deo munificentiſſimè munerata ſum. Symmachus pro τὸ *Mecum ſunt*; vertit, *A me ſunt diuitiæ & gloria, &c.* Ea enim eſt Mariæ liberalitas, vt ſynonyma reputentur; *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria*, & *A me ſunt*; & id computet te habere, quod ab eius liberalitate poſſidemus; quaſi idem ſit Mariam habere diuitias gratiæ, & opulentiam gloriæ, ac à Maria nos eadem poſſidere. Sic locuples illa expetit locòpletare pauperculos mortales! Non iam de ſuo Maximo, ſed de noſtra Virgine matre luculenter dixit Emiſſenus: *Licèt enim quidquid habuit, integrum ſecum tulerit, nobis tamen, ſi volumus, totum reliquit.* Tantus enim eſt Marianæ opulentiæ theſaurus, tantâ amoris liberalitate illũ nobis largitur, vt & totum ſecum habeat, ſimulque illum nobis impendat, abſque vllo diſpendij metu. Quia idem ipſiſſimum eſt: *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria*: ac, *A me ſunt diuitiæ, & gloria*. O Marianæ charitatis immenſam opulentiam! A te exit, & tecum eſt? Planè nouo, & ſtupendo genere, & tranſit, & remeat; transfunditur, neque elabitur. O arcanum arcanæ liberalitatis ingenium.

Prou. Maria ſibi habere reputat, quod nobis largitur.

Emiſſen.

115. Paulus à charitatis exceſſu, ſobriè (vt ſic dicam) ebrius, ad Rom. 9. verſ. 2. ita fari audet: *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Theodoretus, Oecumenius, S. Anſelmus, Theophylactus, & recentiorum ſummates exiſtimant Paulum optaſſe heroïco quodam exceſſu quaſi cęcæ charitatis, quæ abſtrahit, nec conſiderat, an ſit res poſſibilis, an ſecundum Dei ordinationem, necne: vel ſi non abſtrahit, ſaltem optat ſub tacità conditione, ſi Deus vellet, ſi fieri poſſet; eſſe anathema à Chriſto pro fratribus ſuis, id eſt, expetit æternam ſeparationem à Beatitudine, & gloria futurâ, vt fratres eius ſaluentur: Quid grande admiretis in Paulo, quod eminentius non videas in Maria? iuxta vulgare Theologorum proloquium: Quidquid fulget in quolibet Sanctorum, eminentius elucet in Maria. Cupitne iacturam gratiæ, & gloriæ (ſi poſſet fieri) vt homines ſua gratiâ, & gloria ditet, quæ iam diu denunciat mortalibus: *Mecum ſunt diuitiæ, & gloria*, id eſt, (vt aiebat Symmachus) *A me ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia?* Acutè Euſebius homil. 4. in Epiphania, *Hoc bonum dando non conſumitur, ſed dilatatur: & magis dum transfertur acquiritur: ac miro modo, & transmittitur, & retinetur: ſi quidem ſalubri, iucundóque commercio, & accipientis lucrum, & tradentis argumentum eſt.* Ecce tibi adumbratam beatiſſimæ Mariæ immenſam miſericordiæ liberalitatem. Propriæ gratiæ, & gloriæ diſpendio expeteret (ſi fieri poſſet) ſaluationis tuæ facere compendium: vel ſaltem gloriæ gazas, quas ſibi ſecum habet, tecum copioſè communicate, vt ſua felicitate tuam miſeriam redimat; & gloriæ ſuæ partem eſſe computat homines leuare ab ærumnarum infelici miſeria. O planè materna arcanæ charitatis viſcera! Quis non redamet tam munifici Amoris eminentiam? Vel à pecuino pectore gratitudinem extorqueat tantæ pietatis exceſſus. Maria enim ſicut erga omnes liberalis eſt, ſic erga ſingulos: *Sicut ei totum debent vniuerſi, ſic totum ſinguli: ſed quodam modo plus ſinguli, quàm vniuerſi. Quia quantum acceperunt ſinguli, tantum vniuerſi.* Verba ſunt Emiſſeni, ſi Emiſſeni ſunt exhortationes ad plebem. Nemo quantumvis criminoſus, exors erit ab hoc communi gratiæ promptuario, niſi qui ſui immemor. Mariæ non meminerit in ærumnarum anguſtiis. Sibi imputet ruinam, qui non implorat expromptum Mariæ auxilium. Opulentè inuitat, ne roges auarè. Partem gloriæ Mariæ acquiris, cùm totam, qua affligaris, miſeriam illi repræſentas. O homo, redemptione tuæ miſeriæ, partem Marianæ gloriæ quodammodò redimis.

Ad Rom. Theodor. Oecumen. Anſelm. Theoph. Maria donando ſ[...] auiſſet.

Prouerb. Symm. Euſeb.

Emiſſen.

Caput XIII.

Verſ. 25. Pro quibus non percepiſti animæ tuæ, propter anguſtias, & tribulationem generis tui, ſed ſubueniſti ruinæ in conſpectu Dei noſtri.

§. XXII.

Maria Promptuarium eſt ſalutis, & Armarium humanæ vitæ.

Pauci ſunt qui ſpiritualia animę bona aliquo in pretio habeant, plures totum ęſtimationis caſum in bonis corporis collocant. Hinc fit vt gratię, & gloriæ munera apud ipſos vileſcant; ſalus verò, & vita corporalis quaſi donum maximum, & reliquorum fundamentum, maximi ducant. Verum, ne quid deſit quò minùs homo addictiſſimus ſit Marianæ deuotioni, breui oſtendam, vitam, & ſalutem corporis inter ea munera cenſeri, quæ Maria ſuis deuotiſſimis clientibus vbertim concedit: vt qui nauſeat ad ſpiritualia, ad temporaria hians, ſalutis adipiſcendæ illecebra, Mariam eximiè colat pio obſequio. Porrò Marię vox eſt, Prouerb. 8. v. 35. *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino. To hauriet* rei abundantiam ſignificat ductâ ſimilitudine à perenni, & copioſo fonte, qui aquas vbertim exundat. Sunt qui referant ad felicitatem, vt ſenſus ſit: Quâ felicitate quis haurit aquam ex copioſo fonte omnibus expromptam, aut aquę calicem ſitibundus exhaurit: Ita facilè quivis inuentâ Maria, *inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.* O ſalutaris, & medica Virgo, *apud te eſt fons vitæ; qui te inuenerit, inueniet vitam & hauriet ſalutem à Domino.* 116.

Ex Maria hauritur corporalis ſalus.

Prouerb.

Caduca eſt hominis vita, ſalus lubrica, niſi à Maria fulciatur. Prouerb. 8. v. 14. *Meum eſt conſilium, & æquitas.* τὸ *æquitas* ex Hebręa origine à quibuſdam vertitur, *ſubſiſtentia*. Maria enim ſubſiſtentia hominis eſt, & humanę vitæ fulcrum, firmiſſimè ſuſtentans naturam hominis ab agnata imbecillitate vergentis ad caſum. Opportunè Andreas Cretenſis, ſerm. 2. de Aſſumpt. Mariam appellat

Prou. Maria eſt noſtra vita ſuſtentaculum.

Andr. Cret.

pellat *sustentaculum vitæ.* Si enim à Maria est hominis subsistentia, pulchrè dicitur sustentaculum caducæ vitæ nostræ proruentis ad interitum. Hinc S.Bernardus serm. 2.super *Missus est*, homines hortatur vt respiciant ad *B. Virginem sicut ad medicum.* Et Chrysippus, Mariam vocat, *Armarium vitæ.* Quasi Maria sit conceptaculum salutis, vitæ promptuarium, medica antidotus, salutis sustentaculum, & subsistentia vitæ.

Bernard.

Chrysipp.

217. S.Damascen.de Dormitione Virginis ita fatur: *Nobis autem quemadmodum erit vita vitalis, si Mariam non habeamus, cum qua versemur?* Nempe B.Virgo est vita vitalis hominum. Quid est vita vitalis? Estne aliqua vita, quæ vitalis non sit? Planè nulla. Sed nescio quæ latet energia in his verbis, quam duplici expensione elucido. S.Bernardus Senensis serm. 3. de glorioso nomine Mariæ, ipsi accommodat illud Canticorum 7.v.4 *Collum tuum sicut turris eburnea. Nam sicut per collum, inquit, spiritus vitales à capite diffunduntur per corpus, sic per Virginem,* &c. Scilicet Maria dicitur *vita vitalis* hominum, quia promptuarium est spirituum vitalium, qui corpus vegetant, & incrementant, & animant ad vitæ functiones. Vel fortè *vita vitalis* dicitur Maria, quoniam a Maria, & per Mariã respiramus, quæ est vitalior vitæ actio. Doctissimus Idiota in lib. suarum Contemplationum de Virgine, c.5. ita Mariã alloquitur: *Maria, quæ doctrix, & magistra maris interpretaris, spiraculum hominis: quia peccator per te respirat:* Quasi B. Virgo sit hominis respiratio, qua signum vitæ est, & quâ vita constat. *Respirate ad Mariam perditi peccatores,* ait S.Bonauentura in Psalterio B.Virginis.

Damascen. Bernard. Cantic. *Maria est vita vitalis.* Idiota. Idiota. Bonauent.

118. Ergo quisquis non bonâ afflictatur valetudine, & diu languet diuturnioris morbi molestiâ, & ad vitæ interitum vergit, accedat supplex ad Mariam, quæ vitæ antidotus est, & vel oculis hauriet sanitatem. Numerorum 21.vers.8. Cùm in deserto filij Israël venenatis serpentium morsibus passim sternerentur, legitur Moyses diuino commonitus instinctu, serpentem æneum præfixum ligno, inter medias morientiũ erexisse turbas, & mandasse pereuntibus, vt post exceptos virulentos ictus, ad præsentiam serpentis illius pro recipienda salute concurrerent. Hunc serpentem non modò Christi, sed etiam Deiparæ fuisse typum insinuat Alexandrin. Clemens in Adhort.ad Gentes. Vbi *serpentem feminam* dixit. O facile, & expromptum morborum remediũ. Coniice oculos in Mariam, pios obtutus in illa defige, deuoto obsequio Virginem suspice, & sanus eris a quouis morborum contagio, oculis tuis salutẽ ebibe. Euseb.Emissen.hom. 3.de Pasch. de serpente illo æneo, vel potiùs de Serpẽte femina, ita loquitur: *Quo fugientibus tam prompta aderat salubritas medicandi, quàm velox inerat facilitas remedi. Sequebatur certum sub momentanea contemplatione remedium, quia latebat in serpente mysteriũ.* Ergo, ô salutaris Virgo, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, vt miseros mentis nostræ oculos ad te supplices conuertamus, quò tuus medicus aspectus sit nobis vitæ antidotus, & afflictatæ valetudinis momentanea curatio, vt sic allecti, viuamus tibi, qui morbis, & vitiis diu viximus.

Numer. *Maria visa sanitates facit, quia est serpens femina.* Clem. Alex. Eusebius. Emissenus.

119. S.Damascenus in orat. 1. de Mariæ Natiuit. inter alia Mariæ encomia, quæ in ipsã deuotissimè & elegantissimè congerit: *Antistes vitæ* dicitur, Antistes non tantum appellatur, qui Ecclesiasticam habet dignitatem, sed etiam qui in re qualibet principatum tenet. Quasi B. Virgo sit humanæ vitæ princeps, è cuius nutu vitæ nostræ momenta dependent, è cuius arbitrio salus humana dispẽsatur. Ioannis 11.v.28. Christus Deus volens quatriduanum Lazarũ ad vitam reuocare, priùs Mariã Magdâlenam accersit. *Magister adest, & vocat te.* Quã ob causam Mariæ præsentiam præstruit Christus ad resurrectionis miraculum. Acutè S.Chrysolog. serm. 64. hac super re, ita fatur: *Vbi Martha confessa est Christo, mittitur ad Mariam: quia sine Maria nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari, veniat Maria, veniat materni nominis baiula.* Nonne princeps, seu *Antistes vitæ* est, *sine qua nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari?*

Damascen. *Maria dicitur vitæ Antistes.* Ioann.

Ob sitis æstum, & annonæ penuriam languebant Bethulienses, exanimati cadebant in plateis. Viri, vxores, infantes præ languore prosternuntur præmaturâ morte, quæ anteuertit futuram ab Assyriis stragem, vt narratur cap.7. huius historiæ. Quis subuenit serpenti languori, & vitæ ruinæ, nisi typica Iudith; quæ iure dicitur Hebræorum populo fuisse salutis antidotus, & vitæ antistes. Hoc medicum officium planè non defuit Iudithæ figuratæ, vt hactenus euici.

Iudith.

CAPVT XV.

Vers. 8. A minimo vsque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum.

§. XXIV.

Immensitas Marianæ beneficentiæ, sic adest singulis, sicut adest omnibus superimaginariâ liberalitate.

120. METhodius in oratione habita ad Hypopantẽ Domini, ita fatur ad Mariam: *Tu fidelium fax, tu incircumscripti (si ita quidem loqui fas est) circumscriptio. Tu cuncta continentis, & comprehendẽtis comprehensio.* Et S.Bernardus ser. 98. *O venter capacior cælis, diffusior terris, latior elementis, qui illum continere valuit, quem totus orbis comprehendere non potuit.* Hanc Mariani vteri arcanam amplitudinem, qua incircumscriptum, & immensum (si fas est dicere,) circumscripsit, & comprehendit; planè æmulatur Mariæ munifica gratia, seu gloriosior munificentia in omnes. Audiendus est S. Bernard. in præfato sermone: *Quis misericordiæ tuæ, ô benedicta, longitudinem, profunditatem, sublimitatem queat inuestigare? Nam longitudo eius vsque ad nouissimum diem inuocantibus eam subuenit vniuersis: latitudo eius replet orbem terrarum, vt tua misericordiâ plena sit omnis terra: sic & sublimitas eius ciuitatis supernæ inuenit restaurationem: & profundum eius sedentibus in tenebris, & in vmbra mortis obtinuit redemptionem.* Hęc verba pręfari libuit ad ea quę iam subiicio.

Methodius. Bernard. *Maria immensæ misericordiæ.*

129. S.Epiphanius in serm.de laudibus Deiparę, sic sententiosissimè fatur: *Gratia sanctæ Virginis est immensa.* Epiphanio concinit Petrus Damianus serm.de Virginis Assumpt. *Exuperat immensitate gratiæ.* Vtrique suffragatur S.Anselmus in lib. de excellentia Virginis, cap.8. Ast, nisi me tantorum Patrum reuerentia teneret; fortè suspicarer non satis Theologicè id de gratia Virginis dici posse. Porrò si vocabulo *immensitatis gratiæ* infinitatem significare volunt, non satis congruè infinitas immensitatis vocabulo significatur: quin & verum non est gratiam Mariæ fuisse infinitam, vt inter Theologos conuenit: qui vt cumulatissimam gra-

Epiphan. Damian. Anselm. *Mariana munificentiâ immensitate omnibus adest.*

Digitized by Google

tiam Mariæ concedunt, *sic* infinitam gratiam illi denegant vniuerti. Quod si τὸ *mensitas* propriè sumitur, arduum planè est mente concipere, quo pacto Deiparæ gratia vbique sit, quod est immensitatis attributum. Verùm enim verò videre mihi videor *immensitatis* vocabulo quādam gratiæ immensitatem significari, quod valdè deprædicat Marianæ gratiæ munificentiam. Scilicet Mariæ gratia *immensa* dicitur, quia est in omnibus spatiis, & in rebus omnibus. Mariæ enim liberalior beneficētia inuenitur in hominibus, & Angelis; in bonis, & in impiis; in cælis, in terris: quid si in inferno? quid si in Deum ipsum quodammodò diffunditur? S c est multocula ad præuidendū, sic est immensa ad succurendum! Explicatiùs id tradit S. Bernardus homil. 2. super *Missus est*: sic aiens *Ad B. Virginem sicut ad medicū, sicut ad arcanum Dei, sicut ad rerum causa respiciunt, & qui in cælo sunt, & qui in terra, & qui in inferno habitant, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequuntur.* Bernard.

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis:

Illi qui in cælo sunt: vt restaurentur; & qui in inferno, vt eripiantur, & qui nos præcesserūt, vt Prophetæ fideles inueniantur, & qui sequuntur, vt glorificētur. Et S. Anselm. in lib. O. atio. *Per te* (ô Virgo) *elementa renouantur, homines saluantur, & Angeli redintegrantur.* Et Sophron. in ser. de Assumpt. *Talibus decebat Virginem opp gnorari muneribus, vt esset gratia plena, quæ dedit cælis gloriam, terris Deū.* Et S. Cyrill. Alex. hom. 6. contra Nestor. *Per te* (ô Virgo) *Trinitas sanctificatur.* Per Mariam *Trinitas sanctificatur*, dum ab hominibus cognoscitur, & adoratur. Pater eximiam habet filiā, filius matrem Spiritus sanctus sponsam, Deus gloriam. S. Bernardus serm. 98. *De plenitudine Mariæ accipiunt vniuersi. Captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem peccator veniam, Angelus lætitiam. Denique tota Trinitas gloriam, Filij persona carnis humanæ substantiā, vt non sit qui se abscondat à calore eius.* Vides oculis Marianæ *gratiæ immensitatē*? Maria *terris Deum dedit*, per Mariam *elementa renouantur*; Mariæ misericordiā peccatores *homines saluantur*; pij, & iusti *glorificantur*; per Mariam Angeli *qui in cælo sunt restaurantur*; Maria dedit *cælis gloriam*: ad Mariam respiciunt *qui in inferno sunt vt eripiantur*. Valde super hac re audet S. Ildefonsus, serm. 5. de Assumpt. sic fatus de gloriosa die Assumptionis B. Virginis: *Totus mundus hodie condigna iubilatione lætatur. Tartarus tantummodò vlulat, fremit, & submurmurat, quoniam gaudium huius diei, claustris infernalibus inclusis, aliquod remediū, & refrigeriū præstat. Non audent* (vt opinor) *ministri Tartarei hodie attingere suos captiuos, quos recolunt redemptos illius sanguine, qui pro mundi salute est dignatus nasci de Virgine.* Animosè quidem Ildefonsus, verène? nihil ad rem præsentem attinet affirmare. Sat esto referre verba tanti Doctoris, vt nullum appareat spatium, res nulla quæ Marianæ gratiæ *immensitatem* non dicatur experiri. Saltem probabile apparet quod docet Rutilius Benzonius in Psal. 86 c. 11. Et Iacobus Corenus lib. 1. c. 13. Beneficium punitionis in Inferno citra condignum, intercessioni beatissimæ Virginis deberi.

Anselm. 122. Sophron. Cyril. Alex. Bernard. Ildefons. Rutilius. Corenus.

123. Verùm fortè aliquis Philosophus aduersabitur huic immensæ beneficentiæ elogio, quòd valde Mariæ gratiam commendat: quia Deiparæ beneficentia non implet vocabulum neque rem immensitatis, etsi in rebus omnibus eluceat munifica Virginis gratia. Porrò quidquid immensum est, sic omnibus spatiis, & rebus adest, vt totū adsit in singulis, sicut totum adest in omnibus. Sed (vt opinor) neque hoc immensitatis attributū deest immensæ gratiæ Virginis. Siquidē Mariæ auxiliaris gratia ita præstò adest impiis, ac si tota Maria in id solùmodò incumberet, ab omnibus aliis rebus cessans: ita nouis sanctitatibus prouehit pios omnes, ac si ab impiorū fauoribus vacaret. Sic cælos venustat, & recreat, Angelos illuminat, Beatos glorificat, Trinitatē sanctificat, ac si non simul omnia, sed seorsim singula operaretur. Idem magno suo bono experiuntur singuli, quod & omnes: singulis tota est, quæ ita omnibus adest, sicut & singulis, quia *Gratia sanctæ Virginis est immensa.*

124. Adhuc argutiæ Philosophorum inquietant elogium immensæ munificentiæ, quod adstruimus in Maria. Aiunt: quidquid immēsum est, non tantùm esse vbique, & vbique totum, sed etiam extendi, & occupare spatia imaginaria, imò & superimaginaria, quod Mariæ vim munificam excedere videtur. Verùm neque hoc immensitatis attributum in misericordia Mariæ desideratur. Fauet enim nō modò quantùm calamitosi miseria imaginari potest; sed vltrà quàm præsumit miseri imaginatio, piè anteuertit præpropero auxilio, ante sensum ærumnæ. Ioan. 2. v. 3. Nuptiis Canæ adest Christus, adest & Christi pia Mater. Præuidet Maria defectum vini futurū, nisi præmaturè indigētiæ succurrat: *Et dicit mater Iesu ad eum: vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.* Quasi dicat, ait S. Chrysost. hom. 20. *Neque sciunt, quod deficit vinum: sine eos priùs hoc sentire.* Ecce Marianæ gratiæ immensitatem, & superimaginariam pietatis beneficentiam: antequam ipsi sciant vini defectum, illum præsentiscit Maria, & præmaturè necessitati succurrit misericordiæ immēsitate, quæ superimaginarias anteuertit necessitates, & præpropero auxilio needū imaginatū defectū anteuertit. *Propterea patrocinium tuum maius est quàm intelligentiā apprehendi possit*, ait Germ. Constantinopol. de Zona Virginis. Planè *Gratia sanctæ Virginis est immensa*; quæ omnibus adest, & tota est singulis, quod & omnibus; neque deest superimaginaria pietas, necdum notæ miseriæ liberalissimè præcurrens. Quis præsumeret de Iuditha inauditum seculis facinus, quod humanas cogitationes transcendit? Sed typica Iudith *immensitatem gratiæ*, Iudithæ figuratæ, Mariæ inquàm, egregiè figurabat: Cuius auxilio, & opibus à minimo vsque ad maximum omnes munerati sunt, & ab excidij periculo gloriosè eruti.

Maria superlis, & omnibus adest superimaginaria beneficentia. Ioan. Chrysost. German.

Caput XV.

Vers. 10. Tu gloria Ierusalem.

§. XXV.

Immensitas Marianæ gloriæ, glorias vbertim exundat mundo, cælis, Deo.

125. Nomine *Ierusalem*, cælestē gloriam significari, certior res est, quàm vt indigeat probatione. Ita Orig. S. Hieron. S. Cyrill. S. Aug. S. Greg. apud Lauretum, Ceuariens. Typica Iudith terrestris Ierosolymæ gloria dicitur: Figurata Iudith, Maria inquam, cælestis Ierosolymæ gloria nominatur. Guarricus Abbas ser. 1. de Assumpt. ita scribit: *tunc* (id est, in Incarnatione,) *tibi posuisti in Maria sacrarium gratiæ, nunc* (id est, Assumptione,) *thronum gloriæ*

Origen. Hieron. Cyrill. August. Gregor. Lauretus. Guarricus. *Maria rediz gloria dicitur.*

Digitized by Google

gloria. Scilicet Mariã in cælo thronus eſt gloriæ Beatorum, quo eorum beatitudo à nobili (etſi accidentario,) incremento, auguſtè decoratur. Tanta eſt enim Mariæ gloria, vt glorias cælicolis omnibus arcanè fœneretur. Vnde Maria *radix* Epiphan. *gloriæ*, dicitur à S. Epiphanio in ſer. de laudib. Deiparæ. Quaſi immenſa Mariæ gloria ſit matrix multiplicis gloriæ Beatorum. De eximia, accidentariã tamen, gloriã loquimur, ne id ſæpius repetere neceſſarium ſit. Nam quis neſcit non creaturam, ſed diuinitatẽ Creatorem poſſe eſſentialiter beare?

Bonau. S. Bonauent. in opuſc. de laudib. Virginis: *Glorioſum, inquit, gloriæ Mariæ priuilegiũ eſt, quòd poſt Deum, maior noſtra gloria & maius noſtrum gaudium ex Maria eſt.* Cæli incolæ piã quadã Mariæ videndę ambitione ſic illi acclamant in cælo, *Reuertere, reuertere Sulamitis reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Cantic. 6. v. 13. Quiã cæleſtes animi Mariã Cantic. intueri ſic auide expetunt? Nõnne ſatiati ſunt *Summa gloria eſt poſt Deum Mariam videre.* viſione clarã Dei? Quid vltrà deſideraret, qui Deum P. Damian. clarè videt? Bellè Petr. Damian. ſerm. 2. de Natiuit. Mariæ: *Summa gloria eſt poſt Deum te videre, tibi adhærere.* Qui videt Deum adhuc ſummam gloriã exambit ex viſione Deiparæ? Eſtne conſummatio gloriæ, videre in cælo Mariam? Saltem certatim P. Damian. cælicolæ percupiunt glorioſam Mariæ faciem cernere ad beatitudinis incrementum. P. Dam. ſer. 40. agens de Marianæ Aſſumptionis triumpho, ita fatur: *Hæc eſt illa dies, quæ cælorũ officinas ſublimiori gaudio cumulauit, annua mundo, Angelis continua.*

126. Bernardin. *Mariæ glorioſa gloria, & benè fundata.* Sicut B. Virgo dicitur à S. Bernardino gratiã plena ſibi, & ſuperplena nobis: ſic etiã dicitur Gloria plena ſibi, & ſuperplena nobis: vnde ab eodem Petro Damiano inter glorias Virginis appellatur, *Gloria glorioſa*, id eſt, quæ refundit, & exuberat alias P. Damian. glorias. Et ita *radix gloriæ* nuper appellabatur à S. Epiphan. Epiphanio, qui ſemper verè Mariæ gloriam appellat *Gloriam benè fundatam.* Quid? nutat beatitudo, quam non fundat Maria Sancta, & incertulla eſt omnis beatitudo, quæ ſi firma, & ſtabilis non eſſet, deſciſceret à beatitudinis elogio: nec erit plena beatitudo, quæ concuteretur inſtabilitate incertæ poſſeſſionis. Non negat id magnus Theologus Epiphanius, ſed tantùm ſeriò affirmat, vt indubitum, & certum, quòd beatitudo, quæ à Mariæ deuotione, interceſſione, & gloria eſt, *benè fundata eſt*: adeò ſolidis innitens fulcris, vt labare non poſſit. Fundatur enim in gloria, glorioſa, quæ perpetuò vberem effluit, & exundat gloriam.

127. Anſelmus. Cæterùm tãta eſt Virginis gloria, vt eius ſuperfuſa exuberantia dederit gloriam mundo, cælis, hominibus, Angelis, creaturis, quin & Creatori ipſi. *Gloriam Dei* appellat Mariam S. Anſelmus in lib. de excellentia Virginis. Audi elegantiſſima verba Guarrici Abbatis in ſer. 4. de Aſſumptione Virginis, ſic inducit Chriſtum alloquentem Virginẽ Guarricus. *Non ſatis glorificatur dicitur, Chriſtus, donec Maria glorificetur.* Matrem, nuper triumphali pompa receptam in cælo, ad auguſtiorem gloriæ ſublimitatem: *Communicaſti, inquit, mihi quod homo ſum, communicabo tibi quod Deus ſum. Quia concupiui ſpeciem tuam, etiã deſiderantiùs, quàm tu meam,* (Attende ad verba, quæ ſubdit:) *Nec ſatis glorificatus videbor mihi, donec tu glorificaris.* Verè, verè quidem Maria *gloria Dei* dicitur, & *gloria glorioſa*, quæ ſic exundat, vt glorias exuberet in Deum. Nec ſatis glorificatũ ſe putat Chriſtus, donec Matris glorioſa gloria, Filium nouæ gloriæ incremento glorificet copioſiùs. Nonne ſatis glorificatus eſt Chriſtus corpore nobilitato tot gloriæ dotibus? Quin & ſanctiſſima eius anima ineffabili gloriæ cumulo vberrim exundabat, vti decebat hominem Deum. Quid expectet Chriſtus ex redundantia maternæ gloriæ? quid gloriæ exambiat ex glorificata Mariæ gloria? O arcanas Marianæ gloriæ eminentias! Non ſatis glorificatus videbitur Chriſtus Deus, donec Maria glorificetur? Quid exaggeratius dici poteſt de immenſa gloria eſſentiali Virginis, & de gloria accidentaria, quam fœneratur terris, cælo, hominibus, Angelis, Deo.

S. Bernardus hom. 2. ſuper *Miſſus eſt*, Mariam 128. appellat *gloriæ præmiũ.* Scilicet gloria præmiũ eſt Bernard. *Maria eſt præmium gloriæ.* meritorũ, & laborioſæ (vt ſic loquar) gratię. At ſi gloria ipſa, & cęleſtis beatitudo aliquid mereri poſſet, videre glorioſam Mariæ gloriã fortè mereretur: nam Maria dicitur *præmium gloriæ.* O homo dum peregrinaris in hoc mũdo, cupis nanciſci ſummam glorię felicitatẽ? Eſto quàm deuotus Mariæ alumnus, adopta illam in Matrẽ, procura adoptari in Mariæ filium, ſatage annumerari inter eius cliẽtes, hæc enim *cõpendioſa beatitudo eſt*, vt alior ſum dixit Emiſſenus in ſerm. de ſancto Romano. Emiſſenus.

Capvt XV.

Verſ. 10. Tu lætitia Iſraël.

§. XXVI.

Quiſquis ſeriò gaudere exambit, diſcat in Maria lætari.

Fvndamentum probitatis eſt; non gaudere vanis, ſed in ſolido lætitiam collocare. Fundamen- 129. tum hoc eſſe dixi: etiam culmen eſt. Ad ſumma peruenit, qui ſcit quò gaudeat. *Hoc ante omnia fac: diſce gaudere*, ait Seneca epiſt. 23. Nec ideo exiſti- Seneca. mes me nunc detrahere tibi obuias voluptates, qui fortuitas ſubmoneo, qui ſpei vanas hilaritates, & mundialium bonorum fugitiua oblectamenta deuitandã exiſtimo. Imò contrà; nolo tibi vnquam deeſſe lętitiam veram, ſolidam, diuturnam. Volo vt lætitiam benè colloces, vt ſecurè gaudeas. Securè autem gaudebis, ſi gaudium in Virgine Deiparã ex animo quęras: Hęc lętitia frontem non remittit, ſed pectus implet. Niſi fortè te iudicas illum gaudere qui ridet. Animus debet eſſe alacer, fidẽs, erectus. Æſtuas febri, cruciaris dolore, angit te paupertas, dehoneſtaris infamia, moles peccatorum te opprimit, terreris metu iam iam tibi hiantis gehennæ. Tacito corde Mariam meditare, ſuauiſſimũ Mariæ nomen ore verſa, & in magno gaudio eris: Porrò Maria ſummè pharmacum eſt humanarum ęgritudinum, portus periclitantium, mœrentium aſylum, & lætitiæ vigor. In huius gaudij poſſeſſione eſſe te volo, quæ nunquam deficiet, ſi ſemel vnde petatur inueneris. Bellè, & verè B. Virgo dicitur à S. Gregorio Nyſſen. oratione de Reſurrectione, *Radix gaudij.* Riga hanc arborem ęrumnarum *Inuentã Maria inuenitur omne bonum.* tuarum lacrymis, & ſtatim erumpent non frondes, & fugaces voluptates, ſed permanentes lętitię flores, qui fructum veri gaudij parturiunt, quo delectatur Deus, hilareſcunt Angeli, & miſeri mortales ſolidè lętantur in hac ęrumnoſa lacrymarum valle. Nam vt ait ſapientiſſimus Idiota in ſuę Idiota. contemplationis prologo: *Inuenta Virgine Maria, inuenitur omne bonum.*

Primordiale delictum valdè fuit Deo offenſum, 130. *Quàm delectatur, in paradiſo Maria.* Deo inqua, tunc non aſſueto pati impudẽtiam humanę temeritatis. Paradiſo donari præoccuparentur,

in Paradiso impudenter deliquerunt enormi malitia: quin & infinita (vt Theologi disputant,) & inde sufficienti ad faciendam Deo infinitam tristitiam quâ tabesceret, & deficeret, si foret mœstitiæ capax. Verùm vbi primùm paradisus voluptatis factus est impietatis officina, statim Deus ad

Genes. paradisum properat. *Cùm audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso*, Genes. 3. v. 8. Putarem ego Deum seriò auersaturum locum, vbi criminosissimè offensus est: & (si fieri posset, & cum immensitate paciscí), ab eo sic recessurum, vt nunquam illum reuiseret, nec offenderet in impiæ offensæ scelesta vestigia, quæ de se renouarent offensæ, & mœroris sensum. Et tamen statim post delictum, lubens redit ad paradisum.

Procop. Quid quæso Deum allicit ad regressum? Luculenter Procopius ibi, difficultatem præuidens, sic respondet: *Vbi ipsi defecerunt à Domino, etiam ipse eorum consortium vitauit. Venit ipse Deus in secundum paradisum, Virginem dico.* Scilicet plus delectatur Deus in paradisiaca Virgine, quàm offendebatur à paradiso præuaricationis artifice? In paradiso Virginis, refrigeria captat ab æstu humanæ culpæ, in paradiso impudenter commissæ. Vel Mariæ beata memoria sic exhilarat Deum, vt in loco ipso offensæ, ab ipsa offensa laxamentum captet. O beatas delicias beatæ gloriæ æmulas, quas expetit Deus, pertæsus inamœnitates enormioris malitiæ (loquuntur Scripturæ, & Patres de Deo humano more.) Et P. Damian.

Cantic. Damian. in serm. de Annunciat. explicans illud Canticorum 8. *Quæ est ista quæ ascendis deliciis affluens?* Postquam facundâ solita recensuit creaturas omnes terrestres, sidereas, & Angelicas, quas præterit Deus, dum delicias quærit, tandem concludit: *Non est locus voluptati, nisi vterus Virginis.*

134. Prouerb. Septuag. Prouerb. 8. vers. 30. *Et delectabar per singulos dies*: Septuag. Interpretes: *Ego eram, cui adgaudebat ipse.* O quàm gaudet in B. Virgine increata Sapientia, Christus inquam, Christus verè Deus, & verus homo est: ex grauida paternæ perspicaciæ mente ab æterno latus, de Deo Deus: & ex virgineo maternæ puritatis vtero, in tempore genitus homo Deus. Beatus Dei Patris sinus est prosapia generosa Christi, quà Deus est, virgineus Deiparæ vterus sunt natiui Dei gloriosi natales. Hic nouem mensium spatio recens genitus, lubens habitat, natus virgineo amplexu diu fouetur; mox emortuus in Mariæ gremio iacet tumulatus ante sepulchri exequias; demum in cælos ascendens, redit ad paternum sinum, & quo sine absentia exierat, *Exiui à Patre, & veni in mundum; iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Ioan.

Ioann. Zeno. 16. vers. 28. Audiendus est S. Zeno Veron. hac super re, sublimissimè fatus, serm. 2. de æterna generatione: *Patris ex ore prodiuit vnigenitus filius, cordis eius nobilis inquilinus.* Propriè dicitur *inquilinus* qui in alieno habitat. Quid? Dei filius virgineâ carne corporatus in sinu Patris peregrinatur? extraneus est in paterna mente, qui corpus sumpsit ex materno ventre? Siccine deliciis affluit virgineus matris vterus, vt exinde peregrinetur in Patris sinu? *Ne dubites Regem hunc esse, cui perennis accubitus est paternæ benignitatis diuersorium.* Verba sunt S. Bernardi serm. 42. in

Bernard. Cantica. Inquilinúsque Christus Deus quasi in diuersorio peregrinatur in Patris sinu? Diuina Dei Patris mens origo beatitudinis Filij est, sed Maria *radix gaudij* dicitur. Sic adgaudet Mariæ Christus? Sic deliciatur, sic beatur in matris vtero,

Sic adgaudet Mariæ Christus, vt dicatur Patris inquilinus.

O sublimem hyperbolen! *Aue gratia plena, Aue: tuum enim est reuera auere, & gaudere: tuum est verissimè audire illud Gratia plena, quia tecum est vniuersus lætitiæ Thesaurus.* Verba sunt Chrysippi Chrysipp.
Hierosol. de S. Maria Deipara.

Geneseos 2. vers. 2. *Compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat; & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.* Nec pauci, 132. Genes.
neque ignobiles interpretes serò censent Euam die septimo esse productam: & inde non leuis excitatur difficultas, quare Deus cùm Euam producit, requiescere dicatur, qui in reliquarum rerum creatione, quasi laborare dicitur. Quid laboris inuenitur in Angelorum productione, in cælorum fabrica, in conditione hominis, & molitione reliquarum rerum, à quo requiescit, dum Euam feminam condit, lassantur fortè Dei manus dum reliqua molitur, & laxamentum inueniunt cùm Euam fabricat? Siccine deliciatur in Euæ conditione, qui quasi laborarat in reliquorum molimine? Euge conditio secundæ Euæ, Mariæ inquam. Profectò Maria est in labore, & à labore requies. Psalm. 131. vers. 8. *Surge Domine in requiem tuam.* Quænam est hæc Domini requies; Psalm. Chrysipp.
Chrysippus Hierosol. de Maria Deipara ita commentatur verba Psalmi: *Surge Domine in requiem tuam. Tua enim requies est Virgo: & vterus tua requies.* Quid ergo mirum quòd Deus quasi laborans in Angelorum, siderum, hominum molitione, requiescat, & gaudeat, & delicietur in cōditione Euæ, Mariæ vmbræ? Vel Maria adumbrata laxamentum Dei est, & gratum leuamen à labore molitionis reliquarum rerum, tam quæ in terra vigent, quàm quæ in cęlo florent: loquimur hic de Deo cum Scriptura anthropopathōs vt sæpè aliàs. O homines vitæ huius molestiis, & ærumnis lassati, *Festinemus ingredi in illam requiem*, Ad Hebræos 4. v. 11. Ad Hebr.

In Maria dicitur Deus requiescere.

Nunquam illi bene est, qui cum Maria non est, 133.
qui in Maria non est, veras ærumnas patitur, mentitum gaudiolum captat, qui illud extra Mariam in terris exambit. Maria enim est lętitię thesaurus, radix gaudij, hilaritatis vigor, & trāquilla animarum quies. Prouerb. 8. vers. 16. *Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ.* vox Prouerb.
Hebręa ראש *Rosch* pro qua *cardines* exscripsit vulgatus interpres, apud Doctiores Hebrææ linguæ *centrum* etiam significat, & Mariæ adaptant ex accommodatitio sensu Ecclesiæ: sic appellatur à S. Bernardo in serm. de tribus ordinibus: Nempe Deipara est hominum *centrum*. Porrò Bernard.
centrum arcanâ quadam vi est rerum magnes, & earum quies. Quęlibet rēs extra centrum inquieta est, violentiam patitur, contrariis obuiè exposita periclitatur. In amico autem centro securè quiescit, & perdurat, gaudet, & conseruatur. Extra Mariam, quæ *centrum* hominum dicitur, frustrà quærit homo requiem à laboribus, solatium ab ærumnis, lętitiam à quibus angitur mœstitudinibus. Nam Maria *radix gaudij* est, *lætitię thesaurus*, & quietis *centrum* post Deum. Solidè gaudet qui in Maria gaudet, hoc gaudium non tantisper remittit frontem, quemadmodum mundiales voluptates, sed verè pectus implet lętitiâ verâ, solidâ, diuturna. *Gaude inexhaustum gaudij pelagus, vnica mœroris oblitteratio.* Sic Mariam appellat S. Damascenus Orat. de Assumpt. Damascen.

Maria est amicum hominum centrum post Deum.

CAP. XV.

CAPVT XV.

Vers. 11. Eò quòd castitatem amaueris.

§. XXVII.

Mariani pudoris splendor, Angelicam reuerberabat dignitatem, & diuinæ puritatis æmulator extitit.

134. Epiphan. Ildefons. *Maria à partu magis virgo.* INnter cætera Mariæ encomia, illud decantatissimum, quod Virginitatis pudorem cum matris fœcūditate, sic copulauit amico fœdere, vt nec purior Virginitas foret sterilitatis rea, nec matris Fœcūditas infuscaret Virginis pudorē. Vnde *Princeps virginitatis* dicitur à S. Epiphanio contra hæreses lib. 3. hæresi. 78. Quin & *indubitata Virgo* appellatur à S. Ildefonso lib. 1. de Virginitate Mariæ cap. 1. Tener est virginum pudor, & lubrica pudicitiæ fama, & quæ vel suspicionis fumo denigratur. Pudicitiæ conscientia Virginem facit, sed indubitatus pudor Virginē probat. Heu, quoties purior virginitas ab infamia suspicionis cōstrupatur! At Maria, & re ipsa fuit *Virginitatis princeps*, & opinione *indubitata virgo*. Nec partus euidentia Virginitatē minuit, sed (quasi è peruerso auxiliās,) eam mirè, & egregiè propagauit: & quod in aliis est semper ruptio pudoris, in Deipara extitit pudicitiæ mitissimum incrementū. *Creuit in eius partu integritas corporis potiùs quàm decreuit, & virginitas ampliata est potiùs quàm fugata*, inquit S. Augustinus serm. 15. de tempore. Portentum virtutis est rem foueri, & incrementari per oppositas causas, & quæ rei interitum procurant. Et S. Ildefonsus præfato lib. 1. de Virginit. B. Mariæ c. 2. *Hanc domum, inquit, ingrediens non pudoris spolia tulit, sed egrediens integritate donauit.* Quasi Maria non esset satis Virgo, hoc est; nondum peruenit ad metam summæ Virginitatis, quousque peperit infantem Deum: Mater enim Dei tanta debuit Virginitate prænitere, vt & ante partum omnino Virgo, & ab ipso Dei partu Virginior, & integrior euadat. Vnde homo Deus ex eius pudico vtero gloriosè *egrediens, integritate donauit.* Pergit Ildefonsus: *Suæ carnis veritate Iesum videt esse vestitum, & in se sui pudoris integritatem minuisse non sentit, sed potius creuisse cognoscit.*

August.

Ildefons.

135. Tertul. Virginis corpus, etsi è limo materiatum, *Angelificata caro* dicitur à Tertulliano; quasi Virginis caro cognata sit Angelorum naturæ, & candidata Angelicæ puritatis. Hac super re sublimius quid concepit ingeniosa deuotio Petri Damiani in ser. 4. *Ex hoc gradu inquit, subsilire licet in cœlum, & ad illam gloriam aspirare, in qua Regina gloriosior Angelicam reuerberat dignitatem.* Non est explicatu facile coniectare, quid innuat subtilis hic doctor, & illustris Ecclesiæ pater, dum ait Mariæ Virgineam gloriam reuerberare Angelicam dignitatem. Verùm (nisi fallor) metaphora videtur sumpta ex reflexione, seu reuerberatione lucis, quæ ab obiectu obsistentis corporis, miris aucta crementis, fulgores suos ampliat ad nitorem, & ab impedimento obsistente arcanè fœneratur lucis vsuras. Sic dum carneæ Mariæ virginitati obiicitur eminentia Angelicæ puritatis, quasi immaterialior, & defæcatior, vtpote virtus spiritualis creaturæ: tamen ex hoc Angelico obiectu Marianæ Virginitatis splendor reuerberabat nitoris argumenta; & ampliat lucem pudoris. Augustius enim est in caduco corpore, & mortali carne nunquam semiustulari libidinis æstu, sed virginitate concipere, ampliatâ Virginitate parere; quàm in spirituali natura, & quæ à libidine peregrinatur, illibatum seruare pudorem. Illustrius elogium pudoris est habere *Angelificatam carnem* ad voluptatis cognatas illecebras; quàm esse Angelicum spiritum immunem à carnis contagione. Est ergo Marianæ carnis Angelica puritas, inuidia (si liuor cælestes tangeret naturas,) Angelicæ pudicitiæ. Imò & æmula diuinæ, vt eleganter docet idem Petrus Damianus. Nam quasi parum foret splendorem Mariani pudoris reuerberare Angelicam dignitatem, addit serm. 40. æmulari splendorem puritatis diuinæ: *Caro, inquit, Virginis ex Adam concepta, maculas Adæ non admisit. Singularis enim continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuersa est.*

Damian. *Maria Angelificata caro Angelicā reuerberat puritatem*

Damian.

Meditari licet, omnes Deiparæ virtutes piè exambire, Deum parere; quæ summa laus foret eminentioris virtutis. Denique Virginitas palmā prætulit; Nam, vt ait Petrus Damianus serm. 35. *Dei filius vernantis vuluæ flore conceptus est.* Ergo Christus Deus Virginis, & Virginitatis filius, tametsi plura habeat generosa nomina, quibus sumptuosè nobilitetur, non inidoneè appellatur à S. Maximo homil. 5. *Virginalis puer*, vt præferat in stemmate nominis generosum maternæ Virginitatis decus: vt simul & honoret naturales, & se verum Deum, & hominem hominibus comprobet: Christus enim quia proles est virginis, non tantùm se verum hominem esse testatur, sed etiam esse Deum probat: quod est illustre encomium Virginitatis Mariæ. Succedat Maximo Maximus homil. 2. in Natali Domini: *Et natus, ait, fanè ab intactâ est femina; vt eum pariter hominem testaretur partus humanus, & Deum probaret æterna Virginitas.* Addit homil. 4. *Quod si tibi sensuum tuorum fragilitate minus dignum videtur, filium Dei natum de femina credere, Virginem cogita peperisse.* Sic enim venustatur humanus partus à parturientis Virginitate, vt non tantùm probrosus non sit, & Deo nascente indignus, sed à tantæ Virginitatis prærogatiua probet Christus latentem diuinitatem, & diuinæ filiationis elogium. 136.

Damian.

Maxim. *Ex virginitate Mariā adstruitur Christi diuinitas.*

Maxim.

Virgo filius Virginem matrem discipulo Virgini de cruce commendat, ad quod diligenter attendens Arnoldus Carnot. Tractatu de laudibus Mariæ, ita fatur: *Ipse in cruce maternæ Virginitatis est arbiter, & assertor.* Ast quo pacto cùm probrosissimè dehonestatur in infami tunc patibulo, & contumeliosissimè humiliatur ipse, tunc, tunc vel maximè encomiastes est, & assertor maternę Virginitatis? Aptiùs fortè quis diceret Christum Deum fuisse arbitrum, & assertorem Marię Virginitatis, quando illius seruandæ inspirauit votum, quando suggessit Iosepho marito paris continentię propositum. Vel certè quando Maria concepit, vel perperit verum hominem, etsi Deum verum. Tunc enim solet fieri iactura pudoris. Et tamen seriò affirmat Arnoldus in summa humilitate & ignominia crucis fuisse tunc *maternæ Virginitatis arbitrum & assertorem.* Quid tunc Iesuanę humilitati cum Mariana virginitate? Opportunè Hildebertus in Prosa de Natali Domini: *Hoc ab ortu vsque ad occasum vitæ satagens Christus, vt sicut in Matre specialis, & sine exemplo fuit integritas, sic & in filio singularis, & vnica esset humilitas.* O stupendam potiùs, quàm 137

Arnold. Carnot. *Maria virginitatem amulatur Christi humilitas.*

Hildebert.

 asserem

asserendam Virginitatis Mariæ excellétiam! Numquid Dei filius tot humillima dehonestamenta in vita, & in morte subiit, vt eius humilitas æmularetur Mariæ virginitatem? Tam sublimis, & potenti adinstar est Virginis pudicitia, vt demissior Christi humilitas Deiparæ virginitaté æmulari exambiat, ne Christus Deus sit minùs humilis, quàm Maria virgo est? Saltē humilitas Christi Dei quodammodò mēsura est Marianæ virginitatis. Christus enim (ait Hildebertus) sedulò exoptare videtur, non minùs excellere in virtute humilitatis, quàm Maria eminet prærogatiuâ virginitatis. Virginitas Mariæ maxima est, quæ inuenitur in pura creatura: humilitas verò maximè excellit in homine Deo. Non componit Hildebertus meritum vtriusque virtutis, sed exquisitæ singularitatis eminentiam. Quid illustrius pro Mariæ virginitate?

Capvt XVI.

Vers. 9. Exuit se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israël.

§. XXVII.

Sicut Maria in patientem filium quodammodò transformatur: ita glorificato cum noua quasi gloria se se conformauit.

138. Ioan. Theophyl. *Muliebre est, nimium mœrere.* Contemplans Theophylactus in caput vndecimum Ioannis, Christi compassionem de Lazaro defuncto, & luctu sororum, sic exscribit: *Lacrymatus est Iesus nos monendo, & metam mæstitiæ & iucunditati imponendo. Nam ex toto nec compati, nec mœrere, ferinum: at horum exuberátia, muliebre.* Compassionis exuberantiam appellat ré muliebrem. Puto quòd vitium dicit, & virtutem fortè significat, si de exuberantia Marianæ compassionis sermo fit. Muliebris enim Mariæ cópassio de Passione Filij, & lętitia de eiusdem Filij gloriâ, videtur exuberantia compassionis, & gaudij, sed arcana eminentia est, & diuinioris beneuolentiæ meta. Porrò si typicam Iudith sic tangit populi sui periculum, vt sacco, & cinere squalidè voluta, effusa in lacrymas, sic mœret, sic animosè subit propriæ vitæ discrimen; & tandem sic festo tripudio ouat, & triumphat de gloriosa populi liberatione: quis muliebrem exuberantiam dicat peracerbam Mariæ compassionem de Filio Dei, & suo, dirissimè, & ignominiosissimè in Cruce perempto; & de Resurrectionis triumpho coram gloriosissimè spectato.

139 Profectò Marianæ compassionis exuberátia de patiente Filio muliebris non est, sed virilis, vegeta, robusta & supra humanum fastigium: *Maria vicit sexum, vicit hominem, & passa est vltrà humanitaté: torquebatur enim magis, quàm si torqueretur ex se, quia suprà se incomparabiliter diligebat id, vnde dolebat.* ait Amadæus homiliâ quintâ, de Virgine Matre. Plus torquebatur in Filio, quem supra se diligebat, quàm in se Virgo torqueretur: ille foris patiebatur, Maria intùs: ille in corpore, Maria in anima, & planè eadem passione vnus vterque patiebatur. Sanctus Bernardinus Senensis tomo 3. sermone 2. cap. 1. *Tuam, inquit, ipsius animam pertransiuit gladius. Illarum duarum animarū, scilicet Christi, & Virginis, miram doloris indicat participationem, & transformationem, vt sic dicatur.* Audis Mariam sic participasse Passionis cruciamenta, vt dolores Christi patientis transformarentur per cōpassionem in Matrem? Vel Dei Matrem à cōpassione transformatam in Filium patientem? O arcanam metamorphosim Matris compatientis in patientem Filium! Opportunè S. Epiphanius in sermone de laudibus Virginis Mariæ, ipsam vocat *Cruciformem.* Crucifigitur Christus an Maria? imò quia crucifigitur Christus, Maria cruci affixa est per compassionem. Quæ fuit Deiparæ crux? An ipsa, cui adfixus erat Filius? An filius ipse patiens Matris erat crux. Verùm ipsa *sibi per affectum quodam modo erat crux*, vt tradit Guillelmus ad Cantic. cap. 7. O generosam Mariæ Passionem! Ipsa crux Christi Mariam pariter suspendit, & cruciat; vel ipsamet Maria sui crux est, non infame alioqui lignum; quò vel etiam à cruce nobilitetur Mariæ Passio, seu compassio; vel potiùs ipsa Christi Dei crux venustetur à consimili Mariæ officio. Omitto hæc quę vulgò traduntur à Patribus, vt aliquid non vulgare de B. Virgine prædicemus.

Amadæus. *Maria eandem subit crucem cum Filio.*

Lucæ Bernard.

Epiphan.

140. Profectò si Maria per compassionem transformata fuit in patientem Christum, & inde *cruciformis* dicitur: in quas beatæ lætitiæ glorias non creditur piè effusa, cùm Filij rediuiui glorias vidit? Indubium piis omnibus est, quòd vbi primùm Christus de triumphata morte resurrexit, primam omnium inuisit Matrem. Planè ineffabile est, qua gloriæ exundantiâ delibuta fuerit pia Dei Mater, cominùs contemplata Filij sui gloriam post tot probrosissima cruciamenta, & infamissimam, & cruentissimam mortem. Aliqui ex Patribus censent Mariam aliquando in terris assumptam fuisse ad claram essentiæ diuinæ visionem, & gloriam temporariæ beatitudinis, & ad Dei fruitionem, beatitudinis appendicem: nuperi Doctores putant id concessum Deiparæ: vel in Incarnatione, vel in Partu, vel in Resurrectione: alij eò deuotionis progressi sunt, vt putarint in ipso immaculatæ Conceptionis instanti tantæ gloriæ priuilegio donatam. Nihil super hac re affirmo, dummodò nemo abneget saltem in Resurrectione Filij id fuisse concessum Matri, vt locum vendicem exuberanti gaudio, quo fuit delibuta ex vbere materia profusioris lætitiæ. Num quæ ex vi compassionis, Filio crucifixo *cruciformis* erat, Filio gloriosissimè resurgenti, ex vi ineffabilis gaudij, congloriosa fuit? Saltem consimilis fuit causa tantæ mœstitudinis in Passione, & summi gaudij in Resurrectione. Planè piè, & eleganter Canisius doctrina, & sanctitate clarus nec impar deuotionis in Mariam, ex mente, & verbis Dionysij Carthusiani ita fatur librò quinto de Beata Virgine Maria, capite primo: *Et sanè probabile, ac piorum fide dignum, quod scribit Richelius libro secundo de laudibus Virginis, articulo vltimo: Mariam non modò patienti filio vehementissimè compassam esse* (adnerte ad verba, quæ subiicit) *sed etiam eidem iam glorificato cum noua quasi gloria sese conformasse.* Scilicet sicut nuper dicebamus ex sancto Epiphanio & sancto Bernardino, ab immenso doloris affectu, miram fuisse *transformationem* dolorum Filij crucifixi, & ab ea Mariam *cruciformem* appellari; ita etiam ex consimili causa: *Filio glorificato quodam modo sese conformasse* præ gaudij ineffabili exuberantia. O rem

Maria præ exuberantia gaudij, sese conformauit Christo resurgenti.

Canis.

Richelius.

Digitized by Google

rem planè mirissimam! Quem non delectet contemplati Mariam tanto gaudio delibutam in gloria Filij, vt diuinioris gratiæ ope eruperit in beatam gloriam, quâ tunc glorificaretur extemporali beatitudine: vt quæ se in Christum patientem per compassionem ineffabiliter *transformauerat*, arcanâ gaudij exuberantiâ se se conformasset ad Filij Resurgentis beatas glorias!

Capvt XVI.

Verſ. 11. Sandalia eius rapuerunt oculos eius.

et Capvt X.

Verſ. 3. Induit sandalia pedibus suis.

§. XXIX.

Quisquis sine Mariæ ductu ad cælum ire præsumit, non it, sed errat.

141. SI via error est, viæ terminus erit præcipitium, & ingens ruina. Quisquis ad Empyream gloriam ire amas, esto immobilis ad malum ex bono, & velox contende cursum per occultas arcanæ sanctitatis semitas. Et vt eas, non quà vulgò itur (quam pauci sunt, qui rectâ pergunt!) sed quà eundum est, ducem elige, vt feliciter conficias iter humanis oculis cæcum. Vocem ex præcordiis contende cum Psalmista: *Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.* Psal. 16. vers. 5. Perfectè ad cælum gradietur per arduas virtutis semitas, qui Mariam adsciscit ductricem, & adiutricem. Mariam præeuntem, & ducantem sequere, preme pulchra eius vestigia, & reputa te iam peruenisse ad cælestem patriam. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis.* Cantic. 7. vers. 1. Putas Mariam solam, Marianis pedibus, & gressibus ire? Te adiunge quàm possis deuotè ipsi præeunti, & simul ipse gradieris Mariæ gressu, & ductu. Paraphrasis Chaldaïca, ita interpretatur præfata verba: *Quam pulchri sunt gressus Israël, quando ascendunt, vt appareant coram Domino!* Audis Mariæ pulchris pedibus, & passibus totum Israëlem vnà pergere, vt appareat coram Domino in beato gloriæ templo? O quàm feliciter graditur, qui sub felici Mariæ ductu pergit in cælum! Sandalia eius alliciant, & rapiant oculos tuos, quò illi deuotè addictus simul eas gressibus eius: ipsa enim est gressus virtutis, & viuens ad cælos via: *Initiauit nobis viam nouam, & viuentem,* ad Hebræos 10. v. 20. *Ad cælos facta est fors, via.* Virginem alloquens fortunatè pangit Venantius Fortunatus in carmine de partu Virginis. Nempe Maria ductrix est, eius ductum sequere, ne aberres, & præcipites in gehennæ barathrum: *Via* est, iusti intrabunt per eam, ne denies ab illa, vt non palabundus exerres per vitiorum auia: vehiculum est, illo deuehere, vt sic indefessus peruenias ad gloriam, quam certò obtinebunt pij Virginis alumni.

Psalm. *Maria gressibus eundum est ad cælum.* — Cant. — Chald. — Ad Hebr. — Ven. Fort.

142. Maria illa Aaronis soror, idoneus fuit Virginis Mariæ typus, vt tradit S. Ambrosius in cap. 1. Lucæ, & epist. 81. Itaque cùm Hebræa gens iter per desertum ageret: ob fastiditam Æthiopissam Moysis vxorem, & leuem prophetiæ iactationem, apparuit candens lepra, quasi nix. Statim iubet Deus, Numer. 12. v. 14. *Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus: & populus non est motus de loco illo donec reuocata est Maria.* Quid prohibet populum inde pergere, etsi tantisper residea Maria? Tantus, tàmque numerosus exercitus, sic grauabitur, vt immobilis subsidat, quia vna dumtaxat femina immota sistitur? Satius foret, si graderetur populus, & dum post septem illos dies conualescat Maria, maturè festinabit ad suum populum. Acutè Lyra: *Et populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria. Ex quo patet impedimentum itineris ex reuerentia ad Mariam.* Nimium Hebræa gens gradi*tur* ad terram promissionis, ad cælestem Ierusalem; notum ergo sit omnibus, omnes esse immobiles ad cælestem promissionis terram, ad Empyream Ierusalem, nisi Maria secum gradiatur. Sapienter reuerentur Israëlitæ impedimentum, & errores itineris absque Mariæ ductu. Stant immobiles, quia pergere nequeunt sine Maria: & iure timent difficultatem itineris, & arduæ peregrinationis errores. Mauult populus non pergere, quàm ire sine Maria: *Et cui transire non licuit, de via patriam fecit,* dixit aliorsùm Petrus Damianus serm. 33. Quid? citiùs itur ad terram promissionis sistendo se iuxta Mariam, quàm ociùs sine Maria festinando? Iuxta Mariam de via patria fit? Appositè S. Bernardus hom. 3. super *Missus est,* sic alloquitur homines qui in hac vita peregrinantur ad Dominum: *Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat à corde: ipsam sequens non deuias, ipsam cogitans non erras, ipsâ Duce non fatigaris, ipsâ propitiâ peruenis.*

Ambros. *Sine Maria ductu non itur ad terram promissionis.* — Numer. — Lyra. — Petr. Dami. — Bern.

Prou. 8. v. 22. *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Septuaginta: *Dominus creauit me initium viarum suarum.* Quid est, quòd Deus creauit B. Virginem, initium viarum suarum? S. Athanasius ad decreta Nicænæ Synodi: *Non est, inquit, simplex, & vna significatio huius verbi ἔκτισε (creauit, aut fecit) hic enim ἔκτισε intelligendum, non fecit, sed præfecit.* Scilicet Maria præfecta est viarum Dei apud Christianos, sicut Diana apud Paganos, quæ in biuiis, aut triuiis sedens, prætereuntes dirigat quo itinere rectâ eundum sit, ne viatores temerè errent. Prou. 8. *Numquid sapientia non clamitat, & prudentia dat vocem suam? In summis, excelsisque verticibus supra viam in mediis semitis stans.* Ergo Maria à Deo præfecta est viarum, quæ dirigat, & inducat viatores in semitam, qua rectâ itur in cælum. In hoc itinere, nisi diligens, & attentus sis ad Mariæ ductum, *Clausum est tibi totum itinerarium Dei,* ait Petrus Damianus serm. 61. si ipsius est præfatus sermo. 143.

Prou. *Maria est Præses viarum Dei.* — Athanas. — Prouerb. — Petr. Dam.

Exod. 13. v. 21. Hebræus populus excussâ Ægyptiorum seruitute ad terram promissionis per vastam eremum pergit: *Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore.* S. Ambrosius in Psalm. 118. per hanc columnam ductricem Hebræi populi, mysticè adumbrari putat B. Virginem, quæ Dei populum educit de tartareo diaboli ergastulo, & feliciter ducit per huius vitæ auia, ad promissam cæli patriam. Et benè sub figura nubis, quæ refrigeret carnis æstum, & sub specie ignis, quo calescat humanus tepor ad virtutem. Et quidem Maria, vt præfecta viarum Domini, *per diem* ducit, id est, præclaros sanctitate viros; & *per noctem*, hoc est, vitiorum tenebris obscuros, quo animentur peccatores, dum audiunt tutelâ, & ductu Virginis non orbari, si ipsi velint reduci ad cæli semitas. Verùm hîc aduertit 144.

Exod. — Ambros. *Maria columna est, quâ itur in cælum.*

Zeno Ver. S. Zeno Veronenſ. apud Lipoman. quod *Iſraëlis populus miseratione Dei, duce Moyſe iuſſus eſt proficiſci: huic non circulus Solis per diem, ſed columna nubis: non candidat Luna: ſed ignis columna per noctem iter pandebat ignotum.* Quâ de causâ hæc nubes lucida, ſeu micans Cometa, qui Virginem adumbrat, ducens Iſraëlitas ad promiſſionis terram, non repræſentat oculis aut Solis circulum, aut Lunæ orbitam, aut ſtellæ ſpeciem? Quid ductrici nubi cum figura columnæ? Columna ſtare ſolet immota ſuſtentans ædificij molem, non ducit viatores exprompto motu, & ſapienti ductu. Verùm opportunè ſatis hæc nubecula, ſeu flammæ portio, quæ adumbrabat Mariæ ductum, aſſumit figuram columnæ, vt intimetur Iſraëlitis ſuper hanc columnam inniti Iſraëlis domum, & huic columnæ innixam, pergere ad promiſſionis terram. Hæc Mariana columna & ductrix eſt, ne aberres à via; & ſuſtentatrix ne defatigeris eundo. Omnes ſuſtinet, & ducit omnes, non tantùm eos, qui depoſitâ vitiorum ſarcinâ leues & celeres currunt per virtutis tramitem; ſed etiam eos, qui vitiorum mole graues ſunt: Omnes ſuſtinet hæc columna, dum eos ducit, ſeu potiùs ſuſtinendo deducit. Concipiat hinc peccator generoſos animos, ne laſſus reſidat in via. Porrò columna firmior eſt, dum plus oneris ſuſtentat; à grandiori mole firmiùs ſtat erecta, firma, flectineſcia, nec nutat ab onere, ſed firmiùs ſubſiſtit. Profectò Maria arcana columna eſt, quæ omnes ad promiſſam cœli patriam rectà dirigit, & deducit: ſed dirigens, & deducens peccatores (quorum occaſione Dei mater effecta eſt, quibus quodammodò debet tantæ gloriæ firmitudinem,) quaſi firmior, & erectior ſtat; quippe quæ columna Eccleſiæ eſt, & repræſentans itinerarium ad cœlum, deducens peccatores delictorum mole graues.

Bernard. Quò alludere videtur S. Bernardus nuper laudatus, aiens: *Mariam ſequens, non deuias; ipſâ duce non fatigaris, ipſâ propitiâ peruenis*, Planè non deuiat, qui huius cœleſtis columnæ ductum ſequitur; non fatigatur qui ſuper hac columna vehitur.

145. Ven. Fort. Quod ſi miraris, hominem immensâ peccatorum mole grauem, poſſe ad ſublimia cælorum ſubuehi, attende ad verba Venantij Fortunati in præfato carmine de partu Virginis, ſic Mariam alloquentis.

Felix quæ generi humano ſub Tartara lapſo,
Ad cælos facta eſt ſors, via, porta, rota.

Maria rota, ſeu gruis officium præſtat peccatoribus. Nempe B. Virgo *via* eſt, quâ pergimus ad cæleſtem Ieruſalem; *porta* eſt per quam intramus in illam gloriæ metropolim. Quid verò *rota* nomine ſignificetur planè non conſtat. Cenſebit fortè aliquis *rota* vocabulo currum, ſeu vehiculum ſignificari, quod etiam apud Latiniſſimos per ſynedochen ſignificat. Eſt ergo Maria & ductrix ad cælum; & euntium currus: ſicut

4. Reg. 4. Reg. 2. verſ. 12. dicitur Elias *Currus Iſraël, & auriga eius.* Quod mirè concinit cum iis, quæ de nubea columna nuper dicebamus. At *rota* appellatione ſublimius quid innui mihi videtur. Porrò *rota* architectonica eſt machina, quam *Gruem* vulgò nominamus, miro artis ingenio inuenta ad ſubuehendos prægrandes lapides, & collocandos in ſublimi fabrica. Videmus ſaxum mole immenſum, & quod centeni homines viribus robuſti vix poſſent à ſolo tantiſper mouere, ligneæ rotæ, ſeu gruis artificio expromptè in ſublime leuari vſque ad faſtigium fabricæ. O felix Mariæ artificium ad ſubuehendos in cælum peccatores criminum immensâ mole graues! Tu B. Virgo, ingenioſè pia, *generi humano ſub Tartara lapſo ad cælos facta es via, rota.* Tu ingenio miſericordiæ architectata es hanc machinam plenam artificij, pietatis plenam, deducendi peccatores ad cæli ſublime faſtigium. O homo, ne cadas animo, etſi ſis omnium facinorum reus, & præ delictorum grauitate te ferè depreſſum videas in gehennæ profundo barathro; non recedat Maria à corde, non recedat ab ore: te, tuáque illi trade quàm deuotiſſimè poſſis, & ipſa arcanæ pietatis ingenio te ducet, & deducet ad cæli faſtigium depoſitâ peccatorum mole. Ipſa eſt Empyrei palatij artificioſa rota, quæ inidoneos alioqui lapides ſublimat ad cæleſte faſtigium, & ex illis conſtruit Ieruſalem nouam, cæleſtem, beatam.

---

§. XXX.

Maria ſuorum clientum ſecunda Fortuna eſt.

Nil ſecundâ Fortuna felicius habetur apud homines. Fortunato enim cuncta proſperè cedunt; communi ruinâ ſublimatur, ab ipſo periculo incolumis eſt: temeritas prudentia reputatur; ignorantia ſubtilitatem ſapit; errore pergit in terminum: Fortuna enim de peruerſo etiam auxiliatur felici. Secus infortunatus virtute culpatur, ſapientiâ deſipit, ſublimitate deprimitur: & ipſâ (vt ſic loquar) felicitate infelix eſt. Hinc tanti æſtimabatur apud Gentes Fortuna, quaſi proſperitatis arbitra, & mundialium bonorum matrix, *vt eam eſſe Deam maximam exiſtimarint*, inquit Clemens Alexandr. in Adhortatione ad Gentes: *Sed in Iouis tantùm hortis beata felicitas colitur*, ait Sophocles in Ioue. At peruetuſta quæſtio eſt, quid ſit hæc ſecunda Fortuna, quæ ſic fortunatos felicitat, & feliciter in terris beat? Omitto priſcorum deliramenta, vt citò dicam ſecundam Chriſtianorum Fortunam, & à qua optimè dici poſſunt eximiè fortunati, eſſe B. Virginem, quæ ſuorum clientum felicior Fortuna eſt. 146. Clem. Alex. Sophocles.

Prouerb. 8. verſ. 14. *Mecum eſt conſilium, & æquitas.* Pro τὸ *æquitas* ex Hebræa origine ſignificationum grauidâ, aliqui *Fortunam* exſcribunt. Et pulchrè quidem hæc Prouerbiorum verba Mariæ accommodant recentiores interpretes, ſecuti Petrum Damianum. Itaque ſenſus eſt: *Mecum* (ſiue *à me*, vt aliàs diximus) *eſt conſilium, & Fortuna.* Quibus verbis dilucidè innuitur non modò Mariam eſſe fortunatam? ſed etiam ipſam eſſe Fortunam noſtram: *Es Maria nueſtra fortuna, nueſtra buena dicha: ſus deuotos ſon bien afortunados.* Expetis vt cuncta tibi proſperè cedant? Eſto deuotus Mariæ alumnus: nam à Maria eſt Fortuna, & Maria eſt proſpera ſuorum Fortuna. Plerique Mariæ nomen *Stellam* interpretantur. Ergo *iuxta ſui præſagium nominis* (vt aliàs dixit Petrus Damianus, ſermone 13.) fauſta præſagit, & portendit felici omine. Hiſpanè dicimus, *Fulano tiene eſtrella*, quo ſecundam illius fortunam ſignificamus. Vnde qui ſub hac ſtella feliciter naſcitur, & viuit, fortunatè viuet, iuxta Mariani nominis præſagium: quia Maria, & à Maria eſt Fortuna. O fortunatiſſimos illos, qui Mariæ obſequio addicti ſunt! 147. Prouerb. Maria dicitur ſecunda fortuna ſuorum clientum.

Cùm Maria, iuxta ſui nominis præſagium, ſtella

Ioannes fortunatus nascitur, quia sub stella, quæ est Maria.

stella sit, fausta quæque perpetuò suis alumnis influens: hinc factum est, vt Baptista Ioannes, sub hac felici stella ortus, fortunatissimus nasceretur. Adhuc in Matris vtero præsentulcit felicitatem, quam in illum vbertim influxit hæc prosperior stella Maria inquam. Gratiam, quam non quærebat in materni vteri recessu repetit: prophetat sine voce infans, prophetas parentes facit: nascens admirationi est; viuens, omnium stupor, Christi Dei auctoritas, & virtutis meta: moriens Regum pauor, lymbi spes, Empyrei gloria: Ioanni plaudunt vniuersi, etiam qui extra fidem versantur, quod est felicitatis miraculum. Vnde Ioanni tanta sanctitatis prosperitas? Profectò fausta Mariæ stella, sub quâ nascitur, feliciorem gratiam apud Deum, & homines vbertim inspirauit. Quod tradidisse videtur Petrus Damianus serm. 25. vbi agens de gratia, quam Mariæ arcana visitatio illi copiosè influxit, agnoscit, & prædicat in Ioanne prosperioris fortunæ felicitatem, aiens: *Ioannem summa felicitatis immensitas largius irrorauit.* Prosperam felicitatem, seu felicem Fortunam appellat Ioannis gratias? appellat quidem & iure optimo. Nam Maria iuxta nominis sui præsagium felicitates spirat, & fortunatos facit: nam cum Maria & à Maria prosperior fortuna est, ipsa enim dixit: *Mecum, & à me, est consilium & Fortuna.*

P. Dam.

Curt. *Fortunatus omnes virtutes habere videtur.*

Eleganter dixit Curtius lib. 3. de gestis Alexandri: *Homines cùm se permiscuère Fortunæ etiam naturam dediscunt.* Id experiuntur qui profanâ felicitantur fortunâ. Imò etiam qui hâc sanctâ, & diuinâ fortunari solent: hominem scilicet sic hominem exuere depositis humanis affectibus, vt naturam dediscat, & gratiæ, & virtutum habitus pro natura commutet. Sententiosè dixit illustris ille Philosophus Cratinus apud Stobæum, serm. 103. *Vtinam fortunatus fiam: aliam verò virtutem nullam desidero.* Quasi felicior, & sanctior Fortuna sit virtutum promptuarium, & sanctitatis thesaurus. Verè qui à deuotione erga Deiparam fortunatus est, naturam dediscit, & virtutis gratiam sapit: nullámque virtutem, & gratiam desiderat: quia omnibus vbertim cumulatur. Opportunè dixit sapientissimus Idiota in Prologo ad Contemplat. De Virgine: *Inuentâ verè Mariâ inuenitur omne bonum.* Quibus verbis tacitè commentatur, & Mariæ accommodat, quod de Sapientia dicitur, Sapient. 7. v. 7. (vulgare est apud Patres, & Commentatores, quod de sapientia diuina legitur, Mariæ tribuere) *Inuocaui, & venit in me Spiritus Sapientiæ*, (graphicè depictam contemplare secundam Fortunam; quam experiuntur Mariano obsequio deuoti:) *& præposui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Super salutem, & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.* Nam *inuentâ verè Mariâ inuenitur omne bonum.* Vtinam fortunatus fiam à Mariæ deuotione, quæ secunda suorum Fortuna est: aliam verò virtutem nullam desidero. Mariæ enim pia deuotio virtutum est matrix, diues sanctitatis thesaurus, & felicior fortuna.

Cratinus. Stobæus.

Idiota.

Sap.

149. Profectò erga Mariam deuotio, character est felicitatis, & secundioris Fortunæ insigne. Quod in se expertus est, magnus ille vir sanctitate, & sapientiâ illustris S. Dionysius Areopagita in quadam epistola ad Paulum Apostolum: *Fateor*, inquit, *coram omnipotentia Dei, & clementia Saluatoris, & gloria maiestatis Virginis matris eius: quoniam cùm à Ioanne vertice Euangelij, ductus fui ad Deiformem præsentiam altissimæ Virginis, tantus me splendor circumfulsit exterius, & pleniùs irradiauit interius, vt nec corpus infelix, neque spiritus posset tanta felicitatis insigne sustinere.* Expende quòd vbi se Dionysius deuotiùs destinauit Mariæ; & sublimiùs de illa concepit animo, de quo agit infrà, *felicitatis insignia* se expertum fuisse, seriò ex Mariæ præsentia testatur. Nam pia deuotio erga Virginem Matrem, & eiusdem expromptus fauor est prosperitatis character, Fortunæ obsequium, & felicitatis insigne. Sic suos alumnos fortunat Maria. Sic suos clientes felicitat prosperiori Fortunâ. O fortunatum illum, qui charactere Marianæ deuotionis feliciter insignitur! Omnia cedent illi prosperè: imò infelicitatem ipsam secundè prosperabit, & immunis erit à vitæ huius obuiis infortuniis.

Dionys.

Nemo non vidit in hac Historia typicam Iudith fuisse secundam Fortunam Hebrææ gentis, & nemo nescit Mariam esse Christiani populi feliciorem Fortunam. Hic sisto gradum, ne non Tractatus, sed liber euadat.

Iudith.

CAPVT XI.

Vers. 19. Non est talis mulier super vniuersam terram.

ET CAPVT XIII.

Vers. 20. Non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari.

§. XXXI.

Apostolus ad Romanos 5. vers. 15. Virginem Deiparam à primordialis delicti labe, iuxta litteræ rigorem emaculat.

NVper §. 20. & 21. figurata Iudith populi sui vindex, vindicata fuit ab originali delicto. 150.
Non hic actum agam; nec rationum & auctoritatum pondere, nec acuminum florido ornatu, candorem Marianæ conceptionis nunc illustrabo; quod præstitere etiam plures hoc æuo: cui gratulor de pietate, de eruditione, & ingenio in hac adstruendâ veritate, quæ eò certitudinis iam deuenit, vt tantùm non definita sit, & fidei certitudine indubia. Itaque non disputamus, an Virgo Deipara in suæ conceptionis primo instanti immunis fuerit à primæui delicti communi & originali contagio; sed vtrùm hæc veritas iuxta litteræ rigorem contineatur in illis Pauli verbis ad Romanos 5. vers. 15. *Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multò magis gratia Dei & donum in gratiâ vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit.* Ergo litteralissimè emedullandus est locus hic, in quo (sic opinor, quin censuram in oppositum seueriùs vibrem) iuxta litteræ districtum rigorem, immaculatam Marianæ conceptionis puritatem contineri seriò putauerim, in illis verbis: *In plures abundauit*, adspectu ad τὸ *multos*, quos Adæ peccato mortuos dixerat Apostolus. Quid alij senserint super hac Pauli sententiâ, prius aperiam, & quid probandum, aut improbandum in eis videatur; vt quid approbari possit & debeat, explicatiùs appareat. Petrè hic M. Dominicus Soto Caput hoc in tres partes dispescit. In primâ à vers. 1. vsque ad 12. profert Apostolus quidnam

Status controuersia proponitur.

Ad Rom. 5. vers. 15.

M. Soto ibi.

nam bonorum per Christi Dei fidem & gratiam nobis obueniat: in secundâ, à vers. 12. vsque ad 15. enucleat rationem originalis culpæ, eiusque incommoda & detrimenta adaggerat: in tertiâ verò ab hoc vers. 15. excellentiam mirificam & exuberantiam gratiæ Iesu Christi dignissimè extollit & amplificat: nimirùm vt significantissimè patescat, quantò fuerit maior virtus nouissimi Adæ, quàm primi infirmitas; quamque excellat redemptrix gratia per Christum, primæuam culpam ex Adamo serpentem.

151. *Prima interpretatio illud plures, absolutè accipit, id est, multos.*

Scilicet in hoc vers. 15. comparat Paulus vim nocendi in Adæ peccato, cum Christi gratiâ redemptrice; hancque longè excellere euincit, aiens: *Non sicut delictum Adæ, ita & donum*, & redemptrix gratia per Christum: hæc enim vberior est in bonum, quàm delictum illud in malum. Et statim subdit huius propositionis luculentam probationem: *Si enim*, inquit, *vnius Adæ delicto multi mortui sunt*: (id est, *omnes*, vt plerique interpretes commentantur) *multò magis gratia Dei, & donum in gratiâ* (id est per gratiam) *vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit*. Ergò difficultatis cardo in eo totus vertitur, in quonam hæc excellentiæ comparatio, seu prælatio consistat. Summates interpretum & numero, & eruditione magni, censent, quòd tametsi Christi Dei redemptio, & gratia dicatur *in plures* abundare, quàm Adæ delictum; id tamen intelligendum non sit comparatiuè, vt significetur maior extensio, aut copiosior numerus eorum, quibus Christi Redemptio profuit, quàm eorum, quibus Adæ delictum nocuit. Vnde sensus erit, quod sicut Adami præuaricatio *multis*, id est, omnibus nocuit; multò magis, id est, faciliùs, & efficaciùs, & copiosiùs gratia Christi illis multis, vel multitudini ex se proderit. Quasi comparetur ingenium & vigor delicti, cum naturâ & ingenio gratiæ in seipsis, non autem in personarum extensione. Ita S. Augustinus lib. 6. contra Iulianum cap. 12. & lib. 1. de peccat. merit. cap. 15. indicat. S. Leo serm. 12. de Passione, & expresè eam tenent S. Chrysostomus, Theophylactus, Primasius, Anselmus, & Remigius ibi, S. Thomas 3. p. q. 52. art. 7. ad 2. Hugo Victor. tom. 1. q. 142. in Epist. ad Rom. Lyranus, Hugo Carensis, Dionysius Richel. Adamus Sasbout, Catharinus, Domin. Soto, Caietanus, Gagneius, Vatablus inibi, Erasmus in Paraphrasi ad eum versum, Iacobus Sodaletus lib. 2. Comment. in ad Romanos, P. Franciscus Suarez tom. 2. in 3. p. ad q. 52. art. 7. in Commentario, P. Vasquez in Paraphrasi ad hunc vers. n. 21. P. Bellarmin. tom. 2. lib. 3. de amiss. grat. cap. 2. P. Salmeron tom. 13. disput. 41. P. Mariana, P. Toletus, P. Pereira, P. Iustinianus, P. Cornelius, P. Emanuel Sà, P. Iacobus Menochius, P. Tirinus, P. Gordonus, & Cornelius Mussus ibidem. Ratio omnium est, quia in Græcâ origine eadem vox quæ scribitur cùm dicitur, in *plures*, habetur ac quando dicitur *multi* mortui sunt: ergo *plures*, idem est, ac *multi*. Dein quia Christi redemptio non se extendit ad plures numero personas, quàm Adæ peccatum. Vnde redemptricis gratiæ excessum adspectu ad primordiale delictum explicant, quia datur potentior gratia per Christum: & quia Adæ peccatum est vnum, at Christi gratia ad resurgendum è pluribus peccatis: & quia Adæ peccatum vnum dumtaxat malum est, quod intendi non potest; Christus verò abundantiam gratiarum effudit: & quia Adam perdens, erat homo: Christus redimens, erat homo Deus: & quia Adam attulit mortem; Christus autem vitam gratiæ, & æternæ beatitudinis: aliáque gratiæ redemptionis sexcenta elogia spissant; quæ negabit nemo, & legi possunt in P. Salmerone. P. Pereiro, & P. Cornelio. Itaque omnes hi auctores, τὸ in *plures*, non de excessu numerali, sed quasi de intensione, aut excellenti aliquâ prærogatiuâ gratiæ, quam habemus per Christum, locum interpretantur.

August. Leo. Chrisost. Theoph. Primasius. Anselm. Remigius. S. Thom. Hug. Vict. Lyra. Hugo Card. Richel. Adamus. Cathar. Soto. Caietan. Gagneius. Vatabl. Erasmus. Sodalet. Suarez. Vasquez. Bellarm. Salmeron. Mariana. Toletus. Pereira. Iustinian. Corn. Sà. Menoch. Tirin. Gordon. Mussus. *Probatio oppositæ sententiæ.*

Salmer. Pereira. Cornel.

Secunda interpretatio illud plures accipit relatiuè cum excessu numeri.

Alij verò cùm attentiùs aduertunt, τὸ *plures*, dum dicitur, gratia Christi *in plures abundauit*, suâ energiâ vacare, nisi ad *plures* numero personas extendatur, quàm Adæ delictum; vocem *plures* comparatiuè accipiunt respectu ad *multos*, qui Adæ delicto mortui dicuntur. Scilicet per *multos* intelligunt idololatras, qui in similitudinem Adæ videtur præuaricari; per *plures* verò in quos Christi gratia exuberat; non tantùm idololatras, & infideles; sed etiam fideles, in quos redemptrix gratia vbertim exundat. Ita Origenes lib. 5. ad ea Pauli verba. S. Ambrosius inibi (si Ambrosij sunt ij Commentarij, qui eius nomine circumferuntur) S. Thomas qui in commentario Epist. ad Romanos, non minus sententiam Ambrosij, quàm Augustini sequi videtur, si legatur attentiùs. Strabus Fuldensis totus magistri sui Rabani doctrinâ imbutus, comparatiuè accipit præfata Apostoli verba. Et sanè huic interpretationi fauere videntur P. Salmeron, Pererius, Iustinianus, Cornelius, & apud eundem Cornelium, P. Suarez, qui excessum explicatum per τὸ *plures*, agnoscunt, non respectu ad homines, sed ad Angelos: quasi peccatum Adæ irrepserit in omnes homines; gratia autem Christi se etiam ad Angelos protelarit, quod infrà examinabitur, num. 170. 152.

Orig. S. Ambros. S. Thom. Strabus.

Salm. Pererius. Iustinianus. Corn. Suar.

Tertia interpretatio, genuina (sic opinor) litteralior & simplicior, τὸ *plures* relatiuè ita intelligit vt Christi redemptio ad plures numero personas exuberauerit quàm Adæ peccatum se extenderit de facto: propterea quòd Christi Dei vberior gratia se extenderit ad B. Virginem Deiparam, ad quam non se extendit Adæ delictum. Quasi dicat Paulus: *Non sicut delictum ita & donum*: Nam abundantius est donum redemptionis per Christum, quàm damnum, quod delinquendo intulit Adamus: nam in Adamo *multi*, id est, omnes, aut penè omnes mortui sunt peccati morte: at gratiæ vita, quam homines per Christum nacti sunt, in *plures* personas abundauit: quod verissimum est, nã originale peccatum in omnes homines serpit; gratia verò per Christum etiam ampliatur ad B. Virginem, quæ mortua in Adamo non est, sed præpropero redemptricis gratiæ priuilegio, ab originali morte præseruata. Priorem huius interpretationis partem, nempè τὸ *plures* accipere latiuè cum excessu numerali personarum, docent expresè Origenes, Ambrosius, S. Thomas, & Strabus Fuldensis; & insinuant neotherici nuper allegati pro secundâ interpretatione. Alteram verò huius interpretationis partem, quod mens Pauli, id est, Spiritus sancti, fuerit asserere, gratiam redemptionis per Christum, ad *plures* se extendisse, quàm Adæ delictum, quia se extendit ad B. Virginem, à delicto originali immunem: luculenter docet P. Valent. de Herice 1. p. Tractat. 3. disp. 35. c. 2. n. 3. P. Diegus Alarcon. 1. p. Tract. 4. dispur. 5. c. 9. n. 5. Idem etiam etsi non ita perspicuè tradit P. Ioannes Perlinus in Apologiâ pro magnâ Matre dist. 12. c. 2. n. 14. ab illis verbis: *Vt autem alia taceam, &c.* Tradi quoque videtur hæc doctrina à P. Cornelio, qui quamuis ad præfatum v. 15. per τὸ *plures* intelligat omnes; sicut per τὸ *multos*; tamen cùm ad v. 19. anacæphaleosim 153.

Verior interpretatio traditur, & auctoritate munitur.

Orig. Ambros. Strabus.

Herice. Alarcon. Perlinus.

Cornel.

Digitized by Google

ſim tradat eorum, in quibus Chriſti redemptio excellit Adæ præuaricationem, hæc verba ſcribit num. 310. *Septimò, non peccatum Adæ, ſed gratia Chriſti ſe extendit ad B. Virginem, quæ eſt mare gratiarum.* Adiunxi etiam modo P. Benedict. Iuſtinianus num 5. explicans illud: *in plures abundauit*, ſic fatur: *Denique Adæ iactura intra ſuam dumtaxat poſteritatem clauditur, ita tamen vt etiam ex ipsâ excipiendus ſit Chriſtus & beatiſſima item Virgo .... Chriſti verò gratia ad omne genus hominum pertinere poteſt.* Ecce tibi vterque locuples auctor paulò pòſt expreſſiùs videtur, id, ad quod nuper forte non attenderat. Hanc interpretationem locupletat egregiè P. Magiſter Petrus de Simancas Auguſtinianus, polito vir ingenio; illamque præmunit maſculà pietate, & multiiugâ floridâque eruditione, in præcitato Opere, quod hac ſuper re iam iam typis mandat, inſigni Marianæ gloriæ incremento. Cuius ſapientiſſimi viri auctographa mihi videre & adprobare auſpicatò licuit; & hanc interpretationem in hoc Complutenſi gymnaſio in Biblicis theſibus publicè defendere, inſigni totius academiæ concurſu, (Mihi, an potiùs Deiparæ adulabor?) & plauſu, ſiue conſenſu H. ſapientiſſimi Magiſtri hanc ſententiam auctoritate locupletant; muniet etiam hæc ratio, quam opinor, validiſſimam.

Iuſtin.

M. Petrus Simancas.

154. *Noſtra interpretatio validâ ratione conuincitur.*

Ille eſt Bibliorum ſenſus litteralior, magiſque proprius & genuinus, qui Scripturarum verba propriè accipit abſque metaphorâ tropo, aut allegoriæ nubilo. quod præſtandum eſt quoties nullum ſequitur abſurdum, ſi verba propriè, candidè, & ſimpliciter accipiantur in genuina; nec tranſlatâ vocum ſignificatione: (nemo hoc neſcit, qui aliquid ſcit; & quod Auguſtino magiſtro, didicit vtraque ipſiſſima ſchola & poſitiua, & ſcholaſtica) ſed propria & germana ſignificatio huius vocis *plures*, exceſſum in numero, ſeu perſonarum pluralitate; non excellentiæ intenſionem, aut prærogatiuæ excellentiam propriè ſignificat: ergò, ſi nullum inde ſequatur abſurdum, in eâ ſignificantiâ vox *plures* accipienda eſt. Maior huius ſyllogiſmi propoſitio tanto omnium conſenſu admittitur, vt pudeat & pigeat comprobare: alioqui ſtabile & inconcuſſum nihil eſſet in Biblijs, quod Origenianum eſſet, ab Eccleſiæ Patribus in Origenis commentis perpetuò damnatum. Conſequutio videtur legitima: & minor (niſi valdè fallor) certiſſima. Quis enim neſciat, vocem *plures* extenſionem potiùs, quàm intenſionem, aut prærogatiuæ repetitionem, ſiue excellentiam ſignificare? Quiſve tam bardus & truncus, aut tam eruditionis ac pietatis inops, qui putet abſurdum, ſeriò nunc affirmare, Virginem Deiparam in Adamo non fuiſſe mortuam cum illis *multis*? aut Ieſuanæ redemptionis cumulatiùs non fuiſſe participem? Non probo hic hanc veritatem, quam oculatior eruditio peruidet; & quam in ea ineruditio, aut eruditorum luminibus, aut pietatis oculis perſpicuè cernit. Nempè cum τὸ *in plures*, hîc, ſi vox propriè accipiatur potiùs ſignificet pluralitatem in perſonarum numero, quàm quidvis aliud, nullúmque exinde ſequatur abſurdum: (cùm abſurdum non ſit, ſed potius veritas, tantùm non definita) nihil vetat, & omnia congruunt, ſi Apoſtoli verba in propria & rigoroſa ſignificatione accepta, Virginem Deiparam ab originalis delicti communi morte & labe diſertè vindicent, præſulto Marianæ puritatis auctario. Sed operæ pretium duxi hic in oppoſitum obiicere, quæ huius Complutenſis academiæ Lumina mihi pro virili eam defenſanti obiecerunt,

Ex ſolutione argumentorum noſtra ratio claratur, & munitur.

non quò hanc veritatem obnubilarent; ſed vt clararent ampliùs, nitido rationis examine. Seriò enim putauerim ex argumentorum ſolutione ſplendidam huic interpretationi facem accendere, vt ablegato difficultatum nubilo, nitidus Marianæ conceptionis prætineat fulgor. Attentiorem, & ſine præiudicio cupio lectorem, ad ea quæ iam ſubſcribimus, in quibus totius controuerſiæ cardo vertitur, & ex quorum ſolutione noſtra interpretatio roboratur.

155. *Prima obiectio propotitur.*

Primò obiicis, quod pleroſque ad oppoſitum opinandum valdè mouit: In Græco Pauli textu, cùm dicitur Chriſti redemptionem ſeu gratiam abundaſſe in *plures*, pro τὸ *plures* ſcribitur πολλοὺς, quâ voce vſus eſt etiam Apoſtolus; cùm nuper dixit *multi* mortui ſunt; nam pro *multi*, habetur etiam πολλοὶ in primo pluratiui numeri caſu. Vnde conſtat, quòd cùm dixit, abundauit *in plures*, τὸ *plures* non deſignat comparationem cum exceſſu perſonarum in numero: ſed eoſdem, quos nuper dixerat *multos*, nunc eodem Græco vocabulo, *plures* appellare, eâdem eiuſdem vocis ſignificantiâ. Præſertim cùm conſtet ſpeciale vocabulum Græcis ſuppetere ad indubiè ſignificandum plures comparatiuè, nempe τὸ πλείον. Vnde Syriaca tranſlatio non vertit, *In plures abundauit*; ſed, *Redundauit in multos.* Chryſoſtomus & Beda, *In multos abundauit*, & Vatablus, *In multos exuberauit.* Hæc aduerſariorum machina ſubruere, imò labefactare conatur præcipuum noſtræ interpretationis fulcrū.

Non plures ſed multos aliqui exſcribunt.

Syriaca. Chryſoſt. Beda. Vatabl.

156. *Soluitur argumentum; & ex ſolutione illuſtratur concluſio.*

Verùm, etſi validè arietatum, adhuc inconcuſſum ſtat. Porrò notum eſt apud Græcæ linguæ peritos, vocem Græcam πολλὸς: (ſicut & Latinam *plures*) poſſe ſignificare aut abſolutè multos, aut relatiuè cùm exceſſu, quod ex contextu ipſo explorandum eſt. Sic Latinè dicimus, *Plures* auctores tenent hanc ſententiam, id eſt, multi. Sic etiam dicimus: Multi auctores tenent hanc ſententiam; *plures* autem tenent oppoſitam: vbi ex contextu liquet, illud *plures* nunc relatiuè accipi cum numerali exceſſu. Sic etiam dicimus: *Plures* ſunt nobiſcum, quàm contra nos, & alia ſexcenta. Idem puta de Græcâ voce πολλοὶ, quam ſæpè conſtat ex contextu ſumi abſolutè, & perſæpè comparatiuè cum exuberantia in numero, ſeu extenſione perſonarum, quod explorandum eſt ex ipſo ſententiæ contextu. Aliquot exſcribamus exempla ex plurimis, quæ ſe menti cateruatim obiiciunt. Deuter. 7. v. 17. *Plures ſunt gentes iſtæ, quàm ego.* Græcè habetur πολλοὶ, & tamen indubiè exceſſus in numero innuitur. Et 3. Reg. 18. v. 25. Dixit Elias prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnum, & facite illud: *Quia vos plures eſtis*, Græcè πολλοί. Et Marci 12. v. 5. *Et plures alios*, Græcè πολλοὺς conſtat autem ex Matth. 21. v. 36. exceſſum in numero denotari. Quod autem hîc exceſſum in perſonarum numero Paulus denotet, ex eo conſtat, quòd cùm Apoſtolus propoſuerit probandam hanc propoſitionem: *Non ſicut delictum, ita & donum*, ſubdit exuberantiam doni per Chriſtum reſpectu originalis culpæ: *Si enim vnius delicto multi mortui ſunt: multò magis gratia Dei, & donum in gratiâ* (hoc eſt per gratiam) *vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.* Quaſi dicat; Adamo peccante omnes, aut propè omnes eius poſteri, mortui ſunt in ipſo, & in ſe ipſis per ipſum. Quod explicat, cùm ait, Adami delicto, *multi mortui ſunt.* At Chriſti Dei redemptrix gratia, in *plures* perſonas abundauit, quàm originalis mors ab Adamo, quæ ſe extendit ad *multos*: id enim exigit

Deuter.

3. Reg.

Marci.

Matth.

propria

Digitized by Google

propria significatio huius vocis *plures*, cùm ponitur adspectu ad *multos*; quod euicimus modò, cùm proprietatem Græci verbi πολλοὺς, & Latini, *Plures* tradidimus. Itaque Græca vox πολλοί, & Latina, *plures*, etsi possit esse absoluta, tunc est comparatiua cum excessu personarum, quando ponitur cum termino comparationis, sed hic ponitur cum termino comparationis, nempè cum respectu ad illos *multos* in Adamo mortuos: ergo denotat excessum in personarum numero: quod intendimus.

157. *Nihil officit, quòd nonnulli, non plures, sed multos transtulerint.*

Non inficior, Syriacam translationem, Chrysostomum, Bedam, & Vatablum, non vertisse in *plures*, sed in *multos*. At Biblia regia, Complutensia, cæteræ translationes, relinqui Patres Græci & Latini, antiqui & recentiores interpretes scribunt, non in *multos*, sed in *plures*. Quin & Vulgatus interpres, quem sequi ex Tridentini oraculo tenemur, in *plures* habet. ergò si τὸ *plures* propriè accipi potest, propriè accipi debet: atqui potest, ergò debet. Ex vulgato enim reliquas translationes metiri debemus, imò & emaculare, ne in re fidei infidè exerremus.

158. *Proponitur secunda obiectio.*

Secundò obiicis; Ex interpretibus non paucos, nec ignobiles per τὸ *multi*, dum dicitur, In Adamo *multi* mortui sunt, intellexisse non omnes, sed dumtaxat *multos*: ergò si Adami delictum in multos homines deriuatum est, rectè potest gratia per Christum in multò *plures* deriuari, quin necesse sit ad hanc pluralitatem complendam recurrere ad B. Virginem. Igitur benè constat tota energia vocis comparatiuæ *plures*, tametsi Virgo Deipara minimè hîc denotetur, aut ab originali labe excludatur à Paulo. Quod autem per τὸ *multi* mortui sunt, non intelligantur omnes, sed multi, docent Origenes, S. Ambrosius, S. Anselmus (vel potiùs Herueus) Anselmus Laudunensis, S. Thomas in commentario, Caietanus, Toletus, Pererius, & Catharinus ibi, qui addit, ideò dici *multos* in Adamo mortuos, non omnes; vt ab Adami morte & delicto Deipara excludatur.

Orig. S. Ambros. S. Anselm. Anselm. Laudun. S. Thom. Caietan. Toletus. Pererius. Cathar.

Hæc obiectio plumbea est, nisi valdè fallor, & inidoneam reddens Pauli argumentationem. Porrò perspicuum est, & conuenit inter expositores, Apostolum hîc intendisse probare, hanc propositionem: *Non sicut delictum, ita & donum*; sed donum per Christum exuberare supra Adami delictum: quod ieiunè admodum probasset, aiens, quod Adami delictum *multis* nocuit; gratiam verò per Christum *pluribus* profuisse. Obuium enim erat obiicere Paulo, Adami delictum re ipsâ obfuisse omnibus hominibus præter Christum Deum (adde etiam, si placet, & Deiparam) at τὸ *plures* comparatum ad *multos* tantùm homines, non ad omnes præter Christum & B. Virginem; non donum augere, sed minuere: nam *plures* respectu mu torum dumtaxat, donum exaggeraret comparatione ad aliquos tantùm, non ad omnes, qui damnum acceperunt ex Adæ delicto. Vnde cùm primordiale malum non in *multos* dumtaxat, sed in omnes (præter Christum, & Deiparam) irrepserit, diminutè prædicaretur redemptionis exuberantia respectu aliquorum, non omnium, qui damnum ex Adamo acceperunt. Nam si omnes homines morte affecit Adamus, & Christus non eosdem omnes, sed plusquàm *multos* viuificauit; non tantùm Christus profuit, quantùm Adamus nocuit; exindéque improbatum relinqueretur assumptum: *Non sicut delictum, ita & donum.*

159.

Soluitur secunda obiectio.

160. Tertiò obiicis: Idem argumentum vrgens; cur ergo, si cùm dicitur, Multi mortui sunt in Adamo, omnes intelligantur, non dixit Apostolus, vt nuper πάντες, *omnes*, sed πολλοὺς *multos*? Responde cum Catharino & Iustiniano: Vt disertè exciperentur Christus Deus, & Virgo Deipara: qui etsi filij Adæ fuerint, Adæ mors in illos deriuata non fuit. Et sanè cùm in posteriori huius versiculi hemistichio addendum esset, Gratia Christi, *In plures abundauit*, comparatione ad *multos*, qui in Adamo mortui sunt; inidoneè tunc dixisset *omnes*. Absurdè enim sonaret: Omnes mortui sunt in Adamo, sed Christi gratia *plures* viuificauit: nullus enim excessus supra omnes agnoscitur, nec benè audit. Addunt plerique interpretum, ideò Apostolum non dixisse *omnes*, sed *multos* fuisse in Adamo mortuos, vt numerum explicatiùs augeret: nam tres, quatuorve poterant esse *omnes*, non tamen poterant dici *multi*; multitudo enim ampliorem numerum requirit.

Cathar. Iustinian. Cur non omnes, sed multi in Adamo mortui dicantur.

161. *Obiectio quarta, & eius solutio.*

Hinc, opinor, extricantur quorumdam subtiliores argutiæ, qui quartò obiectant, per *multos*, qui in Adamo mortui dicuntur, non omnes, sed multos dumtaxat intelligi; ast in *plures* ex his *multis* Christi Dei redemptricem gratiam exuberasse, nempè in sanctissimis viris & feminis, in quibus gratia vberiùs exundauit. Ecquis autem hæc ad Pauli mentem adaptet? Nam si non *multi* tantùm, sed omnes Adæ posteri eius peccato mortui sunt (excipe filium Deum, & matrem Virginem) quid refert ad Iesuanæ gratiæ exuberantiam, quod ex omnibus mortuis aliqui tantùm adsignentur, respectu quorum excellentior vita gratiæ & gloriæ à Redemptore tribuatur? restant enim alij innumeri in Adamo mortui; & alij similiter innumeri à Christo non viuificati per gratiam iustificantem. Quin & hic sensus violentè nimis aptabitur ad Apostoli verba; nec ab vllo interprete hucvsque excogitatus est.

162. *Potentior fuit Adæ culpa secundum quid, sed redemptio simpliciter.*

Quintò obiicis. Etsi τὸ *in plures* ad B. Virginem extendatur, plus tamen nobis peccans Adamus nocuit, quàm profuit redimens Christus: nam peccante Adamo, omnes primæuo delicto infecti, formaliter mortui nascimur. Redimente autem Christo, non nascimur viui formaliter; sed digni in Christo, vt per gratiam & Sacramenta, spiritualis vita nobis per Christi merita donetur. Profectò hoc argumentum non specialiter militat contra nostram interpretationem, sed vniuersaliter contra omnes, & contra fidei dogma, quo certâ fide scimus, sanctitate & meri Christi, non esse homines formaliter sanctos & iustos, vt Hæretici insanè blaterant. Quomodolibet autem id fiat, indubiâ fide certum est, plus Christum nobis profuisse, quàm nocuit Adamus quod in hoc versiculo pronunciat Apostolus aiens: *Non sicut delictum, ita & donum*, & insuper addit duplicem excessum ex doni intensione in illis verbis, *Multò magis abundauit*; alterum extensiuum, dum ait, *In plures abundauit.* Reliqua verò in quibus Redemptio delictum superat, exponit in versiculis sequentibus, super quo ibi vbertim expositores. Itaque Adæ delictum hac ex parte (id est, secundùm quid) redemptionis donum superat; sed simpliciter superatur ex cumulo omnium prærogatiuarum, quas ab hoc versiculo 15. Paulus congerit.

163. *Difficillimum argumentum nobis obiicitur.*

Sextò obiicis difficile, si quod aliud, argumentum: Donum per Christum, id est redemptionis donum, quod hîc in personarum numero comparatur, & præfertur Adami delicto; aut accipitur quoad sufficientiam (id est, quoad extrinsecum nobis Christi meritum) vel quoad efficaciam, (id est,

eſt,gratiam hominibus de facto collatam ex Chriſti meritis.) Si quoad ſufficientiam, meritúmve inquam: ſicut Chriſti redemptio meritorie extenditur ad omnes omninò homines, ſic Adæ delictum omnibus ſimiliter hominibus, (Chriſtum geminato titulo ſemper excipe) etiam Deiparæ, quæ,vt minimum debitum illud incurrendi contraxit: ergò Chriſti donum in *plures* perſonas minimè abúdauit. Si verò Chriſti redemptio quoad efficaciam accipiatur,etſi B. Virgo à peccato originali immunis fuerit,nõ ſe extendit ad plures perſonas: ſiquidem multò plures perſonæ de facto per peccatum originale mortuæ ſunt, quàm de facto per Chriſti gratiam viuificatę: nam omnes omninò homines (pręter Chriſtum, & Deiparam) originale delictum contrahunt: & innumeri ſunt,qui gratiæ iuſtificantis dono nunquam viuificantur:ergo τὸ *plures* extendi ad plures perſonas minimè poteſt. Hanc machinam contra noſtræ interpretationis arcem, huius acedemiæ Primipili ſemel & iterùm arietarunt, ſed minimè eam ſubruerunt.

164. *Pauli ſcopus in hoc capite.*

Profectò ſi ſcopus Pauli in toto hoc capite attentius inſpiciatur, eò dirigitur, vt infideles ad fidē (quam valdè deprædicat) excitet;& fideles ad iuſtificantē gratiam & beatam gloriam,quam habemus per Chriſtum, excitet: ne autem animo caderent ob originalis delicti cognatam omnibus malitiam,bona, quæ habemus per Chriſti redemptionem ſumptuoſius commendat ab hoc v. 15. Exinde cenſuetim non agere de dono, & bono extrinſeco duntaxat redemptionis omnibus vniuerſatim communi; ſed de omni gratiâ extrinſecâ,& intrinſeca, de omnique gratiarum theſauro quem per Chriſtum habemus aduerſus peccatum. Hinc procliue eſt extricare argumentum. Quod in primis nullam habet vim, ſi dicamus (quod ierò cenſemus) B. Virginem originalis delicti contrahendi debito caruiſſe: nunc

B. Virgo caruit debito originalis contrahendi, & inde extricatur argumentum.

enim Adami peccatum omnibus præter Virginem, æquè imminet,ab omnibus præter Virginem contrahitur: gratia etiam extrinſeca communis redemptionis, & intrinſeca ſpecialis gratiæ præſeruantis à delicti contrahendi reatu, per Chriſtum habet Deipara. Vnde donum per Chriſtum ad *plures* ſe extendit,quàm commune Adami delictum.

165. *Eluditur argumentum, etſi B. Virgo debitum incurrerit.*

Sed eſto, Virgo Deipara habuerit delicti originalis incurrendi debitum (ne ſolida huius Paulini loci interpretatio ab his Theologorum opinationibus dependeat) adhuc expedita manet argumenti ſolutio, ſi ſemel concedatur, (quod certum eſt)B. Virginem peccatum originale minimè contraxiſſe. Porrò ſiue originale delictum ſit actio Adami moraliter noſtra, ſiue carentia gratiæ debitæ, quæ mors animæ eſt; omnes Adæ poſteri præter Virginem, hoc contagio ſimpliciter mortui ſunt de facto: at B. Virgo hanc animi mortem,redemptricis gratiæ fauore præproperè præuenta,non incurrit: ergo tametſi Adami delicto multi (id eſt, omnes pręter Virginem) mortui ſunt; tamen redemptrix Chriſti gratia, quę Deiparam pręuenit, ſic illam pręproperè viuificauit, vt nunquam de facto mortua fuerit peccati morte, ſicut reliqui, qui de facto incurrerunt delictum. Omnes enim homines viuificati ſunt quoad ſufficientiam; multi etiam quoad efficaciam; ſola B. Virgo pręuenta ne mortem incurreret: ergo cumulus donorum per Chriſtum ſiue per ſufficientiam, ſiue per efficaciam, (ſecundùm diſtributionem, vt aiunt, accommodam) *plures* viuificauit, quàm mortificauit Adamus; & in *plures* perſonas abundauit, vnde interpretatio noſtra manet inconcuſſa.

De Celada in Iudith.

Obiicis,quamuis Virgo Deipara exempta fuerit ab originali delicto,inidoneè tamen dici; Chriſti

166. *Exceſſus in vna donec conſtat.*

gratiam abundaſſe in *plures*, quàm Adæ delictum, quia ad vnam tantùm perſonam ſuperextenditur: nam vocula *plures* ſonat pluralitatem. Elumbe planè argumentum, oritum ex ignoratione huius vocis. Nam τὸ *plures* indubiè pluralitatem importat, non in comparationis exceſſu, ſed in vniuerſa numeri collectione. Namque è duobus candidatis, primus habuit centum ſuffragia, alter vnum ſupra centum; an non hic verè dicitur habuiſſe plura ſuffragia? Lippis hæc & tonſoribus nota. Sed adhuc hoc argumentum vrgeo.

167. *Odiosum argumentum eluditur.*

Obiicis, in tam amplo, & penè infinito numero hominum,qui originale delictum contrahût: quia vnica tantum Deipara illud non contraxit,non ſatis idoneè dici videtur, redemptionem abundaſſe in *plures*; cùm pluralitas tunc, etſi arithmeticè ſubſiſtat,tamen moraliter,& in communi loquendi modo,in tam vaſto perſonarum numero, tam exiguus in numero exceſſus, vix, aut ne vix quidem, computatur. Reſpondeo,quod arithmeticè & metaphyſicè verum eſt, verè à Paulo dici. Præſertim cùm vna Deipara,in quam redēptrix gratia,primordialis delicti extenſionem excellit,plus habuerit eiuſdem redemptricis gratiæ; quàm reliqui omnes, qui in peramplo illo numero computantur, vt docent Theologorum ſummates. Ergo cùm redemptricis gratiæ extenſitatis exceſſus demonſtretur à Paulo, conſultiſſimè dixit,abundaſſe in *plures*,etſi in vnâ perſona tantùm excellat, quia hæc perſona plus habet gratiæ, quàm reliquæ iunctim omnes, quæ ibi computantur. Quis hæc non videat?

168. *Cur vna duntaxat Deipara exceſſum hunc compleat.*

Obiicis, vox *plures*, non tantùm exceſſum capit in vno numero, ſed etiam in multis. Si enim alter candidatorum pro ſe numeret centum ſuffragia,alter verò mille, proculdubio hic dicitur habere plura ſuffragia,ergo Pauli ſententia immutata eſt,& ad alias etiam perſonas præter vnam Deiparam, impunè extendi poteſt. Quod quàm ſit abſurdum, vel cæci videant. Ego quidem ingenuè fateor, voculam *plures* exceſſum indeterminatum de ſe importare: ſed reſtringendum ex Scriptura, ex Conciliis, & Patribus. Porrò ſancitum eſt in Scripturis omnes in Adamo peccaſſe,& ex Concilio Tridentino conſtat,omnes homines incurriſſe originale delictum, & ſolam B. Virginem ab hac vniuerſali lege,ſaltem præciſiuè excipi: ergo locus hic Scripturæ ex aliis clarioribus interpretandus eſt, qui eſt optimus interpretandi modus,vt ſancti Patres, & commentatores paſſim docent. Quid ergo vetat hunc ſubobſcurum & de ſe indeterminatum Pauli locum, ex aliis Scripturæ locis clarioribus reſtrictim interpretari? Maximè quidem cùm accedat Tridentini auctoritas ab hac communi mortalium lege Deiparã excipientis. An non quod aliquis Propheta generatim in vno loco pręcedit,poteſt ipſe,vel quiuis alius explicatius determinare? Sic multa quæ in veteri lege ſub allegoriæ nubilo denuntiauit Moyſes, noui Teſtamenti ſcriptores apertius reuelarunt. An non Paulus idoneus erit Pauli interpres? An non Tridentina Synodus Pauli verba idoneè extricabit?

169. *Verba Pauli intelligi non poſſunt de ſola corporis morte.*

Obiicis, Si verba Apoſtoli,cùm dicit: *Multi* mortui ſunt, intelligantur de corporis, non de animæ morte, euaneſcit noſtra commentatio, quæ tota viget de hoc extremo comparationis. Nihil autem prohibere videtur, vt de corporali morte intelligantur. Imò multùm nimis: alioqui valdè excelleret hac in parte peccatum Adæ redemptionem Chriſti, vt liquidò patet. Nam omnes homines

corporaliter mortui sunt, aut moriuntur: per Christum autem multò pauciores viuificantur vitâ corporis, & vitâ gratiæ. Generalis autem corporum resurrectio in mundi fine, omnibus communis est.

170. Extensio in plures, hic non capit Angelos.

Obiicis, Esto, τὸ *plures* intelligatur relatiuè cum excessu in personarum numero; si pluralitas intelligatur respectu Angelorum, qui Christi gratiam participarunt, prorsus ruit nostræ interpretationis fundamentum: nam si in alios præter B. Virginem hæc pluralitas extendi potest, nulla vrget ratio, quare de illa speciatim intelligatur. De extensione Ad Angelos hanc personarum pluralitatem intelligunt P. Salmeron, P. Iustinianus, nec renuit P. Cornelius, qui pro ea P. Suarium allegat. Verùm enim verò nunquam adduci potui vt existimarem, Angelos redemptrici gratiâ venustatos, pro qua sententia Theologiæ Proceres validè militant. Sed demus vltrò aduersariis, Christum merito redemptionis sanctis Angelis gratiã meruisse, mihi haud dubium est, de eâ hic Apostolum minimè egisse: nam antithesis, & comparatio fit inter *multos* per Adamum mortuos, & *plures* per Christum viuificatos: ergo suppositum vel substantiuum illius vocis *multi*, dum dicitur, *Multi mortui sunt*, est homines. Quasi dicat, Vnius Adami delicto *multi* homines mortui sunt: at gratia per Christum in *plures* homines exuberauit: neque enim aliud esse potest suppositum, aut substantiuum, nisi quo proximè præcessit. Imò donec enim Apostolus homines excitaret ad fidem & gratiam Christi, ne ob Adæ peccatum animo caderent, si gratiæ excessum non in hominibus, sed in Angelis collocaret. Nam Angeli sicut originalis delicti non sunt participes, ita nec adspectu ad illos redemptricis gratiæ excellentia aptè hic prædicaretur. Imò hinc ex promptum est, nostram interpretationem roborare, nam vel Auctores oppositæ sententiæ, in nostram, sic inclinant, vt sedulò procurent vocem *plures* cum excessu in comparatione propriè vsurpare, & inde ad Angelos gratiam redemptionis extendunt, ne vocem *plures* sua propria significatione defraudent. At quis neget hanc personarum extensionem, quam per vocem *plures* explicat Apostolus, aptiùs B. Virgini, gratiam redemptionis indubiè participanti, quàm Angelis conuenire?

Salmeron. Iustinian. Cornel.

Ex opposito argumento nostra interpretatio roboratur.

171. Auctores qui pro nostra sententia militant.

Fortè putabit aliquis audacter nos agere, dum interpretationem, quam pauculi Doctores tenent, amplectimur; deserentes primam, quæ plurimos, ipsosque locupletes auctores numerat. Idem propè obiice his, qui secundam interpretationem sectantur. Imò auctores secundæ commentationis partim pro nobis stant, dum τὸ *plures* relatiuè cum personarum excessu accipiunt. Et ex iis, qui primam sectantur non pauci nobis nec leuiter fauent, præsertim qui pluralitatem ad Angelos referunt. Et Cardinalis Toletus disertè fatetur, Vulgatum interpretem nobis fauere, etsi Græcum textum ipse malit amplecti. Quin & eorum ratio nobis fauet eximiè. ideò enim eorum non pauci absolutè accipiunt τὸ *plures*, non cum excessu, quem propriè significat, quia illis non occurrit ad quem se possit extendi Christi redemptio, ad quem non se extenderit Adæ delictum: sed nostra interpretatio in quem se possit extendere, indubiè suggerit, in eorũ etiam opinione, vindicante Virginem ab originis labe, ergo nobis non parùm adsentiunt. Vnde confugiunt ad Angelos, & alias similes argutias non validè solidas, quas omitto ne superuacuè longum faciam. Nostra autem interpretatio sufficientes habet patronos, videturque simpliciùs Scripturæ verba accipere, & probat Deiparæ immunitatem, quam hodiè ferè nemo improbat. Ex dictis in hoc n. 171. & n. 156. soluta manent argumenta allata num. 151.

Tolet.

P. Suarez allegatus pro prima sententia.

Scilicet Paulus ab hoc vers. 15. excellentiam redemptricis gratiæ supra originalis peccati malitiam ostendere intendit, aiens: *Non sicut delictum, ita & donum*. Gratiæ exuberantiam probat, primò quia *multò magis* gratia abundat, quàm originale peccatum, quod pertinet ad quasi intensionem aut repetitionem gratiæ. Secundò probat, quia in *plures* personas gratia exuberat; *In plures abundauit*. Tertiò addit vers. 16. quia originale peccatum est vnum in singulis hominibus: gratia autem ad liberãdum, non tantùm ab vno, sed etiam ab innumeris delictis. Vndè egregiè fallitur quisquis putat versiculum 16. esse duntaxat explanationem versiculi præcedentis! est enim noua extensio seu amplificatio eorum, in quibus velut intensiuè gratia per Christum excellit Adæ peccatum; quod attentiùs legenti liquidò constabit. Et in versiculis sequentibus alias gratiæ per Christum prærogatiuas tradit, in quibus supra peccati malitiam excellit in bonum, quod Paulus intendebat. Mirissimum autem foret, quòd Apostolus sigillatim enumerans gratiæ supra peccatum elogia, dum alia minutiora recenset, hanc extensionem omisisset, quam tanto consensu Doctores buccinant, tanto plausu Ecclesia concelebrat: ad quod vellem maximè attendendum. 172.

Scopus Pauli in hoc cap. 5.

Ergò de Iudith figurata, de Virgine Deipara inquam dicamus cum Scripturâ. *Non est talis mulier super vniuersam terram*. Vnde tibi, ô B. Virgo tanta de gratiæ singularitate prærogatiua? Quia *non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari*: originis enim labe omnes alij sordent; at splendida Filij mei gratia *in plures abundauit*, dum me vnam præproperè exemit à delicti squalore, idoneo diuinæ maternitatis priuilegio. 173.

Iudith. 11. v. 19. Et 13. v. 20.

Si quid in hoc Opere humana tenuitas deliquit, lubens subiicio Correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ, & eruditorum cultiori iudicio.

Si quid laude dignum appareat, illud vltrò destino Virgini Deiparæ, Sanctissimæ Iudithæ, Diuo Ignatio Protoparenti Optimo.

INDEX

INDEX
Paragraphorum, quibus eruditur ſuperior Politico-Chriſtianus.

REIPVBLICÆ corpus ſæpè ægrotare, & videmus, & dolemus. Nunquid ſemper pedes, crura, ſcapulas, & alia his viliora membra ægra? Nunquam languet caput? Fortè non ſemel etiam membrorum languor à Capitis inualetudine eſt. Capiti ergo medicinam facio hoc rationis pharmaco. Beneuolè audiat quiſquis beneuolè audiri cupit. Neque hæc lucubratiuncula ambit Principum blandimenta; ſed deſpicit rancida Potentum faſtidia. *Ennod. lib. 3. epiſt. 11.*

Litera C, Caput Iudithæ denotat: §. Paragraphum: N, numerum marginalem: P, paginam.

CAPVT I.

Candidatorum ambitio culpatur.

AMBITIO vitium felix eſt; & confine virtutibus, virtutúmque officia vtcunque ſubſtituens: nam ambitio ingenia elimat. At vt fucata, ſic & fugax eſt hæc mentita probitas: nec fulget in Præfecto, quæ videbatur ſplendere in præfecturæ candidato. cap. 11. §. 11. p. 370

Humana ſuperbia impotenter principatum exambit. c. 1. §. 7. p. 18

Ambitionis greſſus moleſtiſſimi ſunt: nam ambitiosè candidatus eſt impietatis Stylita, incedens per ardnos ſuperbiæ obeliſcos. c. 7. §. 2. p. 199

Ambitioſus neminem fulgere permittit, vt præfulgeat ipſe: qui de alterius exiguitate creſcere ſatagit. C. 1. §. 27. & 28. p. 41. & 42

Ambitio corrumpit merita candidati: honoris fuga, aut meritum inuenit, aut facit. cap. 13. §. 52. p. 517

Ambitionis fomes, vitium eſt humanæ naturæ: ſuſpecta eſt virtus, quæ dignitates non recuſat. c. 16. §. 51. p. 649

Officioſa inſipientia, dum præfecturas feliciter negotiatur, eiſdem planè inſidiatur ciuitatis ingenio. c. 11. §. 13. p. 390

CAPVT II.

Electorum politia eruditur.

A Cunctatione & mora conſultior electorum prudentia eſt: nam electio extemporalis & ſubita, imprudens habetur & incauta. c. 2. §. 3. p. 58

Olim & nunc nihil ferè eminet, quod muneribus eminentiam meriti non mercatur? c. 3. §. 8. p. 88

Dignus, etſi pes ſit calceis coronatur: indignus, etſi caput ſit, coronâ calceatur. c. 5. §. 6. p. 129

Homo muneribus ſupra merita auctus, ipſa ſublimitate decreſcit, & dignitatis ſplendore infelix eſt. c. 1. §. 14. p. 26

Electores oportet modulari ſublimitatem, ne electus in faſtigio dignitatis minor ſit, quàm erat priuatus. c. 1. §. 15. p. 27

Feliciter ſtultus ſæpè ad prælationem eligitur. c. 11 §. 14. p. 382

Qui non per ſuos gradus, ſed feſtino aſcenſu ad culmen dignitatis, euehitur, feſtinus deſcendet celeri caſu. c. 2. §. 13. p. 68

Creſcit meritum cum munere; vilitas officij ſiſtit ambitionem merendi. c. 9. §. 31. p. 327

Reprehenditur & extirpatur virtus eius, qui ad ampliora munera non promouetur. c. 5. §. 16. p. 139

Periti Principis eſt, munia ſingulis deſtinare iuxta cuiuſque ingenium. c. 13. & 6. p. 48. & 491

Etſi virtus non patitur ætates, ſenior ſapientiam ætas

Digitized by Google

præferri debet iuniori:alioqui hic vanescet, ille sordescet.C.15.§.17. p.583
Culpatur perniciosa quorundam electorum ambitio, qui virum principem & opulentū etsi digniorem non eligunt ad præclariora munera, ne videantur eligere nobilem & opulentum, sed pauperem & inualidum.C.15.§.25.n.122. p.697
Sapientia candidati, meritum est ad sacras infulas. c.11.§.13.n.56.& 58. p.381
Meritum eligendi est ornamentum dignitatis. c.15. §.25. p.596

Capvt III.

Supriorum agnata vitia produntur.

Homo ad honoris fastigium euectus, non est ipsemet qui erat priuatus. c. 1. §. 10. p.22
Homo ignobilis dignitate sublimis, insolentiùs superbit; secùs vir nobilis meritorum conscius, facilè se demittit. c.15.§.18. p.585
Dignitatis solitudo ambitur ab omnibus; qui æqualis fit magno, non parùm illi de magnitudine detrahit. c.9.§.40. p.338
Apud humanos principes:Habe vt habeas.c.12.§.5. p.456
Sub guloso Præfecto iustitia periclitatur: nam esculenta & poculenta munera dabunt merita flagitioso reo: nec tuta erit innocentia, quam palatum iudicis damnat.c.2.§.8. p.63
Superiori minùs licet,quia omnia ei licent.c. 7.§.9. num.30 p.206
Superiori ieiuno expromptè obediunt populi; qui obsequia recusant superiori benè pranso, & meliùs cœnato.c.6.§.23. p.191
Ambitiosus opum fastus Præsulem dedecet: Augustior apparatus erit pompa meritorum. c.15. §.22. p.592
Præfecturæ sublimitas non renunciauit comitati: Vrbanitas Apostolica, Angelica, & Diuina laudatur.c.15.§.23. p.593
Tanta superbiâ turgent humani Principes, vt Diuinitatem se posse elargiri fastuosè præsumant. c. 3. §.14. p.93
Gloria & opulentia potentissimum quemque exarmāt:timor potētiæ appendix est.c.11.§.45.p.419
Munerum ingenium instar miraculi est ad permouendas hominum voluntates. c.16.§.23. p.637
Bono principi honorum gloria (à qua fascinatur multorum probitas,) fit lenocinium ad virtutem, c.16.§.30.n.160. p.647
Onerosa Legispertiorum officina culpatur. C.13. §.14.num.66. p.502
Iudex pauper proditor solet esse iustitiæ; Diues & potens integriùs iura tractat. c. 2.§. 14. p.69
Quidam iudices non cessant furta vel punire,vel facere.c.3.§.3.n.9. p.82
Bonus Præsul sæpè subditorum defectus suæ inertiæ imputat,non eorum malitiæ. c.8.§. 21.p.151
Pius Antistes ne spoliet subditos Apostolico iure. C.15.§.22.n.104. p.592
Suspectus sit Superiori garrulus adulatorum grex: nam adulatio,irrisio quædam est, & quodammodò Gentilismus.c.11.§.8. p.375
Præterea adulator vsque adò mendax est vt ipsam veritatem, quam aliquando prædicat, mentiatur. c.11.§.9. p.376
Alia peculiaria Superiorum vitia, infrà suis locis nuncupatim denotantur.

Capvt IV.

Principandi labores.

Indefessus labor est natura Principum. c. 11. §.3 num.12. p.370
Principatus non subleuat Principem, sed grauat: eminentia dignitatis sublimitate deprimit, non auollit.c.1.§.8. p.20
Sciat Superior se non tam homines regere, quàm feras. Quin & nocti etiam designatur suus Præsul.c.7.§.8. p.205
Innata libido subditos stimulat ad obmurmurandum de Superiore.Nullum leue vitium, imò nec virtus immunis est à subditorum linguis. Cap.7. §.9. p.206
Præfectorum odium sæpè præfecturæ laus est. Boni Præsulis ingressus fit pacificus,non molestus exitus.c.7.§.10. p.207
Principandi pericula valdè exaggerantur. Porrò Præfectus funambulo similis dicitur; & præfecturę suspendium.c.7.§.26. p.225

Capvt V.

De amicis, & familiaribus principum.

Non Princeps passiuus,sed actiuus,verè Princeps est. Sit regius familiaris instar sanguinis,qui in se emortuus, vitam & vigorem det viuenti Principi.c.2.§.5. p.60
Beneuolentia Superioris clypeus est, & corona subditi familiarissimi:hic sæpè legum violatione auget merita.c.11.§.44. p.418
Superioris propinquus sanguine, aut familiaritate sæpè impunè delinquit; qui verò hominem non habet adiutorem,imbecillis est. Cap.13.§.17.pagin.504
Præfectorum cognationi non imputantur flagitia. Præfecti cognatus sanctiùs meretur, promouetur faciliùs, feliciùs praeest.c.2. §. 9. & c. 13. §. 30. p.65.& 523
Sub præsidio Principis impunè peccatur: nunquam ferè rea est malitia habentis patronum, nec secura innocentia non habentis tutorem.c.11.§.43. p.419
Sciat Principum familiaris, infidum esse hominum patrocinium: & principum fauore destitutum, se leuare supra se:Sicut hedera, quæ à diuortio pariter arbor fit.c.10.§.9. p.357
Qui vltrò se ingerit Principum conspectui aut lateri. Reproborum, aut Satanæ æmulus censeatur. c.5.§.4. p.127
Ille habetur sapiens apud plures Principes, qui ad illorum placitum iura dispensat, & approbat quicquid illis lubet. Qui secus fecit, imperitus & reiectaneus habetur.Capite 11.§.38.& 60.pagin.411.& 412.
Nemo exambiat intercessionem familiarium apud Principem: nam vicaria intercessio languida esse solet,& infœcunda impetrationis. Cap.9.§.8. pagin.193
Aulicorum mores ad rem virtutis sæpè feminei sunt, ad crimina viriles.c.11.§.29. p.399
Regnum curia,vt regni, sic & vitiorum metropolis esse solet.c.5 §.36. p.163

Digitized by Google

Capvt VI.

Qualis esse debeat erga sibi infensos.

Sapienter dissimulet se timere inimicos, etsi potentissimos: nam timor tacitè prodit, quem prudens securitas timendum facit. C. 11. §. 3. p. 369
Sit bonus Princeps ab irâ humanior, & beneficentior in subditos sibi offensos. C. 11. §. 28. n. 140. p. 398
Principum digna virtus est, iniurias condonare. C. 1. §. 33. n. 168. p. 48
Magnanimus Princeps erga eos debet esse munificentior & gratior, qui fideliùs ac fortiùs aduersus seipsum depugnarunt. C. 14. §. 3 p. 537.
Iudex proprias iniurias vlciscés, seuerissimè rigidus esse solet, & subiecti populi terror. C. 9. §. 1. n. 8. p. 307.
Zelus prætextu virtutis, proprias iniurias vindicans, spiritualis nequitia est. C. 9. §. 16. p. 304
Scelus est quòd Præfectus præfecturæ potentia vlciscatur iniurias sibi illatas. C. 2. §. 2. p. 57
Impiè sæuit quisquis prætextu iustitiæ & pietatis sæuit. C. 9. §. 16. p. 304

Capvt VII.

De imponendis tributis.

Regum maiestas quæstuaria efficitur, ob immensos bellorum sumptus. C. 3. §. 6. n. 16. &c. p. 84
Gentium Principes vectigalia imponebant vel cæli tractibus. C. 3. §. 6. n. 21. p. 85
Res sacræ nunquam fiunt malè tributariæ sub bono principe. C. 3. §. 6. n. 22.
Tributum Donatiui nomine sapienter exigitur: & eiusmodi vectigal aquæductui opportunè cōparatur. C. 3. §. 6. n. 18. p. 85
Vectigal eleemosynæ titulo, olim & nunc exigitur. C. 3. §. 6. n. 26. p. 87
Tributum exigendum est necessitati Principum, non rapaci exactorum auaritiæ, armatæ Regis auctoritate. C. 3. §. 6. n. 17. 19. 20. 21. & C. 3. §. 3. n. 7. p. 84. 85. & 81
Propheta Ægyptiis præerat imponendis tributis. C. 3. §. 6. n. 20. p. 85
Ne plus grauentur pauperculi & inualidi, quàm dirites, & potentes. C. 3. §. 6. n. 24. p. 86
Holoferniana præfectura, præda est, & proscriptio populorum. C. 3. §. 3. & 4. p. 81. & 82
Frugalitas Principis sit pro opulentis tributis. C. 3. §. 6. n. 25. p. 86
Multiplicatur census administratus per Domini sui manus; serui administratores censum dissipant. C. 8. §. 7. n. 234
Pio & frugali Principi quasi ambitiosè auxiliantur Angeli, ad leuandas bellorum impensas. C. 5. §. 37. n. 156. p. 165

Capvt VIII.

Legum condendarum politia.

Princeps seu Superior qui ad suum placitū multa nouat in republica, subditis ferè facit præuaricandi ius. C. 1. §. 11. p. 23
Legum silua prudentiæ securibus truncanda est. C. 4. §. 5. n. 12. p. 98. Nam lex sæpè supplicium est, & fomes violationis. Inibi, n. 13. p. 98
Legum paucitas est anticipata venia inobedientiæ. C. 4. §. 5. n. 15. p. 99
Violenta est legūm promulgatio. C. 4. §. 5. num. 16. p. 99
Multæ leges non congruunt nisi subditis, qui suffocantur à vitiis. C. 4. §. 5. n. 17. p. 99
Leges quæ flectuntur pro rerum circunstantiis, non sunt impunitas delinquendi, sed obsequij vigor. C. 11. §. 24. p. 394
Leges ferreæ & flectinesciæ Hebræorum populo congruunt; Christiano populo blandiores sunt leges, & quæ cedere sciunt. C. 11. §. 25. p. 395
Quibusdam Superioribus est natura legalis, seu legislatrix, quæ prurit ad condendas leges. C. 4. §. 5. n. 17. p. 99

Capvt IX.

Scientia reatus est solertia Præpositi.

Strenuus Superior adest subditis præsenti absentiâ. C. 4. §. 18. p. 114
Sit Superior simplex. C. 7. §. 26. p. 225
Præfectus dum per se lustrat prouinciam sibi subiectam, Magni nomen, & rem magni eiusmodi lustratione mercatur. C. 4. §. 19. p. 115
An Deus cùm res humanas iudicat, vtatur perspicaciæ suæ notitiis? C. 5. §. 33. p. 161
Bonus Superior sibi soli sciat subditorum defectus. C. 8. §. 22. p. 252
Summa Præfectorum sapientia est, aliquando per affectatam insipientiam sapienter stultescere. C. 1. §. 37. p. 54

Capvt X.

Superior esto subditorum Medicus.

Præfectus Rationis pharmaco vtatur ad sanandas subditorū infirmitates. C. 1. §. 5. n. 45. p. 16
Superior ne per anotomiam scrutetur subditorum mores & naturam, quæ laniena esset, non medicina. C. 1. §. 5. n. 47. p. 17
Ne exambiat Superior vt à suo nutu dependeat subditus, vt ægrotus à Medico. C. 1. §. 5. n. 52. p. 16
Superior non negotietur animam subditi, vt Medicus negotiatur corpus ægroti. C. 1. §. 5. n. 43. p. 16
Ne ex proprio ingenio dogmatizet in re politica: quæ sunt Medicinæ hæreses. C. 1. §. 5. n. 44. p. 16
Superior ne sicut Medicus morborum, vim domet in belli modum. C. 1. §. 5. n. 48. p. 17
De nullo desperet, vt Pæonius Medicus inferorum. C. 1. §. 5. n. 46. p. 16
Ænigmatica remedia, obscuritatis plena, sæpè prosunt. C. 1. §. 5. n. 48. p. 17
Præfectus non irritet vulnus, sed parti affectæ aduletur, vt Medicus. C. 1. §. 5. n. 48. p. 17
Superior non est placandus muneribus, vt placatur Medicus. C. 1. §. 5. n. 48. p. 17
Cauterio, & sectione promereatur subditi gratiam, vt Medicus: quod est summum regendi ingenium. C. 1. §. 6. p. 18

Digitized by Google

Capvt XI.

Humanitas, & benignitas est Superioris elogium.

AN culpa nimiæ benignitatis re ipsâ sæpè fit honesta? C.6.§.13. p.181
Princeps beneuolè concilians subditos, illos vltrò subiugat: & sic sponte eunt ipsi quò raptantur. C.1.§.9. p.21
Totus ferè subditorum labor à coactione est: non videtur laborare qui spontè laborat, sed qui inuitus & coactus. C.12.§.14. p.467
Suâ sibi patientiâ quasi detrahit Deus: & honore miserendi contumeliam dissimulandi repræsentat. C.8.§.17. p.257
Valde punitur quisquis puniri potest. C.13.§.31. n.154. p.516
Reus qui verosimilem habet excusationem apud homines non censetur habere delictum. C.6. §.3.p.169
Præceptum flexile arctiùs comitatem obligat. C.11. §.24. p.394
Opportuna Superioris laudatio, aut prophetia est meriti, aut merita cudit; optumúmque sæpe inuenit, aut facit. C.15.§.19. p.586
Sciat strenuus Superior quòd lapsus non est prophetia vlterioris lapsus; sed sæpè cautela non cadendi. C.5.§.10. p.134
Sciat etiam subditus quod circunspecta sui custodia sæpè non fit ob conceptam suspicionem mali, sed ob beneuolam æstimationem boni. C.12.§.4. p.455.
Dum homines castigat Deus se videtur abscondere, quasi ipsum suæ iustitiæ bonum erubescat. C.7. §.24. p223
Diuinus rigor sæpè complementum est diuinioris misericordiæ, & aliqua pietatis portio. C.8.§.29. p.259
Pœna sit culpæ definitio. C.13.§.31.n.152. p.526
Minis opportunis præmaturè terrere, pars benignitatis est, & prudens delictorum cautio. C.13.§.31. n.153. p.526
Obsequium quod extorquet metus, fucata adulatio est, & ficti honoris titulatio. C.2.§.10.num.75. p.78
Bonus Superior Deus, suâ sibi patientiâ & benignitate sæpè detrahit. C.8.§.27. p.257

Capvt XII.

Seueritas Iudicis est Iustitiæ vigor.

NImia benignitas, impunita relinquens hominum peccata, licentia foret delinquendi, & libido peccandi. C.8.§.28. p.258
Iudex sit pertinaciter flectinescius in exequendo sententiam bene consultam, & legitimè decretam. C.7.§.25. p.224
Aliqua iudicis atrocitas laudatur. C.7.§.25. n. 101. p.225
Principis indignatio, nuncius, vel Angelus mortis est. C.6.§.4. p.171
Superior sibi beneuolè indulgens, peracerbus esse solet in subditos. C.12.§.15.
Præfectus qui per solam gratiam ambit placere, deuenustat beneuolentiæ artem: obiurgationibus, & asperitatibus placere studeat strenuus superior. C.1.§.6. p.17
Violenti Principes pro iniuria illata, benefici vocari ambiunt à subditis; qui sæpè laudatione coacta periculum silentij redimunt. C.3.§.9. p.89
Sciat imperitare assuetus, quàm acerbè audiatur à subdito, rei petitæ negatio. Cap. 12. §. 9. pagin.461
Superior caueat ab ira, ne passionabilis fiat. C.6.§.3 num.13. p.127
Superioris patientia aliquando seuerior rigor est: rigor verò patientior indulgentia. Cap. 8. §. 26. p.256
Caueat iudex à libidine; cuius appendix est crudelitas. C.10.§.13. p.362
Ne immodicus rigor exasperet subditos; nã animus exasperatus & mœstus, fomes est ad vitia, & audacior criminum libido. C.16. p.607

Capvt XIII.

Acceptio personarum languor iustitiæ est.

SVb bono Principe principalium flagitiis perennat rigor: non opprimitur pauperculus, & inualidus. C.16.§.15. p.625
Præfectus qui non valet magnates cohibere, iure perdit dominium in paruulos. C.3.§.2. p.80
Superior ne degrauet pauperculos & inualidos: nã paucorum euectio, horum euersio est. C. 4.§.3. p.96
Princeps nimis æquus, iniquus est: attentè moduletur fauores & principatum in æqualitate amplificabit. C.15.§.29. p.601
Bonus Iudex solerter vitet acceptionem personarum: nesciat reum, vt sinceriùs sciat reatum. C. 8.§.14.p.254
Pulchræ fœminæ causa non est tota rea: nam quam damnat fœdum crimen, visa pulchritudo absoluit. C.11.§.35. p.408
Pulchritudo & ornatus character innocentiæ iudicibus videntur. C.16.§ 6. p.611
Vis amoris mutat intellectui perspicaciam ad videndum nimis in re dilecta. C.11.§.36. p.409
Pauper inualidus delictis obnoxius est: potentia diuitis velut ius quoddam est ad delinquendum. C.14.§.8. p.544
Bonus præfectus æquè erit beneuolus in omnes subditos: imò æmulus præfecturæ stellarum, se totum exhibeat omnibus, & totum singulis. C.15. §.5. p.569
Præpositus in æquilibrio sit: & vt peritus funambulus in neutram partem inclinet. C.15. p.570

Capvt XIV.

Cautela reprehensionis artificium est emendationis.

SVperioris conniuentia est vrbana correctio, & ingeniosa reprehẽsio. C.11.§.24.n.108.p.394
Bonus gubernator non palàm detrahit delinquentibus: diuersissima res est detractio, & reprehensio. C.8.§.21. p.251

Sæpe acerbius ſuffunditur ſanguis verecundiæ ſeu confeſsionis tormento, quam effunditur effuſionis cruciamento. C.5.§.14. p.502
Reprehendentis nimia ſeueritas non emendat, ſed irritat ſubditorum: illumque aduerſus Præpoſitum armat. C.16.§.14. p.622
Strenum Superioris eſt, ſic obiurgationem temperare, vt ſit laudatione gratior. C.1.§.6. p.17
Sæpè tempeſtiuum Superioris ſilentium eſt culparum ingenioſa obiurgatio. C.8.§.22.n.85.p.253

Capvt XV.

Audacia ſiniſtræ ſuſpicionis, & temeritas prææmatura inquiſitionis, in Iudice caſtigantur.

Cautionalis Præpoſiti ſuſpicio, ſæpe intercessio eſt ad delinquendum. C.14.§.8. p.544
Probum ſi putauerit, faciet: & improbum efficiet, ſi improbum æſtimauerit. C.15.§.7. p.571
Non bona ſuſpicio leuiter concepta, graue famæ diſpendium eſt, & velut præpropera damnatio. C.15.§.18. p.506
Apud homines nemo ſatis innocens eſt, de quo an ſit innocens quæritur: ipſa delicti inquiſitio eſt anticipata damnatio. C.14.§.16. p.552
Suſpicio inquiſitio, ſeu indicium de crimine, præcox damnatio eſt, & irreuocabilis ſententia. C.8.§.48. p.280
Publicata infamia quaſi ius quoddam eſt ad delinquendum. C.2.§.2. p.57
Qui alicuius opera curioſè ſcrutatur, illa egregiè culpat. C.13.§.4. p.488
Ne moroſè ſcrutetur rem luxuriæ, ne libidinis flabellet ſcintillas. C.13.§.26.n.151. p.519
Cautè aduertat, teſtes corrumpi ab amore, ab odio rei; quin & pernicioſiùs à proprio ingenio. C. 6. §.5.
Sycophantica delatio pernicioſa ſemper fuit; vera, & pia olim & nunc ſancta eſt. C.7.§.5. p.201
Habeat ſuos curioſos in prouinciis, qui rem ſinceriſſimè deferant. C.7.§.5.n.20. p.203
Caueat ſolerter bonus Præfectus ne ſubditos infamet: nam bona opinio apud homines valdè iuuat ad virtutem, cohibèque humanam licentiam ad delinquendum. C.8.§.19. p.249

Capvt XVI.

Qualis debeat eſſe Iudex in ferendis ſententiis.

Ne ſit ſententia extemporalis, atque adeò incauta. C.1.§.3. p.58
Cor docile, & audiens, eſt pars eminentioris ſapientiæ Superiorum. C.1.§.9.n.68. p.21
Ne humanus Iudex reum perſequatur vt Deus; rimari præſumens cordis arcana, quæ ſunt vltra hominum territorium. C.5.§.33.n.145. p.161
Reo inaudito, nec dæmones ipſos damnat omniſcius Deus. C.2.§.11. p.67
Ratio eſt vigor iuſtitiæ, & poteſtatis. C.15.§.1.& 3. p.566.& 567
Iudices reciproca concordia iudicent, & modulentur ſententias ad ſupremi Iudicis conſulciſſimum iudicium. C.9.§.12. p.299
Pœnam adulterat qui vni cum delictum multiplicitet repetita pœna mulctat. C.13.§.14. p.500
Ne recordetur Iudex delicti ſemel condigna pœna caſtigati. C.5.§.10.n.132.& 152. p.158
Nõ enim dantur characteres malitiç, neque ſtigmata delictorum. C.5.§.10.n.41. p.134
Iudex non ſit tutor pupillæ legis; ſed legum Præſes. C.9.§.12.n.65. p.299
Iudex cuius ſententiæ parent reliqui, pareat rationi. C.15.§.3. p.567

Capvt XVII.

Auguſtus principandi honor.

Ne totus zelus Præſulis ferueat pro tuenda dignitate. C.15.§.23.n.106. p.592
Hominis ambitioſum obſequium plus honoris exhibet Iudici, quàm Numini. C.10.§.26. p.366
Subditorum obedientia ſit fidei æmula. C.11.§.26. p.396
Deus imperat voce ſimili humano ſuperiori. c.8. §.41. p.275
Qui Superiorum conſiliis obtemperat, eiuſmodi indebito obſequio, Deo videtur adulari. c.11. §.27. p.397
Quia tantus eſt principandi honos, Regi, aut Superiori acerbior morte pœna eſt, illum à munere deponere, vt vitam priuatam deinceps agat. c. 1. §.23.24.& 25. p.37.38.& 40

FINIS.

BIBLIOTECA ROMA

COPIA
AD SACRAS CONCIONES
De Tempore, & de Sanctis.

PRÆFATIVNCVLA.

DISERTVM & excultum Concionatorem Aduoco ad hoc conceptaculum sacrarum Concionum; imperitum & rusticanum arceo. Porrò cùm huius operis theses morales aliorsùm versentur, necesse est vt multa è proprij ingenij penu depromat Concionator ad copiosiùs materiandam, & politiùs exornandam concionem. Ego digitum intendo ad themata; Tu idoneè sterne materiam, & sumptuosiùs adapta; de tuo supponens, quæ per compendium, (vt par est Indici) perstrictim indicantur perito; imperito autem, & qui ex chartâ recitat, nil præter memoriam, & vocem afferens, nihil satis est, nisi illi suggeritur recitanda concio. Prætereà aduerte, consultò eandem vnius paragraphi thesim, non semel adaptari duabus tribúsve Concionibus, prout Euangeliorum opportunitas consimilia themata expetit: quod sæpè fiet absque repetitionis næuo; nam in eodem paragrapho plures suppetunt probationes: Selige quantum satis est, reliqua reserua tibi pro alia Concione, cuius themata vbertim exsatianda sunt, oneranda non sunt vsque ad fastidium Audientium. Denique aliquando iuuat paucula adnotasse in Euangeliorum excursu, & indotata consuetis allegationibus dimitti: tum quia sæpè non inidonea erit concionaturis ipsa adnotatio, etsi probationibus viduata; tum etiam quia non inamœnas earundem thesium probationes, forte suggeret tomus alter, quem iamiam apparo: De Benedictionibus Patriarcharum. *Dein Tobias publicabitur, egregius morum pædagogus.*

Dominica I. Aduentus.

LVCÆ XXI.

SEVERITAS supremi Iudicij latè expenditur. C. 16. §. 18. p. 628.

Erunt signa in Sole & Luna, & Stellis. Astra orbantur luce, & caligat orbis: ne palàm videatur Deus exercens summos Iustitiæ suæ rigores tanquam erubescens seueriùs punire reprobos. C. 7. §. 14. p. 223

Erunt signa in Sole, &c. Sol obscurabitur. Quia Christus est etiã homo, in summo splẽdore maiestatis dũ splẽdidiùs lucet, aliorũ fulgores interstinguit, quò se probet verũ hominem. C. 11 §. 11. p. 378

Et in terris pressura gentium, arescentibus hominibus præ timore. Timor Calamitatem amplificat & exaggerat. C. 14. §. 22. p. 561

Timor veretur omnia, quæ exacerbare possunt; malum anceps & dubium ab imaginatione timoris acerbiùs angit. C. 14. §. 23. p. 562

Arescentibus hominibus præ timore. Plura elogia timoris Dei habentur. C. 1. §. 20. p. 77

Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione. Timebunt omnes? Iusti etiam timebunt? Iusti non tantùm timore, sed expectatione terrentur: Quin & tantus erit finalis Iudicij rigor, vt vel Deus ipse quasi confugere dicatur ad suæ misericordiæ asylum. C. 7. §. 21. p. 220

Tunc videbunt filium hominis. Christi Dei irata facies sententiam fulminat damnatis, qui mitiorem æstimant

Digitized by Google

æſtimant gehennam, quàm videre iratum Chri-
ſti vultum. C. 16. §. 19. p. 650

Cum poteſtate magna, & maieſtate. Quorſũ tanta maieſtas? Scilicet celebratur finale iudiciũ, vt Chriſto Deo olim deſpecto, tribuatur ſummus honor, qui Iudicibus exhiberi ſolet. C. 10. §. 36. p. 266

Ex aliis Euangeliſtis ſuppletur finalis iudicij narratio. Stellæ cadent de cælo. In quem locũ occurrentium terra capere non poteſt amplitudinem aſtrorum. Verùm qui cadere incepit, deſiſtere non ſolet vſque ad infimiſſimam, & ferè impoſſibilem ruinam. C. 15. §. 15. p. 580

Diſcedite à me, &c. Sic propiùs reprobi hærebant Chriſti Regis lateri; Qui vitiò ſe ingerit Principum conſpectui & lateri, Reproborum, aut Satanæ æmulus eſt. C. 5. §. 4. p. 127

Ite maledicti. O magnos iuſtitiæ rigores! Diuturnior Dei patientia armat ſeuerioris iudicij iras. C. 8. §. 26. p. 256

Ite maledicti in ignem æternum. Latè expenduntur feraliſſima gehẽnæ cruciamenta. C. 16. §. 20. p. 651

Ite maledicti. Acerbiùs torquet pari titulo damnationis. C. 11. §. 15. p. 382

Tunc dicet Rex. Rex iratus dicitur ad exaggerandos iudicij rigores. C. 6. §. 4. p. 171

Tunc dicet Rex. Apparet cum poteſtate & maieſtate ampliſſima ad reſtaurandum apud homines dedecus tantæ patientiæ, qua eorum peccata ſuſtinuit. C. 8. §. 17. p. 237

Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c. Dicit ſe offenſum, vt oſtendat quàm ſoleat eſſe rigidus iudex in propriâ cauſa, proprias iniurias vlciſcens. C. 9. §. 18. p. 307

Eſuriui, &c. quando te vidimus eſurientem? Beati neſciunt ſua merita? Amor nimis videt in ſe defecta. C. 21. §. 56. p. 409

Quando te vidimus eſurientem? Beati ignorant ſua merita? Remunerat Deus vel meritorum veſtigia. C. 14. §. 4. p. 539

Eſuriui, &c. quando te vidimus eſurientem? Exaggerat piorum merita, vt feliciùs beet. C. 15. §. 15. p. 596

Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Seueriùs exfligat Deus ex more miſericordiæ. c. 8. §. 19. p. 259

Venite benedicti, &c. Vel gloriâ ipſâ beatorum punit Deus damnatorum delicta. C. 13. §. 14. p. 519

Qui operamini iniquitatem. Non ait qui operati eſtis. Deus enim bis non caſtigat idem peccatum. C. 13. §. 14. p. 500

Qui operamini iniquitatem. Peccati mala latè traduntur. C. 11. à §. 16. per plures §§. p. 384. & ſeqq. Porrò culpa matrix eſt tantæ pœnæ.

Dominica II. Aduentus.

Matthæi II.

C*Vm audiſſet Ioannes in vinculis.* Probroſa alioqui vincula veridicos oſtendunt Prophetas, & Martem inueniunt, aut faciunt. c. 6. §. 9. p. 176. vbi habentur plura catenarum Elogia.

In vinculis. In carcerem detruditur Ioannes inter improbiſſimos homines, vt ab eorum temeraria improbitate ediſcat pias virtutis eminentias. c. 10. §. 10. p. 358

Tu es qui venturus es? Quid? Dubitat Ioannes, an Ieſus ſit verè Chriſtus, quem ex vtero nouit eſſe Chriſtum Dei? Scilicet needum ſe operibus Chriſtum oſtenderat. Opera Chriſtum publicent. c. 10. §. 10. p. 358

Tu es qui venturus es? Cum Chriſto loquitur, & an venturus interrogat? Venturum dicit quocum loquitur, vt magis æſtimetur Chriſtus: nam abſentia pluris facimus, præſentia non tanti æſtimamus. Scilicet præſentem exiſtimat tanquam abſentem, ad exaggerationem æſtimationis. c. 5. §. 8. p. 132

Tu es qui venturus es? Aliqui interpretes ſeriò cenſent Ioannem dubitaſſe, an verè eſſet Chriſtus, & nihilominus id cenſetur inter Ioannis elogia; Tanta eſt felicitas virtutis Ioannis, & quorundam, vt quod cenſetur defectus, faciat ad laudem. c. 1. §. 54. p. 46

Tu es qui venturus es? Dubitat Ioannes? Vel dubitando ſuadetur Chriſti doctrina. c. 14. §. 6. p. 541

Tu es qui venturus es? Venturum eſſe dicit cum quo loquitur? Quouſque palàm operari incipiat opera digna Chriſto, nondum veniſſe reputat. c. 15. §. 24. p. 594

Tu es qui venturus es? Sic procliue eſt hominibus praue de aliis exiſtimare, & obloqui, vt vel bonum de quo dubitatur dubitatione adſtruatur. Vel dubitatio boni bonum probat. c. 13. §. 19. p. 507

Renunciate Ioanni quæ audiſtis, & vidiſtis: Cæci vident, claudi ambulant, &c. Quid Ioanni quaſi dubium ingeſſit? nonne Chriſti miracula? dicitur enim: *Audiens Ioannes in vinculis opera Chriſti.* Quomodo velut dubitationi, quam miracula faciunt, miraculis ſatisfaciet? plus augebunt dubium. Profectò parum foret Chriſto Deo, ſatisfacere dubio dubij ſolutione: vel ipsâ ratione dubitandi dubium diſſoluit. c. 11. §. 12. p. 389

Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Qui abſentem laudat, ſeriò laudat. c. 13. §. 15. p. 531

Cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Lingua beneloqua eſt ſummum humanæ conuerſationis Sacramentum, quod præproperè hîc inſtituit Chriſtus. c. 1. §. 7. p. 174

Cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Quando videtur offenſus vel ſpecie dubij, tunc encomiaſtes illius factus eſt. Has reddit vices pro quaſi offenſa. c. 1. §. 34. n. 181. lege hunc §. & præcedentem. p. 50

Cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Probat ſe verè Deum, dum eminere non ambit aliorum decremento. c. 1. §. 17. & c. 3. §. 12. p. 41. & 91

Hominem mollibus veſtitum? Sumptuoſa & indecens Sacerdotum veſtis culpatur. c. 4. §. 7. p. 102

Hominem mollibus veſtitum? Reprobatur exquiſitus veſtium ornatus. c. 10. §. 2. p. 346

Hominem mollibus veſtitum? Cilicij exaſperantis elogia. c. 9. §. 5. p. 289

Qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt. Aulicorum mores ad rem virtutis ſæpe feminei ſunt, ad crimina viriles. c. 11. §. 39. p. 411

Dominica III. Aduentus.

Ioannis I.

M*Iſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas.* Leuitæ & Sacerdotes, Leuitæ & Sacerdoti Ioanni ſummam dignitatem offerunt: nam vnius hominis ſumma poteſtas ius eſt propinquorum eius ad præfecturas. Item Præfectorum cognatio promouetur faciliùs, feliciùs præeſt. c. 13. §. 20. p. 114

Ab Ieroſolymis. Ieroſolyma Iudææ erat metropolis. Ab Ieroſolymis mittitur eiuſmodi legatio; nam Regum curia, vt regni, ſic & vitiorum metropolis eſt.

est. c.5. §.36. p.163

Tu quis es? Nempe Messiæ dignitatem illi vltrò offerunt: nam tantâ superbiâ turgent proceres, vt diuinitatem se posse largiri fastuosè præsumant. c.3.§.14. p.69

Et confessus est, & non negauit: & confessus est, quia non sum ego Christus. Sæpè negat se honoribus, & fugit Messiæ dignitatem. Porrò honoris fuga aut benemeritum inuenit, aut facit humani fastigij. c.13. §.32. p.527

Elias es tu? Vt Elias habitus, vt Elias vixit. Tam iuuat bona opinio ad incrementa virtutis. c.15. §.7 p.572

Non sum. Sæpe id negat: velut obstinatè excusanda est honoris sublimitas. c.16.§.31. p.649

Elias es tu? Humanus fastus similitudinem ad aliū fastidiosè recusat; Ioannes nec se dignum putet, qui assimiletur aliis. C.11.§.10. p.377.

Elias es tu? Propheta es tu? Vel felicitatibus Ioannes auget incrementa virtutis. c. 16.§.32. p.651

Vox clamantis. Qualis debeat esse vox, & eloquium Sacri Concionatoris, vt dignè tractet doctrinam, & Mysteria Christianæ Religionis. c. 11.§. 49. 50.51.52.53.& 60.&c.p. 426. & seqq. vsque ad 431.& 442

Vox clamantis in deserto. Eremi solitaria vita, asylum est à vitiis, fomes virtutum, & gloriæ locus. c.5. §.17. p.140

Vox clamantis. Vox quæ erumpit à præcordiis, & rerūm arcano sensu, idonea est ad prædicandū Dei verbū; secus languida & futilis. c.11.§.53.p.431

Dirigite viam Domini. Quid? Via Domini obliqua est? Heu falsatam pietatem, seu meta vitia specie virtutis! vsque adeò vitium virtutis specie fucatū & mentitum est, vt religiosi quique homines vel à virtute scandalum timeant. c. 1. §. 32. p. 47

Dirigite viam Domini. Via virtutis dirigenda est; via autem iniquitatis amouenda, & oblitteranda, ne assuetis vestigiis incedas. c.14.§.12.n.55. p.549

Ego baptizo in aqua. Extenuat suum, vt Christi Dei baptismum commendet: cuius magnificas laudes habes. c.12.§.11. p.464

Medius vestrum stetit. Bonus superior Christus, qui in medio stat, in neutram subditorum partem inclinans, c.15.§.5.& 6. p.569.& 570

Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est. Scilicet Ioannes vt Christum doctrina præferat, astruxit Christum esse ipso antiquiorem. c.15. §.17.p.583. Antiquioris doctrinæ laudes traduntur c.11.§.56. p.436

Cuius non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. Tanta humilitate se sublimat Ioannes: nam humilitas gratiæ amplificatio est, consummatio virtutum, & æmula beatæ gloriæ. c. 9. §.32.p.329

Cuius non sum dignus, &c. Bonus Regis Christi familiaris est Ioannes, qui se extenuat, vt principem magnificet: qui tanquam emortuus sanguis alit, & incrementat Regis vitam. c.2.§.5. p.60

Dominica IV. Aduentus.

LVCÆ III.

ANno quinto decimo Imperij Tiberij Cæsaris, Procurante Pontio Pilato, &c. Boni superioris elogia, mali vituperatio generaliter traditur in Indice qui scribitur, *Superior Politico-Christianus, qui quidem hunc proximè antecedit.*

Anno, &c. *Sub principibus Sacerdotum.* Principatus non tam leuat principem supra subiectos populos, quàm submittit: eminentia dignitatis sublimitate degrauat, non attollit. c.1.§.8. p.20

Anno quinto decimo Imperij Tiberij Cæsaris, Procurante Pontio Pilato, &c. Heu! quot facinorosi Principes recensentur! Principandi pericula exaggerantur. c.7.§.26. p.225

Imperij Tiberij Cæsaris, Procurante Pontio Pilato, &c. Audi tot principes, quorum ignominiam vel nomina ipsa præferunt; Profectò homo muneribus supra merita auctus, ipsâ sublimitate decrescit, & dignitatis splendore infelix est. c.1.§.14. p.26

Factum est Verbum Domini. Verbum factum dicit: Nam verba imbecillitas operandi esse solent: linguæ grandiloquentia infaustè ominatur defectū in opere. c.14.§.9. p.545

Super Ioannem Zachariæ filium. E Sanctissimo parente natus dicitur Ioannes. Num quia filij, parentibus respondent sanctitate ingenita? c. 6. §.5. p.172

In deserto. Et venit, &c. In deserto habitat Ioannes, ne familiaritas suum de Christo testimonium deuenustet, aut eleuet. c.8.§.5. p.232

In deserto. In eremo, ad quam secesserat, prædicat; & cur non in vrbium frequentia? Vel respicere relictum sæculi statum reputat periculum. c. 13. §.28. p.521

Prædicans baptismum. Priùs prædicare debuisset Christi diuinitatem, seu Incarnationem Verbi, cuius præcursor venerat. Num Christi Baptismus Incarnationem æmulatur? c.12. §. 11. *Vbi plures Baptismi laudes.*

Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Sic peccata dimittit Christiana pœnitentia, vt peccatorem reformet in Ioannem Baptistam, quasi transformet in Deiparam, & albis gloriæ vestibus induat? c. 5. §. 29. *Et in sequentibus plura pœnitentiæ elogia prædicantur.* p.156

Omnis vallis implebitur. Humiles implentur diuina gratia, quia humilitas est virtutum consummatio, & clausula. c.9.§.32. p.329

Omnis mons, & collis humiliabitur. Humiliatio sequela superbiæ est: nam vir verè magnus vel ab operibus suis strenuè gestis, minor euadit. c. 1. §.12. p.24

Et videbit omnis caro salutare Dei. Salutaris dicitur Christus, quia est Pæonius medicus, ægrotæ animæ incantator eximius. c.1.§.5.n.46. p.16

In Natiuitate Domini.

IOANNIS I.

IN principio erat Verbum. τὸ *erat* antiquam Verbi æterni nobilitatem prædicat, sed quæ recentis generationis laude commendatur. c. 11. §. 58. n.79. p.440

Erat Verbum; id est, *Ratio.* Rationis nomine commendatur Dei Verbum, ne infirmus & imbecillus videatur infans hodie natus. Sic est omnipotens recta ratio. c.15.§.2.& 3.n.22. p. 566.& 568

Erat Verbum. Id est, *Oratio.* Valde nobilitatur oratio dum ad Dei nomen adscitur. c. 9.§.35. n.191. p.333

Et Verbum erat apud Deum. Dicitur Verbum non recessisse à Patre Deo, ne si à Patre Deo abesset, videretur hominibus ambiisse regnum Patris. Sic exambiunt homines regiâ potestate. c.1.§.7.p.18.

Index Concionatorius.

Omnia per ipſum facta ſunt. Quamobrem poſtquam dicitur Verbum, ſtatim ſubiungitur eſſe omnipotens? Scilicet ne Dei Verbum imbecillum putetur. Sic verba hominum, re verborum carent. C.14.§.5. p.545

In ipſo vita erat. Id eſt, munificus largitor eſt; eſſe, viuere tribuens rebus omnibus. Munificentia probat naturam diuinam; nam ſi Deus immunificus foret, forte *nemo hominibus* videretur. C.7. §.21. p.210

Lux in tenebris lucet. Dei lux in tenebris lucet: vt lux hominum de aliorum tenebris lucere ambit, & luces alias extinguere, vt ipſa præluceat. C.1. §.17.& 18. p.41.& 42

Et tenebræ eam non comprehenderunt. Grande elogium eſt lumini diuinæ lucis, à vicinia tenebrarũ non pati detrimentum. Sic contubernalium nequitia imitari ſolet homines, non bono exemplo ad pœnitentiam inſtigante. C.11.§.31.& 10. p.301.& 377

Vt teſtimonium perhiberet de lumine. Lux euidenter ſe oſtendit, & probat; quid ergo opus eſt caligine humani teſtimonij ad lucis probationem, niſi quia neque oculis credimus de virtute aliena. C.13.§.19. p.507

Vt omnes crederent per illum. At non omnes homines crediderunt in Chriſtum. Verum tanti æſtimat Chriſtus hominem, vt omnia Chriſto eſſe dicatur. C.7.§.12. p.109

Non erat ille lux. Quid neceſſe fuit, vt Ioannes lucerna ardens & lucens interſtingueretur, dum diuinior Chriſti lux exoritur? Scilicet vt Chriſtus probetur verus homo: nam homo lucere ſolet, aliorum fulgore offuſcando. C.3.§.12.& cap. 1. §.17.& 18. p.91.& 41.42

Erat lux vera. Lux interpres eſt Verbi Diuini, aut Diuinum Verbum interpres lucis. C.14.§.2. p.545

In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. Mundus non cognouit tam munificum benefactorem: nam occultatio beneficij lenocinatur ad gratiam benefaciendi. C.9.§.21. p.311

In propria venit, & ſui eum non receperunt. Non recepiſſe dicit initio vocabulo immanem perſecutionem. Quia à propinquitate, & ſanguine ſæpe odia exurgunt maxima. C.7.§ 9 p.206

Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Si Filij Dei dicuntur, quo pacto dat eis poteſtatem, vt ab auctoritate caſtitatis dicantur filij Deo patre digni. C.11.§.41.n.101. p.416

Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis. Appetitus dicitur *voluntas carnis*, quaſi appetitus ſenſitiui motus, eſſet voluntatis conſenſus? Sic condemnæ voluntas appetitui? C.13.§.27.p.520

Et Verbum Caro factum eſt. Caro humana adeò periculoſa eſt, vt Incarnatio periculoſa Dei haberi poſſit? C.13.§.27. p.520

Verbum Caro factum eſt. Dicitur Verbum factum; nam verba ſine operibus non benè audiunt apud homines. C.14.§.9. p.545

De Verbi Dei Incarnatione ex almo Deiparæ vtero, vide quæ dicentur in feſto Annunciationis.

In Circumciſione Domini.

LVCÆ II.

P*Oſtquam conſummati ſunt dies octo.* Vbi primùm conſummantur ſtati dies, inde aſſumit in Circumciſione humilem peccatoris habitum: nam humilitas conſummatio virtutum eſt, gratiæ amplificatio, & æmula beatæ gloriæ. C.9.§.32.p.329

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, &c. Dies corporis computantur, nam ætas virtutis non contenta anguſtiis ſuæ durationis, æternitatẽ æmulatur. Vnde virtus dicitur *carere tempore*. C.8.§.14.p.253

Vt circumcideretur puer. Circumciditur vt vulgò alij homines, nec ambitus de ſingularitate eminere, nam ſingularitas in re virtutis, ſæpe deſtruit quod aſtruit. C.16.§.54. p.632

Vt circumcideretur puer. Plura merita operatur indebita, & redemptioni non neceſſaria, vt de ſalario potentiæ charitatis munificentiùs Eccleſiam muneret. C.9.§.17.n.196. p.314

Vt circumcideretur puer. Non quia magnus eſt in domo Dei, omittit obſeruationem legis, quâ non obligatur. C.11.§.44. p.418

Vt circumcideretur puer. Deo velut adulatur, vel nutum diuinæ voluntatis, tanquam præcepta adimplens. C.11.§.27. p.397

Vt circumcideretur puer. Verbum Incarnatum prææmaturè operari incipit: quia verbum ſine opere languet apud homines. C.14.§.5. p.545

Vt circumcideretur puer. Exequi opera non præcepta, rem virtutis exaggerat ad laudem. C.11.§. p.397

Vt circumcideretur puer. Sanguis in circumciſione effuſus quodammodo magis placet Deo, quàm ipſa Chriſti Paſſio: nam hic ſanguis defæcatior dicitur, vtpote non effuſus inter atrocem offenſam. C.5.§.19. p.143.

Vt circumcideretur puer. Peccatoris habitu occultat virtutes. Sicut hypocrita ſanctitatis ſpecie rẽ vitij operatur: ita Chriſtus rem eximiæ virtutis peccatoris habitu. C.9.§.1.n.12. p.286

Vt circumcideretur puer. Dum velut peccatorem ſe oſtendit, peccatorum redemptorem ſe exhibet: Vel ipsâ apparentiâ, quâ ſe peccatorem videtur publicare, ſe exhibet peccati exterminatorem. C.14.§.1. p.535

Vt circumcideretur puer. Nec dicitur puer circumciſus: Satis eſt dicere religioſe id piè facere. Satis eſt eſſe vmbram præcepti. Quod attinet ad effundendum pro hominibus ſanguinem, neceſſe non eſt, vt expreſsè dicatur.

Vt circumcideretur puer. Ratio ipſa naturalis circumcidenda eſt, vt ſapienti ſtultitiâ, ſeu infantia diſſimiles multa, plura tacitus denotet. C.1.§. 37.n.189. p.55

Vocatum eſt nomen eius Ieſus. De re nominis multa conglobantur non inidonea ad hanc theſim. C.1.§.4. p.14

Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo priuſquàm in vtero conciperetur. Anticipata nomenclatura nominatur Ieſus ante Circumciſionem, ne vel illo octiduo careat nomine Ieſu.

Vt circumcideretur puer. In Circumciſione aſſumit peccatoris habitum, & circuncidi inter eximias Chriſti Dei virtutes cenſetur. Eximia quorundã excellentia vel ſuum probrum vertit in gloriam. C.2.§.52. p.46

Vt circumcideretur puer. O præmaturos tolerantiæ rigores, vbi & ſanguis cruciamento effunditur, & habitu peccatoris aſſumpto, confuſione ſuffunditur. C.9.§.14. p.191

Vt circumcideretur puer. Ineffabile liberalitatis elogium eſt, ſibi detrahere ſanguinẽ, quò homines muneret. Verè munificẽtior liberalitas ſibi detrahit, quò aliis liberaliùs impẽdat. C.12.§.1.p.457

Vt

Vt circumcideretur puer. Adhuc tenellus infans sanguinem pro nobis effundit? Præcurrunt opera votis. Sic probat eminentiam sui amoris! Potiò verus amor non tam constare videtur affectibus, quàm muneribus. C. 12. §. 3. p. 454

Vt circumcideretur puer. Carnem præmaturè circuncidit adhuc tenellus infans: ac si ex carne periculum timere posset? Sic est periculosa humana caro. C. 13. §. 17. p. 520

Et vocatum est nomen eius IESVS. Id est, Salus. Quod aliud nomen sibi faceret IESVS, qui nostrã salutem tanquã omnia sibi reputat? C. 7. §. 11. p. 208

Et vocatum est nomen eius IESVS. Post arduum Circuncisionis opus assumit nobile IESV nomen, operis sui merito: an quia non tam vetusta maiorum stemmata, quàm recens cuiusque virtus generosam cudit nobilitatem? C. 8. § 6. p. 233

In Epiphania.

MATTHÆI II.

Ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam, Cursum Magi contendunt, vt Deum quærant, & inueniant: nos qui alati sumus ad vitia, pigri expectamus, vt cœleste regnum veniat ad nos. C. 2. § 19. p. 76

Natus est Rex. Rex terræ nascitur Christus, qui iam etiam meritis ad regnum nascitur: merita enim honores cudunt; sunt conscientiæ fasces. C. 5. §. 6. p. 129

Vidimus stellam eius. Quid? Reliquæ stellæ, Dei non sunt? Dicitur nuncupatim stella Dei, quia singulariter lucet. C. 9. §. 40. p. 338

Audiens autem Herodes Rex, turbatus est. Vel alterius Regis nomen Herodem inquietat. Nempe ambit ne alius præter ipsum regnet: nam dignitatis solitudo exambitur ab omnibus; qui æqualis fit magno, non parum illi de magnitudine detrahit. C. 9. §. 4. p. 287

Turbatus est. Scilicet timet detrudi à Regia dignitate, quã humanus fastus impotenter affectat. C. 1. §. 7. p. 18

Turbatus est. Timet Herodes iras Romanorum; nemo enim aut Deus, aut Rex salutari poterat absque eorum nutu. C. 3. §. 14. p. 93

Et omnis Ierosolyma cum illo. Superiorum vitiis languet subiectus populus. Sæpe ægrotat pes languore capitis.

Et omnis Ierosolyma cũ illo. Erat Christus Deus expectatio Iudæorum, & desideratus cunctis gentibus, & præsagium ipsius aduentantis illos turbat? Diuturnæ miseriæ adsueti aliquando fastidiunt miseriarum leuamen. C. 5. §. 14. p. 137

Et omnis Ierosolyma cum illo. Sic prona est ad vitia Ierosolyma! Regum curia, vt regni, sic & vitiorum metropolis est? C. 5. §. 36. p. 163

Et congregans omnes principes Sacerdotum & Scribas, &c. Fortè tunc debuissent Sacerdotes sagacissimè celare locum Natiuitatis Messiæ, ne sæuo Regi proderetur infantulus. At ille tãtùm habetur sapiens in nõ boni principis curia, qui ad ipsius placitum iura flectit, & nutibus Principis adulatur. C. 11. §. 38. p. 411

Vt & ego veniens adorem eum. Vide vulpis versipellis astutiam. Homo vafer & multiplex peruersè æmulatur incomprehensibilitatem Dei, ipsúmque vafrumentis blasphemat. C. 1. §. 36. p. 55

Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos. Idoneè Reges regit stella exemplari regiminis eminentia: nam stella sic illuminat tugurium ac palatium: Se totam exhibet omnibus, & singulis. C. 15. §. 5. n. 21. & 22. p. 570

Videntes autem stellam. In non boni Regis regia curia non apparet stella cæli; è curia exeuntibus obuia est Dei gratia. C. 5. §. 36. n. 154. p. 163

Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valdè. Quæ profusior lætitia? Scilicet Ecclesiæ stella Maria est, qua visã vbertim incrementantur beatorum gaudia. C. §. 16. p. 699

Et procidentes adorauerunt eum. Eximius, & meritus honor sæpe calcar addit ad rem virtutis. C. 16. §. 30. p. 647

Obtulerunt ei munera. Magno muneratur beneficio, à quo Deus vltrò recipit humana seruitia. C. 5. §. 32. p. 159

Obtulerunt ei munera, aurum. Non rapaci exactorũ tyrannide congestum est aurum, quod de manu Regum gratanter acceptat Deus. C. 3. §. 6. n. 23. p. 86

Thus: id est, Orationem. Deo recens nato faustè ominantiũ precum votis. C. 6. §. 15. p. 183

Obtulerunt ei munera. Præclara documenta eminentioris charitatis erga infantem Deum: nam Amor non tam affectibus, quàm muneribus constat. C. 12. §. 3. p. 454

Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem. Vel summates paudè timent Herodis iras: nam Regis indignatio nuncius, vel Angelus mortis est. C. 6. §. 4. p. 171

Dominica infra Octauam Epiphaniæ.

LVCÆ II.

Ascendentibus illis Ierosolymam secundùm consuetudinem. Cùm ascendit religionis causa frequens hominum multitudo, & ipsi ascendunt: Nam singularitas in re virtutis suspecta ambitionis est, & destruere videtur, quod adstruit. C. 16. §. 34. p. 652

Ascendentibus illis Ierosolymam, &c. Ascendit & filius Iesus, vt aduertant humani parentes filios velut hereditario iure exprimere parentum virtutes. C. 8. §. 5. p. 232

Remansit puer Iesus. Consultò se absentat à parentibus puer Iesus, vt pluris æstimetur: Profectò absentia admiramur, & adoramus; præsentia non ita veneramur. Fortè ab absentia censum sui expetit? C. 5. §. 8. p. 132

Post triduum inuenerunt illum. Sollicitè & anxiè quæritur Iesus, vt ipsius inuenti crescat voluptas: nam rei difficultas metitur felicitatem: non benè dulcis est voluptas, quam aliqua difficultas non condit & mellit. C. 16. §. 37. p. 658

In medio Doctorũ. Bonus Præsul Iesus, qui in medio existit, in neutrã partẽ inclinans. C. 15. §. 6. p. 570

Audientem illos, & interrogantem. Vides pueri Iesu vrbanitatem. Profectò virtus non renunciauit politiæ. C. 15. §. 23. p. 593

Audientem illos, & interrogantem. Duodecim annos natus festinat misericorditer homines erudire. Scilicet piè ambit ne misericordia humana præcurrat diuinæ. C. 13. §. 8. p. 493

Audientem illos, & interrogantẽ. Præproperat piè docere mortales, ne diu cessans, cõtumeliosus sibi fit, & nemo hominibus videatur. C. 7. §. 21. p. 220

Audientem

Digitized by Google

Audientem illos, & interrogantem. Audiendo, & interrogando puerilem sapientiam repræsentat Dei Verbum: nam summa Sapientia est aliquando per affectatam velut inscitiam dissimulare Sapientiam c.1.§.37. p.54

Audientem illos, & interrogantem. Tametsi doctorum ignorationem reuincit, non illorum insipientiæ insultat; ne de aliorum ignorantia sapientis nomen acquirat. Scilicet renuit lucere de aliorum tenebris. c.1.§.27. p.41

Audientem illos, & interrogantem. Cum Doctoribus disputat; tametsi illos rationibus detriumphet, comiter cum illis agit, illos audiens, & eosdem interrogans; non deuenustat verbis doctorum sapientiam, ne se deuenustet, & in disputatione victum publicet. c.5.§.18. p.155

Quid est quod me quærebatis. Qui diaffectus inueniendi & possidendi Christum; desiderando inuenire, iam iam inuenerat, quem optauerat. c.13.§.10. p.496

Quid est quod me quærebatis. Nam qui *dolentes* quærunt Christum, iam illum inuenerunt: nam pœnitentiæ arcanus dolor Christum parit quotidie in nobis. c.5.§.20.n.125. p.156

Et erat subditus illis. Quis nostra piè ambit priuilegium parentum Christi, dum Deum sibi obsequentem facere vi precum religiosè præsumit. c.4.§.25. p.121

Dominica II. post Epiphaniam.

IOANNIS II.

GEneraliter multa adaggerantur & densantur de matrimonio, de marito, de vxore, de coniugij delicijs, & ærumnis. c.4.§.12. & 13. & 14. & 15. vbi vbertim quæ ad hanc thesim spectant. p.106.107.109. & 111

Vocatus est autem Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Christi Dei fauore opus ad perferendas coniugij ærumnas, etiam in ipso coniugij limine. c.4.§.13. & 14. p.107. & 109

Deficiente vino. Tam citò deficit coniugatis voluptatis vinum? Sic nauseat homo ad expromptas delicias? voluptas procul spectata, suspiratur, vbertim possessa, fastiditur. Cap.1.§.17. & 18. & 19. & 20. p.29.30.32. & 33

Dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Maria pro humanis causis sedula negotiatrix est apud Deum. T.§.7. p.675. Partem gloriæ suæ reputat, leuare mortalium ærumnas. T.§.22. p.695

Quid mihi, & tibi est, mulier? Verba Christi speciétenus asperiora prudenter dissimulat Maria: & sic agit cum conuiuij ministris, ac si annuisset Christus. Quàm sæpè summa Sapientia est, (præsertim coniugibus) per affectatam velut insipientiam sapienter asperiora alterius verba dissimulare. c.1. §.37. p.54

Quid mihi, & tibi est, mulier? quasi ægrè ferat Christus humanam misericordiam præuertere diuinā munificentiam. c.13.§.8. p.494

Nondum venit hora mea. Quid expectat Christus ad patrationem miraculi, quod supplicat pia eius mater, Num vt supplicatio à multis fiat? Sic æstimat Christus orationem multorum, vt eam speciétenus præferat orationi Deiparæ. c.7.§.3. p.200

Nondum venit hora mea. Quænam est hora Christi ad patrandum miraculum? Quæ aptior hora, quàm ea in qua Maria petit? Scilicet expectat Christus, vt necessitas, quam nondum præsentiunt, beneficium expetat. c.9.§.33. p.350

Nondum venit hora mea. Id est, opportunitas miraculi. Et tandem miraculum patrat: nam preces etiam importuno tempore factas exaudit Deus. c.4. §.26. p.122

Nondum venit hora mea. Quare tunc dicitur hora inidonea ad illustre miraculum faciendum? Scilicet quia nondum celebre erat Christi nomen; & ita deuenustabitur illustre miraculum: nam cæca hominum iudicia opus non à se ipso æstimant, sed ab Auctoris celebritate. c.5.§.9. p.133

Dicit eis Iesus: implete hydrias aqua. Renuit patrationem miraculi, aiens: *Nondum venit hora mea*, & tandem miraculum patrat? Nempè tanta est orationis vis, vt à nolente Deo impetret rem postulatam. c.4.§.24. p.120

Hîc aduertere oportet ad concordiam & fidem coniugij nimis facere, ne maritus incautè subinsinuet, se non satis fidere de vxoris pudicitia, ne vel suspicione illi faciat ius delinquendi. Cap.15.§.7 p.571

Sumptuosior feminarum cultus reprehenditur: nam politior ornatus exculta libido est, fidei languor, & luxuriæ vigor. c.10.§.4. p.346

Item exquisita fucorum lenocinia culpantur: quia fucata pigmentis facies, est libidinis fomes, & adulterij meditatio. c.10.§.3. p.344

Dominica in Septuagesima.

MATTHÆI XX.

COnuentione autem facta ex denario diurno. Idoneè ex communi interpretum mente cœlestis beatitudo denarij nomine denotatur: nam tam auidè homo pecunias expetit, vt ad acuendam eius appetentiam, sub denarij nomine beatitudo proponenda sit. c.15.§.9. & 10. p.573. & 574

Ex denario diurno. Tam fugax est nummorum possessio, vt Beatitudo, quæ ex se æterna est, denarij nomine significata, dicatur *Denarius diurnus.* c.15.§.11. p.575

Quid hîc statis tota die otiosi? Iure otiosos culpat: nā otium eruditio vitiorū est; & intestinus Dæmon: otiosus ferè custodiri non potest, ferè desperare potest. c.12.§.12. p.465

Et quod iustum fuerit dabo vobis. Bonus Deus expetit, vt quod habent, iustè possideant: nam res iniustè possessæ iniustum possessorem furtiuè fugiunt. c.15.§.13. p.578

Quod iustum fuerit dabo vobis. Res iustitiæ est, vt exigua hominum merita munerentur tota beatitudinis mole? Profectò audacia cogitationis humanæ assequi non valet cogitando, munificentiam, qua diuina largitas remunerat vel exigua hominum merita. c.14.§.4. p.539

Ite & vos in vineam meam, &c. Etsi tota die orantes videt, tamen confidit laboraturos in vinea; & fideles putando, fideles fecit. cap.15.§.7. & 8. p.571. & 572

Cùm serò esset factum. Tam serò soluit homo debita pecuniarum, vt cùm Deus inducitur sub persona hominis (etsi re ipsa citò soluit,) serò tamen soluere dicatur. c.2.§.18. p.75

Et murmurabant aduersus patrem familias, dicentes: Hi nouissimi vnâ horâ fecerunt: & pares illos nobis fecisti. Largiorē Dei munificentiam erga nouissimos, obmurmurādo culpant. Sic Dei liberalitas latiùs propagatur, & incrementatur, dū obmurmuratione publicatur: nam murmuratio artificiū est rem amplificandi, & latiùs propogandi. c. 13. §. 21 p. 510

Murmurabant aduersus Patrem familias, &c. Scilicet culpāt nimiam benignitatē erga nouissimos. Sed fortè sciscitabitur quispiam, an culpa nimiæ benignitatis re ipsâ sæpè honesta sit. c. 6. §. 14. p. 181

Et murmurabant, &c. Beati obmurmurant in cœlis? Longè abest obmurmuratio à cœlicolis. Tanta inest hominibus oblectatio murmurandi, vt dicatur in cœlis esse aliqua voluptas quasi obmurmurationis, absque obmurmurandi vitio; ne quid desit quod humanam voluptatem allicere videatur. c. 8. §. 35. n. 130. p. 266

Pares illos nobis fecisti. Hæc est querimoniæ occasio: nam qui æqualis fit magno, non parum illi de magnitudine detrahit. c. 6. §. 40. p. 338

Pares illos nobis fecisti. Dispar munus expetunt: nam grandius donum est, quod, quibusdam datum, negatur aliis. c. 3. §. 13. p. 92

Dominica in Septuagesima.

LVCÆ VIII.

D*ixit per similitudinem.* Cur Diuina mysteria explicat Christus in parabolis? Christum dedecere videtur parabolarum velut fictus sermo. An quia nostræ fidei mysteria adeò excelsa sunt, vt præ magnitudinis sublimitate aliquibus fabulæ viderentur. c. 8. §. 2. p. 238.

Exiit. Vnde exiit Deus, vt largiùs muneret Ecclesiam? Porrò immensitas vetat exeundi licentiam. Nunquid à se exiit Deus præ amoris arcanâ eminentiâ, vt munificentiùs benefaciat hominibus.

Exiit qui seminat seminare. Velut effusè beneficia seminat, & incrementat, ne si Deus immunificus foret, nemo hominibus videatur. c. 7. §. 21. p. 210

Exiit qui seminat seminare. Vltrò exit benefacere, nec expectat vt vocetur à meritis accipientium: nam merita accipientis beneficium, minuunt largitoris munificentiam. Capite 15. §. 28. pagina 599

Exiit qui seminat seminare. Cùm exit ad seminandum iam seminat: præmaturè seminat, qui seminare dicitur, dum exit ad seminandum. Quid ipium propositum operis priuilegio gaudet. c. 13. §. 10. & 11. p. 496. & 497

Exiit qui seminat seminare. Vix ad seminandum exit, & iam seminare dicitur? eodem tempore & ad seminandum exit, & seminat? Virtus nōn contenta angustiis suæ durationis æternitatem æmulatur: vnde dicitur *carere tempore*, c. 8. §. 14. p. 243

Semen suum. Adsutâ seu alienâ sapientia nemo verè sapiens existit. Bonus Doctor de thesauro suo proferat sapientiam. c. 11. §. 55. p. 434

Semen suum. Vsque adeo inolebuit consuetudo detrascendi ex bonis quæ detrahuntur pauperi, vt necesse sit aduertere, aliquam spem augendi censum posuisse in re sua, c. 3. §. 4. p. 82

Aliud cecidit. Granum proiicitur, & dicitur cecidisse. Planè vtilis eruditio! Valdè enim oportet mentem diuertere à cogitationibus animum exasperantibus, & eam applicare ad sensus dolorem mitigantes. c. 8. §. 39. p. 271

Aliud cecidit. Insipienter putat se cecidisse qui palam proiicitur. Verùm summa sapientia est aliquando per affectatam insipientiam sapienter stultescere. c. 1. §. 37. p. 54

Secus viam. Granum quod cecidit prope viam, ac si cecidisset in via proculcatur: obuiæ enim occasiones studiosè vitandæ sunt: nam vel cogitatio malitiæ fomes est ad malum; potentia peccandi sæpè alea est ad delinquendum. Cap. 11. §. 32. & 33. p. 404. & 405

Secus viam. Periit granum in via, seu in frequenti hominum concursu: recessus ab hominibus asylū est à vitiis. c. 5. §. 17. p. 140

Aliud cecidit super petram. Vilipendi videtur granum quod in solo infœcundo & petroso conditur: inde fortè malignus prouentus extitit: nam sæpè crescit meritum cum munere: Vilitas officij seu existimationis sistit ambitionem merendi. c. 9. §. 31. p. 327

Natum aruit, quia non habebat humorem. Humore lacrymarum riga virtutes, riga peccata, ne exarescat spes sanctitatis. c. 7. §. 15. p. 212

Aliud cecidit inter spinas. Etsi toties frustratur spe fructus, non desistit à satione: nam propositum quod in animum iruit, & exteriùs inchoatum est opere, adeò vrget homines ne cessent, vt plura absurda deuorent, ne videantur ab incepto desistere. c. 13. §. 9. p. 495

Aliud cecidit inter spinas. Diuitiarum spinæ virtutem suffocant, & fomitem addunt ad spontiua vitia. c. 15. §. 12. p. 576

Aliud cecidit inter spinas. In non bona terra ter perit semen diuini verbi. Caue ne à tua prauitate Dei verbum patiatur abortum. c. 13. §. 6. p. 491

Qui habet aures audiendi audiat. Non omnes habent aures audiendi: nam detractor auribus videt vitia, quæ in aliis notat. c. 14. §. 11. p. 547

Fructum afferunt in patientia. Opimi sunt patientiæ prouentus: nam patientia virtutum perfectio est, redemptio gratiæ, & donatrix gloriæ. Cap. 8. §. 33. p. 263

Dominica in Quinquagesima: & in festo XL. horarum.

LVCÆ XVIII.

A*ssumpsit Iesus duodecim discipulos suos.* Assumuntur, & vocantur, non se vltrò ingerunt Principis Christi lateri. c. 5. §. 4. p. 127

Assumpsit Iesus duodecim. Omnes adsciscuntur, omittitur nemo, vt impleat boni principis seu præfecti indifferentem benignitatem. c. 15. §. 5. p. 569

Assumpsit duodecim discipulos suos secretò. Ita scribit Matthæus. Eodem vtitur verbo cùm secretum exigit, & cùm tentatur à Diabolo: Sic instigatur homo ad euulgandum secretum. c. 2. §. 4. p. 59

Duodecim discipulos suos secretò. Eritne secretū, quod duodecim propalatur? Scilicet expressè dicitur, secretum, & tacitè publicum. Sic res secreti accidere solet, vt sub nomine secreti, diuulgetur.

Ecce

Index Concionatorius.

Ecce ascendimus Hierosolymam. Pedibus suis ascendunt Apostoli, & iubentur aduertere, se re ipsâ ascendere. Scilicet in via ad virtutem, non quisquis gressus explicat, vlteriùs graditur: Volatu agillimo opus est, ne retrò agamur. c. 2. §. 19. n. 71. & 72. p. 76

Ecce ascendimus Hierosolymam. Nimirùm non expectant Apostoli vt cœlestis Hierusalem ad ipsos descendat, quod vulgò homines expetunt. c. 2. §. 19. n. 74. p. 77

Ecce ascendimus Hierosolymā. Vt à labore ascendendi dulciùs sapiat, & feliciùs beet cœlestis Hierosolymæ gloria. Porrò ærumnosus merendi labor lenocinatur futuræ felicitati. c. 16. §. 10. p. 616

Ecce ascendimus Hierosolymam. Quid opus est, se ostendere discipulos valdè laborare ascendendo nisi quia virtutis labor bene dulcis est, & deliciarum plenus. Cap. 16. §. 8. & 9. & 19 p. 614. 615. & 616

Tradetur enim gentibus. Primam suæ passionis ærumnam prodit, aiens, se tradendum à summis sacerdotibus, qui habebantur pij & religiosi: nā existimata pietas persecutoris, nequitiā lonsis exaggerat. c. 9. §. 16. & 17. p. 304. & 306

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, &c. Dum satagit ire ad Hierusalē, sponte se offert ærumnosis suæ passionis calamitatibus. Nam qui cœlestem beatitudinem impensiùs anhelat, vale dicit terrenæ felicitati; & vltrò se destinat acerbiotibus vitæ molestiis. c. 12. §. 6. p. 457

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur. Quia opulentiores Dei gazæ in Eucharistico pane censentur, hîc sigillatim recenset tot contumeliarum & cruciamentorum genera, quibus promeruit diuinioris sacramenti gratiam. c. 5. §. 23. p. 148

Cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Verè cæcus est mundus, qui in mundialibus bonis veram voluptatem inuenire præsumit, cùm sint molestiis plena, re voluptatis vacua. c. 1. §. 17. & 18. p. 29. & 30. Bona abusiuè dicuntur. c. 1. num. 100. &c. p. 28. & seq.

Cæcus quidam, &c. Verè cæcus est mundus, cùm in humanis deliciis veras voluptates reperire exambit; Si quidem vera & mera voluptas Eucharistico pane censetur. c. 5. §. 22. p. 147

Clamabat. Preces clamore publicat, vt omnibus notum sit oratione sibi salutem, & Deo gloriam fauste ominari. c. 6. §. 15. p. 183

Iesu fili Dauid miserere mei. Filium Dauidis per Mariam appellat: Num misericordia Christi soboles Mariæ est, quam cum indole generosè expressit. C. §. 11. p. 679

Quid tibi vis faciam? Quid opus fuit vt Christus cæcum roget, quidnam velit? fortè diuturna miseria sua commoda habet. *Tal vez esta vn hombre bien hallado en sus penas.* c. 5. §. 14. p. 1.7

Quid tibi vis faciam. Videtur loqui Christus tanquā si cogeretur & obsequium deberet orationi. c. 4. §. 24. p. 120

Quid vis vt faciam tibi. Velut adulatur Christus orationi supplicantis: nam angustius beneficium est, quod à volente volenti datur. c. 8. §. 44. p. 276

Domine, vt videam. Puto non bonam rem postulasse: nam oculorum vaga licentia fomes est ad libidines, & passiua scortatio. c. 9. §. 26. p. 319

Respice, fides tua te saluum fecit. Christus illi visum largitur, & fiduciæ orantis miraculū adscribitur. In re orationis voluntas petentis videtur esse voluntas concedentis. c. 4. §. 22. p. 118

Respice, fides tua te saluum fecit. Imperialis Dei omnipotentia patrat miraculū; & illud adscribit Christus precariæ Orationis omnipotentiæ. c. 4. §. 21. p. 117

Fides tua te saluum fecit. Fiducia seu spes supplicantis fides dicitur. Quid Oratio nostra spem conuertit in fidem. Credit se obtenturum, quod orando sperat. c. 4. §. 25. p. 121

Non pauca libauimus de voluptatum mentitis deliciis, de Oratione, de Eucharistia, quæ non inidoneè ministrare possunt themata ad materiandas conciones pro festo quadraginta horarum, quod nostra Societas solemniter celebrat. Plura qui volet super his thesibus, adeat Indicem rerum, vbi vbertim suppetit copiosior materia ad hæc themata locupletanda.

Feria IV. Cinerum.

Genes. III.

Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Cinis capiti aspersus, concupiscentias sistit, & fertilem facit humani cordis agellum & cæcas naturalis rationis litteras excitat. c. 9. §. 6. p. 291

Memento homo quia pulvis es. In auspicio solemnis ieiunij, cinere caput aspergimur: nam humanæ preces à ieiunio, à sacco, à cinere fiunt velut ambitiosè potentes. c. 9. §. 7. p. 292

Et in puluerem reuerteris. Mortis memoria immortales facit, Vicarias Dei vices substituit: asylum est humanarum calamitatum. Vnde oportet Christianos esse riuales pulchræ mortis. Cap. 16. §. 36. lege ibi multa de mortis memoria. p. 655

Matthæi VI.

Cum ieiunatis, nolite, &c. Supponit homines ieiunare, quasi suasione non egeat res perutilis, & necessaria ad virtutem. Nam sicut gula velut resculpit originale delictum; sic ieiunium quodammodò restaurat innocentiæ statum, & in cœlestem & virgineam naturā quasi reformat. c. 12. §. 26. p. 482

Cum ieiunatis, nolite, &c. Supponit ieiunaturos discipulos, quos Ecclesiæ rectores constituit: nam ieiunium regentis, est regiminis vigor. c. 6. §. 23. p. 191

Nolite fieri sicut hypocritæ. Quid tam seriò vetat Christus veniale hypocrisis vitium. Scilicet bona pietatis opera, hypocrisis labe infecta, consimilem blasphemiæ prauitatem habere dicuntur. c. 9. §. 3. p. 286

Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Vel à mētitā tristitia timet Christus. Profectò tristitia intestinus est Dæmon, delictorū fomes, & cruciatus gehennæ affinis. c. 16. §. 29. p. 646

Nolite fieri sicut hypocritæ. Solerter interdicitur hypocrisis: nam hypocrita infidelitatis candidatus, est desperationi velut obnoxius, & æmulus proditoris Iudæ. c. 9. §. 2. p. 285

Tu autem cum ieiunas. Iterùm supponit ieiunium; quasi superuacaneum foret, vt Christus illud præcipiat homini Christiano. Nam quà homo, & quà Christianus tenetur temperare se à palati deliciis. A gula enim obbrutescit homo, & valedicit Deo. c. 13. §. 2. p. 486-

Digitized by Google

Vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Ad uettant feminæ ex Christi Dei præscripto, faciem lauandam esse, caput vngendum; ipsæ autem caput lauant, & faciem vngunt. Vnde crispati & irrufati capilli gehennæ auspicium est, fucata pigmentis facies, fit libidinis incentiuum, & adulterij meditatio. c.10.§.5. p.344
Vnge caput tuum, &c. An vt veluti simulatione vitij vera virtus foueatur. c.9.§.2.n.12. p.286
Ne videaris hominibus ieiunans. Porro boni operis secretû lenocinatur merendi gratiæ: virtutemque exaggerat ad meritum, dum abscondit ad gratiam. c.9.§.21 p.321
Ne videaris hominibus ieiunans. Aliquod genus fascini timet res virtutis ab oculis spectatorum. Planè timere potest qui humanam gloriam captat. c. 9. §.4.n.17. p.287
Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo. Homo verè pius, piè ambit Deo lucere, non mundo; vni Christo viuere, non sibi. c.9.§.41. p.339
Sed Patri tuo, qui videt in abscondito. Deúsne cœcus est ad publicatam virtutem, & perspicax ad occultam? Profectò Deus noster oculatissimus est ad secretum virtutis; ambitiosè publicatam non videt. c.9.§.4.n.22. p.288
Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo, &c. Nontantùm hominibus celanda est res virtutis; sed à se ipso timere debet homo: nam quisquis inani gloriolæ obnoxius est, vel à seipso celare debet bonum opus: bonum opus quod sic cautè ambit latere, piè ambitur à Deo. C.9.§.4. p.287
Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. De auaritiâ, vide multa in verbo *Diuitiæ.*

Feria VI. post Cineres.

MATTHÆI V.

EGo autem Dico vobis: Diligite inimicos vestros. Christus Deus hîc non imponit præceptum speciale diligendi inimicos; sed vt consilium publicat. Nam consilia, & nutus Superioris arctiùs obligant comitatem subditi, quàm exertum mandatum. c.11.§.17. p.397
Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis, &c. Hæc verba, & sequentia expenduntur vbertim Cap. 1. §. 33. p. 48. cui titulum præscripsimus: An inimicorum dilectio, adulatio sit perfectionis diuinæ. & §. 35. Aduersarium quò magis inimicum, eò magis diligere, & benefacere, Christianæ pietatis est meta. p.52
Scelus est, quòd Præfectus præfecturæ potentiâ vlciscatur proprias iniurias. c.2.§.2. p.57
Grande malum est inimicitias agere, etiam cum hoste, à quo nihil timeas. c.13.§.13. p.499
Muta patientia est pia iniuriarum vindicta. c.6. §.8.
Quem commendat probitas, inimicitia damnat, inuitat, infamat. c.15.§.4. p.580
Amico simulato nullus infestior hostis. c. 14.§.16 p.553
Diuisio in Ecclesia quædam quasi hæresis est, in beatitudine esset infelicitas; & in ipso Deo perfectio non esset. c.8.§.49. p.281
Pax, & animarum consensio, Trinitatis imitatio est. c.8.§.50. p.282
Victoria de hostibus reportata, quæ est felicitatum humanarum maxima, timenda est velut calamitatum maxima. c.13.§.16.p.503. Omittimus tractare de eleemosyna, & hypocrisi, vt totus concionatoris labor incumbat in suadenda concordia, & amore inimicorum. Leget qui volet in Indice Verbum *Eleemosyna, & Hypocrisis.*

Dominica I. Quadragesimæ.

MATTHÆI IV.

DVctus est Iesus à Spiritu. Non vltrò it ad tentationem, sed ducitur. Nam tentatio non est prouocanda, sed patienda, & depellenda: resistendo vincimus, scuto coronamur. Cap. 10. §. 8. p.356
Ductus est Iesus à Spiritu, vt tentaretur. Ab eremo præsidium optat ad resistendum. Desertum asylum est à vitiis, & virtutis fomes. c. 5. §. 17. p.140
In desertum. Solum inuadere satagit Dæmon, & aliorum patrocinio destitutum. c.11.§.43. p.418
Ductus est Iesus à Spiritu in desertum, vt tentaretur. Marcus habet: *Spiritus expulit eum.* Vbi Dæmon aduertit Christum expulsum, eiectum, & humiliatum, occasionem opportunam se nactum putat ad validiùs tentandum. Cap.16.§.3.num.163 p.648
Et cùm ieiunasset. Ieiunij laudes habentur. c.12.§.26. & c.13.§.2. p.482.& 486
Et cùm ieiunasset quadraginta diebus. Et cur non plures dies ieiunauit, quàm Moyses & Elias, nonne vtroque erat sanctior. Scilicet Christus esse non cupit de singularitate famosus. Nam singularitas in re virtutis, sæpè destruit, quod adstruit. c.16.§.34. p.652
Et cùm ieiunasset quadraginta diebus. Ieiunio se armat aduersus hostem, à quo nequit vinci. Timendum est ab hoste, à quo nihil mali timeri potest. c.13.§.13. p.499
Postea esuriit. Et accedens tentator. Vbi Dæmon aduertit, Christum rerum necessitate laborare, confidenter illum adoritur, de victoria præsumens: vnde Christus dicitur, esurire sub Diabolo, sitire sub Samaritide, c.8.§.18. p.248
Et accedens tentator, &c. *Dic vt lapides isti panes fiant.* Dolo tentare, Diaboli infirmitas est. c. 5. §.2.& c.14.§.20. p.125.& 558
Dic vt lapides isti panes fiant. Lucas ait: *Dic lapidi huic, vt panis fiat.* Vel lapidum auarus est Dæmon, qui non tantum ridicularis donis homines allectat, sed etiam vel spei ingerendæ auarissimus est. c.3.§.5. p.83
Dic vt lapides isti panes fiant. Futili admodum tentatione deiicere præsumit Christum. Tantâne est hominum imbecilitas, vt potentia ad delinquendum sæpè sit meta delicti. c.11. §. 34. p.407
Dic vt lapides isti panes fiant. Insidiatur astutus dæmon palato Regis Christi, vt dissimulet se grassari in homines. c.2.§.8.n.28. p.64
Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctam ciuitatem. Christus assumptus ad frequentiâ hominum, inuisibilem tunc se facit, ne videatur tentatus. Quid? tentatus homo tentationem spirat, & affricat aliis. c.11.§.31. p.402
Et statuit eum supra pinnaculum templi. Scilicet ad cathedras Doctorû euehit, vt faciliùs ad ventosissimam

Digitized by Google

ſimam ambitionem alliciat, & felix deiciat de humilitatis propoſito? C.11.§.63.n.301. p.446

Mitte te deorſum. Qui citò aſcendit ad ſublimitatis faſtigium, ruitorus imminet, & citiùs deſcendet. c.1.§.13. p.68

Mitte te deorſum. Quaſi tacitè dicat: Si ſecretus magnitudinis tuæ deſcenſum non detrectas, cognoſcam te eſſe verè magnum. c.15.§.18. p.585

Mitte te deorſum. Quid intereſt, cadere incipiat Chriſtus de ſublimi pinnaculo? Veriùm vulgò homines qui ſemel cadere incipiunt, non ſolent ſe ſiſtere vſque ad infimiſſimam ruinam. c.15.§.15. p.580

Mitte te deorſum. Et cur ipſe non impellit ad ruinā? Nēpè homo ſæuior ſui ipſius hoſtis eſt. c.12.§.15. p.466

Oſtendit ei omnia regna mundi. Humana ambitio impotenter principatum affectat: & inde præſumit dæmon Chriſtum deiicere regnandi ſpe. c.1.§.7. p.18

Et oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Humana felicitas, & mundialis voluptas ſpecie tenus blanditur; ſuſpiratur non poſſeſſa, poſſeſſa vſque ad nauſeam faſtiditur. c.1.§. 17. 18. 19. 20. p.19. 30. 32. & 33

Et oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Vnde exigitur Dæmon in ſpem ſuadendi Chriſto amorem inaniſſimæ ambitionis? Scilicet ipſe Dæmon impotenter affectus eſt mundiali gloriâ, & inde præſumit vel Chriſto perſuadere amorem eius rei, quam ipſe auidè affectat. c. 11. §. 56. p.409

Et oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Addit Lucas: *In momento temporis.* Vt perbreuis mora addat ad gratiam: nam mundialis boni ſecura poſſeſſio inſipida & faſtidioſa eſt, niſi condiatur aliquali ſpe ipſius boni amittendi. c. 1. §. 21. p.34

Hæc omnia tibi dabo. Quorſum promittit Chriſto regna, quæ Chriſti ſunt? Scilicet adeò infelix eſt ambitionis vitium, vt vel rei poſſeſſæ ambitio egregiè infelicitet ambitioſum. c. 1. §. 21. p.34

Hæc omnia tibi dabo. Egregiè mentitur malitioſus & mendax Dæmon. Sed iam incautè mentitur: nam minùs nobis mentitur, qui mentitur ſæpiùs. c.11.§.4. p.371

Hæc omnia tibi dabo. Omnia dat Dæmon in pretium pro homine perdendo: & homo nihil dat pro ſuâ ſalute? c.16.§.26. p.642

Hæc omnia tibi dabo. Hæc omnia nihili æſtimat Chriſtus, cui homo omnia ſunt. c.13.§.12. p.511

Et Angeli acceſſerunt. Non adſunt pugnanti, vt præſidium & auxiliū ferant, & adſunt victori? Numquid victoria, quæ eſt humanarum felicitatum maxima, magis indiget Præſidio? c. 11. §. 16. p.384

Feria IV. à Dominica I. Quadrageſima.

MATTHÆI XII.

T*Vnc acceſſerunt ad Ieſum Scribæ & Phariſæi dicentes: Magiſter, volumus à te ſignum videre.* Viderant illuſtre miraculum excæcati dæmonis muti, & dubitantes de virtute Chriſti, aliud miraculum exigunt? Profectò neq; oculis credimus

de virtute aliena; dubitatio de alieno bono illud indubiè probat. c.13.§.10. p.507

Tunc acceſſerunt Scribæ, & Phariſæi, dicentes: Magiſter. Grauiſſimè tulit Chriſtus laudari à Phariſæis: nam impius dum bonum verè laudat, illud egregiè deturpat. c.11.§.41. p.417

Tunc acceſſerunt Scribæ, & Phariſæi, dicentes; Magiſter. Ægrè fert Chriſtus nuncupari Phariſæorum Magiſter. Nā diſcipulus indiſciplinatus dehoneſtat Magiſtri diſciplinam. c. 5.§.35. p.163

Tunc acceſſerunt Scribæ, & Phariſæi, dicentes; Magiſter. Honorifico Magiſtri nomine inteſtina odia diſſimulant, quod grauiter tulit Ieſus: nam amico ſimulato nullus infeſtior hoſtis. Cap. 13. §. 16. p.513

Scribæ & Phariſæi, dicentes; Magiſter. Quare tam ſeriò iraſcitur Chriſtus, cum appellatur à Scribis honorifico Magiſtri nomine? Num quia adulatio in ſe quædam eſt, & quodammodò Gentiliſmus? c.11.§.8. & 9. p.375. & 376

Magiſter volumus. Planè iraſcitur Chriſtus contra humanam voluntatem, quæ ſuum hominem deprauat. Nam homo à licentiâ voluntatis eſt ſæuior ſui hoſtis. c.12.§.13. p.466

Magiſter volumus à te ſignum videre. Nonne nuper admirati ſunt miraculum expulſi Dæmonis? Non reputatur vulgò miraculum, quod in noſtrum obſequium aut vtilitatem non cedit. c. 3. §. 8. p.88

Generatio mala, & adultera. Gens Phariſæorū aſtutâ & verſipelli aſſentatione vtens, dicitur generatio adultera. Nam homo aſtutus & vafer blaſphemus eſt: & à duplicitate homo integer non eſt: & ſic dicitur degener ab humanitate, & adulter à generatione. c.1.§.36. p.53

Generatio mala, & adultera. Chriſtus rigores exercet in potentiores Scribas & Phariſæos, qui tam mitis & humanus ſolet eſſe erga pauperculos & inualidos? Scilicet hoc eſt elegans magnanimi principis. c.3.§.2. p.80

Signum Ionæ prophetæ. Quod eſt hoc ſignum Ionæ, quo terrebat proceres? Scilicet obſcurè loquitur Chriſtus, dum terribilis intentat minas: nam pœna anceps & dubia acerbiùs ferit, cum angit pendulum animum, & plura ſupplicia timentem. c. 5. §.12. p.155

Signum Ionæ prophetæ: Qui proſpero errore, & cæcâ felicitate ſoſpes euaſit. c.14.§.5. p.541

Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Et tamen Chriſtus non fuit in ſepulcro tribus noctibus. Quid? mentitur ipſa veritas? an ſupplet miſericordia vices veritatis? c.6.§.12. p.182

Viri Niniuitæ, &c. quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Oratio Niniuitarum ambitioſo pœnitentiæ ſqualore potens, vel nolentem Deum cogit ad miſericordiam. Cap. 4. §. 24. p.120

Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta & condemnabit eam. Quo modo Regina Auſtri condemnabit Hebræam gentem, quam nunquam iudicabit? Profectò alienam ſolers virtus noſtram deſidiam tacitè damnat: & improbitas noſtra, aliena probitate culpatur. Cap. 1. §. 27. & 28. p.41. & 42.

Feria VI. à Dominica I. Quadrageſimæ.

IOANNIS V.

IN his iacebat multitudo magna languentium: Sæpè in ægritudine non modò iacet & languet corpus, ſed etiam animi virtus. C.7.§.12. p.209

Iacebat multitudo magna languentium. Chriſtus eſt ægrotæ animæ Pæonius medicus. C. 1.§.5.n. 46. p.16

Angelus autem Domini ſecundum tempus deſcendebat, &c. Angeli diuina officia, & Paracleti munera obeunt erga homines. C.13.§.24. p.513

Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate ſuâ. Heu diuturnâ languendi conſuetudinem! Profectò praua conſuetudo eſt quædam prauitatis lex; delinquendi fomes, & ſeruitus magno empta. C.10.§.12. p.361

Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Gratiæ prodigium eſt, tamdiu delictis adſuetum cõualeſcere. Nam reſcindere peccandi conſuetudinem diu inolitam, grande miraculum eſt, gratiæ faſtus, & pignus gloriæ C.14.§.13. p.549

Triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Æ-ūnoſior & diuturnior languor publicatur: quia acerbiores calamitates, & flagitioſiora delicta ex occaſione nobilitant auguſtiora Chriſti Dei attributa. C.7.§.18. p.216

Hunc cùm vidiſſet Ieſus, &c. Vt oratio clamat auribus, ſic miſeria clamat oculis ſpectatoris: nam humana neceſſitas, & ærumna inſtar orationis eſt, indigentiâ impetrans id quo indiget. C.9. §. 33. p.330

Vis ſanus fieri? Superuacanea videretur interrogatio, niſi diuturna miſeria ſua etiam commoda ſæpè haberet: *Tal vez eſta vno bien ballado en ſus males.* c.5.§.14. p.137

Vis ſanus fieri? Bonus Deus, qui quod homo exoptat vult largiri; vt augeat beneficij gratiam quantùm blanditur arbitrio poſtulantis. c. 8. §. 44. p.176

Vis ſanus fieri? Scilicet Chriſtus anteuertit Angeli miniſterium, & vocem infirmi, ne vel Angeli ſolertia, aut propria neceſſitas præcurrat pietati diuinæ. c.13.§.8. p.494

Vis ſanus fieri? Superfluum videtur interrogare ęgrotum, an velit ſanari? Sed magnam paralytici patientiâ probat, & publicat Chriſtus, cùm velut ſuperuacaneæ interrogationi vrbaniſſimè & mitiſſimè reſpondet. c.5.§.15.n.59.p.139. Qui magna vincit, ſæpè minimis vincitur. c.14.§.24. p.563

Vis ſanus fieri? Sæpè voluntas humana refragatur diuinæ pietati: nam homo eſt ſæuior ſui hoſtis. c.12. §.13. p.466

Domine hominem non habeo. Qui hominem habet ſub illius patrocinio ſecurè viuit, impunè delinquit. c.11.§.43. p.418

Domine hominem non habeo. At hominum patrocinium infidum eſt: ſolitarius procerum fauore deſtitutus, leuat ſe ſuper ſe: ſicut hedera, quę à diuortio parietis arbor fit. c.10.§.9. p.357

Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Scilicet tantum miraculum publicetur cum aliquali probro quaſi violationis legis, vt ſic fiat credibilius hominibus. c.8.§.38.n.144. p.170

Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Cõſultiſſimè permittit Deus detractione Iudæorum publicari illuſtriſſimum hoc miraculum: nam obmurmuratio ingenium eſt amplificandæ laudis. *Pongaſe en eſtylo de murmuracion paraque conteſſo creZca la fama del.* c.13.§.21. p.510

Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet Ieſus. Et vbi primùm ſciuit, illum prodit Iudæis. Sic exaggerat Chriſtus gratiam curationis: nam ingratitudo accipientis beneficium, ſæpè implet munificentiam largitoris. c.6.§.12. p.189

Ieſus autem declinauit à turba conſtituta in loco. Scilicet Chriſtus fugit oculos paralytici, & adſtātium: nam ſecretum dandi beneficium lenocinatur munificentiæ largitoris; donúmque exaggerat ad liberalitatem, dum abſcondit ad gratiam. c. 9. §. 21. p.311

Iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Peccatum ſuiipſius pœna eſt, & conſcientia acerbior punitio. c.11.§.16.p.384. Pauperior inopia à peccato eſt. ib.§.18. A peccato hominis infirmitas, & inualetudo eſt, ib. §.19.p.387. Peccatū eſt mortis pignus. ibi,§.20.p.388. Impius peccando inferni lacum ſibi aperit & effodit. ibi,§.21. p.389

Dominica II. Quadrageſimæ.

MATTHÆI XVII.

ASſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem. Conſultiſſimè Chriſtus tres Apoſtolos virtute eminentiores fauoribus auget præ cæteris. Nā ſuperior nimis æquus, iniquus videtur: diſpar meritum non æquali beneuolentia tractandum eſt. c.15.§.29. p.601

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem. Et cur cæteros Apoſtolos ſanctitate præſtantes, præter Iudam, non aſſumit? Scilicet ne ſi vnus Iudas relinqueretur, daretur illi occaſio prodendi Magiſtrum, ob ſui infamiam publicatam. c. 4. §. 2. & c.16.§.3. p.95. & 607

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem. Quia reliqui Apoſtoli inglorię omittuntur, enigoratur eorū virtus: & velut faſcinatur. c.4.§.3.c.5.§. 16. p.96. & 139

Et duxit illos in montem excelſum, Vt à difficultate adeptionis, dulcius ſapiat gloria poſſeſſionis. c.16. §.27. p.658

In montem excelſum ſeorſùm. In ſeceſſu fruuntur gloria, quam negotioſi homines inueniunt in vita omnibus exprompta, & negotiorum tumultu obſeſſa. c.4.§.17. p.112

In montem excelſum ſeorſùm. In ſeceſſu à frequentia hominum, & negotiorum tumultu, inuenitur locus gloriæ. c.5.§.17. p.140

Et transfiguratus eſt ante eos. Teſtes quærit ad glorias transfigurationis, & Reſurrectionis, non ad ignominiam Paſſionis: nam ignominia ſine teſte creditur; gloria oculatis teſtibus publicata vix perſuadetur. c.13.§.19. p.507

Et reſplenduit facies eius ſicut Sol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Quare ſumma gloria Beatitudinis explicatur cõparatione torrentis, Solis, aut algentis niuis, quæ moleſtiam ingerunt propè exiſtentibus? Profectò cœleſtis beatitudinis felicitas adeò excellit, vt præ magnitudine æmuletur

Digitized by Google

letur humanas infelicitates. c. 16. §. 34. p.636

Et resplenduit facies eius sicut Sol,&c. Cur non verbis explicat Christus supernæ beatitudinis gloriã: sed videndam obiicit? Num Verbo diuino verba desunt ad dignè explicandam summam gloriæ felicitatem? c. 16.§. 25.n. 137. p.641

Et resplenduit facies eius sicut Sol , &c. Sicut Sol splendet Christus, & mox Sole oppansâ nubeculâ obtenebrat? Quid? Dedignatur videri sicut alius,& quà homo est,exemplarem gloriam expetit? c. 11.§.10. p.377

Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias loquentes cum Iesu de excessu, quem completurus erat in Ierusalem. Ærumna procul spectata, *excessus* dicitur: dum eam quis patitur, non adeò angit. *Los lejos del trabajo, son mas penosos*. c.14.§.22.& 23. p. 561. & 562

Loquebantur de excessu. Inter summas Thaboris glorias recensetur excessus Passionis: nam in acerbiori calamitate deliciatur iustus lętitiâ beatitudinis æmulâ.c.16.§.11.& 12. p.618.& 620

Et ecce nubes lucida obumbrauit eos. Lux obumbrat, an vmbras pellit? At creata lux lucere ambit ex aliena caligine. c.1.§.27.& 28.& c.3.§.12.p.41 52.& 91

Ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt. Similis vox Patris audita est in Iordane, & neminem terruit; quam ob causam Discipuli miraculis adsueti, audita hac voce, pauidè corruunt? Num quia iubentur, vt obediant homini glorioso, qui à gloriæ dotibus impassibilis tunc erat, & ideò non præsentiscit in se rei imperatę difficultatem? c.12.§.15. p.469

Ceciderunt in faciem suam. Visa gloria corruunt in terram,nec illam ampliùs vident super faciẽ suam corruentes. Visa gloria sic exanimat discipulos? Scilicet tanto contemplatæ gloriæ amore alliciuntur,vt ne ab illa excidant,exinde vale dicunt terrenę felicitati,& vltrò se destinant acerbioribus vitæ calamitatibus. Fortè hac de causa vbi vident beatitudinis gloriam, statim exanimes corruunt.c.12.§.6. p.457

Neminem viderunt, nisi solum Iesum: O felix, qui solum videt Iesum, cætera cæcus est! Sanctorum proceres piè ambiunt vni Christo viuere,non sibi.c.9.§.41. p.339

Nemini dixeritis visionem. Quid? Erubescit Christus beatitudinis glorias ante Passionis ærumnas? c.16.§.8. p.614

Nemini dixeritis visionem. Silentium indicit, ne cæteri Apostoli ægrè ferant inęqualitatem fauoris erga aliquos, non erga omnes. c. 15.§.5.& 6. p.569.& 570.

Respondens autem Petrus. Non interrogatus respondet: & ita extra chorum prosilit: vnde insipientię arguitur ab Euangelista.

Ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et vox de nube dicens: Hic est Filius meus Dilectus. Obumbratur & velut absconditur Christus,ne coràm laudetur. Profectò apud homines dissimulata laus est vrbana laudatio,& laudandi ingenium:qui coràm laudat,tacitè culpat laudibus.c.13.§.31. p.525

Tibi vnum. Moysi vnum,&c. Nimis adulatur Moysi Petrus: nec secundum tabernaculum illi extruit; sed *vnum*; nam secundum post primum est, & ignominiam habet posterioris. Vel à se ipso secundum esse, inglorium cuique est: nomen primi ambitur ab omnibus, c.1.§.10. p.66

Feria quarta, à Dominica II. Quadragesimæ.

MATTHÆI XX.

PRior pars huius Euãgelij locupletata est in Dominica Quadragesimę; posterior verò vbertim expenditur pro Festo S. Iacobi Apostoli. Recognosce ibi notata.

Feria sexta, à Dominica II. Quadragesimæ.

MATTHÆI XXI.

PArabolam. Christum Deum dedecere videtur in parabolis loqui: nam parabola est velut effictus sermo; fictio autem poëtarum fabulis adsimilis est. At mysterium Incarnationis, & Redemptionis, de quo hîc, quasi ficto sermone explicandum erat: Nam vsq; adeò sunt angusta nostrę Religionis mysteria, vt præ rei sublimitate imitati quodammodò videantur fabularum licentiam.c.8.§.2. p.228

Homo erat paterfamilias. Appellatur Deus paterfamilias, vt solers eius prouidentia erga homines, velut propriam familiam publicetur: Nam diuina prouidentia est hominibus tanquam ærarium, & panarium indeficiens. c.12.§.8. p.459

Plantauit vineam,& sepem circundedit ei. Sepem appellat Angelorum auxilia: nam Angeli erga homines diuina officia, & Paracleti munus obeunt. c.13.§.24. p.513

Sepem circumdedit ei. Id est,*custodiam Patrum iustorum*.Maceria & custodia non culpat vineam, sed illam adornat: nam pretiosa custodiuntur, vilia prostituuntur. c.12.§.4. p.455

Fodit in ea torcular. Illustris sanguis Christi in Eucharistia arcanè designatur.Porrò sicut merita accipientis Eucharistiam Eucharisticum calicem coronant; ita demerita proculcant. Cap.5.§.18. p.142

Et ædificauit turrim. Id est,legem. Non multas extruxit turres, seu leges: quia legum paucitas disciplinam construxit, & est anticipata venia inobedientiæ. c.4.§.5. p.98

Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos,&c. Ante tempus fructuum, boni operis fructum exigit Deus: Scilicet ante opus exigit pium operis propositum, quod præmaturè gaudere dicitur operis priuilegio. Cap. 13. §. 11.& 12.p.497.& 498

Misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Tam facilè soluitur pecuniæ debitum, vt mittat accipere non exigere? Imò post exactionem vix accipiet: nam qui alienam substantiam debet, tarò aut nunquam reddit. c. 2. §. 18. pag.75

Misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter. Vsque adeò temeraria est humana malitia, vt peruersè diuinam bonitatem æmulari præsumat. c.16.§.16. p.625

Nouissimè autem misit filium suum. Scilicet quò magis,inimicos magis diligit? c.2.§.35. p.52

Digitized by Google

Misit filium suum. Tanti patris nobilis filius, tanti census vnicus hæres, nō detrectat officium, quod obiectant serui: nam vera virtus negligit has inanissimæ ambitionis nugas. c.8.§.13. p.254

Dicens: Verebuntur fortè filium meum. Quid? Deus certò nescit quid operatura sit impudens agricolarum malitia? Cognoscit planè. Sed non prædamnat demerita: nec dicitur ad condemnandum extrinsecus, vti perspicatiæ suæ notitiis. c.5. §.33. p.161

Hic est heres: venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. Fatuum planè consilium: nam occiso filio, superest pater eius, qui vlciscetur tantæ nequitiæ facinus, & hęreditatem aliis dabit. At tanta est occisi filij bonitas; vt munificentior sit erga suos carnifices? c.9.§.11.n.64. p.299

Hic est heres: venite, occidamus eum. Humana malitia Deicidium intentat? Planè aude supra proprias vires. c.6. §.16. p.184

Hic est heres: venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. Profectò stultescit agricolarum auaritia: neque enim è præda locupletum, sed ex pauperū rapinis ditescunt homines. c.3.§.4. p.82

Eiecerunt eum extra vineam, & occiderunt. Et cur non eum occiderunt in vinea? ô impudens delinquēdi licentia: ac si parum foret clanculùm peccare, impunè audēt in publico flagitiosiùs delinquere.

Eiecerunt eum extra vineam, & occiderunt. Extra vineam, quæ est Ecclesia, ipsi exeunt, dum flagitiosum facinus intentant: nam insignis peccator semichristianus dicitur. c.8.§.34.n.126. p.265

Eiecerunt eum extra vineam, & occiderunt. Vides quàm vilipenderint bonum patremfamilias negādo fructus, cædendo seruos, occidendo filiū, &c. Profectò suâ sibi patientiâ quasi detrahit Deus, & honore miserendi contumeliam dissimulandi repræsentat. c.8.§.27. p.257

Cùm venerit Dominus vineæ, quid faciat agricolis illis? Non facile inuenitur digna pœna tantæ malitiæ, diu toleratæ benignissimâ patientia. Porrò diuturna, muta, & misericors Dei patientia armat diuinas iras ad seueriorem vindictam. cap.8.§.26. p.256

Malos malè perdet. Benè perditur, qui punitur ad emendationem: malè perditur, qui à supplicio deterior fit, & à Medicina, ægrotat.

Auferetur à nobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Non tantùm punit Iudæos, auferens ab illis regnum; sed etiam illud aliis donando. Felicitate gentilium punit Hebræorum obstinationem. c.3.§.13. p.92.

Dominica III. Quadragesimæ.

LVCÆ II.

E*Rat Iesus eiiciens Dæmoniū.* τὸ *erat* animosam, & validam resistentiam denotat. Quid? opus fuit toto omnipotentiæ diuinæ conatu ad Dæmonem expellendum? Quorsùm tam impensè procurat diabolus diu hærere huic homini, nisi quia peracerbè fert deponi à principatu: nam Regi, aut superiori acerbior morte pœna est à regimine deponi. c.1.§.25. & 24.23. p.40.38. & 37

Et illud erat. τὸ *erat* diuturnitatem importat. Nam quia semel & iterum deliquit, peccandi consuetudo malitiæ characterem imprimit. cap.10.§.11. num.76. p. 361. Estne consuetudo libera quædam necessitas, & prophetia vlterioris delicti? c.14.§.14. p.542

Et illud erat mutum. Homo mutus erat, non Dæmon: tanta est humanę linguę malitia, vt Dęmon hominis linguam sibi adscribat, sitque linguatus humana voce ad explicandam linguæ malitiam. c.9.§.28. p.323

Et illud erat mutum. Diabolorum disertissimus videtur, qui saltem non frustrà publicat malum, quod pravè fecit. c.2.§.4.n.13. p.59

Et surdum fuisse testatur alius Euangelista: Quid? officia pietatis pręstat malus Dæmon? Optandum planè est vt homo pudicus habeat aures crudas, & surdas. c.12.§.17. p.471

Et cùm eiecisset Dæmonium, locutus est mutus. Adhuc mutus dicitur, qui iam habet expeditam linguam? Consuetudo fecit aliam naturam? Malè natura dediscitur. c.10.§.12.n.78. p.362

Et cùm eiecisset Dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quid admirantur turbæ, quod homo iam à miraculo non mutus loquatur? Fortè admirantur Christum restituisse muto linguam: nam lingua est mundus iniquitatis, alea ad Vitiū, & Vitiorum fomes. c.9.§.28. p.323

Locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Qui à Christi Dei miraculo linguam habet, procul dubio benè loquebatur. Forsitan admirantur turbę hominem benè, & bona loquentem. Hoc vsque eò arduum homini est, vt diuinum Verbum ante Incarnationem corporatum dicatur apparuisse, vt ex tunc quasi edisceret benè loqui. c.13.§.27. n.136. p.521

In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Quare Euangelista contumeliosum hoc Christi probrum enarrat, dum procurat publicare summas eius laudes: Num homines vsque adeò sunt proni ad credendum aliorum contumelias, vt credāt Euangelio, ne discredant contumelias. c. 8.§.38. num.140. p.269

In Beelzebub principe Dæmoniorum eiicit dæmonia. Vnde tam celebre fuit hoc miraculum excantati Dæmonis; siquidem publicatum fuit simul cum hac probrosa contumelia? Profectò detractio artificium est publicandæ, & amplificandæ laudis. *Pongase la alabança en estylo de murmuracion.* Et ita faciliùs propagabitur, & felicius incrementabitur. c.13.§.21. p.510

Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit. Palàm murmurant Iudæi, & ad eorum cogitationes attendit? Intentio qua quis probrum iactat, plus sæpe ferit, quam ipsa contumelia.

Dixit. Opportunè Christus sileret, dum suas contumelias audit, vt silentium eius foret nobis exemplar. Profectò obmutescere debet lingua hominis, dū iniuriis lacessitur, ne perdatur linguæ harmonia: vt vnius Christi summa laus sit, quod iniuria affectus, pacatè respondet: nam arduum magis est pacatè tunc loqui, quàm omnino tacere. c.7.§.7. p.204

Omne regnum in se diuisum desolabitur. Discordia, hæreseos suspecta est, & Ecclesiæ monarchiam Subruit: Si in beatitudine reperiri posset, cælites infelicitaret: & quod in Deo distinctionem inducit, perfectio non est. c.8.§.49. p.281

Si ego in Beelzebub eiicio Dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Mirum est Discipulorum miracula è principibus Iudæorum non adscribi Dæmoni; secus ea quæ patrat Christus. Verùm aduerte filij nomine cognationem innui: Porrò superioris propinquus aut sanguine, aut familiaritate, sæpe impunè delinquit. c.13.§.17. p.504

Feria

Digitized by Google

Feria quarta, à Dominica III. Quadragesimæ.

MATTHÆI XIX.

Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Hi fastidiosi Scribæ & Pharisæi discipulis detrahunt, non reprehendunt discipulos: diuersissimę res sunt detractio, & reprehensio. c.8.§.21. p.151
Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Sycophantica & malitiosa delatio semper fuit perniciosa; Vera & pia, olim & nunc Sancta est. c.7.§.5. p.292
Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Vanissimi, & ventosissimi Pharisæi ambiunt discipulorum famam denigrare, vt ipsi præluceant: de alienæ destructione suam famam ædificant. c.1.§.27.& 28. p.41.& 42
Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Aliorum quærunt, & publicant delicta, vt sua excusent: nam alterius crimen mei criminis excusatio est: quæ vel ex proco lenonem facit. c.7.§.10.c.12.§.10. p.219.& 476
Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Discipulorum quasi delictum exaggeratur ad culpam: Pharisæorum crimina non videntur censeri vt delicta: nam pauper inualidus delictis obnoxius est; potentia procerum velut ius quoddam est ad delinquendum. cap. 14. §.8. pag.544
Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non dicunt: Quare tu transgrediens; sed quare discipuli tui transgrediuntur? vt sic Magistrum dissimulatá mordacitate reprehendant: nam Discipulus indisciplinatus valde deuenustat Magistri doctrinam. C.5.§.26. p.152
Transgrediuntur traditiones seniorum? Solertia Pharisæorum est impensè procurare obseruationem nouarum sanctionum, omissá obseruatione veterum legum, quibus constat religio. c.1.§.11.n.78 pag.23
Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Discipuli Christi pauperculi erant, quibus sæpe deerat congruus panis ad vtcumque vitam sustentandam: quid solerter curent lauare manus vt panem, quem non habent, manducent? Porrò leges ferreæ & flectinesciæ Hebræorum populo congruunt; Christiano populo blandiores leges sunt, & quæ cedere sciunt pro occasionis opportunitate. c.11.§.25. p.395
Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Dissimulanter Christum culpant cum discipulis conuersantem: nam improborum conuictus eadem vitia sæpe affricat & allinit. cap.11. §.30. & præsertim §.31. p.401.& 402
Transgrediuntur traditiones seniorum. Senior doctrina ab antiquitate traditionis nunquam præscribit; recentior veritas æterna est. cap.11.§.56. p.436
Traditiones seniorum dicuntur ad conciliandam Auctoritatem ab antiquitate. Sanctiones antiquæ sanctiores habentur. Porrò Superior qui multa nouat in republica, subditis quodammodò facit præuaricandi ius. c. 1.§.11. p.23
Non enim lauant manus suas. Dum lauantur manus, aqua sordet, quò manus niteant: Christi Dei discipuli non fulgent de alieno squalore. c.3. §.12. pag.91
Non enim lauant manus cùm manducant panem. Qualis baptismus præcedere debet ad Eucharistici panis sumptionem, quò niteat conscientia sumentis Eucharistiam. c.5.§.25. p.150
Quare & vos transgredimini? &c. Validè defendit suos. Profectò beneuolentia superioris, Clypeus est, & corona subditi familiarissimi. cap.11.§.44. p.418
Quare & vos transgredimini mandatum Dei? Quamobrem sic excandescit Christus in Pharisæos, qui non absolutè suos discipulos damnant; sed inquirunt de crimine, & causas illius vestigant? an quia suspicio, inquisitio, seu iudicium de crimine, præpropera damnatio est, & irreuocabilis sententia? c.8.§.48. p.280
Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras? Ipsi transgressores transgressionis accusant Apostolos: nam culpata criminibus conscientia docet alienam conscientiam culpare temerariè. c.14.§.14. p.552
Quare & vos transgredimini mandatum Dei? Grauissimè tulit Christus hanc detractionem (quod ostendit grauissima Pharisæorum reprehensio.) Porrò maledicentia bestiarum Scholis eruditur: Passioni Christi, & feralibus gehennę cruciamentis præ acerbitate quodammodò comparatur. c.8.§.36. p.266
Honora patrem. Id est, benefac. Scimus beneficium honorare donantem; sed dehonestare accipientem, tanquam indignum. Vnde quidam disputant, an ipsa beneficij acceptio instar gratitudinis sit. c.5.§.32. p.159
Quicumque dixerit patri, vel matri: Munus quodcumque est ex me, tibi proderit. Prætextu religionis Sacerdotes student auaritię. At Petrus non reliquit Præsuli opes, quas non habebat; sed negotiosam pro Ecclesiâ sollicitudinem, quam habuit. c.15. §.22.n.105.& 106. p.592
Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt: Scis quia Pharisæi, audito hoc verbo scandalizati sunt? Benignè excepit Iesus à suis discipulis hanc quasi correptionem. Vt erudiat Superiores non acerbè audire, si quid ab ipsis erratum est. Non deuenustatur dignitas animaduersione, sed eruditur ad prudentiam. Caueat ne dolorem suum prætextu negatæ obseruationis vlciscatur. c.2.§.2. p.57
Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt: Scis quia Pharisæi, audito hoc verbo scandalizati sunt? Ægrè ferunt Apostoli Iesum seueriùs animaduertisse in Pharisæos, qui hostili animo eos culpauerant. Sic beneuoli sunt erga inimicos, vt culpa hostilitatis, sit velut meritum ad beneuolentiam. c.1.§.34. & 36. p.50.& 52

Feria sexta, à Dominica III. Quadragesimæ.

IOANNIS IV.

Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Id est sic fatigatus, sedebat; Non dicitur fatigatus in æstu & labore itineris; & fatigatus dicitur dum sessione requiem procurat? Vsque adeò inops gaudij est ipsa possessio voluptatis humanæ, vt spe voluptatis potiùs quàm ipsa possessionem deliciemus: nam humana voluptas non possessa suspiratur

Digitized by Google

suspiratur, possessa fastiditur. cap. 1. §. 18. & 19. p. 30. & 32.

Venit mulier Samaritana. Erátne anonyma? quare tacetur eius nomen, quod ad Historiæ decorum scribendum fore? Quid? Cauet Euangelista vel à nomine impudicæ feminæ, ne aërem toxicet malè dulci luxuriæ veneno? c. 11. §. 24. p. 480

Da mihi bibere. Et cur petit Christus quod scit non fore illi concedendum? Scilicet piè ambit petitionis repulsam, quæ acerbè admodum auditur ab omnibus. c. 12. §. 9. p. 461

Da mihi bibere. Fatigatus Christus præ sudore itineris, & sitis æstu, sicut sub Diabolo esurit in deserto, ita sub Samaritide sitit. O dura necessitas, quæ ad hæc quasi indecora impulit Christum Deum! c. 8. §. 18. n. 71. p. 249

Vade, voca virum tuum. Quid opus est præsentia viri, vt vxor exiguo dono muneretur à Christo? Num femina, nisi præsente, & adnuente marito, nihil omnino recipere debet? Timeat pudica femina munerum præstigias. c. 4. §. 13. num. 52. p. 108

Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir. Aspera auditu verba, & quæ amicissimum quemque auerterent; & tamen Christus artiùs conciliauit Samaritanæ beneuolentiam: nam qui per solam gratiam vult placere, deuenustat beneuolentiæ artem; obiurgationibus mulcet Christus. c. 1. §. 6. p. 17

Domine, vt video, Propheta es tu. At quiuis è populo prophetat alienam luxuriem: nam libido gustata quædam velut prophetia est vlterioris libidinis. c. 14. §. 12. p. 547

Domine, vt video, Propheta es tu. Sic ingeniosè putabat occultasse cæcam libidinem. Porrò lasciuia, etsi cadauer rationis sit, stultè ingeniosa est. cap. 12. §. 21. p. 477

Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus. Quis adoret quod nescit? quomodo quis poterit colere quod ignorat? Scilicet ignorat Deum, qui localem Deum putat, (hîc est germanus loci sensus:) Nam bonus mundi rector ęquè est beneuolus in omnes: & æmulus præfecturę stellarum, se totum exhibet singulis. cap. 15. §. 5. & 6. p. 569. & 570

Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate. Veros adoratores appellat, qui negotioso rerum tumultu amandato, in secessu viuunt soli Deo: ac si ferè reliqui homines à superbiæ ambitu pluris æstiment dignitates, quàm sanctitates. c. 5. §. 17. p. 140

Et continuò venerunt discipuli eius, & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Priuilegium Christi fuit, vt nec temeritas maleuolentiæ ausa fuerit sinistrè cogitare de eius pudicitia. At discipuli admirantur, quòd cum femina loquatur. Sic cautè, (ob nostram eruditionem, non ob sui periculum) agebat cum feminis Christus. c. 8. §. 46. & c. 13. §. 26. à num. 132. p. 278. & 519

Venite, & videte hominem, &c. Num ambit ipsa suadere Euangelij doctrinam Samaritanis? Num quia prædicantis libido deuenustat Euangelium, & illud facit apud homines incredibile? c. 11. §. 40. & 41. p. 414. & 415

Venite, & videte hominem, &c. Ex Samariæ scorto sublimatur ad Euangelistę officium? De nemine desperandum est, neque enim dantur characteres malitiæ. c. 5. §. 10. p. 134

Nunquid ipse est Christus? Tam procliue est hominibus de aliis prauè cogitare, & obmurmurare, vt vel boni dubitatio, bonum indubiè probet? *Nunquid ipse est Christus?* ait, & populariter creditur esse Christum. c. 13. §. 19. p. 507

Ex ciuitate autem illâ multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter Verbum mulieris testimonium perhibentis. Augusta planè Euangelij laus est, non deuenustari impudico Samaritanæ ore; sed à vili scorto persuaderi. c. 14. §. 6. p. 541

Multi crediderunt Samaritanorum propter Verbum mulieris testimonium perhibentis: quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Fortè leuitatis insimulari possent vrbani homines, eò quòd Euangelium arduum creditu susceperunt propter prędicationem vilis feminæ. At ne non credant veros esse defectus, quos de Samaritana dixit, vltrò suscipiunt Euangelij doctrinam. Tam pronum est hominibus credere aliorum delicta. c. 13. §. 25. p. 517.

Dominica IV. Quadragesimæ.

IOANNIS VI.

Cum subleuasset ergo oculos Iesus. Sic demissè gerebat oculos, vt in frequenti virorum ac mulierum multitudine oculos subleuasse, tanquam aliquid nouum notauit Euangelista. Hæc oculorum Christi superuacanea cautela, fit nobis necessaria eruditio. Nam oculorum vaga licentia nobis fomes est ad libidinem, & passiua scortatio. c. 9. §. 16. & c. 8. §. 45. p. 319. & 277

Dicit ad Philippum. Cur ad comparandos sumptus ad tot millium cibationem, Philippum interrogat: nisi quia Philippus peritus fuerat negotiator: periti autem negotiatores vel de infœcunda eremo fructus faciunt. c. 2. §. 7. n. 25. p. 65

Vnde ememus panes, vt manducent hi? In vasta eremo versabantur, nihil cibi secum detulerant, toti penduli ex prouidentia diuina. Verùm opulentia omen est indigentiæ; indigentibus verò sperantibus in Dei prouidentia, nihil vnquam deest. Vnde humana subsidia aufert Deus, ne deficiat vberior abundantia. c. 12. §. 8. n. 33. p. 460

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Superior impransus sollicitè curat de subditorum sufficienti, & abundanti annona: Scit enim ab experientia necessitatis malum. c. 12. §. 15. p. 469

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Anteuertit Christi prouidentia subsidij præbendi preces, ne quisquam præcurrat pietati diuinæ. cap. 13. §. 8 p. 494

Vnde ememus panes, vt manducent hi? A nemine rogatur, vt faciat cibationis miraculum: nam ipsa muta necessitas precum vices solerter obit. c. 9. §. 33. p. 330

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Aduerte turbam hominum valde negligere curam alimoniæ necessariæ, neque vllius vocem auditam, quæ famem tridui significaret: at bonorum temporalium neglectus, oratio efficax est ad illa impetranda. c. 9. §. 24. p. 316

Accepit Iesus panes: & cùm gratias egisset. Cùm symbolum Eucharistici panis accipit, gratias agit. Porrò in Eucharistiæ munere non tantùm summum bonum donatur, sed quasi condonatur homini gratitudinis obligatio: indéque homo debitum Dei amplificat, vnde homo videbatur non esse soluendo. c. 5. §. 21. p. 145

Accepit Iesus panes. Addit Matthæus: *Et aspiciens in cœlum.*

Digitized by Google

cælum. Maiora miracula facturus Christus, in cælum non dicitur suspexisse tanquam implorans Patris Dei opem. Nam minora manus auxilium requirunt. Parua opera in re virtutis magnam virtutem exigunt: qui maiora vincit, sæpe minoribus vincitur. c. 14. §. 24. p. 563

Accepit Iesus panes, & distribuit discumbentibus. Cùm Domini manus rem familiarem administrāt incrementatur vbertim: nam multiplicatur census administratus per Domini sui manus: serui administrando censum dissipant. c. 8. § 7. p. 234

Et distribuit discumbentibus. Ipse Princeps obeat munia: non princeps passiuus, sed actiuus, verè princeps est. Vnde Christus post consultum Philippum, & Andream, ipse distribuit, & rem ipse operatur. c. 2. §. 5. p. 60

Et ex piscibus quantum volebant. Alij scribunt, *quantum volebat.* Quid? In re orationis eadem est voluntas dantis, & accipientis: c. 4. §. 22. p. 118

Et ex piscibus quantum volebant. Munificus Deus quantùm homo exoptat vult largiri: vt beneficium augeat ad gratiam, quantùm blanditur voluntati supplicantis. c. 8 §. 44. p. 276

Colligite quæ superauerunt fragmenta. Superflua res miraculi, ad miraculi fidem: quod superuacaneum est cibationi, opportunum est ad finem miraculi. c. 13. §. 19. n. 91. p. 508

Et tulerunt duodecim cophinos fragmentorum. Vt Iudas suum etiam cophinum accipiat: neque enim vulgò creditur miraculum, etsi perspicuum, cui vtile non est: ac si ab vtilitate nostra fœneretur eminentiam. c. 3. §. 8. p. 88

Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. Experti sunt à præsente Christo, miraculum, & aiunt: venturum esse in mundum; Nimirum aspiciunt illum præsentem, & vt absentem æstimant: nam absentia magni facimus, præsentia non ita æstimamus. Ergo Christum vident præsentem, & tanquam absentem æstimant, ad exaggerandum æstimationem. c. 5. §. 8. p. 132

Vt facerent eum Regem. Summum humanæ felicitatis fastigium illi procurant. Ac si Christus aliquo in pretio haberet regnum, quod humana ambitio impotenter exambit. c. 1. §. 7. p. 18

Vt facerent eum Regem. Modò magnus Propheta audit, & regno dignus habetur, qui paulò antè vt seductor diffamabatur. Profectò esculenta munera, sępe dant merita. Munerati dignum censent, quem muneribus vacui indignum putabant. c. 2. §. 8. p. 63

Vt facerent eum Regem, fugit iterum. Regiam dignitatem vltrò oblatam fugit Christus. Porrò apud homines suspecta est virtus, quæ dignitates non recusat. c. 16. §. 31. p. 649.

Feria quarta, à Dominica IV. Quadragesimæ.

IOANN. IX.

PRæteriens Iesus vidit hominem cæcum. Non quærit ægrotus salutem, sed salus quærit ægrotum. Heu! vsque adeò desides sumus ad vera animi bona, vt qui alati sumus ad vitæ huius commoda, expectemus pigri, quòd cæleste regnum veniat ad nos. c. 2. §. 19. p. 76

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum. Casu videtur prętetiire Iesus? Casu sanatus hic homo, sic negligit salutem animi? Ab incerto casu dependeat æterna salus, aut æterna ira mors: Heu damnandam hominum desidiam! c. 14. §. 5. p. 542

Vidit hominem cæcum à natiuitate. Cęcitas semper est ægritudo corporis, & sæpe animæ salus. Nam oculorum vaga licentia fomes est ad libidinem, & passiua scortatio. c. 9. §. 26. & 27. Vbi multa de oculorum mala licentia. p. 319. & 322

Vidit hominem cæcum à natiuitate. Cæcitatis duæ sunt species; & non videre quæ sunt, & videre quæ non sunt. Hâc secundâ specie omnes cæci sumus à natiuitate: quia in mundialibus bonis videmus voluptatem, quam non habent, & illam ambitiosè suspiramus. c. 1. §. 17. & 18. & n. 100. p. 28. 29. & 30.

Quis peccauit, hic, aut parentes eius? Quasi in comperto sit calamitatem esse delictis imbutam. Vnde acerbior ærumna dicitur opprobrium, & calumnia perpetrati, aut perpetrandi delicti. cap. 7. §. 7. p. 204

Quis peccauit, hic, aut parentes eius? Peccatum census est, cuius causâ redituum nomine innumeras pensitamus ærumnas. c. 5. §. 28. p. 155

Quis peccauit, hic, aut parentes eius? A peccato hominis infirmitas & inualetudo. c. 11. §. 19. p. 387 Infamiæ natales à peccato sunt. ibi. §. 28. p. 386 Pauperior inopia à peccato est. ibi. §. 17. p. 385 Impius peccando, inferni lacum sibi aperit, & effodit. c. 11. §. 21. p. 389. Peccatum est mortis pignus. ibi. §. 20. p. 388. Peccatum sui ipsius pœna est, & conscientia, acerbior punitio. c. 11. §. 16. p. 384

Neque hic peccauit. Facilè persuadebit Christus, hunc cęcum non esse peccatorem, dum caruit oculis qui sunt alea virtutis, & illecebra ad vitium. c. 9. §. 26. p. 319

Neque hic peccauit, neque parentes eius. Calamitas sæpè à peccatis non est, sed à munifica Dei beneuolentiâ. Etenim ærumna arbitrium est cęlestium opum congerendarum. c. 8. §. 32. p. 262

Sed vt manifestentur opera Dei in illo. Nunquid humanitas non cooperabatur Deo? Cur soli Deo adscribit sua opera? Scilicet piè ambit Christi humanitas Deo lucere non mundo, vni Deo viuere, non sibi. c. 9. §. 41. p. 339

Sed vt manifestentur opera Dei in illo. Ærumnosior miseria, ex occasione augustiora Dei elogia publicat. & ampliat. c. 7. §. 18. & 19. p. 206. & 218

Hæc cùm dixisset, expuit in terram, &c. Non petenti mundiale bonum, illud vltrò largitur Christus: nam bonorum temporalium neglectus, efficax oratio est, neglectu impetrans quam non petit gratiam. c. 9. §. 24. p. 316

Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo. Oculos, id est, virtutis periculum, & vitij fomitem dat Christus? Sed dat oculos ex suo sputo conflatos, & voce sua accensos. Sic præcauit oculorum periculis. c. 9. §. 26. n. 151. & cap. 7. §. 15. n. 59. p. 322. & 213

Et liniuit lutum super oculos eius. Vt semper ante oculos præferant mortales fictile, & caducum lutum, ex quo conflati sunt. c. 16. §. 36. p. 655

Et liniuit lutum super oculos eius. Luto cęcantur perspicaciores oculi, non acuuntur ad visum. At diuinior Dei vis per contraria, & secum pugnantia media sæpe præstat, quos intendit, effectus. Cap. 14. §. 21. p. 559

Vade, laua in natatoria Siloë. Nonne posset verbo oculos largiri? Cur oculorum ablutionem mandat? Profectò cùm oculi sint velut alius peccati fomes,

Digitized by Google

fomes, baptizandi erant oculi. Cap.7.§.15.n.59. p.113
Abiit ergo, & lauit, & venit videns. Vide celeritatem, qua festinat ad bona temporalia! c.1.§.19.n.72. pag.76
Scimus quod peccatores Deus non audit. Adhuc cæcutit: nam grauiora hominum delicta occasio Deo sunt ostentandi, & amplificandi diuinæ misericordiæ, & magnanimitatis elogia. cap.7.§.18. p.216. Adi etiam. §.19. p.218
Scimus quòd peccatores Deus non audit. Fallitur: nam vsque adeò munificus est Deus, vt vel Dæmoni oranti adnuat; & ab aliqua orationis improbitate occasionem sumat ad donãdum. c.6.§.11.p.179

Feria sexta, à Dominica IV. Quadragesimæ.

Ioannis II.

Erat quidam languens Lazarus. Pulchrè ægrotat, qui talis est pulchræ mortis. Cap.16.§.36. n 297. p.657
Domine, ecce quem amas, infirmatur. Quos Deus sic diligit, sic fatigat ærumnis? Planè quos peramanter diligit, beatis calamitatibus felicitat. Nam funesta iustorum calamitas præ gloriæ felicitate, æmulatur beatas cælitum glorias. c.16.§.8. p.614
Domine ecce quem amas, infirmatur. Quia aliquibus infirmitas, vigor virtutum est. Caue ne ab ęgritudine corporis, animus quoque ægrotet. c.7.§.11. p.209
Ecce quem amas, infirmatur. Breui oratione beneficium petunt, ne quasi à negaturo impetrent. Num merita diuturnæ supplicationis restringatur munificæ liberalitati concedentis? cap. 15. §. 22. p.592
Ecce quem amas, infirmatur. Sanitatis beneficium non postulant, sed publicant necessitatem: nam humana miseria instar orationis est, ipsâ indigentiâ impetrans id quo eget. c.9.§.33. p.330
Ecce quem amas, infirmatur. Nimis angebantur piæ sorores ob fratris calamitatem: inde ab oratione quęrunt leuamen: nam oratio laxamentum est ab angoribus & ærumnis humanis. cap. 9. §. 37. p.334
Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Deus gloriatur in humanis ęrumnis: Profectò miseria humana occasio est vt pręluceat augustior Dei misericordia. cap.7.§.18.& 19. p.216. & 218
Infirmitas hæc non est ad mortem. Quia iustis valde facit ad æternam vitam: nam ærumnosus merendi labor lenocinatur futuræ felicitati. c.16.§.20. p.616
Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Nam Lazari infirmitas causa fuit orationis sororum: oratio autem velut faustum augurium Deo dicatur. c.6.§.15. p.183
Eamus in Iudeam iterum. Non petunt Maria, & Martha nisi languoris remedium: periculosum Christi in Iudæam reditum non supplicant, neque quatriduani fratris resurrectionem præsumunt postulare. At oratio non tantum piè exambit rem postulatam: sed etiam appendices impetrat gratias. c.9.§.8. p.336
Eamus, & nos, & moriamur cum illo. Animosa hæc Thomæ verba, suam tunc imbecillitatem egregiè pendunt. Nam verba sunt imbecillitas operis linguæ arrogante grandiloquentia defectus manuum est. c.14.§.9. n.46. p.546
Multi ex Iudæis venerant ad Martham, & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. At viro probo ferè non est consolanda iniuriâ, sed insultanda; num magnanimis gratulandum est de calamitate? c.6.§.19. p.187
Vt consolarentur eas de fratre suo. Scilicet compassione fraterni funeris. Verùm pia hominis miseratio sæpè patienti est grauior miserię exaggeratio. c.6.§.20. p.188
Vt consolarentur eas de fratre suo. Importuna fortè est consolatio in calamitate, & opportunior in prosperitate, num felicior prosperitas adeò infelix, & ærumnosa, & criminosa est, vt consolandus esset prosper de feliciori fortuna? cap. 13. §.333. p.528
Scio quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Merum hominem putat Christum, & sic animosè præsumit de eius precibus. Plane oratio supplex omnipotentia est, omnia quæ petit, potens. c.4. §. 21. p.117. Lege multa de precaria orationis omnipotentia inibi. §.22.23.24.25. 26. p.118 119.120.121. & 122
Credis hoc? Fidem petit ad rem orationis, an spem? Num tanta est orationis vis, & diuinæ magnificẽtiæ largitas, vt spem conuertat in fidem? c.4.§.25. p.121.
Iesus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit Spiritu. Quid plorat Christus, cùm videt hominum tristitudinem? Profectò ægrè fert nimiam tristitiam hominum: nam immodica tristitia est intestinus Dæmon, delictorum fomes, & cruciatus gehennæ affinis. c.16.§.29. p.646
Iesus ergo vt vidit eam plorantem. Sororum lacrymæ diuinam misericordiam flectunt, & quatriduanum fratrem ad vitam reuocant: nam lacrymæ sunt auspicium vitæ, pietatis adeps, conscientiæ euaporatio, mortis ablutio, gehennæ extinctio, atque oratio sine supplicatione impetrans. cap. 7. §.15&.16. p.218.& 224
Iesus ergo vt vidit eam plorantem, infremuit Spiritu, & turbauit semetipsum. Vides magnanimam constantiam non esse insensilem Stoïco stupore. Profectò constantia humana quę non feritur aduersis, neque in graui ærumna lenium doloris exprimit, sæpe à constantia in constantiam degenerat. c.11.§.2. p.368
Et turbauit semetipsum. Se ipsum turbat Christus, quis alius eum turbare posset eo inuito? Caueat homo, cui non sic obtemperant animi motus; nam sæpè non te, sed opinione laborat, & à se instigatur ad angores, & culpas. c.8.§.40. p.272
Vbi posuistis eum? Veni, & vide. Cadauerosum sepulcrum coràm statuit: nam memoria mortis immortales facit, vicarias Dei vices subit; asylum est humanarum calamitatum, &c. c.16.§.36. p.655
Domine iam fœtet: quatriduanus est. Ardua est curatio insolitę consuetudinis; nam rescindere diuturnam consuetudinem peccandi, naturæ miraculum est, & gratiæ fastus. c.14.§.13. p.549
Iesus autem eleuatis oculis sursum, &c. Voce magna clamauit: Lazare, veni foras. Orat, an imperat? Planè specie orantis imperat, ad publicandam precariam orationis omnipotentiam. c.4. §.21.n.86. p.117
Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis. Quorsum vincula in gloria resurrectionis

ctionis Lazari? Planè probrosa alioqui vincula, coronæ sunt, & monilia pulcherrima. c. 6. §. 9. n. 41. & 42. p. 177. & 178

Et facies eius sudario erat ligata. Sic celat Deus beneficium, & abscondit ab oculis, vt augeat ad gratiam. c. 9. §. 21. p. 311

Soluite eum, & sinite abire. Quem obligat beneficio, soluit gratitudinis vinculis. Donans beneficium, condonat gratitudinis solutionem. Id Deus facere solitat in grandioribus donis, ne homo soluendo non sit. c. 5. §. 21. p. 145

Dominica in Passione.

IOANNIS VIII.

QVis ex vobis arguet me de peccato. Christus solerter procurat satisfacere Iudæorum suspicionibus, quas de se sinistrè conceperant. Quia non bona suspicio leuiter concepta, graue famæ detrimentum est, & quasi præpropera damnatio. c. 13. §. 18. p. 506

Quis ex vobis arguet me de peccato. Vel æmulorum suspiciones, quæ odij licentiâ liberè phantasiantur contra famam aduersarij, sistit Christus tanquam innocentiæ suæ testes. c. 13. §. 20. p. 508

Quis ex vobis arguet me de peccato. De peccato argui non potest verè, quia non potuit in peccatum labi; nam vel potentia ad peccandum, peccati suspecta est. c. 11. §. 33. p. 405

Si veritatem dico, &c. Quia inculpatè vixit, ideo euincit veram doctrinam prædicare: nam bona fortuna veritatis est adstrui probitate illam docentis. c. 11. §. 48. n. 154. p. 426

Si veritatem dico, quare non creditis mihi. Fortè ideo non credunt, quia veritatem dicit. Nam homo faciliùs credit rebus specie tenus falsis, quàm meracissimæ veritati. c. 11. §. 23. p. 393

Si veritatẽ dico, quare non creditis mihi. Vides quàm malè tractatur veritas, quæ tandem hostes detriumphauit? Nam etsi veritas tanquam subornata reculetur, inhonestè constupretur, & atrociter interficiatur: tamen viuit, imperat, & virgo est. c. 11. §. 4. Vbi plura de veritate. p. 371

Si veritatem dico, quare non creditis mihi. Dei Verbo ore testanti meracissimam veritatem; non creditur; & populariter creditur calamo idipsum attestanti. Calamus veracior est, quàm lingua? Dei lingua mutari potest in calamum, vt fidem habeat apud homines? Sic humana lingua suspecta falsitatis est. c. 5. §. 5. p. 128

Si veritatẽ dico, quare non creditis mihi? Qui ex Deo est verba Dei audit. Hæc seuerior reprehensio Iudæos non emendauit, sed irritauit aduersùs Christum. Nam reprehendentis seueritas sæpè non emendat, sed irritat subditum, illúmque armat aduersùs Præpositum. c. 16. §. 14. p. 622

Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu & Dæmonium habes. Egregiè laudatus Christus apud probos, dum ab improbis vituperatur. c. 11. §. 41. p. 418

Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes. Qui in disputationibus contumelias iactat in aduersarios, se ab illis victum publicat. C. 5. §. 38. p. 165

Ego Dæmonium non habeo. Quare Christus non tacet dum culpatur? Num magis elucet Christi virtus dum probrosis contumeliis impetitus, pacatè loquitur, quàm si omnino taceret. c. 6. §. 7. p. 174

Ego Dæmonium non habeo. Quamobrem non refutat probrosum Samaritani non en; Scilicet Samaritani nomen pietatem dissimulanter insinuat, quam sic piè ambit Christus, vt honore merendi venustet probri contumeliam. C. 8. §. 17. n. 101 p. 258

Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit. Nam homo verè pius, etiam in senili ætate, ætatẽ restaurat iuuentutis. C. 12. §. 19. p. 474

Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Nam peccatum mortis pignus est. c. 11. §. 20. p. 388. Et impius peccando inferni lacum sibi aperit, & effodit. ibi. §. 21. p. 386

Amen dico vobis antequàm Abraham fieret, ego sum. Obstinatè discredunt Iudæi. Num quia laus propria ænigma est. c. 13. §. 23. p. 512

Feria IV. à Dominica in Passione.

IOANNIS X.

FActa sunt encænia in Ierosolymis. Encænia, id est *festum renouationum.* Virtus peccato diruta renouetur, vt sit vetustate nobilis, nouitate felix: quin & beatitudinis gloria quodammodò renouari dicitur, & Verbum olim genitum, hodie gignitur. c. 11. §. 58. n. 277. p. 439

Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Extra templum versatur Christus, ne videat sacrosanctum Dei templum fieri occasionem libidinis, & licentiam luxuriæ, vbi oculi, verba, nutus scortantur impiè. c. 6. §. 26. p. 185

Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Extra templum versatur Christus; ne vel respondendo pietati interrogantium de doctrina cæli, vel satisfaciendo calumniatoribus, cogatur loqui in templo Dei. c. 6. §. 27. p. 196

Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dixerunt ei, &c. Consultò plures Iudæi accedunt, dum astutè Christum ambiguis interrogationibus adoriuntur: nam si vnus accederet, fortè accederet nemo; nam homo ab astutia multiplex, homo integer non est. c. 1. §. 36. p. 53

Quousque animam nostram tollis. Non Christi virtus sed peccati malitia tollit à te vitam tuam. c. 11. §. 20. p. 388

Quousque animam nostram tollis. Dolo Christum superare præsumunt. Sed qui dolo vincit, plane vincitur, priusquam vincat. c. 5. §. 2. p. 125

Quousque animam nostram tollis. Inuidi Iudæi non fatigantur dubietate aduentus Christi, sed Christi gloriis infelicitantur. c. 13. §. 34. p. 529

Quousque animam nostram tollis. Ambiguâ expectatione cruciantur, quia spes protracta est difficilis Dæmon, & gehennæ æmula. c. 8. §. 30. Vbi habes multa de molestiis suspensæ expectationis. p. 260

Si tu es Christus, dic nobis palàm. Virtutis gressibus accedere simulant. Time scandalum à fucata, & falsata virtute. c. 1. §. 32. p. 47

Respondit eis Iesus: loquor vobis, &c. Non detegit & publicat Christus Iudæorum cauillos, qui necdum satis publici erant. Quia bonus superior soli sibi scit non satis notos subditorum defectus. C. 8. §. 21. & 22. p. 251. & 252

Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimo

testimonium perhibent de me. Non tam pro se allegat verba, quàm opera. Num quia quidquid à lingua, suspectum falsitatis est. C.3.§.5.p.128.

Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Nempe operibus suis probat Christus, se esse Patris Dei filium, nam recens virtus vetustam & generosam cudit nobilitatem. C.8.§.6. p.253.

Oues meæ meam vocem audiunt, &c. Hæc verba continent hominis prædestinati illustrissimum elogium. Profectò qui officiosissimæ gratiæ obtemperat, totam Dei gratiam redimit, animum triumphis coronat, resculpit Dei imaginem: & Eucharistiæ seu beatitudinis mensâ quasi saginatur. C.16.§.5. p.609

Ego & Pater vnum sumus. Elogia suæ perfectionis ex vnitate ad Patrem arcanè probat: nam quod in Deo vnum non est, perfectio non est. C.8.§.49.n.180. p.282

Non ex bono opere lapidamus te. Statim se excusant infamissimi, & flagitiosissimi Iudæi à vitio ingratitudinis, quod vsque adeò odiosum est, vt vel malus Dæmon malit haberi iniquioris malitiæ, quam ingratitudinis reus. Cap.3.§.11. pagina 90

Feria V. à Dominica in Passione.

LVCÆ VII.

Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Tò peccatrix omnia delictorum genera capit: cur ergo lasciua fœmina ob singulare luxuriæ vitium, infamatur tanquam omnium flagitiorum rea? Num quia libido est omnium delictorum matrix. C.12.§.12.n.99. p.478

Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Et cur non expressit huius fœminæ nomen; An quia sibi præcauet Euangelista vel nominare fœminam impudicam? Homo quia ex igneis moribus materiatus est, timeat à scintilla verbi inhonesti. C.12.§.24. p.480

Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Publica huius fœminæ crimina consultissimè publicat Euangelista, vt publicet magis augustioris misericordiæ elogia, dum remittit enormiora delicta. C.7.§.18.& 19. p.216.& 219

Et stans retrò secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius. Ad Christi pedes prouoluta, pedes eius rigat oculorum vndis, & *stans* dicitur. An stat abiectior humilitas, quia virtutum consummatio, & sublimitas est. c.9.§.32. p.39

Et stans retrò. Retrò stat ne fortè Christus nollet corrigere ad illam aspectum suum. Cap.8.§.46. p.276

Et stans retrò. Retrò stat; timens verecundiæ tormentum: quia sæpè acerbiùs suffunditur sanguis confusionis tormento, quàm effunditur effusionis cruciamento. C.9.§.14. p.302

Lachrymis cœpit rigare pedes eius. Quid opus fuit lauare mundissimos Christi pedes? Lauet Magdalena suos squalentes horrore libidinis: Suos non lauat, & lauat Christi pedes? An quia Christus velut sordet squalore nostræ libidinis. c.4.§.16. p.112

Lachrymis cœpit. Cœpit tantùm? Tantùm præsumunt lachrymæ. c.5.§.30. p.157

Lachrymis cœpit. Tantùm cœpit, nec prosecuta est lachrymãdo. Vberes diu lachrymas fudit; sed vna lachrymula negotium absoluit, quò fulgeat magis diuina munificentia: nam merita accipientis beneficium, sæpè minuunt largitoris liberalitatem. c.15.§.18. p.599

Lachrymis cœpit. Incipiendo flere, negotium reconciliationis absoluit? Profectò lachrymæ sunt conscientiæ euaporatio, mortis ablutio, gehennæ extinctio, & oculorum baptismus. c.7.§.19. p.218.

Lachrymis cœpit rigare pedes eius. Lachrymæ etsi in terram sponte cadunt, in cælum relabi piè ambiunt. c.7.§.16. p.214.

Capillis capitis sui tergebat, &c. *& vnguento vngebat.* Vnguentum pretiosum, quo perfuderat Christi pedes capillis suis extergit, relegit, & resumit quod donauerat. Nobis impendimus quæ in alios præstamus obsequia. Sic reciprocatur gratia ad nos. T.n.2. p.667

Videns autem Pharisæus, ait intra se, dicens: Hic si esset Propheta, &c. Iudicium temerarium est ab ingenio æmulationis, aut arbitrio suspicionis. Vnde qui alios temerè iudicat, dicitur arbiter machinarius. c.13.§.20. p.508.

Hic si esset Propheta, &c. Potiùs ipse Pharisæus prophetæ munus obit, prophetans impudicam fœminam, ore semper lasciuam. Nam libido gustata quodammodò prophetia est vlterioris delicti. c.14.§.11. p.548

Hic si esset Propheta, sciret vtique, &c. At lapsus non est Prophetia vlterioris lapsus; sed sæpè cautela non labendi. c.5.§.10. p.134

Hic si esset Propheta, sciret, &c. Profectò quiuis Propheta est alienæ luxuriæ. c.13.§.25. p.517

Quia peccatrix est. Quia peccatrix est, munificentiori gratia muneratur à Christo? Sæpè motiuum seuerioris Iustitiæ diuinæ, fit occasio augustioris Misericordię. c.9.§.11. p.298

Quia peccatrix est. Culpat Pharisæus Christum tanquam nimis benignum. Num culpa nimiæ benignitatis, re ipsâ sæpè honesta est. c.6.§.13. p.181.

Quia peccatrix est. Quàm difficilis sit castitas in fœmina, quę experta est delicias Veneris. c.8.§.4. p.231.

Simon habeo tibi aliquid dicere, &c. *Rectè iudicasti.* Vrbanè, & pacatè reprehenditur Pharisęi temeritas: nam reprehendentis nimia seueritas non emendat, sed irritat subditum, illúmque armat aduersùs Præfectum. Cap.16. §. 14. pagina 622.

Vides hanc mulierem, &c. Eminentias virtutum huius fœminæ nuper peccatricis, latè prædicat Christus, quippè hęc fœmina in schola corporis, & antiquę nequitię, erudierat pias virtutis eminentias. c.7.§.17. p.215.

Ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Mirum est, vel ex ianua osculatam fuisse ad mensam sedentis Christi pedes. At, at Pium pij operis desiderium prematurè gaudere dicitur operis priuilegio. cap. 13.§.12. & 11. pag.498. & 497.

Remittuntur ei peccata multa, &c. Pulchræ feminæ causa non est tota rea. c.31.§.35. p.531

Remittuntur ei peccata multa, &c. Vides diuinæ gratiæ facinora. c.16.§.5.n.22.&c. p.609.

Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Sanctior sæpè euadit peccator à pœnitentia, quę pia peccatoris pręsumptio dicitur. cap.5. §.30. pag. 157. Pœnitentia peccatorem

Digitized by

reformat in Ioannem Baptistam, quasi transformat in Deiparam, & albis gloriæ vestibus induit. c.5.§.29.p.156. Sit pœnitentia ærumnosa, vt martyrium, & passio Christi; & pie æmuletur audaciam delicti.ibi,§.31. p.158

Feria quarta, à Dominica in Paßione.

Ioann. XI.

Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium, aduersus Iesum. Apud homines nemo satis innocens est, de quo an sit innocens, quæritur: ipsa delictorum inquisitio & consultatio, præpropera damnatio est.c.14.§.15. p.552

Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium. Pontifices, & Pharisæi qui erant auctoritate conspicui, opinione sanctitatis sublimes, Christum sæuissimè damnant: nam probitas indicantis, pœnam exaggerat damnati rei. Cap.9.§.17.num.93 p.307

Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium. Non temerè & præcipitanter, sed in concilio damnatur Christus: nam iudex qui videtur sobrius, plus ferit supplicio, quàm furiosus. c.9.§.19.n.91. p.306

Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium. Propria odia agere procurant in concilio, vbi tractantur negotia Religionis. Profectò zelus prætextu virtutis, proprias iniurias vlciscens, spiritualis nequitia est. Cap.9.§.16.p.304. Planè impiè sæuit, quisquis prætextu pietatis sæuit. Cap.9.§.17. p.306

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Profectò felicior æmuli fortuna, inuidum infaustè infortunat, & miserè infelicitat. Cap.13.§.34. p.5 9

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Humana ambitio de alterius exiguitate crescere satagit.c.1.§.28.& 27. p.42.& 41

Quid facimus, quia hic homo, &c. Hi non boni iudices in hominem, quem vulgarem esse credebant, summos iniustitiæ rigores exercent. Profectò pauper & inualidus delictis obnoxius est: potentia diuitis velut ius quoddam est ad delinquendum. c.14.§.8. p.544

Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Difficilis est Christi disciplina, & asperitatibus ardua, & timetur ne omnes populariter ad illam conuolent. Qui per solam gratiam vult placere, deuenustat beneuolentiæ artem: obiurgationibus, & asperitatibus mulcet Christus. Cap.1.§.6. p.17

Venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Anxiè verentur, ne Romani eos non vita priuent, sed à principatu deponant. Nam principare adsueto acerbior morte pœna est, illum à munere deponere, & cogere vt exinceps vitam agat priuatam.c.1.§.13.& 24.& 25. p.37.38.& 40

Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset Pontifex. Superbissimus pontifex nomen *vnius*, seu Primi ventosissimè vsurpat. Nam vel à seipso secundum esse, inglorium illi foret. Cap.2.§.10. p.66

Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine cùm esset Pontifex. Ascenderat ad culmen Pontificatus, nòn meritorum gradibus, sed munerum præstigiis. Num olim & nunc nihil ferè eminet, quod muneribus meritum non mercetur.c.2.§.8. p.63

Vos autem nescitis quicquam. Ergo inscios & ignorantes consiliarios habet in summo supremi senatus consilio. Feliciter stultus sæpe ad præfecturam eligitur.c.11.§.14.& 15. p.381.& 380

Vos autem nescitis quicquam. Audis arrogantiam stultissimi hominis? Planè homo insipiens, rudis, & fatuus arrogantiùs superbit, ob ventosissimam ambitionis phantasiam.c.6.§.17. p.185

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo. Reum incitatum, & inauditum damnant hi non boni Dei ministri: & Deus inaudito reo, nec Dæmones condemnasse dicitur.c.2.§.11. p.67

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo. Consiliariis vtile fore allegat, vt suam sententiam faciliùs, & feliciùs persuaderet consultoribus. Cap.3.§.8. pag.88

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo De aliorum morte, & ruina suum fastigium ædificauit: nesciunt lucere, nisi de aliorum extinctione. c.3. §.12.p 91

Hoc autem à semetipso non dixit. Etsi à semetipso nihil decernat princeps, tamen sic iubeat, ac si ipse decerneret: non enim princeps passiuus, sed actiuus, verè princeps habetur. c.2.§.5.p.60

Cùm esset Pontifex anni illius prophetauit. At sic verè prophetauit, & à Deo instinctus, verum dixit, cùm ait: *Vos autem nescitis quicquam.* Scilicet consultorum inscitia, prima prophetiæ propositio est.c.9.§.17.n.92.& 93. p.307

Dominica in Palmis.

Matthæi XXI.

Inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea. Bruta simplicitas, & rude ingenium sæpe aptius est ad virtutem.c.11.§.39. p.413

Soluite & adducite mihi. Qui à peccatis soluuntur arcana pœnitentiæ vi, eligit Christus ad sui triûphi gloriam: quippe qui nitent beatæ gloriæ vestibus.c.5.§.29. p.156

Adducite mihi. Vni sibi vult creaturas: vt Deo luceant, non sibi: vni Christo non sibi viuant.c.9. §.41. p.339

Dicite, quia Dominus his opus habet. Deus opus habet hominibus, an homo Deo? Christus homine opus habet, quia homo, *omnia* Christo dicitur. c.7. §.11. p.208

Dicite, quia Dominus his opus habet. Spontiuum munus cupit Christus: nam voluntaria hominum dona diuinæ pietati adulantur. C.16.§.27. p.643

Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius. Ita scribit Lucas c.19. Plures Dominos habet hic pullus asini, quem expetit Christus. Res quæ Deo donanda est, plures habet, qui illã sibi vendicant. c.6.§.24. p.192

Ecce Rex tuus venit. Venit Christus ad te, quia tu non vadis ad Christum.c.2.§.19. p.76

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Gratulor regno Christi, quod Regem habet pacatum & mansuetum; sic subiecti populi sponte ibunt ipsi quò raptantur.c.5.§.9. p.133

Et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba. &c. Cur expetit Christus ante ignominiam Passionis tanti triumphi glorias? Scilicet vt pro-

ximæ Passionis æstimationem augeat ex gloria patientis. Nam cæca hominum iudicia opus non à se ipso æstimant, sed ab auctoris dignitate. c. 5. §. 9. p. 133

Et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba, &c. Tanti triumphi gloriam ambit Christus, qui vltra confestim se obtulit probrosissimæ contumeliæ Passionis. Num quia per gloriam itur ad crucem? c. 5. §. 26. n. 113. & 114. p. 153

Et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba, &c. Perbreuis fuit huius triumphi gloria. Scilicet, triumphat Christus ante certamen Passionis. Porrò ærumnosus merendi seu patiendi labor lenocinatur felicitati. c. 16. §. 10. p. 616

Turba autem clamabat. Osanna filio Dauid. Ex alieno ore depromit laudes, qui serio laudari expetit. c. 13. §. 23. p. 512

Turba autem clamabat : Osanna filio Dauid. Osanna vox obsecrãtis est: meritò ergo pueri & infantes has precarias voces edunt. Nam rudis infantium balbuties, erudita oratio est, quæ nesciens orare, scit impetrare. c. 4. §. 9. p. 1 op.

Clamabat : Osanna filio Dauid. Osanna hymnum etiam seu canticum significat, quod piè repetunt. Porrò Ecclesiæ cantus mentes tranquillat ad pietatem: Dæmones excantat piâ victoriâ, & religioso trophæo. c. 16. §. 2. p. 605. Hinc Rationales pompæ cum cantu hodie celebrantur. ibi. n. 12. p. 606.

Clamabat : Osanna filio Dauid. Osanna laudem quoque significat. Opportunè ergo laudatur Christus ante certamen Passionis. Num quia opportuna laudatio, aut prophetia est meriti, aut merita cudit, optimúmque sæpè inuenit, aut facit. c. 15. §. 19. p. 586

Osanna filio Dauid. Dum misericordiam obsecrant, filium Dauidis per Mariam appellant: An quia misericordia Christi, soboles Mariæ est, quam cum indole generosè ebibit, & expressit? T. §. 11. p. 679

Ecce Rex tuus venit tibi, &c. *Osanna filio Dauid.* Ante certamen ouat, & triumphat Christus ad gloriæ exaggerationem. Profectò sine pugna vincere, fastigium victoriæ est, & victoria Virgo. c. 14. §. 10. p. 546

Pro oratione Christi facta in horto.

LVCÆ XXII.

ET cùm peruenisset ad locum, dixit illis : Orate. Orationem discipulorum exigit Christus dum ipse orat. An quia multorum oratio piâ velut ambitione impetrare præsumit. Cap. 7. §. 3. p. 200.

Pater. Porrò oratio ad Patrem, exoratio, imò & exactio esse solet. c. 4. §. 6. p. 99

Abba pater, omnia tibi possibilia sunt: (ita habet Marcus.) Omnia possibilia sunt Deo Omnipotenti: Sed omnia etiam possibilia sunt homini omnipotenter oranti. Nam oratio supplex quædam omnipotentia est, omnia quæ petit potens precariâ vi. c. 4. §. 21. p. 117

Pater, si vis, transfer calicem istum à me. Vrbanissima planè oratio, aiens, *si vis*: arbitrio Dei impetrationem permittens. Num quia supplex orationis omnipotentia vel nolentem Deum velut cogeret ad donandum quod supplicat. Cap. 4. §. 23. p. 120

Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Vltrò se permittit paternæ voluntati & offert acerbissimæ passioni, ne deuenustentur cætera nostræ Religionis mysteria. c. 16. §. 27. n. 149. p. 644

Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Quare petit Christus, quod præscius nouit se non impetraturum? Nempè inter acerbiores Christi dolores censendum est, repulsam pati rei petitæ. Hoc tormentum expetit. c. 12. §. 9. p. 361

Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Ab hac consolatione plus patitur Christus, nam confestim factus est in agonia. An quia viro probo, & magnanimo ferè non est consolanda iniuria, sed propè insultanda; & gratulandum de calamitate. c. 6. §. 19. p. 187

Et factus in agonia. Grauissimi angoris notas dat Christus in limine acerbioris ærumnæ, nec si detrahit magnanimitati perfectioris constantiæ. Porrò constantia humana, quæ non feritur aduersis, neque ad graue periculum expallescit; à constantia in inconstantiam degenerare videtur. c. 11. §. 2. p. 368

Et factus in agonia. Vt verè homo timet acerbitatem passionis. Sed quare timore imminentis mali sic agonizat; & pacatè quod timebat pertulit? An quia timor veretur omnia, imaginatur omnia, quæ exacerbare possunt; & malum anceps & dubium plus ferit? An quia à metu simul omnia tormenta subiit, quæ successiuè pertulit in Passione. c. 14. §. 22. & 23. p. 561. & 562

Et factus in agonia, prolixius orabat. Dum vsque ad mortem tristatur, prolixiùs orat: nam oratio ad Deum, laxamentum est ab angoribus & ærumnis humanis. c. 9. §. 36. p. 333

Et factus in agonia, prolixius orabat. Vt transferretur calix; nec tamen obtinuit. Scilicet Christus vt homo mortem oratione recusat, vt Deus sententiam suam seruat. Sic ipse tanquam bonus iudex flecti nescius perseuerat in sententia legitimè decreta. c. 7. §. 25. p. 224

S. Petri negatio & lachrymæ.

LVCÆ XXII.

QVem cùm vidisset ancilla quædam, &c. dixit. Sexus etiam femineus in passione deliquit, vt vberiùs redimeretur. c. 9. §. 11. n. 64. p. 299

Et conuersus Dominus respexit Petrum. irritare potiùs debuisset Christum ob recentis & impudentis malitiæ temeritatem. At non solùm pietas virtutis, sed etiam impietas vitij occasio est pietati diuinæ ad miserendum. c. 9. §. 11. p. 298

Et egressus foras Petrus, Foras egreditur Petrus, vt fugiat occasionem peccandi, sed simul fugit Christi oculos. Num occasio labendi potentior est ad ruinam quàm Christi oculi ad auxilium. Cap. 11. §. 31. p. 44

Et egressus foras Petrus. Foras egreditur Petrus, ne videat locum delicti, & ne possit interrogari ab ancilla: nam vel cogitatio malitiæ fomes est ad malum: & potentia delinquendi alea sæpè est ad delinquendum. c. 11. §. 33. p. 45

Et egressus foras Petrus. Quare foras egreditur, & se abalienat à benignissimis Christi oculis? Num quia oculi Christi lachrymas non eliciunt in

Digitized by Google

Palatio. c. 11. §. 29. n. 146. p. 400. vbi culpantur aulicorum, & curialium mores.

Fleuit amarè. O amarissimas Petri lachrymas, æmulas Passionis Christi præ acerbitate doloris. c. 5. §. 31. n. 135. p. 159

Fleuit amarè. Audacia pœnitentiæ S. Petri piè ambit æmulari temeritatem vitij. c. 5. §. 31. n. 136. p. 159

Fleuit amarè. Sanctior sæpè euadit Peccator à pœnitentia, quæ pia peccatoris præsumptio dicitur. c. 5. §. 30. p. 157

Fleuit amarè. Pænitentia sic mundat à delictorum squalore, & sic resculpit pristinam sanctitatem, vt peccatorem velut transformet in Deiparam, & albis gloriæ vestibus induat. Cap. 5. §. 29. p. 156

Fleuit amarè. Lachrymæ sunt auspicium vitæ, pietatis adeps, conscientiæ euaporatio, mortis ablutio, gehennæ extinctio, oculorum baptismus: atque oratio sine supplicatione impetrans. Cap. 7. §. 15. p. 212

Fleuit amarè. Lachrymæ etsi in terram sponte cadunt, in cœlum relabi piè exambiunt. c. 7. §. 16. p. 214

Pro bono Latrone.

LVCÆ XXIII.

Domine memento mei. Bonus hic latro, qui vno verbulo cœlum suffuratur. Et quidem furata beatitudo dulciùs sapere dicitur. c. 6. §. 22. p. 190

Domine memento mei. Quid speret flagitiosus latro à memoria Christi, nisi pœnam tanto reatu dignam? Verùm non tantùm pietas virtutis, sed etiam impietas vitij sæpè occasio est ad vberiùs miserendum. c. 9. §. 11. p. 298

Domine memento mei. Memoria Christi Dei suggeret iustitiæ diuinæ criminosa latronis flagitia. Inde pietatem expectet, an acerbiores cruciatus? At maiora hominum delicta ex occasione nobilitant augustiora Dei attributa. c. 7. §. 18. p. 216

Domine mento mei. Quid lucri speret latro à Christo in cruce pauperrimo? Num quia diues tunc erat opulento nostrorum delictorum thesauro. c. 7. §. 19. p. 218

Domine memento mei. Ab huius piæ vocis arcana vi, pœna quæ cœpit in latrone, consummatur in martyre. c. 9. §. 36. n. 194. p. 334

Amen dico tibi: Hodie mecum eris in Paradiso. Sic repentè largitur Christus totum paradisum latroni. Inconsultus & repentinus videtur hic amor: Sed inde exaggeratur apud homines. Cap. 2. §. 3. n. 10. & 11. p. 59

Hodie mecum eris in Paradiso. Exiguum videtur meritum ad donandum paradisi delicias, & cœli regnum. At audacia cogitationis humanæ assequi non valet cogitando munificentiam, quâ diuina largitas remunerat exigua hominum merita. c. 14. §. 4. p. 539

Hodie mecum eris in Paradiso. Nonnunquam ipsa sæuioris procellæ atrocitas ducit in Portum prospero errore & cæca felicitate. c. 14. §. 5. p. 541

Hodie mecum eris in Paradiso. Quis desperet de perditissimo peccatore, quandoquidem nuper infamis latro, confestim gloriosè beatur. c. 5. §. 10. p. 134

Hodie mecum eris in Paradiso. Memoriam sui rogat, & paradisum impetrat. Planè Oratio non tantum præsumit rem postulatam, sed etiam appendices exambit gratias. c. 9. §. 38. p. 336

Hodie mecum eris in Paradiso. De Paradisiacæ gloriæ felicitate plura traduntur. Cap. 16. §. 24. & 25. p. 639. & 641

Feria V in Cœna Domini.

IOANNIS XIII.

Sciens Iesus quia venit hora eius. Vt præpropero sensu excrucietur Iesus: ac si nihil aliud cogitaret, attentiùs cogitat de subeundis tormentis. c. 8. §. 39. p. 271

Sciens Iesus quia venit hora eius. Mortis horam meditatur sollicitè, & peramanter, tanquam pulchræ mortis riualis. c. 16. §. 36. p. 655

Cùm dilexisset suos. Inter acerbiora Christi tormenta recensetur amor. Amor enim grata tyrannis est, libera seruitus, dulce martyrium, viua mors, & infernalis gehennæ felix æmulatio. c. 8. §. 12. p. 241

Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Diligit, quia dilexit? *Ama proque se empeño enamar?* Estne Deus non naturâ beneficus, sed æmulatione. c. 15. §. 9. p. 595

In finem dilexit eos. Imò vltra finem. Porrò Dei amor humanam transcendit cogitationem. c. 13. §. 22. p. 511

Et cœnâ factâ. Eucharistici conuiuij elogia vberrim traduntur. c. 5. à. 18. vsque ad 26. p. 142. vsque ad 152

Cùm Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas. Consultissimè dum traduntur eximiæ virtutes quas Christus nunc exhibuit, fit mentio flagitiosissimæ malitiæ Diaboli, & Iudæ: quia audacior vitiorum insolentia sæpè nobis est schola sublimioris sanctitatis, & audacioris virtutis disciplina c. 10. §. 10. p. 358

Vt traderet eum Iudas. Grauissimè tulit Christus vendi à Iuda proditore, quia eius sanguinem pretio accepto vendidit, quem vltrò sine pretio erat largiturus in animarum pretium. c. 5. §. 21. n. 83. p. 145

Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. Tanti æstimat Deus hominum salutem, vt hominum salus *omnia* Christo esse dicatur. Cap. 7. §. 11. p. 208

Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. Validè probat Christus suum amorem erga homines, dum omnia habens, cum omnibus aliis rebus seipsum dat in Eucharistica cœna. Nam vetus amor non tam constare dicitur affectibus, quàm muneribus. c. 12. §. 3. p. 454

A Deo exiuit, & ad Deum vadit. Sic amicè versabatur Christus Deus cum ingratissimis hominibus, vt etsi exierit à Deo, dum ad Deum vadit, & ad Deum peruenit, dicitur inquilinus pectoris Patris, ac si in patria peregrinetur. T. §. 26. n. 131. p. 700

Surgit à cœna, & ponit vestimenta, &c. Etsi omnia habet in manibus, grandiora opera non desistit operari, vt etiam de salario paternæ charitatis dilectam Ecclesiam vberiùs muneret, & de mendicitatibus creatoris. Cap. 5 §. 23. n. 94 p. 148

Ponit vestimenta sua. Etsi omnia dedit ei pater in manus, vel ipsis vestibus exuitur: nam munificentior liberalitas sibi detrahit, quò aliis liberaliùs impendat. c. 12. §. 2. p. 451

Cœpit lauare pedes discipulorum & extergere linteo, quo erat præcinctus. Sordibus nostris squalet Christus Deus? ó humanæ malitiæ temeritatem! c. 4. §. 16. p. 112

Cœpit lauare pedes eius, &c. Infra Iudæ pedes demittitur Christus? Tanti æstimat humilitatem. Profectò humilitas gratiæ amplificatio est, consummatio virtutum, & æmula beatæ gloriæ. Cap. 9. §. 32. p. 319

Venit ergo ad Simonem Petrum: Proculdubio postquam lauit pedes Iudæ, qui vsurpauit præstantiorem locum, quàm Apostolici Collegij Princeps. Profectò improbitas inurbanè vsurpat præstantiorem locum; virtus negligit has ambitionis nugas. c. 8. §. 23. & c. 15. §. 23. p. 254. & 593

Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet; sed est mundus totus. Qui mundus est totus, pedes habet immundos? Qui maiora vincit, sæpè minoribus vincitur: nam parua opera in re virtutis magnam virtutem exigunt. c. 14. §. 24. p. 563

Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, &c. Sollicitè procurat Christus munditiem pedum Apostolorum. An quia ipse via est, & præcauet ne squaleat ab immundis pedibus viatorum. Cap. 8. §. 13. p. 242

Domine non tantùm pedes meos, sed manus & caput. Aut nihil, aut omnia? Malo in vita communi non communem virtutem: nam singularitas in re virtutis destruit, quod adstruit. Cap. 16. §. 34. p. 652

Et vos debetis alter alterius lauare pedes. Lauare pedes, non inquinare: Lauare pedes, non insidiari calcaneo: Lauare pedes, non supplantare. Niteant per te fratris tui pedes, non squaleant. Cap. 7. §. 5. p. 202

Exemplum enim dedi vobis, &c. Nam bonum exemplum animata lex est, velut prophetia imitationis, & maturum Euangelium. Cap. 14. §. 17. pagina 555

Feria II. in Resurrectione.

LVCÆ XXIV.

DVo ex illis ibant. Consultò non appellantur tunc Discipuli, quando errant per infidelitatis auia, ne deuenustetur Magister: nam Discipulus indisciplinatus dehonestat Magistri doctrinam. c. 5. §. 35. p. 163

Et factum est dum fabularentur. Dum agunt de Resurrectionis Sacramento, fabulari dicuntur. An quia nostræ religionis mysteria adeò excelsa sunt; vt præ magnitudinis sublimitate aliquibus fabulæ viderentur. c. 8. §. 2. p. 228

Et ipse Iesus appropinquans. Ipsemet est Iesus in sumptuosa Resurrectionis gloria, & in probrosa Passionis contumelia. c. 1. §. 10. p. 22

Et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Iesus illis appropinquat, quia illi non appropinquant Iesu. Adeò desides sumus ad vera animi bona, vt expectemus pigri, quòd cæleste regnum veniat ad nos. c. 2. §. 19. p. 76

Et factum est dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Quia nutant in fide Resurrectionis, Christus appropinquat illis, vt ipsos instruat, & roboret in fide. Profectò non solùm pietas virtutis, sed etiam impietas vitij occasio est pietati diuinæ ad miserendum. c. 9. §. 11. p. 298

Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Oculos Discipulorum prohibet, ne illum tanquam præsentem agnoscant, vt ab absentia pluris æstimetur. Nam absentia admiramur, & adoramus; præsentia contemnimus. Cap. 5. §. 8. pagina 132

Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicem? Bene nouerat Christus Discipulos verbis dubitare de fide Resurrectionis, & dissimulat se id scire. Nam summa sapientia est per affectatam insipientiam, scientiam dissimulare. c. 1. §. 37. p. 54

Et estis tristes. Qui à virtutis aberrat viâ, mœroribus angitur: quia tantùm in re virtutis vera, & mera lætitia. c. 16. §. 9. p. 615

Et estis tristes. Sollicitè procurat Christus tristitiam pellere è Discipulorum cordibus: nam immodica tristitia intestinus est Dæmon, & delictorum fomes. c. 16. §. 29. p. 746

Tu solus peregrinus es in Ierusalem. Etsi Christus Deus peregrinetur inter homines; tamen quasi in natali solo vixit inter illos; & ita cùm rediit in cælum, dicitur inquilinus pectoris Patris. T. §. 26. n. 131. p. 700

De Iesu Nazareno qui fuit potens in opere, & sermone. Grande elogium est in imbecillitate verborum potentiæ vigorem ostentare. Cap. 14. §. 9. p. 545

Nos autem sperabamus. Spem abiecerunt, suspensæ expectationis molestiis fatigati. Cap. 8. §. 30. p. 260

Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. Ante completam tertiam diem resurrexit. Num anticipatione Resurrectionis, munificè suppletur veritas promissionis? Cap. 6. §. 12. p. 180

Sed & mulieres quædam ex nostris, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum. Valde manè surgunt & velociter currunt ad inueniendum Christum. Tantâ festinatione egent: nam in via virtutis, festinatione, & volatu opus est, ne quis retrogrediatur. c. 2. §. 19. p. 76

Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Quia ærumnolus merendi labor lenocinatur gloriæ felicitati. c. 16. §. 10. p. 616

Intrare in gloriam suam. Resurrectionem appellat gloriam Christi. An quia Christus resurrexit vt benefaciat inimicis? c. 1. §. 34. n. 173. p. 51

Et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum. Munerum ingenium instar miraculi est ad promouendas hominum voluntates. c. 16. §. 23. p. 636

Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via? Scilicet stimulantur ad omnes sanctitates, ex conuersatione cum Christo: nam proborum conuersatio virtutes spirat, imprimit, exprimit. c. 14. §. 17. p. 556

Et ipsi narrabant quæ gesta erant, &c. Plures testes aduocat Christus ad suadendas Resurrectionis glorias; neminem autem sistit ad suadendam Passionem. Nam de alienâ gloriâ, vix oculis credimus. c. 13. §. 19. p. 507

Sicut Maria in patientem filium quodammodò transformatur: ita glorificato cum noua quasi gloria sese conformauit præ gaudij magnitudine. T. §. 28. p. 702

Digitized by Google

Index Concionatorius.

Dominica in Albis.

Ioannis XX.

C*Vm eſſet ſerò die illa*, &c. Congregati Apoſtolorum Collegij merita faciunt, vt gratia videndi Chriſtum glorioſum ſera dicatur: nam merita accipientis beneficium, minuunt largitoris munificentiam. c. 15. §. 28. p. 599

Et fores eſſent clauſæ. Foribus clauſis munificentiam ſuam exercet Chriſtus. Clanculùm largitur Spiritus ſancti dona. Scilicet ſecretum dandi beneficium lenocinatur munificentiæ largioris: donúmque exaggerat ad liberalitatem, dum abſcondit ad gratiam. c. 9. §. 11. p. 311

Venit Ieſus & ſtetit in medio. In medio Collegij Apoſtolici ſtat Chriſtus: nam bonus Rector æquè erit beneuolus in omnes: imò & æmulus præfecturæ ſtellicem, ſe totū exhibet ſingulis. c. 15. §. 5. p. 569

Stetit in medio eorum. Quia bonus Præfectus in æquilibrio eſt: & tanquam peritus funambulus in neutram partem inclinat. c. 15. §. 6. p. 570

Stetit in medio eorum. Strenuus gubernator in medio eſt, neque quoſdam degrauat, & alios ſupra merita attollit: nam horum euectio, cæterorum ruina eſt. c. 4. §. 5. p. 95

Et dicit eis: Pax vobis. Sollicitè ſtudet diſcipulorum concordiæ: nam diuiſio in Eccleſia quædam quaſi hęreſis eſt: in beatitudine (ſi reperiri poſſet,) foret infelicitas, & quod diſtinctionem inducit in Deo, perfectio non eſt. c. 8. §. 49. p. 281

Et dicit eis: Pax vobis. Notitiam Myſterij Trinitatis auſpicatur Chriſtus Deus è pace: nam pax & animorum conſenſio Trinitatis imitatio eſt. c. 8. §. 50. p. 281

Gauiſi ſunt Diſcipuli viſo Domino. Temperata lætitia conſtantia virtutum eſt. c. 16. §. 4. p. 608

Dixerunt ergo ei alij Diſcipuli: vidimus Dominum. Adhuc non credit Thomas: quia neque oculis creditur in de virtute aliena. c. 13. §. 15. p. 507

Dixerunt ergo ei alij Diſcipuli: vidimus Dominum. Non adducitur Thomas, vt credat euidenti reſurrectioni, nam homo faciliùs credit rebus ſpecie tenus falſis, quàm veracillimæ veritati. c. 11. §. 13. p. 391

Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum, &c. non credam. Vides contumacem Thomæ infidelitatem? Nihilominus à quibuſdam cenſetur eximia virtus, ne quid non præclarum cenſeant de Thoma. Profectò eximia quorundam excellentia vel ſuum probrum vertit in gloriam, honorat vitia, virtutem honeſtat. c. 1. §. 11. p. 46

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc. Aduerte ad placidam & vrbanam Chriſti reprehenſionem. Profectò reprehendentis nimia ſeueritas, non emendat, ſed irritat ſubditum, illúmque armat aduerſus Præpoſitum. c. 16. §. 14. p. 622

Infer digitum tuum huc, & affer manum tuam, & mitte in latus meum. Infidelitas reſulcat Chriſti vulnera, vicario carnificum officio. c. 8. §. 47. n. 171. p. 280

Affer manum tuam, & mitte in latus meum, &c. Tanti æſtimat probroſæ Paſſionis cicatrices, vt eas geſſerit in Reſurrectionis triumpho. Nam ipſe iam glorioſus in cœlo cicatrices inuidet martyribus. c. 8. §. 16. n. 65. p. 246

In Litaniis maioribus, & minoribus.

Lucæ XI.

Q*Vis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte?* Media nocte quando altiſſimo ſomno iacent mortales, petit & impetrat. Nam ſomniatæ, & adumbratę præces ſæpè acceptantur ad nomen orationis, & negotium impetrationis. c. 9. §. 39 p. 337

Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte? Inidoneo tempore dicitur petere; & tamen nihilominus impetrat. Quia tanta eſt Dei munificentia, vt preces importuno etiam tempore factas opportunè exaudiat. c. 4. §. 26. p. 122

Amice, commoda mihi, &c. Qui ab amico petit, ſemel & iterum repulſam patitur; oratio ad Patrem exoratio eſt, imò exactio eſt. c. 4. §. 6. p. 99

Amice, commoda mihi tres panes. Ideò fortè contemnitur, quia res mundiales petit: nam rerum temporalium neglectus, oratio efficax eſſe ſolet ad illa impetranda. c. 9. §. 14. p. 316

Amice, commoda mihi tres panes. Fortaſſis ideò repulſam patitur; quia commodatum beneficium poſtulat. Deuenuſtatur enim Dei munificentia, dum minuitur anguſtior liberalitas. c. 15. §. 28. p. 599

Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Ipſam neceſſitatem facit ſuę orationis energiam: nam humana neceſſitas & miſeria inſtar orationis eſt, indigentiâ ipſâ impetrans id quo eget. c. 9. §. 11. p. 350

Quoniam amicus meus venit de via ad me, &c. Et ſi intempeſtâ nocte ipſemet vadit ad rogandum, nec mittit ſeruos; ipſemet petit pro ſe: nam vicaria interceſſio frigida ſolet eſſe ad impetrandum. c. 9. §. 8. p. 353

Et ille deintus reſpondens, dicat. In noctis tenebris rogatur, non palàm, & deintus reſpondet orationi, non coram. Nam ſecretum dandi beneficium lenocinatur munificentiæ largitoris; donúmque exaggerat ad liberalitatem, dum abſcondit ad gratiam. c. 9. §. 11. p. 311

Noli mihi moleſtus eſſe. Oratio humana dicitur moleſta Deo. Imò gratior quàm cælitum triſagium. c. 6. §. 17. p. 196

Iam oſtium clauſum eſt. Sed oratio clauis eſt quâ reſeratur cœlum.

Et pueri mei mecum ſunt in cubili. Bonus Paterfamilias ſollicitam curam gerit noctu, ne familia lenocinantibus tenebris delinquat. cap. 14. §. 2. num. 5. p. 536

Non poſſum ſurgere, & dare. Tò *non poſſum*, vrbanum *nolle eſt*. Num ſupplex orationis omnipotentia vel nolentem quodammodo Deum velut cogit ad donandum quod ſupplicat? c. 4. §. 24. p. 120

Non poſſum dare. Vſque adeò munifica eſt Dei miſericordia, vt etſi quaſi exhauſta foret tot tantiſque largitionibus, præſumendum de illa ſit, nos impetraturos quæ petimus. c. 6. §. 4. p. 171

Propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit. Eſtne improbitas poſtulantis, illex ad donandum? Profectò vſque adeò munificum eſt Deum, vt vel ab aliqua orationis & orantis improbitate, ſumat occaſionem ad donandum? c. 6. §. 11. p. 179

Propter improbitatem tamē eius ſurget, & dabit. Quia ſæpe motuum ſeuerioris iuſtitiæ, fit occaſio an-

Digitized by Google

gustiotis misericordiæ. cap.9.§.11. p.198

Surget & dabit illi. Surgit & sublimatur Deus, cum munifice dona largitur humanæ orationi? An quia oratio nostra fautum quodammodo Dei Augurium est. c.6.§.15. p.183

Surget, & dabit quotquot habet necessarios. Tres petit, plures accipit. Oratio non tantum piè præsumit rem postulatam, sed etiam appendices exambit gratias. c.9.§.41. p.139

Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis. Arcana orationis vis spem impetrandi connectit in fidem impetrationis. c.4.§.25. p.121

In die Ascensionis.

Marci XVI.

Recumbentibus vndecim Discipulis apparuit illis Iesus & exprobrauit. Prandentibus Ecclesiæ Principibus exprobrat Christus Deus: nam superiori ieiuno facilè obediunt populi; qui obsequia negant superiori bene pranso. cap.6.§.23. p.191

Exprobrauit incredulitatem eorum. In festo Ascensionis triumpho seueriùs reprehendit Christus Apostolos de incredulitatis crimine. Fortè eos reprehendit incredulitatis erga Resurrectionem, ostendendo se illis resuscitatum, quæ est blandior increpatio, & præclara Superiorum eruditio. c.16. §.14. p.6?2

Et exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiem cordis. Vel exprobratione illos arctiùs sibi vinxit ad amorem. Nam qui per solam gratiam vult placere, deuenustat beneuolentiæ artem: obiurgationibus, & asperitatibus mulcet strenuus Præsul. c.2. §.6. p.17

Et duritiem cordis. Duritiem cordis exprobrat hominibus, ne gratia resiliat, & aborsum gratia patiatur. c.13.§.6. p.491

Quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Neque oculis credimus de aliorum gloria. Probrosa passio testibus non eget: gloriosa Resurrectio neque oculatis testibus creditur. cap.13. §.19. p.507

Euntes in mundum vniuersum. Exiguam & imbecillam aciem extruit ad conuersionem totius orbis. At Apostolus quiuis est parua machina, grauida mundo, cœlum gestabile. cap. 14.§.24 p.563

Prædicate euangelium. Quales debeant esse mores, & eloquia sacri Concionatoris, vbertim traditur. c.11.§.60.61.62.63. 64. & 65. p.442. vsque ad 448

In nomine meo dæmonia eiicient, &c. Ferè omnia miracula quibus persuadendum est Euangelium, valde proficua hominibus sunt. Neque enim vulgò creditur miraculum, etsi perspicuum ab eo, cui vtile non est, ac si ab vtilitate nostrâ fœneretur eminentiam. c.3.§.8. p.88

Linguis loquentur nouis. Noua sit Concionatoris lingua; sed instar lucis clara & nitida. cap.11. §.52. p.430. Limata & compta, non nimis artificiosè culta; nec rusticana, neque incongrua. c.11.§.49.50.51. p.426.427.& 429

Linguis loquentur nouis. Num nouis linguis loquentur nouam doctrinam? an antiquam? an ex antiqua nouam recenter comptam: Hæc erit vetustate nobilis, nouitate felix. c. 11. §.56.& 57. & 58. p.436.438.& 439

Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Sit Ecclesiæ Præsul, vt peritus Medicus. De qua allegoria nec inidoneè agitur. c.1.§.6. p.15

Super ægros manus imponent, & benè habebunt. At salus corporis vsque adeò infirma est, vt infirmitatis præsagium sit. c.7.§.13. p.210

Et Dominus quidem Iesus. Nouum Domini vocabulum in triumpho assumit Christus, quasi non sit ipsemet ac erat in terris sub serui forma. c.1.§.10. pag.22

Assumptus est in cœlum. Propriâ virtute ascendit, & assumptus dicitur in cœlum. Vi rapitur, an sponte it. Sic amicè peregrinabatur in terris inter homines ingratissimos, vt in cœlo dicatur inquilinus pectoris Patris. c.§.26.n.131. p.700

Assumptus est in cœlum. Absentat se ab hominibus vt pluris æstimetur: nam absentia admiramur, & adoramus; præsentia contemnimus vsque ad vilipendium. c.5.§.8. p.132

Assumptus est in cœlum. Vbi accepit dona in Adam. c.7.§.19.n.78. & 79. p.218. & 219

Et sedet à dextris Dei. Hæc est virtutis meta. Hic est spei nostræ vigor. Porrò sine spe torpet humanitas tota: Spes fidei, & virtutum gloria est. c.13.§.3. p.487

Assumptus est in cœlum & sedet à dextris Dei. Vt spe gloriæ obtinendæ animetur hominum torpor ad facinora virtutis. Nam qui cœlestem beatitudinem impensiùs anhelat, vltrò se destinat acerbioribus vitæ molestiis. c.12.§.6. p.457

Sedet à dextris Dei. Filius sedeat ad Patris dexteram. Plane in cœlis negliguntur nugæ humanæ antecessionis in loci præeminentiis. c. 8.§.23.n.90 p.244

In die Pentecostes.

Actorum II.

Cum complerentur dies Pentecostes. In die quâ data est multiplex Moysis lex; Spiritus sancti aduentu cæditur tot legum silua: nam Christianismi legum paucitas, anticipata venia obedientiæ est. c. 4.§.5. p.98

Erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Hæc discipulorum concordia summam illorum perfectionem innuit: nam diuisio in Ecclesia quædam quasi hæresis est: in beatitudine (si reperiri posset) foret infelicitas: & in Deo, quod distinctionem inducit, perfectio non est. cap.8.§.49.& 50. p.281.& 282

Erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Quando plures pariter orant, maximum Spiritus sancti donum accipitur. Siquidem multorum oratio piâ ambitione imperrare præsumit. c.7.§.3. p.200

Et factus est repentè. Subita omnia probantur incauta; Subitus & repentinus dicitur diuinus amor. Verùm cùm amor mundanus fœneretur ab excessibus eminentiam, repentinus dicitur diuinus amor, vt ita eminentiam apud homines mutuetur. c.2.§.3. p.58

Factus est repentè de cœlo. Diuinus amor eminentias mutuat apud homines ab amore humano. Ne videatur eius bonitas esse minor quàm humana malitia, quæ peruersè diuinam bonitatem æmulari præsumit. c.16.§.16. p.624

De cœlo sonus tanquam aduenientis Spiritus. De cœlo venit? an ex aëre, vel è Patris & Filij pectore. Vocem

Digitized by Google

cem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat: quia viro spirituali celatur meta, vt ad Deum contendat cursum. c.5.§.11. p.134

De cœlo sonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis. Id est horrisonus fragor tonitrui similis: Hoc è cœlo tonitruum discipulis fuit auditu gratissimum; in aliorum auribus terribile. Nam quod infelicitat reprobos, prosperat iustos. c. 14. §.5.n.27. p.541

Tanquam aduenientis Spiritus vehementis. Alij scribunt, *Spiritus violenti.* Dei amor violentus erit. Nil tam spontaneum quàm amor. At amor noster erga Deum, grata tyrannis est, libera seruitus, dulce martyrium, viua mors, & infernalis gehennæ felix æmulatio. c.8.§.22. p.241

Tanquam aduenientis Spiritus violenti. Cùm diuinus Spiritus munificentior ostenditur erga Discipulos pariter orantes, *violentus* dicitur. An quia supplex orationis omnipotentia, vel nolentem Deum, velut cogit ad donandum quod supplicat. c.4.§.24. p.120

Tanquam aduenientis Spiritus violenti. Paraclitus Spiritus, seu animi consolator violentâ tonitruorum procellâ oblectat iustos. Profectò funesta iustorum calamitas, præ voluptate patiendi, æmulatur beatas cælitum glorias. c.16.§.8. p.614

Et repleuit totam domum. Tantâ munerum largitate Spiritus sanctus probat se esse amorem: nam verus amor apud homines non tam constare videtur affectibus, quàm muneribus. c.12.§.3. p.454

Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ. Nouas è cœlo linguas donat discipulis: nam humana lingua, diaboli potiùs lingua dicitur, quàm hominis. c.9.§.28.n.159. p.324

Dispertitæ linguæ tanquam ignis. Id est trisulcæ. Num trisulca est humana lingua, & tanquam ignis vstulat. Hæc sunt elogia humanæ olim linguæ: nam linguatæ detractionis acerbitas æmulatur gehennæ cruciatus, & venenatos Iudæorum sibilos in Christi Passione. c.8.§.36. p.266

Dispertitæ linguæ tanquam ignis. Non dedit Spiritus sanctus ignis linguas, seu lucis, quæ est tanquam ignis: nam sacri Concionatoris lingua debet esse instar ignis clara & nitida. c.11.§.52. p.430

Dispertitæ linguæ tanquam ignis. Id est, linguæ lucis, & quæ non tenebras detractione offundant, sed lucis claritatem, & splendorem audientibus spargant. c.8.§.42. p.274

Dispertitæ linguæ tanquam ignis. Nonne Verbum diuinum aptiùs obiret munia linguæ, quàm amor diuinus. Verùm lingua quæ mores reprehendit & carpit vt ignis, non tam à perspicacia mentis quàm ab affectu seu amore eminentias correptionis mutuatur.

Seditque supra singulos eorum. Multæ Ecclesiasticorum Principum linguæ, & *sedit*, in singulari, an *sedent* in plurali dicendum foret. Verùm etsi plures sint iudices, vna debet esse vox & sententia. c.9.§.12. p.299

Dispertitæ linguæ, seditque supra singulos eorum. Scilicet supra capita superiorum tantum sit lingua Spiritus sancti; non lingua & sententia procerum familiarium. c.2.§.5. p.60

Seditque supra singulos eorum. Bonus Ecclesiæ Præsul Spiritus sanctus, qui se totum exhibet omnibus, & se totum singulis, instar cœlestis luminis. c.15. §.17. p.583

In Festo SS. Trinitatis.

Matthæi XXV.

Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Christi humanitas vel inde auspicatur gratitudinem beneficij, vnde illud sponte acceptat ad gratiam. c.5.§.32. p.159

Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Potestas in homines dicitur omnis Christi potestas in cœlo & in terra. Profectò homo *omnia* Christi dicitur. c.7.§.11. p.208

Euntes ergo docete omnes gentes. Vbi primùm Apostolos elegit in orbis antistites, eos mittit orbem peragraturos. Nam Præsul dum per se lustrat prouinciam sibi subiectam, magni nomen, & rem magni eiusmodi lustratione mercatur. c.4.§.19. p.116

Euntes ergo, docete omnes gentes. Solerter adhuc operatur Christus benefaciens omnibus, quò se Deū probet. Num Deus otians, nec benefaciens, esset sibi contumeliosus apud homines, & quasi nemo hominibus. c.12.§.12.n.54. p.466

Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos. Vbi primùm dicit se recepisse omnem potestatem in cœlo & in terra, statim procurat peccata remittere. Num remissio enormioris malitiæ ex occasione nobilitat augustiora Dei attributa. c.7. §.18. & 19. p.216. & 218

Euntes ergo, docete omnes gentes, &c. Arcana diuinitatis mysteria publicantur, vbi trium personarum fit expressa mentio. Sic est difficile inter tres personas etiam diuinas occultari secretum. c.2.§.4. n.15. p.60

Baptizantes eos. Baptismi elogia habentur. c.12. §.11. p.464

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Arcanum Trinitatis mysterium captum humanum superat, & inde impossibilitatis arguitur. Porrò Christianæ Religionis mysteria adeo excelsa sunt, vt præ magnitudinis sublimitate aliquibus fabula viderentur. c.8.§.2. 228

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Humanum transcendit captum Triados arcanum Sacramentum. Ergo humanæ tenuitatis curiosa scrutatio illud egregiè deuenustaret. cap.13.§.4.n.20. p.489

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. In reliquis elogiis aliquod similitudinis vestigium ad creaturas inuenitur in Deo. Huius arcani mysterij laus est, similitudinem ad aliud recusare. cap.11. §.10. p.377

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. In trium personarum distinctione vnum naturæ nomen est, quo summa pax & concordia denotetur. Vnde pax & animorum consensio Trinitatis imitatio est. c.8.§.50. p.282

In nomine Patris. Pater æternus vsque adeò pius est; vt dicatur etiam Pater non filiorum, ad exaggerationem benignitatis. c.1.§.34.n.175. p.51

Docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis. Et cur Deus per se non imperat, sed per Discipulos præcepta imponit fidelibus? Scilicet auctoritatem extruit Ecclesiasticorum Antistitum, dum Deus imperare soleat voce simili humanis superioribus. c.8.§.43. p.275

Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi

Digitized by Google

culi. Ascensurus in cœlum affirmat se discipulis, & credentibus adesse vsque ad mundi finem. Verùm strenuus superior adest subditis præsenti absentia. c. 4. §. 18. p. 114

In festo Corporis Christi.

IOANNIS VI.

DE sacrosancto Eucharistiæ Sacramento copiosè agitur. c. 5. à n. 69. vsque ad 107. per plures paragraphos. p. 142. & seqq.

De elogiis Sacerdotij. c. 15. §. 32 p. 590

Quam operam B. Virgo contulerit ad Eucharistiæ institutionem: & an reliquiæ Deiparæ in Eucharistiæ pane adorentur. T. §. 18. p. 688

PRO SANCTIS.

In festo S. Andreæ Apostoli.

MATTHÆI IV.

AMBVLANS *Iesus iuxta mare Galileæ.* Scilicet homines eligit, qui in proprium officium solerter incumbunt. Ministerium tuum imple, & Christi oculos ad te allicies. Aptus censetur ad fastigium Apostolatus, qui officium suum implet.

Vidit duos fratres. Binos fratres ad suum collegium adlegit Christus, vt spirituali charitati addatur beneuolentia, quam sanguis conciliat. Sic studet suorum concordiæ.

Simonem, qui dicitur Petrus. Impensè procurat Euangelista vt sciatur, Simonem appellari illustri Petri nomine. Tantine censenda res nominis. c. 1. §. 4. p. 14

Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrē eius. Vidit aptos, & statim eligit. Porrò strenui Principis est munia destinare iuxta cuiusque ingenium. c. 13. §. 3. p. 487

Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem, eius. Andreas olim sponte veniens ad Christum, non admittitur ad Apostolatus fastigium, vt Petrus electione antiquior, præponatur Andreæ. c. 15. §. 17. n. 76. p. 584

Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius. Semper præponitur Petrus reliquis. Porrò Christiana sanctitas non renunciauit comitati. Vrbanitas Apostolica, Angelica, Diuina laudatur. c. 15. § 23. p. 593

Vidit duos fratres, &c. Et ait illis: venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Scilicet apta ingenia eligit Christus ne fortè gratia resiliat, & cœleste Verbū patiatur aborsum. c. 13. §. 6. p. 491

Vidit duos fratres, &c. Opportunos vidit ad munus Apostolicum, & illos statim eligit. Sicut peritus artifex, qui materiam eligit idoneam ad munus cui destinatur. Hispanè dicimus: *Sedejo llevar de la materia.* c. 13. §. 6. n. 28. & 29. p. 491. & 492

Mittentes retia in mare, &c. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Futuræ dignitatis gratiam artificij munere prophetabant. c. 13. §. 6. n. 27. p. 491

Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum Adunco hamo attrahendi, & expiscandi sunt homines; non solùm blanditiis, sed etiam molestiis: nam qui per solam gratiam vult placere, deuenustat beneuolentiæ attectū; asperitatibus, & molestiis mulcet, & allicit peritus Præsul. C. 1. §. 6. p. 17

Faciam vos fieri piscatores hominum. Sciat peritus Præsul, se nō tam homines, quàm pisces regere; pisces inquam, salaces, vagos, lubricos, & quos non visos regat. c. 7. §. 8. n. 28. p. 205

Venite post me, &c. At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum. Leuitatis arguunt hos Apostolos: qui nesciunt pias gratiæ astutias. Cap. 12. §. 23. pag. 479.

Venite post me, &c. At illi continuò relictis retibus secuti sunt. Exprompta sequela commendat gratiæ facinora. Porrò qui officiosissimæ gratię obtemperat, totam Dei gratiam redimit, & animum triumpis coronat. C. 16. §. 5. p. 609.

Venite post me, &c. At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum. Non imperat, sed suadet sequelam; & inde expromptiorem obedientiam extorquet, & suam omnipotentiam adstruit. Nam qui diuinis consiliis obtemperat, eiusmodi obsequiis quasi adulatur Deo. c. 11. §. 25. p. 397

Relictis retibus secuti sunt eum. Omnia relinquunt, non vt penuriam patiantur, sedne quid illis desit. c. 12. §. 7. p. 458

Reficientes retia sua. Euangelicæ concionis rete non reficitur excultis nouellarum facetiis, sed sedula oratione. c. 12. §. 64. n. 305. p. 447

Pro S. Francisco Xauerio P. N.

LVCÆ XII.

SInt *lumbi vestri præcincti.* Vitia cingenda sunt à Xauerio, an excessus virtutū moderandus, & cingulo corrigendus? c. 8. §. 15. p. 244.

Sint lumbi vestri præcincti. Calamitatibus ipse cinctus, solerter cingit, & coërcet patiendi beatas voluptates. Porrò Xauerij funestæ calamitates præ glorię felicitate æmulantur beatas cęlitum glorias. c. 16. §. 8. p. 614

Sint lumbi vestri præcincti. Cingit ęrumnarum voluptatem. Nam in acerbiori calamitate deliciatur Xauerius lætitia beatitudinis ęmula. c. 16. §. 11. p. 614

Sint lumbi vestri præcincti. Funibus arctè cingitur Xauerius vsque ad vitæ periculum, vt funium miraculosa ruptione ostendat se præ cæteris tunc à Deo diligi. c. 6. §. 9. n. 42. p. 178

Sint lumbi vestri præcincti. In procinctu est Xauerius expeditus ad omnia; cui celatur meta, vt cursum contendat, ob præparationem animi ad ardua quęque. c. 5 §. 11. n. 43. p. 134

Sint lumbi vestri præcincti. Pia Xauerij audacia cingitur, ne sit in re virtutis ferè temerarius, homini impossibilia audacter intentans. Cap. 13. §. 12 p. 498.

Sint lumbi vestri præcincti. Cingenda erat virtus Xauerij, qui futurus erat *Parua machina, grauida mundo, cœlum gestabile, compendium rerum,* &c. c. 14. § 24. n. 111. p. 563

Sint lumbi vestri præcincti. Quid cingat & coërceat corporis lumbos, cui ferè deest corpus? qui aliquibus fortè videtur homo alterius speciei. c. 8. §. 11. n. 39. & 40. p. 239. & 240

Sint lumbi vestri præcincti. Cingi debet tanta Xauerij amplitudo, ne videatur orbe maior, qui orbis supplementum,& Ecclesiæ complementum dicitur.c.8.§.11.n.41. p.240

Sint lumbi vestri præcincti. Coërceatur tanta Xauerij hilaritas in tot ærumnis; ne vulgò circumferatur supernæ gloriæ imago.c.8.§.11.n.43. p.241

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus. Luxus cingitur,sed in carne Angelificata castus splendor libidinis emicat. Cap. 9. §. 13. p.301

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucem gestat in manibus Xauerius, vt omnibus appareat, quàm aptum ministrum Deus elegerit conuertendo orbi.c.13.§.6. p.491

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lux in manibus operum fructum spondet: nam lux flos est,& inde spes fructuum.c.14.§.2.n.8. p.536

Et vos similes hominibus. Versans inter homines quasi vnus ex illis, virtutum alebat eminentias. Nam singularitas in re virtutis destruit quod adstruit.c.16.§.34. p.652

Et vos similes hominibus. Inter flagitiosissimos homines diu versans, vt in impietatis schola edisceret pias virtutum eminentias. Cap. 10. §. 10. pag.358

Plura super hoc Euangelio lege in festo S.Protoparentis nostri Ignatij.

In festo Præsentationis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ XI.

Extollens vocem, &c. Vocem extollit ad laudandum; quia clamores alienæ laudis vix audiuntur: vel mussitatio obmurmurans, grandis clamor est.

Extollens vocem. Opportunè laudat: nam opportuna laudatio est meriti prophetia; optimúmque sæpè inuenit,aut facit.c.15.§.19. p.586

Extollens vocem. Vocem extollit quisquis vel mussitando Mariam laudat: an quia vel dubiæ Mariæ laudes communi plausu approbandæ sunt. T.§.4. n.23. p.672

Extollens vocem. Toto animi, & vocis conatu effertur in Deiparæ laudes: nam vel Maria expetit Deiparam laudare.T.§.4.n.24.p.673.Item Maria reciprocat laudes.T.n.2. p.667

Extollens vocem, &c. Opportunè Maria laudatur. Porrò in Maria est concentus omnium laudum. T.§.4.n.19. p.671

Extollens vocem quædam mulier de turba. Vulgaris femina dicitur, quæ Mariam vtcumque laudat. Num quia ad dignè laudandum Deiparam opus est Sacramentariâ labiorum purgatione. Tract. num.1.An quia præuia Dei visio præcedere debet ad dignè agendum cum Maria, & de Maria. T.§.8. p.677

Beatus venter,qui te portauit. Pia hæc femina Christum laudare exambit, & Mariam laudat! Num quia indiuidua laus est filij Dei, & Virginis matris. T.§.21.n.109.p. 695. An quia Maria dicitur anima Christi:inibi.n.110. p.695

Beatus venter, qui te portauit. Vt Christum laudet, laudat Mariam? An quia Christus Deus Mariæ vtero concarnatur, & conuisceratur. Tract. §.18. num. 89. pag. 689. An quia caro Christi ex vtero Mariæ floruit. T.§.21.num.108. p.694

Beatus venter qui te portauit. Vt Christum laudet, laudat Deiparam: quia à Mariæ illustri nobilitate generosè nobilitatur Christus Deus, qui non degenerauit à matre.T.§.1. p.668

Beatus venter qui te portauit,&c. Postquàm Christus Dominus Dæmones detriumphauit, opportunè Deipara laudatur. Nam Maria est serpentis Dæmonis serpens femina: Diabolorum terror, & gehenna.T.§.19. p.689

Beatus venter qui te portauit &c. Post tantam Christi pietatem erga miserum illum hominem,dignè laudatur Maria, è cuius vtero Christus hausit & expressit eam indolem misericordiam. Tract. §. 13. p.679

Beatus venter qui te portauit. Dæmonem expulerat potissimè, & turbas docuerat sapientissimè Christus, & tunc Mater laudatur, opportunè quidem: nam Maria gymnasium est diuinioris sapientiæ, & forma seu veritas Christianæ disciplinæ; signaculum fidei, & nostræ Religionis assertio.T. §.15. p.684

Beatus venter qui te portauit. Quare non coram laudat Christum, tunc patrantem miracula, & arcanâ sapientiâ admirandum? An quia dissimulata laus, est vrbana laudatio, & laudandi ingenium. c.13.§.35. p.532

Beatus venter qui te portauit, &c. Beata prædicatur Maria,cuius gloria,gloriosa est,& beatorum summa post Deum beatitudo.T.§.5. p.698

Quinimo beati qui audiunt verbum Dei. Pia femina laudat diuinam Deiparæ maternitatem, & Christus eas laudes deflectit ad eos, qui audiunt verbum Dei,& illud obseruant.Estne hæc a tera Dei arcana maternitas, qua Maria quotidie Christum parit in peccatoribus.T.§.14.n.67. p.683

Quinimò beati qui audiunt,&c.Refutat Christus has Mariæ laudes? Deuenustari videtur hoc Mariæ elogium quasi abnutu Christi. At aliqua vertit ignominia permixta laudibus, ingenium est laudis amplificandæ, & propagandæ. cap.13.§.21. p.510

In templo præsentatur, vt adsit Deo pro nobis: quia *Mitraton* est, id est, princeps facierum. T.§.14. n.69. p.685

Item quia Deipara pro humanis causis curialissima est apud Deum.T.§.7. p.675

Ad hæc vt Maria oret pro hominibus. Nam Maria Imperiali supplicatione, aut supplici Imperio Deum orat.T.§.10. p.679

Et vt ad Mariam oremus. Nam Oratio ad Mariam piè ambitiosa est,& exoratio dicitur. T.§.6.p.674

Pro S. Nicolao.

MATTHÆI XXV.

Homo quidam. Homo quidam dicitur, nec publicatur quisnam fuerit tam munificus benefactor. Nam secretum dandi beneficium lenocinatur munificentiæ largitoris: donúmque exaggerat ad liberalitatem,dum abscondit ad gratiam. C.9.§.21. p.311

Homo quidam. Homo princeps dicitur ab alijs Euangelistis. qui *homo quidam*,& vulgaris hic inducitur, dum tributum liberalitatis munificè pendit. Profectò illustrior nobilitas immunis non est, sed

sed vectigalis & stipendiaria. *Un nombre noble naçe non muchas obligaciones*. c.9.§.10. p.297

Homo quidam peregrè proficiscens. Non quia se absentat ideò subditis abest: nam strenuus superior abest subditis præsenti absentiâ. c. 4.§.18.p.114

Vocauit seruos suos, & tradidit illis, &c. Seruos vocat ad munera. Profectò suspectus est virtus, quæ dignitates ambit; imò quæ non recusat. c.16.§.1. p.649

Vocauit seruos, suos & tradidit illis, &c. Per hos homines Ecclesiæ Præsules intelliguntur, & tamen serui appellantur. Ambitiosus opum fastus Sacerdotem dedecet; Augustior apparatus in præsule sit pompa meritorum. c.15.§.22. p.592

Et tradidit illis bona sua. Præsules facit Christus sublimioris suæ dignitatis, & augustioris potentię participes: nam Sacerdotium est sacratium Christianę religionis, & opificialis Dei potentię ęmulum. c.15.§.21. p.590

Et tradidit illis bona sua. Hic princeps subditis sua bona munifice largitur, alij principes subditorum bona auarè vsurpant. c.13.§.6. & 3. & 4. p.491.487.& 488

Et vni dedit quinque talenta, &c. Cur cœlestia bona pecunię nomine significantur? An quia tam auidè homo pecunias appetit, vt vel cœlestis beatitudo sub pecunię nomine illi proponatur. c.15.§.10. p.574

Et vni dedit quinque talenta. Talenti nominè diuina gratia denotatur. Quid? homo tanti ęstimat pecunias, vt eas velut gratiam, & gloriam reputet? c.15.§.9. p.575

Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutem. Quid est secundum propriam virtutem? Nũ qui sublimiorem dignitatem accipit, plus virtutis habet ab ipsa dignitate. *El mayor puesto pone en mas obligaciones.* C.16. §.20. 631

Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & lucratus est alia quinque. Dignus habitus est, cui plus cæteris concederetur, & fideliter creditam sibi dignitatem administrauit: nam fidelem si putaueris, facies. c.13.§.7. p.572

Qui quinque talenta acceperat, lucratus est alia quinque, &c. *qui autem vnum*, &c. sępe crescit meritum cum munere: vilitas officij piam sistit ambitionem merendi. c.9.§.31. p.327

Qui autem vnum acceperat, abiens, fodit in terram &c. Hic seruus non bene meritus, talenti munere auctus, ipsa sublimitate decrescit: nam indignus dignitatis splendore infelix est. c.1.§.14.& 15. p.26.& 27

Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Pluribus dignitatum talentis auctus fidelior inuenitur: num humana prosperitas aliquando iuuat ad virtutem, estque sanctitatis custos. c.16.§.32. p.651

Habenti dabitur & abundabit. Consultissimè vt Rex inducitur hic homo, qui habenti multa talenta, plura dedit: scilicet apud Reges, *Habe vt habeas.* C.16.§.51. p.456

Ei autem qui non habet. & quod videtur habere, auferetur ab eo. Sic diuites hiant ad bona pauperum, vt vel quod non habent, auferant, cap.3.§.4. pag.82

In festo immaculatæ Conceptionis Deiparæ.

MATTHÆI I.

IN Tractatu Append. de Iudith figuratâ vbertim vindicatur Virgo Deipara à labe originalis delicti. §. 20. & 21. p. 691. & 694. Lege etiam §.4. p.771. vbi inter præcipua Mariæ elogia censetur, neminem locutum fuisse de illa verbum malum.

Lege quoque §. 2. p. 669. vbi disputatur, an sicut Maria nullam vnquam habuit propensionem ad culpam, aliquem habuerit fomitem ad virtutem?

Et §.19. Vbi Maria dicitur serpentis Dæmonis serpens femina, Tartarorum pauor, & dæmonum arcanior gehenna.

Et c. 14. §. 10. Prælium tacitè dehonestat vincentem: sine pugna vincere, fastigium victoriæ est, & victoria Virgo. p.546

Euangelium huius festi habetur expensum in festo Natiuitatis Deiparæ.

In festo Expectationis.

Adi festum Annunciationis.

In festo S. Thomæ Apostoli.

Recognosce adnotata pro Dominica in Albis.

In festo S. Sebastiani.

LVCÆ VI.

D*Escendit Iesus de monte, & stetit in loco campestri.* Doctorus homines, ad vallium humilia descendit: nam humilitas facit fidem amabilem, & ingenium est amplificandæ gratiæ. c. 9. §.32. p.329

Et turba discipulorum eius. In discipulorum collegio est etiam turba; In confessu doctiorum, & disertorum vulgus etiam inuenitur.

Ab omni Iudæa, & Hierusalem. Ac si Hierusalem esset tunc extra Iudææ terminos. At Hierusalem Regum erat curia. A Hierusalem, seu Regum curiâ exeunt, vt sint idonei ad virtutem. c.5.§.36. p.163

Qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Veniunt vt audiant Verbum Dei, & ita sanentur ab humanis languoribus: quia Christus medicus est sanans rationis pharmaco, c. 1. §.5.n.45. p.16

Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat. Christus enim Pæonius medicus est, ægrotæ animæ incantator egregius. c.1.§.5.n.46. p.16

Et omnis turba quærebat eũ tangere, quia virtus de illo exibat. Hanc virtutem faciendi sanitates, sanctis suis Christus communicauit, nam sanctorum reliquiæ sunt virtutis sanctorum compẽdium, & humanarum calamitatum asylum. c.16.§. 39.p.661

Virtus

Digitized by Google

Virtus de illo exhibat. Virtus à Christo exiit, an emittitur? Ac exisse consultò dicitur ad publicandam precatam Orationis omnipotentiam. C.4.§.11. p.117

Et sanabat omnes. Non diuites, non proceres tantum; sed omnes. Indifferentem benignitatem exhibet Christus. c.15.§.5.& 6.c.4.§.3. p.569. 570.& 96

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos. Ad virtutis fastigium erecti sunt Discipuli, vt Iesus oculos ad eos attollat? An tanta est aliquorum sanctitas, vt illi Christus Deus velut mirari possit? c. 8. §.16. p.246

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei; &c. Oculis suspicit, & ore laudat discipulos. Nam opportuna laudatio, aut prophetia est meriti, aut merita cudit: optimúmque sæpè inuenit, aut facit. c.15.§.19. p.586

Beati pauperes, &c. In festo omnium Sanctorum reperies, quod inexpensum hìc omittitur.

In Conuersione S. Pauli Apostoli.

MATTHÆI XIX.

Ecce nos reliquimus omnia. Fugitiuæ diuitiæ vera bona non sunt: maximi autem æstimanda, vt habeas quid relinquas pro Christo. c.16.§.28. n.153.& 154. p.645.& 646

Ecce nos reliquimus omnia. Ecce Apostolorum meritum. Attende ad præmium: *Centuplum accipietis.* Diuitiæ reiectæ meritum sunt, & ipsæ abundantiùs possessæ, præmium? meritum est reiectio rei non bonæ, & præmium erit eiusdem rei non bonæ augmentum? c.16.§.28.n.153. p.645

Ecce nos reliquimus omnia. Honoribus, & diuitiis expoliat Euangelij duces: nam gloria, & opulentia valentissimum quemque exarmat, ne amittat quod magni æstimat. Audaciùs adit pericula, qui nil habet, quod amittat. c.11.§.45. p.419

Ecce nos reliquimus omnia. Nam opulentia, peccandi fomes est, & licentia delinquendi. Cap. 15. §.12. p.576

Ecce nos reliquimus omnia. Omnia relinquunt, ne aliquid illis desit. c.12.§.7. p.458

Quid ergo erit nobis? Quid sollicitus est de annonâ pauper, cui diuina prouidentia est panarium, & ærarium indeficiens? Melius sibi prouidet pendula spes de diuina prouidentia, quàm ipsa rerum temporalium possessio. c.11.§.8. p.452

Quid ergo erit nobis? Que a de ser de vn pobre? Porrò pauper non solùm inopiâ premitur; sed delictis etiam obnoxius est apud homines: & vt sic dicam, paupertatis reus. c.14.§.8. p.544

Quid ergo erit nobis? Magnifica munera sperât à Deo ob paupertatem. At apud terrenos principes, Habe vt habeas. c.12.§.5.p.446. Apud Deum, qui nihil habet, vbertim habebit. cap. 12. §.7.& 8. p.458.& 459

Ecce nos reliquimus omnia. Quid ergo erit nobis. Scilicet vêdunt Christo diuitias suæ paupertatis: quam tanti æstimât, vt non inueniant præmiû paupertati æquale. Profectò pauper vsq; à Deo suâ inopiâ diues est, vt in angustiori inopiâ possit proDeo opulentus velut fideiussor existere. c.10. §. 6. p.352

Ecce nos reliquimus omnia. Quid ergo erit nobis. Inidoneum pretium pro cœlo offert, qui omnia sua nonoffert. C.16.§.16. p.642

De Celada in Iudith.

Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me. &c. Et cur non repetit, qui *reliquistis omnia.* An quia relictum seculi statum vel respicere periculosum est. c.13.§.28. p.521

Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, &c. Quare non repetit, qui *reliquistis omnia.* An quia Apostoli erant pauperculi, & inualidi, & inde diuitum præda. Non computat tanquam spontè relictum, quod inuitè rapiendum mox erat à diuitibus, si nô relinqueretur. c.3.§.3.& 4.p.81.& 82

Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, &c. Cur non recenset ad meritum dignitatis iudiciariæ, omnia reliquisse, an quia iudex pauper, proditor solet esse iustitiæ. c.2.§.14. p.69

Sedebitis, & vos super sedes duodecim, iudicantes, &c. Summum iudicium honorem illis largitur in præmium: nam hominum ambitiosum obsequium, plus honori sæpè exhibet Iudici, quàm Numini. Cap.10.§.16. p.566

Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes, &c. pro diuitiis relictis, honores tribuit, dispar planè compensatio. At hodie mundialis honor diuitiis comparatur, opibus constat: quasi idem foret, diuitias reliquisse, ac reliquisse honores. capite 15. §.14. p.579

Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes. Vide quàm præclara merita exigit Deus, vt quis euehatur ad Ecclesiæ dignitates. Nam homo muneribus supra merita auctus, ipsâ sublimitate decrescit, & dignitatis splendore infelix est. cap.1.§.14.& 15. p.26.& 27

Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes, &c. Non tantum in futuro seculo, sed etiam in præsenti indices constituit Apostolos, vt à temeritate delictorum edificant pias virtutum audacias. c.10. §.1c. p.358

Iudicantes duodecim tribus Israël. Cognatus tribus iudicabunt tantum. Ecquis iudicaturus est reliquas gentes; omnes homines iudicabunt Apostoli. Num instituit eos Christi pietas, vt sic extraneas gentes iudicêt, vt cognatas tribus, c.13.§.17. & 30.p.504.& 523. Ex his paragraphis, quæ sine vitio, Apostolis aptari possunt, excerpe: Reliqua non bonis Iudicibus congruunt.

Et omnis qui reliquerit domum, &c. aut vxorem. Vxor dimitti potest à marito. Puto si id fieri posset plura hodie dissoluerentur coniugia: nam maritorum gladiatoria vita est; nuptiarum deliciæ, Eucharisticæ. c.4.§.14. p.109

Pro Conuersione S. Pauli, vide in indice rerum, verbo *Paulus,* verbo *Peccatum,* verbo *Gratia,* verbo *Misericordia.* Ibi plura inuenies non inidonea.

In festo Purificationis B. Virginis.

LVCÆ II.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Quid purificatur Maria, quæ vt aqua, omnia lauat, nec lauatur. T.§.20.n.101. p.692

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Quid purgatur Maria, quæ flos lucis est, & inde immaculata. T.§.21.n.108. p.694

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Maria à partu magis Virgo est: cuius angelificata caro Angelicam reuerberat puritatem. Quid ergo se purificat. T.§.27. p.701

Postquã impleti sunt dies purgationis Mariæ. A squalore

Digitized by Google

lore partus se purificat, quæ vsque adeò Virgo eualit, vt sit splendor libidinis. T §.2.n.10. p.669

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Quid purificatur, cuius nomen est sine ambiguitate peccati? T.§.20. n.102. p.692

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Quid purgatur Maria, quæ fomitem non habuit ad peccatum? Quid si fomitem habuit ad virtutem? T.§.2. p.669

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moysi. Etsi purissima purificatur: quia purificantur cæteræ puerperæ: ne in re virtutis singularitatem ambire videatur. c.16.§.34. p.652

Purgationis Mariæ. Num quia est spongia nostræ nequitiæ, purgatur? T.§.14. p.683

Secundum legem Moysi. Non obligatur Deipara ad obseruationem huius legis. At perfectior obedientia, occulta non est; sed fidei æmula. c.11. §.26. p.396

Secundum legem Moysi. Hæc purificationis lex non est Deiparæ præceptum, sed merum consilium. At perfectus obediens consiliis obtemperat, & eiusmodi obsequio velut adulatur Deo. c.11.§.27 p.367

Tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino. Magnum donum offert Maria Deo, in signum magni amoris: nam magnus amor non tam dicitur constare affectibus, quàm muneribus. c. 12. §.3. p.454

Tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino, Sine Maria nemo it ad beatam Hierusalem. T.§.29. p.703

Et vt darent hostiam, par turturum, aut duos pullos columbarum. Vsque adeò pauper erat in re nūmaria: quæ opulentissima est gratiæ censu? T.§.3. p.670

Duos pullos columbarum. Quia sine affinitate ad peccatum. T.§.20.n.102. p.692

par turturum, aut duos pullos columbarum. Scilicet pacatas, & concordes auiculas. An quia Mariæ venusta puritas, est pax, & suorum clientum mutua concordia? T.§.9. p.678

Et venit in Spiritu in templum. Simeon in Spiritu alij in carne veniunt in templum, vbi oculi, verba, nutus impudicè scortantur. c.5.§.26. p.152

Pro SS. Paulo, Ioanne, & Didaco, Iaponiæ, & nostræ Societatis protomartyribus.

Cum audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri. Timétne Christus, vt sui martyres timeant mūdi principes? Profectò mundialis timor est fucata adulatio, & honoris titubatio. c.2.§.20.p.77

Cùm audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri. Timet Christus, vt sui martyres timeant mundi principes? Planè vix timetur à quo nihil speratur. c.2.§.20.n.80. p.79

Cùm audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri. Non timent martyres hostem, sed hostilitatem: nam grande malum est inimicitias agere etiam cum hoste, à quo nihil timeas. c.13.§.13. p.499

Cùm audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri. Valde timenda est seditio, & discordia: quæ in Ecclesia velut hæresis est, &c. c.8.§.49. p.281

Cùm audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri. Consultò Christus tyrannorum metum prohibet. Nam timor tacitè prodit, quem prudens securitas timendum facit. c.11. §.3. p.369

Cùm audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri. Magnanimitas martyrum non deuenustaretur aliquali tanti periculi pauore: nam constantia, quæ non feritur timore, & ad graue periculum non expallescit, à constantiâ in inconstantiam degenerat. c.11.§.2. p.368

Cùm audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri. Ac si metus acerbior sit ipso martyrio. Nam metus calamitatem multiplicat, & exaggerat; actualis perpessio sæpè eam minuit. c.14.§.22.p.561. Metus veretur omnia, imaginatur omnia, quæ exacerbare possunt: malum anceps, & dubium siue somniatum, ab imaginatione timoris grauiùs angit. c.14. §.23. p.562

Nolite terreri. A tyrannorum minis, an à propria voluntate terretur Martyr? Verùm consultissimè ait *Nolite terreri:* quia in calamitatibus non tam quàm opinione laboramus, & à nobis instigamur ad angores, & culpas. c.8.§.40. p.272. Vnde in ærumnis oportet mentem diuertere à rationibus animum exasperantibus, & eam applicare ad rationes lenius dolorem mitigantes. cap. 8. §.39. p.271

Nolite terreri. Consultissimè armat suos Christus Deus ad patiendum acerbiores ærumnas. Nam grauior ærumna, aliquando calumnia est delicti perpetrandi. c.7.§.7. p.204

Nolite terreri. Ne sit vobis terrori ærumnosior miseria: nam funesta iustorum calamitas præ gloriæ felicitate æmulatur beatas cœlitum glorias. Cap.16.§.8.p.614. Item laboris molestia centrum hominis est, & libido patiendi. cap.19.paragr.12. p.620. Sic hilares subibant tormenta nostri Martyres!

Nolite terreri. Quid? non tam timent martyres acerbitatem pœnæ, quàm voluptatem patiendi? c.16. §.11.n.55. p.619

Oportet primùm hæc fieri. Nam ærumnosus merendi labor lenocinatur futuræ felicitati. c.16.§.10.p.616

Oportet primùm hæc fieri. Esto bene infelix in hac vita, ne sis malè infelix in futurâ. c.10.§.7. p.373

Oportet primùm hæc fieri. Vestra interest tanta perpeti, & ita ad sublime sanctitatis, & gloriæ fastigium ascendetis, vt vestræ calamitates, & cicatrices inuidiosæ sint apud Christum? cap.8.§.16. p.246

Surget gens contra gentem, & regnum, &c. O feralissimam persecutorum rabiem! At sæuior persecutio arbitrium Domini est. c.8.§.32. p.262

Iniicient vobis manus suas. Et morte afficient ex vobis. Quo pacto mox subdit: *Et capillus de capite vestro non peribit?* An quia meliùs seruatur, quod pro Christo perditur? c.10.§.7.n.52. p.355

Et persequentur tradentes in Synagogas. Synagogæ seu legis suæ zelo persequendos martyres dicit. Nam impiè sæuit quisquis prætextu pietatis sæuit: c. 9.§.17. p.306

Trahentes ad Reges. Valdè exaggerat rigores. Nam Regis indignatio, nuntius vel Angelus mortis est. c.6.§.4. p.171

Trahentes ad Reges, & præsides. Vt mortem subeant damnationis titulo. Nam pati titulo damnationis acerbiùs torquet, quàm sæuiora tormenta hic tolerare. c.11.§.15. p.382

Continget autem vobis. Casu id accidit, an ex consulto Tyranni? Prospero errore, & cæca felicitate prosperantur? c 14.§.5. p.541

Continget autem vobis in testimonium. Carceres & catenæ contingunt martyribus in testimonium Quid carceri, & catenis cum testimonio fidei? Profectò

Profectò probrosa alioqui vincula veridicos ostendunt prophetas,&c.c.6.§.9. p.176

Ego dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere:& contradicere omnes aduersarij vestri. Armata tyrannorum potentia vel imbecillitate verborum vincenda est,ad triumphi exaggerationem. c.14.§.9. p.545

Pro S. Matthia Apostolo.

MATTHÆI XI.

COnfiteor tibi pater, Domine cœli, & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, &c. Gratias agit Deo, quia beneficium non fuit quibusdam exhibitum? Hæcne materia gratitudinis? An beneficium grandius habetur, quod quibusdam concessum, negatur aliis? Cap.3. §.13. p.92

Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, &c. De aliorum ignoratione sapientiam tuam ædificant homines: nam humana laus & gloria de aliorum vilitate, & ignorantia fulcitur.c.3.§.11. p.91

Et reuelasti ea paruulis. Humilis simplicitas, & felix insipientia sæpè aptior est ad rem virtutis, quàm exquisita doctorum sapientia.Cap.11. paragr. 30. p.401

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Quæ sunt *omnia* Christo tradita? Nunquid paruulus seu humilis *omnia* est Christo? c.9.§.32.n.181. p.330

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Omnia dedit Deus? Munificentior liberalitas sibi detrahit, quò aliis liberaliùs impendat.c.12.§.3. p.451

Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos: Eucharistica refectione, quæ est leuamen ab humanis angustiis.c.5.§.22. p. 147. vel Oratione, quæ est laxamentum ab humanis angoribus.c.9. §.36. p.333

Venite ad me omnes,qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum, Præ oneris mole laborant, & onerosi iugi pondere leuabuntur ab onere? Diuinior Dei vis per contraria,& secum repugnantia media, præstat, quos intendit effectus.c.14.§.21. p.559

Discite à me,quia mitis sum. Solerter mansuetudinem docet Christus,vt fugiamus iræ vitium.Porrò iracundia est alter vitiorum fomes,& intestinus Dæmon: quam vsque adeò detestatur Deus, vt iram armet in iram.c.5.§.3. p.116

Et humilis corde. Non ore tenus ad aucupium gloriæ:nihil enim est fabricatâ humilitate superbius. In Prologo n.1. p.1

Et humilis corde. Tanta excelluit Christus humilitate, vt præ humiliatione Deo detrahere videatur. c.9.§.31.n.179. p.329

Et humilis corde. Sedulò exambit Christus, vt simul cum Christiana disciplina humilitatem combibamus:nam humilitas est virtutum consummatio, facit fidem amabilem, & ingenium est amplificandi gratiam.c.9.§.32. p.329

Et inuenietis requiem animabus vestris. In humilitate vera requies est:nam gressus ambitionis molestissimi sunt:& superbus per obeliscos incedit.stylita vitij est.c.7.§.2. p.199

Iugum enim meum suaue est. Suaue est iugum Christianæ disciplinæ; quia quod Christus mandat, prius ipse executus est.c.12.§.15. p.469

Iugum enim meum suaue est. Quia Christi disciplina lex amoris,& beneuolentiæ est:& ita sponte eunt quò raptantur. Cap. 1. paragr.9. Cap.13. paragr. 8.p.21.& 494

Iugum enim meum suaue est. Nam leges ferreæ,& flectinesciæ Hebræorum populo congruunt; Christiano populo blandiores leges sunt,& quæ cedere sciunt.c.11.§.25. p.395

Iugum enim meum suaue est. Quia disciplina Christiana,quæ tota ærumnis constat,suauis,& mellea est, præ voluptate patiendi.Cap.16.§. 8. & 10.& 12. p.614.616.& 620

Et onus meum leue. Secum pugnare videtur,qui iugum, & onus affirmat esse leue. At leue est onus, quod æquè incumbit in omnes: nam graue onus est,quod aliqui portant, dum alij immunes sunt à sarcinæ mole.c.4.§.3.n.7. p.96

Non eligitur ad Apostolatum Iosephus,qui cognominatur iustus, etsi sanguine coniunctus Christo, & Apostolis.Non sic solet esset electio hominum, apud quos vnius hominis summa potestas, ius est propinquorum eius ad præfecturas. c. 2. §.9. p.65

In festo sancti Iosephi Deiparæ Sponsi.

MATTHÆI I.

CVm esset desponsata Mater Iesu. Christus nascens ex Maria Iosephi vxore, filius Iosephi existimabitur, non Dei & Virginis vnicus filius: At si non nasceretur ex femina maritata, valdè deuenustaretur eius mater. Non ambit Christus Deus fulgere de aliorum tenebris,nec alienâ iniuria fundare suum fastigium.c.1.§.27. & 28. c.3. §.12.p.41.& 42.& 91.

Cum esset desponsata Mater Iesu. De maritata nascitur Christus: nam secùs non benè audiret Deiparæ pudor,vnde procliue esset leuiculis feminis excusare rumores suæ impudicitiæ,dicendo, etiã purissimam Dei matrem non benè audisse super re pudoris.c.6.§.3.& c.7.§.10. p.219

Cum esset desponsata Mater Iesu. De maritata nascitur Christus, ne Deipara esset adulterij suspecta: nam leuis impudicitiæ suspicio grauis damnatio est.c.13.§.25. p.517

Cùm esset desponsata Mater Iesu. Nam si Christus de innupta nasceretur, obnoxia esset Mariæ puritas detrahentium linguis: At inter præcipua Deiparæ elogia censendum erat, neminem locutum fuisse de illa verbum malum.T.§.4. p.671

Cùm esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph. Augustior Ioseph laus à coniugio cum Maria est. Nam coniugibus vna est caro, vnus spiritus, ipsissima respiratio:estque vterque coniux, vnus in dualitate personarum,& duo in vnitate coniugij.c.4.§.12. p.106

Cùm esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph. Estne eadem sanctitas Mariæ & Iosephi,ab amico digni coniugij fœdere? c.4.§.12.n.48. p.107

Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. Ab hoc coniugio censetur eximia Iosephi virtus,quã Mariæ conuersatio allinit: nam bonum exemplũ animata lex est,& velut prophetia imitationis,& maturum Euangelium.c.14.§.17. p.555

Cùm esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph. In hoc connubio non fecit naufragium Iosephi pudor

sed virginitatem hausit, & concupiscentię stuporem.T.§.13. p.681

Cum esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph: Vt Maria fulgeret virginitatis felicitate, & subiret coniugij ęrumnas.c.4.§.13. p.107

Ioseph autem vir eius, cùm esset iustus, &c. Quia Iosephus erat iustus, sinistram opinionem non habuit de Mariæ pudore. Nam culpata criminibus conscientia docet alienam culpare temerariè. Qui nescit facere, vix potest credere malum. c. 14. §. 14.p.551

Hæc autem eo cogitante. Non sinistram opinionem concepit, nec inquisiuit de sanctissimę Sponsæ pudore. Nam suspicio, inquisitio, seu iudicium de crimine, præpropera damnatio est & irreuocabilis sententia.Cap.8. §. 48. & Cap.13. §. 18. p. 280.& 506

Hæc autem eo cogitante. Cùm esset iustus cogitabat eam non traducere, sed occultè dimittere; ne fortè infamia sisteret ardorem merendi in Virgine; nam bona opinio apud homines valdè iuuat ad virtutem.c.8.§.19. p.149

Ecce Angelus Domini apparuit ei in somnis. Cur in somnis apparuit Angelus Iosepho? num inferioris meriti erat ac cæteri Patriarchę, qui in vigilia Angelos viderunt? Negotium Mariani pudoris in incerto somnij agendum est, an in attentiori vigilia? Fortè in somnis apparet, quia homines faciliùs credunt rebus somniatis, & specie tenus falsis? c.11.§.28. p.398

Ecce Angelus Domini apparuit ei in somnis. In somnis apparet Angelus, quia cùm totus Iosephus non sciebat dubium, sed mens eius tantum; (dicitur enim, *Hæc autem eo cogitante*,(in cogitatoriâ tantùm datur satisfactio. Sic sollicitè cauet Angelus, non publicare secretum infamiæ.c.8.§. 12. n.84. p.253

Ecce Angelus Domini apparuit ei in somnis. Quid opus erat vt Angelus excusiet Virginé ab infamia suspicionis? nonne præstaret vt ipsa Virgo se excusaret, si quidem verè poterat? At excusatio sæpe non minuit, sed exaggerat crimen.c.6.§.2.p.168

Dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere, &c. Cur Angelus filium Regis Dauid nominat Iosephum, cùm tranquillat zelotypię angores? Scilicet maritus zelotypus meminerit auitæ nobilitatis, ne vxorem infamando, antiquam suam nobilitatem denuollet.

Noli timere. Angor zelotypię pendet à Iosephi voluntate? an ab oculis videntibus intumescentem Marię vterum? Verùm in seueriori ærumna oportet mentem diuertere à rationibus, quæ mœstitiâ exaggerant. *No temamos la pedasumbre por el lado que quema*.c. 8.§.39.& 40. p.271. & 272

Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Scilicet publicatur mysterium Incarnationis cū suspicionibus Iosephi: nam aliqualis infamationis species, artificium est amplificandę laudis, sic enim & latius propagabitur, & feliciùs credetur. c. 13.§. 21.p.510

In festo Annunciatione B. Mariæ Virginis.

LVCÆ I.

M*Issus est Agelus Gabriel à Deo*, &c. *ad Virginem*. Cur non mittitur aliquis vir propheta, aut sanctior Sacerdos, sed Angelus è cœlo? An quia prçuiâ diuinæ essentiæ visione elui debet humana ruditas ad Mariam, reique Mariæ digno obsequio tractandas.T.§.8. p.677

Missus est Angelus Gabriel à Deo, &c. *ad Virginem*. Quare non mittitur aliquis vir propheta, aut Dei Sacerdos, qui negotium Incarnationis tractet cum Virgine? Procul esto à religioso Sacerdote mulierum etiam piarum visitatio. Cap.15.§.20. p.580

Ad Virginem. Apta indoles eligitur ad augustam Dei maternitatem.c.13.§.6. p.491

Ad Virginem. Nam cùm pudicitia sit fides generis inde fidem facit Mariæ testimonium veritati mysterij Incarnationis.Cap.11.§. 40.& 41.pag.414. & 415

Ad Virginem, Porrò tantus est Marianæ virginitatis splendor, vt Angelicam reuerberet dignitatem, & diuinæ puritatis æmulator existat.T.§. 27. p.701

Ad Virginem. Ex virginitate Deiparæ adstruitur Christi diuinitas.T.§.27.n.136. p.701

Virginem desponsatam, elegit Deus, præcauens suspiciones violati pudoris. Quia non bona suspicio vel leuiter concepta, graue famæ detrimentum est, & velut præpropera damnatio. Cap.13.§.18. p.506

Ad Virginem desponsatam. Syriacè *venditam*. Quia olim viri dotabant, & quasi emebant sponsas: sic erant obedientes. Num superbiunt quoniam viros emunt amplâ sæpe dote? c.4.§.13.n.52. p.108

Ad Virginem. Mariæ virginitatem æmulatur Christi humilitas? T.§.27.n.137. p.701

Aue maria, gratiâ plena. Opportuna laudatio aut prophetia est meriti, aut merita cudit. c. 15.§.19. p.586

Gratiâ plena. Dantur gratiæ facinora.Cap. 16. §. 5. p.609

Gratiâ plena. id est gratiosa. An quia pulchritudo character iustitiæ est? c.16.§.6. p.611

Gratiâ plena. An quia non habuit fomitem ad peccatum? Quid si habuit fomitem ad virtutem? Hæc augustissima foret gratię plenitudo.T.§. 2.p. 669

Et benedictus fructus ventris tui. An Christus etiam est benedictus, quia Mariæ sanctissimæ filius est? Maiorum vetus olim pietas elucet in sobole? c.8. §.5. p.132

Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius. Turbatur pudicissima Virgo, quia audit agentem de re Incarnationis? Sint cuiuslibet Virginis aures crudæ, & acerbæ ad vocabula generationis. Cap.12. §.17. p.471

Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius. Turbatur dum dicitur Virgo, & Mater, ne videatur singularis? Sic fugit singularitatem in re virtutis, c.16.§.34. p.652

Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius. Non præcauet ab Angelo sub specie iuuenis: nam castitas, quæ sibi nimis suspecta, & meticulosa est, desciscit à generositate perfectioris pudicitiæ.c.9. §.30. p.326

Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius. Sic præcauet vbi nullum est pudoris periculum. Cap. 13. §.16. p.503

Turbata est in sermone eius. Num timet, ne sit periculosa vel Deo corporatio? c.13.§.27. p.520

Ecce concipies, & paries filium. Maria concipit, & parit diuinum Verbum corporatum; nos per gratiâ illum concipimus, & sæpe abortum facimus. c.13. §.6.n.28. p.492

Ecce

Ecce concipies in vtero,& paries filium,&c.Num Verbum Diuinum carnem assumpsit, vt Mariam efficeret Dei matrem.T.§.17.n.80. p.687
*Ecce concipies in vtero.*Christus Deus concarnatur,& côuiscetatu, Deiparę.T.§.18.n.89.p.689.Ex guttulis Mariani cordis formatur.T.§.11.n.56.p.680
*Hic erit magnus.*Magnus honore nobilitatis,quia filius Mariæ? Num à matris generosa nobilitate generosè nobilitatur Christus Deus. T. §.1. p.668
Hic erit Magnus. Magnus augustæ misericordiæ elogio, quam hausit,& expressit à matre.T.§.11. p.679
*Hic erit magnus.*Ita magnus est Christus,vt nec suorum operum amplitudo illius magnitudini detrahat.c.1.§.12. p.24
Virtus altissimi obumbrabit tibi. Lux Diuini Verbi obumbrat Mariam.T.n.2. p.667
*Virtus altissimi obumbrabit tibi.*Nam beneficium sub vmbrâ absconditum lenocinatur munificentiæ largitoris,donúmque exaggerat ad liberalitatem, dum abscondit ad gratiam.c.9.§.12. p.299
*Quæ vocatur sterilis.*Non dicit Elisabetham esse sterilem, sed vocari.An quia sterilitas reatus naturæ est,vigoris inopia,deformitas humanitatis,& præmatura mors.c.16.§.35. p.655
Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Mensura priuilegiorum Deiparæ erit omnipotentia Dei.T.§.20.n.99. p.692
*Ecce ancilla Domini.*Diuina maternitatis sequela fuit humilitatis humanæ.T.§.5. p.673
Fiat mihi secundum verbum tuum. Hæc verba orationem sonant. Orationi debetur Incarnatio. c. 9. §.35. p.332
*Fiat mihi secundum verbum tuum.*Tunc Verbum caro factum est.Et Virgo Deipara mutuò dedit Incarnationem Verbo.T.§.3.n.14. p.670

In festo Inuentionis S. Crucis.

Sanctæ Crucis elogia copiosè traduntur C.5, §.16. p.152

In festo B.Ludouici Gonzagæ P.N.

LVCÆ XII.

Evangelij expensionnem habes in festo S.Ignatij & S.Francisci Xauerij.
Puer Angelicæ indolis fuit Beatus Ludouicus,cuius oratio balbutiens, & mussitans, & quę vix audita,exauditur.c.4.§.9. p.103
Natura humana in B, Ludouico gratiam æmulatur. c.8.§.17. p.103
Sine pugna vincit, & detriumphat hostes; qui factus victorę est, & victoria Virgo. c. 14. §.10. p.546
In terra degens, spe cœlos inhabitabat in cœlum colonam mittens, cuius ius habebat in terris. c.2.§.16. p.73
In puerili ætate habuit senectutis merita, ac si virtus careat tempore.c.8.§.14. p.234
In vita communi,non communi,sed singulari & excelsâ enituit sanctitate.c.16.§.34. p.652
Tantùm honoris,& opulentiæ centum,vtilem putabat,vt quid haberet,quod pro Christo relinqueret,c.16.§.28. p.645
In vita Religiosa nomina ęrumnarum, re ærumnarum vacua,reperit. c.8.§.9. p.237
Peccare quasi nesciens,fere videbatur homo alterius speciei.c.8.§.1 1.p.239.lege ibi perfecti viri non vulgaria elogia.Vitę exul,& cadauer viuum videbatur. c. 8.§.10. p.238
Sollicitè ambibat Deo lucere,non mundo;vni Christo viuere,non sibi.c.9.§.41. p.339
De eius Virgine castitate. Vide verbo *Virginitas, Castitas.*Quàm sollicitè fugerit vel dubia castitatis pericula.c.8.§.45.& 46.& c.13.§.16. p.277. 278.& 503

In festo Apostolorum Petri & Pauli.

MATTHÆI XVI.

Quem dicunt homines esse filium hominis? Quotsum inquirit Christus quid de se homines sentiant? Num quicquid ab humana lingua, fere suspectum est?c.5.§.5. p.128
*Alij Ioannem Baptistam; alij autem Eliam: alij verò Hieremiam.*Manifestè probauerat Christus,se esse Dei filium, nec verosimile esse Ioannem Baptistam, neque Eliam, neque Hieremiam: At homo faciliùs credit rebus speciè tenus falsis,quàm meracissimæ veritati.c.11.§.23. p.393
Respondens Simon Petrus, dixit, Tu es Christus filius dei viui. Petrus qui præ ceteris amabat Christum, effusior cæteris est in Christi laudibus.in prologo n.15.& c.6.§.5. p.4.& 172
Raspondens Simon Petrus,dixit,&c.Primus omnium prosilit Petrus in re virtutis:cuius pia audacia sępè compescenda fuit.C.8.§.16. p.246
Beatus es Simon Barjona, &c.Laudes Petri publicat Christus,non eius ignominias. Imò tanta fuit Petri excellentia; vt probrum suum verterit in gloriam,honoraret vitia,virtutes honestaret: & quod in aliis contumeliosum foret, inuidiam moueret Apostolorum.C.1.§.13. p.25
Quia caro,& sanguis non reuelauit tibi,sed Pater meus. Sapientia Petri laudem meretur eximiam,non quà ab homine,sed quà à Deo.C.11.§.48. p.424
Et ego dico tibi quia tu es Petrus, &c.Christus Deus videtur hic non tam naturâ, quàm æmulatione munificus.C.13.§.9.n.43. p.495
*Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meã.*Super Ecclesiæ principem imponitur subiecta Ecclesia: nam principatus non subleuat principem,sed grauat:eminentia dignitatis sublimitate deprimit:non attollit.C.1.§.8. p.20
*Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.*Petri lacrymæ,quæ æmulæ fuerunt passionis Christi, effecêre Petrum firmamentum Ecclesiæ. C. 5. §.30.n 129.& §.31.n.135. p.157.& 159
Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues, &c. In summo Ecclesiæ fastigio collocatur Petrus. At nonnullis sublimior gloria lenocinium est ad virtutem.C.16.§.30. p.647
Et tibi dabo claues regni cælorum, &c. Sublimis Petri laus est è summo Sacerdotio: nam Sacerdotium est sacrarium Christianæ religionis, & opificialis Dei omnipotentiæ æmulum. C. 15. §.25. p.596
Et tibi dabo claues regni calorũ. Et quodcumque ligaueris super terram,&c.Summus Ecclesiæ Iudex renunciatur hic Petrus,vt Christus rependat hono-

Digitized by Google

rem tantæ confessionis. Porrò hominum ambitiosum obsequium plus honoris exhibet Iudici, quàm Numini.c.10.§.16. p.366

Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcumque ligaueris,&c. Vbi primùm Christus publicatur Dei filius, statim promittit ius remittendi peccata. Nam enormiora delicta per pœnitentiam remissa publicant augustiores Christi Dei laudes. cap.7. §.18.& 19. p.216.& 218

Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Porta inferi, iudex est in propria causa; iudex autem in causa propria, nimis crudelis esse solet. Vnde sæuitia Dæmonum contra Ecclesiam publicatur; sed non præualebit.c.9.§.18. p.307

In festo Visitationis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ I.

EXurgens Maria. Postquam immensâ humilitate se deiecit vsque ad ancillæ nomen, nunc exurgere dicitur. An quia humilitas est amplificandæ gratiæ ingenium.c.9.§.31.p.329. Ad hæc, diuinæ maternitatis sublimitas, sequela fuit humilitatis humanæ. T.§.5. p.673

Abiit in montana cum festinatione. O quàm festinat Maria ad ardua cœli, dum nos expectamus pigri, vt cœlestiæ regnum veniat ad nos! c.2.§.19 p.76

Abiit cum festinatione. Vt præeuntem,& ductantem Mariam sequamur. Porrò quisquis sine Mariæ ductu ad cœlum ire præsumit, non it, sed errat. T. §.19. p.705

Abiit cum festinatione. Rarò, & festinanter extra secessum videbis purissimam Virginem; etsi eius occursus, & vita pulchritudo castitatem spiret. T.§.13. p.681

Abiit cum festinatione. Magnâ festinatione opus nobis est in via virtutis, vt non retrocedamus. c.2. §.19.n.72. p.76

Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth. Domus Zachariæ dicitur, non Elizabethæ. Non benè audit, domum notam esse, & nominari à feminis, non à viris. Indignus nomine est, cuius domus nota est ab vxore, filia, non à viro.

Et salutauit Elizabeth. Maria Deo grauida, prior visitat Elizabeth, prior eam salutat Nam vera virtus negligit ambitiosæ vrbanitatis nugas. c.8.§.32. p.262

Et salutauit Elizabeth. Id est, laudauit. Nam opportuna laudatio propheta; merita, dignúmque inuenit, aut facit.c.13.§.19. p.586

Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infãs in vtero eius. Vbi aduertit Maria, infamulum Ioannem peccati labe infectum, accurrit cum festinatione; quia Maria spongia humanæ nequitiæ est, & humana vitia excoquit. T.§.14.n.65. p.683

Exultauit infans in vtero eius. Maria Christo Deo grauida, cucurrit ad Elizabetham, vt Christum præmaturè pariat in Ioanne.T.§.14.n.66. p.683

Exultauit infans in vtero eius. Exultat Ioannes recens sanctus: nam lætitia est virtutum constantia, & pius sanctitatis vigor. c.16.§.4. p.608

Exultauit infans in vtero eius. Vel in vteri latebris exultat Ioannes, vbi primùm præsentit Mariam: nam immensitas Marianæ gloriæ, glorias vberim exundat Deo, Angelis, hominibus.T.§.25. p.698

Exultauit infans in vtero eius. Quia aduertit Ioannes se nasci fortunatissimum sub stella Maria. *Es la Viergen la buena dicha de sus deuotos.* T. §. 30. p.604

Et repleta est Spiritu Sancto. Maria gratia plena Elizabetham repletnam sibi habere reputat, quod nobis largitur. T.§.21.n.114. p.696

Benedicta tu in mulieribus. Benedicta dicitur Maria, quia sic ab omnibus benedicitur, vt nemo sit qui de ea loquatur verbum malum. T.§.4. p.671

Exultauit in gaudio in vtero meo. Ex visitatione Mariæ Ioannes gratiæ lætitia exultat, Elizabeth repletur Spiritu sancto, Zacharias proficit in virtute. Porrò immensitas Marianæ gratiæ sic adest omnibus, sicut adest singulis superimaginaria munificentiâ. T.§.24. p.697

Mansit autem Maria cum illa,&c. Ne desciscant ab accepta gratia: nam Maria est virtutis subsistentia.T.§.14.n.65. p.683

In festo S. Mariæ Magdalenæ.

Adi Feriam 5. à Dominica in Passione.

In festo S. Iacobi Apostoli.

MATTHÆI XX.

ACcessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. Accessit ambitionis gressibus.C.7.§.2. p.199

Adorans & petens. Est hæc vera adoratio, an mera adulatio, quæ infaustum fuit omen repulsæ.c.11. §.9. p.376

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens. Ipsa cum filiis petit, vt insidietur pietati Christi, nam multorum oratio ambitiosè audet impetrationem. c.7.§.3. p.200

Adorans, & petens aliquid ab eo. Puto efficacius exoraret honores quos petit, si non oraret, nam mundialium bonorum neglectus opportunior oratio est ad illa impetranda. c.9.§.24. p.316

Dic vt sedeant hi duo filij mei, &c. Securè postularent dignitates à consanguinitate coniuncto, si rogarent merum hominem: nam vnius hominis summa potestas, ius est propinquorum eius ad præfecturas.c.1.§.9. p.65

Dic vt sedeant,&c. Hæc vox non tam videtur supplicantis, quàm imperantis. Specie orantis imperat? an imperiali voce orat.c.4.§.21. p.127

Dic vt sedeant, &c. Sollicitè procurat Mater. vt statim id dicat Christus: nam inchoatum opus quadam æmulatione ad finem perducimus. *Empeñese Christo.*c.13.§.9. p.495

Dic vt sedeant, &c. Et licèt mater erat, & pro filiis postulat, mox languet eius supplicatio. Porrò vicaria intercessio apud principes, frigida esse solet, & infœcunda impetrationis.c.9.§.8. p.293

Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam & vnus ad sinistram. Præstantiorem ambiunt locum. Scilicet necdum magnos progressus fecerant in virtute: nam virtus negligit has ambitionis nugas. c.8.§.23. p.254

Vnus ad dexteram, & vnus ad sinistrã. Vt vnus sit ad dexteram ambit, & vnus ad sinistram. Nonne præstaret, vt vnus esset ad dexteram; & alter secundus

Digitized by Google

dus esset in eadem dextera, quæ est electorum sedes. Profectò non solùm esse post germanum fratrem; sed à seipso secundum esse, inglorium est ambitioni. c. 2. §. 10. p. 66

Vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Proculdubio non tam primas sedes occupare expetunt, quàm Petrum à primatu excludere. Nam humana ambitio non tam de propria sublimitate, quàm de alterius exiguitate crescere satagit. c. 1. §. 28. & 27. p. 42. & 41

Nescitis quid petatis. Reiicit non merentium dignitates, ambitionem: ne qui tunc ob meritorum inopiam pedes erant, si capita Ecclesiæ fiant, calcearentur, non coronarentur honore. c. 5. §. 6. 129.

Nescitis quid petatis. Nesciunt quid petunt: neque enim tam petunt honorem, quàm dedecus. Nam homo muneribus supra merita auctus, ipsâ sublimitate decrescit, & dignitatis splendore infelix est. c. 1. §. 14. p. 26

Nescitis quid petatis. Modulatur Christus suorum sublimitates, ne a fastigio minorentur. c. 1. §. 15. p. 26.

Nescitis quid petatis. Nam ambitio corrumpit merita candidati; honoris fuga aut meritum inuenit, aut facit. c. 13. §. 32. p. 527

Nescitis quid petatis. Qui orat, nescit quod petit. Adeò enim liberalis est diuina munificentia, vt oranti non solùm annuat, quod postulat, sed etiam appendices gratias. c. 9. §. 38. p. 336

Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, &c. Dũ qui rogat, repulsam patitur, amarissimum ebibit passionis calicem, quem ebibit Christus in auspicio Passionis. c. 12. §. 9. p. 461

Dicunt ei, possum. Ab ambitione nunc audent haurire calicem Dominicæ passionis. Profectò sæpè ambitio est vitium felix, & confine virtutis, virtutisque officia vtcumque substituens. c. 11. §. 12. p. 3?9

Non est meum dare vobis. Se ab impotentiâ deuenustat, ne quid neget oranti.

Sed quibus paratum est à Patre meo. Qui munia destinabit non iuxta cuiuique ambitionem, sed ingenium. c. 13. §. 6. p. 491

In festo S. P. N. Ignatij.

IOANN. XI.

S*Int lumbi vestri præcincti. Tò præcingere* est verbũ militare, quo armamur contra concupiscentiæ hostilitatem & diaboli malitiam. Cataphractus adest, & nulla fit mentio pugnæ. Profectò sine pugna vincere, fastus victoriæ est, & victoria Virgo. c. 14. §. 10. p. 546

Sint lumbi vestri præcincti. Lumbos præcingere est libidinem coërcere, & præparatos esse ad omnes sanctitates. An quia castitas est omnium virtutum conceptaculum. c. 15. §. 26. p. 597

Sint lumbi vestri præcincti. Armat contra virtutum hostes, & hostis nullus imminere hìc dicitur. An quia potentia ad delinquendum est delinquendi periculum. c. 11. §. 34. p. 407

Sint lumbi vestri præcincti. Præcincti & præparati sunt ad iter: quò itineri sunt. Viro spirituali celatur meta, vt ad Deum cursum contendat. Cap. 5. §. 11. p. 154

Sint lumbi vestri præcincti. Istiusmodi præcinctio significat libidinem frænare, & vanam gloriam cohibere. An quia consimilis affectus est lasciuia libido gloriationis, & ambitiosa cupiditas fornicationis. c. 12. §. 25. p. 481

Sint lumbi vestri præcincti. Inanis gloriæ libido, & dignitatum ambitio hic compescitur: nam humilis honorum fuga, aut bene meritum inuenit, aut facit. c. 13. §. 32. & c. 16. §. 31. p. 527. & 649

Sint lumbi vestri præcincti. In custodiis, & vinculis discit Ignatius pias virtutum audacias, ex temeritatâ vinctorum malitia: quæ animosior solet esse ad malum, quam virtus ad bonum. c. 10. §. 10. p. 358

Sint lumbi vestri præcincti. Quid si non vitia, sed virtutes præcingere, & coercere iubetur Ignatius, ne à nimio excessu in vitium degenerent. c. 8. §. 15. p. 244

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Quia eximia virtus publicari non ambit, sed nec timet: lucis examen approbatio est præclarioris operis. c. 15. §. 24. p. 594

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Nam Ignatius piè ambit lucere Deo, non mundo: vni Christo viuere, non sibi. c. 9. §. 41. p. 339

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Ardeant in manibus lucernæ: quia lux flos est, & inde copiosa fructuum spes. c. 15. §. 2. n. 8. p. 536. Lege totum §. vbi multa de lucis encomiis.

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernam gestat in manibus; neque enim lucere exambit ab aliorum extinctione. Cap. 1. §. 27. & 28. p. 41. & 42

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Doctrinæ lux magis fulget in manibus: nam fortunata est Sapientia, quæ in homine pio, & sancto reperitur. c. 11. §. 49. n. 234. p. 426

Et vos similes hominibus. Qui præ eximia sapientia lux mundi est, similis dicitur hominibus. Nam quicumque doctor, etsi sanctissimus, & sapientissimus, est homo. c. 11. §. 48. p. 424. Et quilibet doctor quantumuis eximius, similem habet. c. 11. §. 47. p. 422

Et vos similes hominibus. Similis aliis dicitur, quò retundatur humanus fastus, qui similitudinem ad alios recusat, & ventosissimè ambit exemplarem gloriam. c. 11. §. 10. p. 377

Et vos similes hominibus. In vita extrinsecus communi non communem sanctitatem habuit in se, & in istis exigit, fugiens singularitatis ventosissimos excessus. Porrò singularitas in re sanctitatis destruit quod adstruit. C. 16. §. 34 p. 652

Expectantibus Dominum suum. Munificus Deus certissimæ promissionis dulcissimis spebus, suos allicit ad virtutem, dæmon verò non tantùm rei donandæ, sed vel spei ingerendæ auarus est. c. 3. §. 5. p. 85

Expectantibus Dominum suum. Spem ingerit, vt ingerat vigorem ad omnes sanctitates: Nam sine spe torpet humanitas tota: Spes fidei, & virtutum gloria est: quæ benè audax naturæ impossibilia religiosè præsumit. C. 13. §. 7. p. 492

Expectantibus Dominum suum. Suspensæ expectationis molestiæ exaggerantur. Cap. 8. §. 30. p. 260.

Expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis. Quamobrem bonos seruos, bene excultos virtutum ornatu, hic cœlestis sponsus non affert secum ad sumptuosiùs celebrandum suas nuptias. Scilicet mauult Christus incomitatus proprias nuptias celebrare, quàm vt suæ famili-

 lia

...liæ alumni non modò tractent connubia, ſed neque connubiis adſint. Hæc theſis leuiter præſtringitur. c.4.§.14.n.99. p.110

Expectantibus Dominum ſuum, &c. vt cùm venerit, &c. Præcinctus, & præparatus eſt ad mortem, quæ hîc ſignificatur; qui tinalis eſt pulchræ mortis. c.16.§.36. p.655

Expectantibus Dominum ſuum, &c. vt cùm venerit. Nonne præſtaret, vt homo iret ad Deum, quàm expectare, vt Deus veniat ad nos. At homo qui ad vitia alacer eſſe ſolet, expectat vt ipſa cœli gloria ad ſe veniat. c.3.§.19. p.76

Beati ſerui illi. Seruitus res eſt moleſtiarum plena, expectatio ærumnoſa eſt, & exſomnis vigilia, moleſtiſſima; & tamen inter calamitoſiſſimos labores, *beati* dicuntur. Profectò funeſta iſtorum calamitas præ gloriæ felicitate æmulatur beatas cœlitum glorias. c.16.§.89. & 10. p.614, 615. & 616

Amen dico vobis quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere. Quid eſt, Deum ſe cingere, quò munificentior ſit erga iuſtos? An quia largior liberalitas ſibi detrahit, quò aliis munificentiùs impendat. c.11.§.2. & c.7.§.57. 451. & 534

Præcinget ſe, &c. Homo ſe præcingit, vt ſeruiat Deo: num vt talionem rependat humano faſtui demiſſo, ſe præcingit Deus, Cap.15.§.18.n. 85. p.586

Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Ecce ſummum honoris faſtigium, ad quod ſublimari poteſt homo: inde acerbitatem cinctionis, expectationis, & vigiliarum moleſtias, ſeruitutis calamitates expetit ad meritum. Nam homo muneribus ſupra merita auctus, ipſa ſublimitate decreſcit, & dignitatis ſplendore infelix eſt. c.1.§.24. & 15. p.26. & 27

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, &c. Æquè omittit quartam vigiliam. j. ſenum ætatem, & primam vigiliam. j. infantium pueritiam. An quia homo verè pius, etiam in ſenili ætate ætatem reſtaurat iuuentutis. c.12.§.18. p.474

Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit. Non miror, mentionem non facere primæ vigiliæ, quæ eſt pueritiæ ætas, cui non exigitur ſollicitudo, & expectatio mortis: at quarta vigilia, j. ſenum ætas vigilare non iubetur. An quia vicinæ mortis memoria immortales facit, & vicarias Dei vices ſubſtituit? Cap. 16. §. 36. pag.655

Ferè omnes ex his moralibus theſibus opportunæ ſunt ad locupletandas S.P.N. Ignatij laudes. Qui eas leget in hiſtoriis, facilè adaptabit præſcriptis thematibus.

In feſto Aſſumptionis B. Mariæ Virginis.

LVCÆ X.

Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum. Deipara arx eſt pugnaciſſima, quæ infernales Diabolorum vires debellat. T.§.19. p.689

Et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam. Dignè petiit inops Virgo excipere Chriſtum Deum in domum ſuam. At eſſi in re nummaria paupercula fuit Maria, opulentiſſima eſt gratiæ cenſu. T.§.3. p.670

Excepit illum in domum ſuam. Quàm eliciente Deus in domo Mariæ, quæ Paradiſus voluptatis Deo eſt: cui adgaudet Chriſtus, vt dicatur Patris inquilinus. T.§.26. p.699

Et huic erat ſoror nomine Maria. Mariæ nomen eſt ſine affinitate, ſeu ambiguitate Peccati. T. §. 20. num.102. p.692

Quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius. Maria filij ſui ſcholaris dicit ſublimiora cœli ſacramenta, ne ipſe Chriſtus apud homines dicatur barbarus. Inde B. Virgo lingua eſt fidei, & Chriſtianæ religionis aſſertio. T.§.16. p.685

Domine non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare. Qui operariis miniſteriis obeunt, vix poſſunt impetrare à Magiſtris, qui ſapientiæ vacant, vt illos adiuuent in externis miniſteriis. c.4.§.17.n.73. & 74. p.113. & 114

Domine non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare. Querula Martha pacem quæreſis interturbat? ſocias Mariæ, à qua eſt paci cuius venuſtas eſt ſuorum mutua concordia. T. §. 9. p.678

Dic ergo illi, vt me adiuuet. Opus non eſt vt Mariæ dicatur, quòd adiuuet homines: nam pro humanis cauſis curialiſſima eſt apud Deum. T. §. 7. p.675

Martha, Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima. Porrò nonnullis beatitudinis inſtar eſt vita peramplis negotiis, & negotioſis occupationibus obſeſſa. c.4.§.17. p.113

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Num quia eximium Mariæ meritum eſt ornamentum gloriæ? à Mariæ meritis perennat beata felicitas. c.15.§.25. p.196

Maria optimam partem elegit. Mariæ beatitudo *pars* dicitur, quę potiùs *totum* dicenda foret. An quia Deipara in cœlis partem etiam glorię ſuę reputat leuare mortalium ærumnas. T. §. 12. p.695

Maria optimam partem elegit. Maria optimam partem elegit ſibi, & optima pars eſt nobis. Nam immenſitas Marianæ beneficentiæ ſic adeſt ſingulis, ſicut adeſt omnibus ſuperimaginariâ liberalitate. T.§.24. p.997

Maria optimam partem elegit. Optima pars eſt immenſitas Marianæ gloriæ, quia gloriis vbertim exundat mundo, Angelis, Deo. T. §. 25. p.698

Maria optimam partem elegit. Optima pars dicitur, vbi aſſiſtit vultui Dei pro nobis. Porrò Deipara imperiali ſupplicatione, aut ſupplici imperio filium Deum orat. T.§.10. p.679

Maria optimam partem elegit. Vbi rogatur ab omnibus. Nam oratio ad Mariam, exoratio eſt: vectigalis enim dicitur humanis precibus. Tract. §. 6. p.674

Maria optimam partem elegit. Optima fuit Mariæ, an Chriſto? Num ſatis glorificatus erat Chriſtus, donec Deipara glorificaretur. Tract.§.25.n.127. p.699

In feſto S. Bartholomæi Apoſtoli.

LVCÆ VI.

Exiit Ieſus in montem orare. Præclara eruditio: nã receſſus fomes virtutum eſt, & glorię locus. c.5.§.17. p.140

Exiit Ieſus in montem orare. Nonne opportunior eſſet locus ad orationem, ipſum Dei templum, aut Synagoga

Synagoga? Quid? præcauet Chriſtus, ne ſi in templo oret, vbi vulgus hominum concurrit, eorum garrulitas orationi obſtrepat. cap. 6. §. 17. p. 196

Et erat pernoctans in oratione Dei. Pernoctat in oratione: quia vel ſomniatæ acceptantur preces à Deo ad nomen orationis, & rem impetrationis. c. 9. §. 39. p. 357

Et erat pernoctans in oratione Dei. Oratio ad Deum, ſæpe non impetrat, oratio ad Patrem exoratio eſt, imò exactio eſt. c. 4. §. 6. p. 117

Et erat pernoctans in oratione Dei. Num humana oratio dicitur oratio Dei, ob precariam orationis omnipotentiam, omnipotentiæ Dei æmulam. c. 4. §. 11. p. 117

Et erat pernoctans in oratione Dei. Dicitúrne humana oratio, oratio Dei, quia voluntas hominis petentis videtur eſſe voluntas Dei concedentis. c. 4. §. 12. p. 118

Et erat pernoctans in oratione Dei. Dicitur oratio Dei, quia ſpecie orationis imperiali voce iubet, quod rogare videtur. c. 4. §. 21. p. 117

Vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim. Digni qui ad ſublime Apoſtolatus faſtigium eligerentur, vocantur, quaſi longe abeſſent. Nam qui vltrò ſe ingerunt Principum conſpectui aut lateri, indigni ſunt qui eligantur à bono principe. cap. 5. §. 4. p. 127

Vocauit diſcipulos ſuos, & elegit. Scilicet vocat ad dignitates, quibus non deerant priuatæ conſcientiæ faſces, qui animo gerebant dignitates, qui adoſar infulas habebant in manibus. cap. 5. §. 6. p. 129

Vocauit diſcipulos ſuos, & elegit. Poſt multam orationem, & diuturnam moram elegit, ne electio extemporalis videatur. c. 2. §. 3. p. 58

Simonem, quem cognominauit Petrum. Semper recenſent Petrum ante reliquos Apoſtolos: nam Chriſtiana ſanctitas non renunciauit comitati. Vrbanitas Apoſtolica, Angelica, & diuina laudatur. c. 15. §. 45. p. 593

Et Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, &c. Non eundem ordinem Apoſtolos recenſendi ſeruant Euangeliſtæ: Sed modò hos, modò alios præponunt. Porrò loci eminentiam tanquam ambitionis nugas, negligit virtus. c. 8. §. 1. p. 218

Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. Valdè deuenuſtari videtur Chriſti electio, dum eligitur, qui futurus erat infamiſſimus proditor. Deuſne is eſt, qui prædamnet? Vtrum perſpicaciæ ſuæ anticipata notitia diuinas res humanas iudicat. c. 5. §. 53. p. 161

Et Iudam Iſcariotem, qui fuit proditor. Quam ob rem Chriſtus Deus elegit reprobiſſimum Iudam ad publicandum ſuum Euangelium? profectò eximia laus Euangelij eſt, non deuenuſtari prædicatione Iudæ; & fundari vel dubia hæſitatione prædicantium. c. 14. §. 6. p. 541

In feſto S. Auguſtini Epiſcopi & Doctoris.

MATTHÆI V.

V*Os eſtis ſal terræ.* Eximius Eccleſiæ doctor, & concionator egregius, *ſal terræ* dicitur: qui ſterilem facit ſibi terram, quam prædicatione fœcundat ad gratiæ. c. 11. §. 54. n. 155. & 156. p. 411

Vos eſtis ſal terræ. Quia Eccleſiæ præſul non tam illecebris fauorum, quàm auſteritate debet allicere, & mederi. c. 1. §. 6. p. 17

Vos eſtis ſal terræ. Sal ſenſim carpit. Porrò Præſulis nimia ſeueritas ſiue auſteritas non emendat, ſed irritat ſubditum, illúmque armat aduersùs Præpoſitum. c. 16. §. 14. p. 612

Vos eſtis ſal terræ. Præeminentiam *ſalis* conſultò temperat *terræ* nomine. Nam inanis gloriæ ambitio, ſeu ambitionis faſtus eſt agnatum vitium ſapientiæ. c. 11. §. 61. p. 445

Vos eſtis ſal terræ. Sal impenditur rebus, quas ſalit: Sic doctor ſe impendit ſtudio ſapientiæ. Nam homo litteratus ſcientiæ animal eſt, doctrinæ reus & ſapientiæ martyr. c. 11. §. 59. p. 440,

Vos eſtis ſal terræ. Nam ſicut ſal fouet carnes ad incorruptionem: Sic Euangelicus præco audientium vitam fouet, & alit, gratiam auget, & amplificat, & vitam tribuit audientibus velut Eucharisticam, & beatam. C. 11. §. 65. p. 448

Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Si Euangelicus doctor aut à ſuperbia euanuerit, aut à malit à reprobus fiat: theſauri ſapientiæ, & prouidentiæ diuinæ non reperiunt, quò Eccleſiam condiant ad ſaporem virtutis? Quid? reprobant Euangelium improbitate prædicantis. Cap. 11. §. 64. p. 447

Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Dignitate indignum, dignitate ipsa proculcatur & lædit: nam homo muneribus ſupra merita auctus, ipſa ſublimitate decreſcit, & dignitatis ſplendore infelix eſt. Cap. 1. §. 14. & 15. p. 26. & 27

Ad nihilum valet vltrà niſi vt mittatur foras. Id eſt, deponatur à principatus faſtigio, & cogatur ad vitam priuatam deinceps degendam, quæ acerbiore morte pœna eſt. C. 1. §. 2[illegible] & 24. & 25. p. 37. 38. & 40. vbi explicatur quid ſit *mitti foras. No le cabe el mundo.*

Vos eſtis lux mundi. Eximia planè doctoris laus: nam lux eſt flos virtutis, fructum ſpondens, ſigillum ſe rebus imprimens, interpres verbi, illud dilucidè commentans, in numero facta non eſt, ne (cui intelligens vinculum ſit) numerum conflet cum cæteris creaturis. C. 14. §. 2. p. 533

Vos eſtis lux mundi. Sapientiæ lux requiritur in Præſule: at feliciter ſtultus ad prælationem eligitur. C. 11. §. 14. & 15. p. 381. & 380

Vos eſtis lux mundi. Lux mundi dicitur etiam eximius doctor: quia ſapientis ſermo debet eſſe inſtar lucis clarus & nitidus. c. 11. §. 52. p. 430

Vos eſtis lux mundi. Lux mundi fuit Auguſtinus, dum piè ambibat Deo lucere, non mundo; Chriſto viuere, non ſibi. C. 9. §. 41. p. 359

Vos eſtis lux mundi. Mundo lucet, qui alios non obſcurat, vt ipſe prælucеat: qui aliorum extinctione ſuum lumen non accendit. Cap. 1. §. 27. & 28. p. 41. & 42.

Non poteſt ciuitas abſcondi. Eximius doctor non eſt vrbs, ſed vrbis quidam ciues. At à doctrina, & exemplo tota ciuitas eſt. Porrò bonum exemplum eſt velut prophetia imitationis, & maturum Euangelium. C. 14. §. 17. p. 555

Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Euangelicus Præſul ciuitas eſt, quæ ſub ſe habeat montem. Nam ſtrenuus Præſul ſubiectos debet habere montes procerum, ne perdat dominium in humiles valles. C. 3. §. 2. p. 90

Neque

Digitized by Google

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub medio, sed super candelabrum. Ab aliis ponatur super candelabrum, non propriæ ambitionis negotiatione. At hodie non tam studio omnis litteraturæ, quàm negotiationis arbitrio sapientis nomen acquiritur. c.11.§.37. p.411

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, &c. Nam persæpe emigoratur sapientia, & virtus eius qui ad ampliora munera non promouetur. c.5.§.16. p.139

Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. Nam vera sapientia & virtus non cupit humanos oculos, sed nec timet. c. 15. §.24. p.594

Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera bona, &c. Nam probitas prædicantis, laus est Euangelij. c.11.§.64. p.447

Nolite peccare, quoniam veni soluere legem, aut prophetas. Quia Apostoli erant legislatores familiares, fortè putabant sibi licere legum transgressionem. c.11.§.64. p.447

Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis. &c. Quæ sunt præcepta maxima? Num consilia pro Dei consiliantis maiestate, cui adulari videtur qui consiliis obedit. cap.11.paragrapho 27. p.497.

Qui fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur. Tantus est Augustinus, vt non timeat à suis præclarissimis gestis, vt res & nomen Magni illi detrahitur. c.1.§.12. p.14

Ad prædicandas S.P. Augustini augustas laudes, lege c. 1. §. 2. quæ de S. Hieronymo scribuntur. Plura etiam vltrò accommodari possunt ex. c. 8. §.11. p.239

Qualis debeat esse strenuus Ecclesiæ Doctor, sapientiâ, moribus, eloquio, vbertim traditur. c.11. à §.46. vsque ad §.65. p.422. vsque ad 447

In festo Natiuitatis B. Mariæ Virginis.

Matthæi I.

Liber generationis Iesu Christi. Generatio Christi texitur in huius libri exordio; & totus liber continet virtutes, & miracula Christi? Fortè aptiùs ab his titulus faciendus erat libro? At liber generationis Iesu Christi dicitur, quia in eo continentur eius illustrissima opera. Porrò recens cuiusque virtus generosam cudit nobilitatem. c. 8 §.6. p.233

Filij Dauid, filij Abraham. Posteriori loco nominandus erat Abrahamus, totius Hebræi populi caput? Inurbanè videtur actum cum tanto Patriarcha. At virtus negligit has ambitionis nugas. c.8. §.23. p.254

Filij Dauid, filij Abraham, &c. Cur tot Patriarchas, Reges, Duces recenfentur in Christi genealogia? estne ambitio ostentandi ingenuam nobilitatem, an studium publicandi se ab illustri nobilitate nasci velle galem, & stipendiarium miseris hominibus. c 9 § 10. p.297

Iudas autem genuit Phares, & Zaram. Cur fit mentio Zaram, qui nihil attinet ad Christi generationem? An quia Deus vel vmbram meriti præmiat in Zaram. c.14.§.4. p.539

Booz autem genuit Obed ex Ruth. Cur Ruthæ, Thamaris, & vxoris Vriæ, & tot impeiiorum protoparentum fit expressa mentio in Christi genealogia? Nonne deuenustabitur Christi nobilitas tot peccatorum squalore? Imò grauiora hominum delicta ex occasione nobilitant augustiora Christi Dei attributa. c.7.§.18.& 19. p.216 & 218

Dauid autem Rex, genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Quamobrem Dauidis adulterium, & impudicitia vxoris Vriæ hîc censetur omittenda potiùs forent. Verùm non solùm pietas humanæ virtutis; sed etiam impietas vitij, occasio est pietati diuinæ ad miserendum. c.9.§.11. p.298

Ex ea, quæ fuit Vriæ. Cur non appellatur proprio nomine? An Euangelista cauet à nomine feminæ olim adulteræ. c.12.§.24.n.106. p.480

Iosias autem genuit Iechoniam in transmigratione Babylonis. Quomodo Iosias potuit generare filios in captiuitate Babylonis; siquidem obiit ante captiuitatem? An quia timor instantis captiuitatis, captiuitas reputatur. cap. 5. §. 12. num.49. p.136

Iechonias genuit Salathiel. Qua ratione Iechonias qui dicitur genuisse Salathiel, vir sterilis dicitur à Hieremia? An quia eius filij priuati sunt paterno Regno; Porrò depositio à principatu mors quædam est. cap. 1. §. 23. 24. & 25. p.37.38. & 40

Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ. Post tot gratiæ mortes, & virtutum languidas vitas in protoparentibus, Maria subiicitur, quia Maria est vitæ, & virtutis subsistentia. T.§.14.n.65. p.683

Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus. Post longam peccatorum seriem, statim fit mentio Mariæ; quæ spongia humanæ nequitiæ est, illam excoquens, & quotidie Christum pariens in peccatoribus. T.§.14. p.683

De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. A Mariæ generosa nobilitate, generosè nobilitatur Christus Deus. T.§.1. p.668

De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Non tantùm ipse Christus, sed etiam Christi munificentior pietas, soboles est Mariæ, quam cum indole generosè expressit. T.§.11. p.679

De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus: Nam mutuò dedit incarnationem Christo. Tract. §.3. n.14. p.670

De qua natus est Iesus, qui Vocatur Christus. Magna profectò est Deiparæ dignitas; ex Maria enim censetur Christus. T.§.3. p.670

De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Ad diuinam maternitatem electa, ex omnium creaturarum deflorationе constructa fuit. Tract. §. 20. n.98. p.691

In festo S. Michaëlis Archangeli.

De Angelis copiosè agitur. c.213.§.24. p.513

In festo S.P. Hieronymi, Ecclesiæ Doctoris.

Euangelium expensum est in festo S. Augustini, Sancti Hieronymi elogia habentur. cap. 1. §.2. p.10

Digitized by Google

Index Cocionatorius.

In festo S. Angeli Custodis.

DE Angeli Custodis encomiis vbertim agitur C.13.§.14. p.513

In festo B. P. N. Francisci de Borgia.

Adi festum S.P. N. Ignatij, & S.Francisci Xauerij.

In festo S. Theresiæ Virginis.

MATTHÆI XV.

Simile est regnum cælorum decem virginibus. Adeò præclarè felicitat,& prosperè beat Virginitas, vt cœlorũ regnũ Virginibus comparetur. Porrò Virginitas cogitatũ extrahit à collegio carnis,habet carnem Angelificatam: est vitiorum redemptio, splendor libidinis,& corona gratię. Cap.9. §. 13. p.301

Decem Virginibus. Decenario numero ingens multitudo significatur. Tantáne Virginum multitudo inuenitur? Fortè restaurata & perseuerans castitas, præ difficultate,rursus Virgo,& sæpe matyr dicitur.c.8.§.4. p.251

Simile est regnum cælorum decem Virginibus. Nulla alia virtus elucet in his Virginibus præter virginitatem? An quia pudicitia flos morum est, & reliquæ virtutes spiritualis quædam castitas. Cap. 15. §.26. p.587

Simile est regnum cælorum decem Virginibus. Metacior & pacatior castitas inuenitur in tanto Virginum, etiam fatuarum conuentu,an in coniugatis etiam feminis,quibus cõiugij beneficio expiatur libido? Quid si matrimonium non est libidinis venia. & concupiscentiæ expiatio? quid si quodammodo est affine stupri, & fomes ad lasciuiam. C.4.§.15. p.111

Quæ accipientes lampades suas,exierunt obuiam sponso, & sponsæ. Virgines quæ sumptuoso nuptiarum ornatu in lucem prodeunt,& foras exeunt, ambitione videndi,nescio an satis Virgines sint.Nam sępe in casto corpore scortatur animus mutui aspectus libidine.C.10.§.4. & 3. p.346.& 344

Quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsæ. Quorsùm nunc adsunt Virgines humanis nuptiis, vnde saltem adstantes tangit scintilla libidinis siue per oculos,siue per aures. c.12. §.24. p.480. Sint Virgines aures crudæ & acerbæ ad veneris vocabula.C.12.§.17. p.471

Quinque autem ex eis erant fatuæ. Fatuane est virginitas,an libido. Profectò etsi luxuria cadauer rationis sit, stoltè ingeniosa est. c.12 §.21. p.477

Quinque autem ex eis erant fatuæ. Idest,inanis gloriæ blandimentis titillatæ. At ambitiosa Virgo,nescias an satis Virgo sit. Nam consimilis affectus est, lasciua libi do gloriationis, & ambitiosa cupiditas fornicationis.C.12.§.25. p.481

Quinque autem ex eis erant fatuæ. Idest,ambitiosè superbæ, neque inde minus castæ. Nam sæpè ambitio(saltem extrinsecùs)elimat ingenium,& aliqualis fomes ad castitatem dicitur.C.11. §. 12. n. 53. p.380

Quinque fatuæ,acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. Lætitiæ oleo vacuę, degenerant à virtutis eminentiâ. Porrò temperata iucunditas, constantia virtutum est, & pius vigor aduersus virtutum hostes.c.16.§ 4. p.608

Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Suspensæ expectationis molestiæ exaggerantur .C.8.§.30. p.260

Dormitauerunt omnes,& dormierunt. Fatuis Virginibus altè stertentibus,prudentes Virgines,quæ dormitabant,dormiunt etiam. Nam improborum conuictus eadem vitia sæpè affricat, & allinit.c.11. §.30.& 31. p.401.& 402

Fatuæ autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro,quia lampades nostræ extinguntur. De alieno oleo lampades suas adornare exambiunt:quia humana tenuitas alios offuscare satagit, quò magis fulgeat.c.11.§.11.& c.1.§.27.& 28.p.378.& 41. & 42.

Dum autem irent emere,venit Sponsus. Iisse ad emendum oleum dicuntur,emisse non dicuntur. Sic pigrescimus ad rem virtutis! Cap.16. §.28.n.142. & 143. p.643

Amen dico vobis,nescio vos. Idest,nòn amo vos. Intellectus substituit munera voluntatis? An quia mente potiùs amandũ est, quàm voluntate, quò defæcatior & purior sit noster amor. c.10.§.14.p.363

Amen dico vobis,nescio vos. Vsque adeò temeraria est humana malitia,vt Dei perspicaciam latere præsumat.C.5.§.14. p.162

Amen dico vobis,nescio vos. Nescire reum dicitur, vt sinceriùs reatum puniat, sine acceptione personarum.c.8.§.24.n.92. p.255

Perstringuntur S. Theresiæ elogia.

S.Theresia in terrâ degens, spe cœlos inhabitabat, coloniam in cœlum mittens,cuius ius habebat in terris.c.2.§.16. p.73

S.Theresia fuit vitę exul,viua martyr,cadauer viuum, pius tyrannus. c.8. §.10. Eiusne indoles gratiam æmulatur.c.8.§.17. p.247

S.Theresiæ amor erga Deum,grata tyrannis fuit, libera seruitus,dulce martyrium, viua mors, & infernalis gehennæ felix æmulatio. Cap. 8. §. 12. p.241

S. Theresia piè ambiuit Deo lucere, non mundo; vni Christo viuere,non sibi. c.9.§.41. p.339

An tam excelsa fuerit S.Theresiæ sanctitas,vt carendi sint virtutis excessus.c.8.§.15. p.244

Homini impossibilia audacter intentat piâ temeritate.c.13.§.12. p.498

Persecutiones fuerunt ei arbitrium cælestium opum congerendarum. c.9.§.31. p.329

S.Theresiæ mortificatione decoratur Christi Passio. Theresię pulchritudinem exambit Christus.c.8. §.16. p.246

S. Theresia officiosissimæ gratiæ obtemperans, totam Dei gratiam redimit.c.16.§.5. p.609

Theresia in se ipsa, sui exul erat.c.10.§.7.num.53. p.355

Theresię conuersatio velut prophetia imitationis est, maturum Euangelium: virtutes spirat, imprimit, exprimit.c.14.§.17. & 18. p.555.& 556

Illustris Theresiæ familia,& sanctissima soboles, est vetustate nobilis,& nouitate felix. Cap.11.§.58 p.439

Discalceati suorum pedes, viriles magis sunt.c. 16, §.13.n.61. p.620

Religio

Religio, quam instituit, asylum est à vitiis, fomes virtutum, & gloriæ locus. c. 5. §. 17. p. 140. Et præ sanctitatis sublimitate ferè alterius speciei homines facit. c. 8. §. 11. p. 239

Plura huius sanctissimæ Heroinæ, & Carmelitanæ discalceatorum familię elogia, peti possunt ex c. 8. §. 11. p. 239

In festo omnium Sanctorum.

Matthæi V.

De beatorum gloriis vbertim agitur. c. 16. §. 24. & 25. p. 639. & 641

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Pauper Rex cœli est. Et inde terreni etiam Reges pauperi tributa pendunt. Cap. 12. §. 7. n. 30. p. 459

Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Omnia danda sunt, vt cœlū emas, non quia plus non valeat; sed quia plus dare non potes. c. 16. §. 26. n. 140. p. 642.

Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Quia paupertas habet intellectum remissum, animantur pauperes principandi vigore. c. 16. §. 30. num. 162. p. 648

Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Nam desunt illis diuitiæ, quæ sunt peccandi fomes, licentia delinquendi, & inferni viaticum. c. 15. §. 12. p. 576

Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. An quia Christi Dei quasi parcitas in terris, munificè negotiari videtur liberalitatem in cœlis. c. 9. §. 27. p. 322

Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Tanta paupertas dedecet Reges? At summa est paupertatis opulentia. c. 10. §. 6. p. 352

Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Regales honores donat, his qui pro Christo omittunt diuitiarum honores. c. 15. §. 14. p. 579

Beati paupres, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Opes, & cætera mundialia bona, tam longe absunt, vt homines beent sui possessione, vt eorum absentia sit deliciosa, & periculum ipsarum amittendarum, iucundum sit. Cap. 1. §. 18. 19. 20. & 21. p. 30. 32. 33. 34

Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Nam pauper animosior est ad obeunda pericula pro regno Dei. c. 11. §. 45. p. 419

Beati pauperes. &c. In vitâ religiosâ nomina ærumnarum sunt, re ęrumnarum vacua. c. 8. §. 9. p. 237 Pauperi nihil vnquam deest; diuitias dat Deus, vt rerum penuriam diuites experiantur. c. 12. §. 8. p. 459

Quoniam ipsorum est regnum cælorum. Nam qui cœlestem beatitudinem impensiùs anhelat, vale dicit terrenæ felicitati, & vltrò se destinat acerbioribus vitæ molestiis. c. 12. §. 6. p. 457

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Mansuetudini, terræ pręmium; & paupertati cœleste regnum promittitur? Tanti æstimat homo mundialia bona? c. 15. §. 10. p. 574

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Nam lachrymę etsi in terram sponte cadunt, in cœlum relabi piè ambiunt. c. 7. §. 16. p. 214. Item lachrymæ sunt auspicium vitæ, pietatis adeps, conscientiæ euaporatio, gehennę extinctio, &c. C. 7. §. 17. p. 215

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Siquidem funesta iustorum calamitas præ gloriæ felicitate, æmulatur beatas cœlitum glorias. c. 16. §. 8. p. 614 Porrò tantummodò in re virtutis vera & mera lætitia est. c. 16. §. 9. p. 615

Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam, &c. Desiderium virtutis exigitur: nam pium pij operis desiderium prematurè gaudere dicitur operis priuilegio. c. 13. §. 10. p. 496

Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam Non postulatur nisi desiderium reddendi quæ ex iustitia debentur. Sic est difficilis restitutio. c. 2. §. 18. p. 75

Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Vel desideriū virtutis beat? Sic prę̄miat Deus vel exigua hominum merita. c. 14. §. 4. p. 539

Beati pacifici. Nam sine pace non foret beatitudo: & in Deo perfectio non est quod distinctionem inducit. c. 8. §. 49. p. 281

Beati qui persecutionem patiuntur. Quia persecutio anticipata delictorum venia dicitur, & arbitrium opulentiùs beandi. C. 16. §. 32. p. 51

Beati eritis cùm maledixerint vobis homines. Ecclesiæ pręsules maledictionibus exponit. Nam præfectorum odium sæpè præfecturæ laus est. c. 7. §. 10. p. 207

Beati, &c. Tot virtutum merita recenset Christus, vt cumulatiùs beatitudine feliciter: nam merita beatitudinem adornant. c. 15. §. 25. p. 596

Beati, &c. Tot virtutum difficultates exaggerat. Nā ærumnosus merendi labor lenocinatur felicitati. c. 16. §. 10. p. 916

INDEX

Digitized by Google

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ

Ex vtroque Teſtamento.

Prior nota Caput , poſterior numerum capitis indicat : T. Tractatum appendicem , p. paginam.

Ex Geneſi.

Cap. 1. *v.* 1. IN principio creauit Deus cælum & terram. c. 7.num.83. p.220

2.Terra autem erat inanis & vacua. c.1.num.13. p. 11

2.Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. C.9.n.116. C.13.n.93. p.312.& 509

2. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. C. 1. n.69.c.13.n.28. p.21.& 492

3.Dixitque Deus:fiat lux.C.16.n.51.

4. Et vidit Deus lucem , quòd eſſet bona. C.6. numero 70. C.14.n.5. & 81. Cap.15. numero 16. & num. 115. p. 186. 535. & 556.

5.Factum eſt veſpere , & mane. C.9.num.116. C.14.n.6. p.312.& 535.

6. Dixit quoque Deus : Fiat firmamentum in medio aquarum , & diuidat aquas ab aquis.C.1.n.132. p.39.

6.Fiat firmamentum in medio aquarum. C.15 n.14. p.568

14.Dixit autem : Fiant luminaria in firmamento cœli,&c.C.9.n.71. p.300

16.Fecitque Deus duo luminaria magna.Cap.1. n.83. p.24.

16. Luminare maius , vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti. & ſtellas. c.2.n.46. C.7.n.28.& 32.& C.9.n.211 p.70 & 205.206.338.

16.Vt præeſſet diei.C.15.n.21. p.570

26. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram C.1.n. 181 & Cap. 11.C.13.n.275.n.165.p.81.84.& 191. 381

26.Vt præſit piſcibus maris,& volatilibus cœli, &c. C.2.n. 6.n.88. C.6.n.91. & C.7. n.27. p.205 527.532.

28. Dominamini piſcibus maris , & volatilibus cœli.C.13.n.12. p.487.

2. Dixitque Deus ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram , & ſementem generis ſui,vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animantibus terræ,omnique volucri cœli,& vniuerſis quæ mouentur in terra.c.6.n.91 p.192

2. 1. Igitur perfecti ſunt cœli , & terra , & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum , quod fecerat,& requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat.C.1.n.80 p.24

2. 1. Igitur perfecti ſunt cœli,& terra. c. 1.n.90.& c.16.n.30 p.26

2.Requieuit die ſeptimo ab omni opere quod patrarat. C. 4. n. 5. c.7.n. 82. C.12.n.54 p.96.29.& 466

15. Tulit ergo Dominus Deus hominem & poſuit eum in paradiſo voluptatis , vt operaretur, & cuſtodiret illum. c 8 n.32.C.12 n.15.& 53 p.237.455.& 466

17. In quocumque die comederis ex eo , morte morieris.c.1. n. 116. C.5.n.46.c.16. n.59 p.33. & 135

2.19.Formatis igitur Dominus Deus,de humo cunctis animantibus terræ , & vniuerſis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam , vt videret quid vocaret ea : omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis , ipſum eſt nomen eius.c.1.n.34 p.14

21. Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam. Cùmque obdormiſſet , tulit vnam de coſtis eius, &c.C.4.n.56.T.n.43.p.106. 110

13.Hoc nunc os.c.10.n.51 p.354

24. Et erunt duo in carne vna. Capit. 11. n. 39 p.354

31. Cur præcepit vobis Deus , &c. cap. 11. n. 39. p.376

3. Præcepit nobis Deus ne comederemus , & ne tangeremus illud. Capite 11. numero 99 p.392

12. Mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno, & comedi.c.6.n.4 p.168

13. Quare hoc feci.c.2.n. 58 p.67

4.Nequaquam morte moriemini.c.13.n.153

5. Eritis ſicut Dij , ſcientes bonum , & malum. c.1.n.5.& 119. c.3.n. 15. & n. 47. C. 4. n.141. & c.9.n. 213. p.18.84.93.& 339

6. Et vidit mulier , quod bonum eſſet lignum ad veſcendum.c.15.n.32 p.572

8. Cùm audiſſet vocem Domini Dei ambulantis in paradiſo.T.n.130

9.Adam vbi es.C.3.n.9.C.6.n.53 p.82

14. Super pectus tuum gradieris , & terram comedes. C. 1.n.114. & 136. C. 8. n. 173. C.14 num.86 p.280

15. Inimicitias ponam inter te , & mulierem C. 13.n.84. C.14.n.75 p.506.& 554

Digitized by Google

3.14. Et ait Dominus Deus ad serpentem. Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, super pectus tuum gradieris, & terram comedes. C.15.n.31 p.571
15. Inimicitias ponam inter te, & mulierem. C.13.n.84. C.14.n.75 p.506.& 554
3.15. Et ait Dominus ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus eris, &c. inimicitias ponam inter te, & mulierem. Et tu insidiaberis calcaneo eius. cap. 13. numero 60. p.500
16. Mulieri quoque dixit; multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, sub viri potestate eris. Cap.4.num.51. Cap.13.num.16. p.108
19. 1. In sudore vultus tui vesceris pane. Cap. 12 num.61. p.468
3.19. Adam vbi es. C.6.n.53 p.181
3.22. Fecit Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. c.9. n.29 p.290
22. Ne forte mittat manum suam, & sumat etiam, &c. c.16. n.183.
3.23. Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. c.8. n.33. p.237
3.24. Eiecitque Adam; & collocauit ante paradisum Cherubin & flammeum gladium ad custodiendam viam ligni vitæ. c.9.n.67. p.300
24. Et collocauit ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium. c. 11. n. 57.& c.13 n.63 p.581
4.3. Offerebat Caïn de fructibus terræ munera Domino: Abel quoque obtulit, &c. & respexit Dominus ab Abel & ad munera eius, ad Caïn verò & ad munera eius non respexit. c.5. n.140. p.160
4.5. Quare tristis es. c.16.n.13. p.607
4.7. Nonne si bene egeris, recipies; sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit. c.11 n.89 p.390
4.9. Vbi est Abel frater tuus: Qui respondit, nescio. Nunquid custos fratris mei sum ego. c.6. num.5. p.368
14. Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tuâ abscondar. C.15.n.37 p.575
14. Omnis qui inuenerit me, occidet me, &c. c.5.n.47. p.16
15. Nequaquam ita fiet; sed omnis qui occiderit Cain septuplum punietur. cap.7.num.54 p.211
23. Occidi virum in vulnus meum. c.7. n.93. c.15.n.18. p.221.499
4.25. Fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere suo, & vidit Deus quod esset bonum. C. 15.n.86 p.587
5. 1. Hic est liber generationis Adam, &c. Et vocauit nomen eorum Adam. cap.4. n. 47. & 49. p.107
2. Ad similitudinem Dei fecit illum: masculum & feminam creauit eos. C.4.n.137
6. 1. Videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores, &c. c.7.n.80. c.14.n.84. p.557
3. Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro est. cap. 9. num. 62. Cap.12. n.97 p.478
6. 5. Videns autem quòd multa malitia hominum esset in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quòd hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecùs delebo, inquit, hominem, &c. c.9.n.62. p.298
6. Pœnituit eum quod homines fecisset in terra. c.5.n.13. p.127
9. Hæ sunt generationes Noë: Noë vir iustus, &c. C.8.n.21. p.233
7.16. Et inclusit eum Dominus de foris. c.12.n.56. p.467
7.17. Multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt aquam in sublime. C.14.n.27. p.541
8. 21. Quia sensus, & cogitatio humani cordis, &c. C.9.n.61. C.16.n.121. p.198
9.13. Arcum meum ponam in nubibus cæli, & erit signum fœderis. c.12.n.67. p.470
10. 10. Fuit autem principium regni eius Babylon. C.1.n.28. p.13
12. 1. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, &c. c.5.n.45. c.12.n.6. p.135.451
13.4. Date mihi ius sepulchri, vt sepeliam mortuum meum. C.8.n.164. p.278
14.13. Quod à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas ego ditaui Abraham. c.5.n.141. p.160
15. 1. Factus est sermo Domini ad Abram, dicens: ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Dixitque Abram: Domine Deus quid dabis mihi. Ego vadam absque liberis. C.4.n.18. p.99
15. 1. Noli timere Abram: ego protector tuus sum. cap.11. n. 119. cap. 13. num. 75. p.410. 504
15. 13. Scio prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terrâ non suâ, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. C.5.n.16. p.130
16.13. Tu Deus qui vidisti me, &c. cap.9. num.207. p.337
17. 12. Tam vernaculus, quàm empititius circuncidetur. C.1.n.198. p.55
18.21. Descendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non ita: vt sciam. c.5. n.144. p.161
19. 19. Quæso Domine mi, nec possum in monte saluari, ne apprehendat me malum, & moriar. C.1.n.141. p.41
24. Dominus pluit super Sodomam sulphur, & ignem à Domino de cælo. C. 12.n.68. & C.13.n.132. p.470.519
26. Respiciens vxor Lot post se, versa est in statuam salis. c.13. n.131. p.519
31. Pater noster senex est, &c. Cap.12.num.91. & 92 p.476
21. 1. Exaudiuit Dominus vocem pueri. c.9.n.109. p.318
22.2. Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac. C.10.n.52. c. 12. n. 60. c.13.n.41. c.14.n.96. p.355.468.495.& 560
4. Die tertio eleuatis oculis vidit locum procul. c.16.n.112. p.637
9. Cúmque ligasset Isaac filium suum. c.6.n.41. p.177
16. Quia fecisti rem hanc. c.13. n.58. p.497
23.6. Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos. c.15. n. 61. p.580

24.50.A

Digitized by Google

24.50. A Domino egressus est sermo, &c. cap. 11. n.173. & 204. p.407.& 417
65. Tollens citò pallium operuit se. C.9. n.171. p.327
27. 35. Venit germanus tuus fraudulenter. cap.12. num.1. p.479
37. Frumento, & vino stabiliui eum, & tibi fili mi vltrà quid faciam? c.5.n.91. p.148
46. Cur vtroque orbabor filio in vno die? c. 11. num. 85. p.388
28.17. Pauénsque, Quàm terribilis est, inquit locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli.c.12.n.22.& 23. p.457
28. 4. Ioseph inuenit gratiam coram Domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa, quæ ei tradita fuerant, & multiplicauit tam in ædibus, quam in agris cunctam eius substantiam. Nec quicquam aliud nouerat, &c. c.8. n.14. p.234
29. 11. Osculatus est eam, & eleuatâ voce fleuit. c.12. n.24. p.45
31.33. Scrutatus est omnem supellectilem meam. c.13. n.19. p.458
42. Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac adfuisset mihi.c.2.n.77. p.78
32.10. In baculo meo transiui Iordanem. c.10. n.50. p.354.
23. Transiuit Iacob vadum, mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo. c. 14.n.89.& 92. p.656.559
32. 24. Et ecce vir luctabatur cum eo vsque mane, qui cùm videret, quod eum superare non posset, tetigit, &c. Dixitque ad eum: dimitte me, &c. Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis? c.4.n.98 p.120
32. 26. Dimitte me, iam enim ascendit aurora. c.14. n.91. p.559
34. 25. Gladiis ingressi sunt vrbem. cap. 9. num.66. p.299
37. 3. Israël autem diligebat Ioseph super omnes filios suos; eò quòd in senectute genuisset eum. c.15.n.8 p.569
39.7. Dormi mecum. c.12.n.76. p.472
39. 15. Quomodo possum hoc malum facere? c. 9. n. 170. c. 12.num.76.cap.13. num. 124. p.326.517
29. Tradit Ioseph in carcerem, vbi vincti Regis custodiebantur, & erat ibi clausus. c.6.n.35. p.176
40. 5. Quia furto sublatus sum de terra Hæbræorum.c.1.n.174 p.51
16. Tunc videns pistorum magister, quod prudenter somnium dissoluisset. c. 11.n. 189 p.412
45. 10. Non dimittatis quicquam de supellectili vestra. c.12.n.20. p.456
26. Et nunciauerunt ei dicentes: Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in tota terra Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, &c. cap. 8. num.147 p.272
47. 10. Benedicto Rege egressus est foràs. cap. 13. num.11. p.486
34. Cumque vocauerit vos Pharao, &c. detestantur enim Ægyptij pastores ouium. cap.14. num.73. p.553
49. 14. Issachar asinus fortis accubans inter terminos.c.13.n.281. p.441
De Celada in Iudith.
50. 17. Nos quoque oramus, vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. cap.8.num.80 p.304

Ex libro Exodi.

Cap.2.v.3. Abscondit tribus mensibus. c.13. n.18. p.488
12. Percussum Ægyptium abscondit in sabulo. c.15.n.6. p.566
3. 2. Moyses pascebat oues, &c. Et videbat, quod rubus arderet, & non combureretur. c. 3. n.40.c.11.n.174. p.91.& 407
4. 12. Obsecro Domine, Mitte. &c. c.13.num.146 c.15.n.75 p.524.583
4. 15. Dixit Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me. c.9.n.8. p.285
5. 1. & 2. Hæc dicit Dominus Deus Israël, dimitte populum meum. cap. 9. numero 122. p.314
6. 23. Ego Dominus qui apparui Abraham, &c. c.16.n.119. p.636
7. 1. Constitui te Deum Pharaonis. c.2.n.16. c.7. num.96. p.60.& 223
8. 6. Et extendit Aaron manus suas super aquas. c.9.n.176 p.328
12. Egressi sunt Moyses, & Aaron. c.11.n.147. p.400
17. Dixit Dominus ad Moysem. Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ & fiant cyniphes, &c. cap. 5. numero. 75 p.139
18. Feceruntque similiter malefici in incantationibus suis vt ederent cyniphes, & non potuerunt.c.14. n.115. p.564
9. 8. Abominationes Ægyptiorum immolabimus. c.9.n.174 p.328
11. 5. A primogenito Pharaonis.c.6.n.73. p.186
12. 40. Habitatio autem filiorum Israël, quâ manserunt in Ægypto fuit quadringentorum triginta annorum, quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti. c.5.n.26. p. 130
13. 21. Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis. & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtroque tempore. c. 1. n.63. p.20
13. 21. Dominus autem pręcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis c.1.n.63 p.20
14. 15. Quid clamas ad me. cap. 9. numero 182. p.330
14. 19. Tollens se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israël abiit post eos & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum stetit inter castra Ægyptiorum, & castra Israël, & erat nubes tenebrosa & illuminans noctem; itaut ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. c. 9.n.207. p.310
14. 22. Et ingressi sunt filij Israël per medium sicci maris, erat enim aqua quasi murus à dextra eorum, & læuâ.c.5.n.61. p.140
15. Annonam de cælo consecuti sunt.cap.5.n.51 p.137
18. 21. Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, qui oderint auaritiam, & constitues eos tribunos. cap. 2. n. 46. p.69

20.18. Cunctus autem populus videbat voces. c.11. n.246. c.14. n.52. p.320. & 548
23. 21. Obserua eum, & audi vocem eius quia non dimittet cùm peccaueris, & est nomen meum in illo. c.13. n.111. p.513
25.23. Facies & mensam de lignis Setim, & inaurabis eam auro purissimo, faciésque illi labiũ aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interrasilem: & super illam, alteram coronam aureolam. C.5. n.73 p.143
23. Non facies Deos argenteos. c.15. n.62. p.580
28. 23. Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum quasi mala punica facies. c.5. num.23. p.129
32. 10. Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos. c.4. n.97 p.119
27. Ponat vir gladium super femur suum: & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. C.2. n.7. C.13. num.8c. p.58. 505
32. 2. Dixitque ad eos Aaron. Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque, & filiarum vestrarum auribus. c.10. n.12. p.344
32. 20. Arripiens vitulum, quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad tenuitatem. c.9. n.110 p.314
33.6. Iam nunc depone ornatum tuum. c.16. n.30. p.611
13. Ostende mihi faciem tuam. c. 13. num. 115. p.514

Ex Leuitico.

7. 26. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo tam de auibus, quàm de pecoribus. Omnis anima quæ ederit sanguinem peribit de populis suis. c.11. n.95. p.391
10. 1. Arreptísque Nadab, & Abiu filiis Aaron, thuribulis posuerunt ignem & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egressúsque ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui sunt. c.11. n.88 p.389
14. 36. Præcipiet Sacerdos vt efferantur vniuersa è domo vt videat, &c. & non erunt immunda quæcumque in domo sunt. Cap. 15. n.96 p.590

Ex Numeris.

Cap. 11. v. 1. Interea ortum est murmur populi. C.8. num. 137 p.268
11. 4. Quis dabit nobis ad vescendum carnes. c.2. n.29. p.64
11. 10. Et Moysi intoleranda res visa est, & ait ad Dominum cur afflixisti seruum tuum, & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini. C.2. n.29. p.64
11. 11. Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum. cap. 1. n.60. p.20
11. 14. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi: sin aliter tibi videtur, obsecro, vt interficias me. c.1. n.130. p.38
17. Auferam de Spiritu tuo & tradam eis. cap. 3. num. 45. cap. 8. num. 157. p.93. & 176
18. Ego audiui vos dicere; Bene nobis erat in Ægypto. c.5. n.53. p.138
12. 10. Maria apparuit cadens leprâ. C.9. n.76. p.302
14. Exclusa est Maria extra castra septem diebus. T. n.142 p.703
13. 18. Ego audiui vos dicere. Bene nobis erat in Ægypto. c.1. n.113. p.32
13. 34. Quasi locustæ præ illis. C.2. n.49. p.70
20. 2. Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israël, &c. C.11. nu.134. p.396
21. 6. Quam ob rem misit Dominus in populum ignitos serpentes. C.8. n.136. p.268
21. 13. Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? Flent contra me dicentes: Da nobis carnes, vt comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum: quia grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis ne tantis afficiar malis. c.6. num. 90 p.192

Ex Deuteronomio.

10. 12. Et nunc Israël quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum. C.2. n.77 p.78
23. 3. Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum. c.14. n.3. p.534
23. 18. Non offeres mercedem prostibuli in domo Domini Dei tui. c.12. n.107. p.481
32. 34. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in Thesauris meis. cap. 7. num. 77. p.218
33. 29. Beatus es tu Israël, &c. Negabunt te inimici tui. C.5. n.6. c.14. n.74 p.125. & 554
32. 33. De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vna eorum vna fellis, & botri amarissimi. cap.1. num.105 p.30

Ex Iosue.

Cap. 8. v. 18. Leua Clypeum, qui in manu tuâ est contra vrbem Haï. C.10. n.56. p.356
8. 29. Regem Haï suspendit in patibulo. c.5. n.108. p.151
10. 12. Sol contra Gabaon ne mouearis. c.4. n.80. c.6. n.88. c.13. n.76. p.191. & 504
14. Obediente Domino voci hominis. c. 4. n.96 p.119
14. 15. Nomen Hebron, &c. Adam maximus ibi inter Enacim situs est. C.5. n.152. p.163
23. 18. Non offeres mercedem prostibuli. C. 12 n.107 p.481
24. 2. Hæc dicit Dominus Deus Israël Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio. Thare pater Abraham, & Nachor, seruieruntque diis alienis. C.5. n.25 p.130

Ex libro Iudicum.

Cap. 2. v. 9. Sepelierunt Iosue in finibus possessionis suæ. C.16. n.211 p.662

4.4. Erat

Digitized by Google

2. 14. Et vendidit eos in manu inimicorum suorum in circuitu.C.8.n.22. p.204
4. 4.Erat Debbora prophetis vxor Lapidoth,&c. quæ misit,& vocauit Barac:&c.C.2.n.34 p.66
5. 20. Stellæ manentes in ordine & cursu suo, &c. C.15.n.79.C.16.n.180. p.585
6. 5. Instar locustarum vniuersa complebant; innumera multitudo hominum, & camelorum; quicquid tetigerunt deuastantes. C.2.n.49. p.70
9. 8. Ierant ligna, vt vngerent super se Regem, &c.C.6.n.87 p.191
14. Dixerunt omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera super nos, &c. Cap. 13.num.104 p.592
11. 30. Si tradideris filios Ammon in manus meas, &c.C.16.n.284 p.654

Ex libro 1. Regum.

Cap. 1. *v.* 1.Fuit vir vnus de Ramathaim.C.1.n.183 p.54
2. 31. Præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua. Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israël, &c.vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua.C.13 n.164 p.529
3. 2. Factum est in die quadam, &c. Et currit ad Heli,& dixit: Ecce ego:vocasti enim me. C.8.n.159 p.276
5. 4. Inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram Arca Domini: caput autem Dagon & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen: porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo. C.1.n.91. p.26
9. 15. Prouidi in filiis Isaï mihi Regem. C. 2.n.45 p.69
15. 3. Vade,& percute Amalec,&c. Non parcas ei, C.13.n.37. p.494.
30. Honora me coram senioribus. C.11.n.80. p.387
32. Et oblatus est ei Agag pinguissimus & tremens.Et dixit Agag:Siccine separat amara mors? C.1.n.134. p.39
16. 6. Et vidit Eliab, & dixit, &c.Homo enim videt ea,quæ patent, Dominus autem intuetur cor. Cap.2.n.9.c.9.n.22.c. 15.n. 77. p.280.584
23.Tollebat Dauid citharam, & percutiebat,&c. c.15.n.11
17. 44. Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli,& bestiis terræ. C.14.n.42. p.545
17. Tu venis ad me cum gladio & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini.c.9.n.106. p.316
54. Assumens Dauid caput Philisthæi, attulit in Ierusalem:arma verò eius posuit in tabernaculo.c.14.n.90. p.558
19.10. Nisúsque est Saul configere Dauid lanceâ in pariete.C.3.n.38.c.9.n.91.p. 91.& 306
21. 13. Defluebant saliuæ eius in barbam. Cap. 1. n.188. p.55
24. 5. Et dixerunt serui Dauid ad eum: Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. C.1.n.180. p.53
25. 28. Quia prælia Domini, Domine mi tu prælia-ris. C.2.n.6. p.58
33. Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me. c.2.num.6. p.58

Ex lib.2. Regum.

*Cap.*1.*v.*20. Ne ista euangelizetis in plateis Ascalon, C.8.n.139. p.269
6. 16. Michol filiæ Saül non est natus filius vsque in diem mortis suæ. Cap.10.num.40. p.462
8. 1.Et tulit Dauid frenum tributi, c.3.n.18.p.85
18.Filij autem Dauid Sacerdotes erant. cap.15. n.101. p.591
12. 4. Parcens sumere de ouibus, &c. tulit ouem viri pauperis. C. 6.n.85. p.190
13. Peccaui: Dominus quoque transtulit peccatum tuum. C.13.n.37. p.494
31.Populum eius adducens, seruauit, & circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitque cultris,&c.C.10.n.83. p.363
13. 1. Factum est vt sororem speciosissimam vocabulo Thamar, adamaret Amnon. C. 1. n.112. p.32
12. Noli facere stultitiam hanc. C. 12. num.96. p.477
18. 5. Seruate mihi puerum Absalom. C.1.n. 177. p.52
21. Si solus est, bonus est nuncius in ore eius. C.13.n.102 p.511
19. 35. Quare seruus tuus erit oneri Domino meo? c.9.n.83. p.304
24. 9. Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi, Regi; & inuenta sunt in Israël octingenta millia virorum fortium, &c. C.2.n.31. p.65

Ex lib.3. Regum.

Cap. 2. *v.* 7. Sed & filiis Berzelaï reddes gratiam: eruntque comedentes in mensa tua. C.5. n.84 p.146.& 160
3. 5. Postula quod vis, vt dem tibi. C.9.n.132. p.316
9. Dabis seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit. C.1.n.68. p.21
13. Sed & hæc quæ non postulasti. C. 9.n.104. p.337
12. 16. Vade in tabernacula tua Israël, nunc vide domum tuam Dauid. c.13.n.144. p.523
13. 27. Clamate voce maiori,&c.C. 9.n.8. p.285
17. 1. Dixit Elias ad Achab: Viuit Dominus si erit annis his, ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. c.4.n.42. p.105
1. Viuit Dominus, si erit annis his ros, &c.C.4. num.42. p.105
9. Surge & vade in Sarephta Sidoniorum; præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te. Cap.8.num.60. Cap.13.num. 39.p.245. & 494
17. 18. Ingressus es ad me, vt memorarentur iniquitates meæ,& interficeres filium meum. C.1.n.141. p.42
19.4. Petiuit animæ suæ,vt moreretur. c.10.n.14. p.347
9. Quid tu agis Elia? Cap. 3. numero 2. p.124

19. 10. Zelo zelatus sum pro Domino. cap. 9.n. 81. p.304
22.21. Vidi Dominum sedentem super solium suum, &c.c.5.n.147. p.162

Ex lib. 4. Regum.

Cap.1.v.9. Postula quod vis, vt faciam tibi,&c.Obsecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus. c.3.n.46.c.16.n.216. p.93
12. Pater mi, Pater mi, currus Israël & auriga eius.c.1.n.62. p.20
3. 15. Adducite mihi psaltem. C.16.n.9. p.605
4. 3. Pete vasa vacua non pauca.c.6.n.63
10.9. Vis, vt ascendat vmbra; C.9.n.114. & c.11. n.47. p.312.& 378
23. 7. Destruxit quoque ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. C.6.n.105. p.195

Ex 1. Paralipomenon.

1. Paral. 12. 32.De filiis quoque Issachar viri eruditi.c.11.n.271. p.441
21. De Iuda autem quadraginta millia. c.2.n.31 p.65

Ex 2. Paralipomenon.

2, Paral. 9.21. Naues Regis ibant Tharsis cum seruis Hiram semel in annis tribus, & deferebant inde aurum, & argentum,& ebur, & simias & pauos.c.2.n.56. p.72
14. 11. Sed non est apud te vlla distantia, vtrùm in paucis auxiliteris, an in multis. cap.9. n.165. p.325
21.1. Congregati sunt filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis ad Iosaphat. c.5.n.4. p.125
33. 14. Posthæc ædificauit murum extra ciuitatem Dauid, ad Occidentem Gihon in conualle ab introitu portæ piscium per circuitum vsque ad Ophel, & exaltauit illum vehementer, constituitque Principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis.c.1.n.123. p.36

Ex 1. Esdræ.

1, Esdræ 1.4. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicumque habitant, adiuuent eum argento, & auro, & substantia, & pecoribus, &c. c.15.n.60. p.579

Ex 2. Esdræ.

2.Esdr. c.12. v.10. Iosue genuit Ioachim, & Ioachim genuit Eliasib.c.1.n.123. p.36

Ex libro Tobiæ.

Tob. 5. 8. Noui viam in regionem Medorum, & mansi apud Gabellum fratrem nostrum qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis. Cap.1.n.127. p.37

Ex libro Esther.

Esther 4.17.Tradit se morti & periculo.C.19.n.145. p.523
6. 13. Responderunt sapientes, quos habebat in consilio, & vxor eius? Si de semine Iudæorum est Mardochæus ante quem cadere cœpisti,non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius. Adhuc illis loquentibus venerunt Eunuchi regis, &c. c.15.n.64. p.580

Ex libro Iob.

Cap.1. v. 1. Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex. c.1.n.184. p.54
5. Cúmque in orbem transiissent dies conuiuij, &c. ne fortè peccauerint filij, & benedixerint Deo in cordibus suis. c.9.n.13. & 14. c.13.n.10.& 11. c.14.1.64. p.287. 486.& 551
6. Quadam autem die cùm venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino, adfuit inter eos etiam Sathan.c.12.n.103.c.13.n.117. p.480.& 515
7. Tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. C.14.n.64. p.551
10. Nonne tu vallasti eum, & domum eius, &c. Sed extende paululùm manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. C. 3.n.37.Cap.14.n.64. p.90
21.Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. c.16.n.193.& 194. p.656.& 657
2. 12. Sparserunt puluerem super caput suum in cælum. C.9.n.6. p.284
2. 12. Et non cognouerunt eum. C.1.n.71. p. 22
3. 1. Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo & locutus est: Pereat dies in qua natus sum.C.11.n.74. p.385
3. 17. Ibi requieuerunt fessi robore. Cap.13.n.74. p.504
4. 8. Quin potiùs vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos.C.11.n.82. p.387
5.6. Nihil in terra sine causa fit:& de humo non egreditur dolor. C.11.n.82. p.387
7. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.C.16.n.58. p 620
6.4. Quoniam sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit Spiritum meum. C.7.n.145. p.271
9. Et qui cœpit ipse me conterat: hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat.C.8.n.116. p.261
7.13. Si dixero: consolabitur me lectus meus, terrebis me per somnia. Quamobrem suspendium elegit anima mea. c.7. n.103. C. 8. n.149 C.14. num.108. pag.225.273. & 563
17. Quid est homo quia magnificas eum? C. 14. n.91. p.559
20. Peccaui quid faciam tibi. Cap.9. num. 60. p.298
8. 4. Etiam filij tui peccauerunt, & dimisit eos, in manu iniquitatis suæ. Cap. 11. n. 68. p.384
9.4. Sapiens corde est,& fortis robore.Quis resti-

tit

tit ei & pacem habuit. c.15.n.7. p.566
7. Qui stellas claudit quasi sub signaculo. c.12. num.17. p.455
20. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me.c.2.n.13. p.60
34. Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat; loquar, & non timebo eum. c.15.n.4. p.566
10.3. Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris me? c.7.n.25. p.204
24. Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi. c. 15.n.33.c.16.n.172. p.573.& 651
17. Instauras testes tuos contra me. c. 11. n. 84. p.388
11.11. Ipsese Deus nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne considerat? c.3. num.7. p.97
20. Oculi impiorum deficient: effugium peribit ab eis.c.3.n.30. p.195
12.18. Qui adducunt Consiliatios in stultum finem, & Iudices in stuporem c.11.n.186. p.412
13.4. Prius vos ostendam fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. c. 1. n.44.c.9.n.195. p.36. & 334
13.9. Nunquid Deus indiget vestro mendacio, &c. aut decipietur vt homo vestris fraudulentiis? c.8.n.142. p.270
12. Memoria vestra comparabitur cineri. c.3. n.34. p.291
17. Audite sermonem meum, & ænigmata percipite auribus vestris. c. 13.c. 108. c. 16. n.53. p.513
19. Quare tacens consumor: Cap. 2. num. 12. p.59
28. Quasi putredo consumendus sum. c. 8. num. 146. p.271
14.12. Donec auferatur cælum. c.10.n.78. p.362
14. Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. c. 6. n. 101 p.194
17. Signasti quasi in sacculo delicta mea. c. 7. n.77. p.218
19. Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & hominem ergo similiter perdes.C.5.n.56. p.138
15. 5. Docuit iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium. C. 1. n. 185. p.53
16. 2. Consolatores onerosi omnes vos estis. c. 6. n.74. p.187
16. 21. Ad Deum stillat oculus meus. c. 7. n. 63. p.214
21. Caue ne declines ad iniquitatem; hanc enim cœpisti sequi post miseriam. Cap.7.n.23. p.204
17.3. Libera me, & pone me iuxta te. c. 10. n. 46. p.353
18.13. Deuoret pulchritudinem cutis eius, consumat brachia illius primogenita mors. c. 11.n.84. p.388
14. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius; & calcet super eum quasi Rex, interitus. C. 6.n.15. p.171
19. 5. Et arguitis me opprobriis meis. C. 7. n. 23 p.204
22. Quare persequimini me, sicut Deus.C. 5. n. 143.C.13.n.99. p.161.& 510
26. Omnes tenebræ absconditæ sunt in oculis eius.C.1.n.182. p.54
20. 10. Et manus illius reddent ei dolorem suum. C.8.n.148. p.272
11. Ossa eius replebuntur vitiis adolescentiæ suæ.C.14.n.59. p.550
15. Diuitias, quas deuorauerat, euomet, &c. C.15 num.55. p.578
23. Et pluat super illum bellum suum. C. 13. n. 58. p.500
26. Omnes tenebræ absconditæ sunt in oculis eius.C.1.n.182. p.54.
26. Affligetur relictus in tabernaculo suo. Cap. 1.num.129. p.38
27. Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. C. 1. num. 129 p.38
Relictus affligetur in tabernaculo suo. ibid.
21.13. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.C.11.n.91. p.390
15. Quis est omnipotens, vt seruiamus ei? & quid nobis prodest, si orauerimus illum. Cap. 4.num.40 p.25
16. Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me.C.1.n.98. p.28
16. Quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium eorum longè fac à me. C.1. n. 98 p.28
33. Dulcis fuit glareis Cocyti.C. 8. n.133. p.267
22.6. Nudos spoliasti vestibus.C.3.n.9. p.82
10. Addidit Dominus, quę fuerant Iob duplicia. C.16.n.38 p.614
23.13. Ipse solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius: & anima eius quodcunque voluerit, hoc facit.C.4.n. 40. p.105
24.18. Leuis est super faciem aquæ.C. 2.n. 71.p. 76
19. Vsque ad inferos peccatum illius. C.11.n.89 p.390
25. 2. Potestas, & terror apud eum est; qui facit concordiam sublimibus. C. 8. n. 179. p.281
5. Ecce Luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. C.1.n.142 143.C.8.n.82. p.42.& 152.
26. 11. Columnæ cæli contremiscunt. cap.8.n.50. p.455.
12. Prudentia eius percussit superbum.c.1. n.131. p.38.
27. 5. Donec deficiam, non credam ab innocentia mea.C.8.n.73. p.249
7. Sit vt impius inimicus meus. Cap. 8. num. 72 p.249.
9. Numquid Deus audiet clamorem eius? aut poterit in omnipotente delectari. C. 16. n.56. p.619
28. 7. Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis. C.14.n.53. p.548.
17. Non æquabitur ei aurum, vel vitrum. Cap.1. n.117. p.34
18. Trahitur enim sapientia de occultis. C. 11. num.282. p.441.
29.2. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, in quibus Deus custodiebat me? C.16.n.270. p.651
31.1. Nunc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.C.6.n.29. p.174
3. Inopia & fame sterilis.C.8.n,68. p.248
8. Frater fui draconum, & socius struthionum. C.1.n.186. p.55
11. Pharetram suam aperuit, & afflixit me, & frænum

num posuit in os meum. c.6. n.29. p.174
19. Comparatus sum luto,& similis factus sum fauillæ & cineri. C.9.n.31. p.191
33. 23. Si fuerit pro eo Angelus loquens. C.13. n.120. p.516
29. Frater fui draconum, & socius struthionum. C.1.n.186. p.55
33. 33. Si abscondi quasi homo peccatum meum. C.6.n.7. p.168.
34.10. Absit à Deo impietas,& ab omnipotente iniquitas. C.8.n.70. p.248
34.11. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum reddet eis. C.11.n.90.p.390
36. 17. Requies mensæ tuæ erit plena pinguedine. C.6.n.87. p.191
38. 10. Circumdedi mare terminis meis, &c. cap.6. n.65.cap.11.n.106.130.cap.13.num.13. p.184. 395. & 487
39. 13. Penna struthionis similis est pennæ Herodij. C.11.n.227. p.423
40. 10. Ecce Behemoth, quem feci tecum: ipse est principium viarum Dei. c.1.n. 70. p.21.
40.11. Virtus illius in vmbilico ventris eius. Cap.9. n.47. p.295
17. Protegunt vmbræ vmbram eius. Cap. 6. n.9. p.168
41. 16. Cùm sublatus fuerit, timebunt Angeli, &c. C.7.n.88. p.221
41. 21. Sub ipso erunt radij solis,& sternet sibi aurum quasi lutum. C.7.n.7. p.199
42. 8. Iob autem seruus meus orabit pro vobis: & faciem eius suscipiam. C.13.n.59.p.500
11. Venerunt ad eum omnes fratres;&c. Et consolati sunt eum. Cap.6.num.78. cap.160. p.188.
42. 16. Vixit autem Iob post hæc centum quadraginta annis, & vidit filios suos,& filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem. c.12.n. 87. p.475

Ex Psalmis.

Psal.1.v.1. Beatus vir, &c. Et in cathedra pestilentiæ non sedit. C.8.n.9.& 12. p.229.
2.8. Postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam. C.6.n.63.C.9.n.190.& 198.p.184. 343.& 335
3.3. Multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in Deo eius. C.7.n.92. p.222
4.5. Irascimini,& nolite peccare. c.5.n.10. p. 126
7. Signatum est super nos lumen vultus tui. c. 9. n.34. c.14.n.13. p.291.& 537
4.10. Singulariter in spe constituisti me. c.1.n.111. p.32
5.2. Verba mea auribus percipe Domine; intellige clamorem meum. c.4.n.34. p.103
5.7. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. c.9.n.136. p.318
11. Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos. c.15.n.68. p.581
15. Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. cap. 10. num. 56. cap. 11. num. 214. p. 356. & 419.
7.6. Gloriam meam in puluerem deducat. C.9.n.31. p.291.
7.15. Ecce parturiit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas descendet. c. 11. n.70. p.384
16. Lacũ aperuit & effodit eum. c.11.n.89.90.p.39
8. 3. Ex ore infantium,& lactentium perfecisti laudem. c.4.n.36.37. c.11.n.205. c.13. n.176. p.104.417.532
8.3. Vt destruas inimicum & vltorem. c.1. n. 150. p.44
9.4. Secundum multitudinem iræ suæ non quæret. c.2.n.88. p.67
17. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. c. 9.n. 208. p.338
9.21. Constitue Domine legislatorem. c.4.num.12 p.98
9.26. Inquinatæ sunt viæ illius. c.8.n.50. p.243
10.5. Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum. c.2.n.40 p.67.
7. Pluit super peccatores laqueos,&c. C.5.n.105. p.151.
10.11. Nec auertit faciem suam, ne videat in finem. C.7.n.98. p.224
21. vt rapiant,& quærant à Deo escam sibi. C.15 n.54. p.578.
11.3.4. Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt: Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa C.9.n.136. p.318
11. 7. Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum probatum terræ, purgatum septuplum. C.11. n.287. *latè per plures.* p.442
10. Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. C.5.n.69. p. 142
13. 2. Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Corrupti sunt,& abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. C.11. num.151. p.401
13.4. Qui deuorat plebem meam, sicut escam panis. C.6.n.84.C.8.n.126. p.190
13. 5. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. C.14.n.105. p.562
13.14. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: quorum os maledictione & amaritudine plenum est. c.8. n. 128. p.266
15. 2. Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. C. 8.n. 71. p.249
3. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam. C.5.n.85. p.146
4. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. C.12.n.1 6. p.481
16.2. De vultu tuo iudicium meum prodeat. cap.11. n.136. p.397
13. Erue animam meam ab impio: frameam tuam ab inimicis manus tuæ. cap.2.n.5. p.57
17. 3. Protector meus & cornu salutis meæ. cap. 9. n.126. p.315.
22.4. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala; quoniam tu mecum es,&c. c.5.n.98. p.149
23.7. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales,&c. cap.1.n.58. p.19
24.11. Propter nomen tuum Domine, propitiabere peccato meo: multum est enim. c.7.n.72 73. p.216
19. Et annuunt oculis. c.9. n. 155. p.323
25.6. Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum Domine. c.5. n.82. p.145
32. 6. Verbo Domini cœli firmati sunt. c.15.n.85. p.586

34. 2. A

Digitized by Google

34.2. Apprehende arma,& scutum. C. 13.num.61. p.500
19. Qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis,& annuunt oculis. c.9. n.155. p.323
35.12. Non veniat mihi pes superbiæ. C.7.num.4. p.199
36. 12. Et mentita est iniquitas sibi. cap. 11. n.24. p.373
37. 5. Sicut onus graue grauatæ sunt super me. c.11.n.91. p.390
15. Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargationes. C. 11. n.9. p.370
38.10. Tabescere fecisti sicut araneam, animam eius. c.11.n.282. p.441
13. Auribus percipe lacrymas meas. c. 7.n. 61. p.213
39. 9. ipse dixit, & factasunt. cap. 14. num. 44. p.545
40. 8. *& seq.* Aduersùm me susurrabant omnes inimici mei, aduersùm me cogitabant mala mihi. Etenim homo pacis meæ magnificauit super me supplantationem. Tu autem Domine miserere mei; & resuscita me, & retribuam eis. cap. 1. num. 173 p.51
41.3. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte,&c.c.7.n.67. p.215
44. 2. Lingua mea calamus Scribæ velociter scribentis.c.5.n.20. p.128
4. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.c.14.n.48. p.546
9. Myrrha & gutta, & casia, &c.à domibus eburneis.c.8.n.154. p.274
45. 2. Deus noster refugium & virtus.c. 11.n.170. p.406
49.16. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum,per os tuum? C.11.num.207. p.417
19. Lingua tua concinnabat dolos. C.8.n.129. p.266
54. 2. Deus noster refugium & virtus. C.10. n.59. p.357
13. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. C.14.n.72. p.553
23. Iacta super Dominum curam tuam,& ipse te enutriet. C.12.n.31. p.459
57. 2. Iniustitias manus vestræ concinnant. Cap.1. n.162. p.47
4. Errauerunt ab vtero. C.7.n.63.
6. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum. C.9.n.153. p.312
62. 2. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. C.5.n.88. p.147.& 150
64. Te decet hymnus Deus in Sion. c.6.n.108. p.196
65.7. Qui dominatur in virtute sua in æternum. c.9.n.122. p.414
11. Posuisti tribulationes in dorso nostro.c.4.n.7. p.96
67.19. Ascendisti in altum,cepisti captiuitatem,accepisti dona in hominibus. c.7.num.78. c.16.n.130. p.218.& 639
68.10. Zelus domus tuæ comedit me. c. 6. n.106. p.196
69.4. Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi:Euge,Euge.c.11.n.38. p.376
70.15. Quia non cognoui, &c. Introibo in potentias Domini. c.2.n.5. c.11. n.61. p.57. & 382
72. 11. Et dixerunt quomodo scit Deus: & si est scientia in Excelso? c.2.n.26. p.63
76. 3. Renuit consolari anima mea. c. 9. num.19 p.333
10. Numquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? c.8. n.107 p.260
77. 31. Dissipa gentes,quæ bella volunt. c.9.n.120 p.313
80. 4. Buccinate in neomenia tuba. T.n.103
80. 6. Testimonium in Ioseph posuit illud, cùm exiret de terra Ægypti, linguam quam non nouerat,audiuit, c.11.n.9. p.370
81. 1. Deus stetit in Synagoga Deorum,in medio autem Deos diiudicat. c. 14.n.38. p.544
83. 3. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.c.5.n.88. p.147
86. 1. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.c.13.n.144. p.523
89. 9. Anni nostri sicut Aranea meditabuntur. c.11.n.184. p.411
11. Quis nouit potestatem iræ tuæ. c.13. n.162. p.528
93. 1. Deus vltionum Dominus Deus vltionum liberè egit. c.7.n. 86.c.8.n.109. p.221. & 260
6. Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt. c.5.n.146. p.162
7. Et dixerunt: non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. c.5.n.148. p.162
101. 18. Respexit ad orationem humilium, & non spreuit precem eorum. c.9.n.166. p. 325
102.5. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. c. 12. num.85. p.474
20. Benedicite Domino omnes Angeli eius. c.13. n.118. p.515
103.4. Qui facis Angelos tuos Spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. cap.13.n.120. p.516
9. Præceptum posuit quod non præteribit, neque conuertetur operire terram. c.11.n.130 p.395.
32. Qui respicit terram, & facit eam tremere. c.9. n.105. p.310
104.18. Ferrũ pertransit animã eius.c.6.n.35.p.176
105.9. Et increpuit mare rubrum,& exsiccatum est. c.5.n.61 p.140
13. Citò fecerunt, obliti sunt operum eius, &c. c.2.n.8. p.58
106. 8. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. c. 5.n.138 p.159
108. 11. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius;Et diripiant alieni labores eius. c.13. num.18. p.488
24. Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum. c. 11. n.94. p.391
109.1. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. c.1.n.169. c.8. n.30. c.10. n.94. p.49.254. & 366
3. In splendore sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.c.12.n.159.& 160.p.403
4. Iurauit Dominus & non pœnitebit eum. c. 1. n.156 p.45

111,3.Gloria

Digitized by Google

111.3. Gloria, & diuitię in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi. c. 14.n.40 p.544

5. Iucundus homo, &c. disponet sermones suos in iudicio.c.6.n.11 p.170

7. Ab auditione mala non timebit, c. 9.n. 134 p.318

113.1. In exitu Israël de Ægypto, &c.c.7. num. 96 p.223

8. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.c.1.n.93 p.27

11. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, &c.c.156 p.45

114. 2. Non intres in iudicium cum seruo tuo. c. 5. n.14 p.127

118.19. Viam iniquitatis amoue à me. c.11.n.175. & c.14.n.55 p.408.& 549

28. Dormitauit anima mea præ tædio. c. 7. n. 64 p.214

66. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me; quia mandatis tuis credidi. c.11.n.135 p.397

120. Confige timore tuo carnes meas. Cap. 2.n.78 p.78

85. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes; sed non vt lex tua.c.8.n.8 p.229

126. Tempus faciendi Domine dissipauerunt legem tuam.c.7.n.76 p.217

139. Tabescere me fecit zelus meus; quia obliti sunt verba tua inimici mei. Cap.9.num.85 p.305

165. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.c.4.n.14 p.98

124.1. Non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem.c.13.n.122. p.516

126.5. Non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta.T.n.68 p.684

131.1. Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.C.10.n.83 p.363

11. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur.C.1.n.156

17. Paraui lucernam Christo meo. Cap.15.n.114 p.595

134.6. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cælo & in terra.C.9.n.101 p.309

138.23. Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas.C.1.n.41 p.67

140.4. Ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. C. 6 n.5 p.168

6. Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum. C.7.n.101 p.224

146.10. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, neque in tibiis viri beneplacitum erit ei.C.9.n.165 p.325

147.14. Ex adipe frumenti.C.5.n.75 p.144

Ex Prouerbiis.

Cap. 1. *v.* 5. Et intelligens gubernacula possidebit. C.11.n.55 p.380

53. Stultus fermentabitur labiis. c.12.n.77.p.472

8. Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus eius.C.15.n.93 p.589

6.12. Homo apostata vir inutilis.C.9.n.166.p.325

25. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum ne capiaris nutibus illius. C. 9.n.134.p.317

8.12. Ego sapientia habito in consilio.T.n.77.p.686

18. Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia. C.15.n.58.T.n.114.p.579.

29. Circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis.C.11.n.169. p.406

29. Et legem ponebat aquis ne transirent fines suos.C.6.n.65. p.185

30. Delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ esse cum filiis hominum.C.1.n.118. p.34

38. Et deliciæ meæ esse cum filiis hominum.C.1.n.118,T.n.67. p.683

9.1. Sapientia ædificauit sibi domum, &c. immolauit victimas.C.11.n.284. p.442

10. Qui annuit oculo dabit dolorem.C.9.n.155. p.323

12.21. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, impij autem replebuntur malo. C. 11. n.68. p.384

13.3. Animæ dolosæ errant in peccatis. C. 9. n. 56. p.318

12. Spes quæ differtur, affligit animam. Cap. 8 n.110. p.260

14.3. In ore stulti virga superbiæ.C.9.n.156.p.323

15.2. Lingua sapientum ornat scientiam. Cpa. 1. n. 14. p.11

16.14. Indignatio Regis nuncij mortis. C.6. n. 16. p.171

30. Qui attonitis oculis cogitat praua. C. 9.n.143 153. p.320.& 322

21.1. Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini.C.1.n.67.C.7.n.29.p.21. & 206

25.2. Gloria Dei est celare verbum.C. 2.n.15.p.60

23. Ventus Aquilo dissipat nubes, & faciem tristem lingua detrahens. C. 8.n.127.p.265

27. Qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria.C.13.n.20. p.489

26.2. Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua.C.13.n.108. p.512

30.1. Verba Congregantis filij vomentis.C.1.n.188 p.55

15. Sanguisugæ duæ sunt filię, dicentis, affer, affer. Tria sunt insaturabilia, & quartum, quod nunquam dicit, sufficit. C. 9. n. 55. p.262

28. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regum.C.10.n.60. p.357

31.1. Verba Lamuelis regis, visio qua erudiuit eum mater sua.T.n.74. p.685

Ex Ecclesiaste.

Cap. 1. *v.* 10. Nihil sub Sole nouum: nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est: iam enim præcessit in sæculis, quæ fuerunt ante nos.C.11.n.271. p.437

17. Dedi cor meum, vt scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque & stultitiam. C. 1. n.187.C.11.n.185.194. p.55.411.414

18. qui addit scientiam, addit & laborem. C. 11. n.281 p.441

27. Timor domini expellit peccatum. C. 2.n.77. p.78

2.3. Cogitaui in corde meo abstinere à vino carnem meam. Ædificaui mihi domos, & plantaui vineas.c.1.n.105

3.1. Omnia tempus habent.c.4.n.106 p.122

4.10. Plenitudo sapientiæ est timere Deum.Cap.2 num.76.

Digitized by Google

num.76 p.76
7. 1. Quid necesse est homini maiora se quærere? C.1.n.85 p.25
10. 5. Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie principis: positum stultum in dignitate sublimi. Cap.1.n.89 p.26
11. 1. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, &c. C.6.n.97 p.193

Ex Canticis Canticorum.

Cantic. 1.1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino. C.1.n.103. p.29
2. Ideò adolescentulæ dilexerunt te. c. 12.n. 84. p.474
1. 3. Trahe me post te, curremus, &c. Cap. 1. n. 50 p.17
1. 4. Introduxit me Rex in cellaria sua, exultabimus & lætabimur in te: memores vberum tuorum super vinum. c.1.n.104 p.29
1. 5. Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. C.7.n.15 p.202
1. 6. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. c.7. n.15.17.19. p.202. 203
8. Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres; egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos. cap. 7. num. 30 p.206 p.621
2. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. T.n.62 p.621
2. 4. Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. c. 1. n.104. C.15.n.136 p.29. & 601
2. 5. Introduxit me Rex in cellam vinariam. C. 10 n.31 p.349
2. 17. Dilectus meus mihi, & ego illi. Cap. 9. n. 214 p.339
4. 4. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. c. 3.n. 5. & T.n.74 p.81
8. Veni de Libano, veni coronaberis, &c. T.n.78 p.686
4. 9. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, &c. in vno crine colli tui. c.10.n.7 p.343
13. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum. T.n.48 p.678
5. 2. Ego dormio, & cor meum vigilat. T. n. 73
5. 2. Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea; quia caput meum plenum est rore & cincinni mei guttis noctium. c.1.n.162 c.8.n.51 p. 47. & 243
5. 3. Expoliaui me tunicâ meâ, quomodo induar illâ? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? c.8.n.51 p.243
6. 2. Ego delicto meo, & dilectus meus mihi. c. 9. num.214 p.339
3. Pulchra es, amica mea, suauis & decora. T. num.47 p.677
6. 9. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Cap.10 n.13 p.347
7. 1. Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? C.10.n.13 p.347
7. 1. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis. c.16.n.62 p.343
8. 6. Pone me vt signaculum super cor tuum. C. 16 num.45 p.241
8. Quid faciemus in die quando alloquenda est. cap. 12. num. 80. Cap. 14. num. 71 p.473. & 553

Ex libro Sapientiæ.

Cap. 1. v. 16. Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam. C.11. n. 86 p. 389
5. 1. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt: videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, &c. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, &c. C.13.n.168 p.530
7. Lassati sumus in via iniquitatis. Cap. 7. num.6 p.169
6. 6. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet. Potentes autem potenter tormenta patientur. C.1.n.129 p.37
26. Candor lucis æternæ, Speculum sine macula, & imago bonitatis illius. Cap. 8. num.6. p.175
16. 20. Angelorum esca nutriuisti populum tuum, &c. deseruiens vniuscuiusque voluntati. c.5.n.78. C.8.n.161. p.144. & 277
21. Substantia tua dulcedinem tuam, &c. deseruiens vniuscuiusque voluntati. Cap.5. n.72. p.143

Ex Ecclesiastico.

Cap. 1. v. 4. Prior omnium creata est sapientia. c.14 n.83 p.557
6. Radix sapientiæ & astutiæ illius. C. 12. n. 102 p.479
1. 7. Nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. C. 2 num.46 p.70
1. 8. Vnus est altissimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis. cap.14 n.106 p. 562
11. Timor Domini gloria, & gloriatio, &c. C.2. n.79. p.78
1. 22. Corona sapientiæ timor Domini. C. 2. num.77 p.78
6. 5. Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos; & lingua eucharis in bono homine abundat. c.11.n.32. p.374
7. 6. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. c.3.n.3 p.80
7. Noli esse iustus multùm. c.8.n.58 p.245
10. 10. Nihil est iniquius quàm amare pecuniam: hic enim animam suam venalem habet. C.15.n.49 p.577
11. 2. Ne laudes virum in specie sua. c. 13. n. 173 p.531
11. 12. Abundans paupertate suâ. c.2. n. 48. p.70
14. 6. Qui sibi inuidet, nihil est iniquius. c. 2. n.37 p.66
15. 3. Panis vitæ & intellectus. c.5.n.106 p.151
21. 33. A muliere initium factum est peccati. c. 15 n.93. p.589
28. 28. Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire. c.12.n.77 p.472
31. 15. Hora surgendi ne te trices, &c. age conceptiones tuas. T.n. 107 p.694
33. 3. Homo sensatus credit legi; & lex illi fidelis. C.11.n.133 p.396
31. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua

tua : quoniam in sanguine animæ comparasti illum. C.2.n.18.& 19. p.61
35. 18.Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt. A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum.c.7.n.65 p.214
49. 14 Quomodo amplificabimus Zorobabelem, &c. & Iesum filium Iosedech, qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino. c. 1. n.123 p.36
49.16.Nemo natus est in terra qualis Henoch: nam & ipse receptus est à terrâ.Cap. 12.num.6 p.452

Ex Isaia.

Cap.1.5. Super quo percutiam vos vltrà. Cap. 16. num.7
18. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.c.5.n.126 p.156
2.10.Grauabit illos iniquitas sua.c.11.n.91.p.390
3.1. Ecce dominator dominus auferet à Ierusalem validum, &c. prudentem eloquij mystici.c.11.n.306 p.448
3.7.Non sum medicus,nolite me constituere Regẽ, C.1.n.41 p.15
3. 8. Auferet Deus ornamentum calceamentorum. C.10.n.9. p.343
3. 16.Ambulauerunt extento collo. c.9.n.142.154 p.319.& 322
3.20.Discriminauit crinem capitis sui. c.10. num.6 p.343
6. 2. Seraphin stabant super illud, &c. & duabus volabant.c.1.n.72.C.4.n.76.c.13.n. 118 p.76.114.&.515
5. Væ mihi quia vir pollutus labiis ego sum. C.11.n.239 p.428
6. Volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat altari.C.12.n.65 p.469
7. 10 Pete tibi signum,&c.Non petam, & non tentabo Dominum.c.9.n.131 p.316
8. 1. Sume tibi librum grandem, & Scribe in eo Stylo hominis. c.11.n.234 p.426
9. 6. Cuius imperium super humerum eius. c. 1. n.65 p.20
10. 22. Verbum abbreuiatum.c.11.n.160 p.405
13. 9.Ecce dies Domini veniet crudelis, &c. quoniam stellæ cœli, & splendor earum non expandent lumen suum. c.7. n. 97.p. 223
14. 12.Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram qui vulnerabas gentes?qui dicebas in corde tuo; in cælum conscendam Cap. 1.n.115.120. & 135 p.33. 35. & 39
14.13.Qui dicebas in corde tuo:in cælum conscendam,super astra Dei exaltabo solium meũ. C.1.n.55 p.19
23. 1.Vlulate naues maris.c.2.n.60 p.73
23.Filia Tharsis.C.2.n.55 p.72
26. 6. Et faciet Dominus in mente hoc conuiuium pinguium, &c. vindemiæ defæcatæ. c.5. n.75 p.177
24. 16. Secretum meum mihi, secretum meum mihi : væ mihi.c.2.n.12 p.59
29.13.Et dixit Dominus, eò quòd appropinquat populus iste ore suo,& labiis suis glorificat me,cor autem eius longè est à me. cap.5. n.15. p.127.
38.8. Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achas in sole,retrorsum decem lineis: & reuersus est sol decem lineis per gradus, quos descenderat.c.9.n.114 p.312
41. 3. Semita in pedibus eius non apparebit. Cap. 2 num.71 p.76
42.Quis surdus, nisi seruus meus ? c. 8. num.87 p.254
42. 8. Ego Dominus,& hoc est nomen meum.c.9 n.122 p.314
42. 14. Tacui semper,silui, patiens fui,sicut parturiens loquar. c.8.n.98.& 105.p.257.&259
43.25. Ego sum ipse,qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.c.13.n.62 p.500
45.8. Aperiatur terra, &c.T.n.30 p.674
45.Mihi flectetur omne genu. c.1.onum.93 p.566
46. 3. Qui portamini à meo vtero; & gestamini à mea vulua.c.4.n.36 p.104
49.8.In die salutis auxiliatus sum tui. cap. 13. n.73 p.504
49.17.Indutus est vestimentis vltionis, opertus est quasi pallio zeli.c.2.n.7 p.58
53. 2.Non est species ei,neque decor:vidimus eum & non erat aspectus.c.4.n.68 p.112
53.6. Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.c.4.n.68 p.112
55.1. Venite,emite,absque argento. c.13. num. 48 p.497
55.7.Multus ad ignoscendum.c.7.n.85. p.220
56. 2. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum.c.11.n.135 p.397
58.3.In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. c.13.n.135 p.520
59.16. Apotiatus est Dominus, quia non est qui occurrat.c.6.n.58 p.182
61. 1. Euangelizare pauperibus misit. Cap. 11. n.72 p.38
65.1.Inuenerunt qui ante non quæsierunt me. c.13 n.24 p.490

Ex Ieremia.

20. 9. Neque loquar vltra in nomine Domini : & factus est in corde meo, quasi ignis æstuãs, clausúsque in ossibus meis. c. 2.n.12.p.59
3. 27. Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius,& tacebit:quia leuauit super se. c. 10.num 61 p.357
11.19. Venite, mittamus lignum in panem eius.c.5 n.115 p.154
22.23. Putas ne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus & non Deus de longe. c. 5. n.33 p.132
25. 8. Ego assumam Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum.c.9.n.80.p.304
27.2.Hæc dicit Dominus ad me:fac tibi vincula, & catenas.&c.c.6.n.39
Cap.4.v.6.Maior effecta est iniquitas populi mei,&c. quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in eã manus.c.13.n. 133 p.520

Ex Baruch.

3. 35.Stellæ dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt: vocatæ sunt,& dixerunt:Adsumus

Digitized by Google

sumus: & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. c.9.n.217 p.340
6.14. Mulieres autem circundatæ funibus, &c, c.6.n.41 p.178

Ex Ezechiele.

Cap. 1.v. 16. Visio maris. Capite 1. numero 60. p.73
7.4. Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor. c.2.n.23 p.61
10.2. Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubin, & imple manum tuam prunis ignis, & effunde super ciuitatem. c.12.n.65 p.469
16. 10. Calceaui te ianthino. capite 10. numero 9 p.343
16. 52. Tu porta confusionem tuam. cap. 9. n. 77 p.303
19. 5. Tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum; qui incedebat inter leones, & factus est leo. cap. 15. num. 29 p.571
21. 9. Hæc dicit Dominus Deus: loquere: Gladius, gladius exacutus est, & limatus. cap. 11. n.243 p.429
24. 17. Filij vestri, & filiæ vestræ gladio cadent, cibos lugentium non comedetis: coronas habebitis in capitibus vestris, non plangetis, neque flebitis. cap. 5. num.27. p.87
27. 11. Sed & Pygmei, qui erant in turribus tuis pharetras tuas suspenderunt, &c. c. 1.n.94 p.27
28. 12. Signaculum similitudinis. c.13.num.111. p.513
34. 26. Ego pascam oues meas. cap. 12. num. 15 p.455

Ex Daniele

Cap. 1.v. 5. Constituit annonam per singulos dies, de cibis suis, & de vino vnde bibebat ipse. c.12.n.1 p.451
2. 31. Tu Rex videbas; & ecce quasi statua, &c. c.6.n.17 p.171
4. 12. Alligetur vinculo ferreo & æneo in herbis. c.14.n.61 p.550
27. Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni? c.1.n.28
33. Ad honorem regni mei decorémque perueni. c.9.n.25.26 p.289
5. 5. In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis. c.6.n.16 p.171
8. 5. Ecce hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram. c. 2.n. 71. c.7.num. 5.p.76. & 199
13. 4. Et quòd honorabilior esset omnium. c. 9. n.59 p.297
20. Assentire nobis, & commiscere nobiscum. c.7.n.81 p.219

Ex Osee.

Cap. 1.v. 2. Verbum Domini quod factum est ad Osee. c.4.n.57 p.549
2. 15. Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & Vallem Achor ad aperiendam spem. c.13. num.77 p.505
16. Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit vir meus: & non vocabit me vltra Baali. c.11. num.158 p.403
5. 11. Calumniam patiens est Ephraim. c. 11. n.81 p.387
6. 7. Sicut Adam transgressi sunt. c. 8. num. 69 p.248
10. Et humiliabitur superbia Israël. cap.1.n.141 p.41
8. 1. In gutture tuo sit tuba: quasi aquila super domum Domini. Capite 4. numero 38 p.104
11. Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, &c. Scribam ei multiplices leges meas. Capite 4. numero 13 p.98
9. 14. Omnes malitiæ eorum in Galgala. Capite 8. num.72
10. 5. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ: quia lugebit super eum populus eius: & æditui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quæ migrauit ab eo. c.1.n.92 p.27
11. 4. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum. c. 1. n.52.& c.6. n.57 p.18.& 176
12. 8. Diues effectus sum, inueni idolum mihi. c.15.n.36 p.573
9. Quoniam Deus ego, & non homo: in medio tui Sanctus, & non ingrediar ciuitatem. c. 13.n.78 p.505.
4. In fortitudine sua directus est cum Angelo: & inualuit, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum. capite 4. num.99 p.120

Ex Ioël.

Cap.2.v.18. Zelatus est Dominus terram suam. c.9. n.81 p.304

Ex Amos.

Cap.6.v.14. Qui lætamini in nihilo. cap.15.num.45 p.576

Ex Iona.

Cap.1.v.4. Periclitabatur nauis, & timuerunt nautæ. c.8.n.96 p.257
7. Miserunt sortes & cecidit sors super Ionam: & dixerunt ad eum: Indica nobis, &c. c.2.n.42 p.681
16. Stetit mare in feruore suo & timuerunt viri. c.8.n.96 p.257
2. 4. Omnes fluctus tui super me transierunt. c.14.n.101 p.561
3. 3. Niniue erat ciuitas magna, itinere trium dierum. c.1.n.127 p.37
4. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. c.4.n.103 p.121
4. Et crediderunt viri Niniuitæ in Domino, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis, & sic clamauerunt in fortitudine. c.9.n.36 p.292

Digitized by Google

3. 5. Prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis.c.4.n.35.c.11.n.235.c.16.n.72 p.427
5. Et vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem.c.4.n.35 p.104
8. Operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine.c.9. n.27 p.290
4. 5. Et egressus est Ionas de Ciuitate, & sedit, &c. Et præparauit Deus vermem,& percussit hederam, & exaruit. C.5.num.58. p.139

Ex Michæa.

Cap.2.v.1.Væ qui cogitatis inutile. c.9.num.166. p.325.

Ex Nahum.

Cap.1.v.2. Deus æmulator, vlciscens Dominus, & habens furorem: vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis: Dominus patiens,& magnus fortitudine. C.8.n.97. p.257

Ex Habacuc.

Cap.1.v.2.Quare non respicis super iniqua agentes? c.9.n.105. p.310
3. 16. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis. c.9.n.18. p.188

Ex Sophonia.

Cap.3.v.13. Reliquiæ Israël non loquentur mendacium,& non inuenietur in ore eorum lingua dolosa.c.9.n.136. p.318
3. 18. Nugas qui à lege recesserant, congregabo, vt non vltra habeas super eis opprobrium. c.11.n.79. p.387

Ex Zacharia.

Cap.1.v.15.Zelatus sum Ierusalem,& Sion zelo magno, & ira magna ego irascor super gentes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malum. c.9.n.54. p.296
8. 2. Zelatus sum Sion zelo magno. c. 9. num. 81 p.304
9. 12. Conuertimini ad munitionem vincti spei. c.13.n.32. p.493
17. Quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines. c.5.n.74.& 91 p.143.& 148

Ex 1. Machabæorum.

Cap.1.v.12.Exierunt ex Israël filij iniqui,& suaserũt multis dicentes:Eamus & disponamus testamentum cum gentibus. c. 9.num.186 p.332

Ex 2. Machabæorum.

Cap.4. Contigit Tharsenses, & Mellothas seditionem mouere, eò quòd Antiochi Regis concubinæ dono essent dati: festinanter igitur Rex venit sedare illos. c.2.n.59. p.73
10. 25. Deprecabantur Dominum præcincti ciliciis. c.4.n.85 p.117

Ex Matthæo.

Cap.1.v.1.Liber generationis Iesu Christi.c.8.n.18 p.232.&.233
2. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar.c.14.n.21
11. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babyloniæ. c. 5. n.49. p.136
16. Iacob autem genuit Ioseph, &c. c.11.n.267 p.436
18. Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph.c.6.n.12 p.170
20. Hæc autem eo cogitante, Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.c.8.n.84. T.n.20. p.253
2. 1. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? c. 3. n.49 p.94
2. Vidimus stellam eius in Oriente. c. 6. n. 210 p.338
3. Audiens autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo.c.11.n.117 p.420
9. Ecce stella, &c. vsque dum veniens staret suprà vbi erat puer. cap. 15. numero 21 p.570
12. Et responso accepto in somnis. c.8.num.18. p.171
12. Responso autem accepto ne redirent ad Herodem.c.6.n.18 p.171
16. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis.c.16. n.71. p.623
19. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: Surge & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israël; Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. c.1. num.133. p.39
20. Accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israël. c. 1. num. 133. cap. 11. num. 148.& 131.c.13.n.15. p.394.395. & 487
2. 25. Et non cognoscebat eam donec peperit. c.6.n.1. p.167
2. 52. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia.c.9.n.3 p.284
3. 2. Appropinquauit enim Regnum cælorum. c.5.n.130. p.157
3. Vox clamantis. Capite 8. numero 87. p.254
4. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. cap. 9. numero 28. p.290
8. Facite fructus dignos pœnitentiæ. c. 5. n. 131 p.158
9. Patrem habemus Abraham. cap. 8. num. 17 p.231
11. Ille vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. c.12.n.50 p.465
11. Baptizabit vos in Spiritu sancto & igni. c.9.

Digitized by Google

Cap. 9. num. 156. & Cap. 12. num. 50 p.323
13. Sic decet nos implere omnem iustitiam. C.1.n.96.& C.16.n.171
3.15. Sine modò: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. C.1.n.96 p.27
16. Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli. C.13. n.106 p.512
16. Ecce aperti sunt ei cæli. C.13.n.106. & c. 16 num.49
4. 1. Ductus est Iesus à Spiritu in desertum, vt tentaretur à Diabolo. Cap. 11. numero 156.& 410. Cap.13.num.89. p.402.& 418
2. Cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. C.8.n.69 p.248
3. Dic vt lapides isti panes fiant. C.2.n.28. C. 3. n. 12 p.64.& 83
6. Mitte te deorsum. C. 12. n. 57. C. 15. n. 67. p.477.581.& 585
8. Iterum assumpsit eum Diabolus, &c. Et ostendit ei omnia Regna mundi, & gloriam eorum. C. 1. num. 96. C.3.num.13. & C.7.num. 41. cap. 11. num.180. 250. Cap. 16. numero 143. pag. 83. 209. & 584
8. Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum: & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. C. 1. n.56 p.19
9. Hæc omnia tibi dabo. c.3.n.14. c. 13. n. 156. p.84.& 527
18. Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, &c. Cap.13.num.27. c. 15. num. 76. p.491. & 584
21. Vidit Iesus alios duos fratres, &c. reficientes retia. Cap.11.n.305. p.447
4.23. Circuibat Iesus totam Galilæam docens in Synagogis eorum. Cap. 4. num. 83 p.116
5. 2. Aperiens os suum, docebat eos. Tract. n.72 p.685
3. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. C.10.num. 44. C. 12. n.30. c.16.num.162. & num.78. p.352. & 459
4. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. c.12.n.28. c.15.n.39. c.16.num.152 p.459.& 574
5. Beati qui lugent. cap. 7. n.57. C. 16. num. 43 p.212
6. Beati qui esuriunt & sitiunt Iustitiam. C. 2. n.68 p.75
10. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. C.13.n.48 p.497
13. Vos estis sal terræ. C. 11. num. 255. & 195 p.433.& 445
5. 14. Vos estis lux mundi. Cap. 14. numero 13 p.537
16. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. Cap. 14. num. 8. Cap. 15. numero 116. pag. 536. & 595
17. Nolite putare quoniam veni soluere legem aut Prophetas. c.11.n.303.& in Prolog. n. 21 p.442
5. 17. Donec transeat cælum & terra, iota vnum non præteribit à lege. C. 6. num. 2 p.167
22. Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. c.5.num.14. Cap.8.num.176. p.127. & 281
5. 29. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proiice abs te: & si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te. &c. Cap. 1. num. 161 p.47
28. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum. c.1.n.161. C.15.num. 93. c. 16. n. 174 p.589
5. 33. Non periurabis. cap. 1. numero 153 p.44
5. 44. Ego dico vobis non iurare omnino, neque per cęlum, quia thronus Dei est, neque per terram, &c. C.11.n.28 p.373
45. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est. C.1.num.164 p.48.& 50
46. Vt sitis filij patris vestri. cap. 1. num. 165. p.50
6. 1. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. c.9.n.20. p.288
3. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. c.9.n.20.& 22 p.288
4. Et pater tuus, qui videt in abscondito. C. 9. n.22 p.288
6. Orantes autem nolite multùm loqui. c. 9. n.129 p.316
6. Intra in cubiculum tuum. cap. 9. num. 13 p.235
7. Orantes autem nolite multùm loqui. c. 4. n.36. C.9.n.129. c.15.n.131. p. 104. 316 & 599
9. Pater noster qui es in cęlis. Cap. 4. numero 18. & 91. Cap.9.num.201. T. num. 32 p.99
10. Adueniat regnum tuum. C. 2.n. 74. C. 11. n.164 p.77.193.& 405
10. Fiat voluntas tua. cap. 6. num. 61. & 62 p.94
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. C.4. num. 20. C.12.n.32. c.15.num. 51. p.100 460.& 577
12. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. C.1.n.165 p.48
17. Tu autem cùm ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua. C.9.n.12 p.286
24. Nemo potest duobus Dominis seruire, &c. c.8.n.104 p.259
26. Respicite volatilia, quoniam non serunt. c.11.n.33 p.459
31. Nolite solliciti esse dicentes, &c. Hæc enim omnia gentes inquirunt. c. 12. n.33 p.461
31. Quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. c.7.n.68 p.215
33. Quærite primùm Regnum Dei, &c. c. 9. n.204 p.337
7. 1. Nolite iudicare, vt non iudicemini. c. 13 n.83 p.506.
23. Discedite à me qui operamini iniquitatem. c.5.n.132 p.158
23. Discedite à me qui operamini iniquitatem. c.6.n.66 p.185
23. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. c.13.n.64 p.501

7. 28. Et factum est cùm consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi. cap. 11. numero 286 p.442
8. 2. Domine, si vis, potes me mundare. c. 6. n. 58. C.11.n.164 p.182.& 402
4. Vade, & ostende te Sacerdoti, &c. Cap. 16. n.125
6. Domine puer meus, &c. Cap. 7. n. 47. c. 14. n.43 p.210
8. 8. Tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus. c.1.n.46 p.17
8. 8. Ego homo sum sub potestate constitutus. c.1. num.60 p.20
10. Non inueni tantam fidem in Israël. Cap. 14. n.32. p.542
19. Venisti ante tempus torquere. c.13.num.130 & 171 p.519.& 531
8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. C. 6. n.45 p.179
9. 2. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. c. 11.n.82 p.388
9. 4. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. c.9. num.187 p.332
9. 9. Vidit hominem sedentem in telonio. Cap. 15. n.128 p.598
11. Videntes Pharisæi, dicebant discipulis suis, &c. Cap.8.num. 80. Cap. 15. num. 115 p.252.& 595
9. 12. Non est opus valentibus Medico, sed malè habentibus. C.1.n.46 p.16
13. Non veni vocare iustos, sed peccatores. C.9. n.11 p.286
14. Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter. c.11.n.152 p.401
9. 20. confide filia, fides tua te saluam fecit. c. 1. n.110. p.31
10. 4. Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. cap.14. n.29. p.542.
10. 14. Excutite puluerem de pedibus vestris. c. 12 n.170 p.50
10. 16. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. C.8.n.115 p.262
11. 2. Audiens Ioannes in vinculis opera Christi. Cap.4.n.83.c.14.num.94.& c.15.n.114 p.116.559
11. 7. Cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videre: arundinem vento agitatam. c.1.n.171 p.50
4. Et vultis recipere, ipse est Elias. C. 15. n. 30 p.572
17. Regnum cœlorum vim patitur. Cap. 6. n. 86. c.8.n.35 p.109.& 238
11. 18. Quod existis videre hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. Cap. 11. numero 148. p.400
25. Confiteor tibi Pater, &c. quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus. c. 3. n.43 p.92
11. 25. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Cap. 14.n.94 p.559
27. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Cap. 13. n.105 p.512
28. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. c. 12. num.58.59.& Cap. 14. num. 94. p. 467. 468
11. 28. Qui laboratis & onerati estis. c.11.num.91. p.390
40. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus. Cap. 5.n.51.52 p.181.
12. 45. Cùm immundus spiritus exierit ab homine, &c.c.12.n.52 p.466
13. 5. Alia autem ceciderunt in petrosa. Cap. 13. n.138 p.521
28. Vis imus, & colligimus ea. Cap.10.n.93 p.358
31. Simile est regnum cœlorum grano sinapis, &c.c.8.n.67. p.148
13. Ibi erit fletus & stridor dentium. c. 11.n.83 p.388
13. 27. Nonne bonum semen seminasti in agro tuo. c.1.n.31. p.14
13. 36. Tunc dimissis turbis, venit in domum. c.11. n.221. p.422.
44. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. c.12.n.23 p.457
52. Omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini, patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. cap. 11. numero 220. *per plures paragraphos.* p.421.
55. Nonne mater eius dicitur Maria. Tractatu n.93
14. 19. Et acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cœlum, benedixit, & fregit. c.14.n.113 p.564
20. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos. c.3.n.30 p.88
29. Et descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquam. c.14.n.114 p.564
22. Ecce mulier Chananæa clamauit, dicens &c.Cap.4.num. 104.& Cap. 9. n. 42. & 63 p.121.& 200
15. 2. Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? non enim lauant manus suas cùm panem manducant. c. 1. n. 78 p.23
26. Non est bonum sumere panem filiorum, &c. c.16.n.158 p.272
28. O mulier magna est fides tua! fiat tibi sicut vis. cap.4.n.89 93.& cap. 8.n. 148. 162 p.117.118
16. 18. Tu es Petrus, &c. & portæ inferi non prævalebunt aduersus eã. c.5.n.129.c.9.n.94 & c.11.n.56. p.117.154.& 307.& 381
20. Præcepit Iesus discipulis suis vt nemini dicerent. c.16.n.47 p.617
17. 1. Duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. cap.5.num.67 p.141
17. 5. Ecce nubes lucida obumbrauit eos. c.1. n.144 p.42
17. 5. Resplenduit facies eius sicut sol. c.1.146. p.43
17. 5. Ecce nubes lucida obumbrauit eos. cap. 11. n.43 p.377
5. Hic est Filius meus, &c. ipsum audite. cap. 12. n.8 p.453
9. Nemini dixeritis visionem. cap.15. numero 3. & 24 p.571
14. Accessit ad eum homo genibus prouolutus, &c. cap. 4. numero 84 & cap. 5. n.62 p.97.& & 140

17.18.Et

17. 18. Et tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt; Quare nos non potuimus eiicere illum? c.5.n.52 p.140
17.23. Vade ad mare & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens da eis pro me, & te. c.1.n.159 p.46
26. Inuenies staterem, illum sumens da eis pro me & te. c.1.n.159.& c.3.n.24 p.86
18.10. Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris. c.13.n.119 p.515
15. Si peccauerit in te frater tuus, &c. sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. c.8.n.78.79 & 126 p.261.265
19. Si duo ex vobis consenserint super terram, &c. cap.7.n.9.10.& c.16.num.68.p.200. & 277
18. 23. Assimilatum est regnum cælorum homini Regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis: Et cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cùm autem non haberet vnde redderet, iussit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat. c.11.n.75 p.386
19. 12. Qui potest capere, capiat. c.9.n.73 p.302
19.16. Ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, &c. c.1.n.78.79.& c.11.n.233
21. Si vis esse perfectus, &c. c.11.n.137
27. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. c.9.n.15.c.10.n.43.c.13.n.140 c.16.n.153 p.70.352.522
19.16. Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone; quid boni faciam, &c. Et dixit ei Iesus: Quid me dicis, bone? c.11.n.233 p.426
19. 16. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Dicit illi: Quæ? c.1.n.78 p.23
19.24. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? c.15.n.52 p.578
19. 26. Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. c.13 n.57 p.499
20.12. Hi nouissimi vnâ horâ fecerunt, & pares illos nobis fecisti. c.13.n.170 p.530
20. 30. Domine miserere nostri Fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt tacerent. c.9. n.115 p.312
20. 2. Conuentione autem facta ex denario diurno. c.15.n.38.& 47 p.574.& 576
4. Ite & vos in vineam meam, &c. c.14.n.23
9. Quid hîc statis tota die otiosi? c.12. n.52.
8. Cùm serò factum esset, vocat Dominus vineæ procuratorem. c.2.n.70.c.25.n.34. & 135 p.76.& 600
11. Et accipientes murmurabant. c.6.n.56.c.8. num.130.136.& cap.13.n.101.p.102.266 & 511
21. Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & vnus ad sinistram. c.2.n.36.c.13 num.40 p.495
23. Non est meum dare vobis, &c. c.13.n.28 p.491
31. Turba increpabat eos, vt tacerent. c.9.n.115 p.312
21.2. Ite in castellum & inuenietis asinam, &c. c.11 num.60 p.382
21.30. Neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo. c.9.n.72. p.301
33. Peregrè profectus est. c.4.n.75. p.114
34. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset. c.1.n.170.c.9.n.75.& c.16.n.77. p.625
21. 34. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium lapidauerunt. Iterum misit alios seruos, &c. C.1.n.179. p.53
21.37. Dicens: Verebuntur filium meum. c.9.n.75. p.302
22. 9. Ite ergo ad exitus viarum, &c. c.5.num.154. p.164
25. Reges gentium dominantur eorum, &c. c.11.n.37
23. 3. Alligant onera grauia & importabilia, &c. c.12.n.63 p.469
35. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, &c. c.6.n.104 p.195
24. 29. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, &c. c.7. n.97. c.11.n.48. & c.15. num.66. p.223.388.& 581
36. De die illa, vel hora nemo scit, neque filius, &c. C.11.n.55. p.381
24 45. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Cap. 11. num.59. p.381
51. Veniet dominus serui illius in die quâ non sperat, & diuidet eum, partémque eius ponet cum hypocritis. Cap. 9. num.80. p.304
25. 8. Fatuæ autem sapientibus dixerunt, &c. C.11. n.49.50.& c.13.n.26. p.379
12. Amen dico vobis nèscio vos. Cap. 5. n. 148. C.10.num.85.& C.21.num.178. p.155. 345.& 409
13. Homo peregrè proficiscens vocauit seruos suos. C.16.n.161. p.648
28. Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Cap.4.n.11.& c.15.n.43. p.83. & 575
29. Ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. C.15.n.45. p.576
34. Tunc dicens Rex iis qui à dextris eius erunt: Venite benedicti. c.5.n.16.c.8.n.18.108. & c.15.n.117. p.118.260.596.
35. Esuriui, & dedistis mihi manducare. cap.15 num. 36
41. Discedite à me maledicti in ignem æternum, &c. C.9.n.97.c.11.n.66. & c.16. n.107. p.308.383
46. Et ibunt hi in supplicium æternum. Cap.16. num 99 p.631
26. 14. Tunc abiit vnus de duodecim. c.8.n.138. & c.13.n.166. p.269
26. 27. Bibite ex eo omnes. c.5.n.78. p.144
26. 29. Non bibam amodò de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum. Nouum in regno Patris mei. c.11. num.278. p.440
39. Pater mi, si possibile est transeat à me Calix iste. c.4.n.23. p.100
26.41. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. c.13.n.113. p.514
61. Nouissimè verò veniunt duo falsi testes. c.6. num.23. p.173
69. Et accessit ad eum vna ancilla. c.1.n.172.& c.9.n.64. p.299

27. 11. Et interrogauit eum Pilatus, dicens: tu es Rex Iudæorum? dicit illi Iesus: Tu dicis. c.13.n.91 p.508
27.29. Et genu flexo ante eum illudebant ei dicentes: Aue Rex Iudæorum. Et expuentes in eum. c.11.n.36 p.375
46. Eli Eli lamma-sabacthani. c.6.n.24 p.179
27.51. Petræ scissæ sunt. c.5.n.129 p.157
28.1. Venit Maria Magdalenæ, &c. cap.5. num.125 p.156
28.13. Quia Discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum. c.3.n.10 p.83
17. Data est mihi omnis potestas. c. 12. n.13. 14 p.451
28. 20. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. c.6.n.2. p.167

Ex Marco.

Cap.1.v.12. Spiritus expulit eum in desertum. c. 16. num.163
34. Et non sinebat ea loqui. c.5.n.18 p.128
3. 13. Et fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare, & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eiciendi dæmonia, &c. c.11.n.257 p.439
4.39. Tace, obmutesce. c.6.n.14 p.170
5. 1. Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? c. 12. n.39. 40. & c.8.n.79 p.376. & 254
9. Quod tibi nomen est? c.1.n.39 p.67
12. Mitte nos in porcos. c.6.n.47 p.180
6.18. Non licet tibi habere, &c. c.12.n.75 p.472
7.18. Sic & vos imprudentes estis. c.11.n.59. p.381
9. 16. Attuli filium meum habentem spiritum mutum. c.9.n.159 p.324
9. 18. Generatio incredula, quandiu apud vos ero, &c. c.11.n.105 p.394
23. Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. c.8.n.55. & c.13.n.46 p.496
14. 4. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes, &c. c.9.n.51 p.295
14.29. Etsi omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego. Et ait illi Iesus: amen dico tibi quia tu hodie, in nocte hac prius quàm gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. At ille ampliùs loquebatur. cap. 14. n.46 p.546
14.44. Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè, c.10.n.87. p.507
15.25. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. c.8.n.132 p.267
16.14. Recumbentibus illis vndecim, apparuit & exprobrauit. c.10.n.69

Ex Luca.

Cap. 1. v. 6. Et erant iusti ambo. cap.4.n.48. & c.8. n.16. & c.12.n.94 p.131. & 477
17. Parate Domino plebem perfectam. cap. 13. num.45 p.496
18. Vnde hoc sciam? c.9.n.206 p.337
29. Missus est Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galilææ. c.4.n.52. & c.11.n.198. & c.13.n 8 & c.16.n.177 p.108.415.507
1.28. Et ingressus Angelus ad eam, dixit, Aue gratia plena. c. 2.n.79 p.473
29. Quæ cùm audisset turbata est in sermone eius. cap. 9. n. 168. & c.12. n.79. & c.15. n.90 p.326.588
32. Hic erit magnus. T.n.4. 668
35. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. C.9.n.117. & c.12. n.46. p.312. & 464
37. Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. T.n.99. p.691
1.38. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. C.9.n.189. p.332
1.40. Salutauit elizabet, & factum est vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans, &c. C.15. n.89. p.587
1. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. C. 9. n.105 p.310
49. Fecit mihi magna qui potẽs est. T.n.50. p.679
51. Deposuit potentes de sede. Cap.1. num.135. p.39
1. 67. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu Sancto, & prophetauit dicens; Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit, &c. C.15.n.88. p.587
2. 13. Et subitò facta est cum Angelo militia cœlestis exercitus. C.11.n.269. p.437
3. 2. Factum est verbum Domini super Ioannem in deserto. C.6.n.20. p.172
4. Omnis vallis implebitur, &c. Cap.9. num. 9. p.186
3. 23. Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta, & putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, &c. c.8. n.4. p.228
25. Cùm paterfamilias clauserit ostium, &c. nescio vos vnde sitis. C.2.n.32. p.65
4. 20. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. C.12. & 149. p.370.401
35. Et homo habens Dæmonium immundum. c.19.n.157. p.646
5. 8. Exi à me Domine, quia homo peccator sum. C.1.n.76. p.78
5.12. Domine, si vis, potes me mundare. c.21.n.215 p.419
5. 12. Et extendens manum tetigit eum, dicens. Volo, mundare. c.14.n.96. p.560
13. Vade ostende te Sacerdoti, & offer pro emundatione tua. c.3.n.32. p. 88
6. 3. Qui aufert quæ tua sunt ne repetas. c.6.n.46 p.179. & 191
6.19. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. c.1 n.46. p.16
6.21. Beati eritis cùm vos oderint homines, & cùm separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tamquam malum. C.7.n.38. p.208
24. Væ vobis diuitibus. C.15.n.35. p.573
6.26. Væ cùm benedixerint vobis homines. C.12. num.38. p.376
28. Benedicite maledicentibus vobis. c.1.n.16. p. 49
7. 9. Quo audito Iesus miratus est. Cap.8. num. 61 p.246
6.21. Quid existis in desertum videre, &c. c.9. n.25. & 26. & 14. n.31. p.289.542
37. Ecce mulier in ciuitate peccatrix. c.12.n.99. p.478
38. Lacrymis cœpit rigare pedes eius, C.4.n.65. & 67. p.112
39. Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier, &c. c.13.n. 121. & c.14. num.56 p.517.549
45. Osculum mihi non dedisti; hæc autem ex quo intrauit, &c. cap.13.n.49. p.497
8. 5. Et dum seminat, aliud cecidit, &c. c.9.n.171. p.327
46. Dixit Iesus: Tetigit me aliquis: nam ego, &c. C. 4.

Digitized by Google

c.4.n.87.& c.8.n.26 p.117.& 235
51. Non permisit introire secum quenquam nisi,&c.c.2.n.12.& c.5.n.67.p.59.& 141
9. 51. Et ipse Iesus faciem suam firmauit, vt iret in Ierusalem.c.13.n.138 p.521
9. 26. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò,&c.c.13.n.139 p.521
28. Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, &c. Cap.4.num.4.& cap.15.n.100.& T.n.42 p.96.591
31.Et dicebant excessum eius,&c.c.3. n. 113.& c.14.n.99 p.561
9. 57. Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: sequar te quocunque ieris.c.13.n.158 p.528
59. Sequere me,ille autem dixit.cap. 7.num.66 p.215
9. 62. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retrò aptus est regno Dei. c. 13 num.139 p.521
10.Qui vos audit,me audit.c.5.n.151 p.163
10.14.Neminem per viam salutaueritis.c.15.n. 110 p.594
22. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. c. 6. n.81.& c.9.n.181 p.189.& 330
39. Maria etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.T.n.71 p.684
40.Martha autem satagebat,&c. Cap. 4. num. 73 p.113
41.Martha,Martha sollicita es.T.n. 30 p.676
41.Maria optimam partem elegit.T.n.112.p.695
11. 1. Factum est cùm esset Iesus in quodam loco, erant,&c.c.9.n.190 p.332
11. 2.Doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos.c.6.n.61 p.183
11.Omnis qui petit,accipit.c.6.n.46. p.179
11. 5.Amice commoda mihi tres panes.c.4.n.101 & c.15.n.132 p.120.600
7. Non possum surgere. c. 4. n. 108. C. 6.n.48 p.122
19. Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum.c.9.n.159 p.324
31.Regina Austri surget in iudicio, &c. cap. 1. num.141 p.42
38.Pharisæus autem cœpit intra se reputans, dicere:Quare non baptizatus esset ante prādium.c.5.n.101 p.150
11.46.Et vobis legisperitis,væ,qui oneratis homines.C.12.n.64 p.469
11.59.Sequere me.Ille autem dixit:Domine permitte mihi primùm ire, & sepelire patrem meum; Dixitque ei Iesus: sine vt mortui sepeliant mortuos suos.c.13.n.141.p.522
52.Væ vobis Legisperitis.C.13.n.66 p.501
71. Sequar te Domine; sed permitte mihi, &c. C.14.n.59 p.550
12. 4.Ne terreamini ab his qui occidunt corpus. C.13.n.66 p.502
12. 17. Cogitabat intra se.c.2.n.18 p.61
12.27.Considerate lilia agri.C.13.n.114 p.514
32. Nolite timere pusillus grex,&c.c.6.n. 59. & c.12.n.21 p.183.& 457
12. 33. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.c.15. num.41 p.574
35.Sint lumbi vestri præcincti,&c.C.8.n. 57. & 112.& c.9.n.197.& c.12.n.9.p.245.261 & 334.453
12.46.Veniet Dominus serui illius in die, quâ non sperat,& horâ, quâ nescit, & diuidet eum, partémque eius cum infidelibus ponet. c.9.n.10 p.286
50. Baptismo habeo baptizari. cap. 12. num. 51 p.465
13. 8. Domine dimitte illam & hoc anno vsque dum fodiam circa illam,&c.cap.8.num.81 p.252
13.11. Ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem, & octo,& erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cùm videret Iesus vocauit eam ad se,& ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua.Et imposuit illi manus, & confestim erecta est.c.14.n.60 p.550
20.Donec fermentatum est totum. C. 12. n. 25 p.458
31. Accesserunt quidam Pharisæorum, &c. Non capit Prophetam petere extra Ierusalem.c.5.n.155.& 14.n.103.p.164.& 561
13.1.Et factum est, cùm intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.c.13.n.20 p.489
14.18. Villam emi,& necesse habeo exire,& videre illam.c.12.n.88 p.475
21. Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis. cap.15. num.108 p.593
32. Legationem mittens rogat. c. 7. n. 61.p. 213
15. 3. Peregè profectus est in regionem longinquā. c.6.n.50 p.180
4. Nonne dimittit nonaginta nouem in deserto? C.11.n.172 p.407
8. Quæ mulier habens drachmas decem. c. 11. n.192.& c.16.n.141 p.413
15. 8.Peccaui in cælum.c.1.n.92 p.27
12.Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit.c.9.n. 198. & 201.& c. 15. n. 134 p.335.336.600
15.13.Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.c.12.n.95 p.477
18.Surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum,& coram te.c. 4. n.77.& c.9.n.173 p.114.& 328
19. Iam non sum dignus vocari filius tuus. c. 11 n.88.& c.12.n.95 p.389
20.Misericordiâ motus.c.6.n.50 p.180
21 Pater peccaui in cœlum, & coram te. c. 8. n.83 p.253
29. Ecce tot annis seruio tibi. Numquid mandatum tuum prǽteriui?c.4.n.14 p.90
30. Qui deuorauit substantiam suam. cap. 11. n.197 p.414
31. Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.C.4.n.21.& 6.n.58.& c. 16. n. 138 p.100.182
16. 5.Laudauit Dominus villicum iniquitatis,quòd prudenter egisset.c.2.n.24. & c.14.n.70 p.63.& 153
19. Homo quidam erat diues. c.1.n. 106 p.30
24.Et ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei,& mitte Lazarum, &c. c.1.n. 178. & C.9.n.159.& c.12.n.36.& c. 16.n. 130 p.178.323.461.599
16.24.Habeo enim quinque fratres,vt testetur illis. ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.c.13.n.149 p.525
18.14.Descendit hic iustificatus ab illo.c.3.num.22 p.85
24 Respice, fides tua te saluum fecit. c.9. n. 151 p.322

38.Iesu

38. Iesu fili Dauid miserere mei.T.n.53
19. 5. Festinans descende.C.2.n.44 p.69
5. Hodie in domo tua oportet me manere. C. 2 n.69.& C. 6.n.55.& C.7.n.75 p.75
8. Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus. C.2.n.66.& C. 6.n.96. & Cap.13.n.47. & C.15. n. 129. p.75. 193.496.& 599
9. Hodie salus huic domui facta est, eò quòd & ipse sit filius Abrahæ.c.2.n.67 p.75
12. Tollite ab eo talentum.c.12.n.59 p.456
33. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius ad illos.c.6.n.93
20.25. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.Cap.3.n.17.& c.9. n. 200 p.84.335
21.25. Erunt signa in Sole, & Luna,& stellis, &c. arescentibus hominibus præ timore,& expectatione.c.7.n.87.c.8. n. 111. & c. 16. num.94 p.221.261
22.5. Pacti sunt pecuniam illi dare. Cap.15. num.50 p.577
15. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum.C.5.n.89 p.147
25. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos,benefici vocantur.C.3.n.34.&.c.11.n.37.p.89.& 376
31. Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum.c.4. n. 3. & cap. 7. num. 24.p.95.204
35. Quando misi vos sine sacculo, & pera, nunquid aliquid defuit vobis?C.11.n.216.& C.12.n.27.& 33 p.419.458.& 460
21.41. Positis genibus orabat.C.9.n.7. p.285
42. Si vis transfer Calicem hunc à me, &c. cap.7.num.100.C.9.n.201.& c. 16.n.14 p.224.336
43. Apparuit Angelus de cœlo confortans eum. C.6.n.75.
22. 43. Factus in agonia, prolixiùs orabat.Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis. c. 5. num.48 p.136
22. 47. Et appropinquauit Iesu vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo filium hominis tradis.C.9.n.89 p.306
22. 48 Iesus autem dixit illi: Iuda,osculo filium hominis tradis.C.9.n.10 p.286
61. Egressus foràs fleuit amarè.Cap.11.num.146. p.400
23.23. At illi instabant vocibus magnis postulantes, vt crucifigeretur.c.9.n.191 p.333
23.27. Sequebatur autem Iesum multa turba, &c. Filiæ Ierusalem nolite flere super me.c.6. n.78.& 80.& c.12.n.62 p.188.468
34. Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.c.10.n.79.C.12.n.62 p.362
23.39. Si Filius Dei es,salua temetipsum & nos,c.9. num.51 p.296
42. Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum c.9.n.194 p.309
24. 26. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Cap.8,n.122.& c.16.n.47 p.264
39. Videte manus meas,& pedes meos, quia ego ipse sum.c.1.n.75 p.23

Ex Ioanne.

Cap.1.v.1. In principio erat verbum. c.9. n.191. c. 14.n.45.&c. 15.n.12.p.333.546.& 568
2. Hoc erat in principio apud Deum. c. 1. n. 59 p.19
3. Omnia per ipsum facta sunt.Cap. 1.num. 252 & 389
4. In ipso vita erat.C.7.n.84 p.220
7. Vt testimonium perhiberet de lumine. c. 11. n.102.& c.13.n.90 p.393.& 508
1. 7. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet.c.6.n.20 p.172
1. 9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. cap. 14.num.10 p.536
12. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. c.11. num. 201 p.416
1. 13. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis.cap.6.num.104.c.9.n.79.p.195. & 303
1. 13. Neque ex voluntate carnis.cap.13.num.135 p.520
1. 14. Gloriam quasi vnigeniti à Patre. c. 1. n. 100 p.29
1. 14. Plenum gratiæ, & veritatis.c.11.n.32 p.374
1. 16. De plenitudine eius nos omnes accepimus,& gratiam pro gratia.c.14.n.24 p.540
1. 19. Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem.c.2.n.33 p.65
28. Vbi habitas? Dicit eis: Venite & videte. c.16. n.137 p.641
31. Et ego nesciebam eum.c.6.n.21 p.172
1. 37. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.c.15.n.76 p.584
47. Respondit ei Nathanaël, & ait: Rabbi, tu es filius Dei.c.5.n.160 p.165
2. 1. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat Mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias.Cap.4. n.58. p.110
3. Et deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent; & dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea.c.4.n.100.& 107.c.7.n.12. c.9.n.183.T.n.52.& T. n. 124. p. 12. & 122.133.& 331
16. Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.c.6.n.103
2. 19. Soluite templum hoc,& in tribus diebus excitabo illud.c.6.n.23 p.173
3. 8. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat,aut quò vadat. c. 5. num.44 p.135
14. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto,&c.c.8.n.101
18. Qui credit in eum,non iudicatur. c.8.n. 174 p.280
20. Qui malè agit,odit lucem. cap. 14. num. 9 p.536
30. Illum oportet crescere, me autem minui. c. 3 num.39
35. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.c.12.n.12 p.454
36. Qui autem incredulus est filio, ira Dei manet super eum.c.9.n.96 p.307
4. 7. Mulier da mihi bibere.c.4. n. 72 .cap.12.n.38 p.462
15. Da mihi hanc aquam,&c. Dicit ei Iesus: Vade,voca virum tuum.c.4.n. 52.& c. 12. n.38.& 95 p.108.477
18. Quinque enim viros habuisti. cap. 13. n. 126 p.518

19. Domine

19. Domine vt video, Propheta es tu. cap. 1. num.170 p.50
22. Vos adoratis quod nescitis. c. 15. num. 25 p.571
23. Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.c.5.n.64 p.141
29. Venite & videte hominem, &c. c. 5. n. 42 p.134
4. 34. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. cap. 11. num. 253. p.432
39. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum. c.1.n.53. & C. 8. num.143 p. 18. & 270
47. Incipiebat enim mori. C.7.n.53 p.211
5. 6. Vis sanus fieri? C. 5. n. 52. & 59.C.8.n.160 p.137.139.& 276
10. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.c.8.n.144 p.270
5. 17. Pater meus vsque modò operatur, & ego operor.c.4.num.5.C.12.num.54 p.96. 466
19 Non potest filius à se, &c. cap. 8. num. 17. p.232
22. Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium.c.10.n.42.& c.14.n.68 p.366.& 552
30. Iudicium meum iustum est. cap. 2. num. 17 p.61
31. Si ego testimonium perhibeo de meipso: testimonium meum non est verum. c. 13. n.109 p.513
5. 44. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam abinuicem accipitis? c. 9. num. 10 p.286
6. 5. Cùm sublenasset oculos Iesus. c. 8. n. 168 p.279
5. Vnde ememus panes vt manducent hi? c. 2. num.25 p.63
11. Accepit panes, &c. & ex piscibus quantum volebant.c.4.n. 92. & c. 8.n. 25. p. 118. & 234.
12. colligite quæ superauerunt fragmenta. C. 13.n.91 p.508
13. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. cap. 3. numero 41 p.592
14. Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. cap. 5. numero 34. p. 64. & 132
15. Fugit in montem ipse solus. c. 16. n. 169 p.650
19. Non est opus valentibus medico. c. 1. n. 46
27. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. c. 5. n.72. & 77 p.142.& 144
30. Quod ergo tu facis signum, vt videamus, &c. Patres nostri manducauerunt manna in deserto.c. 3.n.31 p.88
6. 38. Descendi de cælo. cap. 15. numero 80. p.585
51. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. c. 5. n.88 p.147
62. Tunc sciens Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. C.14.n.95 p.560

64. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.C.9.n.119 p.313
68. Numquid & vos vultis abire? Cap. 16. numero 150 p.645
69. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.C.11.n.312.C.14.n.47 p.449
71. Nonne ego vos duodecim elegi; & ex vobis vnus Diabolus est? C.8.n.75 p.250
7. 16. Mea doctrina non est mea, &c.C. 11. n.232 p.425
18. Qui à semetipso loquitur propriam gloriam quærit.c.8.n.125 p.265
32. Quæretis me,& non inuenietis. c. 13. n.24 p.490
8. 5. In lege Dominus mandauit nobis huiusmodi lapidare;Tu ergo quid dicis? C.8.n.99 p.258
9. Et remansit solus Iesus,& mulier. c.8.n. 167. & C.11.n.179 p.278.409
24. Vos ex patre Diabolo estis;& desideria, &c. c.16.n.75 p.624
46. Si veritatem dico vobis, &c. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es. c.5. n.159 p.165
47. Qui ex Deo est, verba Dei audit.C.11.n.312 p.450
59. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. C.8.n.115 p.265
9. 6. Expuit in terram, & liniuit super oculos eius. C.7.n.59 p.213
6. Vade, laua in natatoria Siloë. c. 9. num. 131 p.322
6. Vade, & laua in natatoria Siloë. C. 14. n. 95 p.560
31. Scimus quia peccatores Deus non audit. C.6.n.46 p.179
10. 11. Ego sum Pastor bonus. C.8.n.115 p.262
18. Potestatem habeo.c.2.n.17 p.61
28. Magister adest, & vocat te. T. n. 119.p.697
36. Quem Pater sanctificauit, &c. C. 8.num.116 p.262
11. 33. Infremuit spiritu & turbauit semetipsum. C.8.n.149.& C.11.n.7 p. 273.& 369
41. Gratias tibi ago, quoniam audisti me. C. 4. num.90. p.118
47. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi Concilium.C.9.n.92. p.306
49. Vos autem nescitis quicquam. C. 11.n.63. p.382
12. 24. Nisi granum frumenti cadens in terram. C.7.n.147. p.272
13. 3. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus. C.7.n.42.43. p.209
6. Venit ergo ad Simonem Petrum. C. 8. n. 88
10. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.C.8.n.50. p.243
13.21. Cùm hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu, & protestatus est,& dixit:Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. c.11 n.34 p.375
25. Domine quis est? &c. Cui intinctum panem porrexero.C.14.n.66 p.552
33. Quò ego vado vos non potestis venire. C.2. n.73.& C.16.n.134 p.77
13. 36. Non potes me modò sequi, dicit ei Petrus: quare non possum te sequi modò? animam meam pro te ponam: Animam tuam pro me pones? c.8.n.59 p.245
14.2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt,&c. Si abiero, & præparauero vobis locum.

Digitized by Google

Cap. 2. num.73. cap. 15. num.120. p.77. & 596
4. Quò ego vado scitis, & viam scitis. c. 6. n.69. p.185
6. Ego sum via, veritas, & vita. c.8. num.49. p.242
12. Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet: & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. c.15.n. 35 p.573
17. Apud vos manebit, & in vobis erit. c.8.n. 53 p.144
26. Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis. cap. 11. n.183 p.410
31. Vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem. c.12.n.35 p.461
15. 3. Manete in me, & ego in vobis. c. 4. n. 94 p.119
21. Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, &c. cap. 6. num. 10 p.169
25. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. c.8.n.132 p.267
16. 2. Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium præstare Deo. cap. 9. n.90 p.306
7. Si non abiero, paraclitus non veniet ad vos. c.5.n.35 p.132
12. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. c.5.n.111 p.153
14. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. c.16.n.127 p.638
17. 4. Ego te clarificaui super terram, opus consummaui. C.13.n.52 p.498
5. Et nunc clarifica me Pater apud temetipsum. cap.5.num.38.& c.8.num. 74 p.133. & 250
11. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. c.8.n.181 p.282
22. Et ego claritatem, quam tu dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. c.5.n.71 p.142
18. 15. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu. c.6.n.22 p.172
23. Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me cædis? c.6.n.30 p.173
19. 11. Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. c.9.n.89 p.306
22. Quod scripsi, scripsi. cap. 7. numero 99. p.224
27. Accepit eam discipulus in sua. c.10.num. 44 p.352
20. 4. Currebant autem duo simul, &c. c. 15. n. 78 p.584
15. Si tu sustulisti eum. c.9.n.100. p.308
17. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem. c.8.n.199 p.279
19. Stetit in medio eorum. Cap. 15. num. 23. p.570
20. 25. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, non credam. Cap.1.num. 158 p.46
27. Infer digitum tuum huc, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. cap. 1. num. 158 p.46

Ex Actis Apostolorum.

Cap. 1. v. 8. Accipietis virtutem spiritus, &c. Eritis mihi testes. c.13.n.89 p.507
2. 2. Factus est repentè de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis. c.2.n.11 pag.59
3. Dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. cap. 2. num. 16 pag.60
3. 3. Respice in nos. c. 9. n. 103. & c. 15. n. 209 p.336. & 593
3. Et protinus consolidatæ sunt bases eius, & plantæ. C.6.n.82 p.189
6. Argentum & aurum non est mihi. Cap. 16. num.126 p.638
16. Dedit integram sanitatem. cap. 6. num. 82. p.188
5. 15. Veniente Petro, saltem vmbra illius, &c. C.9.n.113 p.311
7. 6. Quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiicient, & malè tractabunt eos annis quadringentis. c. 5.n. 26 p. 130
9. 4. Saule, Saule quid me persequeris? C. 7.n.91 p.222
12. 5. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. C. 7. num. 11 p. 200
16. 30. Opto apud Deum non tantùm te, sed etiam omnes hodie fieri tales, qualis & ego sum exceptis vinculis his. C. 6.num. 38. p.177
17. 28. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. C. 8. num.66 p.247
20. 26. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi quominus annunciarem omne consilium Dei vobis. c. 11. num.308 p.448

Ex Epistolo ad Romanos.

Cap. 1. v. 1. Paulus seruus Iesu Christi. c. 1. num. 39 pag.15
14. Græcis, & barbaris; sapientibus, & insipientibus debitor sum. Cap. 9. num. 58 p.297
21. Cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. C.11.n.297 p.446
2. 1. Inexcusabilis es, ô homo omnis qui iudicas: in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Cap. 14. numero 64. pag.551
4. 15. Vbi non lex, nec præuaricatio. c. 4. n. 15 pag.99
16. Lex iram operatur. Cap. 4. numero 13. pag.98
18. Qui contra spem in spem credidit. C. 13. num.35. p.493
6. 14. Sicut exhibuistis membra vestra, &c. Ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. C.7.n. 70.71. C.8.n.64 p.247
8. 4. Vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit. C.1.n.75 p.23

7. 7. Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, non concupiſces: occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. c. 11. n. 165 p. 405
15. Et filium hominis ſtantem. T. n. 5 p. 668
26. Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. C. 4. n. 56. C. 9. num. 43. p. 104. & 294
35. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio? an anguſtia? &c. C. 1. n. 165. & c. 14. n. 105 p. 141. 356. & 562
35. Quis nos ſeparabit, &c. an tribulatio? an anguſtia? &c. certus ſum quia neque Angeli, &c. cap. 8. num. 48. & c. 10. n. 57 p. 356
8. 35. Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? &c, certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, &c. poterit nos ſeparare à charitate Dei. c. 1. n. 163 p. 48
9. 3. Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto. c. 10. n. 34. & c. 11. n. 5 p. 355. 432
9. 28. Verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram. c. 11. n. 193 p. 444
10. 12. Diues in omnes qui inuocant illum. c. 6. n. 57 p. 182. & 192
12. 12. Spe gaudentes. c. 1. n. 111 p. 32
12. 19. Non vos defendentes. cap. 1. numero 150 p. 44
13. 4. Non enim ſine cauſa gladium portat. c. 9. n. 66 p. 300
14. 11. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti: Scriptum eſt enim, quoniam mihi flectetur omne genu. C. 10. n. 93 p. 366
15. 15. Propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter Chriſti in gentibus, ſanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio gentium accepta, & ſanctificata in Spiritu ſancto. c. 11. n. 310 p. 449
18. 12. Mihi vindicta, & ego retribuam. c. 1. n. 150 p. 44

Ex priori ad Corinthios.

Cap. 1. *v.* 18. Ignobilia & contemptibilia elegit Deus & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt, deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. c. 9. n. 177 p. 329
2. 9. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum. c. 14. n. 22 p. 539
2. 10. Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum: ſpiritus autem omnia ſcrutatur. c. 10. num. 84. & Cap. 11. num. 182. p. 364. & 410
3. 18. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. c. 1. n. 188 p. 55
4. 3. Neque me ipſum iudico: nihil enim mihi conſcius ſum. C. 14. n. 63 p. 551
4. Itaque nolite ante tempus iudicare quoad vſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. c. 15. n. 98. p. 510
9. Puto quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos
De Celada in Iudith.
oſtendit, tanquam morti deſtinatos. c. 16. num. 193 p. 656
13. Maledicimus, & benedicimus; perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus. c. 12. n. 37 p. 461
7. 1. Bonum eſt homini mulierem non tangere. C. 4. n. 63 p. 111
7. 9. Melius eſt nubere, quàm vri. C. 4. n. 63. p. 111
7. 14. Si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum: ſanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem; & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelē. C. 4. n. 48 p. 107
7. 28. Si autem acceperis vxorem, non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. C. 4. n. 62 p. 111
8. 1. Scientia inflat. C. 11. n. 224 p. 423
40. Puto quod ego ſpiritum Dei habeam. c. 12. n. 105 p. 480
11. 18. conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreſes eſſe. cap. 8. n. 151. & c. 15. n. 15. p. 273. 281. & 568
11. 21. Vnuſquiſque ſuam cœnam præſumit ad manducandum. C. 6. n. 44 p. 179
11. 27. Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè reus erit corporis, & Sanguinis Domini. c. 5. n. 103 p. 151
28. Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. cap. 5. num. 102 p. 151
29. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. cap. 5. num. 14 p. 127
12. 7. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet. c. 12. n. 81 p. 387
13. 7. Charitas omnia ſuffert. Cap. 8. numero 45 p. 241
13. 12. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. c. 15. n. 96 p. 509
14. 34. Mulieres in Eccleſiis taceant, &c. c. 6. n. 109. c. 13. n. 128 p. 196. & 518
15. 10. Gratia Dei ſum id quod ſum. c. 10. num. 54 p. 355
15. 51. Ecce myſterium vobis dico: omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. c. 6. n. 100. & c. 16. n. 51 p. 194
54. Vbi eſt mors victoria tua? Cap. 13. num. 42 p. 495
56. Stimulus autem mortis, peccatum eſt. c. 11. num. 86. & 90 p. 389. & 390

Ex poſteriori ad Corinthios.

Cap. 4. *v.* 17. Momentaneum & leue tribulationis noſtræ. c. 14. n. 102 p. 561
17. Quod in præſenti eſt, &c. in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. c. 16. n. 128 p. 619
5. 10. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. c. 18. n. 174 p. 280
6. 10. Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. c. 9. n. 43 p. 153
7. 4. Superabundo gaudio in omni tribulatione noſtra. c. 16. n. 55 p. 257

8. 8. Vestræ charitatis ingenium. C. 12. n. 7. p. 452
10. 10. Quoniam quidem epistolæ inquiunt, graues sunt, præsentia autem corporis infirma. C. 5. n. 33 p. 132
11. 3. Serpens Euam seduxit astutia sua. c. 12. n. 102 p. 479
12. 9. Virtus in infirmitate perficitur. c. 7. num. 48 & 107 p. 210. & 216
12. 16. Cùm essem astutus, dolo vos cœpi. c. 9. n. 136 p. 318
14. 17. Momentaneum, & leue tribulationis nostræ. C. 14. n. 102

Ex Epistola ad Galatas.

1. 10. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. C. 7. n. 37 p. 207
Cap. 1. v. 11. Notum vobis facio Euangelium, &c. quia non est secundum hominem. C. 11. num. 231 p. 425
20. Quod scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. C. 1. n. 155 p. 45
2. 11. In faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. C. 8. n. 156 p. 275
2. 20. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. c. 7. n. 41 p. 209
2. 20. Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus. C. 9. n. 216 p. 340
3. 16. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius, non dicit in seminibus quasi in multis, sed quasi in vno, in semine tuo, qui est Christus: hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. C. 5. n. 30 p. 131
3. 10. In Christo nec masculus, nec femina sumus. C. 8. n. 165 p. 278

Ex Epistola ad Ephesios.

Cap. 1. v. 11. Omnia operatur secundum cõsilium voluntatis suæ. C. 9. n. 104 p. 309
2. 3. Et nos aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem cogitationum. c. 10. n. 86 p. 364
2. 4. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, quâ dilexit nos, &c. C. 6. n. 56 p. 182
3. 9. Supereminentem scientię charitatem. C. 13. num. 103 p. 511
4. 8. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem. C. 5. n. 54 p. 138
10. Qui ascendit ipse est qui descendit. Capite 1. num. 71 p. 22
13. Occurremus omnes in vnitatem fidei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. c. 8. n. 165 p. 278
26. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam. C. 5. n. 11 p. 126
4. 31. Omnis ira & indignatio & clamor tollatur à vobis. C. 5. n. 10. p. 126
5. 4. Fornicatio autem, & omnis immunditia nec nominetur in vobis. c. 12. n. 104. p. 480
6. 11. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli. cap. 9. num. 86 p. 205
6. 13. Contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. C. 9. n. 86 p. 305

Ex Epistola ad Philippenses.

Cap. 1. v. 21. Mihi viuere Christus est. Cap. 9. n. 218 p. 340
2. 13. cum metu, & tremore vestram salutem operamini: Deus enim est, qui operatur in vobis velle. C. 12. n. 55 p. 466
3. 19. Quorum Deus venter est. C. 13. n. 10
3. 20. Nostra conuersatio in cælis est. Cap. 2. num. 61 p. 73

Ex Epistola ad Colossenses.

Cap. 1. v. 24. Adimpleo ea quæ desunt Passionum Christi in carne mea. c. 8. n. 62 p. 246
1. 24. Adimpleo ea, quæ desunt Passionum Christi in carne mea. c. 9. n. 73 p. 301
3. 14. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. c. 6. n. 37 p. 176
4. 6. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. c. 11. n. 237 p. 427
4. 6. Non rapinam arbitratus est, &c. C. 9. num. 212

Ex Epistola 1. ad Timotheum.

Cap. 1. v. 19. Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. c. 8. n. 123 p. 264
3. 7. Oportet autem illum testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ne in opprobrium incidat, & in laqueum Diaboli. C. 8. n. 75 p. 250
6. 6. Magnus quæstus pietas cum sufficientia. C. 8. num. 69 p. 248
6. 8. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. C. 4. n. 28 p. 102
17. Diuitibus præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. c. 11. num. 44
6. 17. Diuitibus præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. c. 15. n. 44 p. 575

Ex Epistola 2. ad Timotheum.

Cap. 1. v. 1. Depositum custodi. Cap. 11. num. 277 p. 439
2. 4. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. C. 4. n. 69 p. 113
4. 5. Ministerium tuum imple. c. 13. n. 53

Ex Epistola ad Titum.

Cap. 2. v. 11. Apparuit gratia Dei & Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, &c. C. 1. n. 108 p. 31
2. 12. Sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo expectantes beatam spem. c. 1. n. 109 p. 31
2. 51. Vt abnegantes impietatem, & secularia desideria. c. 1. n. 108
12. Epectantes beatam spem. c. 1. n. 109 p. 31

Ex Epistola ad Philemon.

Cap. 1. v. 1. Paulus vinctus Christi Iesu. cap. 6. n. 38 p. 177

Digitized by Google

Sacræ Scripturæ.

Ex Epiſtola ad Hebræos.

*Cap.*1.*v.*3. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, portánſque omnia verbo virtutis ſuæ. cap. 1.n.64. & c.11.n.309 p.20.& 448

4. 13. Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius. c.10.n.85 p.364

14. Omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus. c. 11. n.12.& c.13.n.112

7. 1. Hic enim Melchiſedech Rex Salem, Sacerdos Dei Summi: primùm quidem qui interpretatur Rex iuſtitiæ: deinde autem & Rex Salem, quod eſt Rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia. c.13.n.147 p.524

7. 26. Sanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus. c.11.n.156 p.403

10. 20. Initiauit nobis viam nouam, & viuentem. c.8.n.49 p.242.& 243

31. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. c.4.n.88 p.117

11. 25. Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. c. 13.num.163 p.529

12. 2. Confuſione contemptâ. c.9.n.78

Ex Epiſtola Iacobi.

*Cap.*1.*v.*13. Ipſe autem neminem tentat. cap.8.n.77 p.251

1. 17. Deſcendens à Patre luminum. c.13.num.121 p.516

2. 1. Fratres mei nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri. cap. 8.n.91 p.255

3. 2. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. c.6.n.28 p.174

6. Lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. c. 9. num.156 p.323

4. 5. Ad inuidiam concupiſcit Spiritus. capite 16. n. 79

5. 13. Triſtatur quis in vobis? oret. c.9.n.192. p.333

Ex Epiſtola 1. Petri.

*Cap.*2.*v.*1. Rationabile lac. c.5.n.106 p.151

Ex Epiſtola 2. Petri.

*Cap.*1.*v.*16. Non doctas fabulas ſecuti. c.8.n.8. p.229

Ex Epiſtola Ioannis

Cap. 3. *v.* 1. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. c.13.n.107 p.512

Ex Epiſtola Iudæ.

v. 9. Cùm Michaël Archangelus cum diabolo diſputaus altercaretur de Moyſi corpore, &c. c.15.n.6 p.566

9. Non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ. c.15.n.6

10. Hi autem quæcumque ignorant, blaſphemant. c. 9.n.70 p.185

Ex Apocalypſi.

*C.*3.*v.*19. Ego quos amo, arguo, & caſtigo. c.8.n.96 p.257

4. 8. Et requiem non habebant die, ac nocte. c.15. num.16.& n.131

5. 6. Habentem oculos ſeptem. cap. 13. n. 116. & num.117 p.515

7. 9. Vidi turbam magnam, &c. ſtantes ante thronum. c.8.n.89 p.254

8. 1. Cùm aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cœlo quaſi mediâ horâ. c.2.n.14. c.6.n.107 p.60

13. Væ, væ, væ ſuper habitantibus in terra. c.2. num.63 p.74

21. 2. Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, nouam, deſcendentem de cœlo. c.2.n.74.& cap. 13. n.22.& n.119 p.77.& 490

22. 16. Ego ſum radix, & genus Dauid. cap.8.n.28 p.77

Digitized by Google

INDEX RERVM.

Littera C, *caput denotat*; §. *paragraphum*; n, *numerum marginalem*, T, *Tractatum Appendicem*; p, *paginam*.

A

Abra.

QVÆNAM fuerit Iudithæ Abra; Cap.10. num.2. pag.342

Absens.

Absentia admiramur, & adoramus: præsentia contemnimus vsque ad vilipendium. c. 5.n. 33. toto §.p.132

Acceptor personarum.

Acceptionem personarum ferè omnia tribunalia deplorant.c.8.n.91 p.254
Deus exactor est indifferentis benignitatis. ibid. p.255
Iudex nesciat reum,vt sincerius sciat reatum.c.8. num.92 p.255
Angelus nec personam Iesu, nec Mariæ accipit. ibid.n.93 p.255
Vide verbo, *Æqualitas.*

Adulatio.

Adulatio irrisio est, & quodammodò gentilissmus. c.11.n.35.toto §. p.375
Adulatio infaustum omen est.c.11 n.38 p.376
Dæmon Adulatione præsumit Christum deiicere. ibid.n.39 p.376
Adulatio mentitur veritatem.c.1.n.40 p.15
Adulatio faceret Euangelium suspectum apud homines.ibid.n.41 p.15

Ægrotus. Ægritudo.

Pulchrè ægrotandum est.c.7.n.44 p.209
Ægrotorum nemo à Christo curatus, ad discipulatum adscitur.ibid.n.45 p.209
Ægrotus relegatur à seruitio Christi? c. 7.num.46 p.210
Ægritudo sæpè est passionum cautea.ibid.n.47.p.210
Ægritudinis elogia.c.7.n.48 p.210
Salus est præsagium ægritudinis: vnde salus recens possessa, speranda proponitur. c.7.n.49.50 p.210

Æmulatio. Vide. *Inuidia, Zelus.*

Æqualitas.

Præfectorum est virtus:nam qui pauculos prægrauat, cæteros euertit.c.4.n.5.toto §. p.96
Bonus Præfectus æque erit beneuolus in omnes: imò æmulus præfecturæ stellarum,se totum exhibeat singulis.c.15.n.17.toto §. p.569
Præfectus in æquilibrio sit, & vt peritus funambulus in neutram partem inclinet. c.15.num.23. toto §. p.570
Superior nimis æquus iniquus est: attentè modulετur fauores, & principatum inæqualitate amplificabit.c.15.n.136.toto §. p.601
Vide verbo, *Acceptio personarum.*
Ærumna. Vide, *Labor.*
Ætas. Vide, *Tempus.*

Alexander.

Solâ gloriâ sua minor.c 1.n.85 p.25

Ambitio.

Regnandi ambitio exaggeratur.c. 1. n.54.vsque ad 60 p.18.& seq.
Vel rei possessæ ambitio sic infelicitat, vt protoparentes culpauerit,& ex Angelis Diabolos fecerit? c.1.n.119.120 p.34.35
Ambitio capite emit coronam.ibid.n.121 p.35
Quàm auidè ambitur primus locus. c.2.num.35. 36.37 p.66
Ambitio de alterius exiguitate crescere satagit. c. 1. n.141.& c.3.n.39.40.41 p.41.91.92
Retunditur Ambitio eminentioris loci. c.8.n.88. toto §. p.254
Humana ambitio similitudinem ad alium recusat: omnes ambiunt exemplarem gloriam. c. 11. n.42.toto §. p.377
Ambitio vitium felix est, confine virtuti; virtutisque officia vtcunque substituens.cap.11.num.51 p.379
Ambitio corrumpit merita candidati: honoris fuga aut meritum inuenit,aut facit. c.13.n.155.toto §. p.527
Ambitionis fomes vitium est humanæ naturæ: suspecta virtus est quæ dignitates non recusat. c.16. n.166.toto §. p.649

Amicus, Amicitia.

Amico simulato nullus infestior hostis. c. 14.n.72. toto §. p.553

Amor.

Sæpè laudando excedit.in Prol.n.15 p.4
Amor subitus, & inconsultus apud homines magis æstimatur.c.2.n.11 p.59
Amoris grata tyrannis.c.8.n.44 p.241
Amoris patientia.ibid.n.45 p.241
Amor martyrem excudit.c.8.n.46 p.241
Amoris gratæ ærumnæ, ingratæ inferorum gehennæ comparantur.ibid.n.47 p.242
Amor impossibilia audet.c.8.n.48 p.242
Mente potiùs quàm voluntate amandum esset, quò defæcatior & purior sit noster amor. cap.10. num.84 p.363
Vis amoris mutuat intellectui perspicaciam ad videndum nimis in re dilecta. c. 11.n. 180.toto §. p.409

Verus

Digitized by Google

Index Rerum.

Verus Amor non tam constare videtur affectibus quàm muneribus.c.12.n.11.toto §. p.454
Amor Dei erga homines humanam transcedit cogitationem.c.13.n.103.toto §. p.515

Andreas.

Andreas primò reijcitur à Christo, vt iunior Petrus præferatur.c.15.n.76 p.584

Angelus.

Angeli, quasi ambitiose auxiliantur pio Regi. c. 5. num.156 p.164
Angelus est signaculum spiritus.c.13. n.119. p.513
Angelus est officina diuina.ibid.112 p.514
Angeli dicuntur Dei oculi, & aures.c.13.num.114 p.514
Angelus spirat sanctitates, & quomodo.ibid.n.114 p.514
Angelus est flos gratiæ.c.13.n.114 p.514
Ab Angeli facie censetur Dei visio. cap.13.n.115. p.514
Angeli custodes Concilium celebrant pro hominibus.ibid.n.117 p.515
Angeli quomodo stant volantes. c.13.n.118.p.515
Angeli exhauriunt Dei mandata.ibid. p.515
Angelus custos peregrinatur à cælo?c.13.num.119. p.515
Cælum descendit ad Angelos custodes. ibid. p.515
Angelus custos dicitur paracletus.ibid.n.120.p.516
Sit homo Angelorum candidatus.ibid. num. 121 p.516
Angelorum munificentia erga homines.c.13.n.121 p.516
Angelus custos modulatur arma.ibid.n.122 p.516
Angeli circunstatio corona est. c.13.n.122 p.516

Antiquum. Vide, *Nouum.*

Aquaductus.

Quare tributo comparetur.c.3.n.18 p.85

Arphaxad.

Arphaxadi nomen erat proprium dignitatis. cap. 1. num.25 p.13
Arphaxad dicitur Ecbatanam condidisse, quia illam restaurauit.c.1.n.18.29.30.31.& 32, p.13.14
Grandinis nomen ambit.c.1.n.40 p.15
Quisnam fuerit.c.1.n.126 p.37

Arrogantia Vide, *Superbia.*

Astutia.Versutia.

Homo à versutia dicitur peruersa imago diuinæ incomprehensibilitatis.c.1.n.181 p.53
Cor Astuti est tenebrarũ latibulũ.ibid.n.172.p.54
Homo astutus est dupliciter vnus. c.1.num.183 p.54
Homo ab Astutia duplex, homo integer non est; ibid.n.184 p.54
Quare lingua Astuti dicatur blasphema. capite 1. n.185 p.54
Astutia, & dolus in re belli, victoriam dehonestant. c.5.n.5.6.& 7 p.125
Astuta & malitiosa hominum malitia Deum latere præsumit.c.5.n.146.toto §. p.162

Atheus.

Atheus dicitur qui persequitur iustos. c. 7. num.92 p.222

Atrocitas.

Quo sensu atrocitas aliqua in iudice laudetur. c. 7. num.101 p.225

Auaritia. Vide *Diuitia.*

Auctor.

Auctor apud homines commendat opus, cùm opus à se ipso censendum esset.cap. 5.num.36.toto §. p.133
Auctor præclarè censendus ex claritudine operis. c.5.n.36 p.133

Augurium.

An humana oratio, faustum augurium Deo sit?c.6. n.60.toto §. p.183

Aulicus.

Aulici sese insinuantes aspectui Principis,quasi indigni reijciendi sunt.c.5.n.15.16.17 p.127
Curia aliquorum Principum dicitur vitiorum metropolis.c.5.n.152.toto §. p.163
Aulici Holofernis citiùs deserunt religionem, quàm ciuilitatem.c.5.n.157 p.165
Oculi Christi non eliciunt lacrymas in palatio. c.11.n.147 p.400
Extra palatium orat Moyses, vt audiatur à Deo. ibid.n.147 p.400
Aulici quidam muliebriter ornantur. cap.11.n.148 p.400
Oportebat Christum non crucifigi nisi in curia,& à curialibus. ibid.n.149 p.401

Auris, Auditus.

Sint virginis aures crudæ & acerbæ ad Veneris vocabula, ne in casto corpore scottetur auditus.c.12 num.74.toto §. p.471
Homo quia ex igneis moribus materiatus est, timeat à scintilla verbi inhonesti.c.12.n.104.p.480
Aures vident detractiones.c.14.n.51 p.547

B

Baptismus.

Lacrymæ sunt oculorum Baptismus.cap.7.n.59 p.113
Cælestia procurat.c.12.n.45 p.464
Baptismus est incarnationis æmulus. c. 12. num.46. p.464
Baptismus gehennam interstinguit. ibid. num. 47 p.464
Spiritus maritat aquas Baptismi. c. 12. num. 48 p.464
Baptismus est peccatorum naufragium.ibid.num.49. p.465
Purgatorio igni Baptismus comparatur.c.12.n.50 p.465
Baptismus Passioni,& Cruci assimilatur.ibid.num.51 p.465
Luxuria est peruersus baptismus. c.12.num.99. p.479

Beatitudo.

Quàm pigri & desides simus in itinere ad beatas cæli glorias.c.2.n.72 p.76
Volatu opus est,vt stemus,nec retrò labamur.ibid. pag.76
Timebant Apostoli, ne alij præoccuparent cæli sedes.c.2.n.73 p.77
Expectamus, vt cælum veniat ad nos.ibid. n.74 pag.77
Beatitudo, vt dulciùs sapiat eius spes, dicitur furto accipienda.c.6.n.86 p.190
Qui cælestem beatitudinem impensiùs anhelat, valedicit terrenæ felicitati, & vltrò se destinat acerbioribus vitæ molestiis. cap. 12. num. 21. toto §. p.457
Beatorum merita sunt ornamenta Beatitudinis. c.15. n.117.toto §. p.596
Cælestis beatitudinis felicitas adeò excellit, vt præ magnitudine æmuletur humanas infelicitates. c.16.n.128.toto §. p.639
Supernæ beatitudinis elogia prædicantur. ibid. n.134.toto §. p.641

Sic

Digitized by Google

Sic vilis est apud homines cælorum gloria, vt beatitudinis drachmam quærant inter stercora. c.16.n.140 p.642

Bellum, Prælium.

Sine fraude gerendum.c.5.n.5.6.7 p.125
Bellum ipsum tacitè dehonestat vincentem.Sine pugna vincere,fastigium victoriæ,& victoria Virgo. c.14.n.48.toto §. p.546
Dedecus & infirmitas est potentioris, si cum imbecilliori certamen ineat. cap. 14. n.88.toto §. p.558

Beneficium.

Beneficium grandius putatur, quod quibusdam datum,negatur aliis.c.3.n.42.toto §. p.92
Ipsa beneficij lubens acceptio instar gratitudinis est,vel inchoata gratitudo. cap. 5. n. 137.toto §. p.159
Non gratus beneficij acceptor sæpè implet largientis munera.c.6.n.81.toto §. p.189
Non reputatur vulgò beneficium, quod præstatur inuitis: grande donum est quod à volente volenti datur.c.8.n.160.toto §. p.278
Secretum dandi beneficium lenocinatur munificentiæ largitoris; donúmque exaggerat ad liberalitatem, dum abscondit ad gratiam. c.9.n.112. toto §. p.311
Merita accipientis beneficium minuunt largitoris munificentiam.c.15.n.131 p.580

C

Cadere.

QVi semel cadere incipit,non solet sisti vsque ad profundioris loci infimissimam ruinam. c.15.n.64 p.80

Calamitas. Vide *Labor.*

Calceus.

Caput indigni calceatur.c.5.n.23. p.129
Calceorum pretiosa ambitio.c.16.n.61 p.620
Amatoriæ salutationes calceorum soleis subscriptæ.c.16.n.62 p.621
Ocuaati,& speculatorij calcei.ibid.n.63 p.621
Feminæ coronas calceabant.c.16.n.64 p.621
Ex calceis probatur regina.ibid.n.64 p.621
Discalceatam Euam momordit serpens: Inditha calceis serpentem calcat.c.16.n.65 p.621
Nudi pedes sunt magis viriles. ibid. num. 61 p.620

Candidatus. Vide, *Ambitio.*

Cantus, Musica.

Cantus sedat affectus, & excantat passiones. c. 16. num.9 p.605
Cantus ex lapidibus homines facit. ibid. numero 10 p.606
Verbi diuini harmonia. c.16.n.11 p.606
Rationales pompæ seu processiones cum cantu. ibid. p.606
Cantus Ecclesiæ ne sit theatralis.ibid.n.12 p.606

Captiuitas.

Captiuitas amissa ambitur ab Hebræis. cap.1.n.113. p.32
Quotannis durauerit Israëlis captiuitas apud Ægyptios.c.5.n.26.&c. p.130
Captiuitas diuturna, sua habet commoda. c. 5.n.53. 54.55 p.137.&138

Caput.

Caput indigni calceatur.c.5.n.23 p.129
Capitis pretio emenda corona non est. c. 1. n. 121 c.12.n.88.toto §.p.35.& 475

Caro, Corpus.

Caro humana adeò periculosa est, vt ingenij diuini Cura meritò appelletur. cap. 13.num.134.toto §. p.510

Carcer. Vide, *Catena.*

In carcere ediscenda est virtutum eminentia à reorum flagitiis.c.10.n.65 p.359

Castitas. Vide, *Luxuria.*

Vidualis castitas præ difficultate, rursus ferè Virgo, & Mater dicitur. c.8.n.13.toto §. p.231
Castitas quæ sibi nimis suspecta, & meticulosa est, desciscit à generositate perfectioris pudicitiæ.c.9 n.167.toto §. p.326
Castitas adtestâtis fidem adstruit,quam destruit testimonium luxuriantis. c.11.num.195.toto §. & sequenti. p.414
Castitas flos virtutum est, & reliquæ virtutes, spiritualis quædam castitas.cap.15.num.123.toto §. p.597

Catena, Vincula.

Sancti suspirant vincula.c.6.n.35 p.176
Christiani reptantes adorabant catenas viui Martyris.ibid.n.36 p.176
Catenarum Pauli elogia.ibid. p.176
Vincula dicuntur supra fastigium amoris. c. 6. n.38 p.176
Quàm æstimet Paulus catenas. ibid. numero 38. p.177
Catenæ veridicos ostendunt Apostolos, & Prophetas.c.6.n.39 p.177
Vincula aut Martyrem inueniunt, aut faciunt. ibid. n.40. p.177
Vincula coronæ sunt.c.6.n.41 p.177
Catenæ sunt monilia pulcherrima. ibid. num. 42. p.178

Cato.

Catonis ebrietas putatur virtus. cap. 1.numero 157 p.46

Chamæleon.

Exile animalculum ambit grandius nomen.c.1.n.40 p.15

Character.

Detúrne malitię characterc.10.n.76 p.361

Charitas. Vide, *Amor.*

Christus.

Est Pæonius medicus inferorum.c.1.n.46 p.16
Christus idem est in Ascensionis gloria,& in Crucis ignominia.c.1.n.71.& 75 p.22.& 23
Lucet sine vmbra.c.1.n.154 p.43
Quare responderit cùm alapâ dehonestatur? c. 6. num.30 p.175
Tanti æstimatur hominum salus,vt *Omnia* Christo esse dicatur.c.7.n.41.toto §. p.208
Possítne dici Christus filius suorum operum. c. 8. num.20 p.233
Christus via est, præcaue ne illam conculces.cap.8. n.49 p.242
Inde lauandi pedes loti.ibid.n.50.51 p.243
An Christus inuideat excelsæ quorundam sanctitati c.8.n.61.toto §. p.246
Christus sub Diabolo esurire,& sub Samaritide sitire dicitur.c.8.n.71 p.249
Christi Dei quasi parcitas in terris, munificè negotiari videtur liberalitatem in cælis. cap. 9.n.196. p.334

Cilicium, Saccus.

Cilicij carnem exasperantis elogia. cap. 9. num.24. p.289
Cilicium delicta expungit.ibidem. p.289
Quid sit sacco incubare.c.9.n.25 p.289

Vestis

Vestis naturam mutat.ibid. p.189
S.Paulinus & S. Xauerius dicuntur intexti cilicinis funibus.c. 9.n.26 p.189
Cilicium prophetat.ibid. p.289
Cilicium pia regni ambitio est. capite 9. num.27 p.290
Cilicium quasi resculpit originalem gratiam. Ibid. n.28 p.290
Cilicium restaurat Dei imaginem. cap. 9. num.29 p.290
Quo sensu dicatur inuidiam Christo facere. ibid num.30 p.290
Humanæ preces à sacco,& cinere fiunt ambitiosè potentes.c.9.n.37.toto §. p.292

Cinis.

Cinis, vel puluis super caput signum est ambitiosioris luctus.c.9.n.5 p.284
Mundialia bona præter cinerem, nihil sunt.ibid. num.31 p.291
Cinis fertilis est in re virtutis. capite 9. numero 33. p.291
Cinis excitat naturalis rationis litteras. ibid.num.34 p.291
Cinis optimum medicamentum est. cap.6.num.35 p.292
Humanæ preces à sacco,& cinere fiunt ambitiosè potentes.c.9.n.37.toto §. p.292
*Clericus.*Vide,*Sacerdos.*

Colonia.

Adhuc viuentes licet coloniam mittere in cœlos. c.1.n.61 p.74

Comœdia.

Cur Comœdiæ non sint prohibitæ aliqua lege.c. 8. num.9 p.229
Comœdiæ sunt cathedra pestilentiæ.ibid. p.229
Constupant mores.ibid. p.229
Comœdiæ sunt arx libidinis,quia ibi impunè qui vis, luxuriatur.c.8.n.10 p.230
Choreæ theatrorum impudentes.ibid. p.230
Adulter Dæmon præest comœdiis. c. 8.num. 11. p.230
Sunt Veneris sacrarium.inibi. p.130
Sunt consistiorum impietatis.c.8.n.12. p.230
Suos habent patronos.ibid. p.130
*Comitas.*Vide , *Vrbanitas.*

Compassio Miseratio.

Compassio aliquando miseriam amplificat.c.6.n.77 p.188
Miseratio sæpè grauior est ipsâ miseriâ. ibid. n. 78. p.188
Post calamitatem opportuna est consolatio. c. 6. num.79 p.188
Commiseratio calamitatem sæpè exaggerat. ibidem num.80 p.189

Concionator.Concio.

Remigat cum remige verbo. In Prologo , num.14 pag.4
De Sacri Concionatoris elocutione , seu stylo latè tractatur.c.11.n.216.per plures §. p.427
Concionator agere debet Dominâ , & Imperiali voce,non seruili,& ancillante procerum nutu.c.11 n.286.toto §. p.442
Procul ab Euangelica concione verba effeminata & meretricia.ibid.n.290.toto §. p.444
Verbum Dei nummus argenteus dicitur ; & quia breuior elocutio pretiosior est , & quia aliquando prædicator concionibus velut nummis auarissimè negotiatur.c.11.n.292 p.444
Inanis gloriæ ambitio , seu ambitionis fastus est
vitium agnatum sapientiæ studiosis. c. 11. n. 297. toto §. p.445
Probitas prædicatoris meritum, & laus est Euangelij ; improbitas autem dedecus, & contumelia. ibid.n.303 p.447
Sermo Euangelici præconis audientium vitam fouet & alit,gratiam auget, & amplificat, vitam tribuit audientibus quasi Eucharisticam, & beatam. c.11.n.308 p.448
Euangelij laus est , non deuenustari prædicatione Iudæ: & fundari vel dubiâ hæsitatione prædicantium.c.14.n.19.toto §. p.541

*Confessarius Confessio.*Vide,*Pœnitentia.*

Sine excusatione peccata confitenda sunt. c. 6. n.4. toto §. p.168
Confessarius ne asperiorem pœnitentiam sæpè imponat.c.12.n.63.64 p.569

Coniux.Nuptia.Matrimonium.

Sit vxor mariti speculum.c.4.n.45 p.106
Adam mox futurus maritus fruitur visione beatâ, & quare.ibid.n.46 p.106
Vterque coniux habeant idem spiraculum , idem nomen.c.4.n.47 p.106
Coniugum eadem Sanctitas ibid.n.48 p.107
Sit vterque coniux , vnus in duitate personarum, duo in vnitate coniugij.c.4.n.49. p.107
Vxorum ærumnosæ malitiæ. capite 4. num. 50 p.107
Neptiarum tragœdia.ibid. p.108
Quàm sit molesta subiectio ad virum. c.4.n.51 p.108
Vxor nihil accipiat,nisi conscio,& præsente marito.c.4.n.52 p.108
Maritus est castitatis exactor.ibid.n.53 p.109
Ambitiosæ recens viduarum lacrymæ , suspectæ habentur lenocinij.c.4.n 54 p.109
Caueat vxor ne ornetur vt Luna , absente Sole marito.ibid.n.54 p.109
Nuptiæ morti similes.c.4.n.55 p.109
Vxor aut bonus aut malus Dæmon.ibid. p.109
Cur Sarâ mortua non dicitur Deus apparuisse Abrahamo marito.c.4.n.55 p.109
Quare Nuptiæ dicantur Eucharistiæ similes.ibid. num.56 p.110
Coniugum vita gladiatoria.c.4 n.57 p.110
Nuptiæ prope spectatæ adhortatio sunt ad virginitatem.ibid.n.58 p.110
Qui nupturit, priùs scrutetur futuram vxorem. c.4.n.59 p.110
Pronubi negotium dedecet Religiosos viros.ibid. p.110
Aliqua maritorum impatientia laudatur. c.4.n.60 p.110
Homo nupturit.c.4.n.61 p.111
Nuptiæ dicuntur libidinis venia, & concupiscentiæ expiatio.ibid. p.111
Vxor sæpe ignem igni addit.c.4.n.62 p.111
Quo sensu matrimonium dicatur stupri affine.ibi. p.111
Matrimonium comparatur pomo paradisiaco. c. 4. n.64 p.111
Qui nuptias prohibet , homicidij reus dicitur. c. 10.n.80 p.362

Conopæum.

Quid significet Conopæum.c.10.n.88 p.365
Conopæo visus Holofernes ad ostentationem & fastum.c.10.n.87 p.365
Quale fuerit Holofernis conopæum. c. 10. n. 87. 88.& 89 p.365

Digitized by Google

Quid & quotuplex Holofernis conopœum. c. 10.n.89. p.365
Conscientia.
Acerba peccati punitio est. C.11.n.68.& 69.p.384
Consolatio.
Consolatio sæpè irrisio est.c.6.n.74 p.187
Christus post consolationem magis tristatur. ib. num.75. p.187
Viro forti non est consolanda iniuria, sed insultanda.c.6.n.76. p.188
Imò & gratulandum de iniuria.Inibi. p.188
Pia hominis miseratio, patienti sæpè est grauior miseriæ exaggeratio.c.6.n.77.toto §. p.188
Constantia.
Constantia quæ non feritur aduersis, neque ad graue periculū expallescit,à constantia in inconstantiam degenerat.c.11.n.4.toto §. p.368
Consuetudo.
Consuetudo peccandi paulatim auertit à fide. Vnde impudens peccator Semichristianus olim habebatur.c.8.n.123.toto §. p.264
Consuetudo praua est voluntaria seruitus. cap. 10. n.74. p.361
Est velut fomes ad lasciuiam.ibid.num. 75.p.361
An praua consuetudo imprimat aliquem malitiæ characterem?c.10.num.86. p.361
Consuetudo legem peccandi sancit. c. 10. num. 77. p.362
Violentum à consuetudine fit naturale.ibid.n.78. p.362
Consuetudo luxuriandi, quædam libera necessitas est, & quasi prophetia vlterioris libidinis. cap. 14.num.54 toto §. p.548
Rescindere peccandi consuetudinē diu inolitam, naturæ miraculum est,gratiæ fastus,& pignus gloriæ.c.14.n.58.toto §. p.549
Continentia. Vide,*Castitas.*
Contrarium.
Diuinior Dei vis per contraria, & secum pugnantia media, præstat quos intendit effectus.c.14.n.93. toto §. p.559
Corona.
Corona dicitur donum ridicularium. cap. 1.n.100. p.28
Coronantur viæ, aræ,hostiæ,sacerdotes, fores, templa,manus,ora,nares,capita,cadauera.cap.3.n.27. p.87
Dignus, etsi pes sit coronatur; indigni caput calceatur,c.5.n.23. p.229
Capitis pretio emenda corona non est. c. 1.n.121 & c.12.n.88.toto §. p.35.& 475.
*Corpus.*Vide,*Caro.*
*Correctio.*Vide,*Reprehensio.*
Credibilitas.
Homo faciliùs credit rebus specie tenus falsis, quàm meracissimæ veritati. cap. 11. num. 102. toto §. p.393
Castitas adtestantis meretur fidem.cap.11.n.195. toto §.& sequenti. p.414
Neque oculis credimus de virtute aliena:Dubitatio de alieno bono illud indubiè probat. cap. 13. n.89.toto §. p.507
Crudelitas.
Est luxuriæ appendix.c.10.n.90.toto §. p.362
Crux.
Cruce insignimur ad singulas actiones. c. 5.num. 107. p.152
Est cupiditatum insectatio.ibid.n.108. p.152
Cruci affixus est Dæmon etiam: qui cruce vincitur. ibid. p.152
Crux est pons.c.5.num.109. p.152
Crux cælos arietat.ibid. p.152
Crucis plura elogia.ibid.n.111. p.153
Crucis gloria,& decus.ibid.n.112. p.153
Per gloriam itur ad crucem.c.5.n.113. p.153
Crux admixta gloriæ æternitatis.ibid.n.114. p.153
Crux est passionis forma.c.5.n.115. p.153
Crux infuscatur humanis delictis, ibid. num. 116. p.154
Crucis multa epitheta conglobantur.ibid.num.117. p.154
Eucharistiæ supponitur crux. c.5.n.115. p.153
Culpa. Vide, *Peccatum.*
Curia.
Curia Principum, quo sensu comparetur Adamo. C.5.152.& 153. p.163
Non est congrua ad congruam vocationem.ibid. n.154. p.164
Dedecet christum crucifigi,nisi in curia. ibidem. num.156. p.164
Sępè est criminum officina.c.12.n. 145. p.406
Oculi christi non eliciunt lacrymas in palatio. ibid.n.149 p.400
Oportebat christum non crucifigi nisi in curia,& à curialibus.c.12.n.149 p.401
Curiositas,Curiosus.
Delatores Romani appellabant curiosos; & quale horum ministerium.c.7.n.20. p.203
Curiositas est vitiorum promptuarium. c.8.n.171 p.279
Curiositas inquietat fidei mysteria. ibid. num. 172 p.280
Ad curiositatis pœnas damnatur Dæmon.c.8.n.173. p.280
Custodia.
Circumspecta nostri custodia sæpè non fit ob suspicionem mali,sed ob æstimationem boni. cap.9. n.173 p.180
Custos. Vide *Angelus.*

D.

Dæmon,Diabolus.
DÆmon vsque adeò illiberalis est,vt vel spei ingerendæ auarus sit. c.3.num. 12.13.14.15 p.83.& 84
Dæmon à mundo exulat cùm deponitur à præfectura mundi.c.130 p.38
Eius vita dicitur in mundo dominari.ibid.n.135. & 136 p.39.& 40
Damnatio.
Acerbiùs torquet pati titulo damnationis, quàm seuiora tormenta hic tolerare.c.11.num. 63.toto §. p.382
Dauid.
Dauidis beneficentia erga inimicos. c. 1.num.177. & 180. p.52.& 53
Defendo
Verbum *Defendo*, significat impetum facere, etiam nullo hoste prouocante: & significat etiam vlcisci.c.1.n.149 & 150 p.43.& 44
Delatio. Delator.
Sycophantica fratrum delatio, perniciosa est. c. 7. num,15 p.202
Offensus,& calumniator frater, est in fratē, velut passiones,& fomes peccati.ibid.n.16. p.201
Fratrum leues delationes ab inuidia,vel odio,non sunt audiendæ.c.7.n.17 p.202

Fratrum

Digitized by Google

Fratrum ſuſpicaces Delationes,nimis olim infeſta-
runt Eccleſiam.ibid.n.18 p.202
Clancularius delator eſt ſuſpectus S. Bernardo. C.
7.n.19 p.203
Sycophanticus delator officium Diaboli obit.
inibi. p.203
Delatorum,quos Curioſos vocabant,profectus olim
viſus apud Romanos.C.7.n.20 p.203

Deliciæ. Vide *Voluptas.*

Delictum. Vide *Peccatum.*

Depoſitio.

Depoſitio à regno, vel præfectura, acerbior morte
pœna eſt.C.1.n.129.per plures §. p.58

Deſiderium. Vide *Propoſitum.*

Pium Deſiderium præmaturè gaudere dicitur ope-
ris priuilegio.C.13. num. 45. toto §. & ſequenti
p.496

Detractio,Obmurmuratio.

Detractio,& reprehenſio, res ſunt diuerſiſſimæ.C.8.
n.78.toto §. p.266
Detractio malè dulcis eſt.C.8.n.127 p.266
Detractio ſententiosè comparatur pani, ibid.n.128
p.266
Voluptas detrahendi rem Veneris æmulatur.c.8.
n.129 p.266
In cælo dicitur eſſe voluptas murmurationis, ſine
vitio detractionis.ibid.n.130 p.266
Detractio eruditur in ſchola beſtiarum, C.8.n.131.
p.267
Detractor comparatur Chriſti tortoribus in Paſſio-
ne.ibid.n.132 p.267
Detractionis acerbitas æmulatur gehennæ cruciatus.
C.8.n.133 p.267
Detractor ſubit lenitiæ incommoda abſque volu-
ptate lenitiandi.ibid.n.135 p.268
Detractio cur punitur per miniſterium ſerpentium
Seraphim.C.8.n.136 p.268
Detractor quomodo ſubit Idololatriæ ſupplicium.
ibid.n.137 p.268
Detractio Iudæ fuit cauſa illius derelictionis. c.8.
n.139 p.269
Quare res infauſta,dicitur etiam Euangelium.ib.
n.139 p.269
Euangelium narrat Chriſti etiam contumelias,
quò facilius credatur. Cap. 8 .num. 140. & 141
p.269.& 170
Amici Iob præſumebant Deo perſuadere Iobi
probra.ibid.n.143 p.270
Creditur Samaritanæ prędicanti Chriſtum, vt
ipſius Samaritanæ probra credantur. C. 8. n.143
p.270
Detractione publicatur miraculum paralytici ſana-
ti,vt faciliùs credatur.ibid.n.144 p.270
Qui obmurmurando aliquem culpat, plus ipſe à
ſua maledicentia culpatur,& fide indignus vulgò
habetur.c.8.n.154.toto §. p.274
Homo ingenuus aſylum eſt à detractione. ibid.
p.274
Oculorum nutibus aliquem traducere clanculariâ
inciſione,vrbanum detractionis genus eſt. C.9.n.
152.toto §. p.322
Lingua beneloqua eſt ſummum humanæ conuer-
ſationis ſacramentum. Cap. 11. num. 42. toto §.
p.374
Detractio artificium eſt amplificandi, & publicandi
laudes.C.13 n.100 p.510
Detractor auribus videt, quæ in aliis notat vitia. C.
14.n.51.toto §. p.547

Deus.

Dicitur pater etiam non filiorum. C.1.n.175.p.51
Deos facere præſumpſit Principum arrogantia. C.3.
n.47.48.49 p.93.& 95
Deus etiam,non benefaciens,eſſet ſibi contumelio-
ſus apud homines, & quaſi nemo hominibus. C.
7.n.83.toto §.& C.12.n.54 p.220
Dei amor erga homines humanam tranſcendit co-
gitationem.C.13.n.103.toto §. p.511
Deus olim corporatus apparens, quaſi ediſcebat hu-
mana omnia.C.13.n.136 p.521
Timor cenſetur inter Dei nomina. cap. 2. num.77
pag.78

Difficultas.

Difficultas facinoris metitur gloriæ felicitatem:malè
dulcis eſt voluptas, quam aliqua difficultas non
condit,& mellit.c.16.n.198.toto §. p.658

Dignitas.

Onus eſt.C.1.n.60.&c. p.20
Dignitas ne mutet hominem. C. 1. n.71.per totũ §.
p.22
Sublimior Dignitas,ſi deſint merita,deuenuſtat poſ-
ſeſſorem,qui dignitatis ſplendore infelix eſt.C.1.
n.89.toto §.& ſequenti p.26
Qui non per ſuos gradus,ſed feſtinatâ promotio-
ne ad dignitatem aſcendit, feſtinus deſcendet. C.
2.n.44.toto §. p.69
Creſcit meritum cum munere; vilitas officij ſiſtit
ambitionem merendi. C. 9.n.171.toto §. p.327
Officioſa inſipientia feliciter Dignitates obtinet
ingenio rudiatis.C.11.n.55 p.580
Feliciter ſtultus ad dignitatem eligitur.ibid.n.61
p.581
Superbia & faſtus in dignitate, agnatum ignobi-
lium vitium eſt.C.15.n.80.toto §. p.585

Dignus.

Dignus, etſi pes ſit,coronatur; indigni caput calcea-
tur.C.5.n.23 p.129

Diſcipulus.

Diſcipulus indiſciplinatus Magiſtrum ſuum deue-
nuſtat.C.5.n.149 p.163
Inde Petri gladius Chriſti patientiam ferire dici-
tur.ibid.n.150 p.163

Diſcordia. Vide, *Pax.*

Diſertus.

Diſertus eſt, qui ſapienter ſtulteſcit. C. 1.num.186.
toto §. p.54

Diſputatio.

Qui in Diſputationibus contumelias iactat in aduer-
ſarium,ſe ab illo victum publicat. C. 5.num.158.
toto §. p.165

Diſſimulatio.

Diſertus homo ſępè ſe ſcire diſſimulat. C. 1.n.186.
187.& 189 p.54.& 55
Hæc fuit eximia Salomonis ſapientia. ibid. n.188
pag.55

Diuitiæ, Diues.

Diuites potentes inhiant bonis pauperum. c. 3.num
10. 11 p.82.83
Serui adminiſtratores Diuitias diſſipant: multipli-
catur cenſus adminiſtratus per Domini manus.
C.8.n.24.toto §. p.234
Sufficiens cenſus quibuſdam vtilis eſt ad virtu-
tem.c.8.n.68.toto §. p.248
Diuitiæ & honores ſæpè faciunt puſillanimes ad
obeunda pericula. Cap. 11. num. 216. toto §.
p.419
Diues quia opes habet, plus ditabitur apud Reges.
c.12.n.18.toto §. p.436
Diuitibus multa bona tribuit Deus, vt bonorum
penuriam experiantur. cap. 12. num. 16. toto §
p.438

Digitized by Google

Pauper inualidus delictis obnoxius est; potentia Diuitiis quasi ius quoddam est ad delinquendum. C.14.n.38.toto §. p.544
Tam auidè homo pecunias appetit, vt cælestis beatitudo sub pecuniæ nomine illi proponatur. C.15.n.39.toto §. p.574
Fugax est nummorum possessio: vnde baetitudo quæ de se ęterna est, denarij nomine significata, dicitur Denarius diurnus. C.15. num.44. toto §. p.575
Auara opulentia peccandi fomes est, & licentia delinquendi, inferni viaticum, & quasi gehennæ reatus.ibid.n.49.toto §. p.576
Opes iniustè possessæ iniustum possessorem furtiuè fugiunt.c.15.n.53.toto §. p.578
Mundialis gloria opibus comparatur, Diuitiis constat.ibid.n.58.toto §. p.579
Diuitiæ reiectæ merita sunt; & ipsæ abundantius recuperatę, sunt præmium ipsius abdicationis.C.16.n.151.toto §. p.645
Doctor. Vide, *Sapiens, Concionator*.
Dolus. Vide, *Astutia*.
Donum. Vide, *Munus*.

E.

Ecbatana.

Ecbatanæ quis ædificator? c.1.n.27.28.29.& 30. p.13
Eius superba structura. Cap.1.num.66.67.& 68 pag.21
Elatio. Vide, *Ambitio, Superbia*.

Electio, Elector.

Sciat Elector, quòd officiosa insipientia dum feliciter præfecturas negotiatur, eisdem planè insidiatur ruditatis ingenio.Cap.11.num.55.toto §. p.380
Mera senectus non est apta ad dignitates. ibid. p.380
Feliciter stultus ad prælationem eligitur. C.11. n.61 p.382
Non ambitio muneris, sed muneris fuga, benemeritum inuenit, aut facit.C.13. num.155.toto §. p.527

Eleemosyna.

Cur dicatur energia impetrationis, cap.4. num.44 p.106
Diues homo pauper est ad Eleemosynam. Cap.6. num.91 p.192
Res quæ Eleemosynæ nomine petitur, plures habet dominos.ibid.n.93 p.193
Tantùm quis possidet, quantùm Eleemosyna largitur.c.6.n.94 p.193
Eleemosyna danda, vt illam donarent cælites. ibid. num.95 p.193
Eleemosyna est ingenium amplificandi censum. C. 6.n.96.97 p.193

Elegantia.

Elegantia in verbis. Vide verbo, *Stylus*, *Concionator*.
Elegantia in cultu. Vide verbo, *Ornatus*.

Elephas.

Quo pacto sit initium viarum Domini. cap.1. n.70 pag.21
Eloquentia. Vide, *Stylus*.
Episcopus. Vide, *Sacerdos, Superior*.

Eremus.

Arx, & asylum est.c.5.n.63 p.140
Qui in eremo viuunt dicuntur veri adoratores Dei, & quo sensu.ibid.n.64 p.141
Eremus fomes est ad virtutem.c.5.n.65. p.141
christus ad patrandum miracula, cur fugit turbas In ibi. p.141
Eremus paradisum æmulatur.c.5.n.66 p.141
Est locus gloriæ.ibid.n.67 p.141

Euangelium, Euangelista.

Quare res infausta, dicitur etiam Euangelium. c.8.n.139 p.269
Euangelium narrat Christi etiam contumelias, quo facilius credatur.c.8.n.140.& 141.p.269.& 270
Euangelij laus est non deuenustari prædicatione Iudæ: & fundari vel dubia hęsitatione prædicantium.c.14.n.29.toto §. p.541

Eucharistia.

Est epulatio secundùm altitudinem Dei. C.5.n.69 p.142
Est honor hospitæ Trinitatis.ibid. p.142
ciborum ambitio.c.5.n.70 p.142
Sit homo generosus æquè bono sanguine ac Deus enutritus.ibid. p.142
In Eucharistia communicat Christus claritatem, quã dedit illi Pater? c.5.n.71 p.142
Quo pacto operari possimus cibum Eucharisticum.ibid.n.72 p.142
Meritum accipientis Eucharistiam, Eucharistiæ corona est.C.5.n.73 p.143
Quàm venusta, & Dei oculis grata sit Eucharistię pulchritudo.C.5.n.74.toto §. p.143
Eucharistia dicitur Christi passio defæcatior, & quo sensu.ibid.n.75 p.143
Pulchros facit.ibid.n.76 p.144
Christus quia primogenitus est, alimentorum nomine suis fratribus impertit Eucharistiam. C.5. n.77.78 p.144
Conglobantur plura Eucharistiæ epitheta. c.5. n.81 p.145
Ad Eucharistiam accedimus, sicut vnus plures.ibid. n.82 p.145
Eucharistia sine pretio.c.5.n.83 p.145
Eucharistiæ donum à largitate non patitur detrimétum.ibid.n.84 p.146
Summum Eucharistiæ beneficium instar gratitudinis est.c.5.n.85 p.146
Eucharistia ingenium est amplificandi debitum. ibid.n.86 p.146
Inter mundi paleas est quærendum cæleste Eucharistiæ granum.C.5.n.88 p.147
In Eucharistiæ deliciis etiam caro exultat.ibid.n.88 p.147
Eucharistiæ sumendæ pia concupiscentia. c.5.n.89 p.147
Eucharistia cælum fragrat.ibid.n.90 p.147
Est præludium beatitudinis.ibid. p.147
Est gloriæ ornatus.ibid. p.147
Eucharistia sunt diuitiæ Dei.C.5.n.91 p.148
In Eucharistico pane censeri Christum, emphaticè dicitur.ibid.n.92 p.148
In Eucharistia spes dilatanda.c.5.n.93 p.148
In Eucharistia vt egeat christus mendicitatibus creatoris explicatur.ibid.n.94 p.148
De salario paterno Ecclesiam munerat Christus in Eucharistia.ibid.n.95 p.148
Eucharistica hostia, Solis clypeus est, martyrum vigor & Christianorum asylũ.c.5.n.96.toto § p.149
Qualis baptismus debeat præcedere Eucharistiæ sumptionem.c.5.n.101 p.150
Eucharistia accipiatur Virgine saliua.ibid.num.102 p.150
Eucharistia venenum dicitur indignè accipientibus. ibid. p.151

Indignè

Digitized by

Indignè sumens Eucharistiam dicitur Deicidij reus.c.5.n.103 p.151.
Qui indignè accipit Eucharistiam vincula collo alligata vorat.ibid.n.104 p.151
Eucharistia est cælestis carbo.ibid.n.106 p.152
Quam operam Deipara contulerit ad Eucharistiæ institutionem:& an reliquiæ Deiparæ in Eucharistico pane adorentur.T.n.85.toto §. p.688
Eucharistiæ supponitur crux.c.5.n.115 p.153

Exactor.

Exactorum auara rapacias, & violentia retunditur. c.3.n.7.toto §.& n.17.19.20 p.81.84.&85
Deus exactor est indifferentis benignitatis.cap.8. num.91 p.255

Excessus.

Excessus in re virtutis compescendi. c.8.n.57.toto §. p.245

Excommunicatio.

Qui supra merita sublimatur, dicitur excommunicatus,seu anathemate percussus.c.1.n.98 p.28

Excusatio.

Est stylus culpæ.In Prologo.n.2 p.1
Anteuertat calumniam. In Prologo numero 21 p.5
Qui se excusat,ericio similis est.c.6.n.4 p.168
Excusatio sæpè Deum accusat.ibid.n.5 p.168
Excusatio ruinam ædificat.c.6.n.6 p.168
Excusatio delictum in delicto abscondit.ibid.num.7 p.168
Taciturnitas est optima excusatio.ibid.numero 8. p.69
Verosimilis excusatio,sic certa absolutio apud homines.c.6.n.10.11 p.169
Luxuria,quia minus excusabilis,maius crimen habetur apud Tertullianum, quàm apostasia. ibid. num.12 p.170
Probabilis excusatio interemptorum Christi, illos quodammodò absolueret apud homines.c.6.n.13 p.170
Procliue est mutis etiam animantibus se excusare. ibid.n.14 p.170
Alterius crimen mei criminis excusatio habetur: quæ vel ex proco lenonem faciet. c.7.n.8.toto §. p.169
Humana malitia alienam vitiositatem procurat, ad solatium seu excusationem propriæ. c.12.n.90 p.476

Exemplum.

Improborum conuictus eadem vitia sæpè affricat,& allinit.c.11.n.151.toto §. p.401
Malum exemplum adeò instigat ad deliquendum vt vel Deo quasi cauendum foret,nisi incapax esset vitij.c.11.n.156.toto §. p.402
Bonum exemplum animata lex est, velut prophetia imitationis,& maturum Euangelium. cap. 14 n.77.toto §. p.555
Proborum conuersatio virtutes spirat, imprimit, exprimit.c.14.n.80.toto §. p.556

Exercitia spiritualia.

Exercitiis spiritualibus aliquoties vacandum ei, qui inter turbas agit.c.5.n.68 p.141

Expectatio,Spes.

Rem honorat.In Prologo.n.13 p.3
Expectatio cordium est.c.8.n.110 p.260
Cur protracta expectatio dicitur difficilis Dæmon.ibid. p.260
Expectatio est gehennæ æmula.c.8.n.111 p.261
Molestæ expectationis ineffabile præmium, idid. num.112 p.261

Exul.

Vir perfectus dicitur vitæ exul.c.8.à n.35 p.238
Homo in se ipso,sui exul est.c.10.n.53 p.355

F

Fabula.

Qvo sensu Catholica Christianorum mysteria fabulis poëtarum comparentur. cap. 8. n.6. toto §. p.228

Fama.

Bona opinio apud homines valde iuuat ad virtutem, cohibétque humanam licentiam ad delinquendum.c.8.n.71.toto §. p.249

Familiaris Regius.

Magnam habet potestatem.c.2.n.17 p. 16
Sit velut anima,& sanguis Regum.ibi.n.18.& 19 p.61
Beneuolentia Principis clypeus est, & corona subditi familiarissimi. cap.11.numero 212.toto §. p.61
Qui semel cadere incipit, non solet sisti vsque ad profundioris loci infimissimam ruinam. cap. 15. n.64.toto §. p.580

Felicitas,Prosperitas.

Felicitatis inconstantiæ.c.10.n.48 p.354
Esto benè infelix in hac vita, ne sis malè infelix in futura.Ibid.toto §. p.354
Felicior prosperitas,adeò infelix,ærumnosa,& criminosa est, vt consolandus esset prosper de feliciori fortuna.c.13.n.160.toto §. p.528
Ipsa sæuioris procellæ atrocitas nonnunquam ducit in portum prospero errore, & cæcà felicitate. c.14.n.27 p.541
Secularis prosperitas aliquando iuuat ad virtutem,estque sanctitatis custos? c. 16. n.170.toto §. p.651

*Femina.*Vide,*Occasio, Luxuria.*

Feminæ olim cantabant in templis diuina officia vt impeditis linguis tacerent. c. 6. n. 109.& 110 p.196.& 197
An vini vsus feminas deceat?c.10.n.31.& sequentibus p.349
Causa pulchræ feminæ non est tota rea. cap. 11. num.177 p.408
Grande periculum est, inimicitias agere cum femina.c.13.n.60 p.500
Res est periculis plena inimicitias agere cum femina, cuius furor terror est Diaboli.cap.14.n.84. toto §. p.557
Procul sit à religioso Sacerdote mulierum etiam piarum frequens visitatio, ne familiaritas insidietur pudicitiæ.c.15.n.92.toto §. p.588

Fides.

Fidei nostræ mysteria, quo sensu Catholico fabulis comparentur.c.8.n.7.toto §. p.228

Filius.

Maiorum vetus olim pietas, sanctiùs propagat posterorum virtutem?c.8.n.16.toto §. p.232
Quiuis filius est suorum operum. c.8.n.19.toto §. p.233

*Fœcunditas.*Vide,*Sterilitas.*

Fomes.

An Iuditha habuerit fomitem ad naturales virtutes. c.8.n.64.toto §. p.247

Fortuna.

Fortunæ constantia.c.1.n.102 p.29
Vide verbo, *Felicitas.*

Digitized by Google

Frater.

Quàm sæpè sæuiat in Fratrem ab inuidia, aut odio. c.7.n.13.toto §. p.102

Fucus. Vide, *Ornatus.*

Femina fucata depingitur.c.10.n.13 p.344

Femina quæ fucatur priùs sibi displicet, vt placeat aliis.ibid.n.14 p.344

A fuco altera pro alterâ substituitur.ibid. p.344

Speculi mendacium & fraus.c.19.n.15 p.345

Fucus est fabulosus Spiritus decoris,& phantasia voluptatis.ibid. p.345

Est elaborata libido.c.10.n.16 p.345

Scripta facies libidinem significat. c. 10.num.16. p.345

Honoratur fucata femina dum inuitatur ad luxum.ibid.n.17 p.345

Fucatas feminas nescit Deus.c.10.n.18 p.346

Coma irrufata est gehennæ auspicium.ibid. n.18 p.346

Fucus est alter fomitis fomes.ibid.n.19 p.346

Funambulus.

Superior funambulo comparatur. cap.7.n.102.103. c.15.n.26 p.225.& 571

Furtum.Fur.

A furto dulcescit res ablata c.6.n.84 p.190

Ex insuauibus cibis furto ablatis, lautius instruitur conuiuium.ibid.n.85 p.190

Beatitudo,vt dulciùs nunc sapiat,dicitur furto accepta.c.6.n.86 p.190

Res furto possessæ iniustum possessorem furtiuè fugiunt.c.15.n.53.toto §. p.578

G

Gaudium. Vide, *Lætitia.*

Gehenna, Infernus.

Reprobi cùm decedunt, cur in gehenna non dicantur motari.c.6.n.100.101 p.194

Latè expenduntur feralissima gehennæ cruciamenta.c.16.n.100 p.631

Genuflexio.

Iudæi non prostrati,sed genu flexo orabant.c.9.n.7. p.285

Gloria inanis. Vide, *Hypocrisis.*

Gloria inanis blasphemiæ malitiam æmulatur. c. 9. n.13.toto §. p.287

Virtutes fascinat.ibid.n.17 p.287

Reconsuescit,& insolescit.c.9.n.18 p.288

Sublimis virtus suspecta fuit inanis gloriæ. ibid. num.19 p.288

Homo ob metum gloriæ inanis celet opus suum à se ipso.c.9.n.20.21 p.288

Deus est oculatissimus ad virtutes occultas: ad publicas,quasi non videat.ibid.numero 22.& 23. p.288.& 289

Eximia virtus publicari non ambit, sed nec timet: lucis examen approbatio est præclarioris operis. c.15.n.113.toto §. p.594

Gratia.

Adsitne gratiæ diuinæ astutia serpentis, & aliqua quasi Satanæ sagacitas, sed ad bonum?c.12.n.101 toto §. p.479

Diuinæ gratiæ humana necessitas adstruitur.c.13. n.12.toto §. p.489

In peruersis quibusdam naturis videtur gratia quasi violenta: & cæleste verbum patitur abortum.ibid.n.27 p.491

Homo gratiâ munitus sibi impossibilia intentat. c.13.n.53.toto §. p.498

Qui officiosissimæ gratiæ obtemperat, totam Dei gratiam redimit, animum triumphis coronat, resculpit Dei imaginem: & Eucharistiæ, seu Beatitudinis mensâ quasi saginatur.cap.16.n.22.toto §. p.609

Gratitudo.

Ipsa lubens acceptio beneficij, instar gratitudinis dicitur, vel inchoata gratitudo. c.5.n.138.toto §. p.159

Gratitudo accipientis beneficium, sæpe minuit beneficentiam largitoris.c.6.n.81.toto §. p.189

Acceptum donum exaggeratur ad gratitudinem. c.12.n.5 p.451

Bonus vir sic gratus est,vt fermè ingratus esse non possit.c.16.n.205.toto §. p.660

Gula.

Iudex gulosus, est ineptus ad gubernandum. c.1.n 27.28.29 p.15

Gula, & mensales deliciæ superioris, inobedientes facit subditos.c.6.n.87.toto §. p.191

Sicut gula quasi resculpit originale delictum: sic ieiunium quodammodò restaurat innocentiæ statum.c.12.n.110 p.482

A gula obbrutescit homo, & valedicit Deo.c.13 n.8.toto §. p.486

H

Hæreticus.

Hæreticus non est, qui inimicus est eius, qui se putat sapientem.c.11.n.220 p.421

S.Hieronymus.

Hieronymus Dei afflatus instinctu Biblia transtulit. c.1.n.8.& 9 p.10

Estne S.Hieronymus lingua,& robur fidei?ibid.n.10 pag.10

Scripturarum arbiter, diuinum organum. cap.1. num.11 p.10

Nemo audet Hieronymo comparari.ibid.num.12 pag.10

Nemo tam de se præsumit, quàm de Hieronymo censet.ibid. p.10

Quomodo dicatur Christi mens. cap. 1.num.13. pag.11

S.Hieronymus est Scripturarum ornatus.inibi, n.13. 14.&15 p.11

Hieronymi translatio in quo possit Scriptores Canonicos excellere?c.1.n.16.& 17 p.11

Hieronymus,Scripturarum census,& præmaturè cælicola.ibid.n.18 p.11

Hieronymi moribus Scripturæ sunt impressæ; & Hieronymus Scripturis impressus. cap.1.n.18.19. & 20 p.11.& 12

Hieronymi virtutes tantùm ferme à communibus excellunt, quantùm virtus à vitio. c.1.n.21.p.12

Est Bibliorum ostiarius.ibidem n.21 p.12

Historia.

Historia Iudith quo tempore acciderit.c.1.n.122.& sequentibus. p.35.& seq.

Holofernes.

Quis fuerit Holofernes,& an filius Estheris?c.2.n.21 pag.62

Homo.

Homo ab astutiâ vnus multiplex culpatur.c.1.n.181 toto §. p.55

Homo alatus est ad vitia,torpet ad rem virtutis. c.2. n.71.toto §. p.76

Hominis malitia supra proprias vires impotenter audet.c.6.n.64.toto §. p.184

Homo est sæuior sui hostis; timeat sibi à se.cap.12. num.55 p.466

Homo

Homo ex igneis moribus materiatus.C.12.num.104 p.480

Honor.

Honores & diuitiæ ſæpè puſillanimes faciunt ad pericula.C.11.n.216 p.419

Nonnullis honorum gloria lenocinium eſt ad virtutem; & ærumnoſa miſeria fit peccandi libido. C.16.n.160.toto §. p.647

Vide verbo, *Ambitio & Superbia.*

Hoſtis.

Amico ſimulato nullus infeſtior hoſtis.Cap.14.n.72.toto §. p.555

Res eſt periculis plena inimicitias agere cum femina,cuius furor terror eſt Diaboli.cap.14.n.84. p.547

Hoſtis imbecillitas victoriam dehoneſtat.ibid.n.88.toto §. p.558

Humilitas.

Humilitas fabricata ſuperbit.In prologo, numero 2. pag.1

Humilitas eſt virtutum conſummatio.c.9.num.178 p.329

Facit fidem amabilem.ibid. p.329

Humilitas excellit Mariæ virginitatem, c.9.num.179 p.329

Humilitas Chriſti quodammodo Deo detrahit.ibid. p.329

Humilitas eſt ingenium amplificandi gratiam. c.9. num.179 p.329

Humilitas eſt beatitudinis æmula. ibid. numer. 180 p.330

Humilitas omnia dicitur eſſe Chriſto. c.9.num.181. p.330

Hypocriſis.

Vitium vera timet à virtute: Cap.1.n.161.162.163 p.47.& 48

Hypocriſis eſt iter ad gehennam.C.9.n.9. p.286

Hypocriſis ſuſpecta infidelitatis eſt; & tua proditionis Iudæ.ibid.n.10 p.286

Quo ſenſu dicatur, Chriſtum non veniſſe vocare hypocritas.C.9.n.11 p.286

Licetne oſtentare apparentias vitiorum ad fugiendam hypocriſim.n.12 p.286

Hypocriſis malitia æmulatur blaſphemiæ textum. c.9.n.13.toto §. p.287

I.

Idiota.

IDiota arrogantiùs ſuperbit de re doctrinæ.cap.6. n.69.toto §. p.185

Officioſa inſipientia dum feliciter præfecturas negotiatur,eiſdem inſidiatur ruditatis ingenio.C.11 num.55 p.380

Feliciter ſtultus ad prælationem erigitur: ibid. num.61 p.382

Ieiunium.

Ieiuno Superiori facilè obediunt ſubiecti populi, qui imperia guloſi recuſant. Cap. 6.nu.97.toto §. p.191

Sicut gula quaſi reſculpit originale delictum: ſic ieiunium quodammodò reſtaurat innocentiæ ſtatum: & in cæleſtem & virginem naturam velut reformat;C.12.n.110.toto §. p.481

A gula obbrutoſcit homo,& vale dicit Deo.C.13 num.8 p.486

S. Ignatius.

Ieiunij aliqua epitheta.ibid. p.487.

De ſua gloria ſatagit alios beare.Cap.12.numero 6 p.452

Ignorantia.

Arrogantia eſt agnata ruditati,& Ignorantiæ.Cap.6. num.70 p.85

Ignorantia eſt phantaſia præſumptionis.ib.n.71.p.186

Imaginatio.

In ærumnis oportet imaginationem diuertere à cogitationibus animum excruciantibus;& eam applicare ad ea quæ calamitatem mitigent. C. 8. n. 145.vſque ad n.151 p.271.& ſeq.

Impatientia.

Aliqua maritorum impatientia laudabilis.c.4.n.60. p.110.Vide verbo, *Patientia.*

Incarnatio.

Quo ſenſu Incarnatio Chriſti dicatur fabula à Tertuliano.c.8.n.8 p.229

Poſſitne dici Chriſtus filius ſuorum operum.C.8. num.26 p.233

Deus olim corporatus apparens, quaſi ædificabat humana monia.C.13.n.136 p.521

Chriſtus formatus fuit ex guttulis cordis Mariæ. T.num.56 p.680

Chriſtus Deus concarnatur & conuiſceratur Deiparæ.T.n.89 p.689

Indigena.

Etſi caput ſit,calceatur:ficus dignus, etſi pes ſit, coronatur.C.5.n.23 p.129

Infamia.

Publicata infamia ferè ius eſt ad delinquendum, ex hominis malitiâ.c.4.n.34 p.95.& 96

Infans.

Infantium preces,& arma.c.4.n.14 p.101

Reus maiestatis dicitur.ibid.n.33 p.103

Puer angelicæ indolis.Ibid. p.103

Infantium balbuties,oratio efficaciſſima eſt. C.4. n. 33.toto §. p.103

Infelicitas.

Ipſa ſeuioris procellæ atrocitas nonnunquam ducit in portum proſpero errore, & cæcâ felicitate. C. 14.n.27.toto §. p.541

Infernus. Vide, *Gehenna.*

Ingenium.

Ingenium Luxuriæ.C.12.n.95.96 p.477

Ingratus, Ingratitudo.

Vel Dæmon renuit haberi ingratus. c. 3. num. 37. 38.p.90 & 91

Ingratitudo accipientis, ſæpè implet munera dantis. c.6.n.81.toto §. p.189

Vide verbo, *Gratitudo, Beneficium.*

Inimicus.

Amor inimicorum eſt redundantia Chriſtianæ pietatis.c.164 p.48

Homo inimicis parcens quaſi exemplar proponitur Deo.ibid.n.165 p.48

Deo adulatur qui parcit inimicis.C.1.n.165.p.48

Grati ſimus in inimicis.ibid.n.166 p.49

Sit homo æquè beneuolus in amicos, & inimicos.c.1.n.167 p.49

Principum virtus eſt iniurias condonare. ibid. n.168 p.49

Chriſtus ſedere dicitur à dextris Patris Dei; donec illum vlciſcatur.C.1.n.199 p.49

Præcauet Chriſtus ne Apoſtolorum veſtigia benefica ſint erga inimicos.c.1.n.170 p.50

Chriſtus tunc Ioannem laudat,cùm videtur Ioannes dubitare de Chriſto.ibid.n.171 p.50

Vtiliorne eſt Chriſti Paſſio tortoribus? c.1.n.172 pag.50

Chriſtus expetit corporis reſurrectionem, vt etiam corpore inimicis ſuis benefaciat.c.1.n.173 pag.51

Index Rerum.

Charitas erga inimicos dicitur Euangelij conseruatio.c.1.n.174. p.51.

Deus pater dicitur etiam non filiorum, propter beneuolentiam erga sibi infensos homines. c.1 num.175 p.51

Dauid quàm fuerit pius erga Absalonem Dæmonem.c.1.n.177 p.52

Qui aduersario contra se auxiliabatur, à Theodorico muneratur. c.1.n.178 p.52

Diues epulo refrigerari a Lazaro mauult, quàm ab alio è Beatis.Inibi. p.52

Deus, quo magis offensus, eò solet esse beneficentior. c.1.n.179 p.53

Scelus est, quòd offensus Præfectus vlciscatur proprias iniurias præfecturæ potentiâ. C. 2.num. 5.toto §. p.57

Grande malum est inimicitias agere etiam cum hoste, à quo nihil mali timeri potest. c. 13.n.58. toto §. p.499

Princeps magnanimus erga eos debet esse munificentior & gratior, qui fidelius & fortiùs aduersus ipsum pugnarunt. c.14.n.15 toto §. p.537

Iniuria.

Iniurias non exequi, summa laus christianismi est, & Dei veluti adulatio. cap. 1. n. 164. vsque ad 169.p.48.& 49

Vide verbo, *Inimicus.*

Inquisitio.

Apud homines nemo satis innocens est, de quo, an sit innocens quæritur: ipsa delicti inquisitio præpropera damnatio est.cap.14. numer. 67. toto §. p.552

Qui alicuius res, aut opera curiosè scrutatur, illa egregiè culpat. c.13.n.17.toto §. p.488

Interrogatio.

Interrogatio fidem, quam fatetur, quodammodò negat. In Prologo n.11 p.3

Inuidia.

De aliena exiguitate crescere satagit. c.1.num. 141. vsque ad 147.& cap.3.num.39.40.41.p.41.42. 43.& 91.92

Se habere reputat, id quo alius caret. c. 3. num. 41.toto §. p.92

Felicior æmuli fortuna inuidum infaustè infortunat, & miserè infelicitat. cap.13.num.164.toto §. p.529

Ioannes Baptista.

Ioannis Baptistæ caro dicitur, sicut caro Mariæ. c. 8. num.170 p.279

Ioannes Baptista etiam mortuus timet ab occasione libidinis.c.13.n.119 p.518

Ioannes Baptista fortunatus nascitur, quia sub stella, quæ est Maria.T.n.148 p.705

Ioannes Baptista ita eminet supra humanum fastigium, vt ipsa sublimitate decrescat.cap.1.num.96 pag.27

Ioannes Euangelista.

Ioannes Euangelista est Ecclesiæ Argus. C. 5.n.103 p.151

In Thaboris gloriâ edifcit agere cum Maria, & de Maria.T.n.43 p.677

Iosephus.

S. Iosephus quodammodò eandem sanctitatem habuit, ac B.Virgo.C.4.n.48 p.107

Ira.

Ira homines dementat: acerbus tyrannus est. cap.5 num.8 p.116

Fomes est ad omnia crimina.ibid. p.116

Ira est intestinus Dæmon.c.5.n.9 p.116

Iram Deus armat in iram.ibid.n.10 p.116

Quo sensu, ira quæ virtus est à mora degeneret in vitium.C.5.n.11 p.116

Ira impatientior auxiliatem sibi assumit aliquam patientiam,ibid. p.116

Philosophi negant Deo iram, ne sit passionabilis. c.5.n.13 p.127

Ira pœnitentiæ affinis.Ibidem. p.127

Nemo putat se irasci sine causa. cap. 5. num. 14 p.127

Iratus fit reus iudicij diuini.Inibi. p.128

Iudas.

Ambit præstantiorem locum.c.8.n.88 p.254

Euangelij laus est, non deuenustari prædicatione Iudæ; & fundari vel dubia hæsitatione prædicantium.c.14.n.19 p.541

Iudex.

Reus, qui adulatur palato iudicis, bonam habebit causam.c.2.n.17 p.63

Inde astutus Dæmon gulâ adoriti Christum præsumit.ibid.n.18 p.64

Iudex gulosus ineptus est ad rem gubernationis. c. 2.num.29 p.64

Reum inauditum, & indefensum damnare, furor iudicis est.c.2.n.38.toto §. p.67

Iudex pauper, proditor iustitiæ sæpè est.cap.2. n.46. 47.& 48 p.69.& 70

Quorumdam præfectura, præda est, & proscriptio populorum.c.3.n.7.toto §. p.81

Iudex humanus malè iudicabit, vt Deus. C.5.n.143. 144.& 146 p.161

Verosimilis delicti excusatio apud humanum iudicem fit criminis absolutio.c.6. num. 10. toto §. p.169

Iudicis pertinacia in bona sententia exequenda laudatur.c.7.n.99 p.224

Christus vt homo, mortem recusat, vt Deus, sententiam suam seruat.ibid.n.100 p.224

Iudices sint iuncti petræ, id est, lapidescant laudabili pertinacia rectæ sententiæ exequendæ.c.7.n.101 p.224

Bonus iudex dicatur atrox in exequenda sententia bene consulta.ibid. p.224

Quàm sit obnoxius delictis.c.7.num.102.toto §. p.225

Bonus iudex solerter vitet acceptionem personarum: nesciat reum, vt sincerius sciat reatum. c.8. n.91.toto §. p.255

Iudex non sit tutor, sed Præses legum.c. 9. num. 65 p.299

Sententia iudicis fit de ore Regis.ibidem. p.299

Vnus gladius armet multos iudices.c.9.n.66. p.300

Multi Cherubini vno gladio armantur.ibid.n.67 p.300

Plures iudices; sed vna vox, & sententia.c.9.n.69 p.300

Concordia iudicum exaggeratur ad laudem. ibid. num.69 p.300

Solis, & Lunæ concors præsidentia.c.9. num.71. p.300

Iudex proprias iniurias puniens seueríssimè rigidus est.c.9.n.94 p.307

Hominum ambitiosum obsequium, plus honoris exhibet iudici, quàm numini. c. 10.n. 92. toto §. p.366

Pœnam adulterat iudex, qui vnicum delictum repetita pœna mulctat. c. 13. n. 62.toto §. p.500

Pauper inualidus delictis obnoxius est; potentia diuitis quasi ius quoddam est ad delinquendum. C.14.n.38. p.544

Iudicium

Index Rerum.

Iudicium temerarium.

Suſpicio, inquiſitio, ſeu iudicium temerarium de crimine, præpropera damnatio eſt, & irreuocabilis ſententia. c. 8. n. 17. toto §. p. 180

Non bona ſuſpicio leuiter concepta, graue famæ detrimentum eſt & quaſi præpropera damnatio. C. 13. n. 81. toto §. p. 506

Neque oculis credimus de virtute aliena. Dubitatio de alieno bono, illud indubiè probat. C. 13. n. 89. toto §. p. 507

Qui alios temerè iudicat, iure arbiter machinatius habendus eſt. C. 13. n. 93. toto §. p. 508

Vel leuis impudicitiæ ſuſpicio, grauis damnatio eſt. c. 13. n. 113. toto §. p. 517

Culpata criminibus conſcientia docet alienam conſcientiam culpare temerariè. c. 14. n. 63. tot. §. p. 551

Iudicium finale.

Dei iuſtitia liberè agit in ſuppliciis. cap. 7. num. 86 p. 120

In die Iudicij expectatione terrebuntur iuſti. ibid. n. 87 p. 121

Quo ſenſu tunc Angeli dicantur purgari. Ibibi. p. 121

Tantus tunc erit diuinus furor, vt Deus per hyperbolen dicatur velut confugere ad ſuam miſericordiam. c. 7. n. 86 p. 120

Quaſi Deus erubeſcat ſuę iuſtitiæ bonum, obtenebrantur creaturæ in die iudicij. c. 7. n. 98. tot §. p. 123

Seueritas poſtremi iudicij latè expenditur. c. 16. n. 90 p. 628

Chriſti iudicantis irata facies ſententiam fulminat damnatis, qui mitiorem æſtimant gehennam, quàm videre iratum Chriſti vultum. ibid. num. 98. toto §. p. 640

Iuditha.

Iuditham laudare expromptum eſt. In Prologo, n. 4 & 5. p. 1

Iudithæ genealogia, & nobilitas. cap. 8. numero 2 p. 227

Quo ſenſu catholico Iudithæ hiſtoria comparetur Poëtarum fabulis. c. 8. n. 6. toto §. p. 228

Quo ætatis anno ierit ad Holofernis caſtra. c. 8. n. 29 p. 236

Fueritne ſterilis, habueritve liberos? ibid. n. 30 p. 237

An Iuditha habuerit fomitem ad virtutes naturales. c. 8. n. 64. toto §. p. 247

An peccauerit ſe ornando. C. 9. num. 133. toto. §. p. 327

Qualis Iudithæ ſplēdor in facie. c. 10. n. 29. p. 348

Iuditha vindicatur à mendacio. c. 10. n. 39. & ſeqq. p. 351

Iudith à malitia Aſſyriorum ſuas virtutes erudit ad animoſitatem virtutis. cap. 10. num. 62. toto §. p. 358

In ſenili ætate, ætatem reſtaurat iuuentutis. c. 12. num. 82 p. 474

Iuramentum.

Vita hominis ſit pro fide iuramenti: nam vir bonus eſt veritatis integrator. c. 1. n. 152 p. 44

Qui ſæpè iurat, quodammodò periurus eſt. ibid. p. 44

Periurium affine eſt iuramento. cap. 1. num. 153 p. 44

Quare dicatur Euangelium periurij ſemen. ibid. n. 154 p. 45

Quod iuramento obſirmat Paulus, ſpecie tenus verum quibuſdam videtur. c. 1. n. 155 p. 45

Homo aduerſatur impletioni rei iuratæ. ibid. 156 p. 45

Iuſtitia, Rigor.

Iuſtitia diuina ſæpè barbarorum manu ſua templa euertit: & quare. C. 4. n. 38. 39 p. 104. & 105

Tantus eſt diuinæ iuſtitiæ rigor, vt vel expectatione terrere iuſtos dicatur. C. 7. n. 87 p. 121

Dei iuſtitia liberè agit in ſuppliciis. ibid. n. 86. p. 120

Ita ſeuerè Deus caſtigat, vt ipſe per exaggerationem dicatur velut confugere ad ſuæ miſericordiæ aſylum. C. 7. n. 89 p. 121

Quaſi Deus erubeſcat ſuæ iuſtitiæ bonum, ſe videtur abſcondere, dum ſeueriùs punit. C. 7. n. 94 toto §. p. 123

Seuerior iuſtitia Dei caſtigare diſſimulat in hac vita. C. 8. n. 96. toto §. p. 157.

Nimia benignitas impunita relinquens hominum peccata, licentia foret delinquendi. C. 8. n. 102. toto §. p. 159

Quo ſēſu diuinus ſeuerioris iuſtitiæ rigor, dicatur velut complementum miſericordiæ. c. 8. n. 106. toto §. p. 256

Iuſtitia non eſt ira adiuuanda. C. 13. n. 150 p. 525

Nimia ſeueritas ſæpè multiplicat delicta. Cap. 13 n. 151 p. 525

Sit pœna culpæ definitio. ibid. n. 152 p. 526

Minæ præmittere caſtigant. C. 13. n. 153 p. 526

Iuuentus.

Virtus in ſenili ætate ætatem reſtaurat iuuentutis. c. 12. n. 82. toto §. p. 474

L.

Labor, Calamitas, Tribulatio.

LAbores & ærumnæ diu illis aſſuetos non admodum grauant in hac vita. C. 5. n. 52. toto §. p. 137

Leue malum crebrò repetitum, non leniter ferit. C. 5. n. 56. toto §. p. 128

Calamitas cur appellatur delictum, C. 7. num. 73. p. 104

Sæpè calamitas eſt grauiſſima tentatio. ibid. n. 24 p. 104

Quare grauior ærumna dicatur calumnia. C. 7. n. 25 p. 105

Triſtior calamitas arbitrium eſt cæleſtium opum congerendarum. C. 8 n. 115. toto §. p. 162

Non tam re, quàm opinione laboramus. Inde oportet mentem diuertere ab iis quæ animum excruciant. C. 8. n. 145. vſque ad n. 151. p. 271. vſque ad 273

Acerbioribus ærumnis vltrò ſe deſtinat & valedicit terrenæ felicitati, qui cæleſtem beatitudinem impenſiùs anhelat. C. 12. n. 21. toto §. p. 457

Totus ferè operis labor à coactione eſt. Non videntur laborare qui ſponte laborant, ſed qui inuitos & coactos. C. 12. n. 58. toto §. p. 467

Funeſta iuſtorum calamitas præ glorię felicitate, æmulatur beatas cæleſtem glorias. C. 16. num. 37. toto §. p. 614

Ærumnoſus merēdi labor lenocinatur futuræ felicitati. C. 16. n. 46. toto §. p. 616

In acerbiori calamitate deliciatur iuſtus lætitiâ beatitudinis æmula. Cap. 16. numero 53. p. 618

Laboris moleſtia centrum hominis eſt: eſt libido patiendi, & quædam beatitudinis æmulatio. C. 16. n. 58. toto §. p. 620.

Lacrymæ.

Lacrymæ ſunt vitæ auſpicium. C. 7. n. 58 p. 111

Index Rerum.

Sunt pietatis adeps.ibid. p.212
Lacrymæ interstinguūt vitia,& gehennam. C.6.n.58.p.213
Lacrymæ oculos baptizant.ibid.n.59 p.213
Sunt aquea tela.inibi.n.60 p.213
Sunt legati ad Deum.C.6.n.61 p.213
Lacrymarum officiosa patientia.ibid. p.213
Lacrymæ impetrant absque pudore rogandi. cap.7. num.61.62 p.213.214.
Lacrymæ infantium prophetant. ibid.n.63 p.214
Lacrymæ in terram cadunt,& relabuntur in cælum C.7.n.64. p.214
Fatuæ Lacrymæ pro rebus terrenis.ibid. p.214
Pro rebus mundialibus viduæ sunt.C.7. num. 65 p.215
Lacrymas pro rebus mondialibus effusas,cernere vetat Christus ibid.n.69. p.215
Lacrymæ cur non potandæ,sed manducandæ? C.7. num.67 p.215

Lætitia,Iucunditas,Gaudium.

Temperata iucunditas, constantia virtutum est & pius virgo aduersus virtutū hostes. cap.16.n.17. toto §. p.608
Tantùm in re virtutis vera & mera lætitia est. C.16.n.42.toto §. p.615
In acerbiori calamitate deliciatur iustus lætitiâ beatitudinis æmula.ibid.n.53.toto §. p.618

Lasciuia. Vide, *Luxuria.*
Latro. Vide. *Fur.*

Laus.

Laus ab amore effusior.in Prolog.n.15 p.4
Quare homo disertus ferè omnia laudat. in Prolog.n.35 p.8
Laudum obsequia pro inuriis tyrannus Præfectus exigit.C.3.n.34 p.89
Impius dum bonum verè laudat, illud egregiè deuenustat.C.11.n.103.toto §. p.417
Sæpè laus detractione amplificatur,& publicatur. C.13.n.100.toto §. p.510
Laus ab ore proprio ænigma est:imò in Euāgelista, & in Christo suspecta foret apud homines. C.13. n.108.toto §. p.512
Dissimulata Laus est vrbana laudatio,& laudandi ingenium:quisquis coràm laudat, tacitè eum culpat laudibus.C.13.n.137.toto §. p.531
Opportuna Laudatio aut prophetia meriti, aut merita cudit: optimumque sæpè inuenit,aut facit. C.15.n.84.toto §. p.586
Quorundam Laudatio contumelia est.in Prolog. num.22 p.5

Lex, Præceptum.

Legum sylua prudentiæ securibus truncanda. C.4. num.12 p.98
Lex est pædagogia puerorum insolentium.ibid.p.98
Lex supplicium est.C.4.n.13 p.98.
Leges non sunt nimis repetendæ: quia characterem imprimunt.ibid. p.98
Lex est violationis fomes.ibid. p.99
Paucitas legum supparat disciplinam. ibid. n. 15. pag.99
Legis Mosaïcæ violenta promulgatio.C. 4.num.16. pag.99
Leges multæ imponūtur his qui suffocantur à vitiis. ibid.n.19 p.99
Deus imperat voce simili humano superiori.C.8. n.157.toto §. p.276
Præceptum flexile arctiùs comitatem obligat. C.11.num.106 p.394
Mare purpurascit eo quòd vrbanum præceptum violare tentat.C.11.n.107 p.394
Superioris condescensus vrbana correctio est. C.11.n.108 p.394
Leges ferreæ & flectinesciæ Hebræorum populo congruunt, Christiano populo blandiores leges sunt,& quæ cedere sciunt.c.11.num.130.toto.§. p.395
Præceptum subditis imponendum iuxta cuiusque ingenium.C.13.n.12.toto §. p.487

Liber.

Non scribitur ad vulgi palatum.In Prologo, n. 14 pag.4.
Libri Iudith commentatores,& translationes.In Prolog.n.8.9.& 10.& c.1.n.3.4.5 p.2.& 9
Non tam debet commendari liber ab auctore, quàm auctor à libro.C.5.n.36.toto §. p.135

Liberalitas. Vide, *Misericordia.*

Dei liberalitas vel oranti Dæmoni adnuit: & ab aliqua orationis improbitate occasionem sumit ad donandum.c.6.n.46.toto §. p.179
Redundantia diuinæ liberalitatis quodammodò supplere videtur opera ad extrà aliorum attributorum.c.6.n.49.toto §. p.180
Culpa nimiæ benignitatis re ipsâ sæpè honesta est C.6.n.54.toto §. p.181
Vsque adeò munifica est Dei misericordia, vt etsi quasi exhausta esset tot tantisque largitionibus, piè præsumendum de illa sit, nos imperaturos, quæ petimus.c.6.n.57.toto §. p.182
Deus otians.& immunificus esset sibi contumeliosus apud homines,& quasi nemo hominibus. C.7.n.83.toto §. p.220
Secretum dandi beneficium lenocinatur munificentiæ largitoris: donumque exaggerat ad liberalitatem,dum abscondit ad gratiam.c.9.num.112. toto §. p.311
Christi Dei quasi parcitas in terris munificè negotiari videtur liberalitatem in cælis.c.9.n.196 toto §. p.334
Munificentior liberalitas sibi auarè detrahit, quò aliis liberalius impendat.c.12.n.5.toto §. p.451
Diuina liberalitas piè ambit, ne misericordia humana præcurrat diuinæ. Cap. 13. num.36.toto §. p.494
Audacia cogitationis humanæ assequi non valet cogitando munificentiam,qua diuina largitas remunerat vel exigua hominum merita.C.14.n.21. toto §. p.539
Merita accipientis beneficium, minuunt largitoris munificentiam.C.15.n.141.toto §. p.599

Libido. Vide, *Luxuria.*

Lingua.

Verba labuntur, & simul permanent. In Prologo. n.19 p.5
Lingua hominis mendacij suspecta est. C.5.num.18 p.128
Inde à Propheta,linguæ nomen mutatur in calamum.ibid.n.20 p.128
Obmutescat lingua,cùm homo iniuriis lacessitur, ne perdatur eius harmonia.C.6. num. 27. toto §. p.174
Lingua est aleæ ludus.C.9.n.156 p.323
Lingua baptizatur.inib.n.157 p.323
Lingua magis excruciatur à gehennâ.Cap.9.n.158. p.323
Lingua humana Dæmonis lingua dicitur. ibid. n. 159.& 160 p.324
Lingua beneloqua est summū humanæ conuersationis

Digitized by Google

tionis sacramentum. c. 11.n.31.toto §. p.374
Verba sunt imbecillitas faciendi:linguæ arrogan- ter grandiloquentia,defectus manuum est.C.14. n.43.toto §. p.545

Luna

Luna,cùm abest Sol eius maritus, lucidior apparet, sic non bona vxor.C.4.n.44 p.109

Lux. Vide *Sol*.

Lux ipsa est sui laus.c.14.n.3 p.535
Non conflat numerum cum cæteris creaturis. ibid. n.6. p.535
Lux dicitur,pectines Solis.c.14.n.7 p.535
Sine Luce sordet cælum.ibid. p.535
Lux flos,& inde spes fructuum. c. 14. n. 8. p. 546
Tenebræ lenocinantur delictis.ibid.n.9 p.536
Lucis Consilium, vel Concilium. cap. 14. num. 9. p.536
Lux dicitur interpres diuini verbi.ibid. n.10. p.536
Sol definitur,Intelligens vinculum.C.14.n.11 p.536
Lux velut sigillum se rebus imprimit. ibidem n.13 p.537
Lux cælestis ad inferiora sponte vergit.Cap.14.n.14 p.537

Luxuria.

Silua libidinis est.C.4.n.63 p.111
Cur Magdalena lacrymis lauat,& capillis extergit Christi pedes,prius quàm suos. ibid.n. 66. p. 112
Luxuria hominum Christum Deum quodammodò deuenustat.C.4.n.65.toto.§. p.112
Ex mutua super quibus te consensione maris & feminæ : & leuiter attactu præcaueatur prorit- tamentum ad luxum. c.8.n. 163. toto. §. p.277
Christi a[illegible] uperuacanea ibi cautela,neces- saria nobis tu litio est.c.8.n.167.toto §. p.278
Luxuria est crudelitatis fomes.Cap. 10.n. 80.toto §. p.362
Sint feminarum aures crudę & acerbæ ad Vene- ris vocabula, ne in casto corpore scortetur audi- tus.C.12.n.74.toto §. p.471
Luxuria cadauer rationis est,stultè ingeniosa. C.12. n.95 p.477
Luxuria cordoliũ est,pestis vinax, peruersus baptis- mus,& crimen lęsæ maiestatis.c.12. n. 98. toto §. p.478
Homo quia ex igneis moribus materiatus est, ti- meat à scintilla verbi inhonesti.C.12. num. 104. toto §. p.480
Consimilis affectus est lasciua libido gloriationis, & ambitiosa cupiditas fornicationis. C.12.n.107 p.481
Vel leuis impudicitiæ suspicio, grauis damnatio est.c.13.n.123.toto §. p.517
Res periculis plena, luxuria est. vel leuis occa- sio suspecta est, etiam quibus est impossibile à castitate deficere.C.13.n.128.toto §. p.518
Libido gustata,quædam libera necessitas est,& quasi prophetia vlterioris luxuriæ.c.14.num.54.toto §. p.548

M

Magdalena.

Lauat suis lacrymis mundissimos Christi pedes. quos verò maculauerat sua luxuria.c. 4.n. 65 & 66 p.112

Magister.V.de,*Discipulus Sapiens*.

Magister à discipulo iudicatur à discipulo rudi, & indisci- plinato.C.5.n.149.150 p.163

Magnanimus.

Magnanimi proprium est,sæpe otiari.c. 7.num: 76 p.217.& 218

Malitia.Vide,*Peccatum*.

Malitia humana præsumit latere perspicaciam diui- nam.C.5.num.146.toto §. p.162
Malitia hominum vltra proprias vires impotenter audet.C.6.n.64.toto §. p.184
Malitia Assyriorum schola fuit virtutum Iudithæ. C.10.n.62.toto §. p.358
Malitia humana bonitatem diuinam peruersè æmu- latur.c.16.n.76.toto §. p.625

Mare.

Mari præcipitur, quod non potest non facere. c. 6. num.65. p.184

Maria Deipara.

Iudith est vmbra Marianæ lucis.T.n.1 p.667
Ad dignè laudandam Deiparam opus est sacra- mentaria labiorum purgatione.ibid. p.667
Maria reciprocat obsequia sibi facta, ibid. num. 2 p.667
In Deipara est concentus omnium laudum. T. n.19 p.671.
Non toti Iosepho notæ fuerunt suspiciones de Virginis puritate.T.n.20 p.672
Qui Deiparam arrodit sine sermone,& sine ratione est.ibid.n.21 p.672
B.Virgo martyr dicitur ob linguas ipsi detrahen- tium.T.n.22 p.672
Vel dubiæ laudes de Maria approbandæ sunt ibid.n.23 p.672
Maria expetit Deiparam laudare.T.n.24 p.672
In Thaboris gloria ædificit Ioannes agere cum Maria,& de Maria.T.n.42 p.677
Prævia Dei visio præcedit tractaturum cum Vir- gine.Ibi.n.43 p.677
Præuiâ beata gloriâ se Maria cognoscit.T. nu. 44 p.677
A Maria pax & concordia.T.n.45 p.678
Pax est Mariæ inuentum.Ibi.n.46 p.678
Mariæ pulchritudo à pace est.T.n.47 p.678
Maria vt concordia mali punici.Ibi.n.48 p.678
Mariæ sidereus vultus præclarè splendebat. T. n. 57 p.681.
Maria cur dicitur imperialis dies.Ibi.n.58 p.681
Fœcundus erat splendor in Mariæ vultu. T. n.58. & 59 p.681
An Verbum diuinum carnem assumpserit,vt Ma- riam Dei matrem efficeret.T.n.80 p.687
Tot cruciamenta passus est Christus,vt se filium Mariæ probaret.Ibi.n.81 p.687
Maria est Passionis decus.T.n.82 p.687
An à Mariæ puritate sit Christi Dei in sepulchro incorruptio.Ibi.n.83 p.687
Mariæ opera ad spoliandum infernum. Ibid. p.687
Quid gloriosa Christi ascensio debet Mariæ. T. n.84 p.688
Triados complementum dicitur.Inibi. p.688
Deipara Eucharistiam fermentat & apparat.Tract. n.86 p.688
Mariæ reliquiæ adorari ne possint in Eucharistia.Ibi. n.87 p.688
Mariæ reliquiæ in Eucharistia supersunt.T. num.88 p.689
Christus Deus concarnatur,& conuisceratur Dei- paræ.Ibi.n.89 p.689
Maria est Sacerdos & altare.T.n.90 p.696
Ex Maria hauritur corporalis salus.T.n.116 p.696
Maria est vita vitalis.Ibi.n.117 p.697
Est vitæ nostræ sustantaculum.T.n.116 p.697

Digitized by Google

Maria visa sanitates facit, quia est serpens femina. T. num. 118 p.697
Cur Maria dicitur, Vitæ Antistes. Tract. num. 119 p.698
Maria radix gloriæ est. T. n. 125 p.698
Summa gloria est post Deum, Mariam videre. ibid. p.698
Mariæ gloriosa gloria. T. n. 126 p.699
Non satis glorificatus erat Christus donec Maria glorificaretur. Ibi. n. 127 p.699
Maria est præmium gloriæ. Ibi. n. 128 p.699
Quàm delicietur Deus in paradiso Mariæ. Tract. n. 130 p.700
Sic adgaudet Mariæ Christus, vt dicatur Patris inquilinus. Ibi. n. 131 p.700
In Maria dicitur Deus requiescere. Tract. n. 122 p.700
Maria est amicum hominum centrum, post Deum. Ibi. n. 133 p.700
Maria eandem subiit crucem, & passionem cum Filio. T. n. 139 p.701
Maria præ exuperantia gaudij, sese conformauit Christo resurgenti. Ibi. n. 140 p.702
Mariæ gressibus eundum est in cœlum. T. num. 141 p.703
Sine Mariæ ductu non itur ad terram promissionis. Ibi. n. 142 p.703
Maria est Præses viarum Dei. T. n. 143 p.703
Maria columna est qua itur in terram Promissionis. T. n. 144 p.703
Maria rotæ, seu granis machinę officium præstat peccatoribus. Ibi. n. 144 p.704
Maria dicitur secunda fortuna suorum clientum. T. num. 147 p704
Ioannes Bapt. fortunatus nascitur, quia sub stella, quæ est Maria. Ibi. n. 148 p.705
Fortunatus omnes virtutes videtur habere. Ibid. p.705
Maria est character, seu insigne felicitatis. T. n. 149 p.705

Aduocata peccatorum.

Maria est vitæ, seu virtutis subsistentia. T. num. 65 p.683
Maria spongia nostræ nequitiæ dicitur, vt excoquat vitia. ibid. p.683
Maria præest peccatoribus T. n. 66. p.683
Maria spicilegium facit, reiectaneos reducens ad aream Christi. ibid. p.683
Maria quotidie Christum parit in peccatoribus. T. n. 67 p.683
Quàm sit auxiliatrix in portis mortis. ibid. num. 68 p.683
Maria *Mitraton*, seu princeps facierum quare dicitur ibidem. p.683
Quàm solerter oret pro nobis in horâ mortis. T. n. 69 p.684

Castitas Mariæ.

Non est nimis meticulosa eius pudicitia, ad exaggerationem pudoris. C. 9. n. 168 p.326
In Maria est splendor libidinis. T. n. 10 p.669
Maria castitatem spectatoribus afflat. ibid. num. 60 p.681
Spirat castimoniam videntibus. T. n. 61. p. 681
Maria spectatorum libidinem ad horam extinguebat. ibid. n. 62 p.682
Maria castos paradisos spirat. T. n. 63 p.682
Maria castitatem spectatoribus afflabat. ibid. n. 64. p.682
Maria à partu magis virgo. T. n. 134 p.701
Mariæ Angelificata caro Angelicã [illegible] puritatem. ibid. n. 135 p.701
Ex virginitate Mariæ adstruitur Christi diuinitas. T. n. 136 p.701
Marię virginitatem æmulatur Christi humilitas. ibid n. 137 p.701

Conceptio Mariæ.

Ad Mariæ Conceptionem laudandam sequestrandum est cor a Collegio carnis. T. n. 96 p.691
Maria spoliis Holofernis Dæmonis donatur, quo adstruitur eius immaculata conceptio. ibid. n. 97. p.691
Maria fuit ex omniũ creaturarũ defloratione cõstructa; & inde florida in conceptione. T. n. 98. p. 691
Mensura priuilegiorum Mariæ dicitur omnipotentia Dei; & inde probatur à peccato immunis. ibid. n. 99 p.692
Sit mens nostra conceptaculum Marianæ gratiæ. T. n. 100 p.692
Maria in primæuo liquore adumbratur; & inde, vt aqua omnia lauat, nec lauatur. ibid. n. 101. p.692
Maria est sine affinitate ad peccatum. T. n. 102. p.692
Mariæ nomen sine ambiguitate peccati. ibid. p.693
In nouilunio eclipsis nulla: ad Marianæ Conceptionis puritatem probandam. T. n. 103. p. 693
Maria vt Luna modulationibus variat. ibid. p. 693
Mariæ gratiæ soli Deo cognitæ. n. 104 p.693
Maria dicitur esse, sicut beneuolentia, seu bona opinio. ibid. n. 105 p.693
Christus censetur ex Maria: & inde eius immaculata conceptio adstruitur. T. n. 106 p.694
Conceptionem suam venustat Christus, Matrem suam præseruando. ibid. n. 107 p.694
Maria dicitur flos lucis: & inde immaculata probatur. T. n. 108 p.694
Indiuidua est Christi, & Mariæ laus. ibid. n. 109 p.695
Maria dicitur anima Christi: & inde immaculata. T. n. 110 p.695

Diuitiæ Mariæ.

Ex Maria censentur Christi diuitiæ. T. num. 13 p.670
Deipara mutuò dedit Incarnationem. ibid. n. 14 p.670
Est Christi hæres. ibid. n. 15. p.670
Maria fideiussionem facit pro Deo. T. n. 15. p. 671
Maria habeátne ius in tẽporales Spiritus sancti missiones. T. n. 17 p.671

Humilitas Mariæ.

Maria totam gratiam humilitate suscepit. T. num. 25 p.673
Diuina maternitas est sequela Marianæ humilitatis. ibid. n. 26 p.673
Maria humilibus deuota dicitur. T. n. 27 p.673
Mariæ, quia terra dicitur, tributa pendunt ceteræ creaturæ. ibid. n. 30 p.674
Inter præcipua Deiparæ elogia censetur, neminem locutum fuisse de illa verbum malum. T. n. 19. toto. §. p.671

Misericordia Mariæ.

Maria est fomes misericordiæ. T. n. 11 p.669
Maria curialissima est apud Deum pro humanis causis. ibid. n. 37 p.676
Maria est pro nobis negotiatrix, vt Rebecca pro Iacobo. T. n. 38 p.676
Estne Maria nimis negotiatrix. ibid. n. 39. p. 676
Maria negotiatione munit redemptionem. T. n. 40 p.676
Mariæ oratio, & negotiatio ad nos reciprocatur. ibid p.676

Christus

Digitized by Google

Christus Deus expressit etiam Matris Misericordiam.T.num.53 p.679
Maria dicitur mater Misericordiæ Christi Dei. ibid. num.54 p.680
Maria generosam filij munificentiam glorificat. T. num.55 p.680
Christus formatus ex guttulis Mariani cordis, pietatis indolentiam ebibit. ibid.n.56 p.680
Maria in cælis sollicita est pro hominibus. T. n.111 p.695
Maria in cælis partem gloriæ suæ reputat, nostri misereri.ibid.n.112.& 113 p.695.& 696
Maria sibi habere reputat, quod nobis largitur. T. num.114 p.696
Maria donando plus ditescit.ibid.n.115 p.696
Mariæ misericordia immensa dicitur: quia sic adest singulis, vt adest omnibus.T.n.120.& 121.p.697
Quin & tota adest singulis vt adest omnibus. T. n.120.& 121 p.697
Quin tota adest singulis,& omnibus. ibid. n.123 p.698
Mariæ munificentia spatia imaginaria replet, vt impleat immensitatis elogium.T.n.124 p.698

Nobilitas Mariæ.

An potuerit creari à Deo creatura nobilior Mariâ? T.num.3. p.668
Christi nobilitas censetur ex Virgine. ibid.p.668
Christus Deus prædicitur fore à Maria magnus. T.num.4 p.668
Augusta Christi Dei gloria est esse Mariæ filium. T.num.5 p.668
Christus non degenerauit à Matre.ibid.n.5.p.668
Maria est origo principij.ibid.n.6 p.668

Oratio Mariæ.

Nobis offundit gratias, qui in plenam Mariam illas mittit.T.n.31 p.674
Orantes ad Deum Patrem, Mariam etiam rogant. ibid.n.32 p.674
Quare Oratio ad Mariam citiùs sæpè impetrat, quàm oratio ad Deum.T.n.33 p.675
Oratio ad Mariam ambitiosa dicitur. ibid. num. 34 p.675
Maria tributaria habetur humanis precibus.T.n.35. p.675
Mariæ oratio ad nos reciprocatur.T.n.49 p.676
Maria filium Deum orat imperiali voce.T.num. 49 p.679
Marianæ orationi data est omnis potestas in cælo & in terra.ibid.n.50 p.679
Deiparæ imperialis oratio.T.n.51 p.679
An Christus Deus possit aliquid Matri negare? ibid.n.52 p.679

Pugnax Maria.

Maria serpentem Holofernem detriumphat. T.n.91 p.689
Maria est serpentis Dæmonis serpens femina. ibid. num.92 p.689
Serpens Dæmon pœnalissimè damnatur ad inimicitias cum Maria.T.n.93 p.690
Sitne Maria diabolorum gehenna?ibid. p.690
Dæmon timet cum filio Virginis congredi. T. num.95. p.690.
Mariæ nomen significat rebellionem. T. §. 19.n.95 p.690

Sanctitas Mariæ.

Maria sine fomite ad peccatum.T.n.7 p.669
Mariæ appetitus, & cupiditas ad Deum flagrans.ibid p.669
An habuerit Deipara fomitem ad virtutum.T.n.8 p.669
Natura humana laudem quærit in Mariæ indole. ibid.num.9 p.669
In Maria est splendor libidinis.T.n.10 p.669

Sapientia Mariæ.

Conglobantur plura loca ad Mariæ sapientiam adstruendam T.n.70 p.684
Maria scholaris est Christi,ne ipse dicatur apud homines,barbarus.ibid.71 p.684
Sitne Christiana doctrina speciosior in Mariæ opere,quàm in Christi ore?T.n.72 p.685
Vel totius gymnasium Mariæ fuit. ibid.num.73 p.685
Quare puer Iesus dicatur Mariæ scholaris.T.n.74 p.695
Maria Euangelista dicitur, signaculum fidei,& religionis assertio.T.n.75 p.685
Vox Deiparæ habetur Spiritus sancti vox. ibid. num.76 p.686
Maria Consiliorum Præses dicitur.ibid.n.77 .p.686
Maria redimitur corona veritatis.T.n.78 p.686
Præproperè habuit donum linguarum. ibidi. p.686

Maritus. Vide, *Coniux.*

Martyr.

Martyres excudit amor.c.8.n.45 p.241
Viuus martyr dicitur religiosus perfectus. c. 8. n.35.toto §. p.238
Compescendáne est acerbiùs patiendi voluptas? c.8.§.11.n.55 p.244
Martyrum calamitates, & cicatrices inuidiosæ sunt apud Christum.c.8.§.16 p.232
Salutem expectat Christus de nece Martyris.ibid. n.63 p.146
Martyrum persecutio, arbitrium Domini est.cap. 8. §.31 p.237
Martyr ante Martyrium, russatus sanguinis sui spe. c.13.§.7.n.34 p.493

Matrimonium. Vide, *Coniux.*

Matthæus.

Nemini post Christum, & Deiparam magis debet vniuersa Ecclesia, quàm Matthæo. cap. 5.n.128 p.157

Medicus, Medicina.

Medicina est ars regia.c.1.n.41 p.15
Est ars superba,& Diuinitatis æmula, cui Iuppiter inuidet.ibid. p.15
Nutu salutem dispensat.c.1.n.41 p.16
Curat suppliciis.ibid. p.16
Negotiatur corpus.c.1.n.43 p.16
Medicus; vt mors.ibid. p.16
Cuius hæreseos sit reus Medicus. cap.1.num. 44 pag.16
Pæonius inferni Medicus.c.1.n.46 p.16
Medicus, vt naturam scrutetur,fit lanius. c. 1. n. 47 pag.17
Placandus muneribus.ibid.n.48 p.17
Lembus pharmacis aduletur ægroto.c.1.num.48 pag.17
Ænigmatica remedia.ibid. p.17
Ne domet morbum in belli modum.ibid. p.17
Medici vtilis sæuitia muneratur.c.1.n.49 p.17

Mendacium.

Mendacij suspecta est humana lingua. c. 5.num.18 toto §. p.128
Iuditha mentita non est.c.10.n.39 p.351
Mendacium prosperum,& generosum habetur.c.11 num.19 p.372
Minus nobis mentitur qui mentitur sæpius. cap.11. num.21.& 22 p.372
Homo faciliùs credit rebus specie tenus falsis,

YYy 3 quàm

quàm meracissimæ veritati. capite. 11. num. 102 p.393

Meritum.

Beatorum Merita sunt ornamenta beatitudinis. c. 15. n. 117. toto §. p.399
Meritum accipientis beneficium minuit largitoris munificentiam. c. 15. n. 131. toto §. p.599

Metropolis. Vide, *Curia.*
Metus. Vide, *Timor.*

Mina.

Præmaturè castigant. c. 13. n. 153 p.526
Minis præcauentur delicta, & puniendi necessitas. ibid. n. 154 p.526

Minerua.

Mineruæ partus, Virginitas reputatur. c. 1. num. 160 pag. 46

Minister.

Ministrorum Regis, & Iudicis auara rapacitas retũditur. c. 3. n. 7. toto §. & 17. 19. & 20 p. 81. 84. 85

Misericordia. Vide, *Liberalitas.*

Misericordia augustior ex occasione magis nobilitatur ex maiori hominum malitia. c. 7. num. 72 p.216
Misericordia Dei punit in hac vita. c. 8. n. 96. toto §. p.257
Suâ sibi misericordiâ quasi detrahit Deus: & honore miserendi contumeliam dissimulandi repræsentat. c. 8. n. 99. toto §. p.258
Nimia benignitas impunita relinquens hominũ peccata, licentia foret delinquendi, & libido peccandi. Deus non puniens delicta, contumeliosus sibi esset. c. 8. n. 102. toto §. p.261
Quo sensu, seuerior diuinæ iustitiæ rigor, dicatur velut complementum Misericordiæ. c. 8. n. 106. toto §. p.259
Non solùm pietas humanæ virtutis; sed etiam impietas vitij, occasio est pietati diuinæ ad miserendum. c. 9. n. 61 p.298
Valdè punitur qui puniri potest. cap. 11. num. 18 p.371

Monachus. Vide, *Eremus. Religiosus.*
Morbus. Vide. *Ægritudo.*

Mors.

Mortis memoria immortales facit, vicarias Dei vices substituit: asylum est humanarum calamitatum. Vnde oportet Christianos esse riuales pulchræ mortis. c. 16. n. 189. toto §. p.655

Mulier. Vide. *Femina.*
Munificentia. Vide, *Liberalitas.*

Munus, Donum.

Munera sunt prophetia obtinendi rem ambitam. c. 3 num. 29 p.88
Munera faciunt credibile Christi euidens miraculũ. ibid. n. 30. 31 p.88
Munera mercantur munditiem. c. 3. n. 32 p.88
Verus amor non tam constare videtur affectibus, quàm muneribus. c. 12. n. 11. toto §. p.454
Munerum ingenium instar miraculi est ad permouendas hominum voluntates. c. 16. n. 124. toto §. p.637
Voluntaria hominum dona, diuinæ pietati adulantur. c. 16. n. 145. toto §. p.643

Murmuratio. Vide, *Detractio.*
Musica. Vide, *Cantus.*

Mutatio.

Homo mutationibus corporatur, & temperatur. c. 6. num. 98. & 99 p.194
Cur iusti, non reprobi dicantur mutari. ibid. n. 100. & 101 p.194

N

Nabuchodonosor.

Qvis fuerit hic Nabuchodonosor, qui Holofernem misit. c. 1. n. 125 p.36

Necessitas. Vide, *Paupertas.*
Negotiatio Negotiator.

Ingenium auaræ negotiationis sic eminet, vt laudetur in fraude. c. 2. n. 24 p.62
Cur Christus consulat Philippum ad cibandas turbas. ibid. n. 25 p.63

Negotium.

Ampla negotia tractare, quibusdam est ad instar beatitudinis. c. 4. n. 69. toto §. p.112

Niniue, Niniuita.

Huius vrbis descriptio & insignis amplitudo. c. 1. num. 117 p.37

Nobilitas. Nobilis.

Virtus refutat humanam nobilitatem. cap. 8. n. 16 p.232
Filij parentibus respondent sanctitate ingenitâ. imbi. & num. 17 p.232
De adulterio natus videtur, qui non est similis pio parenti. c. 8. n. 17 p.232
Nobilior est sanctitas, quàm à parentibus exprimunt filij. ibid. n. 18 p.232. & 233
Quàm prosit parentum nobilitas. inibi. p.233
Nobilitatis definitio. c. 8. n. 19 p.233
Christi prænobilis veluti generatio à suis operibus ibid. n. 20 p.233
Noëmi prosapia à sua virtute. c. 8. n. 21 p.233
Filius radix est nobilitatis parẽtum. ibid. num. 22. p.234
Filius nobilis maculas parentum extergit. ibid. num. 23 p.234
Homo nobilis asylum est à detractione. cap. 8. num. 154 p.274
Illustrior nobilitas immunis non est, sed vectigalis & stipendiaria. c. 9. n. 58 p.297
Homo ignobilis ad fastigium honoris euectus, insolentiùs superbit; secùs nobilis meritorum conscius, facilè se demittit. c. 15. n. 80. toto §. p.585
In nobilibus crimina non videntur esse delicta. c. 1. n. 157 p.46

Nomen.

Nomen dicitur imponere, qui illud non mutat. c. 1. 32. & 33 p.14
Vir sui nominis. ibid. n. 34 p.14
Nomen recusatur. imbi. Adam est nominum artifex. c. 1. num. 34 p.14
Nomina imponenda per anatomiam. ibid. p.14
Nominis Concilium ad prouidendum de re nominis c. 1. n. 35 p.14
Serui insultant Regum nominibus. inibi p.14
Nominis ambitio. c. 1. n. 36 p.14
Nominis adulterium. ibid. p.14
Nominis reus. Mors nominis. ibid. p.14
Nomen, auspicium, & sacramentum est rei. c. 1. n. 37. pag. 15
Fides nominis. Hominis census. ibid. p.15
Homo, vt moneta nomine cuditur: Mercandum nomen. c. 1. n. 38 p.15
Homo grandius nomen exambit: Phantasia nominis. ibid. n. 38 p.15
Paulus exiguum nomen affectat. c. 1. n. 39 p.15
Dei nomen passiuum. ibid. p.15
Perexiguo Chamæleonti nomen grandius c. 1. num. 40 p.15
Nominis nausea. ibid. p.15

Timor censetur inter Dei nomina. cap. 2. num. 77 pag. 78

Nouum.

Nouitas redoleat vetustatem. In Prologo n. 17 p. 4
Traduntur vbertim nouitatis vitia, & antiquitatis laudes. c. 11. n. 246. toto §. p. 430
Nouitatis elogia, & vetustatis vituperatio. ibid. n. 255 p. 433
Præfertur vetus opinio recenter compta, innouata, aucta. c. 11. n. 259 p. 434
Nuptiæ. Vide, *Coniux*.

O.

Obedientia.

Obedienti perfectò celatur meta, vt cursum contendat. c. 5. n. 43. toto §. p. 134
Deus imperat voce simili humano superiori. c. 8 num. 157. toto §. p. 276
Sit fidei æmula. c. 11. n. 132. toto §. p. 396
Qui diuinis consiliis obtemperat, eiusmodi obsequiis adulatur Deo. c. 11. n. 136 p. 397
Obsequium. Vide, *Obedientia*.
Obstinatio.
Obstinatio aliqua virtutis laudatur. c. 13. n. 138. p. 521

Occasio Periculum.

Ex mutuâ super quauis re consensione maris & feminæ: ex sepulcrali attactu præcauetur proritamentum ad luxum. c. 8. n. 163. toto §. p. 277
Christi à feminis superuacanea sibi cautela, necessaria nobis eruditio est. cap. 8. numer. 167. toto §. p. 278
Occasiones peccandi quam sollicitè vitandæ sint. c. 11. n. 161. toto §. p. 404
Vel cogitatio malitiæ fomes est ad malum? potentia delinquendi alea sæpe est ad delinquendum
Timeat homo occasiones, vt funambulus casum. ibid. n. 165. toto §. p. 405
Potentia ad delinquendum sæpe fit meta delicti. c. 11. n. 171. toto §. p. 407
Occasio luxuriandi ex auditu facilis. c. 12. num. 74. toto §. p. 471
Vel leuis luxuriæ occasio suspecta est, etiam quibus est impossibile à castitate desciscere. cap. 13. n. 128. toto §. p. 628
Caro humana adeò periculosa est, vt ingenij diuini Cura meritò appelletur. cap. 13. n. 134. toto § p. 520
Vel respicere relictum seculi statum; periculosum est Religiosos. c. 13. n. 137 p. 521

Occultum. Secretum.

Secretum exigitur à consiliariis. c. 2. n. 3 p. 57
Prurit lingua euulgare secretum. c. 2. n. 12 p. 59
Caueat homo ne suum sibi secretum committat. ibid. n. 13 p. 59
Nisi obmutescat homo, ferè euulgat secretum. c. 2. n. 15 p. 60
Dei elogium est, quòd in tribus personis celetur secretum. ibidem. n. 15 p. 60
Opera virtutum fiant in secreto. c. 9. num. vsque ad 23 p. 286. vsque ad 289

Oculus.

Oculi baptizantur lacrymis. c. 7. n. 59 p. 213
Tessera oculorum ludus præceps. c. 9. num. 141 p. 319
Culpatur oculorum incessus. ibid. n. 142 p. 319
Suspiciosi oculi ab alio sexu. c. 9. n. 143 p. 320
Spectatores sunt caupones visæ pulchritudinis. ibid. n. 144 p. 320
Oculus sæpè est fomes ad concupiscendum. cap. 9. num. 148 p. 320
Oculi sponte quasi cogunt ad culpam. ibid. num. 146 p. 320
Oculorum scortatio. c. 9. n. 147 p. 321
Oculorum passiua cupiditas. ibid. n. 149 p. 321
Ex luto, & saliuâ Christi conflantur oculi. cap. 9. num. 150 p. 321
Oculorum nutibus aliquem traducere clanculariâ irrisione, vrbanum detractionis genus est. cap. 9. n. 152. toto §. p. 322

Omnipotentia.

Omnipotens difficilè exoratur, quia nullius eget. c. 4 num. 40 p. 105
Oratio est supplex quædam omnipotentia. c. 4. n. 86 toto §. p. 117

Oratio. Preces.

Ad Patrem securè oratur. c. 4. n. 18. & 19 p. 99
Qui à patre petit, suum facit quod postulat; ibid. num. 20 p. 100
Affectus patris petit pro orante filio. c. 4. n. 21. 22 p. 100
Christi oratio ad Patrem, ad se reciprocatur. ibid. num. 23 p. 100
Infantium oratio, quàm sit potens ad impetrandum. c. 4. n. 33. toto §. p. 103
Orandus est Deus eâ fiduciâ, ac si nobis egeret. c. 4. n. 40 p. 105
Cur omnipotens non facilè exoretur. ibidem. p. 105
Quare eleemosyna sit energia orationis. c. 4. n. 44 p. 106
Oratio est supplex omnipotentia, & pia quasi impudentia. c. 4. n. 86. & 87. & 88. & 89 p. 117
Christus specie orantis imperet. ibid. n. 90 p. 118
In re orationis, voluntas petentis videtur esse voluntas concedentis. c. 4. n. 91. toto §. p. 118
Oratio vsque adeò ambitiosè audet, vt Deum sibi obsequentem fore piè præsumat? c. 4. n. 95. toto §. p. 119
Supplex orationis omnipotentia vel nolentem quodammodò Deum, quasi cogit ad donandum quod supplicat. c. 4. n. 98. toto §. p. 120
Arcana orationis vis spem conuertit in fidem. c. 4 num. 104. 105 p. 121
Tanta est Dei munificentia, vt preces etiam importuno tempore factas, lubens exaudiat. cap. 4 num. 106. toto §. p. 122
Munificus Deus vel Dæmoni oranti adnuit; & ab aliqua orationis improbitate occasionem sumit ad donandum. c. 6. n. 46. toto §. p. 179
An oratio nostra faustum augurium Deo sit? c. 6. n. 60. toto §. p. 170
Quantâ cum reuerentiâ preces nostræ audiantur in cælo. c. 6. n. 107. 108 p. 196
Oratio multorum impossibile est vt contemnatur. c. 7. n. 9. 10 p. 200
Oratio multorum ambitiosa dicitur. ibid. numer. 11. p. 200
Oratio multorum impetrat quod Mariæ videtur negari. c. 7. n. 12 p. 201
Humanæ preces à ieiunio, & sacco, & cinere, fiunt ambitiosè potentes. c. 9. n. 37. toto §. p. 292
Sine Monitore orandum. c. 9. n. 41 p. 293
Quàm frigida esse soleat vicaria intercessio. c. 9. num. 42 p. 293
Vel pars hominis frigidè rogat pro comparte. ibid. num. 43 p. 294
Bonorum temporalium neglectus, oratio efficax est ad illa impetranda. c. 9. n. 129. toto §. p. 316

Humana

Digitized by Google

Humana necessitas & miseria instar orationis est, indigentia impetrans id quo indiget. c. 9. n. 182 toto §. p. 330
Christus elogium Incarnationis quodammodò debere videtur orationis merito. cap. 9. num. 188 p. 332
Oratio ad Deum laxamentum est ab angoribus, & ærumnis humanis. c. 9. n. 192. toto §. p. 333
Oratio non tantùm præsumit rem postulatam; sed etiam appendices exambitgratias. c. 9. num. 201 toto §. p. 336
Vel adumbratæ, vel somniatæ preces piè acceptantur à Deo ad nomen orationis, & rem impetrationis. c. 9. n. 205. toto §. p. 337
Oratio dicitur ruina. c. 10. n. 1. p. 341. Quàm acerbè audiatur rei petitæ negatio. c. 12. n. 34. toto §. p. 461

Ornatus. Vide, *Fucus.*

Ornatus Iudith sigillatim traduntur, & explicantur. c. 10. n. 5. toto §. p. 342
Politior ornatus exculta libido est, fidei languor, & luxuriæ vigor. c. 10. n. 10. toto §. p. 346

Otium.

Otium, proprium sæpè est viri magnanimi. cap. 7. n. 76 p. 217. & 218
Deus otians, videretur nemo hominibus. c. 7. n. 83 toto §. p. 220
Otium eruditio vitiorum est, & intestinus Dæmon. c. 12. n. 52 p. 465
Otiosus ferè custodiri non potest, ferè desperare potest. c. 12. n. 52 p. 465

P

Paralyticus.

IVre interrogatur, an sanari vellet. cap. 5. num. 32 p. 137
Paralytici patientia in leui malo tolerando. c. 5. n. 59 p. 139
Paralytici miraculum detractione publicatur, vt facilius credatur. c. 8. n. 144 p. 270

Passio.

Vtiliórne ipsis tortoribus. c. 1. n. 172 p. 50
Cur Christus ante passionem claritudinem, & triumphos expetit. c. 5. n. 38. 39 p. 133

Pater.

Quàm facilè annuat petenti filio. c. 4. n. 18. toto §. pag. 99
Parentum vetus olim pietas, sanctiùs propagat posterorum virtutem. c. 8. n. 16. toto §. p. 232

Patientia.

Valde necessaria est ad toleranda leuia mala sæpius repetita. c. 5. n. 56. toto §. p. 138
Muta patientia est pia iniuriarum vindicta quâ referitur percussor. c. 6. n. 31. toto §. p. 175.
Diuina patientia seuerior rigor est. c. 8. num. 96. toto §. p. 257
Patientia est virtutum cumulus. c. 8. n. 118 p. 263
Castitas Christi etiam à patientia est. ibid. n. 119 p. 263
Patientia totam Dei gratiam redimere dicitur. ibid. num. 121 p. 264
Gloria Christi etiam à patientia. cap. 8. num. 122 p. 264
Vide verbo, *Labores.*

Patrocinium.

Hominum patrocinium infidum est. Solitarius procerum fauore destitutus, leuat se super se: sicut hedera, quæ à diuortio parietis arbor fit. c. 10. n. 59. toto §. p. 357
Sub præsidio potentioris impunè delinquitur: nunquam ferè rea est malitia habentis patronum; nec secura est innocentia habentis tutorem. cap. 11. n. 209. toto §. & sequenti. 418

S. Paulus.

Exiguum affectat nomen. c. 1. n. 39 p. 15
Paulus passus est pro Christo, Christus pro mundo. c. 8. n. 61 p. 246
Ambit esse quasi pauper, ne diues sit. c. 10. n. 45. p. 355
Paulus persequendo Euangelium, illud impleuit. c. 14. n. 32 p. 542

Pauper, Paupertas.

Paupertas Iudicis sæpè iustitiam prodit. c. 2. n. 46. & 47 p. 69. & 70
Elogium est Apostolorum in paupertatis præmiū iudices creari. c. 2. n. 48 p. 70
Nimia paupertas quibusdam, est virtutis sterilis. c. 8. n. 68 p. 248
Sufficientia bonorum temporalium potest Angelicam vitam æmulari. ibid. n. 69 p. 248
Procul impietas ab omnipotente, quia sibi sufficit. c. 8. n. 70 p. 249
Christus sub diabolo esurire & sub Samaritide sitire dicitur. ibid. n. 71 p. 249
Inops vsqueadeò sua paupertate diues est, vt in augustiori inopia possit pro Deo opulentus fideiussor existere. c. 10. n. 44. toto §. p. 352
Pauperes sæpè sunt animosiores ad pericula obeunda. c. 11. n. 216 p. 419
Apud humanos principes qui non habet, non habebit. c. 12. n. 18. toto §. p. 456
Pauperi nihil vnquam deest; diuitibus multa bona tribuit Deus, vt bonorum penuriam experiantur. c. 12. n. 26. toto §. p. 458
Melius sibi prouidet pendula spes de diuina prouidentia, quàm diues rerum temporalium possessio. c. 12. n. 31. toto §. p. 459
Pauper inualidus delictis obnoxius est; potentia diuitis quasi ius quoddam est ad delinquendum. c. 14. n. 38. toto §. p. 544

Pax, Pacificus.

Pax, Angelorum collegio sociat. c. 9. n. 178 p. 281
Quare non habentes pacem habebantur hæreseos suspecti. ibid. p. 281
Si esset in cælicolis discordia, infelicitaretur beatitudo. c. 8. n. 179 p. 281
Quod non est vnum in Deo, perfectio non est. ibid. n. 180 p. 282
Pax, & animorum consēsio Trinitatis imitatio est in monadica essentia. ibid. n. 181. 182 p. 281. 283
Quam commendat pr bitas, discordia damnat, inuitiat, infamat. c. 15. n. 13. toto §. p. 568
Deiparæ venustas est suorum clientum mutua cōcordia. T. n. 45. toto §. p. 678

Peccatum. Peccator.

Peccata aliquorum quos magni facimus, felicia sunt & virtus censentur. c. 1. n. 157 p. 45
Inde Catonis ebrietas habebatur honesta. ibid. pag. 45
Incredulitas Thomæ, prophetia: Mineruæ partus, Virginitas: & S. Petro inuident, quòd vectigalis est. c. 1. n. 158. 159. 160 p. 40
Est ægritudinum causa. c. 5. n. 121 p. 155
Peccatum census est, & redituum nomine pendimus tot ærumnas. ibid. n. 122 p. 155
Peccatum est quasi oratio calamitates impetrans. c. 5. num. 123 p. 155. & 156
Peccator supra proprias vires impotenter audet. c. 6. n. 64. toto §. p. 184
Quo pacto vitium, & peccatum possit esse eruditio virtutis

Digitized by Google

virtutis. c.7.n.69.toto §. p.215
Maiora hominum delicta ex occasione nobilitant augustiora Dei attributa. cap. 7. num.72. toto §. p. 216
Hominum grauiora peccata ex occasione, opulentiores sunt Dei thesauri. cap.7. n.77. toto §. p.218
Peccata aliorum homo inquirit & exaggerat, vt sua Excuset. c.7.n.80.toto §. p.219
Frequens peccandi consuetudo paulatim auertit à fide: Vnde impudens peccator Semichristianus olim habebatur. c.8.n.123. toto §. p.264
Non solum pietas humanæ virtutis; sed etiam impietas vitij, occasio est pietati diuinæ ad miserendum. c.9.n.61.toto §. p.298
Peccatum ipsum sui pœna est:& conscientia acerbior punitio. c.11.n.68. toto §. p.384
Pauperior inopia à peccato est. ibid.n.72. p.385
Infamiæ natales à peccato sunt. cap.11. num.78. p.386
A peccato hominis infirmitas, & inualetudo. c.11. num.82 p.387.388
Peccatum est mortis pignus. ibid.n.85. p.388
Impius peccando inferni lacum sibi aperit,& effodit. c.11.n.89. p.389.309
Humana malitia diuinam bonitatem peruerse æmulatur. c.16.n.75. toto §. p.614

Perfectio.
Eximia perfectio alios imperfectionis damnat. c.1. n.141. &c. p.41
Perfectio virtutis, quo pacto erudiri possit à vitiis. c.7.n.69. toto §. p.215
Periculum, Vide, *Occasio.*

Persecutio.
Quis nisi aliquis Nero persequitur iustos. c.7.n.90 p.222
Qui iustos insectatur, Deum persequitur. ibid. num.91 p.222
Qui iustos persequitur, atheus dicitur. c.7.n.92 p.222
Deus dicitur catholicè iustos affligere. ibid. n.93 p.222
Qui persequitur pios, persecutionem ipse patietur. inibi. p.222
Persecutio arbitrium est cælestium opum congerendarum. C.8.n.115. toto §. p.262

Pertinacia.
Sit index pertinax in exequenda sententiâ bene consultâ. c.7.n.99. toto §. p.224

S. Petrus.
S. Petro inuident Discipuli, quòd vectigalis sit. c. 1. num.159. p.46
A lacrymis fit Ecclesiæ firmamentum. c.5.n.229. p.157
Dolor pœnitentiæ fuit æmulus passionis Christi. c.5.n.135. p.159

Phantasia.
Ignorantia dicitur, phantasia præsumptionis. cap. 6. num.71. p.186

Philippus.
Primò consulitur à Christo in re lucri. c. 2. num.25. pag.63

Pœnitentia.
Pœnitentia argumentum, vel augmentum est emendationis. c.5.n.40. p.134
Lapsus non est prophetia vlterioris lapsus; sed sæpè cautela non cadendi. ibid.toto §. p.134
Pœnitentia hominem reformat in Ioannem Baptistam. c.5.n.124. p.156
Hominem veluti transformat in Deiparam, ibid. num.225. p.156
Pœnitentia hominem induit gloriæ vestibus. cap. 5. num.226. p.156
Pœnitentia est pia præsumptio. ibid.n.227. p.157
Homo sæpè sanctior euadit à pœnitentiâ; cap.5. n.128.129. p.157
Christus sibi inuiscerat pœnitentem, quia ipse sibi inuisceraiut Christum. ibid. n.130. p.158
Pœnitentiæ fructus est impassibilitas. cap.5. n.131. p.158
Cur Deus in iudicio finali actualem malitiam tantum expressè damnet. ibid.132. p.158
Pœnitentiæ modum in se dedicauit Deus,& quo sensu. c.5.n.133. p.158
Pœnitentiæ nummus ne sit scalptus, vel adulter, vel detritus nimio vsu inani. ibid.n.134. p.158
Pœnitentia imitetur cruciatus Martyrum; sit æmula Passionis Christi. c.4.n.135. p.159
Pœnitentia sit ad virtutem, vt passiones ad vitium. ibid.n.136. p.159
Gehennam expungit. ibid. p.159
Vide Verbo, *Lacryma.*
Preceptum. Vide, *Lex.*
Prafectus. Vide, *Rex, Superior, Index.*

Pramium.
Merita impræmiata sæpe exigo. antur. c.5.n.6.toto §. p.125
Prasul. Vide, *Sacerdos, Superior.*

Prasumptio.
In bonam partem sæpè accipitur. c.6.n.45. p.179

Primus.
Nomen,& rem Primi ambitur eximiè. c.2. num.55. pag.66
Vel à fratre germano Secundum esse; quin & à seipso, inglorium habetur. cap.2. num.56.& 57. pag.66
Inde Geryon dicitur, ter vnus. ibid. p.66
Princeps. Vide, *Rex.*
Promissio. Vide, *Votum.*

Propositum. Desiderium.
Propositum, quod in animum irruit, & exteriùs inchoatum est opere, adeò homines instigat ne cessent, vt plura absurda deuorent, ne videantur ab incepto desistere. c.13.n.40. toto §. p.495
Posteritas. Vide, *Felicitas.*

Prouidentia Dei.
Pauperi nihil vnquam deest; diuitibus multa bona tribuit Deus, vt bonorum penuriam experiantur c.12.n.26. toto §. p.358
Diuina prouidentia est hominibus panarium, & æratium indeficiens. Meliùs sibi prouidet pendula spes, quàm locuples rerum temporalium possessio. c.12.n.31. toto §. p.459

Prudentia.
Prudentia à cunctatione, & mora commendatur. c.2.n.8.9.& 10. p.58.& 59

Pudor, Verecundia.
Sæpè acerbiùs effunditur sanguis verecundiæ, seu confusionis tormento, quam effunditur effusionis cruciamento. c.9.n.74.toto §. p.302

Pulchritudo.
Pulchræ feminiæ causa non est tota rea; nam quam damnat fœdum crimen, vita pulchritudo absoluit. c.11.n.177. p.408
Pulchritudo character iustitiæ est, Salomonis robur, & Christus fortis dicitur,vt pulchra facies. c.16. n.29. toto §.

Pyramis.
Præalta moles, vmbram in se sic colligit,vt nullam

rem obscuret, quod miraculum naturæ moralissimum est. c.3.n.41.& c.11.n.47. p.91.& 378

R.

Ratio.

RAtione curandus est homo. c.1.n.45. p.16
Ratio victrix est etiam contra Potentissimos quosque hostes. c.15.n.4.toto §. p.566
Recta ratio facies animi est, concupiscentiæ frænum, dissolutio passionum, fomes sanctitatis, & quædam libera quasi necessitas ad virtutem. Cap.15.num.8. toto §. p.567
* Rector. Vide, Superior.

Religiosus. Vir perfectus.

Sit vitæ exul, & coloniam in cælos mittat, adhuc viuens. c.2.n.61.62.63. p.73.& 74
Nonnullis beatitudinis instar est, vita peramplis negotiis, & negotiosis occupationibus obsessa. c.4.n.69. toto §. p.112
Religiosi in secessu viuentis laudes. c.5.n.63.toto §. p.140
In vita religiosa, sicut in paradiso, & in cælo, sunt nomina laborum, re laboris vacua. c.8. num. 31. toto §. p.237
Religiosus est vitæ exul, viuus martyr, cadauer viuū, pius tyrannus. c.8.n.35.toto §. p.238
Religiosi hominis frugalitas. c.8.n.38. p.239
Religiosus sine corpore. ibid.n.39. p.239.& 240
Religiosus videtur homo alterius speciei. ibid. p.240
Verè religiosus ferè peccare nescit. cap.8.num.39. p.239.& 240
Religiosi sunt spirantes columnæ, velut obstinatè patientes. ibid.n.40. p.240
Religiosus est mundo maior. c.8.n.41. p.240
Est orbis supplementum. Inibi. p.240
Ecclesiæ complementum, & corona fidei. Ibid. p.240
Religiosus fidem armat. c.8.n.42. p.240
Est plenitudo Euangelij. ibid. p.240
Est imago supernæ gloriæ. ibid.n.43. p.241
Periculosum est Religioso vel solùm respicere relictum sæculi statum. c.13.n.137.toto §. p.521

Reliquiæ Sanctorum.

Sanctorum Reliquiæ sunt virtutis Sanctorum compendium, & humanarum calamitatum asylum, c.16.n.211. toto §. p.661

Repentè.

Quæ repentè fiunt, temeritatis damnantur. cap.2.n.8. 9.10. p.38

Reprehensio.

Reprehensione mulcet peritus Præsul. c.1.n.49.50. 51.52. & 53. p.17.& 18
Reprehenduntur merita, quæ præmio non augentur. c.5.n.6. toto §. p.125
Reprehensio, & detractio, res sunt diuersissimæ. c. 8. n.78. toto §. p.251
Reprehendentis nimia seueritas, non emendat, sed irritat subditum, illúmque armat aduersus præpositum. c.16.n.66.toto §. p.622.

Restituere.

Debitor qui non restituit, ferè non restituet. cap. 2. num.66. p.75
Restitutio ob difficultatem comparatur immolationi Isaaci. ibid.n.67. p.75
Desiderium iustitiæ commutatiuæ cur benè dicatur. c.2. n.68. p.75
Zacchæum statim restituere, summa Christi laus. ibid.n.69. p.75
Deus dicitur serò soluere, quando inducitur sub persona meri hominis. ibid.n.70. p.76
Humanus fastus Restitutionis ignobile nomen celare nobis honorifico donationis titulo. cap.15. n.126. toto §. p.598

Resurrectio.

Resurrectionem suam expetit Christus, vt etiam corpore benefaciat inimicis. c.1.n.173. p.51
Resurrectio Christi visa fuit fabula, Et quo sensu Christi mysteria fabulis comparentur. c.8.num.7. toto §. p.228

Reus.

Reum inauditum, & indefensum damnare, furor est. c.2.n.38. toto §. p.67

Rex.

Sit populorum medicus. c.1.n.41.&c. p.15
Regnandi ambitio exaggeratur. c.1. n.54.55.56. 57.58. & 59. p.18.& 19
Et potestatis baiulus. c.1.n.60. p.20
Rex est auriga, & currus subditorum. ibid.n.62. p.20
Sit vt columna. C.1.n.63.64.& 65. p.20
Non debet esse passiuus. c.2.n.16. p.60
Moyses fuit passiuus Deus. ibid. p.60
Principum familiares magnam habent potestatē. Inibi. n.17. p.61
Regis consilium in Rege sit. ibid.n.18. p.61
Regius familiaris sit velut sanguis Regum. c.2.n.29. pag.61
Rex non facilè sublimet affines, sed benemeritos. c.2.n.31. toto §. p.65
Rex caueat, ne Præfectura sit præda, & proscriptio subiecti populi. c.3.n.7. toto §. p.81
Quid sectari, quid cauere debeat Rex in re tributorum. cap.3. n.7. toto §.& n.16. vsque ad 26. p.81.& 84.85.86.
Regum quorundam arrogantia præsumpsit se posse Deos facere. c.3.n.47. toto §. p.93
Pauculos sublimans, reliquos euertit. c.4.num.5. toto §. p.96
Regum, & Superiorum lateri sese vltrò insinuant homines ambitiosi & reprobandi; digniores verò non nisi vocati adsunt. c.5.n.15.16.17. p.127.128
Regis indignatio, mortis nuncius dicitur. Vnde nemo inuenitur qui audeat Regi infausta enunciare. c.6.n.15. toto §. p.171
A Regum veneratione, templa sanctiora dicuntur. c.6.n.106. p.196
Regi minus licet, quia omnia licent. cap.7. num.30. p.206
Detractionibus obnoxius. ibid.num.31.32. & 33 p.206
Quàm sit delictis obnoxius. c.7. n.101. toto §. p.225
Multiplicatur census administratus per Domini manus: serui administratores censum dissipant. c.8. n.14.toto §. p.234
Hominum ambitiosum obsequium plus honoris exhibet Regi, quàm Deo. c.10.num.92. 93. 94. p.366
Apud aliquos Principes ille habetur sapiens, qui ad eorum placitum iura dispensat, & approbat quicquid illis lubet. c.11.n.186. p.412
Apud Reges, Habe vt habeas. c.12.18. in toto §. p.456
Periti Principis est munia destinare iuxta cuiusque ingenium. c.13.n.12. toto §. p.487
Magnanimus Princeps erga eos debet esse munificentior, & gratior, qui fideliùs, & fortiùs aduersus ipsum pugnarunt. c.14.n.15. toto §. p.537
Rex probum faciet subditum, si probum putauerit; improbum

Digitized by Google

improbum verò, si æstimauerit improbum. c.15. n.18.toto §. p.571.
Princeps nimis æquus iniquus est: attentè moduletur fauores, & principatum inæqualitate amplificabit. c.15.n.136.toto §. p.601
Sub bono Principe principalium flagitiis perennat rigor: nec opprimit pauperculos, & inualidos. c.15.n.70.toto §. p.623

Romanus.

Romani olim, id est, non Christiani; mox Romani, id est, maximè Christiani. c.5.n.41 p.134
Rusticanus. Vide *Inurbanus.*

S

Sacerdos.

QValis debeat esse Sacerdotum, & Clericorum vestitus, & ornatus. c.4.n.27. toto §. p.102
Procul esto à religioso Sacerdote mulierum etiam piarum frequens visitatio, ne familiaritas insidietur pudicitiæ. c.15.n.92. p.588
Sacerdotium sacrarium est Christianç Religionis, & opificialis Dei omnipotentiæ æmulum. c.15.n.97 toto §. p.590
Ambitiosus opum fastus Sacerdotem dedecet: augustior apparatus in Præsule sit pompa meritorum. c.15.n.103. p.592

Salomon.

Salomonis sapientia eximia est docilitas. c.1.num.68 pag.21
Plantat vineas, ne bibat vinum. c.1.n.105. p.30
Salomon sapientiæ studet. c.1.n.167. p.55

Salus.

Salus est præsagium morbi: Vnde recens concessa impetranda proponitur. c.7.n.49.50. p.210
Salus ipsa patitur valetudinem. ibid. p.210

Samaritana.

Asperioribus verbis Christus Samaritanam mulcet. C.1.n.55. p.18.
Christus sub Samaritide sitire dicitur. c.8.n.71. p.149
Samaritanæ creditur, ne non credantur eius defectus. c.8.n.143. p.270

Sanguis.

An sanguis humanus, seu pecuinus sit haurientibus pro veneno. c.11.n.95.96.97. p.391. & 392
Sanctus. Vide, *Religiosus.*

Sapiens. Doctor.

Sit eruditus vita, potius quam lingua. In Prologo num.1. p.1
Bellè comparatur aquis; quia lauant, & non lauantur. ibid. n.18. p.5
Qui in disputationibus contumelias in aduersarium iactat, se ab illo deuictum publicat. c.5.n.148 toto §. p.165
Non tantùm studio omnis litteraturæ, sed etiam pretio negotiationis sapientis nomen acquiritur. C.11.n.184. toto §. p.411
Ille habetur sapiens apud aliquos Principes, qui ad illorum placitum iura dispensat, & approbat quidquid illis lubet. C. 1.n.186. toto §. p.412
Rusticana simplicitas, & felix insipientia sæpè aptior est ad rem virtutis, quàm exquisita doctorum sapientia. c.11.n.191. p.431
De qualitate Doctoris, & merito doctrinæ non est agendum apud vulgus, sed seorsim. c. 11.n. 221 p.422.
Quilibet humanus doctor, quantumuis eximius, sumlem habet. ibid. n.223. toto §. p.422
Quicunque doctor etsi sanctissimus, & doctissimus, est homo. c.11.n.228. toto §. p.424
De Celada in Iudith.

Præstantior magistri laus non est bonitas, sed veritas. ibid. n.233. p.416
De elocutione, seu stylo Christiani Doctoris, seu Concionatoris latè tractatur. Cap.11.num.235. per plures §§. p.426.
Sapiens non potatur eloquentiæ poculenta suauitate, nec cibatur sapientiæ esculento vigore; sed corporeo, frugali tamen cibo. C.11.n.253. p.432
Scripturiat sapiens, sed de suo thesauro depromat sapientiam. c.11.n.257. toto §. p.434.
Doctor fugiat sæpiæ mores. ibid. n.263. p.436
Dantur vbertim Antiquitatis laudes, & Nouitatis vitia. C.11.n.264. toto §. p.436
Nouitatis elogia, & vetustatis vituperatio. Ibid. num.273. p.438
Præfertur vetus opinio recenter compta, innouata, aucta. c.11.n.277. p.439
Homo litteratus est scientiæ animal, doctrinæ reus, & sapientiæ martyr. c.11.n.280. p.440
Sapientiæ studium hebetat passiones. c.11. num. 280 p.440.
De stylo Christiani Doctoris, seu Concionatoris. c.11.n.285. per plures §§. p.442. & seqq.
Inanis gloriæ ambitio, seu ambitionis fastus est vitium agnatum sapientiæ studiosis. c.11.n. 297 p.445.
Senior sapientum ætas præferri debet iunioribus alioqui hic vanescet, ille sordescet. c.15.n. 74. toto §. p.583.
Scientia. Vide, *Sapiens.*

Schola.

Quo modo vitium possit esse schola perfectioris virtutis. c.7.n.69. toto §. p.215
Secretum. Vide, *Occultum.*

Secundus.

Quàm habeatur inglorium nomen Secundi. c.2. num.25. p.66
Etiam à germano fratre, & à seipso Secundum esse, ignobile censetur. ibid. n.36.37. p.66

Senex Senectus.

Mera senectus non est apta ad præfecturas. cap.11. num.55. p.380
Homo verè pius in senili ætate, ætatem restaurat iuuentutis. c.12.n.82. toto §. p.474
Senior sapientum ætas præferri debet iuniori: alioqui hic vanescit, ille sordescit. c.15.n.74 toto §. p.583
Sepulchrum. Vide *Mors*, *Reliquia.*
Sermo. Vide, *Stylus.*

Silentium.

Sileat homo passionibus actus, ne perdatur linguæ harmonia. C.6.n.26.27. p.173. & 174
Iniuria fit frænum ori sapientis. ibid. num. 28. p.174.
Taciturnitas os signet. c.6.n.29. p.174
Quare Christi alapâ percussus respondit. ibid. num.39. p.177
Silentium est pia iniuriarum vindicta. c.6. num. 31 toto §. p.177
Silentium dum oratur, sit in cælis. cap.6. n.107.108 toto §. p.196
Vt feminæ silerent in templo, ipsæ cantabant olim officia Ecclesiastica. ibidem numero 109. 110 p.196. & 197
Silentium alieni criminis necessarium est superiori. c.8.n.82. toto §. p.252
Vide, *Lingua.*

Similitudo.

Similitudinem ad alium recusat superbia. c.11. n.42 p.377

Digitized by Google

Simplex. Simplicitas.

Rusticana simplicitas, & felix insipientia sæpè aptior est ad rem virtutis, quàm exquisita Doctorum sapientia. c.12.n.19. toto §. p.413

Singularitas.

Singularitas in re sanctitatis destruit quod adstruit. c.16.n.175.toto §. p.652

Sol. Vide, *Lux.*

Sole exorto stellæ infuscantur. c.1.n.142. p.42

Quare Luna, & stellæ obscurentur in conspectu Dei; secùs Sol. ibid.n.145. p.42

Sol non dicitur obscurari ad præsentiam Dei, quia à nullâ creatura obscuratur. c.8.n.81. p.252

Pectines Solis. c.14.n.7. p.535

Sol definitur, intelligens vinculum. c.14.num.11. p.536

Solus.

Dignitatis solitudo ambitur ab omnibus. Qui æqualis fit magno, non parum illi de magnitudine detrahit. c.9.n.210.toto §. p 338

Spes. Vide, *Expectatio.*

Sine spe torpet humanitas tota: spes fidei & virtutum gloria est: quæ benè audax naturæ impossibilia piè præsumit. c.13.n.51. toto §. p.492

Sperare pro timere. ibid.n.69. p.502

Sponte.

Totus ferè operis labor à coactione est. Non videtur laborare, qui sponte laborat, sed qui inuitus. c.12.n.58. toto §. p.467

Spontanea hominum dona diuinæ pietati adulantur. c.18.n.145. toto §. p.643

Spiritus sanctus.

Quare repentè venerit. c.2.n.11. p.59

Sterilis.

Sterilitas reatus naturæ est, vigoris inopia, deformitas humanitatis, præpropera mors: sed præstat sterilem esse ventre, quàm mente. Cap.16.num.181. toto §. p.653

Stella.

Præfectus æmuletur præfecturam stellarum, quæ æquè lucet omnibus, & singulis. c.15.n.21.p.570

Stultus, Stultitia.

Stultitiæ dissimulationis studet Salomon, quæ vera sapientia est. c.1.n.187. toto §. p.55

Stylus. Sermo. Eloquium. Eloquentia.

Sermo rusticanus & incongruus sapientem dedecet. c.11. n.235. p.426

Sermo nimis artificiosè cultus in concionatore, garrulitas est, & Euangelij contumelia.ibid.num.238 p.427

Sit sapientia sermo limatus & comptus. c.11.n.242 p.429.

Sit sapientis sermo instar lucis clarus, & nitidus.ibid. num.245. p.430

Sensus electus, & sublimis, est causa, & portio elocutionis electæ. c.11.n.248. p.431

De Stylo sacri concionatoris vbertim agitur. cap.11. n.285. per plures §§. p.442. & seqq.

Subditus. Vide, *Obedientia.*

Tractandus, vt æger. c.1.n.41.&c. p.15

Mulcédus asperitatibus.c.1.n.49.50.51.52.p.17.18

Subditis flectatur Superior, & illis sæpè cedat. c.1. n.66.67.68.69.70. p.21

Probus sit, si probus putetur; improbus verò, si improbus existimetur. c.15.n.28. toto §. p.571

Superior. Vide, *Rex. Index.*

Est subditorum medicus. c.1.n.41. p.15

Ne ambiat vt à suo nutu dependeat subditus, vt æger à medico. ibid.n.42. p.16

Ne curet suppliciis, si fieri potest. inibi. p.16

Ne animam subditi negotietur, vt medicus. c.1.n.43. pag.16

Superior cuius hæresis sit reus. ibi.n.44. p.16

Ratione curet. ibi. n.45. p.16

Sit vt Pæonius medicus inferorum. c.1.num.46. pag.16

Ne nimis delicta scrutetur, vt Medicus morbos. ibid. n.47 p.17

Non est placandus muneribus, vti Medicus. ibid. num.48. p.17

Adulетur ægrotanti subdito. ibid. p.17

Asperitatibus mulceat bonus Præsul. c.1.n.49.50.51.52.53. p.17.& 18

Deuenustat regendi artem, qui per solam gratiam vult placere. ibid. p.17

Dignitas onus est. c.1.n.60.&c. p.20

Cogat sponte subditos, vt vltrò eant, quò raptantur. c.1.n.66. p.21

Sicut qui rigat, ducit aquas. ibid.n.67. p.21

Sæpè duci se permittat à subditis. ibid. n.68.69.70 pag.21

Superior sit idem, ac erat priuatus. c.1.n.71.toto §. pag.22

Ne multa nouet. c.1.n.76. p.23

Et in cessatione sæpè latet arcanior prudentia.ibid. pag.24

Sublimiori officio indignus, ipso dignitatis splendore infelix est. c.1.n.89.toto §. p.26

Inde oportet modulari sublimitates.ibid.num.94. toto §. p.27

Superiori acerbior morte pœna est, illum à munere deponere.c.1.n.129.vsque ad n.138.p.37.& seq.

Ne potentiæ præfecturâ vlciscatur proprias iniurias. c.2.n.5. toto §. p.57

Vnius hominis summa potestas, ius est propinquorum eius ad præfecturas. c.2.n.31. toto §. p.65

Superior qui non valet magnates cohibere, iure perdit dominium in paruulos. cap.3. num.3. 4.5.6. p.80. & 81

Superior insolenter gratias exigit pro iniuriâ. cap.3. num.33.34. p.89

Superior ne degrauet pauperculos, & inualidos; nam paucorum euectio, horum euersio est. c.4.n.5.6. 7. 8. pag.96

Strenuus superior adest subditis præsenti absentiâ. c.4.n.75. toto §. p.114

Superior dum per se lustrat prouinciam sibi subiectam, Magni nomen eiusmodi lustratione mercatur. c.4.n.79. toto §. p.115

Sciat Superior quòd lapsus non est prophetia vlterioris lapsus, sed sæpè cautela non cadendi. cap.5. n.40. toto §. p.134

Superiori ieiuno, & sobrio facile obediunt subiecti populi, qui obsequia recusant Præposito benè pranso, & melius cœnato. cap.6.num.87. toto §. p.191

Eodem vtatur cibo, ac subditus.ibi.n.91. p.192

Sciat Præfectus se non tam homines regere, quàm feras; sciat quòd nocti etiam designatur suus Præsul. c.7.26. toto §. p.205

Innata libido subditos stimulat ad obmurmurandum de Superiore. c.7.n.30. toto §. p.206

Præfectorum odium sæpè præfecturæ laus est: Boni Præsulis ingressus sit pacificus, non molestus exitus. c.7.n.35. toto §. p.207

Sit Superior simplex, & multiplex. cap.7. num.102. p.225

Quàm sit delictis obnoxius Superior. ibid.num.103. toto §. p.225

Bonus gubernator non palam detrahit delinquentibus;

Digitized by Google

Abus: Diuersissima res est Detractio,& Reprehensio. c. 8.n.78.toto §. p.251
Bonus Præfectus sibi soli sciat subditorum defectus. c.8.n.79.toto §. p.251
Deus mandat voce simili humano superiori. c.8. n.157. p.275
Sciat Superior, quòd suspicio, & inquisitio de crimine, irreuocabilis sententia est. cap.8.num.174. toto §. p.280
Zelus prætextu virtutis proprias iniurias vlciscens, spiritualis nequitia est. c 9.n.83.toto §. p.304
Impiè sæuit quisquis prætextu pietatis sæuit. ibid. n.90. toto §. p.306
Superior proprias iniurias puniens, seuerissimè rigidus est. c.9.n.94. toto §. p.307
Superioris condescensus, vrbana correctio est. c.11. n.108. p.394
Beneuolentia superioris clypeus est,& corona subditi familiarissimi. c.11.n.212.toto §. p.418
Superior cautiùs subditos custodit, non ob suspicionem mali, sed propter æstimationem boni. c. 12. n.15. toto §. p.455
Quàm acerbè audiatur à subdito rei petitæ negatio. c.12.n.34. toto §. p.461
Sciat Superior, quòd totus ferè operis labor à coactione est; nec videtur laborare qui spontè laborat. c.12.n.58. toto §. p.467
Superior sibi beneuolè indulgens, peracerbus est in subditos. c.12.n.63. toto §. p.469
Periti superioris est, præcepta subditis imponere, & munia destinare iuxta cuiusque ingenium.c.13. num.12. p.487.& 492
Superior,qui alicuius res,aut opera curiosè scrutatur, illa egregiè culpat. c.13.n.17. toto §. p.488
Superioris propinquus sanguine,aut familiaritate impunè delinquit. c.13.n.77.toto §. p.504
Præfectorum cognatio sæpe impunè delinquit, sanctius meretur, promouetur faciliùs, feliciùs præest. c.13.n.145.toto §. p.523
Bonus Præfectus æquè erit beneuolus in omnes: imò & æmulus præfecturæ stellarum, se totum exhibeat singulis. c.15.n.17. toto §. p.569
Præfectus in æquilibrio sit, & vt peritus funambulus in neutram partem inclinet. ibid. num.23. toto §. p.570
Superior probum,si putauerit,faciet, improbum efficiet, si improbum æstimauerit. cap.15. num. 28. toto §. p.571
Ambitiosior opum fastus præsulem dedecet: augustior apparatus in præsule sit pompa meritorum. c.15.n.103. p.592
Superior nimis æquus iniquus, est.cap.15.num.136. toto §. p.601

Superbia. Superbus.

A se,& à suis egregiis operibus deuenustatur: & à magnitudine sua decrescit. cap.1.num.83.84.85. p.24.& 25
Superbus de aliorum extinctione sua lumina attendit:& alienâ imbecillitate fulcitur. c.1.n.141.vsque ad 147.& Cap.3.num.39.40.41.p.41.& seq. & p.91.& 92
Superbia se habere reputat id quo alius caret. cap.3. n.42. toto §. p.92
Qui pedibus superbiæ incedunt, terram non tangunt. c.7.n.45. p.199
Superbiæ labores. ibid.n.6. p.199
Superbus per obeliscos incedit.c.7.n.78. p.200
Superbia habet suos stylitas. inibi. p.200
Solitudinem in honoribus ambit. Cap.9. num.210. p.338
Superbis similitudinem ad alium recusat: omnes exambiunt exemplarem gloriam.Cap.11.num.42. toto §. p.377
Superbus alios offuscare satagit, vt ipse præluceat. c.11.n.56. toto §. p.478
Consimilis affectus est lasciuia libido gloriationis. & ambitiosa cupiditas fornicationis.cap.12.n.107 toto §. p.481
Superbia & fastus in dignitate, agnatum ignobilium vitium est. c.15.n.80. toto §. p.585

Supplicium.

Acerbum supplicium est, supplicij timor, & pœna dubiè impendens. c.5.n.46. toto §. p.135
Acerbius torquet pari titulo damnationis, quàm sæuiora tormenta hîc tolerare. cap.11. num.65. toto §. p.382
Pœnam adulterat iudex, qui vnicum delictum multipliciter repetitâ pœnâ mulctat. cap.13.n.62. toto §. p.500
Valde punitur qui puniri potest. C.13. num.154. p.526
Supplicium sit pœnæ definitio. ibid.n.152. p.526

Suspicio.

Suspicio,& inquisitio de aliquo crimine, irreuocabilis sententia est. c.8.n.174.toto §. p.280
Non bona suspicio leuiter concepta, graue famæ detrimentum est; & quasi præpropera damnatio. c.13.n.82.toto §. p.500
Vel leuis impudicitiæ suspicio, grauis damnatio est. c.13.n.123. toto §. p.517
Suspicio Præfecti improbum efficiet ex probo. c.15. n.28. toto §. p.571
Cautionalis præpositi suspicio, sæpè intercessio est ad delinquendum. c.15.n.32.toto §. p.572

T.

Templum.

Templum Dei euertitur, quia est impiorum asylum. c.4.n.38. 39. p.104.& 105
Semihomo dicitur, qui reuerenter non frequentat templum Dei. c.6.n.102. p.195
Semichristianus videtur, quisquis lasciuit in templo.ibid.n.103. p.195
Ne templum Dei fiat lupanar. c.6.n.104. p.195
Scortari in templo quàm sacrilegum. ibid. n.105. p.196
Templa sanctiora dicuntur à Principum veneratione. c.6.n.106. p.176
Vt in templo feminæ tacerent, cantabant olim Ecclesiastica officia. cap.6. n.108.110. p.196. & 197

Tempus. Ætas.

Quo sensu dicatur virtus carere tempore. c.8. n.52 toto §. p.243
Homo verè pius etiam in senili ætate, ætatem restaurat iuuentutis. c.12.n.81. p.474

Tenebræ.

Lenocinantur delictis. c.14. n.9. p.536

Testis.

Falsum testimonium dicit à beneuolentiâ. c.6.n.19. 20.21. p.172
Ab odio recusetur testis. ibid.n.22. p.172
Testis dicat sincerè quod vidit, aut audiuit, non quod ingeniatur. cap.6. numero 23.24. p.172. & 173

Tharsis.

Quid sit Tharsis latè tractatur. cap.2. num. 52. &c. pag.71.

Digitized by Google

Timor.

Timor est Pædagogus. c.2.n.75. p.77
Mundialis timor est fucata adulatio, & honoris titubatio. ibid. p.78
Timor pia ambitione præsumit in re virtutis. cap.2. num.76. p.78
Varia epitheta. ibid.& n.77. p.78
Timor est nomen Dei. inibi. p.78
Minuit affinitatem cum peccato.c.2.n.78. p.78
Quodammodò beat. ibid.n.79. p.78
Facit immortales. ibid. p.79
Plus timetur à quo speratur.c.2.n.80. p.79
Timor supplicij dubij sæpè acerbiùs affligit. Cap. 5. n.46.toto §. p.135
Timor tacitè prodit quem prudens securitas timendum facit. c.11.n.8.toto §. p.369
Timor calamitatem multiplicat, & exaggerat; actualis perpessio sæpè eam minuit. c.14. n. 99. toto §. p.561
Metus veretur omnia, imaginatur omnia, quæ exacerbare possunt : malum anceps & dubium siue somniatum, ab imaginatione timoris acerbiùs angit. ibid.n.104. toto §. p.562

Titulus.

Tituli epitheta, & elogia. c.1.n.1. p.9
Tribulatio. Vide, *Labor*.

Tributum, Vectigal.

Regum olim quæstuaria maiestas. c.3.n.16. p.84
Tributum molestum, sicut tunica molesta, quæ texitur ex fomite ignis. ibid. p.84
Exactor exaggerat tributorum molestiam. cap.3. n.7.&c. & 17. p.81.& 84
Tributum donationis nomine exactum, bellè comparatur aquæductui. c.3.n.18. p.85
Duri exactores sibi, & Diabolo vectigalia corradunt. ibid.n.19. p.85
Exactor est certum naufragium. c.3.n.20. p.85
Propheta præerat imponendis tributis apud Ægyptios. ibid. p.85
Ethnici Principes tributa imponebant cæli tractibus. c.3.n.21. p.85
Christus tributum pendit pio Publicano.ibid. p.85
Res sacræ immunes sunt. ibid.n.22. p.86
Abusus est vel iniusto tributo ad sacros vsus. c.3. num.23. p.86
Ex pauperculorum ore tributa extrahunt impij exactores. ibid. n.24. p.86
Frugalitas Principis fit pro opulentis tributis. c.3. num.25. p.86
Tributum eleemosynæ titulo olim imponebatur. ibid.n.26. p.87

Trinitas.

Pax & animorum consensio, Trinitatis imitatio est. c.8.n.181. p.282
Tristitia. Vide, *Lætitia.*
Animus exasperatus, & mœstus, fomes est ad vitia & audacior criminum libido. c.16. n.13. toto §. p.607
Immodica tristitia est intestinus Dæmon, delictorum fomes, & cruciatus gehennæ affinis. cap. 16. n.155. toto §. p.646

Tyrannus.

Pro iniuriis gratias exigit. c.3.n.33.34. p.89

V.

VEctigal. Vide, *Tributum.*
Venus. Vide, *Luxuria.*
Verbum. Vide, *Lingua, Stylus.*
Verecundia. Quære, *Pudor.*

Veritas.

Veritatis conglobata epitheta. c.11.n.17. p.370
Quomodo possit esse Veritas errorum origo. ibid. num.19. p.371
Veritatem nundinari, & recusare. c.11.n.20. p.372
Virgo veritas à falso constupratur. ibid. p.372
Minus nobis mentitur, qui mentitur sæpiùs. c.11. n.21.& 22. p.372
Homo faciliùs credit rebus specie tenus falsis, quàm meracissimæ Veritati. c.11.n.102. p.393
Veritati est sua fortuna. ibid. n.234. p.426
Vide, verbo, *Mendacium.*
Versutia. Vide, *Astutia.*
Vestis. Vide, *Ornatus.*

Via.

Coronatur. c.3.n.27. p.87
Via Christus est; caue ne illam conculces. c.8.n.49. p.242

Victoria.

Victoria dolo parta victorem deuenustat. cap.5 num.5.6.7. p.125
Victoria quæ est felicitatum humanarum maxima, timenda est, vt ærumnosa molestia. c.13.num.73. toto §. p.503
Prælium tacitè dehonestat vincentem: sine pugna vincere fastigium Victoriæ est: & Victoria virgo. c.14. n.48. toto §. p.546
Rationis Victoria contra potentissimos quosque hostes. c.15.n.4. toto §. p.566

Vidua.

Difficultas Vidualis castitatis in pulchra iuuenta. c.8 num.13 p.231
Vidua casta dicitur martyr.ibid.n.14 p.231
Sitne obstinata Viduarum castitas.Inibi. p.231
Vidualis castitas est virginitatis æmula. c.8. num.15 p.231
Habeat stipendia senectutis.ibid. p.231
Quid significet nomen Viduæ. c.9.n.82. p.304
Vinculum. Vide, *Catena.*
Vindicta. Vide, *Inimicus.*

Vinum.

Bacchicus fomes. C.1.n.103 p.32
An feminas deceat Vini vsus, latè traditur. c.10. n.31.& seqq. p.349

Virginitas. Virgo.

Vidualis castitas dicitur Virginitatis æmula. c.8.n.15 p.231
Virginitas à virtute dicitur habere carnem Angelificatam : vitiorum redemptio est, corona gratiæ, & splendor libidinis. c.9.n.72.toto §. p.301
Virginis verecundia. ibid.n.74. toto §. p.302
Sint Virginis aures crudæ & acerbæ ad Veneris vocabula, ne in casto corpore scortetur auditus. c.12.n.74 p.471
Quæ dicatur Victoria Virgo. c.14.n.50 p.549

Virtus.

Exaggeratiùs laudanda? In Prologo, n.15 p.4
Vitium in homine sublimi putatur virtus. c.1.n.157. toto §. p.46
Vera virtus à virtute timet. cap.1.num.161.162.163 p.47.48
Quo pacto erudienda sit in schola vitiorum. c. 7. n.96.toto §. p.215
Sanctior virtus, pia tyrannis est, reddens hominem vitæ exulem, viuum martyrem, & cadauer viuum. c.8.n.35.toto §. p.238
Quo sensu dicatur, carere tempore. c.8. n.61. toto §. p.244
Excessus in re virtutis compescendi. c.8. num.57. toto §. p.245

A2

Index Rerum.

An excelſæ quorundam ſanctitati Deus inuideat. c.8.n.61. toto §. p.246

Virtus Iudithæ eruditur è vitiis Aſſyriorum. cap.10. n.62. toto §. p.338

Homo verè pius etiam in ſenili ætate, ætatem reſtaurat iuuentutis. c.12.n.82. p.474

Virtus ſæpè impoſſibilia intentat. c.13. n.53.toto §. p.498

Virtutis aliqua obſtinatio laudatur.ibid.n.138.p.521

Parua opera in re virtutis, magnam virtutem exigunt:qui maiora vincit, ſæpè minoribus vincitur. c.14.n.110.toto §. p.563

Singularitas in re virtutis deſtruit quod adſtruit. c.16.n.175.toto §. p.652

Viſitatio feminarum.

Procul à religioſo Sacerdote mulierum etiam piarum frequens viſitatio, ne familiaritas inſidietur pudicitiæ. c.16.n.92.toto §. p.588

Vita.

Vita humana eſt viua mors. c.7.n.52.&c. p.211

Vitium. Vide, *Peccatum.*

Vitrum.

Pretioſius, quia frangi poteſt. c.1.n.117. p.34

Vltor. Vide, *Inimicus.*

Voluptas.

Non poſſeſſam voluptatem ſuſpiramus, poſſeſſam faſtidimus. cap.1. num. 103. vſque ad 118. p.29. vſque ad 34

Quia adumbrata eſt,aulæis comparatur.ibid.n.107 pag. 30

Beatitudo dicitur ſpes, quoniam apud homines vileſcit poſſeſſio voluptatis. c.1.num.108.& 109. pag.31

Poſſeſſa voluptas ſanitatis ſperari iubetur. ib.110. pag.31

Quare dicatur, elatio animi. c.1.n.111. p.31

Voluptas poſſeſſa ſupplicij loco datur. ibid.113.122 p.32.& 33

Metus amittendæ voluptatis terrenæ, ipſi blanditur ad gratiam. c.1.n.116.toto §. p.33

Voluptas non eſt prouocanda,ſed patienda; reſiſtendo vincimus, ſcuto coronamur. c.10.n.56.toto §. p.356

Voluptas potens eſt aduerſus omnipotentiam rationis. c.15. n.7 p.567

Malè dulcis eſt voluptas; quam aliqua difficultas non condit & mellit. c.16.n.198.toto §. p.658

Voluptas, & reliqua mundialia commoda,bona abuſiuè dicuntur. C.1.n.100 p.28

Votum.

Generoſè quis implet quod liberaliter promiſit. cap. 26.n.118.toto §. p.636

Vrbanitas.

Improbitas inurbanè vſurpat præſtantiorem locum; virtus negligit has ambitionis nugas.c.8.num.88. toto §. p.254

Chriſtiana virtus non renunciauit comitati;Vrbanitas Apoſtolica,Angelica, Diuina laudatur.c.15. n.107.toto §. p.595

X.

S. Xauerius.

INtextus fuit cilicinis funibus. c.9.n.26. p.289

Adumbratur in eleganti Sphæra Archimedis. c.14.n.111. p.563

Z.

Zelus.

SCelus eſt, quòd Præfectus præfecturæ potentia quaſi iuſtitiæ Zelo vlciſcatur proprias iniurias. c. 2.n.5.toto §. p.57

Zelus quorundam non à bono ingenio eſt. c.9.n.83 p.304

Zelus non bonus à non bono ingenio ſenum eſt. ibi. p.304

Zelus fit velut fames;nemo aliis fameſcit,ſed ſibi. c. c.9.n.85 p.305

Zelus aliquando eſt ſpiritualis nequitia de rebus cæleſtibus.ibid.n.86 p.305

Non venit Chriſtus vocare nequam Zelotypos. c.9.n.86 p.305

Zelo religionis Baptiſta occiditur. ibid.numero 87. p.305

Zelus non bonus ſæpè excedit Pilati malitiam. c. 9. num.88 p.306

Oſculo tradi ægrè fert Chriſtus. ibid. n. 89 p.306

Impiè ſæuit quiſquis prætextu pietatis ſæuit. c.9. n.90.toto §. p.306

F I N I S.

BIBLIOTECA ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google